13
8 F
28

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

IOANNIS OINOTOMI IVRISCONSVLTI

In quatuor Inſtitutionum Imperialium Iuſtiniani Imp. Libros, Commentarij.

NVNC PRIMVM, TVM IVSSV SVPERIORVM, tum ex eorum mente caſtigati, ac emendati prodeunt,

Præterea noſtra hac editione, ſuis proprijs locis diſtribuimus, & coaptauimus eas omnes Additiones Doct. quæ aliàs in fine operis excuſæ fuerant, id quod in Lectorum commodum maximum cedit.

Cum Indice rerum omnium copioſiſſimo, tam ex iiſdem Commentarijs, quam ex Additionibus ſtudioſè, periteq; congeſto.



VENETIIS, Apud Guerilios. M.DC.LVII.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

Digitized by Google

13.9.F.28

Digitized by Google

TABVLA RVBRICARVM QVOTQVOT ILLARVM IN HISCE COMMENTARIIS CONTINENTVR.

Et denota prior numerus Lib. Inſtitotionum: Secundus Rubr. & Tertius Paginam.

	A		
3	Acquiſitione per arrogationem.	11	255
4	Actionibus.	6	361
2	Ademptione, & translatione legatorum.	21	205
1	Adoptionibus.	11	43
1	Attiliano tutore, &c.	20	58
1	Authoritate tutorum.	21	61
3	Aſſignatione libertorum.	9	250
	B		
3	Bonorum poſſeſſionibus.	10	251
	C		
1	Capitis diminutione.	16	56
2	Codicillis.	25	213
1	Curatoribus.	23	68
	D		
3	Diuiſione ſtipulationum.	19	284
2	Donationibus.	7	133
3	Duobus reis ſtipulandi, &c.	17	281
	E		
3	Emptione, & venditione.	24	297
3	Eo cui libertatis cauſa, &c.	12	256
4	Exceptionibus.	13	536
1	Excuſationibus Tutorum, & Curat.	25	73
2	Exhæredatione liberorum.	13	166
	F		
2	Fideicommiſſarijs hęred. & ad S.C. Trebell.	23	209
3	Fideiuſſoribus.	21	289
1	Fiduciaria tutela.	19	58
	G		
3	Gradibus cognationum.	6	248
	H		
2	Hæredibus inſtituendis.	14	169
3	Hæred. quæ ab inteſt. def.	1	217
2	Hæredum qualitate, & diff.	19	184
1	His qui ſui, vel alieni iuri ſunt.	8	20
	I		
1	Ingenius.	4	16
4	Iniurijs.	4	336
2	Inofficioſo teſtamento.	18	180
4	Interdictis.	15	541
3	Inutilibus ſtipulationibus.	20	285
4	Ijs per quos agere poſſunt.	10	531
1	Iure naturali gentium, & ciuili.	2	7
1	Iure perſonarum.	3	15
1	Iuſtitia, & iure.	1	5
	L		
2	Legatis.	20	189
4	Lege Aquilia.	3	330
2	Lege Falcidia.	22	207
1	Lege Fuſia Caninia tollenda.	7	19
3	Legitima agnatorum ſucceſſ.	2	244
1	Legitima agnatorum tutela.	15	54
1	Legitima patronorum tutela.	17	57
1	Legitima parentum tutela.	18	ibid.
1	Libertinis.	5	17
3	Literarum obligationibus.	22	294
3	Locatione, & conductione.	25	302
	M		
3	Mandato.	27	308
2	Militari teſtamento.	11	161

	N		
4	Noxalibus actionibus.	8	528
2	Nuptijs.	10	25
	O		
3	Obligationibus.	14	256
3	Obligationibus ex conſenſu.	23	296
3	Obligationibus quæ ex quaſi contr.	28	311
4	Obligat. quæ ex delicto naſc.	1	518
4	Obligat. quæ ex quaſi delicto naſc.	5	347
4	Officio iudicis.	17	594
	P		
1	Patria poteſtate.	9	22
4	Perpetuis, & temp. actionibus, &c.	12	534
2	Per quas perſonas cuique dominium acquiratur.	9	151
3	Per quas perſonas nob. oblig. acq.	29	313
4	Pœna temere litigantium.	16	587
4	Publicis iudicijs.	18	597
2	Pupillari ſubſtitutione.	16	173
	Q		
1	Quibus alienare liceat, vel non.	8	148
1	Quibus ex cauſis manumitt. non.	6	18
1	Quibus modis ius patriæ poteſtatis.	12	47
3	Quibus modis re contrah. oblig.	15	266
2	Quibus modis teſtam. infirmentur.	17	177
3	Quibus modis tollatur oblig.	30	313
1	Quibus modis tutella finiatur.	22	66
2	Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.	12	163
1	Qui teſtamento tutores dari poſſ.	14	53
4	Quod cum eo, qui in aliena pot.	7	515
	R		
2	Rebus corporalibus, & incorporalibus.	2	103
4	Replicationibus.	14	540
2	Rerum diuiſione, & acquirendo ipſarum dominio.	1	83
	S		
4	Satiſdationibus.	11	532
1	Satiſdatione Tutorum, vel Curatorum.	24	71
3	Senatuſconſulto Orficiano.	43	47
3	Senatuſconſulto Tertulliano.	3	246
3	Seruuli cognatione.	7	248
2	Seruitutibus ruſticorum, & vrbanorum prædiorum.	3	104
2	Singulis rebus per fideicommiſſum relictis.	24	212
4	Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.	9	530
3	Societate	26	305
3	Stipulatione ſeruorum	18	283
3	Succeſſione cognatorum.	5	347
3	Succeſſione libertorum.	8	249
3	Succeſſionib. ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, &c.	13	257
1	Suſpectis tutoribus.	26	79
	T		
2	Teſtamentis ordinandis.	10	153
1	Tutelis.	13	50
	V		
3	Verborum obligationibus.	16	274
4	Vi bonorum raptorum.	2	327
2	Vſucapion. & longi temporis præſcriptionibus.	6	120
2	Vſu, & habitatione.	5	118
2	Vſufructu.	4	114
2	Vulgari ſubſtitutione.	15	172

IOANNIS OINOTOMI
IVRISCONSVLTI,
IN IV. INSTITVTIONVM
IVRIS CIVILIS LIBROS.
Commentarius.

IN PRÆFATIONEM.

1 *Vſus præfationum.*
2 *Difformis docentium iura ratio.*
3 *Quo conſilio Imperator Inſtitutionem fieri curauit.*
4 *Inſtitutiones quomodo cum fructu interpretandæ.*
5 *Author librorum Inſtitutionum quis fuerit.*
6 *Quo ordine iuris ciuilis libri ſint editi.*
7 *Quæ ſit ſumma librorum Inſtitutionum.*
8 *Vnde dictæ ſint inſtitutiones.*

1 IVriſconſultus in l. 1. ff. de orig. iur. inquit, quod præfationes libẽtius nos ad lectionem materiæ propoſitæ perducant, & cũ eo venerimus, euidẽtiorem eius intellectũ præſtent. Ne igitur, & nos illotis quaſi manibus libros Inſtitutionũ aggrediamur, paucis de ratione, ac ordine, quem in declarandis Inſtitutionibus obſeruare,
2 & ſequi volumus, quædam ſubijciemus. Scio enim in docendo non vniformem rationem à profeſſoribus iuris obſeruari. Quidam enim gloſ. Accurſij, Bart. & aliorum commentaria adeò nihil faciunt, vt hæc ne attingant quidem. Plerique verò econtra, ita in dictis Commentarijs immorantur, vt ne verbum quidem, quod in illis, quantumuis alienum à propoſito, reperiunt, æquo animo prætermittere poſſint. Quæ ratio do-
3 cendi incipientibus magis obeſſe, quam prodeſſe mihi videtur. Cum enim Inſtitutiones ideò ab Imperatore compoſitæ ſint, vt ex illis prima elementa iuris percipiantur, ingenia diſcipulorum varietate, & multitudine rerum non deterrenda, ſed potius leui, ac ſimplici via ad ampliſſimum hoc ſtudium
4 iuris excitanda ſunt, & à facilioribus inchoandum, & grada-
a tim ad rerum cognitionem procedendum eſt. *a* Nos igitur
b media via, *b* quæ plerumque tutiſſima eſſe ſolet, incedere volumus, ita vt nec explicationes gloſſarum, & aliorum commentaria abijciamus, neque etiam illis vltra, quam ſat eſt inhæreamus, ſed ex teſtibus gloſſis, & dictis comentarijs præcipuas, & magis, quotidianas doctrinas, & certas concluſiones colligemus, & ſic ea, quæ in hoc libro tractantur, per quæſtiones earumque deciſiones, & regulas, quaſi per ſummam certa methodo, & bono ordine tradémus. Implorato itaque Numinis diuini auxilio, primo quæritur.

Quis fuit author huius libri?

5 Ad hanc quæſtionem facilè reſponderi poteſt ex procemio huius libri, & procemio Digeſtorum, & ex l. 2. C. de vet. iur.
c enucl. *c* Imperator enim Iuſtinianus, cum difficillima bella, & res maximas armis geſſiſſet, cæpit etiam de togata adminiſtratione cogitare, vt Reſpubl. legibus regeretur ipſiuſque Imperij tempus fuit anno 528. poſt Chriſtum natum. Erant
6 autem tunc temporis iuris, & legum volumina propemodum infinita, ita vt impoſſibile fuerit hominis ætatem iſtorum voluminum lectioni ſufficere. Fuerunt enim 2000. librorum conſcripta, & plus quàm tricies centena millia ver-
d ſuum à veteribus effuſa, *d* vt refert Imper. in d. l. 2. §. ſed cum omnia, & extabant tres Codices: Hermogenianus, Gregorianus, & Theodoſianus. Ideoque primum mandauit Triboniano, & alijs Conſiliarijs, viris ſapientibus, & iuriſperitis, (qui ſemper circa latus principis eſſe debent, vt inquit Bald. poſt text. in l. iuriſperitos, ff. de excuſ. tut.) vt ex tribus Codicibus vnum componerent, quod quidem ab ipſis factum eſt, vt appareat ex titul. C. de Iuſtiniano Codice confir. Imperatorem iſtum Codicem confirmaſſe, & Iuſtinianum Codicem inſcribi voluiſſe, qui tamen hodie non extat. Poſt Codicis opus ita collectum, reliquas conſtitutiones, ac leges paſſim ſparſas, & confuſas, in tria volumina, quæ Pandectæ, quòd omnia contineant, rectè appellantur. Digeſta vero vulgo dicuntur. Et poſt quinquaginta libros Digeſtorum, compendium iuris, quatuor hoſce libros Inſtitutionum, ex Pandectis, & Codice colligi mandauit, qui fores quodammodo ad penetralia iuris ingredi volentibus, apperiunt, & tamdem ad prioris Codicis emendationem, & ſecundum eius editionem manum admolitum eſt, atque ipſum longè emendatiorem edidit, quibuſdam detractis, quibuſdam verò nouis conſtitutionibus additis, quæ in priore editione non habebantur. Et is eſt Codex, quem hodie inter reliquos iuris libros habemus, vnde in eo Iuſtinianus aliquoties mẽtionem facit Inſtitutionum compoſitarũ, & viciſſim in hiſce Inſtitutionum libris non ſemel cõſtitutionum meminit, quas in Codice ſuo extare refert, quæ
e tamen in noſtro Codice non reperiuntur, *e* vt in §. legatarijs infra de teſtam. & § ſed nec huiuſmodi, infra de legat. Poſtremo nouas Conſtitutiones, ſeu Nouellas, quem vulgo Authenticorum librum nuncupant, protulit, quibus tamdem conſuetudines feudales, & quædam aliæ conſtitutiones Imperiales ſunt adiectæ. Et hæc à ſtudioſis iuris initio notanda ſunt vt ſciant quæ ſit librorum iuris ſeries, ne illis obijciatur

quod

ADDITIONES.

a *§. His igitur. 2. infra, de iuſtitia, & iure.*
b *§. fin. infra, quibus ex cauſ. manumit. non lic.*
c *Item ex conſt. δέδωκεν, & alijs quæ Pandect. præponuntur.*
d *Horum exemplo noſtri quoque libri in verſus eſſent diſtinguendi, quod Theologi ſuo in Canone feliciter præſtiterunt. Noſtrorum nullus adhuc comparet, qui paria facere conetur.*
e *Sunt enim in ſecunda emendatione diſpuncta. Conſt. 3. C. de emend. Cod.*

quod Seruio Sulp. Q. Mutius Sceuole dicit: *Turpes eſſe cauſas orantis, in quo verſatur ignorare*, l. 2. §. ſerp. ff. de orig. iur.

Quæ igitur eſt ſumma huius libri.

7 Satis hoc diſtichon oſtendit: *Continet hic legum tenuis præcepta libellus, Primaq; Romani ſemina iuris habet*. Eſt enim
a hic libellus veluti methodus, & epithome totius iuris ciuilis, *a*
in quo breuiter, & iuſta ratione comprehenſum eſt, quidquid
in ſumma pertinere videtur ad cognitionem eorum, quæ in
vniuerſo corpore iuris copioſiſſimè tradita ſunt.

Vnde dictæ ſunt inſtitutiones?

Ab inſtituẽdo Nam in his ſimpliciſſimè traduntur ea, quæ pertinent ad generalem iuris ciuilis cognitionem, quibus tãquam elementis inſtituti adoleſcentes, facilius ad grauiora poſſunt aſpirare: vt inquit Imper. in l. 2. §. & ideò Triboniano, C. de vet. iure enucl. Vnde etiam Imp. in procemio Digeſtorum, §. diſcipuli, primo anno Inſtitutiones, ex corpore iuris elimatas, diſcipulis tradi, & proponi iubet. Et infra in procemio noſtro, §. cumque hoc, iuncto, §. ſcep prima legum cunabula, & totius legalis ſcientiæ prima elementa in hoc libro contineri dicit.

ADDITIO.

a *Euμμετρικάι εαγωγὴ Conſt. διδ᾽ωκαι princip. quæ eſt l. 3. C. de vet. iure enuclean. & Conſt. 4. in procem. Pandectarum.*

IN RVBRICAM.

1 *Inuocatio nominis diuini, an ſit de ſubſtantia inſtrumenti.*
2 *Inſtrumentum quid ſit, & quotuplex.*
3 *An dignitatis nomina, quis de ſeipſo ſcribere poſſit.*
4 *Imperator vnde dicatur.*
5 *Quomodo omnia Imperatoris eſſe dicantur.*
6 *Ad quos ſpectet electio Imperatoris.*
7 *Quare Imperator dicatur Auguſtus.*
8 *An donatio facta à Conſtantino Imperatore Pontifici Silueſtro de iure valeat.*
9 *Quibus Imperator libros inſtitutionum dedicet.*
10 *Quæ requirantur in ſtudioſis iuris.*

D. Imp. Iuſtinianus auſpicatur libros Inſtitutionum ab inuocatione nominis diuini. Ex hac enim ſequitur bonum initium, melius medium & optimus finis, ſec. gl. hic in verb. Ieſu, vbi enim Chriſtus non eſt fundamentum, ibi nullius boni operis eſt ſuper ædificium, c. cum Paulus, 1. qu. 1. Quidquid igitur agimus, in nomine Domini incipere debemus, c. non obſeruetis, 26. q. 7. Hinc vno ore Doct. hic quærunt.

An inuocatio nominis diuini ſit de ſubſtantia inſtrumenti?

1 Licet honeſtum, & pium ſit, eam ſemper in negotio *a* ho-
a neſto apponere, tamen ſi a Notario omiſſa fuerit, propterea
b inſtrumentum non *b* redditur nullum, niſi hoc eſſet de con-
ſuetudine, vt eſt communis opinio Doctorum: de qua videre
Bart in repetitione l. ſi quis ex argentarij, § ſi initiũ, ff. de eden
do. Bald. & alios ſup Rubr. Cod. & in proemio. Item Bald &
Paul. de Caſtr. in l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de pact. Ale-
xand. Ioan. de Imol. & Iaſ. in Rubr. ff. de noui oper. nun. Abb.
& Fel. & Canoniſtas in c 1 de fide inſtrumentorum. Dicitur
2 autem hoc loco inſtrumentum, ſcriptura facta ad alicuius rei
probationem in poſterum faciendam, quæ fidem faciat iudi-
ci, & quaſi eius mentem inſtruens, dictum eſt inſtrumentum.
Vnde, & teſtes appellatione inſtrumentorum continentur, l.
1. ff. de fide inſtr. text. iun. gl. in l. notionem, §. inſtrumentorũ,
ff. de verb ſignif. Et aliud dicitur inſtrumentum priuatum, ſeu
ſcriptura priuata à quolibet priuato ſcripta: aliud verò publi-
c cum inſtrumentum, quod manu *c* Notarij, ſeu tabellionis pu-
blici confectum eſt, de quo vide Doctores in Rubric. ff. C. &
extra, de fide inſtr. Abb. & Felin. in c. 1. & 2. de fide inſtr. vbi, &
requiſita inſtrumenti publici referuntur, de quibus eſt gl. in l.
3. C. de tabul. &c. lib. 10. & Speculator in §. 1. de inſtr. editione,
Et notandum, quod priuata ſcriptura regulariter contra ſcri-
d bentem probat, *d* ſed pro ſcribente fidem non facit. *e* Publi-
e cum verò pro vtraque parte probat, & ſtatur inſtrumento pu-
blico, donec contrarium probetur, l. cum precibus, C. de prob.
cap. 2. de fide inſtrum. & l. rationes, cum ſimilibus, C. de pro-
bat. vide Bald. in Rubr. ibidem.

Quæ eſt ſecunda pars huius Rubricæ?

3 Eſt Epigraphe continens catalogum nominum, & titulorum Imper. Iuſtiniani, quos à nationibus, & regnis deuictis, & à rebus feliciter geſtis ſibi vſurpauit, quemadmodum Principes vulgo facere ſolent. Ex quo notandum, quod dignitates propriæ à ſeipſo ſcribi poſſunt abſque nota ambitionis. Vnde Comes ſe Comitem, Doctor ſe Doctorem profiteri, & ſcribere poteſt, ſecundum Doctor. hic. Is tamen, qui profitetur ſe Doctorem, vel nobilem, cum non ſit incidit in pœnam falſi, l. eos; §. fi. ff ad leg. Cornel. de falſis, & ibi Bart. vbi eſt text. quod is, qui illicitis inſignibus vtitur, vel etiam ſigillum ſuum negat, pœna falſi teneatur, d l. eos, §. & eum. Addite D. Chilianũ in proceſſu, c. 9. n. 4. Sic & falſi nominis, vel cognominis aſſe-
f ueratio pœna falſi coercetur. l. falſi, ff ad leg. Corn. de falſis. *f*
Et an liceat alicui mutare nomen, vide te Bald. ſupr Rubr. C.
qui diſtinguit Aut quis generaliter vult mutare nomen ſine
alicuius fraude, & poteſt: aut in ſpecie, quia in vno contractu
appellat ſe vno nomine, in alio verò diuerſo nomine, & non
g poteſt, d. l. falſi ff. ad l. Cornel. de falſis. Eſt autem pœna *g* falſi
deportatio, & omnium bonorum publicatio, l. 1. §. fin ff. de falſis, & §. item lex Cornelia, de falſis, inſ. de publ. iud.

Vnde dicitur Imperator.

4 A ſuprema poteſtate imperandi, quod omnibus ſubiectis
Romano Imperio imperat, & ſuperiorem in temporalibus
non recognoſcit, ſecundum Bald. in procemio, C. & Fel. in c.
nouit, de iudicijs. Hinc etiam Dominus totius mundi appella
5 tur, in l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de Iac. Et omnia Impetato-
ris eſſe dicuntur, in l. bene à Zenone, C. de quadriennij præ-
ſcript. quod eſt verũ quoad ſubiectionem, iuriſdictionem, &
protectionem, nõ autem quoad dominium rerum priuatarũ
ſecundũ gl. d. l. bene à Zenone, ſuper verb. omnia. Diſtinctio
h enim dominiorum eſt iuris gentium *h* l. ex hoc iure, ff. de iu-
ſtit. & iur. Et ante coronationem nõ dicitur Imperat. ſed Rex
Romanus, quod notatur poſt text. in c. venerabilem, de ele-
ctione. Poſtquam enim a Principibus Germaniæ, ad quos ſpe-
ctat electio, de quibus eſt gl in c. Apoſtolicæ, in fi. in verb. illi,
extr. de ſententia, & re iudicata, lib. 6. in Regem Romanum
electus eſt, triplex corona e imponitur. Prima eſt ferrea, quã
recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi Aquiſgrani. Ferrum nãque fortitudinem deſignat, qua rebelles vincere debet. Secunda argentea, quam ingreſſus Italiam recipit ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, qua munditiæs, & claritas, quæ in Principe eſſe debet, deſignatur. Tertia eſt aurea, qua coronatur à Papa Romæ, & ſicut aurum eſt excellentius omnibus metallis; ita

ADDITIONES.

a *Siue de arduo negotio quæramus, ſiue de leuiori. Bal. de nou. C.*
b *Quia de iure non eſt cautum expreſſe, vt adijciatur inuocatio nominis diuini, vel Chriſti, vt conſtat ex nouella, vt præponatur nomen Imperatoris, § nos, n. gl. in l. generali. C. de tab. Idem in annis incarnationis Domini. Nam quod hi anni hodie inſerri ſolent, fit ex vſu magis, quam ex iure. Id ex ſubſcriptionibus conſtitutionum, Conſtantini, Theodoſij. Iuſtiniani, & aliorum apertiſſimum eſt.*
c *Vel ſigillo authentico obſignatum cap. ſcripta ext. de fide inſtr. vel quod iuſſu iudicis publicatum, l. publicati, C. de teſt. quod in iudicio ſcriptum apud acta l. 2. C. de edendo l. geſta de re iudicata, c. quoniam contra de probat. quod a tribus teſtibus ſubſcriptum iure Ciuili vel a duobus iure Canonico, l. ſcripturas, C. qui res Nouell de fide inſtr. § ſi quis igitur, c. 2. extr. de fide inſtrument. c. 1. ext. de teſtibus, quod ex archiuio publico productum. Nouella de his qui ingrediuntur, §. ſi vero, l. vſus, ff. de probat. cap. ad audientiam, extra de præſcript.*
d *L. Publia, §. vlt. de poſ. l. generaliter, C. de non num. pec.*
e *L. Rationes, l. exemplo, C. de probat. vbi Doct.*
f *Hæc intelligantur dolo malo, & in fraudem alterius, vt dixi ad tit. de falſ. & C. de mutat. nom.*
g *Ordinaria ſcilicet, nam interdum exaſperatur, vt l. vbi, C. de falſ. interdum mitigatur, vt paſſim ff. & C. eod.*
h *Vide Iaſ. & Doct. l. vlt. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.*

Digitized by Google

ita, & ipſe Imperator debet eſſe excellentior omnibus alijs Regibus,& principibus,in potẽtia,& iuſtitia, de quo eſt gloſſa ordinaria, in Cle.1.ſup. verb.veſtigijs, de iureiur. Cui add. tex.& Canoniſtas in d.cap.venerabilem,& omnino Aluarot. tum,in c.1.quis dicatur Dux,&c.in vſib. feud.& de iure Saxonico tex.& gl in art.56.lib.3. & conſil. D. Henningij Goden primum, de electione Regis Romani.

Quare dicitur Auguſtus.

7 Gloſſ. ſuper Rubr. procemij Digeſtorum dicit, ita appella-
a tum eſſe ab Auguſto Octauiano, nepote a Iulij Cęſaris, cui Senatus Romanus, ideo hoc nomen indidit, quia magno ſucceſſu, & felicitate in rebus gerendis vtebatur. Dicitur enim Auguſtus propriè ab Augurio, quaſi ſacer, veneratione dignus fortunatus,& bonis augurijs conſecratus, ad quod Ald. hic num 37. allegat verſus Ouidij ex 1.lib. Faſtorum: *Sancta vocant auguſta patres, auguſta vocantur Templa Sacerdotum rite dicata manu.* Licet gl. noſtra hic velit Imperatorem ab augendo Imperio dictum eſſe Auguſtum, quod ſaltem hoc propoſitum habere debeat, quod Imperium augere, non minuere velit. Sicut,& Reges in coronatione, ita iurare ſolent, cap.intellecto,de iureiuran.& adhuc hodie Imperatores hoc titulo vtuntur. *Semper Auguſtus*. Hic ſumpta occaſione Doctores hic quærunt.

An donatio facta à Conſtantino Imperatore Pontifici Silueſtro de iure valet?

8 De hac donatione ſcribit Gratianus in c. Conſtantinus 96. diſtinct. videlicet, quòd Conſtantinus coronam, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana,& dimidiam totius Imperij partem Silueſtro Papæ donauit. Illud ſanè ex hiſtorijs apparet, Conſtantinum Cæſarem, qui anno 312. poſt Chriſti natiuitatem imperauit, Chriſtiani nominis profeſſorem fuiſſe,& Nicænum Concilium procuraſſe, vt cogeretur, magnaque liberalitate erga Eccleſias vſum eſſe. Quod autem ad deciſionem quæſtionis noſtræ attinet, communiter concludunt Doctores, hanc donationem valere. Plura de hac quæſtione videte per Doctores gloſ hic, Bart & Bald. in proœmio Digeſtorum Bald & Salic. in proœmio, C.& Canoniſt. in d.cap. venera. de elect & d.c.intellecto, de iureiur.

Quid continet tertia pars Rubricæ.

9 Imperator ſeruat hunc ordinẽ, quem in mittendis epiſtolis Principes obſeruare ſolent, vt præmiſſis titulis ponat nunc nomen eorum, quibus ſcribit, dedicando librum Inſtitutio-
10 num cupidæ legum iuuentuti Ex quibus verbis Ioan. Fab.& alij hic notant, duo requiri in ſtudioſo ad ius anhelãti. Primo quòd ſit auidus,& cupidus huius ſtudij; iura enim vigilantib. ſcripta eſſe, eſt tex in l.pupillus, ff.quæ in fraud.cred. Alterum eſt, ne ingruẽtis ſenij vitio laboret. Licet enim ſenectus venerabilis ſit, vt inquit, I C.in l. ſemper, ff.de iure immunitatis,& melior ſit vmbra ſenis, quam gladius iuuenis ſecundum Bal. poſt tex. ibi in cap 1.de renunciatione, neque ſenſibus ſtudiũ diſcendi ſit abijciẽdum, ad exemplum I. C. Pomponij, qui in l.apud Iulianum, ff. de fideicomm. libert. inquit: *Ego diſcendi cupiditate (quam ſolam viuendi rationem optimam in octauũ & ſeptuageſimum annum ætatis duxi) memor ſum eius ſententia, quam dixiſſe fertur Iulianus: Etſi alterũ pedẽ in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere quidẽ vellem.* tamen iuuenilis ætas ad ſtudium iuris magis apta,& idonea creditur, quo.n. quiſque eſt iunior, hoc perſpicacior, & docilior eſſe à iure præſu-
b mitur, *b* ſecundum gloſ. in l. Gallus, in princ. ſuper verbo, ſi filius, ante ſi. ff.de liber.& poſth. Et eſt optimus text. in l.præcipiunt, ff. de ædil.edict. vbi elegans eſt text. quòd trita, & veterana mancipia difficile eſt reformare. Sint igitur ſtudioſi dili-
c gentes, *c* iuxta ea quæ hic refert Fab. *Si quis forte velit Iuriſcõſultus haberi. Contineet ſtudiũ velit a quocumque doceri. Inuigilet, nec vincat eum tortura laboris. Fortior inſurgat cũctiſq; recẽtior horis.* Ex prędictis addite gl. in proœmio Sexti, in verb. coronationibus, quæ inſtituit ſtudioſum iuris, vt 1. elegat locum aptum, 2. Doctorem idoneum, 3. quòd ſtudio vacet. 4. quòd ſe ad diuerſa non diſtrahat, 5. quòd continuet ſtudium.

ADDITIONES.

a *Ex ſorore ſcilicet, vide Sueton. & alios in eius vita.*
b *Hinc fit quod priuilegia ſcholarium exprimant annos 25. quia poſt non præſumũtur multum diſcere: ideoq; ad munera patriæ ſunt vrgendi, l. 1. vbi Bald. Odofr. Butrigar. Luc. de Penna, & communiter Doct. C. de his, qui ætate ſe excuſ. lib. 10.*
c *alioquin non merentur priuilegia, præſertim non frequentantes auditoria, Bar l. 1. C. de colleg. lib. 11. & in l. ſemper §. fi. de iure immun. l. qui ſub, C. de Sacroſ. Eccleſ. maxime ſi inhoneſte viuant, Bal. in proœm Digeſt. Card. in proœm. Clem. quod tamen non ſeruatur vſu, ſed illud magis, vt gaudeant priuilegijs nõ tamen promoueantur, Bart. l. nullus, C. de tyron. li. 12. Bal. in Aut. Habita. C ne fil. pro parte, Caſtr l. ſcriniarios, de teſ. mil. Ad acuendam autem inuentionem inductum, vt intra quinquenniũ abſoluere ſtudium debeant, cap. 1. de magiſt & in proœm. ff. vbi Doct. aut ſaltem ſeptennium, c. cum ex eo, de elect. in 6. nec ſtipẽdio, & immunitate vltra illud tempus fruantur, Lucas de Penna, l. 1. C. de his, qui ætat. c. vlt. vbi gl. verb per quinque annos, et Doct. de hæc & per abſentiam a ſtudijs quinquennalem matriculam perdant, l. 2. C. de primicerio, l. 3. C. de demoſt. lib. 12. quamquam poſt redeũtes, abſque ſumptu iterum in nouam matriculam recipiantur, l penult Co. de conſt. lib. 12. Bart in Conſ. Quidam ſcholaris, & in l. aut facta, §. Tempus, vbi etiam Alexand. conſ. 46. vol. 4. Rom. conſ 344.*

PROOEMIVM.

1 *Diuiſio proœmij.*
2 *Quæ pro ſuſtentatione, & gubernatione Reipubl. ſint neceſſaria.*

ACcurſius gloſſator in §. igitur, in ver. eadem, in f. eod. dicit, quòd partitio, ſeu diuiſio animum legentis incitat mentem intelligentis præparat, & memoriam artificioſè re-
a format, *a* & Salic. in præfat. Cod. inquit: *Qui bene diſtinguit*
1 *proximus eſt veritati.* Ideò poſt Angel. hic diuidit hoc proœmium in tres partes. In prima ponitur, quòd ſit officiũ Imperatoris. In ſecunda in § quorum, oſtendit Iuſtinianus qualiter hoc adimpleuerit, In tertia in § fi. nos ad ſtudiũ iuris exhor-
2 tatur, oſtendendo fructus, qui ex aſſiduo ſtudio ſequuntur. Et omiſſa ſub diuiſione, & longiore explicatione text. qui per ſe eſt facilis, ex prima parte notabitis quod pro ſuſtentatione,& gubernatione Reipubl. duo ſunt neceſſaria, vide licet, Leges, & arma. Et cum Imperator hic tribuat legibus id, quod eſt armorum, & è contra quod eſt legum tribuat armis, oſtendit vnum alterius opera,& auxilio egere: addite tex. in l vnica in princip. C. de Iuſtin. Cod. confir Sicut enim tempore belli legibus ad conſeruãdam diſciplinam militarem opus eſt: ita,& tempore pacis armorum vſus eſt in exequẽdis ſententijs, iuxta l. qui reſtituere, ff. de rei vendicat. & in puniendis delictis, cum interſit Reipubl ne delicta maneant impunita, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. Hinc refert Paul. de Caſt. in l. 3. C. de Epiſc. aud. dictum Senecæ dicentis. *Non poſſe pinguiorem victimam Deo mactari, quam hominem ſceleratum.* Et ſanctiſſima dicuntur iudicia, vbi de criminoſis ſupplicia ſumuntur, per tex. in d. l. 3. cum l. congruit, ff. de offic. præſid. Et in capit. clericorum, ext. de vita,& honeſt. cleric. dicitur, facilitatẽ veniæ eſſe incentiuum delinquendi. Et aduocati militares dicũtur, in l. aduocati, C. de adu. diuerſor. iud. Et leges magis Reipubl. neceſſarias eſſe, qua arma, probatur ex Eccleſiaſtici c. 9.
b vbi dicitur: *Melior eſt ſcientia, quam arma bellica.* An *b* autem Doctor militi præferatur, videte Angel. hic.

ADDITIONES.

a *Qui bene diſtinguit, bene docet.*
b *Vide Cic. lib. Offic. & ibi diſputationem. Amar. & in orat. pro Murena. Ariſt. in Ethic.*

§. Quorſum.

1 *Propria laus quando ſit licita.*
2 *Iactantia Thraſonica fugienda.*

ESt hæc ſecũda pars huius proœmi, in qua Imperator modeſtè cõmendat ſuũ officiũ à rebus geſtis, tribuẽs gloriã Deo. Benè enim facta, non principaliter ingenio, aut viribus noſtris, ſed ſoli Deo accepta referenda ſunt facit tex. in l. 1. in princ. iũcto, §. 1. C. de offi. præfecti prætorio. Hinc quærũt,& concludũt Ang.& Doct. hic, quòd propria, laus ſit licita præſertim neceſſaria, vt in caſu, l. 2. C. de his qui ven. æta impetra. Sic,& pro defẽſione famæ licita eſt laus propria, cũ vita,& fa-
2 ma pari paſſu ambulẽt, iuſta cauſa, ff. de man. vin. deteſtãda verò eſt corũ vanitas, qui admiratione ſui inflati, magnificis ſeſo

Digitized by Google

a præconijs,& titulis efferunt, & Thraſonicè *a* oſtentant alijs, tum quòd à virtute bonorumque virorum officio aliena eſt ea iactatia, tum verò etiam quod iactandis eiuſmodi glorioſis verborum, ac laudum propriarum ampullis aſſuefacti, infauſtum quendam inſolentiæ, & ſuperbiæ habitum induunt,
b ſibi, ac Reip., exitioſum. *b* De hoc genere magnificè ſeſe collaudãtium, egregij, & verè prudẽtes extant Prudentij verſus:

Deſine magna loqui, franget Deus omne ſuperbum.
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.
Diſce ſupercilium deponere, diſce timere.
Ante pedes foueam, quiſquis ſublime miraris.

A D D I T I O N E S.

a *Hoc enim eſt imitari militem glorioſum, vt ait Cic. in Offic.*
b *Luc. 14. 11. & 18. 14. Matth. 23. 12. ac pleni ſunt harum præceptionum ſacri libri: quibus omnium ætatũ exempla congruunt.*

§. Cumque hoc.

1 *Imperator Iuriſperitos appellat anteceſſores, patres, & amicos.*

1 EX hoc §. notabitis, quòd Imperator appellat Iuriſperitos ſuos anteceſſores, ſicuti in l. ſecundum reſponſum, C. de contrah. ſtipulat. nominat Vlpianum ſuum amicum, & in l. ex diui, C. locat. appellat eum ſuum patrem, reſpectu ætatis, & ſcientiæ Vnde Cinus ibi dicit: *Vides, Studioſe, quantum poſſit ſcientia, quæ facit Legumperitum patrem, & amicum principum?* Et pro commendatione Iuriſperitorum dicit Paul. de Caſt in l. 1. ff de iuſtitia, & iure, quod I.C. certius iudicat, quã homo laicus, quantumuis ingenioſus. Sapit enim naturali iudicio, quod cum laico habet commune, & etiam iudicio legibus informato, quo laicus caret.

§. Quas.

1 *Qui poſſint condere legem vniuerſalem.*

1 CIrca hunc §. notabitis, quòd nemo poteſt condere legem
a vniuerſalem, niſi *a* habeat poteſtatem publicam conceſſam ab Imperatore, cuius nomine leges ſunt promulgandæ, vt habetur in l. 2 §. primus D. Auguſtus, ff. de orig. iur. & not. in l. 1. C. de legibus. Cum igitur hic liber ſit compoſitus à quibuſdam perſonis priuatis, quarum authoritas non eſt neceſſaria, ſed probabilis tantum: Doctorum enim dicta non neceſſitant ad deciſiones cauſarum, ſed aliquam præſumptionem tantum faciunt, quatenus bona ratione mouentur, vt eſt
b gloſſa ordinaria, in d. l. 1. C. de legibus. *b* Ideo Imperator huic libro vim legis, & auctoritatem hic tribuit, cum eius mandato factus ſit. Quod enim quis per alium facit, ipſe facere vi-
c detur, c. qui per alium, de reg. iur. in 6. *c*

A D D I T I O N E S.

a *Talis fuit Senatus, l. non ambigitur, ff. de legibus. Tales hodie Vicarij Imperij, qui in Italia complures.*
b *Vide Pan. cap. ad hoc, nu. 23. de poſtul. prælat. Iaſ. l. properandum 11. § ſine autem, nu. 8. C. de Iudic.*
c *L. . de vi, & vi arm. & l. 1. ac paſſim quod vi, aut cla. Cæterum cum Imperator, emendarit hos libros, ipſius iure putantur, l. 2. C. de veter. iur. enucl.*

§. Summa itaque.

IMperator in hoc § tamquam in Epilogo, intelligens, honoreali artes, iuuentutem ad ſtudium iuris exhortatur, & excitat, magna laborum præmia, & pulcherrimum finem atque vſum horum ſtudiorum pollicendo. Bonos enim non ſolum metu pœnarum, verùm præmiorum quoque exhortatione effici cupit. I.C. in l. 1. ff de iuſtitia, & iure. Vnde, & Imperator in §. fin. in fine, in Authen. de heredibus, & Falc. dicit, quòd leges neminem in paupertate viuere, neque in anxietate mori permittunt. Vnde, & vulgo dicitur.

Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana.
Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana.

Sed principalis finis, nõ ſpes lucri eſſe debet, ſed vt gloria Dei
a in adminiſtratione Reipubl illuſtretur. *a* Gubernatio enim Reipubl. eſt verus iuriſprudentiæ ſcopus, & finis.

A D D I T I O.

a *Et ſocietas humana vitæ iure, ac iuſtitia, ſine quibus diu ſtare nequit incolumis, conſeruetur. Sic Solon, aiebat: præmia, & pœnas eſſe duas Rempubl. anchoras, vt eſt in epiſt. Cicer.*

IOAN-

Digitized by Google

IOANNIS OINOTOMI

IVRISCONSVLTI,

INSTITVTIONVM

IMPERIALIVM, LIB. I.

Commentarius.

DE IVSTITIA, ET IVRE.

TITVLVS I.

1 *Quid ſit iuſtitia.*
2 *Iuſtitia quotuplex.*
3 *De qua Iuſtitia hic agatur.*
4 *Iuſtitia vniuerſalis circa quid verſetur.*
5 *Iuſtitia particularis.*
6 *Iuſtitia, quare dicatur conſtans, & perpetua voluntas.*
7 *Iuſtitia ius cuique ſuum tribuit.*
8 *Quid ſit ius.*
9 *Quid ſit iuriſprudentia.*

COncordat cum hac Rub. tit. in ff. de iuſt. & iure. Imperator enim expoſiturus ius, præmit-
a tit de iuſtitia, à qua, *a* tanquam à matre ſua nomen iuris deſcendit, l. 1. in princip. ff. eodé.
b *b* Et diuiditur hic tit. in quinque partes. In prima ponit Imperator definitionem iuſtitię: In ſecunda Iuriſprudentiæ: In tertia declarat quo ordine, & ratione leges ſint diſcendæ, & tractandæ: In quarta deſcribit præcepta iuris: In quinta diuidit ius.

Quid eſt Iuſtitia?

1 Eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuē-
c di, vt hic, & l. iuſtitia, ff. eod. & non agitur hic de iuſtitia *c* diui-
na, ſed de externa quadam, & ciuili, ſeu politica iuſtitia, quæ
tantum pertinet ad formandos in hac vita politicos mores,
& exigit exteriorem quamdam honeſtaté, vt in tuto ſit Reip.
2 tranquillitas. Hanc iuſtitiā philoſophi duplicem eſſe tradunt:
vnam quæ omnes virtutes complectitur, & vniuerſalis dici-
3 tur: altera quæ vna virtutum eſt. De priore, vniuerſali ſcilicet
iuſtitia hic non loquimur, ſed de particulari, quæ eſt cōtraria
d iniuriæ, & quæ in diſtributiuam, *d* & commutatiuam diuidi-
tur. Prior pertinet ad præmia, & pęnas diſtribuendas, pro ra-
4 tione, ac varietate meritorum. Altera verſatur circa contra-
e ctus, & ęqualium rerum permutationes: hanc *e* particularem
5 iuſtitiam definit hic Imperator. Et rectè de ea dicitur, quòd ſit
6 conſtans, & perpetua volūtas. Quamquam enim caſus, & ne-
gotia varientur in tanta rerum diuerſitate: tamen mēs habet
f certas notitias, *f* naturales inſitas omnium hominum animis
ex quibus iudicat etiam pro diuerſitate circumſtantiarum,
quid ſit iuſtum, & illæ notitiæ ſunt perpetuæ, & immutabiles,
& quando his voluntas obtemperat, tunc rectè agit. Vnde il-
lud: Ratio ſemper hortatur ad optima. Et licet quis à iuſtitiæ
formula declinet, vt alterum lædat, nihilominus tamen iuſti-
tia ſui ſimilis, & immutata manet. Quod autem in definitio-
7 ne dicitur, ius ſuum cuique tribuens, hoc eſt proprium iuſti-
tiæ, ſicut propugnare iuſta, eſt proprium fortitudinis, & ſicut
duplex eſt hæc iuſtitia particularis, ita hic duplex intelligatur
ratio cuique tribuendi ius ſuum, nempe in diſtributionibus
pœnarum, & præmiorum pro meritis, & in commutationi-
bus rerum, ne cui fiat iniuria.

Quid eſt Ius?

8 Eſt ars æqui, & boni, ſecundum I. C. in l. 1. ff. eod. ideſt, *g* col-
g lectio præceptorum, ſeu iuſtarum notitiarum æqui, & boni,
quæ docent quid iuſtum, quid iniuſtum, quid æquum, quid
iniquum ſit.

h *Quid eſt Iuriſprudentia?* h

9 Eſt diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iuſti atq;
iniuſti ſcientia, vel ſcientia iuris ſcripti, ideſt, cognitio illarum
notitiarum, & pręceptorum, quæ docent quid bonum, æ-
quum, & iuſtum ſit, & dicitur diuinarum rerum notitia,
i non *i* quatenus Euangelium notitiam diuinam tribuit, ſed
quia illæ notitiæ nobiſcum natæ verè ſunt res diuinæ. Item
quia de rebus ſacris, religioſis, & ſanctis, quæ ad externam
diſciplinam, tractat: quæ res dicuntur eſſe iuris diuini, l. 1. ff.
de rer. diuiſ.

ADDITIONES.

a *Hoc etymon non à Grammaticis petitum eſt, ſed à Philoſophis, Con. lib. 2 lect. cap. 6.*
b *Iuſtitia eſt cauſa: ἀρχιτεκτονική Iuris Romani.*
c *Seu ſpiritualis, de qua Euangelium.*
d *Diſtribuit res & bonaq. publica analogia Geometrica.*
e *Commutat res & bona proportione Arithmetica.*
f *Et generales: qualis ea eſt. Natura æquum eſſe, neminem cum alterius detrimēto fieri locupletiorem, l. 14 ff. de condict. indeb. & aliæ complures. Aliud eſt in ſingularibus negotijs. Hæc enim prudentia eorum tantum eſt, qui in hac arte, aut à natura ita inſtituti, aut deficiente natura, ſtudio, ac labore.*
g *Ars enim eſt Syſtema propoſitionum certarum vſu perceptarum ad finem vitæ vtilem, Luciano.*
h *Quod Vlpianus vocat in l. 1. ff. eod. Idem appellat Iuriſprudentia in l. iuſtitia, 10. §. 1. eit, & hic Imperator, & ſubiectum vtrobique ſignificat Ius Romanum.*
i *Hoc vult: Diuinarum rerum cognitionem perfectius, & apertius tradi in Euangelio, quam in Conſtitutionibus Imperatorijs aut iure ab hominibus conſtituto, ac ſcripto: & multo etiam magis, quam in nudis natura noſtra notitijs.*

§. His igitur.

1 *A facilioribus ſtudia inchoanda.*
2 *An dominus eunti per viam inſolitam, ſi ſpolietur, teneatur ad damnum reſarciendum.*

POſita definitione Iuriſprudentię, Imperator nunc tradit, quo ordine ad eam conſequendam ſit procedendum, & diſcendi modum præſcribit his, qui legitimæ ſcientiæ cognitionem adipiſci affectant. Nempe, vt à principijs, & elemētis diſcendi rationem ineant, & ſe nō mox ab initio vaſto illi iu-

tis

Digitized by Google

ris Oceano temerè committant. Habent enim quælibet artes
ſuā quamdam infantiā, quod Imp. in §. 1. in proœmio Digeſto-
a rum expreſſit, cum inquit: Inſtitutiones omnibus *a* ſtudijs pri
mum locum ſibi vendicare. Et ideo in §. diſcipuli ſubijcit, vt
primo anno diſcipuli hasce hauriant Inſtitutiones. A faciliori-
bus enim, & minimis eſt incipiēdum, vt ad maiora peruenia-
mus. Nemo enim repente fit ſummus, vt inquit text. in §. hæc
quæ de caritate, de pœnitentia, diſt. 2 & ea docenda ſunt, quæ
auditorum ingenij conueniunt, cap. oportet, 8. qu. 1. Ne igitur
ſtudioſi initio multitudine, & varietate rerum onerentur, &
ab hoc ſtudio deterreantur, ſcui, ac ſimplici via prima elemē-
ta iuris tradi iubet Imperator hic. Ex quo colligit glos. hic in
verb. maturius, prouerbium; Qui vadit planè, vadit ſanè. Qua
gloſ. Ang. hic notat ad hoc: Quòd dominus promittens tene-
b re viam ſecuram, non tenetur ſi aliqua vadat per *b* viam inſo-
litā, & ibi ſpolietur: aliàs enim recipiens vectigal debet tene-
re itinera ſecura. & ſi tranſeuntes deprædantur, tenetur ad re
ſarciendum damnum de quo videre Bart. in l. 1. ff. de his, qui
deiecerunt, &c. Bal. in §. conuenticula, de pace iuramento fir-
mat in vſib. feud. & de iure Saxon. artic. 27. lib. 2. vbi dicitur
Vvem ergiezt gleibt, den ſoller vor ſchaden bevvaren, oder ymn
c *dem ſchaden geuen. c*

ADDITIONES.

a *Sic Lactantius ſcripſit Inſtitutionum Diuinarum libros ſeptē.*
b *Contra excuſatur a dolo, & culpa qui id fecit, quod conſuetum, eſt fieri, l. ſi pignore, in fi. & ibi gl. & Bart. ff. ad pignor. act. l. pignus, & ibi Bar. Bald. Ang. Caſtr. Salic. C. eod. Vide Euerhardum loco ab vſitatis ſeu ſolitis.*
c *Hoc non æquè ſeruatur ſicut ſeruari debebat, niſi quando peculiariter ſoluitur pecunia domino* Geleyt Gelt, ſuis Geleyt, *vt nundinarum initio, & exitu eo confluentes, vel inde diſcedētes facere ſolent.*

§. Iuris præcepta.

1 *Tria præcepta iuris ciuilis.*
2 *Primum præceptum ad quos expectat.*
3 *Secundum ad quos pertineat.*
4 *Offenſio ſui ipſius prohibita.*
5 *Fideiuſſores non poſſunt ſe obligare ad pœnam corporalem in cauſis criminalibus.*
6 *Sibi ipſi manus violentas inferēs, qualiter, & quando puniatur.*
7 *Tertium præceptum quid concernat.*

Quot ſunt præcepta Iuris?

1 TRia ſunt generaliſſima præcepta iuris. Honeſtè viuere,
alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere, vt hic, ex
l. iuſtitia, § 1 ff. eod. Ex his enim iuris doctrinis tamquam ex
fontibus omnes leges deducuntur. Nulla enim eſt lex, nulla
præterea ratio legis eſt, quæ non ad vnum ex his præceptis re
2 duci poſſit. Primum enim præceptum. Honeſtas ſcilicet vitę,
etſi alia quoque compręhēdat tamen videtur, ad vniuſcuiuſ-
que perſonam propriè pertinere, vt omnes noſtræ cogitatio-
nes ſermones, & actiones ita inſtituātur, quemadmodum re-
cta ratio ſuadet, ne quid contra honeſtatem inconſultè, negli
gēter, aut temerè cogitemus, dicamus, vel agamus, ſed in om-
nibus vitæ actionibus non ſolum id, quod licet, ſed, & id quod
honeſtum eſt, ſpectemus l. ſemper ff. de reg. iur. Reliqua duo
præcepta magis ad alios, & ad conſeruationem humanæ ſo-
3 cietatis pertinent. Secundū enim in quo prohibetur offenſio,
licet ad corpus propriè pertinere videatur, tamen ſec. Aldo-
brand. hic, de qualibet iniuria intelligi poteſt, quomodocum-
que offendantur perſona, vel fama, quæ vitæ æquiparatur l.
a iuſta, ff. *a* de manu. vind. vel res, & bona alterius, quæ vita, &
b ſecundus ſanguis hominis eſſe dicūtur *b* ſecun. glo. & Doct.
poſt tex. in l. aduocati, in verb. vitam, C. de aduoc. diuer. iud &
ſicut nō eſt licitum alium offendere, niſi ad defenſionem, de
c qua in tit. ſeq. dicemus: ita, & ſui ipſius offenſio prohibita eſt, *c*
in l omne delictum, §. qui ſe vulnerauerit, ff. de re militari. Ne
4 mo enim eſt dominus ſuorum membrorum, l. liber homo, ff.
ad leg. Aquil adeò quod is qui ex propoſito, vel metu crimi-
nis perpetrati ſeipsū grauiter lędat, vel vulneret, capite punia
tur, d. § qui ſe vulnerauerit. Vnde quis nec latroni permittere,
d aut per contractum ſe obligare poteſt, *d* vt inferatur ei in
5 corpus id, quod de iure pati non poteſt, videlicet vt corpus
e ſcindatur, vel torqueatur *e* ſecund. Angel. hic Ideò fideiuſſo-
f res, *f* qui in cauſis criminalibus promittunt ſiſtere reum ipſi
ad pœnam corporalem, ſi reus aufugiat, vt eum ſiſtere ne-
queant, ipſis infligendam obligare non poſſunt, cum nemo ſit
dominus ſuorum membrorum, pęnę enim ſuos debent tene-
re auctores, l. ſancimus, C. de pœnis, & melius eſt nocentem
dimittere, quàm innocentem condemnare, l. abſentem, ff. de
pęnis Sed tantum ad certam pęnam pecuniariam ſe obligare
g poſſunt, *g* quæ ſi non eſt expreſſa, iudex eam arbitratur, l. ſi
quis reum, ff. de cuſtod & exhibit. reorum. De iure verò Saxo
nico, quando fideiuſſor certam quantitatē non promiſit, ſol-
uendo Vvergeldt, liberatur, art 9 in princ. & ibi gl. in medio
Landrecht, libr 3. Et circa prædicta pro limitatione notanda
eſt diſtinctio Iuriſconſulti in d. l. omne delictum, §. qui ſe vul-
nerauerit, & in l. ſi ſl. & in l. 1. C. de bonis eorum qui mort. ſi-
6 bi conſci. Si quis ſe vulnerauerit, vel mortem ſibi conſciuerit
impatientia doloris, tędio vitæ, morbo, aut furore &c. non pu-
h nitur: ſi verò nihil tale prætendat, capite punitur, *h* & bona
occidentis ſeipſum ex impatientia, vel dolore, non auferūtur
hæredibus. Si verò reus metu criminis, & pęnæ ſibi ipſi mor-
i tem conſciſcat, eius bona confiſcantur, d. l. fin. & d. l. 1. *i* Quod
eſt verum, ſi tale erat ab eo crimen cōmiſſum, propter quod
K etiam bona erant ab eo auferenda, *k* vt in crimine læſæ ma-
ieſtatis, hæreſis, &c. Auth bon. damn. C. de bon damn. Ad cu-
ius intellectum videte Bald. c. 1 de pace tenend. in vſib. feud.
Et Paul. de Caſt. in l. eius qui, §. 1. ff de teſtam. Iaſ. in l. 2. C. qui
teſtam. fac. poſſ. aliàs verò non, vt extat hodie expreſſa conſti-
tutio Imp. Caroli V. *In der peinlichen halſz. gerichts ordnūg.*
cap, 135. & de iure Saxonico, art. 31. lib. 2 *Landrecht*. vbi eſt
additio, quod conſciſcentibus ſibi mortem, denegatur Chri-
ſtiana ſepultura, & ſub tecto domus deijciuntur, vel ſub limi-
ne domus extrahuntur, & ſupra raſtrum educuntur, & com-
l buruntur, aut in cāpo per carnificem ſepeliuntur, *l* & illa dici-
7 tur Canina ſepultura, vt eſt gl. poſt text. in cap. placuit, 23 q. 5.
Tertium præceptum res, & facultates concernit, ne quis alte-
rum, vel contrahendo, vel permutando decipiat, ſed ſuum
cuique tribuatur, ſiue pęna ſit afficiendus quiſpiam, ſiue prę-
mio remunerandus, & hæc tam ad magiſtratus quam priuatos
diſtributiua, & commutatiua iuſtitia pertinet.

§. Fi-

ADDITIONES.

a *L. iſti quidem, § quod ſi dederit, ff. de eo, quod metus cauſa, §. vlt. inſti. de noxalib. act.*
b *Vnde Alciatus, in l. tranſigere, C. de tranſact.*
c *Tot. tit. de his qui ſibi mort. conſc. & præceptum non occides, generale eſt, videlicet nec te, nec alium quemquam.*
d *Directè corpus torquendum aut ſcindēdum obligare nemo poteſt. Si tamen ſe quis alteri vendiderit (quod iure ciuili permittitur, l. 5 § 1 ff. de ſtatu hominum) corpus ſuum coercendum arbitrio domini præmittit, leg. vnica, Cod. de emend. ſeruorum, Quin corporis libertatem quiſque minuere poteſt, & carceri ſe adſtringere.*
e *Vt circumcidatur, l. circumcidere, de Sicar.*
f *Excipe Commentarienſem, qui cuſtodiam reorū debet: & ideò punitur ea pęna qua reus principalis qui aufugit, punitus fuiſſet, l. ad Commentarienſem, C de cuſtodia reorum.*
g *Poteſt tamen ſe quis obligare carceri, arreſtationi, pœnæ, ex ea cauſa, propter quam lex illam ſic obligat, vt ob non factam ſolutionem, l. 1. C. qui bon. ced. poſ. cum ſimilibus.*
h *Ex lege Cornelia quæ conatum per æque, ac effectum cædis gladio puniebat, l. 1. de ſicar l. his qui cum telo, C. eod. Sed hoc ius generali conſuetudine abrogatum eſt Sequitur ergo, nec hodie eum, qui ſibi manus intulit, neque eadem perfecit, puniri capitaliter cædis nomine, ſed magis arbitrariè, aut mulcta Saxonum, ratione vulneris pro eiuſdem modo, quantitate, & qualitate. Nam exempli cauſa, qui ſe caſtrat grauius videtur puniendus, d. l. circumcidere, Paul. Senten. lib. 5. tit. 22.*
i *Tamquam confeſſi, & conuicti Qui vult enim conſequens, vult omne neceſſarium antecedens, l. ad rem mobilem, de proc. l. 1. de iuriſd. Quare qui pœnam ſibi infligit, videtur confiteri crimen, cui talis pęna debeatur, l. 1. & paſſim, ff. de his qui ſibi mortem conſc. Quod accipe quando poſt inſtitutam accuſationem id conſciſcitur, d l. 1. Nam ſi ante, benignius eſt in dubio ſequi mitiorem interpretationem, l. penul. de pęn. vt intelligatur potius dolore quam conſcientia criminis ſibi vim intuliſſe, vide l. 1. qui ſibi mort. conſ.*
K *Nam hodie ex alijs criminibus bona non auferentur. Auth. bona, C. de bon. dam. quod ius. Saxon. ſequitur.*
l *Hoc vltimum in ſepultura ſeruatur, nō illa ſuperiora, niſi quod interdum de conclaui vbi ſe ſuſpendiſſe reperiuntur, de feneſtra deijciuntur. Sepeliri verò ſolent in agro, vel ſupplicijs deſtinato vel ſi honeſtiores ſunt, cœmeterijs propinquo.*

Digitized by Google

§. Finalis.

1 *Quotuplex ſit Ius.*
2 *Ius publicum in quibus conſiſtat.*
3 *Priuatum Ius ad quos pertineat:*
4 *De quo Iure, in hoc libro tractetur.*

Quotuplex eſt Ius.

1 IMperator hic dicit, ſtudij huius duas eſſe poſitiones, ideſt, duas partes, ſeu ſpecies iuris, circa quas totius diſciplinæ ciuilis tractatio verſatur, ſcilicet publicum ius, & priuatum, vt
2 hic, & l. 1. §. huius, ff. eod. Publicum ius eſt, quod in publicis perſonis conſiſtit, & ad ſtatum Reipub. Rom. pertinet, vt hic, & d §. huius, ideſt, in quo agitur de ſumma Imperij, de religione, de magiſtratibus, de iure belli, de fœderibus, &c. vt eſt aurea Bulla, & tres ferè libri poſteriores Codicis, & ſic principaliter deſtinatione, quadam publicam vtilitatem, & ipſum corpus Reipub. vel Imperij ſpectat quamuis acceſſoriè, & in cōſequentiam, priuatam quoq; vtilitatem reſpiciat, cum ex felici ſtatu Imperij magnum commodum ad priuatos redeat. Et
3 de hac ſpecie iuris nihil hic præcipitur. Priuatum verò ad ſingulorum, ſeu priuatorum hominum vtilitatem principaliter pertinet, quod ſcilicet tractat de diſcrimine perſonarū, & rerum, item de contractibus, & ſucceſſionibus, iudicijs, & ſimilibus rebus, quæ ad vtilitatem priuatorum principaliter pertinent, licet in conſequentiam etiam publicam vtilitatem reſpiciat, cum Reipubl. interſit locupletes, & diuites habere ſubditos, & ne quis re ſua malè vtatur, §. fi. infra de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. Et de hoc iure priuato in hoc lib. tractatur, quod collectum eſt ex præceptis, aut naturalibus, aut gentium, aut ciuilibus, ideò hoc ius priuatum in tres ſpecies ſubdiuiditur, ſcilicet in ius naturale, gentium, & ciuile, vt hic, & d. l. 1. & §. huius, ff. eodem, de quibus tit. ſeq. dicetur.

DE IVRE NATVRALI
Gentium & Ciuili.

TITVLVS II.

1 *Ius naturale quid ſit.*
2 *Defenſio Iuriſconſulti à reprehenſione circa hanc definitionem.*
3 *Ius naturale quotuplex.*
4 *Ius naturale primæuum.*
5 *Ius naturale ſecundarium.*
6 *Qui ſint effectus iuris naturalis primæui.*
7 *Matrimonium quotuplici iure introductum.*
8 *Mammæ, quare in ſuperiore parte corporis fœminis poſitæ.*
9 *Educatio liberorum, an ſit iuris naturalis, vel ciuilis.*
10 *An pater cogi poſſit ad alendos liberos.*
11 *An mater cogatur alere liberos.*
12 *An filij teneantur alere parentes.*
13 *An frater fratrem alere teneantur.*
14 *Nomine alimentorum quæ veniant.*

Quid eſt Ius naturale?

1 IVs naturale propriè, vt à Philoſophis etiam accipitur, eſt notitia, ſeu communes ſententiæ, mentibus hominum naturaliter, ſeu diuinitus inſitæ, de bonis moribus optimam, & abſolutiſſimam viuendi
a rationem proponentes. Iubent enim ea quæ facienda *a* ſunt, & prohibent contraria, vt colligitur ex c. 1. & c ius naturale, diſt. 1 & qualis ſit hæc notitia in Decalogo oſtenditur, & hoc ius naturale nobiſcum natum eſt, quod non didicimus, aut legimus, ſed ex natura ipſa arripuimus, & hauſimus ad quod non docti, ſed facti, non inſtituit, ſed imbuti ſumus, *b* ſecund. Balduin. hic. Et definitio tradita hic, & in l. 1. ff. de iuſt. & iure, videlicet, quod ius naturale ſit, quod natura omnia animalia docuit, cōmuniter impugnatur, cùm in brutis nulla ſit ratio, & per conſequens nullum ius, & ideo dicitur, Iureconſultum craſſius, ſeu liberius accepiſſe ius naturale pro inclinatione, ſeu inſtinctu naturali, & potius τοργὰς φυσικὰς definiſſe, quā
c ius naturales. *c* Doctores tamen hanc definitionem ſuſtinere conantur, & dicunt ius naturale eſſe, quod natura omnia animalia docuit, ſcilicet, quodlibet in ſuo genere, & ſuo quoquo modo, quo conditum eſt à Deo, ſecundū Fab. hic. Bruta enim ſuo motu, & impetu, quo condita ſunt, ſiue certa ratione, tan
d tum naturali inſtinctu promiſcuè coniunguntur, *d* non enim intelligunt quid deceat, ſed homo iudicium rationis adhibet, & naturaliter intelligit, in coniunctione maris, & fœminæ etiam honeſtatem conſiderandam eſſe, l. ſemper in coniunctionibus, ff. de reg iuris, item, & pro defenſione huius definitionis, dicunt, eam intelligi debere de iure naturali primæuo, non ſecundario. Vnde quæritur.

Quotuplex ſit ius naturale?

2 Doctores diuidunt ius naturale in primæuum, & ſecundarium. Primæuum appellant, quod homines cum brutis commune habent, cui poſterior definitio cōuenit, id eſt, quòd ſolo inſtinctu, & inclinatione naturali conſtat, & tam hominib. quam ceteris animantibus commune eſt. Vt ſeipſum diligere ſeſe conſeruare, declinare ea, quæ nocitura videtur, quærere, & parare ad vitam neceſſaria, ſui ſimile procreare, & curam habere eorum, quæ progenita ſunt, vt refert hic Mynſing. ex 1. lib. Officior. Secundarium vero ius naturale dicitur, quod ſolis hominibus conuenit, quod in ſola naturali ratione conquieſcit, quò à ceteris animantibus diſtamus, & huic prior definitio conuenit.

Qui ſunt effectus Iuris naturalis primæui?

3 Imperator hic duos effectus recenſet, maris ſcilicet, & fœminæ cōiunctionem, liberorum procreationem & educationem, de quibus Cicer. in 1. lib. Officior. ita ſcribit: Commune
e omnium animantium eſt coniunctionis *e* appetitus, procreā-
f di cauſa, & cura quædam eorum quæ procreata ſunt. Et cir-
7 ca primum notabitis poſt gl. & Doctores hic matrimonium *f*
g à quadruplici *g* iure eſſe in introductum. I. A iure natali, quoad ipſam coniunctionem maris, & fœminæ. II. A iure diuino, quo ad inſtitutionem, quia Deus in paradiſo inſtituit coniugium, vnde, & auctor, cuſtos, & præſul coniugij dicitur in cap. nemo, 32 a. quæſt. 4. III. A iure gētium, quoad conſenſum, quo matrimonium contrahitur, ſicuti ceteri contractus, qui conſenſu perficiuntur, iuris gentium eſſe dicuntur, in l ex hoc iure, ff de iuſt. & iure IV. A iure ciuili, quo ad ſolemnitatem, & formam, & prohibitionem quarumdam nuptiarum, de quo
† infra de nuptijs dicemus. †

De ſecundo effectu, educatione ſcilicet liberorum, notandum, quòd illa ſit iuris naturalis primæui, vt hic, & eſt pulcher text. in l. vnica, § taceat, C. de rei vxor. actio. vbi dicitur, quod naturalis ſtimulus hortatur nos ad liberorum educationem, & voti paterni eſt, liberis parare, & locupletare eos, l. nihil intereſt, in med. ff. de bonor. liber. Et Baldum, hic allegat Plutarchum, qui ait: Ideò naturam collocaſſe mammas in ſuperiori parte fœminei corporis, & quaſi in medijs amplexibus, vt doceret infantem tenere, & molliter tractandum eſſe, & facit text. in capit. ex literis, de conuerſione infidelium, vbi dicitur, quòd infans ante partum matri ſit onerosus, in par-
h tu doloroſus, poſt partum verò laborioſus. Educatio *h* igi-
9 tur quo ad inſtinctum naturalem, quo parentes ad educandos, & alendos liberos mouentur, eſt iuris naturalis: Re-
i ſpectu autem neceſſitatis eſt iuris ciuilis. *i* Pater enim de iure

---

ADDITIONES.

a *Sic Chryſippus legē naturæ appellat προςακτικὸν μὲν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δ' οὐ ποιητέων, præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum, le. 2. ff. de legibus.*
b *Sūt verba Ciceronis in oratione pro Milone, & l. 1. & 2. de leg.*
c *Vide quæ dixi ad hunc tit. & ff de iuſt. & iure.*
d *Quid ſi brutū infantem (quod interdum accidit) occiderit aut vocarit. Puniendū eſſe ait Guido Papa dec. 238. caſum etiā refert in c. ſi mulier, 15. q. 1. Exod. 21. dixi ad l. 2. ff. de legibus.*
e *Coniunctio maris, & fœminæ.*
f *Matrimonium quadruplici iure introductum.*
g *Quinque tamen iura in matrimoniorū cauſis finiendis ſpectanda ſunt, nimirum conſuetudo, ante legem Moyſis, ius Moſaicum, ciuile Romanum, Noui teſtamenti, & Canonicum.*
† *Inter Chriſtianos autē per Euangelicā legem, inſtitutū Sacramentū à Chriſto factū eſt. Matt. 19. Ephes. 5. Ex quo poſtea ſolemnitatē maximā per ll. Canonicas eſt ſortitū, & graduū plures differentias inter perſonas, quæ contrahere inter ſe nequeūt.*
h *Educatio (& ſic alimēta) liberis debentur & parentibus. Quid ſi ingrati? An & vxori per maritū: an domino per vaſallū: an donatori per donatarium, vide Maſuerium tit. de alimentis.*
i *Quid ſi mihi pater & auus diues ſit? pater tenetur alere, vt gradu propinquior. Cyn. in l. competēs, C. de alend. lib. Quid ſi mihi pater & filius locupletes. Vtriq; certè gradu pares, & tamen proprius eſt, vt alendi neceſſitas imponatur parēti. Amor enim magis deſcendit, quam aſcendit, & natura primo ductu impelluntur parentes ad liberos ſuos alendos. Angel. in d. l. 3.*

Digitized by Google

10 iure ciuili officio iudicis cogi poteſt ad alendos liberos pro
modo facultatum, l. ſi quis à liberis, in prin. ff. de lib. agnoſc. &
l. fin. & per totum tit C. de alend. liber. à parentibus, non ſolũ
exiſtentes in patria poteſtate, & ex iuſto matrimonio editos,
ſed etiam emancipatos, & naturales tãtum, d. l ſi quis, in prin.
iuncta Auth. licet, C. de naturalib. lib. Et licet de rigore iuris
ciuilis inceſtuoſi, & nati ex damnato coitu nõ ſint alendi. Au
ten. ex complexu. C. de inceſt. nupt. de æquitate tamen Cano
nica pater eos alere tenetur, cap. cum haberet, extra de eo, qui
duxit, quam polluit prius per adult. Et quod pater, ne dum fi-
lium, ſed etiam nurum alere cogatur, eſt gloſ. in d. l. ſi quis, §.
non tantum, in verb. cetera onera, & tex. in l. ſi filia, §. hoc am
plius ff. famil. herciſc. Prædicta tamen limitantur non proce-
dere, 1. quando filius eſt diues, vel artifex, & talis, qui ſibi ali-
menta parare poteſt, d. le. ſi quis, verſi. denique, & ibi gloſſ. in
verb. et operis. Tunc enim pater dicere poteſt, qui non labo-
rat, non manducet, vt inquit gloſ. in l. quamuis in verb. dene-
gandam ff. de damno infecto 2. limitantur, quando filius erga
patrem exiſtit ingratus, ſecundum gloſ. in d. l. fin. C. de alend.
libr. Ingratitudo enim tollit debitum naturæ, vt colligitur ex
textu, § optimè, verſ. hoc autem in Authen. de nupt. & dicitur
ventus vrens, ſiccans fontem miſericordiæ rorem pietatis, &
fructum gratiæ, ſecundum Bero. quem refert Abb. in cap. fin.
de donat. & generaliter, ex quibus cauſis quis exhæredari po
teſt ex eiſdem etiã alimenta denegari poſſunt, d. l. ſi quis, ver-
ſic. idẽ iudex, iuncta gloſ. in verb detulerat, & d. l. fin. iunct. gl.
11 ibid. C. de alend. lib. An autẽ mater cogatur alere liberos, dic
a quòd ſic quãdo filius eſt egenus, & nõ hẽt vnde viuat, *a* Au-
then. ſi pater, C. diuortio facto, apud quem liberi educari de-
beant. Item ſoluto matrimonio per diuortium tenetur filium
intra triennium alere, ſecũdum gloſ in d. c. cum haberet, extr.
de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adulter & in le. nec
filiũ, C. de patr. poteſt, & gl. in l. 3 C. de alend. lib. & gloſ. in d.
c. ex literis, ext. de conuerſione infidelium, gloſ. in le. alimen-
12 ta, C. de neg. geſtis. Et contra filius parentes inopes alere te-
netur, naturali ratione, qua aſtringimur, vt beneficienti bene-
faciamus, l. 1. C. de alẽd. lib. & d. Authen. ſi pater, & d. l. ſi quis
in princip & §. ſi impubes, vbi dicitur: Iniquiſſimum enim
quis merito dixerit, patrem egere, cum filius ſit in facultati-
bus. Et ampliare hoc procedere, etiam ſi pater infidelis, vel
banditus ſit, ſecundum gloſ. in cap. ſi quis filij 30. diſtinct. Li-
cet enim impius, & contemptor legum ſit, tamen pater eſt, vt
inquit tex in §. ſi verò contigerit, in Authent. de inceſt. nupt.
Et quod de parentibus, & filijs alendis dictum eſt, hoc in om-
b nibus aſcendentibus, & deſcendentibus perſonis vtriuſq; *b* na-
turæ obſeruari ſtatuit Imperator in d. Authen. ſi pater in fine.
13 Sic & frater *c* diues fratrem pauperem alere cogitur, ſecund.
c gloſſ. poſt tex. in l. qui filium, ff. vbi pupil. educ. deb. in l. mutus,
in fi. ff de iure dotium, & gloſ. in l. 3. C. de alend. lib. & gl. in d.
14 l. ſi quis, §. idem reſcripſit, ſupra verb. iuſtæ. Nomine autem
alimentorum veniunt omnia, quæ neceſſaria ſunt ad viuen-
dum, cibus, potus, veſtes, habitatio, & lectus, ſine his enim cor
pus ali non poteſt, l. legatis alimentis, ff de alimen. & cib. leg.
& l. verb. victus, ff. de verb. ſign. Et plura de materia alimen-
torum vide tẽ in tractatu Bart. de alimentis.

ADDITIONES.

a *Alioqui ſumptibus patris, l. ſed ſi, §. ſi pater, de lib. agn. vbi Bar. & in l. 1. C. de neg geſt. etiam intra triennium, quo lactat, l. nec filiũ, C. de patr. poteſt gl l. ſi competenti. Cod. de alend. lib. DD. d. l. nec filium, & d. l. ſi quis, §. ſi mater, de lib. agnoſc. Innoc. ca. ex literis, de conuerſ. infidel.*

b *Idem ergo in ſocero, & ſocru, ſicut ſupra in nuru. Nam, & hi parentum, & liberorum loco ſunt, l. 4. de ius voc. etiam in odioſis, § alia, vbi gloſ. infra, de public. iudic. Ergo multo magis in his fauorabilibus.*

c *Maxime ſi ei pater omnia ſua bona decerit. Poſſe enim eo caſu frater inopi a fratre ſuo petere debitum bonorum ſubſidium, vel alimenta. Gloſ. in l. ſi quis a liberis, in verbo, iuſte, ff. de lib. agnoſ. notat in l. mutus, §. 1. infra, de iure deliber. Nouell. quibus mod. natural. § ſi quis filios habens.*

§. Primus, iuncto §. Ius autem gent.

1 *Ius gentium quid ſit.*
2 *Vnde ſic dicatur.*
3 *Quotuplex ſit ius gentium.*
4 *Ius gentium primæuum.*
5 *Ius gentium ſecundarium.*
6 *Ius gentium interdum pro Iure naturali accipitur.*
7 *Effectus iuris gentium, Religio erga Deum.*
8 *Pietas ergo parentes, & patriam.*
9 *Bella iure gentium introducta.*
10 *Bellum duplex, publicum, & priuatum.*
11 *Defenſio, ſeu iniuria propulſio cuius iuris.*
12 *Defenſio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
13 *Defenſio rerum an licita.*
14 *Inculpata tutela, quæ dicatur.*
15 *In quibus moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtat.*
16 *Inſultatus quicquid facit, in dubio præſumitur ad ſui defenſionem facere.*
17 *Defenſio qualiter probetur.*
18 *Excedens modum in ſe defendendo qualiter punitur.*
19 *Seruitus, quo iure introducta.*
20 *Contractus ex iure gentium proceſſere.*
21 *Pacta ſeruanda.*
22 *Legati Sancti, & inuiolabiles.*

Quid eſt ius gentium?

1 EſT id, quod naturalis ratio inter omnes gentes cõſtituit,
& apud omnes populos per æquè cuſtoditur, & obſerua-
2 tur, vt hic. Vnde & ius gentium vocatur, quod eo ſolæ gen-
tes humanæ vtuntur, ad differentiam iuris naturalis primæ-
ui, quod hominibus cum brutis eſt commune, d. l. 1. in fin. ff.
de iuſt. & iure. Sicut apud omnes populos eſt quædam reli-
gio, item pietas erga parentes, & gentes ſe defendere, & con-
a tractu celebrare ſolent. *a*

Quotuplex eſt ius gentium?

3 Diuiditur in duas ſpecies, ſicut ius naturale, ſecund. Doct.
hic, Bart. & alios, in l. ſi id quod, ff. de condict. indeb. & in d. le.
4 ex hoc iure ff. de iuſt. & iure. Quoddam ius eſt primæuum,
quod naturali ratione fuit introductum, eo ipſo quo gẽtes eſ-
ſe cœperunt, abſque aliqua conſtitutione gentium, & eſt pro-
b priè ius naturale ſecundarium, *b* illæ ſcilicet notitiæ, diuinitus
humanis mẽtib. inſitæ, quib. naturalis rõ iudicat quid deceat.
5 Quoddam eſt ius gentium ſecundum, *c* quo gentes vtun-
c tur ex earum conſtitutionibus, quod eſt naturali quodam iu-
dicio proficiſcitur, non tamen ſimpliciter ab initio ſic fuit, ſed
poſtea communi omnium gentium vſu, & neceſſitatibus ita
exigentibus fuit conſtitutum, & illud propriè dicitur ius gen-
tium, quod hic definitur, ad differentiam iuris naturalis pro-
d prij, & interdum recedit *d* à iure naturali, eique detrahit, vt in
ſeruitutibus introducendis, aliquando verò ei addit de nouo,
6 inueniendo dominia rerum. Ac obſeruandum eſt, ius gen-
tium in legibus aliquando pro verò iure naturali accipi, ali-
quando verò pro eo iure, quod omni humano generi ex qua
dam cõſtitutione, vel obſeruatione generali commune eſt, &
apud omnes gẽtes pro iure ſeruatur, & aliquãdo ius naturale
e pro iure gentium ponitur, §. ſingulorum, infra de rer. diuiſ. *e*

Qui

ADDITIONES.

a *Eſt ergo iuris gentiũ, & cõſtitutione, & vſu, ſeu cauſa, & effectu.*

b *Ius naturale humana natura proprium, ius rationis, de quo l. 2. de legib. & Cicer. lib. 1. de Legib. quod reſpectu effectus, & vſus ius etiam gentium vocatur, l. omnes, ff. de iuſt. & iur. Item commune, quatenus iuri alicuius populi, vel ciuitatis proprio opponitur, l. 6. de iuſtitia, & iure.*

c *Ius ratiocinationis ſecundum vſum paucorum, eſt enim ſapientum inuentum, d. l. 2. ſecundum vſum omnium, proprieque potetat ius gentium appeti, l. omnes, l pen. de iuſt. & iure.*

d *Hoc videtur propriũ eſſe iuris ciuilis, vt traditur in l. ius ciuile, 6. ff. de iuſt. & iu. Sed in hoc conuenit iuri gentiũ ſecundario cũ iure ciuili, quod vtrumq; non in omnibus cum naturali ratione cõueniat, ſed illi aliquid, vel addat, vel detrahat, in hoc autem differt, quod ius gentium ſecundarium apud omnes per æque gentes ex ratiocinatione quadam, vſu ita exigente, conſtitutum ſit & ſeruetur, ius vero ciuile in aliqua tantum ciuitate, & vſu, & neceſſitate illius ciuitatis ita requirente, conſtituatur. Item ius ciuile non ſolum recedit aliquando à iure naturali, ſed etiam à iure gentium, iure namq; gentium commercia libera ſunt, ſed neceſſitate ciuitatis, ita exigente, frumenti, vel vini auectio, ſtatuto, vel lege ciuili prohiberi poteſt, & ſimilia plura.*

e *Eſt enim hominibus verè ius natura, ac magis proprium quam illud ſuperius, cum ſit rationis humanæ, non inclinationis communis cum beluis. Quamobrem in omnibus quæ tantum ad hominem pertinent, vt ſunt ea, quæ intellectu conſiſtunt, velut dominia, ſemper ius naturæ vocatur hoc, quod hic, & alibi ius gentium. Caſtr. in l. 1 in princ ff. de pact.*

Digitized by Google

Qui ſunt effectus Iuris gentium ſecundarij.

7 Primus eſt religio *a* erga Deum, l. veluti, ff. de iuſt. & iure,
a quæ eſt reuerentia quædam erga Deum, qua mens humana ſtatuit, eſſe Deum potentem, creatorem, & conſeruatorem omnium rerum, & iuſtum, qui bonis benefaciat, & malos puniat, & ideò iudicat, Deum timendum, colendum, & inuocandum eſſe. Quæ quidem notitia legis diuinæ peccato originis obſcurata eſt, & *Nulla eſt gens* (vt inquit Cic. in 1. Tuſc.) *Tam fera, nemo hominum tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorũ opinio, multo de Dijs praue ſentiũt (id enim vitioſo more effici ſolet) omnes tamen eſſe vim, & naturã diuinam arbitrantur.* Et idem Cic. libr. 2. de Nat. Deo. in his verbis dicit: *Omnibus innatũ eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe Deos.*

8 Secundus effectus eſt pietas erga parentes, & patriam, vt parentibus, & patriæ obediamus, d. l. veluti. Hinc Vlp. in l. 1. ff. de obſ. liber. dicit: *Filium, qui patrem, & matrem, quos venera-*
b *ri oportet, contumelia affecerit, grauiter puniendum eſſe: b* ſemper. n. perſona patris filio ſancta, & honeſta videri debet, l. liberto, ff de obſeq. liber. Sic & patrię reuerentiam debemus, vnde & oppugnatores, & proditores patriæ incidunt in crimen leſæ maieſt. l. pe. ff. ad leg. Iul. maieſt. tex. & gl. in l. fi. C. de abolit. & pęna reorum maieſtatis eſt, vt gladio puniantur, & omnia eorum bona confiſcentur, l. quiſquis, in princ. C. ad l. Iul. maieſt. Et quod non ſolum parentibus, ſed etiam patriæ naſcamur, dicitur in l. 1. §. & generaliter, ff. de vent. in poſſ. mit. Sicut & Cic. ait. *Nõ nobis ſolũ nati ſumus, ſed ortus noſtri partem patria ſibi vendicat, partem amici, & vnicuique noſtrum chari ſunt parẽtes, chari liberi, & familiares, ſed omnes hominum charitates vna patria cõplexa eſt.* Hinc patria dulciſſima dicitur in l. qui habebat, ff. de leg. 3. Et noti ſũt verſus Ouidij:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Et patriæ potiùs, quàm parentibus parendum eſt, ſi vtrique non poſſimus parere, vt notatur per illum text. in l. poſt liminium, §. filius, ff. de capti. & poſtlim. reuerſis, *ita, quod & filius impune patrem, qui ad patriam delendam venit, occidere poſſit,* l. minimè, ff. de relig. & ſumpt. fun.

9 Tertiò à iure gentium bella introducta ſunt ad puniendos
c ſontes, *c* ad defenſionem perſonarum, & rerum noſtrarum, d. l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure. Et hæc conſtitutio de bellis non emanauit ab initio vna cum genere humano, ſed dominijs rerum diſtinctis, atque hominum deprauatis moribus, ad cõſer-
d uanda dominia rerum, & ad puniendos ſontes *d* pro conſeruanda communi tranquillitate, & ſocietate hominum intro-
10 ducta fuit. Eſt autem duplex bellum, ſec. Doct. hic, publicum & priuatum. Publicum dicitur, quod authoritate, & publico nomine Imperij indicitur, & illud regulariter eſt licitum, de quo poſt Angelum, & Doct. hic, videre notata in l. extat, ff.
e quod met. cauſ. *e* Priuatum *f* verò dicitur, quod à priuatis in-
f fertur, & hoc regulariter eſt prohibitum, d. l. extat, & d. leg. æquiſſimum, ff. de vſufr. & l. ſi quis in tantum, C. vnde vi. Niſi
g hoc fiat *g* ob tutelam corporis ſui, ideò de defenſione nunc
11 quædã ſunt dicenda. Et principio notandum, defenſionem, ſeu iniuriæ propulſionem etiam eſſe iuris naturalis primæui, quia brutis quoque cõuenit, l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quad. paup. fec. dic. Sed defenſio cum diſcretione, & moderamine quodam, eſt iuris gentium, quia pro leui iniuria, & offenſa, nec de iure gẽtium licitum fuit quẽ occidere, vt poſt alios dicit Dec.
12 in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure, nu. 11. Poſtea defenſio à iure ci-
h uili ad formam, quæ dat eſſe rei, *h* reducta eſt, vt ſcilicet fiat
i cum moderamine inculpatæ *i* tutelæ. Ideò I C. in l. ſcientiam §. qui cũ aliter, ff ad leg. Aqui. inquit *Vim vi defendere omnes leges omniaq; iura permittunt, eſtque more omni populo, vim vi repellere licet,* d. l. vt vim, & d. §. qui cum aliter, & l. 4. ff. ad leg. Aquil. Et ampliatur hæc regula. Primo, quod etiam defendẽ-
K do ſe, quis alium impunè interficere poſſit. *K* Nam quod quis ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimatur, d. l. vt vim, & leg. 2. & 3 C. ad leg. Corn. de ſicarijs, & quod lege permittente fit rectè fit, & pęnam non meretur, leg. Gracchus, C.
13 ad l. Iul de adult. Secundo ampliatur hæc concluſio: *vt etiam* pro defenſione rerum cum moderamine inculpatæ tutelæ, vim illatam propulſare liceat, l. 1. C. vnde vi, & l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. & hominem etiam hoc caſu occidere
l licet, *l* l. furem, ff de leg. Corn. de ſicarijs, & l. 4. ff. ad l. Aquil. & c. ſi perfodiens, ext. de homicidio. Limitatur autem procedere, ſi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, d. l. 1. C. vnde vi, & c. ſignificaſti, 2. extr. de homicidio. Et dicitur inculpata tu-
14 tela ſecundum Bart. in d. l. 1. quando quis aliter ſe defendere
m nequit, illa enim propriè dicitur defenſio neceſſaria, *m* d. l.
n ſcientiam, §. qui cum aliter. *n* Et dicitur ſe aliter defendere non poſſe, quando imminet periculum rerum, vel perſonæ, non enim quis pati debet, quod damnificetur in aliquo, ſi dã-
o num eſt irreparabile: alias ſecus, *o* d. l. furem, in fi & ibi Bart.
13 ff. ad l. Cornel de ſicarijs. Conſiſtit autem hoc moderamen circa plura, ſecundum gl. Bart. & alios, in d. l. 1. gl. & Canoniſ. in d. c. ſignificaſti, I. Circa ordinem actuum, ſ. vt præcedat offenſa, vel iuſtus timor offenſæ, l. ſi ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. & eo ipſo, quod terror infertur cum armis, præſumitur quis conſtitutus in diſcrimine vitæ, ſecundum gl. 1 & ibi Bart. in l. 5 ff ad l. Aquil. & Ang. hic nu. 4. Debet igitur quis exſpectare ſe inſultari & armis terreri. An autẽ quis teneatur exſpectare primum ictum? Dic ſecundum Doct. in prædictis locis, quod non. Melius. n. eſt (vt in ſimili dicit Imperat. in l. fi. C. in quibus cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſaria) intacta iu-
p ra ſeruare, quàm poſt vulneratã cauſam remedium quęrere. *p* Quòd eſt verum, ſi præcedãt ſigna, & actus manifeſti offenſionis, & quis ſe aliter tueri non poterat. II. Circa modum, ita vt ſi vis armis inferatur, etiã cum armis reſiſti poſſit. Debet enim defenſio eſſe proportionata ex parte inſtrumentorũ, vt ſit quodammodo ęqualitas armorum, d. l. 3. § cum igitur, ff. de vi, & vi arm. ſi tamen inferens vim eſſe ita fortis, vt plus poſſet cum pugno, quam alter cum enſe, poſſet quis ſe armis defendere, ſi aliter euadere nequeat, ſecundum Bart & Doctores in d. l. 1. An autem quis fuga ſibi conſulere debeat? cõcluditur, quod fugere cum dedecore quis non teneatur, cum aliquem fugatum eſſe cuilibet ſit iniurioſum, argumento, l. item apud, §. 1 ff. de iniurijs, de quo videre Doctores in d. l. 1. C. vnde vi, & in dict. l. vt vim, & Angel. hic nu 4. ante fin. III. Circa
q tempus, quòd ſcilicet defenſio fiat incontinenti, *q* durante rixa, non interueniente actu extraneo, adhuc flagrante crimi-
r ne, dict. l 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. *r* IV. Circa cauſam id eſt, quod fiat ad defenſam, non ad vindictam, vnde percuſſus etia in continenti non debet percutere ad vindictam primò percutientem, ſed ſi hoc faciat ad vitandas alias percuſſiones, quas aggreſſor de nouo facere intendebat, excuſatur, ſecundum gloſ. in dict. cap. ſignificaſti, 2 extra de homicid. & Doctores in prædictis locis, & Angel. hic num. 4. Et in dubio ille qui fecit inſultum, præſumitur habere animum repercutiendi, ſecundum Salic. in dict. l. 2. C. de ſicarijs, & Bald. in dicta l. vt vim. Et diligenter notandum, quòd in dubio ille, qui incontinenti percutit aggreſſorem, videtur facere ad defenſam, & præſumitur ideò feciſſe, ne iterum percutiatur, ſecundum gloſ quam ibi Bald notare iubet, in dicta l. ſi ex plagis, §. tabernarius, ſupr. verb niſi data, ff. ad leg Aquil. Hinc. & Bald. in l 2. Cod. de ſicarijs, dicit Quod in dubio inſultatus, quidquid facit, præſumitur ad ſui defenſionem facere, per text in d. §.

ADDITIONES.

a *Cuius intuitu multa ſpecialiter in iure noſtro inducta ſunt, cuius rei exempla ſunt in leg. 2. ff. de in ius voc. l. aut religionis beneficium, & ff. ad procu. l. ſunt perſonæ, 43. ff. de relig. l. vitricus, 66. ff. de donat. inter vir. & vxor.*
b *Id eſt, etiamſi vilis, & abiecta ſit perſona patris, l. vlt C. qui & aduerſus quos. Nouell. 22. Proinde venia dignus filius videtur, ſi patrem furem, aut alterius criminis obnoxium tecto ſuo receperit, aut tuerit, arg. l. vlt. ff. de receptatoribus.*
c *Finis belli vlt. pax, medij defenſio, recuperatio, iuſta pœna executio Bellorum tamen originem ab ambitu, auaritia, & ſimilibus fluxiſſe verius eſt.*
d *Vide cap. 1. 2. & 3. cum ſeq. 23. q. 2.*
e *Nõ eſt bellũ, ſed vis aut publica, aut priu. l. hoc iure, 194. de reg. iur. Itaq poterat hæc diuiſio omitti, cũ iſta belli nulla ſit ſpecies.*
f *Vide in hunc locum repetitionem Zoannetti in l. vt vim, ff. de iur. & iu.*
g *L. Iulianus, § ſi quis rem, ff. ad exhib.*
h *L. 1. vbi DD. C. vnde vi.*
i *L. ſi quis, C. de ſicar.*
l *Secundum diſtinctionem tamen d. l. furem.*
m *Vt tamen tantaque ſit defenſio, quanta eſt neceſſitas.*
n *L. 1. quan. lic. vnicuique ſe vindicare.*
o *Mitigatur tamen excedentibus pœna. puniuntur enim non ex dolo, ſed culpa, non propter delictum, ſed propter exceſſum rei licita, hoc eſt, defenſionis in qua difficillimum eſt ſemper modum tenere: vide Iaſ. l. 1. num. 18. de legib. Bald. l. 1. C. Vnde vi. Bolog. & repetentes, l. 3 de iuſt. & iur.*
p *Adde d. l. 3. C. quan. lic. vnicuique ſe vindicare.*
q *Quid ſi poſt? Vindicta fuerit potius quam defenſio, diſt. 46. cap. ſeditionarius.*
r *Vide tamen quomodo ibi definiat Bart.*

Digitized by Google

d.§ tabernarius, iuncta gloſſ. & in l.1.§. cum arietes, ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dicatur. Iura enim perſequuntur auctorem rixæ, qui inſultum fecit, dict. §. tabernarius, & videte Ang. in tract. malefic. in verb. & dictus Titius ſe defendendo. Et notādum dictum Bart. in dict. §. tabernarius. Quod ſi ego te percutio antequam tu me percutias, dum es in actu percutiēdi, tunc in dubio videor facere ad defenſam; & in hoc non poteſt ſic certa regula tradi, ſed bonus iudex eo modo facti, & qualitate perſonarum hoc æſtimare debet. Et plura de defenſione, præſertim qualiter articuli probatorij concipiendi, & formandi ſint, vt defenſio neceſſaria probetur, videte per Ang. & alios hic, & eumdem Ang. in §. iniuria, inſ. de l. Aquilia, & in d. tractatu maleficiorum, ſuper verb. & dict. Titius ſe defendendo, &c. gl. & Doct. in d. l. vt vim, & dict. l. 1. C. vnde vi, gloſſ. & Petrum de Ancharano in Clem. 1. de homicidio, & notabilis deciſ. Bart. in d. leg. 5. ff. ad leg. Aquil. Quod ſi quis impetum in te faciat ſtricto enſe, & tu euadere nequeas ac interficias eū, probetur defenſio. Cū hac deciſione cōcordat conſtitutio Imperialis: *In der peinlichen halſzgerichts ordnung* c. 140. vbi dicitur: *Si quis aliquem lethali inſtrumento, ſeu euaginato gladio aggreditur, prouocat, vel verberat & aggreſſus abſque periculo, ſeu diſpendio ſua vita bona fama, & honoris commode euadere nequit: tunc aggreſſori pro defenſione*
17 *ſua vita licite, et impune poteſt reſiſtere.* Et qualiter *Notwehr* probetur, videte de iure Saxo. gl. in art. 78 libr. 3. quæ licet requirat 7. teſtes, tamen probatur per duos teſtes, vt admonet
18 ibi apoſtilla, & ita etiam pronunciatur. Et circa prædicta diligenter notabitis, ſi defenſio non ſit facta cum moderamine inculpatæ tutelæ ſed inſultatus in defendendo ſe, modum exceſſerit, & aggreſſor fuerit occiſus, non tamen puniatur de homicidio, ſed tantum de illo exceſſu, ſecundum gloſ. in d. c. ſignificaſti, & DD in d. l. vt vim, & in d. l. 1. per text. ſing. in l. ſi adulterium cum inceſtu, § Imperatores, ff. de adulterijs, & d. l. Gracchus, in fin. C. de adult. & addite hic Angel. num. 4. & eumdem Ang. in tractatu maleficiorū, in d. verb. & d. Titius ſe defendendo, numer. 17. Hinc ita pronunciari ſolet: *Etſi ea primus requiſita neceſſaria defenſionis, non ſufficienter ſatiſque (prout debuit) probauit, attamen deductis probationibus tantum apparet, quod pena ordinaria, homicidij ex propoſito commiſſi, non veniat puniendus.* Quia vero in ſe defendendo moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit, non immeritò pena perpetuæ
a relegationis, ſeu manus amputationis plectendus eſt *a*

19 Quartus effectus iuris gentium ſecundarij eſt ſeruitus, d. l. ex hoc iure, & §. ſeruitus, infra de iure perſon. De iure enim naturali omnes homines liberi naſcebantur, ſed quia deprauatis hominum moribus, ius gentium bella introduxit ad puniendos ſontes, & vt pax haberetur: neceſſario bella ſecuta, &
b captiuitas, & ſeruitus, cum naturalis ratio doceat *b* parcere his, qui ſe in fidem dederūt, neque ſemper occidere eōs, quos vi deuiceris, ſed aliquando conſeruare, & quia non impunè
c ſunt dimittendi, ideò capti ſeruitute puniuntur, *c* ſecundum Doctores hic, & in d. leg. ex hoc iure. Vnde & ſerui à ſeruando dicti §. ſerui, inſ. de iure perſon.

20 Quintò, diſtinctio dominiorum, & rerum diuiſio à iure gentium introducta eſt, vt quiſque ſuum teneat, d. l. ex hoc iure. Et ſic naturalis ratio docet fieri non poſſe, vt omnia ſint cōmunia, nec quem res alterius occupare debere, vnde Imper. in l. ſi conſtiterit, C. fin. reg. dicit: Quod vnuſquiſque ſuo iure contentus eſſe, & res alterius expetere non debeat, & quilibet ſcire debet, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, l. cum quærebatur, C. vnde vi.

21 Sextò, omnes penè contractus, & obligationes ius gētium introduxit. Omnibus. n. populis cōmunes ſunt cōtractus permutationis, emptionis, locationis, &c. d. l. ex hoc iure, & hic in § ius autē gentium iuncta gloſ. in verb. penè. Excipiuntur quatuor cōtractus, qui à iure ciuili ſunt introducti, vt ſtipulatio, literarū obligatio, ſponſalitia largitas ſeu donatio propter
d nuptias, & contractus emphyteuticus, *d* de quibus videte poſt gloſ. Doct. hic in d. l. ex hoc iure. Et quamuis gloſſ. hic in verb. penè, dicat, obligationes ex delicto non eſſe iuris gentium, tamen communiter reprobatur. Licet enim delinquēs
e propriè non ratione conſenſus obligetur ad penam, *e* tamen hoc caſu obligatio naturalis oritur ex alio capite naturalis æquitatis, quod ſcilicet prohibet delicta, & ſonteſpuniri iubet, de quo infra ſuper Rubr. de obl. quæ ex delict. naſc. dicemus.

22 Septimò, ius gentium pacta ſeruare iubet. Quid enim tam congruum eſt fidei humanæ, quam ea, quæ placuerunt, inter nos ſeruare: vt dicitur in leg. 1. ff. de pactis, & nihil magis fidei humanæ congruit, quam ea, quæ placuerunt, cuſtodire, l. non minorem, C. de tranſact. & Bald. in d. l. 1. refert, Ariſtotelem admonuiſſe Alexandrum, vt promiſſa ſeruarent, aliàs malum finem ſecuturum eſſe. Sic magiſt. Sentent. dicit, quod etiam Deus ex promiſſione obligetur, vnde, & fides hoſti data ſeruanda eſt, l. conuentionum, cum ibi notatis, ff. de pactis, &c. noli, 23. q. 1. præſertim, quando fides data eſt à publica perſona hoſti. Nam fidem datam hoſti à priuato non eſſe ſeruan-
f dam, *f* concludunt Doctores, per text. in l. 1. §. non fuit, ff. de dolo. Dicit tamen Fulgoſius, vt eum refert Iaſ. in d. l. conuentionum, quod armigeri noſtri ſeruant contrarium, de quo videre Zaſ. in libello de Iudæis.

Octauò, legatorum non violandorum religio eſt iuris gentium, cap. ius gentium, 1. diſtinct. Ideò legati de iure gentium ſancti, ideſt, inuiolabiles eſſe dicuntur. Vnde ſi quis legatum hoſtium pulſaſſet, contra ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimabatur, violans legatos, hoſtibus eſt tradendus, vt fiat illorum ſeruus, vt eſt text. in leg. fin. ff. de legation. & ſecundum
g Canoniſtas excommunicatur, *g* cap. ſi quis, 94. diſtinct. & gl. in d. c. ius gentium.

ADDITIONES.

a *Iudex in tali alternatiua debet eligere mitiorem, leg. ſemper in obſcuris, de reg. iuris, l. penult. de penis.*

b *Eſt itaque ſeruitus ſi eum ſcopum ſpectes, beneficium, aut pœna ſeuerioris temperamentum. Quamquam, qui primi captos ſeruauerunt, compendium ſuum potius ſpectaſſe videntur. Nam Imperatores quos captiuos vendere volebant, ſeruabant, nec occidi ſinebant. Theoph. §. 2. infra de iure perſonarum, facit l. pupillus, ſ 39. § ſeruorum appellatio, ff. ad verb. ſignific.*

c *Iuſtum eſt hos velut ſeruos pœnæ fieri ex ſuo delicto. Sed quid hoc ad infantes ex ſeruo ventre natos? Fateamur ergo ius hoc a naturali recedere, l. 4. & l. 6. de iuſtitia, & iure.*

d *Contra Connan. de loc. & empt.*

e *Imo ſi conſenſus conſilium, voluntas deſit, abeſt delictum, l. in l. de ſicar. l. Diuus, de offic. præſid. Ratione tamen ſolius conſenſus nemo ad pœnam obligatur, l. cogitationis, de pen. ſed aſſumpto, aut ſecuto actuum actu, l. fugitiuus, 2. 5. de verb. ſign. l. quod ait, l. capite 25. de adult.*

f *Ab alijs ſcilicet iuxta reg. tit. C. res inter alios acta, l. ſi vnus, §. ante omnia, de pact. Nam qui pepigit procul dubio ſeruare debet, quoad poteſt; non Reſpub. cui pacta priuatorum non præiudicant, l. ius publicum, de pact.*

g *Adde, cap. ſuper gentes & regna, extra de offic. legat.*

§. Ius autem ciuile, iuncto §. conſtat, cum aliquot ſequentibus.

1 *Ius ciuile in genere.*
2 *Quādo ſit mentio in iure noſtro iuris ciuilis, de quo intelligatur*
3 *Ius ciuile commune quotuplex.*
4 *Ius publicum ſcriptum.*
5 *Vocabulum legis generaliter ſumptum, de quo iure accipiatur.*
6 *Generalis legis definitio.*
7 *Cauſa legis quæ.*
8 *Forma Legis.*
9 *Officium Legis.*
10 *Conſtitutio principis quæ propriè dicatur.*
11 *Conſtitutio principis quotuplex.*
12 *Priuilegia vnde dicta.*
13 *Ius ſcriptum priuatum.*
14 *Quis poſſit condere ſtatuta, & numeris 15. 16. 17. 18. & 19.*
20 *De quibus rebus poſſint fieri ſtatuta, & numeris 21. 22. & 23.*

Quid eſt ius ciuile, ſ. u poſitiuum?

1 IVs ciuile in genere dicitur, quod quiſque populus ſibiipſi conſtituit, vt hic §. ius autem ciuile, & capit. ius ciuile, 1. diſtinct. & neque in totum à iure naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit, ſed interdum ei aliquid detrahit, interdum verò addit, l. ius ciuile, ff. de iuſtitia & iure, & ſicut ius gentium ab omnibus gentibus dicitur, quod om-
a nes gentes eo vtuntur: Ita ius ciuile à ciuibus, *a* ſeu certo populo

ADDITIO.

a *Quod ſi ab omnibus ciuibus, ideſt a toto populo condatur ſecundum formam requiſitam, ad omnes pertinebit. Bart. in l. omnes populi, 9. nu. 5. ff. de iuſt. & iur. cætera namq; ſtatuta, quæ vel a collegijs, mercatoribus, campſoribus, vel ciuitatis quarterio fiūt, inter ſtatuentes tantum obtinent. Bart. in d. l. omnes populi, nu. 2. 6. 7. de iuſtit. & iur. & in l. receptitia, 5. num. 1. C. de conſtit. pecun. Id tamen notandum eſt, illa collegia nihil contra ius publicum ſtatuere poſſe. Bart. d. l. receptitia, C. de conſt. pec. vide inf. eod. tit. nu. 15. & ſeq.*

Digitized by Google

populo nomen traxit, & non apud omnes gẽtes, ſed in certo
populo, ſeu ciuitate ſeruatur, l. omnes populi, ff de iuſt. & iur.
Sicut nos viuimus iure ciuili Romano, quod apud Turcas &
alias gentes, Romano Imperio non ſubiectas, non ſeruatur.
2 Et quando in iure noſtro fit generalis mentio iuris ciuilis, tũc
illud de iure ciuili Romano intelligimus, vt hic, §. ſed ius qui-
3 dem ciuile. Et diuiditur in ſcriptum, & non ſcriptum. Scri-
ptum verò diuiditur in publicum, & priuatum.

Quid eſt ius publicum ſcriptum?

4 Imper. hic definit ius commune, ſeu publicum *a* Romanũ
a ſcriptum, quod continetur in corpore iuris a partibus quibus
conſtat, Lege ſcilicet, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum
conſtitutionibus, Pręetorum edictis, & Reſponſis prudentum,
quarũ partium definitiones à cauſis ſumptas Imper. hic ſubij-
cit, & vno nomine leges appellantur. Vocabulum enim leges
5 generaliter pro omni iure accipitur, & omnia hæc iura com-
munia ſcripta comprehendit, & quoad vſum attinet, nullum
eſt diſcrimen inter has iuris ſcripti ſpecies. Et lex generaliter
6 accepta, eſt ſententia de moribus à magiſtratu lata, pręcipiens
honeſta, & prohibens turpia, l. 1. & l. 2. ff. de legibus, vbi refer-
tur definitio Demoſthenis, qui dixit: *Quod lex ſit, cui omnes
homines obedire decet, quia eſt inuentio quædam, & donũ Dei,
dogma ſapientum, correctio voluntariorum, & non voluntario-
rum delictorum, ciuitatis compoſitio communis, ſecundum quã
7 omnes viuere decet, qui in ciuitate ſunt.* Cauſa enim legis eſt
8 magiſtratus authoritas. Forma autem eſt, vt ſit honeſta, iuſta,
poſſibilis, & Reip. vtilis, c. erit, diſt. 4. & finis legis eſt, vt conſer
9 uetur humana ſocietas. Officium enim legis eſt imperare
honeſta, prohibere, & punire turpia, ſeu delicta, quæ turbant
communem ſocietatem, & permittere ea, quæ ſunt in diffe-
rentia, & licita, c. omnis 3. diſt. Hinc eleganter, inquit Plato in
Pitagora de legibus, & iudicijs: *Quod ſicut ludi literarij magi-
ſtri pueris adhuc ſcribendi imperitis præformare ſolent literas,
deinde tabellam præbent, & ipſos cogunt præformatas litera-
rum figuras ſcribendo ſequi, atque imitari. Ita ciuitas præſcri-
ptas leges proponit, quæ ſunt veterum, & præſtantium viro-
rum inuenta, iuxta earum præſcriptum docet ciues gubernare,
& gubernantibus obedire, quique contra eas delinquit, illum
punit, & caſtigatio illa, tam apud nos, quam apud alios corre-
b ctio vocatur, b tanquam iudicio, id, quod prauum erat corrigẽ-
te, atque emendante, &c.* Porro licet omnis lex dici poſſit cõ-
10 ſtitutio, eo quod conſtituta ſit, propriè tamen conſtitutio
principis dicitur lex, quam Imperator tulit, & conſtituit. Eſt-
11 que duplex, Generalis, ſcilicet quam princeps eo animo tulit,
vt ad omnes pertineret, l. 1. ff de conſtit. princip. & l. 3. C. de le-
gibus, & hic in §. ſed & quod principi. Specialis verò, quæ &
particularis, ſeu perſonalis dicitur, eſt reſcriptum principis,
quo particularis aliqua cauſa definitur, vel certis perſonis ali-
quod priuilegium conceditur, quod ad alios non pertinet, nec
perſonas priuilegiatas excedit, d l. 1. & d. §. ſed & quod princi-
c pi. *c* Veluti ſi Imper. concedat mercatori obærato priuilegiũ,
quod intra certum tempus non teneatur ſatisfacere credito-
d ribus, *d* & moratoria *e* exceptio dicuntur, in l. quoties, & ibi
e gloſſa, C. de prec. Imper. offer. Et dicta ſunt priuilegia, quaſi
12 priuatorum leges, quia priuant legem, *f* dum ſeorſum aliquid
f à lege generali ſtatuitur, c. priuilegium, diſt. 3. & in exemplum
trahi non debent, iuxta regulam: *Quod alicui gratioſe conce-
ditur, trahi ab alijs non debet in exemplum*, c. quod alicui, de
regul. iur. in 6. Et priuilegium perſonale non egreditur perſo-
nam, c. priuilegium, de reg. iur. in 6. ſed cum perſona extingui
tur, d l. 1. & ibi Bart. ff. de conſtit. princ & l. 1. ff. de iure immu-
nit. Et limitationes iſtius regulæ videre per Angel. hic.

g *Quid eſt ius ſcriptum priuatum? g*

13 Eſt illud, quod vnaquæque ciuitas cum expreſſo conſenſu
populi ſibi conſtituit, & quaſi ius proprium ipſius ciuitatis di-
b citur, *b* vt hic, §. ius autem ciuile, & dicitur alias ſtatutum, ſeu
ius municipale, vulgo *Vuilkuchr, Vueichbild. oder Stattre-
cht.* Diximus verò in definitione, *expreſſo conſenſu*, ad diffe-
rentiam conſuetudinis, quia illa tacito conſenſu populi intro-
ducitur, vt infra latius dicetur. Et pro declaratione materiæ
ſtatutorum, quæ ordinariè tractantur per Bart. & alios, in l.
omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & Plat. & Angel. & alios, hic
primo quæritur.

Quis poſſit condere ſtatuta?

14 De hac quæſtione, eſt text. hic in d. §. ius autem ciuile, & in
d. l. omnes populi. Primo quod regulariter quilibet populus,
i vel vniuerſitas poteſt condere ſtatuta, *i* cum diſtinctione ta-
men. Aut enim populus habet omnem iuriſdictionem con-
ceſſam à principe, vel præſcriptam, iuxta gl in §. iuſiurãdum,
in verb. iuriſdictionem, in fi. & poteſt facere ſtatuta, etiam ad
deciſiones cauſarum, ſine ſuperioris auctoritate, ſeu confir-
matione, ex permiſſione, ſcilicet iuris, d. l. omnes populi. Aut
populus habet limitatã iuriſdictionem, vt in ciuilibus tãtum,
vel in leuioribus cauſis criminalibus: & de his tãtum, in qui-
bus habet iuriſdictionem, ſtatuere poteſt, non autem de alijs
ſine ſuperioris authoritate. Aut talis populus nullam omnino
habet iuriſdictionem, vt ſunt villæ, & caſtra quæ ſubiacent ci-
uitati, vel domino, & tunc non licet illis condere ſtatuta ad
cauſarũ deciſiones, niſi ſuperioris authoritate ſint confirma-
k ta, l. fi. C. de teſt. *k* Vbi conſuetudo ruſticorum circa confectio
nem teſtamenti ideò ſeruatur, quia princeps eam confirma-
uit. Sed circa ea, quæ pertinent ad adminiſtrationem bonorũ,
puta de expedienda pecunia communi, ſtatuta facere poſſunt,
niſi ſint ambitioſa, leg. ambitioſa, ff. de decr. ab ordi. fac. Et ſic
ſtatuta ſunt illius iuris, cuius eſt caſus, ſuper quo ſtatuta con-
denda ſunt. Vnde ſi ſtatuatur ſuper his, quę ſunt meri, & mix-
ti imperij, & tunc hi ſolum, qui habent merum, & mixtum im
perium, ſtatuere poſſunt, neque hoc caſu alia authoritas ſupe-
rioris neceſſaria eſt, cum per legem ſit libera licentia condẽ-
di ſtatuta conceſſa, d. l. omnes populi, & fruſtra precibus im-
petratur, quod a iure communi conceſſum eſt, l. vnica, C. de
theſaur. lib. 10. Dicitur tamen Bart. in d. l. omnes populi, nu. 4.
quòd præſides Prouinciarum faciunt aliter obſeruari conſul-
tum igitur eſt, vt ſtatuta à ſuperioribus confirmentur, ſicut
quotidie fieri videmus.
15 Secundò, collegia licita, & approbata, puta mercatorum,
ſartorum, ſutorum &c. in his, in quibus habent iuriſdictionẽ.
inter ſeſe ratione ſuæ profeſſionis, & artis, quo ad ea, quæ ad
ipſos collegiatos pertinent, poſſunt facere ſtatuta l. fi. C. de iu-
riſd. om. iud. & l. 2. § fi. C. de conſt. pec. Et ampliate hanc con-
cluſionem procedere. I. Quòd talia ſtatuta non egeant con-
firmatione, cum a lege communi confirmentur, d. l. 2. De cõ-
ſuetudine tamen cõtrarium obſeruari videmus. *Daſs die In-
nung vnd Zunfften von den Oberherren confirmt werden.* II.
quod huiuſmodi ſtatuta ligent collegiatos, i. eos qui ſunt ex
l numero collegij, *l* etiam in alio foro, quam in foro collegij
quo ſcilicet ad deciſiones cauſarum, nõ autem quoadmodum
procedendi in iudicio. Nam quilibet ſtylus iudicij ſeruari de-
bet: ſec Bart & alios in l. 1. C. de Sum. Trin. & Bal. in d. l. 2. C.
de conſt. pec. Limitatur autem iſta concluſio procedere 1. In-
ter ipſos collegiatos tantum: in præiudicium enim tertij ſta-
tuere non poſſunt. Eſtq; ratio ſec. Bald. quia huiuſmodi ſtatu-
ta collegiorum dicuntur conuentiones, l ſed ea, ff de legibus.
Sed conuentio inter ceteras perſonas alijs non pręiudicat, l. ſi
vnus, §. ante omnia, ff de pactis. Vnde ſi quis conueniatur, qui
non eſt de collegio, à collegiato allegante ſtatutum collegij,
tale ſtatutum non ligat non collegiatum, & ita procedit gloſ.
fin. in d. l. 2. C. de conſtit. pecun. 2. Limitatur, quod collegia
poſſunt facere ſtatuta diſcrepantia à iure communi, ſuper fa-
m ctis ſuæ profeſſionis, *m* & artis, non autem ſuper alijs, vt de
ſucceſ-

ADDITIONES.

a *Hoc diſtat a communi tanquam genere, cuius ſpecies publicũ, & priuatum, §. vlt. ſup. tit. 1. cap. pen. diſt. 1. l. 1. §. huius ſtudij de iuſtitia, & iure.*

b *Iuris ſæpe coercitio, l. 1. de legibus, l. vlt. de offic. eius.*

c *Niſi id princeps velit, l. 3. & vlt. C. de legibus, vt reſcripta, in C. relata iam valent generaliter.*

d *L. vlt. C. qui bon. ced. poſſ.*

e *Ideſt, dilatoria, ſolent enim cum in finẽ plerumq. literæ in triennium, quadriennium quinquennium (quæ ideo quinquennales dicuntur Gallis) concedi, de his quinquennalibus literis, & vtrum impediant executionem ſententiæ Parlamenti. Vide Guidonem Papa. q. 97. & an tales literæ conceſſæ creditoribus extendãtur ad creditores futuros, vide eundem, q. 109. vbi notat non extendi arg. l. Aurelium, §. Titia Seio ff de liberat. legat.*

f *Rectius à priuo.*

g *Eſt, & hoc publicum locale, ſuperius generale.*

h *Quod certè illi publicum eſt, § vniuerſitatis, infra de rerum diuiſ. & tit. quod cuiuſque vniuerſ.*

i *Poſſis in genere etiam dicere, populum quemque, qui legẽ facere poſſit, poſſe, & ſtatutum quoque facere. Par enim vtrobique eſt ratio. Eſt ſtatutum ipſo effectu nihil aliud eſt, quam lex.*

K *L. ſi quid extraordinarium, C. de legat.*

l *L. ſi fundus, ff. de euict. gl. in l. ex ea, ff. de poſtulat.*

m *Pone, argẽtarios id ſtatuiſſe inter ſe, vt agatur ex nudo pacto, vel vt credatur eorũ ſcript. priu. vel vt ĩ literis agatur, ac deci datur ex æquo, & bono, reiectis apicib. iuris, vt dicit Bart. in l. ſi fideiuſ. §. quidã, l. Quintus, ff mand. Bal. in l. ſi pro ea, C. mand.*

Digitized by Google

ſucceſſione tutelæ, in quibus non habent iuriſdictioné ſecun-
dum Bart. & Doctores, in d.l.omnes populi. Vnde ſartores, ſu
tores, nonnullique alij opifices habent ſtatuta, vt neminem in
ſuum collegium recipiant, qui non ſit legitimè natus.

16 Tertiò, quartetium, vel certa pars ciuitatis *a* poteſt condere
a ſtatuta, pertinentia ad modum expediendi ea, quæ incumbũt
illi parti, ſeu quarterio ciuitatis; non autem ad deciſiones cau-
ſarum ſtatuere poteſt, ſine conſenſu totius populi, cum iuriſ-
dictio non reſideat in certa parte ciuitatis, ſed in toto populo,
de quo videte Bart in d.l.omnes populi, num.6.

17 Quartò, † magiſtratus, & iudices ſublimiores, ſeu illuſtres,
† vt Reges, Præfecti Prætorio, quibus hodie æquipatantur E-
lectores, conſtitutiones in ſuis terris facere poſſunt, l.non am-
bigitur, ff.de legib. & l.normam, C.de offic.præfect. Prætorio
Orientis.

18 Quintò, magiſtratus minores, qui non ſunt in tanta digni-
tate conſtituti, habent tamen perpetuam dignitatem ad vitã,
vt Duces, Comites, &c. ſtatuta facere poſſunt, c.2.iuncts gloſ.
in verb.decretum, ext.de maior. & obed. & cap.2.de conſt.in
6. Si verò non habent perpetuam dignitatem, vt ſunt commu
niter Poteſtates, & Rectores terrarum, hi cum conſilio proce
b rum, & maiorum ciuitatis ſtatuta condere poſſunt. *b* ſecun-
dum gloſ.poſt tex.l.1 §.qui magiſtratum, ff quod quiſq; iuris,
& l.2.ff.de decret.ab ordine faciendis. Soli vero ſine conſilio
procerum non poſſunt, d.l.2. Poſſunt tamen huiuſmodi magi-
ſtratus, abſque conſilio procerum, facere ordinationes, pro
toto tempore ſui officij, ſecundum exigentiam factorum, vt
quod nullus portet atma tempore ſui officij, & ne quis fru-
mentum portet extra ciuitatem, l.1.§.cura carnis, ff.de offic.
præfect.vrbis.

19 Sextò, Doctores. & Magiſtri, *c* licet non poſſint facere ſta-
c tuta ad deciſiones cauſarum, in quibus non habent iuriſdictio
nem, poſſunt tamẽ inter diſcipulos facere ſtatuta circa ſtudia
& mores, vt non loquantur Germanice, nõ ludant, non bibãt
ad ęquales hauſtus, & debent diſcipuli eis obedire tamquam
parentibus, ſec.gl.in l.liberto, ff.de obſeq. libert. Pœna tamen
pecuniaria non poteſt imponi, ob mores enim non debet fie-
d ri pecuniæ exactio, *d* l.1.§.taceat, C.de rei vxor. act. Si verò
fuerit inobedientes, poſſunt diſcipuli à præceptoribus puniri
mediocriter, ita ne modum excedant, quia modica caſtigatio,
& coerctio præceptoribus permiſſa eſt, & nimia ſæuitia præ-
ceptoris culpæ aonumeratur, l.ſed etſi quemcumq;, § fin.cum
l.ſeq.ff.ad leg. Aquil. & l.item quæritur, §.item Iulianus, ff.lo-
cati. Et notandum, quod facientes ſtatuta dolo malo, cauſa
occupandæ iuriſdictionis, quam non habent, incidunt in pœ-
nam læſæ maieſtatis, l.1.in fi.ff.ad l Iul.maieſtatis, ſecundum
Bart.in d.l.omnes populi, n.11. vbi eſt apoſtilla in verb.poteſta
tem, quòd facientes ſtatuta, qui non habent poteſtatẽ facien-
di ſaltem pœna arbitraria puniantur.

De quibus rebus poſſunt fieri ſtatuta?

20 Primò, poſſunt fieri ſtatuta ſuper illis, quæ nullo iure diſpo-
ſita, vel deciſa ſunt, l.de quibus, ff.de legibus.

21 Secundò etiam de illis, quę à iure communi diſpoſita ſunt,
ſtatuta fieri poſſunt, etiam contra ius commune, cum lex ciui-
lis poteſtatẽ ſtatuendi concedat, d.l.omnes populi, diſtiogui-
tur tamen, aut lex ciuilis expreſsè reſiſtit ſtatuto, prohibendo
ne fiat ſtatutum in contrarium, & tunc non valet factum cõ-
tra legem: eſtque ratio, quia ideo ſtatuta valent, quòd lex per-
miſit ſtatuta condere, dicta l.omnes populi. Secus ergo ſi pro-
hibet in aliquo caſu contrarium ſtatui, vt in aut. Nauigia, C.
de furtis, & Auth. Omnes peregrini, C.communia de ſucceſs.
Aut lex non prohibet, & tunc poſſunt fieri ſtatuta etiam con-
traria iuri ciuili, dummodo non ſint contra bonos mores, vt
notatur in Rubr.C.de decret.decur.lib.10. quia lex debet eſſe
ſancta, & honeſta, cap.erit, diſt.4. nec diſponat de reſeruatis
Principi in ſignum ſupremæ eminentiæ, vt eſt legitimatio
ſpuriorum, &c. quæ non ſpectant ad iuriſdictionem populi,
vt notatur in c.2. de maior. & obed. & Batt. in d.l.omnes po-
puli, nu.3. Plat. & Ang.hic.

22 Tertiò, an ſuper his, quæ à iure naturali, vel gentium diſpo-
ſita ſunt, ſtatuta fieri poſſunt: Ita communiter concluditur,
e quòd ſi fiat ſtatutum in totum *e* tollendo ius naturale, vel gẽ-
tium, non valet, quia illa iura ſunt immutabilia, §.ſed non na-
turalia, infra eodem. Hinc illud extat, quod mater Dionyſij
Titanni Siciliæ dixiſſe fertur, cum filius conatus eſſet illi ſtu-
prum inferre, Tyrannum quidem leges ciuiles poſſe mutare,
ſed iura naturalia prorſus tollere nullo modo poſſe. Si verò
fiat ſtatutum non in totum tollendo ius naturale, vel gẽtium,
ſed addendo, vel derogando in aliquo, valet, l.ius ciuile, cum
ibi notatis, ff.de iuſtitia, & iure. Hoc tamen ius naturale limi-
tari poteſt, vt à nuptijs quarundam perſonarum abſtinendum
f ſit, & matrimonia io certis gradibus *f* conſanguinitatis non
admittantur, c.non debet, de conſanguin & affin Item defen-
ſio eſt iuris naturalis, l.1.§.cum arietes, ff.ſi quadr.paup.feciſſe
dica. & l.ſcientiam, §.qui cum aliter, ff.ad leg. Aquil. Ideò non
valeret ſtatutũ, quod in totum prohiberet, vel tolleret defen-
ſionem, ſed eam limitando valeret, ſicut de iure communi ad
legitimam defenſionem requiritur ęqualitas armorum. Item
vt incontinenti ſiat, nõ ad vindictam, vt ſupra dictum eſt. Sic
hæreditas parentum à iure naturali debetur liberis, l.cum ra-
tio, ff.de bon.damn. Ideo parentes totam hæreditatem liberis
auferre non poſſunt, nec valeret ſtatutum in contrarium. Poſ-
ſet tamen hoc ius naturale limitari, vt ex cauſa ingratitudinis
pater filium exhæredare poſſet, ſicut de iure ciuili eſt diſpoſi-
tum, vt infra de exhæred.libr.dicetur. Item vt non tota hęre-
ditas filijs ſit relinquenda, ſed diminui poſſit. Si enim pater re
linquit quatuor, vel pauciores, liberos, cogitur illis relinquere
pro legitima tertiam partem bonorum: ſi verò plures habeat
liberos, ſufficit, ſi eis dimidiam partem bonorum relinquat, &
reliqua bona alijs etiam extraneis donare, & pro libido de eis
diſponere poteſt. Authen. Nouiſſima, cum ibi notatis, C.de
g inoffic.teſt. *g*

23 Quartò, an ſtatuta ſuper his, quæ à iure diuino diſpoſita
ſunt, fieri poſſint, ita diſtinguitur. Aut diſpoſita à iure diui-
no ſunt ſpiritualia, tunc nec Imperator, nec Papa, vel quili-
bet alius contrarium ſtatuere poteſt, vt not.in capit. Eccleſia
S.Mariæ, extr.de conſtit. Et eſt pulcher text.in cap.ſunt quidã
25.quæſ.1. vbi dicitur, quod Papa vſque ad animam, & ſan-
h guinem ſacram ſcripturam confirmare, & defendere *h* debet.
Aut ſunt temporalia, & tunc diſtioguitur: Aut ius diuinum
non ſimpliciter, & generaliter diſponit, ſed reperitur etiam
de iure diuino contrarium permiſſum, vt in illo præcepto:
Non occides, alibi eoim permittitur, vt qui occidit occidatur,
& hoc etiam per ſtatutũ permitti poteſt, vt quis ex cauſa occi-
datur, vt nocturnus depopulator agrorum, latro, fur, noctur-
nus, bannitus, l.1.& 2 C.quando lic ſine iud.ſe vin. Item miles,
qui deſerit ſuum Ducem, & fugit ad hoſtem, poteſt impu-
nè à militibus capi, & occidi. Aut ius diuinum ſimpliciter
ſtatui, nec alibi reperitur contrarium de iure diuino permiſ-
ſum

ADDITIONES.

a *Suetonius vocat regiones in Auguſto, cap.30.*
† *In primis Papa, qui Vicarius eſt Chriſti, conſilium generale, &
reliqui Eccleſia Prælati, & ſub approbatione, ſine confirma-
tione Papæ.*
b *Noſtri iuri prætorio comparant, in l.5.de verb.oblig. & alibi.*
c *Quid: priuati poſſuntne ſtatuere, ac certam legem teſtandi po-
ſteris ſuis conſtituere vtiliter, vt eam poſteri præciſe teneantur
ſequi? Aiunt nonnulli, vt Brunxertio ſtatutorum, in verbo parẽ
tela, l.Compegius de dote, parte vi.q.79. Negant alij vt Ang. &
Alex.in l.vlt. & l.ſi non ſpeciali, C.de teſta. Alij hoc admittun
tur in ijs tantum, qui merum, & mixtum Imp. habent in illo lo-
co, aut territorio. Et ita iudicatum refert Boer.deciſ.ſeu q.155.*
d *inſi. Alienè allegatur, cum ibi agatur de veteri dotis retentione
propter mores quod ipſũ docet pecuniariter improbos rectè pu-
niri. Et quod ſunt in iure pęna pecuniaria improbis moribus
irrogata, tit.de ſer. cor. Illud melius ne ea pecunia vertatur in
priuatam caſtigantis vtilitatem, ſed in communem pauperum
vſũ referatur. Vide Abb.in c.licet, de penis, DD.l.4.de mod.
mul.l.leg. Agraria, ff.de term. moto.*
e *Sic non valet reſcriptũ Principis eo pertinẽs, aut conceſſũ. Ne
fiat iuſtitia. Io. And. in c.quæ in Eccleſiarũ, de conſtitut. Non
valet eodẽ modo reſcriptum, vt ne dolus magiſtratus puniatur.
Cazarius tractatu de principe, arg.l.1.C.vt omnes ia curiales.*
f *Quid: valetne ſtatutum vt cum peregrino nõ contrahatur ma-
trimoniũ? Videri ita poteſt, arg.l.adijcimus, C.de mulierculis.
Vbi monetaria mulier prohibetur alterius profeſſionis homini
nubere. Contrarium tamẽ verius videtur, cum libertatem nu-
ptiarũ auferat, & ita minimè valeat, arg.l.Titia, l.ſi diuortio,
ff.de ſolut.l.cũ ita, ff.de cond. & demon. idq; Bart. probat in eo
tamẽ, vt ne matrimonium contractum dirimatur, non vt pæna
alia pecuniaria ſtatuto comprehenſa exigetur. Quin. Bald in c.
clerici.de iud.probat ſtatutũ, vt ne (ſub pæna capitis) Guelphus
cum Gibellino nuptias contrahat; hic enim non puniri matrimo
nium ſed qualitatem eius, publica vtilitati repugnantem.*
g *Legitima poteſt ſtatuto minui, vel augeri, nõ tolli. Quota igitur
non tota ſtatuto ſubiacet. Vide Dec.l.iura, 8.n.7.de reg.iur. cõ-
munem dicit Curt.cap.vlt.ſect.5.num.11.de conſuet.*
h *Vide diſt.8.9. & 10.*

ſum,& ſubdiſtingue, Aut cauſa ſtatuti, vel Legis humanæ ex-
cludit peccatum, aut nõ excludit peccatum. Primo caſu valet
ſtatutum derogans iuri diuino, vel potius limitando illud, vt
patet in illo dicto: *In ore duorum, aut trium ſtet omne verbũ*,
cuius contrarium de iure diuino non eſt expreſſum, & tamẽ
lex humana requirit in teſtamento ſeptem teſtes, l. hac cõſul-
tiſſima, C. de teſtam. & cauſa iſtius Legis excludit peccatum,
ſcilicet præſumptionem doli, & fraudis, quæ plerumque circa
a teſtamenta committi ſolent. *a* Si enim tantum duo, aut tres
eſſent teſtes, facilè poſſent corrumpi pecunia, vt dicerent fal-
ſum teſtimonium. Secundò caſu, quando lex, vel ſtatutũ non
excludit peccatum, non valet ſtatutum diſponens contra ius
diuinum. Exempli gratia: alienatio fundi dotalis non valet de
iure ciuili, leg. lex Iulia, & toto tit. ff. & C. de fund. dot. etiam ſi
mulier conſentiat, & iuramento confirmet alienationẽ l. non
dubium, C. de legibus. Iſta lex non valet, quia cauſa prohibi-
tionis eſt fauor dotis, ſed propter illam cauſam non excludi-
tur peccatum, cum propterea nõ ſit licitum peierare, & nota
eſt regula, quod omne iuramentum ſit ſeruandum, quod abſ-
que interitu æternæ ſalutis ſeruari poteſt, ca. cum contingat,
b de iureiur. *b* Porrò de materia ſtatutorum, à quo tempore ſta
tuta ligent, item qualiter fiãt, & an recipiant interpretationẽ,
& qualiter in iudicium deducatur, videte Bart. & alios in d. l.
omnes populi, Plat. & Angel. hic. Et quos ligent ſtatuta, plenè
traditur per Bart. & alios, in l. cunctos populos, C. de Summa
Trinit. &c. & in l. de quibus, ff. de legibus, & Plat. hic in d. §. ius
autem ciuile, num 33.

ADDITIONES.

a *L. vlt. C. de fideicomm.*
b *Sed hic conſiderandum erat non eſſe obligatorium contra bo-
nos mores iuramentum, c. non eſt, de reg. iur. in 6. Item iuramẽ-
tum oportere tres, comites habere, iudicium, iuſtitiam, verita-
tem, c. etſi Chriſtus, de iur. & c. 1. eod. tit.*

§. Ex non ſcripto.

1 *Ius non ſcriptum, ſeu conſuetudo quid.*
2 *Diuiſio conſuetudinis.*
3 *Quis poſſit inducere conſuetudinem.*
4 *Quæ ſint requiſita conſuetudinis, & num. 5.6.7. & 8.*
9 *Effectus conſuetudinis, & num. 10. & 11.*

Quid eſt Ius non ſcriptum?

1 ALio nomine dicitur conſuetudo, ius, ſcilicet non ſcriptũ,
quod moribus, & vſu populi, vel maioris partis ipſius po
puli initiatum, continuatum, & introductum eſt, vim legis ha
bens, vt colligitur ex tex. §. noſtri, & ex l. de quibus, ff. de legi-
bus, & ex c. conſuetudo, 1. diſt. vbi eſt ſedes ordinaria materię
2 conſuetudinis, & c. fi. ext. de conſuet. Et poſt diuidi in gene-
ralem conſuetudinem, quæ vbiq; in Imperio Rom. ſeruatur,
vt ſunt conſuetudines feudales: & in ſpecialem, quæ in certa
prouincia, vel ciuitate eſt introducta, & pro lege ſeruatur. Et
pro declaratione huius materiæ, primò quæritur.

Quis poſſit inducere conſuetudinem?

3 Ad hanc quæſtionem breuiter reſpondetur poſt Bart. in d. l.
a de quibus num. 14. quod omnes *a* illi, qui ſtatuta condere poſ-
ſunt, de quib. ſup. dictum eſt, etiam conſuetudinem inducere
poſſunt. Idem enim operatur tacitus conſenſus populi, quod
expreſſus, d. l. de quibus. Par enim eſt virtus taciti, quæ eſt ex-
preſſi, vt notatur per tex. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. Ideò ecõ-
tra vniuerſitas, quæ non habet poteſtatem ſtatuendi, nec con
b ſuetudinem inducere poteſt. *b* ſec. Plat. & Port. hic. Et quia
lex hanc poteſtatem inducendi conſuetudinem conceſſit cui
libet populo, d. l. de quibus, ad eã inducendam non eſt neceſ-
ſaria ſciẽtia, & auctoritas ſuperioris: alias raro, vel nunquam
introduceretur conſuetudo, facit c. 1. de conſtit. in 6. Vbi Papa
cenſetur ignorare ſtatuta, & conſuetudines locorum, qui ta-
men alias ſicut Imperator omnia iura in ſcrinio pectoris ha-
bere dicitur, vt eſt tex. in d. c. & l. omniũ, C. de teſtam. Ex quo
infertur, quod conſuetudo contra expreſſam prohibitionem
legis induci non poteſt, vbicumque ſcilicet Imperator, vel ius
prohibet conſuetudinem, ſicuti ſupra de ſtatutis dictum eſt,
per authent. Nauigia. C. de furt. & Authent. Omnes peregr.
c C. commu. de *c* ſucceſ.

Quæ requiruntur ad hoc, vt valida conſuetudo
d *introducatur? d*

4 De hac qu. eſt gl. hic in verb. diuturni, & in Rubr. Co. quæ
ſit longa conſuetudo, & in d. l. de quibus, & in d. c. fi. de con-
e ſuet. *e* Primò autem ad conſuetudinem inducendam requiri-
f tur, quod ſit rationabilis: *f* aliàs enim potius corruptela dice-
retur, d. cap. fin. & l. quod non ratione, ff. de legibus, vnde non
debet eſſe contra bonos mores, nec occaſionem delinquendi
præbere debet: ſicut enim lex, ita & cõſuetudo, quæ pro lege
habetur, ſãcta, honeſta, poſſibilis, & Reipub. vtilis eſſe debet,
d. ca. erit, 4. diſtinct. vnde non valet ſecundum Plat. hic, num.
72. conſuetudo fenerandi, & exercens vſuras, propter hodier
nam paruam conſuedinem, ſeu potius corruptelam, non ex-
g cuſatur à peccato, nec pęnis contra vſurarios ſtatutis *g* cum
vſuræ de iure diuino, & canonico ſint prohibitæ, vt notatur
in l. cunctos populos, C. de Summa Trinit. Nam vſurarij de
iure canonico non debent admitti ad communionem alta-
ris, nec ſepeliri debent in cęmeterio, vbi alij Chriſtiani ſepul-
ti iacent, ca. quia in omnibus, extra de vſur. nec teſtamentum
vſurarij de iure canonico valet, cap. quamquam, in fi. de vſur.
in 6. An autem conſuetudo ſit rationabilis, relinquendum eſt
arbitrio iudicis, qui conſiderabit, an finis conſuetudinis ſit bo-
nus, vel malus, ſecundum Abb. in d. cap. fin.
5 Secundo, requiritur ad hoc, vt conſuetudo valeat, vt ſit prę-
ſcripta, vel inueterata, continuata, & non interrupta conſue-
tudo: quæ ſcilicet eſt introducta, & obtenta per curſum tem-
poris ad præſcriptionem requiſiti. Quandocumque enim fit
mentio conſuetudinis, debet intelligi de præſcripta, vel inue-
terata conſuetudine, d. cap. fin. de conſuet. &c. Cumana, de
elect. & dicta l. de quibus, §. inueterata conſuetudo. Sed iam
h quæritur: *h Quantum tempus requiratur ad inducendam con-
ſuetudinem.* Et dic ſecundum veram, & communem conclu-
ſionem Doctor. quod de iure ciuili ſufficiunt decem anni, ſi-
ue conſuetudo inducatur pręter ius ciuile, in caſibus à iure ci
uili non deciſis, ſiue contra ius ciuile, ſecundum gl. in l. diu-
turna, ff. de legibus, & in Rub. C. quæ ſit longa conſuet. vbi re-
quiritur longum tempus. Sed longum tempus dicitur decem
annorum, vt in princ. inſ. de vſucap. Et incipit hoc decennium
currere à primo die actus, qui præter, vel contra diſpoſitio-
nem iuris fit, & obſeruatur: ex curſu enim temporis, & fre-
quentia actuum inducitur tacitus conſenſus populi, ex quo
oritur conſuetudo. De quo videte Bart. in d. l. de quibus, in 2.
lect. num. 18. De iure vero canonico ad inducendam conſue-
tudinem, præter ius canonicum quoq; ſufficiunt decem anni,
ſed contra ius canonicum curſus 40. annorum requiritur, ſe-
cundum gloſ. in d. cap. fin. in verb. legitimè, in princip. & ibi
Panor. num. 11. Prædicta verò limitantur non procedere in
i his, quæ ſunt reſeruata *i* principi in ſignum ſpecialis pręemi-
nentiæ, & prærogatiuæ, vt legitimatio ſpuriorum, impoſitio
vectigalium, & pedagiorum, &c. Nam tunc vtroq; iure,

neque

ADDITIONES.

a *Quid? familia poteſtne conſuetudinem inducere. Vide Boer. deciſ. 28. num. 6. & deciſ. 158. & 228. An fœmina? Bart. negat. in l. 1. ff. de legibus.*
b *Vix poteſt admitti, & plerumque ignoratur author conſuetudi-
nis, vt de fruſtra quæratur, vide Curt. cap. vlt. de conſuetud. &
& quæ alibi dixi de conſuet.*
c *L. 3. de ſepulchr. viol. vide l. 1. & 2. C. quæ ſit longa cõſue. Clem.
ſi vna, de reb. eccl. nõ alie. vide diſt. Rane. de cõſuet n. 12. & 13.*
d *De his omnibus, vide Gayl. 2. obſeruat. 31. vbi de legitima prę-
ſcriptione conſuetudinis, de frequentiam actuum, de conſenſu
populi, & æquitate ipſius conſuetudinis.*
e *Vbi Rochus Curt. ſect. 4.*
f *Quæ conſuetudo irrationabilis cenſeatur, vide Menoch. 2. de
arbit. iud. Cent. 1. caſu 82. & quod de conſuetudine vnionis, ſi-
ue coniunctionis prediorum, vide Gayl. 2. de obſ. 7. Ad hæc de con
ſuetudine, vt ſolus dominus electionẽ partiũ habeat, vide Gayl.
2. obſeruat. 34. quæ omnia à me ſunt relata in praxi, lib. 1. tit. 3.*
g *Vt eſt infamia, l. antep. C. ex quib. cauſ. infam. quæ ab omnib. di-
gnitatib. meritò excluduntur, l. infamibus, C. de dignit. lib. 12.*
h *Quanto tempore introducta conſuetudo firmetur, vide Me-
noch. Centuria 1. caſu 83.*
i *De reſeruatis principi, vide Afflictum, c. quæ ſint regalia. Bal.
in l. reſcripta, C. de precib. Imp. offer. & in l. 1. C. de iure aur. in
l. Imperium, ff. de iuriſd. Fel. c. quæ in Eccl. de conſt. ſed omniũ
maximè Bal. tract. de preſcrip. par. 5. princip. pars 2. vbi tract.
verum iuriſdictio ſumma, ſeu reſeruata principi qualiacumq;
praſcribi poſſint, & quo tempore, & an tributum, & cenſus. An
& ſuperioritas ſeu ſuprema poteſtas, vt non ſub ſit aliquis Im-
peratori. Adde Crauettam quoque de antiquitatibus tempo-
rum, par. 4. num. 72. Adde gl. in c. ſuper quibuſdam, § præterea,
de verb. ſignif. Decium reg. 307. Sunt & quædam infra tit. de
vſucap. pag. 161. & 164.*

Digitized by Google

neque 10. neque 40. ad inducendam conſuetudinem ſufficerent. Sed requiritur tempus cuius initij memoria non exſtat, quod habet vim priuilegij, c. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. vbi vt ciuitas poſſit inducere conſuetudinē percipiendi vectigal, & pedagia, requiritur tempus, cuius initij memoria non
a exſtat, quia inſtituere *a* noua vectigalia, eſt reſeruatū ſoli Imperatori, l. 1 & per tot. tit. C. vectig. no. inſtit. non poſſe. De iure verò Saxon. quo in his terris vtimur, ſiue præter, ſiue cōtra ius inducatur conſuetudo, requirūtur 30. anni, & vnus annus cum 6. ſeptimanis, & tribus diebus, vulgo 30. *jar, jar vnd tag.* De iure enim Sax. duæ tantum ſpecies præſcriptionis in vſu ſunt. Vna, qua res mobiles præſcribuntur, ſcilicet vno anno cum 6. ſeptimanis, & tribus diebus. *Landrecht* li. 1. art. 28. Altera, qua res immobiles, item ſeruitutes, & alia iura incorporalia, vt iuriſdictiones, conſuetudines, præſcribuntur, ſcilicet 10. annis, vno anno cum 6. ſeptimanis, & tribus diebus. *Landrecht.* lib. 1. art. 26 Et quid ſit. *Iar vnd tag.* eſt gl. in artic. 38. li. 1. & gl. *Vveichbild.* art. 4. & ita quotidie pronuntiatur.

6 Tertiò, requiritur ad inducendam conſuetudinem frequentia actuum, vt hic, ibi, diuturni mores, & l. 1. ibi, quæ in opido frequenter in eodem cōtrouerſiarum genere ſeruata ſunt, C. quæ ſit longa conſuetud. & l. an in totum, in fi. C. de ædif. pri-
b uat. Hinc quæritur *b Quot actus ad conſuetudinem inducendā ſint neceſſarij?* Et licet de hoc variæ ſint opiniones: magis tamen communis, & vera ſententia eſt, quod hoc ſit relinquendum arbitrio iudici, qui ex qualitate actuum arbitrari & conſiderare debet, an tranſierint in notitiam populi, vt inde colligi, & percipi poſſit conſenſus populi, vel maioris eius partis. Non enim actus, ſed tacitus conſenſus populi conſuetudinē inducit, ideò tot actus, & ita notorij requiruntur, vt ex frequentia actuum, & diuturnitate temporis colligatur con-
c ſenſus populi. *c* De quo videte Panor. in d. c. fin. & Bart. in d. l. de quibus, in 2. lectu. nu. 15. Vbi Bart. concludit, ſufficere duos actus cum lapſu decennij, ſi ſint adeo notorij, quòd veriſimiliter tranſierint notitiam maioris partis populi, facit gl. fin. in
d l. 3 Co. de Epiſc. aud. Nec tamen ex vnico actu, *d* quantumcumque notorio, dato, quod millies conſtaret de tacito conſenſu populi cum lapſu temporis inducitur conſuetudo, ſed ad minus duo actus requiruntur, ſecundum Bart. & Bal. in d. l. de quibus, & Ioan. de Imol. in d. c. fin. & Ang. hic Iura enim requirunt frequentiam actuum, vt ſupra dictum eſt. Et non obſtat, quod dicitur conſenſum ſufficere, quia hoc verum eſt, ſecundum Bald. quando conſenſus populi apparet in debita forma, prout ius requirit, ſed in materia conſuetudinis requiritur iteratus conſenſus, & in vno actu fortè populus per errorem, vel cauſa vitandi ſcandali non contradixit, ſed quando plures actus concurrunt, tunc veriſimilius eſt, populū voluiſſe in poſterum talē eſſe conſuetudinem, ſecundum Bartol. & alios in d. l. de quibus. *Sed iā dubitatur an neceſſe ſit, vt iſti actus ſint iudiciales, & in cōtradictorio iudicio obtenti?* Et breuiter reſpondetur, communem eſſe ſententiam Legiſtarum, & Canoniſtarum, de neceſſitate non requiri actus illos eſſe iudiciario, ſeu in contradictorio iudicio obtentos, ſed quod
e etiam extraiudiciales actus notorij ſufficiant. *e* Iura enim ſolum requirunt frequentiam actuum, ex quibus colligitur tacitus conſenſus populi: ſed iſte ita percipi poteſt ex actibus extraiudicialibus, ſicut ex iudicialibus, de quo videte Abbat. d. c. fi. nu. 6. & Bart. in d. l. de quibus, & Ang hic, num. 10.

7 Quarto requiritur, quod maior para populi vſa ſit conſuetudine, ſecundum gloſ. in d. cap. fi argum. l. quod maior. ff. ad municip. Ex his enim moribus populi, vel maioris eius partis colligitur tacitus conſenſus, quia continuè, ſic populo, vel
f maiore *f* eius parte ſciente, ſine contradictione obſeruatum eſt, vel ſi eſt contradictum, in contradictorio iudicio ſic obtentum, ſecundum gloſ. in d. cap. fi. & Doctores in dicta l. de quibus Plat. & Porc. hic, & ita non requiritur, quod maior pars populi cum effectu ſit vſa cōſuetudine, ſed ſufficit, quòd duo, vel plures actus ſint celebrati ſciente maiore parte po-
g puli, & non *g* contradicente, Exempli gratia; Quando in ciuitate ter eſt iudicatum, vel etiam extraiudicialiter obſeruatum, quod filij maſculi in ſucceſſione paterna excludant filiam dotatam, & lapſum ſuit decennium, & maior pars populi ſciuit, & non contradixit, tunc ex iſtis actibus, & lapſu temporis colligitur tacitus conſenſus populi, ex quo conſuetudo inducitur. De quo vide Abbat. in d. cap. fi. & Doctores, & d. l. de quibus, ſi tamen actus intra illud decennium fiat in contrarium impeditur, & interrumpitur conſuetudo, de quo videte hic Angel. nu. 14. poſt Bart. in d. l. de quibus, in ſecunda lect. num. 19.

8 Quinto, ad conſuetudinem videtur requiri, quod non ſit ſcripta, cum ſit ius non ſcriptum, vt hic, d. §. ex non ſcripto, & quo ad ſui originem, ſeu introductionem impoſſibile eſt, quod ſit ſcripta, cum oriatur ex tacito conſenſu populi; pro memoria tamen in ſcriptis redigi poteſt, ſicut conſuetudines feudales hodie ſunt ſcriptæ in corpore iuris, de quo latius
h vide Bart. in d. l. de quibus, in 2. lect. num. 11. *h*

Quæ ſunt effectus conſuetudinis?

9 Hanc quæſtionem declarat gloſ. hic, in verb. imitatur. Et primus effectus eſt confirmandi iuris, & interpretandi legem quando conſuetudo eſt, ſecundum legem. Optima enim legum interpres conſuetudo eſt, l. ſi de interpretatione, & leg. minime, ff. de legibus.

10 Secundò, quando eſt præter legem: quia prouidet in caſu à iure non deciſo, tunc eius effectus eſt, de nouo inducere ius, & vim legis obtinet, d. l. de quibus.

11 Tertiò, ſi eſt contra legem, eius effectus eſt tollere: & abrogare legem, etiam generalem, ſi eſt generalis conſuetudo; ſi verò eſt ſpecialis, tollit legem generalem in eo loco, vbi viget, ſecundum gloſ. hic, in d. verb. imitantur, & Bart. in d. l. de quibus, n. 25. lect. 2. An autem indiſtinctè tollat legem diuinam,
i naturalem, *i* & ciuilem, colligi poteſt ex his, quæ ſupra de ſtatutis dicta ſunt, in illa quæſt. ſuper quibus rebus ſtatuta cōdi poſſunt, & addite Doctores hic, & in d. l. de quibus, & d. c. fin. vbi plures aliæ quæſtiones declarantur, qualiter ſcilicet conſuetudo probetur, & qualiter in iudicium deducatur, & quos conſuetudo liget, &c.

A D D I T I O N E S.

a *Immo, & vſurpare, percipere eſt de regalibus, d. c. ſuper c. vnico, quæ ſint regal. Vide Salic. & Doct. l. 1. & 2. C. vectig. noua, l. 1. C. de indict. lib. 10.*

b *Quot actibus inducta conſuetudo cenſeatur, vide Menoch. 2. de arbitr. iudic. caſu 81.*

c *Curt. d. c. vlt. ſect. 4. num. 18. 19. & 20. de conſuet. & hanc dicit communem Rauen. in Rub. eod. num. 29.*

d *Niſi effectum habeat ſucceſſiuum. Curt. d. c fin. ſect. 4. nu. 42. & 43. Rauen. in rub. eod. num.*

e *In praxi tamen non æquè attenduntur, cum per modum tranſactionis, & compoſitionis tales actus plerumque fiant, nec ius faciant. Curt. d. c. vlt. ſect. 4. & 8.*

f *Quid? cum collegium tribus etiam perfici poſſit. l. Neratius, ff. de verb ſignif. & collegium approbatum poſſit conſuetudinem facere (opinione Doctorum, ac gl. Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſtit.) poteritne conſuetudo per tres tantum introduci poterit, in vno tamen poterit conſeruari: quia ius vniuerſitatis in vno retinetur, l. ſicut, ff. quod cuiuſque.*

g *Hoc verius, alioqui difficillimum eſſet probare maiorem partem populi conſuetudine vſam. Curt. ſect. 8. n. 19. & ſect. 4. n 36.*

h *Iaſ. n. 36. & Doct. ibid. & Petrus Rauenas tractatu de conſuetudine, circa principium, vbi tradit conſuetudinem eo caſu probari ſola apertione librorum, vt per Doct. in c. Eccleſiaſticarū, diſt. 11. alias non ſcripta conſuetudo teſtibus probanda.*

i *Vide diſtinct. 8. 9. &* 10.

§. Finalis.

1 *Generalis diuiſio iuris.*
2 *Diuiſio librorum Inſtitutionum Imperialium.*
3 *Quare primo loco Imper. de iure perſonarum tractet.*
4 *Homo digniſſima creatura, & eſt conditus ad imaginem Dei.*
5 *Imago Dei in Sacra ſcriptura quid ſignificet.*
6 *Digniora ſunt præferenda.*
7 *Caput hominis pars nobilior.*
8 *Cognitio homicidij in confinibus facti pertinet ad eum, in cuius territorio caput occiſi reperitur.*

1 TRaditur hic alia generalis diuiſio iuris, materiam, ſeu ſubiectum, circa quod ius verſatur, continens, & ad eam omnia, quæ in toto iure traduntur, pertinent, & referri poſſunt. Vniuerſum enim ius, quo vtimur, aut agit de perſonis, aut de rebus, aut de actionibus, vt hic, & leg. 1. ff. de ſtatu hominum. Ideo Imperator hanc diuiſionem vſque ad finem
2 huius libri perſequitur. Nam in primo libro de perſonis, ſeu hominibus tradit, quod alij ſunt liberi, alij ſerui. Quidam ſui iuris, vt patres familias. Quidam alieni iuris, vt ſerui, & filijfamilias. Et qui ſui iuris ſunt, aut ſub tutela, vt impuberes: aut ſub cura, vt minores: aut neque ſub tutela, neque ſub cura,

Digitized by Google

cura, vt maiores 25. ann. In 1. & 3. lib. vſque ad tit. de obligat.
de rebus traditur: quòd aliæ ſunt in patrimonio noſtro: quę-
dam verò extra patrimonium noſtrum, quę ſcilicet dominio
noſtro ſubijci non poſſunt. Item quædam res communes:
quædam publicæ: quædam vniuerſitatis: quædam nullius:
quædam ſingulorum eſſe dicuntur. Aliæ corporales, aliæ in-
corporales, & qualiter earum dominium de iure gentium,
& de iure ciuili ſingulatim, & per vniuerſitatem acquiratur.
A titulo verò de obligat. vſque ad finem huius libri Impera-
tor actiones perſequitur, & de obligationibus, tanquam de
matre actionum, præmittit l. licet, §. ea obligatio, ff. de procu-
3 rat. Porrò, quia hominum cauſa ius conſtitutum eſt, vt hic, &
l. 2. ff. de ſtatu homin. & omnes fructus in rerum natura ho-
minum gratia comparauit, vt dicitur in l. in pecudum, ff. de
4 vſur. Ideò primo loco de iure perſonarum, ſeu de hominibus
a dicitur. Homo *a* enim eſt digniſſima creaturarum, vt glo. hic,
& l. iuſtiſſimè, ff. de ędilit. edicto. Ad imaginem enim Dei ho-
mo conditus eſt, vnde, & iura noſtra ſtatuunt damnatum
propter crimen, in fronte non eſſe ſignandum, ne facies, quæ
ad ſimilitudinem pulchritudinis cæleſtis eſt figurata, macu-
letur, l. ſi quis in metallum, C. de pęnis. Sed quia Sacra Scri-
ptura, Gen. 1. Epheſ. 4. Coloſſ. 3. teſtatur, per imaginem Dei
ſignificari rem in homine multò præſtantiorem, veram ſci-
licet agnitionem Dei, veram iuſtitiam, & ſanctitatem, ideò
b iura Canonica *b* permittunt, vt committenti crimen falſi im-
primatur character aliquis, quo inter alios cognoſcatur, ca-
pitulo tertio de crimine falſi: ſicut etiam de iure Saxonico
hoc permittitur, vt habetur gloſ. *Vveichbild.* cap. 38. Vt furi-
6 bus, qui virgis cæduntur etiam in fronte, vel maxilla ſtigma
c aliquod imprimatur, ſeu mutatur. *c* Ex prędictis colligit gloſ.
d ſin hic digniora *d* eſſe præferenda, leg. 1. ff. de albo ſcribendo.
Vnde, & teſtibus pluribus deponentibus in pari numero, di-
gniores præferuntur, & plus eis creditur, quàm alijs, l. ob car-
men, §. 1. cum ibi notatis, ff. de teſtibus. Et quando plures ha-
bent rem aliquam communem, quæ apud omnes ſimul eſſe
non poteſt, vt ſunt inſtrumenta publica, tabulæ teſtamẽti, lit-
teræ inueſtiturarum, tũc debent huiuſmodi inſtrumenta de-
poni poteſt ſeniorem, & digniorem, leg. ſi ff. de fide inſtrum.
7 Sic & caput hominis dicitur principalior, & nobilior pars
8 hominis, l. cum in diuerſis, ff. de relig. & ſumpt. fun. quod in-
duci poteſt ad practicam notatu dignam, vt ſi in confinibus
quis occidatur, cognitio ſuper iſto delicto ad eum pertineat,
in cuius territorio caput occiſi inueniatur. Sic viæ publicæ
numerantur inter regalia in princip. quæ ſint regalia, in vſi-
bus feud & in generali etiam conceſſione meri, & mixti Im-
perij, nunquam intelliguntur regalia conceſſa, niſi exprimã-
tur. De quo videte Zaſ. in quinta parte feudali. Si nunc nobi-
lis aliquis ſit infeudatus de Caſtro cum ſuo territorio, & ſi-
mul merum, & mixtum Imperium eſt ei conceſſum, non ta-
men habet viam publicam, vnde ſi aliquis interficiatur in via
publica, non ſpectat ad iſtum nobilem, punitio, vel cognitio
de iſto delicto, ſed ad ſuperiorem dominũ, qui habet regalia,
quod eſt verum, ſi iſtud delictum committatur in via publi-
ca, & ibi totum corpus interfecti proſtratum reperiatur: ſe-
cus ſi extra viam publicam caput occiſi poſitum eſſet, nam
tunc cognitio ad nobilem pertinet, quaſi extra viam ſit occi-
ſus, cum attendatur locus, vbi caput hominis poſitum reperi-
tur, quod principalior pars eſt corporis humani, d. leg. cum in
diuerſis, ff. de relig. & ſumpt. fun.

ADDITIONES.

a *Hæc hominis præſtantia effecit, vt partus ancillæ non ſit in fru*
ctu, leg. 27. ff. de petit. hered. Et vt mercis appellatione homines
non contineantur, l. 206. ff. de verb. ſign. & vt homo rei mino-
ris non poſſit eſſe acceſſio, d. l. iuſtiſſime, 44. ff. de ædil. edict. vbi
plura de hominis dignitate attuli.
b *Conſuetudinem, vt pro furto aliquis bulletur, vel ſtigmatiZetur*
admitti poſſe ait Angel. in leg. ſi quis in metallum, C. de pœnis,
& idem refertur ab Angel. tract. de malefic. in verb. in facie,
quod & in Gallia ſeruatur: at non in regno Neapolitano, ut
poſt Marantam refert Clarus, libr. 5. Sententiarum, §. vltim.
quæſt. 79. in princ. Olim deditij fiebant, quibus veſtigia huiuſ-
modi in facie à dominis impreſſa erant. Vlpian. leg. 1. § 11. Ca-
ius 1. tit. 1. § 4.
c *Non ſeruatur his quidem locis, ſed ſola fuſtigatio, niſi cum ob*
periurium digiti duo priores, quibus erectis eſt iuratum, amputan-
tantur, conſtit. 48. ſec. 4.
d *Sic digniora cenſentur quę præcedunt, ac præmittuntur. Gloſ.*
§. vlt. hoc tit. & in §. cumque, in verb. aliam vero, infra, de bo-
norum poſſeſ.

DE IVRE PERSONARVM.

TITVLVS III.

1 *Continuatio.*	6 *Serui qui dicantur.*
2 *Tituli concordantes.*	7 *Poteſtas dominorum in ſeruos.*
3 *Status hominis quid.*	8 *Serui vnde dicti.*
4 *Prima perſonarum diuiſio.*	9 *Hoſtẽ captũ nõ liceat occidere.*
5 *Liberi qui dicantur.*	10 *Hodie cap. ius non fiunt ſerui.*

1 IMperator incipit nunc declarare primum mẽ-
brum diuiſionis ſupra in §. fin. traditæ, & habet
a hic titulum concordantem in ff. de ſtatu hom.
Quod enim ius perſonarum hic dicitur, I. C.
3 in Pandectis ſtatum hominum appellat, ius
ſcilicet illud, ſeu ſtatum ſeruitutis, vel libertatis, in quo perſo-
næ inueniuntur. Eſt enim ſtatus nihil aliud, quàm perſonæ
qualitas, vel conditio, vt eſſe liberum, vel ſeruum, ſui, vel alie-
ni iuris.

Quæ eſt prima diuiſio perſonarum?

4 Summa, & principalis differentia, ſeu diuiſio perſonarum
eſt, quòd omnes homines, aut ſunt liberi, aut ſerui, vt hic, &
5 l. 3. ff. de ſtatu homin. Liberi dicuntur, quibus naturali facul-
tate licet facere quidquid libet, niſi quod vi, aut iure prohi-
betur, vt hic, & l. 4. ff. de ſtatu homin. vbi ponitur definitio li-
bertatis, vnde liberi dicuntur. Sic. Cicer. in Offic. *Libertatis,*
inquit, *proprium eſt ſic viuere, vt velis.* Idem in Paradoxis.
Quid eſt, inquit, *libertas, poteſtas viuendi, vt velis* Serui autẽ
ſunt qui hanc libertatem non ſic habent, ſed ex conſtitutio-
ne iuris gentium alterius dominio contra naturam ſubiecti
ſunt, vt hic, & d. l. 4. ff. de ſtatu homi. Natura enim ſeruos ne-
ſciebat, cum iure naturali omnes homines liberi naſcebãtur,
ſed ex bellis, quæ iuris gentium ſunt, ſeruitus eſt inuenta, leg.
7 ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure. Et cępit hæc poteſtas homini in
hominem primum concedi à gentibus loco beneficij, vt eos
qui ex clade belli ſuperſtites in victorum poteſtatem veniſ-
8 ſent, humanitatis cauſa ſeruarent, vnde à ſeruando dicti ſunt
ſerui, vt hic, §. ſerui, & d. l. 4. ff. de ſtatu hom. Et hinc apparet
10 non licere nobis hoſtem noſtrum, poſtquam captus eſt, oc-
a cidere, quod *a* pleríque exiſtimãt verum eſſe, dum intra præ-
ſidia noſtra iam deductus eſt: alij verò, vt Alciat. in l. pupillis.
§. ſerui, ff. de verb. ſignif. malunt in ipſa acie ſolùm licere. Nã
deditium hominem occidere crudeliſſimum eſt, & ab ea hu-
manitate, quam homo homini debet, abhorret, vt inquit hic
10 Mynſing. Et hæc quidem olim obtinebant, hodie vero apud
b Chriſtianos captiui in bellis nequaquam ſerui fiunt, niſi *b*
quatenus hoc iure contra immaniſſimos Turcas etiam nũc
vtimur, qui viciſſim noſtros, ſi quando capiunt, in inclemen-
tiſſimam duriſſimamque ſeruitutem redigunt. Hinc Ang in
§. item ea, quæ, inſ. de rer. diuiſ. dicit, inter Chriſtianos iura
captiuitatis non ſeruari, nec enim capti venduntur, nec vt ſer-
ui habeantur ſed quantum ad res in bello captas, iura iſta ob-
ſeruantur, vt fiant capientium, d. §. item ea, quæ addite Bart.
in l. hoſtes, ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſis.

ADDITIONES.

a *Pactum ac conuentum ſemel redemptionis pretium, poteſt ne*
victor, qui captiuum hoſtem detinet, augere? Negat Guido Pa-
paus quæſt. 113. & ita iudicatum refert: quod ſane humanius
eſt. Proinde nec alteri iure captiuum reuendere licebit, ne per
nouum emptorem pretium redemptionis augeatur.
b *Manumiſſionum ita ius hodie in vſu erit apud eas gentes,*
quibus bella cum Turcis intercedunt, ſic vt manumiſſionum
tractatus, qui in iure continentur, non omnino hodie ſint ſper-
nendi.

§. Serui autem.

1 *Quæ ſint cauſæ ſeruitutis, & num. 3. 4. & 5.*
2 *Partus quando ſequatur patrem, & quando matrem.*
6 *Qui propter capitale crimen libertatem amittit, per Imperato-*
rem poteſt reſtitui.

Quæ ſint cauſæ ſeruitutis?

CAuſæ ſeruitutis de iure gentium, & ciuili procedunt, vt
hic, & ſeruitutem etiam iuris diuini eſſe habetur in c. 21.
Exo. Prima autẽ cauſa eſt natiuitas; nati enim ex matre ſerua

Digitized by Google

ſeu ancilla, quamuis patre libero, ſerui fiunt, vt hic, iuncta gl.
2 in verb. ancillis. Licet enim aliàs, quo ad dignitatem, & nobi-
a litatẽ, *a* partus ſequatur patrem, & non matrem, d. l. cum le-
gitimæ, iuncta gloſſa ibi, ff. de ſtat. hom. ſicut & vxor quoad
nobilitatem, ſequitur maritum; & vidua retinet dignitatem
mariti, donec in viduitate manet, l. feminæ, ff. de Senatoribus,
vnde ſecundum Ang. hic nõ poteſt dici nobilis, qui habet ma-
trem nobilem, patrem verò plebeium. In caſu tamen noſtro,
quo ad libertatem, partus ſequitur matrem, non patrem, l. par
b tum, C. de rei vendit. & hoc in fauorem partus. *b* Conditio
enim matris poteſt partui tribus temporibus prodeſſe, ſcili-
cet tempore conceptionis, natiuitatis, & medio tempore, l.
ſeruorum, §. ingenuum, ff. de ſtat. ho. Nam ſi aliquo illorum
temporum mater reperiatur libera, licet alijs temporibus ſer-
ua, partus nihilominus liber eſt, vt hic, & d. §. ingenuum.
3 Secunda cauſa ſeruitutis eſt captiuitas, vt ſcilicet, capti ab
hoſtibus efficiantur ſerui, vt hic, ſecus tamẽ hodie inter Chri
ſtianos obſeruatur, vt dictum eſt, vnde hodie capti in bellis
c non fiunt ſerui, ideò & teſtamenti *c* factionem retinent, licet
apud hoſtes moriantur, facit l. qui a latronibus, ff. de teſtam.
4 Tertia, venditio, quando homo liber maior viginti annis,
ad participandum pretium, ſeſe venundari paſſus eſt, vt hic,
& addite ius diuinum, Deuter. 15. quo caſu quinque ſunt ne-
ceſſaria, ſecundum gloſ. hic, in verbo maior.
5 Quartam addite cauſam, quando quis propter crimen ca-
d pitale per ſententiam condemnatus eſt ad mortẽ: nam tũc *d*
ſeruus pœnæ efficitur, & libertatem amittit, l. qui vltimo, ff. de
e pœnis: vnde & teſtamentum facere non poteſt, *e* l. eius, qui §.
1. ff. de teſtam. niſi pœna ſit ei remiſſa, vel ſit reſtitutus: poterit
enim per Imperatorem reſtitui honoribus, ordini, & omni-
bus ceteris in priſtinum ſtatum, l. 1. C. de ſent. paſſ. & reſtit. ſi-
cut ruſtici ſeditioſi anno 25. in Comitijs Auguſtanis, & anno
26. in Comitijs Spirenſibus famæ, & honoribus reſtituti ſunt,
vt habetur *in des Reichs abſcheiden, des Reichs tag zu Auſ-
purg*, anno 25. *vnd zu Speir*. anno 26.

ADDITIONES.

a *Immo etiam quo ad ſtatum, quando legitima ſunt nuptia, leg. cum legitimæ.*
b *Aut nullus fauor ſi ex libero ſeruus venter concipiat, potior igi- tur ratio, quoniam extra nuptias patrem, quem ſequitur, habe- re non intelligitur, cum iuſtum, & qui honeſte nominari poſſit, non habeat, vt matris conditionem omnino ſequi cogatur ex le- ge naturæ, l. lex natura, 24. ff. de ſtatu hom.*
c *Idem Leo Imperator Nouella ſua quadrageſima conſtituit ni- mirũ, vt captiui teſtamenti factionẽ habeant, vbi plenius dixi.*
d *Imo hodie nullus liber, fit per ſententiam ſeruus pœna. Nouella 22. c. 8. & ſic retinetur matrimonium cum deportato in metal- lum, & damnato ad triremes, qui & ſuum peculium quoq; ha- bet labore, & induſtria ſua quæſitum in ipſis triremibus: in quo & teſtari poſſunt.*
e *Contrarium eſt ſtatutum in nouiſſ. principis ordinat. p. 3. c. 6.*

§. Finalis.

1 *An differentia ſit inter ſeruos.*
2 *Ordinarij ſerui qui.*
3 *Atrienſes qui.*
4 *Iura loquentia de ſeruis, hodie referuntur ad monachos.*
5 *Monachus an liber, vel ſeruus.*
6 *Nos Chriſtiani veros ſeruos non habemus.*
7 *Liber homo an poſſit ſe obligare ad perpetuum ſeruitium.*
8 *An differentia ſit inter homines liberos.*

Eſtne aliqua differentia inter ſeruos.

1 QVo ad ius, ſeu ſtatum ſeruorum, hodie nulla eſt diffe-
rentia: idem enim ius habet dominus in omnes ſeruos,
& vnus alio magis non eſt ſeruus, ſed quo ad ordinem, &
eorum officia, quibus olim fungebantur, differunt. Quidam
2 enim erant ordinarij, quibus dominus peculium concede-
3 bat ad negotiandum: Quidam Atrienſes, qui procurabant
negotia domini. Quidam vicarij: Quidam veterani, & no-
uitij, alij aquarij, ſupellectarij, oſtiarij, ſcoparij, de quibus
4 videte Doctores hic. Et circa prædicta notandum, quòd li-
cet hodie iura loquentia de ſeruis referantur ad monachos,
cum monachi non habeant aliquid proprij, & propter ſubie-
ctionem, qua Abbati ſubiecti ſunt, ſeruis æquiparentur, &
quidquid acquirunt, monaſterio acquirant, & teſtamentum
facere nequeant, vt notatur in Auth. ingreſſi, C. de ſacroſan-
ctis Eccleſijs: veriſſima tamen eſt concluſio gloſ. noſtræ hic;
5 in tit. ſup. verbo, aut ſerui, in fi. Quòd monachus reuera eſt li-
ber, & nõ ſeruus: ideo, & teſtis eſſe poteſt, de quo videte An-
6 gel. hic in princ. tit. numer. 7. Nos igitur Chriſtiani hodie ve-
a ros ſeruos non habemus: *a* nã quod iure Romano ſeruis non
licebat, à noſtris ſeruis, vel famulis impunè, & iure fit: poſſunt
enim eſſe teſtes, & iudices, & teſtamentum concedere. Hinc
7 dubitatur, an famuli noſtri, vel alius liber homo, poſſit in per-
petuum ſe obligare ad ſeruiendũ, vel locare operas ſuas, quia
promiſſio talis ſapit naturam ſeruitutis: Et habetis gl. in l. poſt
certi, C. de liberali cauſa, concludentem quòd non, in contra-
rium verò quòd poſſit, eſt gl. in l. antiquitas, in verb. nunquã
C. de vſufr. & in l. 3. ſup. verbo, reuerti, ff. de vſufr. & illa com-
muniter tenetur, quia cum ſit obligatus ad factum, ſoluendo
intereſſe liberatur, vt not. in d. l. antiquitas, & d. l. 3. & per Bar.
in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. & eſt gl. &
ibi Ang. & alij in § vſusfructus, inf. de vſufr.

Eſtne differentia inter homines liberos?

8 Ad hanc quæſt. reſpondet Imperator hic, in fi. tit. noſtri, vi-
delicet homines liberos quoſdam eſſe ingenuos, quoſdam li-
bertinos, ſeu libertos, & qui dicantur ingenui, & libertini, in
ſeq. tit. declaratur.

ADDITIO.

a *Imò habemus, vt apparet ex legibus Conſtantini, Iuſtiniani, & aliorum principum, qui & ipſi Chriſtiani fuere. Quin hodie ho- mines manus mortuæ parum a ſeruis diſtant, vt qui addicti ſunt glebæ.*

DE INGENVIS.

TITVLVS IV.

1 *Ingenuus quis dicatur.*
2 *Partus ventrem ſequitur.*
3 *Quare partus potius matrem, quàm patrem ſequatur.*
4 *Mulieri prægnanti ad mortem damnatæ, donec pariat parci- tur.*
5 *Cauſa ingenuitatis, & num. 6. & 7.*
8 *Natales quid.*
9 *Natiuitas, ſeu ætas hominis quomodo probetur.*

Quis dicatur ingenuus.

IS qui ſtatim, vt natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus
ingenuis, ſiue ex duobus libertinis, ſiue ex altero
libertino, & altero ingenuo editus ſit, vt hic in
princip. Item, ſi quis ex matre liberta, patre verò
ſeruo, vel etiã incerto patre natus eſt, quẽ vulgo
conceptum, vel quæſitum dicimus; quantum enim ad liberta-
2 tem attinet partus ventrem; ſeu matrẽ ſequitur, vt hic, §. 1. &
l. 1. § ingenui, ff. de ſtatu hom. & l. partũ, C. de rei vend. Et hoc
3 in fauorem liberorum, cum libertas matris tribus *a* tẽporibus
a proſit partui, ſcilicet tempore cõceptionis, natiuitatis, & me-
dio tempore. Vnde ſi libera cõceperit, & ancilla facta pariat,
nihilominus, qui naſcitur liber eſt. Quando enim agitur de cõ
modo partus, tunc qui in vtero eſt, pro nato habetur, l. qui in
b vtero, ff. de ſtat. hom. & calamitas matris *b* ei nocere non de-
bet, qui eſt in vtero, vt inquit hic Imp. Sicut etiam crimen pa-
ternum, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere po-
teſt, l. crimen, ff. de pœnis. Et Porc. hic aſſignat rationem, quod
partui concepto quæſitũ iã eſt ius ingenuitatis, quod ex cala-
mitate matris tolli nõ poteſt, l. id quod noſtrũ, ff. de reg. iur. &
nemo alterius odio prægrauari debet, c. non debet, ext. de reg.
iuris. Puniretur enim partus ſine culpa, quod iura prohibẽt, c.
ſine culpa, de reg. iur. in 6. cum pœnæ ſuos debeant tenere au-
4 thores, l. ſancimus, C. de pœnis. Vnde & mulier prægnans, quæ
c vltimo ſupplicio damnata eſt, ſeruari, & pœna differri debet, *c*
donec pariat, ſicut, nec interim quæſtioni ſubijci, nec torque-
ri poteſt, l. Imperator, 2. ff. de ſtat. hom. & l. prægnantes, ff. de
pœnis. Et de iure Saxo. artic. 1. libr. 3. Alias verò partus, ex le-
d gitimo matrimonio editus, ſequitur conditionem *d* patris,
quo

ADDITIONES.

a *Pater autem in liberorum procreatione vnicum habet tempus, conceptionis, ſcilicet. Inde fit fauore libertatis, vt in ea ponen- da, & cõſtituẽda matris cõditionẽ potius ſpectemus, quã patris.*
b *Calamitas patris filio nocere non debet. l. ex lib. 17. C. de vſufr.*
c *Lex illa Aegyptiaca fuit teſte Diodoro, cuius hæc æquitas eſt, ne vnius delicto duo pluresve puniantur, quam etiam legem in ſupremis curijs, & parlamentis ſeruari refert Paponius 24. Arreſtorum ro §. 28. Adde quæ infra poſita ſunt, § permiſſum tit. de tutelis.*
d *Partus legitimus, ac iuſtus, quoad cõditionẽ familiã, & dignita- tẽ, honores, patrẽ ſequitur, quo ad libertatẽ, matrẽ. Illegitimus ĩ oĩb. matrẽ ſequitur nimirũ, in libertate cõditione, & dignitate.*

Digitized by Google

quo ad famulum, & dignitatem, *a* l. filium, l. libertas. §. fin. ff.
de ſenatoribus. Item, quo ad originem ciuitatis, ſeu patriam,
l. aſſumptio, §. filius, ff. ad municipalem. Si verò partus non ex
legitimo matrimonio editus eſt, quo ad omnia ſupradicta,
conditionem matris ſequitur, vt tradit Porc. hic.

Quæ ſunt cauſa Ingenuitatis.

5 Prima cauſa eſt natiuitas ex matre libera, *b* vt iam dictum
b eſt.
6 Secunda eſt ſententia, quando per ſententiam iudicis quis
ingenuus pronunciatus eſt, & ſententia tranſiuit in rem iudicatam, tunc pro ingenuo habetur. Res enim iudicata pro
veritate habetur, l. ingenuum, ff. de ſtat. hom. & l. res iudicata,
ff. de reg. iur.
8 Tertia, natalium reſtitutio, vt quando ſeruus, vel libertus
ſpeciali principis beneficio reſtituitur in natalium ſplendorem, & priſtinam ingenuitatem, quæ de iure naturali omnibus hominibus erit communis, l. 2. cum ibi notatis, ff. de natal. reſtit. Item ſi homo ingenuus per errorem, fortè in ſeruitutem côiectus, & loco ſerui habitus, poſtea manumiſſus eſt,
& conſtitit ipſum ingenuum natû eſſe, dubitatur an per talem manumiſſionem fiat libertinæ conditionis, an potius in-
8 genuitatem natiuam recuperet. Et Imperator hic in §. fin. decidit, eum pro ingenuo habendum eſſe, neque manumiſſionem officere natalibus, id eſt, ſtatui ingenuitatis, in quo natus
eſt, vt declarat hic Aldobrand. qui reprehendit gloſ. hic, quæ
natales hoc loco accipit pro ſcripturis, per quas probatur
9 quem eſſe ingenuum. Obiter tamen notabitis, quòd natiuitas, & ætas hominis probatur per inſtrumenta, & libros natalium, ſec. gloſ. & ibi Bart. & in leg. 2. in princ. ſupr. verb. legitimis, ff. de excuſat. tut. Et de hoc an libro patris de ætate filij
c credatur, necne, videte Ang. *c* & DD. hic text. & gl. in l. etiam
matris, ff. de probat. & l. neque natales, vbi Bal. Co. de probat.

ADDITIONES.

a *Imò etiam quo ad ſtatum, l. cum legitimæ, 19. ff. de ſtatu hom. quæ ſecund. rubr. de ſtatus iure eſt accipienda.*
b *Vel iuſtis nuptijs d. l. cum legitimæ.*
c *Et Alex. ad Bart. in l. de ætate, ff. de minor. Landrianum in additionibus Bart. conſ. 62. Crauetta par. 1. de antiquitatibus temporum, putat huiuſmodi ſcripturas viuo patre, & iurante ſemiplenam probationem facere, ſed & eo mortuo: quoniam mors defuncti iuramenti vim ſupplet; niſi parens aduerſarius ſit filij: tunc enim patris teſtimonium non admittendum ſuper ætate filij. Bald. 5. conſil. 19.*

DE LIBERTINIS.

TITVLS V.

1 *Qui dicantur Libertini.*
2 *Liberti, & Libertini differentia.*
3 *Manumiſſio quid & vnde dicta.*

Qui dicantur Libertini?

1 Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi
ſunt, hoc eſt, qui cùm verè eſſent ſerui, libertate donati ſunt, vt hic, & l. libertini, ff. de ſta. ho.
Et olim libertini *a* aliter accipiebantur, quam
a nunc in legibus ſcriptû eſt, vt refert hic Mynſing. ex Suetonio in vita Claudij. Nam Liberti
dicebantur, qui manumiſſi erant ex ſeruitute. Libertini verò
eorum liberi, qui ex libertis naſcebantur.

Quid eſt manumiſſio?

Eſt datio libertatis, quamdiu enim aliquis eſt in ſeruitute
manui, & poteſtati domini ſuppoſitus eſt, & manumiſſus liberatur à domini poteſtate, vt hic, & leg. manumiſſione, ff. d.
3 iuſt. & iure. Et dicta eſt manumiſſio, quod dominus caput ſerui, aut aliud eius membrum manu tenens, dicebat; *Hunc hominem liberum eſſe volo,* ac emittebat eum è manu, id eſt, ex
ſua poteſtate, & dominio, ſecundum Mynſig. hic.

ADDITIO

a *Liberti dicuntur qui manumiſſi: libertini qui conditionis non ingenuæ, vt valla in elegantijs tradit.*

§ Multis autem.

1 *Quot modis fiat manumiſſio, & num. 2. 4. 5. 6.*
3 *Vindicta quid, & vnde dicta.*

Quot modis fit manumiſſio?

1 Imperator hic refert quinque modo. Primus eſt, quando
in Eccleſia, ſub aſpectu plebis, & antiſtitis ſeruus manumittitur, interueniente qualicumque ſcriptura, vice actorum, l.
2 1. & 2. C. de his qui in Eccleſ. manum. Secundus, vindicta
3 etiam manumiſſio fiebat, vt hic, & tot. titul ff. de manu. vindi.
Erat autem vindicta virgula, quę pretor, vel etiam lictor pretoris, præmiſſis verbis ſolemnibus, ſeruum tangebat, & ter dicebat: *Aio te eſſe liberum,* & mox dominus apprehêſum manu dextera coram prætore vertebat, & ſic circumactum dimittebat, & maiorem quandam libertatem conſequebatur,
quam alio modo manumiſſus. De quo latius videte Doctor.
a & præſertim Aldobrand. *a* hic, qui ſubijcit, circumactionem
propterea factam eſſe, vt indicaretur, factam eſſe poteſtatem
4 manumiſſo, quaqua verſum voluerit, abeundi. Tertiò fiebat
manumiſſio etiam extra iudicium inter amicos, quo caſu
neceſſarij erant quinque teſtes, & interpoſitio ſcripturæ, leg.
vnica, §. ſed etſi, C. de Lat. lib. tol. & gl. hic in verb. inter ami-
5 cos. Quartò, per epiſtolam, ſeu ſcripturam quinque teſtibus
ſubſcriptam, & ab ipſo patrono ſcriptam, vel ſubſcriptam, libertas dari, & ſeruus manumitti poterat, vt hic, & d. l. vnica,
6 § ſancimus. Quintò, in teſtamento, vel in alia vltima voluntate teſtator ſeruo libertatem relinquere poterat, vt hic, & toto tit C. de teſtam. man. & plures modos videte hic Pat. & in
tit. C. quibus ex cauſ. ſerui, &c.

ADDITIO.

a *In gloſſatorio antiquo vindicta eſt virga, qua magiſtratus, aut prætor caput manumiſſi tangit, dicens,* Aio hunc præſentem
hominem liberum eſſe, & ciuem Romanum.

§. Serui.

1 *Vbi, & quando manumiſſio fieri poſſit.*
2 *Quæ voluntaria, & quæ contentioſa iuriſdictionis eſſe dicãtur.*

Vbi, & quanto manumiſſio fieri poteſt?

1 Propter fauorem libertatis quolibet tempore, & loco honeſto manumiſſio fieri permittitur, vt hic. Eſt enim voluntariæ iuriſdictionis, & ex mero domini arbitrio pendet:
ideo non eſt neceſſe in figura iudicij, iudici ſedente pro tri-
a bunali eam expediri, *a* l. 2. ff. de offic. proconſ. vbi poſt tex eſt
a goſ. quod illa dicuntur eſſe voluntariæ iuriſdictionis, quę partes faciunt de earum voluntate, abſque neceſſitate, & diſceptatione partium. Contentioſæ autem iuriſdictionis dicuntur ea, quæ in inuitum reduntur, l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de
verb oblig. & addite hic Aldobr.

ADDITIO.

a *Vide l. 5. 6. & 7. pen. & paſſim, de manumiſs. vind.*

§ Finalis.

1 *An libertinorum aliqua differentia ſit.*
2 *Quid interſit inter ingenuos & libertos.*
3 *Libertus ad quid domino teneatur.*
4 *Ius patronatus duplex; Temporale, & Eccleſiaſticum.*

Eſtne aliqua differentia inter libertinos?

1 Olim tria erant genera libertinorum. Quidam dicebantur ciues Romani: Quidam Latini: Quidam deditij; hodie verò vnum tantum eſt genus libertinorum. Omnes enim
manumiſſi iuſtam libertatem acquirunt, & fiunt ciues Romani, vt hic, & l. vnica, C. de Lat. lib. tol. & l. vnica, C. de deditiia lib. tol. Et qui dicti ſint Latini, & deditij, poſt alios decla-
a rant Aldob. *a* & Mynſing. hic.

Quid intereſt inter ingenuos & libertos.

2 Nulla hodie eſt differentia inter libertos, & ingenuos, ſed
eandem liberti conſequuntur libertatem, quam manumiſſores, & ingenui habent, niſi quòd ingenui liberi naſcuntur.
Liberti verò liberi fiunt manumiſſione, vt hic d. §. fin. Ideò
Azor. in Summa. Cod. de iure aur. annul. inquit: Quòd hodie
liberti omnes pro ingenuis [reputantur,] quia renati videantur ingenui, quod eſt verum reſpectu ceterorum hominum,
vel

ADDITIO.

a *Et ante vtrumque Vlpian. tit. 1. huius lib. 1. tit. 1. Ex fontibus quam ex lacu, aut lacuna haurire ſuauis eſt.*

Digitized by Google

vel etiam rerum, puta matrimonij, & dignitatum: quod enim
ex naturali libertate ingenuis permiſſum eſt, hoc etiam liber-
tis non denegatur, qui per manumiſſionem recuperarunt na
turalem libertatem. Sed reſpectu manumittentis, retinet ma-
numittens, qui patronus dicitur, in liberto ius patronatus, §. 1.
in Authent. vt liberti de cetero aureo non indigeant annulo,
quod in pluribus conſiſtit, vt eſt tit. in ff. de iure patr. & in C.
3 de bon. lib. & iure patr. Tenetur enim libertus præſtare domi
no debitã reuerentiã & ſemper ei ſancta, & honeſta perſona
patroni videri debet, l. ſi liberto, ff. de obſeq. libert. Vnde nec
patronum in ius ſine venia, ſub pęna 50. aureorũ, vocare põt,
§. pęnales, infrà de act. l. 4. ũicta, l. ſi. ff. de in ius vocando. Ideò
nec famoſam actionem cõtra patronũ inſtituere poteſt, l. ſed
ſi hæc. § prætor, ff. de in ius vocãdo. Sic & libertus patronum
pauperem alere cogitur, l. ſi quis, §. ſolet, ff. de lib. agnoſ. Item
patronus liberto ſine liberis decedenti ab inteſtato ſuccedit, vt
inſ. de ſucceſſ. liber. Sic libertus ad operas in manumiſſione
impoſitas præſtandas patrono tenetur, l. 2. & toto tit. ff. & C.
de operis libert. & quando libertus exiſtit erga patronum in-
gratus, in ſeruitutem reuocari poteſt, d. §. 1. in Auth. Vt liberti
de cet. aur. &c. Pluribus tamen ex cauſis patronus illud ius a-
mittere poteſt, de quibus videte gl. ordinariã in §. ſed noſtra,
4 in verb. repleatur, inf. de ſucceſſ. libert. Et obiter notabitis, ius
a patronatus eſſe duplex: *a* Temporale, ſcilicet, quod conſtitui-
tur ex manumiſſione ſerui, vel ancillæ, de quo iam dictum: &
b Eccleſiaſticũ *b* ſeu ſpirituale, quod eſt poteſtas pręſentandi, in
ſtituendũ, ad beneficium Eccleſiaſticum vacans, & oritur ex
fundatione, & dotatione, de quo habetur tit. in Decretalib &
in 6. de iure patronatus, & de hoc nõ agitur hic in noſtro tit.

ADDITIONES.

a *Triplex conſtituitur à quibuſdam, & his duabus ſpeciebus ad-
ditur ius patronatus, quod eſt penes cauſarum patronos, l. rem
non nouam, § patroni, Cod. de iudic. 15. qu. 2. cap. ex litteris, de
tranſact.*

b *De iure patronatus Eccleſiaſtico, ſeu iure competente in Eccle
ſijs, quo ad præſentationem rectoris, & quædam alia, vide tra-
ctatum Rochi de Curte de iure patron. & an pertineat ad pro-
pinquos ſanguine, an vero ad inſtitutos heredes, vide Guido-
nem Papam, q. 507. de iure patronatus, adde Nicolaum Mi-
lium in verbo patronus.*

QVIBVS EX CAVSIS
Manumittere non licet.
TITVLVS VI.

1 *Continuatio, & tituli concordantes in ff. & C.*
2 *Quibus manumittere liceat.*
3 *Debitor in fraudem creditorum non poteſt manumittere.*
4 *Quis in fraudem creditorum manumittere dicatur.*
5 *Quæ hoc caſu, vt libertas impediatur, requirantur, & num. 6.*
7 *An in teſtamento ſeruum manumittere liceat.*
8 *Vno conceſſo, videtur omne id conceſſum, ſine quo illud expe-
diri non poteſt.*
9 *Ignominioſum eſt, ſi bona defuncti ſub voce præconis veneant.*
10 *Conſuetudo arreſtãdi cadauer mortui debitoris improbanda.*
11 *Paupertas an proſit, vel noceat.*
12 *Pauper quis dicatur.*

1 SVpra dictum eſt de manumiſſione, quid ſit, quod
modis, vbi, & quando fiat. Sequitur nunc de per-
ſonis, quæ ex certis cauſis manumittere non poſ-
ſunt, & habet hæc Rub. concordantes titul. in ff.
Qui, & à quibus manumiſſi liberi non fiunt, & in
2 C. Qui manumittere non poſſunt. Eſtque illud edictum pro-
hibitorium certarum perſonarum, ideò omnibus manumit-
tere licet, qui expreſſè à iure non prohibentur, arg. l. 1. ff. de
teſtibus, vbi omnes ad teſtimonium dicendum admittuntur,
qui non prohibentur.

Qui igitur non poſſunt manumittere.

3 Primò prohibetur debitor, qui non eſt ſoluendo, in fraudẽ
creditorum manumittere ſeruos, hoc ſcilicet animo, vt cre-
ditores defraudet, vt hic, & l. in fraudem, 1. ff. qui, & à quibus
manu. lib. non fiunt. Licet enim libertas ſit fauorabilis, l. inter
pares, ff. de re iud. non tamen propterea ius creditorum tolli
dẽt, l. 2. §. ſi quis à principe, & §. meritò, ff. ne quid in loco pu-
a blico, vel itinere fiat. Et ſemper in quolibet actu a fraus & do-
lus intelligitur exceptus, l. creditor, §. Lucius, ff. mandati. Dici-
4 tur autem in fraudem creditorum manumittere, qui vel iam
eo tempore, quo manumittit, ſoluendo non eſt, vel qui dat is
libertatibus deſiturus eſt ſoluendo eſſe, vt hic, §. in fraudem.
5 Et ad hoc, vt iſto, caſu libertas impediatur, requiruntur, ſecũ l.
Imperatorem hic, in d. § in fraudem, in fine, & in l. 1. Co. eo d.
I. Voluntas ſcilicet defraudandi, dolus, & conſilium manu-
mittentis, d. §. in fraudem, vbi gl. notat, quem ex conſilio obli-
gari, de quo videte Dynum, in c. nullus, ext. de reg. iur. & De-
6 cium in l. conſilij, ff. de reg. iur. II. Euentus damni, quia bona
debitoris non ſufficiunt ad ſatisfaciendum creditoribus, d. §.
in fraudem, & d. l. 1. Et vno iſtorum deficiente, libertas ſeruo
conceſſa non reuocatur, ideò ſi manumiſſor non habuit ani-
mum defraudandi, libertas non impeditur, quamuis eius bo-
na non ſufficiant creditoribus. Sæpè enim de facultatibus
ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines, vt dicitur hic,
& in d. l. fraudem. Vnde Doctores hic tradunt, an, & quan-
b do *b* quis ignorare vires patrimonij ſui pręſumatur, de quo
videte Cynum, Salicetum & alios, in l. quiſquis, C. de reſcind.
vendit. Item Barr. & Bald. in Auth. ſed cum teſtator, C. ad leg.
Falcidiam. Spectat autem ad creditores probare, quòd ani-
c mus *c* fraudandi interuenerit niſi fortè præſumptione contra
debitorem iſto caſu inuenitur, ſecund. text. iuncta glo. in l. 2. ff.
de probat. Et, quot modis pręſumatur alienatio in fraudem
creditorum facta, tradunt Ang. Porc. Cynus, & Fab. hic in ca.
§ in fraudem, & Doctores, in §. item ſi quis in fraudem, infr.
de act. Prædicta limitantur procedere, vt nemini inter viuos
7 liceat manumittere ſeruum, in præiudicium creditorũ. Secus
autẽ in vltima voluntate, & teſtamẽto, ſi ſcilicet dominus ſer
uum in teſtamento cũ libertate hæredẽ inſtituat, qui velit no
lit, cogitur eſſe hæres, & neceſſarius hæres eſſe dicitur, vt hic
§. licet autẽ. Idem ſi ſimpliciter hæres à domino ſit inſtitutus,
quia nihilominus libertas ei relicta videtur, ex tacita, & præ-
ſumpta mente teſtatoris, cum non ſit veriſimile, eum ſibi hæ-
redem elegiſſe, qui de iure non poſſit eſſe hęres, cum ſerui de
iure ſine libertate hæredes eſſe nequeant, in princ. inf. de hæ-
red. inſt & hinc §. idemque iuris, vbi gloſſ. ſup verbo, inſtitu-
d tionis, colligit iſtud notabile: Quòd vno conceſſo, *d* vide-
tur omne id conceſſum, ſine quo illud expediri non poteſt, &
vulgo dicitur, eum, qui vult conſequens velle, & antecedens
l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. & l. ad rem mobilem, ff de procur.
& hoc introductum eſt partim in fauorem creditorũ, vt ha-
beant, quem poſſint conuenire, cum hæres teneatur ſatisfa-
cere creditoribus l. ſi. § cum igitur, C. de iure deliberandi, par
tim verò, & præcipue in fauorem ipſius debitoris. Si enim
ſeruus hæres inſtitutus non poteſt ſatisfacere creditoribus.
tunc res hæreditarię, non defuncti, ſed ſerui nomine diſtra-
huntur, ne defunctus diſtractione ſuorum bonorum iniuria
9 afficiatur, vt inquit hic Imperator in ſ. d. §. licet autem. Quã
ignominioſum enim, veteres duxerint, ſi bona defuncti ſuo
voce præconis veneãt. Cic. in Orat. pro Publ. Quinct. demon
ſtrat *Hercle* (inquit) *cuius bona ex adiecto poſſidentur, huius om-
10 nis fama, & exiſtimatio cũ bonis ſimul poſſidetur, &c.* Impro-
banda eſt igitur conſuetudo in quibuſdã locis, vbi poſt mor-
tem debitoris, permittitur creditoribus, vt faciant cadauer
debitoris arreſtari, vt impediatur ſepultura, quæ tamen me-
moria humanæ conditionis dicitur, in l. quidam, in princ. ff.
de cond. inſt. quod etiam iura noſtra, ſub pœna infamiæ, &
confiſcationis tertiæ partis bonorum, amiſſionis debiti, &
etiam reſtitutionis ſimilis ſummæ debitę, fieri prohibent, in
Authent. vt defuncti, ſeu funera eorum non iniurientur à
credi-

ADDITIONES.

a *Puta mandato, iuſſu, & ſimilibus, l. ſi procurator, 6. §. Celſus ait
l. cum indebitum, 57. §. 1. ff. de cond. indebiti.*

b *In mortis articulo poſitus præſumitur ignorare vires patrimo-
nij ſui, arg. l. hac conſultiſſima, §. at non humana, Co. qui teſta-
mentum, niſi contrarijs actibus ſcientiã oſtenderit. Quid enim
ſi velint Falcidiam detrahi? quid ſi teſtãde dixit ſe vires pa-
trimonij ſue notas, & compertas habere? vt in auth. ſed cum te
ſtator, C. ad l. Falcid. alias quantitatem patrimonij ſui veriſi-
militer ignoras, & maximè, ſi patrimonium multis, ac varijs
rationibus implicitum habet, l. in fraudem, ff. qui & à quibus
manumiſſ. aut ſi non ita pridem alteri ſucceſſerit, l. qui in alte-
rius, ff. de regu. aut ſi tutelam, curam, vel negotium alterius per
aliũ adminiſtrauit, l. ſiquis inficiatus, ff. depoſiti l. vlt. ff. pro ſuo.*

c *Animus, & hominis intentio diſtinguunt facta, argu. l. fœdiſ-
ſimum. C. de adulter.*

d *Conceſſa iuriſdictione, quæ tacitè, veniunt, vide Concentatum
1. quæſt. 4.*

Digitized by Google

creditoribus,& l.fi.cum Authent. ſequ. C.de ſepulchr.violat.
11 Et ex prædictis,dum Imperator hic ſuccurit egentibus, col-
a ligit gloſ.noſtra, *a* quòd paupertas proſit, *b* Sed Synus in l. ſi
a quis ad declinandum. C.de Epiſcop.& Cler.dicit: *Ab hoc pro-*
† *deſſe liberet nos Deus* regulariter enim nocet. † cum diuiti
c magis creditur,quam pauperi teſti,*c* propter timorem ſubor-
nationis,l. 3.in princ ff.de teſtib. Vnde ſemper in examine te-
ſtium inter cetera teſtis de diuitijs interrogari ſolet, quãtum
habeat in bonis. Sic etiam in remiſſione pęnę corporalis gra-
uius punitur pauper,quam diues,l.Pedius,ff de incend.ruina
& naufragio,& l.nemo,C.de ſum. Trinit.Idem in pęna pecu
niaria ordinaria,quæ à lege eſt ſtatuta. Nam tunc, qui non
habet in ære,luit in corpore,l fi.ff de in ius vocando,& in d.l.
fi.in fine,C.de ſepulch.viol.Sed in extraordinaria pęna pecu-
niaria magis fauetur pauperi,quam diuiti,l.illicitas, §. fin.&
ibi Bart. ff. de offic, præſ. Sic & maius onus defertur diuiti,
quàm pauperi,fauore Reip.l.ad ſubeunda,C.de decurionibus
lib.10.de quo latius videte Angel Porc.& alios. Dicitur autẽ
12 pauperis,qui non habet patrimonium quinquaginta aureo-
rum,l nonnulli,ff.de accuſat.gl.vero & ibi Bal. in l.paupertas
ff.de accuſat.rut.dicit pauperem eſſe,qui labore,& ſudore
ſuo victum quærere cogitur, communiter tamen concludi-
tur,quòd hoc ſit in arbitrio iudicis,qui ſecundum qualitatem
perſonarum,& quantitatem patrimonij, et opinione vulgi,
quem iudicabit diuitem,vel pauperem,vt eſt gl.in verb.locu-
ples,& ibi Doct.in Auth Præterea,Cod.vnde vir. & vxor.&
addite Angel.& Porc.hic in d.§ licet.

ADDITIONES.

a *Pauper & inops quis dicatur & diues,vide omnino quod Me-*
noch.2.de arbi.iudic.Cent.1.caſu 65.& à quibus excuſet pau-
pertas vide Gayl.1.obſer.142.Mynſing.4.Obſeruat.97. Mat-
thesilanum ſing.vlt.Cremonenſ.ſing.121.Marſilium in praxi
criminali,§ ſequitur,nu.35 & in §.ordine,nu.12.
b *Adde §.ſed propter paupertatem,infra,de excuſ.tutor.*
† *Excipienda eſt tamen hic Paupertas Religioſa,& ſancta quam*
Chriſtus conſuluit.
c *Teſti tamen pauperi creditur ſi abſit vitæ vilitas, & alias ſit*
honeſta perſona,& prædita bonis moribus Gayl. 2. Obſeru.95.
Imol.5.conſ.150.

§.Eadem lege.

1 *An minori 20.annis ſeruum manumittere liceat.*
2 *Præceptor æquiparatur ceteris,ſanguine iunctis.*
3 *Cauſa vitæ,& famæ æquiparatur.*
4 *An minor 25.annis poſſit eſſe procurator.*
5 *Quæ requirantur vt manumiſſio minoris ex iuſta cauſa facta valeat.*
6 *Minor in vltimis volũtatib.poſt 14. annum manumittere põt.*

1 SEcundò, minor viginti annis ſeruos manumittere prohi-
betur, vt hic,& l. 1.ff. de manu. Fragile enim,& infirmum
huiuſmodi ętatis eſt conſilium,ac multorum inſidijs expoſi-
tum,vt dicitur in l. 1.ff.de min. Hoc tamen limitatur, niſi mi-
nor habeat iuſtas cauſas manumittendi ſeruũ, vt quia patrẽ
matrẽ,fratres,nutrices,aut pedagogum manumittat, vt hic.
Ex quo notant Doct. præceptorem æquiparari ceteris ſan-
2 guine iunctis,facit gl.in l.liberto,ff de obſeq.li.quæ pręcepto-
res, appellat patres, & plures cauſæ hic enumerantur in tex-
tu,& in l.ſi minor,cum aliquot legib.ſeq.ff.de man.vind. in-
ter quas etiam refertur, ſi ſeruus dominum à periculo vitæ,
vel infamiæ liberauit,l.iuſta, ff.de manumiſſis vind. vbi cauſa
3 vitæ,& famæ æquiparatur,de quo videte Iaſ.in l vt vim,ff.de
iuſt & iure. Hinc dicitur in l.infamia,C.de decurionib.li. 10.
quod tolerabilior ſit oculorum amiſſio,quam famæ, & dũ in
textu noſtro dicitur, iuſtam cauſam manumiſſionis eſſe, vt
minor habeat procuratorem, qui debet eſſe natus ad minus
4 17.annos. Quærunt Doct. *An minor 25.annis poſſit eſſe pro-*
a *curator?* Et breuiter dic,quòd in iudicijs minor 25.annis *a* nõ
b poſſit eſſe procurator,*b* in negotijs verò ætas 17.annor.requi
5 ritur,c.qui generaliter,de procur.in 6. Ad hoc autem, vt va-
leat eiuſmodi manumiſſio,requiritur. I. Vt fiat à minore vin
dicta coram prætore,vt hic. II. Vt cauſa manumiſſionis alle-
getur,& probetur,vt facit text.in Authen.non licet,C.de lib.
præt. Et ſemel approbata cauſa, ſiue vera,ſiue falſa ſit, nõ re-
c tractatur libertas,vt hic,§.ſemel,*c* & facit vulg. regula. Quod
ſemel placuit,amplius diſplicere non poteſt, c.quod ſemel de
6 reg.iur.in 6. Porro prædicta locum habent in manumiſſione
facta inter viuos, ſed in teſtamento minor 20. annis de iure
Digeſtorum manumittere non poterat,l. nec militi,ff.de ma-
nu.teſt. De iure vero inſtitutionum, maior. 17. annis poterat
in teſtamento manumittere, vt hic,§ fi. Sed iſta diſpoſitio ho-
die per ius nouiſſ Authenticorum eſt correcta, vt admonet
hic gloſ.in verb.adimpleuerit,per text. expreſſum in § 1.in
Auth. vt ſponſalitia largitas ſpecialis contractus ſit, vbi deci-
d ditur,quod minori *d* in ipſo tempore,quo ei teſtari licet (ſci-
licet poſtquam compleuit 14. annum,§. præterea, infra quib.
non eſt permiſ. fac. teſtam.) etiam in vltimis voluntatibus
libertates relinquere permittitur. Cui enim conceditur id,
quod eſt maius,videtur etiam conceſſum id,quod eſt minus.
Et cui licet quod eſt plus,licet vtique quod eſt minus, cap.cui
licet,de reg.iur.in 6.

ADDITIONES.

a *Ad eam rem vide l minor 25. ann.ff.de procur. quæ de defen-*
ſore loquitur.
b *Vide l. 23. ff. de minor. l. 13. ff. de manumiſſ.vind. quam legem*
Græci accipiunt de procuratore ad negotia, non ad iudicia,
quod à nullo vidi adhuc notatum Verum de ea re fuſius ego in
minor 25.annis,ff. de procurat.
c *Imo vero quia libertas ſemel data reuocari nequit l.1.& 2.cum*
ibi not.C.ſi aduer.liber.
d *Vt qua ætate quis teſtamentũ facere poſſit,eadẽ poſſit & manu*
mittere valet ita argumentũ ab vltima volũtate ad contractũ
vt l.iure ciuili,24.ff.de cõd.& dem l.item iſta,ff.de pec. cõſtit.

DE LEGE FVSIA CANINIA tollenda.

TITVLVS VII.

1 *Continuatio,& concordantes tituli.*
2 *Lex Fuſia Caninia vnde dicta.*
4 *Summa legis Fuſij Caninij.*
5 *Quas ob cauſas Iuſtinianus hanc legẽ Fuſiã Can. ſuſtulerit.*
6 *Argumẽtũ a cõtractib.ad vltimas volũtates quãdo procedas*

1 IN præcedẽti titulo dictum eſt, olim per legem
Aeliam Sentiam, quæ hodie correcta eſt mi-
noribus 20. annis prohibitũ fuiſſe in teſtamẽ-
to manumittere ſeruos,& quia alia erat etiam
lex quę vſque ad certum numerum permitte-
bat in teſtamento manumiſſionem, ideo de eius abrogatio-
ne hic ſubijcit Imperator hanc Rubricam, quæ habet cõcor-
2 dantem tit.in C de Fuſ.Can tol. Dicta Fuſia Caninia, non à
cane, vt gl.hic vult,ſed à Fuſio Caninio eius latore,ſatis inui-
a da,*a* & libertatem impediens, vnde gloſ. hic notat inuidiæ vi-
tium,& faciunt ad hoc verſus elegantes: *Inuidia Siculi non*
inuenere Tyranni Maius tormentum Hinc dicit Archidiaco-
3 nus in c.alias,d 25 quod inuidia eſt quædam arbor,cuius ra-
dix eſt maleuolentia,cuius frondes ira,& odium,cuius flores
irriſio,& deriſio,cuius fructus æmulatio,& detractio, cuius
4 folia liuor,& pallor, vt eſt additio hic ad Chriſtoph. Porc. Ad
intellectum igitur huius tituli ſciendum eſt,quod Fuſius Ca-
ninius legem tulit, vt certus numerus manumittendorũ ſer-
uorum in vltimis voluntatibus ſeruaretur, & fuit ita reſtri-
cta libertas manumittendi ſeruos in teſtamento,habẽs duos
ſeruos,ambos manumittere poterit in teſtamẽto ſi vero plu-
res habebat, tunc à duobus vſque ad 10.dimidiam partem ſer
uorum: & à 10.ad 30.tertiam partem: à 30. vſque ad 100. ad
500.quintam partem ſeruorum manumittere poterat. Plu-
res autem quam 100. ex qualibet etiam grandi familia ma-
numittendi ius non erat in teſtamẽto, vt poſt Caiũ,& Theo-
5 ph. referunt Aldob & Mynſing.hic. Hanc igitur legem, tan-
quam inuidam, & libertates impedientem, duplici ex cauſa
ſuſtulit hic Imperator, & in d.tit. Cod.eod. Primo,quia liber-
tas omnibus alijs cauſis eſt fauorabilior, l. libertas omnibus,
ff.de reg.iur.& in dubio pro ea iudicandum eſt,l.quoties du-
bia,ff de reg.iur. Secundo,quia per eam morientibus adime-
batur facultas, viuentibus conceſſa, cum viui quidem habe-
bebant licentiã,ceteris parib. totam familiam ſeruorum ma-
numittẽdi,& ita actibus inter viuos plus tribuebatur, quam
vltimis voluntatibus contra l.1.C.ad Sacroſanct. Eccl. vbi di-
citur,quod nihil magis hominibus debetur, quã vt ſupremæ
voluntatis, poſtquã iam aliud velle non poſſunt,liber ſit ſty-
lus,& licitũ,quòd iterum nõ redit arbitrium, vnde gl.& Do-
ctores

ADDITIO.

a *Ad inuidiã,& æmulationẽ alterius licetne caſtrum,ædificiũ,*
molam piſtrinũ,furnũ,& ſimilia facere? Dixi ad l.prouincias
in fine,C.de ædific.priuat.l.opus nouum,3.ff.de operib.publ.

Digitized by Google

6 ctores hic *a* notant, quod argumentum à contractibus ad
a vltimas voluntates valeat, quod eſt verum affirmatiuè, tamquam à minori ad maius veluti hoc licet in contractibus: ergo etiam in teſtamentis, l. vlt. C. ad legem Falc. non autem negatiuè, ſicut nec argumentum à minori ad maius negatiuè valet. Fauorabilior enim eſt interpretatio vltimarum voluntatum, quam contractuum, l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. Sed vbi eſt eadem ratio, in vtroque caſu valet argumentum de vno ad aliud, leg. ſeruum, §. eum, qui, ff. de leg. 1. & ibi Iaſ. Angel. & alij hic, & videte Nicol. Euerba. in Topicis, in loco, à contractibus ad vltimas voluntates.

ADDITIO.

a *De argumento à contractibus ad vltimas voluntates vide Euerhardum in Topicis, in loco a contractibus ad vltimas voluntates, & contra. Vbi viginti differentias recitat inter contractus, & vltimas voluntates. Valet autem hoc argumentum quoties eadem eſt ratio in vtroque, l. vlt. C. de legat.*

DE HIS, QVI SVI, VEL ALIENI iuris ſunt.

TITVLVS VIII.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Secundo principalis perſonarum diuiſio.*
3 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
4 *Quæ perſonæ ſint ſui iuris.*
5 *Quæ perſonæ ſint alieni iuris.*
6 *Quæ ſit cauſa poteſtatis dominicæ.*

1 TRaditur in hoc titulo, (qui ad verbum deſumptus eſt ex l. 1. & 2. ff. eod.) alia diuiſio perſonarum, & ſicut prior, videlicet, quod omnes homines, aut ſunt liberi, aut ſerui, eſt iuris gentium primæui, ſeu iuris naturalis, quo omnes homines liberi naſcebantur, & quo ad ſeruos iuris gentium ſecundarij, quo iure ſeruitus eſt introducta, l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure Ita hæc pro maior parte eſt iuris ciuilis, vel inuentione, vt ratione patriæ poteſtati, vel reformatione, vt ratione poteſtatis dominicæ, quæ emendationem à iure ciuili accepit, vt in §. 1. & fin. infra eodem dicemus.

Quæ eſt igitur ſecunda principalis diuiſio, ſeu differentia perſonarum.

2 Quædam perſonæ ſunt ſui iuris, quędam verò alieni iuris, & de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, in hoc, & ſequenti titulo, vſque ad titulum de tutelis docet Imperator, quibus co
3 gnitis, dicit etiam intelligi poſſe, quæ ſui iuris ſunt, cum con-
a trariorum *a* eadem ſit ratio, & diſciplina, vt notāt Doctores hic, ex textu noſtro, & leg. 1. ff. eod. quod eſt verum reſpectu cognitionis, ita quod cognito vno de contrarijs, ſtatim cognoſcatur & aliud: vt ſi intelligimus quid ſit iuſtitia, à contrario etiam cognoſcimus, quid ſit iniuſtitia. Non autem quo ad effectus, quia ex contrarijs diuerſi ſequūtur effectus, ſicut & contrariorum diuerſa eſt iuris diſpoſitio, cum de vno affirmatiuè diſponatur, de altero negatiuè, & poſitio vnius eſt excluſio alterius, l. hæc verba, ff. de verbor. ſignific. de quo latius videte Doctor hic, & in d. l. 1. & in l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verbor. oblig. & Angel. in §. illud, infr. de ſocietate.

Quæ perſonæ ſunt ſui iuris?

4 Omnes quæ nōn ſunt ſubiectæ poteſtati dominorum, vel parentum, & ſic liberi homines, qui non habent parentes in viois, vel ab illis ſunt emancipati, vt patres familias, cuiuſcūque tandem ętatis, etiamſi infantes ſint; & hi ſunt, aut ſub tutela, & impuberes, minores ſcilicet 14. annis: Aut ſub cura, vt puberes, minores tamen 25. aonis: Aut neque ſub tutela, neque ſub cura, vt maiores 25. annis, vt in princ. infra de tut.

Quæ perſonæ ſunt alieni iuris?

5 Filijfamilias, & ſerui, vnde Imperator hic in princip. dicit, quod earum quædam ſunt in poteſtate parentum, vt filijfamilias, de quibus in titulo ſequenti dicetur, quædam vera in poteſtate dominorum, vt ſerui, & de hac poteſtate, quam domini in ſeruos habent, in hoc titulo tradit, vt materiam ſeruorum continuet, & abſoluat. Nam in ſequentibus titulis de liberis tantum perſonis tractat, vſque ad finem primi libri.

Quæ eſt cauſa poteſtatis dominicæ?

6 Ius gentium ſecundarium, quod ſeruitutem introduxit, vt hic, & d. l. 1. & §. ius autem gentium, ſupra de iure naturali, & l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure. Namque conſtat hanc auctoritatem, & poteſtatem ab omnibus per æque gentibus receptam fuiſſe, qdòd ſeruus nolens volens cogebatur obtemperare domino, & prorſus quo ad bona, & perſonam, erat in aliena poteſtate, domini ſcilicet, vnde & quo ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur. Sed quo ad ius naturale omnes homines æquales ſunt, l. quod attinet, ff. de reg. iur.

ADDITIO.

a *Contrariorum immediatorum vno cognito alterum vno cognoſcitur, vt hic, & infra de tutel. in princ. leg. Pomponius, ff. de procur. alias effectus contrariorum contrarij ſunt, l. qui accuſare, ff. de accuſ.*

§. In poteſtate.

1 *Seruus quicquid acquirit, domino acquirit.*
2 *An dominus ius vitæ, & necis in ſeruos habeat.*
3 *An ſerui aduerſus dominum torqueri poſſint.*
4 *Seruus non poteſt teſtamentum condere, non teſtes, non iudex, non tabellio eſſe, & num. 5. 6. & 7.*

Qui ſunt effectus dominicæ poteſtatis?

1 PRimus *a* eſt, vt ſeruus nihil proprij habeat, ſed quidquid
a acquirit, hoc omne domino acquirat, non ſolum ſcienti, aut ratum habenti, ſed etiam ignoranti, & inuito, vt hic, & §. item nobis, infra per quas perſonas nob. acq. dum tamen iuſtè, & ex licita cauſa quęrat: nam illicitè acquiſita per ſeruum
b domino non acquiruntur, *b* contra gloſ. noſtram, hic in verb. acquiritur, indiſtinctè concludit hic Porc. num. 4.
2 Secundus, olim de iure gentium domini ius vitæ, & necis in ſeruos habebant, ita vt impunè eos occidere liceba t, vt hic quod ea ratione nin videbatur, quia cum in re ſua quilibet etiam abutendo ſit moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mandati, iuncta l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred. non videbatur curandum, quid ageret dominus de ſeruo, in quo plenum dòmioium habebat; hodie tamen illa poteſtas occidendi ſeruos eſt ſoblata, præterquam in certis caſibus, notatis hic per Doctores poſt gloſ. ſuper verb. cognita, quòd occidens ſeruum proprium teneatur, ſicut occidens ſeruum alienum, vel liberum hominem, criminali, ſcilicet iudicio, ex l. Cornel. de ſicarijs, quæ non facit differentiam inter liberū, & ſeruum, l. 1 §. 1. iuncta gl. in verb. hominum, ff. ad l. Corn. de ſicarij. Moderata tamen correctio hodie permiſſa eſt dominis in ſeruos inobedientes, ita vt etiam verberare, & caſtigare eos liceat, vt hic, & l. vnica, Cod. de emend. ſeru. Sicut & marito vxorem, & præceptori diſcipulum ex cauſa modirè caſtigare licet, vt dicunt Doctores hic, per text. in l. ſed etſi, §. finali, ff. ad l. Aquiliam, & in §. ſi quis autem propriam vxorem, in Authent. vt liceat matri, & auiæ.
3 Tertius effectus dominicæ poteſtatis eſt, vt ſeruus regulariter aduerſus dominum torqueri, & interrogari non poſſit, exceptis quibuſdam caſibus notatis in l. 1. & in l. & in ſeruos, C. de quæſt.
4 Quartus, Seruus non poteſt condere teſtamentum, l. ſi filiusfamilias, ff. de teſtam.
5 Quintus, Seruus non poteſt eſſe teſtis, l. quoniā C. de teſt.
6 c Sextus, Nec iudex *c* eſſe poteſt, l. cum prætor, ff. de iud.

Septi-

ADDITIONES.

a *At acquirit etiam ſeruus fructuario, vel bonæ fidei poſſeſſori, §. de his, infra, per quas perſonas, rectè, ſed illi, quaſi domino. Dices iterum, ſeruum interdum ſibi acquirere libertatem, quam vtique ſibi non domino acquirit, Cod. qui pro præmio libertatem, ſed eo momento quo ſeruus libertatem ſibi acquirit, liber fit, & ſic domino non acquirit.*

b *L. quod ſeruus, in fine, de acqu. poſſeſs. quo ad effectum; nam ex alterius delicto alius lucrari non debet, l. ſi ſequen. 15. de Senatuſc. Syllan. & iniuſta lucra cuilibet ſucceſſori extorquentur, l. in heredem, ff. de calumn. leg. in heredem, de dol. mal. Acquiruntur igitur domino, ſi nihil aliud obſtet, l. 2. §. ſi ſeruus, ff. pro emptione, cum enim ſeruo non quærantur, nec eſſe eſt quotieſcumque acquiruntur, toties domino acquiri: ſed reuocabiliter, donec ſcilicet condictione, aut alia cōueniente actione repetantur hoc eſt, quod gloſſa hic dicit:* Eius eos manere.

c *Niſi per errorem, l. Barbarius, ff. de offic. prætor.*

Digitized by Google

7 Septimus effectus, ab officio tabellionatus ſeruus repellitur, l. generali lege, C. de tabularijs, lib. 10. Receptum enim eſt, publicis officijs ſeruos fungi non poſſe, d. l. cum prætor, & d. l. quod attinet, ff. de reg. iur.

§. Finalis.

1 *An dominos in ſeruos crudeliter ſæuire ſit licitum.*
2 *Ratio dubitandi.*
3 *Ratio decidendi.*
4 *An rebus ſuis quis abuti poſſit.*
5 *In homines non ita ſæuiendum, ut in iumenta.*
6 *Propter nimiam crudelitatem ius ſuum alicui auferri poſſe.*
7 *An, & quando confugientes ad Eccleſiam violenter inde extrahi poſſint.*
8 *Occidens illicite ſe defendentem, non punitur.*

An, & quomodo ſuccurratur ſeruis, qui nimis duriter a dominis tractantur?

IN præcedenti §. dictum eſt, ampliſſimam illam poteſtatem
vitæ, & necis, quam olim domini in ſeruos habebant, ex
conſtitutione Pij Antonini reſtrictam eſſe: fuit igitur dubi-
1 tatum; An iſta poteſtas dominica etiam in alijs ſeruitijs, quæ
2 per dominos exercentur, fuerit limitata: & videbatur dicen-
3 dū, quod non, cū abuſus rei ſuæ cuiquam permiſſus videatur,
4 d. l. ſed etſi lege §. conſuluit, ff. de petit hæred. Contrarium tamen hic deciditur in textu, per rationem expreſſam, quia expedit Reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur, vt hic, cum interſit Reipublicæ locupletes habere ſubditos, §. conſiderauimus, iuncta gloſ. in verb. locupletibus. in Auth. vt iudices ſine quoque ſuffragio fiant. Et per hæc reſtringitur regula dictæ legis in re mādata, C. mādati, quæ habet, quòd quilibet ſit rei ſuæ moderator, & arbiter, quod non procedat ſec. Ang. hic, quando quis re ſua abuti vellet, quod eſt verum, ſi immodicè id fiat, nam tunc lex prohibet, vt hic, alias modice quis re ſua abuti poteſt, d. § conſuluit, & habet hæc reſtrictio poteſtatis
5 dominicæ naturalem rationem. Cum enim ſerui neceſſitate quadam ſeruiant, non natura, & licet fortuna ſint ſerui, ſint tamen homines exiſtimandi, indignum Imperatores exiſtimarunt, quòd homines in eos ita Imperiū exercerent, ſicut in iumēta, vnde dicitur in l. a. in fi. ff. eod. quod D. Adrianus quādam matronam in quinquennium relegauit, quòd ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet. Legibus igitur cautum eſt, quod ſi domini atrocius, quam par eſt, tractent ſeruos ſuos, & hi confugiant ad Eccleſiam, vel ad ſtatuam principum, ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogātur
a eos bonis conditionibus *a* vēdere, & precium recipere, vt hic, & l. 1. & 2. ff. eo. Ex quo textu notatur primo, quod licet ſit re-
b gula, quòd nemo inuitus cogatur vendere *b* rem ſuam, *l.* nec emere, C. de iure deliberandi, l. inuitum, C. de contrah. empt. tamen hic caſus propter nimiam ſæculariam domini excipitur, ſicut, & tempore famis, & caritatis annonæ diuites cogi poſſunt, vt iuſto pretio vendant frumentum, ſecundum Bald. Caſtren. & alios, in l. 1. C. de epiſc. audientia. per tex. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præfecti vrbis. Et quod exponens venalia victuaria compellatur illa vendere. tenet Abb. in c. 1. extr. de empt. vbi apoſtilla ad eum: Quod nobilis habens annonam tempore famis, iuſſu vendere à ſuperiore, ſi non obtemperauerit, poteſt puniri, ſecundum Bartol. in l. annonam, ff. de extraord. criminibus. Et quod offerens in foro plus debito pretio, in detrimentum alterius, teneatur crimine ſtellionatus, &c. & text. quem ad hoc not. Bart. in l. 3. §. item ſi quis, ff. de crim. ſtellionat.

6 Secundò, colligitur ex hoc textu, quod propter nimiā crudelitatem alicui ius ſuum auferri poſſit. Vnde vaſalus malè tractans ſubditos, ſi admonitus à domino nō obſiſtat, feudo, vel iuriſdictione priuari poteſt, ſec. Doct. in d. l. 2. ff. eod. & Iacob. de S. Georgio, in tractatu feudali, ſuper verb. dictique vaſali promiſerunt verſ. duodecima cauſa. Matth. de Afflict. in c. licet, num. 15. ſi de feudo defuncti fuerit controuerſia, & Zaſ. in tractatu feudali, in 10. parte, de amiſſione feudi, in 8. concluſione, circa medium.

Tertiò notatur ex textu noſtro ibi, qui iuſtè deprecantur, vulgatum illud dictum, quòd honeſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus, facit d. l. 2. ff. eod. l. iuſtum, C. de edendo. Secus quando petitio eſt iniuſta, l. profeſſio, C. de muneribus patrimoniorum, lib. 10.

7 Vltimo notandum eſt, quòd confugiens *c* ad Eccleſiam eſt
c ſecurus, ita vt per ſæculares rectores, & iudices inuitus, & violenter extrahi non poſſit, l. 2. C. de his, qui ad Eccleſias cōfugiunt. Et ampliatur, hanc cōcluſionem procedere etiam l. In confugientibus ad cæmeterium Eccleſiæ, c. ſi quis contumax 17. q. 4. II. Ampliatur, vt ſic extrahentes incidant in crimen læſæ Maieſtatis, & vltimo ſupplicio afficiantur, d. l. 2. iūcta l. præſenti, in princ. verſ. qui hoc moliri, &c. C. de his, qui ad Eccleſias confug. Et hæc procedunt de iure ciuili, ſed de iure canonico excommunicatur. De quo videte Hoſt. in Sum. de immun. Eccl. nu. 15. §. quæ ſit pœna violantium immunitatē Eccleſiarum. Sic & turbantes ſacra miniſteria, vel celebrare prohibentes, capite puniuntur, l. ſi quis in hoc genus, iuncta Authent. ſequ. C. de Epiſc. & Cler. pro limitatione autem illius regulæ, quod Eccleſia ad eā confugientibus præſtat immunitatem, ita diſtinguitur. Aut loquimur de ſeruo, aut de libero homine. Primo caſu, quando ſeruus propter nimiam ſæuitiam domini confugit ad Eccleſiam, & tunc habet locum diſpoſitio §. noſtri, vt dominus cogatur cum bonis conditionibus vendere. Si verò propter modicam ſæuitiam domini, vel leue aliquod delictum commiſſum erga dominum, ſeruus timens puniri à domino ad Eccleſiam confugiat, reſtituendus eſt domino, præſtita tamen cautione, ne durius tractetur à domino, d. l. præſenti, §. ſanè ſi ſeruus. Quod eſt verum, ſi ſine armis veniat in Eccleſiam. ſi verò cum armis irruat, à domino extrahi poterit etiam inuitus, & ſi armis reſiſtat, ac dominus eum occidat, non tenetur dominus, l. ſi ſeruus, Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug. Ex quo textu notat ibi Bart. quando aliquis licitè poteſt, capi, ſi ille ſe defenderit, & in certamine à familia iudicis occidatur, occidens non venit puniendus, argumento iſtius leg. vbi enim offenſa eſt permiſſa, ibi defenſio eſt prohibita, ſecundum Paul. de Caſtr. ibi, & videte Bal. in l. itaque §. ſi ſeruum, ff. ad leg. Aquil. & Bald. in l. final. C. de exhib. reis, in fi. & Aug. in tract. maleſ. ſuper verb. fama publica, nu. 54. videte *die peinlich halſs gerichts ordnūg.* c. 156. Secundo caſu principali ſubdiſtinguitur: Aut liber homo propter debitorum oppreſſionem confugit ad Eccleſiam & ſiquidem Reipub. debeat, immunis erit, vt nō extrahatur, vocatus tamen ſi non veniat, fiet miſſio in poſſeſſionem bonorum ſuorum: ſi verò ſit priuati hominis debitor, iudex 30. illi ſecutos dies indulgebit ad ſe defendendum, & ſi condemnatur, mandabitur ſententia executionis, d. l. præſenti, §. 1. iuncto §. ſed neque, in Authent. de mandatis princ. ſecus tamen in Iudæo, qui obligatur eſt Chriſtiano: is enim non recipitur ab Eccleſia, niſi vniuerſa debita ſoluerit, vel ſuſpectus de crimine ſe purgauerit, l. 1. Cod. de his, qui ad Eccleſiam confug. Aut propter delictum commiſſum confugit ad Eccleſiam, & erit ſecurus, vt per ſæculares capi, & extrahi non poſſit, d. l. 2. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. ne turbentur miniſteria diuina, preces, & vota, quæ cum pace, & quiete cōpetit celebrari, l. denunciamus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Niſi commiſiſſet delictum atrox, homicidium, adulterium, vel ſimile, pro quo pœna corporalis imponenda venit. Nam tunc capi in Eccleſia poteſt, neque talia delinquentibus parcere competit vt dicitur in §. neque autem homicidis, iuncta gl. in verb. neque cuſtodes, in Auth. de mandat. princ. & facit text. in l. 3. C. de Epiſc. aud. vbi dicitur, quòd per huiuſmodi malefactores turbātur publica gaudia, & lætitia communis. Vnde & Paul. de Caſt. ibi dici: *Sanctiſſimum eſſe officium ſi fiat iuſtitia de criminoſis, nec poteſt*, inquit, *pinguior victima mactari Deo, quā homo ſceleratus*, ſecundum Senecam. His igitur caſibus ius ciuile denegat ſecuritatē delinquentibus, exiſtimans Deū nolle eſſe receptatorem latronum, aut protectorem eorū, quos iam olim æterna lege præcepit puniri. De iure verò Canonico poſteriores Rom. Pontifices, etiam eo caſu immunitatem Eccleſiarum indulſerunt, & in c. fi. iuncto c. inter alia, de immun. Eccleſiarum, ita diſtinxerunt: Aut quis in Eccleſia deliquit, & immunitate iſta non gaudet: fruſtra enim legis auxilium inuocat, qui in legem committit, d. c. fin. Aut extra Eccleſiam deliquit, & ad eam confugit, & quantumcumque

gratia

ADDITIONES.

a *Atqui ſeruo ſuo iniuriam facere dominus non dicitur § ſeruus, infra de iniur. ſed hanc ſententiam inſpecto iure gentium accipimus, non ex iure naturali, & Diuino.*

b *Inuitus etiam rem ſuam quis cogitur vendere: puta fauore libertatis, inſ. de donat. in fi. religionis, l. ſi quis ſepulchrum 12. ff. de relig. & ſumpt. funer. ſi cui legetur, 49 § meminiſſe, ff. de leg. 1*

c *De refugijs, & immunitatibus, ſiue aſylis Eccleſiarum, vide Remigium tract. de immun. Eccleſ. Summam Angelicam, in verbo, immunitas. Didacum Couaruuiam 3. reſolut. 20, Clar. 5. Sent. §. vlt. quæſt. 30.*

BIBLIOTECA NAZ. ... Digitized by Google

grauia maleficia perpetrauit, nō eſt violenter ab Eccleſia extrahēdus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pęnam corporalem, etiam alicuius membri: ſed rectores Eccleſiarū ſeruare debent membra, & vitam, alias tamen puniri debet, fortè pecuniariter, aut relegatione, niſi ſit publicus latro, aut nocturnus depopulator agrorum, d. cap. inter alia, & ſic confugientes ad Eccleſiam, etiam de iure Canonico, non gaudēt omnimodo impunitate, ſed mitius puniuntur. In leuioribus verò delictis vtroque iure ſubſidiū præſtare confugientibus ad templa, ſine controuerſia eſt. Et de hac quæſtione videte latius per Legiſtas in d. tit. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. & Canoniſt. in d. c. inter alia, & Ang. in tract. malef. ſuper verb. fama publica, verſ. 4. quæro. Et de iure Saxon. art. 10. lib. 2.

DE PATRIA POTESTATE.

TITVLVS IX.

1 *Continuatio, & concordantes tituli in ff. & C.*
2 *Quid ſit patria poteſtas.*
3 *Patres, & aui paterni hanc poteſtatem in liberos habent, & num. 4.*
5 *Qui ſint in poteſtate patris, & nu. 6. 7. & 8.*
9 *Qui non ſint in patria poteſtate, & num. 11. & 12.*
10 *Argumentum a contrario ſenſu an valeat.*
13 *Cauſa patria poteſtatis quæ ſint.*
14 *Naturales liberi tantum qui dicantur.*
15 *Concubinatus an permiſſus.*
16 *Filij quomodo legitimentur per oblationem curiæ.*
17 *Quomodo legitimentur per reſcriptum principis.*
18 *Quæ requirantur, vt legitimentur per ſubſequens matrimonium, & nu. 19. 20. 21. & 22.*
23 *An matrimonium cum concubina in articulo mortis contractum valeat.*
24 *Differentia mancipationis, & patriæ poteſtatis quoad ſucceſſionem hodie ſublata, non quoad effectus patriæ poteſtatis.*
25 *Pater an ius vitæ, & necis in filios habeat.*
26 *Parricidarum pœna.*
27 *Pater qualem poteſtatem hodie in filios habeat.*
28 *Filio, an liceat patrem verberantem repercutere.*
29 *Pater tempore vrgentis neceſſitatis poteſt filium vendere.*
30 *Filius parentes in ius vocare ſine venia non poteſt.*
31 *Lis inter patrem, & filium eſſe non poteſt.*
32 *Obligatio ciuilis inter patrem, & filium non naſcitur.*
33 *Filiusfamilias quando ſine licentia patris contra alium in iudicio eſſe poſſit.*
34 *Filiusfamilias ſine patris conſenſu de iure ciuili vxorem ducere non poteſt.*
35 *Filiusfamilias, an patre conſentiēte teſtamentū facere poſſit.*
36 *Filiusfamilias patre conſentiente mortis cauſa donare non poteſt.*
37 *Pater filium, qui ab alio inuitus detinetur, vindicare poteſt.*
38 *Pater filiorum bona aduentitia ipſis inuitis adminiſtrat.*
39 *Pater intuitu patriæ poteſtatis filium hæredem inſtituere, aut nominatim exhæredare debet.*
40 *Filius quidquid acquirit, patri acquirit, ſeruato diſcrimine inter peculium.*
41 *Peculium quid, & quotuplex.*
42 *Peculium caſtrenſe* } *quid ſit.*
43 *Peculium quaſi caſtrenſe* }
44 *Peculium Paganicum* }
45 *Peculium profectitium* }
46 *Peculium aduentitium* }
47 *In quo peculio pater vſumfructū, in quo proprietatem habeat.*

1 IMperator in princ. tituli præcedentis ſecundam diuiſionem perſonarum tradidit, videlicet, quaſdam perſonas eſſe ſui, quaſdam verò alieni iuris, cum ſub diuiſione: quòd homines alieni iuris, aut poteſtati dominorum, vt ſerui: aut poteſtati parentum, vt filij, ſubiecti ſunt: & quia de poteſtate dominorum in tit. præcedenti dixit, nunc de patria poteſtate hunc titulum ſubijcit, qui habet concordantem Rub. in C. de patr. poteſt. & tex. in l. 3. cum l. ſeq. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

Quæ eſt patria poteſtas?

2 Eſt ius, per quod filij, & filiæ, cæterique deſcendentes per
a lineam *a* maſculinam, ratione perſonæ, & bonorum ſuorum,
b ſubijciuntur patri, & auo paterno, *b* quoad certos effectus, de quibus in fine huius tituli dicemus. Et quamuis reuerentia, & obedientia debita parentibus ſit iuris gentium, l. veluti, ff. de iuſt. & iur. hæc tamen poſt à iure ciuili tantum eſt introducta, vt hic, §. 1. & leg. nam ciuium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Plutar. meminit, Romolum hanc legem primò tuliſſe. *Filius, quamdiu vixerit in poteſtate patris, maneto*, vt referunt hic Aldob. & Mynſing.

Qui parentes habeant hanc poteſtatem?

3 Primo, patres hoc ius habent in liberos, non autem matres, licet enim vna omnibus parentib. ſeruanda ſit reuerentia, vt inquit. I.C. in l. parentes, ff. de in ius vocando, feminæ tamen in liberos hanc poteſtatem, quas ius ciuile introduxit, non habent, § feminæ infr. de adopt. vnde, & patria poteſtas dicitur, & competit hoc ius tantum ciuibus Romanis, ideſt, illis, qui Imperio Romano ſunt ſubiecti, vt hic, §. final. iuncta gloſ. in verb Romanorum.

4 Secundo, aui paterni habent nepotes in poteſtate, etiam viuo patre, d. § fin. & d. l. 4. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Viuente enim auo, pater filium non habet in poteſtate, cum ipſemet pater ſit in aui poteſtate, & is qui alienæ poteſtati ſubiectus eſt, alium in ſua poteſtate habere non poſſit, l. ſic eueniet, ff. de adult. & ſtupris.

Qui igitur ſunt in poteſtate patris?

5 Primo, filij, & filiæ, ſeu liberi, *c* quos ex iuſtis nuptijs pro-
c creauimus: vt hic in princ. & d. l. 3. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

6 Secundo, qui ex filio tuo, & vxore tua, & vxore eius naſcūtur, vt ſunt nepotes, neptes, & deinceps ceteri deſcendentes ex filio, & linea maſculina, vt hic, §. fin. & d. l. 4.

7 Tertio, filij naturales poſtea legitimati, § fin. inf. de nupt.

8 Quarto, filij legitimi tantum, ſeu adoptiui, vt in princ. infr. de adopt. Ex his colligi poteſt qui non ſint in poteſtate patria
9 videlicet. I. Filij nati extra matrimonium ex illegitimo coitu, per text. hic in princ. in verb. ex iuſtis nuptijs, ſumpto argumē
10 to à contrario ſenſu, quod in iure eſt validum, quando inde non reſultat abſurdus intellectus, vel iurium correctio, l. con-
11 uenticulæ, ibi gl. & Doct. C. de Epiſc. & cler. II. Nati ex filia. Hi enim in poteſtate aui materni non ſunt, ſed in patris eorum, vt hic in fi. tit. noſtri. Eſtque ratio, quia filij, quoad familiam, ſequuntur patrem, non matrem, l. cum legitimè, ff. de ſtat. hom. Et quia auus maternus coniungitur nepoti mediāte filia, quæ liberos in poteſtate non habet, d. §. feminæ, ideo filia non poteſt in patrem, & ſic auum maternum tranſmittere ius patriæ poteſtatis, quod ipſa non habet, l. nemo poteſt
12 70. ff. de reg. iur. III. Nepotes nati ex filio emancipato: quia per emancipationem tollitur patria poteſtas, §. præterea, infr. quib. mod. ius patr. pot. ſoluitur.

Quot ſunt cauſæ patriæ poteſtatis.

13 Tres, vt notatur poſt gl. in d. l. 3. ff. de his, qui ſunt, &c. Prima, Iuſtæ nuptiæ, ſeu matrimonium, cuius definitionem ponit hic Imp. in princ & de hac cauſa in ſequent. tit. dicemus.

Secunda, Adoptio, de qua infra in tit. de adoptionibus dicetur.

Tertia, legitimatio filij naturalis tantum, qui ſtatim, vt natus eſt poteſtati parentum non ſubijcitur, ſed tūc demum, quando legitimatur per patrem, dicto § fin. infr. de nuptijs. *Die in ſtebeder ehenn gezeug ſein, ſondern hernach erſt gechlichi vverden.* Dicuntur enim naturales liberi tantū, qui naturaliter à parentibus ex coniunctione à lege non approbata naſcuntur, ideò nomen legitimorum non habent, & in ſpecie dicuntur nati ex ſoluto, & ſoluta concubina ſcilicet, quam
15 quis in domo ſua loco vxoris retinet. Concubinatus enim de

ADDITIONES.

a *Hoc additum eſt propter eos qui ex filiabus naſcuntur: quia hi in aui ſui materni poteſtate non ſunt, ſed ſui patris, & aui paterni, cum matres liberos ſuos habeant in poteſtate, §. femina, infra de adopt.*

b *Subaudi legitimo, quia non omnes liberi, qui patres vel auos habent, ſub eorum ſunt poteſtate, ſed illi demum, qui parentes habent legitimos.*

c *Filius quando iuſtus, & legitimus, vide Concenatium ſecunda quæſtione 9.*

Digitized by Google

a de iure ciuili fuit permiſſus, *a* toto tit.ff. de concu de iure ve-
ro Canonico & Diuino, cui obtemperandum eſt, prohibe-
b tur, *b* c.nemo,& cap. meretrices, 32. quæſt.4. vbi quæritur.

c *Quot c modis filij naturales tantum legitimentur?*

16 De hac quæſtione duo ſunt tituli in iure Authenticorum,
videlicet, quibus modis naturales efficiantur legitimi. Item
quibus modis nat. effi. ſui. & in C. de nat. libr. Primus modus
eſt oblatio curię, §. primus itaque modus,& §. ſi quis igitur ex
qualibet, in Authent. quibus modis nat. effi. ſui,& dicto §. fin.
infra de nupt. & § quibus, infra de hęred. quę ab inteſtat. def.
quando ſcilicet filius naturalis tantum offertur ſeruitio Im-
peratoris, vel præſidijs prouinciæ, vel etiam ſuæ ciuitatis, vt
ibi Reipub. ſeruiat ſecund. glo. & Doct. in d. §. fi. infr. de nup.
Moderni tamen aliter declarant, videlicet, ſi filij naturales,
vel per partem in teſtamento, vel inter viuos, vel etiam per
ſeipſos offerantur curiæ, id eſt, ordini curialium, qui omnia
onera ſuſtinere cogebantur, & ab alijs exigere, & ſi quid de-
erat, cogebantur ipſi ſupplere, vt declarat Aldobrand. in d. §.
fin. Et notandum quod Bald. poſt Guil. de Cuneo, in l.1 in 4.
colum. verſ. iuxta hoc quęre, dicit, quòd ſicut per oblationem
curiæ, ita & per oblationem monaſterio factam, liberi natu-
rales legitimantur.
17 Secundò, legitimantur liberi naturales tantum, per reſcri-
ptum Principis, id eſt, Imperatoris, qui modus eſt in ſubſidiū
introductus, quando ſcilicet quis non habet liberos naturales
& legitimos ſimul, vel non poteſt ducere concubinam in
vxorem, vel quia mortua eſt, vel alias impeditur cum ea cō-
trahere, §. ſit igitur licentia, in Auth. quibus modis not. effic.
leg. & §. illud tamen, verſ. ſi quis ergo, in Auth. quibus mod.
nat. effic. ſui. Et hæc legitimatio ſoli Principi,& Papæ compe-
tit, non autem inferioribus, niſi expreſſè hæc poteſtas ſit eis
conceſſa ab Imperatore, vel Papa, ſicut Comitibus Palatinis
ea concedi ſolet, vt not per Bald. & alios in l.1. C. de iure aur.
ann & per Abb. poſt text. in c. per venerabilem, extr. qui filij
ſint leg. & qui hæc reuocant in dubium, in crimen ſacrilegij
incidunt, l. ſacrilegij, C. de diuerſis reſcrip.
18 Tertiò, per ſubſequens matrimonium filij antea nati legiti-
mantur, d. §. ſi infr. de nupt. & §. ſi quis igitur dotalia, in Auth,
quib. mod. nat. effic. ſui, & c. tanta eſt vis, ext. qui filij ſint leg.
19 Ad hoc autem plura requiruntur, ſecundum Ang. & alios in
d. §. fi. I. Quòd ſint procreati ex muliere, quę fuit libera partus
& cōceptionis tempore, d. §. fi. quod eſt verum de iure ciuili,
quo inter liberum & ancillam matrimonium eſt interdictū,
l. cū ancillis, C. de inceſt. nupt. ſecus de iure canon. quo ſi ho-
d mo liber ſcienter in vxorem ducat ancillā, *d* valet matrimo-
nium, nec diſpar conditio impedit text. eſt in capit. 1. & 2. de
coniu. ſer. Et in materia matrimonij ſtandum eſt iuri Cano-
nico c. penult. & fin. de ſecund. nupt. & not. in c. clerici, extr.
20 de iudic. & in cap. 1. de noui operis nunc. II. Quòd filius na-
turalis ſit natus ex muliere, cum qua nō erat prohibitum ma
trimonium contrahere, non ſolum ratione conſanguinitatis
& affinitatis, ſed etiam quia ipſe erat maritus, vel illa alterius
vxor, tunc enim, tanquam ex adulterio nati, & inceſtuoſi, nō
21 legitimantur, dicto §. fin. & d. cap. tanta. III. Quòd ſit natus
in concubinatu ex muliere, quam quis domi loco vxoris ha-
buit, ſecund. Bart. in l in concubinatu, ff. de concub. vnde na-
tus ex muliere non concubinaria nō legitimabatur per ſub-
ſequens matrimonium. Quod eſt verum ſecund. Panorm. in
d. c. tanta, attento iure ciuili, quo concubinatus erat permiſ-
ſus. Secus verò hodie de iure can. vbi non ſolum concubina-
tus, ſed omnis coitus extra matrimonium prohibitus & re-
probatus eſt, d. c. meretrices, & c. nemo, 32. quęſt. 4. ex quo ſe-
quitur, quod de iure canon. omnes nati ex ſoluto, & ſoluta,
indiſtinctè per ſubſequens matrimonium, legitimantur, quia
matrimonium ſequens omnia præcedentia vitia purgat, vt
eſt glo. in cap. innotuit, & ibi Abbas iuncto textu ibi, verbo,
coniugata, vt eſt gloſſa in cap. qualis, verbo, deſponſata, 30.
quæſt. 5. Et hanc ſententiam tam Legiſtæ, quam Canoniſtæ
communiter ſequuntur, per text. in d. c. tanta, qui ſe non fun-
dat ſuper concubinatu, ſed ſuper virtute, & potentia matri-
monij: alias fauereretur magis peccato diuturno, quàm mo-
22 mentaneo, ſecund. Abb. in d. cap. tanta. IV. Requiritur, vt in-
terueniant inſtrumenta nuptialia, ſeu dotalia, d. §. fin. infr. de
nuptijs, & §. quibus, infra de hæred. quæ ab inteſt. def. & d. §.
ſi quis igitur dotalia, in Auth. quibus mod. nat. effic. ſui, & l.
cum quis, cum ſeq. C. de nat. lib. Canoniſtæ verò contrarium
tenent, videlicet, quòd de neceſſitate inſtrumenta dotalia,
quando aliàs conſtat de matrimonio contracto, non requirā-
tur, per text. in d. cap. tanta. Qui ſimpliciter mouetur virtute
matrimonij, ad cuius ſubſtantiam non requiritur inſtrumen-
tum dotale, ſed ſolus conſenſus, & hoc conſulendo pulchrè
defendit, & ſequitur alios, qui id tenuerunt. Nec requiritur,
quòd nullum matrimonium ſit inter medium, ſcilicet inter
natiuitatem filiorum naturalium, & contractum matrimo-
nium cum illa muliere. Ideo ſi quis procreauit ex concubina
filios, & poſtea ducat aliam coniugem, qua demum mortua
contrahat matrimonium cum prædicta concubina, filij an-
e tea ex ea nati legitimantur, non *e* obſtante matrimonio *f* in-
f ter medio de quo Abb. in dict. c. tanta, & Angel. in d. §. in fi-
ne, infra de nupt. Et legitimantur quo ad omnia, non tantum
quo ad ſucceſſiones, ſed etiam quo ad honores, & ordines,
quia matrimonium omnia præcedentia purgat, vt eſt gloſſ.
poſt text. in d. cap. tanta, in verb legitimi, ita quod parentibus
vna cum naturalibus & legitimis liberis ſimul ſuccedant etiā
in feudis, vt notatur in capit. naturales, ſi de feudo defuncti
fuerit controuerſia, &c. per text. in dict. cap. tanta, & infra
de hæred. quę ab inteſt def. dicemus. Et ita etiā pronunciatur,
quòd filij ita legitimati, ad ſucceſſiones ordines, & dignita-
tes admittantur, vt eſt ſententia Scabinorum aliquot, poſt
Vveichbild. ſuper Rubr. Quomodo filij illegitimi, per ſub-
ſequens matrimonium, vel Reſcriptum Imperatoris, legiti-
mentur. Porro circa prædicta mouetur pulchra quæſtio per
23 Angel. in d. § final. infra de nupt. *An matrimonium contra-*
g *ctum per conſtitutum g in articulo mortis cum concubina va-*
leat, ad hoc, vt filij antea nati legitimentur. Et videtur pri-
mo quod non. Qui enim non poſſunt reddere debitum, ſunt
inhabiles ad contrahendum matrimonium, vt pueri, & ſimi-
les, c. 2. extra de frigidis & maleficiatis. Sed laborans in vlti-
mo articulo vitæ, non videtur eſſe aptus ad hoc: ergo, &c. Et
confirmatur hæc opinio per text. in l. nuper, ibi, ſpem ſobolis
tollendæ, C. de naturalibus lib. & ibi Cinus, quod matrimo-
nium debeat contrahi cum concubina ſpe procreandę ſobo-
lis, quam agens in extremis nō habet. Sed his non obſtātibus
h contrarium *h* deciditur per Canoniſtas in dicto cap. tanta, &
Abbat. in c. de coniugio leproſorum, & Legiſtas, in d. leg. nu-
per, & Iaſ. in l. ſed eſt quęſitū, ff. de lib. & poſth. Ang. & Doct.
in d. §. fi. videlicet, quod tale matrimonium valeat, adeo quod
filij antea nati legitimentur, per text. in d. cap. tanta, & poteſt
vique

ADDITIONES.

a *Idem infra tit. de heredit. quæ ab inteſt. quæ macula fuit ſaeculi Iuſtiniani, poſtea cōcubinatus prohibitus fuit a Leone Nouel. 91. & a Cōſtantino Porphyrogeneta apud Harmenopulū 4. c. 7.*
b *Vide tamen diſt. 34. cap. is qui non habet.*
c *Legitimandorum liberorum tres modi hinc recenſentur, per oblationem curiæ, reſcriptum principis, & ſubſequens matrimonium. Alios præterea modos obſeruarunt interpretes: vt ſi naturales liberi a patre inſtituti heredes teſtamēto, patre mortuo teſtamentum eius à principe confirmari petierint. Nouell. 80. cap. 10. ſi a patre in aliquo inſtrumento, vel teſtamento filij appellati ſint Auth. item ſi quis liberos C. de naturalib. liber. Nouell. vt liceat matri & auiæ, §. hoc autem, ſi a principe ex certa ſcientia & proprio motu legitimati. Iaſ. in l. Barbarius ff. de offic. prat. ſi filia naturalis detur vxor curiali legitimo Ang. Auth. quibus mod. natur. efficiant ſui ſi ſpurius monaſterium ingrediatur Cuneus l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. leg. cum quis, C. de naturalibus liber. His adde Marinum de Cazarijs tractatu de legitimatione.*
d *Quod ſi concubina, quæ ducetur, meretrix fuit aut ignobilis, & vir ipſe qui eam ducit, nobilis? Cazarius tractatu de legitimatione, negat liberos legitimos fieri ea coniunctione.*
e *Quid ſi filius primogenitus naturalis tantum, & poſtea legitimatus ſit, an naturali & legitimo præferendus? Vide Concenatium ſecunda quæſtione 1.*
f *Medio matrimonio interueniente legitimatione: immo ius etiam primogenituræ non impediri tradit Cazarius tractatu de legitimatione.*
g *Legitimati per matrimonium contractum in articulo mortis excluduntur per ſubſtitutum? Vide Card. Mantic. 11. de coniecturis vltimarum voluntatum 13.*
h *In mortis articulo poſitus poteſt cū ſua concubina matrimoniū cōtrahere, & ex eo matrim. liberos ex tali concubina ſuſceptos legitimare: & ita ſentit quoque Io. Andr. in c. tāta, qui filij ſint legit. Alex. in l. ſi quis poſthumus, ff. de lib. & poſth. Poſſit ne in mortis articulo poſitus, ut teſtes interrogari: poſſitne nobilitas conferri: Valetne eius ſpōte facta debita confeſſio? Dixi infra xi. tit. de ſtatu hom. c. de moribundis & morti proximis. Adde dicta infra, tit. de nupt. par. 45. Poteſtne teſtamentum facere? Dictum infra, §. vlt. in fine, tit. qui teſtamen. facere poſſ.*

Digitized by Google

vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum matrimonium cõtrahi,ſe-
cundum Iaſ.in d.l.ſed eſt quæſitum,nec obſtat prima ratio ,
quia matrimonium valet etiam ſine concubitu,cũ intentio-
ne non cheundi,cap.ſufficiat, & cap.Beata Maria,27. quæſt.
2.& text. in l.nuptias non concubitus , ſed conſenſus facit, ff.
de reg.iur. Nec obſtat text.in d.l.nuper , quia ſatis ſubeſt ſpes
ſobolis tollẽdæ, cum matrimonio cõtracto plures efficiatur
legitima, & ita noua qualitas filij procreetur, ſec.Cin. & Bal.
in dicta l. nuper , & iſtorum omnium poteſt eſſe ratio fauor
legitimationis,honor,& potentia matrimonij, dicto c.tanta.

Qui ſunt effectus patriæ poteſtatis ?

24 De qua quæſtione eſt glo.hic, in verb. ius autem,circa quã
notabitis,quòd licet differentia emancipationis,& patriç po-
teſtatis quoad ſucceſſionem hodie ſit ſublata, vt filij emanci-
pati cum filijs adhuc in poteſtate exiſtentibus patri ſuccedãt,
Auth.in ſucceſſionẽ, C.de ſuis,& legi tamen quoad effectus
patriæ poteſtatis,adhuc firma manet,de quo videte Angel.in
§.emancipati, infra de hæred.quæ ab inteſt.deſeſ. & Iaſ.in l.ſi
emancipati, C.de collat.& Paul.de Caſt. in l.certum,C.vnde
25 legit. Primus igitur effectus patriæ poteſtatis eſt , quòd olim
pater habebat ius vitæ,& necis in filios,l.in ſuis,ff.de liber. &
poſth. & l.fi.C.de patr.pot.Sed hanc poteſtatem coarctarũt ,
tam Imperatores,quam Iuriſconſulti,l. inauditum, ff. ad leg.
Cornel de ſicarijs;imò acerbe puniuntur parentes , qui filios
occiderunt, l. vnic. C. de his,qui paren. vel lib. occid. etiamſi
iuſto dolore id fecerint , cùm patria poteſtas in pietate , non
in atrocitate cõſiſtere debeat,l. diuus,ff.ad leg.Pom.de parri.
a Et pęna *a* parricidarum eſt, vt in culeu inſuantur cum cane,
26 & gallo gallinaceo, vipera, & ſimia, & deinde in mare, vel
amnem proijciantur,l.fin.ff ad leg. Pomp.de parri. & dicta l.
vnica,C.de his,qui parentes,&c. Et declarationem iſtius pę-
næ videte,de iure Saxo. in glo.art.4.lib.2. Hodie vero relicta
27 eſt patri decens quædam emendatio,& poteſtas corrigendi,
& ex cauſis expreſſis exheredatio , vt notatur in l. vnica , C.
de emen.propin.l.4.per tot.tit.Cod.de patr. poteſt. & §.aliud
quoque capitulum,in Auth. vt cum de appell. cogn. Sicut &
propinquis, ſenioribuſque permiſſum eſt, vt iuniores iure pa
terno caſtigent. Et poteſt facere filium inobedientẽ incarce-
rari,& iudex debet caſtigare filium ad arbitrium , & volun-
tatem patris,lege ſi filius,C.de patr.poteſt & videte Doct.in
§ in poteſtate, ſupra. in tit.præced. Et obiter notandum eſt ,
quòd licet nemo debeat tenere priuatum carcerẽ, ita, vt cõ-
trarium facientes incidant in crimen læſæ maieſtatis,& vlti-
mo ſupplicio afficiantur,l. vnic. C. de priua.car.ſi tamen pa-
ter claudat filium per aliquod tempus in certo conclaui,non
incidat in pęnam priuati carceris, quia hoc ob correctionem
motum facit,non ad cuſtodiam,ſec.Cin. in d.l.vnic. & Bart.
28 in l.ex facto,in fi.ff de hęred.inſt.Sic filio non licet ſe defen-
b dere,nec *b* patrem eum verberantem repercutere,ſecundum
Bart in d.l.vt vim verſic ad hoc facit l.ſi quæritur,ff.de iuſti-
tia,& iure Nam vbi offenſio eſt licita,ibi defenſio prohibita,
leg.3.Cod.de his, qui ad Eccl.confu.Vnde,& filius violentas
manus inferens patri, exhæredari poteſt,dicto §. aliud quoq;
capitulum , & habetur conſtitutio Imperatoris Alberti poſt
*Vuerchbld . Quicunque filius patrem ſuum temere inuadit ,
vulnerat, vel carpit,ille perpetuo infamis, & omni auxilio iu-
ris deſtitutus ſit nec ſibi ad honorem , & ius priſtinum vllus
vnquam regreſſus pateat.*
29 Secundus effectus eſt , quod pater propter vrgentem ege-
ſtatem , & neceſſitatem famis, victus gratia poſt filium ven-
dere,& eum pignori obligare,ita vt poſtea oblato pretio, vel
æquè bono mancipio, teneatur creditor filium reſtituere
priſtinæ libertati,l.2.C.de patribus, qui filios diſtraxerunt, &
pater ad pinguiorem fortunam perueniens, compelli poteſt,
vt filium liberet,ſecundum Bal in c.ex reſcripto , extra de iu-
reiur. & hoc ſolum in patre locum habet , non in matre, nec
auo,quia hoc priuilegium non extenditur ad auum, licet ne-
pos ſit in eius poteſtate, ſec. gloſ.& Doct in d.l.2.& Aldobr.
hic num.17.
30 Tertius effectus,quem gloſ. hic refert, eſt, quod filius non
poteſt patrem in ius vocare ſine venia,ſub pęna 50.aureorũ,
l.fi.ff.& C. de in ius vocan. Sed hic non eſt proprius effectus
patriæ poteſtatis,cùm nec filius emancipatus hoc poſſit , nec
mater, quæ liberos in poteſtate non habet , ſine venia in ius
vocari poteſt,d.l.fi.C.de in ius vocand.& l.4.§.parentes, & l.
parentes,& l.generaliter,ff.de in ius vocando.
31 Quartus effectus eſt,quòd inter patrem, & filium nulla *c*
c poteſt eſſe lis,l.lis nulla,ff de iudic.niſi de caſtrenſi peculio,&
in quibuſdam alijs caſibus,qui notantur in d.l. lis nulla. Con-
gruentius enim videtur eſſe,lites coniunctorũ intra domum
ſeu domeſticos lares,& coniunctos determinari, quam foro
publico eas palam façere, vt eſt text.in l.congruentius,C.eod.
& addite Ang.ſup.Rubr.de excep.num.16.
32 Quintus eſt,quòd licet inter patrem & filiũ naturalis obli-
gatio propter conſenſum oriatur,l frater à fratre,§.quęſitum
ff.de condict.indeb.tamen ciuilis obligatio inter eos non na-
ſcitur,§.item inutilis,infra de inutilibus,ſtipul cum patria po-
teſtas a iure ciuili ſit introducta,ac pater,& filius vna, & ea-
dem perſona,fictione iuris,cenſeantur,l. fi.Cod.de impub. &
alijs ſubſtit. vnde ſi oriretur ciuilis obligatio,ſequeretur,quod
pater ſibi ipſi obligaretur, cum quidquid filius à patre conſe-
quatur,ipſi patri acquirat, vt infra in 13.effectu dicetur.
33 Sextus eſt,quod filiusfamilias non poteſt contra alium eſ-
ſe in iudicio,ſine licentia patris,l.fin.§.neceſſitate, C.de bon.
quæ libr.quod eſt verum in cauſa ciuili, vbi patris intereſt,ſe-
cus in criminali, vbi de publico intereſſe agitur, l. inter libe-
ros,§.filiusfamilias,ff.de adul. Et plures fallentias vide per So
cinum in regula filiusfamilias in iudicio,num.151.
34 Septimus eſt , quod filiusfamilias de iure ciuili , ſine con-
ſenſu patris, vxorem ducere non poteſt, in princ. infr.de nup.
& ibi dicetur.
35 Octauus eſt,quod filiusfamilias,etiam accedente conſenſu
patris, teſtamentum, aut codicillos facere non poteſt,niſi de
caſtrenſibus,& quaſi caſtrenſibus bonis,in quibus pro patre-
familias habetur,l penult & l.fin.C.qui teſtam.fac.poſſ.
36 Nonus eſt, quod filiusfamilias non poteſt *d* mortis cauſa
d donare,ſine conſenſu patris,l.tam is,§. iuncta gloſ.ff.de don.
cauſa mortis.
37 Decimus eſt,quod pater filium, qui ab alio inuitus detine-
tur,petere,& etiam vendicare poteſt interdicto de liberis ex-
hibendis, vt not. tit.ff.de lib.exhib. & rei vendic dicendo: *Vẽ-
dico a te filium meum quem detines ea cauſa , quod poteſtas in
eum iure Romano mihi datur*,& hoc eſt,quod dicit I.C. in l.1.
ff de rei vendicatione, eos peti ex cauſa adiecta, ex iure Qui-
ſitum,de quo vide gloſ.hic in d.verb. ius autem,circa finem.
38 Vndecimus eſt,quod pater aduentitia bona filiorum,ipſis
filijs inuitis,adminiſtrare poteſt,l.1.cum ibi notatis, C. de bo.
mat & notatur in § 1.per quas perſon.nob.acq.
39 Duodecimus effectus eſt , quòd ſi pater velit iure teſtari,
intuitu patriæ poteſtatis,debet filium,aut inſtituere hæredẽ ,
aut eum nominatim exhæredare,aliàs teſtamentum, quoad
inſtitutionem hæredis non valet, §.1.inf.de exhær lib. & l.in-
ter cetera,ff.de liber.& poſthum.& Authent.ex cauſa , C. de
lib.præter, adeo quòd etiam poſthumi expreſsè ſunt inſtituẽ-
di : quod ſi non fiat,teſtamentum natiuitate poſthumi rum-
pitur,§.poſthumi,infra,de exhæred.lib.dummodo viui,& in-
tegri naſcantur: vxoris enim abortu teſtamentum mariti
non ſoluitur,l.2.& 3.C.de poſth.hæred.inſtituendis.
40 Decimuſtertius effectus eſt, vt quidquid filius acquirit, hoc
patri acquirat,§.1.infr.per quas perſon.nob.acq.ita tamen, vt
e inter peculium *e* diſtinguatur. Pro cuius declaratione ſcien-
41 dum, quòd peculium dicitur parua pecunia,quam filius, vel
ſeruus ſua parſimonia, vel induſtria acquiſiuit, leg.peculium
ex eo,ff.de peculio,& Bartol. in Rubr. ff.de pecul. Eſtque du-
42 plex , Caſtrenſe, & Paganicum. Caſtrenſe ſubdiuiditur in l.
fin.C.de inoffic.teſtam. quòd quoddam eſt Caſtrenſe in ſpe-
cie, quod à parentibus, vel cognatis , vel ab alijs extraneis fi-
liofamilias,eunti ad caſtra,& degenti in militia donatum eſt,
& quod ipſe filiusfamilias,tamquam miles in caſtris occaſio-
ne militiæ acquiſiuit,ſiue ſint mobilia bona,ſiue immobilia ,
ex pe-

ADDITIONES.

a *Vide infra,lib.4 tit.de public. iudic. §. alia deinde lex, vbi de
parricidio,& parricidij pena fuſius traditur.*
b *Quidam excipiunt crimen per duellionis,& rebellionis aduer-
ſus patriam,aut principem,arg.l. minimo maiores, 3. vbi vide
Zaſ.& exemplum nobilium a Flackenſtein ab eo allatum .*
c *Niſi de alimentis,aut de fideicõmiſſo a patre diſſipato de pecu
lio caſtrẽſi,vel quaſi,de iniuria atroci a patre illata. Idẽ,ſi cõ-
tractus,aut obligatio,qua de agitur,iurata ſit. Idẽ,ſi nomine pu
pilli,vel adoleſcentis ſui aduerſus patrem ſuũ experiatur. Sed
& idem , ſi extraordinario iudicio officio iudicis actionẽ inſti-
tuat. Quæ omnia Canonico iure magis obtinent,quo inter parẽ
tes,& liberos de re quacũq; lis eſſe poteſt,vt notat Soc reg.264.*
d *Vide infra tit.de donat.C.qui poſſunt mortis cauſa donare,vbi
hec quæſtio plenius tractatur.*
e *Quæ ad actionem de peculio pertinent, vide infra,tit.de actio-
nibus,§.actionibus,pag.506. Quædam enim adſcripſi ad tit per
quas perſonas nobis acquir.*

Digitized by Google

ex pecunia militari poſtea empta, l. 1. C. de Caſtr. pec. li. 12. & ita niſi militaſſet, illud nõ acquiſiuiſſet, l. Caſtrenſe, ff. de caſtr.
43 pec. Quoddam eſt quaſi caſtrenſe peculium, quod filiusfam. ſuo ingenio extra militiam, ad ſimilitudinem tamen militiæ acquirit, vt ex profeſſione artium liberalium, ex adminiſtratione officiorum publicorum, & ſacerdotiorum prouentibus, & cauſarum patrocinij, ſicut & aduocati militare dicuntur, l. aduocati, Cod. de aduoc. diuerſ. iud. Paganicum verò peculium dicitur, quod filius non miles, conniuentibus oculis patris acquirit & illud quoque ſubdiuiditur. Quoddam eſt pro-
45 fectitium, quod à patre, vel domino, filio, aut ſeruo conceditur, ſic dictum, quod à patre, vel ex ſubſtantia, aut rebus paternis proficiſcitur, & quod eius occaſione quæſitum eſt, non habita ratione filij, laboris, aut induſtriæ, ſecund. gloſ. & Bart. in l. cum oportet, Cod. de bon. quæ lib. Quoddam eſt aduentitium, quod filio obuenit, non ex ſubſtantia, & re patris, nec ex
a eius occaſione *a* ſed aliunde, forte à matre, vel alijs cognatis, vel etiam extraneis, ex ſucceſſionibus, vel ex liberalitate
b fortunæ, *b* vt ex venis metallicis, &c. Quod igitur ad pecu-
47 lium caſtrenſe, vel quaſi attinet, illud filiusfam ſibi in totum acquirit, quo ad proprietatem, & vſumfructum, ita quod de eo etiam teſtari poſſit, l. fin. C. de inoffic. teſtam. & d. l. cum oportet. Profectitium verò peculium in totum, quo ad proprietatem, & vſumfructum patri acquiritur, neque hoc eſt iniquum, vt id, quod occaſione, & ex re patris proficiſcitur, ad eum quoque reuertatur, §. 1. infra per quas perſ. nob. acq. Aduentitium verò peculium, quo ad proprietatem filiofam. quo ad vſumfructu verò patri acquiritur, donec pater viuit d. §. 1. & d. l. cum oportet, niſi in certis caſibus, de quibus in d. §. 1. inf. per quas perſonas, & c. dicemus. Et circa hæc obiter notatibus, quod iſti duo tit. in Cod. de bon. mat. item, de bon. quæ lib & cap. vbi diſponitur, quod pater donec viuit, habeat vſumfructum in maternis, & alijs aduẽtitijs bonis ipſius filij de conſuetudine in terris non obſeruatur, ſed patri ſolum cõpetit vſusfructus, donec filius ſe à patre non ſeparat. Nam
c facta ſeparatione, *c* pater cogitur ei reſtituere omnia bona materna, & alia aduentitia, ſiue filius ſit adhuc ſub poteſtate, ſiue non. Et hoc potius conſuetudine, quam verbis art. 1. lib. 1. introductum eſt, & ita ſeruatur, & pronunciatur.

ADDITIONES.

a *Nec ex honeſta profeſſione.*
b *Aut mechanicis operis, vide Bal. l. vlt. Cod. de inoffic. teſtam.*
c *Quæ habetur pro emancipatione, dummodo filius ſit adultus. Vide nouas conſtit. principis par. 2. conſtit. 10.*

DE NVPTIIS.
TITVLS X.

1 *Cognitio computationis graduum conſanguinitatis, & affinitatis vtilis, & neceſſaria propter quatuor cauſas.*
2 *Conſanguinitas.*
3 *Arbor conſanguinitatis.*
4 *Linea*
5 *Stipes.*
6 *Linea aſcendens*
7 *Linea deſcendens* } *quid ſit.*
8 *Linea collateralis duplex, Aequalis, & inæqualis.*
9 *Gradus quid.*
10 *An in computatione graduum differentia ſit inter ius Ciuile, & Canonicum.*
11 *Si lex Canonica in aliquo contradicit legi Ciuili, quæ lex ſeruari debeat.*

DE ARBORE CONSANGVINITATIS, & affinitatis.

1 AD intellectum tituli de nuptijs, in quo Imperator per exempla declarat, quæ perſonæ propter conſanguinitatem, & affinitatem matrimonium contrahere non poſſunt, præmittemus declarationem computationis graduum conſanguinitatis, & affinitatis, cuius cognitio maximè vtilis, & neceſſaria eſt, & dicitur in l. Iuriſconſultus, ff. de grad. affinit. quod Iuriſconſultus cognatorum, & affinium gradus noſſe debet.

Primò, quia matrimonium in certis gradibus eſt prohibitum, c. non debet extra, de conſanguin. & affinit.

Secundò, quia per gradus hæreditates deferuntur: proximior enim in gradu remotiorem à ſucceſſione defuncti regulariter (ceteris paribus) excludit, §. ſi plures, infr. de legit. agn. ſucceſſione, & vulgo dicitur Proximior gradu potior in ſucceſſione. *Landrecht*, lib. 1. art. 3.

Tertiò, quia ſecundum gradus etiam tutelæ deferuntur, d. l. Iuriſconſultus. Sic etiam de iure Saxon. proximus agnatus, eſt tutor. *Landrecht*, lib. 1. art. 29. & *Vveichbild.* art. 49.

Quartò, propter teſtimonia, cum inter aſcendentes, & de-
a ſcendentes *a* teſtimonium regulariter non admittatur, l. pa-
b rentes, C. de teſtib. & conſanguinei collaterales inuiti non *b* coguntur ferè teſtimonium aduerſus cognatos, d. l. Iuriſconſultus, & l. lege Iulia, ff. de teſtibus. Pro declaratione igitur iſtius materiæ quæritur.

Quid ſit conſanguinitas?

2 Eſt vinculum perſonarum ab eodem *c* ſtipite deſcenden-
c tium, carnali *d* propagatione contractum, *bluotfreunde*, vel,
d Eſt vinculum perſonarum, quæ propterea quod ab eadẽ ſtirpe ortæ ſunt, ſanguinis, & naturæ ſocietate proprius iunctæ ſunt. Vnde, & conſanguinei dicti, quaſi de vno, ſeu communi ſanguine nati, & propagati, & quod quaſi initium commune naſcendi habuerunt, l. non facilè, ff. eod. & l. 1. ff. vnde cognati.

Quid eſt arbor conſanguinitatis?

3 Eſt ſeries, quæ indicat perſonas ab vno ſtipite *e* ortas, quo-
e modo inter ſe diſtent, & ſe inuicem attingant, ideò excogitata, vt eſſet quædam demonſtratio ad oculum, ſecundum quã diſtantiæ perſonarum inter ſe diſcernerentur, §. fin. inſt. eod. Ad ſimilitudinem arboris fructiferæ ſic dicta, ſecund. Hoſt. in Summa, extra eod. nu. 14 Sicut enim in ea ſunt truncus, rami, flores: ita in hac truncus continet lineam aſcendentem, & deſcendentem, & lineæ collaterales ſunt rami, frondes poſſunt dici cellulæ flores puncti, qui gradus determinant. Principaliter enim in arbore linea, & gradus conſiderari debent.

Quid eſt linea.

4 Eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendẽtium,
5 gradus continens, & cognationes diſtinguens. Dicitur autem ſtipes illa perſona, à qua ceteræ perſonæ, de quarum coniunctione quæritur, deſcendunt, & originem ducunt. Sicut Philippus Rex Hiſpaniarum eſt ſtipes Imperatorum Caroli, & Ferdinandi, & omnium deſcendentium ex eis.

Quotuplex eſt linea.

6 Triplex, vna aſcendens quæ ſuperior dicitur, in qua continentur perſonæ, à quibus nos originẽ duximus, vt pater auus proauus, & ceteræ perſonæ, aſcendentes in infinitum.
7 Altera deſcendens, quæ inferior appellatur, in qua continentur perſonæ, quæ à nobis originem duxerunt, vt ſunt filij, nepotes, pronepotes, & ceteri deſcendentes in infinitum.
8 Tertia eſt linea ex transuerſo, quæ collateralis dicitur, & complectitur illos, qui nobis ex latere iuncti ſunt, à quibus nos non duximus originem, neque ipſi à nobis, & tamen ab vna ſtirpe, & ſanguine propagati ſumus, vt fratres, & eorum filij patruus, amita, ac reliqui tranſuerſales, vt hic in princip. & l. 1. ff. eodem. Et hæc linea collateralis diuiditur in lineam æqualem, & inæqualem. Aequalis linea dicitur, quando gradus illorum, de quorum conſanguinitate quæritur, æqualiter, & pariter diſtant à communi ſtipite, veluti duo fratres ſunt

ADDITIONES.

a *In infinitum, niſi in caſibus expreſſis in l. parentes, C. de teſt. in teſtamento, §. per contrarium, ff. de teſtam.*
b *Volentes tamen teſtes eſſe poſſunt, c. licet, ext. de teſtib. c. vlt. de appellat. Optimum itaq; factum eſt, vt quoties huiuſmodi perſona teſtimonium ferunt, actuarius adſcribat, vltro, ac volentes teſtimonium dixiſſe. Auth. presbyteros, C. de Epiſc.*
c *Hoc adiectum fuit propter affines inter quos licet ſit vinculum perſonarum, non eſt tamen conſanguinitas.*
d. *Hoc etiam adiectum fuit ad differentiam vinculi adoptionis & cuiuſcunque ſimilis, puta ſpiritualis.*
e *Stipes verò alius proprius, & immediatus, vt pater ad filium collatus eſt ſtipes à quo filius, Communis verò ſtipes eſt, vnde plures deſcendunt mediatè, vel immediatè.*

Digitized by Google

ſunt in linea æquali, vterque enim pariter diſtat à ſtipite, ſcilicet patre vno gradu. Inæqualis dicitur, quando vna perſona aliam in gradu præcedit, & perſonæ, de quarum conſanguinitate quæritur, non pariter diſtant à communi ſtipite, vt eſt in fratre, & fratris filio, quia frater, vt dictum eſt, diſtat à ſtipite, patre ſcilicet, vno gradu, filius verò fratris eſt ſtipiti in ſecundo gradu coniunctus: vnde ſunt linea inæquali.

Quid ſit gradus.

9 Eſt interuallum quo agnoſcitur, quæ perſona ſtipiti ſit prior, vel eſt quædam diſtantia vnius perſonæ ab alia in linea conſanguinitatis, vel proximæ perſonæ ad perſonam coniunctio. Et dicti ſunt gradus ad ſimilitudinem ſcalarum, locorumve procliuium, qu..s ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus, vt dicitur in d.l. Iuriſconſultus, §. gradus. Et ſic cognatio eſt ipſa tota proximitas: linea vero proaionitatum ſeparatio: Gradus autem de vno proximo in alium tranſitus, ſecundum Mynſing. hic in princip.

Eſtne in computatione graduum differentia inter ius Canonicum, & ciuile.

10 Quod ad computationem graduum in linea recta aſcendentium, & deſcendentium ſcilicet attinet, nulla eſt differentia inter ius ciuile, & Canonicum, ſed in linea collateralis, gradus aliter de Canonico computantur, quam de iure ciuili. Ideò Doctores diuidunt arborem in ciuilem, & Canonicã, ita, vt ciuilis computatio obſeruetur in ſucceſſionibus, & tu-
11 telis. Canonica verò in cauſis matrimonialibus, text. eſt in c. ad ſedem, 35 q. 5. Circa quod obiter notanda eſt communis diſtinctio, & doctrina Doctorum, quando quæritur, ſi leges ciuiles, & Canones inter ſe pugnant, an ſecundum ius ciuile, vel ius Canonicum ſit pronunciandum, vel an indiſtinctè leges non dedignentur ſequi ſacros Canonea, vt dicitur in ca. clerici, de iudicijs. Aut enim ſumus in materia Eccleſiaſtica, ſeu ſpirituali, id eſt, concernente peccatum, & tunc in vtroque foro Eccleſiæ, & Imperij ſeruatur ius Canonicum, vt in cauſis matrimonialibus, præſcriptionibus vſurarum, &c. Aut ſumus extra hos caſus, in materia indifferenti, ſeu ſeculari nõ concernente peccatum, & tunc quælibet conſtitutio in ſuo foro ſeruanda eſt, ita quod leges ciuiles in terris Imperij, Canones vero in terris Eccleſiæ attendantur. Quando verò non contradicunt ſibi inuicem, tunc in vtroque foro poſſunt allegari leges, & Canones. Sed quando in quibuſdam caſibus ius ciuile deficit, vel variæ ſunt opiniones, tunc Canones in vtroque foro ſeruantur. Idem è contra. Nam deficiente iure Canonico, controuerſiæ etiam in terris Eccleſiæ per ius ciuile dirimuntur. Et quia in propoſito noſtro ius Canonicum approbat computationem ciuilem, quo ad ſucceſſionis materiam, vt conſtat ex d.c. ad ſedem, ideo tam in terris Eccleſię, quam in terris Imperij in caſu ſucceſſionis fit computatio ſecundum ius ciuile. De quo videte Abb. & Canoniſtas poſt text. in dict. c. clerici, de iudicijs, & in c. 1. de noui operis nunciat. & Fel. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, ext. de conſtitut.

DE ARBORE CIVILI.

1 *Arbor conſanguinitatis quare a iure ciuili introducta.*
2 *Regula de computatione graduum in linea aſcendente, & deſcendente illuſtrata exemplis.*
3 *Regula de computatione graduum in linea collaterali.*

1 ARbor conſanguinitatis à iure ciuili introducta eſt principaliter propter tutelas, & ſucceſſiones ab inteſtato, quæ à lege proximiori in gradu regulariter deferuntur, vt eſt text. in dicta lege Iuriſconſultus, in princ. ff. eod. Vnde ſi quis decedit ab inteſtato relictis pluribus conſanguineis, quorum quilibet defuncto vult ſuccedere, tunc ſecundum arborem ciuilem gradus computari debent, quis eorum defuncto in gradu ſit proximior, vt is cæteris præferatur, neque hoc caſu computatio Canonica etiam in terris Eccleſiæ attenditur, ſed in vtroque foro ſeruatur computatio ciuilis, dicto, cap. ad ſedem. Et ad cognoſcendum quoto gradu conſanguineus diſtet à conſanguineo de iure ciuili, duæ traduntur regulæ. Vna de computatione graduum in linea recta aſcendente, & deſcendente vbi vno, & eodem modo gradus computantur, altera in linea collaterali.

2 Prima Regula. In linea recta aſcendentium, & deſcen- a dentium tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ, vna a dempta, b
b Quãdo enim quæritur de conſanguinitate duarum perſonarum, quarum vna deſcendit ab alia, tũc enumeratis iſtis duabus perſonis, & omnibus alijs intermedijs perſonis, tot erunt gradus, quot ſunt perſonæ, vna dempta. Exẽpli gratia: ſi quæratur, quoto gradu diſtent pater & filius numerantur perſonæ, & reperiuntur duæ, vna igitur dempta remanet altera, ſunt igitur in primo gradu. Ita ſi ſit quæſtio: Quotu gradu Abraham, & Iacob diſtent: numerantur perſonæ, ſcilicet Abraham, Iſaac, Iacob, & ſic tres perſonæ reperiuntur: dempta vna ſuperſunt duæ. Sunt igitur Abraham, & Iacob in ſecundo gradu coniuncti. Item, ſi vis ſcire quotu gradu diſtet Maximilianus, qui anno 1563. electus eſt Rex Romanorũ, à proauo Maximiliano Imperatore, & numerabis perſonas, ſcilicet Maximiliano Regem Romanorum, & eius patrem Imperatorem Ferdinandum, & patrem Ferdinandi, ſcilicet Philippum Regem Hiſpaniarum, & tandem illius patrem Maximilianum Imperatorem, & inuenies quatuor perſonas: dempta autem vna, remanent tres perſonæ, ſunt igitur in tertio, gradu.

3 Secunda Regula. Tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ ſtipite dempto. Et hæc regula de iure ciuili habet locum in linea collaterali æquali, & inæquali. Nam iſto iure nulla eſt differentia inter æqualem, & inæqualem lineam, quo ad numerationem graduum. Exempli gratia: In linea æquali Imperator Carolus V. & Ferdinandus fuerunt fratres, & ſic collaterales in linea æquali. Quilibet enim diſtat à communi ſtipite, patre ſcilicet Philippo Rege Hiſpaniarum, vno gradu per primam regulam. Si igitur ſit quæſtio, quoto grado Carolus diſtet a Ferdinando, numerantur perſonæ, ſcilicet Ferdinandus, Carolus, & Philippus pater, à quo deſcenderunt, & inueniuntur tres perſonæ: dempto autem ſtipite, remanent duæ. Sunt igitur per poſteriorem hanc regulam, fratres in ſecundo gradu conſanguinitatis inuicem iuncti. Sic filij duorum fratrum, vt Maximilianus filius Imperatoris Ferdinandi, & Philippus filius Caroli, ſunt in quarto gradu, numerando enim perſonas, inuenies quinque ſcilicet Maximilianum, Ferdinandum, Philippum Regem Hiſpaniarum, qui fuit pater Ferdinãdi, & Caroli, & ſic ſtipes, deinde Carolum, poſtea filium Caroli, dempto igitur ſtipite, Philippo patre Ferdinandi, & Caroli, remanent quatuor perſonæ. Sunt igitur Maximilianus filius Ferdinandi, & Philippus filius Caroli in quarto gradu conſanguinitatis iuncti. In linea inæquali ponite tale exemplum. Imperator Ferdinãdus, & fratris ſui Caroli, ſcilicet, filius Philippus, ſunt in linea inæquali, quia inæqualiter diſtant à communi ſtipite, Rege ſcilicet Hiſpaniarum patre Ferdinandi, filius enim Caroli diſtet à ſtipite auo ſuo, à quo ipſe, & Ferdinandus deſcenderunt, ſecundo gradu, Ferdinandus vero primo gradu per primam regulam. Si nũc quæratur quoto gradu diſtent. Ferdinãdus, & filius Caroli, numerantur perſonæ, & inueniuntur quatuor, ſcilicet Ferdinandus, deinde ipſius pater Rex Hiſpaniarum, poſtea Carolus, tandem Caroli filius, dempto igitur ſtipite Rege Hiſpaniarum, ſuperſunt tres perſonæ, ſcilicet Ferdinandus Carolus, & Philippus Caroli filius. Sunt igitur Ferdinandus, & Philippus Caroli filius in tertio gradu conſanguinitatis iuncti.

ADDITIONES.

a *Poſſis, & in hunc modum commodius paulò dicere, in linea directa quot ſunt generationes, tot ſunt gradus, §. 6. infra, de gradibus. Nam ſemper generata perſona gradum adijcit: & gradus per generationes verius numerantur, quàm per perſonas. Patris ad filium vnica generatio eſt, igitur, & vnus, ac primus gradus eo magis, quod gradus nihil aliud ſit, quam generatio, conſtans perſona generante, & generata.*

b *Nimirum ea, de qua quæritur, aut a qua incipit numeratio. Sic dicitur in §. 7. Inſtitut. de grad. cogn. quod ſemper generata perſona in linea recta gradum adijcit ad perſonam, eam nimirum, de qua quæritur. Quod tamen ita intelligendum non eſt, vt, ſi cui plures filij filiæve naſcantur, quamque perſonam natam gradum adijcere putemus, ſed totam illam primam generationem patri in primo gradu eſſe: ſic omnes ſimul nepotes, etiamſi varia generationis ſunt, alio in ſecundo gradu eſſe: cum filiorum vnus non diſtet remotius à patre quam alter ab auo.*

DE ARBORE CANONICA.

1 *Arbor Canonica quare inducta.*
2 *Regula computationis graduum de iure Canonico, in linea recta aſcendentium, & deſcendentium.*

Matri-

Digitized by Google

3 *Matrimonium, ad quem vſque gradum inter conſanguineos*
ſit prohibitum.
4 *An aſcendens poſſit ducere vnam ex deſcendentibus.*
5 *Regula de inquirendo gradu in linea æquali collaterali.*
6 *Ius ciuile, & Canonicum in computatione filiorum fratrum*
duorum diſcrepant.
7 *Quare de iure ciuili quælibet perſona gradum conſtituat: de*
iure Canonico non ſecus.
8 *Regula de collateralibus in linea inæquali.*
9 *Matrimonium inter collaterales lineæ inæqualis quoto gra-*
du prohibitum.

1 HÆc arbor principaliter propter cauſas matrimoniales in-
uenta, & introducta eſt. Sicut enim computatio ciui-
lis attenditur, quando eſt quæſtio de ſucceſſionibus, & tute-
lis deferendis proximo conſanguineo, tam in terris Eccle-
ſiæ, quam Imperij: ita è contra in cauſis matrimonialibus,
quando quæritur de conſanguineis, in quo gradu liceat eis
matrimonium contrahere, obſeruatur computatio Canoni-
ca, tam in terris Eccleſiæ, quam Imperij, dicto cap. ad ſedem,
gloſ. & Doctores, in §. hactenus, infra eodem. Bart. & alij in l.
2 ſi auiæ, C. de ſucceſſ. edicto. Ad cognoſcendum autem, quo-
to gradu conſanguinei inter ſe de iure Canonico, diſtent, tres
regulæ traduntur. Vna de linea aſcendente, & deſcendente,
altera de linea collaterali æquali, tertia de linea collaterali in-
æquali. Quod ad computationem graduum in linea recta
aſcendentium, & deſcendentium attinet, non eſt differentia
inter ius ciuile, & Canonicum, eadem enim regula de iure
Canonico traditur, quæ ſuprà de iure ciuili relata eſt, videli-
cet tot eſſe gradus, quot ſunt perſonæ, vna dempta. Sed iam
quæritur, cum computatio Canonica propter cauſas matri-
moniales ſit inuenta, in quo gradu matrimonium inter aſcē-
dentes, & deſcendentes permittatur, & vſque ad quem gra-
3 dum ſit prohibitum. Et præmittenda eſt regula, quòd prohi-
bitum eſt matrimonium inter conſanguineos vſque ad quar-
tum gradum incluſiuè, id eſt, vt quartus gradus includatur, &
non liceat tibi ducere vxorem, quæ tibi in quarto gradu con-
ſanguinitatis eſt coniuncta, ſed excluſiuè, id eſt, in quinto gra-
du matrimonium inter conſanguineos permittitur, cap. non
4 debet eſt. eod. Per hanc igitur regulam videtur dicendum,
quòd aſcendens poſſit ducere vnam ex deſcendentibus, quæ
ei in quinto gradu ſit coniuncta, cum prohibitio coniugalis
quartum gradum conſanguinitatis non excedat, dicto capit.
non debet. Et in hac ſententia fuit Rofred. in Suma ſua, vt re-
fert Abb in dicto cap non debet. Sed in contrarium eſt veri-
tas, videlicet quò matrimonium inter aſcendentes, & deſcen-
dentes prohibitum ſit vſque in infinitum, per text. in l nuptiæ,
ff. de rito nupt qui inter parentes, & liberos in infinitum ma-
trimonium prohibet, ita vt glo. ibi ſubiungat. Si Adam hodie
viueret, vxorem reperire non poſſet, quia omnes ab eo deſcē-
dimus, addite tex. iuncta gloſ. in §. ergo non omnes, infrà de
nupt. nec obſtat dictum ca non debet, quia illud in collatera-
libus, & affinibus locum habet, nec ius ciuile, quod in hoc ca-
ſu fundatum eſt, ſuper maxima honeſtate per generalem di-
ſpoſitionem Canonicam correctum eſt, vt inquit Abb. in di-
cto c. non debet. Iura enim iuribus ſunt concordanda, vt vite-
tur iurium correctio, vulgata l. vnica, C. de inoffic. dotibus, &
facit vulgatum dictum: quod non mutatur, quare ſtare prohi
beatur, l. ſancimus, C. de teſtamentis. Et ſubijcit Abb. in d. cap.
non debet, quod hæc quæſtio propter breuém hominum vi-
tam rarò practicetur, raroque quis videt quintam generatio-
nem, addite Ioan. And. in declaratione arboris, & Hoſtien. in
Summa ext. eod. num. 9.
5 Altera Regula de collateralibus in linea æquali: Quoto
gradu vterque diſtat à ſtipite, eodem quoque gradu inter ſe
diſtant. Exempli gratia: Fratres ſunt in linea collaterali æ-
quali, vterque enim diſtat à communi ſtipite, patre ſcilicet pri
mo, ſeu vno gradu, tam de iure Canonico, quam ciuili; per
primam regulam Sunt ergo fratres, & ſorores in primo gra-
du conſanguinitatis coniuncti per hanc ſecundam regulam.
Sic filius meus, & fratris mei filia ſunt in linea collaterali æ-
quali: nam filius meus diſtat à ſtipite, patre ſcilicet meo, ſecun
do gradu, per primam regulam, ſic, & filia fratris mei diſtat à
6 ſtipite meo patre, ſecundo gradu. Sunt igitur filij duorum fra
trum in ſecundo gradu conſanguinitatis de iure Canonico
iuncti, & ſic differt ius Canonicum, & ius ciuile. Nam de iu-
re ciuili fratres ſunt in ſecundo grado, fratrum verò filij in
quarto gradu, & ſic deinceps, vnde dicitur in dicto cap. ad ſe-
dem, quòd in linea collaterali duo gradus legales conſtituunt
vnum gradum Canonicum. Ius enim ciuile in collateralibus
non conſtituit primum gradum, l 1. in princip. ff. eodem. Et
Legiſtæ incipiunt computationem graduum in collateralibus
ſemper à ſtipite aſcendendo, & deſcendendo ad inſtar ſcala-
rum, d. l. Iuriſconſultus, §. gradus. Vnde ſi vis ſcire, in quo gra-
du ſit tibi coniunctus frater tuus de iure ciuili, oportet, vt nu-
merãdo perſonas aſcendas à tua perſona ad ſtipitem patrem
tuum, & ſic habes vnum gradum: deinde oportet quod à ſti-
pite deſcendas ad fratrem tuum, & erit ſecũdus gradus, & ſic
de reliquis. Ius verò Canonicum etiam in collateralibus pri-
mum gradum conſtituit, vt ſcilicet frater ſit fratri in primo
gradu conſanguinitatis. Canoniſtæ enim non conſiderant ſti-
pitem, nec computando gradus procedunt aſcendẽdo, & de-
ſcendendo, ſed per ſaltum de vna ſcala ad aliam, & conſidera
uit ius Canonicum, quòd duo fratres tribuant initium lineæ
collaterali, ideò eos in primo gradu illius lineæ conſtituit, d. c.
7 ad ſedem, 35. quæſt. 5. Ex prædictis colligitur per Chriſtoph.
Porc. in tit. noſtro, ſecunda differentia, de iure enim ciuili re-
a gula, quòd in linea collaterali vnaquæque perſona adiecta *a*
ſcilicet ſtipiti, nouum gradum conſtituat, §. hactenus, inf. eo.
Nã ego ſum patri meo in primo gradu, & ſi generetur patri
b meo filius, is erit in ſecundo gradu, *b* per hanc regulam. Vn-
de, & fratris mei filius nouum gradum conſtituit, eſtq; mihi
in tertio gradu. De iure verò Canonico eſt regula, quod ad
cauſandum nouum gradum duę perſonæ requirantur, d. c. ad
ſedem, & ratio differentiæ aſſignatur ibi in textu. Quia cõpu-
tatio ciuilis attenditur in ſucceſſionibus, & hæreditas deferri
non poteſt, niſi de vna perſona ad alteram, non mirum igitur
quod vnaquæque perſona generat nouum gradum. Sed ius
Canonicum computat gradus propter matrimonium, quod
ſine duabus perſonis conſiſtere nequit, quæ ſunt vna caro,
ideo gradus ſunt contracti, vt duæ perſonæ vnum tantum
gradum conſtituant, d. c. ad ſedem.
8 Tertia Regula, de collateralibus in linea inæquali: Quoto
gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem quoque gra
du inter ſe diſtant, cap. fi. & ibi gloſ. extra eod. Neceſſe igitur
hoc caſu eſt, vt inter eos, de quorum conſanguinitate quæri-
tur, eum cõſideres, quia à ſtipite ſit remotior, & quoto gradu
iſte diſtabit à ſtipite, eodem quoque gradu diſtabit ab altero
conſanguineo, qui ſtipiti eſt propior. Exempli gratia: Si vis
ſcire in quo gradu ſit mihi filia fratris mei, tunc numera à re-
motiori perſona, ſcilicet filia fratris, ad communem ſtipitem
patrem meum, & inuenies per primam regulã, quod filia fra-
tris mei ſit patri meo in ſecũdo gradu Erit ergo mihi filia fra-
tris mei in ſecundo gradu per hanc regulam, & ſic iterum dif-
fert computatio Canonica à ciuili. De iure enim ciuili filius
fratris mei eſt mihi in tertio gradu, vt ſupra dictum eſt. Sic de
9 reliquis. Nunc quæritur in quoto gradu collateralium, tam in
linea æquali, quam inæquali matrimonium ſit prohibitum. Et
breuiter dic. quod olim vſque ad ſeptimum gradum conſan-
guinitatis matrimonium prohibitum fuerit, cap. nulli, 35. q. 5.
Hodie verò de iure Canonico prohibito copulæ coniugalis
quartum gradum conſanguinitatis non excedit, ſed incluſiuè
c vſque ad quartum *c* prohibetur. Ita quòd in ipſo quarto gradu
non liceat matrimonium contrahere, ſed excluſiuè in quinto
ſcilicet gradu eſt permiſſum, facta ſcilicet, & attenta compu-
tatione Canonica, nõ ciuili. Circa prædicta dubitatur, an col-
d laterales, quorum *d* remotior diſtat à communi ſtipite in
quinto gradu, alter vero in primo, poſſint contrahere matri-
monium, de alijs enim, qui in ſecundo, tertio, vel quarto gra-
du ſtipiti ſunt coniuncti, nullum eſt dubium, quin cum eo,
qui ſtipiti eſt in quinto gradu coniunctus, poſſit celebrare nu-
ptias, per gloſ. & Canoniſtis in dicto cap. finali, & Hoſtien-
ſis in Summa, numero 11. extra eodem, defendit partem ne-
gatiuam, quia pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona
l. fin. in fine, Cod. de impub. & alijs ſubſtit. Sicut ergo abneptis
cum

ADDITIONES.

a *Vt tamen tertius, quartus, vel quintus filius non ſit tertio, quar-*
to, vel quinto gradu, nam, & primum frater a decimo frater nõ
vlteriore gradu, quam ſecundo diſtat, adeo, vt adiecta perſona
ſtipiti in collateralibus non ſemper gradum adijciat.
b *Mihi ſcilicet fratri, patri vero in primo gradu, vt ego idem de*
tertio, & quarto, & quinto fratre.
c *Cap. non debet. 8. ext. de conſanguinitate, & affinitate.*
d *Pone, Titio, Caium, & Semproniam liberos eſſe, ex Caio na-*
tum primum, ſecundum, tertium, quartum, inter quartum, &
Semproniam matrimonium conſiſtet. Diſtant enim hi collate-
rales quinto gradu ex iuris Canonici dinumeratione, qui gra-
dus, eo iure non prohibetur.

cum ſtipite cõtrahere nõ poteſt, ita nec cum filio ſtipitis, qui ſtipiti eſt in primo gradu,& vna perſona cũ ſtipite reputatur. Contrarium tamen verius eſt, & cõiter tenetur, vt refert Ioã And.in declaratione arboris,per regulam vniuerſalem,d.cap. non debet, quia prohibitio matrimonij non extenditur vltra quartum gradum incluſiuè,& in quinto gradu permittitur. Cum ergo perſonæ prædictæ ſint in quinto gradu per regulã poſteriorem quæ habetur in d.cap.ſi.ext. eod. ſequitur quod inter eas matrimonium ſit permiſſum. Nec obſtat ratio Hoſtienſis, inter aſcendentes enim, & deſcendetes in infinitum prohibitum eſt matrimonium, quia vna perſona deſcẽdit ab alia,quod non eſt in caſu noſtro, in linea ſcilicet collaterali. A ſeparatis igitur mala ſit illatio,l. Papinianus, ff.de minorib.

DE ARBORE AFFINITATIS.

1 *Arbor affinitatis propter quas cauſas à iure ciuili inuenta.*
2 *Affinitatis iure ſucceſſio nulla permittitur.*
3 *Quare de iure Canonico hæc arbor inducta.*
4 *Ius ciuile,& Canonicũ quomodo circa affinitatem differant.*
5 *Affinitas quid ſit.*
6 *Affinitas duplex: Legitima,& illegitima.*
7 *De generibus affinitatis.*
8 *Aliquot regulæ pro intellectu generum affinitatis,& huius arboris,illuſtratæ exemplis,& nu.9. 10. 11. 12.*
13 *An ſecundum genus affinitatis in totum ſit ſublatum.*
14 *Vitricus,an priuigni ſui viduam ducere poſſit.*
15 *Gradus, intra quos ius diuinum matrimonium contrahere prohibet.*
16 *An tantum perſonæ, vel etiã gradus in Moyſe ſint prohibiti.*
17 *Prohibitio iuris diuini inter aſcendentes,& deſcendentes.*
18 *Prohibitio inter collaterales.*
19 *Prohibitio ratione affinitatis inter aſcendentes, & deſcendentes.*
20 *Prohibitio in linea collaterali æquali,& inæquali.*
21 *An perſonarum prohibitio Moſaica ad nos etiam pertineat.*

1 HÆc arbor à iure ciuili propter duas cauſas eſt inuenta. Primò,propter teſtimonium, licet enim quiſetiam inuitus cogi poſſit ad ferendum teſtimonium, ne veritas occultetur,vt conſtat ex tit. ext.de teſtibus cogendis,tamen affines Inuiti non coguntur dicere teſtimonium cõtra affines,d.l.Iuriſconſultus,in princ.Secundò,propter matrimoniũ,ius n. ciuile nefas eſſe dicit,eos, qui affinitatis cauſa inter ſe parẽtum liberorumve loco habentur,in matrimonio copulari,leg.non facilè,§.hoc itaque,ff.eod.& § affinitatis, infra de nuptijs. Nõ
2 autem propter ſucceſſionem, iure enim affinitatis nulla *a* ſuc
3 ceſſio permittitur,l. affinitatis, C.cõmunia de ſucceſſio.hinc dicitur: Affinitas,& compaternitas impediunt quidem matrimonia, ſed à ſucceſſiones nihil promouent. De iure verò Canonico tantum propter cauſas matrimoniales hæc arbor
4 eſt introducto differt autem ius ciuile, & Canonicum principaliter in duobus caſibus: I. Quod affinitas de iure ciuili contrahitur tantum ex iuſtis nuptijs, de iure verò canonico ex quocumque coitu,II. De iure ciuili matrimonium inter affines collaterales non prohibetur, ſed tantum inter eos affine, qui parentum,& liberorum loco ſunt, vt eſt ſocer,ſocrus,gener,nurus,nouerca,vitricus,& cęteræ perſonæ,quæ enumerantur in d.l.non facilè,§.hoc,itaque.De iure vero Canonico etiam inter tranſuerſales affines matrimonium in certis gradibus prohibetur,vt infra dicemus.

Quid eſt affinita?

5 Secundum Canones dicitur perſonarũ proximitas, ex quocumque coitu proueniens. Secundũ leges vero,eſt perſonarum proximitas,ex iuſtis nuptijs proueniens,ſeu diuerſarum cognationum,per nuptias copulatio. Sic Dauid alienus eſt à Ionatha,ſed poſtquam accepit vxõrem ſororem Ionathę,iam ſit affinis Ionathæ,& ſic copulantur cognatio Dauidis,& Ionathæ per iuſtas nuptias De iure enim ciuili ad hoc,vt affinitas contrahatur,requiruntur iuſtæ nuptiæ,ſed legitimum matrimonium à lege non prohibitum,d.l.non facilè, §.ſciẽdum, ff.eod.De iure vero Canonico etiam per illegitimam coniunctionem mari,& fęminæ,& ſic per illicitum, & fornicarium coitum contrahitur affinitas,ad hoc ſcilicet,vt matrimonium impediatur,vt eſt gl.in c.diſcretionem, ſuper verbo, nec affinitas,ext.de eo,qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, nõ autem quo ad alia. Ideo huiuſmodi affines etiam inuiti cogũtur dicere teſtimonium, cum de iure ciuili propter teſtimonium,hæc arbor ſit inuenta,& ſine iuſtis nuptijs non contrahatur affinitas,d.l.non facilè,§.ſciendum. Eſt igitur duplex af-
6 finitas: Legitima ſcilicet, quæ mediante matrimonio cõtrahitur: & illegitima, quæ per coitum illegitimum,& fornicarium contrahitur,& ex his colligitur,quod ex nuda deſponſatione non contrahitur affinitas,ſed tantum publica honeſtas, quæ etiã matrimonium impedit, §.ſi vxor,inſ.de nupt. Vnde
b tu non poſſes in vxorem ducere ſororem *b* eius, quæ tibi deſponſata,& ante nuptias mortua fuit, idque ratione publicæ honeſtatis: quia non tantum,quod licet, ſed etiam quod honeſtum eſt,conſiderari debet,l.ſemper,ff de reg.iur. Dicta eſt autem affinitas ab eo,quòd duæ cognationes,quæ diuerſæ inter ſe ſunt,per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit,d.l.non facilè,§.affines,ff.eod.

Quod ſunt genera affinitatis?

7 Tria,quæ enumerantur,& declarantur per gl. in d.c. nõ debet,in verb.in ſecũdo,ext.eod.Primum genus eſt, quod mediante vna perſona tantum contrahitur:perſona enim addita perſonæ per matrimonialem coniunctionem primus genus affinitatis conſtituit. Exempli gratia: Frater meus duci vxorem Annam,quæ mihi,& omnibus conſanguineis fratris mei eſt in primo genere affinitatis.

Secundum genus eſt, quod mediantibus duabus perſonis contrahitur: perſona enim addita perſonæ per matrimonialem coniunctionem primo genere affinitatis, ſecundum genus conſtituit. Exempli gratia: Anna vxor fratris mei eſt, mihi in primo genere affinitatis, Ea nunc mortuo fratre meo, nubat Titio,is Titius erit mihi,& omnibus conſanguineis fratris mei in ſecundo genere affinitatis.

Tertium genus eſt,quòd mediãtib.trib, perſonis contrahitur:perſona enim addita perſonæ per matrimonium ſecundo genere tertium genus affinitatis conſtituit. Vnde ſi Anna iſta decedat,& Titius ducat Catharinam,tunc iſta Catharina erit mihi, & omnibus cõſanguineis fratris mei in tertio genere affinitatis. Ad cognoſcenda igitur genera affinitatis, & ad intel-
8 lectũ huius arboris quinque regulæ traduntur. I. Regula. Per
c ſona *c* addita perſonæ per carnis copulã mutat genus attinentiæ,& non gradũ, vt eſt gl.in d.c.non debet,ext.eod. Exempli gratia. Ego,& frater meus ſumus conſanguinei in primo gradu cõſanguinitatis: frater ducit vxorem Annam,quæ eſt perſona addita perſonæ,ſ.fratris mei, per matrimonialem coniunctionem,& mutat genus attinentiæ,i.alio genere mihi coniũcta eſt,quã frater meus. Nam ipſa eſt mea affinis, frater vero eſt cõſanguineus meus,ſed nõ mutat gradum. Sicut enim frater eſt mihi in primo gradu cõſanguinitatis,ita Anna vxor ipſius eſt mihi in primo gradu affinitatis, vt in tertia regula dicetur,& hoc eſt primũ genus affinitatis. Si vis ſecũdũ genus, adde perſonam per matrimoniale cõiunctionẽ primo generi,vt ſu.dictũ eſt,veluti ſi mortuo fratre meo ipſius vxor Anna,quæ mihi eſt in primo genere affinitatis,nubat Titio,is erit mihi,& omib. conſanguineis fratris mei in primo gradu ſecundi generis affinitatis, ſic de tertio, vt ſupra dictum eſt.
9 II. Regula. Affinitas tñ contrahitur inter maritum,& conſanguineos vxoris,& è cõtra;inter cõſanguineos autem mariti, & vxoris nulla eſt affinitas impediens matrimonium, vel ſic, conſanguinei vxoris fiunt affines marito,& cõſanguinei mariti fiunt vxori,ad hoc,i. vt vſq; ad quartũ gradũ matrimoniũ inter eos ſit prohibitum. Conſanguinei verò vxori non fiunt affines,conſanguineis mariti, nec conſanguinei mariti fiũt affines conſanguineis vxoris,ad hoc,vt inter cõſanguineos mariti,& vxoris matrimonium contrahi nõ poſſit,c. quod ſuper his,ext.eo. Exempli gratia: Frater meus ducit vxorẽ Annam, iam oẽs cõſanguinei Annæ fiunt affines fratris mei, ita quod mortua Anna frater meus non poſſit ducere vnam ex cõſanguineis Annæ,quæ fuit Annæ in primo, ſecundo, tertio, vel quarto gradu cõſanguinitatis cõiuncta, nec è contra mortuo fratre meo ipſius vxor Anna poteſt nubere vni ex conſanguineis fratris mei,qui fuit fratri meo in primo, ſecundo,tertio, vel quarto gradu cõſanguinitatis cõiunctus,ſed conſanguinei fratris mei benè poſſunt cõtrahere matrimoniũ cũ cõſanguineis Annę,& e contra: vnde ego,& frater meus poſſumus ducere duas ſorores,ſic pater,& filius poſſunt contrahere matrimo-

ADDITIONES.

a *Vide tamen,l.amita,5.C.cõm.de ſucceſ. Eſt, & præterea bonorũ poſſeſſio inter virum,& vxorẽ,l.1.C.vnde vir. & vxor. non ratione conſanguinitatis, ſed ſi quo iure affinitatis maxime.*

b *Non poſſis ad eundem modum ducere eius matrem, quam ſponſam habuiſti.l.adoptiuus,14.in fine,ff. de ritu nupt.*

c *Et ſcis quo gradu conſanguinitatis mihi iunctus eſt frater, eo gradu fratris vxor mihi iuncta eſt in affinitate, & ſinis.*

Digitized by Google

monium cum matre,& filia diuerſæ cognationis, dicto cap.
quod ſuper his, & text. in §. mariti, infra de nupt. vt dicitur
mariti filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel
econtra, matrimonium rectè contrahunt. III. Regula. Con-
10 ſanguinei vxoris quoto gradu ſunt ipſi vxori iure conſan-
guinitatis, eodem gradu ſunt ipſi marito iure affinitatis, &
econtra conſanguinei mariti quoto gradu ſunt ipſi marito
iure conſanguinitatis, eodem gradu ſunt ipſi vxori iure affi-
nitatis,& ratio iſtius regulæ traditur in capit. porrò. 35. quæ-
ſtione 5. videlicet, quia maritus, & vxor ſunt vna caro, & ſic
non eſt alia computatio graduum in arbore affinitatis, quàm
eſt in arbore conſanguinitatis, hinc dicitur in d. l. non facilè,
§. nomina, ff. eod. quod nulli ſint gradus affinitatis. Sicut enim
frater meus de iure Canonico eſt mihi in primo gradu con-
ſanguinitatis: ita eodem gradu eſt mihi ipſius vxor in primo
gradu affinitatis, ita econtra ſoror vxoris meæ eſt mihi in pri-
mo gradu affinitatis, ſicut vxori meæ eſt in primo gradu con
ſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus duxit vxorem,&
vis ſcire, in quo gradu ſit tibi coniuncta iſta mulier, vide ſe-
cundam regul. ſup. de arbore conſanguinitatis traditam, quo-
to gradu iſte tuus conſanguineus ſit tibi coniunctus ratione
conſanguinitatis, & eodem gradu erit ipſius vxor tibi iure
11 affinitatis IV. Regula. Sicut de iure Canonico inter con-
ſanguineos vſque ad quartum gradū conſanguinitatis inclu-
ſiuè matrimonium prohibetur ita quoque inter affines, dicto
cap. non debet. Et hæc prohibitio non tantum in affinitate
legitima, ſed etiam illegitima, quæ ſcilicet ex illicitis nuptijs,
vel fornicario coitu eſt contracta, locum habet, ita vt quis nō
poſſit ducere cognatam iſtius fœminæ, cum qua antea illegi-
timam conſuetudinem habuit, quæ ſcilicet fuit fœmina intra
quartum gradum conſanguinitatis coniuncta, capit. ſi homo
35. quæſtion. 3 cap. ego dixi, in fine, cum tribus cap. ſequ 34.
q. 2. cap. diſcretionem, c. pen. & ibi Canoniſtæ, extr. de eo, qui
cognouit conſanguin. vxoris ſuæ, cap. præterea, de ſponſa lib.
Et notandum, quod olim in omnibus tribus generibus affini-
tatis matrimonium erat prohibitum intra certos gradus, vt
patet ex dicto cap. non debet. Nec in primo genere erat pro-
hibitum vſque ad ſeptimum gradum, cap. nulli. 35. quæſt. 5. in
ſecundo vſque ad quartum, in tertiò vero vſque ad ſecundū,
vt refert Hoſtienſ. in d. Summa, num. 5. Exempli gratia: Fra-
ter tuus ducit Annam, & ſic habes primum genus Affinita-
tis, quo tibi coniuncta eſt Anna: mortuo fratre tuo, olim An
na non poterat nubere vni ex cōſanguineis mariti fratris tui,
qui fuerat tuo fratri cōiunctus in primo, ſecūdo, tertio, quar-
to, quinto, ſexto, & ſeptimo gradu conſanguinitatis. Si nunc
Anna nubat Titio, iſte Titius eſt tibi, & omnibus conſangui-
neis fratris tui in ſecundo genere affinitatis: Vnde defuncta
Anna, Titius olim non potuit ducere vnam ex cognatis fra-
tris tui, quæ fratri fuit coniuncta in primo, ſecundo, tertio, &
quarto gradu conſanguinitatis. Si poſtea Anna mortua Ti-
tius ducat Catharinam, & hæc Catharina erit tibi, & omni-
bus conſanguineis fratris tui in tertio genere affinitatis, &
olim defuncto Titio, iſta Catharina non poterat nubere vni
ex conſanguineis fratris tui, qui fuit fratri in primo, & ſecun-
a do gradu conſanguinitatis. Sed hodie ſecundum, *a* & tertium
genus affinitatis eſt ſublatum, ita quod non impediant matri-
b monium, ſed *b* tantum primum genus vſque ad quartum gra
dum incluſiuè prohibitionem habet, ſicut conſanguinitas, d.
cap. non debet, & cap. quædam lex 35. q. 5. vbi dicitur. experi-
mento didicimus, ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuccre-
ſcere. Ideo ſi frater meus ducat Annam, iſta erit mihi, & om-
nibus conſanguineis fratris mei in primo genere affinitatis, &
mortuo fratre meo non poteſt vni ex cōſanguinei fratris mei
nubere, qui fratri fuit in primo, ſecundo, tertio. & quarto gra
12 du cōſanguinitatis, & ſic econtra. V. Regula. Sicut matrimo-
nium inter conſanguineos aſcendentes, & deſcendentes ra-
tione conſanguinitatis in infinitum prohibitum eſt, ita etiam
inter affines aſcendentes, & deſcendentes perpetua eſt coniu-
gij prohibitio, ratione affinitatis, d. l. nō facilè, §. hos ita, ff. eod.
c vbi *c* dicitur: *Hos itaque, qui affinitatis cauſa inter ſe parentū,
& liberorum loco habentur, in matrimonio copulari nefas eſt*:
vnde nouerca non poteſt nubere priuigno nepoti, vel prone-
poti, ex priuigno, & ſic de ceteris, facit text. in le. adoptiuus, §.
nunc videamus, ff. de ritu nupt.

An ſecundum genus affinitatis in totum ſit ſublatum?

13 In hac quæſtione diſtinguendum arbitror ex prędicta re-
gula, inter lineam collateralem, aſcendentem, & deſcenden-
tem. Nam quoad affines in linea collaterali nulla eſt hodie
prohibitio coniugij in ſecundo genere affinitatis, ſiue illud
ex vno, ſiue ex vtroque latere contrahitur. Exempli gratia.
Titius ducit Annam vxorem, iſta Anna ex coniūcta conſan-
guineis Titij in primo genere affinitatis, ſi mortuo Titio nu-
bat Caio, iſte Caius erit conſanguineus Titij in ſecūdo gene-
re affinitatis, & ita ex vno latere tantū eſt contracta affinitas
in ſecundo genere inter conſanguineos Titij, & inter Caiū.
Ex vtrque vero latere contrahitur affinitas in ſecundo gene-
re hoc modo: Petrus & Anna ſunt fratres, ego duco Annam
vxorem, & ſic Petrus eſt mihi in primo gradu affinitatis, Pe-
trus verò ducit Bertā, & ſic additur perſona per matrimonia-
lem coniunctionē primo generi affinitatis. Erit igitur Berta
mihi cōiūcta in ſecūdo genere affinitatis: vnde mortua Anna
& fratre eius, ego poſſum ducere Bertā vxorē Petri, qui erat
frater Annæ: quia ſecūdum genus affinitatis hodie matrimo-
nium non impedit, & ſic ab officialibus noſtris pronūciatum
ſcio, quòd quis relictam viduam fratris, defunctæ ſuæ vxoris,
in matrimonium ducere poſſit. Quod eſt verum in affinibus
collateralibus, non autē in affinibus aſcendentibus, & deſcen
dentibus. Exēpli gratia: Anna nupſit Titio, ex quo ſuſcepit fi-
lium Caium, mortuo Titio nubit Pamphilo, qui eſt vitricus
priuigni Caij, & ſic iſte Pamphilus eſt Caio in primo genere
affinitatis. Si Caius ducat Bertam, iſta erit Pamphilo in ſecun
do genere affinitatis coniuncta. Eſt enim per matrimonium
perſona Berta addita primo generi affinitatis, quæ ſecundum
genus ſic conſtituit, vt ſupra dictum eſt. Mortua Anna matre
Caij, & etiam eius filio Caio, quæritur: An vitricus Pamphi-
lus poſſit ducere Bertam ſui priuigni Caij viduam? De iure
14 Canonico videtur dicendū quod ſic, quia iſta Berta eſt Pam-
philo in ſecundo genere affinitatis, quod hodie matrimoniū
non impedit, d. c. non debet. Contrariū verò expreſsè diſpo-
nitur de iure ciuili, in l. vxorem, ff. de ritu nupt. vbi dicitur. V-
xorem quondam priuigni, coniungi matrimonio, vitrici non
oportet, & in d. l non facilè, §. hos itaque, vbi pro regula tra
ditur, nefas eſſe, eos, qui affinitatis cauſa inter ſe parentum, &
liberorum loco habentur, in matrimonio cupulari. Et quia in
hoc caſu ius ciuile expreſsè non reperitur correctū a iure Ca
nonico, noſtri ſequuntur in pronunciando diſpoſitionē iuris
ciuilis, quæ maximam publicæ honeſtatis habet rationem, &
ſemper in coniunctionibus non ſolum id quod licet, ſed &
quod honeſtum eſt, conſiderari debet, l. ſemper, ff. de reg. iur.
nec obſtat d. c. non debet, quia illud tantum de collateralibus
conſanguineis, & affinibus loquitur, non autē de aſcendenti-
bus, & deſcendentibus conſanguineis, & affinibus. & iura iu-
ribus ſunt concordanda, vt vitetur iurium correctio, l. vnica,
C. de inof. dotib. & c. cum expediat, de elect. lib. 6.

In quibus gradibus ius diuinum prohibet matrimonium contrahi.

15 De hac quæſtione ex text. in Leuit. capit. 18. & 20. vbi per
Moyſen enumerantur perſonæ, quæ ratione conſanguinita-
tis, & affinitatis matrimonium contrahere impediuntur.
16 Primò in genere prohibet miſceri conſanguineis, & poſtea
17 declarando hanc regulam, enumerat certas perſonas Prohi
bitio autem iuris diuini, quæ extat in Leuit. cap. 18 & 20. in
linea recta aſcendentium intelligitur prohibere omnia cōiu-
gia, licet tantum enumeretur ibi pater, mater, filius, & nepos
Appellatione enim filij intelligi omnes vlterius deſcendentes
in infinitum, cum omnes ſint in numero liberorum. Eadem
enim eſt prohibitio Moyſis, & iuris naturalis, qua prohiben-
tur nuptiæ inter eas perſonas, quæ in numero parentum, &
liberorum ſunt vſq; in infinitum, l. nuptiæ conſiſtere, & l. ſi. ff.
de nupt. & eleganter inquit I C. in d. l. adoptiuus, § vnde, ff. de
ritu nupt. quod in contrahendis matrimonijs ius naturale, &
pudor inſpiciendus ſit.
18 Secundò, in collateralib. prohibet Moyſes primum gradum
in linea æquali, ita vt non liceat tibi ducere tuam ſororem in
vxorem, ſiue ex vno, ſiue ex vtroque latere ſit tibi coniuncta
imò, & foris genitam, ſeu vulgò quæſitam ſororem quis vxo
rem ducere prohibetur. Leuit. cap. 18. & 20. Et concordat ius
ciuile, in §. ſanè, inſt. de nupt. & in leg. nihil intereſt, ff. de ritu
nupt. Item prohibet ſecundum gradum in linea collaterali in-
æquali, vt quis non poſſit ducere materteram, i. ſororem ma-
tris, nec amitā, ſororem patris, vide in iure Can. c. nō debet.
Ter-

ADDITIONES.

a *In linea collaterali, an directa? mox dicetur.*
b *Vide Zabar. in Clement. vnica, de conſang.*
c *Adde l. nemini liceat contrahere matrimonium 17. C. de nupt*

Digitized by Google

59 Tertiò, de iure diuino, etiam ratione affinitatis inter aſcē-
dentes, & deſcendentes matrimoniū prohibetur, ita vt pater
non poſſit ducere nurum, vxorem, ſ. filij, nec filius ecōtra no-
uercam, nec vitricus priuignam, aut neptem ex priuigno. Nā
in linea recta affinitatis aſcendentiū, & deſcendentium etiā
perpetua eſt prohibitio iuris diuini. Tales enim affines aſcē-
dentes, & deſcendentes loco parentum, & liberorum haben-
tur, d. l. non facilè, hos, itaque, vnde appellatione nurus, non
tantum vxor filij, ſed etiam nepotis, & pronepotis vxor con-
tinetur, ſicut & priuigna non ſolum intelligitur, quæ vxoris
meæ ex alio marito filia eſt, ſed & neptis, & proneptis, vt nul
lam earum ducere poſſim, d. l. adoptionis, §. nunc videamus.
20 Quartò, ſicut inter cōſanguineos ita quoque inter affines
primus gradus in linea collaterali æquali, & ſecūdus gradus
in linea inæquali de iure diuino eſt prohibitus, vnde nō licet
† tibi ducere ſororem vxoris. † Vbi enim eſt par gradus, & ea-
21 dem ratio, ibi eſt par prohibitio, & ſimilis cōſtitutio. Et quā-
quam politia Moyſis non pertineat ad nos, tamen naturalia,
& moralia ad omnes gentes pertinent, ſicut text. ibi indicat,
diuinitus deletos Chananæos, propterea quod contraxerint
connubia in primo, & ſecundo gradu, & ratio naturalis do-
cet propter reuerentiam ſanguinis abſtinendum eſſe à proxi-
morum connubijs, idq; ſtatim initio creaturę etiā verbo ſan-
citum eſt: *Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit
vxori ſuæ.* Hæc eſt vox naturæ, in qua Deus diſcernit perſo-
nas, matrem, & vxorem, & vetat iungi matri, de quo videte
Panor. in c. litteras, nu. 16. de reſtitutione ſpoliatorum.

ADDITIO.

† *Vide Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3.*

DE NVPTIIS.

1 *Continuatio, & tituli concordantes in ff. & iure Canonico.*
2 *Diuiſio tituli.*
3 *Memoria tractatus huius de nuptijs.*

1 Continuatur hic titulus ad præcedentes hoc modo.
Dictum eſt ſup. cauſam patriæ poteſtatis eſſe ma-
trimonium, ſeu iuſtas nuptias: quæ igitur ſint iu-
ſtæ nuptię in hoc titulo declaratur, qui habet con-
cordantes in ff. de ritu nup. in C. & Auth. de nuptijs, & in iure
Canonico, de ſponſ. & matr. Et diuiditur in quatuor partes.
In prima traditur, quæ requirantur ad legitimum matrimo-
2 nium. In ſecunda quæ perſonæ inter ſe matrimonium cōtra-
here nequeant. In tertia, quæ ſint pęnæ eorum, qui contra le-
ges contrahunt. In quarta ſubijcitur, quibus modis naturales
efficiātur legitimi. De qua poſteriore parte ſupr. in tit. pręced.
3 diximus. Et quia hęc materia eſt vtilis, & quotidiana, ideo ſe-
cundum conſilium Iuriſc. in l. legaui, ff. de lib. legat. vbi quoti-
diana plenius attingēda eſſe dicit, cauſas has matrimoniales
aliquanto latius declarabimus, non ſeruato ordine textus no-
ſtri, ſed primo de ſponſalibus, quæ nuptias præcedere ſolent:
ſecundo, de nuptijs licitis: tertio, de nuptijs illicitis: quarto, de
diuortio, & tādem de redintegratione matrimonij dicemus.

DE SPONSALIBVS.

PARS PRIMA.

1 *Sponſalia quid, & vnde dicta.*
2 *Sponſalia quomodo contrahi poſſint.*
3 *Species Sponſaliorum.*
4 *Sponſalia de præſenti quæ.*
5 *Sponſaliorum de futuro effectus, & nu. 6. 7. & 8*
9 *Quomodo ſponſalia de futuro ſoluantur, & nu. 10. 11. & 12.*
13 *Sponſalia de præſenti quæ dicantur.*
14 *Spōſalia de præſenti, & de futuro quomodo differāt, & n. 15.*
16 *Sponſalia publica de præſenti, non tolluntur per alia ſponſa-
lia publica de præſenti ſequentia, etiam per concubitum
conſummata.*
17 *Ratio.*
18 *Sponſalia publica quæ dicatur.*
19 *Sponſalitia clandeſtina quot modis dicantur.*
20 *Sponſalia clandeſtina quare prohibita.*
21 *Sponſalia clandeſtina contracta an diſtrahantur.*
22 *Concurrentibus publicis, & clandeſtinis Sponſalibus vtra
præferenda.*
23 *Iuramentum conuentionale, ſeu voluntarium quod dicatur,*
24 *Iuramentum iudiciale.*
25 *Iuramentum neceſſarium ſuppletorium.*
26 *In clandeſtinis ſponſalibus, ſi alter neget, viri iuramentum
deferendum.*
27 *Cauſa matrimonialis æquiparatur criminali.*
28 *Regula: actore nō probante, & c. fallit in cauſa matrimoniali.*
29 *Facilitas in iurando improbatur.*
30 *Sponſalia pure, & ſub conditione contrahi poſſunt.*
31 *Matrimonium quando pure contrahi dicatur.*
32 *Quando matrimonium ſub conditione contrahatur.*
33 *Inhoneſtæ, turpes, & impoſſibiles conditiones, an, & quando
matrimonium vitient.*
34 *Conditiones honeſtæ ad coniugium pertinentes, an, & quando
matrimonium impediant.*
35 *Si primum matrimoniū contrahatur ſub cōditione, & ea pē-
dente, ſecundum contrahatur pure, vtrum præferendum.*
36 *Si alter ante euentum conditionis pœniteat, nec cum alia cō-
trahat, vtrum poſtea cōditione exiſtente ad matrimonium
conſumandum ſit compellendus.*

1 Sponſalia in l. 1. ff. de ſponſalibus, definiuntur eſſe mentio,
a & a repromiſſio futurarum nuptiarum, id eſt, futuri ma-
trimonij, addite c. noſtrates, 30. quæſt. 5. à ſpondēdo ſic dicta,
quia moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi vxores fu-
turas, l. . ff. eo. vnde & ſponſi, & ſponſæ appellatio nata eſt, l.
2 3. ff eo. Et ſufficit nudus conſenſus ad conſtituenda ſponſalia,
l. 4. ff. eo. Ideo etiam ſine arrhis ſponſalia cōtrahi poſſunt, ſed
datis arrhis ſponſalia dicuntur firmata, ſec. Hoſtienſ. in Sum-
ma, de ſponſ. nu. 4. & etiam inter abſentes ſponſalia contrahi
poſſunt, d. l. 4. forte per nuncium, vel etiam epiſtolam. Hinc
dicitur in l. fi. ff. eod. in ſponſalibus conſtituendis parui refert,
b an per ſe, *b* & coram, an per internuncium, vel epiſtolam, an
per aliud hoc factū ſit, ac nihil intereſt, ſiue in ſcriptis, ſiue ſi-
ne ſcriptura quis ſibi ſpondeat vxorem futurā modo de con-
ſenſu conſtet, l. in ſponſalib. ff. eo. & eadē ferè in ſpōſalibus re-
quiruntur, quæ in matrimonijs neceſſaria ſunt, vt infr. dicetur.

Quot ſunt ſpecies ſponſaliorum?

3 Duæ principales à Canoniſtis referuntur ſpecies: Quędam
enim dicuntur ſponſalia de futuro, quædam verò ſponſalia
c de præſenti, *c* c. pen. ext. eod. Et hæc diſtinctio iuri ciuili inco-
gnita, à ſolo iure Canonico inducta eſt. De iure enim ciuili
ea ſola ſponſalia appellantur, quæ ſunt promiſſiones de futu-
ro matrimonio contrahendo, quæ à iure canonico ſponſalia
4 de futuro appellantur. Sed ius Canonicum addit ſponſalia de
præſenti, quæ de iure ciuili matrimonium, ſeu nuptiæ dicun-
tur, quando quis puellæ ſine conditione purè, & ſimpliciter
promittit coniugium: huiuſmodi ſponſalia verè ſunt matri-
moniū coram Deo, & hominibus licet non interuenerit co-
pula. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit, vul-
gata l. nupt. ff. de reg. iur. Et voluit ſic ius Canonicū cōſtitue-
re differentiam inter matrimonium ſolo conſenſu initum, &
concubitu nondum conſummatum, quod ſponſalia de præ-
ſenti nuncupauit, & nos adhuc hodie appellamus ſponſalia,
& inter matrimonium copula conſummatum. Sicuti (atten-
to communi vſu loquendi) Maritus, & Vxor nominantur,
d poſtquam inuicem concubuerunt, *d* ſed ante, Sponſus, &
ſponſa nuncupantur. Et pro pleniore intellectu quæritur.

Qui-

ADDITIONES.

a *Vel mutua repromiſſio, vel pactio, aut conuentio futurarum nu-
ptiarum, vnde ſpes matrimonij dicuntur in l. ſi vxor. 13. §. 1. ff.
ad leg. Iul. de adult. l. 6. ff. de ſponſal. & conditio in tempus nu-
ptiarum relata non impletur ſponſalibus tantum contractis,
quæ vera ſententia eſt, l. ſancimus, 24. C. de nupt.*

b *Quid? quę ętas in ſponſalibus conſtituta? maior infantia: l. in
ſponſalibus, 7. ff. eod.*

c *Hæc præſumuntur niſi conditio, vel dies probetur fauore ma-
trimonij, & ex regula 1. §. omnis, infr. de verb. oblig. Ceterum,
quando actor intendit reum purè promiſiſſe, hic conditionali-
ter non ſolet diuidi eius cōfeſſio, ſed actor intentionem imple-
re cogitur: quaſi reus nihil ſit confeſſus. Nec obſtat illa iuris præ-
ſumptio, cum ſecūdum intentionem agentis nihil fateatur, nec
eius confeſſio contra eum diuidi debeat, ex doctrina Bart. in l.
Aurelio, §. idem quæſijt, ff. de lib. leg. Panorm. & Felic. auditis,
de præſcript. Lanf. c. quoniam, verb. confeſſione, num. 11. & 12.
de probat. Thom. Ferrar. caut. 5.*

d *Nec ante quid lucrantur iure coniugij, vt nouiſſime eſt conſti-
tutum conſt. 19. par. 3.*

Quæ ſunt effectus ſponſaliorum de futuro?

5 Primus effectus eſt, quòd pars diſſoluens huiuſmodi ſponſalia, vel per quam ſtat, quo minus matrimonium contrahatur, arrhas datas, vel acceptas amittit, & aliud tantumdem de ſuo reddere cogitur, & ſic ad duplicatas arrhas tenetur, quãdo eſt maior vigintiquinque annis: ſi vero eſt minor, tũc ſolum tenetur ad arrhas quas recepit, l. mulier, in princ. C. eod.

6 Secundus effectus eſt, quòd copula carnalis ſecuta huiuſmodi ſponſalia de futuro, efficit verum matrimoniũ, etiamſi expreſsè de ſponſalibus de præſenti non conſtet. Nam ex cõcubitu inducitur præſumptum matrimoniũ ex præſumptione iuris, & de iure, contra quam pręſumptionem nõ admittitur probatio in contrarium, c. is qui fidẽ, ext. eo. Notabitis autem obiter hic, quod cõtra pręſumptionẽ iuris, i. quando ius aliquid præſumit, vt omnes homines eſſe bonos, &c. poſſit afferri probatio in contrarium. Contra præſumptionem verò iuris, & de iure, i. quando ius aliquid præſumit, & inſuper quiddam ſtatuit, non admitti probationem in contrarium.

7 Tertius effectus eſt, quòd licet ex ſponſalibus de futuro non oriatur affinitas, tamen oritur publica honeſtas, quæ impedit matrimonium contrahi inter conſanguineos ſponſi, & ſponſam, & inter conſanguineos ſponſæ, & ſponſum, cap. ad audientiam, & c. ſponſam, ext. eod.

8 Quartus effectus eſt, quòd ſponſalia de futuro iuramento firmari poſſunt, ita vt iurans compellatur ad conſummandum matrimonium, niſi obſtet legitimum impedimentum, c. ex literis, extra eodem.

Quomodo diſſoluuntur ſponſalia de futuro?

9 Primo diſſoluuntur diſſenſu, vel vnius, vel vtriuſq; partis, ſi fortè ſe inuicem odiſſe cœperunt. Nam tunc compelli non debent ad conſummandum matrimonium, ne inde deterius contingat, c. 2. ext. eod. coacta enim matrimonia difficiles ſolent habere exitus, vt dicitur in cap. requiſiuit, extra eodem, quod eſt verum, quando res adhuc eſt integra, ſecus ſi concubitus ſit ſecutus: nam tunc diſſenſu diſſolui non poſſunt, d. c. is quidem, ext. eod.

10 Secundo, lapſu temporis ſoluuntur ſponſalia de futuro, ſi ſcilicet certum tempus ſit appoſitum, c. ſicut ex literis, cum ibi notatis, extr. eodem. Si verò certum tempus non ſit expreſſum, tunc ſponſa debet exſpectare ſponſum in eadem prouincia degentem per biennium, l. a. C. eod. Sed ſi ſponſus ſe ad aliam Prouinciam conferat, debet exſpectare triennium, c. de illis, extr. eod. & l. a. C. de repudijs, niſi ex iuſta, &
a *a* neceſſaria cauſa abſit. Nam tunc exſpectandum, donec ceſſet iſta cauſa, l. ſæpe, ff. eod.

11 Tertio, per infirmitatem ſuperuenientem, vt quia ſponſa facta eſt leproſa, diſſoluuntur ſponſalia de futuro, c. fin. extr. de coniug. leproſorum.

12 Quarto, ſponſalia de futuro etiam iurata per ſubſequentia ſponſalia de præſenti cum alia diſſoluuntur, d. c. ſicut ex literis, extr. eod. & c. 1. de ſpon. duorum. Sponſalia enim de præſenti ſunt ipſum matrimonium, ſed ſponſalia de futuro ſunt tantũ tractatus, & conſilia de ineũdo matrimonio. Et plures modos videte per Hoſt. in Summa ext. eod. §. qualiter diſſoluantur. Dicendum igitur nunc eſt de ſpõſalibus de præſenti.

Quæ dicuntur ſponſalia de præſenti?

13 Ea, quæ per verba exprimentia conſenſum de præſenti cõtrahuntur, & ſecum adferunt ſtatim abſolutum, purũ, & pręſentem conſenſum, veluti ſi adoleſcens dicat puellæ: *Vis me habere in tuum coniugem?* & ipſa reſpondet: *Ita, volo te habere*, vel, *Tu debes meus eſſe*, vel, *Nemo nos ſeparet niſi mors*, No. attendenda eſt in Germanica lingua differẽtia iuris Canonici inter verbũ accipiam, & accipio, vt ſupra dictum eſt: ſicut probatur ex verbis ſacerdotis copulantis ſponſum, & ſpõſam, is enim vtitur his verbis: *Ioannes, vis habere Annam?* & è contra. Et alia ſponſalia ſunt verũ matrimonium etiam non interueniente concubitu, quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, d. l. nuptias, ff. de reg. iur. & impropriè dicuntur ſpõſalia reſpectu vinculi matrimonialis, quia iam eſt matrimonium, ſed poſſunt dici ſponſalia, reſpectu executionis matrimonij, quia vterque ſpondet in futurum reſpectu executionis, quòd talia ſponſalia per concubitum conſum-
b mari debeant, *b* ſed reſpectu vinculi matrimonialis promittĩ de præſenti, vt declarat Panor. in d. c. penult. extr. eod. vbi dicit, quòd huiuſmodi ſponſa etiam ante copulam, & ante traductionem ad domum, poteſt vxori appellari. Addite eundem Panor. in Rubr. extra eod. Vnde ſicut ducens duas vxores ſimul eſt infamis, l. eum qui duas, C. de adul. ita etiam ha-
c bens duas ſponſas, *c* ſecundum gloſ. in d. l. eum, qui duas, in verb. vxores. Notandum hic, quod vetera iura in adulteras ſtatuerunt pęnam infamię, ſed hodie ex conſtitutione Caroli V. decapitantur. An verò etiam habens duas ſponſas ſimul, decollari debeat, alijs diſputandum relinquemus. Scimus tamen pronunciatum eſſe, quòd, quoniam iſta conſtitutio ſit odioſa, debeat reſtringi, & tantum in ſuis terminis intelligi de eo, qui ſimul habet duas vxores.

Quæ eſt differentia inter ſponſalia de futuro, & ſponſalia de præſenti.

14 Primo differũt, quod ſponſalia de futuro non ita obligant, ſed ſicut conſenſu contrahuntur, ita diſſenſu diſſoluuntur, d. c. 2. ext. eod. ſecus eſt in ſponſalibus de præſenti. Ea enim mutuo diſſenſu non diſſoluuntur, nec pęnitentia in hoc contractu locum habet, ſed pęnitens poteſt compelli ad conſummandum matrimonium, ſecund. Panorm. in c. ſuper eo, extr. de condit. appoſit. Imò, licet, vtraque pars ab huiuſmodi ſponſalibus de præſenti recedere vellet, tamen non poſſet, *Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Vnde, nec ſuper matrimonio tranſigi poteſt, nec valet tranſactio, per quam contra matrimonium aliquid ſtatuitur, c. ſi & ibi gl. ext. de tranſact. Bart. & alij in l. ſi. C. de tranſact.

15 Secundo differunt, quod ſponſalia de futuro ſoluũtur per ſequentia ſponſalia de præſenti, d. c. ſicut ex literis, extra eo-
16 dem, non autem è contra, imò publica ſponſalia de præſenti non tollũtur per alia ſequentia publica ſponſalia de præſenti ſed priora præferũtur poſterioribus. Quæ concluſio ampliatur procedere, etiamſi poſteriora eſſent per concubitũ con-
d ſummata. *d* Cogitur enim adhuc quis redire ad priorem ſibi deſponſatam coniugem, & è contra, tex. eſt in c. t. vet ſ. ſi autem, c. licet, & c ſi. ext. de ſponſa duorum, & d. cap. penult. ext. eod. vbi dicitur: *Si legitimus inter virum, & mulierem interueniat conſenſus de præſenti, ſiue iuramentum ſit interpoſitum ſiue non, non licet alteri ad alia vota tranſire, quod ſi fecerit, ſecundum matrimonium de facto, contractum, etiãſi carnalis copula ſubſecuta ſit, ſeparari, & primum in ſua firmitate ma-*
e *nere e debet, adeo quod conſuetudo in contrarium non valeat*, *d. c. ſi. ext.* de ſponſ. duorum. Et ſequeretur illud inconueniens, & abſurdum, ſi poſteriora ſponſalia de præſenti copula conſummata, prioribus eſſent præferenda, quod ſi quis cœpiſſet odio habere primo ſibi deſponſatam, quod facile poſſet cum alia contrahere ſponſalia de pręſenti, & ſimul eam cognoſcere, vt primam deſerere poſſet, quæ tamen de iure diuino, &
17 humano eſt eius vxor, vt ſtatim dicetur. Ratio eſt prædictæ concluſionis, quia priora ſponſalia de præſenti, ſunt verũ ma-
f trimoniũ, *f* licet copula carnalis non interuenerit. Solus enim conſenſus, non concubitus matrimonium efficit, d. l. nuptias, c. ſufficiat 27. quæſt. 2 & c. cum locum, ext. eod. Nec enim ad eſſentiam matrimonij concubitus maius aliquod vinculum addit, reſpectu eſſentiæ matrimonialis, vt inquit Panorm. in d. cap. licet, & dicto cap. fin. ext. de ſpon. duorum. Ideo primum matrimonium conſenſu contractum non tollitur per ſecundum copula conſummatum. *Quod ergo Deus coniũxit, homo non ſeparet.* Ac paulo poſt: *Dico autem vobis, quia quicumq; dimiſerit vxorẽ ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, vt inquit Dominus, Matth. 19. Et huiuſmodi deſponſata dicitur etiam de iure diuino vxor. Matth. 1. verſic.

ADDITIONES.

a *Vt ſi ægritudo ſponſi, vel ſponſa interuenerit, ſi mors parentum ſi capitalia crimina, ſi longior peregrinatio ex neceſſitate, l. penult. ff. eod. His ex cauſis trahuntur, ad differuntur ſponſaliorum tempora.*

b *Per ingreſſum lecti etiam abſque concubitu forte, vt conſtitutum part. 3. art. 19.*

c *Sed mitius punitur. Arg. in pract. verb.* che hai adulterato. *nu. 15. & 16. & 63. Bald. & Salic. d. l. eum qui duas, Ord. Imper. c. 121. in verb.* volbringen. *ergo ſecus in non conſummato coniugio, h. e. ſponſ.*

d *Eſt durum, habet tamen hanc rationem, quòd ex quo prius Vinculum ligat, ſequens, nullius ſit momenti. Itaque non pro coniugio, ſed potius pro adulterio, ac ſtupro eſt habendum.*

e *At vero ex opinione authoris longe abſurdiora ſequuntur, vt violatio perſonæ innocẽtis, de quib. inf. p. 2. in 4. requiſitio. n. 35.*

f *Non tamen conſummatum, vt illud a quo cum maiori ſcandalo, & iniuria corrupta perſona recedatur, quam a ſuperiore.*

Digitized by Google

verſic. 20. vbi Ioſeph dicitur vir Beatæ Virg. Mariæ, & inquit
Angelus ad eum: *Noli timere accipere Mariam coniugem
ſuam.* Vnde ſequitur, quod talis ſponſus de præſenti, qui ſecun
dam ſibi deſponſatam de facto cognoſcit, committit adulte-
rium, ſicut ius diuinum iubet occidi eum, qui ſpõſam alterius
cognouit. Deuter. 22 verſic. 23. & 24. vbi dicitur: *Si puellam
virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuita-
te, & concubuerit cum ea, educes vtrumque ad portã ciuitatis
illius, & lapidibus obruentur: puella quia non clamauit cum
a eſſet in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi ſui, a*
& ſic text. appellat ſponſam vxorem. Per quem text. ſunt, qui
aſſerant, quod ſi poſt contracta publica ſponſalia aliquis cum
ſecunda contrahit, illamq; de facto cognoſcit ea intentione
quod priora ſponſalia reſcindere, ad ſecũdam in vxorem du-
cere velit, illud pro adulterio reputari debet. Ex quo iterum
colligitur, ſi magiſtratus non puniat huiuſmodi delinquen-
b tem, & prior ſponſa nolit adhærere ſponſo, *b* qui ſecundam
de facto deſponſatam cognouit, quòd ipſa cogi non poſſit
cum eo matrimonium conſumare.

Quotuplicia ſunt ſponſalia de præſenti?

18 Duplicia. Alia enim ſunt publica, alia verò clandeſtina.
Publica ſponſalia ſunt, quæ palam contracta ſunt in præſen-
tia teſtium, quibus probari poſſunt, & de his nullum eſt du-
bium, quin valeant, niſi impediantur ratione conſanguinita-
tis, vel alijs cauſis, de quibus infra dicemus, de illis, cap. nupt.
Et quando vtraque pars confitetur huiuſmodi ſponſalia, vel
ſi vna pars neget, & per alteram probetur, (affirmanti enim
ſponſalia eſſe contracta, incumbit probatio, leg. 2. ff. de prob.)
tunc compelluntur conſumare matrimonium, ſicut ita pro-
nunciare ſolemus: *In cauſa matrimoniali inter H, actorem
ex vna, ac G, ream ex altera parte ventilata, pronunciamus,
decernimus, & declaramus, quod rea, quum non neget, ſed con-
fiteatur, atque etiam per prædictorum teſtium depoſitiones fa-
tis probatum ſit, quod actori matrimonium promiſerit, & ſpon
ſalia publica cum ipſo contraxerit, teneatur talia ſponſalia in
conſpectu Eccleſiæ legitime exequi, & maritali concubitu con-
ſumare. Et quod competentibus medijs ad id cogi, atque com-
pelli debeat, ſi facere forſitan recuſauerit.*

Quæ dicuntur clandeſtina ſponſalia?

Hæc doctrina de Clandeſtinis matrimonijs modo nullius eſt momẽti: quoniam Concil. Trid. Seſſ. 24. c. de Reformatione, irritat, & annullat omnia illa matrimonia, quæ ſine præſentia veri, hoc eſt Catholici Parochi, & teſtium contrahuntur.

19 De his eſt tit. in Decretalibus, de
clandeſtina deſponſatione, vbi Hoſt. in
Summa, poſt glo. in cap. cum inhibitio,
extra eodem, refert ſpõſalia clande-
ſtina ſex modis dici poſſe, & tandem
ſubijcit, quod omne id poſſit dici clan-
deſtinam matrimonium, quòd contra
Eccleſiæ prohibitionem generalem,
vel ſpecialem, expreſſam, e tacitam,
contractum eſt. Idem refert Panorm.
in d. cap. cùm inhibitio, num. 8. extra de
clandeſt. deſponſ. Sed ſecundum ho-
dierna tempora duobus tantum modis
dicuntur clandeſtina ſponſalia. I. Stri-
ctè, & propriè, videlicet, quæ clam remotis arbitris, & nullis
teſtibus præſentibus contrahuntur, cap. 1. 2. & 3. extra eod. II.
Largè, quãdo in præſentia teſtium, ſed ſine conſenſu parentũ
20 ſponſalia contracta ſunt, etiamſi mille interuenerint teſtes,
quibus infra dicemus. Et de prioribus ſciendum eſt, quod ius
canonicum prohibet clandeſtina ſponſalia, vt conſtat ex toto
tit. de clandeſt. deſponſ. & ex cap. aliter. 30. q. 5. Eſt enim hæc
res mali exempli, & multa incommoda ratione conſanguini-
tatis inde ſequitur. Item propter difficultatem probationis,
& metum periurij. Item ne ſub ſpecie matrimonij fiat forni-
21 catio. Item ne matrimonialiter coniuncti facilè ſeparẽtur. Sæ
pè enim matrimonio occultè cõtracto, alter mutaret propo-
ſitum, & dimitteret alterum probationibus deſtitutum, vt eſt
gloſ. in c. 1. 30. quæſt. 5. contracta tamen ſic clandeſtina ſpon-
ſalia non detrahuntur, ſed de his notanda eſt regula. Quòd
ſola clandeſtinitas per ſe nõ vitiat matrimonium, dummodo
vterque deinde confiteatur, ſe clam ſic matrimonium cõtra-
xiſſe, ſecundũ Panor. in d. c. 1. in 1. notab. ext. eod. & Hoſtien.
in d. Summa, §. verum, in princ. vbi dicit perinde eſſe, ac ſi ab
initio in facie Eccleſiæ contraxiſſent, & probatur per tex. in
c. 2. ext. eod. Sed iam oritur dubium. Si iuuenis in præſentia
plurium honeſtarum perſonarum cum puella ſponſalia pu-
blica contrahit, & poſtea venit alia, aſſerens eumdem iuue-
nem prius ſecum ſponſalia clandeſtina contraxiſſe. Quæritur.

Quando concurrunt publica, & clandeſtina ſponſalia, quæ ſint potiora, & alteris præferenda.

c In hac quæſtione firmam conſtituatis regulam, *c* videlicet,
quòd publica ſponſalia ſemper debent præferri clandeſtinis
ſponſalibus, ſecundum Panor. & alios in d. c. 2. extra eodem.
22 Quæ regula ampliatur procedere. I. Secundum Panorm. ibi,
etiam ſi poſtea ambo ſponſus, & ſponſa confiterentur, ſe ſpon
ſalia clandeſtina prius contraxiſſe, nam adhuc talis confeſſio
eorum non debet præiudicare publico matrimonio, & ratio
d eſt in promptu: Quia ſponſus facilè ſubornaret aliquam, *d* ſi
inciperet pœnitere, & odio habere ſibi publicè deſponſatam,
quæ aſſereret ſe prius cum eo matrimonium contraxiſſe, id-
que in fraudem publicorum ſponſaliorum, quod eſſe non de
bet. II. Ampliatur, etiamſi quis per vnum teſtem probaret, ſe
prius contraxiſſe clandeſtina ſponſalia, imò dato quòd publi-
ca fama viciniæ concurreret cum iſto vnico teſte, tamen ad-
huc non debet nocere publicis ſponſalibus, ſecundũ Panorm.
in d. c. 2. addite Iaſ. nu. 15. in l. admonendi, in 2. lect. ff. de iure-
iur. Cum hac tamen limitatione, & fallit regula prædicta, ſi
e ad clandeſtina ſponſalia acceſſit copula, *e* tunc enim huiuſ-
modi clandeſtina ſponſalia publicis præferenda erunt, quòd
ideò tunc publica debent cedere, quia puella viciatur, & eius
parentibus maior fit iniuria, & contumelia quàm ei, quæ tan
tum publicè deſpõſata, nec carnaliter cognita eſt. Ideò etiam
dicimus huiuſmodi nebulonem puniendum eſſe ſicut, & de
iure efficitur infamis, ſecundum gloſ. in d. l. eum, qui duas, C.
de adulterijs. Sed iam oritur alia quæſtio.

Quomodo, & cui in clandeſtinis ſponſalibus, ſi alter forte negat, ſit deferendum iuramentum?

Ad intellectum iſtius quæſtionis præmittendũ eſt, tres eſ-
f ſe ſpecies *f* iuramenti litis deciſiui, ſecundum gl. in §. item ſi
quis poſtulante, in verb. quæritur inſ. de actionibus, cum ſimi
g libus. *g* Primum iuramentum voluntarium, & conuentiona-
23 le dicitur, quod ex partium conuentione extra iudicium, &
ſine approbatione iudicis vna pars alteri defert. Veluti ſi Ti-
tius extra iudicium petat à me centũ, quæ dicit me ei debere,
ſi ego dicam: potes iurare me habere, & ipſe iuret, dicitur vo-
luntarium iuramẽtum, ſeu per conuentionem, quia ita inter
nos cõuenerat, vt iuramẽto alterius hoc debitũ explicaretur.
24 Secundum iuramentum dicitur iudiciale, quod pars de-
fert parti in iudicio, iudice approbante, vt quia reus negat, ſe
debere actori centum, & actor ei deferat iuramentum, actio
nemque committat eius conſcientiæ. Et iudex approbans
hanc declarationem, pronunciauit, quod reus conſcientiam
ſuam aperire teneatur.
25 Tertium dicitur iuramentum neceſſarium ſuppletorium,
quod ſcilicet in ſupplementum ſemiplenè probationis à iu-
dice parti defertur, vt quia actor ſemiplenè probauit inten-
tionem ſuam, fortè per vnicum teſtem, & petit ſibi deferri à
iudice iuramẽtum ſuppletorium, per quod ſemiplenam pro-
bationem ſuppleat, de quo habetur in l. in bonæ fidei, Cod. de
rebus creditis, & in d. l. admonendi, ff. de iureiur. In quæſtio-
ne igitur noſtra diſtinguite duo membra, poſt gloſ. Bartol. &
26 alios in d. l. 3. ff. de iureiur. Aut enim quæritur, vtrum neceſſa
rium iuramentum debeat deferri actori, ſemiplenè probanti
ſponſalia, fortè per vnum teſtem. Aut quæritur vtrum poſſit
deferri iuramentum voluntarium, vel iudiciale. I. Caſu ſim-
pliciter

ADDITIONES.

a *Dura lex, nec ſeruatur, d. leg. eum, vbi Doctores, niſi in ſtupro violento quoad ſtuprantem, §. item, infra de publ. iudic.*
b *Hoc illis perſuaderi præſtat, ne conſumatum coniugium diſſoluatur, & is, qui primam fidem violauit, grauiter puniendus.*
c *Immo verò potius infirmam.*
d *Tales rationes, quæ ſumuntur ab incertis euentis, quæ neceſſario non conſequuntur, nihil ad rem faciunt, neque concludunt l. ad probationem, l. neque. C. de prob. Iaſ. l. non hoc, num. 3. & 4. Cod. vnde l.*
e *Cur non, & abſque copula? Si enim valent, quare non, & effectum habeant valentis coniugij, nempe, vt poſterioribus præferantur: niſi ex his copula ſequuta, quod ſupra oſtendi.*
f *De iuramenti litis deciſiui tribus his ſpeciebus, vide §. item ſi quis poſtulante, infra de actionibus.*
g *Vt oſtenditur ex inſcript. Rubr. de iureiur. aliter tamen hæc à Cuiacio definiuntur.*

Digitized by Google

a pliciter concluditur, quod neceſſariũ a iuramentum actori,
etiam ſemiplenè probanti ſponſalia, vel matrimoniũ non ſit
deferendum, ſecundũ gl. & Bart in d.l.3. Cauſa enim matri-
27 monialis æquiparatur cauſæ criminali, & arduæ, cum matri-
moniũ ſit inſtar ſeruitutis. *Vir enim*, ſecund. Apoſt. 1. ad Cor.
7. verſic. 4. *non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, neque
mulier habet poteſtatem ſui corporis ſed vir*. d. c. nõ debet ext.
de conſangu. & affin. Sed ſic eſt, quod in cauſis criminalibus,
& arduis neutiquã iuramẽtum neceſſariũ actori deferri de-
beat. vt traditur in d.l. in bonæ fidei, C. de rebus credit & in d.
l. admonendi, ff. de iureiur. & in c. fin. de iureiur. Ergo nec in
b cauſis matrimonialibus, &c. Hæc tamen cõcluſio limitatur, *b*
niſi præter talem ſemiplenam probationem eſſet etiam aliqua
c magna ſuſpicio, & grauis præſũptio pro actore *c* veluti, quia
actor eſt homo bonæ vitæ, & integræ famæ, diues, & nobilis,
& petit in vxorem puellam pauperem, & inferioris conditio-
nis, & probat ſponſalia per vnum teſtem omni exceptione
maiorem, tunc iudex debet ei deferre iuramentum neceſſa-
rium, quia actor hic præter ſemiplenam probationem habet
vnam fortem præſumptionẽ pro ſe. Non enim præſumitur,
quòd nobilis, vel alius vir honeſtus, ac diues petat in vxorem
puellam pauperem, niſi verè ſic eſſet. Secus foret, ſi puella
inops peteret in virum diuitem, & nobilem, & probaret per
vnum teſtem ſpõſalia, tũc quia præſumptio eſſet cõtra actri-
cem, iuramentũ ei non eſt deferẽdum, de quo videte Panor.
poſt gloſ. in c. mulieri, ext. de iureiur Paul. de Caſt. Iaſ. & alios
in d.l. 3. ff. de iureiur. II. Caſu, quando loquimur de delatione
iuramẽti voluntarij, vel iudicialis ſubdiſtinguitur per gl. Bart.
& alios in d.l.3 Aut illud defertur affirmanti, aut neganti, ma
d trimonium, *d* priori caſu talis delatio, quæ fit parti affirmanti
matrimonium contrahi ſub quadam conditione, ſcilicet ſi
iuraueris me ſponſalia tecum contraxiſſe: quæ conditio vti-
que honeſta eſt, ſicut aliàs quoque ſub conditione honeſta
ſponſalia cõtrahi poſſunt, iuxta tot tit. ext. de condit. appoſi-
tis, & ſtatim dicetur. Poſteriori autem caſu parti neganti ſpõ-
ſalia eſſe contracta, iuramentum deferri non poteſt. Neque
enim in arbitrio partium ſtare debet pro libito per iuramen-
e tum diſſoluere matrimonium *Quod Deus ergo coniunxit, ho-
mo non ſeparet*. Et ſic nõ eſt in arbitrio partium, matrimoniũ
iuramento diſſoluere, cum nec in cauſa matrimoniali ſenten-
tia tranſeat in rem iudicatam, ca. lator, de re iudicata de quo
videte Doct. in d.l.4. Aduertendum tamen, quòd iſto poſte-
riori caſu, iudex poteſt, & debet deferre reo neganti iuramen
tũ purgationis, licet actor in probatione ſuccubuerit. Ita dicit
notanter Panor. poſt gl. in c. continebatur, ſup. verb. iuramen-
to, & in ca. atteſtationes, in gloſ. fin. ext. de deponſ. impub. Et
eſt hæc limitatio ad regulam, l. qui accuſare, C. de edẽdo quæ
28 habet, quòd actore non probante, reus, etſi nihil præſtiterit,
abſolui debet, quia fallit in caſu matrimoniali, vbi ſemper iu-
ramentum exigi debet à reo, licet actor nihil probet, vt veri-
tas in hoc caſu vbi vertitur periculum animæ, & agitur de
fœdere indiſſolubili, elucescat. Quod eſt verum, quando ſubeſt
ſaltem aliqua ſuſpicio pro matrimonio, ſecus quando pro a-
ctore nulla præſumptio apparet, tunc reo non eſt deferendũ
iuramentum, ſed ſimpliciter abſque vlla præſtatione iuramẽ-
ti abſolui debet, ſecundum Abb. in cap. 2. de clandeſt. deſponſ.
per tex. expreſſum in c. fi. §. fi. verſ. præſumptione verò ext. de
iureiur. Et tale iuramentum nominatur iuramentum purga-
tionis, de quo eſt. tit. in Decretal. de purgatione canonica, &
in l. præſenti, § ſicubi poſitæ, & ibi Doct. Co. de his, qui ad Ec-
cleſias confugiunt, & ſic iudex non ſemper, ſed ſecundum
qualitatem cauſæ, & præſumptionis, ad tale iuramentum im
f ponendum prorumpere debet. *f* Et improbanda eſt quorum-
29 dam leuitas, qui ſæpe, & facilè iurant, & ſe vltrò ad iuramen-
tum offerunt, c. etſi Chriſtus, § fin. ext. de iureiur. à qua etiam
Ethnici abhorruerunt, vt eſt text. in l. e. quæ ſub conditione, ff.
de condit. inſtit. vbi dicitur, quòd nonnulli hominum faciles
ſint ad iuſiurandum, contemptu religionis: alij per quam ti-
midi, metu diuini numinis, vſque ad ſuperſtitionem,

An ſponſalia ſub conditione contrahi poſſint?

30 De hac quæſtione eſt titulus in Decretal. de condit. appo-
ſitis: & ſicut ceteri contractus iuxta § omnis, cũ aliquot ſequ.
inſ. de verb. oblig. ita, & ſpõſalia purè, & ſub conditione con-
31 trahi poſſunt. Dicitur autem pure contrahi matrimonium
quando quis ſimpliciter, purè, & abſolutè promittit coniu-
giũ, ita, vt promiſſio nullam dilationẽ, aut interiectũ alicuius
conditionis in ſe contineat, ita vt ſtatim ſit nata efficax obli-
gatio, & actio, vt alter coniugum ad petitionẽ alterius partis
cõpelli poſſit, ad conſumandum matrimonium, ſec. Panorm.
in c. ſuper eo ext. de condit. app. & facit tex. in d. §. omnis, &
32 a in l. cedere diem, ff de verb. ſign. Sub conditione autem con-
trahitur matrimonium, ſi in aliquem caſum, vel euẽtum dif-
fertur, vel ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, §. ſub condi
tione, inſ. de verb. oblig. & conditione nondum exſtante, ſed
pendente matrimonium non eſt firmum, nec ſuper eo orta
eſt obligatio, vel actio, ſicut in reliquis contractib. §. ex con-
ditionali, inſ. de verb. obl. & d.l cedere die. Hinc dicit. Panor.
in d. cap ſuper eo, quod licet conſenſus exprimatur per verba
de præſenti, tamen ex quo apponitur conditio, non habet ef-
g fectum de præſenti, ſed ſuſpenditur in euentum *g* cõditionis.
Et ad intellectum iſtius quæſtionis videte. Hoſt. in Sum. ext.
de condit. appo. Et breuiter diſtinguatis duos caſus principa-
33 les poſt tex. & gl in c. fi. extr. eod. Quædam ſunt conditiones
inhoneſtæ, & turpes, & impoſſibiles, quædam verò honeſtæ,
& poſſibiles. I. Caſu ſubdiſtinguite. Aut huiuſmodi conditio-
nes ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, veluti: *Contraho te-
cum, ſi generationem prolis euites, vel donec aliã honore, & fa-
cultatibus ditiorẽ inuenero, aut ſi pro quæſtu te adulterandum
dederis*, & huiuſmodi turpes conditiones, contra ſubſtantiam
h matrimonij appoſitæ, vitiant, & impediunt matrimonium *h*
d. ca. fi. Aut huiuſmodi inhoneſtæ conditiones non reſpiciunt
ſubſtantiam matrimonij, ſed ſunt peregrinæ, veluti, *Ducã te
furtum feceris*. Aut ſunt aliæ peregrinæ conditiones, veluti,
Si Rex Daniæ vicerit Suecum, Aut ſunt impoſſibiles de facto
veluti, *ſi cœlum digito attigeris*, & huiuſmodi conditiones nõ
vitiant matrimonium, ſed pro non adiectis habẽtur, fauore ſ.
matrimonij, vt valeat, ac ſi purè eſſet contractum matrimo-
niũ, d. ca. fi. ext. de cõdit. appo. Idq; haud dubiè ſtatutũ eſſe à ſa-
pientibus gubernatoribus, vt petulantiæ, & malitiæ eorum,
qui pudicitiæ imbecillis ſexus inſidiantur, frenum inijceretur.
i *i* II. Caſu principali: Aut ſunt conditiones honeſtæ, pertinen-
tes ad coniugiũ, veluti. *Si pater conſenſerit, vel ſi auia tua de-
34 derit mihi, nomine dotis mille*. Hoc caſu interim ſuſpenditur
cõſenſus, & matrimoniũ impeditur, donec conditio impleа-
tur, cõditione verò non exſtante, diſſoluitur contractus ma-
trimonij conditionalis, c. de illis, & d. c. ſuper eo, ext. de cõdit.
appo. Vnde ſi quis puellæ promiſit coniugium ſub cõditione
ſi pater conſentiat, ante conditionis euentum nequaquã cogi
poteſt ad conſummandum matrimonium, quod notabiliter
limitabitis, niſi ante conditionis euentum ſponſus cognoſcat
ſit deſponſatam: videtur enim hoc caſu recedere à conditio-
ne appoſita tex. eſt expreſſus in c. per tuas, extr. de condit. ap-
po. In tantum, quod quando concubitus ſequitur, non exſpe-
ctato conditionis euentu, ea coniunctio iudicatur eſſe con-
iugium, adeo quòd, licet vir expreſſe ante coitum proteſtetur
ſe nolle recedere à conditione, nihil proſit ei proteſtatio, quæ
eſt contraria facto, ſec gl. in d. c. per tuas, in verb. præſumen-
do. Sed iam quæritur.

*Si matrimonium primum contrahatur ſub conditione hone-
ſta, & pendente ea contrahatur ſecundum pure, quod
matrimonium ſit præferendum?*

Exempli gratia: Pone, quidam ſtudioſus promittit huic puel-
læ matrimonium, ſub conditione, *ſi pater ipſius conſentiat*, &
interim

ADDITIONES.

a *Iuramentum neceſſarium ſuppletorium in matrimonij cauſa iudex actori deferre non poteſt, niſi præter ſemiplenam probationem (quam habet actor) idem magnas vitæ, & conditionis ſuæ præſumptiones pro ſe habeat: nimirum quod agendo nolit aduerſarium fallere. Plura de hac quæſtione, vide apud Gaylium. 2. Obſer. 94. An in cauſa matrimoniali iuramentum ſuppletorium deferri poſſit.*

b *Eſt igitur tota res arbitraria, & ſanè pro matrimonio facilius, quam contra poteſt deferri. Vide Iaſ. l. 3. & l. admonendi, de iur. iur.*

c *Iaſ. d. l. 3. num. 26.*

d *Iuſiurandum voluntarium, iudiciale poteſt actori affirmanti matrimonium contractum eſſe deferri; at non reo neganti matrimonium. Purgationis tamen iuramentum, etiam neganti deferri poteſt, ſi actor in probatione ſuccubuerit.*

e *Non diſſoluitur, ſed contractum, vel non contractum eſſe per iuſiurandum probatur, aut ſaltem declaratur.*

f *Eadem regula in neceſſario valere debet, cum probationes ſint arbitrariæ: illud tamen non tam facile deferendum, ac iſtud.*

g *Conditionis hæc natura eſt, vt obligationem, ſuſpendat, l. conditionales, 64. ff. de verb. oblig §. 4. infra, de verb. oblig.*

h *Potius debebant vitiari, vt in vltimis voluntatibus, §. impoſſibilis, infr. de hered. inſt. vt in caſu ſequenti.*

i *Hæc ratio longe valentior eſt in caſu præcedenti.*

Digitized by Google

interim priuſquam pater conſentiat,contrahit cum alia purè,
& poſtea pater reſcribit filio, ac conſentiat ſponſalibus prio-
3 ribus ſub conditione iſta contractis, & ita conditio implea-
a tur, *a* quæritur,quod matrimoniũ ſit præferendũ? In hac quæ
ſtione breuiter ita concluditur,quod ſecundum matrimoniũ
purè contractum valeat, & præferatur priori cõditionali ma-
trimonio, & per conditionem poſtea euenientem non diſſol
uatur,ſecundum gloſ.in d.c.ſuper eo,in verb. alieno arbitrio,
in fin.& gloſ.in d.capit.per tuas,in verb. præſumendum, ibi.
Item,quod ſi contraho,&c.ext.de cond appo.& Panor. ibi aſ-
ſignat rationẽ, Quia tale matrimonium conditionale habet
vim ſponſaliorum de futuro, quæ per ſequentia ſponſalia de
b præſenti tolluntur,*b* cap.ſicut ex literis,ext. de Sponſalib. Sic
etiam cõditionalia ſponſalia per ſequens purè contractũ ma-
trimonij tolluntur,nec enim in prioribus eſt purus, & abſo-
lutus cõſenſus,niſi eſſet talis cõditio, quæ omnino eſſet exſti-
tura:veluti, *Ducam te ſi cras ſol oriatur*:habetur enim hęc cõ
ditio pro non adiecta,& matrimonium illud pro puro,ſecun
dum gl.in Panor.in d.c.per tuas, & ex his oritur alia quæſtio,

Si ante euentum conditionis alter pœniteat, nec tamen cum alia de præſenti contrahat ſponſalia, vtrum conditione poſtea exiſtente debeat compelli ad matrimonium conſummandum?

Exempli gratia ſecundum gloſ. in d.cap.ſuper eo. Quidam
ſcholaris promiſit puellæ matrimonium ſub cõditione, *ſi pa-
ter conſentiat*,& priuſquam pater reſcribat,mutat voluntatẽ,
& ſignificat puellæ, quod nullo modo velit eã ducere in vxo-
rem,etiamſi pater conſentiat,& interim pater ignorans reuo
cationem filij,conſentit:quæritur, an ſit matrimonium inter
eos,gloſ.in d.cap.ſuper eo,indiſtinctè concludit,quod ſic, &
36 quod poſſit compelli ad conſummandum matrimonium.Pa
nor.tamen ibi contrarium videtur tenere, ex ratione ſupradi
cta, Quia huiuſmodi ſponſalia conditionalia æquiparantur
ſponſalibus de futuro, in quibus licita eſt pœnitentia, etiamſi
fuerit iurata,c.2.de ſponſalib.c.1.de ſponſa duorum: Ergo &
in conditionalibus, & hanc poſteriorem ſententiam credo
veriorem,& confirmatur per tex. in c.fin.de procur.in 6. vbi
conſtitutus fuit procurator ad contrahendum matrimoniũ,
& priuſquam contraxit, fuit reuocatus à domino, & contra-
ctum eſt poſtea matrimonium per procuratorem deciditur
ibi,quod licet ipſe procurator,& puella, cum qua nomine do
mini contraxit, pęnitus ignorauerint huiuſmodi reuocatio-
c nem, tamen nullius, *c* momenti ſit iſtud matrimonium,cum
conſenſus illius defecerit,ſine quo firmitatem habere nequi-
uit,& ita tenent Anton.de Butr. & Philippus Francus in d.c.
ſuper eo.Et hæc de ſponſalibus, quæ ſunt præparatoria nup-
tiarum,ſufficiant. Sequitur nunc de nuptijs.

ADDITIONES.

a *At etiam retrotrahatur,l.neceſſario,de peric.& cõm.rei vend. Sed id fieri nequit,cum hic obex incurrat, qui priorem obligationẽ tollit,vt ad id, quod ſublatum ſit conditio retrotrahi nequeat,vt & in quæſt.ſequente gloſ.& Doct.d.l neceſſario.*
b *In his ſemper hæc ratio,tamquam potiſſima ſpectanda eſt, nimirum,vt quo pure contractum eſt,præferatur ei,quod ſub conditione: ſed omnium maximè,vt faueatur coniunctioni,& matrimonio iam perfecto,& conſummato.*
c *Sic tamen,vt indemnitas præſtetur procuratori, qui bona fide ſumptus facere potuit,leg.ſi vero non remunerandi,in fine, ff. mandati.*

DE NVPTIIS LICIDIS. PARS SECVNDA.

1 *Vocabulum nuptiarum quotupliciter accipitur.*
2 *Definitio nuptiarum legitimarum.*
3 *Vna,& non plures vxores ſimul ducendæ.*
4 *Polygamia prohibita,& de pęna Polygamorum.*
5 *Sodomiticum peccatum prohibitum,& de eius pœna.*
6 *Explicatio definitionis, & num. 7.*
8 *Quæ requirantur ad legitimas nuptias.*
9 *Quæ ætas in contrahendis nuptijs requiratur.*
10 *Infans nulla ſponſalia contrahere poteſt.*
11 *Impubes contrahens de futuro,non præſenti contrahere poteſt.*
12 *Impubes contrahens cum impubere, an poſſit pœnitere.*
13 *Pubes contrahens cum impubere, an teneatur expectare, donec alter perueniat ad legitimam ætatem.*
14 *Stipulatio pœnalis,an valeat in huiuſmodi ſponſalibus.*
15 *Parentes paciſcentes de impuberum coniugijs,malè faciunt.*
16 *Mala,quæ proueniunt ex coactis matrimonijs.*
17 *Conſenſus eſt de ſubſtantia matrimonij.*
18 *Conſenſus iſte quomodo declaretur.*
19 *Verba non ſunt de ſubſtantia matrimonij.*
20 *Qualis conſenſus iſte eſſe debeat.*
21 *Coacta voluntas an in matrimonij dicatur voluntas.*
22 *Matrimonium per metum contractum ipſo iure eſt nullum.*
23 *An iuſtus metus, quando iuramentum interuenit matrimonium impediat.*
24 *Qualis metus matrimonium impediat.*
25 *Metus duplex, Iuſtus,& Vanus.*
26 *Metus iuſtus quibus inferatur.*
27 *Metus reuerentialis matrimoniũ contractũ non reſcinditur.*
28 *Conſenſus parentũ,an requiratur ad legitimũ matrimonium.*
29 *Qualis conſenſus parentum ſufficiat.*
30 *Ius gentiũ,requirit parentũ cõſenſum:itẽ ius ciuile, & nu.31.*
32 *Ius Canonicum, an requirat conſenſum parentum.*
33 *Ius diuinum, quod maximè attendi debet, requirit conſenſum parentum.*
34 *Propter diſſenſum parentum matrimonium contractum,quando res non eſt integra,non reſcinditur.*
35 *Quando res eſt integra, an propter diſſenſum matrimonium reſcindendum ſit,Canoniſtæ diuerſum pronunciant.*
36 *Conſenſus Tutorum,vel Curatorum,an requiratur.*
37 *Filij inuiti, an cogi poſſint a parentibus ad ducendas vxores.*
38 *An teneatur conſentire filia,ſi à patre nuptiæ ſub certa pœna, aut cum iuramento eſſent promiſſæ.*

1 PRæmittendum hoc loco, quòd nuptiæ matrimonium, &
coniugium ſunt ſynonima, & quòd nuptiæ ſecundum
Panor.in cap.tertio loco, ext. de præſumptionibus tripliciter
accipiantur. I. Pro ſponſalibus per verba de præſenti abſque
concubitu,quæ etiam propriè matrimonium, dicuntur, cum
nuptias non concubitus,ſed conſenſus faciat, dict.leg.nuptias
ff.de reg.iur.& l.cum fuerit,ff.de condit.& demonſt. II. Ac-
cipiuntur pro matrimonio conſummato per concubitum ſe-
cutum,vt hic. III. Nuptiæ plerumque,& magis propriè pro
feſtiuitate, & ſolemnitate nuptialis diei, & conuiuij capiun-
a tur,vt in Euangelio *a* de nuptijs in Cana Galileæ dicitur, cap.
noſtrates,& c.fęminæ,30.q. 5. & dictæ ſunt nuptiæ ab obnu-
bendo, quòd noua nupta pudoris gratia ſe obnuberet, & ve-
laret,quod, Rebeccam etiam Iſaac iam deſponſatam feciſſe,
legitur in Gen.c.24.Debent enim nuptæ incedere velatæ, in
b ſignum ſubiectionis, *b* vt ſciant,ſe viro eſſe ſubiectas, & di-
ſcant humiles eſſe,c.fęminæ,& c.nec illud, 30.q. 5.& cap. eſt
ordo naturalis,cum c.ſequenti,33.q.5. & addite valde elegan
tem gl.in c.fin ſup.verb coſta,33.q.5.quod mulier non ſit fa-
cta ex capite,ne eſſet domina,nec ex pede, ne famula, ſed ex
coſta,vt collateralis, & quaſi ſocia eſſet mariti.

Quæ dicuntur nuptiæ licitæ.

2 Iſtæ quæ natura,lege,vel Canone non prohibente contrahun
tur,& has definit Imperator in princ. ſup. de patr. poteſt.vbi
inquit: *Nuptiæ,ſeu matrimoniũ,eſt viri, & mulieris legitima
c coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens c diui-
3 ni,& humani iuris cõmunicatio*,l.1.ff.de ritu nupt. Ex his ver-
bis definitionis,ibi,*viri,& mulieris*, colligitur, quòd vna, &
non plures vxores ſimul ſunt ducendæ,eſtque elegans text.in
ca.gaudemus,de diuor. vbi dicitur,quòd affectus cõiugalis in
plures fœminas diuidi non debeat: ab initio enim vna coſta
in vnam fęminam,non in plures conuerſa eſt,& ſcriptura di
d uina teſtatur, *d* quòd *propter hoc dimittet homo patrẽ,& ma-
trẽ,& adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna*, non di-
xit:tres, vel plures,ſed duo, nec dixit vxoribus, ſed vxori. Et
ita in paradiſo ſancitum eſt,vt tantũ vnius maris, & vnius fę-
minæ eſſet cõiunctio,& licet ante diluuium Lamech primus
diſceſſit ab hoc ordine, Gen. 4. & poſt diluuium Deus etiam
in ſuo populo tolerauit exempla diſſimilia primæ inſtitutio-
ni, tamen Filius Dei nos ad primam inſtitutionem retrahit,
inquiens,Matth. 19. ab initio non erat ſic & repetit dictum,
erunt duo in carne vna,id eſt,vnus mas,& vna fęmina. Et no-
tandum, Polygamiam etiam de iure ciuili prohibitam eſſe,
vt du-

ADDITIONES.

a *Ioan.c.2.ſtatim ab initio.*
b *1.ad Corinth.14.*
c *Liberorum quærendorum cauſa,vide l.liberorum,220.in fine,ff. de verbor. ſignifi.*
d *Matthæi cap.19.verſic.9.*

Digitized by Google

a vt ducens,plures vxores non ſolum fiat infamis,l. 1. ff.de his,
† qui not.inf. †ſed etiam pęna *b* ſtupri puniatur,l.eum qui duas,
b C.de adult.quæ eſt, vt honeſtiores puniantur in cōfiſcatione
dimidiæ partis bonorum,humiliores verò, cum corporis ca-
ſtigatione relegentur,§.item lex Iulia,inf.de publicis iud. Ho-
die vero ducen plures vxores ſimul,capite plectitur, ex con-
ſtitutione Imp. Caroli V. *In der peinlichen halſsgerichts ordnun*.c.121.&ita pronunciatur. Item dicitur in diffinitione *viri,& mulieris*, ad oſtendendum omnem aliam cōiunctio-
nem in vna,de qua loquitur,ca.1.ad Rom. Vel in diuerſa ſpe-
cie,de qua loquitur text.in Leuit.c.20 eſſe deteſtandam,cum
5 & Sodomiticum peccatum ex iure ciuili ſub pęna capitis pro-
hibitum ſit,l.cum vir,C.de adult. Hodie verò ſic delinquētes
igne concremari ſolent,& debent,ex conſtitutione Caroli V.
Inder peinlichen halſsgerichts ordnung, cap. 116. dicitur *legi-
tima coniunctio*,ad differentiam concubinatus,fornicationū,
6 ſtupri,& adulterij,& variarum libidinum, quas Deus prohi-
bet,& ſeueriſſimè punit, iuxta illud: *Scortatores, & adulteri
regnum Dei non poſſidebunt*. 1.ad Cor.6.verſ. 10. *Caſta Deus
mens eſt,caſta vult mente vocari*. Item dicitur ad differentiam
illicitarum nuptiarum,quæ de iure prohibentur, vt inf. dice-
c mus. *Indiuiduam vitæ conſuetudinem continere*, *c* dicitur,
quia ſemel coniugati,niſi certis ex cauſis, de quibus infra in
quarta parte dicemus,diſſolui non poſſunt. Dicitur *diuini iu-
ris*: debent enim contrahentes matrimonium eſſe eiuſdem
religionis,ita vt ambo,aut ſint Iudæi, aut ambo Chriſtiani,
Neque enim Chriſtianus Iudæam, aut Iudæus Chriſtianam
ducere poteſt,l.ne quis, C.de Iudæis. *Humani iuris*, dicitur,
quia perfecto matrimonio vxor ſequitur forū mariti,l.fin.§.
item reſcripſerunt mulierem,ff.de munic.l.exigere dotem, ff.
de iudic.& no.in l.cum quædam puella,de iuriſd. omn. iud.

Quæ requiruntur ad nuptias licitas?

8 De hac quæſtione eſt text.hic in princ. tit. noſtri vbi Impe-
rator quinque requiſita ponit,ad hoc,vt legitimum matrimo
nium,ſeu iuſtæ nuptiæ, in quibus ſcilicet nihil deſiderari poſ-
ſit,contrahantur. Primo,quod contrahentes ſint ciues Ro-
mani,ideſt, liberi homines.ſerui enim de iure ciuili pro nullis
habentur,l.quod attinet,ff.de reg.iur. Vnde non dicuntur ma
trimonium,ſed contubernium contrahere,l. cum ancillis, C.
de inceſt.nupt.& ſeruorum coniuges non vxores,ſed contu-
bernales dicebantur,l.vxores,§.codicillis,ff.de leg. 3. Sed ho-
die de iure can.etiam inter ſeruos, & ancillas matrimonium
contrahitur,vt conſtat ex toto tit.ext.de coniug.ſer.Secundo,
iuſta ætas contrahentium,vt hic in princ. Tertiò, conſenſus
contrahentium,d.l. nuptias,ff.de reg. iur. Quartò, conſenſus
parentum,vt hinc in princ Quinto,vt ſecundum pręcepta le-
gum contrahant, & de ſingulis requiſitis ordine nunc dice-
mus.

De II. Requiſito,iuſta ſcilicet ætate.

9 In contrahendis matrimonijs requiritur ætas duodecim *d*
d annorum in fęminis,quatuordecim verò in maſculis,in prin.
inſ. quib. mod. tut. fin. & hoc eſt quod dicit Imperator hic in
prin.tit.noſtri. *Maſculi puberes, fęminæ autem viri potentes.*
Ius enim ciuile hoc caſu pręſumit eos ad matrimonium con-
e ſummandum idoneos,& habiles eſſe: Ius verò canonicū in *e*
nuptijs pubertatem non ex annorum numero, ſed ex coeun-
di potentia dijudicandum ſtatuit, ita quod fæmina etiam an-
te duodecimum annum viripotens rectè matrimonium con
trahat,cap.puberes,& c.de illis, vbi dicitur, quod malitia ſup-
pleat ætatem,extra de deſponſ. impub.

*Prohibenturne indiſtinctè impuberes contrahere
matrimonium?*

10 Infans,id eſt conſtitutus infra ſeptimum annum nulla ſpon-
ſalia,nec de pręſenti, nec de futuro propter defectum conſen
ſus contrahere poteſt,l.in ſponſalibus,ff.de ſponſ.cap.litteras,
& cap penult.de deſponſ. impub. Impubes verò,ideſt, maior
ſeptem annis ſponſalia de futuro, non autem de præſenti cō-
trahere poteſt,c. fin.de deſponſ.impub. Sed ante pubertatem
coniungi prohibentur,cap.2.de deſponſ.impub. Ad matrimo-
10 nium enim requiritur iuſta ætas. Vnde impubes,ſi deſpon-
ſat aliquam per verba de præſenti, non valet vt matrimo-
nium,ſed vt ſponſalia de futuro,d.cap fin. & capit atteſtatio-
nes,de deſponſ.impub. niſi perſeuerauerit in eadem volunta-
te poſt pubertatem per expreſſum cōſenſum, vel per tacitam
ratihabitionem,quia duxit ſponſam in domum ſuam, vt no.
poſt text.in d.cap.de illis,el ſecondo, & continebatur, de de-
ſpon. impub. De quo videte Hoſt.in Summa, de deſpon.im-
pub §.& quæ ſponſalia,in penult.col. &c.

*Quando impubes contrahit cum impubere, an poſ-
ſint pœnitere?*

12 Ante pubertatem reſilere,aut pœnitere non poſſunt. Sicut
enim impubes non habet perfectum conſenſum ad contra-
hendum,ita nec ad diſſentiendum,ſec.Panorm.poſt text in c.
de illis,el 1.de deſponſ impub.& ille,qui primo fit pubes, dēt
expectare, donec alter etiam ad legitimam ætatē perueniat,
d.c.de illis,& quando ambo facti ſunt puberes, & vnus ex il-
lis contradixerit, ſeparari debent,d cap. de illis, niſi carnalis
commixtio interuenerit, cap.à nobis, ex. de deſponſ. impub.
Deſponſationes enim impuberum habent effectum ſponſa-
liorum de futuro,d.cap.fi.de deſponſ.imp. cum ibi notatis, In
quibus locus eſt pęnitentiæ re integra,cap.2 de ſponſ. Secus
quando concubitus eſt ſecutus,cap.is,qui fidem,ext.de ſponſ.
Idem ergo,& de ſpon.impub.dicendum eſt.

*Quando pubes contrahit cum impubere, an teneatur expectare,
donec alter perueniat ad legitimam ætatem?*

13 Sic. Adeo enim pubes obligatur, vt ſemel probatum non
poſſit reprobare,vt eſt text.iuncta gl fi.in d.c.de illis, el 1. im-
pubes tamen factus pubes pęnitere, & à ſponſalibus in ætate
pupillari contractis recedere poteſt. Sed ſi pubes factus con-
ſentiat,cogitur alter conſummare matrimonium,d.c de illis,
el 1. & d.c.à nobis. Si tamen pubes,qui contraxit cum impu-
bere,non expectet legitimam ætatem alterius,ſed mutata vo
luntate interim contrahat cum alia per verba de pręſenti, ſe-
cundum matrimonium præfertur,& valet, etiamſi impubes
poſtea pubes factus expreſsè ratificauerit,ſec.Hoſt.in d.Sum
ma,de deſpon.impub.§ quid iuris,num. 15.

An ſtipulatio pœnalis in huiuſmodi ſponſalibus valeat?

14 Exempli gratia: Pone,parētes nomine filiorum impuberū,
vel etiam ipſi impuberes cōtraxerunt ſponſalia,ſub pœna ſol-
uenda ab eo,qui pubes factus matrimoniū cōſummare recu-
ſat.Si fortè puella perueniens ad legitimam ætatem nolit nu
bere Titio,cum quo ſic ſponſalia ſint contracta, an Titius hu
iuſmodi pęnam promiſſam exigere poſſit. De hac quæſtione
eſt text.expreſſus in c.gemma,de ſponſ. & l.Titia, ff de verb.
f obl quod iſta pęna exigi *f* non poſſit, & quod pœnę adiectio
ſit ipſo iure nulla,nec obligat contraueniententem,cum ſit cōtra
g bonos mores interpoſita, *g* In honeſtū enim viſum eſt,vincu-
lo pœnę matrimonia obſtringi,ſiue futura,ſiue iam cōtracta,
vt dicitur in d.l.Titia,& facit tex.in l.reprehendenda, Cod.de
inſt.& ſubſt.vbi dicitur,coniugalem concordiam omni lucro
præferendam eſſe Libera namq; debent eſſe matrimonia ab
omni pęna,d. c. gemma,ac plena debet gaudere ſecuritate il-
le, cuius animus eſt indagandus, ne per timorē dicat ſibi pla-
cere quod odit,& ſequatur exitus,qui de inuitis nuptijs, ſolet
prouenire,c.cum locum,de ſpon. Coacta enim matrimonia
15 difficiles ſolent habere exitus,ca.requiſiuit,deſpon. Quo cir-
ca parentes male faciunt,qui propter pecuniam,aut prędium
faciunt pacta de impuberum coniugijs, cum in hoc tanto fę-
dere perpetuæ,coniunctionis honeſtū iudicium,& mutua be
neuolentia ipſorum,qui iunguntur,requiri,& valere debeant
nec deceat corpora natorū venalia eſſe & quod parentes,cō-
ſiderātes diuinum ordinem,ſaluti filiorum, & filiarum rectè
conſulere debeant, nec cogant eos contra naturæ inclinatio-
nem ad coniugia,a quibus abhorrent,eaque in re moueantur
his maximis de cauſis: vbi non eſt mutuus amor coniugum,
16 ibi diſcordia ſauciat mentes, impedit inuocationem Dei,
turbat

ADDITIONES.

a *Eodē tempore. Nā ſucceſſiuè plures ducere licet, C.de ſec.nup.*
† *Vide cap.Gaudemus,de Diuortijs.*
b *De bigamorum pœnis.vide Menoch. 2. de arbit.iud.caſu 420.*
c *Et quia ea mente ab initio hanc ſocietatem contrahūt,l.ſi cum
dotem,22.§.maritus,ff.ſolu.matr.adde l.1.ff.rer.amator,l.52.
ff. de re iud.*
d *Proculianorum hæc ſententia eſt,adde Macrob.lib.7.c.7.*
e *Caſſianorum hæc fuit ſententia,§.1.Inſtit.quibus mod.tut. l.vl.
C.quando tut. vel curat.*
f *Leo Nou.18.cōtrariū ſtatuit:nimirū vt ſponſalib.cōſtituta pœ-
na poſſit exigi.adde l.Titio centū,71.§.1.ff.de cond. & demon.*
g *Secus eſt in arrharum contractu licito, & in ſponſalibus non,
etiam nuptijs vſitato,l.vlt. C. de ſponſ.ſecundum quam, & ho-
die pronunciatur.*

Digitized by Google

turbat totam domeſticam conſuetudinem,& parit multa pec
cata, & interdum cum voluntates diſtractæ ſunt, ſequuntur
adulteria,& pene tragicæ,& triſtiſſimæ calamitates,& fami-
liæ non fiunt Eccleſiæ Dei, quod eſſe debebant, ſed diabolo-
rum luſtra, & multi miſeri homines in illis calamitatibus
ruunt in indignationem aduerſus Deum, in deſperationem,
& æternum exitium.

Die III. Requiſito, conſenſu ſcilicet contrahentium.

17 Ad legitimum matrimonium magis principaliter requiri-
tur conſenſus ipſorum contrahentium, qui eſt de ſubſtantia,
veluti cauſa efficiens matrimonij, cùm nuptias ſolus conſen-
ſus faciat, d.l. nuptias, ff. de reg. iur. & d.c. ſufficiat, 27. quæſt. 2.
Vnde etiam ægrotus,& conſtitutus in extremo articulo mor
tis, cum concubina matrimonium contrahere poteſt, vt ſupra
titul. de patria poteſt, dictum eſt. Hinc gl. ibi iſta verba in defi
nitione poſita, videlicet, *viri, & mulieris coniunctio*, intelligit
non tantum de corporum, ſed etiam animorum coniunctio-
ne. Ita vt ſecundum Doct. ibi coniunctio animorum ſit prior,
18 corporum verò poſterior. Porrò iſte conſenſus declarandus
eſt verbis, Sola enim voluntas, & cogitatio non efficit matri-
monium, etiamſi vterque habeat, voluntatem matrimoniali
ter coniungendi, veluti ſecundum Ioan. Fab. & Angel. in d.
princ. ſup. de patr. poteſt. Si puella,& adoleſcens tranſeuntes
in platea,& ſibi obuiantes, vel etiam domum redeuntes cu-
piant,& appetant matrimonialiter coniungi, nō dicitur inter
eos per iſtam voluntatem eſſe cōtractum matrimonium, ſed
neceſſe eſt, vt cōſenſus iſte declaretur per verba ad hoc apta,
ideſt, de præſenti conſenſum matrimonij obligatiuum indu-
centia, vel per alia certa ſigna, per quæ conſenſus declaratur,
veluti ſecundum Panorm. in cap. penult. circa fin. de ſponſ. ſi
puella ad interrogata adoleſcentis præ verecundia nō loqua-
a tur, ſed ſimpliciter annuat, vel *a* porrigat manum, quia ſuffi-
cit pro declarato conſenſu, præſertim ſi ſinit ſe ſubarrhari per
immiſſionem anulli: Nec obſtat prædictis, quod ſolus conſen
ſus matrimonium efficiat, quia conſenſus non poteſt haberi,
nec cognoſci, niſi mediantibus verbis, aut alijs ſignis. Nam
ſi vir ignoret voluntatē mulieris,& è contra, ibi non eſt con
ſenſus, ideſt, ſimul ſenſus, ſed potius diſſenſus, vel ſeparatus ſē
19 ſus, vt inquit Panorm. in cap. tua nos, in fin. de ſponſ. Nec ta-
men verba ſunt de ſubſtantia matrimonij, ſed ſufficit ſi con-
ſenſus per alia ſigna declaretur, vnde,& mutus,& ſurdus ma-
b trimonium contrahere poſſunt, *b* dummodo per certa ſigna
conſenſum ſuum exprimant, capit. cum apud,& capit. tuæ, de
ſponſ.& qualiter cognoſcatur conſenſus muti, & ſurdi, vide-
re Bart.& Doct. in l. mutum, in princ. de acquir. vel amit. hæ-
20 red. Circa hoc requiſitum eſt aduertendum, quòd in matri-
monio contrahendo debet eſſe purus, integer, liber,& volun
tarius conſenſus, nec coactus, d. cap. cum locum de ſponſ. vbi
c dicitur, cum locum non habeat conſenſus, vbi metus, vel *c*
coactio intercedit, neceſſe eſt, vt, vbi aſſenſus cuiuſque requi-
ritur, coactionis materię repellatur. Matrimonium autē ſolo
conſenſu contrahitur,& licet coacta voluntas dicatur volun-
21 tas, l. ſi mulier, §. ſi metu, iuncta gloſ. ibi, ff. quod met. cauſ ta-
men in matrimonijs locum non habet, quia non eſt abſoluta
voluntas, vt inquit Panorm. in cap. maiores. § fin. ext. de Bap-
tiſmo, matrimonium inter inuitos nō contrahitur, vt dicitur
in l. ſi patre, ff. de ritu nup. & dicit Abb. in d c. cum locum, vbi
requiritur conſenſus cum qualitate libertatis, non ſufficit cō-
ſenſus, niſi adſit qualitas libertatis, ſecund. gloſ. in capit. notifi-
caſti, in verb. licentiam, 33. quæſt. 5. Et ampliatur hæc conclu.
22 ſio I. Vt licet aliàs geſta per metum teneant,& per actionem
quod metus cauſa reſcindātur, tamen matrimonium per me-
tum contractum, eſt ipſo iure nullum, ſecundum gloſ. in d. l.
ſi mulier, §. ſi dos in ver. vllam,& notatur per Abb. in d. c. cum
locum,& cap. veniens, el 2. ff. de ſponſ. II. Ampliatur, etiamſi
interueniſſet metus, culpa patientis metum, veluti ſi iuuenis
repertus de nocte in domo, vel lecto mulieris, metu armorū
per patrem, vel alios cōſanguineos mulieris coactus eſt cum
ea matrimonium contrahere per verba de pręſenti, matri-
d monium non valet, *d* vt eſt text. in d. capit. veniens, el 2.&
pulchra gloſ. in cap. Abbas, ext. quod met. cauſ & D. Iaſ in leg.
Titia, ff de verb. oblig. niſi poſtea ceſſante metu ex interuallo
rurſus cum ea conſuetudinem haberet, vel volens poſtea co-
habitaret ſic deſponſatæ. Nam tunc per ſubſequentes actus
e voluntarios purgaretur metus præcedens, *e* & matrimonium
valeret, cap. ad id, ext. de ſponſ.& capit. de illis, el 3. in fin. de
deſponſ. impub. III. Ampliatur hæc regula, vt iuſtus metus im
23 pediat matrimonium, etiamſi iuramētum interuenerit, cùm
per illud metus non purgetur, vt eſt gloſ. poſt text.& ibi Ca-
noniſtæ, in cap. ſignificauit, extra de eo, qui duxit, quam prius
polluit per adult.& gloſ. in d. ca. Abbas, ext. quod met. cauſ.&
gloſ. in capit. inter cetera, 22. quæſt. 4. de iure enim Canonico
iuramenta vi extorta non obligant, d. cap. Abbas, cum ibi not.
& cap. cum contingat, de iureiur. Contrarium verò docuere
nonnulli, quorum ſententiam, vt conſcientiæ tutiſſimam ſe-
quendam ſtatuo. Cùm omne iuramentum, quod ſine diſpen-
dio ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruandum ſit, d. c. cum con
24 tingit. Limitatur autem prædicta concluſio procedere 1.
Quando talis metus eſt illatus, qui potuit cadere in conſtantē
virum, vel conſtantem fęminam, cap. conſultationi, in fi.& d.
cap. veniens, el 2. extra de ſponſ. Inter vim enim, & metū eſt
differentia, vt dicitur in cap. de muliere, de ſpon. vbi glo. ſubij-
cit, duplicem eſſe metum. Quidam dicitur metus iuſtus, ſeu
25 probabilis, qui ſcilicet poteſt cadere in conſtantem virum, vt
eſt metus, ſeu periculum mortis, vel cruciatus corporis,& ta-
lis metus excuſat, vt notatur poſt text. & ibi gloſ. in cap. cum
dilectus, ext. quod met. cauſ.& l. interpoſitas, C. de tranſact. l.
3. in fi. cū quatuor legib. ſeq. ff. quod met. cau. Alius eſt metus
vanus, qui non excuſat: vani enim timoris nulla eſt excuſatio,
l. vani timoris, ff. de reg. iur.& l. 5. cum duabus legibus ſequ. ff.
f quod met. cau. Notandum tamen, quod minor *f* metus in mu-
liere ſufficit,& magis eam excuſat, quàm virum, propter im-
becillitatem ſexus, ſecundum gloſ. in d. ca. cum locum, ext. de
ſponſ.& ideò. An metus ſit talis, qui potuit cadere inconſtan-
tem virum, vel conſtantem fęminā, pro qualitate perſonæ re
linquitur arbitrio iudicis, qui ex circumſtantijs hoc æſtimare
debet, vt inquit Bald. in d. l. interpoſitas,& Innoc. in d. ca. cum
dilectus. Et de cruciatu corporis non eſt dubium, quin per eū
26 inferatur iuſtus metus. Idem etiam dicendum eſt de amiſſio
ne omnium bonorum, ſeu maioris partis bonorum, ſecūdum
Panor. in d. c. gēma, de ſpon & eſt tex. in d. c. Abbas, ext. quod
met. cau. Res enim, & bona ſecūdus ſanguis hominis eſſe di-
cuntur, ſecundum gloſ. in l. aduocati, ſuper ver. vitam, C. de
27 aduoc. diuerſ. iud. 2. Limitatur prædicta concluſio, vt nō pro-
cedat in metu reuerentiali, veluti, ſi filius propter ſolam reue
rentiam paternam contraxit ſponſalia cum virgine, quā aliàs
non erat ducturus. Huiuſmodi enim matrimonium metu re
uerentiali ſic contractum, non reſcinditur, niſi etiam interue
nerit metus facti, vt quia pater verberibus coegit filium, tunc
enim non valent huiuſmodi ſponſalia, tex. eſt in l. ſi patre co-
gente, iuncta gloſ. ibi. ff. de ritu nupt. gloſ.& ibi Canoniſtæ, ca.
1. de deſponſ. impub. Si verò conſentit ex metu reuerentiali,
non retractatur matrimonium, ſiue expreſsè, ſiue tacitè con-
ſentiat, vt quia ſciens,& præſens ſponſalibus, quæ pater ipſius
filij nomine contrahit, non contradicit, ca. vnico, §. fin. de de-
ſponſ. imp. lib. 6.& l. ſed ea, quæ patris, ff. de ſponſ. Hoc tamen
vltimum dictum notabiliter limitatur per Panor. in cap. non-
g ne, in fi. penult. colum. de pręſump. vt filij tacentes *g* non
habentur pro conſentientibus, ſi cauſa cognita conſtiterit, ob
reuerentiam, & metum paternum tacuiſſe filium tempore
contractus matrimonij. Et de hac quæſtione videre Iaſ. in §.
quadrupli, num. 62. inſ. de action.

Die IV. Requiſito, conſenſu ſcilicet parentum.

28 Ad legitimum matrimonium conſenſum parētum requiri,
expreſsè ſtatuitur hic in princip. titul. noſtri, ibi, dum tamen, ſi
filij familias ſint, conſenſum habeant parentum, quorū in po-
teſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, ciuilis,& naturalis ratio
ſuadet, in tantum, vt iuſſus parentum præcedere debeat. Sua-
det enim naturalis ratio, quæ apud omnes gentes peræque
cuſtoditur, obedientiam erga parentes, l. 2. ff. de iuſtit. & iure,
& æquum eſt, vt dixit hic Theophilus, vt qui ad illam vſque
ætatem eos educauerunt, parentes ſcilicet, hoc honoris ha-
beant,

ADDITIONES.

a *Nutu ſolo pleraque conſiſtunt l. obligamur, 25. in fine, vbi plura exempla ad eam rem attulit.*
b *Quid ita: Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo. Hic enim reſpondere poteſt, l. vbi, 124. ff. de reg. iur.*
c *De matrimonio metu, & dolo contracto vide Gay. 2. Obſer. 93.*
d *Sic memini pronunciare.*
e *L. 2. C. de ijs, quæ vi, metuſve cauſa fiunt.*
f *Leuior metus facilius animum mulieris percellit, quam viri, vide in §. quadrupli num. 48. infra de actionibus.*
g *Huic ſententiæ locus non erit, ſi filius metu reuerentiali coactus patri ſilentio conſenſit, & ab eo conſenſu concubitu matrimonium firmauit.*

Digitized by Google

beant, vt matrimonio eorum conſentiant. Suadet, & ciuilis ratio, cum filij de iure ciuili ſint poteſtati parentum ſubiecti, adeo, quòd olim parentes ius vitæ, & necis habuerint in liberos, vt ſupr. de patr. poteſt. dictum eſt, & eleganter inquit Imperator in l. vnica, § oportet, C. de rapt. vir. Oportet, vt quicũ
29 que vxorem ducere voluerit, ſecundum noſtras leges, & antiquam conſuetudinem, parentes, vel alios, quos decet, petat, & cum eorum voluntatem legitimum fiat coniugium. Sufficit autem conſenſus parentum, ſiue ſit expreſſus, ſiue tacitus, vt quando pater ſponſalibus filiæ non contradicit, nam tunc quoque conſentire videtur. Semper enim intelligitur pater filiæ conſentire, niſi euidenter diſſentiat, l. in ſponſalib. 7. ff. de ſpon.
a Neque refert, ſiue præcedat, ſiue ſequatur *a* conſenſus parentum, dummodo is interueniat, & ſic in verbo, præcedere, hic poſito non eſt vis. Imperator enim in d. l. nec filium, in fine C. eodem, generalius loquitur, videlicet, vt tamen patris tui conſenſus accedat, & leg. ſi vt proponis, 5. C. eodem, vbi filius contraxit matrimonium irrequiſito patre, & tamen ibi dicitur, quod ſi pater ſciens poſtea non contradicit, valeant nuptiæ, & filij nati erunt in poteſtati aui.

An diſtincte ad matrimonium contrahendum requiratur conſenſus parentum.

30 Circa hanc quæſtionem quadruplicia iura ſunt conſiderãda. Primo ius gentium, ſeu naturale ſecundarium, quod ſcilicet apud omnes gentes peręquè obſeruatur, de quo dicitur hic in princ. quòd naturalis ratio ſuadeat, vt parentum conſenſus interueniat. Liberi enim parentibus de iure gentium obedientiam, & reuerentiam præſtare iubentur, l. 2. ff. de iuſt. & iur. & B. Ambroſius in hiſtoria Rebeccæ poſtulat conſenſum parentum & dicit adeo honeſtum, & naturæ conſentaneum eſſe, vt Poetæ quoque idem docuerint, & recitat verſus Euripidis, apud quem in Andromacha, cum Oreſtes peteret connubium Hermionis, hæc reſpondeat, eam rem pertinere ad arbitrium patris, c. honorantur, 32. q. 2. & facit text. in d. le. vnica, §. oportet, ibi, ſecundum antiquam conſuetudinem, Cod. de raptu virg.

31 Secundo, ius ciuile, quod ratione patriæ poteſtatis ad ſubſtantiam matrimonij requirit conſenſum parentum de neceſſitate, & prohibet ſponſalia liberorum abſq; parentum poteſtate contrahi, text. eſt hic in princip. & l. 2. ff. eod. & d. le. vnica, §. oportet. Adeo, quod etiam pater de iure Digeſtorum potuit exheredare filium ducentem vxorem ſine eius conſenſu, turpem, ſcilicet, ſeu ignominioſam, quæ tam ipſi, quàm patri ſit dedecori, l. 3. §. ſi emancipatus, & ibi glo. ff. de bon. poſſ contra tabulas. Et Paul. de Caſt. in l. ſi filiam, iuncta Authen. ibi ſequenti, C. de inoffic. teſtamen. per tex. ibi ſumpto argumẽto à contrario ſenſu, decidit, quòd filia, quæ nubit ſine conſenſu patris, exhæredari poteſt, quæ tamẽ deciſio Caſtrenſi reprehenditur, vt hodie non procedat, cum certæ ſint cauſæ hodie expreſſę, propter quas pater liberos exheredare poteſt, quæ enumerantur in §. cauſas, in Authen. vt cum de appellat. cognoſ. de quo videte Decium in d. l. nuptias, ff. de reg. iur. Item ampliatur hæc concluſio, quòd filij nati ex huiuſmodi matrimonio non ſint iuſti, ſed habentur, vt illegitimi, nec ſunt in poteſtate parentum, l. Paulus, ff. de ſtatu homin. & §. ſi aduerſus, infra eodem. Hæc tamen concluſio limitatur I. Secundũ ius ciuile procedere in parentibus, ſeu aſcendentibus in linea paterna, qui ſcilicet liberos habent in poteſtate, text. eſt hic in prin. ſup de patr. pot. Vnde ſequitur, quod liberi de iure ciuili poſſunt contrahere matrimonium ſine conſenſu matris, vel aui materni, cum non ſint in poteſtate matris, vel aſcendentiũ in linea materna, §. ſio. ſupr. de patr. poteſt. II. Limitatur ex iam dictis, vt filij emancipati, qui ſcilicet à patria poteſtate liberati ſunt, ſine conſenſu patris matrimonium rectè contrahãt, l. filius emancipatus, ff. eodem. Filia familias verò, ſiue virgo, ſiue vidua, ſiue etiam emancipata, propter fragilitatem ſexus, ne dolo circumueniatur, ſemper cum auctoritate patris nubere debet, l. in cõiunctione, & leg. viduæ in princ. C. eodem. Plerumq; enim contra propria commoda fęminę laborare ſolent, vt dicitur in l. ſi pater, in fine. C. de ſponſ. Egreſſa tamen vigeſimũquintum annum, ſine conſenſu patris nubere poteſt, immo ſi fieret meretrix, & luxurioſum vitæ genus eligeret, à patre exheredari non poſſet, d. l. filiã, iuncta Authen. ſeq. C. de inoffic. teſtam. III. Limitatur, vt filia, & filius furioſi, ſine conſenſu patris, quem pater, (vtpote furioſus) non habet in poteſtate, matrimonium rectè contrahant, conſtituta tamen per curatores furioſi patris dote, & donatione propter nuptias, vt hic in princ. & l. ſi fu. ioſi, C. eodem.

32 Tertiò, ius canonicum, quod licet in quibuſdam locis videatur ad ſubſtantiã matrimonij etiam requirere conſenſum parentum, vt in cap. non omnis, 2. quæſt. 2. vbi dicitur, quod paternus conſenſus deſideretur in nuptijs, nec ſine eo legitimæ, nuptiæ habeantur, iuxta illud Euariſti Papæ, aliter non ſit legitimum matrimonium, niſi à parentibus tradatur, & facit d. c. honorantur, 32. quæſt. 2. & capit. noſtrates, 30. q. 5. tamen hoc intelligitur à Canoniſtis, vt de honeſtate, non autem de neceſſitate conſenſus parentum requiratur, & quod ſolus conſenſus ipſorum contrahentium ſufficiat, d. capit. ſufficiat, 27. quæſt. 3. & c. fin. iuncta gloſſ. ibi. 32. quæſt. 2. vbi inquit gl. Requirendum quidem eſſe conſenſum patris, ſed non ita eſ-
b ſe neceſſarium, quin teneat *b* matrimonium ſine eius conſenſo contractum, idem expreſsè dicit Panorm & ibi reliqui Canoniſtæ, in cap. veniens, el 1. ff. de ſpon. & fac. ca. cum apud, ibi ſolus conſenſus eorum, de quorum coniunctione agitur ext. de ſponſ.

33 Quartò, ius diuinum in hac quæſtione maximè attendi,
† & conſiderari debet, † vt in ſponſalibus liberorum interue-
c niat conſenſus parentum, propter quartum præceptum, *c Honora patrem, & matrem*, id eſt, ne quoquo modo illos offendas. Sed maximè offenduntur, ſi liberi abſque eorum voluntate contrahunt nuptias, nec maior honor, vel reuerentia parentibus pręſtari poteſt, quàm ſi filij, quando hoc genus vitæ ingredi volunt, parentes adhibeant in conſilium, à quibus, & vitam habent & qui eos ſumma cura, & labore educarunt. Et facilè pro pietate paterna conſilium pro liberis capiunt, vt in ſimili dicitur in leg nec in ea, ff de adulter. Cum nullus ſit affectus, qui vincat paternum, l. fin. C. de Curat. furioſi, vel prod. nec filius meliorem amicum inuenire poteſt, quàm patrem, vt inquit gloſſ. in l. quidam, in verbo inſtituere, ff. de hæred. inſtit. Et quod patri hæc poteſtas ſit à iure diuino conceſſa, probatur, per text. in Exod. cap. 22. vbi dicitur. *Si ſeduxerit quis virginem nec dum deſponſatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam in vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quã virgines accipere conſueuerunt.* Et in Deuter. c. ſeptimo, dicitur. *Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo*, &c. Extat enim exemplum Iſaac, & Rebeccæ, Gen. 24. itidem facit Iacob de conſilio matris Rebeccæ, & mandato patris Iſaac Gen. 27. in fin. iun. c. ſeq. in princ. Sanſon etiam mulierem, quàm amabat, non ſtatim accepit vxorem, ſed primum adiuit ſuos parentes, & rogauit, vt eam vxorem ſibi darent, nec ante mulierem duxit, quàm parentes adornatis nuptijs ſibi eam tradidiſſent. Iudicum 14. Item Tobiæ 6. dicit Angelus ad Tobiam iuniorem. *Eſt hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, ſed neque in maſculum, neq; fœminam vllam habet aliam præter eam. Tibi debetur omnis ſubſtantia eius, & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam à Patre eius, & dabit tibi eam in vxorẽ.* Nec diſtinguimr de iure diuino, inter filios, & filias ſiue ſint maiores vigintiquinq; annis, ſiue non, ſiue ſint emãcipati, ſiue adhuc in patria poteſtate. Præcepta enim diuina ſunt perpetua, & immutabilia. Etſi igitur filius centies emancipetur à patre, tamen propterea non tollitur ius naturæ, & ſanguinis, l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur. multo minus ius diuinum, quod etiam vſque ad animam, & ſanguinem Papa defendere tenetur, vt dicitur in c. ſunt quidam, 25. q. 1. Sunt autem prędicta, quando agitur de matrimonio contrahendo, indubitatè vera, ſed iam quæritur.

Quan-

ADDITIONES.

a *Vide ad eam rem, l. ſi vt proponis, 5. Co. de nupt. vbi hanc quæſtionem plenius tractam.*
b *Quid? Filia inſcio, vel inuito patre nubẽs eſtne dotãda? Quidnam putant patrem cogi filiam ſuam in eo caſu dotare, ſi filia marito ſuo dotẽ promiſerit. Alij etiam dotandam eſſe filiã exiſtimant, tametſi nullam dotẽ marito promiſerit, ſi modo digno marito nupſerit. Patrẽ enim duo hæc cogi officio iudices pręſtare, nimirũ, vt filiam honeſto viro collocet, alterum vero, vt eam pro viribus matrimonij, dotet l. qui liberos ff. de nupt. Et hanc ſententiam ſequitur gloſ. in ca. vltimo, 32. q. 2. in verbo Parentum, & in c. vlt. 36. quæſt. 2. in verbo. Conſenſerit.*
† *Vide Concilium Tridentinum.*
c *Infirmum eſt argumentũ hinc ductũ. Coniugium enim pertinet ad ſtatum vitæ, qui certò non eſt in parentũ poteſtate, nõ magis quã ſtatus, aut vita. Quod ſi poteſtas patria eo non porrigatur, multo minus reuerẽtia, & honor, natura, ac lege diuina parentibus debitus, cũ plus ſit in poteſtate eſſe, quã reuerẽtiam debere,*

Digitized by Google

Quando matrimonium iam eſt contractum, vtrum illud
a *ſit a reſcindendum propter diſſenſum parentum?*

34 In hac quæſtione duo ſunt caſus principales diſtinguendi.
Aut enim res non eſt integra, aut integra. Priore caſu quando
ad ſponſalia clãdeſtina acceſſit concubitus, tunc concludendũ
eſt, authoritate parentum huiuſmodi coniugia iam conſum-
mata reſcindi non poſſe, neq; matrimonium illud ſeparari de
bet, vtcumq; parentum conſenſus defuerit, d. c. ſufficiat, & c.
cum cauſam, de raptoribus. Hoc enim caſu conſiderandum
eſt, vt maius ſcandalum vitetur, & maxima tunc fieret iniuria
b vitiatæ, & deſertæ mulieri. Multa enim *b* impediunt matrimo
nium contrahendum, quæ contractum nõ diſſoluunt, l. patre
furioſo, iuncta gl. in verbo, retinere, ff. de his, qui ſunt ſui, vel
alien. iur. & c. quemadmodum, in fi. princ. ext. de iureiur.
35 Altero caſu, quando res adhuc eſt integra, & concubitus
non eſt ſubſecutus Canoniſtæ quoque indiſtinctè tenent hu-
iuſmodi ſponſalia de præſenti, ſeu matrimonium concubitu
nondum conſummatum propter diſſenſum parentum reſcin
di non poſſe, per tex. in d. cap. ſufficiat, cum ſimilibus ſup. alle-
gatis, & allegant pro ſe illud dictum Chriſti. Matth. 19. verſ. 5.
*Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adherebit
vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo:
ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

An conſenſus tutorum, vel curatorum requiratur?

36 De iure Canonico hæc quæſtio parum habet dubij, cũ nec
conſenſus parentum de neceſſitate, ſed tantum de honeſtate
requiratur, vt ſupra dictum, idem quoque dicendum de iure
ciuili, licet enim in alijs contractibus pupillus, & minor regu-
lariter efficaciter non obligentur ſine authoritate tutorum,
vt infra de auth. tut. dicetur, in copulandis tamen nuptijs, nec
curatoris, qui ſolam rei familiaris ſuſtinet adminiſtrationem
nec cognatorum, nec affinium vlla authoritas interuenire po
teſt, ſed ſpectanda eius voluntas, de cuius coniunctione tra-
ctatur, vt ſunt verba formalia tex. in l. copulandis, C. eod. & l.
ſciendum, ff. eod. vbi dicitur, ad offic. curatoris non pertinet,
c pupilla nubat, an non, & ſuo arbitrio pupilla *c* nubere poteſt.

*An pater poſſit liberos inuitos cogere ad ducendas
vxores, quas ipſe pater elegit.*

37 Sicut liberi non debent contrahere matrimonium ſine cõ-
ſenſu parentum, ita econtra liberi inuiti, & diſſentientes non
debent detrudi in matrimonium à quo abhorrent l. nec filiũ.
C. eo. & l. non cogitur, ff. de ritu nuptiarum, & l. filiofamilias,
ff. de ſponſ. & quamuis ius ciuile diſtinguat inter filium, & fi-
liam, ita quod ſi pater velit filiam elocare viro honeſto, & di-
gno, quod cogatur filia conſentire, ſecus ſi indigno, & inho-
neſto, l. ſed ea, iuncta gl. ibi, ff. de ſponſ. Tamen vos reſponde-
d re ſimpliciter, quod filia *d* non cogitur conſentire, etiamſi pa
ter daret eam nuptui viro digno inuitam. Licet enim paren-
tes poſſint contrahere ſponſalia pro liberis ſuis, c. ex litteris, el
2. c. gemma, de ſponſalib. huiuſmodi tamẽ ſponſalia numquã
ſortiuntur effectum, niſi conſentientibus liberis, cap. vnico, §.
fin. de deſponſ. impub. li. 6. immo liberorum conſenſus in hoc
magis attendi debet, ne ita inuiti detrudantur in quaſi ſerui-
e tium, & matrimonia coacta difficiles ſolent habere exitus, *e*
d. c. requiſiuit; de ſponſ. Hinc Bal. in l. neque ab initiu, C. eod.
alleg. Ariſt. quod omne neceſſarium eſt triſte, quia fit cum an
38 guſtia animi, & malus inde ſequitur exitus. Et ampliatur hęc
concluſio procedere. I. Etiamſi pater ſub certa pœna promit-
tat alicui dare filiam in vxorem, quia filia nolens non cogitur
non ſentire, neque hoc caſu pœna à patre, vel á filio exigi po-
teſt, d. c. gemma, de ſponſ & l. Titia, ff. de verbor. obl II Etiamſi
pater, cum iuramento promiſerit, ſe daturum alicui filiam,
tamen adhuc filia non cogitur conſentire, nec pater periuriũ
incurrit, intelligitur enim illud iuramentum, ſi filia velit, c. 2.
31. q 2. debet tamen diligentiam adhibere, & quantum in eo
eſt curare, vt filia nubat, ita quod nihil patri nomine negli-
f gentiæ imputari poſſit, *f* ſecundum Panorm. in d. cap. ex li-
teris, el 2. de ſponſ.

De V. Requiſito.

Quinto, requiritur ad legitimum matrimonium, vt non ſit
iure prohibitum, & hoc eſt quod dicit Imperator hic in princ.
tituli noſtri. Iuſtas nuptias contrahunt ciues Romani, qui ſe-
cundum præcepta legum coeunt. Et quæ nuptiæ prohibean-
tur enumerantur in tit. noſtro, præſertim in l. magna §. ſunt
& aliæ, inf. eo. & in ff. & C. de nuptijs. Commodè igitur nunc
ſequitur, vt de nuptijs illicitis dicamus.

ADDITIONES.

a *Quid? filia inſcio, vel inuito patre nubens eſtne dotanda? Di-
ctum infra §. fuerat, nu. 84. tit. de actionibus.*
b *Prohibentur multa fieri, quæ facta tenent, l. 2. §. biduum, ff. quã-
do appell. De quo plura vide apud Decium, l. in ambigui, §. non
eſt nouum ff. de reg. iur. nu 4. & ſeq.*
c *Hoc eſt adulta. Nam de conſenſu tutorum fruſtra quæritur, cũ
impuberes, non rectè contrahant, vt ſupra dictum. Quamquã
autem iure Saxon. eadem tutorum perſonæ maneant vſque ad
adultam ætatem, tamen poſt pubertatem etiam Saxon. iure tu-
tela tranſit in curam, vt tutores pro curatoribus exinde ſint ha
bendi. Sicut Manſuer. hic annotauit, alioqui omne diſcrimen
tutelæ, & curationis tolleretur contra regulam: Quod ſtatuta
ſint ſecundum ius commune interpretanda, vt illud, quam mi-
nimum lædant, l. 2. C. de noxal. action.*
d *Idem in filio, vt eam ducere non teneatur quam pater elegerit
tametſi ea, & honeſta, & locuples, & formoſa. Eſt enim eadem
ratio in filio, quæ in filia. Vtrobique autem hæc ideo ſeruantur,
ne res, quæ liberrima omnibus eſſe debet, coacta, & neceſſaria
fiat. Item ne matrimonium, quod coniunctio eſſe debet vitæ mu
tuæ, & amoris, in diſſidium, & odium vertatur.*
e *Ponderetur hæc ratio etiam in præcedentibus quæſtionibus.*
f *Per eãdem doctrinam in §. Si quis alium, Inſtit. de inut. ſtipul.*

DE NVPTIIS ILLICITIS.

PARS TERTIA.

1 *Illicitæ nuptiæ, quæ dicantur.*
2 *Illicitæ nuptiæ quotuplices ſint.*
3 *Nefariæ nuptiæ, quæ propriè dicantur.*
4 *Inceſtæ quæ.*
5 *Pœnę contrahentium inceſtas, & nefarias nuptias, & num.
6. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Quando quis ignoranter eiuſmodi nuptias contraxiſſe præſu-
matur, quando doloſè.*
12 *Pœna inceſtus.*
13 *Inutiles nuptiæ quę propriè dicantur.*
14 *Quot modis contrahantur inutiles nuptiæ.*
15 *Pœnę contrahentium inutiles nuptias.*
16 *Liberi nati ex inutilibus nuptijs, ambobus, vel altero igno-
rantes ſunt legitimi.*
17 *Quando pœnæ contrahentium inutiles nuptias non habeant
locum.*

PRæmittendum hoc loco, illicitas nuptias non intelligi de
ſcortatione, ſeu vagis libidinibus extra matrimoniũ, ſed
de commiſſione maris, & fœminæ, quæ fit ſub colore matri-
1 monij contra prohibitionem iuris. In genere igitur, & largè
nuptiæ illicitę dicuntur, quę natura, lege, vel canone repugnã
a te contrahuntur, ideſt, quæ, vel iure diuino, naturali, ciuili, *a*
vel canonico prohibentur, de quibus eſt tit. in C. in Auth. de
2 Inceſt & inutil. nup. Suntq; duplices illicitæ nuptiæ: quædam
b enim dicuntur inceſtæ, vel nefariæ quædam verò inutiles, *b*
ſecundum gl. in d. Rub. C. & Auth de inceſtis nuptijs.

Quæ dicuntur nuptiæ inceſtę, ſeu nefarię.

3 Quæ natura repugnante, ſeu lege diuina, & iure naturali,
vel gentium prohibente, contrahuntur. Et quamuis inceſtæ
& nefariæ promiſcuè accipiantur, tamen ſecundum gloſſ. in
d. Rub. C. eod. nefariæ propriè dicuntur, quæ inter aſcenden-
tes, & deſcendentes contrahuntur, vſque in infinitum, ſiue
ſint naturales & legitimi ſimul, ſiue naturales tantum, vel e-
tiam ſpurij, & inceſtuoſi, l. nuptiæ conſiſtere, iuncta l. ſeq. & l.
fi. ff. de ritu nupt. & §. ergo non omnes, infr eod. Inceſtæ verò
4 nuptiæ propriè dicuntur, quæ inter collaterales cõſanguineos
vſque ad quartum gradum incluſiuè, & inter affines intra
eumdem quartum affinitatis gradum. Item inter quaſdam
perſonas ratione affinitatis, in primo, & ſecundo gradu affi-
nitatis inuicem coniunctas, vt eſt ſocrus, nurus, nouerca, pri-
uignus, vxor patrui, l. ab inceſtis, C. de inceſt. nupt.

Quę

ADDITIONES.

a *De quibus titul. C. de interdict. matrim.*
b *Vtraſque tamen coniungit tit. C. de inceſt. & inupt. nupt.*

Digitized by Google

Quæ eſt pœna contrahentium inceſtas, & nefarias nuptias.

5 Variæ enumerantur pęnæ io rext. & gloſ. in §. ſi aduerſus,
infr. eod. & in l qui contra, C. de inceſt. nup. Nam primo ma-
trimonium non valet, nec iſta coniunctio nomen matrimo-
oij meretur, vnde nec contrahentes coniuges, vir, aut vxor di
cuntur, d. § ſi aduerſus. Actus, enim, qui fit contra leges, non
a tantum non valet, *a* ſed etiam oomen perdit, l. fin. C. de ſent.
b ex peric. recit. *b*
6 Secundo, neque dotis promiſſio, aut donationis propter nu-
ptias valet, nec exigi poteſt, d. §. ſi aduerſus, & l. inceſtæ, ff. de
c ritu nuptiarum, vbi enim nullum eſt matrimonium, ibi nec *c*
dos eſſe poteſt : licet enim matrimonium poſſit eſſe abſque
dote, tamen dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, l. 3. ff de iu
re dot. Hinc deciditur, quando frater poſt mortem patris te-
netur de bonis feudalibus dotare ſororem, vt non poſſit co-
gi ad dandam dotem priuſquam ſoror nubat, non traoſmittit
dotem ad matrem, vel alios hæredes. De quo videte coof. 5.
D. Henning ; Goden de dote, &c.
Tertiò, filij nati ex huiuſmodi coitu non ſunt in patria po-
teſtate, d. §. ſi aduerſus.
Quarto, nec patri ſuccedunt: immo de rigore iuris ciuilis
nati ex huiuſmodi complexu nefario, nec liberi nominandi,
8 neque à patre alendi ſunt, Authent. ex complexu, C. de inceſt.
nup licet de æquitate canonica illis alimenta debeantur, cap.
cum haberet, ext. de eo, qui duxit, quam prius pol. &c.
9 Quinto, contrahentes inceſtas nuptias ſunt infames, etiam
d approbantes, defendentes, ſeu patrocinium præſtantes, *d* ca.
conſanguineorum, iuncta, glo. 3 q. 4. & ipſo iure ſunt excom-
municati. Clem 1. de conſang & affin.
10 Sexto, confiſcatio *e* omnium bonorum, priuatio cinguli, id
e eſt, dignitatis, & relegatio, ſeu miſſio io exſilium, & ſi vilis
perſona fuerit, corporis caſtigatio. Authen. inceſtas, C. de in-
ceſt. nup vt ſcilicet diſcant caſtè viuere, & ſe continere intra
naturam, & non delectari, & amare vltra terminom nobis à
natura præfixum, vt dicitur io §. 1 Auth. de inceſt. nup. Si tamé
parentes ex priore matrimooio habuerint liberos, bona non
ad fiſcum, ſed ad legitimos liberos transferuntur, qui & paré-
tes inde alere tenentur. Licet enim pater impius, & contem-
ptor legum ſit, tamen pater eſt, vt dicitur in d. §. ſi. prędicta ta
men limitãtur procedere. I. Io contrahentibus nuptias ince-
ſtas ſcienter, & doloſè, vt tunc in perſona, & bonis puniatur:
ſecus in ignorante, & errante io facto, vt quia ignorans con-
trahit cum ſibi in grado prohibito coniuncta, d. l. qui contra,
iuncta, gl. C de inc. nup. de quo videte plenius Ang. & Doct.
in d. §. ſi aduerſus, inf. eod & quãdo quis palam contrahit, tũc
f aliquo modo præſumitur ignorantia, ſecus ſi clam, *f* nam tũc
præſumitur dolus, nec excuſatur, ſecundum Bart. io l. ſi adul-
11 terium cum inceſtu, ff. de adult. II. Pro limitatione ootabitis,
quòd ſi huiuſmodi perſonæ extra matrimonium coeunt, tũc
puniuntur de inceſtu, neque hoc caſu vllo modo excuſantur
ex quo daot operam rei illicitæ, & prohibitæ, vnde ſtatim præ
ſumuntur eſſe io dolo, & indiſtinctè puniri debent, l. vulgaris,
§. ſi quis ff. de furtis, & gl. io c. a nobis, de ſent. excom De quo
videte Ang. in d. §. ſi aduerſus, nu. 3. verſ. ſed dic plenius. Eſt
12 autem pęna inceſtus eadem, quæ adulterij, ſecundum gl. 1. in
d. le. ſi aduerſum, vnde de conſuetudine pronunciatur, com-
g mittentem inceſtum capite *g* plectendum eſſe, de quo videte
h *h* poſt *Landrecht* inter ſententias Lipſienſes, Rubricam, De
pœnis criminalibus: ac primo de pœna adulterij in fine.

Quæ dicantur nuptiæ inutiles?

13 Inutiles nuptiæ ſtrictè, & propriè dicuntur illæ, quæ tãtum
lege ciuili, vel iure canonico prohibente, & non natura, vel
iure diuino repugnante, contrahuntur, quod multis modis cõ
tingit, vt inquit gl. ind. Rub. C. de inceſt. nup. vnde, & gl. in §.
ſunt, & aliæ, inf. eod. enumerat quatuordecim modos.
14 Nam primo ratione ſanguinis prohibetur matrimoniom à
iure Canonico inter conſanguineos contrahi, vſque ad quar-
tum gradum incluſiuè, d. c. non debet, de conſang. & affin.
Secundo, Ratione affinitatis, etiam vſque ad quartum gra
dum incluſiuè matrimonium prohibetur, d. c. non debet.
i Tertio, Ratione cognationis *i* ſpiritualis de iure canonico
impeditur matrimoniũ, in pluribus caſibus, qui notantur ext.
de cog. ſpirit. & per Ang io §. illud, ioſr. eod. Et de iure ciuilis,
qui virginem de ſacro Baptiſmo leuauit, eam vxorem ducere
prohibetur, in l. ſi quis alumnam, in fi C. de nupt.
K Quarto, Ratione adoptionis, *k* & cognationis legalis, ma-
trimonium prohibetur de iure ciuili, nõ tãtum inter patrem
adoptiuum, & filiam adoptiuam, d. §. ergo nõ omnes, inf. eod.
ſed etiam inter frater, & ſorores, §. ſed ſi qua, infr. eod. & cap.
vnico, de cog. legali. & l. per adoptionem, ff. de ritu nup. & di-
ſtinguendi ſunt tres caſus. I. Aut ex vna parte eſt filius natu-
ralis, & legitimus ſimul, ex altera vero parte filia ciuilis, ſeu le
gitima tantum, & durante adoptione iuſtas nuptias non con
trahunt, ſed diſſolui adoptione poſſunt, d §. ſed ſi qua, & d. le.
per adoptionem. II Aut filius eſt naturalis tãtum, non autem
legitimus, filia verò, & ſic ſoror, legitima tãtum, & hi poſſunt
matrimonialiter coniungi, ſecundum gl. & Doctores, in d. c.
vnico, & io d. §. ſed ſi qua. III. Aut ſunt fratres, & ſorores ex
vtraque parte legiomi tantum, & poterunt iuſtas nuptias
contrahere, quia hoc iure non reperitur prohibitum, ſecun-
dum gloſ. & Doct. in d. c. vnico.
Quinto, Ratione ætatis, impuberes matrimonium contra-
here impediuntur, de quo ſupra dictum.
Sexto, Ratione ſeruitutis, quod tamen hodie eſt correctũ
de iure Canonico, c. 1. de coniugio ſeruorum, cum matrimo
nium ſit iuris diuini, & naturalis, cuius ſerui æquè ſunt par-
ticipes, vt homines liberi, vt ſupra dictum.
Septimo, de iure ciuili inter raptorem, & raptam matrimo
nium eſt interdictũ, ita quòd raptor capitis ſupplicio ſit ple-
ctendos, l. vnica, Co. de rapt. virg. de iure canonico, cui in hoc
caſu matrimoniali ſtatur, c. pen. & fi. de rap. Verum autem ra
ptor tunc euitet pœnam legalem, deciditur per Paul. de Caſt.
l in l. raptores poſt princ. C. de Epiſ & cler. quòd *l* ſic, & dicit,
ſe hoc modo Mantuæ quemdam raptorem liberaſſe, quod
m videtur ſatis æquum *m* Sicut in ſimili, quando maritus adul
teram vxorem vult recipere & ei delictum condonare, tunc
iudex quoque debet remittere pœnam, ob honorem matri-
n monij, ſicut ſæpiſſimè ita pronunciatum ſcio. *n*
Octauo, Ratione tutelæ, quia nec tutor, nec filius eius po-
teſt cum pupilla matrimonium contrahere, l tutor, ff. de ſpõſ.
& tot. tit. C. de interdict matrim. inter pupillam, & tutorem,
ſeu curatorem, eiuſque filios, quod hodie quoque eſt corre-
ctum, de quo vide Panorm. in c ſi. ou. a. de ſec. nup.
Nono, inter Senarores, & vilis conditioois fœminas ma-
trimonium à iure ciuili eſt prohibitum, l. lege Papia, ff. de ritu
nup. & l. ſi libertum, C de nup.
Decimo, Inter Præſidem, & ſibi ſubiectam ratione iuriſdi-
ctionis, l. & ſi contra, C. de ouptijs Sed hi duo modi quoque
ſunt correcti, vt refert Ang. in d. §. ſunt & aliæ inf. eod.
Vndecimo, Ratione publicæ honeſtatis, vt in caſu, §. ſi vxor,
inſ. eod. Semper enim io coniunctionib. noo ſolũ quod licet,
ſed & quod honeſtum expectari debet, l. ſemper, ff. de nupt.
Duodecimo, Ratione ordinis, vt clerici conſecrati, ſeu in
ſacris ordinibus conſtituti.

Deci-

ADDITIONES.

a *L. non dubium, C. de legibus.*
b *L. 4. C. de fer.*
c *Et ideo dotem propter illicitum matrimonium caducam fa-
ctam iudicio de dote maritus reſtituere cogitur? Deducere
tamen poteſt maritus impenſas neceſſarias, quæ ipſo iure do-
tem minuunt, l. dote propter illicitum, 61. ff. de iure dot.*
d *Cap. 2. 3. 5. q. 3.*
e *Hæc pœna confiſcationis bonorum nõ eſt hodie ſublata per Au-
thenticam bona damnatorum, Co. de bon proſcript Boer. deciſ.
264. Quinimo, qui inceſtas nuptias contrahit, ipſo iure amittit
dominium bonorũ ſuorum, neque vlla ſententia, aut delibera-
tio requiritur. Ita tenet gl. in d. Auth. inceſtas, in verbo more.
Quid: diſpoſitio d. Authenticæ habet ne locum in nuptijs ince-
ſtis de iure canonico? Minimè Et hæc communior, & benignior
opinior eſt interpretum apud Follerium in praxi criminali.
Non habet locum etiam dicta Authentica in nuptijs lati [illegible] ma
interpretatione inceſtis puta in eo qui duxit Iudæam Infidelem
& hanc communem refert Boerius, deciſ. 224. Dec. conſ. 1, 8.*
f *L. vlt. de ritu nup.*
g *Baldus Nouellus, par. 3 de dote, par. 11. Clarus d. loco.*
h *Vide ord. princ. par. 4. conſt. 22.*
i *De cognatione ſpirituali, & prohibitione matrimonij ob eam-
dẽ vide Tancredum in ſyluæ matr. c. de cognatione ſpirituali.*
K *Plures effectus adoptionis, vide inſ. tit. de adoptionibus.*
l *Contrarias tamen ſententias refert Clarus, lib 5 Senten § ra-
ptus, verb. quero modo. Quin et maxime verum ſit raptorem
eo caſu pœnam capitis effugere, bonorum tamen confiſcationem
patitur etiam iure canonico. Glo in cap. cum ſecundum, in ver.
certoq; caſu, de heret. in 6. quam communem eſſe refert Marc.
dec. 2. De raptu, vt plura inſ. tit. de pub. iud. §. raptus.*
m *Ita vidi pronunciari.*
n *Ordin. princ. parte vlt. conſt. 19.*

Decimotertio, Item mónachi,& moniales, à iure probi-
† bentur matrimonium contrahere,† Clem. 1.de conſangu.&
affin.gloſ.& Doct.in d.§.ſunt & aliæ,infr.eod.vide etiam ext.
in c.Nicæna Synodus,31.diſt.1.& ibi Archid.

Decimoquartò,Ratione matrimonij, vna enim, non plu-
res vxores ſimul ſunt ducendæ,de quo ſupra dictum, quibus
addite,quod nec Papa diſpenſare poteſt,ſi Rex habet vxorem
ſterilem,vt aliam ducere poſſit,ſecundum Fel.in c.quæ in Ec
cleſiarum,num.23.extra de conſtit.

Quæ eſt pœna contrahentium inutiles nuptias:

15 Glo.in §.ſup.verbo,illicitas,in Auth.de inceſt.nupt.& in d.
§.ſi aduerſus,in verb.prohibitas,inf.eod.concludit omnes ſu
prædictas pœnas,quæ enumerantur in d.§.ſi aduerſus,& in l.
qui cõtra,& in Authen.inceſtas,C.de inceſt.nupt.indiſtinctè
locum habere in contrahentibus nuptias illicitas, non tantum
inceſtas,& nefarias,quæ natura,& iure diuino repugnãte,ſed
etiam inutiles,quæ lege ciuili, & canone prohibente contra-
huntur propter generalitatem textus in d.§.1. Sed Cinus,quẽ
ſequitur Bald & Salic.in d. Authen.inceſtas,& Doctores hic,
tenent contrarium diſtinguendo, ſcilicet, quod pœna confi-
ſcationis omnium bonorum,miſſionis in exilium,& caſtiga-
tionis corporis,item priuationis dignitatis, in contrahentibus
nuptias inutiles,vbi non cadit inceſtus de iure gentium,vt in
fratribus adoptiuis,ſpiritualibus, &c. locum non habeat,ſed
tantum in contrahentibus inceſtas,& nefarias nuptias, quia
pœnæ ſunt odioſæ,ergo non extendendæ ſed potius mollien-
dæ,l.interpretatione,ff.de pœnis. Nec obſtat text.in d.§1 licet
enim Imperator ibi vtatur verbis generalibus, tamen ea po-
ſtea reſtringit,& declarat,ſic enim inquit. *Si quis illicitas, & contrarias naturæ,quas lex inceſtas,nefandas, & dãnatas vocat contraxerit,&c.*& ſic ſequentia verba declarant præcedẽ
tia,& quod Imperator in ſpecie tantum ſenſerit de inceſtis nup
tijs probatur etiam ex Rub.quæ loquitur tantùm de inceſtis,
& nefarijs nuptijs.Quando enim lex habet plures lecturas,ſeu
intellectus,ille approbatur,& verior videtur, qui magis cõue
nit Rubricæ,ſecundum Iaſ.ſuper Rub. infra de actio. nu.14.
ante fi.Aliæ verò pœnæ,enumeratæ in d.§.ſi aduerſus,& in d.
l.qui contra,habent locum in contrahentibus nuptias inutiles
tantum,vnde non valet matrimonium,neque dos,neque do-
natio propter nuptias debetur,nec filij ſunt legitimi, quando
16 ſcilicet ſcientes contrahunt: ſecus ſi ignorantes, vel *a* alter
a ſciens,& alter ignorans, veluti ſi habens vxorem conferat ſe
in terras longinquas, & ibi decipiat puellam,quam etiã ducit
vxorem,certè liberi ex ea nati ſunt legitimi, propter ignoran
tiam vxoris,quæ à marito decepta eſt,ſecundum gl.in d.l.qui
contra,ſupra verbo error,& facit c.2.ex tenore,in fin. qui filij
ſint legitimi,& ca.1.ext.eod.& Panorm.in ca. ſi de clandeſti.
17 deſponſ.& Doctores hic in d. §. ſi aduerſus. Limitabitis au-
b tem,prædictas pœnas locum non habere,I quando facta eſt *b*
diſpenſatio in caſu,vel gradu à lege ciuili,vel canone prohibi-
to,de quo ſupradictum eſt de gradibus conſanguin. in penul.
qu.& addite l.ſi ſenatori.ff.de ritu nupt. II. Limitabitis prædi-
ctas pœnas in contrahentibus nuptias inceſtas, & inutiles lo-
cum habere,non autem in contrahentibus ſponſalia tantum.
Licet enim,vbi prohibetur matrimonium,prohibeãtur etiam
ſponſalia,l.oratio,ff de ſponſ.non tamen ſequitur,quod ſit ea-
c dem pœna *c* ita determinat glo.in Clem. vnica, in ver.contra-
here,de conſanguin.& affinit.

ADDITIONES.

† *Notent Lutherani de ſuo Luthero in ſacris ordinibus conſtituto,& monacho,& Apoſtata,cum ſua moniali ſeducta, & Apoſtata,cum qua inceſtuoſiſſimum matrimonium contraxit.*

a *Adde textũ elegãtẽ in l.qui in prouincia,57.§.1.ff. de ritu nup.*

b *De diſpenſationis,& legitimationis differentia, vide Gozadi num,conſ.6. Deciũ,conſ.338. Iaſonem,in l.ſed ſi hac lege, §.patronum,ff.de in ius vocan.Gaylium 2.Obſer.142. nu.8. & 17.*

c *Eſt tamẽ eadẽ pœna infamiæ,l.11.& 13.de his,qui not.infam.*

DE DIVORTIO, PARS QVARTA.

1 *Diuortium niſi lege conſente fieri non poteſt.*
2 *Diuortia lege Moſaica permiſſa.*
3 *Diuortium quid,& vnde dictum.*
4 *Explicatio,definitionis Diuortij.*
5 *Separatio quomodo fieri debeat.*
6 *Quis in cauſis matrimonialibus ſit competens Iudex.*
7 *Diuortia non ſine iuſtis cauſis facienda.*
8 *Varias circa cauſas diuortij iura conſideranda num. 9.10. 11.12.& 13.*
14 *Cauſa diuortij in nouo teſtamento, & iure canonico expreſſa, quæ odie obſeruantur,& num.20.22.& 23.*
15 *Ob modicam caſtigationem matrimonium non ſoluitur.*
16 *Maritus ob nimiam ſauitiam tenetur præſtare cautionem de non ſic crudeliter tractando vxorem.*
17 *Si tanta eſt ſæuitia vt mulieri trepidanti ſufficiẽs cautio præſtari non poſſit,ſit ſeparatio.*
18 *Vxori propter ſæuitiam mariti aufugienti, quis alimenta præſtare teneatur.*
19 *Diuortium ob inſidias vitæ alterutrius ſtructas ſit quo ad torum,& menſam.*
21 *Chriſtiano non licet ducere Iudæam:*
24 *Maritus propter adulterium vxoris duplex remedium habet agendi contra eam,& num.27.*
25 *Pœna adulterij.*
26 *Quando maritus vxoris adulteræ lucretur dotem, num.28.*
29 *Caſus aliquot in quib.vxor adultera a marito accuſari nẽ põt,*
30 *Vxor an maritũ adulterum criminaliter,vel ciu.accuſ.poſſit.*
31 *Num parte nocente(adultera ſcilicet)viuente, vel item innocente viuente, hæc poſſit cum altero contrahere matrimonium.*
32 *Quid canoniſtæ vnanimes concludant de ſupradicto quæſito,*
33 *An vxor teneatur ſequi maritum vagabundum.*
34 *An marito in pacto dotali poſſit ſe adſtringere,quòd non velit diſcedere à loco vxoris.*
35 *An matr.deportatione,vel ignis,& aquæ inter dictione ſoluat.*
36 *An propter morbos incurabiles,lepram, & ſimiles diuortium fieri poſſit.*
37 *An ſponſalia de futuro contracta per eiuſmodi morbos diſſoluantur.*
38 *An ſi poſt ſponſalia de præſenti,ante copulam, lepra ſuperueniat,matrimonium ſoluatur.*
39 *An ratione furoris matrimonia diſſoluantur.*
40 *An ratione erroris matrimonium ſoluatur,*
41 *Quatuor ſpecies erroris circa materiã matrimonialẽ referun(tur.*
42 *Error perſonæ.*
43 *Error conditionis.*
44 *Error fortunæ.*
45 *Error qualitatis.*
46 *Ratio quare error qualitatis non reſcindat matrimonium.*
47 *Matrimonia, quomodo poſt Diuortium redintegrari poſſint.*

SVpradictũ eſt,coniugium eſſe legitimam maris,& feminę
coniunctionẽ,indiuiduam vitæ conſuetudinem cõtinens.
1 Qui.n matrimonio congiunguntur, talem habent animũ, vt
perpetuo conuiuere velint,ſcientes quod etſi, eorum animus
mutaretur tamẽ niſi legẽ ipſa cenſente reſilire non poſſe. Vo-
luit .n. Deus genus humanũ,nõ vt pecudes vagari commixtio-
nib.ſed marem, & feminã certo ordine copulatos eſſe, & hu
ius ordinis obſeruatione obedientiã ipſi debitam præſtare, &
a ideò ſtatim initio ſanxit,ne diſſoluerentur coniugia, inquiẽs,
Erunt duo in carne vna,ideſt, inſeparabiliter iuncti, ſicut in
hanc ſententiã Dominus ipſe hoc dictũ citat Matth. 10. verſ.
6.Sed poſtea laxata veteri diſciplina, diuortia etiã recepta sũt
2 & cum iam ante Moyſen vſitata eſſent,permiſſa sũt, & voce
legis Moſaicæ. Deut.24 in initio,propter duritiem cordis Iu-
dæorum,ab initio enim nõ erat ſic,vt inquit Dominus. Matt.
3 19 verſ.4 Eſt igitur diuortiũ legitima ſeparatio mariti, & vxo
ris,cũ cauſæ cognitione apud competentẽ iudicem,dictũ à di
uerſitate mẽtiũ,vel quia in diuerſas partes erũt,qui diſtrahũt
matrimonium, vt inquit I.C.in l.2.de diuortijs,& in leg.inter
4 diuort.ff.de verb.ſig. Et dicitur legitima ſeparatio,quia debet
b fieri ſecundum leges,prǽſertim ius diuini,quia ſcriptũ eſt: *b*
Quod ergo Deus coniunxit,homo non ſeparet,ſ.violẽter,ſine le
ge,abſque ratione,non .n.homo ſeparat,quos pœna damnat,
5 quos reatus accuſat,quos maleficium coarctat,vt dicitur in c.
c quos Deus,33.q 2. nec debet ſeparatio fieri propria c autho-
ritate,ſed corã competente iudice, cum ſufficiente cauſarum
probatione,c.ſæculares,& ca.hiſtoria. 33.q.2.& ſi vxor fuerit
expulſa

ADDITIONES.

a *Geneſ.2.verſ.penult.*

b *Matth.19.verſ.6.*

c *Pendente itaque diuortij quæſtione,mulier, quæ diuortium fieri petit ob adulteriũ mariti, ſuum maritum ſequi debet,& cætera omnia iura obſequij atque matrimonij reddere. Sed & res omnes amotas,& ablatas ab inſtituto diuertendi conſilio,eidem reſtituere. Et ita Lutetiæ iudicatum refert Papon.15. Arreſt. 3.§.1. An & pendente eadem diuortij cauſa maritus omnia mobilia,& coquæſtus conſtante matrimonio factos retinere poteſt? Ita iudicatum refert ibidem Paponius, iuſſu tamen mariti prius cauere pro dimidia dictorum mobilium,& conquæſtuum.*

expulſa ante cognitionem cauſæ, ante omnia debet reſtitui,
c.ſiue de coniugio, 33. q. 2. c. porro, extr. diuortij, niſi eſſet no-
a torium, *a* mulierem ipſam adulterium commiſiſſe, nam tunc
ad eam recipiendam vir cogi non debet, ca. ſignificaſti, extr.
6 de diuor. Eſt autem hoc caſu competens iudex Eccleſiaſticus,
coram quo cauſæ matrimoniales agitari, & diſcuti debent ſec.
Panorm. in c ex quæſtione, nu. x. de reſtit. ſpol. & notatur in
c. cum ſit generale, de foro compet.

Quæ ſunt cauſæ diuortij?

Imperator Theodoſius in l. conſenſu, C. de repudijs elegã-
ter inquit: *Sicut ſine iuſta cauſa diſſolui matrimonio iuſto limi-
te prohibemus, ita aduerſa neceſſitate preſſum, vel preſſam, quã-
uis, in fauſto, attamen neceſſario auxilio cupimus liberari.* Non
igitur temere diuortia ſunt facienda, ſed ex iuſtis, & approba
7 tis cauſis. Variæ autem, & diuerſæ circa hanc quęſtionem re-
8 periuntur conſtitutiones, & iura. I. Ius eſt, lex Moſaica, quæ
b etiam ex quacunque *b* cauſa permittebat dimittere vxorem,
& dare ei libellum repudij. Sic enim dicitur Deut. 24. in ini-
tio: *Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inue-
nerit gratiã ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet
libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de
domo ſua.* Sed hæc lex, quę ob duritiem cordis Iudæorum li-
bellum repudij permittebat, per ipſum Dominum eſt ſublata.
Matth. 5. verſ. 32. & 19. verſ. 9 Licet Iudæi adhuc hodie, in lo-
cis vbi degunt, obſeruent hanc, & alias leges Moſaicas, vnde
in caſibus, quos lex Moſaica determinat, quo ad ipſos Iudęos
lex iudicialis Moſaica ſeruatur, tamquam ius ſpeciale inter
ipſos Iudęos, ſicut ſtatuta mercatorum inter ipſos mercato-
res ſeruantur, ſec. text. in l. 2. in fi. C. de conſtit. pec. ſecus ſi Iu-
dæus litigaret cum Chriſtiano: nam tunc ſecundum noſtra
iura cauſæ inter Iudæum, & Chriſtianum dirimi, & decidi de-
bent, vt notatur in l. Iudæi, & ibi additio ad Bart. C. de Iudæis,
& Iaſ. in l. 1. n. 35. ff. ſi cert. pet. II. Ius Digeſtorum, quod etiam
9 pro leuiſſima cauſa permittebat dare libellũ repudij, in quo
continebantur hæc verba: *Res tua tibi habeto.* Item. *Res tuas
tibi agito.* Item, *Conditione tua vtere,* vt habetur in leg. 2. ff. de
diuort. & poterat fieri extra iudicium, adhibitis tamen ſeptẽ
c teſtibus, *c* l. nullum diuortium, ff. eo. III. Ius Codicis, quod cer-
10 tas & plures cauſas, ex quibus diuortium fieri poterat, enu-
merat in leg. conſenſu, C. de repud. quæ quia non omnes vi-
debantur ſufficientes, ſoperuenit. IV. Ius Nouellarum, ſeu Au
11 thenticarum, quo perpaucæ, reliquis defalcatis, ſunt admiſ-
ſæ, de quibus habetur in §. qui verò plurimas, in Auth. vt li-
12 ceat matri, vel auiæ, &c. V. Eſt ius noui teſtamenti, de quo
habetur Matth. 5. verſ. 32. & 19. verſ. 9 & Matth. 10. verſic. 11.
vbi inquit Dominus: *Ego dico vobis, quicunque dimiſerit v-
xorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœcha-
tur.* VI. Eſt ius Pontificium, ſeu Canonicum, quod generali-
ter in omnibus cauſis matrimonialibus vbique, tam in terris
Imperij, quam Eccleſiæ ſeruatur.

Omiſſis igitur cauſis diuortij in lege Moſaica, & iure ciuili
d expreſſis quæ hodie non attenduntur, dicemus de *d* ijs tan-
tum, quę in nouo teſtamento, & iure canonico ſunt expreſ-
14 ſæ, & hodies apud nos obſeruantur. Prima igitur cauſa diuor
tij eſt, quando alter coniugũ alteri continuis inſidijs mortem
machinatur, vt quia vxor inſidiatur vitæ mariti, tentando eũ
veneno perdere, ſecundum Canoniſtas in cap. 1. & gloſſ. 1. in
cap. 2. extra de diuortijs, & eſt tex. in d. l. conſenſu, C eodem.
Idẽ eſt dicendum de nimia ſæuitia mariti Licet enim modi-
15 ca caſtigatio vxoris marito permiſſa ſit, nec propterea matri-
monium ſit ſoluendũ, vt eſt text. in §. ſi quis autem propriam
vxorem, in Auth. vt liceat matri, & auiæ ſi tamẽ nimia ſit ſę-
16 uitia mariti, tunc tenetur præſtare *e* cautionem de non of-
e fendendo, & ſic crudeliter tractando vxorẽ, vt poſſit ſecurè
abſque periculo perſonæ marito cohabitare. Vnde ſi vxor
propter huiuſmodi ſęuitiam à viro aufugiat, non eſt cogenda
vt redeat, ſeq; volens conijciat in periculum, vitæque diſcri-
men, niſi maritus præſtet ſufficientem cautionem, de non ſic
f crudeliter tractando. Et dicitur ſufficiens *f* cautio, quæ fit per
pignora, vel fideiuſſores, ſecundum gloſſ. in cap. ex tranſmiſ-
17 ſa, de reſtit. ſpol. Si verò tanta ſit ſæuitia mariti, vt mulieri tre
pidanti non poſſit ſufficiens cautio, & ſecuritas præſtari non
ſolum ei reſtitui non debet, ſed potius ab eo ſeparari text. eſt
expreſſus in c. litteras; in fi. & in cap. ex tranſmiſſa, & ibi Pa-
norm. ext. de reſtit. ſpol & gloſſ. in c. benedictio, 32. qu. 1. quæ
ſubijcit rationem, quia ſatiſdatio maleuolum propoſitum nõ
mutat, §. penult. inſt. de ſuſp. tut. Et hoc adeò eſt verum, vt li-
cet ſæuitia mariti proueniat facto, & culpa vxoris, ſi tamen
in poſterum vxor metuat ſæuitiam, maritus adhuc teneatur
præſtare illam cautionem, ſecundum Panormit. poſt text. ibi.
c. ex tranſmiſſa. Et inquit Panorm. in d. cap. litteras, num. 7. in
fi. quod hoc ſit relinquendo arbitrio iudicis, qui debet arbi-
trari an, & quando ſit tanta ſæuitia, vt non poſſit prouideri
18 rimedio cautionis. Et notandũ, quando maritus expulit vxo
rem de domo, vel vxor propter eius ſęuitiam aufugit à mari
to quod tunc maritus, tenetur ei præſtare alimenta, quando
ſcilicet propter culpam mariti abeſt ſecus ſi ſua culpa, ſecun-
dum Cinum, & Bal. in l. quod vxorẽ, C. de negot. geſtis No-
19 tandum tamen, quod hoc caſu tantum fiat diuortium quo-
ad thorum, & menſam. Neutri enim licet cum alio contrahe-
re matrimonium, altero viuente, d. c. 1. & x. de diuortijs.
20 Secunda cauſa diuortij eſt, ſi alter ex coniugibus infidelis
fuerit, & noluerit habitare cum fideli, ſed diſceſſerit, hoc caſu
fideli etiam viuente infideli, permiſſum eſt contrahere matri-
monium cum alio, de hac cauſa eſt tex iuris diuini, 1. ad Cor.
6. vbi Apoſt. inquit. *Si quis frater vxorem habet infidelem, &
hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, & ſi qua
mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum
illa, non dimittat virum. Quod ſi infidelis, diſcedit, diſcedat,
non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi.*
21 Et hæc non ſunt ita intelligenda, vt liceat Chriſtiano ducere
Iudęam, vel Turcæ filiam, debent enim coniuges eſſe eiuſdẽ
religionis, l. ne quis, C. de Iudęis. Sed temporibus Apoſtolo-
rum cum ſępe alter ex coniugibus cõuertebatur ad Chriſtia-
nam religionem, altero infideli manẽte, illi poterant cohabi-
tare ſi volebant, ſi autem infidelis, nolebat, & diſcedebat, fide-
lis non erat ligatus, ſed poterat nubere alteri, etiam infideli
viuente, c. quanto, ext. de diuort. Sicuti memoriæ proditum
legimus, Auguſtoduni Chriſtianam manſiſſe in coniugio ma-
riti Ethnici, & quidem aſperi, qui poſtea obſequijs, & virtute
vxoris motus eſt, vt ad agnitionem Chriſti flecteretur.
22 Tertia cauſa diuortij eſt impotẽtia naturalis, & accidẽtalis
perpetua, quæ ante matrimoniũ contingit: ſecus ſi poſt matri-
moniũ, nec tũc propriè fit diuortium ſed fit declaratio, vt alij
ſciant illam ſocietatem non eſſe coniugiũ, & conceditur per-
ſonæ, quæ habet naturæ vires integras, vt etiã viuente altero
impotẽte poſſit contrahere cũ alia, c. 1. in fi. de frig. & maleſi.
vbi de hac materia videre plenius Hoſt in Sum. de fri. & mal.
23 Quarta cauſa, propter quã diuortium fieri poteſt. & adul-
terium, propter quàm tam de iure diuino, quam ciuili, & ca-
nonico matrimonium diſſoluitur. Matt. 5. & 19. d. verſi. & c.
præcepit Dominus, 32. q. 5. & c. dixit Dominus, cum aliquot
ſeq. 32. qu. 1. c. ſignificaſti, c. ex literis, extra de diuortijs, l. con-
24 ſenſu, C. de repudijs. Et notandum, quòd maritus, propter a-
dulterium vxoris habet duplex remedium agendi contra eã.
25 Primum poteſt eam accuſare criminaliter, ad pęnam legalẽ
infligendam, quæ olim erat pœna capitis, l. quamuis, C. de
adult. in fin. vbi dicitur: *Sacrilegos nuptiarum gladios puniri
oportet.* Sicut etiam de iure diuino æqualis pœna ſtatuta fuit
contra adulteros & adulteras. Sic enim dicitur Leuit. 20. verſ.
10. *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium
g perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur* g
mœchus, & adultera. De iure verò Auth. ex vxorib. adulteris,
minor pęna imponitur quam viris, fortè propter fragilitatem
ſexus, quia adultera verberata detruditur in monaſterium.
26 Et prædicto caſu, quando maritus criminaliter accuſat vxo-
rem de adulterio, nõ lucratur dotem, ſed dos trãſit cum ea ad
monaſterium pro parte, & pro altera parte ad liberos, vel pa-
rentes, d. Auth. ſed hodie: ſecus ſi ab extraneo vxor de adul-
terio accuſetur, & condemnetur, nam tunc maritus lucratur
dote,

ADDITIONES.

a *Hoc notorium debet probari: multa enim dicuntur notoria, quæ
non ſunt. Panor. d. c. porrò per illũ text. & c. conſuluit de appel.*

b *Matrimonium an conſenſu diſſoluatur, vide apud Concen. 2. q.
1. Quia familia quedam alienatio, vt in teſtamento.*

c *Atqui etiam Lutherani quidam dicunt ſeſe ius Eccl. Cathol.
iam obſeruare.*

d *Eo nomine accuſatio matrimonij ſeu actio ad diuortiũ compe-
tit qua legitimis ex cauſis propoſitis, & probatis (puta adulterij
hæreſeos lepra deſertionis, impotẽtiæ, ac frigiditatis) fit ſepara-
tio thori c. quanto, c. gaudemus, de diuor. c. vlt. de conuer. coniug.*

e *De hac cautione non offendendi, aut non moleſtandi dictum
eſt infra tit. de ſatiſd.*

f *Cautionis verbo in iure nuda cautio intelligitur, l. ſancimus,
C. de verb. ſign. niſi perſona, quæ cauere debet, ſit ſuſpecta, l pe-
nult. ff. de pet. hæred. aut niſi ſufficiens, & plena cautio præſtan-
da ſit, gl. in l. ſi mandato, in fi. ff. man. vel ſi iterum caueri peta-
tur, l. 1. §. inter, vbi gloſ. ff de coll. bon.*

g *Genus mortis erat lapidatio. Exod. 20. Deut. 22.*

dote,ſecundum gloſſ. fin. poſt text.ibi, d. Authen. ſed hodie,
27 Deinde poteſt maritus contra eam agere ciuiliter coram iu
dice Eccleſiaſtico,non ad pœnam,ſed ad diuortium, ſeu ſepa-
rationem matrimonij,& in cõſequentiam ad dotis perditio-
28 nem. Licet enim per ſententiam non declaretur dotẽ perti-
nere ad maritum,tamen eo ipſo,quando propter adulterium
ſoluitur matrimonium,maritus lucratur dotem,cap.plerum-
que,de donat.inter virum,& vxorem,& d.l conſenſu,§.virũ,
C.de repudijs,& §.quia vero plurimas,in Auth.vt liceat ma-
29 tri,& auię,&c.Sũt tamen aliquot caſus, in quibus vxor adul-
tera non poteſt à marito accuſari,neque ciuiliter,neq; crimi-
a naliter. I.Si & *a* ipſe maritus conuincatur de fornicatione, &
adulterio, nam tunc quo ad ipſos fit criminis compenſatio. c.
ſignificaſti ;in fin.cum cap. ſequen.extra de diuortijs , & 32.
quæſt.6.per totum . Paria enim delicta mutua compenſatio-
ne tolluntur,l.viro,atque vxore,ff.de ſol.matr . Non autẽ adi-
mitur iudici poteſtas puniendi eos II. Quando maritus eam
b proſtituit,*b* cap.diſcretionem,extra de eo, qui cognouit con-
ſangui.vxoris .III. Quando vxor credens virum abſentem eſ-
ſe mortuum nupſit alteri,c.cum per bellicam , 34.quæſt.2.&
c.dominus,de ſec.nupt.IV Si cognita fuerit ab alio, quẽ cre-
debat eſſe proprium maritum , cap.in lectum,34 quæſt.2. &
videre Bald.in l.fœdiſſimum , C.de adult. Sic etiam econtra
30 vxor ciuiliter contra maritum adulterum agere poteſt *c* ad
c ſeparationem matrimonij, quo caſu ipſa recuperat dotem,&
lucratur donationem propter nuptias,d.l.conſenſu, §.ſin ve-
rò cauſam,gl.in l.1.C.de adult.& Panormit.in cap.tuæ, extra
de procurat . Criminaliter verò vxor maritum accuſare non
poteſt,d l.1.C.de adul. Hodie tamen per conſtitutionem Ca-
roli V.permiſſum eſt vxori, etiam criminaliter accuſare ma-
ritum de adulterio, ad pœnam corpori infligendam , vt habe-
tur *in der peinlichen Halſsgerichts ordnung*. cap. 120.
31 Sed iam quæſtio, quæ apud quoſdam non rectè ſapientes
orta erat, num parte nocente (adultera ſcilicet) viuente, vel
item innocente viuente hęc poſſit cum altero cõtrahere ma-
trimonium , debet omnino ad canonicum ius referri , a quo
ius ciuile correctum eſt. De muliere enim dictum eſt ab Apo
ſtolo 1.Cor.6. *Quod ſi dormierit vir eius liberata eſt: cui vult
nubat, tantum in Domino.* cap.penult. & capit.fin.extra de ſe-
32 cũdis nuptijs. De iure autem Canonico Canoniſtæ vno ore
concludunt , quòd etiam innocenti propter adulterium alte-
rius non debeat permitti contrahere matrimonium cum alia
viuente ſcilicet adultera , ſed innocens pars debet quoq; ma-
nere innupta, vel adulteræ remittere noxam, eamq; ad ſe re-
cipere, cap. 1.cum quinque cap.ſeq 32. quæſt.7. c.quos Deus,
33:quæſt. 2.& cap.2.in fin.ibi , ſemper tamen coniuges erunt
extra de diuort . Et dicunt Canoniſtæ.1. Quòd licet propter
fornicationem vir poſſit dimittere vxorem , & ẽ contra , per
hoc tamen non diſſoluatur vinculum matrimonij, ſed ſolum
d fiat ſeparatio thori, *d* ſeu cohabitationis coniugalis, & allegãt
ad hoc dictum Apoſt. 1.ad Cor.7. verſ.10.& 11 *Iis qui matri-
monio iuncti ſunt præcipio,non ego,ſed Dominus,vxorem à vi-
e ro non e diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut
viro ſuo re onciliari* . Sed certum eſt , vxori non eſſe permiſ-
ſum recedere à viro, niſi ex cauſa fornicationis: intelligitur
igitur illud dictum de diſceſſu propter adulterium mariti , &
quòd tamen ipſa, licet innocens , debeat manere innupta , &
ita intelligit ibi dictum illud Auguſtinus , vt habetur in cap.
Apoſt. 32.quæſt. 7.1. Allegant ad hoc dictum Apoſtoli. 1.ad
Cor.7.verſ. 39.quòd mortuo demum viro mulier à lege viri
ſit ſoluta. 3. Dicunt,hoc caſu non ſolui ſubſtantialia matrimo-
nij,quamdiu ambo viuunt, ſi enim ſubſtantialia ſoluerentur,
ſequeretur, quod vtrique,tam nocenti , quam innocenti per-
miſſum eſſet ſecundò contrahere coniugium , ſed Dominus
expreſſe,inquit: *Qui dimiſſam duxerit,mœchatur* . Ergo ſub-
ſtantialia non ſunt ſublata , cum is fiat reus adulterij, qui du-
xerit dimiſſam propter fornicationem , c.licet, 32.quæſt.2.4.
Allegant illud dictum Matth. 19. verſic.6. *Quod ergo Deus*
† *coniunxit , homo non ſeparet* .

f *An vxor teneatur ſequi maritum vagabundum.* f

33 De hac quæſtione eſt gloſs.in c.1. ſup.verbo , ſequitur extr.
de coniugio leproſorum, & in cap. vnaquæque , poſt text.ibi,
13.quæſt.2.vbi dicit Auguſtinus : *Vnaquaque mulier ſequatur
virum ſuum in vita,& morte*. (ſcilicet quoad ſepulturam,) &
communiter ita diſtinguitur . Aut tempore contracti matri-
monij maritus erat vagabundus, vt hiſtrio, & mulier ſciebat ,
tunc tenetur eum ſequi: cenſetur enim mores eius approbaſ-
ſe . Aut initio non erat vagabundus , vel vxor ignorabat , &
non tenetur eum ſequi. Si tamẽ modica eſt peregrinatio, vel
maritus ex cauſa ſe transferat ad alia loca , mutando domici-
lium. vxor tenetur eum ſequi,ſecundum gloſs. in d c. 1.in d.c.
vnaquæque. Cinus in l.libertæ, C.de operis libertorum . Bart.
in l.Mæuia, §. fi. ff.de annu.legatis, Panorm.& alij in d.c.de il-
lis,de ſponſalibus. vbi ſubijcit , quod etiam in caſu , quo vxor
non tenetur ſequi maritum peregrinantem , nihilominus eſt
inter eos matrimonium, nec poteſt alij nubere, & ſi interim
committeret adulterium, deberet vtique puniri, & addit
Alex.de Imola in l.ſi cum dotem, § ſi maritus , ff.ſol.matrim.
34 An autem maritus in pacto dotali poſſit ſe adſtringere quod
non velit diſcedere à loco vxoris,ſicut communiter fit , quã-
do quis diuitem vxorem ducit. vide Panor.in c.1.ext.qui ma-
trim.accuſare poſſunt,vbi decidit , quod tale pactum valeat ,
niſi oriatur tunc noua cauſa , propter quam maritus cogitur
diſcedere,puta, quia ibi incidit in capitales inimicitias,vel nõ
g poteſt ferre *g* aerem illius loci , nam tunc tenetur eum ſequi
ne vtrique detur occaſio adulterandi , nec hoc caſu pęna ap-
poſita debetur. Addite Hoſt.in Sum.de coniug. ſeruorum, §.1
& an conſenſus in fi.

*An propter delictum mariti , ex quo fortè relegetur ,
matrimonium ſoluatur .*

35 Hæc quæſtio expreſſe deciditur in iure can. in cap.2. extra
de diuort.vbi dicitur,quod mulier pro furto, vel alio crimine
mariti ſui,ab eo ſeparari non debet . Idem diſponitur de iure
ciuili,in l.res vxoris, §.ſin autem, C.de donat. inter virum, &
vxorẽ,& in l.1 C de repud. vbi dicitur , matrimonium depor-
h tatione, vel *h* aquæ , vel ignis interdictione non ſoluitur, §.
quod autẽ prius,& § deportatio,in Auth.de nupt. & huc ſpe-
ctat illud dictũ: *Quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet.*
Item dictum Chriſti Matt.18.verſ.25. vbi dominus iuſſit ſer-
uum debentem,cũ non haberet vnde redderet.venundari, &
quoque vxorem eius. Sic etiam in 4.c.Gen. videmus vxorem
Cain poſt homicidium commiſſum ſecutam eſſe maritum
Cain, & coactam eſſe ferre partem calamitatum mariti .

*An propter morbos contagioſos , & incurabiles , vt propter
lepram, & ſimiles , diuortium fieri poſſit.*

36 In hac queſtione officiales noſtri quoque conueniũt cum
canoniſtis,& pronunciant , nequaquam facienda eſſe diuor-
tia propter morbos,nec deſerendum eſſe ęgrotum maritum,
i nec ægrotam vxorem, *i* & quod nulla infirmitas etiam gra-
uiſſima matrimonium conſummatum diſſoluat , cap.1 & 2.
de coniug.lep & cap.hi qui, 32. quæſt. 3. & cap.ſi vxorem, 32.
quæſt. 5.

ADDITIONES,

a *Delicta paria mutua compenſatione tolluntur , l.39.ff.ſol. ma-
trim.vide Soc.reg.delicta paria.86.*

b *L.cum mulier viri lenocinio,4.ff.ſol.matr l.ita nobis, 25. C.de
adult.*

c *Etiamſi maritus dotis adminiſtrationem offerens mulieri , &
vitæ mutationem redintegrari matrimonium petat. Hac enim
mariti pœnitentiam mulier inuita admittere non cogitur , qua
de re vide Arreſt. apud Paponium 22. Arreſt.9.§.3. Adde l.1.
C.de adult.*

d *De effectu ſeparationis thori quoad alimenta , paulo ante di-
ctum eſt.*

e *Subaudi leuibus ex cauſis , aut quæ alibi in ſcripturis non ſint
expreſſa, Nam huic generali ſententiæ ſpeciales alia derogant
l.omnis definitio, ff de reg.iur.*

† *Atqui prorſus item inſiſtendum eſt Concilio Tridentino cano-
ne ſeptimo, c.24.de matrimonio .*

f *Ad hanc quaſtionem , vtrum vxor teneatur ſequi maritum
vagabundum ? refert gloſ in c.vnaquæque.13.qu 2.c.de illis ex-
tra de ſponſ.c.ſi quis neceſſitate inueuitabili.34.qu.2 cap.1.de
coniug.leproſor.c.1.qui matr.accuſ. Vagabundus quis ſit , vide
Gayl.2.obſer 1. An vagabundum patronum libertus, & vaſal-
lus ſequi teneatur operarum præſtandarum cauſa. vide l.quod
niſi, §.ex prouincia,ff.de oper. libert. An vagabundus priuan-
dus ſit beneficio, & emphyteuſi , vagabundus vbi citandus , &
puniendus:an v g u undum creditorem debitor ſequi teneatur,
vt eis ſoluat debitum, vel vſuras iniuſte acceptas ei reſtituat ,
& an v gabundi poſſint expelli vrbibus,vel addici publicis ope
ribus vide Catholici,l. P.in praxi tit de ſtatu hominum.*

g *Aeris,& vt odoris ſola habenda ratio . Adde quæ in l.2. §.29.
ff.ne quid in loco publico, l.3.C.de adult. actio.*

h *Idem dici poteſt in iis, qui operibus publicis , vt puta triremi-
bus perpetuis ob ſuam crimina ſunt addicti,nimirum , vt ne ea
ex cauſa matrimonium dirimatur.*

i *Quamobrem contra officium faciunt , qui tempore peſtis libe-
ros, aut vxores deſerunt.*

Digitized by Google

quæſt. 5. & eſt elegans text. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus, ff.
ſoluto matr. vbi inquit Iuriſconſ. *Quid enim tam humanum*
eſt, quam fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem viri
a *participem eſſe?* Sunt *a* enim vir, & vxor vna caro: & *Quod*
ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet, hinc dicitur in c. admo-
nere, 33. q. 2. quod vxor ſit pars corporis mariti, & ad Epheſ.
5. verſ. 25. 28 & 29. dicitur: *Viri, diligite vxores veſtras, ſicut,*
& Chriſtus dilexit Eccleſiam Et paulo poſt. *Ita, & viri debēt*
diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem dili-
git: ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio ha
buit, ſed nutrit, & fouet eam. & 1. ad Cor. 7 *Vxori vir debitum*
reddat: ſimiliter autem, & vxor viro. Mulier ſui corporis po-
teſtatem non habet: ſed vir. Similiter autem, & vir ſui corpo-
ris poteſtatem non habet. ſed mulier. Et ampliatur prædicta
b concluſio, vt nec quo ad *b* thorum, ſeu mutuam ſeruitutem
37 fiat diuortium, ſecund. Panor. poſt tex. ibi in c. 2. de coniug.
lep. Limitatur autem procedere in ſponſalibus de futuro, tex.
eſt in c. fi. de coniugio lep. & in c. quemadmodum, in fi. princ.
ext. de iureiur. vbi propter lepram ſuperuenientem poſt ſpō-
ſalia de futuro, ſponſus ad accipiendam ſponſam cogi nō de-
bet. Idem intelligitur de qualibet alia enormi deformitate, ſe-
38 cundum gl. in d. c. fin. vbi Pant poſt gl. ibi quærit. *An, ſi poſt*
ſponſalia de præſenti ante copulam ſuperueniat lepra, dirima-
tur matrimonium? Et dicit, quod text in d. c. fin. in fi. quo ad
corticem verborum, videatur innuere quod ſic, dum inquit,
cum nondum inter eos matrimonium conſummatum fuerit. Cō-
trarium tamen concludit gl. ibi, *cum ſponſalia de præſenti ſint*
verum matrimonium, l. nuptias, ff. de regulis iuris. Contigit
tamen ante annos XV. vel XVI. quod adoleſcens, qui purè
promiſerat nuptias puellæ leproſæ, ſeu ignorans eam eſſe le-
proſam, fuerit liberatus, nec cogeretur nuptias conſumare. Et
per prædicta deciditur etiam illa quæſtio:

An matrimonium ratione furoris diſſoluatur?

39 Licet furor impediat matrimonium contrahi, propter de-
fectum conſenſus, furor tamē ſubſequens matrimoniū con-
tractum non diſſoluit, l. furor, ff. de ſpon. l. oratione, §. fi. ff. de
ritu nup. d. l. ſi cum dotem, § ſi maritus, ff. ſoluto matr. l patre
furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. c. dilectus, de ſpōſ.
c. hi qui iuncto, cap. ſeq. 32. q. 7. & prædictis addite ſummum
fędus eſſe inter coniuges, iuxta illud: *Quod ergo Deus coniun-*
xit, &c. & ſic ſunt copulati, vt lęta, & triſtitia ſimul tolerēt, &
alter alteri auxilium ferat, & ſicut parentes non debent abij-
cere liberos cum ægrotant, ſic maritus, vxorem ęgrotantem
non debet abijcere, nec mulier diſcedere à viro ægrotante, &
quamuis videatur graue, tamen iuſtiſſimum eſt.

An ratione erroris matrimonium ſoluatur?

Supra dictum eſt, principale requiſitum ad legitimum ma-
trimonium eſſe conſenſum contrahentium, qui ſolus etiam
abſque concubitu matrimonium efficit, l. nuptias, ff. de regu-
lis iuris. errore igitur interueniente, matrimonium vitiatur,
40 cū errantis nullus ſit conſenſus, vel voluntas, vt dicitur in l.
non idcirco, & in l. cum teſtamentum, in fi. C. de iur. & facti
ignor. & nihil tam contrariū eſt cōſenſui, quam error. l. ſi per
41 errorem, ff. de iuriſdict. Verum de iure Canonico non omnis
error conſenſum excludit, ideo quatuor ſpecies erroris circa
hanc materiam matrimonialem referuntur, in c. vnico, 29. q.
1. per Canoniſtas, in c. opposuit, de coniug. ſeruorum. Primus
c eſt, error *c* perſonæ, vt ſi puto me ducere Annam, & duco
Catharinam, ſicut Iacob tradita fuit Lia pro Rachel, & quā-
42 uis Iacob non ſit vſus ſummo iure, præſertim cum licebat ei
ducere plures vxores tamen de iure Canonico huiuſmodi
error impedit matrimonium contrahendum, & dirimit cō-
tractum, quia deeſt conſenſus in perſona, vt notatur poſt tex.
in c. tua, ibi, *nec conſenſus in perſonam*. extr. de ſponſ. Vide c.
vnic. 29. q. 1. 2. per tot. & pleru mque tūc interuenit dolus, qui
decipienti non debes patrocinari, l. 1. ff. de doli mal. except.
43 Secundus eſt error conditionis, vt cum homo liber putat
ſe ducere liberam, & ducit ſeruam, iſte error de iure Cano-
d nico *d* quoque impedit matrimonium, d. c. vnico, & d. c. op-
poſuit. Sed quia vetus conſuetudo de ſeruis inter Chriſtianos
eſt ſublata, vt ſupra dictum, ideo non eget hæc quæſtio longa
diſputatione, ſed ſi liber ſciens ducit ancillam, Eccleſia non
diſſoluit matrimonium d. cap. opposuit. Sicut inter Abra-
ham, & Agar verè coniugium fuit.
44 Tertius eſt error fortunæ, quādo quis contrahit cum pau-
pere, quam putat eſſe diuitem, & talis error ad ſubſtantialia
matrimonij nihil pertinet, ideò minimè illud diſſoluit, quan-
do ſcilicet purè eſt contractum, d. c. vnico, ſecus ſi ſub condi-
tione quis contrahat cum aliqua, veluti ſi tot aureos dederis
in dotem: nam tali cōditione appoſita, & non purificata, non
tenetur conſumare matrimonium, c. de illis, ext. de cond. app.
45 Quartus eſt error qualitatis, vt quando quis ignorans du-
cit ab alio compreſſam, aut grauidam, quam credebat eſſe
virginem, & talis error de iure Canonico quoque non vitiat
matrimonium, d. cap. vnico, in fi. 29. quęſt. 1. vbi dicitur, error
qualitatis non excludit conſenſum, vtpote ſi quis emerit a-
grum, vel vineam, quam putauit eſſe vberrimam, quāuis iſte
erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo non
poteſt emtionem reſcindere. Similiter qui ducit meretricē,
aut corruptam, quam putat eſſe virginem, &c. & confirmatur
hæc ſententia in l. alioqui, § quod ſi ego, ff de contrah. empt.
vbi, *ſi puto me emere Virginem, cum ſit mulier, valet emptio,*
46 *quia in ſexu non eſt erratum*. Rationes illius conſtitutionis
fuerunt, quod ibi interuenit conſenſus in perſonam, & ne fa-
cile diſſoluerentur coniugia, nec armaretur leuitas eorum,
qui mutata voluntate libenter vxores qualicunque prætextu
abijcerent. Item ſi liceret ſic accuſare nouam nuptam, ſæpe
propter ſuſpitiones aut offenſiones qualeſcumque in pericu-
lum venirent innocentes, ſæpe etiam patefierent arcana deli-
cta, quæ tegi multò honeſtius, & vtilius eſt, iuxta illud: *Om-*
nia delicta tegit dilectio.

DE REDINTEGRATIONE MATRIMONII.

PARS QVINTA.

47 Vltimo circa hunc titulum breuiter notabitis. Quod matri-
monia etiam poſt diuortia redintegrari poſſunt. Primo, mu-
tua reconciliatione, cap. placuit, 31. quæſt. 7. Secundo, ſuper-
ueniente adulterio à parte illius, quæ petijt diuortium, c. ex
literis, de diuor. vbi Panor. inquit eſſe caſum ſingularē, quod
adulterium viri, & vxoris compenſatur, non ſolū ante ſentē-
tiam diuortij latam, ita quòd ſi vir innocens non contineat
ſe poſt ſeparationem factam propter adulteriū mulieris, de-
bet matrimonium redintegrari. Tertio, ſi per errorem fortè
factum eſſe diuortium. Nulla enim ſententia in cauſis ma-
trimonialibus ita tranſit in rem iudicatam, quin comperta
veritate retractari poſſit, vt ex tex. notatur, in cap. lator, de
ſententia, & re iudicata. Et hæc de Nuptijs ſufficiant.

ADDITIONES.

a *Mirum eſt, noſtrum authorem hanc legem imperfectæ, ac mu-*
tilam recitare. Mox enim ſequitur in eadem lege, poteſtam fie-
ri matrimonij contrahendi perſona valenti, ſi cupiditate libe-
rorum tollendorum teneatur.
b *Pleriquetamen ſic ſentiunt, amplexum connubialem partem*
ſanam præſtare, non cogi quod æquum videtur. Satis enim ſu-
perque eſt fidei, & amoris iudicium, ſi leproſus coniunx a con-
iuge non deſeratur, ſi ei per miniſtram, vel ancillam commode
omnia præſtentur, & inſeruiatur. Durum eſt enim, vt coniunx,
qui morbo contagioſo non tenetur, coniugi ita contagioſe commi-
ſcere, & coniugalem amplexum reddere teneatur. Non licet ma-
lum facere, vt eueniant bona. Malum fieret, ſi morbo illi pro-
pagando occaſio daretur, hoc vno colore, quod coniunx non ſit
deſerendus. Et quid ſi liberi inde ante morbum alterutrius ſu-
ſcepti? Familiæ, & innocentum liberorum habenda eſt commi-
ſeratio, vt ſaltem per eum parentem, qui ſanus eſt, eis poſſit
proſpici, Iuuandus maritus ac pater; non ſit tamen, vt inno-
centibus, & immeritis fiat iniuria.
c *Error conſenſum omnem excludit, hoc eſt, qui errat, conſenti-*
re nullo modo intelligitur, l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. l. cum te-
ſtamentum, C. de iur. & fact. ignor. 29. q. 1. §. hoc ita.
d *De ciuili vide Nouellam 22. cap. 10. Auth. ad hoc C. de Lati-*
na libert. Nec enim cum ſeruo, aut ancilla matrimonium erat
eo iure. l. 3 C. de inceſt.

DE ADOPTIONIBVS.

TITVLS XI.

1 *Continuatio, & concordantes tituli in ff. & C.*
2 *Adoptio quid.*
3 *Origo adoptionis antiquiſſima.*
4 *Liberorum ſex ſpecies.*

SVpra in tit. de patria poteſtate, dictum eſt tres eſſe
cauſas patriæ poteſtatis, iuſtas. ſ. nuptias, legitima-
tionem filij naturali, & adoptionem, quarum duæ
priores cum in præcedenti titulo explicatæ fue-
rint ſubijcit nunc Imperator titulum de Adoptionibus, qui
habet

habet concordantes Rubricas in ff.& C.de adopt. & extr. de cog.legalis.

Quid eſt Adoptio?

2 Adoptio nomen generale eſt,nihil aliud ſignificans, quam gratuitam quandam electionem alicuius in filium, vel ſecũdum gloſ.hic in verb.adoptio.Eſt actus legitimus, per quem
3 quis ſit filius,qui alioqui nõ eſt filius. Eſtque adoptionis origo antiquiſſima, quod filios ſibi adſciſcere conſueuerint, qui matrimonij onera detractabant, vel qui ſterile habebant cõiugium,vel quorum filij erant mortui,improbi, aut degeneres, quod ſcilicet infortunium licebat aliorum adoptione
a emendare.Sic *a* Moyſes adoptatus eſt à Pharaonis filia. Exo. 2. verſ. 10.Sic Iulius Cæſar Auguſtum, Auguſtus Tiberium adoptaſſe legitur. Authoritate igitur legis, ſeu iuris ciuilis, is, qui filius non eſt, ad ſimilitudinem naturæ filius efficitur. Hinc & filius legitimus tantum dicitur. Vnde gloſ.1.hic,plures ſpecies liberorum refert,cui addite gloſ. in cap. tanta, in verb.repellendus,& ibi Canoniſtæ,qui filij ſint legitim. & in
b capit.liberi,in verb.liberi.32.quæſt.4. Sunt enim ſex ſpecies *b* liberorum.

4 Primò filij naturales,& legitimi ſimul qui ſecundum naturam ex coniunctione maris, & fœminæ, à lege expreſsè approbata,legitimo ſcilicet matrimonio procreati ſunt.

Secundò,legitimi tantum,ſeu adoptiui,qui non ſecundum naturam a parentibus adoptiuis procreati ſunt, ſed authoritate iuris ciuilis filij efficiuntur,de quibus tit.noſter loquitur.

Tertia,naturales tantũ quos,vt inquit tex.in d.c.liberi,natura,nõ honeſta coniugij genuit,& licet omnes extra matrimonium in genere naturales dici poſſunt, propriè tamen dicuntur naturales tantum,qui procreati ſunt ex cõcubina,quã quis domi vxoris loco habuit. Quia ſecundũ naturam geniti ſunt,nec ius ciuile eis aliquo modo aduerſatur, cum de iure ciuili concubinatus ſit permiſſus,vt not.ff.de concub De iure verò diuino,& can. omnis concubinatus extra matrimoniũ prohibitus,& damnatus eſt, c.nemo, & c.meretrices,32.q.4.

Quartò,ſpurij, ſeu vulgò quæſiti,nati ſcilicet ex publica meretrice,qui patrem demonſtrare non poſſunt.

Quintò, nati ex eo coitu etiam à iure ciuili expreſſo damnato,vt ſunt inceſtuoſi,nati ſcilicet ex collateralibus in gradu prohibito, & nefarij, nati ex aſcendentibus, & deſcendentibus,& adulterini,qui ex adulterio procreantur.

c Sextò, ſunt filij ſpirituales, quos ex *c* ſacro fonte baptiſmi leuauimus,de quibus tit.ext.de cog.ſpirit.

A D D I T I O N E S.

a *Adoptio eſt ne hodie permiſſa? & ſi permiſſa, an eo ritu, iiſdem ſolemnitatibus,quibus Romani vſi? Sic videlicet, niſi contraria conſuetudine aliud receptum ſit. Maſuerius tit.de probat. nu. 34.refert adoptiuos, & naturales de conſuetudine non ſuccedere.Benedictus in cap. Raynutius, in verb. nomine Adelaſiam,ext.de teſtam. Contra Dux Andegauenſis, in regnum Siciliæ adoptatus à Ioanna Regina, authoritate tamen Pontificis,cuius regnum Siciliæ tributarium eſt, & reges Siciliæ vaſalli. Ang. in repet.l.eam quam,C.de fideicomm.*

b *Liberorum eadem ſpecies referuntur inſ. de hæred.ab inteſt.*

c *Adde l.ſi quis alumnam, C.de nupt.& quæ ſupra tradita titu. de nupt.par. 3.pag.27.Tancredum in ſiluula Nuptiali, cap.de cognatione ſpirituali.*

§.Adoptio.

1 *Adoptio quotuplex.*
2 *Adoptio in ſpecie quid.*
3 *Adoptio coram quo,& à quo fieri poſſit.*

Quotuplex eſt Adoptio?

1 DVplex,Adoptio in ſpecie, & arrogatio, vt hic. Adoptio
2 in ſpecie eſt legitimus actus, per quẽ filiusfamilias, qui ſcilicet habet adhuc patrem naturalem ſuperſtitem, in cuius adhuc eſt poteſtate, imperio magiſtratus efficitur filius alte-
3 rius, adoptatus ſcilicet, vt hic. Adoptio enim debet fieri coram magiſtrato,qui ordinariam habet iuriſdictionem,vt hic, ibi,*imperio magiſtratus*, & l.1.C.eod.l.2. ff. de offic. proconſ. Nec ſufficit,ſi quis coram notario, & teſtibus quem adoptare vellet,l.adoptio,C.eod. Vbi dicitur, *Adoptio non tabulis(licet per tabellionem conficiendis)ſed ſolemni iuris ordine apud præſidem ſolet copulari*. Et adoptio in ſpecie dupliciter fieri poteſt. I. Ab extraneo, qui nullo ſanguinis vinculo adoptato iunctus eſt,vel eſt eius conſanguineus collateralis, qui ad iura adoptionis quantum attinet,pro extraneo habetur, ſecundum gloſ.in l.cum in adoptiuis, §.ſi verò,in verb. naturalia, C.eod.II Ab aſcendente auo,ſcilicet paterno,vel materno,vt hic,§.ſed hodie.

§.Sed hodie.

1 *Adoptio ab extraneo facta quid operetur.*
2 *Si a conſanguineo fiat,cuius ſit effectus.*

a *Quæ ſunt a effectus adoptionis in ſpecie?*

1 DIſtinguitur hoc caſu inter adoptatum ab extraneo, & adoptatum ab aſcendente.Priore enim caſu, quãdo filiusfamilias adoptatur ab extraneo,licet in poteſtatem adoptantis non tranſeat, ne iura poteſtatis patris naturalis diſſoluantur,vt hic, operatur tamen hæc adoptio hunc effectum. I. Vt filius adoptiuus patri adoptanti ab inteſtato ſuccedat, etiã cũ filijs naturalibus,& legitimis ſimul, vt hic & d.l. cum in adoptiuis,§.ſed ne articulum,C eod.& §.inteſtatorum,inſ.de hæred.quæ ab inteſt.deſ.& ibi dicemus.II. Dignitas ſenatoria adoptantis tranſit ad filium adoptiuum,l.Senatoris filium cũ l.ſeq & l.liberos,ff.de Senatoribus.III. Pater adoptiuus habet ius corrigendi,& emendandi filium adoptiuum, iuxta l. 1. C. de emend. propinq. IV. Filius adoptiuus non poteſt patrem adoptantem in ius vocare ſine venia.l.adoptiuum,ff.de in ius vocando. V. Ratione adoptionis, ſeu cognationis legalis, prohibetur matrimonium inter patrem adoptiuum,& filiam adoptiuam,§.ergo non omnes,ſup.de nupt.

2 Secundo verò caſu,quando filiusfamilias eſt adoptatus ab aliquo ex conſanguineis ſuis in aſcendente linea, puta, auo, aut proauo paterno, vel materno (quando ſcilicet eius pater eſt emancipatus ab auo,) & tunc deſinit eſſe in poteſtate patris naturalis, & tranſit in familiam, & poteſtatem adoptantis,cum ei duplici vinculo, & naturali ſanguinis ſcilicet, & ciuili adoptionis coniunctus ſit. Duo enim vincula fortius ligant, quam vnum, vt eſt text.hic, iuncta gloſ.in verb.iura, & adeò tranſit in poteſtatem adoptiui,vt quidquid acquirat, non patri naturali,ſed adoptanti acquiſitum intelligãtur, nec etiam patri ſuo naturali ab inteſtato ſuccedit,d.l.cum in adoptiuis,§.ſi verò pater, C.eod. Et notatur poſt text. per Doct. hic in d.§.ſed hodie.

A D D I T I O.

a *Effectus hic in genere adoptionis notandus eſt: adoptiuum, vel arrogatũ appellatione liberorum non contineri,quoties adoptione,vel arrogatione diſpoſitione legis,vel ſtatuti,vel hominis fieret eluſoria. Denique appellatione liberorum adoptiuus non venit,niſi in caſibus iure nuncupatiuo expreſſis gl. in l.ſi ita quis, in fi.in verb.conſequi,ff.de leg.2. Hinc fit,vt adoptiuus non admittatur in feudis,c.1.§.adoptiuus,tit.ſi de feud. defunct.fuer. controuerſ.vt nec in emphyteuſi,l.filio quam pater,ff.de lib. & poſth.Idem in ſubſtitutionibus. Adoptionis enim commento is, cui fideicommiſſum iniuſtum eſt ſubſtitutum excludere non poteſt,d.l.ſi ita quis, l.fideicommiſſum,ff. de condit. & demonſtr. §.adoptio,Nou. Quibus modis nat.effic.ſui. Idem in ſtatutis,& priuilegijs, quia verba in ſtatutis debent propriè, & ſtrictè intelligi:& ideo liberorum appellatione adoptiui nõ continebũtur l.liberorum,ff.de verb.ſignif.Pari ratione filia excluſa per maſculos filios non intelliguntur excluſa per adoptiuum filium. Ripa in l.ſi vnquam,C.de reuoc.donat.*

§.Cum autem impubes.

1 *Arrogatio quid ſit,& inde dicta.*
2 *Arrogatio per quos fiat.*
3 *Arrogatio quare non coram quouis magiſtratu fieri poſſit.*
4 *Arrogari qui poſſint.*
5 *Quæ requirantur in arrogatione impuberis.*
6 *Satiſdatio arrogatoris.*
7 *Notarius quare dicatur ſeruus publicus.*
8 *Effectus arrogationis,& nu.9.10.& 11.*
12 *Differentia inter arrogationem, & adoptionem in ſpecie, & num.13.14.& 15.*

Quid

Quid eſt arrogatio.

1 EST legitimus actus, per quem homo ſui iuris, & ſi pater-
2 familias: authoritate *a* Principis, ideſt, Imperatoris, inal-
terius familiam, & poteſtatem tranſit, & eius filius legitimus
efficitur, §. adoptio, ſup. eod. & dicta eſt arrogatio, quia adop-
tans rogari, ideſt, interrogari debet, an velit arrogatum iuſtũ
ſibi eſſe filium, & is, qui arrogatur, an id fieri patiatur, l. 2. 2.
poſt princ. ff. eod Et debet arrogatio fieri principis authorita-
te, vel per ipſum Imperatorem examinantem, & cognoſcen-
tem cauſas, quòd raro fit, vel quòd facultas arrogandi impe-
tretur ab Imperatore per reſcriptum, per quod committitur
talis cognitio, & examinatio alteri iudici ordinario, vel cui-
cumque, vt eſt gl. in d. §. adoptio, in verb. reſcripto, ſupra eod.
3 & Doctores poſt tex. in l. 2. & in l. arrogationes, C. eo. Et qua
re arrogato debeat fieri coram Imperatore, & ſic cum maio-
ri ſolemnitate, quàm adoptio, quæ fieri poteſt coram quouis
magiſtratu, ratio talis aſſignatur. Quia in arrogatione verſa-
tur maius præiudicium, cùm arrogatus, qui eſt ſui iuris, tran-
ſeat in poteſtatem arrogantis, cùm omnibus ſuis bonis, quod
non eſt in adoptiuo, qui poteſtati patris adhuc eſt ſubiectus.
b Vnde *b* cùm maius ſit periculum, cautela maior in arrogatio-
ne requiritur, c. vbi periculum, de elect. in 6. Item alia aſſigna
tur ratio, quòd in adoptione non requiritur tanta ſolemnitas,
quia ſubeſt conſilium patris, quo prouideri poteſt filio, quod
non ſic eſt in arrogato, vt eſt additio Iaſ. ad Porc. hic, num. 6.
Cui addire gl. in l. quidam, in verb. inſtituerent, ff. de hæred.
inſtit. quòd filius non poteſt inuenire meliorem amicum, quã
parentem, cum nullus ſit affectus, qui vincat paternum l. fin.
4 C. de curat. furio. Et poteſt pubes, & impubes arrogari, & in
arrogatione impuberis requiritur cauſæ cognitio, an ſit ho-
5 neſta, & expediat pupillo, vt, hic, ex quo text Aldobr. hic colli-
git, quòd honeſtas potius ſit conſideranda, quàm vtilitas, quia
honeſtum vtili præferendum eſt, facit text. in l miles, § ſocer,
ff. de adult. Item debet ſpectari arrogantis ætas, affectio, for-
tuna, conditio mores, & id genus alia, quæ traduntur in l. ſi
paterfamilias, §. fin. cum duabus legibus ſeq. ff. eod. & in d. l. 2.
6 & in l. arrogationes, C. eod. Item, arrogans debet ſatiſdare ſe
reddimrum bona pupilli venientibus ab inteſtato, ſi in pupil-
7 lari ætate decedat, vt hic. Et ſufficit hanccautionem fieri co-
rã notario, ſeu Tabellione, qui ſeruus publicus dicitur, quòd
publice ſeruit, & rogatus cogitur quibuſcumque ſeruire, &
inſtrumenta conficere, ſecund. glo. hic, in verb. perſona, &
in d. l. 2. in verb. ſeruo, C. eod. non tamen gratis, ſed licitè po-
teſt pro ſuo officio petere pecuniam, ſecundum Plat. hic, &
ſi recuſaret ſeruire, eſſet periurus, & poſſet officio notaria-
tus priuari, ſecund. Hoſtienſ. in Summa de fide inſtrument,
ex quibus.

Qui ſunt affectus arrogationis.

8 Primus eſt, quòd arrogams tranſit in poteſtatem arroga-
totis cum omnibus ſuis bonis, ac liberis, ſi quos habet in po-
teſtate, adeò quòd poſſint ab arrogatore alij in adoptionem
dari, d. l. ſi paterfamilias, & l. arrogato, ff. eodem, & §. in pluri-
mis, infra eod. Conſequitur igitur arrogator hanc patriam
poteſtatem, quam pater naturalis, & legitimus ſimul habet
in perſona, & bonis libertorum, de qua ſup. in tit. de pat. po-
teſt dictum eſt, &c.
9 Secundus, arrogator ſuccedit filio arrogato ab inteſtato, vt
traditur inf. de acq per arrog.
10 Tertius, Econtra arrogatus ſuccedit arrogatori, l. pen. §. fi.
C. de adoptionibus non tantum ab inteſtato, ſed etiã ex teſta-
mento ita quòd ſi arrogator in teſtamento prętereat arroga-
tum, non inſtituendo eum hæredem, vel exhæredando eum
ſine iuſta cauſa, non ſolum arrogato reſtituenda ſunt omnia
c ſua bona, quæ ad arrogatorem tranſtulit, ſed etiam quarta *c*
pars bonorum arrogatoris, vt hic d. §. cum autem impubes,
non quidem omnium bonorum, ſed tantum portionis ſibi
ab inteſtato debitæ, quæ legitima vulgo dicitur, vt notatur in
Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſta. Et licet non competat ei
querela inofficioſi teſtamenti, tamen ad cõſequendam illam
quartam, datur ei condictio ex l. Diui Pij, vt hic, §. item non
aliter, & l. ſi arrogator, ff. eod. & l. Papinianus, §. quis impubes,
ff. de inoffic. teſt.
11 Quartus, Pater arrogans non poteſt emancipare ſine cauſa
d filium *d* arrogatum inuitum: quod ſi faciat, nihilominus tene
tur ei quartam bonorum relinquere, vt hic, d. §. item non ali-
e ter, quam arrogatus nondum etiam agnitam *e* tranſmittit ad
ſuos hæredes, d. l. ſi arrogator, ff. eod.

Quomodo differt Arrogatio, & Adoptio in ſpecie?

12 Primo adoptatur qui eſt alieni iuris, filiusfamilias ſcilicet,
ſed arrogatur *is*, qui eſt ſui iuris, pater familias, d §. adoptio,
ſupra eod.
13 Secundo adoptio poteſt fieri coram quouis magiſtratu, ſed
arrogatio tantum coram Imperator, vel eo, cui ab Imperato
re delegata eſt cognitio cauſæ, d §. adoptio, ſupra eod.
14 Tertiò, Adoptatus ab extraneo in eius poteſtatem non
tranſit, d. §. ſed hodie, ſupra eod. ſed arrogatus cum omnibus
ſuis bonis, & liberis, ſubijcitur poteſtati arrogantis, d. l. ſi pa-
terfamilias, & d. l arrogato, ff eod.
15 Quartò, Adoptiuus ſuccedit patri adoptiuo ab inteſtato
tantum, d §. ſed hodie, nec adoptans tenetur ei in teſtamento
aliquid relinquere. Arrogatus verò, ſi in teſtamento ab arro-
gatore prætereatur, vel iniuſtè exhæredetur, habet condictio-
nem ex l. Diui Pij ad conſequendam quartam ex bonis arro-
gantis d. § item non aliter, ſup. eod. & d. l. Papinianus, §. ſi quis
impubes, §. de inoffic. teſt.

ADDITIONES.

a *Idem in vnione prolium (argumento ab adoptione, & arroga-
tione ducto) faciendum eſſe tradit Gayllius 2. Obſeru. 125. nu-
merum at interueniat tutoris, vel curatoris authoritas, amico-
rum præſentia, magiſtratus confirmatio, & publica inſinuatio
l. quod nec curatori, ff. de adoption. l. 2. l. res, C. eo. ſi quid horum
factum erit, non valebit adoptio, l. ſi heredi plures, ff de cond &
inſtitut. l. quoties, § cum ita, ff. de reb. dub. & ita confirmatam
fuiſſe vnionem prolium, refert idem author. d. loco, nu. 8.*
b *L. 1. §. ſed ſi quis, ff. de Carboniano edicto.*
c *Quarta abrogati dicitur, quæ a Pio Imp. introducta eſt. Nam
cum impubes cauſa cognita arrogatus ſine cauſa emancipatur,
tunc quartam bonorum arrogatoris cum ſuis bonis obtinet: qua
quia a Diuo Pio introducta, adeò quarta Pij appellatur l. Papi-
nianus, 8. §. ſi quis impubes, ff. de inoffic. teſtam. l. 1. §. ſi impubes,
ff. de collatio l. ſi arrogator. 22. ff. de adopt.*
d *Quid in naturali filio? poteſtne pater naturalis filium ſuum na
turalem emancipatum, & in præmium emancipationis ei dona
re? Negat Guido Papæus q. 632.*
e *Arrogatus quartam non petitam neque aditam tranſmittit,
vt, & præterea quartam, l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collat. bonor.
Nam vt ait Angelus in l. cum antiquioribus, C. de iur. deliber.
quarta heredibus arrogati, & tranſmittitur. Vide Pyr-
rhum diſputatione 2. de ſuitate, & hæreditate tranſmittenda
per fictionem.*

§. Minorem, cum aliquot §§. ſeq.

1 *Qui poſſint adoptare.*
2 *Qui prohibeantur adoptare, & num. 5. 6. 7.*
3 *Adoptans debet plena pubertate præcedere adoptandum.*
4 *In iure ſeptem ſunt ætates, Infantia, Pupillaris ætas, Pubertas,
plena pubertas, Iuuentus, Senectus, Senium.*

Qui poſſint adoptare.

1 HÆc quæſtio generaliter, tam de adoptione in ſpecie,
quam de arrogatione intelligi debet. Quilibet autem
adoptare poteſt, cui à lege expreſſe non eſt interdictum. Pro-
2 hibetur autem primo minor natu adoptare maiorem natu.
Adoptio enim ceu ars imitatur naturam: vnde cùm per na-
turam filius non poſſit maior eſſe patre, neque per artem hoc
3 fieri poteſt, vt hic, & d. l. arrogato, §. non tantum, ff. eo. & cer-
tum tempus à lege expreſſum eſt, vt ſcilicet adoptans decem
& octo annis præcedere debeat adoptatum, quæ plena pu-
bertas dicitur, vt hic, & d. l arrogato. Quamuis enim ad iu-
ſtas nuptias ætas quatuordecim annorum ſufficiat, quia ta-
men electione res agitur, firmitate quadam iudicij opus eſt,
quam aſſecutus cenſetur, qui decimumoctauum attigerit an
num, § fin. ſupra, quibus ex cauſis manum, non licet. Et obi-
4 ter poſt Porc. hic notabitis, ſeptem eſſe *a* ætates in iure no-
a ſtro, de quibus eſt gloſ. in l. hæreditatum, ſemper verb. à pri-
ma ætate, ff. ad l. Falcid. & gloſſ. in proœmio 6. ſuper verb.
b præfectus. l. Eſt infantia, quæ *b* dicitur vſque ad annum ſe-
ptimum,

ADDITIONES.

a *De ætatibus vide Chaſſanæum in Conſuetud. Burgundiæ titul.* De enfans, §. 4. *in verb.* en aage ſuffiſant.
b *De qua vide l. 3. C. qui admittit. l. ſi infanti, C. de iure deliber. l. 14. ff. de ſponſal. l. 1. ff. de adminiſtr. tutor.*

ptimum incluſiuè. II Pupillaris ætas, quæ durat vſque ad decimumquartum annum in maſculo, in fœmina verò vſque ad
a duodecim. III Pubertas, *a* vſq; ad decimumoctauum annum.
IV Plena pubertas, ſeu adoleſcentia vſq; ad vigeſimumquin-
b tum annum. V. Iuuentus, ſeu virilis *b* ætas incipit completo vigeſimoquinto anno, & certus numerus annorum non eſt conſtitutus, ſed ea habitu corporis hoc iudicatur, & aliquando vſque ad quinquageſimum, aliquando vero ad annum ſexageſimum durat. VI. Senectus, quæ durat vſq; ad annũ octua-
c geſimum. VII. Dicitur ſenium, *c* vel decrepitas, & durat vſque ad centeſimum annum, & dicitur longhiſſimum vitæ hominis tempus, l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.
5 Secundo, prohibetur adoptare caſtratus, id eſt, qui à natura eſt inutilis ad generandum. Spado verò, licet generare non poſſit, adoptare tamen non prohibetur, vt hic, §. ſed & illud, & l. 2. § illud, ff. eodem.
6 Tertio, fœminæ adoptare prohibentur, quia nec naturales liberos ſuos habeñt in poteſtate, vt hic, & l. fœminæ, & leg. mulierem, C. eod. In multis enim conditio mulierum eſt deterior quam virorum, l. in multis, ff. de ſtat hom. & l. fœminæ, & ibi Decius, ff. de regul. iur. Prædicta tamen concluſio limitatur,
d quod fœminæ *d* ex indulgentia principis ad ſolatium liberorũ amiſſorum adoptare poſſunt, d. fœminæ, quod ſecund. Ioan. Fabr. & Aldobr. hic intelligatis, ſiue in acie, ſiue in otio filij mortui ſint. Et quod etiam ex alia cauſa princeps poteſtatem adoptandi concedere poſſit fœminæ, quæ liberos a natura nõ habuit, concludit hic Fabr. & Aldobr. An autẽ tunc mater filium adoptiuum habeat in poteſtate, concludit gloſ. in verb. amiſſorum, quod non, quia nec naturales liberos habet in poteſtate, vt hic. §. adoptio imitatur naturam, d. §. minorem, ſup. eod. & adde tex. gloſ. in d. l. mulierem, C. eod. Et reſcripta principum ſunt intelligenda ſecundum ius commune, l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.
7 Quartò, Serui adoptare non poſſunt. Adoptio enim eſt actus iuris ciuilis, vt ſup in princ. tit. dictum eſt. Serui autem iure ciuili pro nullis habentur, l. quod attinet, ff. de reg. iur.

ADDITIONES.

a *De qua, §. 1. ſup. de nupt. l. 5. ff. qui teſtamento, l. 2. ff. de vulg. l. 2. C. quando tutel. curas eſſe deſinant, Nouell.* 119.
b *Siue ætas plena, integra, perfecta, & ſtatura iuſta, l. cum de ætate, ff. de probatio, l. cum pater, § curatoris, ff. de leg. 2. l. penul. C. quando dies legator. l. 2. C. Theodoſ. de don.*
c *Senex qua ætate quis dicatur, vide Menoch. 2. de arbitr. cent. 1. caſu* 59.
d *Exemplum paulo ante allatum Ioanna Regina Siciliæ.*

§. Licet.

1 *Fœminæ adoptari poſſunt.*
2 *Seruus quando adoptari poſſit.*
3 *Profeſſio filiationis, an filium faciat.*
4 *Filius, nepos, & pronepos, item alienus filius in locum nepotis adoptari poteſt.*
5 *Frater adoptari non poteſt.*
6 *Filius naturalis adoptari non poteſt.*

Qui poſſunt adoptari?

1 PRimò, regulariter omnes liberi homines, ita quòd, & fœminæ, licet regulariter adoptare nequeant, tamen ipſæ adoptari poſſint, l. nam, & fœminæ, ff. eod.
2 Secundo, etiã ſeruus adoptari poteſt §. ſi infr. eod. quod eſt verum, ſi a domino proprio adoptatur, ſecus ſi ab extraneo, ſec. gl. in d. § ſi. ſup. verb. adoptari, & ſimul tunc efficitur liber, imò ſi dominus ſpecialiter in iudicio nominet ſeruum filiũ, licet per hanc ſolam nominationem non fiat adoptio, tamen ſeruus liber efficitur, d. § fin. vbi gloſ. colligit illud vulgatum: *Si illud, quod ego, non valet, vt ago, valet tamen eo modo, quo valere poteſt.* De quo videte Doct. hic. Et nota, quod licet ſola profeſſio filiationis non facit eum filium, qui nõ eſt, vt hic: facit tamen aliquam præſumptionem, & conſtituit eum in quaſi poſſeſſione filiationis, donec contrarium probetur, l. nõ nudis, & l. non eſt epiſtolis, C. de probat.
4 Tertiò, non ſolum filium, ſed etiam nepotem, & pronepotem quis adoptare poteſt. Itẽ filius alienus non poteſt in locũ nepotis adoptari, & nepos proprius in locum filij, vt hic, d. §.
a licet, cum duob. §§. Fratrem autem quis adoptare non *a* poteſt, vt ſcilicet quis per adoptionem conſtituat ſibi fratrem, l.
5 nec apud, C. de hæred. inſtit. Quia legibus naturæ non eſt conſentaneum, nec licitè fieri poteſt, vt frater à fratre procreetur vt ſcilicet ſit frater, ergo neque per artem, quæ naturam imitatur, vt no. in d. l. nec apud, & per Porc. & alios hic, poſt gl. in §. & tam filium, in verb. in locum filij.
6 Vltimò nota, quòd baſtardus, vel filius naturalis adoptari non poteſt, vt per adoptionem legitimetur, §. & nos non latuit. in Auth. quib mod. nat. effic. legit.

ADDITIO.

a *Tanquam fratrem. Ita videtur accipienda d. lex, nec apud peregrinos An vt filium? Planè nihil videtur prohibere, ſi modo ætas intercedat. Nam ſi quis poteſt peregrinum extraneum filium ſibi adoptare, cur non etiam fratrem in filium poterit adoptare? Differentia eſt igitur in eo, vtrum adoptem fratrem, vt mihi iure adoptionis frater ſit (quod eſt inane, futile, & ne quidem apud peregrinos receptum,) an vero, vt iure adoptionis ſit mihi filius: quod facere vtique poſſe ſeniorem præſertim fratrem nihil impedit. Adoptiones denique ideo inuentæ, vt quiſque ſibi filios parare poſſet, non vt fratres.*

QVIBVS MODIS IVS PATRIÆ poteſtatis ſoluitur.

TITVLVS XII.

1 *Continuatio, & tituli concordantes, in ff. & C.*
2 *Mors ſoluit patriam poteſtatem.*
3 *Quando filius morte patris patria poteſtate liberetur.*

DIctum eſt hactenus de patria poteſtate, eiuſque cauſis. Cum autem nihil tam firmum ſit, quin rumpatur, vt inquit gloſſa, poſt Rubricam infra quibus modis teſtamenta infirmentur, & quidquid ab hominibus ligatur, ſolubile ſit, vt dicitur in §. nuptias, in Authentica de nuptijs. Ideò nunc docet Imperator quibus modis patria poteſtas conſti-
a tuta diſſoluitur, vt. ſ. tunc ceſſent *a* effectus, quos poteſtas patria producit Ceſſante enim cauſa ceſſat effectus, c. cum ceſſante, de appellat. Et concordat cum hoc titulo poſterior pars Rubr. ff. de adopt. & emancipat. & alijs modis, quibus ius patriæ poteſtatis ſoluitur, & tit. de emancip. liber.

Quot ſunt modi, per quos patria poteſtas ſoluitur?

2 Imperator in hoc tit ſeptem principales modos enumerat. Primus modus eſt mors naturalis eius, qui liberos habet in poteſtate. Mors enim omnia ſoluit, §. deinceps, in Auth. de nupt. & tollit de medio illam perſonam, in qua radicatũ erat ius patriæ poteſtatis, quod impediat quò minus filius ſui iuris
3 eſſe poterat Et diſtinguite poſt text. hic in princip. tres caſus. Aut enim filius habet tantum patrem, non auum paternũ, & tũc morte patris liberatur ab eius poteſtate. Aut habet auum tantum, quia pater eius mortuus eſt, & mortuo auo nepos quoque ſui iuris efficitur. Aut habet auum, & patrem ſimul, tunc mortuo auo nepos non liberatur a poteſtate ſui patris, ſed incidit in eius poteſtatem, in qua antea viuente auo non erat, ſed in aui poteſtate. Viuente enim auo pater filium non habet in poteſtate, cum ipſe pater ſit in aui poteſtate Is enim qui alienæ poteſtati ſubiectus eſt, alium in ſua poteſtate habere non poteſt, l. ſic eueniet, ff. de adult. & addite text. in l. nepotes, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

ADDITIO.

a *Emancipatione quod hic dicit ceſſare effectus patriæ poteſtatis, intellige quod ad commoda attinet: ſecus quod ad incommoda. Liberi enim nihilominus ſuccedunt patri, & retinent, quæ ſunt commoditatis familiæ. Doctores in Authent. epiſcopalis, Cod. de Epiſc. Bald. in l. vlt. §. neceſſitatem, C. de bon. quæ liber.*

§. Cum autem, cum §. ſeq.

1 *Deportatione ſoluitur patria poteſtas.*
2 *Seruus pœnæ, quantum ad actus ciuiles attinet, cenſentur mortuus.*
3 *Relegatione patria poteſtas non ſoluitur.*
4 *Interdictio ignis, & aquæ*
5 *Eadem abolita, & in eius locum deportatio ſuffecta.*
6 *Deportatio quid.*
7 *Pro quo maleficio imponatur.*
8 *Relegatio quid.*
9 *Quomodo relegatio differat deportatione.*

Pœna

Digitized by Google

10 *Pœna relegatorum, ſi intra illud tempus, ad quod relegati erant, reuertantur.*
11 *An banniti noſtri temporis æquiparentur deportatis, & quæ iura amittant, & nu. 13.*
12 *Quando quis ponatur in banno.*
14 *Bannitus à Principe vbique iura communia amittit.*
15 *Deportatus in integrum reſtitutus omnia priſtina iura recuperat.*
16 *Deportatus propter rebellionem, ſi ſimpliciter reſtituatur, ad quid intelligatur reſtitutus.*

1 SEcundus modus, quo patria poteſtas ſoluitur, eſt Mors ci-
a uilis, vt quando quis eſt deportatus *a* propter delictum,
& per ſententiam capitalem condemnatus, per quam ſeruus
pœnæ efficitur, hi enim ciuiliter dicuntur mortui, vt hic.
Notandum igitur ex textu noſtro. Primò, quòd deportatio
ſoluit patriam poteſtatem, ſiue ipſe pater, ſiue filius deportetur, vt hic, & dicitur mors ciuilis, nam quoad ius ciuile deportati pro mortuis habentur, cum omnes actus iuris ciuiles, quales ſunt, ſtipulatio, patria poteſtas, actiones, teſtamenti factio, &c. illis interdicti ſint, & perdunt ea, quæ ſunt iuris ciuilis, non autem ea, quæ ſunt iuris gentium, l. quidam ſunt, in fine, ff. de pęnis l. 1. vbi DD. C. de hæred. inſtit. Vnde deportatus dominium acquirere, & contractus iuris gentium cele-
2 brare poteſt, ſecundum gl. in d. l. quidam. Secundo, pro ampliatione iſtius modi ſecundi notandum eſt, quod idem eſt dicendum de ſeruis pœnæ, qui per ſententiam damnantur ad mortem, vel in metallum, vel vt beſtijs ſubijciantur, vt hic, §.
b pęnæ ſeruus, vel l. qui vltimo, ff. de pęnis *b* Nam, & hi, quantum ad ciuiles actus attinet, mortui eſſe cenſetur: vnde nec condemnati ad mortem, teſtamentum facere poſſunt, & antea ab ipſis conditum redditur irritum, l. eius qui, ff. de teſtam. Et quod gloſ. hic in verb. pęnæ, dicit, hodie iure nouiſſimo ingenuum ex ſupplicio nô fieri ſeruum pęnæ, §. quod autem,
3 in Authent. de nupt. Intellige ſecund. Ang. hic procedere de ſuperuenientibus: ſecus ſi ſententia capitalis mandetur executioni, adde Aldobr. hic nu. 67. Pro limitatione autem notabitis. Primo, quod relegatione patria poteſtas non ſoluitur, vnde nec relegati ciuiliter mortui eſſe dicuntur, text. eſt hic, pro cuius intellectu ſciendum, quod olim Romani, cum in homines malos, & facinoroſos abominarentur carnificinam exercere, & à malis hominibus ſocietatem ciuilem purgare
4 deſiderarent. I. Facinoroſos interdicto vſu ignis, & *c* aquæ
c multabant. II. Propagato ex Inſularum adiectione imperio,
5 in eius pęnæ locum ſucceſſit deportatio, & *d* facinoroſos de-
d portandi vſu inualuit, qui erecti in Inſulas quaſi in alterum orbem delati, omnibus exuti bonis, inter mortuos connume-
6 rati ſunt, vt declarat hic Mynſing. eſt enim deportatio miſſio in exilium, quando quis propter aliquod delictum mittitur ad certum locum, vel Inſulam, vt perpetuo ibi ſit in exſilio, nec vnquam inde recedere poſſit, nec inde egredi ei liceat, & ſic deportare, eſt quaſi ſentẽtia hominem portare, vt reliquo orbe excluſus, ibi ſuorum delictorum pęnam luat, vt inquit
7 hic Aldobrand. num. 3. Et imponitur hæc pęna pro maleficio capitali, falſi ſcilicet, peculatus, vis publicæ, &c. de quibus inf. de pub. iudic. dicetur. Et qui hanc poteſtatem deportandi ha-
8 beant, traditur hic in gl. in verb. deportatus. Relegatio *e* ve-
e ro eſt, quando alicui certa ciuitas, vel Prouincia ob aliquod delictum interdicitur, & aliquando etiam ab his, qui habent Inſulas, in certam Inſulam mittitur in exſilium, ad certum
9 tempus, vel etiam in perpetuum, l. relegatorum, ff. de interd.
f & releg. Differt *f* igitur relegatio à deportatione. I. Quod longe mitior eſt deportatione. Nam deportatio tantum ad perpetuam fieri poteſt. Relegatio verò etiam ad tempus, d. l. relegatorum, §. hæc eſt differentia. II. Deportatus perdit ciuitatem, familiam, ſeu patriam poteſtatem, & omnia, quæ à iure ciuili introducta ſunt, d. l. quidam, ff. de pęnis. Relegatus verò non amittit ciuitatem, neque patriam poteſtatem, & teſtamenti factionem, & omnia alia iura ſua retinet, l. relegati, ff. de interdict. & d. l. eius qui, §. fi. ff. de teſtam. III. Deportatus amittit ſua bona. Relegatus verò non, niſi ſpecialiter per ſententiam fuerint adempta, l. deportationem, C. de pęn. & gloſ. hic in verb. retinent. IV. Relegatus ad tempus, ſi intra illud tempus reuertatur, relegatur in perpetuum: ſi verò in perpetuum eſt relegatus, reuerſus deportatur: ſed deportatus ſi egreſſus fuerit inſulam, in quam fuit deportatus, capite puni-
10 tur, text. eſt expreſſus in l. relegati, ff. de pęnis. Et quia relegati tenentur etiam iurare, ſe non redituros intra certum tempus, ſi poſtea redeant, atque compoſitionem, ſeu tranſactionem iuratam frangant: tunc priores digiti, quibus iurauerũt,
g eis, amputari debent. De quo videte conſt. Caroli V. *g* *In der peinlichen halſsgerichts ordnung*. c. 108. Circa prædicta per gl.
11 hic, in verb. retinent, mouetur quæſtio de bannitis noſtri temporis, An æquiparentur deportatis, vt ſcilicet amittaot bona,
12 & omnia quę iuris ciuilis ſunt. Pro cuius declaratione ſciendum, quod quando quis propter graue aliquod delictum capitale accuſatur, & ciuitas non comparet, tunc propter ipſius inobedientiam, ſeu contumaciam ponitur in banno, quod æquiparatur annotationi, de qua habetur in ff. & C. de requirẽdis reis, Et bona ipſius annotantur, quæ recuperat, ſi intra annum veniens ſe purgat: ſed infra annum non rediens, bona ipſius confiſcantur, & poſtea veniens repertus nocens punitur: innocens verò abſoluitur, bona autem non recuperat, l. 1. & 2. C. de requir. reis. Nam ſi intra annum, & diem, è bãnimento ſe non eximit: tunc ſecundo bannitur, & diffidatur, ſeu in ære, perſona, & dignitate impunè offendi permittitur, de quo vide poſt *Landrecht, von der vorfeſtungoder Acht* In quæſtione igitur noſtra, gl. hic concludit, quod banniti propter delictum, pro quo venit etiam publicatio bonorum im-
13 ponenda, æquiparantur deportatis. Communis autem opinio eſt in contrarium, videlicet, quod tales banniti non perdunt niſi iura municipalia iſtius ciuitatis, vel prouinciæ, à qua ſunt banniti. Iura autem communia, etiam in illa ciuitate, à qua banniti ſunt non perdunt. Quæ ſententia quo ad iura communia aliarum ciuitatum nullum habet dubium, quia bannum vnius ciuitatis non poteſt auferre iura in loco ſibi non ſubiecto: extra territorium enim ius dicenti impunè non paretur, l. fi. ff. de iur. omn. iud. Ideò bannitus à ciuitate Norimberga, qui ibi impunè offendi poteſt, ſi offenderetur Lipſiæ & offenſor caperetur, certè puniendus eſſet, quia bannũ ciuitatis Norimbergæ non officit bannito in loco non ſubdito, ſecund. Bald. in leg. executorem, C. de execu. rei iud. Et vide hic Aldobran. nu. 57. Sed difficultas eſt, quoad iura communia reſpectu illius ciuitatis, à qua eſt bannitus. Et quamuis Salic. & Ioan. de Imol. vt refert eos hic Angel. teneant, quòd bannitus iura communia amittat etiam in ciuitate, à qua eſt bannitus: alia tamco ſententia eſt communior, à qua Angel. hic dicit, non eſſe recedendum, videlicet, quòd bannitus retineat iura communia; etiam in illa ciuitate, à qua eſt bannitus, veluti ſi hoc eſſet ſtatutum, quòd patre mortuo filius excludat filiam dotatam à ſucceſſione patris, & filius ſit bannitus, non poterit vti beneficio huius ſtatuti, vt excludat filiam: poterit tamen vti beneficio iuris communis, vt pariter veniat ad hæreditatem cum filia, iuxta l. inter filios, C. famil. hercisc. vt declarat hic Pote. Ex quibus infertur limitatio, vt prædicta procedant in bannito ab inferiore, vel à principe, ſecus ſi
14 quis eſſet bannitus ab Imperatore, vel ab Imperio. Nam is, vbique amitteret iura communia; cum Imperator ſit mundi dominus, vulg. l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcrip. De quo videte Ioann. de Imol. in leg. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebel & Doct. in l. 1. Cod. de hæred. inſtitut. Secundò limitabitis concluſ. text. oostri, quod morte ciuili, deportatio-
h ne ſcilicet, amittitur patria poteſtas niſi deportatus *h* & con-
15 demnatus ſit reſtitutus per Principem. Nam reſtitutus recuperat patriam poteſtatem, famam, honores, & bona, text. eſt hic. Reſtitutio enim; eſt integra repoſitio in priorem ſtatum, l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de maiorit. & l. prima, & to. titul. Cod. de ſentent. paſſ. & reſtitut. vbi traditur, quod damnati per ſententiam ob delictum, & infames poſ-
ſunt

ADDITIONES.

a *Adde l. 1. in fin ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.*
b *Condemnati ad mortem teſtamentum facere non poſſunt, quod fuſius tractatur, § vlt. infra qui teſtam fac. poſſunt.*
c *De aquæ, & ignis interdictione, vide l. 1. §. 2. ff. de leg. 3. Ciceronem oratione pro Domo. Lactantium, 2. inſtit. 10. Dixi ad l. pen. ff. de donat. inter vir. & uxor. Hanc pęnam hodie non infligi, ſcribit Clar. 5. Sent. §. vlt. q. 67.*
d *De deportatione, & deportatis, vide l. 2. l. 5. l. 7. §. 2. l. 15. ff. de interdict. relegat. & deport. Hanc pęnam hodie non eſſe in vſu ſcribit Clar. 5. Sent. § vlt. q. 67.*
e *De relegatis, vide l. 4. l. 5. l. 7. l. 13. l. 14. ff. de interd. & relegatis.*
f *Differentias relegationis, & deportationis, vide in l. 7. §. hæc eſt differentia, ff. de interdict. An banniti huius temporis comparentur deportatis, & relegatis, vide Clar. 5. Sent. §. vlt. q. 71. verb. Dixi autem.*
g *Conſt. princ. par. 4. Conſtit. vlt.*
h *Princeps ſolus gratiam commeatus, ſiue redeundi facit deportatis bannitis, & damnatis, l. relegati, 4. in fine, ff. de pœnis, niſi inferior ex cauſa gl. in l. ſi quis reus, ff. de publ. iud.*

Digitized by Google

a ſunt per *a* Imperatorem reſtitui honori, & famę. Sicuti ſeditio-
ſi ruſtici per Imperatorem Carolum V. in Comitijs Spirenſi-
16 bus. Anno 1526. reſtituti ſunt in priſtinum ſtatum. An autem
deportatus, vel bannitus propter rebellionem, vel aliud deli-
b ctum, ſi reſtituatur per Imperatorem, intelligatur etiã *b* ſim-
pliciter reſtitutus ad bona, ita diſtinguite poſt Iaſ. in l. Gallus,
§. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth. Aut Princeps remittit
pęnam delicti tantum, & non intelligitur reſtitutus ad aliqua
bona, tex. eſt in l. 2. C. de ſent. paſſ. & reſtit. Aut Princeps re-
mittit pęnam, & ſimpliciter reſtituit ad bona, tunc talis reſti-
tutio ſolùm trahitur ad bona nondũ alienata, quæ adhuc ſunt
pęnes fiſcum, non autem alia bona iam alienata, quia tunc
Princeps ſimpliciter reſtituens ad bona, non intelligitur vel-
le tollere ius alteri quæſitum in illis bonis, cum beneficia
Principis intelligantur ſine præiudicio alterius, l. 2. §. merito,
& §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. & *c.* quamuis,
de reſcript in 6. An autem Imperator expreſsè poſſit reſtitue-
re ad bona etiam alienata, dic quòd ex cauſa publicę vtilitatis,
c puta pro facienda pace, poteſt tollere *c* ius alteri quæſitum,
vt no. in l. fi. C. ſi contrarius, vel vtilit. publ & de hac quæſt. vi-
dete Doctores hic, Bart. & alios in d. l. Gallus, §. & quid ſi tan-
tum, & Matth. de Afflict. in *c.* domino Guerram, in 6. notab.
hic finitur lex, &c. in vſibus feud.

A D D I T I O N E S.

a *Princeps poteſt infamem honori & famæ reſtituere, leg. 1. §. de qua, ff. de poſtulan. Bar. & alij in l. infamem. ff. de publ. iud.*

b *Is cui Princeps gratiam indulſit, recuperante bona etiam alienata, an, & fructus bonorum, an, & hæreditatem alteri delatam? vide Clar. 5. Sent. §. vlt. q. 59.*

c *Quæ ſit poteſtas principis in tollendo iure tertij, & an contra ius diuinum, naturale gentium, vel ciuile ſtatuere poſſit vide Myrſing. expurgatum. 5. Obſeru. 57. & quod princeps ob publicam vtilitatem res priuatorum auferre poſſit, vide Gaylium 2. Obſeru. 56. Et an Princeps damna tempore belli ſubditis illata remittere poſſit vide eundem Gaylium 2. Obſeru 57. & an in principe diſponente contra ius in dubio iuſta cauſa præſumatur, vide ibid. cap. 58. Plura de poteſtate principis, vide apud Boſſium, tit. de principe.*

§. Filiusfamilias.

1 *Patriciatus dignitas diſſoluit patriam poteſtatem.*
2 *Patricij Romani qui fuerint.*
3 *Epiſcopalis, & Conſularis dignitas hodie liberant à patria poteſtate.*
4 *Dignitas filij eſt gloria, & laus Patris.*
5 *An dignitas Doctoratus, & armata militia liberet quem à patria poteſtate.*
6 *Sacerdotium, & Clericatus, an liberent à patria poteſtate.*
7 *Monachatione patria poteſtas ſoluitur.*
8 *Ingreſſi Monaſterium de bonis ſuis teſtari nequeunt.*
9 *Monachus ſuccedit patri ex teſtamento, & ab inteſtato.*

1 TErtius modo, quo filius à patria poteſtate liberatur, eſt
dignitas patriciatus filiofamilias collata, vt hic, & l. fina-
2 li, C. de Conſulibus, lib. 12. Et olim Patricij apud Romanos
dicebantur, qui à primis illis parentibus, & Senatoribus à Ro-
mulo conſcriptis trahebant originem, qui dicebantur Patres
conſcripti & de his hic locus non intelligitur, ſed his, qui
præſunt ſupremo conſilio Imperatoris, vel Cameræ Impe-
riali, & eliguntur ab Imperatore, quaſi communes Reipubli-
cæ, vel patriæ patres, dicta l. finali, C. de Conſulib. Sicut etiam
Imperator in l. ex diui, C. locat. appellat. Iuriſconſultum Vl-
pianum ſuum Patrem, de quo videte hic Aldobran. Et quam-
uis conſularis dignitas olim non eximebat à patria poteſtate,
vt hic, tamen iste, §. hoc eſt hodie correctus, vt omnis di-
gnitas, & omne cingulum à curia liberare valẽs, eximat quo-
que ex parentum iure, quorum duodecim enumerantur in l.
fi. C. de decur. lib. 10. & in Auth. conſtitutio, quæ de dig. & epi-
3 ſcopatu, &c. Pro ampliatione igitur huius tertij modi notan-
dum, quòd Epiſcopalis, & Conſularis dignitas hodie liberant
a à patria *a* poteſtate Authent. ſed Epiſcopalis, Cod. de Epiſc. &
cler. Quod eſt verum quoad commodum, non autem quo ad
incommodum filij ſecundum Bartol. in l item in poteſtate, &
Iaſ. in leg. patre furioſo, ante fin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.
iur. &c. neque parentes vllum grauamen accipiunt, cum in
4 hoc releuentur, quòd fruuntur gloria, quam ex honore filij
concipiunt, §. generaliter, in fi. in Auth. conſtitutio quæ de di-
gnit. &c. vbi gloſ. quod dignitas filij ſit gloria, & laus Patris,
cum vna, & eadem perſona reputentur, l. fin. C. de impub. &
alijs ſubſtit. & ſcientia filij eſt lætitia patris, vt inquit gloſ. in l.
ſed Iulianus, §. perinde, up. verb. ſolebat, ff. ad Macedon. Sic è
contra, ignominia filij patris eſſe intelligitur, l. ſed etſi vnius,
§. ait prætor, & §. filiofamilias, ff. de iniur. Pro limitatione
etiam iſtius tertij modi notabitis, quod dignitas Doctoratus,
5 & ſic militia legalis, non liberat filiumfamilias à patria pote-
ſtate, ſicut nec dignitas armatæ militiæ, vt hic, & ibi Porc. &
Bart. in l. item in poteſtate, & Bald. in l. ſi maritus, C. de patr.
poteſt. & Iaſ. in dicta l. patre furioſo, in fi. ff. de his qui ſunt ſui,
vel, &c. licet quo ad peculium caſtrenſe, vel quaſi, filius fa-
milias miles, vel Doctor, loco patrisfamilias habeantur, l. 3. C.
de caſtr pecul lib. 12. vnde etiam patris conſenſus, in matri-
monio à filiofamilias milite contrahendo, requiritur l. filiuſ-
familias, ff. de ritu nupt. Et Vlp. grauiter admonet, etiam in
militibus pietatis rationẽ in parentes conſtare debere, & pro-
nunciat eum militia indignum, qui contempſerit parentes, l.
6 1. ff. de obſeq. à liber. &c. Idem dicendum eſt de Sacerdotio,
vel Clericatu, quod non liberant à patria poteſtate, quantum
ſcilicet ad patrimonialia, & profectitia, & ſic temporalia: ſe-
cus quo ad ſpiritualia, quæ non cadunt in laicum, & ad bona,
quæ poſt clericatum ſunt acquiſita: nam in bonis clericorum
pater non habet viumfructum: cenſentur enim quaſi caſtrẽ-
ſia, l. ſacroſanctæ, & ibi Bald. & alij, C. de Epiſc. & cler. Et in
ſpiritualibus clericus ſine conſenſu patris agere poteſt, c. ſi an-
num, de iud. in 6 & notar. in c. indecorum, de ætate, & quali-
tate videte Doct. hic, & Iaſ. in d. l patre furioſo, num. 48.
7 Quartus modus, quo patria *b* poteſtas ſoluitur, quem vltra
b textum Doctores hic ſubijciunt, eſt Monachatio, *c* vt quan-
c do pater ingreditur monaſterium: nam tunc ſubijcitur pote-
ſtati Abbatis, ideo filium in poteſtate habere nequit, per reg. l.
ſic eueniet, ff. de adulter. & è contra, quando filius intrat mo-
naſterium, nam & tunc liberatur à poteſtate patris, & amittit
ciuitatem, & mundum, & tranſit in poteſtatem, & obedien-
tiam Abbatis, vt eſt gloſ. in l ſi ex cauſa, §. penult. in verb. cum
8 ſtatum, & ibi Doctores, ff. de minoribus. Ingreſſi enim mo-
naſterium, ſe, & bona ſua dedicant Deo, ita, vt de illis teſtari
nequeant. Auth. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Retinet ta-
9 men Monachus iura ſuorum hæredum, ſeu ius ſuitatis, vt ſci-
licet ſuccedat patri ex teſtamento, & ab inteſtato, ſicut filius
ſuus, id eſt, in poteſtate exiſtens, l. Deo nobis, §. 1. C. de Epiſco-
pis, & clericis. Et quamuis Specul. in titulo de ſtatu Monach.
vt eum refert & ſequitur hic, Faber, per hanc rationem con-
cludat, patriam poteſtatem non tolli per monachationem,
pręſertim cum non referatur inter modos ſoluentes patriam
poteſtatem: communis tamen concluſio Doctorum eſt in
contrarium, quam reliqui Inſtitutiſtæ hic tenent, & Iaſon in
dicta lege patre furioſo, num. 46. qui reſpondet ad hoc funda-
mentum, quia filius emancipatus liberatur à poteſtate patris,
d & nihilominus refert *d* ius ſuccedendi ex teſtamento, & ab
inteſtato, l. meminimus, C. de legit. hæred.

A D D I T I O N E S.

a *Quid ſi ignorante, vel inuito patre filius eam dignitatem fuerit adeptus, num inuito patre eius poteſtate liberabitur? Sic videtur. Nam, & Nouel. 81. ſatis generalis conſenſum patris in his non exigit ſpeciatim. Quod ſi fratris conſenſus exigeretur, fruſtra priuilegium hoc eſſet, dignitatibus filios patria poteſtate liberari: & a patre liberari viderentur non a lege.*

b *Quid? Monachiſmo num adoletur filij ingratitudo? Ita communiter tenendum eſt, vt exinde (tamquam ingrati) à parentibus ſuis exhæredari non poſſint, l. 55. l. 56. C. de Epiſc. Nouel. 123. cap. 41. 19 qu. 3. cap. vlt. 23. q. 3. cap. non licet.*

c *Bald. in l. apud hoſtes, C. de ſuis. Interpretes in l. Deo nobis, C. de Epiſc. aud. Authent. Epiſcopalis, C. eod. tit.*

d *In Gallia monachiſmum profeſſi ex generali conſuetudine parentibus in linea directa, & cognatis ſuis in collaterali non ſuccedunt. Et ita iudicatum refert Paponius, 21. Areſt. 1. §. 1. Sic monachiſmo ſeruus libertatem adipiſcetur in caſu Nouel. 5. cap. 2. §. 1.*

§. Si ab hoſtibus.

1 *Captiuitate patria poteſtas ſoluitur.*
2 *Capti ab hoſtibus hodie libertatem non amittunt.*
3 *Ius poſtliminij fingit aliquem numquam fuiſſe captum.*
4 *Reuerſus ab hoſtibus, quæ iura recuperet.*
5 *Poſtliminij definitio.*

Poſtli-

6 *Poſtliminium vnde dictum.*
7 *Ius poſtliminij habet duo capita.*

1 QVintus modus eſt Captiuitas, quando ſcilicet pater ca-
pitur ab hoſtibus: nam tunc, quia efficitur ſeruus hoſtiũ,
hoſtes, in fi. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. non poteſt alius ha-
bere in poteſtate, per reg. d. l ſic eueniet, ff. de adult. Item quã-
do filiusfamilias ab hoſtibus eſt captus, vt hic, & l. in bello, §.
ſi quis, ff. de capt & poſtlim. reuer. Quod eſt verum, ſi ſit ca-
ptus in iuſto, & legitimo bello, quod. ſ. per populum Roman.
alijs, vel per alios populo Ramano eſt indictum, vt hic, in gl.
1. & d. l. hoſtes, ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. l. hoſtes, ff. de
verb. ſig. Si enim per latrunculos, & pyratas quis eſſet captus,
ſeruus hoſtium non fieret, d. leg hoſtes, & l. poſtliminium, §. à
piratis, ff. de capt. &c. Sciendum tamen ſec. Mynſing. hic I.
2 Quòd hodie antiquiſſima conſuetudine introductum eſt, vt
a capti in bello libertatem non *a* amittant. Sed præſtita victori
pecunia veniam redeundi impetrẽt, bello autem capti, quod
Turcis indictum eſt, efficiũtur capientium, vt not. per Alciat.
in d. leg. hoſtes, ff. de verb. ſignif. II. Limitabitis prædictũ mo-
dum procedere, quando pater, aut filius captus apud hoſtes
b decedat: tunc enim lex Cornelia fingit, *b* eos ſtatim hora ca-
ptiuitatis mortuos eſſe, vt hic, & le. in omnibus. ff de capt. &c.
Aliàs enim captiuitate non ſic tollitur patria poteſtas, ſed in-
terim eſt in ſuſpẽſo, ita quòd captus ab hoſtibus reuerſus, per
ius poſtliminij recuperat omnia eius priſtina iura, ac ſi nulla
5 captiuitas interueniſſet, vt hic. Eſt enim poſtlimiolum ius a-
6 miſſæ rei recuperandæ, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, l.
poſtliminium, in princ. ff. de capt. &c. dictum à limine, & poſt
quòd captus liberatus ab hoſtium poteſtate, ad idem poſtea
7 limen reuertitur, quod amiſerat, vt inquit hic Imperator. Et
habet ius poſtliminij duo capita, ſec. Doct. hic, & Bart. in leg.
nec vtilem, ff. ex quib. cauſ. maiores, & c. 1. Eſt, quòd reuerſus
recuperat omnia iura reſtituit enim poſtliminium omnia in
priſtinum ſtatum, d. l poſtliminium, 2. Quòd reuerſus fingi-
tur ſemper in ciuitate fuiſſe, & illa iura retinuiſſe, licet reue-
ra non habuerit, vt hic.

ADDITIONES.

a *Et ideo teſtari poſſunt, etſi contrarium traditur ab hoc autho-
re inſ. §. vlt. qui teſtam. fac poſſint.*
b *De fictionum ſpeciebus, nimirum de fictione inductiua, priua-
tiua, translatiua, vetatiua, permiſſiua, propria, impropria, vide
Pyrrhum Anglebermeum, diſp. 1. poſita in fin. Commentary in
conſuetudines Aurelianenſes.*

§. Præterea.

1 *Emancipatione tollitur patria poteſtas.*
2 *Mancipium.*
3 *Emancipationis vetus ſolemnitas.*
4 *Hodie vna tantum eſt emancipandi ratio.*
5 *Quæ requirantur ad emancipationem.*
6 *Inuitus an poſſit emancipari.*
7 *Pater an compelli poſſit ad emancipandum filium.*
8 *Emancipationis effectus.*

1 SExtus modus, eſt Emancipatio, *a* quæ dicitur relaxatio,
a ſeu ſolutio patriæ poteſtatis, cum filiusſamilias per eam à
manu, ideſt poteſtate patris dimittitur, vt hic. & l. emancipari
ff. de adopt. & l. 1. Cod. de emancip. liber. Eſt enim, vt decla-
2 rat hic. Aldobr. mancipium dominium. Vnde dicimus eman-
cipare fundum, ideſt è mancipio, vel dominio noſtro dimit-
tere, & alienare, ſic dicimus filium emancipare, ideſt è manci
3 pio, & dominio noſtro dimittere. Olim enim emancipatio fie
bat per imaginarias quaſdam venditiones, & manumiſſiones
quòd pater naturalis vendebat filium patri fiduciario, qui ſta
tim reuẽdebat, eum patri naturali: ita vt tunc filius erat apud
patrem loco ſerui, non filij, & quando per patrem ab hoc do-
minio liberabatur, & manumittebatur, dicebatur emancipa-
tio, quaſi è manu miſſio, ſeu dominij, dimiſſio. Et licet olim
duobus modis fiebat, vel per huiuſmodi imaginarias vendi-
4 tiones, vel reſcripto Imperiali, vt hic, & l. pen. Co. de emancip.
liber. Hodie tamen exploſa hac venditionum fictione, vna
b tantum eſt ratio è mancipandi, *b* videlicet, quod pater coram
competenti iudice comparet vna cum filio, & declarat ſe
velle. vt filius a ſua poteſtate liberetur, vt hic, & poteſt, non
ſolum filius, ſed etiam nepos emancipari. Item pater poteſt
filium emancipare, & nepotẽ retinere in poteſtate, vel è con-
tra, vt hic, §. admonendi. Item filij concepti ante emancipatio-
nem patris, remanent in poteſtate aui: poſtea vero concepti,
in poteſtate patris emancipati, vt hic, §. fi. facit text. in l. eman-
cipatum, §. ſi quis conceptus, ff. de Senat. Requiritur autẽ ad
5 emancipationem I. Vt fiat coram iudice competenti, qui ha-
bet aliquam iuriſdictionem, l. magiſtratum, ff. de adop. & l. fi.
C. de emancip. tex. & gl hic, in verb. magiſtratus Vnde facta
coram notario non valet, ſec. Aldobr. hic. II. Vt fiat apud acta
& inſinuetur, id eſt, vt ſuper ea ſcriptura conficiatur, vt hic,
§. ſed & ſi pater, infra eod. & d. l. pen. in fin. iuncta gl. ibi, C. de
emancip. & l. emancipatione, & ibi gl. & Doct. Co. de fide in-
6 ſtru. III. Requiritur conſenſus filij emancipãdi: inuitus enim
cogi non poteſt, vt patiatur ſe emancipari, l. pen. C. de eman-
cip. §. generaliter, in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. Ex cauſa ta
men poterit filius inuitus emancipari, veluti ſi filius eſſet ri-
xoſus, & ex forma ſtatuti pater teneretur ſoluere condemna
tionem pro eo, vt notatur per Bart. & alios, in l. quidam cum
filium, & Iaſ. in l. vtrum, ff de verb. obl. & iſtæ cauſæ, cum non
ſint expreſſæ, relinquendæ ſunt arbitrio iudicis, & Angel. hic,
in §. fi. concludit, quod ex omnibus cauſis, propter quas filius
exhæredari poteſt, de quibus in §. aliud quoque, in Auth. vt
7 cum de appellat. cognoſcitur, poterit etiam inuitus emancipa
ti IV. Conſenſus patris emancipantis. Pater enim inuitus co
gi non poteſt ad emancipandum filium, vt hic, §. fin. & le. nec
auus, C. de emancip. & l. non poteſt, ff. de adopt. Niſi in qua-
tuor caſibus relatis per gl. hic in d. §. fi. V. Addatis & quintam
cauſam, videlicet, vt etiam pater poſſit compelli ad emanci-
pandum filium propter iſtas cauſas, ex quibus ei licet patrem
exhæredare, cum correlatiuorum ſit eadem natura l fi. C. de
ind. vid. tol. & videte addit. Huberti de Bonaccurſio, in tract.
exceptionum, in Rubr. quibus modis ſuo nomine agentes, in
8 verb. emancipare. Effectus autem emancipationis, eſt ſolutio
patriæ poteſtatis, ita quod filius poſtea ſuo nomine liberè cõ-
trahere, teſtari, & omnia agere poſſit, ſicut paterfamilias, &
acquirit plenum dominium, id eſt, proprietatem, & vſumfru-
ctum in bonis aduentitijs excepta dimidia parte vſusfructus,
quæ ipſi patri velut in præmium emancipationis reſeruatur,
l. cum oportet, §. fi. C. de bon. quæ lib. &c.

ADDITIONES.

a *Franciæ generali cõſuetudine receptum eſt, filiosfamilias ma-
iores 25. annis, tametſi nuptias non contraxerit, emancipatos
cenſeri, adeo, vt ſine authoritate parentum ſuorum poſſint eſſe
in iudicio, teſtari, codicillos facere, mutuum accipere, contra
quem velit Senatuſc. Macedonianum. Et hoc eſt, quod gloſſa
ſcribit. Francigenas non habere in poteſtate ſua liberos hoc ti-
tulo. In prouincijs tamen Franciæ, quæ conſuetudine non regun
tur, ſed ſcripto iure vtuntur, ius Romanum præcisè obſeruatur.
Poteſt tamen parens ſine reſcripto Principis apud Iudicem lo-
ci, hoc eſt, domicilij ſui altam, & mediam iuriſdictionem ha-
bentis ſine alia ſolemnitate teſtari ſe filium, filiam, ac liberos
emancipare, atq; etiam poſtulare à iudice, vt ei rei ſuã autho-
ritatem interponat, deq; ea re iubeat acta fieri. Quod à iudice
ſine vlla alia cauſæ cognitione fieri ſolet. Fitq; ea interdum in
genere, interdum in ſpecie ad vnum actum: nimirum vt Filius
emancipatus contrahat, vel in iudicio agat. Inter quas emanci
pationes hoc diſcrimen ſeruãdum eſt, quod generali illa eman-
cipatione pater amittit vſumfructum, quem habet in bonis ad-
uentitijs liberorum, niſi cum expreſſim, ac nominatim excepe-
rit in ſpeciali, ſecus Paponius 7. Arreſt. 1. §. 24. De his omnib.
plenius Auctores in praxi, tit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.*
b *Iure Sax. altera priuata, nempe ſeparatio, de qua p. 2. con. 10.*

§. Sed ſi pater.

1 *Adoptione ſpecifica patria poteſtas diſſoluitur.*
2 *Pater iniuſtè denegans alimenta filio, amittit patriã poteſta-
tem.*
3 *Denegans alimenta necare videtur.*
4 *Filiafamilias nupta, an liberetur patria poteſtate.*
5 *Poteſtas duplex, Patria, & Maritalis.*
6 *Vxor quo ad tria, eſt in mariti poteſtate, quo ad reliquum, ma
net in poteſtate patris.*
7 *Filiafamilias viuente patre non poteſt condere teſtamentum.
Item nec donare cauſa mortis, &c.*
8 *An de iure Saxo. Filiafamilias nupta acquirat marito, vel
patri.*
9 *De iure Saxo. maritus eſt curator vxoris.*
10 *An art. 31. & art. 45. lib. 1.* Landrecht, *qui loquuntur* vorn
geben. *locum habeant in vltimis voluntatibus.*

1 SEptimus modus, qui ab Imp. hic refertur, eſt adoptio ſpe-
cialis facta ab aſcendente. Adoptatus . n. ab auo materno,
vel paterno, liberatur à patris naturalis poteſtate, & tranſit in

poteſtatem patris adoptiui: ſecus ſi ab extraneo adoptetur, vt
hic, & l. cum in adoptiuis, §. ſi verò, & l. 6. C. de adopt. de quo
dictum eſt ſupra, de adoptione, ſuper §. ſed hodie, in quæſtio-
ne: *Qui ſunt effectus adoptionis in ſpecie?*
2 Prędictis addite adhuc vnum, & ſic octauũ modum, quem
ponit glo. in l. nec filium, C. de patr. pot. & eum refert Abb. in
c. ex litteris, nu. 5. de conuerſ. infidelium, videlicet, quod pater
denegans filio alimenta iniuſtè, amittit patriam poteſtatem.
3 Necare enim videtur, non tantum is, qui partum abijcit, ſed
etiam qui alimenta denegat, l. necare, ff. de lib. agnoſc. & facit
tex. in c. paſce, diſt. 86. vbi B. Ambroſius inquit: *Paſce fame mo
rientem: quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi nõ
paueris, fame occidiſti.* Vltimo circa pręſentem tit. quæritur.

a *An filiafamilias nupta a liberetur à poteſtate ſui patris?*

4 In hac quæſtione videtur prima facie dicendum, quòd ſic
propter text. iuris diuini, Geneſ. 2. verſ. 24. vbi dicitur. *Propter
hoc derelinquet homo patrem, & matrẽ,* Item 1. ad Cor. 7. verſ.
4. *Vxor non habet poteſtatem ſui corporis, ſed maritus,* & mu-
lierem ſubiectam eſſe dominio viri, dicitur in ca. muliere, 33.
q. 5. Sic & vxor ſequitur familia. & conditionem ſui mariti, l.
feminæ, ff. de Senator, & etiam forum mariti, l. exigere dotẽ,
ff. de iud. In contrarium verò eſt tex. in l. ſi vxor, C. de condit.
inſert. & in l. patri, ff de adul. & in prin. ibi, *in poteſtate paren-
tis,* cum ſimil. infr. ad S. C. Tert. Matrimonium enim non eſt
5 modus ſoluendi ius patriæ poteſtatis. Ideo Doct. in prędictis
locis diſtinguunt, & Bal. in l. 1. Co. de bo. quæ lib. inquit: Quòd
poteſtas eſt duplex. Patria, & Maritalis. Quo ad quædã enim
vxor eſt in poteſtate mariti, & quo ad quædã, manet in pote-
ſtate patris. Bal. in d. l. vxor, dicit: quod vxor in tribus eſt in po
teſtate mariti. I. Quo ad obſequia matrimonij, de quibus lo-
quitur dictum Pauli 1. ad Cor. 7. verſ. 4. & in reſidentia, quam
debet facere cum viro, & maritum ſequi c. vnaquæque, & ibi
gl. 13. q. 2. de quo ſup. in tit. de nupt. in quæſt. *An vxor tenea-
tur ſequi maritum vagabundum,* dictum eſt. II. Quoad iuriſ-
dictionem: quia vxor ſequitur forum mariti, d. l. exigere do-
tem, ff. de iudic. & l. fin. §. item reſcripſerunt, ff. de municip. &
not. in l. cum quædam puella, ff. de iuriſd. omn. iud. III. Quoad
operas: tenetur enim vxor ſecundum conditionem ſuæ per-
ſonæ operari marito, maximè in his, quæ pertinent ad orna-
menta coniugij, & operas muliebres in ſuſtinenda re dome-
ſtica, vt eſt tex. iuncta gloſ. in l. ſicut, ff. de op. lib. de quo videte
Abb. in c. litteras, nu. 27. de reſt. ſpol. & quidquid vxor eſt iſtis
reb. & operis maritalibus acquirit, hoc marito acquirit, ſec.
Bald. in d. l. 1. C. de bon quæ lib. & in d. l. vxor. Quo ad reliqua
& alios actus iuris ciuilis, filiafamilias vxor manet in pote-
ſtate patris, & ita loquuntur, d. l. ſi vxor, & alia iura ſup. alleg.
7 Vnde ſec. Ang. Porc. & alios, in d. principio, inf. ad S. C. Tert.
viuente patre non poteſt condere teſtamentum, l. qui in po-
teſtate, ff. de teſt. Item nec donare poſt mor. Item quidquid
acquirit non ex rebus mariti, neque ex operis maritalibus, vt
quia fortè inſtituitur hæres à cognato vel extraneo, hoc patri
acquirit, quò ad vſumfructum, proprietas enim remanet fi-
8 liæfamilias, §. 1. inf. per quas perſonas nob. acqui. De iure ve-
b rò Sax. videtur contrarium eſſe ſtatutum, *b* Nam ſtatim quan
do filiusfamilias diſcedit, vel ſeparat ſe à Patre, tunc pater a-
mittit vſumfructum in bonis aduentitijs filij, & tenetur bona
aduentitia ei reſtituere, art. 11. li. 1. vbi dicitur: *Quando filij
poſt mortem matris, vel etiam viuente matre, a patre ſe ſepa-
rant, tunc eis pater bona materna reſtituere debet,* per quem
tex. pronunciatur, titulus in Cod. de bonis mater. & de bonis
quæ liber. in his terris, iuris Sax. ſubiectis, locum non habere.
Sed filiafamilias nupta, cum teneatur ſequi maritum, certè le
gitimè à patre, quo ad hũc effectum, ſeparata dicitur, vt vſuſ-
fructus ſcilicet, non patri, ſed marito acquiratur, propter one
ra matrimonij. Vnde, & dicitur in artic. 31. lib. 1. Quòd vir &
vxor dum viuunt, nulla habent bona ſeparata, ſed poſſident
9 inter ſe bona indiuiſa. Et licet de iure communi maritus non
c poſſit eſſe tutor *c* ſuæ vxoris, l. 2. C. qui dare tut. vel cur poſſ.
tamen de iur. Sax. maritus eſt curator ſuæ vxoris, art. 45. l. 1. &
art. 45. li. 3. vt dicitur in d. art. 31. Quando maritus ducit vxo-
rem, tunc fit vxoris curator, & omnium eius bonorum admi
niſtrator: vnde nec vxor ſine conſenſu mariti bona ſua alie-
nare, vel donare poteſt. *Darumb das er mitihr ingevvehrem
ſitzet,* d. art. 31. & 45. lib. 1. Et intelligatis iſtum text. de aliena-
10 tione quæ fit per contractus inter viuos, quam vxor non po
teſt facere ſine conſenſu mariti: non autem de alienatione in
vltima voluntate, quia vxor ſine conſenſu mariti teſtamentũ
d condere, & pro libito de bonis ſuis diſponere poteſt, *d* quia
nec per ſtatutum teſtamenti factio prohiberi poteſt, cum ſit
odioſum, & contra bonos mores, vt in ſpecie decidit Pau. de
Caſ. in l. ex facto, in fi. prin. ff. de vulg. & pup. ſubſtitu. facit tex.
in l. 1. de ſacroſ. Eccl. Nec obſtat text. iuris Saxonici, art. 31. &
45. quia loquitur per verb. *Geben und Vergeben,* quod eſt ver-
bum contractus: verba autem contractus ad ius teſtandi non
pertinent, l. verba contraxerunt, ff. de verb. ſign.

ADDITIONES.

a *Conſuetudine Pariſienſi art. 239. vir, & vxor minores 25. an-
nis matrimonio coniuncti cenſentur vti ſuis iuribus in id, vt bo-
na ſua immobilia adminiſtrent, non tamen vendant pignorẽt
ve. Eſt & tacita emancipatio, quoties ſcilicet filius per 20. an-
nos vixit ſeorſim à patre negotiando, Bald. in l. poſt mortem, ff.
de adopt. Quinimo Balbus tract. de præſcript. ſcribit filium,
qui ſe 20. annis patremfamilias geſſerit ſciente, & patiente pa-
tre præſcribere ſuam poteſtatem, vt & ſeruum ſuam poteſta-
tem, ex tex. & gloſ. in l. 1. in verb. cum diu, C. de patr. pot. & in
l. 2. C. de præſcr. long. temp. qua pro liber.*
b *Diſt. conſt. 10. par. 2.*
c *Generalis ſcilicet, nam ad lites curator dari poteſt: cum ſit pe-
ne procurator rerum vxoris: Bal. in l. 2. C. qui dare tutor. Con-
ſuetudine Pariſienſi, art. 233. maritus eſt dominus actionum
mobilium, & poſſeſſoriarum vxoris, poteſtque ſolus earum no-
mine ſine vxore iudicio agere, & experiri.*
d *Vide latiſſime Tiraq. de ll. connub. in fi. verb.* contracter, *vbi
etiam an poſſit donare cauſa mortis: de quibus licet ambigat,
tamen nos ſecundum communem concluſimus, quod non poſſit.
Ripa, Iaſ. & DD. l. 2. de leg. 1.*

DE TVTELIS.

TITVLVS XIII.

In Rubricam, & principium Tituli.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Perſonæ ſui iuris, aut ſub tutela, aut ſub cura, aut ſub neutris pendent.*
3 *Cognito vno de contrarijs, cognoſcitur & aliud.*

1 IMperator in hoc titulo, vſque ad finem huius pri-
mi libri, tertiam diuiſionem perſonarum, vel po-
tius alterum membrum ſecundæ diuiſionis ſupra
poſitæ perſequitur. Nam in tit. de his qui ſunt ſui,
vel alien. iur. dixit quaſdam perſonas eſſe alieni iuris, quaſdam
verò ſui iuris, & quòd perſonarum alieni iuris, quædam ſunt
ſub poteſtate dominorum, vt ſerui: quædam verò ſub pote-
ſtate parentum, vt filiusfamilias, de quibus hactenus dictum
2 eſt. Expedito igitur primo membro diſtinctionis, earum, ſci-
licet perſonarum, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt: nunc alterũ
membrum ſubdiuidit, videlicet, quòd perſonæ, quæ ſui iuris
ſunt, aut ſunt ſub tutela, aut ſub cura, aut neque ſub tutela, ne
que ſub cura, & neutro iure tenentur. Et quia cognitis his,
quæ ſub tutela & cura ſunt, facilè ex natura contrariorum in
telliguntur, quæ neutro iure tenentur, cum cognito vno de
a contrarijs, *a* cognoſcantur & aliud, vt hic in princ. & ſup. de
his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Ideo de prioribus tantum ſe di-
cturum proponit. Et quia tutela precedit curam, vt impubes
puberem, ordinem ipſum naturæ ſecutus Imperator, primum
de tutelis generali tractatum differit.

ADDITIO.

a *Contrariorum vno cognito cognoſcitur, & aliud, vt hic, & §.
illud, inſ. de ſociet. l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius vocan.
l. & ſi contra, ff. de vulg. & nam quem, ff. de verb. ſign. l. pen. C.
de ſolut. gloſ. in rub. ff. & C. de acq. poſſeſ. & in l. ſi merces, §. vis
maior, ff. locati. Licet autem contrariorum eadem ſit diſcipli-
na, & notitia, non per hoc contrarij effectus tolluntur, l. vlt. ff. de
calum. l. qui accuſare, ff. de accuſ.*

§. Eſt autem.

1 *Tutelæ definitio, & quas cauſas comprehendat.*
2 *Acceptio vis, & poteſtatis.*
3 *Caput liberum, in definitione quo referatur.*
4 *Explicatio verbi, ab tuendum, in definitione poſiti.*
5 *Tutor ad quid detur, & ad quid Curator.*
6 *Tutores vnde dicti.*
7 *Argumentum ab etymologia vocabuli, an, & quando valeat.*

Tutor

8 *Tutores quibus dentur.*
9 *Requiſita Tutelæ, & nu. 11. & 12.*
10 *Filiofamilias, an, & quando Tutor detur.*

Quid eſt tutela.

1 E*St vis atque poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatē ipſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa*, vt hic, & l. 1. ff. eod. Et comprehendit hæc difinitio quatuor cauſas. Primò, efficientem, ibi, *iure ciuili data*: ſecundo formalem, ibi, *vis atque poteſtas*: tertiò materialē, ibi, *in capite*
2 *libero*: quartò finalem, ibi, *ad tuendum eum*. Et accipitur hic, vis, atque poteſtas pro authoritate, quaſi dicatur, tutela eſt authoritas quædam, vt inf. de author. tut. Naturali enim iuri cōueniēs eſt, vt is, qui perfectæ ætatis nō eſt, alterius tutela regatur, vt dicitur, §. fi. inf. de Atti. tu. Et quod dicitur in fin. *in capite libero*, intelligit, & refert glo. hic ad pupillum, quo oporteat
a eum eſſe liberum, reſpectu patriæ, *a* & dominicæ poteſtatis. Cum filius familias regulariter tutorē habere nō poſſit, nec ſeruus, qui eſt in poteſtate domini. Bart. verò, in d. l. 1. quē cōmuniter Doct. hic ſequuntur, refert etiam ad perſonam tutoris, cum ſerui tutores eſſe nequeant, vt in tit. ſeq. dicetur. Dici
4 tur *ad tuendum*: is enim eſt effectus, & officium tutelę. Patria vero poteſtas etiam alios effectus producit, de quib. ſupr. dictum eſt. Et ponūtur hæc verba ad differentiam curatorum. Tutor enim principaliter datur perſonæ pupilli, & in conſequentiam rebus eius gerendis. Curator verò principaliter re-
3 bus, & bonis, & non perſonę minoris, vt inf. de curat. dicetur. Vnde etiam tutores dicti, quaſi tuitores, vel defenſores, vt hic
6 §. tutores & d. l. 1. in prin. ff. eo. Hinc arrepta occaſione Doct.
b hic quærunt. An, & quando argumētum ab etymologia *b* vocabuli procedat? & breuiter dic, quòd negatiuè valet, non autem affirmatiuè, veluti mutuum dicitur quaſi de meo fia tuū, l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. Vnde hoc valet, ſi dicas, de meo non fit tuum: ergo non eſt mutuum. Sed non valet affirmatiuè, ſi dicas de meo fit tuum: ergo eſt mutuum, quia poteſt etiā ex alio contractu fieri tuum de quo vide DD. in d. §. appellata, & in l. 1 ff. de teſt. & Euerard. in locis legalib. ab etymolog.
8 vocabuli. Dicitur in definitione *propter ætatē*. Tutores enim dantur impuberibus, & ad differentiam curatorum, qui puberibus, & aliquando etiam maioribus dantur, vt furioſis, prodigis, &c. Dicitur *à iure ciuili*. Hæc enim tutela non à iure naturali, vel gentium, ſicut tutela proprij corporis, ſed à iure ciuili eſt introducta, vt hic.

Quæ requiruntur ad tutelam.

9 A parte pupilli requiritur. Primò, quòd ſit ſui iuris, vt hic. in
c princ. Vnde ſeruo tutor non *c* datur, cum ſit poteſtati ſui domini ſubiectus, de quo vide hic, glo. in verb. libero. Item filius familias, qui eſt in poteſtate patris, regulariter tutorem habe-
10 re non poteſt, l. fin. in princ. C. de curat. furio. & gl. hic in prin. in verb. non ſunt. Tunc enim dandus eſt tutor. quando legitimus defenſor deficit, l. 2 ff qui pet. tut. Sed pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij, & melius præſumitur adminiſtrare res filij, quam aliquis extraneus, cū nullus affectus vincat paternum; d. l. fi. Sed hæc concluſio fallit. I. Quando pater non vult adire, & adminiſtrare hæreditatem aduentitiam filij familias: nam tunc datur filio, non quidem tutor perſonæ, ſed curator bonis, ſeu hæreditati l. fin. §. fin. autem in ſecunda, C. de bon quæ liber. II. Fallit in caſu, l fin. §. minores, C de ſent. paſſ. vbi filiofamilias datur tutor quādo pater eſt deportatus, de quo latius videte DD. in d §. minores, & Bart. in l. fin. §. 1. ff. de verb. oblig.
11 Secundò ad tutelā requiritur ætas pupilli, videlicet, vt maſculus ſit impubes, ideſt, minor quatuordecim annis: fœmina verò minor duodecim annis, vt in princ. inſ. quib. mod. tut. fi.
12 Tertiò, à parte vero tutoris requiritur libertas: ſeruus
d enim *d* regulariter, dum eſt ſeruus, tutor dari non poteſt, l. in ſeruili, C. qui da. tu. poſſ. Eſt enim tutela à iure ciuili introdu-
e cta, vt ſup. dictum eſt. Sed ſerui, quod ad ius *e* ciuile attinet, pro nullis habentur, l. quod attinet, ff. de reg. iur.

ADDITIONES.

a *Atqui tutor datur ei cuius pater captus eſt ab hoſtib. l. vlt. C. de ſent. paſſ. & ſic non liberatis patria poteſtate. Quia captiuitate patris nō tollitur patria poteſtas, ſed ſuſpēditur, §. ſi ab hoſtibus inf. tit prox. Dic. filium in huiuſmodi caſu rōne ſtatus futuri à patria poteſtate plenè non liberatū. præſentis vero ſui iuris eſſe.*
b *Argumentū ab etymologia negatiuè valet non affirmatiuè. Nā à quo remouetur, nomē remouetur eadē opera titulus, vis, & effectus nominis, l. à nullo, C. de ſer. l. vlt. C. de inof. teſt. l. diurnos, C. de frum. Alex. qua de re etiam dicetur infra, te teſta. ordi.*
c *Vide tamen l. ſi impuberi, 13. ff. de tutor. dat.*
d *Rectè Nā extraneus ſeruus purè tutor dari non poteſt; ſub hac vero conditione, ſi liber erit ſtatus, valebit datio exiſtente conditione, §. ſeruus alienus, infra, qui teſ. tut. dari. Quid ſi proprius ſeruus? ſiue cum libertate, ſiue ſine libertate datus fuerit, valebit datio. Nam etſi datus ſit ſine libertate expreſſe, tacite tamen liber factus eo ipſo intelligitur, d. §. ſed, & ſeruus, d. tit. At non ijs, qui iure gentium ſunt.*

§. Permiſſum.

1 *Tutela triplex.*
2 *Tutela teſtamentaria quæ ſit.*
3 *Legitima tutela quid. vnde dicta, & quotuplex.*
4 *Tutela datiua quæ ſit.*
5 *Tutores quo ordine vocentur.*
6 *Quę requirantur, vt tutela teſtamentaria valeat.*
7 *An ab inteſtato codicillis tutor dari poſſit.*
8 *An tutor in teſtamento imperfecto dari poſſit.*
9 *Quid interſit inter tutoris dationem, quæ ipſo iure valet, & ad quam neceſſaria eſt iudicis confirmatio.*
10 *Parentes maſculi habentes liberos in poteſtate tutores dare poſſunt in teſtamento.*
11 *An, & quando mater, vel auia filijs in teſtamento tutores dare poſſit.*
12 *An extraneus heredi inſtituto tutorē teſtamento dare poſſit.*
13 *Quibus in teſtamento tutores dari poſſit.*
14 *Quæ requirantur, vt tutores à patre filijs ſimpliciter dati, etiam poſthumis dati intelligantur.*
15 *Non natus quando habeatur pro nato.*
16 *Datio tutoris facta à patre in teſtamento filio emancipato an valeat.*
17 *An filijs naturalibus teſtamento tutores à parentibus naturalibus dari poſſint.*
18 *An tutor confirmatus ſit datiuus, vel teſtamentarius.*
19 *Quæ requirantur, vt valeat datio tutoris in teſtamento facta.*

Quotuplex eſt tutela?

1 TRes ſunt ſpecies tutelæ, ſecund. gl hic, in ver. *permiſſum*, Teſtamentaria, legitima, & datiua
2 Teſtamentaria, tutela eſt, quando parentes, liberis impuberibus, quos in poteſtate habent teſtamēto tutores cōſtituunt.
3 Legitima eſt, cum tutor à lege datur, vnde, & legitima dicta, quia lex eam defert proximis conſanguineis, non extantibus teſtamentarijs tutoribus, & hæc ſubdiuiditur in quatuor ſpecies. Alia enim eſt legitima agnatorum tutela, alia patronorum, alia parentum, & fiduciaria: vt in ſequentibus titulis dicetur.
4 Datiua verò tutela eſt, quæ à iudice datur, vt quando non extant teſtamentarij, neque legitimi tutores: tunc enim à iu-
5 dice impuberibus dandi ſunt tutores, vt inſ. de Atil. tut. Eſtq;
a ſic ordo *a* inter huiuſmodi tutores, vt ſcilicet teſtamentarij
b Præferantur alijs, & ſecundo loco vocantur legitimi, *b* & ter-
c tio *c* datiui, ſicut ab ordine Rubricarum argui poteſt, vt tradit Iaſ. ſuper Rubr. tit. de act. num. 14.

DE TESTAMENTARIA TVTELA.

6 De hac ſpecie tutelæ, eſt titulus in ff. & C. de teſt. tu. & de ea tractatur hic, & in titu. ſeq. Ad cuius intellectum præmittendum, quod ad validitatem huius tutelæ principaliter requiratur, vt fiat in teſtamento: vnde, & teſtamentaria dicitur, vt hic, dicto §. permiſſum, idem ſi fiat in codicillis, in teſtamento, expreſsè, ſiue tacitè confirmatis, l. 3. iuncta gl. 1. ff. eod. Hodie enim codicilli ſemper in teſtamento tacitè confirmati eſſe cenſentur, §. non tantum, inſ. de codicil. An autem ab inteſtato in codicillis, ſcilicet nullo condito teſtamento, tutor dari poſſit? communis eſt concluſio, in d. l. 3. huiuſmodi dationem ipſo iure non valere, quaſi minus ſolemniter tutor ſit datus,

ADDITIONES.

a *Ordinem etiam iudex ſequitur in dandis tutoribus. Primum enim inquirit an ſit agnatus aliquis idoneus, & his rurſus deficientibus, an cognatus cognatis deficientibus, an affinis, an intimus defuncti amicus, vel vicinus. Manſuetius in praxi, tit. de tut. nu. 23.*
b *Ideſt, agnati. Sed hodie inter agnatos, & cognatos (quod ad ſucceſſionem, & tutelas attinet) ſublata eſt differentia. vide Authen. de hered. quæ ab inteſt. §. ex his, Authent. ſicut, de legit. tut. Feuda excipio. In his enim agnati ſeruant ſuam prærogatiuam, vt in vſib. feud. paſſim.*
c *Vide infra tit. de legitima agnator. tutel.*

datus, & contineat contrarietatẽ, quòd ſi tutor teſtamẽtarius
ab inteſtato. Sed tamen à iudice cõfirmandus erit huiuſmodi
tutor, vt concludunt Doct. hic, & in l. 2. C. de teſt. tut. per tex.
8 in l. 1. circa medium, & in l. qui à patre, ff. de confirm. tur. & in
l. 2. C. de confirmat. tut. Idem dicendum eſt, ſi pater dedit filio
tutorẽ in teſtamẽto imperfecto. Licet enim datio tutoris non
valeat ipſo iure, tamen tutor à iudice cõfirmari debet, d. l. 2. &
d. l. qui à patre, cũ diſtinctione tamen. Aut enim teſtamẽtum
eſt imperfectũ, vel minus ſolemne, ratione præteritionis, vel
exhæredationis, & tunc valet conſtitutio tutoris ipſo iure, &
authoritate legis: ex cauſa. n. exhæredationis, vel preteritionis,
irritum eſt teſtamẽtum, quantum ad inſtitutiones hæredum.
Cetera verò, vt cõſtitutio tutoris, legata, &c. firma permanẽt.
Auth. Ex cauſa, C. de lib. pręt. Aut verò eſt imperfectũ ratio-
ne defectus numeri teſtiũ, aut datus eſt filiis tutor extraneus,
& non valet iſta datio de iure, ſed debet tutor à iudice confir-
mari. Aut eſt datus tutor vnus ex filiis, & tunc valet iſta cõſti-
tutio tutoris, etiã ſine confirmatione: quo ad liberos. n. hmõi
teſtm̃ valet, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, & ibi Doct.
9 C. de teſtam. Et circa prędicta notandum, multũ intereſſe, an
valeat datio tutoris ipſo iure, vel an neceſſaria ſit ipſa confir-
a matio iudicis. Tutor enim rectè datus in *a* teſtamẽto, ſtatim,
quod ſcit ſe datum tutorẽ, debet incipere adminiſtrare: alias
ſi differat, ſuo periculo id facit, & omne damnum pupilli ad
ipſum tutorem ob negligentiam eius cauſatum pertinet, l. ſi
tibi, C. de teſt. tut. & l. 1. ff. admin. tut. At tutor datus in teſtam.
minus ſolemni, non tenetur ante confirmationem admini-
ſtrare, nec tenetur petere ſe confirmari, & ideo ſi interim, an-
tequam ſit confirmatus, ceſſat adminiſtrare, nullum pericu-
lum incurrit, l. impuberis, ff. de admin. tut & l. 1. C. de teſt. tut,
de quo vide Plat. & Aldobr. hic in fi. d. § permiſſum.

Qui poſſunt in teſtamento dare tutores.

10 Parentes maſculi, qui liberos habent in poteſtate, vt hic, &
d. §. permiſſum, & l. 1. ff. de teſt. tut. quod ampliate procedit. I.
Etiamſi pater in teſtõ filio nihil relinquat, ſed eũ ex hęredem
faciat, l. pater, & ſi pater. eod. II Ampliatur, vt procedat in pa-
rentibus maſculis in infinitũ, cõcurrentibus requiſitis in d. §.
permiſſum, per l. 4. §. parentes, ff. de in ius vocãd. Ex his ſequi-
b tur, quod mater, vel auia, cũ mater filios nõ *b* habeat in pote-
11 ſtate, § feminæ, ſup. de adopt. nõ põt eis in teſtõ tutorem da-
re, niſi filios inſtituerit hæredes. Nam tunc licet datio tutoris
ipſo iure non valeat, tñ à iudice confirmari debet. Si verò nõ
inſtituerit filium hærede, tunc eſt in poteſtate iudicis, an velit
tutorẽ cõfirmare, quod cũ cauſæ cognitione, & diligenti inqui
ſitione facere debet, l. mater, iuncta gl. in verb. ſolet, C. de te-
ſtam. tut. & l. 1. iuncta gl. ibi, C. de confir. tut & l. 1. iuncta glo.
12 ff. de confir. tutor. & l. pater, ff. de teſtam. tut. Idem dicendum
eſt de quolibet extraneo, qui impuberem inſtituit hæredẽ, vt
poſſit ei tutorem dare in teſtõ, qui tamẽ cum inquiſitione cõ
firmari debet, ſi patronus, cum l. ſeq. ff de confirm. tut. Sed ſi
eum non inſtituerit hæredem, nõ confirmabitur, quod ſecus
eſt in matre, vt dictum eſt. Et vide Salic. in d. l. mater, C. eod.

Quibus poſſunt in teſtamento dari tutores.

13 Primò, filiis impuberibus *c* in poteſtate exiſtentibus.
c Secundò, Nepotib. & reliquis deſcendentibus impuberibus,
duob. concurrentib. I. Quod ſint in poteſtate dantis. II. Quod
poſt mortem dantis non reciderint in poteſtatem ſui patris
naturalis, vt declarat hic Imperator in d. §. permiſſum.
14 Tertiò. Non ſolũ filiis natis, ſed ẽt naſcituris, & ſic poſthu-
mo tutor à patre in teſtõ relinqui poteſt, vt hic, §. cum autem.
d Adeò quod ſi pater ſimpliciter dat filiis tutores, etiã *d* poſthu
mis dati intelligantur, §. fin. in ſeq. tit. & ad hoc, vt valeat, duo
requiruntur. I. Quòd natus viuo patre fuiſſet eius poteſtati ſu
biectus. II. Quòd ſuus fuiſſet factus hæres, ſicque primum gra
dum obtineret: ſi enim haberet, qui eum præcederet, recaſu-
rus eſſet in ipſius poteſtatẽ, & ſic inutiliter ei de tutore pro-
ſpiceretur, d. §. cũ autem. Ex quo notãdum, quod quando agi
e tur de cõmodo eius, qui eſt in vtero, *e* habetur pro nato, vt hic
15 & l. qui in vtero, ff. de ſtatu hom. Vnde *f* mulier prægnãs tor
f turæ ſubiici non debet, ne faciat abortum, ſed expectari debet
donec pariat, & tunc infra 40. dies adhuc torqueri non debet,
ne propter debilitatẽ moriatur, l. prægnãtis, iuncta gl. ff. de pę-
nis, vbi prohibetur etiã ſuppliciũ ſumi de prægnante muliere,
& quod differri pęna debeat quoad partum ediderit, & tunc
partus de publica pecunia ali debet, ſi aliunde non habeat: Si
verò nõ poteſt reperiri nutrix, tunc ſeruatur mater, donec nu
trix haberi poſſit. Quia eadẽ eſt ratio in conſeruando iam na
to quæ erat in conſeruãdo eo, dum erat in vtero ſecũdũ Bar.
in d. l. prægnãtis, & addite tex. iuris Saxonici, iũcta gl. ibi art.
3. li. 3. Secus quãdo agitur de incõmodo nõ nati, vel de com-
modo alieno, tunc. n. pro non nato habetur, ſc. quod dicimus,
ff. de verb. ſign. quod inducitur per DD. in d. l. qui in vtero ad
q. ſi ſtatuto cauetur, quod capiens lupum, debeat habere pro
quolibet decem, & ſi quis capiat lupam prægnantem, quod
adhuc debeantur ei tantum vnica decem, quia agitur hic de
alieno commodo. Idem dicit Bald. in l. fin. Co. de libe. cauſa. Si
quis capiat matrem cum lupis iam natis, quod adhuc debean
tur ei tantum decem, cum is qui ex lactè nutritur, adhuc in
vtero, & pars viſcerum matris eſſe videatur, per tex. in l. ſed
addes, § ſi quis mulierem, ff. locati.
16 Quartò. Licet datio tutoris facta à patre in teſtamento filio
emancipato, de rigore iuris non valeat, cum non ſit in poteſta
te dantis, vt hic, §. permiſſum, & d. §. fi. inf. eod. tamen à iudice
omnino confirmari debet, etiam ſine inquiſitione, d. §. fi. & l.
1. §. qui à patre, ff. de confir. tut.
17 Quintò. Idem dicendum eſt de filiis naturalibus tantum;
cum enim hi nõ ſint in poteſtate patris, vt ſup. de patr. poteſt,
dictum eſt, non accipiunt tutores à parentibus naturalibus,
g niſi confirmentur, l. fin. C. de confir. tut. & d. l. naturalis, §. 1. ff.
de confir. tut. Vbi vide Bart. qui ponit ordinariam diſtinctio-
18 nem, an, & quando tutor datus in teſtamẽto confirmari de-
beat, & Plat. Porc. Aldob. hic in §. fi. Et an tutor ſic confirma-
tus ſit datiuus an verò teſtamentarius, vide Doct. hic poſt gl.
in § fin. in verb. confirmandus, & in l. 1. & 2. ff de confirm. tut.
Et communis videtur eſſe ſententia, quòd ſit datiuus, ſapiat
tamen naturam teſtamentarii, maximè in duobus. I. Quod
non tenetur ſatiſdare, pupilli rem ſaluam fore, l. qui à patre, ff.
de confirm. tut. quod tñ qui tutores facere tenentur, in prin.
inf. de ſatiſd. tut. II. Tutor datiuus excuſando ſe à tutela non
perdit legatum relictum in teſtamento. Sed ſic confirmatus
excuſans ſe à munere tutelæ, priuatur legato, ſicut teſtamen-
tarius, l. Neſennius cum duab. ll. ſeq. ff. de excuſ. tut. Et de hac
q. vide hic Aldobr. pleniſſimè, in §. fin.

Quæ requiruntur ad hoc, vt valeat datio tutoris in teſtamento facta?

19 Ad hanc quæſtionem ex prædictis reſponderi poteſt. Nam
primum requiritur, quòd ſit aſcendens, qui dat tutorem.
Secundò, quod habeat eum cui tutorem conſtituit, in ſua
poteſtate, d. §. permiſſum, & §. fi. inf. eo. Vnde nec filio eman-
cipato à patre rectè tutor in teſtamento dari poteſt, neque
valet conſtitutio tutoris, facta filio à matre, vel extraneo, niſi
h à iudice *h* confirmata fuerit, vt ſupra dictum eſt.
Tertiò, Vt is, cui datur, ſit impubes, d. § permiſſum.
Quarto, Quòd per mortem dantis non ſit recaſurus in
alienam poteſtatem, d. §. permiſſum.

Quin-

ADDITIONES.

a *Quid ſi tutor datus à iudice fuerit, et is a datione appellauerit?*
Interim adminiſtrare bona pupillorum cogitur, l. ſcire oportet,
ff. de excuſat. tut. Neque appellatio auditur niſi executioni da-
ta ſit ſententia iudicis, qui eũ tutorem dedit. Bald in rub. de of-
fic iud. Quid ſi abſens datus eſſe? Idẽ dicendum, ſi abſentia illa
ſit quæſita, voluntaria, & affectata. Nam verus contumax pro
præſente habetur, l. properandum, §. 1. C. de iudic. Aliud fuerit
in non vero contumace, qui dolo malo non abfuit. Hinc enim
iudicanda ſententia eſt, per quam tutor datus eſt, vt notatur, l.
penult. C. de peric. tuto. & in l. quinquaginta, C. de excuſ. tut.
b *Poteſt tamen mater, & auia liberorum ſuorum tutrix eſſe ſi vi-*
dua manſerit, & renunciauerit beneficiis mulierum. Auth. ma
tri & auiæ, C. quando mulier tut. offic. fungi poſſ.
c *Nam puberib. & adultis non dantur tutores, ſed curatores,*
inſ. de curatorib. Maioribus verò 25. annis neque tutores, ne-
que curatores dantur, niſi ſint furioſi vel prodigi, l. 1. l. 16. l. 17.
ff. de curat. furioſor, & aliis ext. minor. dand.
d *Imò filii appellatione nõ intelliguntur poſthumi l. qui filiarum. ff.*
de legat. 1. Vulgo dicitur non intelligi in legatis: ſecus, in tutelis.
e *De ventre, & eo. qui eſt in vtero, dictum ſup. tit. de ingen. Di-*
xi etiam in praxi, tit de ſtat. hom.
f *Dictum ſup. tit. de ingenuis.*
g *Et niſi naturalis filius ſit hæres inſtitutus à patre ſuo. Poteſt*
enim eo caſu parens tutorem ei dare in illis bonis, in quib. eum
inſtituit, l. vlt. C. de confir. tut. Spurio verò nullo modo poteſt te-
ſtamento tutorem dare, gl. in l. 1. ff. de teſtam. tut. An adoptiuo?
Plane; ſed in illis bonis, quæ ad adoptiuum filium peruenerunt
occaſione patris adoptantis, l. cum in adoptiuis, Co. de adopt. §.
ſed hodie, ſupra, de adopt.
h *Confirmatur autem ſine inquiſitione, idque propter patris teſti-*
monium, vt hoc tit. Atqui datus a matre confirmatur inquiſi-
tione prius facta, l. 1. ff. de confirm. tut. Id fit propter fragilita-
tem ſexus, ſi tamen datus à matre tutor confirmatur inquiſi-
tione prius facta, vt ſatiſdare non teneatur, d. l. 1.

Digitized by Google

a Quinto. Quod fiat talis datio in teſtamento, vel *a* codicillis te
ſtamento confirmatis, vt ſup. dictum eſt.
Sexto. Quod tutor datus non ſit mutus, ſurdus, furioſus, vel
minor, vt in tit. ſequenti dicetur. Et hoc eſt quod dicat. I.C. in
l.1.ff. de confirm. tut, an tutores rectè in teſtamento dati ſint,
conſiderandum ſit. I An dati ſint à quibus oportet. II. Et qui-
bus oportet. III. Et quomodo oportet. IV. Et vbi oportet. Ad-
de Ang. in d §. permiſſum, in princip.

ADDITIO

a *Quid ſi datus ſit in teſtamento minus ſolemni? Si vnus ex libe
ris datus ſit tutor, valet omnino datio, ſi nihil aliud impediat, l.
hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſt. Auth. ex cauſa, C.
de libr. præt. Quid ſi extraneus datus ſit, & ſtatim a teſtamen
to facto teſtator mortuus fuerit, datus tutor confirmabitur a iu
dice ſine inquiſitione. Quod ſi diu poſt teſtamentum factum ſu-
peruixerit teſtator inquirendum erit, vtrum aliqua cauſa ſuper
uenerit, qua indignum tutela, eiuſq. adminiſtratione tutorem
datum reddiderit. Bar. in l. vtilitatem, ff. de conf. tut.*

QVI TESTAMENTO TVTORES dati poſſunt.

TITVLVS XIIII.

In princip. Tit. & aliquot §§. ſeq.

1 *Qui dari tutores poſſint in teſtamento.*
2 *Tutela quatenus publicum, quatenus priuatum munus.*
3 *Patresfamilias quando teſtamento tutores dari poſſint.*
4 *Filijfamilias an tutores teſtamento dari poſſint.*
5 *Seruus proprius quando rectè tutor detur.*
6 *Seruus alienus quomodo tutor dari poſſit.*
7 *Quomodo furioſus.*
8 *Minor tutor ordinatus, quando tutela fungatur.*
9 *Qui tutores eſſe nequeant.*
10 *Fœmina, an, & quando tutrices eſſe poſſint.*
11 *Quæ requirantur, ſi fœmina tutela fungi velit.*
12 *Creditor vel debitor pupilli, an eius tutor eſſe poſſit.*
13 *Mater quando a tutela repellatur.*
14 *In quibus fœminis iura antiqua circa tutelam ſint correcta.*

IMperator in hoc tit. ad pleniorem intellectum tutelæ
teſtamentariæ, tres quæſtiones principaliter declarat.
Primum, quæ perſonæ in teſtamento rectè poſſint
tutelæ præfici. Secundò, in §. ad certum, quo modo,
ſeu qualiter tutores dentur.
Tertio in § fi. quibus perſonis dentur tutores. Pro declaratio
ne igitur tituli noſtri primum quæritur.

Qui poſſint in teſtamento dari tutores?

Hoc edictum de tutelis eſt prohibitorium certarum perſo-
narũ, ideò cõſtituẽda eſt regula permiſſiua. videlicet, quod re-
a gulariter oẽs *a* poſsũt dari tutores, qui expreſsè à lege nõ repe
riuntur prohibiti, vt hic, & l. tutor incertus, in fin. ff. de teſta.
2 tut. Eſtq; munus publicũ authoritate, ſed vtilitate priuatum,
ideò & quilibet cogitur illud ſuſcipere, niſi habeat iuſtã excu-
ſationem, vt inf. de excuſat. tut. dicitur, Primo, non eſt dubiũ,
b quin pater familias, liberi homines, maiores *b* xxv annis, & ſa
næ mentis poſſint teſtamento ſcribi tutores, vt hic in princ.
4 Secundò, Filijfamilias. Tutela. n. ad publicas functiones re
c fertur, & in cauſis publicis patria poteſtas nõ *c* attenditur, ſed
d filijfamilias loco patrumfamilias *d* habẽtur, l. filiusfamilias. ff.
de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. vnde etiam in cauſa pupilli pa
trem in ius ſine venia vocare poteſt, l. quæſitum. ff. de in ius
vocan. quia tunc hoc facit, vt non filius, ſed vt tutor. Hinc etiã
tutorio nomine, ſine conſenſu patris, in iudicio verſari, & liti
gare poteſt, ſecund. gl. in ver. imponendæ, ver. quid in tutore,
& ibi Bart in l. fi. §. neceſſitate, C. de bon. quæ liber. Et filiusfa-
milias iudex poteſt ius dicere in patrem, in cuius poteſtate eſt
l. ille, à quo, §. fi cum l. ſeq. ff. ad S C. Treb.
5 Tertiò, Seruus proprius, cum libertate rectè tutor *e* datur.
e In tutela enim adminiſtranda non cõditio aut fortuna homi
nis, ſed fides, & integras perpendenda eſt: immo etiamſi non
fuerit ei expreſsè libertas relicta tamen erit tutor, & tacitè vi
detur ei libertas conceſſa, vt hic, cũ ſeruus tutor eſſe nequeat.
Qui enim vult conſequens, vult, & antecedens, l. ad rem mo-
bilem, ff. de proc. Sed hæc limitatur per Imp. hic, in fi. princ nõ
procedere, ſi ſeruus proprius per iuſtum errorem datus ſit tu-
tor, credens eum eſſe liberum, quia tũc nec liber, nec tutor e-
rit, vt hic, & l gñaliter, §. ſi quis tutorẽ, ff. de fideic. hæred. Errã
tis. n. nullus eſt conſenſus, l. nõ idcirco, C. de iur. & fact. ignor.
6 Quarto Seruus alienus, cum conditione, ſi liber factus erit,
poteſt tutor dari, vt hic, §. ſeruus, & l. ſi hæreditas §. ſeruus, &
ibi Bart. ff. de teſtam. tut.
7 Quintò, Furioſus, ſub conditione, ſi fuere deſierit, tutor da-
ri poteſt, & ſi purè tutor ſcriptus ſit, tacitè cenſetur hæc condi
tio ineſſe, ſcilicet, ſi ſapere cœperit, vt hic, §. furioſus, & d. leg. ſi
hæreditas, § ſi furioſus, ff. de teſtam. tut. Et interim alius à iu-
dice ſubrogatur tutor datiuus, non legitimus, quamdiu enim
teſtamentaria tutela ſperatur, legitima ceſſat, vt dicitur in l. ſi
quis ſub conditione, ff. de teſtam. tut.
8 Sextò, Minor 25 annis tutor à teſtatore ordinari poteſt. Sed
quia tunc fragile, atque infirmum adoleſcentis eſt conſilium,
l. j. ff. de min. ideò conſtitutum eſt, vt tunc demum tutela fun-
gatur, vbi 25. ætatis annum exceſſerit, vt hic d. §. furioſus, &
interim ne pupillus negligatur à iudice, dabitur tutor vt in
præcedenti caſu dictum eſt.
9 Et ex his colligi poteſt, qui tutores eſſe nequeãt. I. Seruus re
gulariter, dum eſt ſeruus, l. in ſeruili, C. qui da. tu. poſsũt. II. Fu
f rioſus *f* dum eſt in furore, furioſus. III. Minor 25. annis, d. §.
furioſus, & l fi. C. de l. tut. IV. Mutus, & ſurdus, quia cum non
audiant, nec loquantur, authorit. ob quam præcipuè dantur
tutores, præſtare non poſſunt, ſec. gl. 1. hic. in princ. ti. noſtri, &
l. j. § fi. ff. de tu. & l. pen. §. fi. ff. de legit. tut. gl. in d. l. j. § fin. dicit,
quod ipſo iure vitiatur huiuſmodi tutoris datio: immo ſi ſu-
perueniat talis morbus extinguitur tutela iã ſuſcepta, ſec. præ
dicta gl. & Bar. & ibi per tex. in l. poſt ſuſceptã. ff. de excuſ. tut.
Si verò minus audiant, aut balbutiant, nihil obſtat, quin tuto-
10 res dari poſſint, d. l fi. ff. de legit. tut. V. Fœminæ regulariter tu-
trices eſſe non poſſunt, ſed ab officio tutelæ repelluntur, quia
id munus maſculorũ, & virile eſt offic. l. tutela, & l. fi. ff. de tu.
Hinc Imperator in l. j. C quando mul tu offic. fun. pot. inquit:
*Tutelã adminiſtrare virile munus eſt, & vltra ſexũ fœminea,
infirmitatis tale officium eſt* adeò quod licet à teſtatore poſſit
mandari quod tutela matris conſ. geratur, l. quidam decedẽs,
§. 1. ff. de adm. tu. tamen de iure Digeſt & C. pater in teſtõ tute
lam cõium liberorum matri mandare non poterat, l. iure no-
ſtro, ff. de teſt. tu. Et ſi mater volebat eſſe tutrix, cogebatur hoc,
per priuileg. à principe impetrare, d. l. fi. ff. de tut. & cum iura-
mento ſecundis nupt. Velleiano, & oĩ alij auxilio renũciare, l.
3. C. qñ mulier, &c. De iure verò Authent. hæc ſunt correcta,
ita quod hodie Mater, & auia à patre liberis tutrices dari poſ
ſint, per tex. in Auth. Matri, & auiæ, C. qñ mul. tu. offi &c. im-
mò licet in teſtõ matri non deferatur tutela filij, tamẽ permit-
titur ei tutelã liberorũ adminiſtrare, & præfertur in oĩb. alijs
g tutorib. legit & datiuis *g* non aũt teſtamentarijs, d. Auth. Ma-
tri, & auiæ. Quod eſt verum, ſi velint ſubire illud onus: nolen-
tes. n. & inuitæ non coguntur, d. Auth. Matri, & auiæ, iun. gl. in
ver. permittimus, per tex. in l. j & in l. fi. in princ. in verb ſi vo-
11 luerint, C. quando mulier, &c Et lex deferr hanc tutelam ita,
quod non ſit neceſſe à principe hoc impetrare, d Auth Matri,
& auiæ. Neq; hodie requiritur, vt iuramento renuncient ſecũ-
dis nuptijs, ſed ſufficit, ſi apud acta iudicij ſimpliciter abſq; iu-
ramẽto ſecundis nuptijs, & alijs beneficijs iuris renuncient, d.
12 Authen. Matri, & auiæ, iuncta Auth. ſacramentum, C. quãdo
h mul. &c. Et licet creditor, vel *h* debitor pupilli, regulariter
eius

ADDITIONES.

a *Permiſſum intelligitur quod prohibitum non eſt.*
b *Quid ſi minor 25. annis tutor datus ſit? Tutor erit, Incipiet ta-
men tutela cum maior factus fuerit, §. furioſus. hoc tit.*
c *Immo attenditur. Nam patr. poteſt. impedimento eſt, ne filius
teſtari poſſit, l. qui teſtamenta facere. Eſt autem teſtamenti
factio iuris publici, l. 3. ff. quem ad teſt aperiant, l. 3. ff. qui teſt.
teſtamentum fit à quo tamquam a priuata perſona, tutela vero
geritur tamquam a pub.*
d *Quid? Num tenebitur eo caſu pater filij Tutoris nomine? Si pa
ter non conſentit, tenebitur de peculio, ſi vero conſenſit tutela, in
ſolidum, l. filius, ff. de tutel. l. Lucius, ff. de adminiſtr. tut.*
e *Atqui nemo tutor eſſe poteſt, niſi cui teſtamenti factio eſt, l. teſta
mentum, ff. de teſt. tu. ſubaudi paſſiua ſaltem, quã ſeruus habet.*
f *Furioſus dum eſt in furore tutor dari poteſt, non gerit tamẽ tu-
telam eamve adminiſtrat, niſi reſtitutus & cõpos mentis factus
ſit. Idem in prodigo. Idẽ in minore 25. annis, § furioſus, hoc tit.*
g *Dubitari poteſt, an iure Saxon poſſit eſſe, cum ipſamet in tute-
la ſit, & abſque tutore nihil maiores momenti gerere poſſit, par.
1. conſt. 15 arg. l. vlt. C. de leg. tut.*
h *Creditor vel debitor pupilli tutor eius, vel curator eſſe non põt,
qu. ſententia locum non habet in matre pupilli, vt hic, non hẽt
etiam locum in tutore teſtamentario. Poteſt enim creditor, vel
debitor pupilli tutor eius eſſe teſtamentarius, vt cuius fides per
teſtatorem ſatis ſit probata. Azo in Sum. nec incidit itaque in
pœnam Aut. minoris, C. qui tu. dari gerendo tutelam huiuſmo-
di teſtamentariam Beſſianus in conſuetud Aluernia, c. 11. in
princ. At non eodem modo creditor, vel debitor pupilli tutor ei
dari poteſt à iudice, vt dicitur, & not. infr. de Attil. tut.*

eius tutelam aſſumere nequeat, Auth. minoris, C. qui dari tu.
poſt Fallit tamen hoc in matre, vt matris debitum non impe-
diat eius tutelam, Auth. ad hæc, C. quando mulier, &c. Si tamē
a mater poſtea ad ſecunda vota tranſeat *a* repellitur à tutela, d.
Auth. ſacramentum, propter ſuſpicionem, quod mulieres no-
13 uis maritis non ſolum bona, ſed etiam vitam liberorum ad-
dicunt, l. lex, quæ tutores, §. lex enim, C. de admin. tut. In alijs
14 verò fœminis, præter matrem, & auiam, & alios aſcendentes,
iura antiqua non ſunt correcta, nec enim fœminæ extraneæ
pupillis tutrices dari poſſunt, d. Auth. matri, & auiæ in fi. & d.
l. 1. C. quando mulier, &c. de quo latius vide Bart. in d. l. ſi quis
ſub conditione, Ang. & alios in tit. infra de leg. patron. tut. &
Dec. in l. fœminæ, ff. de reg. iur.

ADDITIO.

a *Quid ſi non tranſierit, ſed dixerit ſed ad ſecundas nuptias tranſire velle? Ang. in d. Auth. matri, exiſtimat huiuſmodi voce ac ſermone matrem ſuſpectam reddi, arg. §. quia vero. Nou. in fine proœm. Quid ſi ſponſalia tantum contraxerit? Ipſo iure, & in ipſo momento ſponſaliorum priuatam eſſe refert Manſuer. tit. de tut. num. 15. adeo vt mortuo viro tutelam amiſſam non recuperet.*

§. Ad certum.

1 *Tutor ad certum tempus dari poteſt.*
2 *Ex certo tempore.*
3 *Sub conditione.*
4 *Ad certam conditionem.*
5 *In qua tutela prædicta procedant.*
6 *Tutor quando certæ rei vel cauſæ teſtamento dari poſſit.*
7 *Tutor datur perſonæ: Curator rebus.*

Qualiter tutores in teſtamento dantur?

1 PRimo poteſt dari tutor in teſtamento ad certum tempus
veluti, vt ad annum, vel biennium tãtum ſit tutor, vt hic,
d. l. tutor datus, poſt princ ff. de teſtam tut. Et elapſo iſto tem-
pore, finitur tutela teſtamentaria, §. præterea, infra quibus mo
dis tu. fi Et in eius locum ſubrogatur alius tutor, d. leg. ſi quis
ſub conditione, in princ ff. de teſtam. tut.
2 Secundo, Ex certo tempore dari poteſt tutor in teſtamẽto
veluti a Kal. Auguſti, vt hic dicitur, d. l. tutor, cuius natura hæc
eſt, vt ante diem non adminiſtret, & interim à iudice alius tu
tor datur, cuius officium expirat adueniente die, d. leg. ſi quis
ſub conditione, & § 1. inf de Atil. tut.
3 Tertio, Sub *a* conditione tutor dari in teſtamento poteſt,
a veluti, ſi duxerit vxorem, & pendente conditione alius inte-
rim tutor pupillo a iudice datur, vt hic, & d. l. tutor datus.
4 Quarto. Ad certam etiam conditionẽ tutor teſtamento re-
ctè datur, veluti, Titius, ſi tutor meorũ liberorum, viquequo
non duxerit vxorem. Nam ea conditione adueniente deſinit
eſſe tutor, d. l. tutor datus. Prædicta autem omnia limitantur
5 procedere, I. In tutela teſtamentaria, nõ autem datiua. Iudex
enim neque ex die, neque ad diem, neque ſub conditione tu-
torem dare poteſt, ſecun glo. hic, in ver. poſſe, per tex. in l. mu-
to, §. ſub conditione, ff. de tut & l. actus legitimi, ff de reg. iur.
6 II. Pro limitatione ex textu, § noſtri. Notandum, quòd tutor
b etiam in teſtamento non *b* poteſt dari certæ rei, vel cauſæ, vt
hic, & l. certarum, ff. de teſtam tut niſi ſit datus ad vniuerſita-
c tem quandam *c* rerum, veluti, ſi teſtator habeat plura bona in
diuerſis locis, tunc enim poterit dare tutorem rebus Africa-
d nis, *d* & alium tutorem rebus Italicis, l. ſi tamen, ff. de teſtam.
tut Ratio autem, quare tutor certæ rei dari nõ poſſit, aſſigna
tur hic in tex. & in l quia, ff. de teſt. tut. Tutor enim principa-
7 liter datur perſonæ *e* pupilli, & in cõſequentiam rebus: cura-
e tor verò principaliter rebus, & ſecundario perſonæ, vnde &
curator ad certã rem, & litẽ conſtitui poteſt, l. 1. C. de in litem
dando tutor. de quo vide Doct. hic, in gloſ. in verb. perſonæ.

ADDITIONES.

a *Atqui datio tutelæ actus eſt legitimus. Cæterum actus legitimus conditionem non recipit l. actus, ff. de reg. iur. Ibi igitur de tutela datiua non de teſtamentaria. Cur tam variè? An quia actus iudiciales non poſſunt eſſe in pendenti, l. non quemadmodum, ff. de iud. Minime. Nam licet in pendenti eſſe non poſſint, collati tamen ſub conditione valent, l. 1. § dubio, ff. quando appell. Quid igitur? Actus teſtatoris per iudicem ſuppleri poteſt, iudicis per alium iudicem ſuppleri non poteſt. Cin. in tit. C. de teſtam. tut.*

b *Neque obſtat, l. ſit tamen, 15. ff. de teſt. tut. Nam cum ibi dicitur res Africana, vel Syriaca rectè dari teſtamento tutorem, hoc dicitur, nõ certæ alicui rei dari, ſed omnibus quæ in Africa, & Syria Non obſtat etiam l. item. C. de in litem iurando. Loquitur enim lex illa de curatore, non de tutore.*

c *Quid ſi datus ſit ad vniuerſitatem rerum ſimpliciter? Intelligitur datus etiam rebus in alio loco exiſtentibus, argu. leg. quod dicitur, 4. ff. de tutel.*

d *Id eſt, rebus in Africa exiſtentibus.*

e *Vt illum inſtituat bonis moribus, & diſciplinis, & magiſtris præſtet ſalaria, l. cum plures, § in primis, ff. de adminiſtrat. tut. quæ pupillo imputari poteſt in reddendis rationibus.*

DE LEGITIMA AGNATORVM Tutela.

TITVLVS XV.

In princip. Tit. & §§. aliquot ſeqq.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Legitima tutela quæ dicatur.*
3 *Legitimi tutores a quo dentur.*
4 *Legitima tutela quando locus ſit.*
5 *Tutor teſtamentarius quare legitimo præferatur.*
6 *Teſtamentaria tutela quando ceſſare dicatur.*
7 *Legitima agnatorum tutela, quæ dicatur.*
8 *Agnati qui dicantur.*
9 *Cognati qui.*
10 *Differentia agnationis, & cognationis in quibus ſublata.*
11 *Si plures ſint agnati, cui tutela deferatur.*
12 *Agnati quo ordine de iure Saxo. cognatis præferantur.*
13 *Quæ requirantur vt tutor tutelam adminiſtrare poſſit, & nu. 15. 17. 18. & 19.*
14 *Decretum iudicis in tutela quale ſit.*
16 *Inuentariũ tutoris, quæ continere, & per quem confici debeat.*
20 *Quæ res non interuenientibus requiſitis illis per tutores expediri poſſint.*

1 SVpra in tit. de tutel. dictum eſt, tres eſſe ſpecies
tutelæ: Teſtamentariam. Legitimam, & Dati-
uam. Et quia in præcedentibus duobus titulis
de prima ſpecie, teſtamentaria ſcilicet tutela,
dictum eſt. Sequitur nunc de ſecunda ſpecie,
legitima ſcilicet tutela, quæ ſec. gl. in d. §. permiſſum, ſupr. de
tutel. eſt quadruplex Agnatorum videlicet, Patronorum, Pa-
rẽtum & Fiduciaria. De quibus ordine Imperator in ſeq. tit.
differit, & concordat Rub. in ff. de leg. tut. & in C. de l. tutela.

Quæ dicitur legitima Tutela.

2 Ea, quam lex ipſa certis perſonis defert, nõ quod teſtamen
taria, & datiua non ſint legitimæ ſpecies tutelæ, ſed quia hæc,
non ex hominis diſpoſitione, ſed ex ſola lege pendet, & certæ
perſonæ a lege vocantur ad tutelam, abſque aliqua teſtatoris,
vel iudicis authoritate, & hoc eſt quod dicitur in l. legitimos.
3 ff. eo. *Legitimos tutores nemo dat, ſed lex 12. tabularũ fecit tutores*, id eſt, nullus homo, nec teſtator, nec iudex, ſed ipſa lex
4 eos cõſtituit tutores Tũc autẽ locus eſt tutelæ legitimæ, quã
do teſtamentaria ceſſat, ad ſimilitudinem ſucceſſionis. Nã in
ſucceſſionibus quamdiu hæreditas ex teſtamento adiri poteſt
ſucceſſio ab inteſtato locum nõ habet, l quamdiu, ff. de acqui-
rend. hæred Ita etiam quamdiu teſtamentaria ſperatur, legi-
tima tutela ceſſat, dicta leg. ſi quis ſub conditione, ff. de teſta-
ment tut. & tutor teſtamentarius præfertur legitimo, vt hic,
5 in prio & d. Auth Matri, & auiæ, C. quando mulier, &c. pro-
pter electionem factam a patre, de quo lex plurimum confi-
dit, & ipſius volũtatem præponendam ſtatuit, d. Auth. Matri,
& auiæ, cũ & volũtas teſtatoris lex dicatur, §. diſponat, in Au.
6 de nupt. Et tunc dicitur ceſſare teſtamentaria tutela. I. Quan-
do pater inteſtatus, non condito teſtamento deceſſit. II. Quã-
do teſtamentum fecit, & tutorem in eo liberis nõ conſtituit.
a III. Si fecit teſtamentum, & in eo ſcripſit tutorem, is autem *a*
viuente adhuc teſtatorem mortuus eſt, tunc enim recurritur
ad

ADDITIO.

a *Atqui videtur obſtare ſententia iuris, quæ negat, teſtatorẽ poſſe pro parte decedere teſtatum, & inteſtatum, l. ius noſtrum, ff. de reg. iur. Dic ab initio nemo poteſt pro parte decedere teſtatus, & inteſtatus, ſecus ex poſt facto, l irrita, ff. de inof. Ita ſit vt deficiente tutela teſtamentaria poſſit manere teſtamentũ. An & vice verſa, deficiente teſtamento, teſtamentaria tutela manere poterit? ſic ſane. Ideoq; ſi ab initio teſtamentum cum datione tutoris factum fuerit, & poſtea ruptum fuerit teſtamentum, tutoris datio ſubſiſtet, l. iure noſtro, §. vlt. ff. de teſtam. tut.*

Digitized by Google

ad legitimam tutelam, ne pupilli indefenſi maneant, §.quot
autem lex, infra eodem, l.inteſtato, ff.eod.

Quæ dicitur legitima agnatorum tutela?

7 Ea, quam lex duodecim tabularum proximis agnatis de-
fert, idque ſumma prouidentia ſtatutum eſt, vt qui ſperarent
pupillorum ſucceſſionem, ijdem tuerêtur eorum bona, ne di-
lapidarentur, vt dicitur in l. 1. in princ. ff.eod. Qui enim ſentit
commodum, ſentiat quoque onus, c.qui ſentit, de reg.iur.io
8 6.Dicuntur autem *a* agnati, qui per virilis ſexus perſonas co-
a gnatione coniuncti ſunt, quaſi à patre cognati, veluti frater
9 ex eodem patre natus, fratris filius, patruus, &c. Qui idê gen-
b tilitatis nomen, eamdem familiam, & eaſdem imagines, *b* ſeu
inſignia habent, quos vulgo *Schvvertmagen* appellamus. Et
ſic agnatio per mares, ſeu virilis ſexus perſonas contingit.
Cognatio vero in ſpecie dicitur, quæ à matre exoritur; vnde
cognati dicuntur, qui per fœminei ſexu perſonas cognatio-
ne coniunguntur, vt ſunt fratres vterini tantum, qui ſcilicet
nati ſunt ex eadem matre, ſed diuerſi patribus. Item ſoror
matris, vt hic, §.ſunt autê, & l.ſunt autem, ff.eodem vulgo di-
citur *Spindelmage, die vns von der Spindel vervvand ſeind.*
Et in iure antiquo, agnati in ſucceſſionibus, & tutelis exclu-
debant penitus cognatos, vt hic, & inf. de legit.agnat. ſucceſ.
propter familiarum dignitatem conſeruandam, arg l. 1.§ pe.
nult. verſ.publicè enim intereſt, ff.de vent.inſpic. Sicut, & ho-
die agnati præferuntur in ſeudo cogatis, §.hoc autem, qui
10 feud.dare poſſ.in vlib.feud. Sed iſta differentia agnationis, &
e cognationis, quoad ſucceſſiones, & *c* tutelas, eſt ſublata, & pa-
riter ad ſucceſſionem, & tutelam proximiores conſanguinei
vocantur, ſiue ſint agnati, ſiue cognati. Authent.ſicut hæredi-
11 tas, C.eod. Et quando ſunt plures agnati, vel cognati, proxi-
mo tutela defertur, ſi eſt idoneus: & pluribus in eodem gradu
exiſtentibus omnes ad tutelam vocantur, ſed magis idoneo
committitur adminiſtratio aliorum periculo, & cum tacita
ipſorum hypotheca, l.ſi plures, ff.eod & d.Authent. ſicut hæ-
12 reditas. De iure verò Saxon. in tutela gerenda agnati præfe-
d runtur cognatis, eo quidem *d* ordine, vt ſemper ad proximio-
rem, & inter plures proximiores, ad ſeniorem agnatum hoc
onus tutelæ ſpectet. tex.eſt in art.23.lib.1. & *VVeichbild.* art.
29. vbi dicitur: *Proximior agnatus tutor eſt, & ſi ipſemet ad-
huc minori ætate exiſtit, eius adiutor, ſeu datiuus tutor ſit ſe-
quens proximior agnatus, isq; tamdiu tutelam gerat, donec vel
liberi maiores fiant, vel legitimus tutor eis præeſſe poſſit, &c.*
Et cum poſteriore dicto concor. l.nemo, C.eod.

*An tutor ſtatim poſſit adminiſtrare res pupilli alio
non requiſito.*

De hac quæſtione eſt gloſſa ord.& ibi Bart. & Doct.in d.l.
legitimos, ſuper verbo facit, ff.eod. & Cin.in l.fin.§ omnem,
C.de adminiſtr.tut. Ferrar in forma libelli, ad reddendam ra-
tionem tutelæ, ſuper verbo, in ſuo vltimo teſtamento. Ang.&
Doct. hic, & communiter ita concluditur. Quod licet proxi-
mior agnatus à lege vocetur ad tutelam, & quis à teſtatore
conſtituatur tutor, vel à iudice detur, numquam tamen tutor
poteſt adminiſtrare tutelam, niſi quinque interueniant. Pri-
13 mò decretum iudicis, vt ſcilicet decernatur ei adminiſtratio
à iudice, ſecund.gl.in d.l.legitimos, & facis, l 4.iunct gloſſa, io
verbo, diuiſa, ff de adminiſtrat.tut. quod nihil aliud eſt, quam
ponere ipſum tutorem in poſſeſſionem adminiſtrationis tu-
14 telæ, vt inquit Ferrar. in d.verbo, in ſuo vltimo teſtamento,
oum.19. & hæc non ſolum in legitimo, & datiuo tutore, ſed
etiam teſtamentario locum habent, niſi teſtator ei conceſſe-
rit licentiam propria authoritate adminiſtrandi bona pupilli,
ſec Bar.in d.l.legitimos, & Ang.hic.
15 Secundo, debet conficere inuentarium bonorum pupilli in
e quod nominatim *e* referenda, & deſcribenda ſuot omnia bo-
16 na mobilia, & immobilia, corporalia, & alia iura incorpora-
f lia & omnes *f* denique res ipſius pupilli, & ſi tutor inuenta-
rium non fecerit, præſumitur dolo malo ſuſcepiſſe tutelam, &
tamquam ſuſpectus remouetur ab officio tutelæ, l.fin.in fi.C.
arbit tutelæ, & tenetur ad omne intereſſe pupilli, per iuramê
tum æſtimandum: propter dolum enim præſumptum iuratur
contra tutorem in litem, l.tutor, qui repertorium, ff.de adm.
tut.in l pen. C.de in litem iur. Niſi à teſtatore fuerit tutori re-
miſſa confectio inuentarij, d.l fin.§.fin.C.arbitr.tut. Et ſufficit
ſecundum communem opinionem Doctorum, quod illud
inuentarium fiat per publicum tabellionem extra iudicium,
vt notantur per Doct. in l.tutor. Et addite Ferrar. ſuper verb.
in ſuo vlt.teſtamento.
17 Tertio tutor iurare debet, vtilia facere, & inutilia præter-
mittere, id eſt iuramento affirmabit ſe ea facturû, quæ in rem
pupilli erunt, & inutilia præter miſſurum, § fin.in Auth. vt hi,
qui obligatas ſe habere perhibent res minorum, &c. Hodie
tamen raro imponitur alicui tutori iuramentum corporale,
ſed admonetur iuramenti, quod præſtitit magiſtratui ſuo.
18 Quarto, vltra g iſtud iuramentum, etiam expreſsè promit-
g tere debet defenſionem pupilli, quod cum non velſit indefen-
ſum relinquere, tam in iudicio, quam extra iudicium, d.l.fi §.
defenſionem, cum ibi notati, C.de adminiſtr.tut.
19 Quinto, per fideiuſſores, per pignora ſatiſdare, vel cauere
h debet rem pupilli *h* ſaluam fore, vt inſr. de ſatiſd.tut. dicetur.
20 Et licet regulariter non valeât geſta per tutorem, antequam
i prædicta omnia ſint ab eo præſtita: tamen ſi *i* aliquę res tem-
pore eſſent perituræ, nec admitterent dilationem, & vbi peri-
culum eſſet in mora, poſſent etiam non interuenientibus prę
dictis per tutorem expediri, d.l.tutor, qui repertorium, in fin.
princip.ff.de adminiſtr.tutelę. Idem expreſsè ſtatutum eſt per
Imperatorê Carolum V.in Comitijs Auguſtanis, anno 1548.
In der policey ordnung. ſub tit. De pupil & minor.tut.& curat.
his verbis: *Quod quilibet tutor ſiue ſit teſtamentarius, legiti-
mus, ſeu datiuus, nunquam tutelam adminiſtret, niſi ſibi prius
a iudice adminiſtratio decernatur, & committatur: poſt com-
miſſam tutelam de omnibus pupilli bonis mobilibus, & immo-
bilibus debitis, & regiſtris, inuentarium conficiat, idoneamque
cautionem præſtet, & iuramento promittat, quod ſuo pupillo,
eiuſque facultatibus fideliter, & honeſte praeſſe: illum vbique
defendere perſona, & bonis vtiliter proſpicere: nihil in propriû
commodum vertere: vel quidquam ſine decreto, ſeu authorita-
te magiſtratus alienare, hypothecare, pignorare, aut grauare
velit, &c.*

ADDITIONES.

a *Adde l ſunt autem, 7.ff.eod.l.2 ff.de ſuis, & legit.l.10.§.1.ff.de
gradi, & 4.Sent.8.l.5.ff.vnde legit Vlp.tit.26.*
b *Agnati cognoſcuntur gentilitio nomine, iiſdem nominibus, &
inſignis.*
c *Et ſic hodie, ſi proximior aliquis fuerit cognatus pupillo, is pu-
pilli tutor fuerit, præterito agnato remotioris gradus. Idem in
ſucceſſione, vide inf de ſucceſſ.cognat. & Nouell.118.c.4.*
d *Ordo tutelarum hic videtur æquiſſimus, vt in tutela præferan-
tur agnati cognatis, in agnatis, proximi in proximis ſeniores.
Cur ita? Hic familiæ primogenitus videtur. Sic apud primo-
genitum inſtrumenta hæreditatis deponuntur, l.vlt.ff.de fide
inſtrum. Sic ſenior filius debet habere claues caſtri, & porta-
rum: item ſigillum defuncti. Rauennas 2.feud.12.*
e *Quid ſi proteſtatus ſit tutor de rebus non appoſitis, aut addic-
tis inuentario? La proteſtatione non iuuabitur, Bart. in l.tu-
tor, qui repertorium, ff.de adminiſtr.tut.*
f *An, & tenor inſtrumentorum, & nominum pupilli ſumatim
inuentario inferendus? Plane, l.vlt. C.de curat.furioſ.*
g *Iurare etiam debet, ſe cum opus erit, ſuoque tempore rationem
tutelæ, & reliqua redditurum, C.in l ſancimus, §.pen.C.de ad-
min.tut. Maſuerius tit.de tut.23.& 40.*
h *L.1.ff.rem pupilli ſaluam fore.*
i *In his, quæ dilationem non recipiunt, (vt ſunt ea quæ tempore
breui ſunt peritura) tutor interuenire poteſt, eaq; gerere ante in
uentarij confectionem, l.impuberi, C.de tut.& curat.dat. An
idem dicendum de his, quæ nullo modo poſſunt obeſſe? Idem
Bal.in l.vlt.C.de tut.& curat.qui ſatis non ded. Sunt, & quidâ
alij caſus, de quibus dicam ad rubr. C.de adminiſtr.tut.*

§.Finalis.

1 *Argumentum huius §.*
2 *Agnatio per capitis diminutionem tollitur.*
3 *An, cognatio capitis diminutione perimatur.*
4 *Legitima filiorum, an per ſtatutum tolli poſſit.*

*Qualiter agnati amittunt iſtam prærogatiuam in
tutelis?*

1 SVpradictum eſt, quod olim ex ll. 12.tab. Agnati in ſucceſ-
ſionibus, & tutelis præferebantur cognatis. In hoc verò §.
Imperator docet, quod agnati hanc prærogatiuam per capi-
2 tis diminutionem amittant. Agnatio enim eſt iuris ciuilis. l.
non facile, ff.de grad.conſang. Idem etiam per côtrarium ius
ciuile tollitur, per capitis ſcilicet diminutionem, quam lex ci-
uilis introduxit, vt infra, in titul.ſequenti dicetur. Cum ni-
hil tam naturale ſit, quam eodem genere quodque diſſol-
uere, quo colligatum eſt, l.nihil tam naturale, ff.de regul. iu-
ris. Secus eſt in cognatione, quam ius ciuile perimere non
poteſt, cum ſit naturalis, & ius ciuile ea, quæ ſunt iuris natu-
ralis,

Digitized by Google

ralis,tollere non poteſt,vt hic, & l.iura ſanguinis, ff.de regul.
a iuris. Vnde etſi lex *a* ciuilis hoc agat,vt quis nomen,& ius familiæ perdat,& vt non ſit agnatus, non tamen poteſt facere, vt non ſit filius eius,ex quo naturaliter progenitus eſt, cum naturalia ſint immutabilia,vt ſupra,de iure nat.gent.& ciu.Et
4 per hanc regul. concludite, quod legitima, quæ debetur filijs
b ex bonis paternis, per *b* ſtatutum tolli non poſſit, quia legitima debetur a iure naturali,l.cum ratio, ff.de bonis damnat.& ſtatuta ſunt iuris ciuilis,l.omnes populi,ff.de iuſt. & iure. Ius ciuile autem ea,quæ ſunt iuris naturalis,in totum tollere, & auferre non poteſt, vt hic, de quo videte Doct. in Authent. nouiſſima,C.de inoffic.teſtam. & Dec. in d.l.iura ſanguinis, in fine,ff.de reg.iur.

ADDITIONES.

a *Monaſterij ingreſſu eodem modo nobilitatem? non amittit tradunt,hac ratione, quod nobilitas ſit quoddam ius ſanguinis incommutabile,arg l.iure agnationis,ff.de pactis. Sui tatem etiã non amitti Monaſterij ingreſſu ſcribunt; quia ſuitas eſt ius quoddam ſanguinis,l.Deo nobis,C.de Epiſc. Proinde eum, qui monaſticen ſit profeſſus, obrepſiſſe liberis ſuis Principi non videtur ſi ſe nobilem dixerit,& ita iudicatum fuiſſe per dominos de Rota Romæ refert Romanus ſing.37.*

b *Legitima liberorum vtrum ſtatuto tolli poſſit, vide Dinum, reg.indultum,de reg.iur.in 6.Car.in l.vlt.ff.de bonis damn. & in l.Titio centum §.Titio,ff.de cond.& demonſtr. Et an idem in legitima aſcendentibus debita, quæ iuris poſitiui, ac ciuilis dicitur,vide Bald.in l.1.§.ius naturale,ff.de iuſt. Roman.conſ. 32.vide Gayl.2. Obſeru.122. Dictum eſt in l.ſi quando antea, 36.C.de inoffic.teſtam.*

DE CAPITIS DIMINVTIONE. TITVLVS XVI.

In principium Tit.& aliquot §§.ſequentes.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Caput quid.*
3 *Capitis diminutio quid.*
4 *Mors ex diuina diſpoſitione ſemper contingit,eſtq; certa hora verò incerta.*
5 *Capitis diminutio quotuplex.*
6 *Maxima capitis diminutio quæ,& quibus modis contingat.*
7 *Media capitis diminutio quæ.*
8 *Minima capitis diminutio.*

1 IN § fin.præcedentis Tit.dictum eſt:Capitis diminutione legitimam agnatorum tutelam perimi,in hoc itaque Tit.Imperator, quaſi per parenthesin,digreditur à propoſita materia tutelarum,& primum quid ſit capitis diminutio: deinde, quot ſint eius ſpecies,exponit: tum ad declarationem tutelæ legitimę agnatorum redit,& concordat cum hac Rubr. tit.in ff.de capit.diminut.

Quid eſt capitis diminutio?

2 Præmittendum poſt gloſ.hic in verbo, commutatio, quòd caput hic non accipiatur proprie pro capite naturalis hominis, ſed metaphoricè pro ſtatu, ſeu conditione ponitur, vnde dici ſolet,ſeruum non habere caput, §.ſeruus, infra eodem, id eſt,ſtatum,ſicut ceteri homines habent, cum ſerui de iure ciuili pro nullis habeantur,l.quod attinet, ff.de regul.iur. Eſt
3 igitur capitis diminutio,prioris ſtatus commutatio,facto hominis interueniente,vt hic, & iuncta gloſ.in verbo, commutatio, & l.1.iuncta gloſ. ff.eod.nam morte patris filius mutat ſtatum,quia fit ſui iuris,§.1.ſupr. quib mod. ius pat. pot.ſolu. non tamen dicitur capite minui. Ideò ſubauditur hic,facto hominis interueniente, vt emancipatione, deportatione patris, vel ſimili modo, ſed moriente patre non interuenit factũ hominis,ſed Dei,quia mors ſemper ex diuina diſpoſitione contingit,ſecundum gloſſam, hic, in verbo commutatio. Adde
4 text in l.ſenatus,§.mortis,ff.de mort.ca.do. quod vbique tam mari,quam terra tam pace,quam bello,tam domi quam militiæ,multis generib.mortis expoſiti ſumus. Vnde,& I.C.in l. 1. ff.de cond.& dem.inquit mortem eſſe certam,horam verò mortis incertam. Ideò, & ſepultura memoria humanæ conditionis dicitur,in l.quidam, ff de condit.inſtit.

Quotuplex eſt capitis diminutio?

5 Triplex,Maxima,Media & minima. Vt hic,iuncta gloſ.in verbo,ſtatus,& l.fin.ff.eod.vbi dicitur,quod tria ſint, quæ habemus,libertatem,ſcilicet,ciuitatem, & familiam,& ſingulæ capitis diminutiones,ſingula ex prædictis perimunt.
6 Maxima igitur capitis diminutio eſt,quando quis amittit omnia tria, libertatem,ſcilicet, ciuitatem,& familiam, vt hic quod ſit, quando quis per ſententiam capitalem condemnatur ad mortem: nam is ſeruus pœnæ efficitur, vt hic. Item, quando maior viginti annis paſſus eſt ſe venũdari ad pretium
a participandum, & quando libertus propter *a* ingratitudinem
b *b* condemnatur, & in ſeruitutem *c* redigitur. Iſti maximam
c capitis diminutionem patiuntur, quia ex libertate rediguntur in ſeruitutem,vt hic,& l.2.pen.& fin.C.de libertis, & eorum liberis, & amiſſa libertate amittunt quoque ciuitatem, & familiam,ſecundum gl.hic in verbo,ſtatus. Qui enim perdit id,quod eſt maius,perdit etiam id,quod eſt minus, ſecundum Ang.hic.
7 Media *d* capitis diminutio eſt, quando quis libertatem re-
d tinet,ciuitatem vero,& familiam amittit,vt hic, & l.fin. & l. amiſſione,in princ.ff.eo.Quod fit deportatione,quę ſucceſſit in locum pęnæ interdictionis ignis,& aquæ, vt hic, iuncta gl.
e in verb.interdictum, quæ extenditur *e* ad excommunicatos maiori excommunicatione, quantum ad hoc, quod & hi ca-
f rent *f* commercio hominum. Et de duplici excommunicatione, vide Plat. & Ang.hic.
8 Minima capitis diminutio eſt, quando libertas,& ciuitas retinetur,ſed ſtatus hominis, ideſt,familia mutatur, idque fit per arrogationem, vbi arrogatus,qui erat ſui iuris,alieno iuri,& poteſtati arrogatoris ſubijcitur,vt hic,& §.ſed etſi, ſupra quibus modis ius patr.poteſt.ſol. Item per emancipationem, quando filiusfamilias à patre emancipatur, tunc enim fit ſui iuris,& ſic paterfamilias, & incipit habere propriam familiã, vt ſup quib.mod.ius pat.pot.ſol dictum eſt.

ADDITIONES.

a *Ingratitudinis cauſa libertus in ſeruitutem reuocari poteſt per patronum actione ingrati, l.2.C.de liber. & eor.liber. vel rei vendicatione exemplo mortis cauſa donationis, l.ſi mortis, ff. de don.cauſa mortis,vel actione extraord.d.l.2.Porro, an donatio, legatum,feudum,fideicommiſſum,&c.eiuſmodi ob ingratitudinem reuocari poſſint, vide Ripam, Tiraquellum, & alios repetit.l.ſi vnquam, C.de reuocand.donat.*

b *Etiam leuem,d.l.2.at non propter omiſſionem obſequij,l.ſolo.C. de liber.cauſ. qua tamen voce non intelligenda eſt alimẽtorum denegatio,l.alimenta,ff.de liber.agnoſc. Tunc enim necare patronum velle videtur,l.necare,ff de liber.agnoſc.*

c *Patroni, ſcilicet, quod tamen in quouis patrono non intelligendum. Ac primum quidem hoc non eſt intelligendum in patrono, qui liberto ſuo ius patronatus remiſit, §.illud.Nouell.vt liberti de cetero. Neque id quoque intelligi oportet in eo, qui non vltro,ſed neceſſitate manumiſit.d.l 2.C.de liber.& eor.liber.*

d *Vide l.cognitionum,ff.de varijs,& extraord cogn.*

e *Cur ita? an quia cum excommunicato non communicandum? cap.ne deſideres, extra de ſenten.excommun.*

f *Et ideo neq; agere in iudicio,neq; iudices eſſe, neque teſtes eſſe poterant,c.decernimus, de ſent.excom.in 6.l.eadem ff.ad leg. Iul.repet. An teſtamentum faceret. Negat Archidiaconus, c. pia,de except.in 6. Aiunt alij,ſed omnes ſuperiorem ſententiã admittunt in eo,qui propter vſuram,vel hæreſim excommunicatus ſit. Et ita Doctores in l.vlt.C.ſi à non compet.de excommunicationis pena, adde Clar.5.Sentent.§.vlt.q.77.*

§. Quod autem.

1 *Effectus maximæ,& mediæ capitis diminutionis,& nu.2.*
3 *Effectus minimæ capitis diminutionis.*

Qui ſunt effectus capitis diminutionis.

1 MAximæ, & mediæ capitis diminutionis effectus eſt, I. Quòd hoc modo capite diminuti habentur pro mortuis ciuiliter, ita quod amittant ea, quæ ſunt iuris ciuilis, vnde nec contra debitores actiones inſtituere,nec teſtari,vel alios actus à iure ciuili introductos exercere poſſunt, l.quidam, ff de pœnis, & l.eius,qui §.1. ff. de teſtament. Per maximam enim capitis diminutionem amittunt libertatem, & efficiuntur ſerui, ideo à iure ciuili non cognoſcuntur, dicta l.quod attinet, ff.de regulis iuris. Et per mediam capitis diminutionem deſinunt eſſe ciues. Amiſſo igitur iure ciuitatis, non poſſunt frui priuilegijs, & beneficijs conceſſis à lege ciuili, vel ſtatuto ciuitatis, vt declarat Aldobrandin. numero ſeptimo. II. Tollitur per eas ius agnationis, & cogna-

Digitized by Google

1 cognationis. quò *a* ſcilicet ad ſoccesſiones, & tutelas, vt hic
d.§.quod autem. Licet enim, vt ſupra dictũ eſt, coguatio, ſeu
2 ipſa conſanguinitas pet ius ciuile non tollatur, § fin. ſupra tit.
pręc. officia tamen, ſeu iure illa, quæ lex ciuilis tribuit cogna-
tis per conttarium ius ciuile tolluntur. Vnde licet nulla lege
ciuili effici posſit, vt qui frater eſt, deſinat eſſe frater: iura .n.
ſanguinis nullo iote ciuile dirimi posſunt, d.l. iura ſanguinis,
ff. de reg. iur. hoc tamen ius ciuile poteſt, nę frater fratri ſucce-
dat cum illa ſucceſſio à iure ciuili, non naturali ſit introducta.
vnde nec querela inoſ. teſtam. fratri tegulariter competit, vt
in §. noo autem liberis inſ. de inoffic. teſtam. dicetut.
3 Minimæ autem capitis diminutionis effectus eſt, quòd per
eam tollitut ius agnationis tantum, & ſic prærogatiua in ſuc
ceſſionibus, & tutelis, non autem ius cognationis, vt hic, d.§.
quod autem, & d, §. fi. ſup. tit. præced. Et ſic ea, quæ iuris ciui-
lis ſunt, contrario iure ciuili rolluntur, d.l. nihil tã naturale, ff.
de reg. iut. Ea verò, quæ iuris naturalis ſunt, & quę naturalem
æquitatem habent, ius ciuile tollere non poteſt, ſecun. Doct.
hic in d.§ quod autem, & eſt text. in l. eas, ff. eod.

ADDITIO.

a *Cognatio, quantum ad ſucceſſiones, & tutelas attinet, non eſt iu-*
ris naturæ, ſed ciuilis, ideoque in his cauſis capitis diminutione
perimi poteſt. Quæ vero conſanguinitatis ius continet cognatio
iuris eſt naturæ, & eo caſu iuris ciuilis actu intercedente tolli
non poteſt, l. ius agnationis, ff. de pactis.

§. Seruus, iuncto. §. ſequenti.

1 *Diminutio capitis accidit liberis hominibus, non ſeruis.*
2 *Priuatio præſupponit habitum.*
3 *Remotus ob turpitudinem ab aliqua dignitate, fit infamis.*
4 *Infamis, an teſtis eſſe posſit. Infamia quotuplex.*

Quibus accidit capitis diminutio.

1 Liberis hominibus, non ſeruis: hi enim licet *a* manumisſi
a fuerint, non patiuntur capitis diminutionem, quia nul-
lum caput, ideſt, ſtatum, ſeu ius habete dicuntur, vt hic, & l. 3.
§ fin. ff eod. Serui enim de iure ciuili, pro nullis habentur, d.l.
quod attinet, ff. de reg. iur. Ideo caput ſeu ſtatum, quem non
b habent, amittere non posſunt. Priuatio enim *b* præſupponit
habitum, l. decem, ff. de verb. oblig vbi dicitur, eum non poſſe
2 liberari, qui non fuit obligatus Liberatio enim, vt priuatio,
præſupponit obligationem, vt habitum. Sic etiam conſtitu-
tus in dignitate, ſi ea priuetur, & dignitatem amittat, non mi-
nuitur cap. text eſt hic in §. quib. & in l. 3. ff. de Senatoribus.
Eſtque ratio, quia neque libertatem, neque ciuitatem, neque
ſemiliam amittunt, ſic noo ſtatum, ſed dignitatem tantum
3 mutant Si tamen propter aliquam turpitudinem remoueа-
tur quis ex Senatu, vel ab alia dignitate, efficitur infamis, ita
quod nec iudex, nec teſtis eſſe posſit, l. 2. ff. de Senat. infamib.
enim portæ dignitatum non patebunt, cap. infamib. de regul.
iur. in 6. Hinc ſumpta occaſione Ang. poſt gloſ. hic, in §. quib.
4 in verb. conſtat, quærit: *An infamis posſit eſſe teſtis:* Et bre-
uiter dic infamiam eſſe duplicem vt declarat. Din. in d. capit.
infamibus. Alia eſt infamia iuris, quæ. ſ. per ſententiam irro-
gatur in caſibus illis, in quibus iure ca cetur, condemnatum
eſſe infamem, vt in eod. qui furti, iniuriarum, & cap. damna-
tus eſt, vt not. in l. 1. ff. de his qui notantur infamia. Alia infa-
mia facti appellatur, quæ grauat opinionem apud bonos, &
graues viros, vt quando quis turpiter viuit, & propter turpi-
tudinem ab honeſtorum cætu ſegregatur. Et infamis infamia
c iuris indiſtinctè *c* teſtis eſſe prohibetur, d.l. 2. ff. de Senatorib.
d Infamis verò infamia facti *d* in criminalibus non poteſt eſſe
teſtis, nam ibi debent eſſe probationes luce meridiana cla-
riores, & prolatæ a perſonis fide dignis, ſeu teſtibus idoneis,
vt dicitur in l. fin. C. de probationibus. In ciuilibus verò cau-
ſis regulariter admittuntur infames infamia facti, de quo
vide ordin. doct. Bartol in d leg. 2. ff. de Senatoribus & Doct.
in l. 1. C. de Sum. Trinit & Canon. in c. teſtimonium de te-
ſtib. & Angel. hic.

ADDITIONES.

a *Manumisſione ſeruus non recipit agnationem. Cur ita? Quia à*
vera priuatione ad habitum non eſt regreſſus, l. liber homo, ff. de
ſtatu hom ſecus eſt in non vera priuatione, l. in tantum, ff. de re-
rum diui. Tunc enim verum eſt, quod dici ſolet: Rem quamque
facile ad naturam ſuam redire, l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pactis.
b *Priuatio præſuppon.: habitum. De qua regula vide l. manumiſ-*
ſione, ff. de iuſt. l. Iulia, ff. de repud. l. Titio vſusfructus, ff. de cod.
& demonſt. l. de cõ. ff. de ver. obl. c. ad diſſoluendũ, de deſp. imp.

c *Infamis iuris infamia, teſtis eſſe non poteſt in criminalibus, &*
ciuilibus. Infamis vero facti infamia in ciuilibus teſtis eſſe po-
teſt, non in crim. Et ſic infamia iuris magis nocet, quam facti.
d *Infamis facti infamia regulariter a teſtimonio non remouetur,*
c. licet cauſam, de probat gl. in l. 2. § lege Iulia, ff. de teſt. Verum
id fallit, ſi lege, vel ſtatuto requiruntur teſtes omni exceptione
maiores. Bal. in l. optimũ, C. de teſtib. Fallit in probanda ingra-
titudine feudatarij, vel donatarij, c. 1. quo tempore miles. Fallit
etiam in crim. cauſis propter rationem hic ſubiectam Certis ta-
men caſibus infamis facti infamia admittitur in teſtem. Vt in
crim leſ maieſtatis, & alijs, de quibus vide Soc. reg teſtes infa
mes, 495. Menochium de arb. iud caſu 74. nu. 51. & ſeq.

DE LEGITIMA PATRONO-
rum tutela.

TITVLVS XVII.

1 *Legitima patronorũ tutela vnde deſcendat, & cui deferatur.*
2 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius ſtatui debet.*
3 *Tutela filij, impuberis vaſalli ſine agnatis mortui, cui deſera-*
tur.
4 *An patrona ad hanc tutelam admittatur.*

1 DEclarat Imperator in hoc tit. ſecundam ſpeciem
legitimæ tutelæ, videlicet patronorũ, quæ non
ex verbis, ſed ex mente, & ſententia legis duo-
decim tabularum, ad ſimilitudinem agnato-
rum tutelæ, ſoli patrono defertur, vt ſit liber-
torum impuberum legitimus tutor. vt hic, & l.
3. in princip. ff de legit tut. Lege enim duodecim tabularum
expreſsè non cauebatur, quod patroni eſſent tutores liberto-
rum impuberum, ſed quia libertis decedentis ab inteſtato, lex
duodecim tabularum patronos vocabat ad eorum ſucceſſio-
nem, & volebat eos eſſe legitimos hæredes, vt inſ. de ſucceſ-
a ſione, libert. dicitur, ideo ex mente legis *a* colligitur, quòd ea-
dem lex patronos etiam voluerit eſſe legitimos tutores liber-
torum, ad ſimilitudinem legitimæ agnatorum tutelæ. Vbi lex
duodecim tabularum Agnatos ideò tutores eſſe voluit, quia
b eos ad hæreditatem vocabat per regulam naturalem, vt *b* is,
qui ſentit commodum, ſentiat etiam onus, l. ſecundum natu-
ram, ff de regul iur. & c. qui ſentit, de reg. iur. in 6. Vbi enim
c eadem eſt *c* ratio, idem ius ſtatui debet, & quæ non differunt
2 ratione, non differunt iuris diſpoſitione, l. à Titio, ff. de verb.
oblig. Et quorum æqualis eſt ſanctitas, eorum æqualis cele-
bretur feſtiuitas, cap. ſcire debet, 76. diſt. & Io. Fab. hic inducit
iſtum text ad hoc, ſi vaſallus posſidens ſeuda moriatur reli-
3 cto filio impubere, nollis agnatis exiſtentibus, qui in feudis
ſuccedunt, quod tutela pupilli pertineret ad dominum feudi,
4 ad quem feudum eſt reuerſurum. Prædicta autem limitan-
tur procedere in patrono, non autem patrona: licet enim fe-
mina manumittens impuberem, ei ab inteſtato ſuccedat, a tu-
tela tamen repellitur, cum ſit virile officium, vt hic, & l. fin ff.
de tut. & de hoc, an & quando femina posſit eſſe tutrix, in
tit. qui teſt. tut. dare poſſ. ſupra dictum eſt.

ADDITIONES.

a *Ex mente legis, vel ſtatuti quod habetur haberi debet pro lege,*
vel ſtatuto, licet non habeatur ex verbis. l. nomin, §. verbum ff.
de verb ſign. & ex ea ducitur, ſiue oritur directa actio ſicut ex
ver. legis, l. cur. ff. de neg.
b *Non tamen ſemper etſi onus vbi eſt ſucceſſionis commodum, l.*
ſi quis negotia, ff. de negot ſed tum demum cum paritas eſt ra-
tionis, & eadem conditio recipientis.
c *Ratio ibi eadem eſt, vbi ius idem eſſe debet, l illud, ff ad leg.*
Aquil.

DE LEGITIMA PARENTVM
tutela.

TITVLVS XVIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Legitima parentum tutela vnde proceſſerit.*
3 *Pater filij emancipati impuberis legitimus eſt tutor.*
4 *Fiduciarius pater quis, & vnde dictus.*

1 DIctum eſt de legitima agnatorum tutela, quæ ex
verbis, & mente duodecim tabularum defer-
tor, & de legitima patronorum tutela, quæ non
ex verbis, ſed ex mente legis duodecim tabu-
2 larum datur. Sequitur nunc tertia ſpecies legi-
timæ tutelæ parentum ſcilicet, quæ defertur paren ibus libe-
rorum

rorum impuberum emancipatorum, non quidem ex verbis,
& mente legis 12.tabularum, ſed ex interpretatione Iuriſcō-
ſultorum,propter identitatem rationis,ad exemplum,& ſimi
a litudinem legitimæ tutelæ patronorum. Sicut *a* enim patro-
nus eſt legitimus tutor ſui liberti impuberis,ſerui.ſ.quem ma-
numiſit,& ſui iuris effecit,propterea, quod lex duodecim ta-
bularum patronum ad liberti ſucceſſionem vocat,vt econtra
ſentiat onus tutelæ,ita eodem modo pater,qui filium eman-
3 cipando,& remittendo ius patriæ poteſtatis, ſui iuris effecit,
ſimiliter filij emancipati impuberis legitimus eſt tutor,vt hic,
& l.3.§.fi.ff.de legit.tut.cum,& is filio, quem contracta fidu-
cia emancipauit,ſuccedat,§.fi.inſ.de legit ago.ſucceſſ. Ad cu-
ius intellectum ſciendum. I. Quòd filij impuberes,exiſtentes
in patria poteſtate, tutorem habere non poſſunt, vt ſupra de
tutelis dictum eſt. II. Quòd filius emancipatus non poterat
patrem habere tutorem legitimum, & agnatum, quia per e-
mancipationem ius agnationis erat ſublatum,§ fin.ſupra de
legit.agn.tu.Ideò nec pater filio ſuccedebat,niſi cum emanci-
paſſet contracta fiducia,ideſt,niſi pater emancipando filium,
expreſsè reſeruaſſet ſibi iura ſucceſſionis. Tunc enim ex in-
terpretatione Iuriſconſultorum,tam ad ſucceſſionem, quam
4 ad tutelam emancipati vocabuntur,d.§.fi. Olim enim eman-
cipatio fiebat per quandam imaginariam venditionem, ita
quòd pater naturalis aliquot nummis vendebat filium empto
ri,qui pater fiduciarius dicebatur,propterea, quòd pater natu
ralis habebat illa fidem de retrouendendo ſibi filium, vt eum
poſtea pater naturalis ad ſimilitudinem ſerui manumitteret,
& ſic emanciparet. Sed hoc hodie eſt ſublatum,ſemper enim
præſumitur pater contracta fiducia filium emancipare,& ſibi
ius ſuccedendi reſeruare, vt eſt tex.& ibi notatur, in §.præte-
rea, ſupra quibus modis ius patr.poteſt.ſolu.& in d.§.fi.inſ.de
legit.agn.ſucceſ.Et quia pater ſic filio emancipato ſuccedebat
vt patronus liberto,ideo quoque onus tutelæ ei deferebatur,
per reg. d.c.qui ſentit commodum. De quo plenius vide poſt
alios omnino Aldobr.& Mynſing. hic in d §.Præterea, ſupra
quibus modis ius patr poteſt ſolu.

ADDITIO.

a *Patronus ſuccedit liberto.Eius igitur tutor eſſe debet. Hac ar-
gumentatione vtitur. I.C: à qua rurſus hanc alteram conficit.
Parens ſuccedit filio vel nepoti emancipato, l.meminimus, C.
de leg.Kæred.Eiuſdem igitur tutor eſſe debet, vt eadē ratio ſit
in parente, quæ in patrono, vt quia vtrique ſuccedunt, vtrique
etiam tutelam nanciſcantur.*

DE FIDVCIARIA TVTELA. TITVLVS XIX.

1 *Fiduciaria tutela quibus deferatur.*
2 *Vnde proceſſerit.*
3 *Vnde dicta.*
4 *Tutores, & curatores cuius ætatis eſſe debeant.*
5 *Aetas perfecta, quæ dicatur.*
6 *Si proximior agnatus eſt minor,quis tutor dari debeat.*

1 Titulo præcedenti dictum eſt de tutela parentū,
ſequitur nunc quarta ſpecies tutelæ legitimæ,
quæ dicitur fiduciaria,& mortuo patre, qui li-
a berorum *a* impuberum emancipatorum legi-
timus tutor erat, defertur fratribus, vt ſint tu-
tores fratrum impuberum emancipatorum,vt
hic,& l.4.ff.de leg.tut.Nec obſtat ſi obijciatur,hac ſpeciem tu
telæ eſſe ſuperfluam, cum deferatur fratribus. Fratres autem
ſunt proximi agnati,quibus legitima agnatorum tutela defer
tur,de qua ſupra dictum eſt. Nam legitima agnatorum tute-
la defertur, de qua ſupra dictum eſt. Nam legitima agnato-
rum tutela tunc locum habet, quando adhuc ſubeſt agnatio,
ſed per emancipationem tollitur agnatio. § fin.ſupr. de legit.
agnatorum tutel.Ceſſat igitur agnatorum tutela, & defertur
hoc caſu fratribus fiduciaria tutela fratrum emancipatorum,
non quidem ex verbis,vel mente legis duodecim tabularum,
aut identitate rationis.Mens enim legis duodecim tabularum
2 erat, vt illi eſſent tutores legitimi, qui erant futuri legitimi
ſucceſſores pupilli ab inteſtato, vt ſupra de legitima patron.
tutela Frater autem de iure veteri fratri emancipato non
ſuccedebat, ideò nec eius tutor eſſe poterat, ſed quia lex pro-
pter ſanguinis coniunctionem, quæ caritate deuincit homi-
nes, magnam de fratribus ſpem concipiebat, & conficiebat
poſt mortem patris fratres fideliores,& diligentiores futuros
in defendenda perſona,& adminiſtrandis bonis fratris impu-
beris emancipati, quàm extraneos,ideò lex vocauit fratrem
ad tutelam fratris emancipati, quæ tutela fiduciaria ſic dicta
eſt,propter fiduciam legis,quam de fratre habebat. Hodie ve-
rò,cum ſublata ſit differentia emancipationis, Auth.Ceſſan-
te, C.de legit.hæred.& per l.meminimus, C.de legit.hæred.
frater vocatur ad ſucceſſionem fratris emancipati, ſimiliter
etiam ad tutelam. Legitima hæc tutela, nōn quidem ex lege
duodecim tabularum,ſed ex conſtitutionibus Imperatorum,
& nouiſſimis legibus dici poteſt, vt not. per tex.in l.frater,C.
4 de legit.tutela,& per Doct.hic. Et notanda eſt ex textu noſtro
regula generalis in materia tutelarum,quòd tutores,& cura-
tores debeant eſſe maiores vigintiquinque annis. Inconue-
niens enim eſt.vt is,qui in alterius eſt poteſtate,vel tutela,
b qualis eſt minor 25.annis,alium habeat in poteſtate, vt hic, *b*
& l.fi.C.de legit.tu. Item,quia bona tutoris tacitè obligata ſūt
pro adminiſtratione, l.pro officio, C.de adminiſt.tut. Sed bo-
na minoris non poſſunt caſu obligari,d.l.fi.ergo, &c. Et hæc
regula procedit in legitima, & datiua tutela, non aut in teſta-
mentaria,quia minor in teſtamento tutor dari poteſt,& licet
durante minori ętate non poſſit adminiſtrare,tamen tunc tu
tor eſſe incipit,quando maior 25.annis factus erit,§.furioſus,
5 ſup.qui teſt.tut.dare poſſunt.Perfecta igitur ętas vigintiquin-
que ſcilicet annorum,requiritur ad hoc,vt quis tutor eſſe poſ
ſit,vt hic,iuncta gl.in verb.perfectæ, quæ ſemper ad hoc alle-
c gatur,quòd ætas perfecta *c* dicitur vigintiquinque annorum,
quod eſt verum in dubio,niſi perſona, vel materia aliud ſua-
deat. Vnde in cauſis matrimonialibus iuſta, & perfecta dici-
tur ætas quatuordecim annorum in maſculo,& duodecim in
femina,vt ſup.in tit.de nupt.dictum eſt. De iure verò Saxon.
perfecta ætas dicitur,quando quis compleuit 21.annum, art.
42.lib.1. Quæritur autem per Doctores hic: *Quando proxi-
mus agnatus eſt minor,an ſequens agnatus maior ſit tutor, vel
an deueniendum ſit ad datiuum tutorem?* Et concluditur cō-
6 muniter per Doctores hic. Quod ſi agnatus proximior eſt
minor,& ſpes,vt efficiatur prius maior,quam impubes,de cu-
ius tutela agitur, fiat pubes,tunc locus erit datiuo tutori, qui
interim erit tutor,donec proximior fiat maior,l.non ſolum,
§.ſi libertus, & ibi gl ff.de excuſ.tu. Si verò non eſt iſta ſpes,ad
mittetur ſequens agnatus legitimus tutor. De iure verò Sa-
xonico,hoc caſo non eſt locus datiuæ tutelæ,ſed ſtatim agna-
to ſequenti defertur tutela, qui interim adminiſtrat, donec
proximior agnatus fiat maior,per text. *Vveichbild*.art.49.

ADDITIONES.

a *Puberibus enim non datur legitimus curator.*
b *Et §.minores, infra de excuſat tut.*
c *Aetas regulariter perfecta eſt 25 annorum.Tunc enim venit in
ſuam tutelam,l.vlt.C.de hiſqui veniam ætat.l.cum filio,ad fi.ff.
de leg 3.& ſua bona adminiſtr.l.vlt.ff.de condit. & demonſtr.
& legitimum ſtatum habet,l.ex his,ff.quando dies legat.*

DE ATTILIANO TVTORE, ET EO, QVI ex lege Iulia, & Titia dabatur. TITVLVS XX.

In princ. Tit.

1 *Continuatio, & concordantes tituli in ff.& C.*
2 *Quæ iura ab Imperatore circa hanc tutelæ ſpeciem referan-
tur.*
3 *Solidus, cuius valoris fuerit.*
4 *Datiua tutela quid.*
5 *Tutores intra quod tempus per quos,& à quo peti debeant.*
6 *Tutela teſtamentaria præfertur legitimæ, & datiuæ.*
7 *Tutela legitima præfertur datiua.*

1 IMperator in hoc titulo tertiam ſpeciē tutelæ, quæ
datiua nuncupatur,declarat,& concordat tit.in ff.
de tu.& curat.dat.ab his, qui ius dandi habent, &
in C.qui tut. vel curat.dare poſſunt. Et refert hic
quinque tempora,ſeu iura circa hanc ſpeciem tutelę. Nā de-
ficientibus tutoribus teſtamentarijs,& legitimis, olim Romæ
dabatur tutor à Prætore Romano,qui dicebatur tutor Attilia
nus,quia ex lege Attilia, à P.Attilio, ſcilicet lata, conſtitueba-
tur tutor, & quia ſolum diſpoſitum fuerat de pupillis Romæ
exiſtentibus,alio plebiſcito cautum fuit,vt in Prouincijs Prę-
ſides earum tutores darent,quod Plebiſcitum appellatum eſt
lex Iulia,& Titia à Tribunis,qui eam rogarūt, vt hic in princ,

Dein-

Deinde Imperator in §. *ſed ex his*, refert ſecundum ius. Nã
in l. Attilia, Iulia, & Titia de cautione, rem pupilli ſaluam fo-
a re, & de cogendis *a* tutoribus, nihil proſpectum erat. Ideo
Imperator Claudius poteſtatem dandi tutores ad Conſules
transtulit.

Et ſub fi. §. *Sed ex his*, attexitur tertium ius. Poſtea enim
non modo à Conſulibus, ſed etiam ex varijs principum con-
ſtitutionibus tutores ex inquiſitione dari cæperunt, in §. Sed
hoc iure.

Quartum ius, quod tempore Iuſtiniani Imperatoris in vſu
fuit, ſubijcitur, videlicet, quod Romæ Præfectus vrbis, & Prę-
b tor tutelaris, in prouincijs *b* verò Præſides, etſi tenues erant
facultates pupillorum, magiſtratus municipales iuſſu præſi-
dum ius dandi tutores habebant. Sicut adhuc in quibuſdam
ciuitatibus Senatores habentur, dicti Domini tutelares.

Tandem in §. *nos autem*, quintum, & nouiſſimum ius po-
nitur ab Imperatore Iuſtiniano introductum, vt. ſ. à quocum
que magiſtratu, etiam ſine præſidis iuſſu, cum eiuſdem ciui-
c tatis Antiſtite, ſeu Epiſcopo, *c* ſi pupillis facultates 500. ſoli-
3 dos non excedant, tutores dari poſſint. Et nota ex gloſ. ibi in
verbo, ſolidos, accipi ſolidum pro aureo. Erat enim ſolidus
idem quod aureus Romanus, quorum 40. valebant noſtro
ęre centum coronatis, & quamuis malignitate temporum
moneta ſæpius mutata ſit, vt aurei cudantur iam leuiores, &
viliores, tamen quòd hic, & alibi de 500. ſolidis diſponitur,
vt in inſinuatione donationis, de qua in l. ſancimus, & in l.
penult. in fi. C. de donat. ad noſtræ quoque ætatis aureos re-
ferendum eſt, de quo videte omnino Mynſing in §. nos au-
tem, in fine. Pro commodiore autem declaratione tutelæ da-
tiuæ, primo quæritur.

Quid eſt tutela Datiua?

4 Eſt legitimus actus, per quem datur tutor impuberi à ma-
giſtratu ad petitionem matris, vel proximorum conſangui-
neorum, teſtamentarijs, vel legitimis tutoribus non exſtanti-
bus, vt notatur hic in princ. Debent enim hi, ad quos pupilli
hæreditas pertinet, quamprimum fieri poteſt, & infra annũ, à
iudice petere pupillo idoneos tutores: quod facere neglexe-
rint, priuantur ſucceſſione pupilli, l. ſciant, C. de leg hæred l.
5 fin. & toto tit. C. qui petant tut. Et dicitur datiua tutela, quia
non à teſtatore, neque à lege, ſed à iudice dantur hujuſmodi
tutores, vt notatur hic in princ. poſt gloſ. 1. ex qua duas cõclu-
ſiones notabitis. I. Quòd tutela teſtamentaria pręfertur legi-
timæ, & datiuæ, l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tut. &
hoc propter voluntatem, & iudicium defuncti. Auth. Matri,
6 & auiæ, C. quando mulier. tut. offic. &c. II. Quod tutela legi-
tima præfertur datiuæ, adeò quod deuoluta tutela ad legiti-
mum tutorem, ſi iudex tutorem det, talis datio non valeat,
cum habenti tutorem, alium dare iura prohibeant, vt dicitur
7 in l. ſi ſororis, C. qui dare tut. poſſunt. Quo fit, vt omne peri-
culum adminiſtrationis tunc ſpectet ad legitimum, & non
datiuum tutorem. De quo vide Fab. & Ang.

ADDITIONES.

a *Coguntur tutores rem pupilli gerere varijs modis; puta pignoris
capione, mulcta indictione, manus iniectione, l. 1. § quid ergo, ff.
de ventre, l. ſacrileg. ff. ad l. Iuliam, peculat. miſſione in poſſeſ-
ſionem bonorum, l. ſi cui legatorum, ff. vt in poſſeſſionem legat.
Addunt quidam banni interdictionem. Quin ex Accurſio in
l. item apud Labeonem, §. quæſtionem, in verbo, dicunt, ff. de in-
iur. notant, magiſtratum poſſe imparare tutori dato ne comedat
donec adminiſtrationem tutelæ receperit.*

b *Iudex dans tutorem pupillo, vtrumque, & tutorem, ſcilicet, &
pupillum habere in ſua iuriſdictione debet, vel ratione originis
vel ratione poſſeſſionis, vel ratione domicilij, l. ius dandi, ff. de
tutor. & curat.*

c *Hoc non obſeruatur, vt iudex vna cum Epiſcopo vrbis tuto-
rem det: quis vſus habendus eſt pro noua, l. 1. C. de emancipat.
liber. poſſet tamen Epiſcopus hodie tutorem laico dare, ſi tem-
poralem habeat iuriſdictionem in pupillum, cap. ſi clericus, ex-
tra de foro compet. Poſſet idem quoque tutorem pupillo Clerico
dare, vt quem in ſua habeat iuriſdictione. Nec alioqui quis ex-
tra ſuam iuriſdictionem rete tutorem conſtituit, l. neque, C. qui
dare tutorem poſſunt.*

§. Sed etſi, iuncto §. Ab hoſtibus.

1 *Datiua tutela quando locum habeat, & num. 2.*
3 *Datiua tutela quando deſinat.*

a *Quando a tutela datiua locum habet?*

1 PRimo non exſtantibus teſtamẽtarijs, vel legitimis tutori-
bus: nam tunc à iudice tutores dari debent, vt hic in prin.
2 Secundo, excluſo interdum legitimo tutore, datiuus pupillo
datur. ſi. ſ. ſpes ſit de teſtamentario, vt quia teſtator conſtituit
tutorem filijs ſuis in teſtamento ſub conditione, vel in diem,
vel etiam purè, hæreditate tamen nondum adita, vel ſi tutor
teſtamentarius captus ſit ab hoſtibus. Nam tunc ſubſtituitur
tutor datiuus, ne pupillus interim maneat indefenſus, & deſi-
nit datiuus eſſe tutor, impedimento teſtamentarij ceſſante,
3 vnde & temporarius tutor dicitur, vt hic d. §. ſed etſi, & § ab
hoſtibus. Neque tunc ſubrogatur legitimus tutor, quamdiu
enim teſtamentaria tutela ſperatur, legitima ceſſat, d. l. ſi quis
ſub conditione, ff. de teſtam. tut. & ratio rationis eſt. Tutelæ
enim ad inſtar hæreditatum deferuntur, vt ſup. de leg. par. tut.
Sed in hæreditatibus deferendis regula ſtatuta eſt. Quod quã-
diu hęreditas ex teſtamento adiri poteſt, vel etiam ſpes eſt te-
ſtamentariæ ſucceſſionis, ab inteſtato ſucceſſio locum non
habet, l. antequam, C. communia de ſucceſſ. & l. quamdiu, ff.
de acquir. hæred. & l. quamdiu, ff. de regulis iuris.

ADDITIO.

a *Teſtamentaria tutela præfertur legitimæ, & datiuæ, l. ſi ſoro-
ris, C. qui dare tut. poſſunt. Sic legitima præfertur datiuæ, vt
hic: Quid ſi duo teſtamentarij tutores? Alius in locum defun-
cti ſubſtituendus, l. qui ſub conditione, in fin. ff. de teſtamen. tut.
interim tamen, qui ſuperſtes manſit, ſolus adminiſtrare poteſt,
l. decreto, § ſimul. ff. de adminiſtr. tut. l. vlt. in fin. C. de auth.
præſt. Idem eſt in duobus executoribus datis, cap. vlt. de teſtam.
in 6. comparatur enim in multis tutela plerumque, ff. de tutor.
Quid ſi duo legitimi ſint? Vno mortuo, vel deficiente ſuperſtes
ſolus tutelam gerit, l. 3. §. ſed ſi aliquis, ff. de legit. tut. Quid ſi
teſtamentarius moritur? legitimus ſuccedit, l. eadem, § quod ſi
tutor, ff. de teſtam. tutela. Quid ſi teſtamentarius excuſetur,
vel amoueatur? Datur tutor a iudice, leg. eadem, §. ſi ſe, ff. eod.
Quid ſi datiuus ille moritur? legitimo tutori locus eſt, gloſ. in
l. ſi quis ſub conditione.*

§. Non autem.

1 *Tutores qui dare poſſint, & nu. 2. 3. 4.*
5 *Tutor an dandus ſit à iudice originis pupilli, ſeu ſub cuius iu-
riſdictione bona ſunt ſita.*
6 *Tutores quibus pupillis dari poſſint.*
7 *Quæ requirantur à parte pupilli, vt illi tutor dari poſſit.*
8 *Quæ à parte tutoris, vt tutor dari poſſit.*
9 *Si tutor idoneus in ciuitate pupilli inueniri non poteſt, qualı-
ter illi prouidendum.*
10 *Qui a iudice tutores dari poſſint, & qui non.*
11 *Quæ requirantur, vt datio tutoris à iudice facta valeat.*

Qui poſſunt dare tutores?

1 PRimo, Præfectus, & Prætor Romæ, d. §. ſed hoc iure,
ſup. eod.
2 Secundò, Præſides in prouincijs, vt hic.
3 Tertio, Magiſtratus, ſeu defenſores ciuitatum, cum Anti-
ſtite, ideſt, Epiſcopo, ſi facultates pupilli 500. aureos non exce-
dant, vt hic, de conſuetudine tamen non vitiatur datio tuto-
ris, facta ſine Epiſcopo, vt tradit hic Plat. n. 14. ante fin. Sicut
nec iuſſus præſidis neceſſarius eſt, vt hic. Et intellexerunt per
Præſides omnes magiſtratus Prouincias regentes, l. 1. ff. de
offic. præſid.
4 Quarto, Hodie de conſuetudine, quilibet alius Magiſtratus
municipalis, ſeu iudices ciuitatis, tutores dare poſſunt, quan-
tumcumq; magnæ ſunt facultates pupilli, tum propter cõſue-
tudinem, quæ dat iuriſdictionem, l. 1. C. de emancip. lib. tum
etiam de iure, quia omnibus magiſtratibus municipalibus
permiſſum de dare tutores, l. ius dandi, ff. de tut. & curat. dat.
&c. ita dicit Bartol. in l. 1. ff. eod. Plat. & Ang. hic. Dandus eſt
autem tutor à iudice, vel originis pupilli, ſeu domicilij, vel
ab eo, ſub cuius iuriſdictione ſunt bona pupilli. Quod ſi non
morantur pupilli in aliquo ex dictis locis, reducendi ſunt
ad patriam, ſeu locum originis, vt eſt text. in leg. vnica, Cod.
vbi per tut. & gloſ. hic in §. ſed hoc iure, in verbo, crearent.
Et in hac quæſtione, quando pupillus plures habet iudi-
ces, quis ſit iudex competens in dando tutore, communi-
a ter ita diſtinguitur: Aut *a* pupillus habet domicilium, &
bona

ADDITIO.

a *Quid ſi tutor, quo in loco agitur idoneus nullus ſit? Et vicinis
dari poſſit, l. Diuus, ff. eodem, dummodo vicinus ille locus ſit iu-
riſdictione dantis.*

Digitized by Google

a bona in eadem prouincia,& non eſt *a* dubium, quin iudex il-
liſus loci det illi tutorem,d.l.vnica, & l.1.in fi.ff. eod. Aut ha-
bet in vno loco domicilium tanttum,& in alio bona,& ſecun
dum ſententiam Azonis,quam Bart. in d.l.vnica,dicit eſſe ve
b riorem,Iudex *b* originis, ſeu domicilij poteſt dare tutorem,
qui res etiam in alia prouincia ſitas adminiſtrare debet. Tu-
c tor *c* enim principaliter datur perſonæ, & ſecundario rebus.
Ideo iudex perſonæ rectè dat tutorem, cuius authoritas ex-
tenditur ad bona pupilli,etiam alibi ſita, poterit tamen tutor
ſe excuſare ab adminiſtratione illorum bonorum,& tunc iu-
dex illius prouinciæ, vbi bona pupilli exiſtunt,prouidebit de
alio tutore,vt not per Cin.Bart. & alios,in d.l.vnica, & Fab,
hic in princ.tit.noſtri,nu. 3.

Quibus pupillis tutores dari poſſunt?

6 His qui non habent teſtamentarios,aut legitimos tutores,
iſti enim præferuntur datiuis,vt ſupra dictum eſt, & requiri-
7 tur, vt pupilli ſint ſubiecti iuriſdictionis dantis tutorem, vel
ratione domicilij, ſeu originis, quia pater ibi tempore mortis
habuit domicilium,vel ratione ſuorum bonorum,quæ ibi ſita
ſunt,d.l.vnica,& ibi gloſ. Nam his etiam abſentibus, inuitis,
& ignorantibus tutores dari poſſunt,text.eſt in l.illud, cum l.
ſeq.ff.eodem.

Qui poſſunt à iudice dari tutores?

8 Præmittendum hoc loco,quòd tutor,quem iudex vult con
ſtituere,debet eſſe ſubiectus iuriſdictioni dantis, & habere do
micilium in eadem ciuitate,ex qua pupillus oriundus eſt, vel
vbi bona ſua ſita habet,d.l.ius dandi,ff.eo.& gloſ.hic in d. §.ſed
hoc iure,in verbo,crearent,& in l.etiam,ff.de tut.vbi gloſ.in-
9 quit Nota,quòd tam datus tutor,quàm mille,cui datur,debet
eſſe eiuſdem ciuitatis, & dantem oportet habere eos ſub ſua
iuriſdictione,& ſi ibi non ſunt idonei, quærendi ſunt ex vici-
nis locis honeſtiſſimi quique,& nomina ipſorum præſidi mit
tenda ſunt, vt ipſe prouideat, cum non poſſit dari tutor non
ſuppoſitus iuriſdictioni dantis, vt dicitur in l.neque,Cod.qui
dare tut. poſſ. aliàs regulariter omnes, qui in teſtamento tu-
10 tores conſtitui,etiam à iudice dari poſſunt. Excepto. I.Ser-
d uo,l.in ſeruili,Co.eod. II.Excepto creditore, *d* & debitore
pupilli. Licet enim hi in teſtamento dari poſſunt, cum fides
eorum à teſtatore cenſeatur approbata, & ab omni ſuſpicio-
ne fraudis remota,vt inſ.de ſatiſd.in princ.tamen à iudice tu-
tores dari non poſſunt Authen. minoris, C.eodem.III.Iudex
ſeipſum tutorem dare non poteſt,l.prætor,ff.eo.IV. Nec cæ-
cus,tutor eſſe poteſt,l.luminib.Cod.eod. V. Nec milites,leg.
militiæ,Cod.eod.VI.Nec mutus,vel ſurdus,l.1.§. fi. ff.de tut.
VII.Nec furioſi,§. furioſus,ſup.qui teſta.tut. &c. VIII. Nec
e minores vigintiquinque annis,l.fin.C.de legit. tut.IX. Nec *e*
feminæ tutores dari poſſunt,quia virile officium eſt, le. fin.ff.
de tutelis. De quibus ſupra,qui teſtam.tutor. dari poſſint,di-
ctum eſt.

Quæ requiruntur ad hoc,vt datio tutoris facta à iudice valeat?

11 Ex prædictis eſt hanc quæſtionem facilè reſponderi poteſt.
Nam primo requiritur,quòd non exiſtat alius tutor teſtamé-
tarius,vel legitimus,d.l.ſororis,C.eodem, vt ſup.in princ. tit.
dictum eſt.
Secundo,quòd iudex habeat poteſtatem dandi tutores,iux
ta ea,quæ in quæſt. *Qui poſſunt dari tutores?* dicta ſunt.
Tertiò,quòd pupillus ſit iuriſdictioni dantis ſubiectus, d. l.
vnica,C.vbi pet.tut.
Quartò,quòd tutor datus ſit de iuriſdictione dantis,d.l.ius
dandi. Alias ipſo iure non valet datio tutoris,vt inquit Ferra-
rius in d. for. libel. ad reddendam rationem tutelæ,in verbo,
eidem Iacobo,in fine.

ADDITIONES.

a *Quia concurſus eſt perſonæ,& bonorum,hoc eſt,perſona,& bona ſunt in iuriſdictione dantis.*
b *Adde quæ ſcripta ſunt in §.datus inf.de excuſ. tut.*
c *Hoc caſu inſpicitur res,quæ præualet, quæ principalis eſt;cui deinque directè tutor datur.*
d *Hi poſſunt teſtamento tutores dari, vt quorum fides per teſtatorem fuerit probata. Azo in ſumma. Dictum eſt ſupra,tit.qui teſtam.tutores dari poſſunt.*
e *Niſi Mater,& auia Auth.matri.C.quan.mul.tut.off fung.pot.*

§. Impubes.

1 *Tutela quare in genere introducta.*
2 *Officium tutoris quod ſit.*
3 *Tutor quando tutelæ rationem reddere debeat ſecundum ius commune, & Saxonicum.*
4 *Pupillus vbi educandus.*
5 *Remedia,per quæ iudex ad ſuſcipiendam tutelam quem compellere poteſt.*

Quare dantur tutores?

1 IMperator in princ. huius §. cauſam finalem introducendæ
tutelæ cōplectitur, quare,ſcilicet tutela in genere ſit intro-
ducta. Cum enim impuberes propter ætatis imbecillitatem
ſeipſos tueri, atque defendere neſciant,naturali rationi con-
ueniens eſt,vt is,qui perfectæ ætatis non eſt, à prudentiorib.
qui firmum iam habent animi iudicium,defendatur, & rega-
tur,vt hic,& l.ſi ff. de minorib. Nec verba hic poſita de iure,
ſeu lege naturali intelligenda ſunt,cum,vt ſup. de tutel.dictū
eſt,à iure ciuili tutela ſit introducta.Sed de iudicio,ſeu de di-
ctamine illo rationis, quod a natura animis hominum inſi-
tum eſt,vt admonet hic Aldobr.Commodè igitur tunc dicen
dum erit de officio tutoris.

Quod eſt officium tutoris.

2 Omnium tutorum proprium officium eſt,inſtituere pupil-
a lum bonis moribus,mercedes præceptoribus *a* conſtituere,&
alimenta eius miniſtris præſtare,l.cū plures.§.cum tutor,ff.de
admin.tut.Corpus, & ſalutem pupilli tueri,l.conſilio, in prin.
ff de curat.furio.Impuberem defendere, ſi ab alio conuenia-
b tur,l.tutoris præcipuum,ff.de adm.tut.Adminiſtrare res, *b* &
bona pupilli,pro impubere promittere,ſoluere,& contra aliū
actiones intentare,l.generaliter,ff.de adminiſt.tut. Et alimēta
pupillo præſtare,l.3.§.tutor,ff.de ſuſpect. tut. Et hæc ſi negle-
xerint tutores,tamquam ſuſpecti remouentur,& damna pu-
pillorum de bonis tutorum reſarciuntur,d.l.3.§.tutor.l. fin.in
princ.C.de admin.tut. Et ſpectat ad officium tutoris confi-
cere inuentarium, & reddere adminiſtrationis ſuæ rationē,
vt hic in fi.tit.noſtri,& l.tutor,qui repertorium, ff.de admin.
tut.& ad reddendam rationem actione tutelæ cogi poteſt, vt
3 hic in fi.tit. noſtri. Notandum tamen,quod de iure cōmuni *c*
c tutor non tenetur reddere rationem, niſi finita tutela, vt hic,
& l.niſi finita,& l. ſi tutor Reipub.§. ſed,& ſi quis teſtamento
ff.de tut.& ration.diſtrah. & l.3 & ibi gloſ.& Doct. C.de ad-
min. tu.Secus autem de iure Sax.Nam tenetur tutor ſingulis
annis, de bonis pupilli reddere rationem proximioribus hæ-
redibus,& agnatis,tex.eſt art.23.lib. 1. Idem hodie ſtatutum
eſt per Im.Carol.V.in Comitijs Auguſtanis, anno 1548. ce-
lebratis.*In der polices ordnung*.vbi dicitur: Quod tutor ad re-
quiſitionem magiſtratus,quolibet anno ſuæ adminiſtrationis
d ſufficientem rationem reddere debeat *d* Et de actione tutelæ
directa,& contraria in §.actionum, inſ.de act. dicetur.
e *Vbi e pupillus educari poteſt?*
4 De hac quæſtione eſt tit.in ff.& C. vbi pupil. educ. debeat,
& breuiter ita concluditur. Quando teſtator in teſtamento
hoc

ADDITIONES.

a *Præceptores igitur pupillis ſuis conſtituere,& eis ſalaria aſſignare in poteſtate eſt ipſius tutoris.*
b *Tutoris etiam officium eſt, eodem modo pecunias pupillares collocare,quo,& ſuas collocauit,l.tutor.ſecundum dignitatem.13.§.1.ff.de adminiſtr.tut Officium eſt eiuſdem,nihil dolo lata vel leui culpa in tutela admittere. Proinde ſi cum potuerit acquirere nomine pupilli,& nō acquiſierit,tutelæ iudicio tenebitur l. quidquid.C. arb. tut. quo, & tenetur ſi non ad eum modum tutelam gerit, quem bonus, & diligens paterfamilias ſeruaret in rebus proprijs,l.generaliter,l.a tutoribus, ff. de admin. tut. Exigere etiam debita pupillaria cogitur,vt ſi eius negligentia debitores pupillares fuerint non ſoluendo iudicio tutelæ teneatur, le.tutor conſtituitur,ff.de amin.tut.l.2.C.arbitr.tut.Sūt, & alia pleraque in quibus tutor ex ſuo officio intercedere,ſeu adeſſe neceſſario cogitur,de quibus dicam tit.de adminiſtr. tut.*
c *Ciuili,nam canonico quot annis omnes adminiſtratores reddere rationem tenentur,Clem.1.de relig. de.ubi Zabar. cap. 2.de cler.ægro.lib.6. vbi Gemin.*
d *Sicut,& magiſtratus ipſe iure quoque ciuili, §.ciuitatibus,&c. ſingulis annis,in Auth. de collat.*
e *Vide ad hanc quæſtionem Concenatium 3.q. 1.*

Digitized by Google

hoc expreſſit, voluntas teſtatoris ſeruanda eſt: poterit tamen
Iudex propter ſuſpicionem malignam, vel alias cauſas aliquã
a do recedere *a* voluntate teſtatoris, leg. 1. ff. eod. Si vero pater
de hoc nihil diſpoſuerit, pupillus apud matrem educari debet,
ſi innupta manſerit. Si vero ſecundo nupſerit, vel mortua fue
rit, iudex cognita cauſa, ex perſonæ conditione, & tempore
ſtatuere debet, vbi pupillus educãdus ſit, & potiſſima cura ad-
hibenda eſt, ne educetur apud eos, qui propter ſpẽ ſucceſſio-
b nis, *b* vitæ & pudicitiæ impuberis inſidiari poſſunt, l. ſi diſce-
5 pterit, ff. eod. l. 1. & 2. C. eodem. Et ſi iudex æſtimauerit apud
quem educari debeat, is neceſſitatẽ habebit hoc facere, quem
iudex iuſſerit, vt dicitur in fin. l. 1. C. eodem, & in l. 1. §. quam-
uis, ff. eodem, & Plat. hic, num. 11. poſt gloſ. in §. ſed ex his, in
verbo, compellendis, refert plura remedia, per quæ iudex po
teſt compellere aliquẽ, vt ſuſcipiat onus tutelæ, vel aliud mu-
nus publicum, videlicet, per pignoris captionem, multæ indi-
ctionem banni impoſitionem, perſonalem detentionem, vel
poteſt interdicere alicui ne concedat, donec acceptauerit offi-
cium, vt ſimili dicit gl. in l. item apud Labeonẽ, ff. de iniurijs.

ADDITIONES.

a *Voluntas defuncti non ſemper pro lege eſt, aut ſeruatur à iudi-*
ce, quod fieri ſolet ſi quid iniqui, & iniuſti teſtamento ſuo præ-
ceperit. De quo dictum eſt in l. & ſi quis impediat, 14. §. non au
tem oportet, 5. ff. de religioſ. l. vlt. ff. de aur. & arg. lega. l. ſeruo
113. §. ineptas voluntates, ff. de legat. 1. l. quidam. 27. ff. de con-
dit. inſtit. l. legatum, 16. ff. de vſu, & vſufruct. legat.

b *Multo minus igitur remotioribus, qui ſint ad ſucceſſionem pro*
ximi tutela erat committenda. Landre. *lib. 1. art. 45. infra de*
ſatiſd. tutor.

a DE AVTHORITATE *a* TVTORVM.

TITVLVS XXI.

In principio Tituli.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Authoritas tutorum quid.*
3 *Authoritatem præſtare quid.*
4 *Authoritas tutoris quando neceſſaria, & nu. 5. & 9.*
6 *Pupillus ſine tutoris authoritate, ſibi alium obligare poteſt.*
7 *Pupillus quando ſe ſine tutore ab obligatione, qua alij tenetur, poſſit liberare.*
8 *An pupillus ſine tutoris authoritate alij obligetur, & nu. 10.*
11 *Pupillus infans, nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur.*
12 *Pupillus maior infante, aut infantiæ proximus, an, & qualiter obligetur.*
13 *Pupillus proximus pubertati, an, & quando obligetur.*
14 *Pupillus adultus, an, & quando obligetur.*
15 *Obligatio ciuilis, & naturalis oritur ex omni delicto.*
16 *Obligatio naturalis vnde oriatur.*
17 *Pupillus, an, & quando ex delicto obligetur.*
18 *Quæ requirantur, vt pupillus obligetur.*
19 *Delicta non adeo ſeuere puniuntur in impuberibus, ſicut in maioribus.*
20 *Pœna pupilli committentis homicidium de iure Saxonico.*

HActenus dictum eſt, quid ſit tutela, & quot tuto-
rum ſint ſpecies, & quot tutores dentur, vt de-
fendant, & tegant pupillos, qui propter æta-
tem ſe tueri non poſſunt, vt in fin. præceden. titu.
dictum eſt. Ideo nunc de authoritate tutorum,
hic titu. ſubijcitur, vbi traditur, an, & quando pu-
pillus ſine tutoris authoritate obligetur, & habet concordan-
2 tes tit. in ff. de author. & conſen. tut. vel curat. & C. de autho.
præſtand. Eſt autem authoritas tutorum, vis illa, atque pote-
ſtas, quam tutores, vel ex teſtamento, vel ex lege, vel per iu-
dicem receperunt in perſona pupillorum defendenda, rebuſ-
que ipſorum adminiſtrandis. Authoritatem verò præſtare, ni-
3 hil aliud eſt, quam probare id quod agitur, hoc enim eſt au-
thorem fieri tutorem, quando tutor comprobat id, quod à
pupillo agitur, vt dicitur in l. 3. ff. eod.

An, & quando authoritas, tutoris ſit neceſſaria?

4 Imperator hic in princip. in effectu hoc modo diſtinguit:
b Aut agitur, vt *b* pupillus aliud ſibi obliget, in commodum
ſcilicet ipſius pupilli, vt ſi ſtipuletur ab aliquo 100. ex cauſa
donationis, & tunc authoritas tutoris non eſt neceſſaria. Sed
poteſt pupillus ſine authoritate tutoris contrahere, & alium
c ſibi obligare, *c* aut agitur, vt ipſe pupillus alijs obligetur, &
5 tunc neceſſaria eſt tutoris authoritas, quæ ſi non interuenit
pupillus non obligatur, & ratio diuerſitatis eſt fauor pupilla-
ris ætatis cum placeat meliorem quidem conditionem lice-
re pupillis facere, etiam ſine authoritate tutoris, deteriorem
d verò non *d* aliter, quam cum tutoris authoritate, vt dicitur
hic in princip. & leg obligari, ff. eodem, & §. pupillus, infra de
inutil. ſtipulat. & le. pupillus, ff. de acquiren. rerum domin. vbi
dicitur, pupillum, quantum ad acquirendum, non indigere
tutoris authoritate: alienare autem nullam rem. poſſe niſi præ
ſente tutore, & l. contra iuris, ff. de pact. Ex quibus duas con-
6 ſtituatis concluſiones. Primo, quod pupillus ſibi poteſt alium
obligare, etiam ſine authoritate tutoris, ceſſat enim tunc cau-
ſa finalis ipſius tutelæ, quæ ideo decernitur, ne impuberes im
becilitate ætatis ferant præiudicium, & incurrat aliquod dã-
7 num, vt inquit Porc. hic in princ. Et ampliatur hæc concluſio
vt etiam pupillus ab obligatione, qua alij tenetur, ſe liberare
e poſſit ſine tutore, quod eſt verum *e* pactum de non peten-
do d. l. contra iuris, ff. de pact. vel per acceptilationem, leg. pu-
pillum, ff. de accept. non autem per ſolutionem. Soluendo
enim creditori nihil agit, cum dominium pecuniæ non poſſit
transferre in creditorem. Si tamen creditor bona fide pecu-
niam pupilli conſumpſerit, liberabitur pupillus, vt dicitur in
d. l. obligari, §. pupillus, ff. eod. Et in ſolutione multum frau-
dis, ac damni ſubeſſe poteſt, qui enim ſi ſe potuit contra pe-
tentem exceptione tueri, vel ſi maturè, & non ſuo tempore
ſoluit, vel ſi magis intereat, hos nummos alteri numerari, vt
inquit hic Mynſing.

8 Secunda concluſio eſt, quod pupillus ſine tutoris authori-
tate alijs non obligatur, lex enim huiuſmodi obligationem
non approbat, quia non habet conſenſum pupilli pro legiti-
mo, cum nullum ſit eius ætatis iudicium l. pupillus, ff. de re-
gulis iuris, vbi dicitur, pupillo, nec velle, nec nolle in ea æta-
9 te, niſi appoſita tutoris authoritate, creditur. Nam quod ani-
mi iudicio fit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt. Vnde in
contractibus vltro citroque obligatorijs, in quibus ſcilicet
hinc inde mutua oritur obligatio, vt in emptione, locatione
mãdato, &c. ſi fiant cum pupillo, ipſe autem pupillus non obli
gatur, text. eſt hic, in princ. Et licet alias ſit regula quod contra
ctus non debent claudicare, leg. 1. ff. de reſcind. vend. hoc ta-
f men caſu ex vno tantum latere conſtat contractus, fauore, *f*
10 ſcilicet ætatis pupillaris, vt hic, & l. Iulianus, §. ſi quis à pupil-
lo, ff. de actio. empt. Limitatur autem hæc concluſio, vt pupil-
g lus petens rem emptam, repellatur *g* exceptione doli mali,
ſi pretium dare nollet, ſecundum, glo. hic, in verb. in venditio
nib. Item ſi pupillus ex contractu factus eſſet locupletior, ve-
luti ſi aliquid vendidiſſet, licet non conſiſtat venditio ſine tu-
toris authoritate, ſi tamen rem tradidiſſet, & pretium recepiſ
ſet, & poſtea vellet rem venditam vendicare, obſtaret ei ex-
ceptio, donec pretium in ſua vtilitatem conuerſum reſtituat.
Nam, & ius naturæ prohibet quem cum alterius iactura, &
detrimento fieri locupletiorem, l. nam hoc natura, ff. de con-
dict. indeb. & l. iure naturæ, ff. de reg. iuris. cap. locupletari, de
reg. iur. in 6. An autem, & quando dicatur pupillus locuple-
tior factus, docet gl. & ibi DD. in l. indebiti, in verb. percepit,
ff. de cond. indeb. Ang. in princip.

Pupil-

ADDITIONES.

a *Is eſt effectus tutelæ, vt pupillus nihil agere poſſit, niſi tutoris au*
thoritas accedat. Nihil (inquam) quod ei damno eſſe poſſit.
Ita fit vt alios ſibi obligare poſſit, ipſe alij obligari non poſſit,
l. contra iuris ciuilis regulas, ff. de pactis.

b *Eadem eſt ratio in muliere paciſcente ſuper dote, l. de dic, ff. de*
pact. dotal. & in alimento tranſigente, l. cum hi, §. quod ergo, ff.
de tranſact.

c *Immo aliũ ſibi obligare non põt, l. pupillus, ff. de reg. iur. Verum*
lex illa de infante loquitur qui intellectu caret, & ideo aliũ nõ
obligat, §. & quod diximus, §. pupillus, infra de inutilib. ſtipul.

d *immo, aliter, & ſine tutoris authoritate poteſt pupillus ſuã con-*
ditionem deteriorẽ facere. Poteſt enim ſine tutoris authorita-
te poſſeſſionem amittere, l. poſſeſſionem, 29. ff. de acqu. poſs. Sed
quod hic dicitur, locum obtinet in his quæ ſunt iuris. Lex illa
contraria vera eſt in his, quæ ſunt facti. Talis autem eſt poſſeſ-
ſio, d. l. 1. Poteſt etiam pupillus obligari in his omnibus, in quibus
fit locupletior, l. 1. in fine, ff. de nouat. l. vlt. de tur. turan.

e *Minus enim decedit pupillo hoc caſu. Cur minus? Quia nuda*
actio remittitur. Nullum corpus, nulla pecunia, nihil immobi-
le, nihil quod re ipſa videri, cernique poſſit, transfertur, ſed ius
incorporeum tantum.

f *Claudicare etiam contractus poſſunt, vbi agitur de obligando,*
at non vni deliberando, l. 1. C. de reſcind. vendit.

g *Adde l. ſi id, quod, §. vlt. ff. de reſcind. vendit.*

Digitized by Google

Pupillus contrahendo, an, & qualiter obligetur?

De hac quæſtione eſt gl.ord.in d.l.pupillus, ff.de reg.iur.&
in l.1.vbi Bar & Doct.ff.de nouat.& in l.2.C de inutil.ſtip &
in §.pupillus,inf.de inutil.ſtip.vbi hæc diſtinctio communiter
11 traditur. Aut pupillus *a* eſt infans, & infra ſeptimum annum
a conſtitutus, & nullo modo, nec ciuiliter,nec naturaliter obli-
gatur,l.pupillus,iunct. gl.ff.de act.& oblig. & l.quod pupillus,
iuncta gl.ff.de cond.indeb. Caret enim intellectu,& conſen-
ſu, & ſic deficit natura ex qua cauſatur, ſeu oritur obligatio
naturalis, ſcilicet conſenſus, l.1.ff.de pact.l.cum amplius, § is
natura,ff.de reg.iur.Et deeſt hoc caſu legis ciuilis approbatio;
ideò nec ciuilis obligatio oritur. Aut eſt maior infante, aut eſt
12 infantiæ proximus,quia nondum compleuit decimum annũ
cum dimidio,& licet de hoc ſint variæ opiniones, communi-
ter tamen tenetur,quod tunc etiam, neque ciuiliter,neq; na-
turaliter obligetur, cum obligatio contrahitur per conſenſum
d.l.1.ff.de pactis.Sed tunc vix poteſt habere conſenſum ita
quod ſecundum Fab.hic omnia daret pro vno pomo niſi eſſet
13 doli capax,& malitia ſuppleret ætatem.Aut eſt proximus pu-
bertati,quia compleuit decimum annum,& dimidium(infan
tia enim durat per totum ſeptennium, & vſque ad decimum
quartum eſt aliud ſeptennium, quod ſi diuidatur, quælibet
medietas continet tres annos cum dimidio, & ſic poſt deci-
mum,& dimidium anno appropinquat pubertati, vt eſt gl.in
l.pupillus,& ibi Dec.ff.de regul.iur. Paul.de Caſt.in d.l.1.ff.de
nouat.) & ſubdiſtinguite. Aut contrahit cum tutore, & tunc
quoque nec naturaliter,nec ciuiliter obligatur,l.pupillus,ff.eo.
Eſtque ratio, quia lex expreſsè reſiſtit huic obligationi, tutor
enim prohibetur recipere talem promiſſionem à pupillo,im-
mo punitur,l.non licet,ff.de contrah.empt.& not.in l.cũ ipſe,
C.de contr.empt. Et lex pro iniquo habuit, vt dicit hic Porc.
quod tutor, qui deberet præcauere, ne pupillus alteri oblige-
tur, patiatur illum ſibi obligari,arg.l.altius, ff.ſi ſerui.vendic.
vbi dicitur,quod alium facientem prohibere ex officio neceſſe
habeo,id ipſum committere non debeo. Vnde lege cõtractui
reſiſtente,vtraq;obligatio impeditur oriri,ciuilis,& naturalis,
vt notatur in l.cum lex,ff de fideiuſſ. & in l.ſi non ſortem, ff.
de condit.indeb.Quod fallit. I. Niſi pupillus factus eſſet locu-
pletior,nemo enim cum alterius iactura locupletari debet,d.l.
pupillus,in princ.ff.eod. II Fallit,quando authoritas tutoris in-
teruenit:nam & tunc pupillus naturaliter, & ciuiliter obliga-
tur,d.l.pupillus,ff.eo.Aut contrahit cum alio,quam tutore,&
tunc iterum ſubdiſtinguitur, aut non interuenit authoritas tu
toris, & tunc obligatur naturaliter tantum propter conſen-
ſum,non autem ciuiliter,quia lex non aſſiſtit neque etiam ex
preſſe reſiſtit huiuſmodi contractui, niſi & tunc factus eſſet
locupletior pupillus, per ea, quæ ſupra dicta ſunt, vt not.per
Bart. in d.l.pupillus. Aut tutoris authoritas ritè fuit adhibita
obligatur pupillus naturaliter,& ciuiliter.Naturaliter propter
conſenſum,& ciuiliter, propter legis approbationem,vt hic in
princ. & l.impuberes, ff.eo. Læſus tamen reſtituitur in inte-
grum,vt no.poſt gl.in d.l.1.ff.de nouat. Item hoc procedit niſi
b contractus ſit celebratus de re immobili. *b* Cuius alienatio à
iure eſt interdicta: quia tunc non valet cõtractus,etiam cum
authoritate tutoris, niſi iudicis decretum interponatur. Iura
enim rerum minorum immobiles ſine decretum iudicis aliena-
re prohibent,tot.tit.C.de præd.min.ſine decr.&c. Ideo neque
naturaliter, neque ciuiliter tunc pupillus obligatur,vt not.per
Doct.in d.l.1.ff de nouat. & in l.pupillus, ff.de regul. iur. vbi
gloſ.quærit de adulto, qui ſcilicet compleuit decimum quar-
tum annum, ſed nondum exceſſit vigeſimumquintum an-
14 num. Et poſt eam DD. ita diſtinguunt. Aut habet curato-
rem, & æquiparantur pupillo impuberi, vt contrahens cum
curatore, neque ciuiliter, neque naturaliter obligetur, pro-
pter prohibitionem legis, ſed cum alio contrahens cum au-
thoritate curatoris obligatur ciuiliter, & naturaliter. Sed ſine
authoritate curatoris contrahens, obligatur, tantum natura-
liter propter conſenſum, ſed non ciuiliter, propter non aſſi-
ſtentiam legis ciuilis. Aut non habet curatorem, & tunc na-
turaliter,& ciuiliter obligatur,ſed læſus reſtituitur in integrũ,
l.ſi curatorem, C.de reſtit.in integrum.

c *Pupillus, c & quando ex delicto obligetur.*

15 Præmittendum hoc loco, ex omni delicto vtramq. obliga-
tionem,ciuilem, ſcilicet, & naturalem oriri. De ciuili non eſt
dubium, cum certæ pœnæ delictorum à iure ciuili ſint inuẽtę,
& leges expreſſis verbis ſtatuant, maleficia impunita nõ eſſe
relinquenda, l.ita vulneratus, §.quod ſi quis, ff.ad leg. Aquil.
& cõgruit bono præſidi, purgare prouinciam à malis homini-
bus,vt dicitur in l.congruit, ff.de offic. præſ. De naturali vero
obligatione eſt gl.in §.ius gentium in verb.pœnæ, ſup.de iur.
nat.gent.& ciuili.quæ negat ex maleficio obligationem natu-
ralem naſci, propter defectum conſenſus, ex quo regulariter
oritur.Sed communiter reprobatur à DD.& in l.ex hoc iure,
ff.de iuſtitia,& iure,per text.in l.1.ff.de furtis, vbi habetur, le-
ge naturali furtum prohibitum, eſſe,immò etiam in delinquẽ
te conſenſum eſſe affirmant ibi DD.cum delinquendo videa-
tur ſe ad pœnam delicti velle obligare,l.imperatores, ibi, *Ipſe
te huic pœnæ ſubdidiſti*,ff.de iure fiſci.Præterea naturalis obli-
16 gatio,non tantum ex conſenſu,ſed etiam ex naturali æquita-
te oritur quotieſcumque naturalis æquitas, & ius gentiũ ſua-
det,quem obligari,etiamſi non conſentiat, vt in ſententia cõ-
demnatoria,lata contra reum in cauſis,ciuilibus,vbi nõ ſic ex
conſenſu obligatur reus ad ſoluendum debitum,cum iudiciũ
reddatur in inuitum,l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de verbor.obli
gation. ſed potius ex alio capite naturalis æquitatis,quod pręcipit,
magiſtratui obtemperandum eſſe, l.veluti, ff.de iuſtitia,
& iure.Sic etiam in delictis ſubeſt naturalis æquitas,quæ pro-
hibet delicta,& præcipit neminem lædendum eſſe, facit l.ſi à
reo, §.illud, ibi, *Nam pœnas ob maleficia ſolui, magna ratio
ſuadet*, ff.de fideiuſ. Quod vero ad propoſitam quæſtionem
attinet,de ea eſt text.notab.in cap.1.de delictis puer,vbi dici-
tur: *Pueris grandiuſculis peccatorum nolunt attribuere quidã,
niſi ab annis quatuordecim,cum iam pubeſcere cæperint*, quod
merito crederemus,ſi nulla eſſent peccata: niſi quæ membris
genitalibus admittuntur. Quis verò audeat adfirmare, furta,
mendacia, periuria non eſſe peccata? At his plena eſt pueri-
lis ætas,quamuis in eis non ita, vt in maioribus punienda vi-
deantur. Ideò DD.ita communiter diſtinguunt: Aut pupil-
d lus eſt *d* infans, vel proximus infantiæ, & ex delicto, furto,
homicidio, vel alio non obligatur ad pœnam ſtatutam, l.in-
fans, ff.ad legem Cornel. de ſicarijs, vbi dicitur: *Infans, vel
furioſus, ſi hominem occiderit lege Cornel. non tenetur, cum
alterum innocentia conſilij, alterum fati infelicitas excuſet*,
l.diuus,ff.de offic.pręſ.In delictis enim dolus,ſeu propoſitum,
& voluntas attenditur, l.fœdiſſimam, C.ad leg. Iul. de adult.
Sed infans caret tunc intellectu, & ignorat quid agat, vt dici-
tur in l.1.C.de falſis modis, & l.ſed & ſi quemcumq; §.ſed &
ſi infans, ff.ad l.Aquil.& capitulo aliquos, 15.q.1. vbi dicitur:
Quomodo enim reus conſtituitur, qui neſcit quod facit? Aut
e eſt pubertati *e* proximus, & doli capax, & ex furto homici-
dio, & omni delicto tenetur, l.pupillum, ff.de regul.iuris, &
dicta l.ſed & ſi quemcumque, §.ſed & ſi infans, & l.impu-
nitas,

ADDITIONES.

a *Differentia infantis, maioris infante, & proximi pubertati.*

b *Nam in huius alienatione requiritur neceſſaria cauſa, & eius cognitio, ac decretum magiſtratus, ff.de rebus eorum, & C.de præd.minor.l.lex quæ,C de adminiſtr.tut.vbi ad mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, præſertim pretioſiora extenditur, Tiraquel.de retract.prox.§ gl.1.& 7.n.99.cum multis ſeq.*

c *Quid ſi maior quatuordecim annis minor tamen viginti quinq. Non excuſatur eius delictum. Mitiganda eſt tamen pœna propter imbecillitatem ætatis, l.auxilium §.in delictis, ff.de min. Grãmaticus dec.23. Neq poteſt in huiuſmodi delictis dolo admiſſis petere reſtitutionẽ in integrũ Anan.ca.2.de delict. puer. Quid ſi minor vigintiquinque annis deficientibus probationib. alijs confeſſus ſit etiam cum iuramẽto, ſe id(de quo agitur) delictũ admiſiſſe communi interpretum ſententia receptum eſt, minorem eo caſu capite non puniri, & ita Calabriæ iudicatum refert. Gomez.c.1.delictorũ,n.66.quod tamen plerique nõ admittunt. Quid? maior factus poteſtne quis puniri ex eo delicto, quod cum minor eſſet, admiſit? Minime. Et ita colligitur ex gloſſa in l.ſciant cuncti, in verbo, moritur, C.de legit.hered.*

d *Infans excuſatur à pœna delicti, quia talis ætas ignorat quidquid videt, vt leg.infans, hic laudata quæ ſententia communi conſenſu interpretum eſt recepta, Placa.1.delictorum.32.*

e *Impubes vt ex delicto puniri poſſit tria requiruntur. Primum, vt ſit pubertati proximus: ſecundum, vt ſit doli capax tertium, vt in committendo deliquerit, Nam ſi in omittendo deliquit, non punitur. Placa dict.cap.32. Igneus in leg.1.§ impubes, ff.ad Syll. Auguſt.tract. maleficiorum, in verbo, ſcienter, & doloſè. Quid? ſuperioribus illis caſibus quibus ſcilicet committendo deliquit, eſt ne capite, vel membri alicuius mutilatione puniendus? Minime. Et ita Gomezius, c.1.delictorum num.60. Quæ defenſio pupillo proderit, non modo ante ſententiam ſed & poſt ipſam ſententiam, vt poſt eam detectus minor eſſe non puniatur. Et ita iudicatum refert Clarus, 5.Sen.§.ult.q.60.*

Digitized by Google

nitas, C. de pœn. l. impuberem, ff de furtis, §. in ſumma, infra
de obligat. quæ ex del. naſc. excepto adulterio, quod ante pu-
bertate in ipſum non cadit, l. ſi minor, ff. de adul. De iure enim
18 ciuili maſculus ante decimumquartum annum vxorem du-
cere non poteſt, in princ. ſupra de nup. Et duo copulatiuè re-
quiruntur, ſcilicet, quòd pupillus ſit doli capax, & proximus
pubertati, alias vnum non ſufficeret, vt inquit Ioan. de Anna-
nia, in c. 1. de del. puer. Et hoc caſu, licet impuberes ex delicto
19 obligentur, etiam ſine tutoris authoritate, non tamen ita ſe-
uere in eis delicta puniri debẽt, ſicut in maioribus, vt eſt text.
in d. cap. 1 de delic. puer. & verificatur tunc regula l. ferè, ff. de
reg. iur. vbi dicitur: *Fere in omnibus pœnalibus iudicijs, & æta-
ti, & imprudentia ſuccurritur*. Hinc Bal. in l. & ſi ſeuerior,
verſ. ex virgis, nu. 10. C. ex quibus cauſis infam. irroga. inquit,
quod pupillus committens homicidium, licet ſit doli capax,
non tamẽ debeat decapitari, refert, & ſequitur Dec. in d. l. fe-
rè. Idem decernitur de iure Sax. art. 65. libro ſecundò, vbi di-
citur: *Nullus infans, ſeu pupillus in ſua pupillari ætate qua-
quam perpetrare poteſt, quo pœnam capitalem mereatur. Si ve-
ro pupillus hominem occiderit, tutor eius pœnam pecuniariam,
ſeu Vvergeldum perſoluat*. Et ita pronunciari ſolet: *Si duo pue-
ri inuicem rixati, ſeu colluctati fuerint, & vnus alterum cul-
tro ita vulnerauit, quod poſtea ex vulnere interierit, Si delin-
quens puer erit maior vndecim annis, & ſic proximus puber-
tati, tantæque prudentia, quod animo deliberato, & malitioſo,
& non caſu, ſeu imprudentia maleficium commiſerit: tunc ex
arbitrio iudicis puniri quidem poterit, non tamen capitaliter.
Si vero erit minor vndecim annis, & legitimam ſuam ætatem
nondum compleuerit, vel erit maior, ſed adhuc exilis intelle-
ctus, ſeu ſapientia: tũc ob ſuam infantiam, propter commiſſum
delictum, iudicialiter conueniri, ſeu puniri non poterit, &c.*
Adde Dom. Konning. in ſuo proceſſu, c. fin. Hinc, & impube-
res torqueri non debent, l. de minore, ff. de quæſt. & Decius
in d. l. ferè, ſubijcit, quòd licet adulti, & minores vigintiquin-
que annis in delictis non habeant beneficium reſtitutionis in
integrum pœna tamen quandoque mitigari poteſt, & hoc in
arbitrio iudicis, attenta qualitate perſonæ, & delicti, conſi-
ſtit, l. auxiliũ, § in delictis, ff. de minor. & facit tex. in l. ſi adul-
a terium, §. fratres, ff de adult. vbi propter a ætatem Imperat.
Claudiæ pęnam inceſtus remiſerũt. Et adite. *Peinliche Halſſ
gerichts ordnung. c. 64. von iungen dieben.*

ADDITIO.

a *Quid? ſenectus num excuſat in delictis? Minimè. Nec enim
ſenectute ipſa quis excuſatur à pœna, ſed à qualitate tantum
pęnæ. Etenim ſenex mitius puniendus propter ætatem. Gloſ. in
l. fere in omnibus, ff de regulis iuris. Etiam in atrocioribus de-
lictis: non vt pœna capitis ei remittatur, ſed vt in capitalibus,
mitior quædam imponatur, preſertim ſi ſenex decrepitus, ac
penè delirans. Quod ſi in infantiam plane redactus pœna etiam
remittenda videtur.*

§. Neque autem.

1 *Pupillus, an hæreditatem ſine tutoris authoritate adire poſſit.*
2 *Hæreditas cõtinet vniuerſitatem, commoda, & incommoda.*
3 *Hæres adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, & creditoribus.*
4 *An, & quando pupillus in iudicio ſine tutoris authoritate eſſe poſſit, & num. 7.*
5 *Cum quibus pupilli iudicium agi debeat.*
6 *Adultus, an ſine curatoris authoritate in iudicio eſſe poſſit.*

*Pupillus, an hæreditatem ſine tutoris authoritate
adire poſſit.*

1 IN hac quæſtione videbatur, diſtinguendum eſſe inter opu-
lentam, & damnoſam hæreditatem, ita quòd ſi lucroſa ſit
hæreditas, pupillus eam adire poſſit ſine tutoris authoritate:
ſecus ſi dubia, vel damnoſa ſit, cum pupillus meliorem poſſit
facere conditionem ſuam ſine tutore, deteriorem verò non
poſſit, vt dicitur in principio tituli noſtri. Contrarium tamen
determinat hic imperator indiſtinctè, videlicet, quòd pupil-
lus ſine tutore non poſſit adire hæreditatem, etiamſi lucroſa
ſit, & opulenta, vt hic, & l. moræ, ff. de acquir. hæred. & l. obli-
a gari, §. pupillus, ff. de author. tut. Quam reg. ampliatè a proce-
dere conſtat. I. Siue hæreditas deferatur ex teſtamento, ſiue
ab inteſtato, ſecundum gloſ. hic in verbo, hæreditatem. II. Si-
ue deferatur à iure ciuili, quo caſu dicitur hæreditas, ſiue à iu-
re Prætorio ſucceſſio deferatur, quæ tunc bonorum poſſeſſio
dicitur, vt hic. III. Siue ſit directa, ſiue fideicommiſſaria hæ-
reditas, vt quia hæres rogatus eſt per fideicommiſſum reſti-
tuere hæreditatem pupillo, quo caſu hæres detrahit quartam
Trebellianicam, vt infra, de fideicommiſſ. hære. & ratio aſſi-
gnatur hic, in text. ne pupillus aliquod damnum ex huiuſmo-
di hæreditate patiatur, d. l. obligari, §. pupillus, ff. eodem. Eſt
enim hæreditas, ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus
tempore mortis habuit, l. hæreditas, ff. de reg. iur. & ſic conti-
net vniuerſitatem, commoda, & incommoda, ita, quòd licet
præſenti ſtatu inſpecto appareat lucroſa hæreditas, poſſit ta-
men ſuccedente tempore emergere æs alienum latens, cum
ſæpè de facultatibus ſuis amplius, quàm in his eſt, ſperent ho-
mines, §. in fraudem, ſupra quibus ex cauſis manumiſſ. non li-
cet. Eſtque hæc ratio ſumpta à communiter accidentibus, leg.
nam ad ea, ff. de legibus: poſſet enim hæreditas adeo opulen-
ta eſſe. quòd prædicta ratione ceſſet, vt eſt gl. hic in verbo, lu-
croſa; ideo alia quoque ratio ſumitur ex d. leg. moræ, ff. de ac-
quiren. hæred. Pupillus enim ſine tutoris authoritate obliga-
ri non poteſt, vt ſupra dictum: ſed quælibet hæreditas obligat
3 nos creditoribus, & legatarijs: ergo, &c. Nam hæres adeun-
do hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, &
creditoribus hæreditarijs, §. hæres, infr. de oblig. quæ ex qua-
ſi contract. naſc. & fit obnoxius omnibus creditoribus, ita vt
non confecto inuentario, etiam vltra vires hęreditatis tenea-
tur, d. l. moræ, & l ſi. §. cum igitur, C. de iure delib. Item, adiẽs
hæreditatem, ſcire, & intelligere debet cauſam aditionis, an
ex teſtamento, an ab inteſtato, vel ex quo capite ſuccedat, le.
qui hæreditatem, ff. de acquit. hæred. cum ibi not. Pupillus au-
tem, cum hæc non poſſit cognoſcere, ſine tutore non poterit
adire hæreditatem. l. pupillus, ff. de acquir. hæred.

An, & quando pupillus b *in iudicio ſine tutoris
authoritate eſſe poſſit?*

Ad hanc quæſtionem reſpondet gloſ. hic in d. § neque ta-
men ſupra verbo, nec vllum, conſtituendo regulam. Quod
4 pupillus regulariter non poteſt eſſe in iudicijs, neque ciuili-
bus, neque criminalibus, ſine authoritate tutoris, per rationẽ
tex noſtri, ne ſcilicet patiatur aliquod damnum, vt dicitur in
l. Clarũ, C. eo. ne. lex ſua imperitia, vel iuuenili calore, aliquid
vel dicat, vel taceat, quod ſi non fuiſſet prolatum, vel non ex-
preſſum, prodeſſe ei poterat. Et ampliatur hæc concluſio pro-
cedere. I. Siue pupillus conueniatur in iudicio, ſiue ipſe alios
5 conuenire velit d. l. clarum. Nec enim pupillus integram, ſeu
legitimam poteſt habere perſona ſtandi in iudicio, l. 1. Co. qui
leg. perſ. ſtand. in iud. habeant. II. Ampliatur, quòd ſententia
lata cõtra minorẽ indefenſum, ſit ipſo iure nulla, d. l. 1. C. qui
leg. perſ. &c. Et not. in l. acta, §. ſi. ff. de re iud. & in l. cũ, & mi-
nores, C. ſi aduerſ. rem iudicatam: ideo ſi pupillus habet tuto-
rem, debet iudicium agi cum tutore, ideſt, eo authore: ſi vero
non habet, tunc debent citari coniuncti ipſius pupilli, cogna-
ti, vel affines, vt dicitur in l. liceat autem, 1. ff. quibus ex cauſis
in poſſeſſ. eat. & notatur poſt text. in l. iuſiurandum, quod ex
6 conuentione, §. pupillus, ff de iureiur. III. Ampliatur proce-
dere etiam in adultis, qui ſcilicet compleuerunt decimum-
quartum annum. ſunt tamen adhuc minores vigintiquinque
annis, nam, & hi ſine curatoris authoritate in iudicio, neque
agere, neque conueniri poſſunt, leg. 2. C. qui leg. perſon. in iu-
dic. ſtandi, &c. Pupillus enim, & adultus habens curatorem
æquiparantur, vt notatur poſt text. in l. ſi curatorem, C. de re-
7 ſtit. in integrum. Limitatur autem prædicta concluſio. 1. Niſi
quid actum, vel pronunciatum ſit in fauorem pupilli. Nam
tunc ſententia lata pro pupillo, vel minore, valet etiam ſi tu-
toris, vel curatoris authoritas nõ interuenit, l. non ẽm minus,
C. de procur. & gloſ. in d. l. 1. Cod. qui leg. perſ. in iud. ſtan. &c.
2. Limi-

ADDITIONES.

a *Reſtringitur vero in his caſibus, qui ſequuntur: nimirum, vt pu-
pillus hæreditatem ſine tutoris authoritate adire poſſit, ſi iu-
dex abſentiam tutoris ſuppleat, l. ſi infantis, in fine, Co. de iure
delib. gloſ. in l. bonorum, C. de adminiſtrat. tut. Idem ſi pupillo
(patre viuente) hæreditas ſit delata, l. vlt. vbi Fulgoſ. in §. ſin
autem, C. de bon. quæ liber. Item ſi pupillus inſtitutus ſit ſub con-
ditione: poteſt enim pupillus, & ſine tutoris authoritate condi-
tionibus parere, l. conditionibus, 5. ff. de cond. & demonſt. Idem
ſi ſtatutum hoc ei permittat, Angel. in l. minor, §. rationibus, ff.
de acquir. hæred.*

b *Quid? Adultus num poteſt eſſe in iudicio ſine curatore? Certis
caſibus poteſt: vt in impetratione veniæ ætatis, l. 2. C. de his, qui
veniam ætatis impetr. & in crimine adult. leg. ſed maritus, §.
lex. ff. ad leg. Iul. de adul.*

Digitized by Google

a Limitatur in *a* quatuor alijs caſibus enumeratis hic in gloſſ. ſup. verb. nec vllum, de quibus vide Angel. & alios hic, & Hubertum de Bonaccurſio, in tractatu exceptionum, in Rubr. de impedimentis excuſationum.

ADDITIO.

a *Adde, quod poteſt eſſe in iudicio ſine tutore in cauſa momenti, ſiue poſſeſſionis, l. momentanea, C. qui legitimam perſ. in iudic. ſtand. hab. vt & in interdicto de libero homine exhib. leg. quod, & lex, ff. de lib. hom.*

§. Tutor autem.

1 *Qualiter, & quando tutoris authoritas interuenire debet, vt pupillus obligetur, & num 2. & 3.*
4 *Tutor, an cogi poſſit ad præſtandam authoritatem.*

Qualiter, & quando tutoris authoritas interuenire debeat, vt pupillus obligetur.

1 PRimo requiritur perſona tutoris, vt ſit *a* preſens, & per ſeipſum, non per nuncium, vel epiſtolam ſuam authoritatem præſtet, vt hic, & l. obligari, §. tutor, ff. eod. Et ratio ſecundum Porc. hic num. 5. eſt, quod preſentia tutoris in dubio excludit dolum, & metum, l. tranſactionem, C. de tranſact.

2 Secundò, quod expreſſis verbis interponant ſuam authoritatem, ſola enim præſentia, & taciturnitas tutoris non ſufficit, l. etiam, cum ibi notatis, ff. eo. & le. 1. § mutus, ff. de tutelis, vbi dicitur, quòd mutus non poſſit eſſe tutor, quia præſtare authoritatem non poteſt. Ad eſſentiam igitur præſtationis authoritatis exigitur ſermo. Ideo nec nutu, vel ſignis authoritas interponi poteſt, ſecundum gloſ. & Doct. in d. l. etiam, ibi, *imo oportet eum loqui*, ff. eodem.

3 Tertiò, quòd ipſo actu, qui à pupillo geritur, ſtatim, & incontinenti authoritas interponatur. Poſt tempus enim, & ex
b interuallo interpoſita authoritas nihil *b* agit, vt hic, & d. l. obligari, §. tutor & l. 2 ff. eo. Paria enim ſunt, aliquid prorſus non
c fieri, vel fieri, ſed non legitimè, l. quoties, ff. qui ſatid. cog. *c*

An tutor compelli poſſit ad præſtandam authoritatem?

4 Ang. hic poſt Bart. in l. ſi tutor, ff. eod. & Salic. in l. fin. C. de adminiſt. tut. in hac quæſt. ita diſtinguunt. Aut quæritur, an in genere cogatur tutor authoritatem interponere, ſeu adminiſtrare? & cogitur, l. 1. ff de adminiſt. tut. Aut in certo actu? & ſubdiſtinguitur. Aut in iudicijs? & quoque cogitur, l. fi. in prin. ff. de admin. tut. iun. l. fi. §. omnem, Co. eod. tit. Aut extra iudicium, in contractibus, ſcilicet, tunc ſi actus euidenter pupillo eſt vtilis, & certum eſt pupillum pati damnum, ſi actus non fiat, & cogitur tutor authorari: ſi verò incertum, & dubitum eſt, an expediat pupillo, tutor non compellitur, ſed conuenietur poſtea actione tutelæ, d. l. ſi tutor. Et quamuis Aldob. hic, num. 22. dicat, hanc diſtinctionem eſſ. contra tex. in d. l. ſi tutor, qui indiſtinctè loquitur, tutorem non eſſe cogendum per hanc rationem. Si enim tutor videt hoc non expedire pupillo, iniquum eſſe eum cogi. Si verò vtile eſt, & expedit pupillo, & tutor recuſat, pupillus actione tutelæ hanc omnem iacturam conſequitur a tutore. Tamen prædicta diſtinctio cõmuniter à Doctoribus approbatur, videlicet, quòd ſi conſtet,
d *d* & certum ſit actum expedire pupillo, tutorem tunc cogendum eſſe. Melius eſt enim intacta iura pupillorum ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, vt dicitur in l. fi. C. in quibus cauſis reſtitutio in integrum, &c. & reſpondetur ad tex. in d. leg. ſi tutor, quòd loquatur in caſu dubio.

ADDITIONES.

a *Quid ſi pupillus ſub hac conditione contraxerit prędium illud meum tibi emptum eſto, ſi tutori meo placuerit? Emptio non ſubſiſtet. De quo vide le. & ſi conditionalis 8 ff. de auth. tut. Nã authoritas pure non conditionaliter interponendo.*

b *Niſi poſt modicum tempus intercedat, arg. l. ſi quis mihi, §. ſuſſum, ff. de acquir. hered. Ratio? Ea videntur ineſſe, quæ incontinenti fiunt, l. lecta, ff. ſi certum petatur.*

c *Aliud eſt in confirmatione principis, que ſequi poteſt. Alber. in lege magis puto, num. 1. de rebus eorum, per l. 2. Co. quando decr. opus non eſt. Item in conſenſu domini in alienatione feudi, Iacob. de feud. verb. & cum pacto, num. 19. Iſern. & Doct. ca. 1. de prohi. feud. alien. per Frid. Num idem in alio conſenſu, qui requiritur ad integrandam perſonam, vide latè Tiraquel. de leg. conub. in fin. verb.* conſentement, *gloſſ. 4. per totum titulum.*

d *Author pupillo ſuo fieri tutor cogitur extra iudicium, ſi cognita ſit atque euidens pupilli contrahentis vtilitas: ſecus, ſi dubia, & incerta.*

§. Finalis.

1 *Tutela durante, ſi inter pupillum, & tutorem lis oriatur, quis tunc author fieri debeat.*
2 *Tutela durante an pupillus tutorem conuenire poſſit.*
3 *Quando creditor, vel debitor tutor eſſe poſſit.*
4 *Pupillus in aliquo actu læſus ſemper habet beneficium reſtitutionis & num. 7.*
5 *Reſtitutio quid.*
6 *Minores habent beneficium reſtitutionis in integrum, nu. 8. 9. & 10.*
11 *Quæ requirantur, vt reſtitutio in integrum locum habeat, & num. 12. 13. 14. 15. 16. & 21.*
17 *Reſtitutio quando petenda, & num. 20.*
18 *Annus continuus quis dicatur.*
19 *Annus vtilis.*
22 *An & quæ res pupilli, & minoris à tutore, & curatore alienari poſſint, & num. 23. & 24.*
25 *An res immobiles pupilli tranſactionis ratione, per mutatione, vel alio modo transferri poſſint.*
26 *An propter debitum fiſcale.*
27 *An eiuſmodi alienatio ſine decreto iudicis facta teneat, & quomodo res alienata vendicentur.*
28 *Quando res pupilli ſine decreto iudicis alienari poſſint, num. 29. & 30.*
31 *An res minorum immobiles propter æs alienum, & quibus interuenientibus alienari poſſint, & num. 32.*
33 *Quæ remedia pupillis dentur, rebus ipſorum non legitime alienatis.*

Quando durante tutela inter pupillum, & tutorem lis oritur, quis tunc debeat author fieri?

1 REgula iuris ciuilis eſt, tutorem in *a* rem ſuam authorem
a fieri non poſſe, l. 1. in princ. ff. eo. Ideo hoc caſu, ne tutor in eodem negotio ſit actor, & reus, datur pupillo in locum tutoris curator ad litem, de quo tit. C. de in lit. dan. tut. qui finito iudicio deſinit eſſe curat. tex. eſt hic. Limitata enim cauſa, limitatũ producit effectum, & ceſſante cauſa, ceſſat effectus, c. cum ceſſante, de appellat. De curatore ad litem eſt tex. in art.
2 43. & 47. *Landrecht*. lib. 1. An autem durante tutela pupillus tutorem conuenire poſſit, communiter ita diſtinguitur. Aut non erat verus, ſed putatiuus tutor, & ſtatim cõueniri poteſt pro tota adminiſtr. l. 1. §. finito, ff. de contraria, & vtil. act. tut. Aut erat verus tutor, tunc ſi cauſa pendet à tutela, non poterit conueniri tutor, niſi finita tut. niſi finita. ff de tute & rat. diſtra. Licet hodie ſecus ſit per conſtitut. Caroli V. de qua in ſi. preced. tit. diximus. Aut quæritur de alia actione, quam de ea, quæ ex adminiſt. oritur, & poterit tutor durante tutela conueniri, & debet pupillo dari curator ad litem, vt hic, niſi habeat plures tutòres, nam tunc authoritate tutoris, abſque curatore ad litem pupillus agere, & cõueniri poteſt, l. 1. C. de in lit. dan. tut. & l. ſi plures, ff. de teſtam. tut. Quod eſt verũ de iure veteri, quo poterat inter pupillum, & tutorem eſſe lis, ſecus
b autem hodie, cum debitor, *b* vel creditor pupilli, non poſſit
3 eſſe tutor pupilli. Auth. minoris, C. qui da. tu. poſſ. I. Niſi ſit debitor in modica quantitate, ſec. gl. & DD. hic. II. Niſi ſit mater, vel aua. Auth. ad hæc, C. quãdo mulier tut. offic. fungi poteſt. III. Niſi ſit tutor teſtamẽtarius, & teſtator ſciebat eũ eſſe debitorem, vel creditorem, ſecundũ DD in d. Auth. minoris. Nã in his caſibus etiam hodie habet locũ diſpoſitio, §. noſtri.

Quando authoritas tutoris in aliquo actu interuenit, & pupillus eſt læſus, an, & qualiter ei ſuccurratur?

4 Circa hanc quæſtionem conſtituenda eſt generalis concluſio: quod pupillus in aliquo actu læſus, ſemper habet beneficium reſtitutionis in integrum, de quo eſt tit. in ff. & Co. de reſtitutione in integrum, cum pluribus aliquot titul. ſequ.

Eſtque

ADDITIONES.

a *Vide tamen l. ſi pactum, in fine, ff. de manumiſſ. vindic. leg. ſi ſtulas, §. 1. ff. de contrah. empt. Soc. reg. auctorat. 35.*

b *Creditores, & debitores pupilli, an, & qui tutores eius eſſe poſſint. Adde Nouellam, vt hi qui obligatas perhibent ſe habere res minor. 1. §. 1. & §. 1. ff. de ſatiſd. tut. l. de creationibus, Co. de Epiſcop. audient.*

Digitized by Google

5 Eſtq; *a* reſtitutio, in priorem ſtatum repoſitio, vt integrum
a ſuum ius læſus recipiat,l.quod minor,§.reſtitutio, ff.de minor.
6 Et ampliatur hæc concluſio procedere. I. Non tantum in pu-
pillis, ſeu impuberibus,ſed etiam adultis, qui ſcilicet comple-
uerunt decimumquartum annum, nondum autem exceſſe-
runt vigeſimumquintum annum,qui dicuntur in iure mino-
res.Cum enim conſtet fragile.& infirmum huiuſmodi ætatis
eſſe conſilium,& multis captionibus ſuppoſitum,multorum-
que inſidijs expoſitum: Prætor naturali æquitate motus, hoc
auxilium minoribus introduxit, vt dicitur in l prima, ff de
7 minoribus. II. Ampliatur,ſiue tutoris, aut curatoris authori-
tas interueniat,ſiue non ſemper pupillus læſus reſtituitur in
integrum,toto tit. C.ſi tutor,vel curator interuen III. Siue in
8 iudicio,ſiue extra iudicium,præſente, vel abſente tutore, vel
curatore minor circumueniatur, beneficium reſtitutionis ei
conceditur,text.eſt in l.ſecunda, C.ſi tutor, vel curator inter-
9 uen.& tit.C.ſi aduerſus rem iud IV Licet minores,per actio
nem tutelæ, a tutore, vel curatore male adminiſtratæ, ius ſuũ
conſequi poſſint, nihilominus tamen hoc beneficium reſtitu-
tionis eis conceditur,l.tertia,C ſi tut.vel cur.inter &c. *Sic* au-
xilium ordinarium cum extraordinario concurrit, neque
minor eligendo vnam viam, in alia ſibi præiudicat, l.fin C.ſi
10 tut.vel curat &c V. In delictis culpa commiſſis ſuccurritur
minoribus, non autem dolo commiſſis. Malorum enim mo-
res infirmitas animi non excuſat, vt dicitur in l.prima,Cod.ſi
aduer.delict.& l.ſi ex cauſa,§.nunc videndum, & l auxilium,
§.in delictis,ff de minor. De quo videre plenè Mainer.in l.fe-
rè in omnibus,ff.de regul.iuris. Ad hoc autem, vt reſtitutio
11 in integrum locum habeat,plura ſunt neceſſaria. 1. Quod pe-
12 tens reſtitutionem fuerit minor tempore læſionis, d.l.1.ante
fi.ff.de minor. licet aliquando etiam maioribus ex iuſta cauſa
reſtitutio conceditur,ex clauſula, ſcilicet illa generali. *Si* qua
iuſta cauſa mihi videbitur, de qua in l.prima, & toto tit.ff.ex
quibus cauſis maior.in integrum reſtitut. 2. Quod ſit circum-
13 uentus,vel læſus, l.2.ibi, *ſi circumuenti ſunt*. C.ſi tut. vel cu-
b rat.inter,&c. 3.Quod enormiter ſit *b* læſus: nam pro minima
læſione reſtitutio non conceditur, l ſcio, ff de reſtitutione in
integrum, vbi Bart.inquit: *In his quæ contra commune conce-
duntur,de minimis non curatur*.Hinc dicitur: *Prætor de mini-
mis non curat*. facit capit. penultimo,ibi, *enorme diſpendium*,
15 extra de rebus Eccleſiæ non alienan.4. Quod minor ex pro-
prio ſuo contractu,& facto læſus ſit: ſecus ſi ex contractu ſui
anteceſſoris. Filius enim non reſtituitur contra contractum
quem pater ſuus celebrauit,licet pater enormiter in eo fuerit
læſus, vt notatur poſt text. in l.Æmilius, ibi, *quod pater eius,
non ipſe contraxerat*,ff de minor.& l.ea quæ, C.de teſtament.
milit.vbi Bald.inquit: *Priuilegium ſucceſſoris non reſcindit fa-
ctum legitimum anteceſſoris*. 5.Vt intra legitimum tempus pe-
16 tat reſtitutionem in integrum. Dum enim eſt minor, toto
tempore minoris ætatis reſtitutionem petere poteſt Sed ma-
17 ior factus, olim intra annum vtilem, hodie verò intra qua-
driennium continuum reſtitutionem petere debet, poſtea
non auditur, l.fin & toto tit.C.de temp. in integrum reſtitu-
tionem. Ad cuius intellectum ſciendum,quod annus alius di-
18 citur continuus,alius vtilis. Continuus dicitur, qui continuò
currit diebus feriatis,& non feriatis,in præſentia, & abſentia,
ſiue ſit copia iudicis,ſiue non,vt eſt gloſ.in d.l.fin. Et conſiſtit
annus continuus 365.diebus l.ita vulneratus,§.æſtimatio,ff.ad
leg.Aquiliam.& l.4.§.Stichus,ff.de ſtatu liberi. Annus vero vti-
lis etiam conſtat 365 diebus, ſed non computantur dies feria-
ti,neque currit diebus feriati,& illis quibus impeditur quis ge
rere,ratione abſentiæ, vel quia iudicis copiam habere non po-
teſt,ſecundum gloſſam, & Doctores,in l.ſi & rurſus, infra de
actionibus,& in Clem.1.in verbo,continuum, de reſtitutione
in integrum. Et olim intra annum vtilem petenda erat reſti-
20 tutio: hodie vero loco anni vtilis, conceditur integrum qua-
driennium continuum ad petendam reſtitutionem. Ita,quod
minor læſus, factus iam maior vigintiquinque annis de iure
communi, poteſt petere reſtitutionem,vſque ad vigeſimum-
nonum annum ætatis ſuæ completam, d.l.fi. Sed quia de iure
Saxonico, is, qui vigeſimum primum annum compleuit dici-
tur maior,artic.4.lib.1.ſequitur: quod tantum vſque ad vige-
ſimum quintum annum reſtitutionem petere poteſt, poſtea
21 non auditur.6 Quod minor factus maior,non habuit ratum,
quod in minori ætate geſſit. Si enim ratum habuit, ſiue taci-
c tè, qua paſſus eſt labi quadriennium, *c* ſiue expreſſe, quia ipſo
facto, vel verbis expreſſis approbauit geſta in minori ætate,
reſtitutio ei non conceditur, vt toto tit. C.ſi maior factus ra-
tum habuerit, &c.

*An tutor, & curator res pupilli, & minoris
alienare poſſit?*

22 In hac quæſtione diſtinguitur inter res mobiles, & immo-
biles. Primo caſu ſubdiſtinguitur: Aut ſunt tales res mobi-
les, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt gemmæ veſtes, aurum
& argentum factum, cæteraque mobilia pretioſa, & reliqua
ſupellex, & tutor regulariter ſine decreto iudicis eas aliena-
23 re non poteſt. Aut ſunt tales res, quæ ſeruando ſeruari ne-
queunt, vt veſtes detritæ, animalia ſuperuacua, & ſimiles, &
d hæc *d* per tutorem etiam ſine decreto iudicis alienari poſſunt,
l.lex quæ tutores, in princip. iunct.verſ.quod in veſte, §.fi.C.
de adminiſtr. tut.in l.fin. C.quando decreto opus non eſt. Sic
quoque fructus ex bonis minorum immobilibus percepti, vt
vinum, oleum,frumentum, &c. ſine decreto iudicis diſtrahi
poſſunt, iuſto pretio tunc currente in loco vbi alienantur,tex.
eſt in l.fin.Cod.de adminiſtr.tut. Quem Salic. ibi multum
notare iubet, ad hoc, quod tutor non habet neceſſe ſeruare
fructus, donec plus valeant, nec ad alium locum, vbi plus
valent mittere.
24 Secundò caſu firma traditur concluſio, Res minorum im-
e mobiles ſine decreto *e* iudicis alienari non poſſe, neque per
pupillum,neque per tutorem, neq; per curatorem. Lex enim
prohibet huiuſmodi alienationem, vt conſtat ex toto titulo,
C.de præd.& alijs rebus minor.ſine decret.non alien. & l.pri-
ma,iuncta,l.magis puto,ff.de rebus eorum, qui ſub tutela,vel
cura ſunt & d l.lex quæ tutores,§ 1.iuncto §.nec vero domũ,
C.de adminiſtr.tut vbi dicitur:*Præcipimus,vt hæc omnia nul-
li tutorum,vel curatorum liceat vendere, ſubijcitur ibi, nec ve-
rò domum,vendere liceat, in qua defecit pater minor creuit,in
qua maiorum imagines,aut non videre fixas aut reuulſas vide-
re, ſatis lugubre* Hinc Andr. de Iſern.in §. ſed & plures, per
quos fiat inueſtitura in vſibus feudorum, num.9. dicit. *Me-
lius eſt habere bona paterna quam eorum pretium, quia pecu-
25 nia, fragilis eſt, &c.* Et ampliatur hæc concluſio, vt non ſo-
lum huiuſmodi res per venditionem alienari prohibeantur,
ſed neque tranſactionis ratione,neque permutatione,multo,
f minus donatione,vel alio *f* quoquo modo, ſine decreto à do-
mino pupilli transferri poſſunt, vt eſt textus in l.non ſolum,
C.de prædij minor, &c. Immo nec pignori obligari, ſeu hy-
pothecari poſſunt,d.l.1. in princip. ibi *obligatione alienari* ff.
de rebus eorum,qui ſub,&c.Et per Rub. C.de prædijs minor.
& facit textus in l.ſancimus, C.de rebus alien. non alienand.
vbi eſt textus, quod prohibita alienatione non ſolum domi-
nij tranſlatio prohibita intelligatur, ſed & pignoris obli-
gatio, vſusfructus, & aliarum ſeruitutum conſtitutio.
26 II. Ampliatur, quod nec propter debitum fiſcale res mi-
norum immobiles alienari poſſent,leg.finali, Cod.de prædijs
27 minor. III. Ampliatur, quod huiuſmodi alienatio facta ſi-
ne decreto iudicis, contra prohibitionem legis non teneat,
ſed ipſo iure nulla ſit, dicta leg.lex, quæ tutores, § finali, ibi,
vende-

ADDITIONES.

a *Idem infra,§.rurſus,tit.de actionibus,vbi de reſciſſoria actione
reſcindente, & reſciſſorio.*
b *Minor in omnibus,quæ geſſit, ſi enormiter ſit læſus,ob ſuã faci-
litatẽ vel aduerſarij calliditatem ſiue in faciendo,ſiue in omit-
tendo,ſiue in lucro,ſiue in damno reſtituitur,l.quod ſi minor, §.
non ſemper,l.ait prætor,§.vlt.ff.de minoribus. Quia ſi cum ve-
tula matrimonium contraxit: Non videtur reſtituendus, arg.
l.ſancimus nuptias,C.de nuptijs,& ita Speculator tit.de reſt.in
integru, § qualiter,verſ. ſi quis contrahat.*
c *Quo excluditur hoc beneficium reſtitutionis extraordinarium.
Nam in ordinario, vt in contractu nullo propter defectum de-
creti,vel ſimilem cauſam requiritur quinquennium in donatio-
ne, decennium, vel vicennium, leg.vlt. C.ſi minor fact. de qua
Menoch.de remed.recuper.15.num.143.*
d *Vt molæ aquis innatantes. Mobiles enim cenſentur, Caſtr.l.
fluminum,ff.de damn.Interpretes in l.lex quæ tutores,C.de ad-
miniſtr.tut.Idem ſi molæ ſolo cohæreant,multis tamen inunda-
tionibus obnoxia, Angel.in l.non ſolum, ff.de petit. hæred.per l.
verum,§ ſi locupletior,ff.de min Idem in ſimilibus rebus tempo-
re perituris, argum.l. Ariſto. ff de iure delib.*
e *Vide tractatum Simoncelli de decretis cæteriſque ſolemnitati-
bus in contractibus minorum aliorumve his ſimilium adhiben
dis, vbi hæc omnia ſpeciatim tractat.*
f *Quid ſi minor contrahendo iurauerit, poſſitne aduerſus eum
actum reſtitui? Vide Gail.2.Obſeruat.4.Simonc.d.tract.lib.3.
in 8.inſpect.18.*

vẽditio tutoris ſine interpoſitione decreti, nulla ſit. Ita quod ad
reſcindendam alienationem, non ſit opus reſtitutione in in
tegrum, l. 2. & l. ſi quidem, C. de prædijs min. Sed manent res
immobiles in dominio minorum, d. l. ex quæ tutores, §. ergo
& domus, C. de adminiſtr. tut. & l. ſi quidem, & l. ſi prædium,
in princ. ibi, *dominium eius a te diſcedere non potuit.* C. de prę-
dijs minor. &c. Ita quod res tradirę poſſint per rei vendicatio-
nem, (quæ ſoli domino competit, l. in rem, ff. de rei vendic.)
vendicari, d. l. non ſolum, in fi. & d. l. ſi prædium, in princ. d. l.
magis puto, §. manet, ff. de rebus eorum, qui ſub tut. &c. Sed
hoc caſu minor vendicans prædia non iure alienata, tenetur
reſtituere pretium, quatenus probatur in vtilitatem eius ver-
ſum, l. prædiorum, & d. l. non ſolum, & l. vtere, & d. l ſi prędiũ,
C. de prædijs mino. Limitatur autem prædicta concluſio non
28 procedere. 1 Quando pater in teſtamento cauit, huiuſmodi
res alienandas eſſe: nam nunc ſine decreto iudicis, ex paterna
diſpoſitione, & voluntate rectè alienantur, l. 1. & l. 3. C. quan-
do decreto iudi. opus non eſt, & l. 1. in princ. ff. de rebus eorum,
&c. Sed hoc caſu non ſufficit, quod pater in vita ſua habuit eas
res venales, ſed neceſſe eſt, vt expreſsè hoc in vltima volunta-
te patris ſit diſpoſitum, d. l. 1. §. ſi defunctus, ff. de reb. eorum,
29 &c. 2. Limitatur, vt prohibiti alienationis rerum minoris ſine
decreto, non extendatur ad alienationes neceſſarias, vt in cau
ſa iudicati, vel executionis res minorum captæ, & diſtractæ
ſunt, dabitur tamen tunc læſo ex cauſa reſtitutio in integrum,
30 l. 1. Co. de prædijs minor. 3. Licet minor maiorem, vel alium
a minorem ad diuiſionem *a* prouocare non poſſit, tamen mi-
nor prouocatus à maiore ad diuiſionem rei immobilis com-
munis, ſine decreto eam alienare, & titulo diuiſionis in maio-
rem transferre poteſt, l. 1. §. ſi communis, ff. de rebus eorum,
31 qui ſub tut. &c. & l. inter omnes, C. de prædijs minor. 4 Res
minorum immobiles propter vrgens æs alienum, quando a-
b liunde exſolui non *b* poteſt, præcedente cauſæ cognitione, cũ
decreto iudicis alienari poſſunt, d. l. ex quæ tutores, §. 1. ibi *per
inquiſitionem iudicis, & probationem cauſæ, interpoſitionem-
que decreti,* & d. l. magis puto, §. non paſſim. Nec enim paſſim
tutoribus, ſub obtentu æris alienis alienatio permitti debet.
Sed plura ad hoc, vt valeat alienatio rei immobilis, ſunt ne-
32 ceſſaria. I. Vt ſit vrgens æs alienum, vel alia vrgens cauſa alie-
nandi: intercedente tamẽ debet cauſæ cognitio, & decretum
iudicis, l. ob æs, C. de prædijs minor, & d. l. magis puto, §. non
paſſim, ibi *ſi modo vrgeat creditor,* & §. non paſſim, ff. de rebus
eorum, qui ſub, &c. II. Quod debitum pupilli, ex alijs bonis mo
bilibus non poſſit ſolui in d. §. non paſſim, vbi dicitur, quod iu-
dex excutere debet, an aliunde pecunia poſſit ad extenuandũ
æs alienum expediri. III. Quod hoc liqueat iudici per diſcuſ-
ſionem bonorum, d. l. magis puto, §. non paſſim, & §. imprimis
vbi dicitur. *Qui iudex imprimis requirere debet eum, qui ſe in-
ſtruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus, vel curatori-
bus credat qui nonnunquam lucri ſui cauſa aſſeuerare Prætori
ſolent, neceſſe eſſe diſtrahi poſſeſſionem. Requirat ergo neceſſa-
rios pupilli, qui notitiam rerum pupillarium habeant, & ſi nemo
inuenitur, aut ſuſpecti ſunt, qui inueniuntur, iudici debent edi
rationes, &c.* IV. Vt vendatur res minus damnoſa, d. l. magis
puto, §. ite prætor, ibi, *ſed ſi ſit alio poſſeſſio minor, vel minus
vtilis pupillo.* V. Quod pro paruo debito non vendatur res ma
gna, d. §. Item prætor, ibi, *ne propter æs alienum modicum poſ-
ſeſſio magno diſtrahatur.* VI. Vt interueniat tutoris authori-
tas, l. neque, & l. eum qui, Cod. de authoritate præſtand. VII.
Quòd omnia iſta præcedant decretum iudicis, & iſtis præce-
c dentibus interponatur tum decretum, *c* vt not. in d. l lex, quæ
tutores, & d. magis puto. VIII. Quod poſt decretum interue-
niant ſubhaſtationes & plus offerenti vendatur, ſecundum
ſpec. de emptio. & vend. §. nunc dicendum, verſ. hoc quoque
num. 4. vide omnino Matth de Afflict. deciſ. 249. Et prædictis
33 non interuenientibus nulla erit alienatio, nullumque decre-
tum, & datur pupillo, non ſolum actio perſonalis contra tuto
rem, ſed etiam realis, ad rem ipſam non legitimè alienatam
vindicandam, text. eſt in d. l. magis puto, §. ſi æs alienum, & §.
manet actio. Sed quando decretum legitimè eſt interpoſitũ,
valet & tenet alienatio. Si tamen minor læſus ſit, etiam cõtra
alienationẽ cum decreto iudicis factam, reſtitutio in integrũ
ei cõceditur, tex. eſt in d. l. ſi quidem, in fi. C. de præd. min &c.

ADDITIO.

a *Adde l. ſi pupillorum, l. qui neque, infra de reb. eor.*

b *Cur ito? Cum minor prouocatur ad diuiſionem ex neceſſitate, non e ſuo facto alienare intelligitur, gloſ. in l. & ideo, ff. de cond. furt. Adde Simoncellum d. loco, lib. 3. tit. 4. inſpect. 2.*

c *De ſolemnitatibus, & requiſitis decretis, & officio iudicis in eo interponendo, vide Simoncellum tract. de decret. lib. 1. tit. 1. & l. oratione, C. de curat. furioſ. l. 1. ff. de reb. eor.*

QVIBVS MODIS TVTELA finiatur.

TITVLVS XXII.

In princip. Tit.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Pubertate finitur tutela, & quomodo pubertas æſtimetur ſecundum ius commune.*
3 *Finita tutela quid tutori faciendum.*
4 *Pubertas quomodo æſtimatur ſecundum ius commune feudale,* vnd nach Land, vnd VVeichbild Recht.
5 *Pubertas quomodo probetur.*
6 *Honeſtatis, & pudoris ratio in maſculis, & fœminis habenda.*
7 *De iure ciuili maior in fœmina, quam maſculo requiritur caſtitas.*

1 HActenus dictum eſt, quid ſit tutela, quot eius
ſunt ſpecies, & quæ ſit tutorum authoritas. Se-
quitur nunc quomodo hæc poteſtas, ſeu autho
ritas diſſoluatur, & ſic quot modis expiret tu-
tela, & concordat tit. in C. quando tutor. vel
curat. eſſe deſinant. Primo itaque finitur pubet
2 tate, *a* quæ in maſculo incipit tranſacto decimoquarto anno,
in fœmina duodecimo. Nec ſufficit decimumquartum, vel
duodecimum annum eſſe inceptum, ſed requiritur totum eſ-
ſe completum, & tunc ipſo iure, ſine ſententia, vel alio facto
hominis, finitur tutela, vt hic, conſiderata dictione, *Illico,* ſe-
3 cundùm Angelum, & alios hic. Prudentis tamen tutoris eſt
finita ſic tutela, petere curatores puberi facto, vel eum admo-
nere, vt curatores petat: niſi enim hoc fecerit, à periculo tu-
telæ non liberatur, & ſi quid ex rebus minoris vſque ad an-
num vigeſimumquintum perierit, tutoris damno, & pericu-
lo perit tex. eſt in l. ita autem, §. ſi tutor, ff. de adminiſtr. tut. &
4 l admone eam, C. qui pet tut. Idem de iure communi feudali
ſtatutum eſt. §. Præterea, de prohibit. feud. alien per Fridric. in
vſibus feudorum. Et de iure Saxonico, *Iſt Zu Land vnd VVeichbild Recht.* Vt plures dicatur maſculus, qui 14. & fœmina
quæ 12. ann. compleuit, de iure verò feudali, qui ann. 13. &
6. hebdomadas exceſſit, text. eſt gloſ. ibi, *Lehenrecht* cap. 26 &
gl in *VVeichbild.* art. 26. Et notandum eſt ex principio tituli
5 noſtri, quod pubertas non debet probari per turpem aſpectum
corporis, vt hic, & l. fin. Cod. eodem. Vnde etiam reprobanda
conſtitutio iuris Saxonici, in art. 42. lib. 1. quæ etiam de con-
6 ſuetudine non leuatur. Qualiter etiam ætas probanda ſit, vi-
de ordinariam differentiam Bartol. in l. de ętate, ff. de minor.
Item notabiti ex princip. tituli noſtri, quod honeſtatis, & pu-
doris ratio habenda eſt, tam in maſculis, quam in fęminis, vt
7 hic, & d. l fi. & ita caſtitas in maſculo requiritur, ſicut in fęmi-
b na. De iure tamen ciuili *b* in fœminis, quoad infamiam, ma-
ior requiritur caſtitas, quam in maſculis. Quia fœmina de-
c præhenſa in coitu illicito, efficitur infamis, *c* quod non ſtatui-
tur in maſculo, vt eſt gl. poſt text. l. palam §. quæ in adulterio,
ff. de ritu nuptiar. Et in mulieribus caſtitatis obſeruatio, præ-
cipuum debitum eſt, vt dicitur in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfi-
ciam. Porrò de hac quæſtione, quando gl hic in verb. habitu
mouet, an iudex ſecundum allegata, & probata, an ſecundum
conſcientiam iudicare debeat. Vide Doctores, hic Bartol. &
alios in l. illicitas, § veritas, ff. de offic. præſid. Cin. l. vnica, C. vt
quæ deſunt aduocat. & Doctores in l. ſiue noſtrum, ff. de in li-
tem iuran. & in §. ſi minus, infra de actio. Canoniſt. in capit. 1
de offic. ord.

§. Item

ADDITIONES.

a *Vide tamen Gaylium. 2. Obſeru. 96. vbi multis probat, adminiſtrationem tutoris ex conſuetudine, non pubertate finiri.*

b *Etiam Canonico cap. penult. & c. vlt. 32. q. 6.*

c *An iure Saxonico, cum text. dicat,* Sie Krene Ketihre Erbe. *text. art. 5. numero ſecundo, & ibi gloſ. ſub littero y, & num. 6. item art. 21.* Land. *lib. 1.*

Digitized by Google

§. Item finitur.

1 *Arrogatione.*
2 *Deportatione pupilli*
3 *Seruitute.*
4 *Captiuitate pupilli, vel minoris.*
} *finitur tutela.*

1 SEcundò, finitur tutela arrogatione, quando pupillus cum
a conſenſu tutoris *a* arrogatur, tunc enim ſubijcitur poteſta
ti arrogatorijs: & ſic de ſtatu ſui iuris tranſit ad ſtatum alieni
iuris, vt hic, & l. ſi arrogati, ff. de tutelis.
2 Tertiò, Deportatione pupilli, quando propter crimen com
miſſum in inſulam deportatur, vt hic, & dicta l. ſi arrogati, de.
ſinit enim tunc eſſe ciuis, §. minor, ſupra de capitis diminutio
ne. Et habetur ſupra eodē. Ideò diſſoluitur tutela, quæ à lege
ciuili eſt inducta, vt ſuprà circa definitionē tutelæ dictum eſt.
3 Quartò, Seruitute, *b* quando pupillus libertus propter in-
b gratitudinem reuocatur in ſeruitutem, vt hic, & in dicta l. ſi
arrogati.
4 Quintò, Captiuitate pupilli, vel tutoris: tutor enim datur
perſonæ liberæ, vt ſupra circa definitionem tutelæ dictū eſt.
c Ideò ſi *c* pupillus capiatur ab hoſtibus, exſpirat tutela, & da-
tur interim curator bonis captiui, vt not. hic, & in d. l. ſi arro-
gati. Idem ſi tutor capiatur, quia & is debet eſſe homo liber,
vt hic, & d. l. ſi arrogati, & §. ab hoſtibus, cum ibi not. ſupra de
Attil. tut.

ADDITIONES.

a *Aut tutorum omnium, ſi plures habet, l. vlt. C. de auth. præſtan*
b *Pupillus poteſt redigi in ſeruitutem ſi ſit doli capax, & delin-
quat l. impuberem, ff. de furt. l. ſi minor, l. ſtuprum, in fine, ff. de
adult. At non poteſt eo modo ſe in ſeruitutem redigere ſeipſum
vendendo, § penult. ſup. de iur. perſon. aut ſi delinquat non doli
capax, l. ſi quis, ff. de inoffic. teſtam.*
c *Pupillo capto ab hoſtibus datur bonis pupilli cū tutore curator,
l. ſi arrogati, ff. de tut. Capto verò tutore, alius tutor dandus eſt,
§. ab hoſtibus, ſupra, de Attil. tutore.*

§. Sed, & ſi.

1 *Tutela finitur adueniente conditione, vſque ad quam tutor
datus fuit.*

1 SExto, adueniente conditione, vſque ad quam datus tutor
a erat à teſtatore, *a* exſpirat tutela, veluti, ſi dixit teſtator;
*Do tutorem filijs meis Titium, quouſque Titius Conſul factus
fuerit*, vt hic, & notanter dicitur, a teſtatore, quia à iudice ad
certam conditionem tutor dari non poteſt, § ad certum, cum
ibi not. ſup. qui teſt. tut. da poſſ.

ADDITIO.

a *Cur dixit, à teſtatore? Quia tutor legitimus, aut datiuus non fit
ſub conditione, l. actus, ff. de reg. iur.*

§. Simili modo.

1 *Tutela finitur morte naturali, tam tutoris, quàm pupilli.*
2 *Tutela, an tranſeat ad heredem.*

1 SEptimò, Morte naturali, *a* tam tutoris, quàm pupilli tute-
a la finitur, vt hic, & l. ſi finita, ff. de tut. & rat. diſtinct. Mors
enim omnia ſoluit, §. deinceps, in Auth. de nupt. Et de morte
2 pupilli non eſt dubium. Idem quoque de morte tutoris dicen
dum eſt. Licet enim pupillus tunc alium habebit tutorem, ta-
men tutela hæreditario iure ad hæredem tutoris defuncti nō
tranſit, neque hæres vllus in tutela ſuccedit. & quamuis legi-
tima tutela deſcendat ad liberos tutoris defuncti, tamen non
illa tutela deſcendit, quæ erat penes patrem, ſed filius tam-
quam agnatus, habet ex ſua propria perſona nouam tutelam,
ad quam filius à lege vocatur, vt proximus agnatus, l. tutela.
& ibi Bart. ff. de tutel.

ADDITIO.

a *Et exemplo mortis naturalis, ingreſſus monaſterij, l. ingreſſi, C.
de ſacroſ. Eccleſ.*

§. Sed & capitis.

1 *Tutela perit capitis diminutionem.*

1 OCtauò, Capitis diminutione *a* tutela perit, vt hic, & in
a pupillo quælibet capitis diminutio, ſiue maxima, ſiue
media, ſiue minima tollit omnes tutelas, vt hic in fin. In tuto-
re verò ſecus eſt: quoniam per duas priores tutor quis eſſe de
ſinit, vt per maximam ſeruitutem, ſcilicet, quia ſerui non poſ-
ſunt eſſe tutores, l. in ſeruili, Co. qui da. tut. poſſ. Item per me-
diam, vt deportatione: quia deportatus definit eſſe ciuis, &
amittit iura ciuilia, d. §. minor, ſup. de cap. dim. Per minimam
verò capitis diminutionem tutoris, tollitur quidem legitima
agnatorum tutela, quæ ex leg. xij. tab. deſcēdit. Agnatio enim
perit minima capitis diminutione, §. fin. ſup. de legat. agn. tut.
Ceteræ verò tutelæ, datiua ſcilicet, & teſtamentaria, non ex-
tinguuntur propter tutoris minimam capitis diminutionem,
vt not. poſt text. per Aldobr. & alios hic.

ADDITIO.

a *Quæ bannito continetur, l. ſi tutor, ff. de tutel. & rat. diſtrah.*

§. Præterea.

1 *Tutela temporalis finito tempore exſpirat.*
2 *Quomodo finiatur.*
3 *Pœna finito tempore ipſo iure exſpirat.*

1 NOnò, Temporalis tutela finito tempore, ad quod datus
eſt tutor teſtamēto exſpirat, vt hic, & d. l. ſi arrogati. Li
mitata enim cauſa limitatum producit effectum, l. age, Co. de
a tranſact & permiſſa *a* ad tempus, poſt tempus cenſentur pro-
2 hibita, l. ſi ita quis, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Et licet text hic
dicat, quod finito tempore tutores deponant tutelam, tamen
non requiritur ad hoc factū hominis, ſed ipſo iure finitur tu-
tela, vt poſt alios admonet hic. Aldobrand. adducens ſimilem
differentiam: *Quòd pœna ad tempus impoſita, finito tempore
3 exſpirat.* Vnde relegatus ad biennium extra ciuitatem, finito
biennio redire poteſt, abſque alia licētia Principis, le. Impera-
tor. ff. de poſtul. & Bald. in proœm. Digeſt. §. hæc autem tria.

ADDITIO.

a *Contra: Prohibitum ad tempus, poſt tempus permiſſum intelli-
gitur, l. 8. ff. de poſtulando. Sic prohibitus in vno, in alijs admiſ-
ſus intelligitur, l. qui teſtamento, 20, §. eum qui ff. de teſtam.*

§. Finalis.

1 *Remotione tutoris tutela finitur.*
2 *Item excuſatione perpetua.*
3 *Directa tutelæ actio finita tutela, pupillo contra tutorem ad
quid competat.*
4 *Ad quid pupillo contra tutorem detur actio de rationibus di-
ſtrahendis.*
5 *Furti actio quando contra tutorem detur.*
6 *Actio ſubſidiaria, quando pupillo contra magiſtratum com-
petat.*
7 *Bona tutorum, & curatorum tacitè pupillis pro adminiſtra-
tione tutelæ ſunt hypothecata.*

1 DEcimò, Finitur tutela per remotionem, *a* quando à iudi
a ce tutor ſuſpectus remouetur à tutela, vt hic, & d. l. ſi ar-
rogati, de quo inf. de ſuſpect. tut dicemus.
2 Vndecimò, Excuſatione perpetua, quando ex iuſta cauſa
tutor ſe ab onere tutelę iam impoſito excuſat, vt hic, & infra,
de excuſat. tut. dicetur, & adde gl. in l. verum, §. ex facto, ff. de
min. quæ refert aliquot caſus, in quibus poſt ſuſceptum onus
tutelæ quis ſe excuſare poteſt.

Finita tutela ad quid, & qua actione tenetur tutor?

3 Primò competit pupillo, finita tutela, directa *b* actio tute-
b læ contra tutorem, vt reddat rationem ſuæ adminiſtrationis,
omnium geſtorum, & omiſſorum, ex eo die, quo cognouit ſe
tuto-

ADDITIONES.

a *Nam excuſatione temporaria, ſeu ad tempus, non finitur tute-
la, §. item hi qui Reſpublicæ, infra, de excuſ. tut. l. verum, ff. de
minoribus.*
b *De actionibus tutelæ. Adde, § tutores, infra, de oblig. quæ ex
quaſi contractu.*

tutorem eſſe. Et quia ad tutoris officium ſpectat, cõficere in-
uentarium, l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſt. tut. ſi illud
non confecit, vel non exhibuit tempore reddẽdę adminiſtra-
tionis, iuratur contra eum in litem, d. l. tutor. Et in hac actio-
ne venit vt tutor reddat, & reſtituat, ſi quid pęnes eum reli-
quum eſt ex adminiſtratione, l. tutorem quendam, Co. arbitr.
tu. Item, vt præſtetur a tutore damnum, quod pupillus paſſus
eſt, quia tutor non fecit, quod facere debuit, vel fecit, quod fie
ri non debuit, leg. 1. in prin. ff. de tut. & ratio. diſt. & tenetur de
dolo, lata, & leui culpa, d. l. 1. in prin. & l. quidquid. Co. de arb.
tut & gl. fin. in § fin. ſup. de Attil. tut.

4 Secũdo, datur contra tutorem actio, quæ de rationibus di-
a ſtrahendis *a* appellata eſt, l. 1. §. rationibus, ff. de tut. & ratio.
diſtr. per quam licet pupillo rationem à tutore redditã impu-
gnare, & repetere res ablatas. Et in hoc iudicio rationes diſtra
b here *b* idem eſt, quod accuſare fraudẽ tutoris, qui rem ex bo-
nis pupilli abſtulit, nec retulit in rationes, l. 2. ff. de tut. & ratio
diſtrah. Siue fuerit in dolo, ſiue non, ſecund. gl. hic. Et ſic prop
ter dolum verum, vel præſumptum competit ad duplum, ita
quòd duplo inſit rei perſecutio. Reſtituitur etiam res ipſa, &
vera rei ablatæ æſtimatio, d. l. 1. §. conſiderandum eſt, ff. de tu.
& ratio diſtrah. Et differt ab actione tutelæ, quæ ſolũ ad ſim-
plum datur, & contra tutorem, & eius hæredes. Sed hæc con-
tra tutorem, & non autem hæredes tutoris datur, quia eſt pę-
nalis, d. l. 1. § fin. ff. de tu. & ratio diſtrah. & no. poſt gl. in dict.
§. fin. ſup. de Attil. tut.

5 Tertiò, aliquando etiam actio furti cõtra tutorem compe-
tit, quando conſtat, eum res pupilli animo furadi contrectaſ-
ſe, & abſtuliſſe, in d. l. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.

6 Quartò, quãdo pupillus ex mala adminiſtratione ſui tuto-
c ris paſſus eſt damnum, nec poteſt illud à tutore *c* recuperare,
d tunc datur ei actio ſubſidiaria contra *d* magiſtratum, qui vel
ſatiſdationem a tutore non exegit, vel exegit, ſed recepit mi-
nus idoneam ſatiſdationem: tunc enim quaſi deliquiſſe vide-
tur magiſtratus. Ideò hęc actio minori datur in ſubſidium, &
vltimum præſidium, quando ei poſt omnia alia remedia non
poteſt eſſe conſultum, & damnum illatum pupillo aliunde re
farciri non poteſt, vt tunc magiſtratus p ęſtet, l. 1 & toto tit. ff.
& C. de magiſt. cõuen. de quo in §. fi. inf. de ſatiſd. tut dicetur.

7 Vltimò not. quod omnia bona tutorum *e* & curatorum ta
e citè ipſis pupillis pro adminiſtratione *f* tutelæ ſunt hypothe-
f cata, l. pro officio, C. de adminiſtr. tutel & incipit tacita hypo-
theca ſtatim a tempore, quo incipit eſſe tutor, vt eſt prima
opi. glo. in d. l. pro officio, quã communiter Doct. ibi repro-
bata opinione ſecunda, ſequuntur. Et adde Negul. in tract. de
pign. 4. memb. 2. par. 1. num. 6.

ADDITIONES.

a *Id eſt diſtractis, vt cum dicimus, teſtamenti faciendi, litis con-
teſtandæ, aut rei iudicandæ tempore.*

b *Dic potius, diſtrahere rationes nihil aliud eſſe, quam perturba-
re, ſic diſtrahere funus dicimus, l. 3 ff. ad leg. Iul. de vi publica.
Hac autem actione pupillus accuſat fraudem tutoris ſui, qui
rem eius abſtulit, intercepit, auertit, nec retulit in ratione, hac
fere formula. Quod ex rationibus tutelæ pupillo abeſt, l. 1. §. 19.
l. 2. ff. de tut. & rat. diſtrah.*

c *Eiuſue hæredibus, & fideiuſſoribus, eorumuè hæredibus (qui
rem fore ſaluam promiſerunt) aut à nominatoribus, & affir-
matoribus, qui idoneos fideiuſſores affirmarunt.*

d *Eum ſcilicet, qui tutorem dedit. Nec enim hac voce totus ordo
Magiſtratuum municipalium intelligitur, l. 1. ff. de magiſt. con
uen. An in hæredem magiſtratus detur? Vide l. non ſimiliter, l.
quod ad hæredem, ff. de magiſt. conueniend.*

e *Idem in pro tutore, qui non eſt tutor, ſed gerit ſe pro tutore, gl. in
l. pro officio, de adminiſtr. tut. arg. l. datiuus, §. 1. ff. de priui. cre-
dit. Socin. 1. conſ 85. Idem in alijs, de quibus dicam ad dict. leg.
pro officio, C. de adminiſtr. tut.*

f *Hæc tacita hypotheca inducitur non ſolum pro male admini-
ſtratis, ſed, & pro neglectis. Cin. Bart. Bal. Sal. in d. l. pro officio.*

DE CVRATORIBVS.

TITVLVS XXIII.

In principium Tituli.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Cura quid ſit.*
3 *Vſus curatorum quare inuentus.*
4 *Continuatio, & tutor in quibus conueniant.*
5 *Curator, & tutor in quibus differant.*
6 *Quo ſint genera curatorum.*
7 *Qui curatores dari poſſint.*
8 *An curatores à parentibus in teſtamento dari poſſint.*
9 *Curatores quibus dari poſſint.*
10 *Curator, an inuito dari poſſit.*
11 *Cura datiua quibus modis exſpiret, & num. 13.*
12 *Cura quo tempore incipiat, & finiatur.*

IMperator in princ. ſup. de tut. dixit. Quaſdam
perſonas, quæ ſui iuris ſunt, aut eſſe ſub tu-
tela, aut ſub cura, aut neque ſub tutela, ne-
que ſub cura, & quia hactenus de his, quæ
ſub tutela ſunt, dictum eſt: ſubijcit nunc de
his perſonis, quæ ſunt ſub cura. Et ſic de cu-
ratoribus, quibus finita tutela, res minorum
demandari iuris ordine conſueuerunt.

Quid eſt cura?

2 Eſt poteſtas in capite libero, ad gerendum illius negotia,
quia iam pubes factus, adhuc propter ætatem ea gerere non
poteſt, vt hic in princ. Curator enim principaliter datur rebus
ſiue negotijs, & ſecundariò perſonæ, & ſic eadem eſt ratio tu
torum, & curatorum, ſi originem ſcruteris, vt ſcilicet defen-
dant eum, qui propter ętatis imbecillitatem ſolus ſuis rebus
præeſſe nequit, licet enim quis exceſſerit ex Ephebis, & ad pu-
3 bertatem perueneri, ac liberatus ſit à poteſtate tutoris, adhuc
tamen non adeò certum, & confirmatum habet animi iudi-
cium, vt ſolus rebus ſuis adminiſtrandis ſufficere poſſit. Nam
vt Cicero inquit lib. 1. Officiorum: *Creſcentis adoleſcentia ma-
xima ineſt imbecillitas iudicij*, vnde ſæpe fit, vt contrahendo
circumueniantur, & lędantur, ideò lex noluit adoleſcentibus
minoribus, ita committere rei ſuæ adminiſtrationem, vt rata
ſint per eos geſta, ſecund gl. hic, in princ in verb. accipiunt, &
gl. in l. 1. in verb. committi, ff. de minoribus. Et vſum curatorũ
inuenit, vt is, qui pubertatis annos ingreſſus eſt, adhuc curato-
a rem *a* recipiat, cum quo negotia ſua rectè peragat, & in eius
poteſtate viuat donec maior 25. annis efficiatur. Nam tunc
lex præſumit, & ſtatuit eum confirmato eſſe iudicio, ita quòd
contrahendo facilè decipi nequeat, l. 1. ff. de minoribus.

In quibus conueniunt tutor, & curator?

4 Primò, curatores dantur ab eiſdem magiſtratibus, qui ius
dandi tutores habent, text eſt hic in princ.

Secundò, tam munus tutelę, quam curæ eſt neceſſarium, vt
inuitus quis cogatur ſubire illud onus, niſi habeat legitimam
excuſationem, l. fin. in princ. verſ. ſcientes, C. de adminiſt. tut. &
infra de excuſ. tut.

Tertiò, Sicut pupilli ſunt in poteſtate tutorum, vſque ad 14.
ann. ita adulti vſque ad 25. ann. completum ſolent eſſe in po-
teſtate curatorum, vt hinc in princ.

Quartò, Sicut pupillus ſine authoritate tutoris non obliga-
b tur, *b* ita nec adultus habens curatorem, quia is pupillo æqui-
paratur, attenta tamen diſtinctione tradita, ſupra in titulo de
authoritate tutorum, in quæſtione, *Pupillus, an, & qualiter
contrahendo obligetur?* & eſt gl. in l. 1 ff. de nouatio. & in l. pu-
pillus, ff. de reg. iur. quando minor curatorem non habet, licet
tunc obligetur naturaliter, & ciuiliter, tamen læſus reſtitui-
tur in integrum, l. ſi curatorem, C. de reſtit in integ. l. 1. ff. de
minoribus.

Quintò, iiſdem ferè modis finitur cura, quibus tutela, vt inf.
dicetur.

Sextò, Item curator quoque tenetur inuentarium confice-
re, vt tutor, l. fin. §. & inuentario, C. de cur. fur.

Septimò, Bona curatoris quoque tacitè ſunt oppignerata
minori, l. de creationibus, in fi. C. de Epiſc. aud. & l. ex officio,
C. de adminiſtr tut.

Octauò, Sicut tutores, ita quoque curatores ſatiſdare te-
nentur, vt infra de ſatiſdatione tutorum, & curatorum.

Quæ ſunt differentiæ inter tutorem, & curatorem?

5 Primò, tutor pupillo, ſeu impuberi, curator vero puberi, ſeu
adulto datur, vt hic.

Secun-

ADDITIONES.

a *An inuitus? infra dicetur.*

b *In iudicio poteſtne eſſe ſine ſuo curatore minor? Pro patre põt.
l. exigendi C. de procur. alias non poteſt, l. non eo minus, Cod. de
proc. Nec poſſunt tutores ipſi, vel curatorem ad iudicia conſti-
tuere, qui cum minore ipſo interueniat, niſi ipſi tutores, vel cu-
ratores domini litis prius facti fuerint litem conteſtando, l. ne-
que, C. de procur.*

Digitized by Google

Secũdò, tutor datur pupillo inuito, l. nec non, ff. de tuto. &
cur. da ab his, &c. Curator verò adulto inuito non datur, ſed
volenti, & petenti, vt hic Exiſtimarunt enim iura, eo ingenio
pollere adoleſcentes huius ætatis, vt ſi cognoſcant, ſe rebus
ſuis pręeſſe non poſſe, curatorem petant ſecundum Aldobra.
hic, in verſ. item inuiti, num. 1.

Tertiò, tutor certæ rei dari non poteſt, §. certæ, ſupra qui
teſtante tut. dare poſſunt. Eſtq. ratio, quia tutor principaliter
perſonæ, non rebus datur. Curator verò ad certam rem, &
cauſam, veluti ad litem conſtitui poteſt, vt hic, in fine princip.
quia datur rebus principaliter.

Quartò differunt, quòd tutor perſonę principaliter datur,
ſecundariò rebus. Curator verò principaliter rebus, & ſecũ-
dariò perſonæ. De quo eſt glo. in d. §. certæ, in verb. perſonæ,
ſup. teſtam. tuto. dari poſſunt.

Quintò, tutor teſtamento à parte dari poteſt, vt ſup. de tut.
dictum eſt. Curator verò in teſtamento non datur, vt hic, in
princ. & ſtatim dicetur.

Sextò, tutela finitur, quãdo maſculus compleuit decimum
quartum annum, fęmina verò duodecimum. Sed cura indi-
ſtinctè, tam in maſculo, quam in fęmina expirat vigeſimo,
quinto anno completo, vt hic.

Septimò, curatorem habẽti curatorem dari poteſt, ſed tu-
torem habenti tutor dari non poteſt, de quo gl. in §. interdum
in verb. datur infr. eod.

Quod ſunt genera curatorum?

6 Tria *a* ſunt genera curatorum. Quidam curatores dan-
a tur impuberibus, minoribus, quatuordecim annis, & quibus
in d. §. interdum, infra eodem dicetur. Quidam verò dantur
maioribus 25. annis, qui appellantur legitimi, de quibus in §.
furioſi, infra eodem Quidam verò dantur puberibus, qui ſci-
licet compleuerunt decimum quartum annum, ſed ſunt ad-
huc minores vigintiquinque annis, & hi appellantur datiui,
de quibus dicitur in principio tituli noſtri. Et de tertia ſpecię
curatorum iam quæritur.

Qui poſſint dare curatores?

7 Imperator in principio tituli noſtri dicit, curatores dari ab
iiſdem magiſtratibus qui habent ius dandi tutores, vt eſt Pręt-
tor, Pręſes, Conſul, &c. Et in ſumma omnis magiſtratus mu-
b nicipalis *b* hodie tutores dare poteſt, l. ius dandi, ff. de tutori-
bus, & curatoribus dat &c. & adde hic, quæ ſupra dicta ſunt
in titu. de Attil. tuto. in quæſtione: *Qui poſſint dare tutores?* A
8 parentibus verò in teſtamento curatores efficaciter dari non
c poſſunt, & conſtitutio curatoris in teſtamento facta, *c* non *d*
d valet, ideo nec datus in teſtamento, cogi poteſt adminiſtrare
tex. eſt hic, in principio tituli noſtri, & in l. penult. C. de teſta.
tut. Curator enim datur principaliter rebus, non perſonæ, l.
in copulandis, C. de nupt. Sed de rebus filij pater in teſtamen-
to poſt pubertatem filij directè, diſponere non poteſt, l. 2. in
princ. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Non mirum igitur, ſi pater
poſt pubertatem nõ poſſit filio curatorem dare, nec in teſta-
mento ſuo cauere, per quem velit bona illa, in quibus am-
plius poſt illam ætate non extenditur patria poteſtas curari,
& adminiſtrari, vt dicunt Doctores in d. l. pen. & poſt alios,
Aldobr. hic Quamuis autem datio curatoris in teſtamento
e non valeat, tamen à iudice *e* citra inquiſitionem confirmari
debet, vt hic, & l. ſi filio, ff. de confir. tut. quia lex de patris ele-
ctione plurimum confidit, cum nullus ſit affectus, qui vincat
paternum, l. fin. C. de curat. fur. Et filius non poteſt inuenire
meliorem amicum, quam patrem, vt eſt gl. in l. quidam cum
filium familias, ff. de hæred. inſtit. Item limitatur hæc con-
cluſio procedere in curatore adulti, qui eſt compos mentis:
ſecus in curatore furioſi, quia is in teſtamento à patre rectè
dari poteſt, d. l. de creationibus, C. de epiſc. aud. d. l. fin. §. ſed
cum antiquitas. Eſtq. ratio, quia is principaliter datur perſonę
ad exemplum pupilli. Sicut igitur pupillo tutor, ita furioſo
curator in teſtamento dari poteſt, vt not. Sal. in d. l. in copu-
landis, C. de nupt.

Quibus poſſunt dari curatores?

9 Adultis ſeu puberibus, minoribus tamen viginti quinque
annis, qui ſcilicet agnoſcunt iuriſdictionem dantis curatorẽ,
vel ratione domicilij, vel ſuorum bonorum, quæ ibi ſita ſunt,
vt ſup. de Attilia. tut in quęſt. *Quib. pupil. dari poſſunt tutores?*
dictum eſt per text. expreſ. in l. vnica, & ibi not. Cod. vbi per.
10 tut. vel curat. Inuitis *f* autem curator non datur, vt ſup. dictũ
f eſt, niſi ad litem, *g* vt hic in princ. ſi enim minor eſſet con-
g uentus, ſeu reus, & non defenderetur, iudicium eſſet nullum,
l. acta, §. fin. ff. de re ind. Si verò eſſet actor, iudicium quoque
eſſet nullum, cum minor non habeat legitimam perſonam
ſtandi in iudicio, l. 2. C. qui legitimam perſonam ſtandi, &c.
Ne igitur iudicium reddatur eluſorium, minori etiam inuito
curator ad litem datur, & minor petere debet ſibi curatorem
ad litem dari. Si verò non vult poſcere, quo minus cum eo
agatur, cogi, & compelli debet ad petendum curatorem ad
litem textus eſt in l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minoribus,
& in l. qui habet, §. ſi pupillus, ff. de tutelis, & in l. vnica, C. qui
pet. tutor. vel curator. Non tamen cogitur ad eligendum in
ſpecie hunc, vel illum curatorem, ſed in genere velle cogitur
& poteſt ipſe ex pluribus vnum ſibi eligere. Deinde limita-
tus textus noſter in principe, vel rege, nam ei inuito datur
curator, vt dicit dominicus in cap. grandi, de ſupplend. negli-
gen. prælat. in 6. & Iaſ. in l. licet, C. de teſtamento milit. & Al-
dobrand. hic, in verſ. item inuiti.

Quomodo expirat datiua cura?

11 De hac quæſtione eſt gloſ. fin. in fin ſup. titu. præced. quòd
iiſdem modis finiatur cura, quibus tutela, except. pubertate.
12 Nam cura poſt pubertatem primum incipit, & finitur com-
pleto vigeſimoquinto anno, vt hic in princip. & l. 1. in fine, ff.
de minoribus. Et quamuis in finienda tutela ſit diuerſum tẽ-
pus inter maſculum, & fęminam, quia in maſculo finitur cõ-
pleto decimo quarto anno, in fęmina verò duodecimo, ta-
men in finiẽda cura tempus eſt vniforme. Siue enim ſint ma-
ſculi, ſiue fœminæ, vſque ad vigeſimumquintum comple-
tum curatores accipiunt, vt hic in principio, ne ſcilicet fę-
minæ citius perdant beneficium reſtitutionis in integrum,
quam maſculi, ſecundum Porcium, & alios hic. De iure verò
Saxonico, ſiue ſit fęmina, ſiue maſculus minor, efficitur ma-
ior, quando compleuit vigeſimum annum, artic. 42. lib. 1. &
Lehenrecht. capitulo vigeſimo ſexto. Eſt & alius modus, quo
cura finitur, quãdo ſcilicet minor impetrauit ab Imperatore
veniam ætatis, quod poteſt fieri, quando maſculus eſt vigin-
h ti annorum, fęmina vero *h* 18. vt notatur poſt gloſ. hic, in
13 princ. ſup. verſ. vigeſimumquintum. Eſtque eius rei maximus
effectus: nã impetrans veniam ætatis, non eget curatore, po-
terit tamen agere, & conueniri in iudicio ſine curatore, & ſi
in contractu lædatur, non poteſt petere reſtitutionẽ in inte-
grum, ne contrahentes cum eo beneficio legis, & authorita-
te principis decipiantur, & in omnibus alijs actibus, pro ma-
iore 25. ann. reputatur, l. 1. cum ibi not. C. de his qui ven. æta.
imp.

ADDITIONES.

a *Aut duo potius. Nam alij ſunt legitimi, qui à lege, alij datiui, qui à iudice dantur. Illi maioribus 25. annis, furioſis, prodigis, mente captis, ſurdis dantur, hi minoribus, & propter ætatem.*

b *Omnis habens mixtum imperium, §. dantur, hoc tit.*

c *Quia curator non datur inuito, niſi ad litẽ, l. nec nõ, ff. de tuto.*

d *Imo, valet, certis caſibus, vt mox dicam.*

e *In teſtamento iure curatores dari non poſſunt, de facto tamen ſi dati fuerint, valebit datio, ſi iudex confirmauerit.*

f *Imo nouo iure videtur inuitis dari curator. Nam lex. 1. Cod. quando tutor, vel curat. eſſe deſin. ait, propter ætatis infirmitatem curatores illis dandos eſſe: qua lex neceſſitatem innuit, & inuitis curatorem dari arguit. Sed & illud amplius voluntatem ipſorum minorum non ſpectari, ſed ætatis infirmitatem, vt vbicumq. ea ſit, ibi curatore neceſſario ſit opus. His accedit lex. 1. in fin. ff. de minor. quæ nominatim ait hodie in hanc vſque ætatem (25. annorum) adoleſcentes curatorum auxilio regi, nec ante rei ſuæ adminiſtrationem eis committi debere, quamuis bene rem ſuam gerentibus. Qui locus apertiſſimus eſt, de quo plenius, §. 2. hoc tit.*

g *De curatore ad litem, vide Mynſingerũ 1. Obſeru. 31. Gayl. 2. Obſer. 108. Actores quomodo conſtituantur, vide ibid. c. 107.*

h *Quę ætas eiſi perfecta, legitima, vel iuſta dici non poſſit: vt patet ex l. 4. C. de his qui ven. ætat. imp. recto tamen ab Imperatore Conſtantin. propter maturitatem iudicij, proprie nomine formata appellatur, l. 1. C. Theod. eod. tit. Cur autem mulier, cum in perpetua olim eſſet tutela, citius hic veniam ætatis impetrare poteſt, quam maſculus, ratio hæc erit, quod regula veterum fundata ſit in eo, quod [illegible] mulier infirmitate, iudicij perpetuò propè laborare ſolet. Sed cum quod [illegible], hoc eſt præter opinionem fit, ad virtutem progreditur, longe celerior eſt curſus prudentiæ muliebris, quia in fęminis affectiones multo, quam in viris, vehementiores ſunt; hoc etiam fauore fœminarum adnotandum eſt, mares per ſe, & præſentes, ætatis veniam petere debere, fęmina autẽ ſatis eſſe ſi per procuratorem formatam ætatem probauerit, l. 2. C. de his qui veniam ætatis impet. quia propter pudorem, & verecundiam in publicum prodire non coguntur, l. 1. C. de offic. diuer. iud. l. 3. §. fin. autem, C. de inteſtat. propter cal. dand.*

Digitized by Google

a bona in eadem prouincia, & non eſt *a* dubium, quin iudex il-
liſus loci det illi tutorem, d. l. vnica, & l. 1. in fi. ff. eod. Aut ha-
bet in vno loco domicilium tantum, & io alio bona, & ſecun
dum ſententiam Azonis, quam Bart. in d. l. vnica, dicit eſſe ve
b riorem, Iudex *b* originis, ſeu domicilij poteſt dare tutorem,
qui res etiam in alia prouincia ſitas adminiſtrare debet. Tu-
c tor *c* enim principaliter datur perſonæ, & ſecundariò rebus.
Ideo iudex perſonæ rectè dat tutorem, cuius authoritas ex-
tenditur ad bona pupilli, etiam alibi ſita, poterit tamen tutor
ſe excuſare ab adminiſtratione illorum bonorum, & tunc iu-
dex illius prouinciæ, vbi bona pupilli exiſtunt, prouidebit de
alio tutore, vt not. per Cin. Bart. & alios, in d. l. vnica, & Fab.
hic in princ. tit. noſtri, nu. 3.

Quibus pupillis tutores dari poſſunt?

6 His qui non habent teſtamentarios, aut legitimos tutores,
iſti enim præferuntur datiuis, vt ſupra dictum eſt, & requiri-
7 tur, vt pupilli ſint ſubiecti iuriſdictionis dantis tutorem, vel
ratione domicilij, ſeu originis, quia pater ibi tempore mortis
habuit domicilium, vel ratione ſuorum bonorum, quæ ibi ſita
ſunt, d. l. vnica, & ibi gloſ. Nam his etiam abſentibus, inuitis,
& ignorantibus tutores dari poſſunt, text. eſt in l. illud, cum l.
ſeq. ff. eodem.

Qui poſſunt à iudice dari tutores?

8 Præmittendum hoc loco, quòd tutor, quem iudex vult con
ſtituere, debet eſſe ſubiectus iuriſdictioni dantis, & habere do
micilium in eadem ciuitate, ex qua pupillus oriundus eſt, vel
vbi bona ſua ſita habet, d. l. ius dãdi, ff. eo. & gloſ. hic in d. §. ſed
hoc iure, in verbo, crearent, & in l. etiam, ff. de tut. vbi gloſ. in-
9 quit Nota, quòd tam datus tutor, quàm ille, cui datur, debet
eſſe eiuſdem ciuitatis, & dantem oportet habere eos ſub ſua
iuriſdictione, & ſi ibi non ſunt idonei, quærendi ſunt ex vici-
nis locis honeſtiſſimi quique, & nomina ipſorum præſidi mit
tenda ſunt, vt ipſe prouideat, cum non poſſit dari tutor non
ſuppoſitus iuriſdictioni dantis, vt dicitur in l. neque, Cod. qui
dare tut. poſſ. aliàs regulariter omnes, qui in teſtamento tu-
10 tores conſtitui, etiam à iudice dari poſſunt. Excepto. I. Ser-
d uo, l. in ſeruili, Co. eod. II. Excepto creditore, *d* & debitore
pupilli. Licet enim hi in teſtamento dari poſſunt, cum fides
eorum à teſtatore cenſeatur approbata, & ab omni ſuſpicio-
ne fraudis remota, vt inſ. de ſatiſd. in princ. tamen à iudice tu-
tores dari non poſſunt Authen. minoris, C. eodem. III. Iudex
ſeipſum tutorem dare non poteſt, l. prætor, ff. eo. IV. Nec cæ-
cus, tutor eſſe poteſt, l. luminib. Cod. eod. V. Nec milites, leg.
militiæ, Cod. eod. VI. Nec mutus, vel ſurdus, l. 1. §. fi. ff. de tut.
VII. Nec furioſi, §. furioſus, ſup. qui teſta. tut. &c. VIII. Nec
e minores vigintiquinque annis, l. fin. C. de legit. tut. IX. Nec *e*
feminæ tutores dari poſſunt, quia virile officium eſt, le. fin. ff.
de tutelis. De quibus ſupra, qui teſtam. tutor. dari poſſint, di-
ctum eſt.

Quæ requiruntur ad hoc, vt datio tutoris facta à iudice valeat?

11 Ex prædictis eſt hanc quæſtionem facilè reſponderi poteſt.
Nam primo requiritur, quòd non exiſtat alius tutor teſtamẽ-
tarius, vel legitimus, d. l. ſi tutoris, C. eodem, vt ſup. in princ. tit.
dictum eſt.

Secundo, quòd iudex habeat poteſtatem dandi tutores, iux
ta ea, quæ in quæſt. *Qui poſſunt dari tutores?* dicta ſunt.

Tertiò, quòd pupillus ſit iuriſdictioni dantis ſubiectus, d. l.
vnica, C. vbi pet. tut.

Quartò, quòd tutor datus ſit de iuriſdictione dantis, d. l. ius
dandi. Alias ipſo iure non valet datio tutoris, vt inquit Ferra-
rius in d. for. libel. ad reddendam rationem tutelæ, in verbo,
eidem Iacobo, in fine.

A D D I T I O N E S.

a *Quia concurſus eſt perſonæ, & bonorum, hoc eſt, perſona, & bo-
na ſunt in iuriſdictione dantis.*
b *Adde quæ ſcripta ſunt in §. datus inſ. de excuſ. tut.*
c *Hoc caſu inſpicitur res, quæ præualet, quæ principalis eſt; cui de
inque directè tutor datur.*
d *Hi poſſunt teſtamento tutores dari, vt quorum fides per teſtato
rem fuerit probata. Azo. in ſumma. Dictum eſt ſupra, tit. qui
teſtam. tutores dari poſſunt.*
e *Niſi Mater, & auia Auth. matri. C. quan. mul. tut. off. fung. pot.*

§. Impubes.

1 *Tutela quare in genere introducta.*
2 *Officium tutoris quod ſit.*
3 *Tutor quando tutelæ rationem reddere debeat ſecundum ius
commune, & Saxonicum.*
4 *Pupillus vbi educandus.*
5 *Remedia, per quæ iudex ad ſuſcipiendam tutelam quem com-
pellere poteſt.*

Quare dantur tutores?

1 IMperator in princ. huius §. cauſam finalem introducendæ
tutelæ cõplectitur, quare, ſcilicet tutela io genere ſit intro-
ducta. Cum enim impuberes propter ætatis imbecillitatem
ſeipſos tueri, atque defendere neſciant, naturali rationi con-
ueniens eſt, vt is, qui perfectæ ætatis non eſt, à prudentiorib.
qui firmum iam habent animi iudicium, defendatur, & rega-
tur, vt hic, & l. ſi ff. de minorib. Nec verba hic poſita de iure,
ſeu lege naturali intelligenda ſunt, cum, vt ſup. de tutel. dictũ
eſt, à iure ciuili tutela ſit introducta. Sed de iudicio, ſeu de di-
ctamine illo rationis, quod a natura animis hominum inſi-
tum eſt, vt admonet hic Aldobr. Commodè igitur tunc dicen
dum erit de officio tutoris.

Quod eſt officium tutoris.

2 Omnium tutorum proprium officium eſt, inſtituere pupil-
a lum bonis moribus, mercedes præceptoribus *a* conſtituere, &
alimenta eius miniſtris præſtare, l. cũ plures. §. cum tutor, ff. de
admin. tut. Corpus, & ſalutem pupilli tueri, l. conſilio, in prin.
ff. de curat. furio. Impuberem defendere, ſi ab alio conuenia-
b tur, l. tutoris præcipuum, ff. de adm. tut. Adminiſtrare res, *b* &
bona pupilli, pro impubere promittere, ſoluere, & contra aliũ
actiones intentare, l. generaliter, ff. de adminiſt. tut. Et alimẽta
pupillo præſtare, l. 3. §. tutor, ff. de ſuſpect. tut. Et hæc ſi negle-
xerint tutores, tamquam ſuſpecti remouentur, & damna pu-
pillorum de bonis tutorum reſarciuntur, d. l. 3. §. tutor. l. fin. in
princ. C. de admin. tut. Et ſpectat ad officium tutoris confi-
cere inuentarium, & reddere adminiſtrationis ſuæ rationẽ,
vt hic in fi. tit. noſtri, & l. tutor, qui repertorium, ff. de admin.
tut. & ad reddendam rationem actione tutelæ cogi poteſt, vt
3 hic in fi. tit. noſtri. Notandum tamen, quod de iure cõmuni *c*
c tutor non tenetur reddere rationem, niſi finita tutela, vt hic,
& l. niſi finita, & l. ſi tutor Reipub. §. ſed, & ſi quis teſtamento
ff. de tut. & ration. diſtrah. & l. 3. & ibi gloſ. & Doct. C. de ad-
min. tu. Secus autem de iure Sax. Nam tenetur tutor ſingulis
annis, de bonis pupilli reddere rationem proximioribus hæ-
redibus, & agnatis, tex. eſt art. 23. lib. 1. Idem hodie ſtatutum
eſt per Im. Carol. V. in Comitijs Auguſtanis, anno 1548. ce-
lebratis. *In der policei ordnung.* vbi dicitur: Quod tutor ad re-
quiſitionem magiſtratus, quolibet anno ſuæ adminiſtrationis
d ſufficientem rationem reddere debeat *d* Et de actione tutelæ
directa, & contraria in §. actionum, inſ. de act. dicetur.

e *Vbi e pupillus educari poteſt?*

4 De hac quæſtione eſt tit. in ff. & C. vbi pupil. educ. debeat,
& breuiter ita concluditur. Quando teſtator in teſtamento
hoc

A D D I T I O N E S.

a *Præceptores igitur pupilli ſuis conſtituere, & eis ſalaria aſſigna
re in poteſtate eſt ipſius tutoris.*
b *Tutoris etiam officium eſt, eodem modo pecunias pupillares col
locare, quo, & ſuas collocauit, l. tutor. ſecundum dignitatem. 13.
§. 1. ff. de adminiſtr. tut. Officium eſt eiuſdem, nihil dolo lata vel
leui culpa in tutela admittere. Proinde ſi cum potuerit acquire
nomine pupilli, & nõ acquiſierit, tutelæ iudicio tenebitur l. quid
quid. C. arb. tut. quo, & tenetur ſi non ad eum modum tutelam
gerit, quem bonus, & diligens paterfamilias ſeruaret in rebus
proprijs, l. generaliter, l. a tutoribus, ff. de admin. tut. Exigere
etiam debita pupillaria cogitur, vt ſi eius negligentia debitores
pupillares fuerint non ſoluendo iudicio tutelæ teneatur, le. tutor
conſtituitur, ff. de amin. tut. l. 2. C. arbitr. tut. Sũt, & alia plera-
que in quibus tutor ex ſuo officio intercedere, ſeu adeſſe neceſſa-
rio cogitur, de quibus dicam tit. de adminiſtr. tut.*
c *Ciuili, nam canonico quot annis omnes adminiſtratores redde-
re rationem tenentur, Clem. 1. de relig. do. vbi Zabar. cap. 1. de
cler. ægro. lib. 6. vbi Gemin.*
d *Sicut, & magiſtratus ipſe iure quoque ciuili, §. ciuitatibus, vers.
ſingulis annis, in Auth. de collat.*
e *Vide ad hanc quæſtionem Conconatium 3. q. 1.*

Digitized by Google

hoc expreſſit, voluntas teſtatoris ſeruanda eſt: poterit tamen
Iudex propter ſuſpicionem malignam, vel alias cauſas aliquã
a do recedere *a* voluntate teſtatoris, leg. 1. ff. eod. Si vero pater
de hoc nihil diſpoſuerit, pupillus apud matrem educari debet,
ſi innupta manſerit. Si vero ſecundo nupſerit, vel mortua fue
rit, iudex cognita cauſa, ex perſonæ conditione, & tempore
ſtatuere debet, vbi pupillus educãdus ſit, & potiſſima cura ad-
hibenda eſt, ne educetur apud eos, qui propter ſpẽ ſucceſſio-
b nis, *b* vitæ & pudicitiæ impuberis inſidiari poſſunt, l. ſi diſce-
5 pterur, ff. eod. l. 1. & 2. C. eodem. Et ſi iudex æſtimauerit apud
quem educari debeat, is neceſſitatẽ habebit hoc facere, quem
iudex iuſſerit, vt dicitur in fin. l. 1. C. eodem, & in l. 1. §. quam-
uis, ff. eodem, & Plat. hic, num. 11. poſt gloſ. in §. ſed ex his, in
verbo, compellendis, refert plura remedia, per quæ iudex po
teſt compellere aliquẽ, vt ſuſpiciat onus tutelæ, vel aliud mu-
nus publicum, videlicet, per pignoris captionem, mulctæ indi-
ctionem banni impoſitionem, perſonalem detentionem, vel
poteſt interdicere alicui ne concedat, donec acceptauerit offi-
cium, vt ſimili dicit gl. in l. item apud Labeonẽ, ff. de iniurijs.

A D D I T I O N E S.

a *Voluntas defuncti non ſemper pro lege eſt, aut ſeruatur à iudi-
ce, quod fieri ſolet ſi quid iniqui, & iniuſti teſtamento ſuo præ-
ceperit. De quo dictum eſt in l. & ſi quis impediat, 14. §. non au
tem oportet, 5. ff. de religioſ. l. vlt. ff. de aur. & arg. lega. l. ſeruo
113. §. ineptas voluntates, ff. de legat. 1. l. quidam. 27. ff. de con-
dit. inſtit. l. legatum, 16. ff. de vſu, & vſufruct. legat.*

b *Multo minus igitur remotioribus, qui ſint ad ſucceſſionem pro
ximi tutela erat committenda.* Landſe. lib. 1. art. 45. *infra de
ſatiſd. tutor.*

a DE AVTHORITATE *a* TVTORVM.

T I T V L V S XXI.

In principio Tituli.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Authoritas tutorum quid.*
3 *Authoritatem præſtare quid.*
4 *Authoritas tutoris quando neceſſaria, & nu. 5. & 9.*
6 *Pupillus ſine tutoris authoritate, ſibi alium obligare poteſt.*
7 *Pupillus quando ſe ſine tutore ab obligatione, qua alij tenetur,
poſſit liberare.*
8 *An pupillus ſine tutoris authoritate alij obligetur, & nu. 10.*
11 *Pupillus infans, nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur.*
12 *Pupillus maior infante, aut infantia proximus, an, & quali-
ter obligetur.*
13 *Pupillus proximus pubertati, an, & quando obligetur.*
14 *Pupillus adultus, an, & quando obligetur.*
15 *Obligatio ciuilis, & naturalis oritur ex omni delicto.*
16 *Obligatio naturalis vnde oriatur.*
17 *Pupillus, an, & quando ex delicto obligetur.*
18 *Quæ requirantur, vt pupillus obligetur.*
19 *Delicta non adeo ſeuere puniuntur in impuberibus, ſicut in
maioribus.*
20 *Pœna pupilli committentis homicidium de iure Saxonico.*

HActenus dictum eſt, quid ſit tutela, & quot tuto-
rum ſint ſpecies, & quot tutores dentur, vt de-
fendant, & regant pupillos, qui propter æta-
tem ſe tueri non poſſunt, vt in fin. præceden. titu.
dictum eſt. Ideo nunc de authoritate tutorum,
hic titu. ſubijcitur, vbi traditur, an, & quando pu-
pillus ſine tutoris authoritate obligetur, & habet concordan-
2 tes tit. in ff. de author. & conſen. tut. vel curat. & C. de autho.
præſtand. Eſt autem authoritas tutorum, vis illa, atque pote-
ſtas, quam tutores, vel ex teſtamento, vel ex lege, vel per iu-
dicem receperunt in perſona pupillorum defendenda, rebuſ-
que ipſorum adminiſtrandis. Authoritatem verò præſtare, ni-
3 hil aliud eſt, quam probare id quod agitur, hoc enim eſt au-
thorem fieri tutorem, quando tutor comprobat id, quod à
pupillo agitur, vt dicitur in l. 3. ff. eod.

An, & quando authoritas, tutoris ſit neceſſaria?

4 Imperator hic in princip. in effectu hoc modo diſtinguit:
b Aut agitur, vt *b* pupillus aliud ſibi obliget, in commodum
ſcilicet ipſius pupilli, vt ſi ſtipuletur ab aliquo 100. ex cauſa
donationis, & tunc authoritas tutoris non eſt neceſſaria. Sed
poteſt pupillus ſine authoritate tutoris contrahere, & alium
c ſibi obligare, *c* aut agitur, vt ipſe pupillus alijs obligetur, &
5 tunc neceſſaria eſt tutoris authoritas, quæ ſi non interuenit
pupillus non obligatur, & ratio diuerſitatis eſt fauor pupilla-
ris ætatis cum placeat meliorem quidem conditionem lice-
re pupillis facere, etiam ſine authoritate tutoris, deteriorem
d verò non *d* aliter, quam cum tutoris authoritate, vt dicitur
hic in princip. & leg. obligari, ff. eodem, & §. pupillus, infra de
inutil. ſtipulat. & le. pupillus, ff. de acquiren. rerum domin. vbi
dicitur, pupillum, quantum ad acquirendum, non indigere
tutoris authoritate: alienare autem nullam rem. poſſe niſi præ
ſente tutore, & l. contra iuris, ff. de pact. Ex quibus duas con-
6 ſtituatis concluſiones. Primo, quod pupillus ſibi poteſt alium
obligare, etiam ſine authoritate tutoris, ceſſat enim tunc cau-
ſa finalis ipſius tutelæ, quæ ideo decernitur, ne impuberes im
becilitate ætatis ferant præiudicium, & incurrat aliquod dã-
7 num, vt inquit Porc. hic in princ. Et ampliatur hæc concluſio
vt etiam pupillus ab obligatione, qua alij tenetur, ſe liberare
e poſſit ſine tutore, quod eſt verum *e* pactum de non peten-
do d. l. contra iuris, ff. de pact. vel per acceptilationem, leg. pu-
pillum, ff. de accept. non autem per ſolutionem. Soluendo
enim creditori nihil agit, cum dominium pecuniæ non poſſit
transferre in creditorem. Si tamen creditor bona fide pecu-
niam pupilli conſumpſerit, liberabitur pupillus, vt dicitur in
d. l. obligari, §. pupillus, ff. eod. Et in ſolutione multum frau-
dis, ac damni ſubeſſe poteſt, qui enim ſi ſe potuit contra pe-
tentem exceptione tueri, vel ſi maturè, & non ſuo tempore
ſoluit, vel ſi magis intereat, hos nummos alteri numerari, vt
inquit hic Mynſing.

8 Secunda concluſio eſt, quod pupillus ſine tutoris authori-
tate alijs non obligatur, lex enim huiuſmodi obligationem
non approbat, quia non habet conſenſum pupilli pro legiti-
mo, cum nullum ſit eius ætatis iudicium l. pupillus, ff. de re-
gulis iuris, vbi dicitur, pupillo, nec velle, nec nolle in ea æta-
9 te, niſi appoſita tutoris authoritate, creditur. Nam quod ani-
mi iudicio ſit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt. Vnde in
contractibus vltro citroque obligatorijs, in quibus ſcilicet
hinc inde mutua oritur obligatio, vt in emptione, locatione
mãdato, &c. ſi fiant cum pupillo, ipſe autem pupillus non obli
gatur, text. eſt hic, in princ. Et licet alias ſit regula quod contra
ctus non debent claudicare, leg. 1. ff. de reſcind. vend. hoc ta-
f men caſu ex vno tantum latere conſtat contractus, fauore, *f*
10 ſcilicet ætatis pupillaris, vt hic, & l. Iulianus, §. ſi quis à pupil-
lo, ff. de actio. empt. Limitatur autem hæc concluſio, vt pupil-
g lus petens rem emptam, repellatur *g* exceptione doli mali,
ſi pretium dare nollet, ſecundum glo. hic, in verb. in venditio
nib. Item ſi pupillus ex contractu factus eſſet locupletior, ve-
luti ſi aliquid vendidiſſet, licet non conſiſtat venditio ſine tu-
toris authoritate, ſi tamen rem tradidiſſet, & pretium recepiſ
ſet, & poſtea vellet rem venditam vendicare, obſtaret ei ex-
ceptio, donec pretium in ſua vtilitatem conuerſum reſtituat.
Nam, & ius naturæ prohibet quem cum alterius iactura, &
detrimento fieri locupletiorem, l. nam hoc natura, ff. de con-
dict. indeb. & l. iure naturæ, ff. de reg. iuris. cap. locupletari, de
reg. iur. in 6. An autem, & quando dicatur pupillus locuple-
tior factus, docet gl. & ibi DD. in l. indebiti, in verb. percepit,
ff. de cond. indeb. Ang. in princip.

Pupil-

A D D I T I O N E S.

a *Is eſt effectus tutela, vt pupillus nihil agere poſſit, niſi tutoris au
thoritas accedat. Nihil (inquam) quod ei damno eſſe poſſit.
Ita fit vt alios ſibi obligare poſſit, ipſe alij obligari non poſſit,
l. contra iuris ciuilis regulas, ff. de pactis.*

b *Eadem eſt ratio in muliere paciſcente ſuper dote, l. de die, ff. de
pact. dotal. & in alimento tranſigente, l. cum hi, §. quod ergo, ff.
de tranſact.*

c *Immo aliũ ſibi obligare non põt, l. pupillus, ff. de reg. iur. Verum
lex illa de infante loquitur qui intellectu caret, & ideo aliũ nõ
obligat, §. & quod diximus, §. pupillus, infra de inutilib. ſtipul.*

d *immo, aliter, & ſine tutoris authoritate poteſt pupillus ſuã con-
ditionem deteriorẽ facere. Poteſt enim ſine tutoris authorita-
te poſſeſſionem amittere, l. poſſeſſionem, 29. ff. de acqu. poſs. Sed
quod hic dicitur, locum obtinet in his quæ ſunt iuris. Lex illa
contraria vera eſt in his, quæ ſunt facti. Talis autem eſt poſſeſ-
ſio, d. l. 1. Poteſt etiam pupillus obligari in his omnibus, in quibus
fit locupletior, l. 1. in fine, ff. de nouat. l. vlt. de tut. iuran.*

e *Minus enim decedit pupillo hoc caſu. Cur minus? Quia nuda
actio remittitur. Nullam corpus, nulla pecunia, nihil immobi-
le, nihil quod re ipſa videri, cernique poſſit, transfertur, ſed ius
incorporeum tantum.*

f *Claudicare etiam contractus poſſunt, vbi agitur de obligando,
ac non ons deliberando, l. 1. C. de reſcind. vendit.*

g *Adde l. ſi id, quod, §. vlt. ff. de reſcind. vendit.*

Digitized by Google

Pupillus contrahendo, an, & qualiter obligetur?

De hac quæſtione eſt gl.ord.in d.l.pupillus, ff.de reg.iur.&
in l.1.vbi Bar.& Doct.ff.de nouat.& in l.2.C.de inutil.ſtip &
in §.pupillus,inſ.de inutil.ſtip.vbi hæc diſtinctio communiter
11 traditur. Aut pupillus *a* eſt infans, & infra ſeptimum annum
a conſtitutus, & nullo modo, nec ciuiliter,nec naturaliter obli-
gatur,l.pupillus,iunct.gl.ff.de act.& oblig.& l.quod pupillus,
iuncta gl.ff.de cond.indeb. Caret enim intellectu,& conſen-
ſu, & ſic deficit natura ex qua cauſatur, ſeu oritur obligatio
naturalis, ſcilicet conſenſus, l.1.ff.de pact,l.cum amplius, § is
natura,ff.de reg.iur.Et deeſt hoc caſu legis ciuilis approbatio;
ideò nec ciuilis obligatio oritur. Aut eſt maior infante, aut eſt
12 infantiæ proximus,quia nondum compleuit decimum annũ
cum dimidio,& licet de hoc ſint variæ opiniones, communi-
ter tamen tenetur,quod tunc etiam, neque ciuiliter,neq; na-
turaliter obligetur, cum obligatio contrahitur per conſenſum
d.l.1.ff.de pactis.Sed tunc vix poteſt habere conſenſum ita,
quod ſecundum Fab.hic omnia daret pro vno pomo niſi eſſet
13 doli capax,& malitia ſuppleret ætatem.Aut eſt proximus pu-
bertati,quia compleuit decimum annum,& dimidium(infan
tia enim durat per totum ſeptennium, & vſque ad decimum
quartum eſt aliud ſeptennium, quod ſi diuidatur, quælibet
medietas continet tres annos cum dimidio, & ſic poſt deci-
mum,& dimidium anno appropinquat pubertati, vt eſt gl.in
l.pupillus,& ibi Dec.ff.de regul.iur. Paul.de Caſt.in d.l.1.ff.de
nouat.) & ſubdiſtinguite. Aut contrahit cum tutore, & tunc
quoque nec naturaliter,nec ciuiliter obligatur,l.pupillus,ff.eo.
Eſtque ratio, quia lex expreſſè reſiſtit huic obligationi, tutor
enim prohibetur recipere talem promiſſionem à pupillo,im-
mo punitur,l.non licet,ff.de contrah.empt.& not.in l.cũ ipſe,
C.de contr.empt. Et lex pro iniquo habuit, vt dicit hic Porc.
quod tutor, qui deberet præcauere, ne pupillus alteri oblige-
tur, patiatur illum ſibi obligari,arg.l.altius,ff.ſi ſerui.vendic.
vbi dicitur,quod alium facientem prohibere ex officio neceſſe
habeo,id ipſum committere non debeo. Vnde lege cõtractui
reſiſtente,vtraq;obligatio impeditur oriri,ciuilis,& naturalis,
vt notatur in l.cum lex,ff de fideiuſſ. & in l.ſi non ſortem, ff.
de condit.indeb.Quod fallit. I. Niſi pupillus factus eſſet locu-
pletior,nemo enim cum alterius iactura locupletari debet,d.l.
pupillus,in princ.ff.eod.II Fallit,quando authoritas tutoris in-
teruenit:nam & tunc pupillus naturaliter, & ciuiliter obliga-
tur,d.l.pupillus,ff.eo.Aut contrahit cum alio,quam tutore,&
tunc iterum ſubdiſtinguitur, aut non interuenit authoritas tu
toria, & tunc obligatur naturaliter tantum propter conſen-
ſum,non autem ciuiliter,quia lex non aſſiſtit neque etiam ex
preſſe reſiſtit huiuſmodi contractui, niſi & tunc factus eſſet
locupletior pupillus, per ea, quæ ſupra dicta ſunt, vt not.per
Bart. in d.l.pupillus. Aut tutoris authoritas ritè fuit adhibita
obligatur pupillus naturaliter,& ciuiliter. Naturaliter propter
conſenſum,& ciuiliter, propter legis approbationem,vt hic in
princ. & l.impuberes, ff.eo. Læſus tamen reſtituitur in inte-
grum,vt no.poſt gl.in d.l.1.ff.de nouat. Item hoc procedit niſi
b contractus ſit celebratus de re immobili. *b* Cuius alienatio à
iure eſt interdicta: quia tunc non valet cõtractus,etiam cum
authoritate tutoris, niſi iudicis decretum interponatur. Iura
enim res minorum immobiles ſine decretum iudicis aliena-
re prohibent,tot.tit.C.de præd.min.ſine decr.&c. Ideo neque
naturaliter, neque ciuiliter tunc pupillus obligatur,vt not.per
Doct.in d.l.1.ff de nouat. & in l.pupillus, ff.de regul. iur. vbi
gloſ.quærit de adulto, qui ſcilicet compleuit decimum quar-
tum annum, ſed nondum exceſſit vigeſimumquintum an-
14 num. Et poſt eam DD. ita diſtinguunt. Aut habet curato-
rem, & æquiparantur pupillo impuberi, vt contrahens cum
curatore, neque ciuiliter, neque naturaliter obligetur, pro-
pter prohibitionem legis, ſed cum alio contrahens cum au-
thoritate curatoris obligatur ciuiliter, & naturaliter. Sed ſine
authoritate curatoris contrahens, obligatur, tantum natura-
liter propter conſenſum, ſed non ciuiliter, propter non aſſi-
ſtentiam legis ciuilis. Aut non habet curatorem, & tunc na-
turaliter,& ciuiliter obligatur, ſed læſus reſtituitur in integrũ,
l.ſi curatorem, C.de reſtit.in integrum.

c *Pupillus, c & quando ex delictis obligetur.*

15 Præmittendum hoc loco, ex omni delicto vtramq. obliga-
tionem,ciuilem, ſcilicet, & naturalem oriri. De ciuili non eſt
dubium, cum certæ pœnæ delictorum à iure ciuili ſint inuẽtæ,
& leges expreſſis verbis ſtatuant, maleficia impunita nõ eſſe
relinquenda, l.ita vulneratus, §.quod ſi quis, ff.ad leg. Aquil.
& cõgruit bono præſidi, purgare prouinciam à malis homini-
bus,vt dicitur in l.congruit, ff.de offic. præſ. De naturali vero
obligatione eſt gl.in §.ius gentium in verb.pœnæ, ſup.de iur.
nat.gent.& ciuili.quæ negat ex maleficio obligationem natu-
ralem naſci, propter defectum conſenſus, ex quo regulariter
oritur.Sed communiter reprobatur à DD.& in l.ex hoc iure,
ff.de iuſtitia,& iure,per text in l.1.ff.de furtis, vbi habetur, le-
ge naturali furtum prohibitum, eſſe,immò etiam in delinquẽ
te conſenſum eſſe affirmant ibi DD.cum delinquendo videa-
tur ſe ad pœnam delicti velle obligare,l.imperatores, ibi, *Ipſe
te huic pœnæ ſubdidiſti*,ff.de iure fiſci.Præterea naturalis obli-
16 gatio,non tantum ex conſenſu,ſed etiam ex naturali æquita-
te oritur quotieſcumque naturalis æquitas, & ius gentiũ ſua-
det,quem obligari,etiamſi non conſentiat, vt in ſententia cõ-
demnatoria,lata contra reum in cauſis,ciuilibus,vbi nõ ſic ex
conſenſu obligatur reus ad ſoluendum debitum,cum iudiciũ
reddatur in inuitum,l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de verbor.obli
gation. ſed potius ex alio capite naturalis æquitatis,quod præ-
cipit,magiſtratui obtemperandum eſſe, l.veluti, ff.de iuſtitia,
& iure.Sic etiam in delictis ſubeſt naturalis æquitas,quæ pro-
hibet delicta,& præcipit neminem lædendum eſſe, facit l.ſi à
reo, §.illud, ibi, *Nam pœnas ob maleficia ſolui, magna ratio
ſuadet*, ff.de fideiuſ. Quod vero ad propoſitam quæſtionem
attinet,de ea eſt text.notab.in cap.1.de delictis puer, vbi dici-
tur: *Pueris grandiuſculis peccatorum nolunt attribuere quidã,
niſi ab annis quatuordecim,cum iam pubeſcere cœperint*, quod
merito crederemus,ſi nulla eſſent peccata: niſi quæ membris
genitalibus admittuntur. Quis verò audeat adfirmare, furta,
mendacia, periuria non eſſe peccata? At his plena eſt pueri-
lis ætas,quamuis in eis non ita, vt in maioribus punienda vi-
deantur. Ideò DD.ita communiter diſtinguunt: Aut pupil-
d lus eſt *d* infans, vel proximus infantiæ, & ex delicto, furto,
homicidio, vel alio non obligatur ad pœnam ſtatutam, l.in-
fans, ff.ad legem Cornel. de ſicarijs, vbi dicitur: *Infans, vel
furioſus, ſi hominem occiderit lege Cornel. non tenetur, cum
alterum innocentia conſilij, alterum fati infelicitas excuſet*,
l.diuus,ff.de offic.præſ.In delictis enim dolus,ſeu propoſitum,
& voluntas attenditur, l.fœdiſſimam, C.ad leg. Iul. de adult.
Sed infans caret tunc intellectu, & ignorat quid agat, vt dici-
tur in l.1.C.de falſis modis, & l.ſed & ſi quemcumq; §.ſed &
ſi infans, ff.ad l.Aquil.& capitulo aliquos, 15.q 1. vbi dicitur:
Quomodo enim reus conſtituitur, qui neſcit quod facit? Aut
e eſt pubertati *e* proximus, & doli capax, & ex furto homici-
dio, & omni delicto tenetur, l.pupillum, ff.de regul.iuris, &
dicta l.ſed & ſi quemcumque, §.ſed & ſi infans, & l.impu-
nitas.

ADDITIONES.

a *Differentia infantis,maioris infante,& proximi pubertati.*
b *Nam in huius alienatione requiritur neceſſaria cauſa, & eius
cognitio, ac decretum magiſtratus, ff.de rebus eorum, & C.de
præd.minor.l.lex quæ,C de adminiſtr.tut.vbi ad mobilia, quæ
ſeruando ſeruari poſſunt,præſertim prætioſiora extenditur, Ti-
raquel.de retract.prox.§ gl.1.& 7.n.99.cum multis ſeq.*
c *Quid ſi maior quatuordecim annis minor tamen vigintiquinq.
Non excuſatur eius delictum. Mitiganda eſt tamen pœna pro-
pter imbecillitatem ætatis,l.auxilium §.in delictis, ff.de min.
Grãmaticus dec.23.Neq poteſt in huiuſmodi delictis dolo ad-
miſſis petere reſtitutionẽ in integrũ Anan.ca.2.de delict. puer.
Quid ſi minor vigintiquinque annis deficientibus probationib.
alijs confeſſus ſit etiam cum iuramẽto,ſe id(de quo agitur)deli-
ctũ admiſiſſe communis interpretum ſententia receptum eſt,mi-
norem eo caſu capite non puniri,& ita Calabriæ iudicatum re-
fert.Gomez.c.1.delictorũ,n.66.quod tamen plerique nõ admit-
tunt.Quid:maior factus poteſtne quis puniri ex eo delicto, quod
cum minor eſſet,admiſit? Minime. Et ita colligitur ex gloſſa
in l.ſciant cuncti, in verbo, moritur, C.de legit.hære.*
d *Infans excuſatur a pœna delicti,quia talis ætas ignorat quid-
quid videt,vt leg.infans, hic laudata quæ ſententia communi
conſenſu interpretum eſt recepta,Placa.1.delictorum.32.*
e *Impubes vt ex delicto puniri poſſit tria requiruntur. Primum,
vt ſit pubertati proximus: ſecundum, vt ſi doli capax tertium,
vt in committendo deliqueret, Nam ſi in omittendo deliquit,
non punitur. Placa delict.cap.32.Igneus in leg.1.§.impubes,ff.ad
Syll.Auguſt.tract. maleficiorum, in verbo,ſcienter, & doloſè.
Quid? ſuperioribus illis caſibus quibus ſcilicet committendo
deliquit, eſt ne capite, vel membri alicuius mutalatione pu-
niendus? Minime. Et ita Gomezius, c.1.delictorum num.60.
Quæ defenſio pupillo proderit, non modo ante ſententiam ſed
& poſt ipſam ſententiam, vt poſt eam detectus minor eſſe non
puniatur.Et ita iudicatum refert Clarus, 5.Sen.§.vlt.q.60.*

Digitized by Google

nitas,C.de pœn.l.impuberem,ff de furtis, §. in ſumma, infra
de obligat.quæ ex de l naſc.excepto adulterio, quod ante pu-
bertatē in ipſum non cadit,l.ſi minor,ff.de adul.De iure enim
18 ciuili maſculus ante decimumquartum annum vxorem du-
cere non poteſt, in princ.ſupra de nup. Et duo copulatiuè re-
quiruntur,ſcilicet, quòd pupillus ſit doli capax, & proximus
pubertati,alias vnum non ſufficeret,vt inquit Ioan.de Anna-
nia,in c.1.de del.puer.Et hoc caſu, licet impuberes ex delicto
19 obligentur,etiam ſine tutoris authoritate, non tamen ita ſe-
uere in eis delicta puniri debēt,ſicut in maioribus, vt eſt text.
in d.cap.1 de delic.puer.& verificatur tunc regula l. ferè,ff.de
reg.iur.vbi dicitur:*Fere in omnibus pœnalibus iudicijs, & æta-
ti, & imprudentiæ ſuccurritur*. Hinc Bal.in l.& ſi ſeuerior,
verſ.ex virgis,nu.10.C.ex quibus cauſis infam.irroga.inquit,
quod pupillus committens homicidium, licet ſit doli capax,
non tamē debeat decapitari,refert.& ſequitur Dec. in d. l.fe-
rè.Idem decernitur de iure Sax.art. 65.libro ſecundò, vbi di-
citur: *Nullus infans, ſeu pupillus in ſua pupillari ætate quid-
quam perpetrare poteſt,quo pœnam capitalem mereatur Si ve-
ro pupillus hominem occiderit, tutor eius pœnam pecuniariam,
ſeu Vvergeldum perſoluat*. Et ita pronunciari ſolet:*Si duo pue-
ri inuicem rixati, ſeu colluctati fuerint, & vnus alterum cul-
tro ita vulnerauit, quòd poſtea ex vulnere interierit, Si delin-
quens puer erit maior vndecim annis, & ſic proximus puber-
tati,ſatiſque prudentiæ,quod animo deliberato, & malitioſo,
& non caſu, ſeu imprudentia maleficium commiſerit: tunc ex
arbitrio iudicis puniri quidem poterit, non tamen capitaliter.
Si vero erit minor vndecim annis,& legitimam ſuam ætatem
nondum compleuerit, vel erit maior, ſed adhuc exilis intelle-
ctus,ſeu ſapientiæ:tūc ob ſuam infantiam, propter commiſſum
delictum, iudicialiter conueniri, ſeu puniri non poterit,&c.*
Adde Dom. Konning.in ſuo proceſſu,c.fin. Hinc,& impube-
res torqueri non debent,l de minore, ff. de quæſt. & Decius
in d l.ferè,ſubijcit, quòd licet adulti, & minores vigintiquin-
que annis in delictis non habeant beneficium reſtitutionis in
integrum pœna tamen quandoque mitigari poteſt, & hoc in
arbitrio iudicis,attenta qualitate perſonæ, & delicti, conſi-
ſtit,l auxiliū,§ in delictis,ff.de minor. & facit tex.in l. ſi adul-
a terium, §. fratres, ff de adult. vbi propter *a* ætatem Imperat.
Claudiæ pœnam inceſtus remiſerūt.Et adite. *Peinliche Halſſ
gerichts ordnung.c.64.von iungen dieben.*

ADDITIO.

a *Quid? ſenectus num excuſat in delictis? Minimè. Nec enim
ſenectute ipſa quis excuſatur a pœna, ſed a qualitate tantum
pœnæ. Etenim ſenex mitius puniendus propter ætatem. Gloſ. in
l.fere in omnibus,ff de regulis iuris. Etiam in atrocioribus de-
lictis:non vt pœna capitis ei remittatur, ſed vt in capitalibus,
mitior quadam imponatur, præſertim ſi ſenex decrepitus, ac
pene delirans. Quod ſi in infantiam plane redactus pœna etiam
remittenda videtur.*

§. Neque autem.

1 *Pupillus,an hæreditatem ſine tutoris authoritate adire poſſit.*
2 *Hæreditas cōtinet vniuerſitatem, commoda, & incommoda.*
3 *Hæres adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum
legatarijs, & creditoribus.*
4 *An,& quando pupillus in iudicio ſine tutoris authoritate eſſe
poſſit,& num.7.*
5 *Cum quibus pupilli iudicium agi debeat.*
6 *Adultus,an ſine curatoris authoritate in iudicio eſſe poſſit.*

*Pupillus, an hæreditatem ſine tutoris authoritate
adire poſſit.*

1 IN hac quæſtione videbatur, diſtinguendum eſſe inter opu-
lentam,& damnoſam hæreditatem, ita quòd ſi lucroſa ſit
hæreditas, pupillus eam adire poſſit ſine tutoris authoritate:
ſecus ſi dubia,vel damnoſa ſit, cum pupillus meliorem poſſit
facere conditionem ſuam ſine tutore, deteriorem verò non
poſſit, vt dicitur in principio tituli noſtri.Contrarium tamen
determinat hic imperator indiſtinctè, videlicet, quòd pupil-
lus ſine tutore non poſſit adire hæreditatem, etiamſi lucroſa
ſit,& opulenta,vt hic,& l.moræ,ff.de acquir. hæred. & l.obli-
a gari,§.pupillus,ff.de author.tut. Quam reg.ampliatè *a* proce-
dere conſtat.I. Siue hæreditas deferatur ex teſtamento, ſiue
ab inteſtato,ſecundum gloſ.hic in verbo,hæreditatem. II. Si-
ue deferatur à iure ciuili,quo caſu dicitur hæreditas,ſiue à iu-
re Prætorio ſucceſſio deferatur, quæ tunc bonorum poſſeſſio
dicitur,vt hic. III. Siue ſit directa,ſiue fideicommiſſaria hæ-
reditas, vt quia hæres rogatus eſt per fideicommiſſum reſti-
tuere hæreditatem pupillo, quo caſu hæres detrahit quartam
Trebellianicam,vt infra, de fideicommiſſ. hære. & ratio aſſi-
gnatur hic,in text.ne pupillus aliquod damnum ex huiuſmo-
di hæreditate patiatur,d l.obligari,§.pupillus, ff. eodem. Eſt
enim hæreditas, ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus
tempore mortis habuit,l hæreditas, ff.de reg. iur. & ſic conti-
net vniuerſitatem,commoda,& incommoda, ita, quòd licet
præſenti ſtatu inſpecto appareat lucroſa hæreditas, poſſit ta-
men ſuccedente tempore emergere æs alienum latens, cum
ſæpè de facultatibus ſuis amplius,quàm in his eſt, ſperent ho-
mines,§.in fraudem,ſupra quibus ex cauſis manumiſſ.non li-
cet.Eſtque hæc ratio ſumpta à communiter accidentibus,leg.
nam ad ea, ff.de legibus: poſſet enim hæreditas adeo opulen-
ta eſſe,quòd prædicta ratione ceſſet, vt eſt gl. hic in verbo, lu-
croſa;ideo alia quoque ratio ſumitur ex d.leg.moræ,ff. de ac-
quiren hæred. Pupillus enim ſine tutoris authoritate obliga-
ri non poteſt,vt ſupra dictum: ſed quælibet hæreditas obligat
3 nos creditoribus,& legatarijs:ergo, &c. Nam hæres adeun-
do hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, &
creditoribus hæreditarijs,§.hæres, infr.de oblig. quæ ex qua-
ſi contract.naſc.& ſit obnoxius omnibus creditoribus, ita vt
non confecto inuentario,etiam vltra vires hæreditatis tenea
tur,d.l.moræ,& l ſi.§ cum igitur,C.de iure delib. Item, adiēs
hæreditatem, ſcire, & intelligere debet cauſam aditionis, an
ex teſtamento,an ab inteſtato,vel ex quo capite ſuccedat, le.
qui hæreditatem,ff.de acquir.hæred.cum ibi not.Pupillus au-
tem,cum hæc non poſſit cognoſcere, ſine tutore non poterit
adire hæreditatem.l.pupillus,ff.de acquir.hæred.

An,& quando pupillus b *in iudicio ſine tutoris
authoritate eſſe poſſit?*

Ad hanc quæſtionem reſpondet gloſ. hic in d. § neque ta-
men ſupra verbo,nec vllum, conſtituendo regulam. Quod
4 pupillus regulariter non poteſt eſſe in iudicijs, neque ciuili-
bus,neque criminalibus,ſine authoritate tutoris, per rationē
tex noſtri,ne ſcilicet patiatur aliquod damnum, vt dicitur in
l.Clarū,C.eo.ne.ex ſua imperitia, vel iuuenili calore,aliquid
vel dicat,vel taceat,quod ſi non fuiſſet prolatum, vel non ex
preſſum,prodeſſe ei poterat. Et ampliatur hæc concluſio pro
cedere.I.Siue pupillus conueniatur in iudicio,ſiue ipſe alios
5 conuenire velit d. l.clarum.Nec enim pupillus integram, ſeu
legitimam poteſt habere perſona ſtandi in iudicio,l. 1 Co.qui
leg.perſ.ſtand.in iud.habeant. II. Ampliatur,quòd ſententia
lata cōtra minorē indefenſum,ſit ipſo iure nulla, d.l.1.C. qui
leg.perſ.&c.Et not.in l.acta,§.ſi.ff.de re iud.& in l.cū, & mi-
nores,C.ſi aduerſ.rem iudicatam:idem ſi pupillus habet tuto-
rem,debet iudicium agi cum tutore,id eſt,eo authore:ſi vero
non habet,tunc debent citari coniuncti ipſius pupilli, cogna-
ti,vel affines, vt dicitur in l.liceat autem,1. ff.quibus ex cauſis
in poſſeſſ.eat.& notatur poſt text.in l.iuſiurandum, quod ex
6 conuentione,§.pupillus, ff de iureiur. III. Ampliatur proce-
dere etiam in adultis, qui ſcilicet compleuerunt decimum-
quartum annum.ſunt tamen adhuc minores vigintiquinque
annis,nam,& hi ſine curatoris authoritate in iudicio, neque
agere,neque conueniri poſſunt,leg.2. C.qui leg.perſon in iu-
dic.ſtandi, &c. Pupillus enim, & adultus habens curatorem
æquiparantur,vt notatur poſt text.in l.ſi curatorem,C.de re-
7 ſtit.in integrum.Limitatur autem prædicta concluſio. 1. Niſi
quid actum,vel pronunciatum ſit in fauorem pupilli. Nam
tunc ſententia lata pro pupillo,vel minore, valet etiam ſi tu-
toris,vel curatoris authoritas nō interuenit, l. non eo minus,
C.de procur.& gloſ.in d.l.1.Cod.qui leg.perſ.in iud. ſtan. &c.
2. Limi-

ADDITIONES.

a *Reſtringitur vero in his caſibus,qui ſequuntur: nimirum, vt pu-
pillus hæreditatem ſine tutoris authoritate adire poſſit, ſi iu-
dex abſentiam tutoris ſuppleat,l.ſi infantis,in fine, Co.de iure
delib.gloſ.in l.bonorum, C.de adminiſtrat.tut. Idem ſi pupillo
(patre viuente) hæreditas ſit delata,l.vlt.vbi Fulgoſ. in §. ſin
autem,C.de bon.quæ liber.Item ſi pupillus inſtitutus ſit ſub con
ditione: poteſt enim pupillus, & ſine tutoris authoritate condi-
tionibus parere,l.conditionibus,5.ff.de cond. & demonſt Idem
ſi ſtatutum hoc ei permittat, Angel.in l.minor,§.rationibus, ff.
de acquir. hæred.*
b *Quid? Adultus num poteſt eſſe in iudicio ſine curatore? Certis
caſibus poteſt:vt in impetratione veniæ ætatis,l.2.C.de his,qui
veniam ætatis impetr.& in crimine adult. leg.ſed maritus, §.
lex.ff.ad leg.Iul. de adul.*

Digitized by Google

a Limitatur in *a* quatuor alijs caſibus enumeratis hic in gloſſ. ſup. verb. nec vllum, de quibus vide Angel. & alios hic, & Hubertum de Bonaccurſio, in tractatu exceptionum, in Rubr. de impedimentis excuſationum,

ADDITIO.

a *Adde, quod poteſt eſſe in iudicio ſine tutore in cauſa momenti. ſine poſſeſſionis, l. momentanea, C. qui legitimam perſ. in iudic. ſtand. hab. vt & in interdicto de libero homine exhib. leg. quod, & lex, ff. de lib. hom.*

§. Tutor autem.

1 *Qualiter, & quando tutoris authoritas interuenire debet, vt pupillus obligetur, & num 2. & 3.*
4 *Tutor, an cogi poſſit ad præſtandam authoritatem.*

Qualiter, & quando tutoris authoritas interuenire debeat, vt pupillus obligetur.

1 PRimo requiritur perſona tutoris, vt ſit *a* præſens, & per ſeipſum, non per nuncium, vel epiſtolam ſuam authoritatem præſtet, vt hic, & l. obligari, §. tutor, ff. eod. Et ratio ſecundum Porc. hic num. 4. eſt, quod præſentia tutoris in dubio excludit dolum, & metum, l. tranſactionem, C. de tranſact.

2 Secundò, quod expreſſis verbis interponant ſuam authoritatem, ſola enim præſentia, & taciturnitas tutoris non ſufficit, l. etiam, cum ibi notatis, ff. eo. & le. 1. § mutus, ff. de tutelis, vbi dicitur, quòd mutus non poſſit eſſe tutor, quia præſtare authoritatem non poteſt. Ad eſſentiam igitur præſtationis authoritatis exigitur ſermo. Ideo nec nutu, vel ſignis authoritas interponi poteſt, ſecundum gloſ. & Doct. in d. l. etiam, ibi, *imo oportet eum loqui*, ff. eodem.

3 Tertiò, quòd ipſo actu, qui à pupillo geritur, ſtatim, & incontinenti authoritas interponatur. Poſt tempus enim, & ex

b interuallo interpoſita authoritas nihil *b* agit, vt hic, & d. l. obligari, §. tutor & l. 2 ff. eo. Paria enim ſunt, aliquid prorſus non

c fieri, vel fieri, ſed non legitimè, l. quoties, ff. qui ſatid. cog. *c*

An tutor compelli poſſit ad præſtandam authoritatem?

4 Ang. hic poſt Bart. in l. ſi tutor, ff. eod. & Salic. in l. fin. C. de adminiſt. tut. in hac quæſt. ita diſtinguunt. Aut quæritur, an in genere cogatur tutor authoritatem interponere, ſeu adminiſtrare? & cogitur, l. 1. ff de adminiſt. tut. Aut in certo actu? & ſubdiſtinguitur. Aut in iudicijs: & quoque cogitur, l. fi. in prio. ff. de admin. tut. iun. l. fi. §. omnem, Co. eod. tit. Aut extra iudicium, in contractibus, ſcilicet, tunc ſi actus euidenter pupillo eſt vtilis, & certum eſt pupillum pati damnum, ſi actus non fiat, & cogitur tutor authorari: ſi verò incertum, & dubitum eſt, an expediat pupillo, tutor non compellitur, ſed conuenietur poſtea actione tutelæ, d. l. ſi tutor. Et quamuis Aldob. hic, num. 22. dicat, hanc diſtinctionem eſſe contra tex. in d. l. ſi tutor, qui indiſtinctè loquitur, tutorem non eſſe cogendum per hanc rationem. Si enim tutor videt hoc non expedire pupillo, iniquum eſſe eum cogi. Si verò vtile eſt, & expedit pupillo, & tutor recuſat, pupillus actione tutelæ hanc omnem iacturam conſequitur a tutore. Tamen prædicta diſtinctio cōmuniter à Doctoribus approbatur, videlicet, quòd ſi conſtet,

d *d* & certum ſit actum expedire pupillo, tutorem tunc cogendum eſſe. Melius eſt enim intacta iura pupillorum ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, vt dicitur in l. fi. C. in quibus cauſis reſtitutio in integrum, &c. & reſpondetur ad tex. in d. leg. ſi tutor, quòd loquatur in caſu dubiu.

ADDITIONES.

a *Quid ſi pupillus ſub hac conditione contraxerit prædium illud meum tibi emptum eſto, ſi tutori meo placuerit? Emptio non ſubſiſtet. De quo vide le. & ſi conditionalis 8 ff. de auth. tut. Nā authoritas purè non conditionaliter interponenda.*

b *Niſi poſt modicum tempus intercedat, arg. l. ſi quis mihi, §. ſuſſum, ff. de acquir. hered. Ratio? Ea videntur ineſſe, quæ incontinenti ſiunt, l. lecta, ff. ſi certum petatur.*

c *Aliud eſt in confirmatione principis, quæ ſequi poteſt. Alber. in lege magis puto num. 2. de rebus eorum, per l. 2. Co. quando decr. opus non eſt. Item in conſenſu domini in alienatione feudi, Iacob. de feud. verb. & cum pacto, num. 19. Iſern. & Doct. ca. 2. de prohi. feud. alien. per Fred. Num idem in alio conſenſu, qui requiritur ad integrandam perſonam, vide latè Tiraquel. de leg. connub. in fin. verb.* conſentement, *gloſſ. 4. per totum titulum.*

d *Author pupillo ſuo fieri tutor cogitur extra iudicium, ſi ægritis ſit atque euidens pupilli contrahentis vtilitas: ſecus, ſi dubia, & incerta.*

§. Finalis.

1 *Tutela durante, ſi inter pupillum, & tutorem lis oriatur, quis tunc author fieri debeat.*
2 *Tutela durante an pupillus tutorem conuenire poſſit.*
3 *Quando creditor, vel debitor tutor eſſe poſſit.*
4 *Pupillus in aliquo actu læſus ſemper habet beneficium reſtitutionis & num. 7.*
5 *Reſtitutio quid.*
6 *Minores habent beneficium reſtitutionis in integrum, nu. 8. 9. & 10.*
11 *Quæ requirantur, vt reſtitutio in integrum locum habeat, & num. 12. 13. 14. 15. 16. & 21.*
17 *Reſtitutio quando petenda, & num. 20.*
18 *Annus continuus quis dicatur.*
19 *Annus vtilis.*
22 *An & quæ res pupilli, & minoris à tutore, & curatore alienari poſſint, & num. 23. & 24.*
25 *An res immobiles pupilli tranſactionis ratione, per mutatione, vel alio modo transferri poſſint.*
26 *An propter debitum fiſcale.*
27 *An eiuſmodi alienatio ſine decreto iudicis facta teneat, & quomodo res alienata vendicentur.*
28 *Quando res pupilli ſine decreto iudicis alienari poſſint, num. 29. & 30.*
31 *An res minorum immobiles propter æs alienum, & quibus interuenientibus alienari poſſint, & num. 32.*
33 *Quæ remedia pupillis dentur, rebus ipſorum non legitime alienatis.*

Quando durante tutela inter pupillum, & tutorem lis oritur, quis tunc debeat author fieri?

1 REgula iuris ciuilis eſt, tutorem in *a* rem ſuam authorem

a fieri non poſſe, l. 1. in princ. ff. eo. Ideo hoc caſu, ne tutor in eodem negotio ſit actor, & reus, datur pupillo in locum tutoris curator ad litem, de quo tit. C. de in lit. dan. tut: qui finito iudicio deſinit eſſe curat. tex. eſt hic. Limitata enim cauſa, limitatū producit effectum, & ceſſante cauſa, ceſſat effectus, c. cum ceſſante, de appellat. De curatore ad litem eſt tex. in art.

2 43. & 47. *Landrecht* lib. 1. An autem durante tutela pupillus tutorem conuenire poſſit, communiter ita diſtinguitur. Aut non erat verus, ſed putatiuus tutor, & ſtatim cōueniri poteſt pro tota adminiſtr. l. 1. §. finito, ff. de contraria, & vtil. act. tut. Aut erat verus tutor, tunc ſi cauſa pendet à tutela, non poterit conueniri tutor, niſi finita tut. niſi finita, ff de tute & rat. diſtra. Licet hodie ſecus ſit per conſtitut. Caroli V. de qua in fi. præced. tit. diximus. Aut quæritur de alia actione, quam de ea, quæ ex adminiſt. oritur, & poterit tutor durante tutela conueniri, & debet pupillo dari curator ad litem, vt hic, niſi habeat plures tutores, nam tunc authoritate tutoris, abſque curatore ad litem pupillus agere, & cōueniri poteſt, l. 1. C. de in lit. dan. tut. & l ſi plures, ff de teſtam. tut. Quod eſt verū de iure veteri, quo poterat inter pupillum, & tutorem eſſe lis, ſecus

b autem hodie, cum debitor, *b* vel creditor pupilli, non poſſit

3 eſſe tutor pupilli. Auth. minoris, C. qui da. tu. poſſ. I. Niſi ſit debitor in modica quantitate, ſec gl. & DD. hic. II. Niſi ſit mater, vel aua, Auth. ad hæc, C. quādo mulier tut. offic. fungi poteſt. III. Niſi ſit tutor teſtamētarius, & teſtator ſciebat eū eſſe debitorem, vel creditorem, ſecundū DD in d Auth. minoris. Nā in his caſibus etiam hodie habet locū diſpoſitio, §. noſtri.

Quando authoritas tutoris in aliquo actu interuenit, & pupillus eſt læſus, an, & qualiter ei ſuccurratur?

4 Circa hanc quæſtionem conſtituenda eſt generalis concluſio: quod pupillus in aliquo actu læſus, ſemper habet beneficium reſtitutionis in integrum, de quo eſt tit. in ff. & Co. de reſtitutione in integrum, cum pluribus aliquot titul. ſequ.

Eſtque

ADDITIONES.

a *Vide tamen l. ſi pactum, in fine, ff. de manumiſſ. vindic. leg. ſiſtulas, §. 1. ff. de contrah. empt. Soc. reg. auctorari. 35.*

b *Creditores, & debitores pupilli, an, & qui tutores eius eſſe poſſint. Adde Nouellam, vt hi qui obligatas perhibent ſe habere res minor. 1. §. 1. & §. 1. ff. de ſatiſd. tut. l. de creationibus, Co. de Epiſcop. audient.*

Digitized by Google

5 Eſtq; *a* reſtitutio, in priorem ſtatum repoſitio, vt integrum
a ſuum ius læſus recipiat, l. quod minor, §. reſtitutio, ff. de minor.
6 Et ampliatur hæc concluſio procedere. I. Non tantum in pu-
pillis, ſeu impuberibus, ſed etiam adultis, qui ſcilicet comple-
uerunt decimumquartum annum, nondum autem exceſſe-
runt vigeſimumquintum annum, qui dicuntur in iure mino-
res. Cum enim conſtet fragile & infirmum huiuſmodi ætatis
eſſe conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorum-
que inſidijs expoſitum: Prætor naturali æquitate motus, hoc
auxilium minoribus introduxit, vt dicitur in l. prima, ff. de
7 minoribus. II. Ampliatur, ſiue tutoris, aut curatoris authori-
tas interueniat, ſiue non ſemper pupillus læſus reſtituitur in
integrum, toto tit. C. ſi tutor, vel curator interuen. III. Siue in
8 iudicio, ſiue extra iudicium, præſente, vel abſente tutore, vel
curatore minor circonueniatur, beneficium reſtitutionis ei
conceditur, text. eſt in l. ſecunda, C. ſi tutor, vel curator inter-
9 uen. & tit. C. ſi aduerſus rem iud. IV. Licet minores per actio
nem tutelæ, a tutore, vel curatore male adminiſtratæ, ius ſuũ
conſequi poſſint, nihilominus tamen hoc beneficium reſtitu-
tionis eis conceditur, l. tertia, C. ſi tut. vel cur. inter &c. Sic au-
xilium ordinarium cum extraordinario concurrit, neque
minor eligendo vnam viam, in alia ſibi præiudicat, l. fin. C. ſi
10 tut. vel curat. &c. V. In delictis culpa commiſſis ſuccurritur
minoribus, non autem dolo commiſſis. Maiorum enim mo-
res infirmitas animi non excuſat, vt dicitur in l. prima, Cod. ſi
aduer. delict. & l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, & l. auxilium,
§. in delictis, ff. de minor. De quo videre plenè Mainer. in l. fe-
rè in omnibus, ff. de regul. iuris. Ad hoc autem, vt reſtitutio
11 in integrum locum habeat, plura ſunt neceſſaria. 1. Quod pe-
12 tens reſtitutionem fuerit minor tempore læſionis, d. l. 1. ante
fi. ff. de minor. licet aliquando etiam maioribus ex iuſta cauſa
reſtitutio conceditur, ex clauſula, ſcilicet illa generali. Si qua
iuſta cauſa mihi videbitur, de qua in l. prima, & toto tit. ff. ex
quibus cauſis maior. in integrum reſtitut. 2. Quod ſit circum-
13 uentus, vel læſus, l. 2. ibi, *ſi circumuenti ſunt*. C. ſi tut. vel cu-
b rat. inter, &c. 3. Quod enormiter ſit *b* læſus: nam pro minima
læſione reſtitutio non conceditur, l. ſcio, ff. de reſtitutione in
integrum, vbi Bart. inquit: *In his quæ contra commune conce-*
duntur, de minimis non curatur. Hinc dicitur: *Prætor de mini-*
mis non curat. facit capit. penultimo, ibi, *enorme diſpendium*,
15 extra de rebus Eccleſiæ non alienan. 4. Quod minor ex pro-
prio ſuo contractu, & facto læſus ſit: ſecus ſi ex contractu ſui
anteceſſoris. Filius enim non reſtituitur contra contractum
quem pater ſuus celebrauit, licet pater enormiter in eo fuerit
læſus, vt notatur poſt text. in l. Æmilius, ibi, *quod pater eius,*
non ipſe contraxerat, ff. de minor. & l. ea quæ, C. de teſtament.
milit. vbi Bald. inquit: *Priuilegium ſucceſſoris non reſcindit fa-*
ctum legitimum anteceſſoris. 5. Vt intra legitimum tempus pe-
16 tant reſtitutionem in integrum. Dum enim eſt minor, toto
tempore minoris ætatis reſtitutionem petere poteſt. Sed ma-
17 ior factus, olim intra annum vtilem, hodie verò intra qua-
driennium continuum reſtitutionem petere debet, poſtea
non auditur, l. fin. & toto tit. C. de temp. in integrum reſtitu-
tionem. Ad cuius intellectum ſciendum, quod annus alius di-
18 citur continuus, alius vtilis. Continuus dicitur, qui continuò
currit diebus feriatis, & non ferialis, in præſentia, & abſentia,
ſiue ſit copia iudicis, ſiue non, vt eſt gloſ. in d. l. fin. Et conſiſtit
annus continuus 365. diebus l. ita vulneratus, § æſtimatio, ff. ad
leg. Aquiliam. & l. 4. §. Sticus, ff. de ſtatu liberi. Annus vero vti-
lis etiam conſtat 365. diebus, ſed non computantur dies feria-
ti, neque currit diebus feriati, & illis quibus impeditur quis ge
rere, ratione abſentiæ, vel quia iudicis copiam habere non po-
teſt, ſecundum gloſſam, & Doctores, in l. fi. & rurſus, infra de
actionibus, & in Clem. 1. in verbo, continuum, de reſtitutione
in integrum. Et olim intra annum vtilem petenda erat reſti-
20 tutio: hodie vero loco anni vtilis, conceditur integrum qua-
driennium continuum ad petendam reſtitutionem. Ita, quod
minor læſus, factus iam maior vigintiquinque annis de iure
communi, poteſt petere reſtitutionem, vſque ad vigeſimum-
nonum annum ætatis ſuæ completam, d. l. fi. Sed quia de iure
Saxonico, is, qui vigeſimum primum annum compleuit dici-
tur maior, artic. 4. lib. 1. ſequitur: quod tantum vſque ad vige-
ſimum quintum annum reſtitutionem petere poteſt, poſtea
21 non auditur. 6. Quod minor factus maior, non habuit ratum,
quod in minori ætate geſſit. Si enim ratum habuit, ſiue taci-
c tè, qua paſſus eſt labi quadriennium, *c* ſiue expreſſe, quia ipſo
facto, vel verbis expreſſis approbauit geſta in minori ætate,
reſtitutio ei non conceditur, vt toto tit. C. ſi maior factus ra-
tum habuerit, &c.

An tutor, & curator res pupilli, & minoris
alienare poſſit?

22 In hac quæſtione diſtinguitur inter res mobiles, & immo-
biles. Primo caſu ſubdiſtinguitur: Aut ſunt tales res mobi-
les, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt gemmæ veſtes, aurum
& argentum factum, ceteraque mobilia pretioſa, & reliqua
ſupellex, & tutor regulariter ſine decreto iudicis eas aliena-
23 re non poteſt. Aut ſunt tales res, quæ ſeruando ſeruari ne-
queunt, vt veſtes detritæ, animalia ſuperuacua, & ſimiles, &
d hæc *d* per tutorem etiam ſine decreto iudicis alienari poſſunt,
l. lex quæ tutores, in princip. iunct. verſ. quod in veſte, §. fi. C.
de adminiſtr. tut. in l. fin. C. quando decreto opus non eſt. Sic
quoque fructus ex bonis minorum immobilibus percepti, vt
vinum, oleum, frumentum, &c. ſine decreto iudicis diſtrahi
poſſunt, iuſto pretio tunc currente in loco vbi alienantur, tex.
eſt in l. fin. Cod. de adminiſtr. tut. Quem Salic. ibi multum
notare iubet, ad hoc, quod tutor non habet neceſſe ſeruare
fructus, donec plus valeant, nec ad alium locum, vbi plus
valent mittere.
24 Secundò caſu firma traditur concluſio, Res minorum im-
e mobiles ſine decreto *e* iudicis alienari non poſſe, neque per
pupillum, neque per tutorem, neq; per curatorem. Lex enim
prohibet huiuſmodi alienationem, vt conſtat ex toto titulo,
C. de præd. & alijs rebus minor. ſine decret. non alien. & l. pri-
ma, iuncta, l. magis puto, ff. de rebus eorum, qui ſub tutela, vel
cura ſunt & d. l. lex quæ tutores, § 1. iuncto §. nec vero domũ,
C. de adminiſtr. tut. vbi dicitur: *Præcipimus, vt hæc omnia nul-*
li tutorum, vel curatorum liceat vendere, ſubijcitur ibi, nec ve-
ro domum, vendere liceat, in qua defecit pater minor creuit, in
qua maiorum imagines, aut non videre fixas aut reuulſas vide-
re, ſatis lugubre. Hinc Andr. de Iſern. in §. ſed & plures, per
quos fiat inueſtitura in vſibus feudorum, num. 9. dicit. *Me-*
lius eſt habere bona paterna quam eorum pretium, quia pecu-
25 *nia, fragilis eſt, &c.* Et ampliatur hæc concluſio, vt non ſo-
lum huiuſmodi res per venditionem alienari prohibeantur,
ſed neque tranſactionis ratione, neque permutatione, multo,
f minus donatione, vel alio *f* quoquo modo, ſine decreto à do-
mino pupilli transferri poſſunt, vt eſt textus in l. non ſolum,
C. de prædij minor, &c. Immo nec pignori obligari, ſeu hy-
pothecari poſſunt, d. l. 1. in princip. ibi *obligatione alienari* ff.
de rebus eorum, qui ſub, &c. Et per Rub. C. de prædijs minor.
& facit textus in l. ſancimus, C. de rebus alien. non alienand.
vbi eſt textus, quod prohibita alienatione non ſolum domi-
nij tranſlatio prohibita intelligatur, ſed & pignoris obli-
gatio, vſusfructus, & aliarum ſeruitutum conſtitutio.
26 II. Ampliatur, quod nec propter debitum fiſcale res mi-
norum immobiles alienari poſſent, leg. finali, Cod. de prædijs
27 minor. III. Ampliatur, quod huiuſmodi alienatio facta ſi-
ne decreto iudicis, contra prohibitionem legis non teneat,
ſed ipſo iure nulla ſit, dicta leg. lex, quæ tutores, § finali, ibi,
vendo-

ADDITIONES.

a *Idem infra, § rurſus, tit. de actionibus, vbi de reſciſſoria actione reſcindente, & reſciſſorio.*

b *Minor in omnibus, quæ geſſit, ſi enormiter ſit læſus, ob ſuã facilitatẽ vel aduerſarij calliditatem ſiue in faciendo, ſiue in omittendo, ſiue in lucro, ſiue in damno reſtituitur, l. quod ſi minor, §. non ſemper, l. ait prætor, § vlt. ff. de minoribus. Quia ſi cum vetula matrimonium coniunxit: Non videtur reſtituendus, arg. l. ſancimus nuptias, C. de nuptijs, & ita Speculator tit. de reſt. in integrũ, § qualiter, verſ. ſi quis contrahat.*

c *Quo excluditur hoc beneficium reſtitutionis extraordinarium. Nam in ordinario, vt in contractu nullo propter defectum decreti, vel ſimilem cauſam requiritur quinquennium in donatione, decennium, vel vicennium, leg. vlt. C. ſi minor fact. de qua Menoch de remed. recuper. 15. num. 143.*

d *Vt molæ aquis innatantes. Mobiles enim cenſentur, Caſtr. l. ſummum, ff. de damn. Interpretes in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tut. Idem ſi molæ ſolo cohæreant, multis tamen inundationibus obnoxia, Angel. in l. non ſolum, ff. de petit. hered. per l. verum, § ſi locupletis, ff. de min. Idem in ſimilibus rebus tempore perituris, argum. l. Ariſto. ff. de iure delib.*

e *Vide tractatum Simoncelli de decretis cæteriſque ſolemnitatibus in contractibus minorum aliorumve his ſimilium adhibendis, vbi hæc omnia ſpeciatim tractat.*

f *Quid ſi minor contrahendo iurauerit, poſſitne aduerſus eum actum reſtitui? Vide Gail. 2. Obſeruat. 4. Simonc. d. tract. lib. 3. in 8. inſpect. 18.*

vẽditio tutoris ſine interpoſitione decreti, nulla ſit. Ita quod ad
reſcindendam alienationem, non ſit opus reſtitutionem in in
tegrum, l.2.& l.ſi quidem, C.de prædijs min. Sed manent res
immobiles in dominio minorum, d.l.ex quæ tutores, §.ergo
& domus, C.de adminiſtr tut.& l.ſi quidem, & l.ſi prædium,
in princ.ibi, *dominium eius a te diſcedere non potuit.* C.de prę-
dijs minor.&c. Ita quod res traditę poſſint per rei vendicatio-
nem, (quæ ſoli domino competit, l.in rem, ff.de rei vendic.)
vendicari, d.l.non ſolum, in fi.& d.l.ſi prædium, in princ. d.l.
magis puto, §.manet, ff.de rebus eorum, qui ſub tut. &c. Sed
hoc caſu minor vendicans prædia non iure alienata, tenetur
reſtituere pretium, quatenus probatur in vtilitatem eius ver-
ſum, l.prædiorum, & d.l.non ſolum, & l.vtere, & d.l ſi prędiũ,
C.de prædijs mino. Limitatur autem prædicta concluſio non
28 procedere. 1 Quando pater in teſtamento cauit, huiuſmodi
res alienandas eſſe: nam nunc ſine decreto iudicis, ex paterna
diſpoſitione, & voluntate rectè alienantur, l.1.& l.3. C.quan-
do decreto iud.opus non eſt, & l.1.in princ. ff.de rebus eorum,
&c. Sed hoc caſu non ſufficit, quod pater in vita ſua habuit eas
res venales, ſed neceſſe eſt, vt expreſſè hoc in vltima volunta-
te patris ſit diſpoſitum, d.l.1.§.ſi defunctus, ff.de reb.eorum,
29 &c. 2. Limitatur, vt prohibiti alienationis rerum minoris ſine
decreto, non extendatur ad alienationes neceſſarias, vt in cau
ſa iudicati, vel executionis res minorum captæ, & diſtractæ
ſunt, dabitur tamen tunc læſo ex cauſa reſtitutio in integrum,
30 l.1.Co. de prædijs minor. 3. Licet minor maiorem, vel alium
a minorem ad diuiſionem *a* prouocare non poſſit, tamen mi-
nor prouocatus à maiore ad diuiſionem rei immobilis com-
munis, ſine decreto eam alienare, & titulo diuiſionis in maio-
rem transferre poteſt, l.1.§.ſi communis, ff.de rebus eorum,
31 qui ſub tut.&c. & l.inter omnes, C.de prædijs minor. 4 Res
minorum immobiles propter vrgens æs alienum, quando a-
b liunde exſolui non *b* poteſt, præcedente cauſæ cognitione, cũ
decreto iudicis alienari poſſunt, d.l.ex quæ tutores, §.1.ibi *per
inquiſitionem iudicis, & probationem cauſæ, interpoſitionem-
c que decreti,* & d.l.magis puto, §.non paſſim. Nec enim paſſim
tutoribus, ſub obtentu æris alienis alienatio permitti debet.
Sed plura ad hoc, vt valeat alienatio rei immobilis, ſunt ne-
32 ceſſaria. I. Vt ſit vrgens æs alienum, vel alia vrgens cauſa alie-
nandi: intercedente tamẽ debet cauſæ cognitio, & decretum
iudicis, l.ob æs, C.de prædijs minor, & d.l.magis puto, §.non
paſſim, ibi *ſi modo vrgeat creditor,* & §.non paſſim, ff.de rebus
eorum, qui ſub, &c. II. Quod debitum pupilli, ex alijs bonis mo
bilibus non poſſit ſolui in d.§.non paſſim, vbi dicitur, quod iu-
dex excutere debet, an aliunde pecunia poſſit ad extenuandũ
ęs alienum expediri. III. Quod hoc liqueat iudici per diſcuſ-
ſionem bonorum, d.l.magis puto, §.non paſſim, & §.imprimis
vbi dicitur. *Qui iudex imprimis requirere debet eum, qui ſe in-
ſtruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus, vel curatori-
bus credat qui nonnunquam lucri ſua cauſa aſſeuerare Prætori
ſolent, neceſſe eſſe diſtrahi poſſeſſionem. Requirat ergo neceſſa-
rios pupilli, qui notitiam rerum pupillarium habeant, & ſi nemo
inuenitur, aut ſuſpecti ſunt, qui inueniuntur, iudici debent eds
rationes, &c.* IV. Vt vendatur res minus damnoſa, d.l.magis
puto, §.ite prætor, ibi, *ſed ſi ſit alia poſſeſſio minor, vel minus
vtilis pupillo.* V. Quod pro paruo debito non vendatur res ma
gna, d.§.Item prætor, ibi, *ne propter æs alienum modicum poſ-
ſeſſio magna diſtrahatur.* VI. Vt interueniat tutoris authori-
tas, l.neque, & l.eum qui, Cod.de authoritate præſtand. VII.
Quòd omnia iſta præcedant decretum iudicis, & illis præce-
c dentibus interponatur tum decretum, *c* vt not.in d.l lex, quæ
tutores, & d.magis puto. VIII. Quod poſt decretum interue-
niant ſubhaſtationes & plus offerenti vendatur, ſecundum
ſpec.de emptio. & vend.§.nunc dicendum, verſ. hoc quoque
num.4.vide omnino Matth de Afflict decis.249. Et prædictis
33 non interuenientibus nulla erit alienatio, nullumque decre-
tum, & datur pupillo, non ſolum actio perſonalis contra tuto
rem, ſed etiam realis, ad rem ipſam non legitimè alienatam
vindicandam, text.eſt in d.l.magis puto, §.ſi æs alienum, & §.
manet actio. Sed quando decretum legitimè eſt interpoſitũ,
valet & tenet alienatio. Si tamen minor læſus ſit, etiam cõtra
alienationẽ cum decreto iudicis factam, reſtitutio in integrũ
ei cõceditur, tex.eſt in d.l.ſi quidem, in fi.C.de præd. min &c.

A D D I T I O.

a *Adde l.ſi pupillorum, l. qui neque, infra de reb.eor.*
b *Cur ita? Cum minor prouocatur ad diuiſionem ex neceſſitate, non e ſuo facto alienare intelligitur, gloſ.in l.& ideo, ff.de cond. furt. Adde Simoncellum d.loco, lib.3.tit.4.inſpect.2.*
c *De ſolemnitatibus, & requiſitis decretis, & officio iudicis in eo interponendo, vide Simoncellum tract.de decret.lib.1.tit.1.& l.orationis, C.de curat.furioſ.l.1 ff.de reb.eor.*

QVIBVS MODIS TVTELA finiatur.

TITVLVS XXII.

In princip. Tit.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Pubertate finitur tutela, & quomodo pubertas æſtimetur ſecundum ius commune.*
3 *Finita tutela quid tutori faciendum.*
4 *Pubertas quomodo æſtimatur ſecundum ius commune feudale,* vnd nach Land, vnd Vveichbild Recht.
5 *Pubertas quomodo probetur.*
6 *Honeſtatis, & pudoris ratio in maſculis, & feminis habenda.*
7 *De iure ciuili maior in femina, quam maſculo requiritur caſtitas,*

1 HActenus dictum eſt. quid ſit tutela, quot eius
ſunt ſpecies, & quæ ſit tutorum authoritas. Se-
quitur tunc quomodo hæc poteſtas, ſeu autho
ritas diſſoluatur, & ſic quot modis expiret tu-
tela, & concordat tit. in C. quando tutor. vel
curat.eſſe deſinant. Primo itaque finitur puber
a tate, *a* quæ in maſculo incipit tranſacto decimoquarto anno,
in fœmina duodecimo. Nec ſufficit decimumquartum, vel
duodecimum annum eſſe inceptum, ſed requiritur totum eſ-
ſe completum, & tunc ipſo iure, ſine ſententia, vel alio facto
hominis, finitur tutela. vt hic, conſiderata dictione, *Illico*, ſe-
3 cundùm Angelum, & alios hic. Prudentis tamen tutoris eſt
finita ſic tutela, petere curatores puberi facto, vel eum admo-
nere, vt curatores petat: niſi enim hoc fecerit, à periculo tu-
telæ non liberatur, & ſi quid ex rebus minoris vſque ad an-
num vigeſimumquintum perierit, tutoris damno, & pericu-
lo perit tex.eſt in l.ita autem, §.ſi tutor, ff.de adminiſtr.tut.&
4 l admone eam, C.qui pet tut. Idem de iure communi feudali
ſtatutum eſt. §.Prætereà, de prohibit.feud.alien per Fridric.in
vſibus feudorum. Et de iure Saxonico, *Iſt Zu Land vnd Vvei-
chbild Recht.* Vt plures dicatur maſculus, qui 14.& fœmina
quæ 12.ann. compleuit, de iure verò feudali, qui ann.13.&
6.hebdomadas exceſſit, text.eſt gloſ.ibi, *Lehenrecht* cap.26 &
gl in *Vveichbild.* art.26. Et notandum eſt ex principio tituli
5 noſtri, quod pubertas non debet probari per turpem aſpectum
corporis, vt hic, & l.fin. Cod.eodem. Vnde etiam reprobanda
conſtitutio iuris Saxonici, in art.42.lib.1. quæ etiam de con-
6 ſuetudine non ſeruatur. Qualiter etiam ætas probanda ſit, vi-
de ordinariam differentiam Bartol. in l.de ętate, ff.de minor.
Item notabiti ex princip. tituli noſtri, quod honeſtatis, & pu-
doris ratio habenda eſt, tam in maſculis, quam in fęminis, vt
7 hic, & d.l fi.& ita caſtitas in maſculo requiritur, ſicut in fęmi-
b na. De iure tamen ciuili *b* in fœminis, quoad infamiam, ma-
ior requiritur caſtitas, quam in maſculis. Quia fœmina de-
c prahenſa in coitu illicito, efficitur infamis, *c* quod non ſtatui-
tur in maſculo, vt eſt gl. poſt text.l.palam §.quæ in adulterio,
ff.de ritu nuptiar. Et in mulieribus caſtitatis obſeruatio, præ-
cipuum debitum eſt, vt dicitur in l.ſi qua illuſtris, C.ad Orfi-
ciam. Porrò de hac quæſtione, quando gl hic in verb.habitu,
mouet, an iudex ſecundum allegata, & probata, an ſecundum
conſcientiam iudicare debeat. Vide Doctores, hic Bartol.&
alios in l.illicitas, § veritas, ff.de offic.præſid.Cin.l.vnica, C.vt
quæ deſunt aduocat.& Doctores in l.ſiue noſtrum, ff.de in li-
tem iuran.& in §.ſi minus, infra de actio. Canoniſt. in capit.1
de offic.ord.

§. Item

A D D I T I O N E S.

a *Vide tamen Gaylium.2.Obſeru.96. vbi multis probat, adminiſtrationem tutoris ex conſuetudine, non pubertate finiri.*
b *Etiam Canonico cap.penult.& c.vlt.32.q.6.*
c *An iure Saxonico, cum text.dicat,* Sie Krene Ketihre Erbe. *text.art.5.numero ſecundo, & ibi gloſ.ſub littera y, & num.6. item art.21.* Land. *lib.1.*

Digitized by Google

§. Item finitur.

1 *Arrogatione.*
2 *Deportatione pupilli*
3 *Seruitute.*
4 *Captiuitate pupilli, vel minoris.*
} *finitur tutela.*

1 SEcundò, finitur tutela arrogatione, quando pupillus cum
a conſenſu tutoris *a* arrogatur, tunc enim ſubijcitur poteſtati arrogatorijs: & ſic de ſtatu ſui iuris tranſit ad ſtatum alieni iuris, vt hic, & l. ſi arrogati, ff. de tutelis.

2 Tertiò, Deportatione pupilli, quando propter crimen commiſſum in inſulam deportatur, vt hic, & dicta l. ſi arrogati, deſinit enim tunc eſſe ciuis, §. minor, ſupra de capitis diminutione. Et habetur ſupra eodē. Ideò diſſoluitur tutela, quæ à lege ciuili eſt inducta, vt ſuprà circa definitionē tutelæ dictum eſt.

3 Quartò, Seruitute, *b* quando pupillus libertus propter in-
b gratitudinem reuocatur in ſeruitutem, vt hic, & in dicta l. ſi arrogati.

4 Quintò, Captiuitate pupilli, vel tutoris: tutor enim datur perſonæ liberæ, vt ſupra circa definitionem tutelæ dictū eſt.
c Ideò ſi *c* pupillus capiatur ab hoſtibus, exſpirat tutela, & datur interim curator bonis captiui, vt not. hic, & in d. l. ſi arrogati. Idem ſi tutor capiatur, quia & is debet eſſe homo liber, vt hic, & d. l. ſi arrogati, & §. ab hoſtibus, cum ibi not. ſupra de Attil. tut.

ADDITIONES.

a *Aut tutorum omnium, ſi plures habet, l. vlt. C. de auth. præſtan*
b *Pupillus poteſt redigi in ſeruitutem ſi ſit doli capax, & delinquat l. impuberem, ff. de furt. l. ſi minor, l. ſtuprum, in fine, ff. de adult. At non poteſt eo modo ſe in ſeruitutem redigere ſeipſum vendendo, § penult. ſup. de iur. perſon. aut ſi delinquat non doli capax, l. ſi quis, ff. de inoffic. teſtam.*
c *Pupillo capto ab hoſtibus datur bonis pupilli cū tutore curator, l. ſi arrogati, ff. de tut. Capto verò tutore, alius tutor dandus eſt, §. ab hoſtibus, ſupra, de Attil. tutore.*

§. Sed, & ſi.

1 *Tutela finitur adueniente conditione, vſque ad quam tutor datus fuit.*

1 SExto, adueniente conditione, vſque ad quam datus tutor
a erat à teſtatore, *a* exſpirat tutela, veluti, ſi dixit teſtator; *Do tutorem filijs meis Titium, quouſque Titius Conſul factus fuerit*, vt hic, & notanter dicitur, a teſtatore, quia à iudice ad certam conditionem tutor dari non poteſt, § ad certum, cum ibi not. ſup. qui teſt. tut. da poſſ.

ADDITIO.

a *Cur dixit, à teſtatore? Quia tutor legitimus, aut datiuus non fit ſub conditione, l. actus, ff. de reg. iur.*

§. Simili modo.

1 *Tutela finitur morte naturali, tam tutoris, quàm pupilli.*
2 *Tutela, an tranſeat ad heredem.*

1 SEptimò, Morte naturali, *a* tam tutoris, quàm pupilli tute-
a la finitur, vt hic, & l. ſi finita, ff. de tut. & rat. diſtinct. Mors enim omnia ſoluit, §. deinceps, in Auth. de nupt. Et de morte
2 pupilli non eſt dubium. Idem quoque de morte tutoris dicendum eſt. Licet enim pupillus tunc alium habebit tutorem, tamen tutela hæreditario iure ad hæredem tutoris defuncti nō tranſit, neque hæres vllus in tutela ſuccedit, & quamuis legitima tutela deſcendat ad liberos tutoris defuncti, tamen non illa tutela deſcendit, quæ erat penes patrem, ſed filius tamquam agnatus, habet ex ſua propria perſona nouam tutelam, ad quam filius à lege vocatur, vt proximus agnatus, l. tutela. & ibi Bart. ff. de tutel.

ADDITIO.

a *Et exemplo mortis naturalis, ingreſſus monaſterij, l. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

§. Sed & capitis.

1 *Tutela perit capitis diminutionem.*

1 OCtauò, Capitis diminutione *a* tutela perit, vt hic, & in
a pupillo quælibet capitis diminutio, ſiue maxima, ſiue media, ſiue minima tollit omnes tutelas, vt hic in fin. In tutore verò ſecus eſt: quoniam per duas priores tutor quis eſſe deſinit, vt per maximam ſeruitutem, ſcilicet, quia ſerui non poſſunt eſſe tutores, l. in ſeruili, Co. qui da. tut. poſſ. Item per mediam, vt deportatione: quia deportatus deſinit eſſe ciuis, & amittit iura ciuilia, d. §. minor, ſup. de cap. dim. Per minimam verò capitis dimioutionem tutoris, tollitur quidem legitima agnatorum tutela, quæ ex leg. xij. tab. deſcēdit. Agnatio enim perit minima capitis dimioutione, §. fin. ſup. de legat. agn. tut. Ceteræ verò tutelæ, datiua ſcilicet, & teſtamentaria, non extinguuntur propter tutoris minimam capitis diminutionem, vt not. poſt text. per Aldobr & alios hic.

ADDITIO.

a *Qua bannito continetur, l. ſi tutor, ff. de tutel. & rat. diſtrah.*

§. Præterea.

1 *Tutela temporalis finito tempore exſpirat.*
2 *Quomodo finiatur.*
3 *Pœna finito tempore ipſo iure exſpirat.*

1 NOnò, Temporalis tutela finito tempore, ad quod datus eſt tutor teſtamēto exſpirat, vt hic, & d. l. ſi arrogati. Limitata enim cauſa limitatum producit effectum, l. age, Co. de
a tranſact & permiſſa *a* ad tempus, poſt tempus cenſentur pro-
2 hibita, l. ſi ita quis, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Et licet text hic dicat, quod finito tempore tutores deponant tutelam, tamen non requiritur ad hoc factū hominis, ſed ipſo iure finitur tutela, vt poſt alios admonet hic. Aldobrand. adducens ſimilem differentiam: *Quod pœna ad tempus impoſita, finito tempore*
3 *exſpirat.* Vnde relegatus ad biennium extra ciuitatem, finito biennio redire poteſt, abſque alia licētia Principis, l. e. Imperator. ff. de poſtul. & Bald. in proœm. Digeſt. §. hæc autem tria.

ADDITIO.

a *Contra: Prohibitum ad tempus, poſt tempus permiſſum intelligitur, l. 8 ff. de poſtulando. Sic prohibitus in vno, in alijs admiſſus intelligitur, l. qui teſtamento, 20, §. eum qui. ff. de teſtam.*

§. Finalis.

1 *Remotione tutoris tutela finitur.*
2 *Item excuſatione perpetua.*
3 *Directa tutelæ actio finita tutela, pupillo contra tutorem ad quid competat.*
4 *Ad quid pupillo contra tutorem detur actio de rationibus diſtrahendis.*
5 *Furti actio quando contra tutorem detur.*
6 *Actio ſubſidiaria, quando pupillo contra magiſtratum competat.*
7 *Bona tutorum, & curatorum tacitè pupillis pro adminiſtratione tutelæ ſunt hypothecata.*

1 DEcimò, Finitur tutela per remotionem, *a* quando à iudi-
a ce tutor ſuſpectus remouetur à tutela, vt hic, & d. l. ſi arrogati, de quo inf. de ſuſpect. tut dicemus.

2 Vndecimò, Excuſatione perpetua, quando ex iuſta cauſa tutor ſe ab onere tutelę iam impoſito excuſat, vt hic, & infra, de excuſat. tut. dicetur, & adde gl. in l. verum, §. ex facto, ff. de min. quæ refert aliquot caſus, in quibus poſt ſuſceptum onus tutelæ quis ſe excuſare poteſt.

Finita tutela ad quid, & qua actione tenetur tutor?

3 Primò competit pupillo, finita tutela, directa *b* actio tute-
b læ contra tutorem, vt reddat rationem ſuæ adminiſtrationis, omnium geſtorum, & omiſſorum, ex eo die, quo cognouit ſe tuto-

ADDITIONES.

a *Nam excuſatione temporaria, ſeu ad tempus, non finitur tutela, §. item hi qui Reipublicæ, infra, de excuſ. tut. l. verum, ff. de minoribus.*
b *De actionibus tutelæ. Adde, § tutores, infra, de oblig. quæ ex quaſi contractu.*

Digitized by Google

tutorem eſſe. Et quia ad tutoris officium ſpectat, cõficere in-
uentarium, l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſt. tut. ſi illud
non confecit, vel non exhibuit tempore reddẽdę adminiſtra-
tionis, iuratur contra eum in litem, d. l. tutor. Et in hac actio-
ne venit vt tutor reddat, & reſtituat, ſi quid pœnes eum reli-
quum eſt ex adminiſtratione, l. tutorem quendam, Co. arbitr.
tu. Item, vt præſtetur à tutore damnum, quod pupillus paſſus
eſt, quia tutor non fecit, quod facere debuit, vel fecit, quod fie
ri non debuit, leg. 1. in prin. ff. de tut. & ratio. diſt. & tenetur de
dolo, lata, & leui culpa, d. l. 1. in prin. & l. quidquid. Co. de arb.
tut & gl. fin. in §. fin. ſup. de Attil. tut.
4 Secũdo, datur contra tutorem actio, quæ de rationibus di-
a ſtrahendis *a* appellata eſt, l. 1. §. rationibus, ff. de tut. & ratio.
diſtr. per quam licet pupillo rationem à tutore redditã impu-
gnare, & repetere res ablatas. Et in hoc iudicio rationes diſtra
b here *b* idem eſt, quod accuſare fraudẽ tutoris, qui rem ex bo-
nis pupilli abſtulit, nec retulit in rationes, l. 2. ff. de tut. & ratio
diſtrah. Siue fuerit in dolo, ſiue non, ſecund. gl. hic. Et ſic prop
ter dolum verum, vel præſumptum competit ad duplum, ita
quòd duplo inſit rei perſecutio. Reſtituitur etiam res ipſa, &
vera rei ablatæ æſtimatio, d. l. 1. §. conſiderandum eſt, ff. de tu.
& ratio diſtrah. Et differt ab actione tutelæ, quæ ſolũ ad ſim-
plum datur, & contra tutorem, & eius hæredes. Sed hæc con-
tra tutorem, & non autem hæredes tutoris datur, quia eſt pœ-
nalis, d. l. 1. § fin. ff. de tu. & ratio diſtrah. & no. poſt gl. in dict.
§. fin. ſup. de Attil. tut.
5 Tertiò, aliquando etiam actio furti cõtra tutorem compe-
tit, quando conſtat, eum res pupilli animo furadi contrectaſ-
ſe, & abſtuliſſe, in d. l. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.
6 Quartò, quado pupillus ex mala adminiſtratione ſui tuto-
c ris paſſus eſt damnum, nec poteſt illud à tutore *c* recuperare,
d tunc datur ei actio ſubſidiaria contra *d* magiſtratum, qui vel
ſatiſdationem a tutore non exegit, vel exegit, ſed recepit mi-
nus idoneam ſatiſdationem: tunc enim quaſi deliquiſſe vide-
tur magiſtratus. Ideò hęc actio minori datur in ſubſidium, &
vltimum præſidium, quando ei poſt omnia alia remedia non
poteſt eſſe conſultum, & damnum illatum pupillo aliunde re
farciri non poteſt, vt tunc magiſtratus p eſtet, l. 1. & toto tit. ff.
& C. de magiſt. cõuen. de quo in §. fi. inf. de ſatiſd. tut dicetur.
7 Vltimò not. quod omnia bona tutorum *e* & curatorum ta
e citè ipſis pupillis pro adminiſtratione *f* tutelæ ſunt hypothe-
f cata, l. pro officio, C. de adminiſtr. tutel & incipit tacita hypo-
theca ſtatim à tempore, quo incipit eſſe tutor, vt eſt prima
opi. gloſ. in d. l. pro officio, quã communiter Doct. ibi repro-
bata opinione ſecunda, ſequuntur. Et adde Neguſ. in tract. de
pign. 4. memb. 2. par. 1. num. 6.

A D D I T I O N E S.

a *Id eſt diſtractis, vt cum dicimus, teſtamenti faciendi, litis con-
teſtandæ, aut rei iudicandæ tempore.*
b *Dic potius, diſtrahere rationes nihil aliud eſſe, quam perturba-
re, ſic diſtrahere funus dicimus, l. 3. ff. ad leg. Iul. de vi publica.
Hac autem actione pupillus accuſat fraudem tutoris ſui, qui
rem eius abſtulit, intercepit, auertit, nec retulit in ratione, hac
fere formula. Quod ex rationibus tutelæ pupillo abeſt, l. 1. §. 19.
l. 2. ff. de tut. & rat. diſtrah.*
c *Eiuſue hæredibus, & fideiuſſoribus, eorumuè hæredibus (qui
rem fore ſaluam promiſerunt) aut a nominatoribus, & affir-
matoribus, qui idoneos fideiuſſores affirmarunt.*
d *Eum ſcilicet, qui tutorem dedit. Nec enim hac voce totus ordo
Magiſtratuum municipalium intelligitur, l. 1. ff. de magiſt. con
uen. An in hæredem magiſtratus detur? Vide l. non ſimiliter, l.
quod ad hæredem, ff. de magiſt. conueniend.*
e *Idem in pro tutore, qui non eſt tutor, ſed gerit ſe pro tutore, gl. in
l. pro officio, de adminiſtr. tut. arg. l. datiuus, §. 1. ff. de priui. cre-
dit. Socin. 1. conſ. 85. Idem in alijs, de quibus dicam ad dict. leg.
pro officio, C. de adminiſtr. tut.*
f *Hæc tacita hypotheca inducitur non ſolum pro male admini-
ſtratis, ſed, & pro neglectis. Cin. Bart. Bal. Sal. in d. l. pro officio.*

DE CVRATORIBVS.

TITVLVS XXIII.

In principium Tituli.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Cura quid ſit.*
3 *Vſus curatorum quare inuentus.*
4 *Continuatio, & tutor in quibus conueniant.*
5 *Curator, & tutor in quibus differant.*
6 *Quæ ſint genera curatorum.*
7 *Qui curatores dari poſſint.*
8 *An curatores à parentibus in teſtamento dari poſſint.*
9 *Curatores quibus dari poſſint.*
10 *Curator, an inuitis dari poſſit.*
11 *Cura datiua quibus modis exſpiret, & num. 13.*
12 *Cura quo tempore incipiat, & finiatur.*

IMperator in princ. ſup. de tut. dixit. Quaſdam
perſonas, quæ ſui iuris ſunt, aut eſſe ſub tu-
tela, aut ſub cura, aut neque ſub tutela, ne-
que ſub cura, & quia hactenus de his, quæ
ſub tutela ſunt, dictum eſt: ſubijcit nunc de
his perſonis, quæ ſunt ſub cura. Et ſic de cu-
ratoribus, quibus finita tutela, res minorum
demandari iuris ordine conſueuerunt.

Quid eſt cura?

2 Eſt poteſtas in capite libero, ad gerendum illius negotia,
quia iam pubes factus, adhuc propter ætatem ea gerere non
poteſt, vt hic in princ. Curator enim principaliter datur rebus
ſiue negotijs, & ſecundariò perſonæ, & ſic eadem eſt ratio tu
torum, & curatorum, ſi originem ſcruteris, vt ſcilicet defen-
dant eum, qui propter ętatis imbecillitatem ſolus ſuis rebus
præeſſe nequit, licet enim quis exceſſerit ex Ephebis, & ad pu-
3 bertatem peruenerit, ac liberatus ſit à poteſtate tutoris, adhuc
tamen non adeò certum, & confirmatum habet animi iudi-
cium, vt ſolus rebus ſuis adminiſtrandis ſufficere poſſit. Nam
vt Cicero inquit lib. 1. Officiorum: *Creſcentis adoleſcentiæ ma-
xima ineſt imbecillitas iudicij*, vnde ſæpe fit, vt contrahendo
circumueniantur, & lædantur, ideò lex noluit adoleſcentibus
minoribus, ita committere rei ſuæ adminiſtrationem, vt rata
ſint per eos geſta, ſecund. gl. hic, in princ in verb. accipiunt, &
gl. in l. 1. in verb. committi, ff. de minoribus. Et vſum curatorũ
inuenit, vt is, qui pubertatis annos ingreſſus eſt, adhuc curato-
a rem *a* recipiat, cum quo negotia ſua rectè peragat, & in eius
poteſtate viuat donec maior 25. annis efficiatur. Nam tunc
lex præſumit, & ſtatuit eum confirmato eſſe iudicio, ita quòd
contrahendo facilè decipi nequeat, l. 1. ff. de minoribus.

In quibus conueniunt tutor, & curator?

4 Primò, curatores dantur ab eiſdem magiſtratibus, qui ius
dandi tutores habent, text eſt hic in princ.
Secundò, tam munus tutelę, quam curæ eſt neceſſarium, vt
inuitus quis cogatur ſubire illud onus, niſi habeat legitimam
excuſationem, l. fin. in princ. verſ. ſcientes, C. de adminiſt. tut. &
infra de excuſ. tut.
Tertiò, Sicut pupilli ſunt in poteſtate tutorum, vſque ad 14.
ann. ita adulti vſque ad 25. ann. completum ſolent eſſe in po-
teſtate curatorum, vt hinc in princ.
Quartò, Sicut pupillus ſine authoritate tutoris non obliga-
b tur, *b* ita nec adultus habens curatorem, quia is pupillo æqui-
paratur, attenta tamen diſtinctione tradita, ſupra in titulo de
authoritate tutorum, in quæſtione, *Pupillus, an, & qualiter
contrahendo obligetur?* & eſt gl. in l. 1. ff. de nouatio. & in l. pu-
pillus, ff. de reg. iur. quando minor curatorem non habet, licet
tunc obligetur naturaliter, & ciuiliter, tamen læſus reſtitui-
tur in integrum, l. ſi curatorem, C. de reſtit. in integ. l. 1. ff. de
minoribus.
Quintò, iiſdem ferè modis finitur cura, quibus tutela, vt inf.
dicetur.
Sextò, Item curator quoque tenetur inuentarium confice-
re, vt tutor, l. fin. §. & inuentario, C. de cur. fur.
Septimò, Bona curatoris quoque tacitè ſunt oppignerata
minori, l. de creationibus, in fi. C. de Epiſc. aud. & l. ex officio,
C. de adminiſtr tut.
Octauò, Sicut tutores, ita quoque curatores ſatiſdare te-
nentur, vt infra de ſatiſdatione tutorum, & curatorum.

Quæ ſunt differentiæ inter tutorem, & curatorem?

5 Primò, tutor pupillo, ſeu impuberi, curator vero puberi, ſeu
adulto datur, vt hic.

Secun-

A D D I T I O N E S.

a *An inuitus? infra dicetur.*
b *In iudicio poteſtne eſſe ſine ſuo curatore minor? Pro patre põt.
l. exigendi C. de procur. alias non poteſt, l. non eo minus, Cod. de
proc. Nec poſſunt tutores ipſi, vel curatorem ad iudicia conſti-
tuere, qui cum minore ipſo interueniat, niſi ipſi tutores, vel cu-
ratores domini litis prius facti fuerint litem conteſtando, l. ne-
que, C. de procur.*

Digitized by Google

Secũdò,tutor datur pupillo inuito,l.nec non,ff. de tuto. &
cur.da ab his,&c. Curator verò adulto inuito non datur,ſed
volenti,& petenti,vt hic Exiſtimarunt enim iura,eo ingenio
pollere adoleſcentes huius ætatis, vt ſi cognoſcant, ſe rebus
ſuis præeſſe non poſſe,curatorem petant ſecundum Aldobra.
hic,in verſ.item inuiti,num.1.

Tertiò,tutor certæ rei dari non poteſt, §. certæ, ſupra qui
teſtante tut.dare poſſunt. Eſtq. ratio,quia tutor principaliter
perſonæ, non rebus datur. Curator verò ad certam rem, &
cauſam,veluti ad litem conſtitui poteſt,vt hic,in fine princip,
quia datur rebus principaliter.

Quartò differunt, quòd tutor perſonę principaliter datur,
ſecundariò rebus. Curator verò principaliter rebus,& ſecũ-
dariò perſonæ. De quo eſt glo.in d.§.certæ,in verb.perſonæ,
ſup.teſtam.tuto.dari poſſunt.

Quintò,tutor teſtamento à parte dari poteſt,vt ſup.de tut,
dictum eſt. Curator verò in teſtamento non datur,vt hic,in
princ. & ſtatim dicetur.

Sextò,tutela finitur,quãdo maſculus compleuit decimum
quartum annum,fęmina verò duodecimum. Sed cura indi-
ſtinctè, tam in maſculo, quam in fęmina expirat vigeſimo,
quinto anno completo, vt hic.

Septimò,curatorem habẽti curatorem dari poteſt, ſed tu-
torem habenti tutor dari non poteſt,de quo gl.in §.interdum
in verb.datur infr.eod.

Quod ſunt genera curatorum?

6 Tria *a* ſunt genera curatorum. Quidam curatores dan-
a tur impuberibus,minoribus, quatuordecim annis, & quibus
in d §. interdum,infra eodem dicetur. Quidam verò dantur
maioribus 25. annis,qui appellantur legitimi. de quibus in §
furioſi,infra eodem Quidam verò dantur puberibus,qui ſci-
licet compleuerunt decimum quartum annum, ſed ſunt ad-
huc minores vigintiquinque annis, & hi appellantur datiui,
de quibus dicitur in principio tituli noſtri. Et de tertia ſpecie
curatorum iam quæritur.

Qui poſſint dare curatores?

7 Imperator in principio tituli noſtri dicit,curatores dari ab
iiſdem magiſtratibus qui habent ius dandi tutores,vt eſt Præ
tor,Preſes,Conſul,&c.Et in ſumma omnis magiſtratus mu-
b nicipalis *b* hodie tutores dare poteſt,l. ius dandi,ff. de tutori-
bus, & curatoribus dat &c. & adde hic,quæ ſupra dicta ſunt
in titu.de Attil.tuto.in quæſtione: *Qui poſſint dare tutores?* A
8 parentibus verò in teſtamento curatores efficaciter dari non
c poſſunt,& conſtitutio curatoris in teſtamento facta, *c* non *d*
d valet,ideo nec datus in teſtamento,cogi poteſt adminiſtrare
tex.eſt hic,in principio tituli noſtri,& in l. penult. C.de teſta.
tut. Curator enim datur principaliter rebus, non perſonæ, l.
in copulandis,C.de nupt. Sed de rebus filij pater in teſtamen-
to poſt pubertatem filij directè, diſponere non poteſt, l. 2. in
princ. ff. de vulg & pupil. ſubſtit. Non mirum igitur,ſi pater
poſt pubertatem nõ poſſit filio curatorem dare, nec in teſta-
mento ſuo cauere, per quem velit bona illa, in quibus am-
plius poſt illam ætate non extenditur patria poteſtas curari,
& adminiſtrari, vt dicunt Doctores in d.l. pen. & poſt alios,
Aldobr hic Quamuis autem datio curatoris in teſtamento
e non valeat, tamen à iudice *e* citra inquiſitionem confirmari
debet,vt hic,& l.ſi filio,ff.de confir. tut.quia lex de patris ele-
ctione plurimum confidit,cum nullus ſit affectus,qui vincat
paternum,l.fin.C. de curat. fur. Et filius non poteſt inuenire
meliorem amicum,quam patrem,vt eſt gl.in l. quidam cum
filium familias, ff. de hæred. inſtit. Item limitatur hæc con-
cluſio procedere in curatore adulti, qui eſt compos mentis:
ſecus in curatore furioſi, quia is in teſtamento à patre rectè
dari poteſt,d.l.de creationibus,C.de epiſc.aud. d.l. fin. §. ſed
cum antiquitas. Eſtq.ratio,quia is principaliter datur perſonę
ad exemplam pupilli. Sicut igitur pupillo tutor, ita furioſo
curator in teſtamento dari poteſt,vt not.Sal.in d. l. in copu-
landis,C. de nupt.

Quibus poſſunt dari curatores?

9 Adultis ſeu puberibus, minoribus tamen viginti quinque
annis,qui ſcilicet agnoſcunt iuriſdictionem dantis curatorẽ,
vel ratione domicilij,vel ſuorum bonorum,quæ ibi ſita ſunt,
vt ſup.de Attilia.tut in quęſt. *Quib pupil.dari poſſunt tutores?*
dictum eſt per text.expreſ.in l.vnica,& ibi not. Cod. vbi per.
10 tut.vel curat. Inuitis *f* autem curator non datur,vt ſup.dictũ
f eſt, niſi ad litem, *g* vt hic in princ. ſi enim minor eſſet con-
g uentus,ſeu reus,& non defenderetur,iudicium eſſet nullum,
l.acta,§.fin.ff.de re iud. Si verò eſſet actor,iudicium quoque
eſſet nullum, cum minor non habeat legitimam perſonam
ſtandi in iudicio,l. 2. C. qui legitimam perſonam ſtandi, &c.
Ne igitur iudicium reddatur eluſorium,minori etiam inuito
curator ad litem datur,& minor petere debet ſibi curatorem
ad litem dari. Si verò non vult poſcere, quo minus cum eo
agatur, cogi, & compelli debet ad petendum curatorem ad
litem textus eſt in l.ait prætor,§.permittitur,ff.de minoribus,
& in l.qui habet.§.ſi pupillus,ff.de tutelis,& in l. vnica,C.qui
pet. tutor. vel curator. Non tamen cogitur ad eligendum in
ſpecie hunc,vel illum curatorem, ſed in genere velle cogitur
& poteſt ipſe ex pluribus vnum ſibi eligere. Deinde limita-
tus textus noſter in principe, vel rege, nam ei inuito datur
curator,vt dicit dominicus in cap.grandi,de ſupplend. negli-
gen.prælat.in 6.& Iaſ.in l.licet,C.de teſtamento milit. & Al-
dobrand.hic,in verſ.item inuiti.

Quomodo expirat datiua cura?

11 De hac quæſtione eſt gloſ.fin.in fin.ſup. titu. præced.quòd
iiſdem modis finiatur cura,quibus tutela,except. pubertate.
12 Nam cura poſt pubertatem primum incipit, & finitur com-
pleto vigeſimoquinto anno,vt hic in princip.& l.1. in fine,ff.
de minoribus. Et quamuis in finienda tutela ſit diuerſum tẽ-
pus inter maſculum,& fęminam,quia in maſculo finitur cõ-
pleto decimoquarto anno, in fęmina verò duodecimo, ta-
men in finiẽda cura tempus eſt vniforme. Siue enim ſint ma-
ſculi, ſiue fœminæ, vſque ad vigeſimumquintum comple-
tum curatores accipiunt, vt hic in principio, ne ſcilicet fę-
minæ citius perdant beneficium reſtitutionis in integrum,
quam maſculi,ſecundum Porcium,& alios hic. De iure verò
Saxonico, ſiue ſit fęmina, ſiue maſculus minor,efficitur ma-
ior,quando compleuit vigeſimum annum,artic. 42. lib. 1. &
Lehenrecht.capitulo vigeſimo ſexto. Eſt & alius modus,quo
cura finitur, quãdo ſcilicet minor impetrauit ab Imperatore
veniam ætatis,quod poteſt fieri,quando maſculus eſt vigin-
h ti annorum,fęmina vero *h* 18. vt notatur poſt gloſ. hic, in
13 princ.ſup.verſ. vigeſimumquintum. Eſtque eius rei maximus
effectus:nã impetrans veniam ætatis,non eget curatore,po-
terit tamen agere,& conueniri in iudicio ſine curatore, & ſi
in contractu lædatur, non poteſt petere reſtitutionẽ in inte-
grum,ne contrahentes cum eo beneficio legis,& authorita-
te principis decipiantur, & in omnibus alijs actibus, pro ma-
iore 25.ann. reputatur,l.1.cum ibi not.C. de his qui ven.æta.
imp.

ADDITIONES.

a *Aut duo potius. Nam alij ſunt legitimi, qui à lege, alij datiui,
qui a iudice dantur. Illi maiorib. 25. annis, furioſis,prodigis,
mente captis,ſurdis dantur,hi minoribus, & propter ætatem.*
b *Omnis habens mixtum imperium,§.dantur,hoc tit.*
c *Quia curator non datur inuito,niſi ad litẽ,l.nec nõ,ff. de tuto,*
d *Imo,valet,certis caſibus,vt mox dicam.*
e *In teſtamento iure curatores dari non poſſunt, de facto tamen
ſi dati fuerint, valebit datio, ſi iudex confirmauerit.*
f *Imo nouo iure videtur inuitis dari curator. Nam lex. 1. Cod.
quando tutor,vel curat.eſſe deſin.ait,propter ætatis infirmita-
tem curatores illis dandos eſſe: qua lex neceſſitatem innuit,&
inuitis curatorem dari arguit. Sed & illud amplius volunta-
tem ipſorum minorum non ſpectari, ſed ætatis infirmitatem,
vt vbicumq. ea ſit, ibi curatore neceſſario ſit opus. His acce-
dit lex,1. in fin ff. de minor. quæ nominatim ait hodie in hanc
vſque ætatem (25. annorum) adoleſcentes curatorum auxilio
regi, nec ante rei ſuæ adminiſtrationem eis committi debere,
quamuis bene rem ſuam gerentibus. Qui locus apertiſſimus
eſt,de quo plenius,§.2.hoc tit.*
g *De curatore ad litem,vide Mynſingerũ 1.Obſeru.31.Gayl.2.
Obſer. 108. Actores quomodo conſtituantur,vide ibid. c.107.*
h *Quę ętas etſi perfecta,legitima,vel iuſta dici non poſſit:vt pa-
tet ex l.4.C.de his qui ven.ætat. imp. rectè tamen ab Impera-
tore Conſtantin.propter maturitatem iudicij,proprio nomine
formata appellatur,l.1.C. Theod. cod. tit. Cur autem mulier,
cum in perpetua olim eſſet tutela,citius hic veniam ætatis im-
petrare poteſt,quam maſculus,ratio hæc erit,quod regula vete-
rum fundata ſit in eo, quod ἰσχυρότερον mulier infirmitate,
iudicij perpetuò prope laborare ſolet. Sed cum quod παρανόμως
hoc eſt præter opinionem fit,ad virtutem progreditur,longe ce-
lerior eſt curſus prudentiæ muliebris, quia in fœminis affectio-
nes multo, quam in viris,vehementiores ſunt; hoc etiam ſana-
re fœminarum adnotandum eſt, mares per ſe, & præſentes,
ætatis veniam petere debere, fœmina autẽ ſatis eſſe ſi per pro-
curatorem formatam ætatem probauerit,l.2.C. de his qui ve-
niam ætatis impet. quia propter pudorem, & verecundiam in
publicum prodire non coguntur, l. 1. C. de offic. diuer.iud.l.2.
§.fin.autem,C.de iure iur.propter cal.dand.*

Digitized by Google

imp. In alienatione tamen rerum immobilium, neceſſarium
eſt decretum iudicis, & in ea vice minorum fungitur, l.2. in
fi. cum l.ſeq. C. de his, qui ven æta. imp.

---

§. Furioſi.

1 *Curatores legitimi, qui vocentur.*
2 *Curatores legitimi, & datiui, in quibus differant.*
3 *In quibus conueniant.*
4 *Furor quomodo probetur.*
5 *Curatores legitimi quibus dentur, & nu. 6. 9. & 10.*
7 *Furioſus, & prodigus in quo circa curam differant.*
8 *Quis prodigo adminiſtrationem bonorum interdicat.*
11 *Morbus perpetuus, qui dicatur.*
12 *Cura quomodo finiatur.*
13 *Declarationis natura, quæ ſit,*

Quod eſt ſecundum genus curatorum?

1 EſT eorum, qui maioribus 25. annis à lege, *a* propter furo-
rem, vel alium morbum perpetuum dantur, vt hic: & di-
cuntur legitimi, quia lex duodecim tabularum agnatis hanc
curã defert, cum enim hi habeant ſpem ſucceſſionis, natura-
li æquitati conſentaneum eſt, vt, & curatorum onus ſubeant,
vt ſup. de legit. patron. tut. verſ. quia plerumq; vnde & legiti-
mi curatores appellantur, l. ſępè, ibi, *cum ille legitimus inhabi-
lis*, ff. de curat furioſ. Et non exſtantibus agnatis, aut non ido-
neis, iudex alijs perſonis hanc curam committit, de quibus in
ff. & C. de curat. furioſ. Differt igitur hoc genus à præcedenti
2 genere curatorem. I. Quod datiui curatores dantur minori-
bus 25. annis, legitimi verò maioribus II. Datiui volentibus
dãtur, legitimi verò etiam inuitis. Lex enim voluit, eiuſmodi
perſonas eſſe in poteſtate, & cura agnatorum, vſque adeò, vt
inde apud priſcos prouerbium inualuerit, vt eum dicerent ad
agnatos, & gentiles deducendũ, quem furioſum ſignificare
volebant, vt referunt Aldob. & Mynſing. III. Datiui in teſta-
mento non dãtur, ſed furioſis in teſtamẽto curatores a patre
rectè dari poſſunt, d. l. de creationibus, C. de Epiſc. aud. & d.
3 l. fi. C. de cur. furioſ. In hoc autem conueniunt, vt teneantur
conficere inuentarium, & præſtare iuramentum pro rebus
vtiliter gerendis, & ipſorum bona pro adminiſtratione mi-
noribus, & furioſis tacitè obligata ſunt, d. l. fin §. in Prouincijs
innexa Auth. ſequenti, C. de curat. furioſ. & d. l. de creationi-
bus in fi. d. l. pro officio, C. de adminiſtr. tut.

Quibus dantur legitimi curatores?

4 Primo, furioſis, qui *b* euidenti rabie furioſis laborant, vt
b hic, & vnuſquiſque præſumitur eſſe ſanæ mentis, niſi contra-
c rium probetur. Varijs *c* autem argumentis furor probatur,
5 veluti ſi aliena, & deridenda loquatur, ſi per vicos more inſa-
norum feratur, ſi temere lapides iaciat, veſtes diſrumpat, ad-
ſtantes verberet, & ſimiles actus non conuenientes homini
ſanæ mentis exerceat, vt eſt gl. ord. in l ſicut dotem, § ſi mari-
tus, ff. ſol. matr. Adde Bart. & Doctor. in l. nec codicillos, Co.
de codic. Pla. in §. furioſi, infra, quibus non eſt perm. fac. te-
ſtam. & Angel. hic.
6 Secundò, prodigo, qui neq; tempus, neque modum, nec fi-
nem expenſarum inhoneſtarum, & indecentiũ habet, ſed bo-
d na ſua dilapidando, & diſſipãdo profundit, ad ſimilitudinẽ *d*
furioſi, curator datur, vt hic, & l. 1. ff. de curat. furioſ. Expedit
enim Republ. ne quis re ſua malè vtatur, §. fin. ſup. de his, qui
ſunt ſui, vel, &c. Et intereſt Reipub. habere ſub ſe locupletes
ſubditos, vt dicitur in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio
7 fiant, in princ. Et in hoc differunt furioſus & prodigus, quod
eo ipſo, quo quis eſt furioſus, eius proximus agnatus eſt cu-
rator, non autẽ prodigi, niſi poſt factam interdictionem bo-
8 norum à iudice, hodie enim ipſo iure, ſeu lege non interdici-
e tur prodigo adminiſtratio ſuorum bonorum, ſed à iudice, *e* l.
Iulianus, ff. de curat. furioſ. Et hæc eſt communis concluſio
Doct. hic, & in l. is, cui bonis, ff. de verb. obli. Vnde quidquid
agit prodigus ante interdictionem, tenet: poſt interdictionẽ
verò ipſe non obligatur alteri, nec bona ſua transferre in aliũ
poteſt, vt not. poſt text. in d l. is, cui bonis.
9 Tertiò, mente capto, cui ſcilicet mens deficit, & animi cõ-
ſilium, nullum tamen furorem extrinſecus oſtendit, ſed ſub
quadam latente animi quiete, eſt ſine mente, ſecundum Bal.
in l. ſi furioſi, C. de nupt. & dicitur ea amentia fatuitas, vel in-
ſania, vt inquit Aldobrand. hic.
10 Quartò, mutis, & ſurdis, & his, qui ſic perpetuo morbo la-
borant, nam cum, & hi rebus expediendis præeſſe non poſ-
11 ſint, dantur eis curatores, vt hic. Dicitur autem perpetuus
morbus, quando nulla ſpes ſubeſt ſanitatis, ſi quis ſemper de-
cumbit, & qui impedit perpetuò, nè quis ſuis rebus præeſſe
poſſit ſecund. Aldob. hic. Et prædicta intelligenda ſunt de is,
qui ſunt maiores vigintiquinque annis. Si enim ſunt mino-
res, tunc, vel tutores, vel curatores ratione ætatis recipiunt,
ſecundum gloſ. in verb. dare.

Quomodo finitur huiuſmodi cura?

12 Quando furioſus, mente captus, & alij perpetuo morbo la-
borantes ſanitatẽ, & prodigi ſanos mores recipiunt, tunc de-
ſinunt ipſo iure eſſe in poteſtate curatorum, & etiam ante de-
clarationem à iudice factam, l. 1. ff. de curat. furioſ. Vnde ſi
notorium ſit, vel probari poſſit, prodigum recuperaſſe ſanos
mores valebunt geſta per eum, etiam ante declarationem.
Sed quando non eſt notorium, exigitur ſententia declarato-
ria, non quidem ad finiendam curam, ſed ad tollendam in-
13 terdictionem adminiſtrationis. Natura *f* enim declaratio-
f nis eſt nihil tribuere, l. hæredes palam, §. ſi quis poteſt, ff. de
teſtam. Sed inducit probationem, quæ releuat poſtea ab one-
re probandi ipſum ſanos mores, vel ſanam mentem recupe-
raſſe, de quo vide Aldob. hic num. 20.

ADDITIONES.

a *Legitimi tutores ſunt proximi agnati, ſiue cognati, quos dat lex furioſis, & prodigis etiam maioribus 25. annis.*
b *Finitur per contrarium eorum cura, ſi cœperint eſſe ſanæ mentis, l. 1. verſ. tandem ff. de curat. furioſ.*
c *Vide §. præterea, inf. qui teſtam. fac. poſſ.*
d *Similitudo eſt furioſi, & prodigi in curatore habendo. Nam vtriq; licet maiori 25. annis, datur curator. Quo iure etiam filius (ſi probus ſit) rectè patri curator datur, l. 1. in fin. ff. de cur. furioſ. & eod. modo matri l. furioſa, ff. de cur. fur.*
e *Et ſic ſententia declaratoria requiritur, per quam declaretur prodigus, quod ſatis indicant verba illa, interdictum eſt, in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig & ſic factum hominis, hoc eſt decretum, & ſententia, l. certi, §. item quæri, ff. de reb. cred. leg. patri pro filio, ff. de minorib. l. ſi curatorem habens, Cod. de in integr. reſtit. Sic vaſſallus feloniam committens, non amittit poſſeſſionem feudi, niſi per ſententiam priuationis. Vide Gaiium 2.*
f *obſeru. 51. num. 1. 2. Qui declarat nihil tribuit, ſe probationis tantum onus tollit, & detegit, ſicut qui excutit grana aſpicis. Fulgoſ. conſ. 148. Sic qui confirmat actum perfectũ, nihil noui tribuit, ſed antiquũ declarat, l. ſi donata, §. 1. de do. int. vir. & vxor. Interdum etiam declaratio præſumitur: Eum qui legitimus tutor erat, iudex dicit ſe eum tutorem dare non erit datiuus ſed legitimus, vt rè dedit, interpretemur datum a lege declarant. Bart. in l. 1. Cod. de negot.*

§. Interdum.

1 *Quando pupillo, qui alias ſub tutela eſt curator detur.*
2 *Tutor impeditus an alium ſubſtituere poſſit.*
3 *Tutor actorem poteſt conſtituere, non procuratorem.*
4 *Actor, ſyndicus, & procurator quomodo differant.*

Quod eſt tertium genus curatorum?

EſT eorum qui dãtur pupillis, vel impuberibus, ſic mino-
ribus 14. ann. qui alias regulariter ſunt ſub tutela, & ita
ponitur hic ſecũda exceptio ad regulam ſup. traditam, quod
curatores regulariter dantur puberibus, vt non habeat lo-
a cum, quando legitimus tutor non eſt *a* idoneus, quia minus
eſt indutus, vel alio defectu naturali impeditur adminiſtra-
re tutelam, nam tunc ex reg. iuris, quod habenti tutorem, tu-
tor dari non poſſit, vt hic, & l. ſi ſororis, C. qui da. tu. poſſ. ad-
iungitur ei curator, qui potius rerum pupilli adminiſtrator,
quam curator intelligitur, vt dicit text. in l ſolet. ff. de tutelis.
Item ſi tutor impediatur adminiſtrare ex aliquo impedimẽ-
to temporali: ſecus ſi ſit impedimentum perpetuum, nam
tunc alius tutor datur, l complura, ff. de tutel. Et ita limitatur
b regula, quod habenti *b* tutorem, tutor non datur, vt non pro-
cedat,

ADDITIONES.

a *Tutori non idoneo adiunctus, adminiſtrator rerum eſt potius, quam curator.*
b *In locum tutoris remoti alij tutores dãtur, l penul. ff. de tut. Interdum nõ in locum tutorũ dantur, ſed plures vna dantur, l. 2. C. de adminiſtr. tut. Interdum tutori iam conſtituto non modo curator adiungitur, ſed & tutor l. planè, C. in quibus caſibus tutor, vel curator, habenti, tut. vel curat. dari poteſt.*

Digitized by Google

cedat, quando poſt ſuſceptam tutelam ſuperuenit impedimē-
tum perpetuum, vt quia tutor ſit cæcus, ſurdus, & mutus, d. l.
cum plura. Secundò, niſi tutor fraudulenter, & dolo verſetur
in adminiſtratione tutelæ: nam tunc, vt ſuſpectus remouetur
& alius tutor ei ſubrogatur, vt hic, & §. fin. de ſuſpect. tut & l.
licet, C. in quibus caſibus tutor. vel curat. hab. &c. Et plures
alias limitationes ponit gloſ. hic, in verb. dari, & pro declara-
tione noſtri textus, in fine quæritur.

An tutor impeditus, ipſe alium tutorem conſtituere poſſit?

2 Licet tutor alium tutorem ſubſtituere, & pupillo dare non
poſſit, cum magiſtratui tantum hoc ſit permiſſum l. ius dandi,
ff. de tu. & cur. da. &c. tamen ſi impediatur aduerſa valetudi-
ne, vel alia neceſſitate, quo minus res pupilli adminiſtrare, vel
nomine pupilli in iudicio eſſe poſſit, authoritate, & decreto
iudicis actorem, ſuo tamen periculo conſtituere poteſt, qui
3 nomine, & periculo tutoris adminiſtret, text. eſt hic, vnde, &
actor dicitur, quod tutoris perſonam agat vt inquit hic, Aldo
brand. & adde text. & ibi Bart. in d. l. ſolet, ff. de tut. & in l. actor
ff. rem rat. ha. Et notandum, quod tutor procuratorem conſti-
tuere non poteſt, ſed actorem, l. neque, C. de procur. quia nō
eſt dominus, & domino tantum permittitur, l. 1. ff de procur.
& vide gl. ſi hic, quæ refert aliquot nomina eorum, qui aliena
4 negotia gerunt. Et obiter notate differentiam inter ſyndicum
& procuratorem, ſeu actorem. Syndicus enim propriè dici-
tur, qui gerit cauſam, & negotium vniuerſitatis. Actor verò,
ſeu procurator, qui gerit cauſam vel negotium ſingularis per
ſonæ, c. petitio, de procur. Nec tamen vitiatur inſtrumentum,
ſi in eo dicatur, nomine vniuerſitatis eſſe conſtitutum procu-
ratorem, vel ē contra d. c. petitio. Quando enim conſtat de in-
tentione conſtituentis, non curatur de verbis, cum verba de-
beant ſeruire intentioni, non intentio verbis, ſecundum gloſ.
in d. c. petitio.

DE SATISDATIONE TVTORVM, VEL curatorum.

TITVLVS XXIV.

In princip. Tit.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Satiſdationes quare à lege introductæ.*
3 *Satiſdatio quid ſit.*
4 *Satiſdatio tutoris, vel curatoris qualis eſſe debeat.*
5 *Dictio,* Cautio, *ſimpliciter prolata lege prætoria, de qua intel-ligatur.*
6 *De qua intelligatur ſi a lege ciuili, vel teſtatore.*
7 *Cautio ſufficiens, vel idonea quæ dicatur.*
8 *Quam cautionem tutores, & curatores præſtare teneantur.*
9 *Qui tutores ſatiſdare teneantur.*
10 *Qui non teneantur, & nu. 11. 12. 13. 14. & 15.*

1 CVm ſuperius ſeparatim explicata ſint, quæ ad tu-
tores, & quæ ad curatores pertinent, tranſit nūc
imperator ad materiam communem vtriuſq;
ad ſatiſdationem ſcilicet, excuſationes, & remo
tiones tutorum, & curatorum, & primo de ſatiſ-
dationibus dicit. Lex enim in bonis pupillorum, & minorum
ampliſſimam poteſtatem conceſſit tutoribus, & curatoribus,
2 vt ſup. de auth. tut. dictum eſt. Ne autem talis poteſtas in de-
trimentum minorum verteretur, & ex dolo, vel negligentia
tutorum bona minorum diminuerentur, vel ab adminiſtra-
toribus conſumerentur, inter alia remedia lex introduxit, vt
tutores ſatiſdent, ſeu cautionem præſtent, rem pupilli ſaluam
fore, vt hic, in princip. quæ eſt cautio iuratoria, leg. 1. §. 1. ff.
de præt. ſtipulat. & de ea loquitur tit. in ff. rem pupill. ſaluam
fore.

Quid eſt ſatiſdatio?

3 Iuriſconſultus in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. inquit, quòd ſatiſdare
ſit, pro eo, quod à nobis per aduerſarium noſtrum petitur, ita
cauere, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſ-
ſoribus. Debet igitur tutor, vel curator per ſolemnem ſtipula-
a tionem *a* promittere, & datis fideiuſſoribus cauere, vt *b* finita
b tutela, aut cura, res minorum ſalua ſit. Et quamuis in alijs ſa-
4 tiſdationibus, vtpote iudicio ſiſti, & id genus alijs, propter ſa-
tiſdandi impotentiam, quia aliter caueri non poteſt, admitti-
tur iuratoria cautio: in tutela tamen, vel cura non recipitur
ſatiſdatio, niſi per fideiuſſores roborata, ſecundum gloſ. hic in
princip. in verb. ſatiſdent, & l. non quaſi, in prin. ff. rem pup. ſal
fore iuncta l. prætoriæ, ff. de præt. ſtip. & poterit etiam per pi-
gnora ſatiſdari, vt eſt concluſio Bart. & communiter Doct. in
d. l. prætoriæ. Non obſtante text ibi, qui videtur in prætorijs
ſtipulationibus tantum requirere fideiuſſores, & non admit-
tere pignora, quia intelligitur text. ibi, quod cogi non poſſit,
quis dare pignora, poſſit tamen, ſi velit, ſecūdum gl. hic. Nam
quòd in prætorijs ſtipulationibus admittatur cautio etiā per
pignora, eſt tex. expreſſus in l. 1. §. iubet, in verb. an pignoribus,
5 ff. de col. bon. qui loquitur etiam de prætoria ſtipulatione Et
obiter notandum, quod dicto, *Cautio*, ſimpliciter probata à l.
prætoria, intelligitur de idonea, quæ fit per fideiuſſ. vel pigno-
ra, l. 1. §. ſtipulationum, ff. de præt. ſtip. & d. l. 1. § caueri, ff. de col.
6 bon. Sed dictio: *Cautio*, ſimpliciter prolata à lege ciuili, vel à
teſtatore intelligitur de nuda promiſſione, quæ fit per ſtipu-
lationem, l. ſancimus, C. de verb. ſign. Niſi aliquid ſi dictum,
vel aliquid adiectum, vt quia promiſit quis idonee, aut ſuffi-
7 cienter cauere, d. l. ſancimus, Idonea enim, vel ſufficiens cau-
tio dicitur, quæ fit per fideiuſſores, vel pignora, vt eſt gloſ. in
princ. in verb. idonee, inf. de eo, cui libert. cauſ. bon. add. & gl.
in c. ex tranſmiſſa, de reſtit. ſpoliat.

An, omnes tutores, & curatores ſatiſdare teneatur.

8 Traditur hic in princ. regula: Quod tutores, & curatores
teneantur præſtare hanc cautionem, rem pupilli ſaluam fore.
Idem per Carolum V. in comitijs Auguſtanis, anno 1548. ce-
lebratis, renouatum, & conſtitutum eſt, *in der policei ordnun
gh* ſub titulo, *De pupillorum ac minorum tutoribus, & curato-
ribus*. Adeò quod tutor, niſi legitimè ſatiſdederit, ad admini-
ſtrationem non admittatur, & poſt ſuſceptam adminiſtratio-
nem ab officio tutelæ remoueatur, l. 1. C. de tut. vel curat. qui
9 non ſatiſd. Tenētur ergo. I. Satiſdare tutor *c* legitimus, l. legiti.
c mos, ff. de legit. tut. II. Datiui, qui ſine inquiſitione dati ſunt à
maioribus iudicibus, ſecundum gl. hic, in prin. in verb. idonei,
ſed à minoribus dati indiſtinctè ſatiſdare tenentur, vt inf. dici-
tur. III. Teſtamento dati ab extraneo, l. tutores, ff. de confirm.
tut. IV. Curatores dati furioſis, vel prodigijs, d. l. nō quaſi, §. ſi
rem pupil. ſaluam fore, vbi dicitur, quòd hæc ſtipulatio perti-
net ad omnes curatores datos, ſiue puberibus, ſiue impuberib.
propter ætatis infirmitatē, ſiue prodigis, ſiue furioſis, vel qui-
buſdam alijs dati ſint. Excipiuntur aut ab hac regula 1. Tuto-
10 res *d* teſtamentarij, quia eorum fides, & diligentia ab ipſo te-
d ſtatore approbata eſt, vt hic, in princ. & l. teſtamento, 28. ff de
teſtamen. tut. Cum paternum conſilium optimum filio ſem-
per leges exiſtimarunt, l. ſi. C. de curat. furio. Niſi fortè poſtea
mutati ſint mores tutoris, vel lapſus ſit facultatibus. Nam tūc
etiam à teſtamentario tutore ſatiſdationem exigi poſſe, poſt
alios concludit hic, Aldobrand nu. 12. argum. l. in confirman-
do, cum duabus legibus ſequentibus, ff. de confir. tut. vbi præ-
tor vtilitatem pupillorum, non ſcripturam teſtamenti ſequi
11 iubet. 2. Curatores in teſtamento dati, & à iudice confirma-
ti, ex identitate rationis, propter teſtimonium ſcilicet pater-
num, à ſatiſdatione liberantur, ſecundum gloſ. in verb. appro-
12 bata 3. Tutores dati in codicillis, ſecundum gloſ hic in verb.
13 approbata, per l. . ff. de teſtam. tut. 4. Tutores etiam à matre
in teſtamento dati, quia cum inquiſitione confirmantur, cen-
ſentur idonei & ſatiſdare non tenentur, tex. eſt in l. 2. ff. de cō-
firmat. tut. Nec obſtat gloſ. hic, in verb. approbata, dum dicit
e ſecus *e* eſſe in matre. Quia ita intelligi debet, quod tutor à
patre datus releuatur ab onere ſatiſdandi ſine inquiſitione,
ſecus in matre. Nam tutor à matre datus in teſtamento non
confir-

ADDITIONES.

a *Cum ipſi pupillo, vel adoleſcenti ſtipulanti: ſin minus eius ſer-uo, vel publice ſtipulanti eorum nomine, l. ſi pupillus, ff. rem pu-pilli ſaluum fore.*
b *Cauſa finalis eſt, vt ne pupillorum ſiue adulterorum, bona à tu-toribus, ſiue curatoribus diminuantur, hoc tit. in princip. Vis autem, & effectus eſt, vt ilem ex eo actionem pupillo acquiri fi-nita pupilli tutela, vel adulti cura l. non quaſi, §. hanc ſtipula-tionem, ff. rem pupilli ſalu. fore.*
c *Legitimus tutor tenetur ſatiſdare, vt hic. Excipe tamen patro-num, qui legitimus eſt tutor liberti ſui. Hic enim non ſatiſdat, & in eo fallit regula de ſatiſdatione legitimi tutoris, l. legitimo, ff. de legit. tut.*
d *Atqui curator teſtamento non datur? §. 1. ſup. de curat. Rectè datus tamen confirmatur à iudice, eoque caſu non ſatiſdat.*
e *Per l. 1. ff. de confirm. tut.*

Digitized by Google

confirmatur ſine inquiſitione. Ideò nec ſine inquiſitione releuatur a ſatiſdatione, vt declarat hic Porc. & alij, & aſſignat gl. rationem diuerſitatis, quia firmum, & prudens præſumitur conſilium paternum, maternum verò propter fragilitatem
14 texus leges infirmum exiſtimarunt. 5. Tutores, vel curatores
a dati ex inquiſitione non *a* ſatiſdant, quia fidea eorum à iudice per inquiſitionem factam approbata eſt, & quia iudex etiam adhibet cauſæ cognitionem de moribus, vita, & facultatibus tutoris, & tunc leges præſumunt omnes qualitates abeſſe, quę ſuſpicionem adferre ſolent, & Doct. ita communiter diſtinguunt. Aut datus eſt tutor à maiore magiſtratu per inquiſitionem, & tunc non ſatiſdat tutor, vt hic. Aut datur ſine inquiſitione ad ſimplicem alicuius petitionem, & tunc quia lex non habet, ſuper quo præſumat ipſum idoneum, ſatiſdare tenetur tutor l. 1. C. de tut. vel cur. qui non ſatiſd. Aut datus à minore magiſtratu, & tunc indiſtinctè, ſiue ſit adhibita inquiſitio, ſiue non, ſatiſd. §. nos autem, ſup. de Atilia. tut. De quo vi-
15 de Bart. in d. l. tutores, ff. de confir. tutor. 6. De iure Saxonico
b limitatur hæc concluſio in art. 45. lib 1. *b* vbi dicitur. Quando tutor eſt hæres pupilli, tunc non tenetur ſatiſdare, nec cuiquā
c de bonis rationem reddere. *c* Et ita differt ius Saxonicum à iure communi, quo legitimus tutor ſatiſdare tenetur, vt hic, & l. legitimos, ff. de leg. tut.

ADDITIONES.

a *Niſi eorum bona minus idonea ſint, l. vlt. §. 6. verſic. ſin autem, C. de curat furioſ.*
b *Potius art. 23. in fi. lib 1.*
c *Eſt hoc iniquiſſimum, & abſurdiſſimum; nam quanto maiorem habet ſpem ſucceſſionis, tanto propenſior eſſe in fraudem poteſt, & ſolet. Quare pro cæteris hic erat ad rationes vrgendus. Nec vero eius incertum ſucceſſionis ius (poteſt enim ante pupillum mori) ſed pupilli conſiderandum ac conſeruandum erat. Idq; ſentit gloſ. ibi. art. 23. lib. 1 ſub litera A, & num 7. vbi videtur eum tex. reſtringere ad parentes tantum per nota. art. 12. lib. 1. & l. vlt. C. de bon quæ lib. & fratres, qui cum pupillo communibus in bonis verſantur contra Socin. conſ. 213. par. 2. Ego d. art. 23. his in verbis ſecundum præcedentia interpretor, ſcilicet, vt non cogatur alicui priuato reddere rationem, ſicut alij tutoris heredi proximo rationes reddere debent: prout ibi caut. Cætero quin hæres proximus tutor, & magiſtratui ſummo tutori quotannis, & pupillis finita tutela ad rationem vt teneatur æquiſſimum eſt, & ita memini iudicatum.*

§ Sed ſi ex teſtamento.

1 *Pupillus vnus plures tutores, vel curatores habere poteſt.*
2 *Omnes tutores ſimul adminiſtrare, vel tutelam diuidere poſſunt confecto inuentario, & præſtito iuramento.*
3 *Pupillo conſultius eſt, vt tutela per vnum adminiſtretur.*
4 *Vnus ex pluribus tutoribus cæteris conſentientibus adminiſtrare poteſt.*
5 *Cæteri tutores præferuntur offerenti electionem, vel ſi volunt pariter adminiſtrant.*
6 *Tutor electus in teſtamento, quando ſolus adminiſtret.*
7 *Si in teſtamēto paterno non expreſſum ſit, quis gerere debeat.*
8 *Tutoribus diſcordantibus in eligendo, quis eligat.*
9 *An, tutores, vel curatores inuiti cogi poſſint ad vnum eligendum.*
10 *Tutores tutelam diſtribuere volentes, audiendi.*
11 *Si tutela non eſt diuiſa, quem pupillus ex tutoribus conuenire poſſit.*
12 *Si tutela eſt diuiſa, quomodo tutores conueniendi.*
13 *Qui remedia tutoribus, ſi vnus ex illis geſſit, competant, & ad quem modum iis vti poſſint.*
14 *Quando tutor exceptione ordinis ſeu excuſſionis ſe defendere poſſit.*
15 *Quando exceptionem cedendarum actionum habeat.*
16 *Quando remedium vtilis actionis datur.*
17 *Si omnes tutores, vel nullus geſſerunt, quæ beneficia habeant.*

Quando plures ſunt tutores, vel curatores, quem pupillus primo conuenire poſſit?

1 AD intellectum iſtius quæſtionis, & § noſtri. Primò ſciendum, quod plures tutores, tam teſtamentarij, quam legitimi, & datiui vnius pupilli eſſe poſſunt, l. ſi plures, ff. de teſta. tutor. & l ſi plures, ff. de leg. tut & l. ſimul plures, ff. de tut. & cur. dat &c. Item plu es curatores minori 25. annis dari poſſunt, l 3. in princ. ff. de admit. tut.
2 Secundò. Quod omnes tutores, ſi voluerint, poſſunt ſimul adminiſtrare, vel tutelam inter ſe diuidere, in partes, vel in regiones gerendam, d. l. 3. §. fi. cum l. ſeq. & gloſ. hic, & d. l. fin. C. de cur. fur. In hoc autem conueniunt, vt teneantur conficere inuentarium, & præſtare iuramentum pro rebus vtiliter gerendis, & ipſorum bona pro adminiſtratione minor. & furioſis tacitè obligata ſunt, d. l fin §. in principijs, iuncta Auth. ſeq. C. de cur. fur. & d. l. de creationibus in fi. C. de Epiſcop. audientia, & d. l. pro officio, C. de admin. tut. in verſ. maior pars ideo quoq; omnes ſatiſdare tenentur, l. teſtamento, 17. in prin. ibi, *impleta ab omnibus ſatiſdatione*, ff. de teſtam. tut. niſi ſint de perſonis exceptis, de quibus iam dictum.
3 Tertiò. Quod ſit conſultius pupillus, vt tutela per vnum adminiſtretur, d. l. 3. § apparet, quia ſerius expediunt commiſſa negotia plures, ſecund. gl. hic, in verb. ſed ſi ex teſtamento, & naturaliter homines ad diſſentiendum ſunt faciles, l. item, ſi vnus, §. principaliter, ff. de arbitris, & facit text. in l. a. C. quādo, & quibus quarta pars, &c. lib. 10. vbi dicitur: *Naturale qui-*
4 *dem vitium eſt, vt quod communiter poſſidetur, plerumque ne-*
a *gligatur.* Ideò poterit vnus ex pluribus tutoribus *a* cæteris offerre, electionem, vt aut ipſi gerant, & ſatiſdationem præſtēt, aut ab eo ſatiſdationem accipiant, & patiantur ipſum ſolum adminiſtrare tunc ſi alij tutores conſentiant, vt ille adminiſtret, & eligant ſatis accipere, decernitur ei adminiſtratio, vt hic, & l. non omnium, C. de tut. vel curat. qui non ſatiſd. Si verò ipſi malint adminiſtrare, poterunt id facere, & præſtita ſatiſdatione præferuntur primo offerenti ipſis electionem, tex.
5 eſt hic. Si vero ipſi velint adminiſtrare, etiam primo ſatis offerente, & ſatiſdare, tunc omnes pariter adminiſtrabunt, l. teſtamento, §. ſed nihilominus, & ibi Bart. ff. de teſt. tut.
6 Quartò. Si nullus adfecat ſatiſdationem, & teſtator in teſtamento vnum elegit, qui debeat adminiſtrare, ille ſolus adminiſtrabit, ſecundum voluntatem, & iudicium paternum, qui rectè filijs ſuis proſpexiſſe præſumitur, d. l. 3. §. ſi parens, niſi iudex cognoſcat, patrem minus perpenſo iudicio tutorem illum dediſſe, vt quia tutoris mores ſunt mutati, vel lapſus eſt facultatibus: nam tunc prætor non ſequitur voluntatem dantis, d. l. 3. §. quamuis autem.
7 Quintò, ſi in teſtamento paterno non ſit expreſſum, quis gerere debeat, tūc is adminiſtrabit tutelam, quem maior pars tutorem elegerit, vt hic, & d. l. 3. §. ſi non erit. Statur enim ma-
b iori *b* parti, l. quod maior, ff ad municip.
8 Sextò. Tutoribus diſcordantibus in eligendo, prætor ipſe
c elegit & ſuas interponit partes, & cauſa cognita *c* ſtatuit, quis
d tutelam gerat, vt hic, & d. l. 3. §. fin. Nec *d* hoc caſu recurritur
e ad iudicium ſortis. *e* Quando enim vertitur præiudicium alterius, tunc, nunquam ſorte dirimitur res, ſec. gloſ. hic in verb. partes, de quo vide Doct. in l. ſi. in princ. C. cum de leg.
9 Septimò. Notandum, quod tutores, vel curatores inuiti nō poſſunt cogi, vt vnum eligāt, qui ſolus adminiſtret, vel vt vni decernatur a iudice adminiſtratio alijs inuitis ſecun. gl. hic, in verb. maior pars, & text. in d. l. 3. §. ſi. vbi dicitur: *Si tutores non conſentiant prætori, ſed velint omnes gerere, quia fidem non habent electo, nec volunt eſſe ſuccedendi alieni periculi, prætor permittere debet eis omnibus gerere.*
10 Octauò. Si tutores velint inter ſe diuidere tutelam, audiendi ſunt, vt diſtribuantur inter eos adminiſtratio, vel in partes vel in regiones, d. l. 3. in ſi. cum l. ſeq.

Quando plures ſunt tutores ſimul dati, an omnes teneantur ſatiſdare, & adminiſtrare?

11 In hac quæſtiones diſtinguite duos caſus principales; Primus, aut tutela non eſt diuiſa, & tunc pupillus habet electionem, quem ex tutoribus conuenire velit, ſiue omnes geſſerunt, ſiue nullus, quia ſunt in pari culpa, l. 2 in princip. C. de diuidend. tu. Si verò vnus adminiſtrauit, alius nō, tunc de adminiſtratis primo conuenitur is, qui geſſit, ſed de neglectis, &

oon

ADDITIONES.

a *Idem in pluribus curatoribus l. 3. §. quod in tutoribus ſcriptum eſſe, ff. de adminiſt. tut. Quin in tutoribus ipſis non diſtinguendi ſunt a teſtamentarijs, vel datiuis quique alij, l. ſi plures, §. apparet, ff de adminiſt. tut.*
b *In his, quæ ſunt vniuerſitatis. Cætera vbi de minuendo iure priuatorum, ſociorum, & communem rem habentium agitur, non ſtatur maiori parti, l. feudum, ff. prædio. ruſtic. l. vlt. ff. com. præd. Din in reg. quod omnes, de reg. iur. in 6.*
c *Vt æquius meliuſque videbitur ex iuris regulis argum. l. ſi quis argentum, § ſi autem, C. de don. & probationibus auditis rationum, l. 2. ff. de prob.*
d *Niſi partes petierint, § optionis, inſ. de leg. l. vlt. C. commun. de legat. l. huiuſmodi, ff. de legat. 1.*
e *De ſortibus plura vide in §. optionis, de legatis.*

Digitized by Google

non geſtis tenentur omnes l. fi. C ſi tut. vel cur. non geſ. & d.
l. 3. §. ſi parens, vel conſtat.
21 Secundus, aut tutela eſt diuiſa, & tunc ſubdiſtinguitur: Aut
a diuiſio eſt facta, à teſtatore, vel iudice, & tunc vnus nõ tene
tur de facto alterius cõtutoris, ſed quilibet pro ſua adminiſtra
tione conuenitur, niſi per dolum, & culpam contutorem ma
le adminiſtrantem, vt ſuſpectum, non accuſauit, vel remouit,
tex eſt in d. l. 2. § in diuiſionem. C. de diuid. tut. Neq. hoc caſu
curatur de illis quatuor remedijs, de quib. ſtatim dicetur. Aut
diuiſio eſt facta ab ipſis tutoribus, & tunc eſt in electione pu
pilli, quem primò conuenire velit, ſiue vnus tantum geſſit ſi
ue omnes, aut quilibet partem ſibi attributam, ſiue nullus
geſſit. Quilibet enim tenetur inſolidum, ita quod vnus tenea-
23 tur pro alio tex. eſt in d. l. in fi. Sed hoc poſteriore caſu com-
b petunt tutoribus quatuor remedia. I. Beneficium *b* ordinis. II.
c Cedendarum actionum III. Vtilis *c* actionis IV. Diuiſionis.
24 Quibus tutores ad hunc modum vti poſſunt. Quando enim
d plures ſunt tutores, & vnus *d* tantum geſſit, tum licet alter,
qui non adminiſtrauit, de rigore iuris conueniri poſſit etiam
inſolidum, tamen ſi conueniatur is, qui non geſſit, poterit ſe
defendere exceptione ordinis, ſeu excuſſionis, quia erit prius
eſſe conueniendum, & excutiendum, qui adminiſtrauit, l. fi.
25 C. de diuid. tut. Qui ſi non fuerit ſoluendo, totum petitur ab
eo, qui non adminiſtrauit, & is tunc habet alterum beneficiũ
cedendarum actionum, vt ſcilicet petat a pupillo ſibi cedi a-
ctionem tutelæ, quam habebat pupillus contra alios contuto-
res, vt reddant, ſcilicet virilem portionem, & etiam contra
eum, qui geſſit. Licet enim is tunc non habeat aliquid in bo-
nis, tamen ſi ad pinguiorem fortunam poſtea perueniat, po-
terit tunc is, qui ſoluit, exceſſione actionis repetere illud,
26 qood pro eo expoſuit. Et ſi neglexerit ceſſione actionis pe-
tere, datur ei tertium remedium à lege vtilis, ſcilicet actio tu-
telæ, ſiue negotiorum geſtorum, ad conſequendam portio-
nem ab eo, pro quo ſoluit. Et ſic illa tria remedia locum ha-
27 bent, quando vnus ſolus ex tutoribus geſſit. Sed quando *e*
e omnes geſſerunt, vel nullus geſſit, tunc licet quilibet tenea-
tur inſolidum, tamen ſi omnes ſunt ſoluendo, & vnus tan-
tum fuerat conuentus, tunc is poterit ſe defendere exceptio-
ne diuiſionis, ne vltra virilem portionem grauetur, ſed quili-
bet tantum pro ſua rata, & virili portione conueniatur. Si
verò omnes non fuerint ſoluendo tunc illi, qui ſoluunt, ha-
bent beneficium cedendarum actionum, vel vtilis actionis,
d. l. 2. Cod. de diuid. tut. & l. 1. § nunc tractemus, ff. de tut. &
rat. diſtr. De quo latius vide Angel. & alios hic, & Bartol. &
Doct. in l. 1. de tranſact.

ADDITIONES.

a *Diuiſa tutela a teſtatore, vel iudice, alter alterius factum non præſtat, niſi alter alterum contutorem ſuſpectum, aut omnimodo non poſtulauit, aut tardius, aut ſi in eo remouendo iura pupilli prodidit, aut ſi, cum eo ſoluendo non eſſe videret, ſatiſdationem ab eo, non exigit, l. 2. C. de diuid. tut. l. Lucius § pen. ff. de adm. tutor. Idem ſi contutorem bo. pupilli ignorantem non inſtruxit.*
b *Quando ſcilicet aliqui geſſerunt, alij non geſſerunt, l. 1. §. vſque adeo, ff. de magiſtratibus conueniend.*
c *Sine ceſſione, & hoc quando geſſit ſine dolo, quia ſi dolo, vnicum habet beneficium. Bart. l. 1. de tranſact.*
d *Ex tutoribus primo conueniendus eſt is, qui geſſit, eo verò non ſoluendo, is qui non geſſit. Prior caſu is, qui non geſſit beneficium ordinis habet, poſteriore actionem cedendarum, aut, ſi id beneficium amiſit, vtilis actionis tutelæ.*
e *Pluribus gerentibus tutoribus, aut etiam eorum nullo gerente, ſinguli pro parte ſua conueniendi, ſi modo omnes ſint ſoluendo, ſin minus, conueniendi ſunt ij, qui ſoluendo. Priore caſu, ordinis beneficium, poſteriore, cedendarum actionum, & vtilis actionis.*

§. Sciendum.

1 *An, & quando pupillo competat actio contra magiſtratum non exigentem ſatiſdationem, vel minus idoneum recipientem.*

1 Circa hunc §. notandum, quòd pupillus, ſi aliquod dam-
num ex mala adminiſtratione tutorum paſſus eſt, debet
primo conuenire tutores, vt in præcedenti §. dictum.
a Secundò, hæredes *a* tutorum, l. fi. & tot. tit. C. de hęred. tut.
vel cur. & l. fi. C. de diuid. tut.
Tertiò, fideiuſſores, per quos ſatiſdedit tutor, & ipſorum
hæredes, l. etiam, l. cum oſtendimus, ff. de fideiuſ. & nomin. &
hęred. tut & cur. His omnibus regulariter prius excuſſis, ſi
minor ſolidum conſecutus non eſt tũc conuenire poteſt ma-
giſtratum, qui non exegit ſatiſdationem, vel non recipit ido-
neam, l. quoties ff. qui ſatiſd. cog. per actionem, ſ. ſubſidiariã,
quæ datur minori tamquam in ſubſidium, & vltimum præſi-
dium, quando ei poſt omnia alia remedia non poteſt eſſe ali-
ter conſultum, vt hic, & tot. tit. ff. & C. de mag. conue. Diſtin-
guitur tamen hic in §. fi. inter magiſtratus. Quidam enim ſunt
maiores, qui ſcilicet habent ius dandi, ſed à lege eis nõ eſt im-
poſitum, vt exigant ſatiſdationem, & hi in ſubſidium non te-
nentur, d. § fi & l. 1. in prin. ff. de mag conuent. Quidam verò
ſunt minores magiſtratus, qui ſ. habent ius dandi tutores, &
ex diſpoſitione legis, vel conſuetudinis ſatiſdationem exigere
debent, vt ſunt magiſtratus municipales, & illi hac ſubſidiaria
actione tenentur, vt hic, d § fi. & l. Aemilius, ff. de adminiſtra.
tut. Quidam ſunt, qui exigunt, tantum ſatiſdationem nec ta-
b men tutores dare poſſunt, & hi *b* actione ſubſidiaria tenen-
tur, de quo vide gl. hic, in verb. vt his.

ADDITIONES.

a *Datur hæc actio in heredes de dolo, & lata culpa ſua, & de dolo defuncti, l. ſimiliter, ff. de mag. conuen.*
b *Quid qui ad æſtimandas tutorum ſatiſdationes electi ſ? Et hi quoque tenentur, l. 1. §. Diuus, ff. de magiſtrat. conueniend.*

DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM, vel curatorum.

TITVLVS XXV.

In principium Tituli.

1 *Tutores, & curatores ad onus tutelæ, & curæ cogi poſſunt.*
2 *Quibus modis quis ad tutelam, vel aliud publicum munus compelli poſſit.*
3 *An tutor teſtamentarius, recuſans ſubire onus tutelæ, legatum in teſtamento relictum perdat.*
4 *Excuſatio hoc loco quid ſit.*
5 *Quot ſint cauſæ excuſationis.*
6 *Quot, & qui liberi quem excuſent ab onere tutelæ.*
7 *...otius pro Republ. viuit per gloriam.*

PRo continuatione huius tituli, qui habet con-
cordãtes Rubricas in ff. & C. de excuſ tut. cum
aliquot titulis ſequentibus, præmittenda eſt
1 regula generalis, quòd tutores, & curatores
etiam inuiti coguntur ſubire onus tutelæ, &
curæ, l. 1 ff. de adminiſt. tut l. fin in princ. verſ.
a ſcientes, C. de adminiſt. tut. Eſt enim munus *a* publicum *b*
b perſonale, vt hic in princ. & lex neminem voluit eſſe immu-
nis a publicis muneribus: ſed quilibet ad munus publicum
ſubeundum inuitus cogi poteſt, l. nullus, & l. vacnatis, Cod. de
2 decur. lib. 10. Hinc Plat. poſt gloſ in § ſed ex his in verb. com-
pellendis, ſupra, de Atil. tut refert modos, quib. compelli quis
poteſt ad ſuſcipiendam tutelam, vel aliud munus publicum,
ſcilicet, per pignoris captionem, mulctæ indictionem, banni
extraordinarij impoſitionem, & detentionem perſonalem, l.
1. §. quid ergo, cum ibi not. ff. de vent. inſp. Et ampliatur hæc
regula, vt tutor in teſtamento datus, legatum ſibi teſtamen-
3 to relictum perdat, ſi recuſet ſubire onus tutelæ, quando ſci-
licet ea contemplatione relictum eſt, vt tutelam ſubeat: alias
ſecus, ſicut nec legatarius amittit legatum, quãdo iudex vult
eum dare tutorem, & legatarius ſe excuſat. Nihil enim tunc
contra iudicium, & voluntatem teſtatoris fecit, l. Neſennius
cum duabus ll. ſequenti, ff. de excuſat. tut. Limitatur autem
4 hęc regula, vt non procedat, quando quis habet iuſtam cau-
ſam excuſationis. Et excuſatio hoc loco nihil aliud eſt, quam
alicuius iuſtæ cauſæ allegatio, ob quam non debeat ad tute-
lam vel curam cogi, quæ cauſæ in hoc titulo declarantur.

Quot ſint cauſæ excuſationis?

5 Imperator hic refert ſeptemdecim cauſas, quibus ab one-
re tutelę, & curæ quis excuſatur, nam primum ratione libero-
rum

ADDITIONES.

a *L. pupillus, §. munus, ff. de verb. ſignific.*
b *Authoritate ſcilicet, ſed vtilitate principaliter priuatum: nec cum tutela Reipublicæ munus eſt, l. ſi duas, 6. §. tutela non eſt. 15. ff. eodem, id eſt, non authoritate ſimul vtilitate præcipua munus, publicum.*

Digitized by Google

a rũ quis ab hoc *a* onere ſe excuſare poteſt: nã tres filij Romæ, quatuor in Italia, & quinque in prouincijs excuſationem præſtant, vt hic, & l. 1. C. qui nu. lib. ſe excuſant. Fauor enim qui debetur, illis, qui liberis hominibus ciuitatem replent, iux. l. 1. ff. ſolut. matri m. & occupatio circa tuendos, & regendos proprios filios, hoc priuilegium merentur ſecundum Aldob. hic in princ. Ordinata enim caritas incipit a ſeipſa, l. præſes, Cod. de ſeruit. & aqua. Et ait Cin. in l. cum antiquiſſimi, de fide le. Quod Lupus mordet carnes alienas, ſed ſuas lambit. Et ampliatur I. Procedere, ſi ſint maſculi, ſiue fœminæ, l. 2. non ſolũ,
b ff. eod. II. Siue ſint emancipati, *b* ſiue ſint in poteſtate, vt hic III. Nepotes ex filio, ſi pater eorum mortuus fuerit. nã hi patrem repræſentant, & quotcumque fuerint vnius loco habentur: vt hic, & d. l. 2. §. non ſolũ. IV. Filij etiam in adoptionem dati patri naturali proſunt, vt hic. Limitatur autem 1. Vt nepotes ex filia excuſationem non præbeant, quia hi non auum maternum, ſed patrem, & eius familiam ſequuntur, vt hic in prin. 2. Adoptiui filij ad excuſationẽ patri adoptiuo non proſunt, vt hic, quia occupatio, quam quis incurrit ſuam voluntate, & culpa, ſibi imputatur, c. damnum. de reg. iur. in 6. 3. Nec
c naturales *c* filij tantum, nec parentes ex delicto ſuo priuilegium habere videntur, vt hic, & d. l. 2. §. remittit, ff. eod 4. Filij concepti, ſed nondum nati non proſunt, d. l. 2. §. qui autem in ventre, ff. eo. Quando enim tractatur de commodo alieno, is, qui in vtero eſt, pro nato non habetur, vt nota. in l. qui in vtero, ff. de ſtat. hom. 5. Nati, poſt quam quis tutor datus eſt, non præſtant excuſationem, d. l. 2. §. numerum 6. Nec filij defuncti, quia tunc cauſa, & ratio priuilegij ceſſat: requiritur igitur,
7 vt adhuc ſint ſuperſtites, vt hic, niſi in acie perierint. Hi enim qui pro Repub. ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. Sed in acie vulnerati, ſi domi ex vulnere mortui fuerint, excuſationem non præbent, ſecundum Bart. per tex. ibi, in l. bello amiſſi, ff. eod. Nec obſtat tex. l. 1. §. ex incendio, ff. de incen. ruin. & c. vbi habetur, quod in bello dicatur amiſſum, quod propter cauſam belli amittit, ſicut, & vulgo occidiſſe dicitur, qui mortis cauſam præbuit, l. nihil intereſt, ff. ad l. Cornel. de ſicar. Quia hoc fauore pupillorum eſt introductum, vt habeant plures tutores, ſecundum Bartol. in d. l. bello amiſſi, qui inducit hæc ad quæſtionem. *Si ſtatuto cauetur, quod equi in bello amiſſi debeant ſtipendiarijs emendari, & contingat equum in acie vulnerari, & poſtea domi ex vulnere mori, an debeat emendari, de quo vide Ang. hic.*

ADDITIONES.

a *Liberorum numerus hic poſitus excuſat a tutela, at non à munere publico patrimonij, l. 1. §. quæ patrimoniorum ſunt onera, ff. de vacat. munerum.*

b *Non tamen a filij emancipati tutela pater excuſantur, l. amiciſſimos, 36. in fin. ff. eo. ne priuilegio propter liberos conceſſo, & acquiſito aduerſus ipſos liberos pater vtatur, arg. l. ſi iudex circumuento ff. de minor.*

c *Et qui dicuntur baſtardi.*

§. Item Diuus.

1 *Adminiſtratio rerum fiſci excuſat a tutela.*
2 *Ii quibus princeps curam alicuius rei iniunxit, excuſantur.*

1 SEcunda cauſa, quæ excuſationem à tutela præſtat, eſt adminiſtratio rerum fiſci. Adminiſtrantes enim res fiſci, durante officio, à tutela excuſantur, vt hic, & l. adminiſtrantes, ff. eo. ne. l. dum rebus pupilli operam dant, fiſcus lædatur, aut dum fiſcum indemnem ſeruare volunt, iura & res pupillorum negligantur, & diminuantur, ſecundum Aldob. hic. Idem
2 dicendum de alijs, quibus Princeps curam alicuius rei iniun-
a xit. Nam & hi excuſantur, donec curam iſtius rei *a* gerunt,
b vt ſunt exactores *b* tributorum, l. exactores, C. eod. Præfectus annonæ, & vigilum, d. l. adminiſtrantes, & menſores frumentarij, d. l. menſores frumentarij, ff. eo. publica enim vtilitas præferenda eſt priuatæ, vt not. Doct. hic, & tamdiu excuſantur, donec adminiſtrant. Ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus, & immunitas, c. cum ceſſante de appell.

ADDITIONES.

a *Aut ad eam gerendam ſeparant, & accingunt, l. filius, ff. de procur. Nam quod in propinquo eſt, penè eſt, l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cau. maior. gl. in l. pe. ff. de teſtam. milit.*

b *Et legati, & ſimiles.*

§. Item ij qui.

1 *Abſentia Reipubl. cauſa excuſat à tutela.*
2 *Cingendus habetur pro cinctio.*
3 *Comites, & miniſtri eorũ, qui Reip. cauſa abſunt excuſantur.*
4 *Saluus conductus alicui conceſſus, intelligitur quoque datus ipſius comitibus.*
5 *Abſens Reipub. cauſa reuerſus, quamdiu vacationem à tutela habeat.*
6 *Tutore Reipubl. cauſa abſente, interim pupillo prouidetur de curatore, donec reuertatur.*

1 TErtio excuſat abſentia Reipub. *a* cauſa, vt hic, & concor-
a dat tit. in C. ſi tutor vel curator Reipubl. cauſa abfuerit. Abſentia enim tutela imponi non poteſt, vt hic in prin. Quod ampliatur 1. Non ſolum in eo, qui iam abeſt, ſed etiam in eo, qui ſe itineri præparat, & incipit agere quodãmodo cauſam publicam, ſecundum gl. hic, in verb. abſunt, & facit l. legato, ff. de legationibus. vbi dicitur; quod legato prodeſt tempus, ex quo legatus creatus eſt. Ex quo inferunt. Angel. & alij hic.
2 Quod paria ſunt, aliquid factũm eſſe, vel de proximo faciendum, per regulam l. penul ff. de milit. teſtam. vbi iuſſus confeſtim cingi poteſt iure militari teſtari, vnde illud vulgatum: *Cingendus procinctio habetur, & de proximo doctorandus, ha-*
b *betur pro Doctore.* Potentia *b* enim propinqua actui, pro actu habetur, vt dicit Bal. in l. pen. ff. eod. vide Ang. & Aldobr. hic,
2 II. Ampliatur text. noſter procedere etiam in Comitibus, & miniſtris eorum, qui abſunt cauſa Reipubl. dum tamen ſint intra præſcriptum numerum: nam & hi, ſiue profecti ſint, ſiue accingant ſe itineri, excuſantur à tutela, vel cura, d. l. admi-
4 niſtrantes, §. eorum, ff. eod. Sicut etiam ſecuritas, vel ſaluus conductus conceſſus alicui, intelligitur quoque datus comitibus, & eius familiæ, vt concludit Hippol. de Marſil. in repet.
5 Rubr. C. de probat. quem refert, & ſequitur hic Aldob. nu. 4. III. Abſens Republ. cauſa reuerſus habet vacationem à tutela, per anni ſpatium, intra quem ad nouas tutelas vocari non poteſt vt hic, & d. l. non ſolum, in princ. ff. eod. & l. fin C. ſi tut. vel cur. Reipub. cauſ. abfuer. Quod in honorem ipſius propter res feliciter expeditas, & ad recolligendas vires, tum etiam ad curam rerum ſuarum inſtituendam videtur Legatis con-
6 ceſſum, ſecund. Aldobr. IV. Abſens Reipub. cauſa, etiam à ſuſce pta tutela excuſatur, durante ſcilicet eius abſentia, & interim prouidetur pupilis de curatore, qui reuerſo tutore deſinit eſſe curator, vt hic, & d. l. non ſolũ in princ. Limitatur igitur prædicta concluſio, vt abſens Reipub. cauſa, non omnino deponat tutelam ſuſceptam, ſed tantum remittat, & reuerſus ſtatim munus tutelæ iterum ſuſcipere cogitur, neq; habet vocationem à tutela priſtina accipienda per anni ſpatiũ, vt hic.

ADDITIONES.

a *An Romana? Ita videtur velle Iuriſconſultus in l. 30. ff. eod. Adde l. 45. eod. tit.*

b *Vide Bar. in l. 1. §. ſed ſi in eo. ff. ad Sylla. Iaſ. in l. 2. C. de inoff. teſt. Bal. in l. ſi pro ea. C. mandati Ceph. conſ. 136. num. 5.*

§. Et qui poteſtatem.

1 *Habentes poteſtatem cum dignitate excuſantur à tutela.*
2 *Multa a principio impediuntur, quæ facta non tolluntur.*
3 *Excuſatio in his cauſis neceſſaria.*

1 QVarto, excuſantur à tutela noua ſuſcipienda gerentes honorem cum adminiſtratione, ſeu habentes poteſta-
a tem cum dignitate, vt Magiſtratus, *a* Conſules, *b* Prætores,
b vt hic, & d. l. non ſolum, §. tanè, & l. adminiſtrantes, in prin. & l. athletæ, §. remittuntur, ff. eod. hæc omnia propter publicam vtilitatem procedunt, quę pręferenda eſt priuatæ, ne ſ. res publicæ vel pupillorum lędantur, vt ſup. eod. in § item diuus, dictum eſt, ſuſceptam tamẽ tutelam ante poteſtatem ipſis dela-
2 tã deſerere non poſſint, vt hic, & d. l. non ſolum, §. ſane. Multa enim impediuntur à principio, quæ poſtea firma ſunt. & facta non tolluntur, l. patre furioſo, iuncta gloſ. ibi in verb. reti-
3 nere, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Et nota circa prædictas

ADDITIO.

a *Et ex eo apparet legem xij. Tabularum.* Vti quiſque legauit ſuper familia tutelaque, ita ius eſto, *eo extenſam fuiſſe, vt teſtatorib. poteſtas fieret Magiſtratum Conſulem, Prætorem teſtamento ſuo tutores inſtituere, l. verbis, ff. de verb. ſign. l. tutor. 10. ff. de teſtam. tutel. Ne tamen tutelæ cauſa publica plane vtilitas intermitteretur (auocatis ob id magiſtratibus) excuſatio eis eſt conceſſa tantiſper dum magiſtratu fungeretur.*

b *Vt Aediles, & Duumuiri, l. vbi 19. §. 1. ff. de tutor. & cur. dat. l. penul. ff. qui petant tutor. l. non tantum, 17. §. 3. hoc titulo.*

dictas cauſas,quod neceſſaria eſt excuſatio,ſi enim magiſtra-
tus.item abſentes reipubl.cauſa,& alij ſe non excuſet, non ef-
fugient tutelæ periculum,vt notat hic Aldob.& facit text.in l.
1.C.ſi tutor.Reipub.cauſa abfuere.

§. Item propter litem.

1 *Magnalis quam tutor cum pupillo habet præſtat excuſationẽ.*

1 QVintò,Ratione litis magnæ, quam tutor habet cum pu-
a pillo,vel minore, de omnibus forte bonis, vel *a* maiori
parte bonorum, quis à tutela excuſatur: ſecus ſi lis ſit de mo-
dica quantitate, vt hic & l propter litem,ff.eod. Sed tunc pu-
pillo datur curator ad litem qui finita lite curator eſſe deſi-
nit, §.fin.ſup.de auth.tut.Et hæc procedunt de iure veteri:ho-
die verò de iur. authenticorum ſunt correcta, cum debitor
aut creditor pupilli, eius tutor eſſe non poſſit, Auth.minores,
C.qui dat.tut.poſſ.

ADDITIO.

a *Paria ſunt lis de omnibus bonis, & eorum maiori parte vt hic. Sic in fraudem alienaſſe creditorum intelligitur, qui non omnia bona,ſed eorum maiorem partem alienauit,l.omnes, §.Lucius,ff.de his quæ in fraud.cred.§. Item ſi quis in fraudem, infra de actionibus.*

§. Item tria.

1 *Multitudo tutelarum excuſat.*
2 *Quando tres tutelæ non excuſent.*
3 *Affectatum non dicitur oneroſum.*
4 *Quot tutelæ excuſent.*

1 SExtò,Multitudo tutelarum præſtat excuſationem. Nã tria
onera tutelarum excuſant à quarta tutela,quamdiu admi-
niſtrantur,vt hic,& l.tria onera,ff.eod.& l.vnic.C qui nu.tut.
& hoc propter difficultatem conficiendarum rationum, & ad
miniſtrationis gerendæ,l. ſi is,qui tres,§.fin.ff.eod. Et amplia-
2 tur hoc procedere.I.ſiue hæc tria onera ſint ſimplicia, vt tres
tutelæ,vel curæ,ſiue mixta, vt duæ tutelæ, & vna cura, aut è
conuerſo,l.a §.amplius,ff.eod.II. Ampliatur, vt ſufficiat etiam
in vna domo eſſe tres tutelas,vt ſi pater habeat tres tutelas,fi-
lius non vexetur, & è contrario tres tutelæ filij remiſſionem
patri dat, & rurſus in vtriſque communes, veluti vna filij, &
duæ patris & è conuerſo,l.diximus,§.ſi pater,cum l.ſeq. ff.eod.
Limitatur autem non procedere,quando tres tutelæ ſunt le-
ues, vt quia exigui ſunt patrimonij, ſecundum gl.hic deinde,
3 quando ſunt affectatæ, vt hic in princ. Nullum enim affecta-
tum dicitur oneroſum. Hinc gl.hic dicit. *Hoc portat leuiter,*
4 *quod portat quiſque libenter.* Ad hoc igitur, vt quis excuſetur
propter numerum tutelarum,quinque requiruntur.1.Nume-
rus trium tutelarum,vt hic & d.l.tria onera. Aliquando tamẽ
vnica etiam tutela ſufficit,quando ita diffuſa, & negotioſa eſt
vt pro plurib.cedat,d.l.ſi is,qui tres, §.fi.ff.eo 2.Quod tres illæ
tutelæ non ſint affectatæ, vt hic 3 Quod ſint oneroſæ,non le-
ues, ſecundum gl.hic 4. Quod ſint tres diuerſæ tutelæ,trium,
ſcilicet diuerſorum patrimoniorum: nam tutela plurium pu-
a pillorum,habetur pro *a* vna,nec enim numerus pupillorũ, ſed
difficultas conficiendarum,& reddendarum rationum conſi-
deranda eſt, vt dicitur in d.l.ſi is,qui tres in fin.ff.eod.5.Quòd
adhuc durent illæ tres tutelæ,nam ſi vna ex illis ceſſat,antequã
quarta deferatur, ceſſat immunitas, & facultas excuſandi,d.l.
ſi is, qui tres,& d.l.vnica, C.qui numero tutelarum.

ADDITIO.

a *Sic indictione poſita in ciuitate, plures liberi vnum,& idem patrimonium ſimul habentes, vnius familia loco cenſebuntur, vt vnam tantum indictionem præſtent, non plures: ſecus,ſi diuiſa patrimonia habent quamquam in eadem domo morentur.*

§. Sed & propter.

1 *Paupertas quando excuſationem a tutela, & cura præbeat.*
2 *Pauper quis dicatur.*
3 *An, & quando tutori alimenta bonis pupilli debeantur.*
4 *An tutori ſalarium a pupillo debeatur.*

1 SEptimò, Paupertas *a* à tutela,& cura excuſationem prębet,
a vt hic,& l.paupertas.ff.eod. Requiritur autem, vt talis ſit
paupertas, quæ faciat illum imparem oneri iniuncto, vt.ſ.pu-
pilli rebus,& negotijs proprijs intereſſe non poſſit, quia cogi-
tur ex proprijs operis,& artificio ſibi victum, quærere, vt eſt
in tex.hic iuncta gloſ.in verb.imparem. Tunc enim iniquum
eſſet, vt poſt habitis ſuis,aliena negotia tractare cogeretur,&
crudelitati eſt proximum,alterius cauſa ſeipſum deſerere, cũ
ordinata caritas incipiat à ſe ipſo, vulg.l.præſes,Cod.de ſer. &
aqua, Neque etiam vtile eſſe pupillo habere tutorem paupe-
rem,qui vel negligenter, vel non fideliter res pupillares pro-
pter inopiam adminiſtraret. Alias ſi poſſet gerere negotia pu-
pilli,& etiam propria, non excuſaretur, ſicut & pauper, qui
alias fidelis eſt,& ſe ab onere tutelæ non excuſat, propter ſo-
lam paupertatem, vt ſuſpectus remoueri non debet, l.ſuſpe-
ctum,ff de ſuſp.tut. Adiungitur tamen ei curator, ne ſubſtan-
2 tia pupilli periclitetur.l.pietatis, C.de ſuſp.tut. Quis autem di-
b catur *b* pauper declarat poſt gl. & alios hic Porc. & regulari-
ter hoc relinquitur arbitrio iudicis, qui ſecundum quantita-
tem patrimoniorum, & qualitatem perſonarum quem iudi-
cabit pauperem,ſecund.gl.in Auth.pręterea,in verb.locuples,
C.vnde vir,& vx & ſup tit.quibus ex cau.man.non licet,dictũ
eſt. Hinc Plat.hic notat, quod ſi teſtator relinquit pecuniam
pro puellis pauperibus elocandis,debet intelligi de his,quæ vi-
ctum quotidianum laborando ſibi quærunt. Adde Bal.in d.l.
paupertas,ff.eod.Item notabitis circa hunc. §.quem Ang. hic
inducit ad hoc,quod tutor à pupillo non alitur Si enim debe-
rentur tutori alimenta ex bonis pupilli, non poſſet ſe ratione
paupertatis excuſare. Ita Bart.in d.l.athletæ, §.tutelæ, ff.eod.
quod eſt verum,ſi adminiſtret tutelam in eodem loco; ſecus
ſi cogeretur propter negotia pupilli alio proficiſci : nam tunc
ſumptus itineris,ſecundum qualitatem perſonæ, & quantita-
tem patrimonij pupilli fieri, & de bonis pupilli reſtitui debẽt,
l.1.§.ſi pupillus, ff.de tu. & rationibus diſtrah & Bart. in leg.à
4 tutorib.§. fi.ff.de admin.tu. Deinde præſtat hic text.argumen.
c quod tutori *c* non debetur ſalarium à pupillo: alias hæc excu-
ſatio locum non haberet. Ex iuſta tamen cauſa, iudex ſala-
rium ſtatuere poteſt,d.l.à tutoribus,§.fin. & ibi gloſ.& Bar.&
Ang.in § actionum, nu., 6.inf.de actionib.

ADDITIONES.

a *Paupertate aliquis excuſatur, & ſic paupertas prodeſt dictum de eo eſt, ſupra quibus ex cau manum. non lic.num.11.*

b *Adde Menochium 2.de arbitr.iud.cent.1.caſu 65.*

c *Immo Iudex poteſt tutori conſtituere ſalarium ſecundum qualitatem perſonæ,& pupilli facultates,vt in d.§ ſi pupillus, vide d.§.vlt.facit l.ſi hereditas,ff.ad exhib.Et interdum tutor egenus alendus eſt ex bonis pupilli locupletis Specul. titul.qui ſine legitimi,§.1.verſ.item pupillus. Maſuer.tit.de tut.num.28.*

§. Item propter aduerſam.

1 *An, & quando infirmitas, ſeu aduerſa valetudo excuſet.*
2 *Monachus, item ſpado, non excuſatur.*

1 OCtauò,infamitas, ſeu aduerſa valetudo, *a* quæ talis eſt,
a quod etiam quis propria negotia adminiſtrare non po-
b teſt excuſat *b* à tutela,vt hic,& d.l.non ſolum, in fin cum leg.
ſeq.ff.eod.& l.vnica,C.qui morbo ſe excuſant. Lex enim no-
luit quem obligare ad impoſſibilia;l.impoſſibilium, ff.de reg.
iur.& quoq;pupillo damnoſum eſſet,ſi tutelæ munus valetu-
dinario iniungeretur,l.pen.in fi.ff.eod. Et ampliatur hæc con-
cluſio. I. Vt talis infirmitas non ſolum excuſet à noua tutela
ſuſcipienda, ſed etiam à ſuſcepta,vt eam quis deponere poſſit,
l.poſt ſuſceptam,& d.l.non ſolum,iuncta l.ſeq.ff.eod. II. Siue
ſit aduerſa valetudo corporis, ſiue mentis, vt quia eſt furio-
ſus,d l.pen.§.fi.ff.eo.& d.l.vnica,C.qui morbo ſe excuſ. Limi-
tatur autem 1.vt intelligatur de tali infirmitate, quæ vt dici-
tur in textu,impedit,quo minus quis rebus ſuis proprijs poſſit
præeſſe, vt in muto, ſurdo,cæco,perpetua aduerſa valetudine
detento,d.l.vnic. Sic enim tempore, quo quis datus eſt excu-
ſatur,cum etiam volentes non admittantur,l.1.in fi.ff.de tut.
Sed ſi poſtea tale impedimentum ſuperueniat,præſtat volenti
excuſationem,d.l poſt ſuſceptam. Alius igitur morb. qui non
impedit negotia gerere non excuſat,d.l.non ſolum, in fi.cum
duab. ll.ſeq. Nam propter amiſſionem vnius oculi non excu-
2 ſatur quis à tutela,l. frater, C.eod. Item nec ſpado, licet mor-
boſus dicatur,l.ſin autem, ff.de edil.ed. tamen à tutelæ onere
non excuſatur,l.ſpadonem, prin.ff eo.2. Limitatur, vt ſi mo-
rb. ſit perpetuus pręſtet perpetuam excuſationem,d.l.poſt ſu-
ſceptam. Si verò eſt temporalis,& ſpes reconualeſcentiæ,pręſ-
ſtat temporalem excuſationẽ,& interim datur curator,d.l.nõ
ſolum,§ ſi quis ita ægrotus,ff.eod. 3.Quamuis infirmitas ſuo-
rum

ADDITIONES.

a *Valetudinarij, & debiles qui cenſeantur, & à quibus muneribus excuſentur, vide apud Menoch.2.de arbit.iudic.caſu 60.*

b *Excuſat eodem modo a vadimonio deſerto. Proinde ſententia lata a ſciente aduerſus infirmum,ipſo iure nulla eſt, ab ignorãte, ſententia quidem eſt, reſcinditur tamen per aliam ſententiam. Bart.in l.quæſitum, ff.de re iud.*

Digitized by Google

rum propria exiſtimari, & eodem iure cenſeri ſoleat, vt eſt gl.
in c.communis filius, 23.diſt. & l.ſi quidem, in fi. ff. quod me-
tus cauſa, tamen aduerſa valetudo ſuorum, puta patris, filiorũ,
& vxoris, non præſtat excuſationem, l.fin. C.qui moribus, ſe
excuſ.lib.10.& adde tex.in l.codicillis, §.matre, ff.de leg.2.

§. Similiter.

1 *Rudis litterarum an, & quando excuſetur.*
2 *Expertes litterarum quando officia adminiſtrare poſſint.*

1 NOno, Imperitia literatum excuſationem à tutela præ-
bet, cum enim tutor teneatur conficere inuentarium,
& conſcribere rationes, l.tutor qui repertorium, ff.de adm.
tut. Lex eum, nec vel ipſe, vel pupillus lædatur, potius excuſa-
ri voluit, niſi ſit expertus negotiorum: nam tunc licet litteras
neſciat, à tutela tamen immunitatem ſperare non debet, vt
2 hic, & l.athletæ, §.ſi ff.eo. Hinc Ang. hic notat, quod nobiles &
alij negotiorum experti, licet ſint literatum ignari, tamẽ poſ-
a ſunt eſſe rectores *a* terrarum, & habere adminiſtrationem of
ficiorum, de quo Bal.& Paul.de Caſt.in l.certi iuris, C.de iud.
vbi etiam per Doct. concluditur, quod illiteratus poſſit eſſe
iudex, nec obſtat, quod ſententia debet ferri in ſcriptis, l.fi.C.
de ſent.ex peric.reci.c.fi.de ſent.& re iud.lib.6. Sufficit enim ſi
b habeat aſſeſſores *b* literatos, & peritos, quorum conſilio rega
tus, & ſententiam ferat, ac eam ſcribi, & per notarium legi fa-
ciat, vt notatur in d.c.fi.& eſt gl.in d.l.fi.in verb. proferant, in
fi.& adde Ioan.Fab.hic.

A D D I T I O N E S.

a *Adde c.de multa, ext.de praben.c.ad decorem ext.de inſtit.*
b *In aſſeſſore iuris ſcientia eſſe debet, l.2.ff. quod quiſque iuris Nouell. 82.cap.11.l.3.§.9.ff.quod metus cauſa, vbi dixi.*

§. Item ſi propter inimicitias.

1 *Inimicitia inter patrem, & tutorem non reconciliata, excu-ſant.*
2 *Inimicus patris, præſumitur inimicus filiorum.*
3 *Quæ, & quales inimicitiæ excuſent, & nu.4 5.& 6.*
7 *Quæ inimicitiæ non excuſent, & num.9.& 10.*
8 *Inimicitiæ capitales quæ dicantur.*

1 DEcimo, inimicitiæ, quę inter patrem, & tutorem exarſe-
a runt, & nondum *a* reconciliatæ ſunt, excuſationem pre-
ſtant, præſumuntur enim inimicitiæ durare in filijs, & ſerpere
in deſcendentes. Nam ſi extincto patre cenſeretur extincta
inimicitia, non ageretur hic de excuſatione, vnde not. Docto-
2 res hic quod inimicus alicuius præſumitur *b* etiam inimicus
b filiorum ſuorum, ſicut in ſimili dicitur, quòd iniuria facta vni
ex cognatis, toti cognationi videtur facta, l.lex Cornelia, iun-
cta gl.in verb.eorum, ff.de iniur. I. Igitur excuſatur, qui pro-
3 pter inimicitias à patre teſtamento tutor datus eſt, veluti ſi te-
ſtator cum ſciret ſe magnum æs alienum, & inexplicata ne-
gotia relicturum, vindictæ ſumendæ cauſa, inimicum ſuum
tutorem ſcripſit, vt eum in tutelam periculoſam immiſceret,
4 ſupponeretque debito, & negotijs vt hic, & d.c.athletæ, §.dat
remiſſionem, ff eod. II. Hæc excuſatio indiſtinctè locum ha-
bet, ſiue ante, ſiue poſt teſtamentum inimicitiæ extiterint, ſe-
cundum gl.hic in verb.inimicitias. III. A qualibet tutela, ſiue
teſtamentaria, ſiue legitima, ſiue datiua inimicitiæ excuſant,
5 §.inimicitiæ, iuncta gl.in verb.à tutela, inf.eod. Immo ſi taceat
tutor, poteſt ex cauſa inimicitiarum, vt ſuſpectus remoueri, l.
tutor, §.ſi tutor inimicus, ff.de ſuſp.tutor. & habet apertam in
ſe æquitatem. Cum enim inimicitiæ præſumantur durare cũ
filijs æquum viſum fuit, quem non cogi ad tuendos eos, quos
odit, neque fidei inimici tutelam committere eorum, qui per
ętatem ſe defendere nequeunt. vt inquit hic Aldobrandinus.
IV. Ampliatur, vt non attendatur, quæ fuerit cauſa inimici-
6 tiarum & cuius culpa ortæ ſint inimicitiæ. Etiamſi enim ipſe
tutor offenſus, vel offendens fuerit, hanc excuſationem habet
ſecundum gl.in d.l.athletæ, §.dat remiſſionem, in verb.facta.
7 Limitatur autem procedere. 1. Si inimicitiæ ſint capitales: le-
8 uis.n ſimultas non excuſat, vt hic in §.inimicitiæ. Dicitur au-
tem capitalis inimicitia, ſec.gl.in verb.capitales, quãdo aliquis
c minatur *c* alteri mortem, vel parati inſidias eius vitæ: item,
quando quis accuſat alium de crimine capitali, l.qui cum ma-
ior, ff.de bonis libert.& eſt gl.in l.licet, in verb. capitales, ff.de
arbit. Item, ſecundum Fab.hic, ſi inter eos lis fuerit de omni-
d bus *d* bonis, vel maiori parte bonorum, cum res, & bona, dicã
tur eſſe ſecundum ſanguis hominis, ſecundum gl.in l.aduoca-
ti, in verbor. vitam, C.de aduoc.diuerſ.iud. Item, aliquando ex
verbis iniurioſis atrocibus inimicitia capitalis oritur, ſecundũ
Bald.in c.veniens de iureiur. Vita enim, & fama pari paſſu am
bulant, l.iuſta, ff.de manumiſ. vind. Et hoc arbitrio iudicis relin
quendum eſſe dicit hic Aldobrandin. qui pro conditione per-
ſonarum, locorum, & facti æſtimabit, an capitales, vel leues
fuerint inimicitiæ, ſecundum Abbat.in cap.cum oporteat, gl.
9 ſuper verb, inimicos, de accuſ. 2. Limitatur, vt inimicitiæ non
e excuſent à tutela, quando reconciliatio *e* interuenit, vt hic,
quæ expreſſæ probatur per pacem factam. Item tacitè ex mu-
tuis beneficijs ſecutis, ſecundum Bald.per text.ibi in l.ipſius, C.
fam.erciſcun. & facit text.iuncta gl.in §.fin.inſt. de iniur. vbi
10 iniuriarum actio diſſimulatione tollitur. 3. Pro limitatione
hic ſubijcit Imper. vt hoc ſolo, quod quis ignotus fuerit patri
pupillorum, non excuſetur tutor, vel curator, vt hic § non
eſſe. Sicuti etiam ignotus hæres inſtitui poteſt, l.extraneum,
2.C.de hæred.inſtit.

A D D I T I O N E S.

a *Inimicitiæ capitales, nondum reconciliatæ, remouent tutorem à tutela, vt hic. Sic inimicitiæ capitales nec reconciliatæ efficiunt, vt tacitè legatum ademptum intelligatur legatario infr. de adempt.leg.n.18.*

b *Præſumitur hodie inimicus qui olim fuit inimicus, l.in ipſis, C. familiæ erciſc. vbi Bald. Innoc.in c. cum oporteat, de accuſat. Salic & Alex.in l.3.ff.de teſtib. Bald.in l.cum & perſona, C. de proba. De qua præſumptione vide Alciat. 2.præſumpt. 11.*

c *Et multo magis ſi conſanguineũ occidit gl.in l.licet, ff.de arbit. Bart.in l.3.§.non ſolũ ff.de adem.legat. De cauſis inimicitiarũ, & quibus ſignis probetur, vide Blancum in rep. l.vlt ff.de q.*

d *Inimicitiæ impropriè eo caſu capitales dicuntur, propriè verò grauiſſimæ ſunt.*

e *De reconciliatione inimicitiarũ vide Bal.in l.filio quẽ pater, ff. de lib.poſth. vbi per ſalutationem dicit reconciliationem factã intelligi. Adde Bart.in l.non ſolum, §.iniuriarum infra, de iniur. Idem ſi eodem poculo bibant inter ſe. Bald.l.in ipſius, C.familiæ erciſcum, & cap. 1.§.iniuria, de pace iuram. firm. Idem ſi alter alteri quid vendiderit, Bal in c.imperialem, de prohib. alienat.feudi Adde quæ infra traduntur tit.de iniur.*

§. Item is, qui ſtatus.

1 *Is, cui à patre pupilli quæſtio ſtatus mota eſt, vel qui pupillo, vel eius patri mouit, excuſatur.*

1 VNdecimo, Is, cui mota eſt quæſtio ſtatus à patre pupilli,
quem, ſcilicet pater aliquando contendit eſſe ſuum ſer-
uum, à tutela, ſeu cura ſe excuſare poteſt. Item, ſi tutor pupil-
lo, vel eius patri quæſtionem ſtatus mouit, vt hic, & d.l.athle-
tæ, §.amplius, ff.eod. Ex hoc enim videtur contracta inimici-
tia capitalis, dum voluit illum deducere in ſeruitutem, cum
ſerui de iure ciuili pro nullis reputentur, l.quod attinet, ff.de
re.iud. Et non ſolum iniuria, & ignominia hoc caſu in ius vo-
cato, ſed etiam omnibus eius coniunctis infertur, l.1.& 2.ff.
de liberali cauſa. Quod eſt verum, niſi quis calumnioſè mo-
ueret quæſtionem ſtatus pupillo, vt euitaret tutelam, d.l.
athletæ §.amplius Sicut in ſimili, ſi quis daret alapam volẽti
ferre teſtimonium contra eum, vt tamquam inimicum à te-
ſtimonio repelleret, non iuuaretur, ſecund. Ang. & Bart.hic,
in l.1.§ cum quis latrones, ff.de quæſt.

§. Item maior.

1 *Ratione minoritatis immunitas à tutela, & cura datur.*
2 *Item ratione ſenectutis.*
3 *Senectus ſpecies morbi.*
4 *Senectus venerabilis.*
5 *Priuilegia ſenibus conceſſa.*
6 *Senex quis dicatur diuerſis reſpectibus.*

1 DVodecimo, Ratione ętatis imunitas à tutela, & cura da-
tur, idq; dupliciter. I. Ratione minoritatis: nam minores
25.annis, nec volentes tutores poſſunt eſſe, ita quod nõ opus
habeant excuſatione, & quando in teſtamento dati ſunt tuto-
res, expectatur donec fiant maiores, §.furioſus, ſup.qui teſt.
tu.dari poſ. Inciuile enim viſum eſt, vt hi, qui alieno auxilio in
reb.ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ſub alijs regun-
tur, aliorum tutelam vel curam ſubeant, & alios regant, vt hic
a *a* & l.fin.C.de leg.tut. II. Ratione ſenectutis, quando ſcilicet
2 quis eſt maior 70.annis. ita quod compleuit 70.annum: nam
tunc excuſatur à tutela, vt hic, & l.2.ff.eo.& l.vnic a, C.qui ęta
3 te ſe excuſ. duplici ratione. Tum quod illis ſenectus ipſa ſa-
tis

A D D I T I O N E S.

a *Vt ſupra, de fiduciaria tutela. Vbi vide aliam quoque rationem*

Digitized by Google

tis grauis,& moleſta,& per ſe ſpecies morbi ſit,& magis quie-
tem deſideret, quàm aliquas extraneas perturbationes: tum
etiam quod Romani magiſtratuū priuilegia ſenibus conceſ-
ſerunt,l ſemper,ff.de iure immun. vbi dicitur,ſemper in ciui-
4 tate noſtra ſenectus venerabilis fuit, vt priſci eumdem penè
honorem ſenibus, quem magiſtratib. tribuerint. Hinc Bal. in
cap.1.per tex. ibi,de renunc. inquit, *Melior eſt umbra ſenis, quã gladius iuuenis*. Et plura etiam priuilegia ſenibus tributa
ſunt. Nam penes ſeniorem,cæteris paribus,tabulæ teſtamēti,
item inſtrumenta communia deponi debent,l.fi.ff.de fide in-
ſtru.Et ſicut maiores 14.annis non torquentur,l.de minore,
ff.de quæſt.ita,& ſenes,qui compleuerint 70.annum,torque-
ri non debent,de quo vide Ang in tract.maleficiorum,ſuper
verb.fama publica,verſ.6.quæro,num. 102. & Gandinum,de
6 quæſtionibus,& tormentis,poſt princ. num.9 & D.Konig in
a proceſ.in c.2.in 6. q. Et obiter notandū,quòd ſenex *a* dicitur
diuerſis reſpectibus: nam ad alia munera publica perſonalia
euitanda,in quibus corpus ipſum verſatur,& labor eius,dici-
tur ſenex,qui eſt quinquaginta annorum,l fi. C. qui ætat.vel
poſſeſſ.ſe excuſant,li. 10. In tutela verò prudentia,& conſilia
magis opus eſt,ideò maior ætas ad excuſationem requiritur.
Quæ enim prudentia,& conſilio exequenda ſunt, debilitato
corpori non remittuntur,l.2.§. corporis,ff. de vacat. muner.
Item,quo ad teſtimonium,dicitur ſenex,qui eſt 70. annorū,
l.inuiti,1 iuncta gloſſ. ff. de teſtibus. Et in procreatione libe-
rorum,dicitur poſt 60.annum,l.ſi paterfamilias & ibi gloſ.in
verb.ſexaginta,ff. de adopt. ſicut,& fœmina quinquagenaria
regulariter non parit,l. ſi maior,C. de leg hær. Et de priuile-
gijs ſenectutis vide Felin. in cap. in noſtra, de teſtibus,& re-
miſſiuè Aldobr. hic,num.16.

ADDITIO.

a *Senex qua ætate quis cenſeatur, vide Menochium 2. de arbit. iud.Caſu 59.*

§. Item, & in milite.

1 *Militia ſecularis vacationem à tutela præſtat.*
2 *Item militia cæleſtis.*
3 *Clerici,an inuiti tutelam recipere cogantur.*
4 *Milites noſtri temporis,an hac immunitate gaudeant.*

1 DEcimotertiò, Militia vacationem à tutela præſtat, adeò
quòd miles etiam volens,ad tutelam non admittatur,*a*
Ideò excuſatione non indiget: & hoc inductum,ne a militia
diſtrahatur,vt hic,& l ſed & milites,ff eod.& l.militiæ,C.qui
da tut.pot.Sicut,nec miles,etſi velit,procurator conſtitui po-
teſt,l.militem,C.de procur. Offenditur enim diſciplina mili-
taris,ſi alienis negotijs vacēt milites, ideò militibus prohibi-
ta fuerunt omnia ea,quę quoquo modo poſſent eos a militia
b diſtrahere,l.milites,C. locati. Et ampliatur,vt ſicut *b* milites
ſæculares non ſunt reuocandi a ſuis ſignis ,& caſtris , ita nec
2 milites cęleſtes, clerici, monachi,& alij omnes veri Eccleſiæ
Catholicæ Prælati,ſiue Parochi,& eorum Vicarij : nā hi im-
munitatem a tutela habent,l. generaliter,C. de Epiſc.& cler.
quæ eſt canonizata in c.generaliter,16.q 1.Militās enim Deo
non debet ſe implicare negotijs ſęcularibus,c 1.in fi.extra,ne
clerici vel monachi ſæcul.negot.ſe immiſceant Clerici igitur
3 inuiti non coguntur recipere aliquam tutelam, poſſunt ta-
men,ſi veliot,recipere legitimam tutelam,c.peruenit,ibi glo.
86 diſt.& d.l.generaliter,iuncta Auth.ſed hodie.C.de Epiſc.
& cler. niſi vocentur ad tutelam miſerabilium perſonarum:
nam ad hanc ſuſcipiendam clerici in ſubſidium tenentur,ſe-
4 cundum gloſ.in c.peruenit. Pro limitatione autem notabitis,
c quod milites *c* noſtri temporis, qui otio, non armis dediti
d ſunt,non*d*gaudent iſta immunitate,ſecus ſi armis vacant,&
in obſequio principis ſunt,vt ad omnem voluntatem eius in
prælium pro Republ. ſeu imperio deſcendant,ſecundū Plat.
& alios hic,de quo inf.de milit.teſtamento dicemus.

ADDITIONES.

a *Immò,admittitur ad tutelam filij commilitonis,l.propter magiſtratum,13.in fi.ff.eod.*
b *Vide Euerhardum loco a milite armata militia ad militem cæleſtis militiæ: & in loco a militia ad Eccleſiam & cauſam piam.*
c *Milites noſtri temporis, an vtantur priuilegijs militibus conceſſis a iure,paucis indicatum eſt infra,rub. de teſtam.milit.*
d *Priuilegio militis vti non debet,qui militia fungi non intelligitur,facit l.adigere,§.quamuis,ff.de iure patr.*

§. Item Romæ.

1 *Ratione poſſeſſiones quis a tutela excuſatur.*
2 *Qui Doctores excuſentur ab onere tutelæ,& nu.3.4. & 5.*
6 *Qui ſcholares priuilegio ſcholarium gaudeant.*
7 *Qui profeſſores non excuſentur.*

1 DEcimoquintò,Ratione profeſſionis quis à tutela excuſa
tur,veluti Grammatici,Rhetores,& Medici. Item Phi-
loſophi,ſub quibus,& Dialectici comprehenduntur,vt hic,&
l.ſi duas,iuncta gl.in verb.ſophiſtæ,ff.eod. Nam,& a reliquis
muneribus perſonalibus vacationem,& immunitatem habēt
d.l.ſi duas,& l.medicos,iuncta l.fi.C. de profeſ. & med.li.10.
vbi dicitur : *Huiuſmodi profeſſores litterarum,& legū Doctores vna cum vxoribus, & filijs, necnon, & rebus, quas in ciuitatibus poſſident, ab omni functione, & muneribus ciuilibus, vel publicis,immunes eſſe præcipimus,neque eorum domus mi-*
2 *litem,vel iudicem hoſpitandum ſuſcipiunt.* Quòd eſt verum.I.
Si doceant & exerceant artem Romæ,vel in patria.Itē ſi ali-
bi legerint: & ſint excellentes,vel valde docti,vt hic,& iūcta
glo.& l.ſed,& reprobari,§.amplius,ff. eod. Vbicumque enim
legunt,ſunt decus,& ſplendor patriæ ſuæ,ſecundum Bald. &
a Ang.hic. II. Si ſint intra numerum *a* præſcriptum. Minores
3 enim ciuitates poſſunt quinque Medicos immunes habere,
& tres Rhetores,& Grammaticos totidem. Maiores autē ci-
uitates ſeptem Medicos,quatuor Rhetores,& totidem Grā-
maticos. Maximæ autem ciuitates decē Medicos Rhetores,
quinq. & totidem Grammaticos. Supra hunc numerum,ne
maxima quidem ciuitas immunitatem præſtat,vt habetur in
d.l.ſi duas,ff.eod. 1.e Philoſophis autem certus numerus nō
eſt expreſſus,ſed quotquot fuerint,excuſantur: rari enim ſūt
qui philoſophantur,vt dicitur in d.l. ſed,& reprobari,in prin-
4 cip.III. Vt ſint inſcripti numero conceſſo,d.l.ſi duas,§. decet,
in fin.Ex quo notat Plat.hic,quòd is,qui non eſt ſcriptus in
b matricula, *b* non gaudet *c* priuilegio ſuæ profeſſionis,ſecun-
c dum gloſ.in l. 3.in verb.qui,C.de offi. magiſtri militum. IIII.
5 Quòd exerceant artem,& circa officia non ſint negligentes,
d.l.ſi duas,§ decet,in fine. Hinc inferunt Doctores hic,quòd
ſcholaris non gaudeat priuilegio ſcholarium, licet ſit inſcri-
d ptus albo ſtudioſorum, niſi frequenter ſcholas, & ſtudeat. *d*,
Scholaris enim vagus non ſit magiſter,vt eſt gloſ.in l.1.C.de
tyron. lib.12. Cauſa enim ſtudiorum plura ſunt priuilegia
conceſſa ſcholaribus,de quibus habetur, & notatur in Auth.
6 Habita,C. de filius pro patre. Qui igitur non ſtudent, priui-
legijs non gaudent, nam ceſſat tunc ratio inductiua priuile-
giorum,ideò & priuilegia ceſſant,ſecundum Aldobr. nu. 19.
Sicut & ſcholaris,qui abeſt per quinquennium a ſtudio, per-
dit beneficium matriculæ,& priuilegia ſcholarium, ſecundū
Plat.hic,& Bal.in d.l.ſi duas,& DD.in dicta Authen. Habita.
Limitantur autē prædicta,vt Aſtronomi, Arithmetici, Geo-
metræ,Muſici,& Poetæ nō excuſentur a tutela,l.Geometrę,
ff.eod.& l.oratione,& l Poetæ,C.de profeſſ.& med. libr. 10.
7 Sic etiam iuris profeſſores non excuſantur,etiamſi in patria
legerint, cum nihil magis eis conueniat, quam tueri pupil-
los, & magis præſumuntur idonei ad tutelam gerendam,
quam Grammatici,aut Medici,ſecundum Doctor.hic. In
duobus caſibus tamen excuſantur. 1. Si fuerint a conſilijs
principum,l.iuriſperitos,ff. eod. 2. Si Romæ legerint,dict. l.
ſed,& reprobari,§.fi.ff.eod Item ſi in alijs ciuitatibus, vbi eſt
publicum Gymnaſium, iura profiteantur, ſecundum DD.
hic. Et hinc ſumpta occaſione,Angel.hic refert decem priui-
legia Doctorum iuris. Et de inſignijs Doctorum,vide Bald.
in prooem.num.24.Chriſtoph. Port.in §. filiusfamilias,in fin.
ſupr.quibus mod.ius pat.pot.ſol.

§. Qui

ADDITIONES.

a *Supernumerari profeſſores priuilegijs eorum, qui intra numerum ſolemnem,& conſtitutum ſunt,non fruuntur, l.ſi duas,ff. de excuſ. tutorum.*
b *Matricula alicuius artis adſcriptus, & eam artem non exercens,non gaudet priuilegijs artis. Bar. & Pla.in l.1.C de collegiat. Quatenus probet matricula,vide Bal.in l.2.C.de ſenten. Doct.in l.ſcrinarios,C.de teſtam militia. Abb.c pen. de priu. De matricula Imperij vide Gayl.1.Obſer.21.*
c *Sic Notarius matricula non adſcriptus inſtrumentū conficere non poteſt.Bald.c.1.de contr.feud.addo Bart. in l.vit. C.de rebus cred. adde quæ de matricula ſcripta ſunt in §. panonum, inf.de rer.diuiſ.*
d *Dixi ſupra in prooem.*

§. Qui tutelam.

1 *Tutor pupilli non cogitur eiuſdem curator eſſe.*
2 *Tutor volens curator eſſe eiuſdem perſonæ, poteſt.*

1 DEcimo quinto, Is, qui tutelam pupilli geſſit, inuitus non
a cogitur eiuſdem a eſſe curator, ſed a cura iſtius minores
excuſantur, etiam ſi teſtamento curator datus ſit, vt hic, & l.
curato, C. eod. Eſtq; ratio, cum. n. ſemel, tutela ſcilicet onera-
tus fuerit, non debet amplius cura eiuſdem perſone grauari.
Nam ſufficit in quibuſdam amici commoditatibus conſuli,
2 vt dicitur in l. tutori, C. de neg. geſt. Tutor autem volens etiã
curator eiuſdem perſonæ eſſe, poteſt, vt hic: ſumpto argu-
mento a contrario ſenſu, quod ceteris paribus in iure eſt, va-
lidum, vt notat per Bald. & alios, in l. conuenticula, poſt gl. C,
de Epiſcop. & clericor.

ADDITIO.

a *Niſi ſit libertus, l. libertos, 5. C. eod.*

§. Idem reſcripſerunt.

1 *Maritus a cura vxoris excuſationem habet, imò volens vxo-
ris curator eſſe non poteſt, propter quaſdam rationes.*
2 *Vxor quotuplex patrimonium habeat.*
3 *De iure Saxonico maritus eſt curator vxoris.*

1 DEcimoſexto, Maritus a cura a vxoris ſuſcipienda, & ſu-
a ſcepta excuſationem habet, imò, nec volẽs curator vxo
ris eſſe, poteſt, vt hic, & l maritus, C. qui tut. dar. poſ Sic etiam
nec ſponſus curator ſponſæ dari poteſt, l. 1. in fi. ff eod. Et plu-
res aſſignantur rationes, poſt gl. hic. I. Ne mutuus ille amor,
qui donationem inter coniuges impedit, l. 1. ff de donat. inter
vir. & vxor. faciat, vt ſpreto ſuo commodo, vxor. quæ in cura
b mariti fuit, remiſſionem b faciat reddendæ adminiſtrationis.
II. Si contingeret ante finem curę, quod maritus, non ex fide
adminiſtraret, maritus tãquã ſuſpectus cum infamia remo-
nendus eſſet, & ſic ſcandalum inter coniuges oriretur, quod
eſſet non debet, l. a C. ne fideiuſ. dot. dentur. III. Propter pu-
blicam honeſtatem, quæ de iure ciuili prohibet, tutores, & cu
c ratores c ducere vxores, pupillas, & adultas, vt Cod. de interd.
matr. Nam & hæc honeſtas conſideranda eſt, ſi poſt contra-
ctum matrimonium curator conſtituatur, facit tex. in l. licet,
C. eod. ſecundum Aldobr. hic nu. 16. qui etiã quartã rationẽ
2 ſubijcit, quòd abſurdum videatur, aliquid eſſe viri, aut vxoris,
quod commune non eſſet. Pro limitatione autem notabitis,
quod vxor dicitur habere triplex patrimonium 1. Dotẽ, quæ
d eſt in dominio d mariti, qui de ea diſponit, agit, & cõuenitur,
vt dominus, l. doce ancillam, C. de rei vendic. 2. Bona Para-
e phernalia, e quæ mulier vltra dotem habet, & tradit marito
in cuſtodiam, & in his maritus eſt legitimus adminiſtrator,
& ſine aliquo mandato vxoris agere, & cõueniri poteſt, l. fi.
cum ibi not. C. de pact. conuenit. 3. Habet bona, quæ ſibi re-
f ſeruat f & non concedit marito, & in his maritus non eſt le-
gitimus adminiſtrator, ſed opus eſt, vt, vel ab vxore procura-
tor conſtituatur, vel cautionem de rato præſtet, l. maritus, C.
de proc. Et de his poſterioribus bonis loquitur. hic præſens §.
3 & vide Paul de Caſt. & alias, in d. l. maritus. De iure verò Sa-
xonico maritus eſt curator ſuæ vxoris ar. 31. li. 1. & 45. lib. 3.

ADDITIONES.

a *In tutela tamen fuerunt mulieres. Vlpian. 13. regul.*
b *L. libertum, 64. l. non ſolum, 67. §. 2. ff. de ritu nup. l. 4. & paſſim, C. de interdict. matr. ant. tut. & pup.*
c *Curatoris ius plenius eſt quam procuratoris. Procurator reuo-
cari poteſt, § mandatum infra mandati; at nõ curator. Procu-
rator ad litem plerumq. datur curator ad res, & cauſas. Pro-
curator conſtituitur a priuato, curator a magiſtratu. Procura-
tor mandati actione tenetur, curator negotiorum geſtorum.*
d *Dotalium rerum maritus non tantum eſt adminiſtrator, ve-
rum etiam dominium ciuile habere dicitur, vt hic, & l. pen. C.
de iur. dotium.*
e *Paraphernorum vxoris maritus ipſo iure procuratoris locum
obtinet, vt hic.*
f *Receptorum vxoris bonorum maritus non eſt procurator, niſi
ab ea procurator conſtituatur, vt hic.*

§. Datus autem.

1 *Tutor excuſatur ab adminiſtratione rerum in aliena prouin-
cia vltra centeſimum lapidem ſita.*
2 *Teſtator habens diffuſum patrimonium in diuerſis locis, po-
teſt plures tutores conſtituere, & vni in hoc, alteri in alio loco
adminiſtrationem mandare.*
3 *Milliare legale quomodo conficiatur.*
4 *Miliare vulgare.*
5 *Milliare in terris Saxoniæ.*

1 DEcimoſeptimo, Tutor, vel curator poteſt ſe excuſare ab
adminiſtratione earum rerum, quę in aliena prouincia
vltra centeſimũ lapidem ſita ſunt, l. non ſolum, §. & qui teſta-
2 mento, ff. eod. Pro cuius declaratione notandum, quod teſta-
tor, ſi habet patrimonium diffuſum in diuerſis locis, poterit, ſi
velit, dare plures tutores, & vni demandare adminiſtrationẽ
rerum in vno, alteri vero in alio loco ſitarum, l. ſi tamẽ, ff. de
teſtamen. tut. Si verò hoc nõ faciat, ſed ſimpliciter tutorem in
teſtamento conſtituat, intelligitur datus ad vniuerſum patri-
monium pupilli, vbicumq; illud ſitum ſit, vt hic, & l. propter
litem, §. licet, ff. eod. Item ſi a iudice datus ſit, ſiue omnia bona
pupillaria ſint in territorio dãtis tutorem, ſiue extra territo-
a rium, a non obſtante regula, l. fi. ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi di-
citur, quod extra territoriũ ius dicenti impune nõ paretur,
quia ſufficit quod iudex habeat perſonã tutoris, & pupilli ſu-
biectam, licet non omnia bona, quia tutor principaliter per-
ſonæ, & ſecũdariò rebus datur. l. magis puto, § illud, ff. de reb.
eorum, qui ſub tutela, &c. Et prędicta ampliãtur procedere,
quòd tutor ſe ab adminiſtratione excuſare nõ poteſt, ſi in ea-
dem prouincia ſint bona pupilli ſita, etiam vltra centeſimũ
lapidem: ſecus, ſi in diuerſa prouincia pupillus habeat bona;
nã tunc tutor ſe excuſare poteſt, dummodo diſtent per centũ
millia paſſuum, vt eſt text. in d l. propter litem, §. licet, ff. eod.
& in l. 2. & l. teſtamento, C. eod. Et obiter notandũ, quòd mil-
3 liare Italicum, ſeu legale conficiatur mille paſſibus, vt eſt gl.
in l. mille paſſus, ff. de verb. ſignifi. Paſſus verò quinque pedi-
bus, pes autem quindecim digitis, ſecund gloſ. in l. 3. ff. de ver
bor. ſignif. & in c ſicut, el r. 17. q. 4. Et viginti milliaria legalia
4 faciunt dietam legalem. d. l. 3. in princ. Aliud dicitur milliare
vulgare, quod ſecundum vulgi opinionem, & conſuetudinẽ
loci, pro milliari reputatur, & in vno loco ſunt maiora, & in
alio minora milliaria, ſecũdũ conſuetudinem terrarum, quę
non habent certam menſuram, vt eſt gloſſ. & ibi not in cap.
5 nonnulli, in verb. vltra duas dietas, extr. de reſcript. in terris
Saxonię de conſuetudine, milliaria etiã certam habent men-
ſurã, vt eſt ſententia Scabinorũ Lipſenſium poſt *Vvechbild*,
ſub tit. *Ob Edellenthmoegen Bier brauven auff yhren Leben-
guetren, vnd ſchencken laſſen.* Quia ita pronunciant. *Das eine
Meile von recht haben ſoll. 60. Gevvende, vnde yn iegliche
Gevvende 60. Ruten, vnd eyne de Rute 15. Elen.* Et quamuis
D. Henning. God. in conſ 12. de menſura milliarij dicat hanc
ſententiam, neque iure ciuili, neque Saxon. fundatam eſſe,
tamen ita de conſuetudine ſeruatur.

ADDITIO.

a *Adde quæ ſcripta ſunt in §. nos autẽ ſup. de Attiliano tutore.*

§. Qui autem iuncto, §. ſeq.

1 *Ad proponendas excuſationes dantur 50. dies, & quomodo computentur.*
2 *Quatuor menſes continui dantur ad proſequendam excuſa-
tionem.*
3 *Excuſatio tutoribus, quando proponenda.*
4 *Tutor, an appellare poſſit.*

*Quomodo, & intra quod tempus tutor, vel cu-
rator ſe excuſare debeat.*

1 PRincipio notandũ, quòd duplex tempus ſtatutũ reperi-
a tur in excuſationibus obtinendis. Primum 50. a dictum,
b ad comparendum coram iudice, & b proponendam excuſa-
tionem,

ADDITIONES.

a *Excuſatio ab appellatione differt tempore. Eſt enim appellan-
dum intra decem dies. Auth. Hodie. C. de appellat. Excuſa-
tio fit intra 50. dies, vt hic. Appellationum cauſa defertur ad
alium iudicem l. eos. C. de appellat. Excuſatio fit apud eũdem,
apud quem eſt propoſita.*
b *Inſcriptus, l. ſcire, ff. de excuſat. Hæc tamen omiſſio non vitiat
excuſationem, gl. in c. prudentiam, ex de offic. delegati.*

Digitized by Google

a tionem, quod tempus incipit ſtatim à die *a* cognitionis, in
quo quis cognouit, ſe datum eſſe tutorem, d.l.ſcire, §. quinqua
2 ginta, ff. eodem. Alterum vero tempus datur ad proſequendã
excuſationem, & eam probandam, & obtinendam à iudice
b ſententiam excuſationis, Et eſt quatuor *b* menſium tempus
continuum, quod continuis diebus feriatis, & non feriatis,
currit, l. quinquaginta, ff. eod.
3 Secundò, notandum, quod tutores qui habitant in ciuitate
vbi creantur, vel intra centeſimum lapidem, habeant, 50. dies
ad proponendam excuſationem. Qui verò vltra centeſimum
lapidem habitant, pro ſingulis 20. millibus paſſuum ſingulos
dies habeat, quibus 30. dies adijciuntur, qui tamen ita computati
debent, ne minus ſit quàm 50. dies, ne deterioris conditionis
ſit abſens, quam præſens, vt hic, & dict. leg. ſcire, §.
aliud, ff. eodem.
3 Tertiò notandum, quod tutor vnam tantum habet excuſationem,
& ſi eam non proponat intra 50. dies, poſtea non
auditur, d.l. ſcire, §. oportet. Item ſi plures habeat & vnam tan
tum propoſuit, & in ea probanda defecit; nam poſtea non auditur,
niſi adhuc ſit intra tempus 50. dierum. Si vero intra illud
tempus omnes ſimul propoſuit, licet in quorundam pro-
c batione ſuccubuit, alijs tamen nominatis *c* nihilominus vti
poterit intra tempus quatuor menſium, ex quo debito tempore
propoſitæ ſunt, vt hic, & d.l. ſcire, §. ſcire, & d.l. propter
litem, verſ. 1. ff. eod. & poſt alios Aldobran. hic, nu. 1.
4 Quartò, notandum, quòd tutor datus, ſiue à teſtatore, ſiue
d à iudice, ſiue à lege, non *d* appellat, nec appellatione opus habet,
cum ſe excuſare poſſit, & valde incommodum eſſet pupillo,
ſi per viam appellationis ad ſuperiorem dominum traheretur,
vt hic, & l. tutores nominatos, C. eodem, & d.l. ſcire
oportet, in princ. Si tamen iudex propoſitam excuſationem
non admitteret, tutor appellare poſſet, l. 1. §. ſi tutor, ff. quando
appellan. ſit.

ADDITIONES.

a *Præſumitur autem tutor datus ignorare tutelæ dationem, niſi contrarium probetur, l. hic autem, ff. de adminiſtr. tut. Quia ita facti alicni probabilis ignorantia eſt, l. veniens, ff. de probatio. In notorijs vero, tutor ignorantiam ſuam probare debet, leg. ſi tutor, C. de peric. tut.*

b *In alijs muneribus cauſæ cognitio intra duos menſes finiri debet, l. 2. C. de temporib. appell. Appellatio vero fit intra decem dies. Auth. Hodie, C. de appell. Cur tam variè? An quia in alijs muneribus vtilitas Reip. verſatur? & idem celerius res expeditur, ne Reſp. damno afficiatur? vt vult Cinus in l. hi qui, C. de appellat.*

c *Si modo non fuerint contraria, arg. l. contra maiores, Cod. de inoſ. teſt.*

d *In quibus cauſis non appellantur, adde Socin. reg. appell. 24.*

§. Finalis.

1 *An vſus falſis excuſationibus, onus tutelæ effugiat.*
2 *Obtinens aliquid falſis allegationibus, caret impetratis.*

1 NOtandum ex hoc §. quod ſi quis ad effugiendum onus
a tutelæ, vel curæ, falſis *a* excuſationibus vſus eſt, nõ libe-
b ratur ab onere tutelæ, adeò quod etſi decreto liberatus *b* ſit
non tamen excuſetur, ſed periculum adminiſtrationis ex eo
tempore, quod datus eſt, ad eum pertinet, vt hic, & l. 1. & toto
2 tit. C. ſi tutor, vel curator falſ. alleg. excuſ. ſit. Eſtque regula generalis,
quod in decreto ex falſis allegationibus obtento, & in
quacumque alia interpretatione, hæc ſit pœna eorum, qui falſis
allegationibus aliquid obtinent, vt careant impetratis, c. ſuper
litteris, vbi Canoniſtæ, extra de reſcriptis. Eſtq; ratio, quia
dolus ſuus nemini debet patrocinari, l. 1. ff. de except. doli, &
eadem ratio allegatur in d.l. 1. C. ſi tutor, vel curator, &c. ibi,
ne eis circumueniſſe iudicis religionem proſit, & l. ita demum
in princip. ibi, *ne quis doli ſui præmium ferat*, ff. de arbit.

ADDITIONES.

a *Vel iniuſtis, l. vlt. C. ſi ex falſis.*

b *Præſens vel abſens pretio vel gratia, d.l. vlt. Aliæ ſententia lata ex falſis allegationib. aduerſus præſentem tenent quidẽ, ſed datur reſtitutio, l. Diuus, ff. de re iudic. Aduerſus abſentẽ lata nulla eſt ſi a ſciente lata, l. ſi prætor, §. Marcellus. ff. de re iud. Si ab ignorante, eſt quidem ſententia, ſed reſcinditur, d.l. vlt. Hæc de ſententia lata ex falſis allegat. Quid ſi pretio lata? venalis eſt, & ideo nulla, l. venales, C. quando prou. Quid ſi per gratiam, vel ambitionem lata? Eſt quidem ſententia, ſed reſcinditur, l. ſeruo inuito, §. cum prætor, ff. ad Trebell.*

DE SVSPECTIS TVTORIBVS, & Curatoribus.

TITVLVS XXVI.

In princip. Tit.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Accuſatio ſuſpecti ex lege duodecim tabularum deſcendat.*
3 *Suſpectus tutor quis dicatur.*
4 *Poſtulatio criminis ſuſpecti duplex: Ciuilis, & Criminalis.*
5 *Accuſator ad quid teneatur.*

1 CVm titulo præcedenti dictum ſit, quoſdam ad
onus tutelæ, & curæ inuitos cogi non poſſe: ſubijcit
nunc Imperator, quoſdam nec volentes
admitti, & admiſſos de mala, & perfida adminiſtratione
ſuſpectos remoueri. Et habet hæc
Rubrica concordantes titulos in ff. & C. de ſuſpect. tut. & cur.
Et pulchra methodo Imperator hic declarat, vnde ſuſpecti
crimen deſcendat, & apud quos iudices curator, vel tutor ſuſpectus
poſtulari poſſit. Deinde quis, & à quo, & ex quib. cauſis
remoueatur, & tandem pœna ſuſpecti ſubijcitur.

Vnde deſcendit crimen ſuſpecti.

2 Origo criminis de ſuſpecto, eiuſq; accuſatio ex leg. 12. tabul.
manat, ſicut, & alia, quæ ad materiam tutelarũ pertinent,
text. eſt hic, & in l. 1. in fin. princ. ff. eod. Contingit enim interdum,
vt tutores, vel curatores negligenter, & improbe officium
ſibi delatum adminiſtrent. Hos lex tamquam ſuſpectos
repellit, nec expectandum eſſe vult iniquæ adminiſtrationis
3 tempus. Et ſuſpectum tutorem cum dicimus, qui fraudulenter
in rebus minoris verſatur, aut ſordide, vel perniciosè gerit,
vel aliquid intercipit ex reb. pupillarib. & in priuatos vſus
transfert, l. tutor, quoq. §. nunc videamus, ff. eodem. Et dupli-
4 citer crimẽ ſuſpecti intentari poteſt, ciuiliter, & criminaliter,
ſecundum Porc. & alios hic, poſt Bart. in d.l. 1. §. 1. ff. eod. Ciuilis
poſtulatio ſuſpecti eſt, quando ciuiliter agitur, & petitur, vt
tutor, vel curator declaretur ſuſpectus, & ab adminiſtratione
remoueatur, rationem reddat, & reliqua reſtituat, vel quod
a ei curator adiungatur, l. ſi tutor, ff. eodem. Et hoc caſu nulla *a*
inſcriptio ad pœnam talionis neceſſaria eſt, quia ſolum perſequitur
priuatam vtilitatem minorum. Criminalis verò poſtulatio
eſt, quando tutor accuſatur criminaliter, non ſolum, vt
remoueatur ab officio tutelæ, ſed etiam, vt arbitrio iudicis puniatur,
d.l. 1. in fin. ff. eod. Et tunc ſecundum naturam, & regulam
accuſationum criminalium, accuſans ſe ad pœnam ta-
b lionis *b* inſcribere debet, ſecundum Doctores poſt gloſ. hic in
5 verb. ex lege, & Bart. in d.l. 1. §. 1. Nam de iure ciuili oblato libello
querimoniali, accuſator ad pœnam talionis, id eſt, ſimilitudinem
ſupplicij ſe inſcribere, & fideiuſſores de lite proſequenda
dare tenetur, l. libellum, in fi. iun. l. ſi cui crimen, ff. de
accuſ. & l. non crimen, C. de his, qui accuſare non poſſunt. Et
hoc ideo introductum eſt, ne quis facilè ad accuſandum alios
proſiliat, vt dicitur in d.l. ſi cui. De conſuetudine tamen generali,
talis inſcriptio non ſeruatur, vt tradit Ang. in tractatu maleſic.
in verb. & ad querelam num. 5. Et de iure nouiſſimo Imperat.
Carolus Quintus, de hac re nouam edidit Conſtitutionem,
quæ inſcriptionem non requirit, ſed tantummodo vult,
quòd accuſatione inſtituta, accuſator corporaliter debeat detineri,
couſque, donec idonea præſtiterit ſatiſdationem de
proſequenda & probanda accuſatione, aut caſu quod id non
fiat, de reſtitutione omnium expenſarum, vnà cum iniuriæ il-
c latæ ſatisfactione, *c* ſecundum iudicis arbitrium taxanda, de
quo vide. *Die peinlichen Halſs gerichts ordnung*, cap. 12.

§. Da-

ADDITIONES.

a *Inſcriptio non eſt neceſſaria in ciuile ſuſpectus tutoris accuſatione, l. 1. l. 3. § præterea, 4. ff. eod.*

b *Quæ hic infamia, § ſuſpectus infra, eodem, vel extraordinaria, argumen. §. ſi quis præſens, infra, eodem.*

c *An tamen iniuriarum teneatur, qui ſuſpicionem non probauit? Si certum crimen obiecit, puto teneri, lege, iniuriar. infr. §. 2. de iniur. § illud pen. in Auth. de his, qui ingred. ad app. niſi pietas excuſet, vt matrem pupilli, arg. l. in Senatuſc. 15. §. eos ad S.C. Turp. l. 2. & l. 4. C. de calu. l. 2. C. de abol. l. vlt. de publ. iud. Sin vero in genere petitum eſt remoueri, aut cauſa alia allegata nõ infamans, vt culpa, morbus, paupertas, hoc caſu non poteſt videri iniuriam feciſſe, nec hoc nomine conueniri.*

§. Datum eſt autem.

1 *Cognitio ſuſpecti, ad quos iudices pertineat.*

Qui iudices poſſunt de ſuſpecto cognoſcere?

1 PRimum Pretor Romæ, deinde, Preſides in prouinciis, tum
a legatus *a* Proconſulis, vt hic, & d.l. 1. §. damus, ff. eo. Deni-
que is, cui mandata eſt iuriſdictio, quando ciuiliter agitur: ſi
verò criminaliter ad penam inferendam, demandari non po
teſt, ſecundum Bart. in d.l. 1. §. Et generaliter videtur dicen-
dum, quod hi iudices habeant poteſtatem remouendi tutores
qui habent poteſtatem dandi tutores, de quibus ſup. in tit. de
Attil. tut. dictum eſt. Cum nihil ſit tam naturale, quam v-
numquodque eodem vinculo diſſolui, quo colligatum eſt, l.
nihil tam naturale, ff. de regulis iur. & vide hic Aldobr. nu. 3.
verſ. 1. in gloſ.

A D D I T I O.

a *Imò, nullus alius ſuſpectum pronunciare poteſt, quam ipſe preſes, l. 1. § ſuſpectis tutores, 11. ff. ad Turpil. videtur id (quod hoc §. proponitur) ſpeciale eſſe in legato Proconſulis.*

§. Oſtendimus.

1 *Qui tutores ſuſpecti poſſint accuſari.*
2 *Magiſtratus oſtendit virum.*
3 *Præſumptio fortior elidit, & tollit infirmiorem.*
4 *Curator ſuſpectus poſtulari poteſt.*
5 *Patronus, an ſuſpectus poſtulari poſſit.*
6 *Poſtulatio ſuſpecti famam lædit.*

Qui tutores ſuſpecti accuſari poſſunt?

1 TRaditur hic regula. Quòd omnes tutores, *a* ſiue ſint te-
a ſtamentarij, ſiue legitimi, ſiue datiui, ſuſpecti fieri *b* poſ-
b ſunt, vt hic, & d.l. 1. §. oſtẽdimus, ff. eo. Nec obſtat, quod fides
teſtamentarijs tutoribus a teſtatore approbata eſt, & quod le-
gitimi propter neceſſitudinis, & sãguinis vinculũ pupillis iun
cti ſunt, quorum interuentus alias facit ceſſare præſumptionẽ
doli, vt no. poſt tex. in l. tranſactionem, C. de tranſact. & quod
datiui ex inquiſitione á iudice dati ſunt. Quamuis enim boni
ſunt habiti, & fideles, multa tamen poſt ſuſceptam tutelam
accidere poſſunt, vnde in ſuſpicionem vocentur, arg. l. in con-
2 firmando, iunct. l. in vtilitatem, ff. de cõfir. tut. In priuata enim
vita nõ ſatis perſpici poſſunt mores, & ingenium hominis, ve
rum ſi cuipiam imperium, aut munus obuenit, tum demum
apparet, quo quiſque ſit animo, quod ſatis commune prouer-
3 biũ indicat: *Magiſtratus virum demonſtrat.* Et prior illa præ-
ſumptio contrarijs coniecturis, & præſumptionibus tollitur.
4 Sicut, & dici ſolet, quod fortior *c* præſumptio elidit, & tollit
c infirmiorẽ præſumptionẽ, vt no. poſt gloſ. ſup. verb. exiſtimari
in l. Diuus, ff. de reſt. in integrum. Et ratio huius diſpoſitionis
fuit commodũ pupillorum, quorum iura leges, ſalua ſemper
eſſe voluerunt, l. vtilitatem, ff. de cõfirm. tu. Ampliatur autem
5 hæc concluſio procedere. I. Non ſolum in tutoribus, ſed etiã
in curatoribus, vt quilibet curator ſuſpectus poſtulari poſſit,
propter identitatẽ rationis, vt eſt text. in le. 3. §. non tantum,
ff. eod. & facit Rubr. noſtra generalis, de ſuſpect. tut. & curat.
II. Ampliatur etiam in patrono, qui eſt tutor, vel curator ſui
liberti. Nam, & is ab extraneo ſuſpectus poſtulari poteſt, vt
6 hic, & d.l. 1. §. Oſtendimus. Sed quia poſtulatio ſuſpecti fa-
d mam *d* lædit, §. ſuſpectus, inf. eo. leges volunt, vt contra patro
nos, & legitimos tutores modeſtius agatur, vt vel petatur,
quod curator eis adiungatur, vel ſaltem verbis poſtulatio tẽ-
e peretur, & famæ tutoris parcatur, *e* l. ſi tutor, ff. eod. Vt ſcilicet
accuſans in petitione doli mentionem non faciat, neque per
ſententiã ob dolum condemnetur, vt hic, iun. glo. Actio enim
famoſa non contra patronos, quemadmodum nec contra pa
rentes noſtros datur, l. non debet, ff. de dolo.

A D D I T I O N E S.

a *Idem in curatore, l. 3. §. non tantum, ff. eod.*
b *Et ideò remoueri.*
c *Præſumptio fortior infirmiorem tollit, quod maximè notandum in concurſu plurium, vel præſumptionum, vel probationum. Adde l. non ſolum, ff. de ritu nupt. leg. cum de ætate, ff. de probat. l. mater vbi Ang. & Sal. Co. de cal. l. 1. in fi. Cod. qui & aduerſus quos, l. ſi hi qui, Cod. de adul. l. ob carmen, §. ſi teſtes, ff. de teſtib. l. vlt. Cod. de edict. D. Adr. tollen.*
d *Si cauſa in remouendo adiecta eſt, d. §. ſuſpectus.*
e *Quod ſit, ſi decreto cauſaque infamat non fuerit adiecta, le. 4. §. 1. ff. eod.*

§. Conſequens.

1 *Poſtulatio ſuſpecti omnibus conceditur.*
2 *Contutor contutorem ſuſpectum facere poteſt.*
3 *Tutor remotus alios contutores ſuſpectos poſtulare poteſt.*
4 *Seruus accuſantem inſtruere poteſt.*
5 *Prætor ex officio ſuſpectum remouere poteſt.*
6 *Mulier ſuſpectum accuſare poteſt.*
7 *Adultus curatores ſuſpectus poteſt accuſare.*
8 *Impuberes ad accuſandum de ſuſpecto, tutores ſuos non admittuntur.*

Quibus licet accuſare tutores ſuſpectos.

1 POſtulatio ſuſpecti tutoris quaſi publica eſt, & popularis,
ideo omnib. cõceditur poſtulare ſuſpectos eos, qui non ex
fide tutela, vel curã gerunt, vt hic, & d.l. 1. §. cõſequens, ff. eod.
Reipub. enim intereſt bona pupillorũ conſeruari. Et amplia-
2 tur hæc concluſio procedere. I. Quod etiam contutor cõtuto
3 rem ſuſpectũ facere poſſit, l. 3 in prin. ff. eo. II. Tutor, qui fuit
remotus, vt ſuſpectus, poteſt etiam alios cõtutores ſuos ſuſpe
4 ctos poſtulare, d.l. 3. in prin. III. Seruus, etſi accuſare nequeat,
admittitur tamẽ in iudicio ad inſtruẽdũ accuſatorem de frau-
5 dibus tutorũ, l. fi. in prin, ff. eo. IV. Prætor ex officio ſuo etiam
nemine accuſante, tutorem ſuſpectũ remouere poteſt, d.l. 3. §
6 præterea, & §. ſi tutor inimicus, ff. eo. V. Quantumuis mulier
regulariter accuſare non poſſit, l. 1. ff. de accuſ. & l. mulieri, ff.
de pupil, actio, tamen fauorẽ pupillorum hoc caſu admittun-
a tur, *a* mater, auia, ſoror, & nutrix pupilli, etiam impudicæ, ſec.
glo. hic, in verb. procedunt, in prin. Item aliæ feminæ pudicæ,
quæ pietate ad huiuſmodi accuſationẽ ducũtur, vt hic, & d. le.
7 1. § conſequens, ff. eo. & l. pietatis, in fi. C. eo. VI. Adultus, ma
ior ſcilicet 14. annis, cõſilio coniunctorum curatores ſuos ſu
ſpectos accuſare poteſt non autem impubes, tex. eſt hic in §.
impuberes, & in l. impuberibus, ff. eod & d.l. pietatis, Co. eod.
Quæ enim cum tali conſilio fiunt, præſumuntur á lege vtilia
ipſis pupillis, & ab eis abeſſe omnem deceptionem, d.l. tranſa
ctionem, C. de tranſact. & eſt gl. ſingularis, in l. Polla, in verb.
8 pupillo, Cod. de his, quib. vt indig. Limitatur autem prædicta
concluſio, vt impuberes non admittantur ad accuſandum de
ſuſpecto tutores ſuos, propter infirmitatem intellectus, & le
uitatem iudicij, vt hic, d. §. impuberes, & d.l. Impuberibus. Le-
ges enim ſuſpectam habent infirmitatem iudicij illius ætatis,
& nolunt impuberes admittere ad accuſationem, qui facilè
ad huiuſmodi accuſationes procederent: vt ſe à poteſtate tu-
torum liberarent, vt inquit hic Aldobran. in d. §. impuberes.

A D D I T I O.

a *Atqui non admittuntur, vt iurent pro liberis ſuis in litem, l. videamus, §. ſed nec ff. de in litem iurando. Plus eſt in litem iurare pro liberis ſuis, quam accuſare tutores liberorum ſuſpectos. Accuſatione ſuſpecti tutoris nõ imponitur neceſſitas iudici, vt ſtatim remoueat poſtulatum. (Nequit enim cauſa non cognita remouere.) Aliud eſt vbi in litem eſt iuratũ, & in ſua penè cauſa mater iudex eſſe videretur, & periurij facilitati (liberorum iuuandorum cauſa) obnoxia. Nouella de iudicibus, §. oportet,*

§. Suſpectus autem eſt, iuncto §. Si quis tutor. cum ſeq.

1 *Ob dolum, culpam latam, & leuem, tutor remouetur, etiamſi ſit ſoluendo.*
2 *Item tutor, qui fraudem geſſiſſe probatur, etiam ſi ſatiſdationem offerat.*
3 *Satiſdatio non mutat maleuolum propoſitum.*
4 *Tutor in alijs tutelis fraudulenter verſatus, priuſquam gerere incipiat remoueri poteſt.*
5 *Litis pendentia tutoris de ſuſpecto accuſati adminiſtrationem impedit.*
6 *Suſpicio ex quibus cauſis probetur. & num. 9. & 12.*
7 *Alimenta qualiter pupillo decerni debeant.*
8 *Pupillus vnde alendus.*
10 *Mendacij pœna.*
12 *Dolus vnde probetur.*
13 *Paupertas ſola tutorem ſuſpectum non reddit.*

Ex quibus cauſis tutor ſuſpectus accuſari poteſt.

1 CAuſæ remotionis ſunt dolus, & culpa lata ſcilicet, & le-
uis, non autem leuiſſima, l. quidquid, C. arbit. tut. Tutor
igitur, vel curator, qui non ex fide tutelam, vel curam gerit,
dicitur

dicitur ſuſpectus, & remoueri poteſt, vt hic, §. ſuſpectus, & le. ſuſpectus, ff. eod. Et hæc ſine dubio procedunt, quando dolo malo pernicioſè adminiſtrat, vt hic, & d. l. 3. §. nunc videamus Idem ſi culpa, ſocordia, ſcilicet, ſeu negligentia, & imperitia, non vt oportet, adminiſtrat: nam & tunc remoueri poteſt, l. 3. §. fi. & l. 4. §. fin. ff. eod. Licet quoad pœnam infamiæ, inter do-
a lo, & culpa adminiſtrantem ſit *a* differentia, vt ſtatim dicetur. Et ampliatur hæc procedere. I. Etiamſi tutor ſit ſoluendo, nec ſufficit ſi accuſatus obijciat, ſe ſoluendo eſſe, ſeque finita tutela de malè geſtis rationem redditurum, vt hic, & d. l. ſuſpectus. Melius eſt enim pupillorum iura intacta ſeruari, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, vt dicitur l. fin.
2 C. in quibus cauſis reſtitit in integrum non eſt neceſſe. II. Ampliatur, vt tutor, qui fraude geſſiſſe probatur, remoueatur,
3 etiã ſi ſatiſdationem offerat. Satiſdatio n. maleuolum propoſitum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari pupilli facultatem præſtat, d. l. ſuſpectus, ff. eod. & §. nouiſſimè inf. eod.
4 III. Etiam antequam tutor incipiat gerere tutelam, vt ſuſpectus remoueri poteſt, quia fortè in alijs tutelis fraudulenter verſatus eſt, vt hic, & d. §. ſuſpectus Qui enim ſemel malus in vna tutela, vel cura deprehenditur, etiam in alijs ita futurus præſumitur, vulg. text. capit. qui ſemel, de regulis iuris in 6.
5 IV. Non ſolum remotio, ſed etiam litis pendentia interim adminiſtrationem impedit: tutori enim ſuſpecto accuſato inter
b dicitur adminiſtratio pendente cognitione, *b* lite iam conteſtata, nõ ante & quidem ipſo iure, vt nec iudicia interdictione opus ſit, niſi de facto adminiſtrare pergat Quo caſu Iudex eum abſtinere iubebit, & interim curator ad adminiſtrandas res pupilli datur, vt hic, §. ſi quis autem, & l. eum quem, C. eo.
6 & l. quod ſi fortè, §. 1 & ibi DD ff. de ſolut Ex pluribus autem cauſis ſuſpicio probatur, vt tutò remoueatur, ſecundum Plat. hic, in fi tit. noſtri Primo, ex malis moribus, quando tutor conuerſatur cum iniquis, & malis hominibus, & excedit modũ
c in *c* expendendo, vt hic, §. fin. Secundo, ſi in alia tutela malè verſatus ſit, vt hic d. §. ſuſpectus. Tertio, quando per fraudem res minorum immobiles ſine decreto iudicis alienat. d. l. 3. §.
d Seuerus, ff. eodem Quarto, quando inuentarium *d* non fecit,
e d. l. 3 §. tutor. Quinto, propter ſubtractionem *e* alimentorum pupillo, nam tutor latitans, ne alimenta pupillo à iudice decernantur, tãquam ſuſpectus remouetur, & mittitur pupillus in poſſeſſionem bonorum tutoris cuſtodiæ cauſa tantum, & vt ſibi de mala adminiſtratione rectius ſit cautũ, vt hic, §. ſi quis tutor, & l. impuberibus, §. præterea, cum ſeq ff. eod. & l fi. ff.
7 vbi pupil. educ. deb. Qualiter autem alimenta decerni debeãt, traditur in l. ius alimentorum, ff. vbi pupil. educ. deb. videlicet, ne totum patrimonium alimentis deputetur, ſed vt aliquid ex reditibus reliquum maneat. Ex quo infertur, quod pupillus
8 de bonis tutoris ſit alendus, d. l. ius alimentorum, §. fi. Et tutor qui pupillum inopem aluit, poterit ab eo, ſi peruenerit ad pinguiorẽ fortunam, repetere ſumptus de quo Bart. in d. l. ius alimentorum, & Angel, hic. Nec enim præſumitur tutor donaſſe, neq; pupillus vixiſſe de vento, vt eſt text. in l fin. iuncta glo. ibi, C. de Alimen. pupil præſtand. Sexto, quando tutor per men-
f dacium *f* negat alimenta pupillo decerni poſſe, nam tunc non ſolum remouetur, ſed etiã punitur, vt hic, §. ſed ſi quis præſes,
10 & d. l. 3. tutor, ff eod. Iura enim oderunt mendaces, & varias pœnas contra eos introduxerũt, de quibus vide gl. 1 in l. nemo ex his, ff. de reg. iur. & Iaſ in l. fi. C. de fideic. & Doctores in le. fin. ff de rei vendic. & Salic. in Authent. Cõtra qui propriam, C. de non num. pec. qui ex text. ibi colligit, quod pœna men-
11 dacis ſit, vt poſtea etiam vera dicenti non credatur. Septimo, propter omiſſionem defenſionis pupilli, tutor vt ſuſpectus remouetur, l fin. in princ. iuncta gl. in verb. amoueatur, C. de adminiſtr. tut. Et generaliter ex varijs, & diuerſis exterioribus coniecturis, & argumentis ſuſpicio probatur, d. le. 3 §. præte-
12 rea, ff. eod. Dolus enim ex indicijs probari ſolet, l. dolum, Co. de dolo. Sola tamen paupertas non reddit tutorem ſuſpectũ, ſi alius ſit fidelis, & diligens, vt hic, §. fi. & d. l. ſuſpectus, ff. eod.
13 Et ſic boni mores ſupplent diuitias, & alias dicitur, quod plus operantur bonis mores, quam diuitiæ, l. ſcire oportet, §. cum reliquis, ff de tutor & curat. dat. ab his, qui ius dandi habent, & facit text. in l. ſi quis ſtipulatus, §. fin. ff. de verborum oblig. vbi dicitur, quod idonei plerumque non tam patrimonio, quam fide æſtimentur.

ADDITIONES.

a *Remotus enim ob dolum fit infamis, at non remotus ob culpam.*
b *Non ita ſtricte ſeruatur cũ litis pendentia per citationẽ inducatur, Clem. 1. vt lite pend. Et hoc tutius pupillo, quia ſæpe lites longo tempore ante conteſtationem extrahuntur.*
c *Aut ſi aleator ſit, vel ſimilis, l. 3. §. nunc videamus, ff. eod.*
d *Ex ea cauſa iuratur in litem aduerſus tutorem, l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſtr. tut.*
e *Alimentorum fauor, l. 3. §. tutor qui alimenta, 14 ff. eod.*
f *Mendacij pœna.*

§. Suſpectus autem remotus.

1 *Tutor, vel curator quando infamis efficiatur.*
2 *Culpa lata quando non æquiparetur dolo.*
3 *Infamia duplex, & quæ dicatur infamia iuris, quæ facti, & num. 4.*
5 *Tutor ſuſpectus accuſatus ob facta atrociora grauiter ſecundum iudicis arbitrium punitur.*
6 *Poſtulatio ſuſpecti morte tutoris extinguitur.*
7 *Item ſi alio modo tutela ſit finita.*

Quæ eſt pœna tutoris ſuſpecti.

1 INfamia, quod eſt verum, quando tutor, vel curator ob do-
a lum *a* commiſſum remotus eſt: nam tunc exiſtimationis ſuæ notam incurrit, & infamis efficitur. Si vero propter culpam, puta ſocordiam, ſegnitiem, inertiam, ſimplicitatem, aut ſimilem ob cauſam remoueatur, tutor infamis nõ fit, ſed illibatam exiſtimationem de iure conſeruat, vt hic, & d. l. 3. §. fi. ff. eod. & l. fi. C. eod. Hinc gl. in verb. famoſus, diſtinguit. Aut enim iudex in ſentẽtia exprimit, tutorem propter dolum eſſe remotum, & fit tutor infamis, vt hic, & d. l fi. C. eod. Aut dicitur expreſsè in ſententia, tutorem remotum ex culpa, & non incurrit infamiam, vt hic, & d. l. fi. Cod. & l. 3. §. fin ff. eod. Aut in ſententia cauſa remotionis, an ex dolo, vel culpa remoueatur, non eſt expreſſa, tunc ſi in petitione expreſsè petitum eſt, tutorem propter dolum remoueri, & erit infamis: ſi vero de culpa tantum facta eſt mentio, tunc integram exiſtimationem retinet. Sententia enim refertur ad acta, & debet eſſe conformis libello, l. vt fundus, ff. communi diuidũdo. Si verò poſtulatum ſit, ex vtraque cauſa doli, & culpæ tutorem remoueri, intelligitur ob culpam remotus, & non erit infamis. In pœnalibus enim fit interpretatio in mitiorem partem, capit. in pœnis, de reg. iuris, in 6 & l. ſi præſes, & l. interpretatione, ff. de pœn. adde tex. & gloſ in l. hæ enim, in princ. ff. eod. & in d. l. fin.
2 C. eod. Et quamuis lata *b* culpa æquiparetur dolo, l. quod Ner-
b ua, ff. depoſiti, tamen quoad infamiam irrogandam non æquiparatur, & hoc propter magnam pœnam infamiæ, quæ non debet eſſe minor viris honeſtis, quam pœna corporalis, ſeu mortis, l. iſti quidem, in fi ff. quod met. cauſ Item quoad pœnam corporalem lata culpa non quiparatur dolo, l. in le. Cornelia, ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs Item nec in delatione iuramenti in litem, vbi quoque dolus expreſsè requiritur, vt notat in l. in actionibus, ſuper verb. non etiam, ff. de in lit. iur. &
3 Doctores poſt gloſ. hic in verb. ob culpam. Et obiter notandum ſecundum Porc. poſt gloſ. hic, in verb. non æquè, duplicem eſſe infamiam, iuris ſcilicet, & facti. Infamia iuris *c* di-
c citur illa, quæ irrogatur per ſententiam in caſibus, in quibus iure cauetur condemnatũ eſſe infamem, vt in eo qui furti, iniuriatum, de dolo malo &c. damnatus eſt, & in alijs caſibus,
4 qui enumerantur in leg. 1. ff. de his, qui not. infam. infamia ve-
d rò facti *d* appellatur, quæ non inſurgit ex facto prohibito à lege ſub pœna infamiæ, ſed quando alicuius opinio, vel exiſtima-

ADDITIONES.

a *Dolus eſt fraudulenta machinatio ad alium decipiendum, le. 1. § dolũ, ff. de dolo. Lata culpa eſt ignorare quod omnes ſcire debẽt, vt vitulum, aut veſtem in via publica relinquere, l. latæ, ff. de verb. ſignif. Leuis culpa eſt, id ignorare, quod diligens pater familias ſcire debet. Pone, aliquẽ ſollem argenti cubiculo aperto reliquiſſe. Leuiſſima verò eſt, ignorare quod diligentiſſimus paterfamilias ſcire, ac facere cõſueuit, vt nihil horum obuium deſerere, nec conclaue tantum in ijs ſeruandis occludere, ſed ſuis loculis, & arcis ſpecialem curam committere. Caſus fortuitus eſt, qui a nullo præuideri poteſt dico imbres, & pluuias inſolitas, & ſimilia ne imputata quidem Aſtrologo.*
b *Lata culpa dolo non comparatur in remouendo ſuſpecto tutore in criminibus puniendis, in iuramento in litem præſtando.*
c *Infamia iuris repellit a dignitate: l. 2. C. de dignit. teſtimonio, l. 3. ff. de teſtib. querela inofficioſi mouenda, l. fratres. C. de inoffic. teſtam.*
d *Hæc facti infamia non excludit à teſtimonio, minuit tamen eius teſtimonio, l. Caſſius, ff. de Senator.*

ſtimatio læditur,& grauatur apud bonos viros,vt quia turpiter viuit,de quo vide Din. in cap. infamibus, de regulis iuris, in 6. Porrò, circa hanc quæſtionem de pœna ſuſpecti tutoris ſciendum eſt, quòd remotus ob dolum,non tantum efficiatur infamis, ſed etiam ſi ob facta atrociora in tutela admiſſa, fuerit ſuſpectus accuſatus criminaliter,grauiter ſecundum arbitrium iudicis puniendus eſt,d.leg. 1. §. fin. iuncta glo. fin. ibi, & hic. §. ſed ſi quis præſens, vbi in text. referuntur tres caſus, quando tutor ſuſpectus ad Præfectum vrbis puniendus remitti debet. Circa quod obiter notandum, quod licet de iure reus criminis ſit remittendus ad iudicem loci delicti, § ſi verò quis comprehenſorum,in Authent. vt nullum iudicare liceat. Tamen de generali conſuetudine, huiuſmodi remiſſiones hodie non ſunt in vſu, ſed delinquentes puniuntur ad inſtantiam accuſatorum per eos iudices,ſub quorũ iuriſdictione capti ſunt,nec fit remiſſio ad locum,vbi delictum eſt perpetratum,etiamſi hoc petatur,niſi fortè ex ſingulari amicitia de quo vide notat in Auth. qua in prouincia, C. vbi de crimi. agi oporteat,& Paul. de Caſt. in l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam,num. 10. ff. de iud. Bart. & ibi addit. ad Bart. in l. ſepulchri, ff. de ſepul. viol. & Bald. in l. 2. C. de ſer. fug.

Quando, & quomodo exſtinguitur accuſatio ſuſpecti?

De hac quæſtione eſt text. hic in §. ſi quis autem videlicet, quòd morte tutoris tollatur hæc poſtulatio,ſiue ante cœptam, ſiue etiam poſt inſtitutam poſtulationem ſuſpecti tutor decedat. Eſtque ratio manifeſta: cùm enim hic agatur, vt tutor, vel curator remoueatur ab officio,ſi mortuus eſt, iã vero remotus eſt,nec amplius remoueri poteſt, ſecundum gloſ. hic, in verbo, exſtinguitur. Item,quia eſt actio famoſa,quæ ex crimine deſcendit, & pœnales actiones, & famoſæ ad hæredes reorum non tranſeunt, §. nõ autem omnes, infra de perpet. & tempor. actio. & morte rei crimen extinguitur, l. defuncto, ff. de publ. iudic. idem eſt, ſi etiam alio modo tutela ſit finita. Quocumque enim modo extincta fuerit tutela, extinguitur,& cognitio ſuſpecti, ſecundum gloſſam hic, in dicto verbo extinguitur,& eſt text. in l. poſt finitam, ff. eodem. Nam finita tutela non intereſt pupilli hanc actionem intentare, cũ actione tutelæ, vel negotiorum geſtorum, à tutore, vel eius hæredibus ſuum poſſit conſequi, l. fin. & in toto titulo, C. de hæred. tutor. vel curator. l. 1. C. de ſuſpectis tutor.

Inſtitutionum Imperialium Libri Primi, Finis.

IOAN-

IOANNIS OINOTOMI IVRISCONSVLTI, INSTITVTIONVM IMPERIALIVM, LIB. II.

Commentarius.

DE RERVM DIVISIONE, & acquirendo ipſarum dominio.

TITVLVS I.

1 *Continuatio huius libri ad præcedentem.*
2 *Diuiſio tituli.*
3 *Rei appellatio quid comprehendat.*
4 *Prima diuiſio rerum.*
5 *Secunda diuiſio rerum.*

1 IMperator in principio huius tituli, facit continuationem huius libri ad præcedentem, ex generali diuiſione totius iuris, quam in §.fi ſupra de iure nat.gent. & ciuili tradidit, videlicet, quòd omne ius, quo vtimur, vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones pertinet, leg. 1 ff.de ſtatu homin. Explicato igitur tractatu perſonarum in priore, in hoc, & ſe-
2 quenti libro, vſque ad tit.de obligationibus, ſecundum membrum iſtius diuiſionis perſequitur, & de rebus earumq; differentijs, & qualiter earum dominium tam de iure gentium, quam de iure ciuili, titulo vniuerſali, vel ſingulari acquiratur docet. Diuiditur autem hic titulus in duas partes principales. In prima ponuntur diuiſiones rerum, & cum hac concordat Rubr.in ff.veteri, de rerum diuiſione. In ſecunda, quæ incipit in §.ſingulorum, traduntur modi, quibus de iure gent.rer.dominium acquiritur, & cum ea parte concordat titulus in ff. nouo, de acq.rer. domin. Et quia ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis, l. 1. ff.de rebus creditis, ideo primo quæritur.

Rei appellatio quid comprehendat?

3 Vocabulum rei generale eſt, d.l. 1. in fin. ff.de rebus credit. comprehendens tam corporalia, quam incorporalia, vt ſer-
a uitutes, & alia *a* iura, l.rei appellatione, ff.de verb. ſign. & inſ. de rebus corporalibus, & incorporalibus. Idem ad omnem obligationem, contractum, & nomina debitorum pertinet, l. nominis, & rei, ff.de verb.ſignif. vnde ſi dono, vel obligo tibi omnes res meas, etiam nomina debitorum donata, vel obligata intelliguntur, ſecundum Bald.in d.leg. 1.ff.de ſtatu hominum. Item homines appellatione rerum continentur, l. omnia, §.fin. ff.de leg. 2.

Quæ eſt prima diuiſio rerum?

4 Iuriſconſultus in l. 1. ff.de rerum diuiſion. inquit: *Summam rerum diuiſionem eſſe, quod res aliæ ſint diuini iuris, ut res profanæ, corporales, & incorporales*, & hinc diuiſioni æquipollet ea, quem tradit hic Imperat.in princ.tit. noſtri, videlicet, quòd quædam res ſint in patrimonio noſtro, quæ ſcilicet dominio noſtro ſubijci poſſunt, vt res profanæ, corporales, & incorporales. Quædam verò extra patrimonium noſtrū, quæ noſtro dominio ſubijci non poſſunt; vt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ, quæ diuini iuris, & in nullius bonis eſſe dicuntur. Et quamuis à Doctoribus, poſt gloſ.hic in verbo, *habentur*, addatur tertium membrum, videlicet, quod quædā res nec ſunt in, nec extra patrimonium noſtrum, quales sūt ſeruitutes, quæ per ſe non poſſunt eſſe, cū hæreant in aliqua re, leg. 1. ff.de vſufruct.legat. largè tamen loquendo. ſeruitus
b etiā in bonis noſtris eſſe dicitur, cum pro *b* ea conſequēda habeamus realem, confeſſoriam ſcilicet actionem, §. æquè, inſ. de actio, & l.rem in bonis, ff.de acquir.rer. do. Intelligimur enim rem habere, quoties poſſidentes exceptionē, aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus &c.

Quæ eſt ſecunda diuiſio rerum?

5 Quædam ſunt res communes, quædam publicæ, quędam vniuerſitatis, quædam nullius, quædam verò ſingulorum, vt hic in princ.& l. 2. ff.eod.

ADDITIONES.

a *Et debita, vt ſcripſi, l. 1. ff.de reb.credit. Eſt enim res terminus tranſcendens. Ariſtot. Metaphyſ.*

b *Seruitus per ſe conſiderata eſt qualitas, leg. quid aliud 86. ff. de verb.ſignif. Et ſic non eſt in patrimonio noſtro, vt nec alia accidentia, vt vero cohæret prædijs dominantibus, & ſeruientibus, in patrimonio noſtro eſſe dici poteſt, ſicut, & ipſa prædia cui cohæret: quoniam vtriuſque, & prædij, & ſeruitutis nomine agimus, & excipiemus, l.rem in bonis, ff. de acqu.rer.dom.*

---

§.Et quidem.

1 *Quę res dicantur eſſe communes.*
2 *Res communes vnde dictæ.*
3 *Acceſſus ad mare, an cuilibet licitus.*
4 *An cuilibet in mari piſcari liceat.*
5 *Maris, & littorum publicorum dominium, an præſcribatur.*

QVę iure naturali non tantū hominibus, ſed omnib. etiā animātibus, ſunt vſui: cōmunes ſic dictę, quia per natu- ad
a ralē vſum veniūt in cōmunionem, vt eſt aer, aqua, nō tantū
b quę fluit, ſed etiā quę de cęlo cadit, mare *a* & littora *b* maris.

Ita

ADDITIONES.

a *De littoribus maris, vide Cæpolam tract. ruſtic.præd.c. 27.*

b *Litora maris ſunt vſu communia, vt hic: iuriſdictione verò ſunt populi Romani, l. litora, ff.ne quid in loco publico.*

Ita tamen hæc communia ſunt, quod pro parte occupanti
cedunt veluti ſi quis piſces ceperit ex mari, vel gemmas in-
uenerit, hæ ſtatim fiunt occupantis; & ita continens eſt cō-
mune, contentum verò ſeparatum à continente deſinit eſſe
commune, & fit priuati iuris, & occupanti conceditur. Hinc
3 inferunt Doct. hic, non ſolum acceſſum ad litus maris cuili-
bet permiſſum eſſe, vt in litore maris retia ſiccare, & ibi ca-
ſam ſine incommodo aliorum, & ne vſus publicus impedia-
tur, ædificare, ſed etiam cuilibet in mari piſcari liceat, adeo,
vt contra prohibentem iniuriarum actio competat, l. iniuria-
4 rum, §. ſi quis me, ff. de iniur. Niſi forte alius in quaſi poſſeſ-
ſione eſſet illius iuris, vt ibi ſolus piſcaretur, tunc enim alium
a piſcari volentem prohibere, & contra ipſum interdicto a vti
5 poſſidetis, agere poſſet. Maris enim, & litorum publicorum b
b dominium præſcribi poteſt, tanto ſcilicet tempore, cuius ini-
tij memoria non exſtat, non autem præſcriptione lōgiſſimi
temporis 30. ſcilicet annorum ſecundùm gloſ. poſt text. in l.
vſum aquæ, C. de aquæ ductu, lib. 11. & l. fin. cum ibi notatis,
ff. de vſuc. Sicut, & Veneti in mari Adriatico iuriſdictionem
huiuſmodi præſcriptione conſecuti ſunt, vnde & nouas ga-
bellas tranſeuntibus per eorum mare imponere poſſunt, ſe-
cundum Angel. & Bart. in d. l. iniuriarum, §. ſi quis, ff. de iniur.
Ita etiam in Boruſſia, non licet omnibus legere Succinum in
litore maris, ſed ſoli Princip.

ADDITIONES.

a *L. l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. De quo inf. tit. de interdictis.*

b *Vtrum ea quæ publica, & quæ competunt de iure gentium, præſcribi poſſint, vide Bart. in l. quo minus, ff. de flumin. & Balbū tract. de præſcript. par. 5 princip. par. 4. q. 6. vbi pleniſſime.*

§. Flumina, cum duobus ſequentibus.

1. *Publica res quæ, & vnde dicatur.*
2. *Portus quid ſignificet.*
3. *Ripa eſt fluminis, litus maris.*
4. *Res communes, & publicæ quomodo differant.*
5. *Flumina duplicia, publica, & priuata.*
6. *Flumen priuatum à proprio quomodo differat.*
7. *Vſus fluminum publicorum.*
8. *An, & quando licitum ſit in flumine publico piſcari.*
9. *In flumine priuato, & proprio alteri piſcari non licet, & de pœna contrafacientis.*
10. *In publicis fluminibus, an licitum ſit ædificare molendinum, vel alia ædificia.*
11. *An habens molendinum in ſuperiori parte fluminis, vicinum in eodem flumine nouum molendinum facientem, prohibere poſſit.*
12. *An hoſpes aliud hoſpitium facientem poſſit prohibere.*
13. *An dominus poſſit ſubditos prohibere, ne eant ad aliud molendinum noniter extructum.*

Quæ res dicuntur publicæ.

1 IMperator in hoc §. exemplis declarat, quæ res dicantur pu-
blicæ, flumina, ſcilicet, portus, & ripæ. Licet enim ſint in
dominio aliorum, tamen propter certos vſus, qui ſolis homi-
2 nibus competunt publicas, quaſi populica dicuntur. Et acci-
a pitur portus hic pro ſtatione nauium, a quòd à ventis ibi tutæ
ſint naues. Veteres verò portum pro domo, vel inſula acci-
piebant, in quam merces importantur, & inde exportantur, l.
3 portus, ff. de verbor. ſignifi. Ripa verò dicitur id, quod flumen
continet naturalem rigorem curſus ſui tenens, l. 1. §. ripam, ff.
de flumin. Et differt à litore, quia litus eſt maris, ripa verò flu
b minum, & proprietas litoris b eſt nullius. Riparum verò eo-
rum, quorū prædijs adhærent, vt hic, §. riparum. Differunt au-
4 tem res communes à publicis. I. Quod communes ſunt, quæ
promiſcuum vſum tam hominibus, quam cæteris animāl ibus
præbent. Publicæ verò dicuntur, propter publicum vſum, qui
potiſſimum ex hominum induſtria exiſtit, & ſolis hominibus
competit, vt eſt piſcari, nauigare, &c. II. Ius gentium conſti-
tuit in publicis rebus certa dominia, vt ſcilicet ſint populorum
c circumiacentium, c aut vicinorum, at id non factum eſt in
rebus communibus. III. Communia conceduntur occupan-
tibus §. feræ, inf. eod. Publica verò non ſic, quia ius gentium
conceſſit dominium vicinis, de quo vide gloſ. in §. litorum, in
verb. publicus, inf. eod. Confunduntur autem non raro in le-
gibus publicum, & commune, & promiſcuè vnum pro alio
ponitur, d. §. litorum.
5 Porrò circa hunc §. 1. notabitis, flumina d eſſe duplicia, pu-
d blica, & priuata. Publica dicuntur quæ ſunt perennia, & per-
petuo currunt, & ſunt nauigabilia, & ex quibus fiunt nauiga-
bilia, vt Albis, Danubius, Rhenus, &c. l. 1. §. fluminum, ff. de
flumin. iunc. cap. 1 quæ ſint regalia, in vſibus feud. Priuata
ſunt, quæ interdum aquis deficiunt, ita vt non ſint apta ad pu
6 blicum bonum, nauigationem ſcilicet. Et differt priuatum
flumen à proprio, quia illud dicitur proprium flumen, quod
in agro alicuius oritur, & diſcurrit per ſua prædia, ſecundum
Iaſon. in l. quò minus, num. 37. de flum. Et flumen à riuo ma-
gnitudine diſcernitur, aut exiſtimatione circumcolentium, d.
l. 1. §. flumen, ff. de flumin. De publicis igitur de fluminibus lo
quitur textus noſter, & licet ipſorum proprietas hodie ſit Cę-
ſaris, quia ſunt de regalibus, d. c. quæ ſint regalia, vel illius po-
puli, & domini, per cuius territorium diſcurrunt, ſecundum
Ang. in l. fluminum, in princ. ff. de damn. infect. & Bald. in l.
ſi plures, C. de condit. inſertis, tamen vſus, ipſorum publicus
7 eſt. Ideo de iure naturali, gentium, & ciuili, omnibus & ſin-
e gulis licitum eſt, in publicis fluminibus piſcari, e etiam ante
ædes, & oſtium alterius, adeo, quod prohibens aliquem piſca-
ri in flumine publico, teneatur actione iniuriarum, tex. eſt hic
iun. d. l. iniuriarum, § ſi quis me, & §. fin. ff. de iniurijs. Limita-
8 tur autem iſta concluſio non procedere. 1. Quando ius pi-
ſcandi eſſet priuatum, quin princeps, vel ciuitas vendidiſſet
alicui certam piſcariam in certo loco fluminis, ſicut in ple-
riſque locis conſuetudine inductum eſt, quòd nemini priua-
torum liceat piſcari in fluminibus publicis, niſi ijs ſolis, qui-
bus hoc à magiſtratu conceſſum eſt. De quo vide Iacobinum
de S. Georgio, in tractatu feudali, in verbo, in fluminibus. 2.
Non procedit, quando flumen eſt priuatum, ſiue proprium
alicuius: quia tunc ei, cuius eſt, licet piſcari, & non alijs, d. leg.
iniuriarum, §. fin. in fin. de iniur. 3. Niſi quis præſcripſiſſet, vt
ſolus piſcaretur in tali loco fluminis, ſecundum gloſ. & Do-
ctores hic, ſuper verb. omnibus, vt quia ſolus quis in diuerti-
f culo f fluminis piſcatus eſt, & alios piſcari ibi volentes pro-
hibuit qui acquieuerunt prohibitioni: nam tunc à die pro-
hibitionis conſtituitur in quaſi poſſeſſione iſtius iuris, & ac-
cedente legitimo tempore ad præſcriptionem requiſito, illud
ius præſcribit. Et requiritur tantum tempus, cuius initij
memoria non exſtat, quo tempore etiam loca publica præ-
ſcribuntur, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana,
& æſtiua. Et plures limitationes videte per Iacob. in d. verb.
ibi fluminibus, & Cepolam in tractatu, de ſeruit. ruſtic. præd.
9 cap. 42. In fluminibus igitur priuatis, & proprijs alteri piſcari
non licet, ſed ſoli domino, d. l. iniuriarum, in fine, de quo vide
text. & gloſ. iuris Saxon. in artic. 28. libr. 2. Quod qui in alte-
rius riuo, vel flumine piſcatus fuerit, tenetur ad æſtimatio-
nem piſcium captorum, & ſic damni dat, & pro pœna tres ſo-
lidus ſoluendo liberatur. Qui verò in piſcina foſſa piſcatus
fuerit, 30. ſolidos pro pœna ſoluere tenetur. Et ita pronunciari
ſolet: *Si P. attentauit è riuo priuato H. expiſcari trutas, tunc
ſecundum conſtitutionem iuris Saxonici, pro qualibet vice, pœ-
na trium ſolidorum punitur, & ablatarum trutarum pretium
perſoluere compellitur.* Et vide conſtitutionem Caroli V. *in
der peinlichen halßgerichts ordnung.* capit. 169. vbi dicitur.
*Qui ex ſtagnis, lacubus, ſeu viuarijs alienis clam aufert piſces
furti pœna quoque tenetur. Si verò aliquis in alterius flumine
non incluſo piſces capit, ille inſpecta conditione perſonæ, quali-
tateque facti, & piſcationis, ſecundum conſilium iuriſperito-
g rum, in ære, vel perſona g punitur.*

Secun-

ADDITIONES.

a *De naui, vide Cepolam tract. ruſtic. præd. cap. 19.*

b *Cur diuerſum eſt in ripa, quam in litore? An quia flumina certis tantum anni temporibus exundant, mare quot diebus: & in ripis conducitur ſit accolentium vtilitas, quam in litore? Porrò de litoribus, & ripis, vide Cepol. tract. ruſt. præd. c. 27. & 36.*

c *Hinc ſi contrahitur, vel delinquitur in mari, proxima ciuitatis iuriſdictio eſt, l. 2. Cod. de claſſic. Quid ſi duæ pluresve ciuitates æque ſunt propinquæ? Aequa iuriſdictio fuerit, argum. l. arbor. ff. commun. diuid. Eſt tamen locus præuentionis, Bart. in l. ſi ſuperiores, §. cum eiuſdem, ff. de excuſat. tut.*

d *De fluminibus publicis, & priuatis, vide Cepolam tract. ruſt. præd. cap. 31. & 32.*

e *De piſcatione, adde Cepolam tract. ruſtic. præd. c. 42.*

f *Recte diuerticulo, aliud ſi in mari aliqua alia parte. Et ita accipe, l. ſi quiſquam 7. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.*

g *Hodie grauior pœna eſt ex Ordin. Princ. tamen pro verò furto proprie haberi non poteſt, l. 3. §. idem, de acquir. poſſ. Cepola ſeruit. ruſtic. præd. cap. 42. de piſcat.*

10 Secundo, circa hunc §. notabiſis quod in publicis flumini-
a bus non eſt licitum ædificare *a* molendinum *b* vel alia ædifi-
b cia, ne ſcilicet impediatur vſus publicus nauigationis. Sicut
nec in via publica, nec in alio loco publico quid ædificare li-
cet, l. 1. & a toto tit. ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat.
Niſi cum licentia principis, vel eius domini, per cuius terri-
torium diſcurrit flumen, d. l. 2. §. ſi quis a principe, ff. ne quid
in loco publico. In priuatis vero, & proprijs fluminibus, & ri-
uis cuilibet permiſſum eſt ædificare molendinum, cum quili-
bet in fundo proprio, etiam in præiudicium alterius ędifica-
re poſſit, dummodo hoc faciat ſibi vt proſit, & non principa-
liter, vt alteri noceat, l. fluminum, § fio. iuncta l. ſequen. ff. de
damn. infect. & l. altius, Cod. de ſer. & aq. Ex his deciditur illa
11 quæſtio: *Quando quis vltra hominum memoriam habuit mo-
lendinum in ſuperiori parte fluminis proprij, & vicinus ipſius
ſupra, vel infra vult in eodem flumine, quod ipſius per fundum
quoque decurrit, facere aliud & nouum molēdinum, an poſſit?*
Et communis eſt deciſio Doctorum poſt Bart. in d. l. quomi-
nus, ff. de fluminibus quod poſſit, ſi id faciat ſibi, vt proſit, li-
c cet alteri noceat. *c* Sed hoc notabiliter limitatur procedere,
dummodo per nouum molendinum non auferatur priori,
& antiquiori molæ commodum naturale, aqua ſcilicet, per
d treat. in l. ſi manifeſte, C. de ſer. & aq. *d* Sed commodum con-
curſus molentium bene auferri poteſt, quia hoc eſt in mera
facultate, & voluntate molentium. Ideo ſi aqua ambobus
ſufficiat, tunc commodum molentium non impedit, quin
aliud quoque molendinum de nouo conſtrui poſſit, de quo
poſt alios vide Iaſon in d. l. quo minus, nu. 83. qui allegat ad
hoc textum in l. lib. ſtus negotiatoris, ff. de oper. libert. Et re-
fert deciſionem Bald. in conſ. 129. in 2. vol. dicentis: *Quod ſi
12 tu habes hoſpitium ex quo multa lucraris, & ego iuxta te facio
e aliud hoſpitium, & licet poſtea pauciores homines veniant ad
tuum hoſpitium non tamen habes ius prohibendi, ne ego reci-
piam hoſpites, niſi haberes e à priuilegio, vel conſuetudine præ-
ſcriptum.* Bona enim ingenij, & fortunæ omnibus patent, ſe-
cundum Iaſ. ibi. Et ita pronunciari ſolet, vt habetur ſententia
Scabinorum Lipſenſium, poſt *Vveichbild*, ſuo titulo *Vvie
man vveibe, vnd mulen von netven bavven ſoll.* Vbi dicitur:
*Si vero molendinum, quod veſtri homines, ſeu ſubditi de nouo
conſtruere cogitant, nullum impedimentum, vel præiudicium
adferret inferioribus, ac vetuſtioribus molendinis, nec vn-
quam ſuper bonis inferioris molendini ſtagnaret, tunc veſter
vicinus, ſiue ille molendinarius, dictis hominibus ædificatio-
nem noui molendini prohibere non poſſet.* Quod iterum limi-
tatur nihil tale ius eſſet præſcriptum, poteſt enim præſcribi, vt
quis ſolus, & ſui poſteri habeant in villa molendinum, quãdo
ſcilicet prohibuit alios ibi facere molam, & illi acquieuerunt
prohibitioni. Nam talis prohibitio conſtituit quem in quaſi
poſſeſſione illorum iurium negatiuorum, vt eſt gloſſa ordina
ria, in l. qui luminibus, in verbo, forma, ff. de ſeruit. vrb. pręd.
Et ex eo tempore prohibitionis factę, incipit currere præſcri
ptio, de qua vide Bal. in l. item lapilli, ff. de rer. diuiſione. Iaſ.
in d. l. quo minus, n. 32 & Cepolam de ſeruit. vrban. præd. c.
50 Item alio modo limitatur, quando in certa prouincia eſſet
conſuetudo, quòd alius non poſſet facere nouum molendinũ
in præiudicium prioris, de quo vide Iaſ in d. l. quo minus, nu.
13 28. Ex prædictis deciditur, & alia quæſtio: *f Si homines, &
ſubditi alicuius domini longiſſimo tempore iuerunt ad molē-
dinum domini, an ſi vicinus, vel alius conſtruat nouam molã,
iſti ſubditi compelli poſſint, vt in futurum etiam ad molendinũ
domini eant?* Concluditur ergo, quod non: quia in his quæ
ſunt meræ facultatis non inducitur conſuetudo, neque præ-
ſcriptio, ſecundum Cin. & Doct. in l. 1. C. de ſeru. & aq. & Ca-
noniſtæ in c. Abbas, §. Siluani, de verbor. ſignif. Quod limita,
niſi alibi volentes macinare dominus prohibuiſſet, & ſubditi
per longiſſimum tempus ad præſcriptionem requiſitum ac-
quieuiſſent, nam tunc præſcriptum eſſet illud ius, vt ſupra di-
g ctum. *Vnd ſolches nennet manzvvang mulen g dahin die
leuthe gez vvigen vverden zu malen.* De quo vide Iaſ. in l. 1.
ff. de legib. Bal. in l. 1. C. de ſer. & aq. Iacobino di S. Georg. in d.
tractatu ſeruorum ſuper verbo, & cum molendinus, num. 4.

ADDITIONES.

a *Quid de retinendo iure molendini ædificandi? Proteſtatio ne-
ceſſaria eaque in inſtrumenta referenda. Vel eadem ratione
ligneo infigendo eo loco quo molendinum ante poſitum fuit, An-
gel. Caſt. & alij in l. vlt. ff. de vſucap. Cepolla.*

b *De molendini ædificatione in proprio, & an ſit cuiq. permiſſa.
vide plura in § ſummaautem diuiſio, n. 54. infr. de interdictis.*

c *Vide ordin. de his prouincialis.*

d *Gl. in l. ſi quis, 6. §. ſi initium, verb. rationis, vide ibi Iaſ. de eoden.*

e *Hoſpitandi ius verum præſcrib. poſſit, vide Cranettam 4. de
antiquitatibus temporum, in fine, nu. 42. & 43.*

f *Hæc eadem quæſtio repetita in § ſumma diuiſio, num. 62. infr.
de interd.*

g *Ita habentur furni, vbi coguntur ruſtici panem excoquere, nec
alibi poſſunt, de quibus vide Cepollam tract. de ſeruit. vrban.
prædior. c. 50. de furno, num. 2.*

§. Vniuerſitatis.

1 *Vniuerſitas quæ dicatur.*
2 *Vniuerſitatis res differunt a communibus, & publicis.*
3 *Quod vniuerſitatis eſt, ſingulorum eſt.*
4 *An pro debito vniuerſitatis poſſint capi perſonæ ſingulares.*
5 *An ciuis in cauſa ciuitatis, & ille qui de vniuerſitate, admit-
tatur ad teſtimonium dicendum in cauſa vniuerſitatis.*

Quę res dicuntur vniuerſitatis?

1 PRæmittendum, quod vniuerſitas, ſecundum Azonem in
Summa, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, &c. hoc
loco dicatur collectio plurium hominum, vno nomine ſpe-
cialiter eis deputato, vt eſt vniuerſitas ciuium, vel ſchola-
rium quæ ciuitas, & academia dicitur collegium piſtorum,
ſartorum, & aliorum artificum, qui poſſunt habere res com-
munes nemora, paſcua, piſcinas, ſalinas, vectigalia, & alia.
Item pecuniam in ærario, ſeu arcam communem, & hæ di-
cuntur res vniuerſitatis, quæ non ſunt ſingulorum ſepara-
tim, ſed omnium, & vniuerſorum de vniuerſitate vſibus ſi-
mul, & coniunctim deſtinatę. Et differunt a communibus, &
2 publicis rebus, quod rerum communium, & publicarum
vſus omnibus populis, ſeu gentibus peræque competunt, ſal-
tem quo ad vſus certos, vt in præcedenti §. dictum eſt. Vni-
uerſitatis vero rerum vſus tantum eorum eſt, qui ſub illa
vniuerſitate, ſeu congregatione ſunt, & harum rerum domi-
nium ſemper eſt vniuerſorum, non ſingulorum, licet ſingu-
lis his vti poſſint, vt hic, & l. in tantum, §. vniuerſitatis ff. eo-
3 dem. Notanda igitur ex hoc textu regula: Quod id, quod
vniuerſitatis eſt ſingulorum non eſt, ſicuti hoc, quod vniuer-
ſitati debetur, ſingulis nõ debetur, nec quod vniuerſitas de-
bet ſinguli debent, vt eſt elegãs tex. in l. ſicut, §. ſi quid, ff. quod
4 cuiuſq. vniuerſitat. nom. vbi Pau. de Caſt. notat *a* quod pro de
a bito vniuerſitatis non poſſunt *b* capi perſonæ ſingulares, quia
b ipſæ nõ debent, ſed vniuerſitas, niſi ex ſpeciali mandato, & iu
ſta cauſa nõ tantum bona vniuerſitatis, ſed ſingularum per-
c ſonarum eſſent obligata per adminiſtratores *c* ciuitatum. An
vero, & quando hoc fieri poſſit, vide Doctores in leg. ciuitas
ff. ſi certum petatur, Bartol. Alexand. Iaſon. & alios, in l. ſi ſe
non obtulit, in princ. ff. de rei iudicat. vbi tradunt qualiter fiat
executio ſententiæ latę contra vniuerſitatem. Aut enim vni-
uerſitas habet bona communia, nemora vel fundos, tunc
executio fit contra bona vniuerſitatis, & contra res ſingulo-
rum. Si vero non habet bona communia, tunc ita executio
fieri debet, vt vniuerſitas cogatur imponere collectam, ex
cuius exactione ſoluetur condemnatio, vt eſt gloſſa, in leg.
prima, § quod ſi nemo, in verbo, Proconſul, ff. quod cuiuſque
vniuerſitat. &c. Et ſi illi de vniuerſitate noluit imponere col
lectam, iudex eis citatis eam imponet per ſolidum, & libram,
& ſic ſecundum facultates patrimonij, & non per capita per-
ſonarum, de quo vide Doctores, in dicta lege, ſi ſe non obtu-
lit, & omninò Bal. in l. etiam, Cod. de executione rei iudicat.
5 Item ex prædicta regula textus noſtri colligunt Platea, &
d alij hic, quòd licet nemo in re propria teſtis *d* eſſe poſſit,
lege nullus, ff. de teſtibus. lege omnibus, Cod. de teſtibus
tamen

ADDITIONES.

a *De vniuerſitate, vide Rauennatem in verbo, vniuerſitas.*

b *Iurari eodem modo in litem non poteſt aduerſus vniuerſitatẽ
ex damno, vel delicto admiſſo per homines ipſius vniuerſitatis
niſi (vt notant interpretes) præmiſſo ſono campanæ, & conuocato
conſilio opidani ipſi coacti damnum dederint, aut deliquerint.
His deficientibus agendũ eſt in ipſos ciues. Alex. 6 conſ. 4. Pariſ.
1. conſ. 27. & 4. conſ. 21. Ruin. 5. conſ. 107. Bar. in l. aut facta § nõ
vnquã, ff. de pœnis, niſi Syndicus ipſe fateatur coactã vniuer-
ſitatẽ fuiſſe, tunc enim præiudicat vniuerſitati, Dec. conſ. 221.*

c *Adminiſtratores ciuitatis poſſunt eius bona obligare, vt hic.
Hos abſentes repræſentat Decurio primus, qui ipſo iure prępoſi
tus ipſius vniuerſitatis cenſetur, Ang. in leg. nulli, ff. quod cu-
iuſque vniuerſitatis.*

d *Vide tamen Socinum, reg. 432. vbi quatuor exceptiones affert.
Plures vide, & quidem octo apud Kebiſſum tractatu de repro-
ba. & ſaluat. teſtium, num. 419.*

a tamen ciuis *a* cauſa ciuitatis, & ſic ille, qui eſt de vniuerſita-
te admittitur in teſtimonium dicendũ in cauſa vniuerſitatis,
cũ illa non ſit ſingulorum, ſed vniuerſitatis cauſa, vt hic. & d.
l. in tantum, §. vniuerſitatis, iuncta gl. in verbo, teſcripſerũt, ff.
eo. In hac tñ quæſtione, an homines de vniuerſitate poſſint
eſſe teſtes, plenius ita diſtinguite. Aut eſt quæſtio inter ipſos
priuatos homines de vniuerſitate, & indiſtinctè alij de vni-
uerſitate teſtes eſſe poſſunt: præſumitur enim teſtis vnum di-
ligere, ſicut alium, cum ſit par ratio affectionis, quę omnem
ſuſpicionem excludit, vt ex tex. in l. non ſolum, in princ. ff. de
ritu nupt. Aut eſt quæſtio inter priuatum, & extraneum de
vniuerſitate, & tunc alij de vniuerſitate poſſunt eſſe teſtes,
niſi haberent con ſimilem cauſam. A teſtimonio enim re-
pellitur ſimili morbo laborans, vt dicitur in c. perſonas, de te-
ſtibus. Aut eſt quæſtio inter ipſam vniuerſitatem, & extra-
neum, & ſubdiſtinguitur. Aut illud, ſuper quo eſt quæſtio,
non concernit vtilitatẽ ſingulorum, ſed ſolum adfert vtilita-
tem in communi, & percipitur commodum in vniuerſo, vt
quia eſt quæſtio de aliqua ſtatua, vel theatro, vel de iure ſe-
candi ligna in aliquo nemore tantum pro publica vtilitate
non pro ſingulis de vniuerſitate, quia non permittitur ſin-
gulis de vniuerſitate ibi incidere ligna, neque communican-
tur cum ſingulis, & tunc quilibet de vniuerſitate, ad teſtifi-
candum admittitur, quia non dicitur cauſa ſingulorum, vel
propria, ſed vniuerſitatis, per tex. noſtrum hic & in d. l. in tã-
tum, §. vniuerſitatis, & ibi gl. Aut illud, ſuper quo eſt contro-
uerſia, concernit commodum ſingulorum de vniuerſitate,
ita quod ſinguli de vniuerſitate percipiunt inde vtilitatem, vt
quando diſputatur de paſcuis, in quibus ſingulorum pecora
paſcuntur, vel de nemorib. in quib. ſing licet incidere ligna,
& tunc homines de iſta vniuerſitate non ſunt idonei teſtes,
quia teſtificarentur in cauſa propria, contra d. l. omnib. C. de
teſtib. Quod limitate procedere. I. Si ſinguli de vniuerſitate
iſta ſint capaces iſtius vtilitatis: ſecus ſi non ſinguli, nam tunc
alij de vniuerſitate, ad quos illud commodũ non ſpectat, te-
ſtes eſſe poſſunt. Veluti ſi iſtis ciuibus, qui in ciuitate tantum
habent ius coquendi ceruiſiam, permittitur in certo nemore
vniuerſitatis ligna ſecare, & oriatur lis de iſto nemore inter
ciuitatem, & extraneum, tunc alij ciues, qui non habent ius
coquendi ceruiſiam, & ad quos non ſpectat commodum in-
cidendi ligna, teſtes in cauſa vniuerſitatis eſſe poſſunt, ſecun-
dum Cepolam in tract. de ſe ſeru. ruſtic. præd. c. 9. n. 10. in fi.
II. Limitatur prædicta concluſio, quod ſi cauſa vertatur cum
vniuerſitate ſuper tali facto, cuius notitia non poteſt haberi,
niſi per eos, qui ſunt de vniuerſitate, tunc propter difficulta-
tem probationum etiam homines de vniuerſitate teſtes eſſe
poſſunt, etiamſi tale quid concerneret commodum ſingulo-
rum de vniuerſitate, ne ſcilicet veritas occultetur, arg. c. ve-
nicus, in ff. de teſtib. & l. conſenſus, C. de repudijs De quo vi-
de Lanfrancum in pract. de teſtium depoſit. n. 121 & Cæpo-
lam in d. c. 9 Bart. & Doct. in d. l. in tantum. §. vniuerſitatis,
Cin. in l. parentes, C. de teſtib. & Doc. in d. l. omnibus, Cod. de
teſtib. D. Kinning. in proceſſu c. 75.

A D D I T I O.

a *Vniuerſitatum ſinguli etiam in cauſa vniuerſitatis, vel colle-
gij regulariter non admittuntur, quoties cauſa eſt vniuerſita-
tis, vel collegij vere, quantum ad vtilitatem, nomen, & com-
modũ l. ſtatuas, ff. de acquir. rerum dom l. 1. § ſeruus municipiũ,
ff. de quaſt. c. inſuper, c. cum nuncius, de teſtibus, c. ſuper prudẽ-
tia. 14. q. 2. Secus fuerit ſi agatur de paſcuis, vel nemoribus, vbi
beſtiæ ſingulorum paſcuntur, vel ſinguli ligna cadunt. Tunc
enim ſingulorum intereſt, & in re ſua, ac propria teſtimonium
dicere videntur. De quibus vide plura apud rebuffum tract.
de reprob. & ſaluat. teſtium, nu. 572. in verbo, vniuerſitatum.*

§. Nullius autem.

1 *Quot modis res dicantur eſſe in nullius bonis.*
2 *Res nullius, differunt a rebus communibus.*
3 *A res in dubio præſumatur eſſe alicuius, vel nullius.*

Quæ res dicuntur nullius?

1 VAtijs modis, & in diuerſis reſpectib. res dicuntur eſſe in
nullius bonis, vt tradit gl. in l. 1. ſuper verb. nullius, ff. eod.
& in §. feræ, ſuper verb. ſimulaque, inf. eo. Primo, natura, vt
feræ beſtiæ, piſces, volucres, & in his locum habet regula:
*Quod in nullius bonis eſt, naturali ratione occupantis conce-
ditur*, d §. feræ. Secundo, facto, vt ſi res pro derelicto habea-
tur a domino § penult. infra eodem.
Tertio, tẽporis diuturnitate, vt in theſ. §. theſauro, inf. eo.
Quartò, euentu quodam, & caſu, vt eſt hæreditas iacens,
ante quam aliquis hæres extat, d. l. 1. poſt princ. ff. eo.
Quintò, cenſura hominum, quę ſcilicet hominum deſtina-
tione ſunt extra patrimonium noſtrum, vt nomino noſtro
ſubijci nequeant, quas Iuriſc. in d. l. 1. dicit eſſe diuini iuris, vt
ſunt res ſacræ, ſanctæ, & religioſæ, & de his loquitur, §. no-
ſter, cum tribus §§. ſeq. Et differunt a rebus communibus,
2 quia illæ in vſu, ac miniſterio Dei conſiſtunt Communes ve-
rò, & publicæ, in vſu ſeruitio hominum. Item res communes
pro parte dominio noſtro ſubijci poſſunt: ſecus eſt in rebus
3 ſacris, vt in §. ſequen. dicetur. Hinc Ang. hic quærit: *An res in
dubio præſumatur eſſe alicuius vel nullius?* Et concluditur,
quod ſi res profana, præſumitur eſſe alicuius, quilibet enim
ſcire debet, quod ſuum non eſt, hoc ad alium ſpectare, l. fin.
C. vnde vi.

§. Sacræ.

1 *Sacra res quæ dicantur.*
2 *Quotuplices ſint res ſacra.*
3 *Alienationem Eccleſiaſticarum, & Monaſteriorum, & alio-
rum piorum locorum quocumque titulo fiat, an ſit prohibita.*
4 *Monaſterium, an in feudari poſſit.*
5 *Emens res Eccleſiaſticas amiſſo pretio eas reſtituere tenetur,
& Eccleſia non reſtituto pretio bona alienata vendicare
poteſt.*
6 *An Epiſcopi, Canonici, & Clerici bona queſita ex rebus Ec-
cleſiæ, ſeu intuitu Eccleſiæ, tranſmittant ad heredes.*
7 *Epiſcopi, & Clerici quotuplex bona habeant.*
8 *Quibus caſibus res ſacras alienare liceat.*
9 *In rerum ſacrarum alienatione, quæ requirantur.*

Quæ res dicuntur ſacra?

1 QVæ ritè, & ſolemniter a Pontificib. conſecratæ, & diui-
nis miniſterijs dedicatæ ſunt, non quas priuatim quilq.
ſibi conſtituit, vt hic, & d. l. in tantum, §. ſacræ, ff. eod. Et ſunt
2 duplices. Quædam enim ſimpliciter, & directè dedicatæ ſunt
ad vſum, ſeu cultum diuinum, ſeu ſeruitium Dei, vt tẽpla, ca-
lices, ornamenta, libri, &c. vt hic. Quædam verò nõ ſimplici-
ter ad cultum diuinum, ſed ad ſeruitium ſeruientiũ Deo de-
ſtinatæ ſunt, pro ſuſtentatione, ſcilicet miniſtrorum Eccleſiæ,
quæ regulariter bona Eccleſiaſtica dicuntur. De huiuſmodi
3 rebus notanda eſt regula tradit hic in tex. Quod omnis alie-
natio rerum Eccleſiaſticarum, monaſteriorum, hoſpitalium,
& aliorum locorum piorum, quocumque titulo, ſiue dona-
tionis, ſiue venditionis, ſiue permutationis fiat, regulariter
de iure eſt prohibita, ita quod nec alienari, neque obligari,
aut oppignorari poſſunt, tex. eſt hic, & d. l ſancimus, & l. iu-
bemus, iuncta Auth. Hoc ius porrectum, C de ſacroſ. Eccl. &
toto tit. in Aut. de non alienandis, aut permutandis rebus
Eccleſ. & ext. de non alien. rebus Eccleſ. Et ampliatur hæc
concluſio procedere. Primum, non tantum in rebus mobili-
bus, vt in vaſis ſacris, veſtibus, &c. quæ directè Deo dedicatæ
ſunt, d l. ſancimus, ſed etiam immobilibus, vt fundis, prædijs
vrbanis, & ruſticis, & his, quæ inter immobilia computan-
tur, d. l iubemus, & d. Auth. Hoc ius porrectum. Et multo
magis templi, & monaſterij alienatio prohibetur. Auth. mul-
to magis. C. de ſacroſ. Eccleſ. Priuilegia enim a Pontificibus,
& Imperatoribus rebus Eccleſiaſticis, ne ſcilicet alienari poſ-
ſint, conceſſa ſunt, propter ipſas Eccleſias, & monaſteria, Er-
go multo magis prohibetur ipſius Eccleſiæ, & monaſterij
alienatio, propter quod enim vnum, quodque tale, illud eſt
magis tale, d. Auth. multo magis. Hinc Aluarotus in cap. 1. in
princ. qui feudum dare poſſunt, concludit, quod monaſte-
rium infeudari non poſſit. Et ſequitur Curt. in tract. feu io 2.
4 par. in 24. q. Immo diruto etiam ædificio templi, vel mona-
ſterij, locus adhuc ſacer manet, vt alienari nequeat, text. eſt
hic, & d. l. in tantum, §. ſacræ, ff. eod.
Secundo ampliatur, quod etiam Imperator, nullam de re-
bus Eccleſiæ diſponenti facultatem habeat, cap. conuenit, 3.
quæſt. 8. vbi dicitur, *ad Imperatores palatia pertineant, ad ſa-
† cerdotes Eccleſia.* †
Tertio ampliatur, quod ẽt de iure ciuili oẽs Eccleſiæ, mona-
ſteria, & alia loca pia, & eorũdem bona, & iora, ſint exẽpta ab
omni poteſtate, & iuriſdictione ſæculorũ dominorũ, quacũ-
que fulgeant dignitate, d. l. iubemus, & l. ſancimos, C. de Epi-
ſco. & cler. & c. nullus, de foro comp. c. clerici, cũ ibi no. ext. de
iudicijs. §. nos igitur, Auth. de non alien. aut perm. reb. Eccleſ.
Quar-

A D D I T I O.

† *Quamobrem in primis totum hoc ad Summum Pontificem
Romanum pertinet.*

Digitized by Google

Quarto, omnes huiuſmodi res Eccleſiaſticas, amiſſo pre-
tio eas reſtituere tenetur, & ipſo iure non valet huiuſmodi
alienatio. Ita quod Eccleſia non reſtituto pretio, à poſſeſſore
huiuſmodi bona alienata vindicare poteſt: quæ enim contra
leges fiunt, pro infectis habentur, vt dicitur in d. l. iubemus,
§. ſanè, iuncto, § præterea, C. de ſacroſ. Eccleſ.

Quinto, qui prædia, & bona Eccleſiaſtica petunt à Regib.
vel principib. ſecularibus, niſi ea reſtituant, excommunican-
tur, & à communione Eccleſiæ, cuius facultates auferre cu-
piunt, excluduntur, cap. 2. ext. de rebus Eccleſ. nō alienandis.

Sexto, inuadens res Eccleſiaſticas committit crimen ſa-
crilegij, etiam ſi ipſe eas contulerit Eccleſiæ, cap. ſunt qui
opes, cum tribus cap ſequent. 17. quæſt. 4. & cap. prædia, 22.
quæſt. 2. & cap. bene quidem, 96. diſtinct.

6 Vltimo pro ampliatione prædictę concluſionis notabitis,
quòd Epiſcopi, Canonici, & Clerici, bona quæſita ex rebus
Eccleſiæ, ſeu intuitu Eccleſiæ, non tranſmittunt ad ſuos hęre
des, ſed Eccleſiæ applicantur, vt notatur poſt tex. in cap. 1. dę
7 ſucceſ. ab inteſt & in cap. relatum, el 2. ext. de teſtament. Et
obiter notandum, quòd Epiſcopi, & Clerici dicuntur habere
triplicia bona. I. Patrimonialia, quæ ſcilicet ex ſucceſſione
paterna, & hæreditate conſanguineorum habent. II. Quę ex
doctrina, officijs, & honeſtis ſeruitijs acquirunt, & in illis
ſuccedunt ipſorum conſanguinei, & Clerici liberè de eis te-
ſtari poſſunt. III. Habent bona quæ acquiſiuerunt de rediti-
bus dignitatum, præbendarum, & ſic ex rebus Eccleſiæ, & il-
la applicantur Eccleſiæ, neq; conſanguinei in eis ſuccedunt,
neque clerici de his teſtari poſſunt, niſi ſit conſuetudo, vel
ſeruientibus ipſis, iuxta ſeruitij meritum, aliquid relinquant,
d. ca. relatum, el 2. & vide Abb. in repet. cap. cum eſſes, ext. de
teſtam. & Nicolaum de Vbaldis, in tract. ſucceſſio. ab inte-
ſta. regularium, & irregularium, in 9. volum.

8 Limitatur autem prędicta concluſio, vt in quibuſdam ca-
ſibus liceat res Eccleſiaſticas mobiles, & immobiles aliena-
re, qui notantur poſt tex. in d. l. ſancimus, per gl. & Doctores
in d. l. iubemus, ſuper verbo, inſcribantur, C. de ſacroſ. Ec-
cleſijs. Et ad tres caſus principales referri poſſunt. Nam pri-
mo ex cauſa pietatis permittitur huiuſmodi alienatio pro
redemptione captiuorum, ſi Chriſtianæ fidei conſortes ab
hoſtibus capti veniant redimendi, & nihil aliud ſuppetat vn-
de redimantur: quia animæ hominum quibuſcumque cau-
ſis, vaſis, vel veſtimentis præferri debent, vt dicitur in d. l.
ſancimus. Item tempore ſamis pro alimentis pauperum, ſi
intolcranda fames ita præmat eos, vt pauperum, & infir-
morum vitæ ſuccurrendum ſit, d. l. ſancimus. Aurum enim
Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in
neceſſitatibus, cap. aurum, 12. quæſt. 2. & c. gloria, 12. quæſt.
2. vbi dicitur: *Gloria Epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere,
ignominia verò ſacerdotis, ſtudere proprijs diuitijs.*

Secundò, ex cauſa neceſſitatis res Eccleſiaſticæ alienari
poſſunt, vt ſi æs alienum vrgeat Eccleſiam, & aliunde per-
ſoluere nequeat, d. Authent. hoc ius porrectum, & Auth.
præterea, C. de ſacroſ. Eccleſ.

Tertiò, ex cauſa vtilitatis, ſi conditio Eccleſiæ inde fiat me
lior, §. & hoc quidem, in Authent. de alienatione, & emphy-
9 teuſi. Ad hoc autem, vt in prędictis caſibus valeat alienatio
a rerum Eccleſiaſticarum, requiritur, vt interueniant certę *a*
ſollemnitates, ſaltem requiſitæ à iure Canonico, de quibus
traditur, in c. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. & in c. tua, ext. de
his, quæ fiunt à prælatis, &c. & in cap. 1. de rebus Eccleſ. non
alienandis, libro ſexto. Nam I. Debet interuenire tractatus,
& cauſę cognitio, an expediat Eccleſ. alienatio. II. Authoritas
ſuperioris, ſeu decretū Epiſcopi, & Prælati Eccleſię. III. Cō-
b ſenſus *b* totius cleri, ſeu capituli, ſecundum Panorm. in cap.
ſtatuimus, de tranſac. Ideò ſi alienatur res immobilis Eccleſię
collegiatæ clericorū ſæcularium, tunc requiritur conſenſus
Epiſcopi, & Capituli. In alienatione verò rei immobilis alicu
ius monaſterij, neceſſarius eſt cōſenſus Epiſcopi, Abbatis, &
Monachorum. Et quando alienatur res alicuius parochialis
Eccleſiæ, tunc requiritur cōſenſus Epiſcopi, & præsbyteri, ſi-
ue rectoris Eccleſię: de quo vide omnino Ferrarienſē in for
ma libelli, in actione reali ſuper verbo, veris, & legitimis, n.
69 Et quamuis à iure ciuili plures ſolemnitates requirātur,
d. Authent. hoc ius porrectum, tamē ſufficiunt prædictę ſo-
lemnitates à iure Canonico requiſitæ, cui in hoc ſtandū eſt.
Et ſi omiſſæ fuerint huiuſmodi ſollemnitates, alienatio ipſo
iure eſt nulla, cum ſit contra prohibitionem legis facta, d. c.
tua, ext. de his, quæ fiunt à prælatis, & c. de quo vide Hoſtiē-
ſem in Summa, de rebus Eccleſ. non alienata. Prædicta autē
limitantur procedere in alienationib. perpetuis, non autem
temporalibus, vt eſt locatio ad ſex, vel nouem annos: nā tūc
ſufficit ſola authoritas Abbatis, Prælati, vel alterius admini-
ſtratoris, c. poſſeſſores, 16. quæſt. 1. Et notatur per Canon. in
d. c. ſtatuimus, extra de tranſact. Deinde requiruntur prędi-
ctæ ſollemnitates, quando res Eccleſiæ alienantur, quę ſer-
uando ſeruari poſſunt: ſecus eſt in rebus, quæ ſeruando ſer-
uari nequeunt, vt ſunt fructus percepti ex fundis Eccleſia-
ſticis, nam tales res ſine iſtis ſollemnitatibus alienari per ad-
miniſtratorem poſſunt, cap. terrulas, 12 quæſt. 2. facit text. in
l. lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tut.

ADDITIONES.

a *Res Eccleſiæ, vt alienētur quid requiratur vide Guid. Pap. q.
149. Et an præſcriptio contra Eccleſiam incipiat currere à tē
pore Prælati male alienantis, q. 150 & an præſumantur alie-
nata in vtilitatem, qu. 151. Epiſcopus rem repertam in menſa
Eccleſiæ, vtrum poſſit alienare inconſulto Pontifice, qu. 153.
& quo caſu rē Eccleſiæ infeudare poſſit, q. 154. & an res inu-
tiles, & oneroſæ Eccleſiæ poſſunt alienari ſine ſolemnitate, qu.
156. Quod tempus inſpiciatur vt dicatur Eccl. in alienatione
rei ſuæ decepta, qu. 157. An terræ Eccleſiæ incultæ poſſint per
prælatum ſine ſolemnitate dari in emphyteuſim perpetuam,
vel feudum, q. 158. An alienatio rei Eccleſiaſticæ ſollemniter
facta, ex qua tamen Eccleſia læſa, ſit efficax, & alienatio fa-
cta per Prælatum ſine conſenſu capituli quando valeat, q. 159.
Abſentes quot, & quibus caſibus vocandi in alienatione rei
Eccleſiaſticæ, q. 160. Tempus contra Eccleſiam præſcribendi
quantum requiratur, qu. 161. De qua vlt. qu. vide plura infra,
tit. de vſucapionibus, vbi de ſpeciebus præſcriptionum agitur,
nu. 17. de infeudationibus rerum Eccleſiaſticarum, adde Cur-
tium de feudis, par. 2. q. 1. ad 25.*

b *Quartum requiſitum hic adijciendum eſſe, Bar. & Zaſ. docue
runt. ſ. vt antequam res Eccleſiaſtica alienari poſſit prius au-
thoritate eorum quorum conſenſu publica, & Eccleſiaſtica fa-
cta eſt, declaretur priuata, profana, & in commercio eſſe. Bar.
& poſt eum Zaſ. in l. continuus 137. §. cum quis, n. 4. ff. de verb.
obl. Zaſ. in l. 2. §. & cum placuiſſet 24. in verb. latam, ff. de orig.
iur. Hoc inſuper adijciendum videtur ciuitates, & Reſpubli-
cas, quæ ſuperiorem cognoſcunt, publica bona, vt plateas, thea
tra, & ſimilia, ne lege quidem læſa, ſine conſenſu, & approba-
tione ſuperioris, alienare poſſit Bartol. nu. 4. quod hoc tempore
diligenter notandum, ad leues rerum Eccleſiaſticarum, &
temerarias alienationes reuocandas.*

§. Religioſorum.

1 *Religio, & res religioſa vnde, & quæ dicantur.*
2 *Religioſa quomodo differant à ſacris.*
3 *Quæ requirantur, vt locus religioſus efficiatur.*
4 *Qualis actio detur contra inferentem mortuum in locum
alienum.*
5 *Violatores ſepulchrorum ſunt infames.*
6 *Pœna violantium ſepulchra.*
7 *Religioſus locus fit, quatenus corpus humanum eſt.*
8 *De iure canonico, quæ requirātur, vt locus dicatur religioſus.*
9 *Olim propter fœtorem non licebat corpora in ciuitate ſepeli-
re hodie autem id eſt mutatum.*
10 *Creditores defuncti ſepulturam impedientes, quomodo pu-
niantur.*

Res religioſæ, quæ dicantur.

1 REligionem, & res religioſas veteres dixerunt à relinquē
do, quod propter ſanctitatem quādam à communi vſu
hominum relictæ, remotæ, & reſerēdæ ſint, & quas violare
nefas eſt, vt ſunt cæmeteria, & templa, ſecundum Myſing.
2 hic, & Zaſ. in l. 2. §. quædam, ff. de interd. Et differunt à rebus
ſacris, quia nemo priuatus poteſt rem aliquam ſacram cōſti-
tuere, §. ſacræ, ſupra eod. Religioſam verò propria voluntate
facere poteſt, inferendo ſcilicet corpus mortuum. Is enim
dicitur locus religioſus, in quem illatum eſt corpus hominis
mortui, vt hic, & d. l. in tantum, §. religioſum, ff. eodem. Sicut
in veteri, & nouo Teſtamēto legitur, quòd in agris, & hortis
proprijs Iudæi habuerunt ſua ſepulchra, id etiam de iure ci-
uili permiſſum eſt, l. 1. §. facere, & toto titulo, ff. de mort. infe-
rend. & l. ſtatuas, & toto tit. ff. & C. de relig. & ſumpt. funer.
Et quælibet familia ſepulturam in loco proprio eligere, &
locum religioſum efficere poterit, quæ dicta ſunt ſepulchra
familiaria, & hæreditaria, l. familiaria, ff. de relig. & ſumpt. fu
3 ner. Duo tamen requiruntur ad hoc, vt locus efficiatur reli-
gioſus. I. Quòd ibi ſit mortuus illatus, & ſepultus, vt hic.
II. Quòd à Domino, vel quaſi, ſit illatus, adeo, quòd nec in
fundum communem inuito ſocio mortuum inferre liceat,
4 vt hic. Vnde ſi quis infert mortuum in loco alienum,

a datur contra eum actio in factum, vt mortuum remoueat,
& locus nõ erit religioſus, vel pretium loci domino preſtet,
& erit religioſus. Si verò inferat mortuum in locum alienũ
ſcienter, & doloſè, vel aliter ſepulchrum deuaſtat, datur
b contra eum actio in factum. & de ſepulchro violato, ad b
intereſſe eius, ad quem pertinet, & ſic nemo agere velit, cui-
5 libet de populo, an pęnam centum aureorum actio datur.
Et violatores ſepulchrorum efficiuntur infames, l. 1. & a. §.
prętor eſt, iuncta gloſ. in verbo, pecuniaria, & in leg. is, qui
intulit, ff. de relig. & ſumpt. funer. & in l. 3. in princ. ff. de ſe-
pulch. viol. Idem contra eos, qui ſtatuas, & monumenta vio-
6 lant, ſtatutum eſt, l. 2. ff. de ſepulchr. viol. Et contra violato-
c res c ſepulchrorum etiam publica accuſatio datur, vt ſi cor-
pora quis extrahat, vel oſſa eruat, ſi humilis conditionis ſit,
vltimo ſupplicio afficiatur: honeſtiores verò in inſulam de-
d portentur, vt relegentur, d tex. eſt in l. fin. ff. de ſepulch. viol.
Ex quibus apparet, quanta olim religione funerum cęremo-
niæ cultæ ſint. Et Iuriſconſultus in l. quidam, ff. de cond. inſt.
dicit, ſepulturam eſſe memoriam humanæ conditionis, iux-
ta illud: *Homo es, ergo morieris.* Hinc dicitur in c. Eccleſiaſti-
co 13. q. 2. *Terram teris, terram generis, & in terram conuer-
teris, & de terra ſumeris.* Pro limitatione autem textus no-
7 ſtri notabitis. Primo, quod non totus fundus efficitur reli-
gioſus, ſed tantum illud ſpatium, quod occupat cadauer in
terra, & ſupra, non autem ex latere, d. l. 2. §. ſepulchrum, ff. de
relig. & ſum. fun. Et quando membra hominis in varijs lo-
cis ſunt ſepulta, tunc iſte locus efficitur religioſus, in quo ca
put ſepultum eſt, cum ſint principalis pars hominis, & id quo
homo cognoſcitur, l. cum diuerſis, ff. de relig & ſumpt. fun.
8 Secundo pro limitatione notabitis, quod hodie aliud de iu
re Canonico introductum, vſuq. receptum ſit, vt priuata au-
thoritate locus non fiat religioſus per illationem mortui, ſed
requiritur authoritas, & conſecratio Epiſcopi, vt notatur in
ca. ad hæc, ext. de religioſis domibus, & addite. tit. extra de ſe
pulturis. Ad hoc tamen, vt iſte locus alienari nequeat, ſuffi-
eit mortuum eſſe illatum, ſecundum Ang. & alios hic, per l.
9 2. C. de relig & ſum. fun. Et olim propter fętorem ſub pęna
40 Aureorum, non licebat corpora ſepelire in ciuitate, l. 3. §.
Diuus, ff. de ſepul. viol. Hodie tamen non tantum in cęme-
terij, ſed etiam in templo ſepeliri Chriſtiani poſſunt, toto ti-
tulo ext. de ſepulturis. Niſi quis ſit excommunicatus, hæte-
ticus, vel Iudæus, & in notorio peccato mortali conſtitutus,
item vſurarius, c. ſacris, ext. de ſepult. ca. nullus, iunc. gl. 13. q.
2. & ca. quia in omnibus, ext. de vſuris. De quo vide Hoſtię.
ſem in Summa, de ſepult. ou. 4. Sic & Eccleſiaſtica ſepultura
e denegatur his, e qui ſeipſos interficiunt: nam hi ex tecto do-
mus deijciuntur, vel ſub limine domus extrahuntur, & ſu-
pra raſtrum educuntur, & comburuntur, aut per carnificem
in campo ſepeliuntur, & illa dicitur ſepultura canina, vt eſt
tex. & gl. in c placuit, 23. quæſt. 5. & additio ad ius Saxon. in
art. 31. li. 2. Obnoxij tamen criminum digno ſupplico ſubie-
cti non prohibentur ſepeliri, l. obnoxios, C. de relig. & ſum-
pt. fun. Idem de iure canonico, quando egerunt pęnitentiam
cap. fures, ext. de furtis, d. c placuit, in fi. & c. quæſitum, cum
duobus c. ſeq. 13. q. 2. Et quod dicitur in l. 1. ff. de cadaueribus
punitorum, intelligit Hoſtien. in d. Summa, de ſepult. ou. 4.
circa medium, procedere, quo ad hoc, vt de patibulo, & loco
executioni ſententiæ capitalis deſtinato deponantur, & tol-
lantur, requiri licentiam iudicis ſæcularis, ne iuſtitia con-
temni videantur, nec huiuſmodi licentia petentibus dene-
gari debet, l. ſi ff. de cad. punit.
10 Vltimo circa præſentem, §. notabitis, quod nec propter de
bitum defuncti, ſepultura eius impediri debeat, & creditores
impedientes, de iure Codicis puniebantur pęna 50 librarum
auri, & non habentes in ære, luebant in corpore, l. ſi C. de ſe-
pulch. viola. Sed hodie iure Authen. creditor impediẽs ſepul-
turam, cadit à debito, & tantundem de ſuo ſoluit hæredibus
defuncti, & tertia pars bonorum ſuorum cõfiſcatur, & infa-
mia notatur, Authen. item, qui domũ, C. de ſepul. viol. & in
Auth. vt defuncti, ſeu funera eorum nõ iniur. à cred. & c. col-
f lat. 5. Et de iure Canonico prohibetur f aliquid exigi occa-
ſione funeris, vel ratione terræ, in qua defunctus eſt ſepeliẽ
dus, vel ratione officij. cum habeant clerici pro hoc officio
beneficium ab Eccleſia, & pro ſepulturis, & adminiſtratione
ſacramentorum à clericis aliquid exigi prohibetur, cap. abo-
lendæ, ext. de ſepult. cap. non ſatis, tunc cap. ſeq. ext. de Simo-
nia. Et extat elegans hiſtoria de Rege Alphonſo, qui paſto-
rem bagi biduum ſouea ad lumbos vſque terra circumfuſũ
detinuit, quod viduę cuiuſdam maritum noluit ſepelire ſine
pretij numeratione facta. Laudabiles tamen conſuetudines
circa hoc obſeruari debẽt, c. ad Apoſtolicã, ext. de Simonia.

ADDITIONES.

a *Vt mortuum remoueat, aut pretium agri ſoluat, quo caſu do-
mino pretium recipiente locus fit religioſus, l. is qui, ff. de relig.*
b *Adde l. qui ſepulchrum, C. de ſepulch.*
c *Sepulchrorum violatores quibus feriantur pęnis, & quam lau-
dabile fuerit, ex lege diuina, & apud Græcos, & Romanos ſe-
pultura donari, & quorum ſepultus poſſint impediri, vide
apud Menoch. 2. de arbit. iud. caſu 387.*
d *Vid ord. 35. par. vlt.*
e *Cadauer eius, qui ſeipſum interfecit, non ſepelitur, & loco, quo
alij, qui honeſte ſepeliri ſolent, gloſ. ex par. 2. de ſepulch. Iaſ. in
l. 1. C. qui teſtam. Aſinius in l. minime ff. de relig.*
f *Sepulturæ cauſa nihil exigendum, ſiue ratione terræ, ſiue ra-
tione officij. Qua de re vide nonnulla Arreſta, ac placita Cu-
riæ Pariſienſis apud Papon. 20. Arreſt 8.*

§. Sanctæ quoque.

1 *Sanctum, & res ſancta, quæ dicantur.*
2 *Muri, & porta ciuitatum ſancta, & quare.*
3 *Pœna contra rumpentes portas, violatores murorum, &c.*
4 *Legati tam hoſtium, quam amicorum ſancti dicuntur, & eos
violare non licet.*
5 *An legato in itinere capto, an derobato, damna ſint reſar-
cienda.*

Quæ res dicuntur ſancta?

1 IVriſconſultus in l. ſanctum, ff. eodem, ſcribit ſanctum eſ-
ſe, quod ab iniuria hominum defenſum, atque munitum
eſt, dictum à ſanguinibus herbis quibuſdam, quas legati po-
pulo Romano miſſi ad hoſtes ferre ſolebant, ne eos viola.
rent. Propriè autem res ſanctæ dicuntur. Primo, quæ nec
ſacræ, nec profanæ ſunt, ſed ſanctione quadam ab iniuria
hominum confirmatæ. Sic, & leges dicuntur ſanctæ, l. ſacra,
§. propriè. ff eodem. Sicut, & Sanctiones dicuntur, vt hic.
2 Secundo muri, & portę ciuitatum: licet enim Deo nõ ſint
dicatæ, diuini tamẽ quodammodo iuris, & in nullius bonis
ſunt, vt hic dicitur, quia firmitate legali ſunt roboratę, & iuſ
ſæ cuſtodiri, & non violari, & certæ pęnæ contra violatores
ſunt introductę, vt hic, & d. l. ſacra, §. proprie, vbi in fine dici-
a tur, quod nę muris a ciuitatum ſine licentia ſuperioris ali-
quid coniungere, vel ſupponere liceat, quod Angel. hic, &
alij notare iubent, contra eos, qui domos adhærentes muris
ciuitatis conſtruunt, quia puniri debent, & opus dirui, l. ædi-
ficia, C. de oper. publi. Quando ſcilicet vſui publico nocent,
3 ſecundum Fabr. hic. Quæ autem ſit pęna b eorum, qui por-
b tam ciuitatis rumpunt, vel ſcalis admotis, vel alia quauis ra-
tione muros tranſcendunt, traditur hic in textu, & in l. fin. ff.
eodem, videlicet, quid huiuſmodi violatores murorum ca-
pite plectantur. Nam ciuibus Romanis alias quam per por-
tas ingredi non licet, cum illud hoſtille, & abominãdum ſit,
& ob id frater Romuli Remus occiſus traditur, in d. l. fin. Et
Bartol. ibi intelligit hoc procedere in muris vrbis Romæ,
non autem aliarum ciuitatum, & municipiorum, ſed quod
c tunc c extra ordinem imponatur pœna iudicis arbitraria,
quæ aliquando pro qualitate delicti etiam ad mortẽ exten-
di poteſt, quam ſententiam ſequuntur Angel. & alij hic. Et
quamuis Ludouicus Romanus, in Singulari 239. teneat, pę-
nam capitis indiſtinctè imponendam eſſe violatoribus mu-
d rorum, cum, & d municipiorum muri ſancti ſint, d. l. ſanctũ
ff eodem, & mouetur per tex. in leg. deſertorem, §. in bello,
e ff. de re militari, e vbi dicitur: *Si quis vallum f tran-
f ſcendit, aut per murum caſtra ingreditur, capite punatur,*
nec

ADDITIONES.

a *De muris, vide Cepolam tractatu vrbanorum prædiorum, c.
40. Rauennatem in verbo, murus.*
b *Idem multis probat Boerius, quæſt. 232.*
c *De pęna tranſcendentium muros ciuitatis, vel conferentium
ab eis lapides, vide Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 483.*
d *Quid ſi banniti interficiendi cauſa murum, quis tranſcende-
rit? Arbitrariam pęnam ſubit. Nullus tract. de bannitis, par.
2. Rum. 5. conſ. 2.*
e *Hic text. nihil facit, loquitur enim de caſtris, & diſciplina, ac
iure militari, in quo omnia fere delicta ſunt capitalia, l. omne
delictum, eo. tit. nec inde productio facienda ad paganos, cum
ſit ius ſingulare, l. ius ſingulare, de legibus præſertim in his di-
uiſio. Itaq; nemini pęnam tantum arbitrariam relegationis
carcerum, aut pecuniæ propterea imponi.*
f *Quid ſi foſſam vallæ? Quidam non capitale exiſtimant, arg. l.
deſertorem, §. ſi vero quis falſum, ff. de re milit.*

nec poteſt commoda ratio diuerſitatis aſſignari. Niſi enim
aliqua ſeueritate muri ciuitatum tueantur, non præſtabunt
Reipub.ſecuritatem,quam habent, nec poſſent ciues ijs fide-
re, ſicut etiam in bene conſtitutis,& florentibus Rebuſp. hæc
ſeueritas obſeruatur. Prior tamen ſententia communiter, &
tamquam mitior in pœnalibus amplectenda eſt, l. interpreta-
tiones,ff. de pœnis.

4 Vltimo circa hunc §. notandum,quòd etiam legati,tam ho
ſtium,quam amicorum ſancti dicantur, & eos violare non li
cet,l.ſi ff.de leg. vbi dicitur, quod ſi quis legatum hoſtiũ pul-
ſaſſet,contra ius gentium id commiſſum exiſtimatur,quia sã
cti habetur legati,& in c.ius gentium,diſt.1.dicitur,quod à iu
re gentium ſit introducta legatorum nõ violandorũ religio.
Hinc Bart.in l.1.n.2.ff.ad leg. Iul.maieſt.inquit, quod Legati,
& Ambaſciatores de iure gentium habent ſecuritatem, vt ne
mo eos impunè offendere poſſit, imo nec pro repreſalijs cap.
a vel detineri poſſunt,ſec.Bart. *a* ibi. Et pœna illorum, qui lega-
b tos *b* violant,eſt,vt tradantur hoſtibus, & fiant ipſorum ſerui.
d.l ſi.De iure vero Canonico excommunicantur, ſec.gl. in d.
5 c.ius gentium,in verb.legatorum, 1. diſt. An autem legato in
itinere capto,aut detrobato ſint damna reſarcienda? communi-
ter concluditur,quòd ſic,cum officium ſuum, nemini debeat
eſſe damnoſum,l.ſi ſeruus communis,§.quod verò, ff.de fur-
tis.Niſi iſta legatio eſſet affectata,& procurata,vel niſi portaſ
ſet ſecum res non neceſſarias, nam tunc huiuſmodi damna
non ſunt emendanda à mittentibus,cum ſit, quod legatis im-
c putari poſſit,de quo vide *c* Bart. in d.l.ſi ſeruus communis,§.
quod vero,& Chriſtof.Porc.in §.fin.inf.de mandato.

ADDITIONES.

a *Facit l.2.§.legati,ff de iudic.Bar. in l.vlt.ff.de leg.*
b *Quid ſi finitum ſit tẽpus legationis? Priuilegijs legationis frui non ſolet Bart.in l.mercatoris,C.de commemor.l.ſi cui,§. tam diu l.Reſpub.ff.ex quibus cauſis maior,l.2.§. plane, ff de iudic. l.qui conuentus,ff.de re milit.l.tempus,ff.de vacat. muner. l.ratum,ff. de ſolut.*
c. *Quid ſi ex contrario aliquid ei donatum eſt à principe ad quẽ legationis cauſa mittebatur? Commu.opin.eſt, res donatas legati fieri,non in eius qui miſit.hac ratione, quod non tanquam legatus recipiat,cum mandatum euſque non extendatur,vide Roſr q.6 Adde gl.& Doct.in l.ſi vero,§.nec quidquid, ff ſolut. matr.l.qui proprio,§ procurator,vt in ceteris,ff.de proc.l.ſed ſi plures,§.de vulg.Cyn.l.manifeſtiſſimi,C.de furt.Bart.in l.extranei,C.de don.Ang in Auth.donatione,C. de ſec.nupt.*

§. Singulorum autem.

1 *Res ſingulorum quæ dicantur.*
2 *Dominium quid.*
3 *Explicatio definitionis dominij.*
4 *Dominium duplex,directum, & vtile.*
5 *Sub diuiſio vtilis dominij.*
6 *Partes Dominij.*
7 *Different inter dominium,& proprietatem.*
8 *Dictio,quaſi,eſt regulariter nota improprietatis.*
9 *Cauſa efficiens dominij,quæ.*
10 *Rerum domima dupliciter acquirimus.*
11 *De iure ciuili, quomodo acquiratur dominium.*

Quæ res dicuntur ſingulorum?

1 QVinta ſpecies rerum dicitur ſingulorum, ſeu priuatorũ
hominum,res priuatæ,ſeu vniuſcuiuſque propriæ, quæ
ſcilicet ſunt in priuatorum, & ſingulorum hominum domi-
nio,non quæ communes,aut publicæ vniuerſitatis,vel in nul
lius bonis ſunt, ſed quarum dominium homines priuati iam
habent.Hinc dicitur,in d.l.1.§.priuatæ,ff.eo.quod priuatæ res
dicuntur,quæ ſunt ſingulorum. Et varijs modis,tam de iure
naturali, quam ciuili, dominium earum rerum acquiri poſſe
tradit nunc ſemper vſque ad titu. de oblig. & ita proſequitur
ſecundam partem Rubricæ noſtræ,cum qua concordat tit in
ff.nouo,de acquirendo rerum dominio. Ad cuius intellectũ,
quædam de definitione, & diuiſione dominij ſunt præmitten
da. Et primo quæritur.

Quid eſt dominium?

2 Dominium eſt ius de re corporali perfectæ diſponẽdi, aut
vindicandi,niſi lege, vel conuentione quis prohibeatur, ſec.
a Bart.*a* & Doct.in l.ſi quis vi.§.differentia,ff. de acquir. poſſeſ.
3 Genus iſtius definitionis eſt,ius, ideſt, legitima facultas, &
ponitur ad differentiam rei corporalis, in quã cadit illud ius,
vt conſtat ex Rubrica,de acquir.rer.Dom.Dicitur, *de re corporali*, ad differentiã rerum incorporalium, in quibus domi-
nium propriè non cadit,ſed in illis dicimur habere ius,veluti,
ſi tibi competat ſeruitus paſcendi in alterius fundo,non dice-
b ris habere dominium *b* iſtius ſeruitutis,ſed ius illud,l.rectè di
cimus,ff.de verb.ſignif.notatur in l.4 ff. de vſuf. Dicitur,*perfecte diſponendi*,ad differentiam poſſeſſionis, quæ eſt ius inſi-
ſtendi rei corporali,l.1.in princ.ff. de acquir. poſſeſ. Et hoc eſt
præcipuum officium dominij, perfectè, ſeu pro libito diſpo-
nere de ea re,cuius quis eſt dominus, cũ quilibet rei ſuæ mo-
derator,& arbiter ſit,l.in re mandata, C.mandati.Quod tunc
locum habet,ſi rei copia penes dominum ſit: ſi vero penes ter
tium,tunc competit domino rei vindicatio, qua vindicat, &
petit rem ſuam,quæ ab alio poſſidetur,vel detinetur,vt domi
no reſtituatur,l.in rem,ff.de rei vendic. Et hoc eſt alterum of
ficium dominij,nẽpe vindicare. Dicitur, *niſi lege prohibeatur*,
ſunt enim quædam perſonæ, quæ licet habeant dominium
rerum,tamen prohibẽtur res ſuas alienare,& de illis pro ſuo
arbitrio diſponere.Lex enim in ipſis dominij effectum impe-
dit,propter certas rationes,& cauſas legitimas Sic maritus,li
cet ſit dominus prædij dotalis,l.doce, Co. de rei vendic. lege
tamen iulia prohibetur, etiam conſentiente vxore illud alie-
nare,eo.tit.ff.de fundo dot.& §.1.inf. quib. alien.licet. Cum
Reip.interſit,dotes mulierib conſeruari, l. 1.ff.ſol. matr.Item
pupillus ſine authoritate tutoris, vel decreto iudicis, res ſuas
alienare vetatur,propter ætatis imbecillitatem,& fragile iudi
cium,§.nunc admonendi,inf.quib.alien.licet, & ſup. de auth.
tu.dictum eſt.Dicitur, *niſi conuentione prohibeatur*, vt in de-
bitore,qui creditori rem aliquam pro debito obligauit,vt cũ-
que enim debitor ſit dominus pignoris, tamen illud propter
conuentionem cum creditore initam alienare non poteſt, vt
no.in §.contra,inf.quib.alien.licet.

c *Quotuplex c eſt dominium?*

4 Bar.& communiter Doct.in d.l.ſi quis,in §.differentia, ff.
de acquir.poſſeſſ.duas ſpecies dominij eſſe tradunt. Ita quod
d dominium aliud *d* ſit directum,ſeu ſuperius, aliud vtile, ſeu
inferius per tex.in Authen.ſi vero dominus, iuncta gloſ. 1.&
gloſ.in verbo principalis,Co.de hæret.& per text. in l. poſſeſ-
ſoris,C.de fund.patrim.lib.11. in fin. vbi emphyteuta dicitur
dominus,& tamen conſtat, quod alius ſit dominus, ille ſcili-
cet,cui ſoluitur cenſus,l.1.in fin.ff.ſi ager vectig. vel emphy.
Ergo neceſſe eſt; eos eſſe dominos diuerſa ſpecie dominij,
quia vna, & eadem ſpecie dominij duo in ſolidum non poſ-
ſunt eſſe domini,l.3 §.ex contrario,ff.de acquir. poſſeſſ.leg.ſi
vt certo,§ fin.ff.commodati. Directum dicitur, quod habet
dominus ſuperior in rebus feudalibus, & emphyteuticis, &
e eſt ſine *e* fructu, cum ſpe tamen conſolidationis. Ideò inte-
rim ciuilem poſſeſſionem feudi dominus in animo retinet.
f Vtile verò dicitur, quod habet vaſallus, & emphyteuta *f* in
bonis feudalibus, & emphyteuticis, & hoc dominium eſt
cum fructu,& vaſallus naturalem habet poſſeſſionem feudi.
Et

ADDITIONES.

a *Adde eundem in l.inter cauſas,§.non omnia, ff. mand. Cin.in l.quoniam multa,C.ad leg. Iuliam,de vi publica, Angel.in l. ſi pecuniam,§ ſed ſi accepit,ff.de condict.ob cauſam Bal.ca.1.an agnati, vel filij.*
b *Aliquãdo tamen dicimur habere dominium ſeruitutis, vt in l. qui vſumfruct.3.ff.ſi vſuſf.pet.vbi Iulianus ait qui poſſeſſionem tantum vſusfructus habet,non debere plus iuris habere, quam eũ,qui dominium adeptus eſt, ſed hic dominiũ impropriè ſumitur pro iure vſusfructus ciuiliter conſtituti, & poſſeſſio vſusfructus pro iure vſusfructus à prætore cõceſſi. Nã hæc vna eſt iuris ciuilis,& prætorij differentia,vt, cum ius ciuile dominium ex lege alicui defert,prætor,ſubtilitate,& ſtricto iure ciuili obſtãte, ex æquitate poſſeſſionem deferat:quæ poſſeſſionem niſi ſono nominis differt à dominio,vt bonorum poſſeſſio ab hæreditate, le. 1.& 13.§.bonorum,ff.de bon poſſeſſ.l.hæreditas 62. ff de reg.iu.*
c *Inculcatur hæc dominij diſtinctio in §.omnium,nu. 55. & in §. ſed iſtæ,infra de actionibus.*
d *Directum dominium,& vtile quemadmodum acquiratur, & de effectu huius differentiæ,vide Bald. tractatu de præſcr. p 3. principali parte 2.quæſt.2.*
e *Non tamen ſine vtilitate aliqua Nã(vt paulo ante dictum eſt) emphyteuta vtile dominiũ habet, directo ſuo domino cẽſũ aliquẽ præſtat, & eodẽ modo vaſallus quaſdã operas domino ſuo. Et ſuperficiarius.*

5 Et vtile dominium *a* ſubdiuiditur per Bart. in d. § differentia.
a Quoddã enim ſubalternatur *b* directo dominio, & recogno-
b ſcit ſuperius, & directum dominium, quale habet vaſallus, &
emphyteuta, qui recognoſcunt dominum, a quo habent rem
feudalem, vel emphyteuticam, & quãdo vaſallus moritur ſi-
ne hæredibus maſculis, feudum reuertitur ad dominũ, & ita
conſolidatur tunc vtile dominium cum directo. Quoddam
c eſt vtile dominium, quod directo non ſubalternatur, ſed ei *c*
contrariatur, & illud quaſi occidit, quia ei præfertur, quod ſci
licet ex præſcriptione longi temporis acquiritur. Præſcribens
enim feudum emptũ à non domino bona fide, acquirit vtile
dominium illius fundi, & non recognoſcit verum dominiũ,
ſed dominium illud directum, quod erat penes verum domi.
nũ, penitus extinguitur, & vtile directo præfertur, vt notatur
in Auth. niſi tricennale, Co. de bonis maternis. Et quando di-
rectum dominium cum vtili, quod directo ſubalternatur, eſt
coniunctum, tunc dicitur plenum dominium, in quo quis nõ
tãtum habet nudam proprietatem, ſed quoque fructus ad eũ
6 pertinent. Habet enim dominium duas partes nudam ſcilicet
proprietatem, & vſumfructũ, quæ ſi fuerint coniuncta, dici-
tur plenum dominiũ, vt eſt in gl. in d. l. 4. ff. de vſufr. in princ.
7 Ex quibus infertur, quòd dominiũ terminus eſt magis latus
& generalis, comprehendens directũ, & vtile, & quaſi domi-
nium, nudam proprietatem, & quoque vſumfructũ coniun-
ctum cum proprietate, ſeu plenum dominium. Proprietas ve
ro eſt vocabulum anguſtius, quod pro directo, vero, ſeu pro-
prio dominio accipitur. Dicta proprietas, quaſi res propria ſit
tua, de quo vide Doctores, in l. naturaliter, §. nihil commune,
8 ff. de acquir. poſſeſſ. Prędictis addite, quod etiam ſit quaſi *d*
d dominium, & quia dictio, *Quaſi*, regulariter eſt nota impro-
prietatis, l. id tẽpus, in fi. de vſuc. Ideo Ferrarienſ. in dicta for-
ma libelli, in actione reali, in verbo, iure dominij, dicit, domi-
nium aliud eſſe proprium, de quo iam dictum: aliud impro-
prium, quod dicitur habere is, qui bona fide emit rem ab eo,
qui non erat dominus, quem tamen credebat eſſe dominum,
qui in emptorem dominium, quod ipſe venditor non habuit,
non potuit transferre. Cum nemo plus iuris in alium tranſ-
ferre poſſit, quam ipſe habeat, l. nemo, ff. de regu. iur. & ideo
dicitur quaſi dominus, cui Publiciana actio competit, de qua
in §. ſed iſtæ, inſ. de act. dicetur.

Dominium qualiter acquiritur.

9 Cauſa efficiens dominij eſt ipſum ius naturale, ſeu gentiũ,
quod diſtinctionem dominiorum introduxit, l. ex hoc iure,
ff. de iuſtit. & iure. Cum enim poſt peccatum originis, tanta
eſſet hominum improbitas, vt non poſſent rebus cõmuniter
vti, & naturale iudicium facilè ſentiret, fieri non poſſe, vt ho-
mines inſatiabili quadam cupiditate corrupti fruerentur com
muniter rebus omnibus, & ratio dictaret, iniquũ videri, quod
ignaui, & deſides alieno alerentur labore, cum quemlibet de-
ceat in ſudore vultus ſui commedere panem ſuum. Quare ra
tio naturalis ſuaſit, vt ſingulis rebus certa, & diſtincta conſti-
tuerentur dominia, vt vnuſquiſque ſuum teneret, alias enim
nulla pax, & tranquillitas in ſocietate hominum retineri poſ-
ſet, ſi permitteretur communio, quæ diſcordiam excitare ſo-
let, vt dicitur in l. cum pater, §. dulciſſimis ff. de legat. 2. ſecun-
dum quam raperet quilibet, & abuteretur pro ſuo arbitrio
alienis fortunis, & iure diuino diſtinctionem dominiorum
confirmatam eſſe, docet ſeptimum præceptum in Decalogo.
10 *Non furtum facies.* Verum hodie acquiritur dominium, tam
iure gentium, quam ciuili, per modos ab vtroque iure intro-
11 ductos, vt hic. Nam de iure ciuili acquiritur dominium, aut
per vniuerſitatem, aut per ſucceſſionem ex teſtamento, vel
e ab inteſtato. Ite per *e* arrogationem, & addictionem *f* bono-
f rum cauſa libertatis, aut ſigillatim, ſeu particulariter, vt vſu-
capione, legato, &c. de quibus modis eſt gl. hic, in §. ſingulo-
rum, in verbo, iure ciuili, & in l. 1. ſuper verbo, ciuitatis, ff. de
acquir. rerum domin. & inſr. in titu. de vſucapionibus dicetur.
Modos vero, quibus de iure gentium dominium acquiritur,
enumerat Imperator in hoc titulo, dicens hic, in §. ſingulorũ,
commodius eſſe, vt à vetuſtiore iure incipiamus, ex quo hic
g notant Doctores, à vetuſtioribus eſſe *g* inchoandum, facit le.
ſemper, ff. de iure immunitatis, & l. 1. ff. de albo ſcribendo.

ADDITIONES.

a *Hæc diuiſio parum accurata eſt.*
b *Vtile dominium, quod hic ſubalternatum appellat, alijs quibuſ-
dam dicitur non verum dominium. Cur non verum. Quia ta-
lis dominus ſuperiorem aliquem dominum habet.*
c *Vtile hoc dominium à quibuſdam alijs verum dominium ap-
pellatur, quia directum antiquum perimit, & extinguit certis
modis, puta præſcriptione.*
d *Quaſi dominium differt à proprio, & directo dominio, & vtili
quia quaſi dominus nondum dominus eſt, ſed cauſam dominij
acquirendi habet. Deducto in iure directo dominio, vtile etiã
deductum intelligitur, at non quaſi dominium Bart. in l. ſi mi-
nor in fine, ff. de euict. Innocent. in ca. cæterum, de iud. Qui rem
ad ſe pertinere dicit, non vincitur, ſi vtile dominium res ſuum
eſſe probauerit: cui tamen non ſatis fuerit probaſſe, ſe quaſi do-
minum. Panorm. c. cum contingat, de dec.*
e *Vt infra, tit. de acquiſit. per arrogation.*
f *Vt infra. tit. de eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.*
g *Vide Euerhardum in Topicis ab ordine.*

§. Feræ.

1 *Occupatione acquiritur verum dominium.*
2 *Quod in nullius bonis eſt, occupanti conceditur.*
3 *Quas ſpecies hic modus complectatur.*
4 *Quando feræ beſtiæ captæ fiant capientium.*
5 *Venatio an cuilibet iure naturali gentium, & ciuili ſit per-
miſſa.*
6 *An in fundo alieno venari, aucupari, & capere volucres, &
feras licitum ſit.*
7 *An capta poſt prohibitionem fiant capientium.*
8 *Statuto, & conſuetudine venatio prohiberi poteſt.*
9 *An dominus loci poſſit ſub certa pœna prohibere, an quis ve-
netur capreolos, lepores, & perdices.*
10 *Qualis pœna tranſgreſſoribus hoc caſu imponenda ſit.*

*Qui ſunt modi acquirendi rerum dominia, à iure gen-
tium introducti?*

1 PRimus modus eſt occupatio earum ſcilicet rerum, quæ
nullius propriæ, ſed natura, ſeu iure naturali omnium ho
minum communes ſunt, vt ſunt feræ beſtiæ in terra, volucres
cęli in aere, piſces maris in aqua, de quibus in §. & quidẽ, ſu-
pra eodem dictum eſt, quòd continens ſit commune, conten-
2 tum verò fiat proprium eius qui occupat. Quod enim in nul-
lius bonis eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. vt hic,
& l. 1. in fin. cum duabus legibus ſequentibus, ff. eodem. Et cõ-
3 plectitur hic modus quinque alias ſpecies, Piſcationem ſcili-
a cet, Aucupium, Venationem, *a* Captiuitatem in bello, & in-
uentionem De piſcatione ſup in §. flumina, dictum eſt. In hoc
vero, §. de aucupio, & venatione tractatur, & pro commo-
diori declaratione notabitis ex textu noſtro tres concluſio-
nes principales. I. Quòd feræ beſtiæ, volucres, & piſces, & ce-
tera animalia, quæ in mari, cęlo, & terra naſcuntur, ſimul at-
que capta fuerint, ſtatim de iure naturali, ſeu gentium effi-
ciuntur capientium, vt hic, & d. l. 1. in fine, ff. eodem. Et am-
pliatur hæc concluſio, ſiue quis capiat volucres, & feras in
ſuo, vel alieno fundo, vt hic. Limitatur autem procedere.
1. Vt quidquid cęperis, eo vſque tuum eſſe intelligatur, do-
nec tua cuſtodia coercetur, cum verò tuam cuſtodiam eua-
ſerit, & in libertatem naturalem ſe receperit tuum eſſe deſi-
nit, & rurſus fit occupantis. Tunc autem intelligitur, natu-
ralem libertatem recipere, cum vel oculos tuos effugerit, vel
ita ſit in conſpectu tuo, vt difficilis ſit eius perſequutio, tex-
tus eſt hic, & in l. 3. & in l. naturalem in princ. ff. eodem. 2. Li-
mitatur, etiamſi fera beſtia ita vulnerata ſit, vt capi poſſit, nõ
tamen fiat tua, niſi eam cęperis, reprobata Trebatij ſententia,
qui putauit ſtatim eſſe tuam, & eo vſque tuam videri, do-
nec eam perſequaris, multa enim accidere poſſunt, vt eam
non capias, vt hic, § illud quæſitum, & d. leg. naturalem, §. 1. ff.
eodem Et ita eſt ibi text. iuncta gloſ. pro conſuetudine perſe-
quendi feras in alieno fundo. Veluti ſi in tuo fundo cęperis
venari, & perſequi feram, quæ effugiat in ſiluam tui vicini,
poteris eam perſequi feram in fundo, & nemore vicini tui,
de quo eſt text. iuris Saxonic. in artic. 61. libro 2. vbi dicitur:
Venatur

ADDITIO.

a *De venatione, & aucupio, vide Cepol. tract. ruſt. præd. c. 21. Et
an in alieno territorio ſiue garena venari liceat, vide Guid.
Pap. q. 218. Adde Pileum, q. 73. Bartholomæum Brixienſem
quæſt. 53. Venandi ius an ſit ſeruitus realis, vel perſonalis, vide
Gayl. 2. Obſer. 66. de iure venãdi & ſilua venatoria: & an do-
minus ſiluæ ſeruitutem venandi deteriorem facere poſſit, ibid.
Obſeru. 97. fructus ſiluæ venatoriæ cuius ſint, ibid. Obſer. 68.*

Venator quis feram ex nemore ſuo, & canes illā perſequuntur.
in ſiluam alienam, tunc, & ipſe ſequi poteſt, abſq; tamen inſla-
tione corniculi venatorij, & in citatione canū, & ſi ferā capiat
a *non delinquit, caneſq; ſuos ſibi reuocare licet,* a & addite gloſ.
Vueichbild. art. 122. in fi. in hoc tamen attendi debet conſue-
5 tudo venatorum, ſecundum Plat. & DD. hic. II. Concluſio de
b iur. naturali gentium, & ciuili, venatio *b* permiſſa eſt ita, quod
cuilibet in fundo ſuo proprio liceat aucupari, venari, & cape-
re feras beſtias, lepores, & ceruos, text. eſt hic, & in d. leg. 3. in
prin. ff. eo. Et ampliatur, vt quis nō tantū poſſit tendere retia,
laqueos, & talia inſtrumēta ad capiendas feras, vel vti canib.
ſed & facere foueas, dūmodo nō faciat in itineribus publicis:
nam tunc ſi bos, vel aliquid aliud decideret, vel factū fuit de-
terius, faciens lege Aquilia, ad reſarciendum damnum tene-
tur, l. qui foueas, iuncta l. ſeq. in prin. ff. ad l. Aquil. De quo vi-
de Cępol. de ſeru. vrb. præd. c. 80. & de ſeru. ruſt. præd. cap. 12.
circa fi. Limitatur autem non procedere, ſi aliud de conſuetu
c dine *c* ſit introductum, arg. gloſ. in l. iniuriarum, §. fin. ſuper *d*
d verbo agi ff. de iniurijs. Sicut videmus, plebeis illam poteſta-
tem pleriſque in locis eſſe ademptam, vt nec eis in fundo pro-
prio lepores capere liceat, & etiam nobilibus hodie non con-
ceditur in proprijs ſiluis venari. & capere ceruos, apros, & ſi-
miles feras, *hohes Vuild* niſi expreſsè eis in litteris inueſtiturę
venationes ſint conceſſæ. *Daſſ ihnen die hohen jagten auſ-*
ſtruck lichuerliben ſeind, vel niſi præſcripſerint huiuſmodi ve-
e nationes. *e* III. Concluſio de iure naturali, & gentium cuili-
6 bet licitum eſt, non ſolum in fundo proprio, ſed etiam in alie-
no venari, aucupari, & capere volucres, & feras, text. eſt hic,
& in d. l. 3. in princ. ff. eod. Limitatur autem hæc concluſio 1.
Vt is, qui alienum fundum ingreditur aucupandi vel venandi
gratia, poſſit à domino, ſi præuiderit, prohiberi vt hic, & leg.
diuus, ff. de ſeru. ruſt. præd. vbi dicitur: *Diuus Pius aucupibus*
ita reſcripſit: Non eſt rationale nolentibus dominis vos in alie-
nis agris aucupari, & gloſ. ibi dicit, idem in venatione: me
enim inuito non licet vicinum ire per agrum meum, leg. per
agrum, C. de ſeruit. Imò dominus etiam armata manu ingre-
dientem prohibere, & ei reſiſtere poteſt, ſecund. gloſ. in d. l. 3.
in verb prohiberi, ff. eod. & facit le. quemadmodum, §. 1. ibi,
iure ſuo poſſe eum intercedere. ff. ad le. Aquiliam. Et contra in-
gredientem domino inuito, & prohibente, actio iniuriarum
competit, ſecundum glo. in d. l. Diuus, & in d. l. 3. per tex. in d.
l. iniuriarum, §. fi. verſic. niſi quod ingredi, ff. de iniurijs, & fa-
cit tex. in §. ſed & lex Cornelia infra de iniur. Niſi quis præ-
f ſcripſiſſet *f* illud ius venandi in fundo alieno, nam, tunc pro-
7 hiberi non poſſet. An autem capta poſt prohibitionem nihi-
lominus fiant capientium, diuerſæ ſunt ſententiæ gloſ. Nam
gl. hic, in verb. ingrediatur, tenet quod non. Sed in l. diuus, cō-
cludit quod ſic, & poſteriorem gl. Batt. & communiter DD.
dicunt eſſe veriorem, cum ingreſſus non captura prohibea-
tur, & quod talis ingrediens propter vitioſum ingreſſum pę-
na iniuriarum teneatur, vt inquit hic Por. Sed Florianus de S.
Petro, vt referunt cum DD. hic concordat gl. videlicet, quod
g gloſ. noſtra hic habeat *g* locum, ſi fructus fundi conſiſtant in
venatione, vt tunc ingrediens cōtra voluntatē domini, capta
non faciat ſua. Si verò fructus fundi non conſiſtāt in venatio
ne, quòd tunc captum efficiatur capientis, ſec. gl. in d. l. diuus,
de quo Cępol. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 21. & Iacobin.
de S. Georgio, in tractatu feudali, ſuper verb. & cum vena-
tionibus, vbi ſubijcit, quòd illum, qui me inuito ingreſſus eſt
fundum meum cauſa venandi, non poſſum retinere in fundo
donec mihi reſtituat feras captas, ſed quòd tantùm mihi com-
petat actio iniuriarum, vt eſt gloſ. in d. l. diuus, & addite Cæ-
pol. in d. c. 21. nu. 3. Et poteſt prædictorum eſſe ratio, quia feræ
beſtiæ in ſiluis non ſunt eius, cuius eſt ſilua, immò nec ab eo
poſſidentur: vt eſt tex. in l. 3. §. item feras, ff. de acqui. poſſeſ. a.
Limitatur, quòd de iure conſuetudinario feudorum facultas
venandi reſtricta eſt, vt non liceat cum armis in alienis agris
venari inuito domino, niſi ad vrſos, apros, & leones, §. nemo
retia, & ibi Feudiſtæ, de pace tenenda, & eius viol. in vſibus
feudorum. Quod intelligatis verum, niſi ius venandi in alie-
no fundo ab aliquo eſſet præſcriptum, vt ſupra dictum. 3. Li-
8 mitatur, quòd ſtatuto, & conſuetudine induci poteſt, vt non
liceat in alieno fundo venari, ſicut in his terris cum conſen-
h ſu nobilium ab electore noſtro facta eſt conſtitutio. *h Quod*
nullus in fundo alterius venari debeat, ſub pena centum flore-
norum, i Nam hoc fieri poſſe tradit hic Faber, & Iacob, ſuper
verb. & cum venationibus. Et ita quoq. pronunciatur, & eſt
ſententia poſt *Vueichbild.* ſub ritu: *Daſſ. man auff. andern.*
Gutern nicht jagen oder ander Vueyd vuercktreiben ſoll. &
eſt glo. iuris Saxon. *Vueichbild.* art. 122. ante finem, vbi dicitur:
Etſi feræ animalia communia ſint, quilibet tamē cum ſuis vi-
cinis conuenire poteſt, ne alter in alterius fundo venetur, vel li-
cet ſuper eo mihi paciſcatur, iure tamē prohiberi poteſt, ne quis
venādi gratia alienam proprietatem ingrediatur. Addite gl. in
art. 62. li. 2. in fin. *Vongehegen, vnd daſs ſolche magengeriche*
vverden. Probatur per textum noſtrum hic, quòd dominus
poteſt prohibere, ne quis ingrediatur fundum ſuum cauſa ve-
9 nandi. Hinc quæritur, an dominus alicuius loci poſſit prohi-
K bere, quòd nemo ſub *k* certa pœna audeat venari capreolos,
lepores, & perdices. Hoſtien. in d. cap non eſt, extr. de decimis
dicit: *Si dominus prohibeat, ne ſubditi venentur, vel aucupen-*
tur, dicuntur eis facere violentiam, ſubijciens quod ſubditi ca-
uere debent, ne ſoluere cogantur pęnam ſaltem de facto, vt
refert Iacob. ſuper dicto verb. & cum venationibus, addens
cautelam pro dominis terrarum, quod faciant tales prohibi-
tiones per proclamata pœnalia, nam ſi ſubditi non contradi-
cant, & propterea deſiſtant à venando, tunc domini terra-
rum conſtituuntur in quaſi poſſeſſione prohibendi, & ſi per
longa tempora ſubditi acquieſcant, præſcribunt domini tale
ius prohibendi, vt ſup. in d. §. flumina, de piſcatione dictū eſt.
Et prædicta intellige ſine dubio procedere, quando dominus
prohibet, ne ſubditi venentur in proprijs fundis: nam in alie-
nis fundis, & ſiluis ipſius domini, venationes, & aucupia pro-
hiberi poſſe, probatur per textum noſtrum hic, & in d. l. 3. ff.
eod. vbi gl. inquit. [*Quod licet principaliter prohiberi non poſſet*
quis occupare id, quod nullius eſt, tamen per conſequentiam hoc
10 *fieri poteſt, dū enim prohibetur ingredi, prohibetur, & capere.*
Qualis autem pęna tranſgreſſoribus hoc caſu imponenda ſit,
ex prędictis decidi videtur, vbi dictum eſt, eos, qui inuitis do-
minis ingrediuntur fundum alienum cauſa venandi, actione
in iniuriarum conueniri poſſe, ſecundum gl. in d. l. diuus, ff. de
ſeruit. ruſtic. prædior & in d. l. 3 ff eod. Sed pro qualibet iniu-
ria ciuiliter, & criminaliter agi poteſt, ita vt ſi actio iniuriarū
ciuilis inſtituta fuerit, pœna pecuniaria parti applicanda ve-
niat. Si verò criminaliter actum fuerit, vel pœna pecuniaria
fiſco applicanda, vel pro qualitate, & atrocitate iniuriæ, alia
pœna arbitraria imponatur, §. in ſumma, cum ibi not. infr. de
iniur. Ita & in caſu noſtro, vel pęna pecuniaria, vel extraor-
dinaria carceris, aut alia ſimilis arbitraria pœna imponi po-
teſt; non autem pęna capitis, vel amiſſio alicuius membri,
l vt *l* dicit textus *Landrecht*, iuris Saxonici, lib. 2. art. 71. Vbi
Deus

ADDITIONES.

a *Inuenit non poſſe eos pignorari, ſicut alias, quando pecus alienū in agro vel ſilua ſua dominus inuenit, Landrecht, lib. 2. art 47. 48. Fach. differ. 69. Reinh diff pæn. 17. Et ſecundum hoc ius memini pronunciatum, & abſolutum eum, qui taliter in perſecutione in alieno fundo cum canibus eſſet venatus, ordin. prouinc. titu.* Das Keiner auff des andern grundt jagen.

b *De venatione adde diſt. 88. c. amputatis, & de conſecr. diſt. 3. c. irreligioſa, & diſt 5. c. ieiunia, de ferijs, c. non eſt in poteſtate, de dec. c. cum Apoſtolis, §. Archidiaconi, ext. de cenſ. cap. 1. ne cleric vel mon. & tit. de cle. ven.*

c *Conſuetudo venatorum in his, quæ ad venationem pertinent, ſequenda, arg. l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de adil. edic. Et ſic deinceps in aucupio, piſcatione, & ſimil.*

d *Hoc prorſus ab omni ratione & æquitate alienum, multò magis ſi non liceat ex agro ſuo feras damnum dantes abigere, quod conceſſum ord. pro tit.* abſcheucheung des vvilptas.

e *Ordinaria præſcriptione. Non enim ſunt de regalibus.*

f *Præſcribi ius venationis poteſt, vt hic. Et eodem modo ius piſcandi, vt dictum in §. flumina ſup. eod. hoc tit.*

g *Venator ingreſſus fundum alienum, & inibi, poſt prohibitionem domini animal aliquod capiens, captum animal ſuum non facit, vt aliquod præſtet prohibitio. Facit l. vlt. C. de neg. l. ſi fundum, l. certum, C. de rei vend.*

h *In ordin. prouin. tit.* von jagten *cum multis ſeq. vbi etiam modo aucupio eſt præſtitutus.*

i *Nunc grauiores pœnæ ſunt conſtitutæ, quod an fieri poſſit diſputant Dec. conſ. 597. in caſu, num 2. Iaſ. conſ. 119. lib. 4. Corn. conſ. 211. lib. 5. Tiraq. de Nobilit. c. 37. num. 150. Card. Hoſt. & Canoniſtæ in cap. non eſt, de decimis.*

K *Pœna conſtituta aduerſus venatores, per locorum Dominos tenent maximè ſi per principes Vide Guid. Papeum, qu. 218. vbi notat conſtitutionibus prouincialibus puniri venantem in alienis viuarijs, & eodem modo inſidiantem alienis periſteotrophij ſiue columbarij columbas. His adde quæ de venatione notantur, l. vnica, C. de venat. ferarum.*

l *Nota contra acerbitatem pœnarum, quibus nunc paſſim multi ſeuerè nimis hoc in genere abutuntur, contra quos faciunt rationes à Decio adductæ.*

Digitized by Google

Deus creabat hominem poteſtatem ei concedebat, ſuper om-
nia animalia, piſces, ac volucres. Quare teſtimonium diuinũ
habemus, neminem eorum cauſa pœna capitalem, vel aliam
corporalem mereri poſſe. Et ſic pęna furti hoc caſu imponi nõ
a poteſt, cum feræ in *a* ſiluis antequam capiantur, non ſint eius,
cuius eſt ſilua, nec ab eo poſſideantur, l. 3. §. item feras, ff. de
acq. poſſeſ. & l. ſi apes, ff. de furtis, & addite tex. in d. at. 61. in fi.
Quod nemo venationis gratia, ſegetem, protetere, ſeu con-
culcare debeat, quæ iam in articulo, ſeu genicula ſurrexit.

ADDITIO.

a *Aliud, ſi (vt paulò ante dixi) quis venari aut aucupari velit in alieno viuario, vel (vt loquuntur) alia garena.*

§. Apum quoque.

1 *Continuatio, & argumentum huius §.*
2 *Animalium trium genera.*
3 *Apum natura fera.*
4 *Ingrediens fundum alienum, & includens apes actione iniuriarum conueniri poteſt.*
5 *Apes tamdiu tuæ ſunt, quamdiu animum reuertendi habent.*
6 *Quid conſuetudine obſeruetur, attendendum.*

1 IN præcedenti §. dictum eſt, quod per occupationem ani-
malium ferorum acquiratur eorum dominium: ſed quia
de quibuſdam erat dubium, an eſſet fera, vel manſueta Impe-
rator in hoc §. cum duobus ſequentibus, ſecundum gloſ. in §.
pauonum ſuper verb. talis, tria genera animalium refert, &
an, & quomodo eorum dominium per occupationem acqui-
2 ratur, declarat. Quædam *a* enim ſunt animalia naturaliter
a manſueta, de quibus in §. gallinarum, infr. eod. Quædam verò
b naturaliter ſunt fera, ſed *b* accidentaliter hominum induſtria,
& diligẽtia manſueta reddita, de quibus in d. § pauonum, inf.
eod. Quædam verò prorſus ſunt fera, vt cerui, vrſi, lepores, &
in his animalibus locum habet regula, in præcedenti, § tradi-
ta, videlicet, cum in nullius bonis ſint, quod occupanti con-
3 cedantur. Et extenditur hæc regula hic in §. noſtro, etiam ad
apes, cum, & earum natura fera ſit: ideoque apes, quæ in ar-
bore noſtra conſederint, antequam in alueo à nobis conclu-
dantur, non magis noſtræ eſſe intelliguntur, quam volucres,
quæ in arbore noſtra nidum fecerunt: ideò ſi alius eas inclu-
ſerit dominus earum efficitur per occupationem, ſicut, & fa-
uos, ſi quos fecerint apes in arbore tua, alios ſine furto exime-
re poterit, nec furti tibi tenebitur: qui apes non fuerunt tuæ,
tex. eſt hic, iuncta gl. in verb. dominus, & in d. l. naturalem §.
4 apum, ff. eod. & in d. l. ſi apes, ff. de furtis. Poteris tamen vo-
lentem ingredi fundum tuum ad includendas apes, prohibe-
re, ne ingrediatur, & quod poſt prohibitionem ingrediens, &
includens apes, licet earum dominus fiat ſecundum gl. hic in
verb. præuideris, tamen actione iniuriarum conueniri po-
5 teſt, vt in præcedenti. §. dictum eſt. Item notandum ex §. no-
ſtro, ſi examen apum tuarum euolauerit ex alueo tuo, tãdiu
c eſſe tuum, quãdiu *c* in conſpectu tuo eſt, nec difficilis ſit eius
6 perſecutio, vt hic, & d. l. naturalem, §. apũ. Sed in hac re, quid
vbiq; locorum conſuetudinario iure obſeruetur, attendi de-
bet. Quibuſdam enim in locis diſtinguitur, ſignauerit ne do-
minus arborem, in qua apes conſederint, an minus ſecũdum
Mynſing. hic De iure Saxonico. Si ex alicuius domo examen
apum euolat ad vicinum, ille vicinus id potius retinere po-
teſt, quam is, qui perſequitur: apis enim vermis ferus eſt.
Vveichbild art. 120. vbi gloſ. *Si apes in alueario in ſilua exi-
ſtunt, illius efficiuntur, cuius apearium.* Qui verò eas arbori in-
d cludit, quoque ſuas facit, & ſi quis alius auferret, *d* furti tene-
retur. Et addite gloſ. iuris Saxonici, art 40. libr. 2. poſt princ.
Quod feræ naturæ eſſe dicatur, omne, quod à paſtoribus cu-
e ſtodiri nequeat. *e*

ADDITIONES.

a *Animalium quædam naturaliter manſueta, quædam arte manſueta, quædam prorſus fera, & quæ nunquam circurari poſſunt. His adde l. 2. ff. ad l. Aquil. l. hi enim 40. §. 1. ff. de ædil. aedicto.*

b *Et hæc animalia manent dominorum, quamdiu eam habent, conſuetudinem redeundi, §. pauonum, infra l. naturalem, ff. de acqu. rerum dominio.*

c *Examen apum (quod extra conſpectum domini eſt, & cuius difficilis eſt, perſecutio) licet cuique capere, ac retinere, ſine metu, ac pęna furti, l. ſi apes, ff. de furt.*

d *Scilicet iam incluſas, atque ita occupatas, l. 3. §. 9. & 10. de acquirend. poſſeſ.*

e *Quare, & canis inter feras numeratur, vt dicam infra. Si quadr. paup. fec. dic.*

§. Pauonum quoque.

1 *Animantia fera natura, & circurata, tum demum occupantis fiunt, ſi animum redeundi habere deſinunt.*
2 *Quando id dicatur fieri.*
3 *Animantia, ſi ex inſidijs alicuius animum reuertendi deponant, an occupantis fiant.*
4 *An ſcolares, quorum nomina non ſunt ſcripta in matricula, gaudeant priuilegijs ſcolarium, & ſi recedant à ſtudio, ac poſtea reuertantur, an eis proſit, quod antea fuerint inſcripti.*

IN hoc §. tractatur de animalibus, quæ quidem feræ ſunt
naturæ, ſed circurata, & mãſueta facta, vt pauones, colum-
bæ, cerui mãſueti, & cetera animalia naturaliter fera, & ex ac-
1 cidenti manſueta facta, quæ auolare, & reuolare, abire, & re-
dire ſolent. Et de his talis regula hic traditur: Quod tamdiu
noſtra ſunt, quandiu retinent animum, & conſuetudinem re-
uertendi, quę ſi depoſuerint, deſinunt eſſe noſtra, & fiunt oc-
2 cupantium. Tunc autem videntur, animũ reuertendi deſine-
re habere, cum reuertendi conſuetudinem omiſerunt, vt hic,
a & d. l naturalem, §. pauonum, ff. eodem. Animus *a* enim ex ſi-
gnis, & coniecturis, ſeu actibus exterioribus colligitur, iuxta
illud: *Interna per mores cognoſcimus exteriores*; ſecund. gl. hic
in verb. deſierunt, &c. ex ſtudijs ext. de præſumpt. l. ſi non con-
b uitis, iuncta gl. ibi, C. de iniurijs. Et quia conſuetudo ex *b* duo-
bus actibus inducitur, vt eſt gl. in l. 3. ſuper verb. conſuetudi-
ne, C. de epiſc. aud. Antequam igitur hæc animalia animum
reuertendi deponant, ſi ab alio occupantur, eius non fiunt, ſed
3 manent prioris domini, vt hic. Vnde ſi illa reuertendi deſue-
tudo ab alicuius inſidijs proficiſcatur, vt ſi vicinus columbis
ineſcationes quaſdã pararet, vel quis cepiſſet columbas, etiam
de ſuo fundo, in alieno colũbario, non fit earũ dominus, ſed
furtum committere dicitur, & niſi pęnituerit, & eas relaxaue-
rit, actione furti conueniri poterit. l. Pomponius, §. 1. ff. famil.
hercíſc. & l. ſi pauonem, ff. de furt. & vide Cępolam de ſeruit.
verb pred. c. 77. & tex. iur. Sax. *Vveichbild.* art. 119. vbi dicitur.
Columbæ, Pauones, atq; aliæ non feræ volucres. ſi foras in campum euolant, communes fiunt. Quem textum intelligatis ſecun-
dum diſtinctionem, & regulam, §. noſtri, ſ. depoſuerunt ani-
mum redeundi. Platea hic colligit. Quòd ſi huiuſmodi ani-
malia non reuertantur duabus vicibus horis, vel diebus, vel
conſuetis, intelliguntur animum reuertendi depoſuiſſe, &
per alium occupari poſſunt. Sed hoc arbitrio iudicis relin-
quendum eſſe, argum. l. 1. in fin. ff. de iure deliber. Et Porc. hic
4 inducit textum noſtrum ad quæſtionem. Scholares, quorum
c nomina non ſunt, ſcripta in matricula, *c* non gaudent priui-
legio ſcholarium, ſecund. gloſ. & ibi DD. in l. eos, C. de inoff.
fic. mag mil. Si autem, ſcholaris inſcriptus recedit à ſtudio,
& poſtea reuertatur, an ei proſit, quod antea fuit inſcriptus?
d Et in hac quæſtione ita diſtinguitur *d* Aut ſcholaris abſuit à
ſtudio per quinquennium, & reuerſo non prodeſt prior ma-
tricula, l. 3. Cod. de domin. & protect. lib. 11. Aut abſuit mi-
nori tempore, & tunc ſi, ſe contulit ad mercantiam, vel alia
officia, vel artificia, & reuerſo prior matricula quoque non
prodeſt. Videtur enim depoſuiſſe animum ſcholaſticum. Si
vero ad alia ſe non contulit, tunc prodeſſet ei. Vide Bart. in
l. aut facta, §. tempus, ff. de pęn. & quæ ſupra in §. item Romæ,
de excuſ. tut: dicta ſunt.

ADDITIONES.

a *Animi voluntas incorporea ſignis exterioribus detegitur, l. ſi tamen. ff. de ædil. edict. l. 2. ff. de interrog. l. is qui, ff. de tutor. & cur. l. pro herede, ff. de vſucap. pro hered.*

b *Quot actus ad inducendam conſuetudinem ſint neceſſarij, ſuperius dictum eſt, §. ex non ſcripto, tit. de iure natur. gentium, & ciuili.*

c *De matricula vide quæ ſcripta ſunt in § item Romæ, ſupr. de excuſ. tut. Adde Rauennat. in verbo* matricula.

d *Dixi ſup. in proem.*

§. Gallinarum autem.

1 *Animantia manſueta natura non ſunt occupantium, & qui ea detinet furtum committit.*
2 *An furti actio detur pro re modica, & quæ dicatur res modica.*

1 IN hoc §. de animantibus natura manſuetis, vt ſunt galli-
næ, anſeres, oues, porci, &c. talis regula traditur. Quod oc-
cupanti non conceduntur, ſed etiamſi turbata conſpectum
noſtrum

noſtrum effugerint, quocumque locorum peruenerint, licet
animum redeundi deſeruerint,& ignoremus vbi ſint,nihilo-
minus in dominio noſtro permaneant,adeò, vt qui ea animo
lucrandi includat,& detineat,furtum committat,vt hic,& d.
l.naturalem,in fin.ff. eodem,& facit dictum Bart. in l. qui ea
mente,ff.de furtis, vbi dicit: *Si gallina alicuius perueniant in*
a *domum ſcholarium, qui eas animo comedendi includunt a po-*
ſtea ducti pœnitentia,eas dimiſerint,non tenentur furti, & ſe-
quitur hinc Ang. de iure Saxonico, Vide tex. *Vveichbild*,art.
121.vbi dicitur:*Si gallinæ alicuius inuolauerint in domum,ſeu*
aream alienam, & ibi damnū dederint , poterit damnificatus
illas capere,eiſque alas amputare,& poſtea domum remittere,
& ſubijcit ibi gl.*Si gallinam occiderit pro illa perſoluere tene-*
tur conſtitutum Vvergeldum, quod eſt dimidius ſolidus , ſeu
octo nūmi .De quo vide art. 51.lib.3.gloſſa autem hic in ver-
bo,lucrandi animo,quæ vult quod quælibet actio,etiam pro
b vno nummo datur, *b* vt eſt ſimilis gl. in l.id eſt,ff. de dolo,re-
c probatur *c* à Zaſio in paratillis,vbi dicit,quòd ab iſta gl.cauē-
dum ſit,tamquam à manifeſto errore.& allegat exemplum,
quòd in iudicio Cameræ Imperialis, cum quis ad duos num-
2 mos furti argueretur , actio cū ſumma indignatione reiecta
ſit. Eſtq;ſtatutum:*Vt in iudicio Cameræ nulla cauſæ recipian-*
d *tur,quæ ſummam 50.florenorum non excedant* .*d* Verū tamen
e eſt,quod pro modica re actioe ordinaria *f* intentari poteſt,l.ſi
f proprietarius,in ſi.princ.ff.de damn.infect.& l.1.§. illud,ff.de
g coniung.cum emancip. liber eius. Quæ autem res dicatur *g*
modica,aut exigui pretij in arbitrio iudicantis conſiſtit,ſecū-
dum Bart.in l.omnino,ff.de imp.in reb.dot. factis .

ADDITIONES.

a *Vel alterius lucri,puta,vt oua,plumas, vel pennas habeant .*
b *Probat c.vlt.1.q.4 Non enim ex quantitate,ſed affectu furan-*
di delictum æſtimatur,cap.penult.14.q.vlt. In puniendo tamen
qualitas conſideratur,maxime iure Saxo.ex § ſi quis quinque
ſolidos,de pace ten.conſt.32.cum multis ſeq.parte 4.& infra de
oblig. quæ ex delict.
c *Reprobatur quoque a Didaco Couarruuia ,c. reſolutionum, 3,*
Seruatur tamen in Praxi,vt refert Gomez in §.pœnalis.Inſtit.
de actionibus. Idem teſtatur,Clarus,5.Sent.§.furtum,verſ pa-
riter etiam poſſet.Vide Tiraq.tract. de iudicijs in rebus mini-
mis exigendis. Excuſatur tamen hoc caſu,qui propter neceſſi-
tatem,& famem. Marian. in ca. ſi quis propter,de furtis,Ca-
gnolus in l.quæ propter neceſſitatem,ff.de reg. iur.
d *Non ideo ſequitur,in curijs ſubalternis lites pauperum non eſſe*
audiendas,quibus vnus nummus pretioſior eſt,quàm diuitibus
centum.
e *Sic creditor poteſt vendere pignus debitoris,etſi modicum ſu-*
perſit,l.in rebus,§.poſſunt,ff.commodati.Hac in re tamen ſua-
derem malitias auari fœneratoris, & vſurarij minime indul-
gendum,l.1.§.3.ff.de peric.& commod.res vendita.
f *Non æque extraordinaria,l.4.de in integrum reſtit.*
g *Modicum enim dicitur,& intelligitur ex circumſtantijs etiā*
perſonarum.Adde Menoch.tract.de arbitr.iud.caſu 145.

§. Item ea, quæ ex hoſtibus.

1 *Captiuitate acquiritur dominium iure gentium.*
2 *An capta ab hoſtibus in bello ſtatim fiant capientium.*

1 SEcundus modus acquirendi dominij eſt captiuitas , quæ
etiam eſt ſpecies occupationis, vt ſup.in §.feræ,in princip.
2 diximus . Capta enim ab hoſtibus iuſto in bello,iure naturali,
vel gentium ſtatim fiunt capientium,vt hic,& d.l.naturalem,
§.fi.& l.adeò,in princip ff.eod.& l.1.in princip.cum ibi nota-
tis,ff.de acquir.poſſ Et eſt glo.iuris Saxonici *Vveichbild* art.
2.*Quidquid hoſtibus meis aufero,ſeu in licito,iuſtoque bello ac-*
quiro , meum efficitur . Et hæc concluſio ampliatur procedere
non ſolum in rebus,ſed etiā in perſonis hoſtium, vt,& illæ in
ſeruitutem capientium deducantur,vt hic,& d.l.adeò. Limita
tur autem procedere, I. Si bellum fuerit iuſtum quod ſcilicet
a à populo Romano *a* alijs, vel per alios populo Romano indi
ctum eſt,vel quod inter eos,qui ſuperiorem non recognoſcūt
b geritur . *b* Hi enim hoſtes,propriè dicuntur.cęteri verò præ-
dones,ſeu latrunculi nuncupantur,l.hoſtes,ff.de capt. & poſt
l.reuerſ.& l.hoſtes,ff.de verb ſignifi. Vnde capti à latronibus
ſerui non fiunt,ſed liberi permanent, nec bona, nec perſonæ
efficiuntur capientium,d.l.hoſtes,& d.l poſtliminium,§.à pi-
ratis,ff.de capt.& poſtl. reuerſ. II. Limitatur, vt homines libe-
ri efficiantur ſerui,ſi capiantur homines ſingulares,ſecus ſi ca
piatur vniuerſitas,nam ciuitates captæ ab hoſtibus, non effi-
ciuntur ſeruæ hoſtium, ſed ſubditæ, quo ad iuriſdictionem.
Ideò ciues retinent ſua bona,& habēt teſtamenti factionem,
&c.de quo vide Bart.in l.Diuus,ff.de iure fiſc. & Bal . in Rub.
extr.de tregua,& pace,in fin III. Limitatur,quòd hodie con-
ſuetudine generali apud omnes Chriſtianos receptum eſt, vt
capti in bello inter Chriſtianos geſto, non efficiātur ſerui,ſe-
cund.Bar.in d.l.hoſtes,qui dicit,ſeruitutem inter Chriſtianos
ſublatam eſſe,ſed præſtita victori pecunia, veniam redeundi
impetrant,& ad hoc capti,iure captiuitatis,quo nūc vice ſer-
c uitutis,ſecundum Mynſing hic vtimur,obſtricti ſunt ſubpœ-
na nominis,& famæ,quæ etiam vitæ æquiparatur, vulg.l.iux-
ta,ff de man.vindic. Capti autem in bello,quod cum Turcis,
vel Saracenis geritur,ſubijciuntur ſeruituti eorum,qui eos ca-
piunt,vt notatur per Alciat.in d.l.hoſtes,ff.de verb.ſignific.&
d Mynſing. hic *d* IIII. Limitatur,vt res captæ in bello fiant ca-
pientium,diſtinguendo inter res mobiles,& immobiles.Mo-
e biles *e* enim res fiunt capientium . Immobiles verò Reipubl.
quæ bellum indixit,text.in l.ſi captiuus,ff.de capt.& poſtlim.
reuerſ.& vide Bar.in l.ſi quid in bello,ff.de capt & poſtlimin.
reuerſ.

ADDITIONES.

a *Ab Imperatore, & Imperio nunc quidem in Germania penes*
quam eſt Imperium Romanum. Vide ord. Imperij anno 59.fa-
ctas,& Cameræ,cap.49.
b *Iuſtum eſſe debet,& iuſtitia cauſa,& iuſtitia Imperij.Bald.in*
c.ſicut,nu.7.de iureiur.& Pan.ibidem nu.31. Dec.conſil.691.
in facto,nu .3.& 4.
c *Vide l.nam,& Seruius,21.ff.de negotijs geſtis.*
d *Vide de hac re tota copioſe Couar.in c.peccatum,parte 2. §.11.*
per totum. Et quod captiuus pretium pro redemptione promiſ-
ſum teneatur ſoluere. Idem ad lib.4. Decret.par.2.c.3.n.13.
e *An quæ victis acie hoſtibus capta? an quæ ſubitis tantum ex-*
curſionibus occupata? Plane conſtat prædam non ſingulorum ,
ſed communem,& publicam, & a quæſtore vendi ſolitam, &
pecuniam eius in ærarium redigi conſuetam. 7. Gell.4. & 13.
ca.23. Adde Plutarchum in Alexandro .

§. Item lapilli.

1 *Inuenta in litore maris, ab alio antea non poſſeſſa , fiunt occu-*
pantium.
2 *Qui inuentum non reddit,furtum committit .*
3 *Inuentor,an ſolo aſpectu rem acquirat.*
4 *Dictio,item,eſt repetitiua præcedentium clauſularum.*
5 *Inuenire eſt apprehendere.*
6 *Gemmæ,& lapilli quomodo differant .*

1 TErtius modus acquirendi dominij, eſt inuentio, quando
ſcilicet quis in litore maris lapilos pretioſos , gemmas ,
vel alias res ibi natas,& a nullo antea poſſeſſas,inuenit,& ap-
prehendit. Is enim iure naturali iſtarum rerum fit dominus ,
vt hic,& l. item lapilli,ff de rerum diuiſio. Eſtque ratio,quia
huiuſmodi res non fuerunt in alicuius bonis: nil mirum igi-
tur,quod occupanti concedantur,per regulam, d. §. feræ,ſu-
pra eodem . Secus ſi aliæ res in litore maris inueniantur , vel
etiam in loco priuato , vel publicis itineribus, quas tranſiens
ibi amiſit,nam illæ ſic non fiunt inuentoris, vt in §. final.infrà
2 eodem dicetur . Sed de his dicit, Auguſtinus : *Qui inuentum*
a *non reddidit,furtum committit*,cap.ſi quid inueniſti,14.qu.5.
de quo vide Angel.in §.nullius,num.4.ſupra eodem. Item ad
3 hoc, vt inuentione quis efficiatur dominus,non ſufficit ſolus
viſus , ſed requiritur quoque apprehenſio , vt eſt communis
4 ſententia Doctorum, poſt glo.hic,propter dictionem, *item b*
b quæ eſt repetitiua præcedentium clauſularum cum ſuis qua-
litatibus,vt traditur per Bart.poſt text.& gloſ.in l.in repeten-
dis,ff.de leg.3. Et quia in præcedentibus §§. dictum eſt,quòd
c non *c* ſufficiat ad acquirendum rerum dominium viſus, ſed
occupatio requiratur , idem quoque de hoc modo inuentio-
nis dicendum eſt . Verba enim cum effectu ſunt accipienda ,
l.1.§.hæc autem verba,ff.quod quiſque iuris,&c. Et inuenire,
eſt

ADDITIONES.

a *Facit l.falſus creditor 53.§.qui alienum quid iacens,§ proinde*
§.quid ergo,ff.de furtis,l.1.C.de furtis.
b *Item dictio poſita copulatiue,ſeu in eadem oratione, vel mate-*
ria,refertur ad clauſulas præcedentes,l.heredes,§.ſed etſi,ff.de
teſtam. In alia vero materia,continuatiue,l.prætor ait,ff.vi bo-
norum raptorum .
c *Viſu ſolo,gemmæ,ac lapilli in litore inuenti non fiunt noſtri,ſed*
occupatione, vt hic. In theſauro aliud, §.theſauros,infra eodem

Digitized by Google

5 eſt apprehendere, l. ſi Barſatoram, C. de fideiuſſ. & mandat.
Quod facit ad ſtatutum, dicés, ſi quis inuenerit furem, vel la-
tronem, debeat habere decem, vt inuenienti non debeatur il-
lud pretium, niſi capiat latronem, ſecũdum Doctores, hic, &
6 in d. l. ſi Barſatoram. Qualiter autem differant gemmæ, & la-
pilli, traditur in l. & ſi non ſunt, §. fi. ff. de auro, & argento leg.
Gemmæ enim pellucidę materiæ ſunt, vt ſmaragdi, chryſoli-
ti. Et dicta eſt gemma, quaſi gemina, propter tranſlucentem
materiam. Lapilli verò non ſunt tranſlucentes. Margaritæ
autem, conchæ, ſeu vniones, de quo vide Mynſing. hic.

§. Item ea, quæ ex animalibus.

1 *Procreatione animantium acquiritur dominium,*
2 *Nati ex ancillis noſtro dominio ſubſunt.*
3 *Serui non ſunt in fructu.*

1 QVartò, acquiritur dominium, iure naturali per procrea
a tionem, quę enim ex animalibus noſtris *a* naſcuntur
noſtra ſunt, vt hic, & l. 2. & l. item quæ, ff. eodem. Acceſſorium
2 enim ſequitur ſuum principale. Et hoc non ſolum procedit
in animalibus irrationalibus, ſed etiã quod ex rationalibus, vt
b ex ancillis *b* noſtris naſcitur, dominio noſtro ſubijcitur, §. ſer-
ui, a. ſup. de iure perſ. Eſt tamen differentia in hoc, quia bru
ta animantia in fructu computantur. Serui autem ex ancillis
3 progeniti non item: Abſurdum enim videbatur hominem in
fructu eſſe, cùm omnes fructus rerum natura hominum gra
tia comparauit: ideò vſufructuarius in partu ancillæ nihil
iuris habet, ſed partus ad dominum proprietatis pertinet, §.
in pecudum, inf. eod.

A D D I T I O N E S.

a *In quibus dominium habemus, vel quaſi, l. bonæ fidei, ff. de ac-
quir. rerum dominio.*
b *Matris tamen conditio non ſpectatur in agricolis, & cenſitis,
ſed patris, l. ne diutius, C. de agric. & cenſit.*

§. Præterea.

1 *Alluuione acquirimus rerum dominia.*
2 *Alluuio quid.*
3 *Qualiter cognoſcatur, & probetur, quòd terra ſit vnita, & ar-
bores radices egerint.*
4 *Peritis in arte ſua creditur.*

1 QVintus modus eſt Aluuio *a* Ea enim, quę agris noſtris *b*
a adiecta ſunt a fluminibus publicis, iure naturali per al-
b luuionem nobis acquirũtur, vt hic, & d. l. adeo, § 1. ff. eod. Cũ
enim nullus hic verſetur poſſeſſoris animus, nullum eius fa-
ctũ quo magis alienũ fundo quidquam detrahatur, & ſuo a-
dijciatur, cõſequens eſt, ipſam naturam ſuapte ſponte per al-
luuionem id appropriare fundo, cui accedit, vt admonet hic
2 Mynſing. Dicitur autem hic, quod alluuio ſit incrementum
latens, ſeu occultum, quando. ſ. flumen publicũ paulatim de-
trahit fundo alicuius, & alterius fundo adijcit, adeo latenter,
vt non poſſit oculis per imbecillitatem viſus humani depre-
hendi, quantum, & quid quouis momẽto adiectum ſit. Quis
enim arenam, quæ in formam agri paulatim redigitur, dinu-
merare poteſt? vt hic, & in d. l. adeò, §. 1. ff. eod. Vulgò dicitur,
eyn Zufluſſ, oder Zuwachſſ. Si quid igitur non latẽter, & pau-
c latim, ſed palam, & apertè repẽtino quodam impetu, vel vi *c*
fluminis agro, vel fundo meo fuerit adiectum, meum nõ fit,
d ſed manet *d* prioris domini, tex. eſt hic, & in d. l. adeò, §. 1. ff.
eod. ſicut & ea, quæ vi fluminum, vt trabes, ligna, importata
ſunt, condici poſſunt, l. ſi quis nec cauſam, §. fi. in fi. ff. ſi certũ
petatur. Si tamen vi fluminis portio terræ agro tuo adiecta
ſit, & negligentia domini tantiſper ibi hęſerit, dum colauerit,
& terra vnita fuerit, ac arbores, quas ſecũ traxit, radices ege-
3 rint, tua efficitur, vt hic, & d. l. adeò, §. 1. ff. eo. Qualiter autem
cognoſcatur, vel probetur, quòd terra ſit vnita, vel an arbores
radices egerint, tradit gl. hic in verbo, longiori, quòd eiuſmo-
e di in re ſit ſtandum *e* iudicio ruſticorum, qui harum rerũ pe-
ritiam habent. Vbicunq. enim eſt quęſtio, pertinens ad agri-
culturam, vel miniſterium ruſticorum, veluti an ager ſit be-
ne cultus, vel vinea rectè putata, probatur per ruſticos, & eis
f creditur, *f* ſecundum Doctores, poſt gl. hic, & Panorm. cap.
4 propoſuiſti, ext. de probationibus. Sicut etiam in alijs caſibus
vbi eſt dubium de aliquo pertinente ad certam artem, nam
tunc ſtatur, & creditur peritis in arte, l. 1. §. menſe, ff. de ſtatu
homin. Sic obſtetricibus bonæ fidei creditur, an mulier ſit
g prægnans, l. 1. in princ. ff. de ventr. inſpicien. Item *g* medicis,
an vulnus ſit lethale, cap. ſignificaſti, ext. de homicid. Et plu-
ra de alluuione, vide per Bart. in tract. de alluu. Et de iure
Saxon. art. 59. & 16. lib. 2.

A D D I T I O N E S.

a *De alluuione, vide Capolam tract. ruſtic. præd. c. 35.*
b *Non limitatis. Nam quod limitatis adijcitur, limitatis non
cedit, l. in agris, ff. de acquiren. rerum domin. limitata non au-
gentur acceſſione, c. ſuper, de paroch.*
c *Vi fluminis adiecta fundo fructuarij, ad quem pertineant, vi-
de Concenatium, 4. q. 9.*
d *Nec poteſt eo caſu damni infecti agi, quia vi fluminis non fa-
cto hominis hoc damnum accidit, l. ſi frumentum, §. de arbore,
ff. de rei vend.*
e *§. Quod autem dictum, Nouella de non alienandis.*
f *An iniuratis? videtur, quod ſic. Si velut arbitri iuris ad hoc
delecti teſtificentur. Secus ſi vt teſtes, l. iuſiurandum, C. de te-
ſtibus, vide gloſ. & Doct. l. 1. de vent. inſp. & d. cap. propoſuiſti.
Qui verò in ſuſceptione officij iurant dubium non eſt, quin illis
abſque nouo iuramento in caſu ſui officij credatur, vt nuncio.
Soc. de citatio. art. 13. nu. 17. & not. Bal. l. 2. C. de ſport. cap. quo-
niam, vbi gloſ. & Doctores, verb. duos viros, de probat.*
g *Peritis in ſua arte fides habetur, & creditur, ſi de ſua arte in-
terrogati, & iurati reſpondeant. Sic de menſura agrorum ſtã-
dum menſoribus, l. 1. ff. ſi menſor falſum modum. Sic æſtima-
toribus Reipubl. ſtatur in rerum æſtimatione, l. hac edictali, §.
his illud, C. de ſecundis nuptijs.*

§. Inſula.

1 *Ratione vicinitatis inſula nata in flumine publico, de iure gen
tium dominium acquiritur.*
2 *Inſula quot modis accipiatur.*
3 *Inſula quotuplex.*
4 *An inſula nata in alto mari, occupanti concedatur.*
5 *Occupare inſulam quis dicatur.*
6 *An inſula nata in flumine publico, efficiantur eorum, qui ab
vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident.*
7 *Si flumen ſuperius diuidatur, & inferius iterum vniatur, ita
vt ager includatur, & in formam inſulæ redigatur, an ager
maneat eius cuius antea fuerat.*

1 SExtò, ratione vicinitatis dominium inſulæ *a* natæ in flu-
a mine publico de iure naturali acquiritur, vt hic, & d. leg.
2 adeo §. inſula, & l. inter eos, cum l. ſeq. ff. eod. Ad cuius intel-
lectum. I. Præmittendum poſt gl. hic, in verb. inſula, quòd tri-
bus modis inſula accipitur. 1. Pro domo in mari poſita, ſecun-
dũ gl. hic, & gl. 1. in l. ſi inſulam, ff. de verb. obl. 2. Pro qualibet
domo ſolitaria, quę non eſt coniuncta vicinis ædibus, ſed vn-
dique libera, vt notatur in l. ſtipulationes non diuiduntur, §.
fi. ff. de verborum oblig. 3. Propriè dicitur inſula, terra, ſeu lo-
cus vndiq. aqua circumdatus, de qua loquitur textus noſter
3 hic. II. Præmittendum poſt Angel. & alios hic, quòd inſula
alia eſt naturales, quæ ſemper fuit, vt Corſica, Creta, & ſimi-
les. Alia verò eſt caſualis ſeu accidentalis, quales in flumine
ſæpè, in mari perrarò naſcũtur, & de his propriè loquitur tex
tus noſter hic. Ex quo tres concluſiones notabitis. 1. Quòd in-
4 ſula nata in alto mari, dicitur in nullius bonis, ideò occupãti
conceditur, vt hic, & d. l. adeò, §. inſula, ff. eod. vnaquæq. enim
pars iudicatur, ſecundũ ſuum totum. Et quod iuris eſt, de to-
to quo ad totum, idem eſt de parte quo ad partem, l. quæ de
tota, ff. de rei vend. Cum ergo mare ſit in nullius bonis, §. &
5 quidem, ſup. eod. ergo & inſula in mari nata. Et occupare di-
citur inſulam is, qui eo animo ingreditur eam, vt totum oc-
cupet, nec oportet ipſum ſingulas partes eius, vel glebas cir-
cumambulare, vt dicitur in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.
6 2. Si inſula naſcatur in flumine publico, efficitur eorum, qui
ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident, non
quidem communis pro indiuiſo, ſed pro modo cuiuſq. præ-
dij latitudinis, id eſt, frontis cuiuſque agri. Et illa dicitur
in agro

A D D I T I O.

a *De inſulis, vide Capolam tractatu ruſticorum prædiorum, c.
26. & 33. de inſulis, item, & alueo, foſſis, limitibus, & id genus
alijs, vide Franciſcum Marcum 2. deciſ. 110. 111. 112. 270.
271. & 272.*

in agro frons,quæ verſus inſulam reſpicit,ſecundum Bald. in
Rubr.de rerum diuiſ.Quantum enim cuiuſque agri ſpatium
prope ripam eſt,tantum quoque habet ſpatium in inſula, re-
cta linea per inſulam traducta,d.l. adeò,§. inſula,iuncta d. l.
inter eos,ff.eodem. Et prædicta concluſio procedit,ſi nata ſit
inſula in media parte fluminis. Si verò alteri prædio propior
ſit eorum tamen eſt tota inſula, qui prope ripam proximio-
rem prædia poſſident,& ita ratione vicinitatis acquiritur do
minium inſulæ,text.hic,& in d.l.adeo,§.inſula,ff. eodem.
Etſi inſula erat propior alteri ripæ eo tempore, quo primum
nata eſt,ſed poſtea paulatim alluuione creuit, vt vtrique ripæ
eſſet æquè propinqua,nihilominus dominium ei acquiritur,
qui ab initio habuit prædia propiora,l.inſula,ff. eodem. 3. Si
3 flumen ſuperius diuidatur, & inferius iterum vniatur,ita vt
ager includatur, & in formam inſulæ redigatur, eius manet
ille ager,cuius antea fuerat,textus eſt hic,& in d.l.adeo,§.in-
ſula. De iure Saxonico,quod ad ius inſulæ natæ,idem expreſ-
ſis verbis ſtatuitur in artic.56.lib.2. *Inſula in flumine nata ad
ripam proximiorem pertinet.ſi verò mediam in partem flumi-
nis tendat,ad vtramque ripam communiter ſpectat*. Et plura
de hac materia vide poſt Bart. in tract. de inſula, Cepol. de
ſeruit.ruſt.præu.cap.33.

§. Quod ſi naturali.

1 *Aluei ſignificatio.*
2 *Alueus eſt iuris publici.*
3 *Alueus a flumine derelictus eſt circumcolentium.*
4 *An ager inundatus aqua recedente, maneat eius cuius fue-
rat.*
5 *Inundatione poſſeſſio amittitur, non dominium.*

1 Alueus *a* hoc loco foſſa denotat, per quam flumen de-
a labitur quam Bart.in tract.de alueo,Ventrem fluminis
appellat. Et Bal.in Rub.de rer.diuiſ. alueum,lectum fluminis
2 nuncupat, quia flumen ibi cubat. Eſtque alueus iuris publici
quãdiu flumini ſeruit,ſicut ipſum flumen,vt hic & d.l. adeo,
3 §. inſula,ff.eod.Et notandum ex textu noſtro. Primum,quod
ſi flumen ſuum conſuetũ alueum in vniuerſum derelinquat,
& ad aliam partem fluat, derelictus alueus ſit illorum, qui
probe ripam aluei habent prædia, iuxta ea, quæ in §. præce-
denti dicta ſunt,& nouus alueus ſit publicus,vt hic,& d. leg.
adeo,§.inſula,ff.eod.

Secundo notandum,ſi flumen ad priorem alueum redeat
nouus alueus ſit illorum,qui prope ripam prædia habent, &
non priores domini: quia tunc forma,quæ dat eſſe rei,muta-
ta eſt: nam ex agro factus eſt alueus: quod de rigore iuris,
non autem de æquitate procedit,vt dicitur in d.l. adeo,§. in-
ſula, iuncta gl. in verb. ſed vix. Quando vero æquitas rigori
iuris præferatur, vide tex.& ibi DD.in l.placuit,C.de iud.

4 Tertiò, ſi totus ager inundatus ſit, recedente aqua manet
b ager eius cuius fuerat. Inundatio enim ſpeciem fundi non *b*
5 mutat,vt hic in fin. & d. l. adeo,§. aliud ſanè,ff.eod. Et ſic per
inundationem non aufertur proprietas fundi. Poſſeſſio vero
fundi per inundationem amittitur,ſecun.gl in verb. manere
per tex.in l.3.§.Labeo,& in l.qui vniuerſas,§.1.de acquir. poſ.
Quæ tamen aqua recedente,etiam,ſine noua poſſeſſione re-
ſtituitur,ſecund. gl.hic,in verb.manere,& notatur in d.§. La-
c beo, & ſic per conſequens interrumpitur *c* præſcriptio, cum
ſine poſſeſſione præſcriptio non procedat, c. ſine poſſeſſio-
ne,de reg.iur.in 6.Quod diligenter ſecundum Doct.notan-
dum eſt,contra eos,qui poſſident prædia penes flumina,quæ
ſæpe inundari ſolent, quod raro præſcribantur, de quò poſt
alios videte hic Porc.Et plura de alueo tradit Bart.in tracta-
tu,de alueo,& Cepol.de ſer ruſt.præd.c.34.

ADDITIONES.

a *De alueo,vide Cepolam tract.ruſtic.præd.c.34.*
b *Sed vſum,& vſumfructum tantum impedit, l. 1. §. foſſa,ff. de
flum.l.ſi ager,ff.quibus mod.vſufr.*
c *Interim nõ currit præſcriptio,l.naturaliter,ff.de vſucap. Quod
vt locum habeat,vide Alex & Iaſ.in l.3.§.Labeo,ff. de acqu.
poſſeſ Felin.& Bal.in c. illud,extra de præſcript. Plura de in-
terruptione præſcriptionum vide apud Balbum tractam de præ
ſcript.par.vlt.par.1.q.1.2 & 3.*

Cum ex aliena.

1 *Specificatione acquiritur Dominium.*
2 *Specificatio quid.*
3 *Dubitandi cauſæ veterum Iuriſconſultorum hoc §.*
4 *Determinatio huius §.*
5 *Quæ requirantur,vt ſpecies facta ex aliena materia fiat ſpe-
cificantis.*
6 *Quomodo ſuccurratur domino materiæ contra ſpecificantem.*
7 *Appellatione materiæ non venit materiatum.*

1 Septimo,de iure naturali acquiritur dominium per ſpecifi-
cationem,ſeu formationem,quando ſcilicet noua ſpecies
2 conficitur ex aliena materia,nam tunc illa efficitur ſpecificã-
tis,vt hic,& d.l.adeo,§.cum quis ex aliena,ff.eodem. Et inhac
a quæſtione diuerſæ olim fuerunt opiniones *a* veterum Iuriſcõ-
3 ſultorũ: Sabinus enim, & Caſſius reſponderunt ſpeciem fa-
ctam ex aliena materia,pertinere ad eum,qui erat dominus
b materiæ: quia ſine materia ſpecies fieri non poteſt,& quod *b*
ex meo fit,meum efficitur,l.de eo,§. ſi quis ex vuis,ff. ad ex-
hibend. Et quod meum eſt, ſine facto meo ad alium tranſ-
ferri non poteſt,l.id,quod noſtrum,ff. de regulis iuris. Pro-
culus verò, & Nerua contrarium tenuerunt, hunc ſcilicet
fieri dominum,qui fecit. Cum enim illa ſpecies de nouo fa-
cta, antea fuerit in nullius bonis, imò ne erat quidem, cum
ſit noua ſpecies, & forma dat eſſe rei, ſenſerunt eam conce-
dendam eſſe ſpecificanti, quaſi primo occupanti, per regu-
4 lam dict.§.feræ,ſup. eodem. Hanc Iuriſconſultorum diſcor-
c diam plerique diſtinctione conciliarunt,& *c* mediam ſenten-
tiam comprobarunt. Aut enim ſpecies es ad priorem,& ru-
dem materia redigi poteſt,vt quia factus eſt ſcyphus ex alie-
no argento, nam conflato, ſcypho, ad rudem materiam ar-
genti reducitur,& non fit ſpecificantis.Quia non videtur no-
uam formam ſuſcepiſſe, quę tam facile reſolui poteſt in pri-
ſtinam materiam. Aut vero ea ſpecies non ſic reduci poteſt
ad rudem materiam,vt vinum,oleum, veſtimentũ, ad vuas,
vel oliuas, vel etiam lanam reduci non poteſt, & tunc Pro-
culi ſententia obtinet, vt fiat ſpecificantis, & materia habea-
tur pro deperdita. Nec obſtat regula. *Quod ex meo fit, meum
eſt*. Nam ad veritatem iſtius regulæ requiritur aliqua iſta-
rum conditionum, ſcilicet quod egomet faciam, vel alius
meo nomine, vel mandato meo, vel ſine mandato me ratifi-
cante, vel quod aliud faciat mala fide, de quo poſteriore caſu
5 loquitur text.in d. l. de eo, §. ſi quis,ff. ad exhibend. Ad hoc
igitur, vt ſpecies facta ex aliena materia fiat ſpecificantis.
tria requiruntur,ſecundum gloſ hic,in verb. ab aliquo. I. Bo-
d na fides,nam mala *d* fide de aliena materia quid faciens non
fit eius dominus d. l. de eo, §. ſi quis, & videtur operam ſuo
domino materię donare, argumento leg.cuius per errorem,
ff.de regulis iuris. II Vt ſpecies non poſſit ad priorem rudem
materiam reduci. III. Vt faciens ſuo nomine id fecerit. Si
enim alterius nomine fecit, eius efficitur, cuius nomine fa-
cta eſt ſpecies,d.l.adeo,§.cum quis,& leg niſi voluntate,& l.
quidquid,§.vbi ſimul,ff.eodem. Nec obſtat tunc regula. Quod
nemo debeat locupletari cum alterius iactura,capit.locuple-
tari,de regulis iuris,in 6. Licet enim faciens nouam ſpeciem
6 de aliena materia bona fide,fiat eius dominus,tamen domi-
no materiæ datur actio in factum contra ſpecificantem, ad
conſequendam æſtimationem materiæ, ſecundum gloſſ.
7 hic,in verb. ſpicas, in fine leg. in rem actio,§.item quæcum-
que, verſic. ideoque,ff. de rei vend. Porrò inducitur hic tex-
tus,dum vult,quod appellatione materiæ,non veniat mate-
riatum, quod ad rudem materiam reduci non poteſt, ad
ſtatutum prohibens ſub certa pœna, portari frumentum ex-
tra ciuitatem, quod portans farinam non incidat, in pęnam
cum verba ſtatutorum ſtrictè, & in propria ſignificatio-
ne ſint accipienda. Bartol. tamen in leg. quæſitum, §. illud
fortaſſe, ff. de leg. 3. determinat contrarium, quod appel-
latione

ADDITIONES.

a *Alijs pro materia,alijs pro forma diſputantibus.*
b *Et contra naturam eſt, vt qui ſpeciem fecit, locupletetur cum
alterius iactura lege nam natura,ff.de condict.indeb.cap.locu-
pletari, de regulis iuris, in 6. Sed hoc caſu, qui ſpeciem fecit,
æſtimationem præſtat,l.in rem,§.item,ff. de rei vend.*
c *Vide Cuiac. hac de re.*
d *Quid ſi duo ſint, & concurrant in ſpecie facienda, & eorum
vnum bona fide, alter mala fide fecerit? Species communis
erat ſpecificantis bona fide,& materiæ domini,arg. lege ſi duo,
ff. quibus ad libert proclam. non licet. Quid ſi,qui ſpeciẽ fecit
in vna materia bonam fidem habuit in altera malam fidem?
An hic conſiderabitur, qua pars maior, aut nobilior fuerit?
Collige ex l.quidquid,§.cum partes,ff.de acquir.rer.domin.*

a latione frumenti *a* contineatur farin. Quæ ſententia hic ſe-
cundum Angel. eſt verior, & equior propter mentem ſtatuē-
tium, quæ fuit, ne abundantia frumenti extra ciuitatem por-
taretur, quæ ratio etiam in farina, locum habet, & alias facilè
fraus legi fieri poſſet, contra l. non dubium, C. de legibus. Nec
verba legum, & ſtatutorum calumniari vel captari debent,
ſed qua mente quid dictum ſit, animaduerti debet, vt dicitur
in l. penult. ff. ad exhib.

A D D I T I O.

a *Maximè ſi nondum ex ea farina factus eſt, panis. Imò etſi pa-
nis ex ea factus ſit. Nam obliquè mens prohibentis circumueni-
tur, & æquè nocetur prouinciæ, farina aut pane exportatis, ac
frumento, & maximè, ſi prohibitio frumenti exportandi eo ſi-
ne facta eſt, vt frumētum in ipſa prouincia proferetur, & ea in
re ſubditi lucrum etiam aliquod facerent, vel vt inde vectigal
aliquod ad dominum rediret ac principem.*

§. Si tamen.

1 *Acceſſione acquiritur dominium, & acceſſio quid ſit.*
2 *In acceſſione quæ regula ſit obſeruanda.*
3 *Acceſſio ſit, & bona, & mala fide, & quod vtroque caſu ſit
iuris.*
4 *Si non tantum panni reperitur, quantum traditum eſt ſarto-
ri, præſumitur ab eo ſurractum.*

1 OCtauo, per acceſſionem, quæ facto hominis ſit, dominiū
acquiritur: veluti ſi quis purpuram alienam veſtimento
ſuo intexuerit, licet precioſior ſit, tamen veſtimento accedit.
tex. eſt hic, ex quo colligitur regula: Quod acceſſorium ſequi-
tur naturam, & conditionem ſui principalis, etiamſi ſit pretio
ſius quam principale, acceſſorium, de reg. iur. in 6. & leg. ſi in
2 emptione, circ. princip ff. de contrah. empt. Et obſeruanda eſt
hoc caſu regula tradita in l. & ſi nō ſunt, §. perueniamus, ff. de
auro & argento leg. videlicet. Vt illud, quod alicuius rei ornā
dæ cauſa adhibetur etſi pretioſius ſit, cedat principali: veluti
ſi aurū gemmæ cauſa adhibitum ſit, vt eo cōmodius geri poſ-
ſit, tunc aurum gemmis cedit. Si verò gemmæ auro ornandi
cauſa adhibitæ ſunt, tunc auro cedunt, d. §. perueniamus, cum
l. ſequenti. Si quoque in aliena purpura veſtimento alicuius
intexta, animus intexentis cōſiderandus eſt. Nam ſi appoſuit
purpuram, vt eſſet acceſſoria, locū habet, §. noſter: alias ſecus,
ſecundum gloſ. hic in verb. pretioſior. Et quando bona fide
3 quis purpuram alienam intexuit ſuo veſtimento, ſuccurritur
domino purpuræ per conditionem ſine cauſa, vel actione ad
a *a* exhibendum, vt not. poſt tex. in l. gemma, ff. ad exhib. Si vero
intexens ſit in mala fide, datur actio furti, vel conditio furtiua
contra ſurripientem, ſiue alius ſit ſiue ipſe, qui veſtimentum
fecit, vt hic. Et ſubijcit gloſ. quia erat ſarto. Ex qua notat. An-
4 gel. hic, quod ſi non reperiatur tantum panni quātum ſartori
traditum eſt, præſumitur à ſartore eſſe ſubtractum. Et obiter
nota, quod Bart. poſt text. ibi in l. fortiſſimis, C. de militari ve
ſte, lib. 12. inquit. *Sartores pro confectione vnius chlamydis nō
b poſſe accipere vltra vnū aureum, b* vt refert Iaſ. in § tripli, nu.
53. inſ. de action. Idem Iaſ. in l ſi non ſortem, §. ſi centum, ff.
de condict. indeb. dicit, quod ſartor poteſt retinere veſtem
c pro mercede donec ei *c* ſoluatur.

A D D I T I O N E S.

a *Et eam exhibitam poteſt vendicare, l. item ſi verberatum, in fi
ff. de rei vendit.*
b *Non ſeruatur, & meritò, quia alias minus, alias plus operæ im-
penditur, præſertim in veſtimentis multo filo ſerico variegatis.*
c *Hoc translatiuum, de quo retentionis iure DD. in l. vni Co. de
rei vxo. actio, in eic. de impenſ. in reb. dot. l ſi in area 33. de con
dict. indeb. l ſi neceſſarias, 8 ff. de pignor. act. cum ſimilibus.*

§. Si duorum.

1 *Confuſione acquiritur dominium.*
2 *Corpus ex confuſione effectum eſt vtriuſque domini.*

1 NOno, per confuſionem acquiritur dominium, quando
ſcilicet materiæ eiuſdem, vel diuerſi generis, volunt at
duorum dominorum confunduntur, vel ex eis certa ſpecies
2 facta eſt: nam tunc illud corpus, quòd ex confuſione ſit, eſt
vtriuſque commune naturali ratione propter ſcilicet volun-
tatem, & conſenſum dominorum, veluti ſi qui vina ſua con-
fuderint, aut maſſas argenti, vel auri conflauerint, vt hic, & d.
l. adeo, §. voluntas, ff. eod. Secus ſi interueniat voluntas vnius
tantum, nam tunc ſpecies facta non ſit cōmunis, ſed eius tan
tum, qui eam fecit, vt in §. cum ex aliena, in princ. ſup. eodem
a dictum. Ampliatur autem hæc concluſio procedere, ſi caſu *a*
fortuito, qui neutri imputari poteſt materiæ confundantur,
vt corpus inde factum fiat commune, ita quod actio com-
muni diuidundo inter eos locum habeat, l. idem Pomponius,
in princip. ff. de rei ven.

A D D I T I O.

a *Confuſa fortuito caſu, ſunt communia, ſi materiæ confuſæ à ſe
inuicem ſeparari nullo modo poſſunt, vt hic, ſecus ſi ſeparari
poſſunt, l. ſi frumentum, §. ſed plumbum, ff. de rei vend. l. lacus, §.
vlt. ff. de acquir. rer. dom.*

§. Quod ſi frumentum.

1 *Commixtione ſpecierum acquiritur dominium.*
2 *Commixtio, & confuſio quomodo differant.*
3 *Commixtio quando vim confuſionis habeat.*

1 DEcimo per commixtionem ſpecierum acquiritur domi-
nium, veluti ſi frumentum Titij, tuo fuerit mixtum, vt
2 hic, & d. l. idem Pomponius, ff. de rei vend. differunt autem *a*
a cum mixtio, & confuſio. Confundi enim ea cenſentur, quæ
confuſa pariunt nouam ſpeciem, vt vinum, & mel propriè cō
fundantur, & confuſa generant aliam ſpeciem, ſcilicet mul-
ſum. Item ex auro, & argento fit electrum, vt in §. præcedēti.
Cōmiſcere dicimur, quando confundimus res, quæ non tran-
ſeunt in aliam ſpeciem, ſed priorem retinent, & manent in
eadem ſubſtantia, vt eſt tex. hic, iuncta gloſ. in verb. competit
3 in fine. Mixtio tamen ſæpe pro confuſione *b* ponitur, & econ-
b tra d. l. idem Pomponius, in princip. iuncto §. ſed ſi plumbum,
ff de rei vend. Et procedit hæc concluſio, ſi mixtio fiat de vo-
luntate dominorum: nam tunc pro indiuiſo res ſunt commu
nes, ita quod contra illum, qui corpus mixtum in ſolidum poſ
ſidet, alteri pro ſua parte detur actio communi diuidundo, d.
l. idem Pomponius, in fi. in prin. Secus ſi non voluntate domi
norum, ſed caſu, frumētū, vel aliud quid mixtum fuerit, nam
tunc non fit commune, nec actio communi diuidundo, ſed in
rem actio habet locum, præſertim quando diuerſæ ſpecie ma
teriæ commixtæ ſunt. Si autem ferè ſimilia commixta ſunt, &
dubium ſit quantum, & quale ad quēlibet pertineat, tunc iu-
dex ex officio ſuo illud æſtimabit, vt eſt tex. hic in fi. §. noſtri.

A D D I T I O N E .S

a *Miſcentur ſpecies, confunduntur materiæ. In mixtis, ſpecie-
rum manet ſubſtantia non in confuſione. Mixta ſine volunta-
te, non ſunt communia, ſecus in confuſione.*
b *Mixtio cum habet confuſionis, quando res mixta, ſeparari non
poſſunt. Pone piſciculos, auiculas, oua, & hic ſimilia mixta eſſe,
l. vſufructuarium, §. in viuarijs, ff. de vſufr.*

§. Cum in ſuo ſolò.

1 *Aedificatione dominium acquiritur.*
2 *Aedificans in ſuo loco de ſua materia ædificium facit ſuum,*
3 *An ædificans in ſuo loco de aliena materia efficiatur dominus
ædificij.*
4 *Quod ſolo inædificatur, ſolo cedit.*
5 *Quare alienum tignum meis ædibus iniunctum eximere non
cogar.*
6 *Actio tigni ad quid, & contra quem competat.*
7 *Tigni appellatione quid veniat.*
8 *Scienter ædificans in alieno ſolo de ſua materia perdit ædifi-
cium nec diſtinguitur, an quis bona, vel mala fide ædificaue-
rit.*
9 *Si ædificatur in alieno fundo de aliena materia, an dominus
ſoli efficiatur dominus ædificij, & materiæ.*

1 VNdecimo, per ædificationem dominium acquiritur, vt
hic, & d. l. adeo, §. cum in ſuo, ff. eodem. Et pro intellectu
iſtius, §. & duorum ſequētium diſtinguite poſt Cinum in l. 2.
C. de rei vendic. Plat. & Ange. hic, quatuor caſus principales.
2 I. Eſt quando quis in ſuo loco ædificat de ſua materia, & ſine
dubio ædificium ſit ſuum, tam ratione ſoli, quam materiæ,
per regulam, *Quod ex meo ſit, meum efficitur*, d. l. e. de eodem,
3 §. ſi quis, ff. de exhibend. II. Quando quis ædificat in ſuo ſo-
lo de aliena materia, locū habet diſpoſitio, §. noſtri, videlicet,
quod

Digitized by Google

4 quod ædificans efficitur dominus ædificij iure naturali. Nam
ipſa natura ſuggerit, quod ædificium, quod ſolo eſt affixum,
& inædificatum, cedit ſolo, vt hic, & d.l adeo, §. cum in ſuo. Et
quamuis dominus materię eius dominium non amittat, quia
diruto ædificio, ſi non ſit conſecutus eius æſtimationem, ma-
a teriam vendicare poſſit, ſtante tamen ædificio, eam *a* vendi-
care non poteſt, ex diſpoſitione legis duodecim tabularum,
qua cauetur, ne quis tignum alienum ædibus ſuis iniunctum
5 Eximere cogatur, l. 1. ff. de tig. iniun. Et hoc propter publicam
vtilitatem, ne ſcilicet aſpectus vrbis depoſitis ædificijs defor-
6 metur, vt hic & l. 2. C. de ædific. priuat. Sed datur ei contra
eum, qui bona fide ædificauit, actio de tigno iniuncto, ad du-
plum æſtimationis tigni, vt hic, & d l. 1. ff. de tig. iniuncto. Cō-
tra mala fide autem ædificantem quinque actiones compe-
tunt. Actio de tigno iniuncto, ad exhibendum, rei vendicatio
condictio furtiua, & actio furti, ſec. glo. hic, in verbo de tigno
7 iniuncto. Et appellatione tigni, venit omnis materia, ex qua
ædificia fiunt, lapides, trabes, calx, tegulæ, &c. vt hic, & d. leg. 1.
ff. de tig. iniuncto, & l. tigni appellatione, ff. de verb. ſign. III.
b Aliquando quis ædificat in alieno *b* ſolo de ſua materia, &
tunc ædificium fit eius, cuius eſt ſolum, ex prædicta ratione
naturali, & regula, *Quod ædificium cedit ſolo*, vt hic, & d. leg.
adeo, §. ex diuerſo, ff. eod. & l. planè ff. de pet hær. Adeo quod
ſcienter ædificans in alieno ſolo de ſua materia perdat mate-
riam edificij, vt eam nec collapſo ædificio vendicare poſſit, vt
hic, §. ex diuerſo, & l. ſi is, contra quem, Cod. de ædific. priuat.
Videtur enim hoc caſu materiam donare, argumēto, l. cuius
per errorem, de reg. iur. Niſi ædificans habuiſſet cauſam poſ-
ſidendi à domino, vt ſi inquilinus, vel colonus aliquid ædifi-
cet in re aliena conducta; nam tunc impenſas neceſſarias re-
cuperare poterit, ſec. Ang. & alios hic, & D. in d. l. 2. Co. de rei
vendic. Item ſi quis bona fide de ſua materia in alieno ſolo
c ædificet, neſciens *c* ſolum eſſe alienum. Is enim conſtitutus
in poſſeſſione ædificij, habet exceptionem doli mali aduer-
ſus dominum ſoli petentem ædificium, ſi materiæ æſtimatio-
nem, & impenſas factas ſoluere recuſet, vt hic, §. certè illud,
& d. l. adeo, §. certè, ff. eod. Eſtque ratio, quia cum bonæ fidei
poſſeſſoris detrimento locupletari contra naturam cupit, le.
9 nam hoc natura, ff. de cond. indeb. IV. Aliquando quis ædi-
ficat de aliena materia in alieno fundo, & dominus ſoli effi-
d citur quidem dominus ædificij, *d* ſed non materiæ. Nam di-
ruto ædificio, redit ad priorem dominum, ſiue ædificatus fue-
rit in bona, ſiue mala fide, vel tenetur ſoluere eius æſtimatio-
nem, d. l. 2. cum ibi notat, C. de rei vendic.

ADDITIONES.

a *Et in rem ipſam agere. Ad æſtimationem tamen agere poteſt, & iurat in litem. Sunt enim hæ actiones arbitrariæ, l. in actionibus, ff. de in litem iurando, §. præterea, infra de actio. leg. quæ res, ff. de ſolutionibus.*

b *Quid ſi in nullius, puta in litore, Solum cedit ædificio, l. in tantum, ff. de rerum diuiſione.*

c *Quid ſi ſciens, in alieno bona fide ædificet, & impenſas neceſſarias faciat? Non exceptione tantum aut retentione, ſed & actione, ſumptus ſeruare poteſt, l. hereditas, ff. de petit. hered. Item ſi alieno nomine in alieno ſciens ædificauit, l. ſi pupillus, §. ſed & ſi quis, ff. de neg. geſt.*

d *Nec ſpectatur ſcientia aut mala fides ædificantis.*

§ Si Titius.

1 *Plantatione dominium acquiritur, & plantæ cedunt ſolo, poſt quam coaluerunt.*
2 *Plantans bona fide, conſequitur à domino ſoli æſtimationem plantarum.*
3 *Arbor prope confinium poſita, an ſit communis, & fructus vtrinque partiri debeant.*
4 *An propria authoritate liceat incidere radices, quas arbor tua in fundum meum immiſit, vel ipſam arborem, aut eius ramos.*
5 *Arboris appellatione vites continentur.*

1 DVodecimò, per plantationem acquiritur dominium plan
tarum. Sicut enim ædificia cedunt ſolo, ita multo magis
plantæ quæ non tantum à terra ſuſtinentur, ſed alimēta quo-
que ex ea accipiunt & quaſi vitam hauriunt, vt creſcant. Vn-
de ſi quis plantat in ſuo ſolo alienam plantam, ſiue quis ſuam
a plantam in alieno ſolo, planta efficitur *a* eius, cuius eſt ſolum:
quod eſt verum, ſi planta radices ibi egent. Antequam enim
radices egerit, manet illius, cuius fuit, text. eſt hic, & in dict. l.
adeò §. ſi alienam, & in l. qua ratione, in princ. ff. eod. Et hæc
2 procedunt, ſiue quis bona, ſiue mala fide plantauit in alieno
ſolo, ita tamen, quod bona fide plantans, conſequatur à do-
mino ſoli æſtimationem plantarum, & ſi eſt in poſſeſſione,
exceptione doli repellat dominum ſoli, qui impenſas, & pre-
tium plantarum reſtituere recuſat, vt hic, iuncto, §. ſeq. & d. l.
3 qua ratione. Et de arbore, quæ radices egit in fundo vicini,
notabitis hanc diſtinctionem. Aut arbor poſita in confinio,
b in vtroque fundo radices *b* egit, & fit cōmunis, ita vt fructus
ex æquo vtrinque partiri debeant, & vt hic, & d. l. adeò in fi-
ne. Aut arbor poſita in meo ſolo, ita præmit terram Titij, id
eſt, ita adhæret immiſſis radicibus, vt non aliunde alatur, nec
alibi conſiſtere videatur, & tunc arbor ratione radicum ex
quib. viuit, Titij efficitur, vt hic. Aut aliquot ſaltem porrigit
in fundum vicini, & vicino nihil iuris acquiritur, ſed eius ma
• net, in cuius fundo origo ipſius fuerit, l. ſi plures, § fi. ff. arbo-
4 rum furtim cęſarum. An autem propria authoritate poſſim
incidere radices quas arbor aliena immiſit in meum fundū,
vel ipſam arborem, aut eius ramos pendentes ſupra domum
meā, ita diſtinguitur per Doct. Quod authoritate iudicis mi-
hi illud facere liceat, d. l. ſi plures, § fi. ff. arborū furtim cęſarū.
Si vero denunciauerim tibi, vt tollas ramos, & tu tollere ne-
glexeris vel recuſaueris, permittitur mihi per edictum præto
ris, *de arboribus cędendis*, etiā ſine authoritate iudicis, propria
authoritate, non ſolum ramos, & radices, ſed etiā totā arborē
ſuccidere, & ligna ſucciſa tollere, l. 1. §. ſi arbor ædib. iuncto,
§. prius itaque, ff. de arb. cęd. De quo latius vide Doctores hic
5 & in l. 1. C. de interdictis, & Cepol. de ſeru. vrb. præd. c. 81. Et
ea, quæ de arboribus dicta ſunt, de vitibus quoque intelligan
tur. Arboris enim appellatione vites cōtinentur, d. l. 1. §. arbo-
ris: ff. de arb. cæd. & l. vitem, in princ. ff. arborum furtim cæſa-
rum. De iure Saxon. addite tex. in art. 52. lib. 2. vbi dicitur. *In-
tricat ſe lupulus ſepi, tunc ille qui in ſuo fundo radicem habet,
ſepem apprehendat, lupulumque attrahat, quidquid ſequitur
ſuū efficitur, quod vero ex altero latere remanet, vicino perti-
net, rami quoque ſuarum arborum, nō debent dependere in dā-
nū vicini.* Et eſt tex. iūct. glo. in art. 127. & in art. 126. *Weich-
bild.* vbi dicitur. *Si ramos ſuos ſupra fundum alienum exten-
dit poteſt dominum fundi, ſi vult, illos impune ſuccidere. Fru-
ctus etiam agro ſuo impendentes, de iure retinet.* Et eſt gl. in d.
art. 52. *Si quatis arbores tuas, quidquid cadit in aream vicini
ad illius efficitur.* De iure communi, quo ad poſtremam partē
contrarium videtur ſtatutum in l. vnica, ff. de glande l. videli-
cet, quod ſi ex arbore mea fructus in tuum fundum cadant,
licitum eſt mihi vſque ad tertiū diem colligere fructus. Ad-
dite Cepol. in d. c. 81. de ſeru. vrb. præd. ante fi. Hic etiam obi-
c ter notabitis, quod depopulatores *c* hortorum, agrorum, &
vinearum, puniri debent pęna capitali, ſicut latrones, leg. 1. ff.
arb. furt. cæſ. De iure tamen Saxo. ſecus puniuntur, vt eſt tex.
Landrecht. lib. 2. art. 28. iuncta gloſ. ibi, &c.

ADDITIONES.

a *Atqui dominus plantæ vtilem actionem eo nomine habet, leg. ſi frumentum, §. de arbore, l. in rem, §. item quæcumque, ff. de rei vendic. Habet non tamen vt ipſam plantam, quæ radices egit eximat, ſed vt eius æſtimationem conſequatur.*

b *Aequaliter. Nam ſi plures radices egit in vno fundo quam alio, ſecus, lege ſi plures, in fine, ff. arb. furtim, lege intereſt, ff. quod vi.*

c *De horto, & hic, quæ ad hortos pertinent, vide Cep. tract. vrb. prædiorum, c. 86. Cephalum 2. conſil. 169.*

§. Qua ratione.

1 *Satione acquiritur dominium, & ſata ſolo cedunt.*
2 *Seminans bona fide in alieno ſolo conſequitur impenſas.*

1 DEcimotertiò, ſatione acquiritur dominium, vnde ſi a-
grum alienum meo conſeuerim nomine, eius eſt ſeges,
cuius eſt ipſum ſolum. Quia ſata cedunt ſolo, ſicut ædificium
& planta, vt hic, & dicta le. qua ratione, ff eodem. Hinc gloſ.
in d l. adeò, §. cum in ſuo, in verb. inædificatur, ff. eodem, ait:
*Quidquid plantatur, ſeritur, vel inædificatur. Omne ſolo cedit
radices ſi tamen egit.* Et ea, quæ de ædificatis, & plantatis di-
2 cta ſunt, etiam de ſatis intelligi debent. Vnde & bona fide ſe-
minans in alieno ſolo repellit dominum ſoli petentem ſata
per exceptionem doli, niſi impenſas ſolueris, vt hic, & d. l. qua
ratione. De iure Saxon. vide gl. in art. 46. lib. 2. vbi traditur re-
gula: *Qui colit fundum bona fide lucratur fructus, qui vero ma-
la illos perdit.*

§. Litteræ quoque.

1 *Scriptura dominium acquiritur, & ſcripta chartis cedunt.*
2 *Res cedit id quod ſine illa eſſe non poteſt.*
3 *Bona fide ſcribenti quomodo ſuccurratur,*

1 DEcimoquarto, per ſcriptum Dominium iure naturali ac quiritur, ita quod ſcripturæ ſeu litteræ, licet aureæ ſint,
a chartis *a* cedant, ſeu fundamento ſuo, ſicut plantæ, & ſata, vt in d.l qua ratione, §. litteræ. Et I.C. in l. in rem, § ſed, & id, ff. de
2 rei vendic. rationem collegit ex natura, dicens: *Neceſſe eſt, ei res cedere id, quod ſine illa eſſe non poteſt.* Bona fide tamen ſcri
3 bens in aliena charta, dominum chartæ, eam vendicantem, exceptione doli repellere poteſt, ſi impenſas ſcripturæ ſoluere recuſat. Secus ſi mala fide quis ſcribat, vt eſt tex. iunct. glo. hic, in verb. bona fide.

ADDITIO

1 *Scriptura tamen quoniam hodie maiori in precio eſt, quidam putant hunc paragraphum abrogatum, & hodie chartam cedere ſcripturæ, quod etiam notatur in § proxime ſequenti. Et quis alioqui ferat, vtiliſſima charta pretioſam ſcripturam, poema, orationem, opus denique rarum, & exquiſitum cedere? aut quis vili membrana exiſtimet cedere inſtrumentum, aut nomen, aut inuentarium, in quo fortuna plerumque omnes alicuius ſint poſita? le. 1. Cod. de donat.*

§. Si quis aliena tabula.

1 *Pictura acquirimus rerum dominia, & tabula picturæ cedit.*
2 *Regula.* Et rei ſemper cedit id, quod ſine illa eſſe non poteſt, *quomodo intelligenda.*
3 *Picturam in magno pretio fuiſſe apud veteres.*
4 *Quando carta picturæ cedat.*

1 DEcimoquinto, per picturam acquiritur dominium tabulæ. Nam qui in aliena tabula pingit, is & tabulæ, & picturæ dominus efficitur. Quia tabula picturæ cedit, vt hic, & d.l.
2 qua ratione, §. litteræ, ff. eodem. Nec obſtat ratio d.l. in rem, §. ſed & id, ff. de rei vendic. videlicet. *Et res ſemper cedere id,*
a *quod ſine illa eſſe non poteſt*, quia *a* ita intelligi debet, vt ſemper ratio præualentiæ habeatur, & inſpiciatur id, quod eſt pre
3 tioſius, d.l. in rem, §. in omnibus, ff. de rei vendic. Et conſtat apud veteres in magno pretio picturam fuiſſe ſicut legimus Ariſtidis Thebani pictoris vnam picturam 60000. aureorum regem Attalum licitatum eſſe. Secus verò erat in ſcriptura, quia apud antiquos pretioſior charta habebatur, & quia hodie ſcriptura pluris æſtimatur, quàm charta, ideò chartam ſcripturæ cedere plerique ſentiunt, poſt glo. in d.l. qua ratione, §. ſed ex diuerſo, in verb. directam, ante finem, ff. eod. I. Limitatur autem, §. noſter procedere, ſi pictura ſit nobilis, ſecus ſi ta
4 bula ſit pretioſior, vt quia pictura eſt facta de carbonibus. tunc enim pictura cedit tabulæ, ſecund. Porcium, & alios hic. II. Limitatur, ſi pictura ſit ſuperpoſita rei immobili, veluti ſi in muro, pictum ſit, nam tunc pictura cedit rei immobili, ſecundum Plateam, & alios poſt gloſ. hic in verb. tabulam. III. Limitatur, vt pictor pretium tabulæ ſoluere cogatur, ſecundum diſtinctionem hic in textu traditam. Et quando pictor offert pretium tabulæ, dominus verò tabulæ pretium picturæ, tunc ſemper pictor præfertur, ſecundum Plat. & alios poſt gloſſam hic, in verb. impoſuerũ, ibi, *ergo contra.*

ADDITIO.

1 *Alia ratio à quibuſdam affertur, hac nimirum, quod tabula in caſu d. § ſed & id, muro affixa erat, & ſic immobilis. Sed præſtat dicere Paulum Iuriſconſultum in d. §. ſed & id vna cum Caio, 2. Inſt. 1. aliud ſenſiſſe, nimirum picturam tabulæ cedere. vt ſuperficiem, ſolo. Imperatorem vero hoc loco contrariam ſequi maluiſſe, hac forte ratione, quod pictura, & ſimilibus plus eſt in arte, & manu pretio quam in re, & materia, le. 13 §. 1. ff. de verb. ſignif.*

§. Si quis à non Domino.

1 *Perceptione fructuum acquirimus rerum dominium.*
2 *Fructus qui dicantur.*
3 *Fructus quotuplices.*
4 *Poſſeſſores quotuplices.*
5 *An, & quando bonæ fidei poſſeſſor continuus teneatur reſtituere fructus perceptos.*
6 *Malæ fidei poſſeſſor quis dicatur.*
7 *Tres ſpecies malæ fidei poſſeſſoriæ.*
8 *An malæ fidei poſſeſſor omnes fructus reſtituere vero domino teneatur.*
9 *Quos fructus poſſeſſor, qui in principio fuit bonæ fidei poſſeſſor, & ex poſt facto malæ fidei, reſtituere cogatur.*

1 DEcimoſexto, dominium acquiritur perceptione fructuũ ex re aliena, quam bona fide, hoc eſt, illæſa conſcientia poſſidemus pro cultura, ſcilicet, & cura: ſecus, ſi quis mala fide, ſciens rem eſſe alienam, poſſideat, vt hic, & l. bonæ fidei, ff. eod. l. certum, C. de rei vend. Ad cuius intellectum præmittendum poſt glo. Abb & Canon. in cap. grauis, de reſt. ſpol. gloſ. & Bart. in l. & ex diuerſo, ff. de rei vend. glo. & Doctores in §.
2 1. inſ. de offic. iud. & Ang. hic. I. Quod fructus *a* dicũtur, quæ
a ſuperſunt, deductis impenſis, quæ fiunt gratia quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum fructuum. Quod non ſolum in bonæ fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat, verum etiã in prædonibus, vt dicitur in l. ſi à domino, §. fructus ff. de pet. hæred. & l. quod in fructus, ff. de vſuris, & l. fructus, ff. de oper. ſer. & l. 1. C. de fructibus, & litiũ expenſis. II. Quòd
3 fructus *b* alij ſint ciuiles, vt penſiones ædium, & nauium, qui
b non naturaliter & principaliter proueniunt ex re, ſed ex proviſione hominis percipiuntur propter rem, l. prædiorum, ff. de vſuris, etiamſi quis ad inhoneſtum quæſtum exercendũ locet domum, vt in l. ancillarũ, ff de pet. hæred. Et tales fructus appellat Bald in l. ſi traditio, C. de act. emptio induſtrialiſſimos.
c Alij vero ſunt fructus *c* induſtriales, qui nõ ſic ſua ſponte proueniunt, ſed in quib. plurimũ verſatur hominum induſtria, vbi cura, & induſtria hominis opus eſt, & ita, vt plus ferè videatur operari induſtria, quã natura, vt eſt frumentum, quod non naſcitur, niſi debita cultura agri adhibeatur, item vinum, oleum, & ſimilia. Alij ſunt fructus naturales, quos natura ſua ſponte producit, in quibus nulla, vel modica verſatur hominum induſtria, vt ſunt poma, pyra, nuces, & ſimiles. Et de illis non poteſt ſic certa regula tradi, ſed relinquitur arbitrio iudicis, qui conſiderabit vtrum plus in eis verſetur induſtria, vel
d natura, *d* ar. l. quæritur, ff. de ſtatu hom III. Quod fructus alij ſunt pendentes, qui pars fundi eſſe cenſentur, & eadem actione cum fundo vendicantur, l. fructus pendentes, ff. de rei vendic. Alij percepti, qui à terra ſeparati ſunt. Alij percipiendi, quos poſſeſſor percipere potuit, & non fecit, ſed neglexit. Et perceptorum fructuum alij ſunt conſumpti, alij verò adhuc extantes. IV. Quod quidam poſſeſſores ſunt continuo bo. fid. quidam continuo malæ fidei, quidam aliquo tempore bonæ fid & aliquo malæ fidei. His præmiſſis, de quolibet poſſeſſore
e dicemus, quos fructus ſuos faciat, vel reſtituere cogatur. *e* Et
f 1. de bonæ *f* fidei poſſeſſore continuo, qui domini, ſcilicet. Cogitatione poſſidet, vt dicitur in l. apud antiquos, § cum igitur, C. de furtis, putans, ſcilicet, rem ad ſe ſpectare. Animus enim eius, & opinio inſpicitur, licet in iure errauerit, ſecun. Plat. in §. 1. inſ. tit. de offic. iud. Veluti ſi quis putabat teſtamentum, in quo inſtitutus erat hæres, rectè eſſe factum cũ inutile eſſet, licet tunc errore iuris occupauerit hæreditatẽ bonæ tamen fidei eſſe dicitur, cum dolo careat, quamuis in iure errauerit, vt dicitur in leg. ſed & ſi lege, §. ſcire, ff. de petit. hæredit. Pone igitur, quod Titius emit fundum, à Caio bona fide, putans eum eſſe dominum fundi, cum non eſſet, & ſic caius dominium, quod non habuit, in Titium transferre non potuit, l. nemo plus iuris, ff. de regulis iuris. Certum tamen eſt, quod ſi poſſideat emptor, per legitimum tempus ad præſcriptionem requiſitum, conſequatur illius fundi dominium. Si vero interim, priuſquam fundus præſcribatur, à vero domino vendicatus fuerit, & reus condemnatus ad reſtituendum fundum, an tunc bonæ fidei poſſeſſor teneatur quoque reſtituere

fructus

ADDITIONES.

a *Fructus intelliguntur hi, qui ſuperſunt, deductis expenſis.*
b *Fructuum alij ciuiles, induſtriales, naturales: alij pendentes, percepti, percipiendi.*
c *Fructus, qui naturales, & induſtriales, vide Copum tract. de fruct. Menochium 2. de arbit. iudic. caſu 210. Et de naturaliũ & induſtrialium differentia, Boer. deciſ. 224.*
d *Cin. in l. certum, C. de rei vend.*
e *Hæc quæ ſequũtur ex Doct. magis ſumpta ſunt, quã textib. & paſſim de his quoq; agit Cuiac. opt. in his difficultatibus author*
f *Quid in hærede grauato hæreditatem reſtituere, quos fructus ſuos facit? Vide ibid. Menoch. caſu 256.*

fructus, quos inde percepit? Et diſtinguitur inter fructus pen-
a dentes & perceptos. Nam fructus pendentes *a* non facit ſuos
indiſtinctè, ſiue ſint naturales, ſiue induſtriales, ſiue ciuile, ſed
tenetur rei vẽdicatione eos reſtituere domino fundi, cũ ipſo
fundo, quia pars fundi eſſe cẽſentur, d.l. fructus, ff. de rei vẽd.
b De perceptis verò ſubdiſtinguitur. Aut enim ſunt *b* naturales
& adhuc extant, & ſuos non facit, ſed ab eo vendicari poſ-
ſunt, quia non ex facto, & opera eius naſcũtur, vt dicitur in l.
fructus, 45. ff. de vſur. quod eſt verum, ſi non habeat titulũ. Si
verò poſſideat cum titulo, tunc fructus naturales etiam exſtã
tes ſuos facit, l. bonæ fidei, ff eod. Aut ſunt conſumpti, & tũc ſi
ex conſumptione factus eſt locupletior, vt quia vel pretium
habet, vel tantumdẽ de ſuo fuiſſet erogaturus, tenetur ad æſti
mationem fructuum, cõdictione ſine cauſa per l. ſi me, & Ti-
tium, ff. ſi cert. pet. Si verò non eſt factus locupletior, & nõ te-
netur, quia nõ poſſidet, nec dolo deſijt poſſidere, nec in rem
ſuam cõſumpſit, ſecund. Abbas in d. ca. grauis. Idem ſi habuit
titulum, quia tunc neq; de extantibus, multò minus de con-
c ſumptis tenetur, in d. l. bonæ fidei, ff. eod. Aut ſunt fructus *c* in-
duſtriales tunc ſi adhuc exſtant, licet ſummo iure efficiantur
bonæ fidei poſſeſſoris, vt vẽdicari nequeat, ſiue poſſideat cũ
titulo, ſiue ſine titulo, iudicis tamen officio eos reſtituere do-
mino fundi compellitur, ſecund. gloſ. in d. l. & ex diuerſo, ff. de
rei vendic. per tex. in d l. certum, Cod. de rei vendic. Et addite
Cin. in l. partum ancillæ, C. de rei vendic. & Abbas in d. c. gra-
uis. Si verò ſunt conſumpti, bonę fidei poſſeſſor eos reſtituere
nõ tenetur, ſiue ſit factus locupletior, ſiue nõ. Quia eos lucra-
d tur pro cultura, & cura, vt hic. Aut sũt *d* ciuiles fructus, & dic
ſecund. Bar. in d. l. ex diuerſo. quòd ſi poſſeſſor bonæ fidei eos
percepit ex ſua diligẽtia, quia ipſe locauit, & facit ſuos, & ſol-
uens liberatur. Si verò non percepit ex ſua diligentia, quia al
ter locauit, & tunc ſoluens non liberatur, quoniã non habuit
legitimam cauſam reddendi: poſſeſſor tamen eos facit ſuos,
ex quo erat bonæ fidei poſſeſſor, ſecund. Abba. in d. cap. gra-
uis, num. 5 poſt Bar. in d. leg. ex diuerſo, & in l. ſi vrbana, ff. de
cond. indeb. Porrò ea, quæ dicta ſunt de bonæ fid. poſſeſſore,
quod teneatur, & fructus exſtãtes reſtituere, intelligatis pro-
e cedere, niſi ſint ab eo *e* percepti, vel vſucapi, vt quia eos per
triennium bona fide poſſedit, ſecund. gl. ſingularem in le. ſe-
quitur, §. in fructus, verb non fuerint, in fin. de vſocap. Vbi
Bart. inquit, quod omnes leges dicentes, bonæ fid. poſſeſſo-
rem teneri ad reſtitutionem fructuum, intelligendæ ſint, niſi
per triennium poſſederit, & eos ſuſceperit. Quod ad d. l. cer-
tum, diligenter notabitis, pręſertim in terris Saxoniæ, vbi fru-
ctus, vt res mobiles, anni ſpacio vſucapiuntur, vt infra de vſu-
cap. dicetur, & addite Cin. in d. leg. partum ancillæ. Salic &
alios, in d l. certũ, & Iaſ. in d. l. ſi. me. & Titium, ff ſi cert. pet. &
Abbat. in d. cap. grauis. Deinde notabitis, quod bonæ fidei
poſſeſſor regulariter tenetur ad fructus exſtãtes, ante ſcilicet
litem conteſtatam perceptos, ſed poſt litem conteſtatam, te-
netur etiam ad conſumptos, & vniuerſos fructus, naturales,
induſtriales, & ciuiles, quia tunc incipit eſſe malæ fid. poſſeſ-
f ſor, vt ex text. iuncta glo in d. l. certum. *f* Et ante *g* litem con-
g teſtatam pręſumitur eſſe in bona fide, ſecund. Abb. in dict. ca.
grauis, nu. 7 ante fin. Hic in ſententijs plerumque illa verba
apponi ſolent. Et tenetur accuſatus actori agrum in libello de
ductum reddere atque reſtituere, cum omnibus poſt litẽ con
teſtatam perceptis emolumentis ac fructibus 2. De malæ fid.
6 poſſeſſore continuò pręmittendum, quod is dicatur malæ fi-
dei poſſeſſor, qui habet ſciẽtiam rei alienæ, vel iuris alieni, vt
quia ſcit rem eſſe alienam, vel quia cõtra legum aut canonũ
7 interdictionem mercatur, vt dicitur in l. quemadmodũ, in fi.
C. de agric. & cenſ. li. 11. Et Bal. in l mala fide, Cod. de condic.
h ex leg. &c. facit tres *h* ſpecies malæ fidei poſſeſſoris. Quidam
dicitur improbus, qui habet titulum, & poſſeſſionem rei ab
authore, ſeu poſſeſſore bonæ fidei, ſcit tamen rem non eſſe
venditoris. Quidam eſt improbior, qui ſcienter à fure, ſeu vio
lento poſſeſſore emit. Quidam improbiſſimus, qui ſine vllo
poſſidendi colore poſſidet, vt eſt ipſe fur, ſeu violẽtus occupa
tor. Et hoc caſu tenenda eſt concluſio generalis, ex d. le. certũ,
C. de rei vendic. Quod malæ fidei poſſeſſor indiſtinctè nullos
fructus facit ſuos, ſed oẽs tenetur cũ fundo ipſo reſtituere ve-
rò domino, ſiue ſint fructus naturales, ſiue induſtriales, ſiue ci
uiles, ſiue exſtãtes ſiue cõſumpti, ſiue pendentes, ſiue percepti
ſiue etiam percipiendi. Quo tamen poſteriore caſu diſtingui
i tur. Aut enim eſt poſſeſſ. malæ fidei ſine *i* titulo, & ſic impro
biſſimus, vt fur, vel violentus occupator, tunc is de fructibus
etiam percipiendis tenetur, l. ſi nauis, § ſi. iunct. gl. ibi. ff. de rei
vend. Aut eſt poſſeſſor malę fidei cum titulo, tunc à percipien-
dis excuſatur propter titulum, ſecundum gloſ. in l. ſi fundus,
ſuper verb. percepiſſe. Cod. de rei vend. Niſi in quatuor ca-
K ſibus relatis hic gl. in verb. cogitur. Et pro *k* extantibus agitur
rei vendicatione, pro conſumptis vero cõdictione ſine cauſa,
& officio iudicis, vt eſt tex. in d. l. mala fide, C. de condit. ex le
ge, &c. Et videte Abbat. poſt glo. in d. cap. grauis, gloſ. & Bart.
in d. l. & ex diuerſo 3. De eo, qui à principio fuit bonæ fidei
poſſeſſor, & ex poſt facto malæ fidei, dic: Aut mala fides ſuper
l uenit cum perſonarũ mutatione, quia *l* defunctus habet bo-
nam hæres verò malam fidem, & fructus non facit ſuos, ſed
eos reſtituere tenetur, l. quæſitum, ff. eo Aut ſuperuenit mala
m fides abſq; perſonarum mutatione, vt quia *m* quis emit rem
ad eo, quem credebat eſſe dominum, & poſtea ſuperuenit
mala fides verè, quia reſciuit eum non fuiſſe dominum, vel
fictè, ſcilicet poſt litem conteſtatã, & tunc fructus perceptos
ante malam fidem facit ſuos, vt de bonæ fidei poſſeſſore di-
ctum eſt, poſtea verò perceptos non facit ſuos, d l. certum, de
quo vide Abbat. in d. c. grauius, num. 9. 4. Quando quis ab ini-
tio fuit malę fidei, & ex poſt facto bonæ fidei tunc ſi ſuperue
nit legitima cauſa putandi ſe bonæ fidei poſſeſſorem, facit fru
ctos ſuos, ſicut bonæ fidei poſſeſſor, ab illo ſcilicet tempore,
quo cępit eſſe bonæ fidei. De tempore verò, quo erit in mala
fide dicendum eſt, vt in malæ fidei poſſeſſore. De quo latius
vide Ang. hic. & Abb. in d. c. grauius, num. 10.

ADDITIONES.

a *Fructus pendentes, ſiue naturales, ſiue induſtriales, ſiue ciuiles, domino fundi reſtituere cogitur. Sequuntur enim naturã ipſius fundi, vt pars eius: vt pars demq; ſui totius cõditionẽ ſequitur.*

b *Naturales fructus perceptos (& tamen exſtantes) ante litem conteſtatam bonæ fidei poſſeſſor titulum habens, ſuos facit: titulum non habens, non facit. Quid de conſumptis? Suos facit, niſi ex conſumptione factus eſt locupletior.*

c *Induſtriales fructus extantes bonæ fidei poſſeſſor etiam titulum habens iudicis officio reſtituere fundi domino cogitur: conſumptos verò non reſtituit, etſi eorum conſumptione factus ſit locupletior.*

d *Ciuiles fructus ſua diligentia (puta locutione) perceptos, bonæ fidei poſſeſſor non reſtituit, aliena reſtituit.*

e *Perceptos vel vſucaptos fructus (etiamſi y exſtent) bonæ fidei poſſeſſor reſtituere non cogitur.*

f *Vt infra, de offic. iudic.*

g *De litis conteſtatione, vide Gaylium 1. obſeruat. 73. ad 78. ſed omnium maxime Rebuffum tract. de lit. conteſt. vbi plures effectus litis conteſtationis enumerat.*

h *Malæ fidei poſſeſſor improbus, improbior, improbiſſimus quis. Malæ fidei poſſeſſor titulum non habens (vt fur, & raptor) de percipiendi fructibus tenetur, l. ſi nauis, ff. de rei vend. titulum habens non tenetur, l. ſi fundum, Co. de rei vendic. niſi quatuor caſibus, vt ſi ab eo emit, quem ſcit alienare in fraudem creditorum, l. ait prætor. ff. de his quæ in fraud. Si a metu coacto emit l. ſed, & partus, ff. quod met. cauſ. Si ab interdicto accepit Nouella de non alienand. § ſi quis igitur. Si fructus corrumpi permiſit, l. quemadmodum, C de agricol.*

K *Extantes fructus vendicantur malæ fidei poſſeſſori: conſumpti petuntur conditione ſine cauſa, vel officio iudicis, l. pen. Co. de condict. ex lege, l ſi fundum, C. de rei vendic.*

l *Heres malæ fidei fructus ſuos non facit, etſi defunctus bonam fidem habuerit.*

m *Emptor bonæ fidei ab initio malæ fidei poſſeſſor poſtea factus vere vel ficte (vt quia lis aduerſus eum conteſtata eſt) fructus ante malam fidem perceptos ſuos facit poſt non facit. Per contrarium malæ fidei ab initio, poſtea bonæ fidei fructus ſuos facit ab eo tempore quo bonæ fidei eſſe incepit.*

§. Is verò cum duobus §§. ſeq.

1 *An vſufructuarius ſicut poſſeſſor bonæ fidei, fructus rei poſſeſſa acquirat.*
2 *Fructus nondum percepti ad heredes fructuarij cur non pertineat.*
3 *Contraria iuris Saxonici diſpoſitio.*
4 *Vſufructuarius, & bonæ fidei poſſeſſor in quo differant.*
5 *Fructuarius, & vaſallus in quo differant.*
6 *Colonus fructus fundi ſuos facit.*
7 *Colonus quis.*
8 *Coloni quotuplices.*
9 *Colonus & fructuarius in quo differant.*
10 *Fructus vnde dicti, & quid appellatione fructus veniat.*
11 *Ratio quare partus ancillæ in fructu non ſit.*

12 *An vſufructuarius in locum de mortuorum, & inutilium corporum alia ſubmittere, & ſubſtituere teneatur.*

1 IMperator in hoc,§.præcedentem modum acquirendi dominium fructuum extẽdit ad vſufructuarium, & colonũ,qui licet rebus alienis etiam ſcientes vtuntur,& fruuntur, tamen fructus ſuos faciant,quia bona fide,& cum voluntate dominorum ſunt in poſſeſſione.Notandum igitur. Primo,quod ſicut
a bonæ fidei poſſeſſor fructus rei poſſeſſæ acquirit,ita etiã *a* vſusfructuarius.Quidquid enim in fundo in quo habet vſum fructum,naſcitur,vel inde percipi poteſt, ad vſufructuarium pertinet ſiue ſint naturales fructus,ſiue induſtriales,ſiue ciuiles,tex.eſt hic,iuncta glo.in verb.perceptos, l.item ſi fundi,& in l.vſufructu legato,ff.de vſufruct. Quod eſt verũ ſi ipſe eos perceperit,ſiue alius eius nomine,id eſt,ſi in vita fructuarij à ſolo eius nomine fuerint ſeparati , etiamſi in horreũ nõ ſint reconditi,vt hic,& l.ſi fructuarius meſſem, in princ. ff.ſi vſuſfructus quib.mod amittat. Vnde ſi is,qui habet vſumfructũ
2 alicuius prædij,decedat,maturis etiam fructibus,nondum tamen percepti non tranſmittit eos ad hæredes, ſed ſpectat,ad proprietarium rei,vt hic.Idque duplici ratione. I Quod fructus pendentes pars fundi eſſe cenſentur,d. l.fructus,ff.de rei vendic II Quia vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis,& ſic cum perſona eius qui habet illud ius extinguitur,§.finitur,inſt.de
b vſufruct. Aliud eſt,ſi meſſe facta, & fructibus *b* iacentibus deceſſerit . Nã hoc caſu tranſmittit fructus ab hæredes fructuarij,d.l.ſi fructuarius meſſem,in princip.per quem tex. reprobatur gloſſ. hic,in verb.percepti,dum requirit fructus in horreum reconditos eſſe,ad hoc vt fiant fructuarij , ſed male,ſe-
3 cund.Doct. hic. De iure Saxonico contrarium eſt diſpoſitũ,
c videlicet quod vſufructuarius, *c* qui poſtquam conſueuit agrum,& ſeminatum cooperuit deceſſit,ſtatim tranſmittit fructus etiam,nondum extantes , ad ſuos hæredes . *Land.* lib. 1. art. 58 Hinc vulgo dicitur . *Vvas die Ege beſtrichen vnd. die hacke bedecht hat , dasfolget dẽ erbe.* propter culturã ſcilicet
4 Differunt itaq; bonæ fidei poſſeſſor , & vſufructuarius,nam, 1.Fructuarius nõ facit fructus ſuos,niſi ipſe, vel eius nomine perceperit, vt hic.Bonæ fidei vero poſſeſſor lucratur fructus à quocunq;fuerint a ſolo ſeparati,d.l.ſi fructuarius meſſem,in fin.& l.qui ſcit,§ præterea,ff.de vſur.2.Fructuarius pendentes fructus ad hæredem non tranſmittit, vt hic ſecus in bonæ fidei poſſeſſore,3. Fructuarius indiſtincte omnes fructus facit ſuos,ſiue ſint ciuiles,ſiue naturales,ſiue induſtriales, conſumptos,& exſtantes d.l.vſufructu legato,ff.de vſufruct.Non au-
d tem *d* bonæ fidei poſſeſſor,iuxta ea , quæ in §. præcedenti dicta ſunt,4.Fructuarius non tranſmittit ius vtendi, & fruendi ad hæredem,d.§.finitur,infra,de vſufruct. Secus eſt in bonæ
5 fidei poſſeſſore, de quo vide hic Porcium . Et obiter notandum,quod hoc caſu fit differentia quoq; inter vſufructuariũ,
e & vaſallum. *e* Fructuarius enim non trãſmittit fructus ad hęredes niſi perceptos. In vaſallo verò decedente ſiue filio maſculo diſtinguitur de iure cõmuni . An deceſſerit poſt Auguſtum,& ante Martium,na tunc fructus feudi, nõ ad filias,vel
f ad hæredes,ſed ad agnatũ,vel dominiũ feudi pertinent. *f*, Secus ſi ante Martium deceſſerit , nam tunc omnes feudi fructus, illo anno percipiendi, hæredibus eius cędunt , capit.his conſequenter hic finitur lex,& cap.in verſibus feud. De iure vero Saxonico,attenditur diſpoſitio d.art. 18. lib. 2. Videlicet : *Daſſ deſſ verſtorbenen Lehemans landerben nemmendes jehnige ſoder Lehen mann am Lehẽ verdienet hat* , id eſt, *Vvanner den Zinſſ tåger eben hat , als auff Vualpargis der Temmer Zehend auff, Ioannis aller fleyſchZehen auff Margrete aller KornZehend,&c.vnd. des mannes Saat ſo die Ege beſtrichen hat .*

6 Secundo principaliter ex tex.notabitis, quod & colonus g
g fructus fundi ſuos facit,& vſufructuario ferè æquiparatur, vt
7 hic. Dicitur autem colonus , qui pro certa annua penſione prædium ruſticum colendum conduxit.Et Bart. poſt glo.in l.
h ſi apes,ff de furt. refert quatuor *h* ſpecies colonorum . Qui-
8 dam enim ſunt perpetui, qui non ad modicum tempus,conducunt,& emphyteutæ dicuntur, de quibus in §. adeo inſ.de locat.& ſine dubio faciunt fructus ſuos,quia habent vtile dominium fundi,vt not.in le 1. ff. ſi ager vectig. Quidam verò conducunt ad modicum tempus, & horum alij ſunt nummarij, qui domino certam quantitatem pecuniæ quotannis ſoluere ſolent. Alij verò dicuntur conductitij, qui certam quantitatẽ, ſeu aliquot modios frumenti ſingulis annis pro penſione ſoluunt non inſpecto eo , quantum ex fundo percipiunt . Alij vero dicuntur partiarij,qui partem, ſeu quotam fructuũ in fundo natorum domino reddunt,dimidiam,vel tertiã partem fructuum,cum domino,tamquam cum ſocio , iſtos fructus patiuntur,leg.ſi merces,§.vis maior,in fin.ff. locati. Dif-
9 fert autem colonus ab vſufructuario. Nam fructus ſunt coloni,à quocumque fuerint percepti:ſecus in fructuario . Item fructuarius fructus pendentes ad hæredes non tranſmittit:ſe-
i cus in *i* colono . Item heres coloni eo mortuo in eius locum ſuccedit,l. viam veritatis,C.locati,ſecus in hęrede fructuarij, vt ſupra dictum .

10 Tertio,principaliter circa §.in pecudum,notabitis . Quod fructus dicti ſint à ferendo,& ideò in ſtricta ſignificatione,appellatur id omne quod fertur,modo renaſciturum , fit ſecun. Myſing.hic, vt fructus arboris eſt , quod ex arbore naſcitur fructus fundi,quod ex fundo naſcitur . Sic fructus pecudum ſunt fetus,& ſimilia,quæ renaſci ſolent, vt lac,pilus,& lana. Appellatione igitur fructuum, veniunt etiam fetus animaliũ, & ad vſufructuarium, bonæque fidei poſſeſſorem pertinent, vt hic,& d.l.bone fidei in fin.ff. eod.& l.in pecudum,ff.de vſuris,& l.vetus fuit quæſtio,in fine,cum duabus legibus ſequen. ff.de 11 . vſufruct. Partus verò ancillarum excipiuntur, vt in
K fructu *k* non ſint, ideo non ad vſufructuarium , ſed ad proprietarium pertinent propter hominis dignitatem. Abſurdũ enim videbatur hominem in fructu eſſe , cum Deus omnes fructus hominum gratia comparauerit, vt hic, & l. fetus.

12 Quarto,principaliter ex §.ſed ſi gregis notabitis. Quod vſufructuarius in locum demortuorum,& inutilium corporum alia ſubmittere,& in vinearum, vel arborum demortuarum alias ſubſtituere teneatur, vt hic.Rectè enim colere , & vt bonus paterfamilias vti debet,d.l.fetus,§.fi.& l.ſeq. & l.quid er-
l go,ff.de vſufruct. Quod eſt *l* verum, quando quis habeat vſumfructum Vniuerſitatis, vt gregis armenti,vel æquitij.Secus ſi quis tantum habeat vſumfructum ſingulorum capitum nam tunc fructuarius alia capita ſubſtituere non tenetur , vt hic,iuncta glo. ſuper verb.ſubmittere,& d.l.quid ergo, §. ſed quod dicitur.An autem teneatur ſubmittere alia capita, ſi de illo grege aliqua naſcantur,vel etiam aliunde,gl. hic duas refert opiniones,& quamuis priorem , negatiuam , ſcilicet , ſequantur Fab.& Ang hic tamen Porc.poſteriorem , videlicet, quod etiam opus habeat aliunde quærere , & ſupplere , dicit communiter approbari.

ADDITIONES.

a *Fructuarius quoſcumque naturales , induſtriales , ciuiles fructus ſuos facit,ſi eos vel ipſe percipit , vel alius eius nomine,tametſi horreis nondum reconditi .*

b *Fructua ius meſſe facta decedens iacentes fructus ſuos facit, & multo magis eos,qui horreis ſunt reconditi.*

c *Idem in marito qui fundo dotales conſueuit, & ante perceptionem mortuus eſt,item in vaſſallis feudo aperto , mulierum dotalitio,ac ſimilibus, quæ vitis iure ad vitam poſſidentur, conſt. 3 . par. 3.*

d *Nec enim naturales fructus percipit, ſed induſtriales tantum.*

e *Vaſallus quomodo fructus ſuos faciat .*

f *Eſt abſurda diuiſio , nec in praxi , & pronunciando ſeruamus, ſed magis,l.diuortio,ff.ſol.matr cuius diuiſionem,vt æquiorem Alex.improbat , quam in cenſibus annuis ſequitur conſtit. 16. par. 3 de reliquis fructibus , & penſionibus intra trigeſimum ceſſis vide diſt.conſt. 32.par.3.de iur. Saxo.ar. 76.li.3.art.58. lib.2.Lehercch.c.6.*

g *Colonus quomodo fructus ſuos faciat .*

h *Colonorum genera quatuor. Plura genera, vide apud Caſſaneum in conſuetudine Burgundiæ rub.* de mains mortes, *in princ.*

i *Colonus pendentes fructus ad hæredes tranſmittit,§.viſimo infra,locati. Et ideo textus hoc dicit , quod ferè idem eſt de colono , & fructuario,poteſt & ſic intelligi de colono partiario, qui vt ſocius partem fructuum habeat,& cum domino eos patitur, l.cum plures,ff. locati.*

K *Homo non eſt in fructu, vt hic, & l. in pecudum,ff.de vſur. Et ideo conductor fructuum nihil de ſeruis aut ancillis exigit . Bart in l.vetus,ff. de vſufruct.*

l *Vniuerſitatis alicuius(puta armenti , gregis, equitij) vſumfructum,qui habeat , an ſingulorum capitum multum intereſt. Priore caſu fructuarius in locum demortuorum capitum alia ſubmittere debet,poſteriore fœtus,l.quid ergo,§.ſed quod dicitur,ff. de vſufruct.*

§. Theſaurus. *a*

1 *Inuentione Theſauri acquirimus dominium .*

2 *Quomodo differat hic modus acquirendi ab eo , qui in §. item lapilli,ſup.eod.traditus eſt.*

The-

ADDITIO.

a *De theſauris videl. vnicam,C.de theſaur.l. non intelligitur, §. ſi in locis,ff.de iure fiſci,Nouell.Leon. 51.*

4 *Theſaurus quid.*
Si domus vendita ſit, & pecunia in muro abſcondita, ad quem ſpectet iſta pecunia, ad emptorem, vel venditorem.
5 *Theſauris an fiat inuentoris, arte magica inuentus.*
6 *An theſaurus inuentus in fundo ſuo, vel alio loco proprio, ſit totus inuentoris.*
7 *Theſaurus fortunæ donum.*
8 *Theſaurus inuentus in fundo alieno priuati alicuius, qui neque directum, neque vtile habet dominium, ad quem ſpectet.*
9 *Theſaurus inuentus in loco publico, fiſcali, Cæſaris, vel ciuitatis, cuius fiat.*

1 DEcimoſeptimò, acquiritur dominium iure naturali per
innentionem theſauri: ex quo enim theſaurus in nullius
bonis eſt, ex æquitate iuris gentium inuenienti eſt conceden-
2 dus inquit hic Porc. Et differt hic modus ab eo, qui in §. item
lapilli, ſupr. codé, traditus eſt. Quia ibi loquitur de acquiſitio-
ne per occupationem earũ rerum, quæ inueniuntur in litore
maris ſupra terrã, & numquam fuerunt in dominio alicuius.
Hic autẽ loquitur de acquiſitione per inuentionem in omni
loco, & earum rerum, quæ fuerunt anteà in alicuius dominio
3 & ſub terra, ſecundum Nicaſium hic Eſt autem theſaurus, ve
tus quædam diſpoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt
iam dominum non habeat, & ſic ſit eius, qui inuenerit, quod
non ſit alterius, vt dicitur in l. nunquam nuda, §. 1. ff. eod. Vel
dicitur pecunia ab ignotis dominis vetuſtiori tempore abſcõ-
dita, l. vnica, C. de theſau. li. 10 Vnde ſi quis metus, vel custo-
diæ cauſa pecuniam abſcouderit, propriè non eſt theſaurus,
nec ſit inuentoris, ſed manet depoſitium, d. l. numquam, §. 1.
in fi. & l. peregre, ff. de acquir. poſſ & l. a tutore, ff. de rei vend.
4 Ideò ſi quis vendit domum, & emptor reperiat pecuniam in
muro, quæ ab ipſo venditore, vel eius parentibus recõdita eſt,
non pertinet ea pecunia ad emptoré, ſed venditori reſtituen-
da eſt, d. l. à tutore. Sic Iaſ. in l. 3. §. Neratius, ff. de acq. poſſ. re-
a fert caſum, qui contigit in ciuitate Gennenſi *a* Quidam mer-
cator Gennenſis veniens ex Hiſpania, detulit ſecum in naui
certam quantitatem ceræ, & in vna pila ceræ fuerunt ab ipſo
recondita quatuor millia ducatorum, & ſtatim deceſſit. Eius
filius ignorans ibi reconditam pecuniam, vendidit talem cerã
cuidam mercatori, etiam ignoranti, & is tenuit eam ſpacio
trium annorum, & vltrò deinde vendidit cuidam aromata-
rio, qui pecuniam in ea inuenit. Fuit quæſitum ad quem iſta
pecunia pertineat: nam mercator, qui emerat à filiò, diſcebat
ſe triennio poſſediſſe, & vſu cepiſſe. Sed quia ignorauit pecu-
niam eſſe in cera neque amouit eam, non poteſt dici poſſediſ-
ſe, vel vſucepiſſe, per text in d. § Neratius. Nec aromatarius
vſucepit, cum poſſederit mala fide ſciens pecuniam eſſe alie-
nam. Concludit ergo reſtituendam eam eſſe filia mercatoris
Genuenſis, quia non habuit animum transferendi dominium
iſtius pecuniæ, quam in certam eſſe ignorabat, per text. leg. id
quod noſtrum, ff. de reg. iur. & text. in d. l. a tutore, vbi eſt tex-
tus formalis, quod pecunia inuenta in re empta, non in modũ
theſauri, non pertinet ad emptorem, ſed ad dominum pecu-
5 niæ. De quo vide Aluarot. in c. 1 n. 8. ante finem. Quæ ſunt re-
galia, in vſibus feud. An autem theſaurus fiat indiſtinctè in-
uentoris, principio firmam conſtituatis concluſionem. Quòd
inueniens theſaurum incantationibus, & arte magica, ſiue in
ſuo, vel alieno eum reperiat non facit ſuum, ſed totius appli-
catur fiſco, d. l. vnica, in princ. iuncta gl. in verb. arte, C. de the-
ſaur. lib. 10. Immo tamquam maleficus puniri, & capite ple-
cti debet, l. nemo. C. de malefic. & Mathemat. Aliàs circa in-
6 uentionem theſauri, ita diſtinguitur. I. Aut quis inuenit the-
b ſaurum in ſuo fundo, vel alio loco proprio, & totus ſit *b* inuẽ-
tori, vt hic, & d. l. vnica. Et ampliatur, 1. Siue quis fortuito ca-
ſu, ſiue etiam conſulto, data ad hoc opera, non tamen per ar-
tes magicas enim inuenerit. Nam hodie cuilibet, in ſuo fun-
do, ſine incantationibus theſaurum quærere licet, d. l. vnica,
vbi dicitur, quod fruſtra hic precibus impetretur, cum à lege
permiſſum ſit. 2 Ampliatur, ſiue ſit inuentus in loco, in quo
inueniens habebat plenum dominium, ſiue etiam ſaltem vti-
le dominium, quale habet vaſallus, & emphyteuta, ſec. gl. hic,
in verb. ſuo, & gl. in d. l. vnica, ſopr. verbo, nam in ſuis. Nam ſi
hi in re feudali, vel emphyteutica inueniant theſaurum, effi-
ciuntur domini totius theſauri, ita quod directo domino feu-
di, vel emphyteuſis nihil teneantur reſtituere. Imò ſi dominus
directus inueniat theſaurum in re conceſſa alteri in feudum;
vel emphyteuſim, tenetur vtili dominio reſtituere dimidiam
partem, & ſi concurrunt vtilis, & directus dominius aduerſus
extraneum inuentorem, præfertur vtilis directo dominio. Ita
quòd inuentor dimidiam partem, non domino directo, ſed
vtili vaſallo ſcilicet, tradere teneatur, vt concludunt Doctor.
7 hic. Et Porc. ſubijcit hanc rationem. Quod theſaurus dicitur
fortunæ donum, l. ſi is qui in aliena, §. 1. ff. eod. ſed ad vaſal-
lum, & emphyteutam ſpectat damnum fortunæ, l. 1. in fin. C.
8 de iure emphyt. Ergo & commodum, iuxta regulam l ſecun-
dum naturam, ff de reg. iur. II. Aut quis inuenit theſaurum in
fundo alieno, priuati alicuius hominis, in quo inuentor neq;
directum, neque vtile habet dominium, & ſubdiſtinguitur.
Aut enim inuenit caſu fortuito, arando, vel alias terram alie-
nam colendo, non animo quærendi theſaurum, & tunc di-
midia eius pars eſt ipſius inuentoris, altera verò pars ipſius do
mini fundi, in quo theſaurus eſt repertus, text. eſt hic, & in d. l.
vnica. Aut quis reperit eum in loco alieno, data ad hoc ope-
ra licita, & tunc totus acquiritur domino iſtius loci, & in-
uentori nihil debetur, ſiue quæſierit eum domino volente,
& ipſum ad hoc conducente, ſiue ignorante, & inuito eo, vt
hic, iuncta glo. in verb. non data, & d. l. vnica, §. in alienis, vbi
Imperat. prohibet in alieno fundo inuitis, vel volentibus, aut
etiam ignorantibus dominis, opes abditas ſuo nomine per-
ſcrutari, & ſi contra iſtius legis tenorem in alieno loco theſau
rum quis inuenerit, totum domino loci reddere compellitur.
Ius enim naturale non patitur, vt aliquid concupiſcas ex alie-
no præmiditato cõſilio, vt inquit Mynſing. Vnde ſi mercena-
rius inuenerit theſaurum in fundo alterius, medietatem eius
acquirit, ſi caſu eum reperi: ſi vero fuerit conductus ad fo-
diendum, & quærendum theſaurum, vel etiam ignorante
domino quæſiuerit eum, inuentori nihil acquiritur, ſed totus
efficitur domini iſtius loci, d. l. vnica. Et extenditur hæc con-
c cluſio etiam ad *c* vſufructuarium, nam ſi is inueniat theſau-
rum in fundo, in quo vſusfructus ei conſtitutus eſt, nõ totum
ſibi acquirit, ſed tantum dimidiam partem, & alteram dimi-
diam domino proprietatis dare cogitur. Quia fructuarius nõ
eſt dominus fundi l. diuortio, §. ſi fundum, in fine, ff. ſolut ma-
d trimo. Idem de *d* creditore dicendum eſt, qui in re hypothe-
cata theſaurum inuenit, vt dimidia pars ad ipſum, & altera
ad debitorem pertineat, nec ſoluto debito, integrum theſau-
rum debitori reſtituere tenetur, quia non iure creditoris, ſed
inuentoris, habet, & alteram dimidiam partem interim reti-
nere poterit, donec ei integrè de debito ſatisfiat, d. l. ſi is, qui in
9 aliena §. fin. ff. eod III Aut quis inuenit theſaurum in loco pu-
blico fiſcali, Cæſaris, vel Ciuitatis, & quoque diſtinguitur. Aut
data ad hoc opera licita quis reperit theſaurum, & inuentori
nihil acquiritur, ſed totus efficitur ipſius Cæſaris, ciuitatis, &
illorum, & quorum eſt locus publicus. Aut caſu fortuito, &
tunc dimidia pars ſit inuentoris, & altera fiſci, vt hic & l. 3. §.
finali, de iure fiſci, & d. cap. in fin. quæ ſint reg in vſibus feud.
Idem hodie dicendũ eſt de theſauro in loco religioſo, & mo-
numentis reperto, per text. in d. l. 3. §. fi. Nec obſtat tex. noſter
hic in princip. vbi Imperator conſiderauit naturalem æqui-
tatem, quæ id, quod in nullius bonis eſt, occupanti concedit,
d. §. feræ, ſupra eodem, & theſaurus inuentus in loco religio-
ſo, dicitur repertus in loco, qui in nullius bonis eſt, §. nullius
ſupra eodem. Sed ſecundum iuris ciuilis rigorem, locus ſacer
vel religioſus dicitur eſſe Cæſaris, vel Reipubl. ideò in dict.
l. 3. §. finali, ſtatuitur, vt dimidia Cæſari, vel fiſco reſtituatur.
Sed

ADDITIONES.

a *Vide Caſſ. in Cõſuet. Burg. tit. 1. de iuſt §. 1. in verb.* teutes eſpaues, *vbi etiam in theſauro diſtinguit: in pecunia verò ſequitur hanc deciſionem, veluti ſi vendita veſtis, cui nummi poſt reperiuntur inſuti. Subinde diſputat quid in vaſallo, creditore, vſufructuario, repertorius, numero 12. 13. & 14. cum multis ſeqq.*

b *Vaſallo, & emphyteuta cedit theſaurus in fundo feudali vel in emphyteuticario repertus, vt hic. Quid ſi certis ac iuſtis de cauſis feudo manus iniecta ſit per dominum, an pendente prehenſione feudi, theſaurus domini directi fuerit, quaſi ii videatur, & tunc vtilis eſſe dominus Minime. Vaſallus enim pendente etiam prehenſione feudi, vtile dominium feudi habet poteſtque de eo libere diſponere: vt de modo huius §. & l. vnica, C. de theſaur. diſpoſitio pertineat ad ipſum vaſallum, qui pendẽte prehenſione fructus amittit, at non contra theſaurum, qui (vt ante dictum eſt) non eſt fructus fundi: finita verò prehenſione patronus theſaurum reſtituere vaſallo debet.*

c *Fructuario theſaurum in fundo fructuario inuentum cedere negat Boer. deciſ. 224. nu. 9. per l. diuortio, § ſi fundum, ff. ſoluto matrimonio.*

d *Creditori quemadmodum cedat theſaurus inuentus in fundo ei pignorato.*

Sed cum hodie loca ſacra,& religioſa dicantur in dominio ſu
perioris Eccleſiæ,vt not.in c.1.de ſcot & re iu.in 6.Ideo DD.
concludunt,dimidiam prælato, & dimidiam inuentori tribuē
dam eſſe, De quo vide poſt alios Porc.hic. Et notādum quod
a dicitur in d.l.3.§.fi.quod deferre *a* ſe nemo cogitur, qui the-
ſaurum inuenerit,niſi ex eo, pars fiſco debeatur. Qui autem
in loco fiſci theſaurum inuenerit, & partem ad fiſcum perti-
nentem ſuppreſſerit,totum cum altero tanto ſoluere cogitur.
De iure Saxon.eſt tex.in art.35.libr.3. Quod omnes theſauri
profundius in terram defoſſi, quam inter arandum vomer in
greditur pertineāt ad fiſcum, ideſt, ad fiſcum, vel ſuperiorem
dominum,quem tex.in gl.plerique alij intelligunt,& reſtrin-
b gunt *b* vt procedat ſecundum diſpoſitionem iuris communis
videlicet, quando eſt inuentus in loco publico, vel Imperato-
ris, vel ſi arte magica repertus: ſecus ſi ſit inuentus in loco
priuato, vt poſt glo.admonet ibi additio.

ADDITIONES.

a *Adde titulum de iis qui ſe deferant.*
b *Immo intelligatur ſecundum verba de venis metallicis, & muneris quæ regalia pertinent: de theſauris vero cum hi nihil diſponatur, ius commune ſeruandum, ſecundum regulam, leg. ſi extraneus, de cond.cauſ.dat. & ita nouiſs. conſtitutum part 2. conſtit 53*

§. Per traditionem.

1 *Traditione conſequimur rerum dominia.*
2 *Regula*, Traditionibus, non nudis pactis dominia rerum transferuntur, *quomodo intelligenda.*
3 *Quæ ad traditionem requirantur.*

1 DEcimo octauo,per traditionem rei quoq;dominium iu-
re naturali acquiritur. Nihil enim tam conueniens eſt
naturali æquitati, quam voluntatem domini, volentis rem
ſuam in alium transferre,ratam habere, vt hic, & d.l.qua ra-
tione,§.hæ quoq,& l. traditio, ff.eod.& facit l in re.mandata,
2 C.mandati. Eſtq; vulgata regula iuris: *Traditionibus non nu-
dis pactis*, ideſt non nudis titulis *dominia rerum transferri*, l.
traditionibus C.de pact. Et ampliatur hæc concluſio. I. Siue
a traditio ſit vera,vt quia de manu in manum traditur res: ſiue
a ficta, vt quis ius fingit traditionē interueniſſe, quod multis
modis fit, vt in §.interdum, infra eodem dicetur. II. Amplia-
tur, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis, quo caſu inductio in
rei poſſeſſionem ſufficit,vt hic,& notatur in l.ſi me in vacuā,
ff.de acquir poſſeſ.III.Siue ipſe dominus per ſe tradat rē, ſiue
alius eius voluntate, d.le.qua ratione, § hæ quoq;ff.eod.& §.
3 ſeq.verſ.nihil,infra eodem. Pro limitatione autem notabitis
quod ad hoc, vt per traditionem dominia rerum transferan-
tur,plura ſunt neceſſaria 1. Vt tradens ſit dominus rei traditę,
vt hic in verb.à domino, & d.l.traditio, ff eod.Si enim nō eſt
dominus,non poteſt transferre dominium, quod non habet,
d.l.nemo plus iuris,ff.de re.iur.niſi tradatur ab alio, nomine,
& voluntate domini,d.l.qua ratione, §.hæ quoq; & §.vendi-
tæ,verſ.nihil,infra eod.2.Vt tradens, ſeu dominus habeant li-
beram adminiſtrationem ſuorum bonorum,& ſic habilis per
ſona ſit ad transferendum dominium: Furioſus enim, & pu-
pilus,idem prodigus,cui bonis interdictum eſt,dominium rei
traditæ in alium non transferunt,l.obligari,ff.de author.tut.l.
is,cui bonis,ff.de verb.oblig.3. Vt procedat titulus, ſeu cauſa
habilis ad translationem dominij, vt hic in fine. Nuda enim
traditio ſine cauſa dominium non transfert,d.l nunquam nu
da,ff.eod. idque ad differentiam commodati, & depoſiti, vbi
tradens ſperat ſe recepturum,nec ſunt tituli habiles ad tranſ-
ferendum dominium. 4. Quo res non ſit prohibita alienari,
vt res ſacra,§.ſacræ,ſup.eodem.Item fundus dotalis, l.fundus
dotalis,ff de fundo dotal. 5. Vt in venditione præcium, ſit ſo-
lutum,vt in §.ſequenti dicetur.6 Vt res ſit corporalis, vt hic.
b Nam in incorporalibus patientia *b* loco traditionis habetur,
ſicuti is dicitur tradidiſſe ſeruitutem, qui patitur me ire, age-
re,vti frui, &c.l quoties, 1.ff.de ſeruit.

ADDITIONES.

a *De fictis traditionibus vide §.interdum, infra eodem, leg.clauibus, ff.de contrahend. empt. Bartol. in l.traditionibus, Cod. de pact.*
b *Patientia in incorporalibus pro traditione habetur, l.penult.ff. de ſeruit. vbi Bart. notat in libello diſertis verbis, ſcientiam; & patientiam aduerſarij inſerendam, & articulandam eſſe, quod videlicet ea ſeruitute tanto tempore patiente, ſciente aduerſario vſus ſit.*

§. Venditæ.

1 *Emptione, & ſecuta traditione dominium acquiritur.*
2 *In emptione non transfertur dominium, niſi ſoluto pretio.*
3 *Emptio a reliquis cauſis, ſeu titulis in quo differat.*
4 *Regula:* Paria ſunt precium ſolui,& aliter ſatis fieri, *Quomodo intelligenda.*
5 *Quotupliciter venditor fidem de pretio habere dicatur.*

1 DEcimonono, per emptionem, & ſecutam venditionem
quoq.de iure naturali dominum acquiritur, ſicut inter
contractus iuris gentium enumeratur,vt le.ex hoc iure, ff.de
2 inſt.& iure.Non tamen aliter, niſi pretium venditori ſit ſolu
tum, aut per fideiuſſores, vel pignora ſatisfactum, vel niſi fi-
a des,de pretio a venditure *a* habita fuerit,vt hic,& l quod ven-
b dendi, & l.vt res,ff.de contrah.empt. *b* Et in hoc differt empt.
à reliq.cauſis,ſeu titulis, quod in ea non transfertur rei vendi
3 tæ dominium,vtcunq.res tradita ſit,niſi ſolutum ſit pretium,
vel alio modo ſatisfactum. In alijs verò cauſis,vt donationis,
& ſimilibus, is qui tradit, ſtatim dominium, in accipientem
transfert. Vnde ſi venditor, quaſi mox pretium accepturus,
emptori rem tradiderit, & is venditori non ſatisfaciat, rem
c venditam vendicare, vel in ſidum traditam loco *c* pignoris
retinere poteſt, donec pretium ſoluat,l.Iulian. §.offerri, ff.de
4 actio.empt.Item nota ex tex Quod paria ſunt,pretium ſolui,
vel aliter ſatisfieri,quod eſt verum,ſi venditor cōſentiat: nam
aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, leg.2.§.1.ff.ſi
cert.pet. Et quando venditor fidem habuit de precio,ſi poſtea
non ſoluatur illud ab emptore, tunc rem venditam, vt ſuam
vindicare non poteſt, quia tranſtulit dominium in emptorē,
habita fide de precio,vt hic: & rei vendicatio tantum domi-
no competit l in rem, ff.de rei vend Sed habet tantum actio-
nem perſonalem ex vendito contra emptorem, vt precium
ſoluat, text.eſt ſingularis in l.inciuile, C de rei vend.d.l.Iulia,
§ ex venditor, ff.de act empt. Et dupliciter fidem de precio
5 venditor habere dicitur. I. Quando certum *d* terminum ſta-
d tuit ſolutioni. Nam tunc transfert dominium etiam, ſi dicat:
*Confido de te vſq; ad decem dies, ab inde non habeo fidem de
precio*,vt gloſ.ibidem.& ibi Cin.Bald. & Sal.c.in d.l.inciuile,re-
probata opin.Ioan.Gloſſatoris,hic,in verbo, fidem. II Quan-
do rem ſimpliciter tradit emptori, nam in dubio videtur ſe-
qui fidem emptoris, niſi contrarium appareat, quia fortè di-
cit emptor ſe habere præſentem pecuniam, ſecundum gloſ.
in d.l.inciuile, & hic in d.verb. fidem. Ideò Doct. hic diſtin-
guunt. Aut venditor permiſit rem exportari, non miſſu nun-
cio cum re,& videtur fidem emptoris ſequi. Aut non permi-
ſit rem exportari, vel nuncium vna miſit, & non intelligitur
eius fidem ſequi. Ideò nec transfert in eum dominium, de
quo vide hic Angel.& DD.in d.leg.in ciuile.

ADDITIONES.

a *Impropriè enim pignus dicitur res ſua, l.neque pignus, ff.de regulis iuris.*
b *L.5.§ ſed ſi dedi,vbi gloſ.& Bart. ff.de tributor actio.*
c *Qui fidem habere p teſt de precio: Nec enim omnis qui vendit fidem de precio habere poteſt,quod in procuratore fiſci, tutore, curatore,& ſimilib. apparet, l ſi procurator,ff de iure fiſci, l procuratoris, §.ſed ſi dedi,ff tribut.l.a Diuo, §.ſed ſi emptor,ff.de re iud.*
d *Fidem emptoris ſequi venditor intelligitur, ſi diem ſoluendi precij ei præſtituit,l.ea lege,C.de pact inter empt. & vend gl.in l.inciuile,C.de rei vendic. quod non obtineat, ſi l.commiſſoria res vendita ſi lege commiſſoria, C.de pact.inter emptor.*

§. Interdum.

1 *Non ſolum per veram,ſed etiam per fictam traditionem,nuda voluntate, ſeu patientia domini, transfertur dominium.*

1 VIceſimo,non ſolum per veram,ſed etiam per fictam tra-
ditionem,nuda voluntate,ſeu patientia domini transfer-
tur dominium. Veluti ſi rem, quam tibi aliquis commodaue-
rit aut locauerit poſtea vendiderit tibi aut donauerit, quam-
uis ex ea cauſa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipſo, quod
patitur tuam eſſe ſtatim tibi acquiritur proprietas, & ſic tra-
ditio facta ea titulo inhabili præcedente, iungitur cum titulo
habili ſubſequente. Ita vt dimiſſio, ſeu patientia, etiam in re-
bus corporalibus loco traditionis habeantur,vt hic, & d.l.qua
ratione,§.interdum, ff.eodem.

§. Item

§. Item ſi quis.

1 *An traditione clauium transferatur dominium.*
2 *Regula*, Quod per fictam traditionem dominium transfera-
tur. *quomodo intelligenda.*

1 VIceſimoprimo, traditione clauiũ domus, vel horrei, vbi
merces venditæ reconditæ ſunt, iure naturali dominiũ
rerum venditarum transfertur, vt hic, & d.l. qua ratione, §. itẽ
ſi quis, ff. eod. & l. clauibus, ff de contrah. empt. quòd eſt verũ,
ſi fiat in conſpectu domus, vel horrei, licet quis nõ aperiat, d.
a l. clauibus. *a* Item ſi procedat iuſta, ſeu habilis cauſa ad tranſ-
ferendum dominium, vt emptio, donatio, vel ſimilis. Secus ſi
ex cauſa cuſtodiæ, quia tunc clauium traditio nihil operatur,
niſi cuſtodiæ ſignificationẽ, vt in l. cum pater, §. pater plurib.
ff. de leg. 2. vbi gl. in verb. cuſtodiæ, notat: Quod in dubio tra-
ditio clauium præſumitur facta cauſa cuſtodiæ, niſi titulus ha
bilis ad translationem dominij præceſſerit, ſecundũ Bart. ibi,
Sic etiã per traditionem fræni, vel capiſtri, equus videtur tra-
2 ditus, ſecũdum gl. hic in verbo transfert. Et hæc regula, quòd
per fictam traditionem dominium transferatur, pluribus mo
dis ampliatur. Nam per traditionem inſtrumenti, transfertur
dominium rei, vel nominis in inſtrumento contenti, nec ſola
charta donata, aut vendita intelligitur, l. 1. & ibi Bart. C. de do
nat. Item per appoſitionem cuſtodis, veluti ſi aceruum ligno-
rum emero, & venditor eum me tollere iuſſerit, ſimulatq; cu-
ſtodia á me poſita fuerit, traditus cenſetur, l. quarumdã, ff. de
b acquir. poſſ. Item per ſignationem *b* rei, ſi emptor res emptas
conſignet, l. quod ſi neque, in fi. ff. de pericul. & comm. rei vẽ-
dit. Niſi fuerit facta ſignatio, ne aliud ſubmittatur, l. 1. §. ſi do-
lum, ff de peric. & commo. rei venditæ. Item per ſolum aſpe-
ctum, præcedente titulo habili, transfertur dominium, l. quod
meo, §. ſi venditorem. ff. de acquir. poſſ. Item ſi venditor con-
ſtituat ſe rem venditam nomine emptoris poſſidere: nam per
conſtitutum dominium transfertur, d.l quod meo, in princ.
de quo latius vide poſt gloſ. DD. hic.

ADDITIONES.

a *Idem in donatione Geradæ, & ſimilibus quæ inter viuos rectè*
donantur ſeruari ſolet, vt in conſpectu rei, & coram Notario,
de hoc inſtrumento confecturo claues donatario tradantur. cõſt.
14. part. 2.
b *Signatura, ſciſſura, & ſigilli appoſitione dominij translatio in-*
ducitur. Rom. ſing. 281.

§ Hoc amplius, iuncto §. Qua ratione.

1 *Apprehenſione miſſilium acquiritur dominium.*
2 *Apprehenſione res pro derelicto habita dominium quæritur.*
3 *Res pro derelicto, quæ habeatur.*

1 VIceſimoſecundo, proiectione *a* miſſilium in vulgus, trãſ-
a fertur dominium in *b* accipientem. Romani enim Prin
b cipes, & Conſules, qui diuitijs abundabant, & auram popula-
rem captabant, liberalitatis gratia ſoluebant ſpargere miſſilia.
Sicut, & hodie in electione Papæ, & Imper. fieri ſolet, & tunc
proijciens vult, vt illud, quod quiſque apprehendit, fiat acci-
pientis, vt hic, & d.l. qua ratione, § hoc amplius, ff. eodem.
2 Viceſimotertio, apprehendens rem, pro derelicto, habitam
eius dominium acquirit, vt hic, & d.l. 1. & l. id quod, ff. pro de-
3 relicto Habetur autem pro derelicto, quod dominus ea mẽ-
c te abiecit, vt id numero ſuarum rerum eſſe *c* nolit, & ita ſta-
tim eius rei dominus eſſe deſinit, nil mirum igitur, vt natura-
li ratione occupãti concedatur, per regulam d. §. fere, ſup. eod.
Et ampliatur hic modus procedere, non ſolum in rebus mo-
bilibus, quæ abijci poſſunt, vt videtur hic colligi, ex verb. abie-
cerit, ſed etiam in rebus immobilibus, vt ſi quis domum, vel
agrum ita derelinquat, vt in bonis ſuis amplius eſſe nolit, ſe-
cundum gl. hic, in verb. deſinit, & gl. in d.l. 1. ſup. verb. deſinit, ff.
pro derelicto.

ADDITIONES.

a *De miſſilibus, adde l. ſi id quod, §. id quod, ff. pro derelicto. No-*
uellam de Conſulibus §. hæc itaque.
b *Et quidem incertam perſonam, quod fieri poteſt. Secus in lega-*
to, §. incertis, infra, de legatis.
c *quæ voluntas debeat eſſe vera, vel præſumpta. Nouell. 22. §. &*
multo potius.

§. Finalis.

1 *Apprehendens res nauis leuandæ cauſa in tempeſtate proiectas*
non acquirit earum dominium,
2 *Eas res animo lucrandi auferens, furtum committit.*
3 *Res incendij cauſa proiectas auferens, furti tenetur.*
4 *Pœna ſurripientis res naufragorum.*
5 *Damnum, quod leuandæ nauis, & incendij cauſa ſentitur, com-*
mune, eſt omnium, qui in naui ſunt, & in vicinia habitant.
6 *Inueniens res amiſſas in publico, & eas animo lucrandi reti-*
nens, furtum committit.
7 *An inuentionis præmium debeatur inuentori.*

1 EX hoc §. primo notabitis, quod apprehendens res in tem-
peſtate, nauis leuandæ cauſa proiectas, non acquirit earũ
dominium Nec enim eo animo eijciuntur, vt quis eas habe-
re nolit, ſed vt mortis periculum effugiat: ideò vbicumque
ſunt, manent ipſorum dominorum, & qui eas animo lucrãdi
abſtulerit, furtum committit, vt hic, & l. qua ratione, § fin. ff.
2 eod. Eadem ratione, & is qui incendij cauſa res proiectas lu-
cri faciendi cauſa aufert, furti tenetur, l. 1 ff. de incendio, rui-
na, & naufragio, & in l. eum, C. de furtis. Ita vt ad quadruplũ
3 infra annum, poſt annũ verò ad ſimplum teneatur, d.l. 1. & d.
a l in eum. Et hodie *a* de iure Auth. pęna ſurripientium res nau
fragorum eſt aucta, ita vt omnia ipſorum bona confiſcentur,
non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium. Auth. Na-
4 uigia, C. de furtis. Et quando res, leuandæ nauis cauſa eiectæ,
perierint, commune erit omnium, qui in naui fuerunt, dam-
num, & omnium contributione reſarciatur illud detrimentũ
l. 2. in princ. iuncto §. æquiſſimum, ad leg. Rhod de iactu. Cu-
ius legis maxima eſt æquitas, & per eam decidit ibi Vvilhel-
5 mus de Cuneo. Quod ſi tempore incendij domus aliqua de-
ſtructa ſit, ne totam viciniam ignis conſumeret, tunc illud dã-
num omnibus vicinis commune eſſe debet, de quo Bart. in d.
§. æquiſſimum.
6 Secundò notabitis, quod apprehendens res quas viator de
curru, vel alias caſu amittit, earum non fit dominus, ſed ani-
mo lucrandi retinens, furtũ committit, vt hic, & l. falſus cre-
ditur, §. qui alienum, ff. de furtis Qui enim inuẽtum non red-
dit, furtum committit, cap. ſi quid inueniſti, 14 q. 5. ſiue quia
ſciat cuius ſit, ſiue ignoret, d. §. qui alienum. Ad hoc igitur, vt
inuentor pęnam furti euitet, debet proponere publicè libel-
lum, aut ex ſuggeſto publico facere proclamari, ſe talem rem
inueniſſe, & reſtitutum ei, qui ſuum id eſſe certis quibuſdam
ſignis, atque indicijs demonſtrare poſſit, & ſi deinde non ap-
pareat, qui inuentum ſuum aſſerat, cenſent DD. inuentorem,
b *b* ſi pauper eſt, rem inuentam retinere poſſe: ſi verò diues ſit,
7 tunc pauperibus eam diſtribuendam eſſe ſtatuunt, de quo vi-
de poſt text. Bart. & alios, in d. § qui alienum Et DD. hic, qui
ſubijciunt. An dominus teneatur inuentori dare pręmium in-
uentionis, & diſtinguunt. At res eſt iam inuenta, & non debe-
c tur præmium, ſed gratis tenetur reſtituere. Aut non *c* eſt in-
uenta, & pro re inuenienda, ſeu opera rei conquirendæ cauſa
adhibita, licitum eſt præmium accipere, ſecundum DD. hic,
poſt Bart. in d. §. qui alienum. Et de hac materia, vide de iure
Saxon. text. & gloſ. in art. 37. lib. 2.

ADDITIONES.

a *Pœna rem ſubtrahentis naufragio facto, eſt de iure ciuili ordi-*
naria, l. de ſubmerſis, C. de naufrag. l. 4. §. 1. verb. & omnino, ff.
de incendio, ruina, & naufrag De quo plura vide apud Fran-
ciſcum de Marchis, q. 889. In his cauſis leuato velo, id eſt, de
plano procedendum, d.l. de ſubuerſis, vide Maiocragium 2.
Miſcellaneorum, 13. Alciatum, 4. de verb. ſignif. Menoch. 2. de
arbitr. iud. caſu 297.
b *Hoſt. tit. de pœnit. §. quæ pena, verſ. ſi quis inuenerit.*
c *Vide l. idem, § ſi tibi iudicium, ff. de condict. ob turpem cau-*
ſam.

DE REBVS CORPORALIBVS, & incorporalibus.

TITVLVS II.

1 *Vnde tranſcriptus hic titulus, & quid contineat.*
2 *Quæ res dicantur corporales.*
3 *Quæ incorporales.*
4 *Obligationes, actiones, ſeruitutes, & hæreditas, res incorpora-*
les.
5 *Iura incorporalia, quæ dicantur.*
6 *Circa quid verſetur totum ius.*
7 *Res corporales ab incorporalibus, quomodo differant.*

Totu

1 TOtus hic titulus tranſcriptus eſt ex leg. 1 §.fi. ff.de
rerum diuiſ. & continet aliam diuiſionem rerũ,
quæ planè generalis eſt, & nihil non includit, ac
omnes alias diuiſiones rerum, de quibus hacte-
nus dictum eſt, comprehendit, videlicet, quod
omnes res, aut ſunt corporales, aut incorporales. Corporales
2 dicuntur, quæ ſimul videri, & tangi poſſunt, & ita per actus
corporeos, viſum, ſ. & tactum, cognoſcuntur, & deprehendũ-
tur. Vt homo, equus fundus, &c. Et dicitur, *quæ tangi poſſunt*,
ſ. potentia, non ſemper tamen actu nam, & ea, quæ ſunt in
a profundo maris, vel infixa *a* cęlo corporalia rectè dicuntur,
licet actu nemo ea tangere poſſit, ſui tamen natura, & po-
tentia, tanquam ſubſtãtialia, tangibilia ſunt. Incorporales ve-
rò res è contra dicuntur, quæ manibus tangi, & oculis vide-
3 ri, vel deprehendi non poſſunt, ſed in iure conſiſtunt, & ſola
animi cogitatione, & intellectu percipiuntur, vt ſunt Obliga-
b tiones. Actiones, Seruitutes, Hæreditates. *b* &c. Licet enim in
hæreditate res corporales contineantur, & fructus, qui ex fun
4 do ab vſufructuario percipiuntur, corporales ſint, & id quod
ex obligatione nobis debetur plerumque corporales, ſit tamẽ
illud ipſum ius ſucceſſionis, ſicut ipſum ius vtendi, & fruendi,
& ius obligationis, incorporale eſt, vt hic & d.l. 1. ff. de rerum
5 diuiſ. Et ideo incorporalia dicuntur iura, ſeu in iure conſiſtere,
6 quia per notitiam animi habentur, & per ius ciuile creantur,
7 ſubſtantiantur, & nominantur, ſecundum Fab. & Angel. hic.
c Differunt autem *c* res incorporales ab incorporalibus.

Primo, quod incorporales tangi, & videri nequeunt.

Secundo, quod corporales, vere, & propriè traduntur, §. per
traditionem, ſup tit. præced. Incorporales vero quaſi tradun-
tur, & patiẽtia locũ traditionis habetur, l. quoties, 2. ff. de ſeru.

d Tertiò, quod corporalia verè *d* poſſidentur, l. 1. & 3. in prin-
cip. ff. de acquir poſſeſ. Incorporalia quaſi poſſidentur, l. ſequi-
tur, § ſi viam, ff. de vſucap.

Quarto, differunt in tempore præſcribendi. Corporalia e-
nim præſcribuntur longo tempore, vt inſ de vſucap. Incorpo-
ralia vero, quæ habent cauſam diſcontinuam non præſcribun-
tur, niſi tanto tempore, cuius initij memoria non exſtat, vt in
tit. ſequ dicetur

Quinto, pro rebus corporalibus datur rei vindicatio §. om-
nium, inſ. de act. Pro iuribus verò, & rebus incorporalib. con-
feſſoria, & negatoria competunt, § æquè, inſ de act. vbi in ſi.
Platea ſubijci, in quibus conueniant, & differant corporalia,
& incorporalia, quem ibi videte.

ADDITIONES.

a *Vt ſtella planeta; Eius generis ſunt res montibus occultata, 5.
Gel 15.*

b *Hæreditas igitur non eſt pecunia, fundus, ager, aut quid tale
corporeum, ſed ſucceſſio l. nihil, ff. de verb. ſignif. id eſt, ius ſuc-
cedendi.*

c *Quid? ſeruitutes hoc ipſo, quid iure ſint, & res incorporales ſũt
ne a rebus corporalibus diſtincta, vt neque ſint res mobiles, vel
immobiles? Planè incorporalibus adnumerantur, quod immobi-
libus adhæreant, gloſ in l. 1. C. de vſucap. transform. facit, l. ſi
pecunia, §. ſimili modo, ff. de rebus eorum.*

d *De poſſeſſione corporalium, & quaſi poſſeſſione incorporalium,
vide infra, tit. de interdict. § poſſidere*

a DE SERVITVTIBVS *a* RVSTICORVM,
& Vrbanorum prædiorum.

TITVLVS III.

In Rubricam, & principium Tituli.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Concordantes Rubrica.*
3 *Variæ ſpecies ſeruitutes.*
4 *Qualibet res præſumitur libera, niſi ſeruitus ĩpoſita probetur.*
5 *Realis ſeruitus quare ſic dicatur.*
6 *Realis ſeruitus, alia vrbana, alia ruſtica.*
7 *Prædia vrbana, & ruſtica quæ.*
8 *Vt cognoſcatur, an ſeruitus ſit ruſtica, vel vrbana, quæ conſi-
derentur.*
9 *Alia generalis diuiſio ſeruitutum in nominatas, & innomi-
natas.*
10 *Seruitutes ruſticorum prædiorum explicantur.*
11 *Seruitus itineris.*
12 *Latitudo itineris de iure cõi nõ eſt determinata, ſed iure Sax.*
13 *Si conceſſum eſt iter per fundũ, per quem locũ fundi liceat ire.*
14 *Seruitute in fundo conſtituta, an liceat domino fundi ſeruien-
tis aliquid ibi ædificare, per quod impediatur ſeruitus.*
15 *Pro defenſione iurium incorporalium, vim vi repellere licet.*
16 *Seruitus actus.*
17 *Actus vnde dictus, & in quibus actus, & iter conueniant.*
18 *Latitudo actus.*
19 *Seruitus viæ.*
20 *Quando alicui conceditur tranſitus, intelligitur modeſtè, &
honeſtè.*
21 *Differt hæc ſeruitus à prioribus.*
22 *Latitudo viæ.*
23 *Si nobili ſit a Principe conceſſum caſtrum cum ſuis pertinen-
tijs, mero, & mixto imperio, & omnibus iuriſdictionibus, an
intelligatur, via conceſſa.*
24 *Aquæductus quid.*
25 *Ducens aquam per fundum alienum, tenetur ſuis ſumptibus
reficere, fiſtulas, & alia inſtrumenta.*
26 *An facultas ducendi aquam pluribus concedi poſſit.*
27 *Aquæ hauſtus quid, & vt talis ſeruitus conſtituatur; quæ re-
quirantur.*
28 *Seruitus paſcendi quæ.*
29 *Loca paſcua, quæ dicantur.*
30 *Pecoris appellatione quid veniat.*
31 *Regulariter quis prohibetur paſcere animalia in agro alieno,
niſi habeat ſeruitutem conſtitutam, vel præſcriptam, & ea
ita uti debet, vt in conſtitutione contentum eſt.*
32 *Si pro certo numero pecoris ſuit conceſſa ſeruitus pecoris ad
aquam appulſus, an a domino prohiberi poſſit, ne amplior
numerus ad aquam appellatur.*
33 *An dominus prædij ſeruientis, poſſit loca, in quibus debet alte-
ri ſeruitutem paſcendi mutare, & reducere ad culturam
inuito domino prædij dominantis.*
34 *An proprietarius inuito vſufructuario poſſit fundo ſeruitutem
imponere, ex quo conditio vſufructuarij deterior fiat.*
35 *An dominus prædij ſeruientis, reducens paſcua ad culturam,
& mutans faciem fundi ſeruientis, poſſit cogi ad reducen-
dum prædium ad priſtinam formam, vel an tantum ad inte-
reſſe teneatur.*
36 *Paſcuum duplex, priuatum, & publicum.*
37 *Priuatum quid.*
38 *De iure Saxonico nemini licet ſegregatim ſua pecora paſcere,
niſi habeat tres manſos.*
39 *Publicum quid.*
40 *An publicus paſtor, cui cuſtodia pecorum demandata eſt, ſi
aliquid amiſerit, teneatur ad eius ſolutionem.*
41 *Qui habet ſeruitutem paſcendi, an debeat uti paſcuis cum
pecoribus morboſis.*
42 *Mulier inhoneſta, an poſſit à vicinis expelli.*

1 COntinuatio huius tituli patet ex fine tituli pręcedẽ
tis, vbi Imperator inter res incorporales refert ſer-
uitutes vrbanorũ, & ruſticorum prædiorum, quas
in hoc tit. declarat, qui habet concordantes Rubri
2 cas, in tit. de ſeru. tit. generali, cũ aliquo tit. ſeq. & in C. de ſeru.
a & aq. *a* Et de actionib. quæ pro huiuſmodi ſeruitutibus cõpe-
tunt, traditur in § æquè, infr. de Actio. Ad intellectum igitur
iſtius tituli pręmittendũ poſt gl. in verb iura, & in l. 1. ff. de ſer-
uit. Paul. de Caſt. ſuper Rubr. ff. eodem, & Cep. in tract. ſerui-
tutũ in 1. 2. & 3. cap. varias eſſe ſpecies ſeruitutis. Quædam. n.
dicitur ſeruitus merè perſonalis, quæ ſcilicet à perſona perſo-
nę debetur, vt eſt io hominibus ſeruilis condicionis ſeu ſtatus,
qui coguntur dominis ſuis ſeruire. Et de hac ſpecie ſeruitu-
b tis hic non tractatur, ſed ſup. *b* in tit. de iure perſon. & ff. de
ſtatu homi. Quædam eſt ſeruitus, quæ a perſona rei debetur,
vt quando perſona cogitur aſſiſtere certo cuidam loco, ſecũ-
dum Porcium hic, & cui obnuxij ſunt hi quibus teſtamento
relicta eſt hæreditas ea lege, vt ſtatuto tempore lucernam ac-
cendant ad mõnuměta, & ſolemnia mortis peragant, l. Mçuia
ff. de manu. Vel vt cuſtodiam templi commiſſam habeant, l.
ſeruos, ff. de alim. & cib leg. Et de hac ſeruitute quoque hic
non agitur. Quædam eſt ſeruitus, de qua hic præſens, & duo
ſeq tit. loquentur, quæ in genere dicitur ius, quod habemus
in re alterius, vt in is patiatur aliquid in ſua re fieri, aut ipſe
non faciat aliquid in re propria, l. quoties, 1. §. fin. ff. de ſeruit.
4 Qualibet enim res *c* præſumitur libera, niſi ſeruitus impoſi-
c ta probetur, l altius, C. de ſeruit. & aqua. Et iſtius ſeruitutis,
de qua

ADDITIONES.

a *De ſeruitutibus pleniſſime ſcripſerũt Cepolla, & Coraſius. Ad-
de Conanum 4. Comment. cap. 7. 8. 9. 10, 11. & 12.*

b *Non tamẽ ea ſeruitus a ſeruiendo dicitur, ſed a ſeruando, quod
homines in bello capi, & per hoc ſeruari, nec occidi ſolent.*

c *Res qualibet præſumitur allodialis. & libera, non feudalis, aut
emphyteutica, & ſic non ſeruiens. De qua præſumptione, vide
Alc. 2. præſumptionum 3. Et quid res allodialis, vide Guido-
nem Papam, q. 112. & 560. Myn ſing. 5. Obſeru. 25.*

de qua agitur, duæ ſunt ſpecies principales. Quædam enim dicitur ſeruitus perſonalis ſimpliciter, ſec. Iuriſc. in d. l. 1. ff. de ſeruit. quando ſcilicet res immediatè ſeruit perſonæ, vt vſuſfructus, vſus, & habitatio, quæ dicuntur perſonales, à perſona, quæ in illa dominantur, & cum tali perſona, quæ habet illud ius, extinguitur ſeruitus, & hanc ſpeciem ſeruitutis Doctores mixtam appellant, ad differentiam merè perſonalis, de qua in tit. de iure perſon. dictum eſt. Quędam verò dicitur ſeruitus merè realis, quæ ſec. Bart. & Paul. de Caſtr. in d. l. 1. eſt ius in re aliena, quod per ſe non ſtat, nec perſonam reſpicit, ſed cohęret prędio dominanti actiuè, & ſeruienti paſſiuè, augens vtilitatem prædij dominantis, & diminuens vtilitatem, & libertatem prædij ſeruientis. Et triplici ratione dicitur realis, ſec. Iaſ. in d. §. æquè, num. 19. inſ. de actio. I. Quia à re 5 *a* rei a debetur, vel quòd res ſeruit rei, vt fundus vicino fundo, prædium alteri prædio. II. Quia ſine re, ſeu prædijs conſtitui non poteſt: nam ad hoc, vt huiuſmodi ſeruitus conſtituatur, & cõſiſtat, requiritur, aut prædium dominans, cui ſcilicet acquiritur, & debetur ſeruitus. Aut prædium ſeruiens, cui imponitur ſeruitus, & quod cogitur pati, ferre, & præſtare ſeruitutem, l. 1. in fin. ff. comm. præd. & §. ideò, infr. eodem. III. Quia talis ſeruitus non ſequitur perſonam, ſed ipſas res, ſeu prædia, & adeo rebus inhæret, vt etiam perſona ſublata, non tamen extinguatur, aut tollatur ſeruitus, ſed ad quemcumque iſta prędia perueniunt, eum quoque ſeruitus realis concomitatur, l. via conſtitui, §. ſi fundus, ff. de ſeru. ruſtic. præd. & de tali ſeruitute reali hic tractatur.

Quotuplex eſt ſeruitus realis?

6 Duplex: vrbana, & ruſtica, ſicut prædiorum alia ſunt vrbana, alia ruſtica. Vrbana dicitur ſeruitus, quæ debetur vrbanis prædijs, de quibus inf. in §. prædiorum, dicetur. Ruſtica verò, 7 quæ ruſticis prædijs debetur, de quibus hic in princ. Dicuntur autem prædia vrbana, ædificia gratia inhabitandi facta, & hominum vſui, & habitationi deſtinata, ſiue in opido, ſeu vrbe, ſiue extra vrbẽ in rure, vel villa poſita ſint. Ruſtica verò prædia ſunt, ipſi agri vel fundi, item ædificia, quę ſunt ſtructa pro rebus, quæ in rei ruſticæ fructu ſunt, & quæ pecorum, vel fructuum percipiendorum, & reponendorum gratia facta ſunt, ſiue ſint in vrbe, ſiue extra vrbe. Vrbana enim, & ruſtica prædia nõ locus, ſed materia facit, l. 1. §. vrbana prædia, ff. de verb. ſignific. Ad hoc autem, vt cognoſcatur, an ſit ſeruitus vrbana, ſeu ruſtica, inſpicitur qualitas prædij, cui ſeruitus debetur, non eius, quod ſeruitutem debet. Et denominatur ſeruitus à prædio dominante, tamquam a digniori, ſecund. gl. & ibi D. in 8 l. 1. in verbo, alia, ff. de ſeru. vrb. præd. Vnde licet via ſit ſeruitus ruſtica, tamen ſi debetur per fundum tuum domui meæ, dicetur vrbana ſeruitus, ſecund. gloſ. in l. pater, in verbo, plenum, ff. de ſeru. legat. de quo vide Iaſ. in §. æquè, nu. 23. inſr. de actio. Cepol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 11. num. 10. Omnium b autem iſtarum ſeruitutum in hoc eadem eſt *b* natura, vt quis, vel patiatur aliquid in ſuo fieri, videlicet, vt licet mihi ire per tuum fundum, item quòd poſſum mittere tignum in parietẽ vicini: vel, vt quis etiam in ſuo non faciat aliquid, veluti, vt non altius tollat ædes ſuas, de quo Cepol. in tit. de ſeru. vrban. præd. ca. 12. Sic etiam in hoc conueniunt, quòd eodem modo conſtituũtur, præſcribuntur, acquiruntur, amittuntur, tam ruſticæ, quàm vrbanæ ſeruitutes. Et eædem actiones, quæ pro ſeruitutibus ruſticis introductæ ſunt, pro ſeruitutibus etiam vrban. præd. competunt, d. § ęquè, inf. de action. Item prætermit- c tenda alia *c* quædam generalis diuiſio ſeruitutum, ſecund. gl. in l. 1. in verbo, computanda, & ibi Bart. & Paul. de Caſt. ff. de 9 ſeru. ruſt. præd. Cinus, & Bald. in Rubr. C. de vſufructu. Quæ- d dam ſunt ſeruitutes *d* nominatæ, quæ reperiũtur habere proprium nomen à iure inuentum, vt Iter, Via, Aquęductus, &c. Quædam verò innominatæ quæ non habent ſpeciale, & proprium nomen à iure eius attributum, ſed aliàs cõſtituitur aliquid, quòd poſſit fieri in prædio alieno, quod de iure non poterat, veluti facere feneſtram in muro vicini, vel quod dominus non poſſit facere in prædio ſuo, quod aliàs de iure poterat veluti, ſi promittis non facere feneſtram in tuo pariete, vt declarat Cep. in tit. de ſeru. vrb. præd. cap. 9. ad ſimilitudinem contractuum nominatorum, & innominatorum, de quibus in l. iuris gentium, ff. de pact.

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRÆDIORVM.

10 Imperator hic in princ. ſeruitutes ruſticas recenſet, tamquam frequentiores, quamuis ſint multo plures, quarum ipſe nonnullas in §. inter, inſr. eod. ſubijcit, de quibus eſt ſpecialis 11 titulus, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Prima autem *e* ſeruitus ruſti- e ca eſt. *f* ITER, quod eſt ius *g* eundi, ambulandi hominis, per f fundum vicini, non etiam *h* iumentum agendi nec vehicu- g lum ducendi, vt hic, & l. 1. ff. eo. veluti habebam ego fundum, h habebas, & tu fundum in propinquo: cum in meum ire vellem, opus mihi erat magno circuitu: pactus tecũ ſum, vt mihi iter concederes per tuum fundum, quæ via compendio ducebat in fundum meum: tu conceſſiſti iter, per hoc conſtitutum eſt ius reale eundi per tuum fundum ad meum, vt nedũ ſolus ire, ſed etiam cum ſocio ambulare mihi liceat, ſecũdum gl. ibi in d. l. 1. ff. eod. Item nedum pedes, ſed etiam eques, ita vt etiam lectica portari, & equo vehi paſſim per tuum fundum. Non autem iumentum agere, vel vehiculum ducere licet, d. l. 1. in princ. iũc. l. qui ſella, ff. eo. & vulgo dicitur: *Eym Fußſteig daruber mann pflegbt zugben vnd zurtten*, ſec. gloſ. iuris Sax. art. 22 lib. 1. Et latitudo itineris, de iure communi non eſt de- 12 terminata, ſed a partibus ſtatui, vel etiam ab arbitro, ſeu iudice determinari debet, l. certo generi, § latitudo, ff eodem. De iure Saxon. eſt text. *Vreichbild.* art. 130. *Daſſeyn ſteg ſoll haben in der vueite tret fuſſe breit.* Dubitatur autem circa hanc 13 ſeruitutem, ſi cõceſſum ſit iter per fundum, per quem locum fundi liceat ire. Et diſtinguitur per Paul. de Caſtr. poſt text. in d. l. certo generi, §. ſi totus, ff. eo. Aut à principio fuit inter me, & vicinum meum expreſſe conuentum, vt liceat mihi ire per quemlibet fundi partem, & tunc prout mihi placebit, ire poterio, & quoquo iter variare licet, l. nam ſatis §. ceterum, ff. quemadmodum ſeru. amitt. Aut ab initio certa pars fundi expreſſa eſt, & tunc non licet ire per aliam, ſed per locum deſignatum tantum. Seruitus enim ad certam partem fundi conſtitui poteſt, l. ad certam, ff. de ſeruit. Aut ſimpliciter promiſſa, aut legata eſt ſeruitus itineris, tunc licet deſtructo iure ita diffuſa ſit ſeruitus, vt ab initio omnes glebæ ipſius fundi ſeruiant, & per quamlibet eius partem rei liceat domino fundi dominantis, ciuili tamẽ modo vti debet: nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur, ne enim per medias vineas ire, vel agere ſinendus eſt, cum id ęquè commodè per alterã partem facere poſſit, & minore ſeruientis fundi detrimento. Ideò eligere debet is, cui ſic debetur ſeruitus, certum locum minus damnoſum, & facta electione non poteſt poſtea variare, vel mutare locum. Sin verò eligere nolit, tunc aſſumi debet arbiter, qui hoc dirimat, vel iudex eo officio determinabit locum & is locus tunc ſolus ſeruiet, reliquæ partes fundi liberæ erũt, d. l. certo generis. §. ſi totus, ff. eod. & l. ſi cui, ff. de ſeruit. & quæ ſemper ad hoc allegatur, quod verba conuentionum, & con- 14 tractuum ciuiliter, & non Iudaicè intelligi debent. Et ſeruitute ſic in fundo conſtituta: non licet domino fundi ſeruientis aliquid ibi ædificare, per quod impediatur ſeruitus, d. §. ſi totus, adeo quod ſi competat mihi ius eundi, vel alia ſeruitus in ſuo fundo, & ſim in vſu, ſeu quaſi poſſeſſione iſtius iuris, & tu facias ibi ſepem, vel murum, vt ſeruitute vti nequam, tunc propria etiam authoritate illud obſtaculum amouere, & murum, vel ſepem, pro tuenda quaſi poſſeſſione, deſtrue- 15 re poſſum. Cum, & pro *i* defenſione iurium incorporalium i vim vi repellere liceat, vt not. per Bar. in l. 1. § hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priuat. & per Angel. in d. §. æquè, in fi. infr. de actio. Sicut quis etiam propria authoritate, irrequiſito iudice id, quod in ſuo fundo per alium ædificatum eſt, deſtruere poteſt, l. quemadmodum, §. 1. ibi, *iure ſuo poſſe eũ interdicere*, ff. ad leg. Aquil. Bart. & Alex. de Imol. in leg. 1. § nunciatio, de

ADDITIONES.

a *Vide Cepollam tractatu vrbanarum ſeruitutum cap. 13. vbi probat ſeruitute, ſeu ius ſeruitutum conſiſtere in fundo.*

b *Vide Cepollam tractatu ſeruitutum vrbanarum.*

c *Adde aliam, quaſdam eſſe ſeruitutes diuiduas, quaſdam indiuiduas. Vide Cepollam, ibid. c. 10.*

d *De ſeruitutibus nominatis, vide Cepollam, ibid. c. 9.*

e *Imo. Iter non eſt ſeruitus, l. 2. §. 2. ff ſi ſeruit. vindic. Ibi loquitur de itinere fructuario conceſſo ex alieno prædio, quod ſeruitus ideo eſſe negatur, ne ſeruitus ſeruituti deberi videatur.*

f *Vide Cepollam tractatu ruſticorum præd. cap. 1. & Ioſephum, concluſ. 76.*

g *Ire dicimur ſoli, ambulare vero cum alio. Nec igitur, eſt in his verbis eundi, ambulandi.*

h *Atqui eques ire poteſt qui iter habet, l. 12. ff. de ruſtic. plane, ſed inſidendo, non ſeparatim ducendo, vel agendo.*

i *Defendendo iuris incorporalis cauſa licet vim repellere, & factum interdum deſtruere.*

de noui oper. nunc.& Cepol.de ſeruit.vrb. præd.c.30 & plura
de ſeruitute itineris, videte per eundem Cepoll.ſe ſeruit. ru-
ſticor.præd.cap.1.
16 Altera ſeruitus ruſtica,dicitur *a* ACTVS, & eſt ius eundi,
a & ambulandi hominis, & etiam iumentum agendi, vel vehi-
culum dicendi per alienum fundum, non autem trahendi la-
pides,vel trabem,vt hic,& d.l.1.& d.l.ſequi ſella, ff.eod.Et dif-
fert ab itinere,vt inquit iuriſc in leg.ſi iter, ff.eo.quod iter eſt,
quo quis pedes,vel equos commeare, non autem iumenta a-
17 gere,vel vehiculum ducere poteſt. Secus eſt in eo, qui habet
actum,qui dictus ab agendo iumento,ſec.Mynſing.hic. Item
qui habet actum,habet quoque iter, ſed non è contra, vt hic,
Sed in hoc conueniunt,quòd is,qui habet iter,vel actum, non
poteſt trahere lapidem, aut lignum per fundum, nec haſtam
18 rectam ferre d.l.qui ſella,§.1.Item latitudo actus à iure quo-
que non eſt determinata vnde ſi à partibus non eſt ſtatuta,ar-
b bitrio *b* iudicis determinata eſt,d.l.certo generi,§.latitudo, &
de hoc ſpecie ſeruitutis plura, vide per Cepoll.de ſeruit.ruſtic.
præd.c.a.
19 Tertia ſeruitus ruſtica, dicitur *c* VIA, quæ eſt ius per alie-
c num fundum eundi,& ambulandi hominis,agendi iumentũ,
vehiculum ducendi,lapides etiam,trabes,& ligna trahendi,&
rectam haſtam ferendi,ideſt. vt quis exercitum, ſeu peditatũ
per alicuius agrum ducere poſſit,d leg. 1.& d.l.qui ſella, §.qui
viam. Ita tamen ne fructus lædat, quia verba ciuili modo in-
telligenda ſunt. Hinc Angel. & Porc.hic inferunt.
20 Si *d* fuerit alicui capitaneo permiſſus tranſitus per aliquem
d comitatũ,quod debeat ire per viam rectam,non per prata,&
vinea,ne fructus lędantur,aut deuaſtentur agri,alioquin poſ-
e ſit capi ſalua fide ſalui conductus. *e* Nam illa conceſſio tran-
f ſitus, *f* ciuiliter,humane & modeſte debet intelligi, vt inquit
21 hic Porc.per tex.in d.l.ſi cui, ff.de ſeruit. Et differt hæc ſerui-
tus a duabus prioribus, quia eſt pinguior, & plus iuris conti-
net. Item ſi latitudo eius à contrahentibus non eſt expreſſa,
à lege 12.tabul. determinata eſt, videlicet,vt ſit in porrectum
octo pedum,in anfractum verò, vbi via flexum habet, 16.pe-
22 dum,l. viæ latitudo,ff.eod. Pes autem dicitur 15.digitorum,
ſec.gloſ.in c.ſicut.27.q 4.pactis autem latior, & anguſtior via
conſtitui poteſt, ita tamen, vt eius latitudinis ſit, qua vehicu-
lum ire poſſit,alioqui eſſet iter,l. via conſtitui,ff.eodem Et hę
viæ,quæ ſunt in agro priuatorum conſtitutæ, priuatæ dicun-
tur, & non omnibus licet eis vti, ſed his tantum, quibus hæc
g ſeruitus,ratione fundi dominantis, debetur. Alia eſt via *g* pu-
blica,quæ Regia,& Conſularis dicitur,cuius ſolum publicum
eſt, & per principem pro vſu publico meandi, vel eundi con-
ceſſum eſt,per quam viam cuilibet licitum eſt ire,ducere cur-
rum,trabem,aut lapides,vt notatur poſt text.in leg.2.§. fin.ne
quid in loco publico. Et tales viæ enumerantur inter Rega-
lia, quæ non ſpectant niſi ad Regem, vel principem loci. &
cui regalia ſunt conceſſa, vel qui ea præſcripſit, cap 1.cum ibi
notatis,quæ ſint regalia, in vſibus feud. Vnde licet Nobili ſit
23 à principe conceſſum caſtrum cum ſuis pertinentijs, mero,
& mixto imperio, & omni iuriſdictione, non tamen intelli-
gitur ei conceſſa via, vel iuriſdictio in via. Quia in generali
conceſſione,numquam intelliguntur Regalia cõceſſa, vt tra-
ditur per Iacob.de S.Georgio in tractat feud. ſuper verbo, in-
feudum. Ideò ſi quis interficiatur in via publica cognitio, &
punitio iſtius delicti non ad nobilem, ſed ad principem, &
dominum pertinet, qui in iſto loco Regalia habet Quod eſt
verum, ſi totum corpus interfecti reperiatur in via publica,
ſecus ſi extra viam caput occiſi poſitum ſit. Nam tunc co-
gnitio ad nobilem pertinet, quaſi extra viam ſit interfectus:
attenditur enim locus, vbi caput occiſi reperitur, cum caput
ſit principalior, & nobilior pars hominis, qua homo cogno-
ſcitur,leg.cum in diuerſis,ff.de relig. & ſum fun. Et vulgo di-
cuntur viæ publicæ, quæ debent de iure eſſe latitudinis octo
pedum, vt eſt text.in art.130 *Vvercbbild*,vel vt dicitur in Lã-
drecht.artic.59.lib.2. Via Regia,ſeu publica, tam lata eſſe de-
bet,vt currus obuij ſibi inuicem cedere poſſint.Et plures quæ
ſtiones de vijs publicis, videte apud Cepollam de ſeruit.ruſti-
cor.præd.c.3.
24 Quarta ſeruitus ruſtica, quę hic enumeratur eſt *h* AQVÆ-
h DVCTVS, ius ſcilicet,ſeu facultas ducendi aquam per fun-
dum alterius, ſiue ex capite, ſiue ex quocumque loco, vt hic,
& l ſeruitus,ff.eod.ſiue aqua iam ſit inuenta,ſiue inuenienda
videlicet,vt liceat aquam,quæ nondum emerſit, quærere, &
inuentam ducere,ſec.gl hic,in verbo,aquæ, & eſt text.in l.La-
beo,ff.eo.Quod eſt verum,ſi ſeruitus hæc eſt conſtituta: alias
per alienum fundum inuito domino aquam ducere non li-
cet,l.2.& l.per agrum,Cod.de ſeru.& aq. Imò dominus pro-
pria authoritate tunc interdicere, & remouere poteſt, d.leg.
quemadmodum, §.1.ff.ad leg. Aquil. Et habens hanc ſeruitu-
tem ab initio per quamcumque partem fundi ſeruientis aquã
ducere poteſt, ſed poſtquam incępit ducere per vnam nõ po-
terit poſtea variando ducere per aliam partem,l.ſi.& ibi Bart.
ff.de aqua quot.& ęſtiua,facit d.l.ſi cui, ff.de ſeruit. & d.l.cer-
25 to generi, §.1.ff.eo. Et tenetur ſuis ſumptibus reficere fiſtulã,
& alia inſtrumẽta,per quæ ducitur aqua. Regulariter enim in
omnibus ſeruitutibus,excepta oneris ferendi,ad eum pertinet
refectio,qui ſeruitutem ſibi deberi aſſerit,l.& ſi forte,§.etiam
ff ſi ſeruit.vindic Eſtque ratio,qualis is, qui debet ſeruitutem,
non cogitur facere aliquid,ſed pati,l.quoties,ff.de ſeru. Vnde
etiam is cui debetur iſta ſeruitus,poteſt ędificare,& fiſtulas in
fundo ſeruiente ponere ſuis ſumptibus,contradicente eo, qui
ſeruitutem debet, vt cõmodè ius ſeruitutis habere poſſit, ſec.
Cepol.de ſeru.vrb.pręd.c.23.per text.in d.l.ſi iter,ff.de ſeru.&
l.ſeruitutes,§.ſi domo, ff de ſeru.vrb. præd. poteſt autem hæc
26 facultas pluribus concedi, l.a ff.eo.quod eſt verum,ſi aqua ſit
ſufficiens,aliàs ſi conceſſa eſſet vni, non poſſet alteri concedi
in præiudicium primi, ſec.Paul.de Caſt.ibi per l.Imperatores
in ſi.ff.eo.ſemper enim intelligitur facta conceſſio ſine pręiu
dicio,& damno alterius,l.1.§ ſi quis à principe,ff.ne quid in
loco publico. Sicut nec priuilegia vni conceſſa,alteri in præiu-
dicium primi concedi debent,l.decurionibus, cum ibi not.C.
de ſilen.lib 12. Et de hac ſpecie ſeruitutis, vide Cepol.de ſeru.
ruſtic.præd.cap.4.
27 Quinta, *i* AQVÆHAVSTVS, ius ſcilicet hauriendæ
i aquæ ex fonte priuato,vel alia aqua vicini,quæ non eſt publi-
ca,pro vtilitate fundi, vel pro laborantibus in fundo, ſecundũ
gl.hic in §.inter ruſticorum,infr.eod.Nam ad hoc,vt talis ſer-
k uitus realis conſtituatur, requiritur, quòd ille,qui *k* acquirit
iſtam ſeruitutem habeat prædium vicinum, l.ergo, §.1.ff.de
ſeruit.ruſtic. præd. Licet enim tunc aqua hauriatur pro vtilita
te perſonarum,quæ vicinum pędium poſſident,tamen realis
dicitur,quia debetur à re,reſpectu,& contemplatione rei, ſeu
pędij vicini, & nõ perſonale, ſed reale dicitur ius, quod cum
perſonis non extinguitur,ſed ad ſucceſſores prædij vicini trã-
ſit ſecundum gl in l.1.in verbo, computanda,ff.eo. Vnde ſi ac-
quirens non habet prædium vicinum, ſed tantum pro vtilita-
te ſuæ perſonæ aquæ hauſtus ei conceſſus eſt, dicitur ius per-
ſonale, quod cum perſona extinguitur, vt notatur in l.peco-
ris,ff.eod & in l.vt pomum,ff.de ſeruit. Et dicitur in definitio-
ne, *ex fonte priuato*, nam ex flumine publico cuilibet aquam
l haurire licet,l.3.in ſi.ff.eod. vbi traditur,quod conceſſo *l* hau-
ſtu aquæ,iter quoque conceſſum intelligatur,& è contra, qui
habet aditum ad fontẽ, iuris interpretatione intelligitur quo-
que habere hauſtum,d l.3.in fine. Et de hac ſpecie ſeruitutis,
videte Cepollam de ſeruitut. ruſticorum prædiorum, cap.7.

Sexta,

ADDITIONES.

a *De actu vide Cepollam tractatu ruſticorum prædiorum, c.2.*

b *Imo finita, teſte Varrone 4. Nam in latitudinem pedum ſunt quatuor: in longitudinem centum, & viginti, qua de re dicendum plenius in l.8 & l.13.§.2.ff.ruſtic.*

c *De via, vide Cepollam, ibid.c 3.*

d *Vide Bart.in l.qui ſella, ff.ruſtic præd.*

e Vuer des geleyts vuill genieſſen:muſs ſich gekytlich verhalten. *Alioqui obtinet regula l.cum proponas, C.de pactis*. Frangenti fidem,fides frangatur eidem.

f *Interpretatio omnis ciuilis eſſe debet.*

g *Via publica ſi ſit amiſſa,impetu fluminis, vel aliquo alio caſu, an,& quomodo reſtituenda ex agris vicinis, vide Maſuerium in praxi,tit de ſeruitutibus. Et an idem, ſi quis careat via ad ſuum fundum,vt vicinum cogat ad viæ conſtitutionem, vide l.binas,l.Olympico,ff.vrban præd.l.teſtatrix, ff ſi ſeru. vendic.l.ſeruum,in fine,ff.de l.3.l.damnas eſto,§.1. ff.de vſufructu legato.Fit autem id partibus auditis coram iudice, vel commiſſario,ad id delegato duo litigatoribus rite, ac ſolemniter d.l.4.ff.de damno infecto,l.4 §.1.ff.finium reg.l.generaliter, §.penul.C.de iureiur.*

h *De aqueductu vide Cepollam,ibid.c.4.& 5.vbi de aqua pluuia, & c.6.vbi de cloacis.*

i *De aquæ hauſtus ſeruitute,vide Cepollam, ib.c.7.& 8.vbi de pecoris ad aquam appulſu. Adde de aquahauſtu Balbum de præſcript.4.par.2.q.2.*

k *Quid? Num amittitur hæc ſeruitus, ſi fons exaruerit? Minime.l.Atiilicinus.ff.ruſtic.Si non valenti agere non currit præſcriptio,l.1.§.ne autem,C.de annal.except.*

l *Hauſtum habens, iter ad hauſtum habet:& contra: iter ad aquam habens,hauſtum habere intelligitur.*

28 Sexta, *a* SERVITVS PASCENDI dicitur, quæ eſt ius
a paſcendi pecoris in alieno fundo, & ad hoc, vt illa ſit ſeruitus
realis, requiritur, quod quis habeat prædium vicinum, cui hæc
b ſeruitus *b* debetur, d.l. pecoris, ff. eod. Et dicuntur talia loca
29 paſcua, vbi pecora paſcuntur, l. ſilua cædua, §. fin. ff. de verbo-
30 rum ſignificat. Et appellatione pecoris continentur omnes
quadrupedes, quæ gregatim paſcuntur, l. legatis ſeruis, §. pe-
31 coribus, ff. de leg. 3. & inf. de lege Aquil. in princ. Et regulari-
ter quis prohibetur paſcere animalia ſua in agro alieno, leg.
Quintus, cum l. ſequ. ff. ad l. Aquil. per l. Diuus, ff. eod. niſi quis
habeat ſeruitutem conſtitutam, vel præſcriptam, & tunc ita
debet vti ſeruitute, prout in conſtitutione eſt conuentum, vel
ſeruitus illa præſcripta, argumen. l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſit.
c Ideò ſi præſcriptum, vel conuentum ſit de paſcendis *c* ouibus
tantum in fundo alieno, non ibi licet paſcere boues, oues, aut
d equus, nec pro *d* maiori numero pecudum hac ſeruitute vti
poterit. Vnde ſi nobilis per legitimum tempus ad præſcriptio-
nem requiſitum pauit 1000. oues in alieno fundo, & nõ vltra
licet poſtea creſcat, & augeatur numerus ouium, non tamen
ſeruitus augeri debet, & vltra illum numerum 1000. ouium,
plures ibi oues paſcere non poterit, per regulam: *Quantum
poſſeſſum, tantum præſcriptum*, l. 1. § ſi quis, & ibi Bar. ff. de itin.
actuque priu. Et probatur hæc ſententia in l. non modus, C. de
ſeruit. vbi fuit ſeruitus aquæ ducendæ conceſſa pro certis præ-
dijs, licet poſtea prædia fuerint aucta, non tamen augetur mo-
dus aquæ ducendæ à principio limitatus, & Bal. ibi dicit, quod
iſta lex non tantum habeat locum in ſeruitute conceſſa, ſed
etiam in præſcripta. Quia præſcriptio, ſicut poſſeſſio, proprios
limites, & terminos non excedit, d. l. 1 § ſi quis, ff. de itin. actu-
32 que priu. Et confirmatur hæc deciſio per text. in l. 1 §. Treba-
tius, ff. de acqua quotidiana, & æſtiua, vbi ſi pro certo numero
pecoris, fuit conceſſa ſeruitus pecoris ad aquam appulſus, à
domino fundi ſeruientis prohiberi poteſt, ne amplior nume-
rus pecoris ad aquam appellatur, &c. Ita quoque pronuncia-
ri ſolet, vt ſententia poſt *Vveichbild*, ſupra Rubr. *Voer eyn
Schafferei mege getheylt vverden*, Ita etiã è contra dominus
fundi ſeruientis, contra veterem formam aliquid facere non
poteſt, per quod impediatur vſus ſeruitutis debitæ, l. ſi eo loco,
33 in princ. ff. ſi ſeru. vend. & l. ſi manifeſtè, C. eod. Et pro decla-
e ratione quæritur: *An e dominus prædij ſeruientis poſſit loca in
quibus, debet alteri ſeruitutem paſcendi mutare, & reducere ad
culturam inuito domino prædij dominantis?* Et videtur dicen-
dũ, quod ſic. Quilibet enim rei ſuæ moderator, & arbiter eſt, l.
in re mandata C. mandati, & cuilibet in ſuo fundo ædificare
licet etiam in præiudicium alterius, l. fluminum, §. fin. iuncta l.
Proculus. ff. de dam. inf. In contrarium facit text in l. 1. §. de eo
opere, verſ. Mutius, ff. de aqua pluuia arcenda, vbi dicitur, ſic
debere, quem meliorem agrum ſuũ facere, ne vicini deterio-
rem faciat. Et ſubijcitur poſtea in eadem l. in § idem aiunt, a-
quam, *prodeſſe ſibi vnuſquiſq; dum alijs non noceat, non prohi-
betur*. Ideo in hac quæſtione ita diſtinguite: Aut dominus præ-
dij ſeruientis, reducendo fundum ſuum ad culturam, vel ip-
ſum meliorando, nocet ſeruituti paſcendi iam impoſitæ, & nõ
poteſt mutare faciem, vel formam fundi ſeruientis, veluti, Si
vicinus ex agro, in quo competit mihi ius paſcendi, vellet fa-
cere ſtagnum, & ibi tenere piſces, vel ſi haberet agrum, incul-
tum, vbi quolibet anni tẽpore licuit mihi paſcere oues meas,
& vellet eum reducere ad culturam, & ibi ſeminare frumen-
tum, vel vites plantare, & per hoc impedire ius paſcendi mihi
competens, quia nollet, vt tempore culturæ paſcerentur ibi
mea pecora, vt non poſſit fieri talis reductio in præiudicium
ſeruitutis debitæ, niſi ſeruitus paſcendi deberetur tantum eo
f tempore, quo fruges *f* collectæ ſunt *Zu offenen Zeiten: vnd
mit vngeſchloſſenen felden*, d. l. ſi manifeſtè, in fi & l. ſi ædibus,
C. eo. & l. 2. in fi. C. ad leg. Aquil. & d. l. ſi eo loco, in princ. ff. ſi
ſeruit. vend. & facit l. ſed, & ſi quid, §. fin. cum l. ſeq ff. de vſufr.
34 vbi proprietarios inuito vſufructuario, non poteſt fundo ſer-
uitutem imponere, ex quo deterior fiat conditio vſufructua-
rij. Aut talis reductio non nocet ſeruituti paſcendi, vt quia
dominus fundi ſeruientis vult ſiluam paſcuam, vel agrum in-
cultum reducere ad prata, quæ ſecari poſſunt, & tunc ſi vult,
quod in alijs pratis, is, cui debetur ius paſcendi, paſcat ſua pe-
cora eodem modo, & per ea tẽpora, quibus antea ſolitus erat
ibi paſculari, & poterit tunc dominus fundi ſeruientis eius
formam mutare, cum hoc caſu non noceat, ſed meliorem ſer-
uitutem reddat, & vnuſquiſque meliorem agrum ſuum fa-
g cere poteſt, dummodo vicini ius deterius non reddat, *g* d. l.
1. verſ. Mutius, ff. de aqua pluuia arcendi, & facit d. l. & ſi forte,
§. fin. ff. ſi ſeruit. vend. & l. ſi arborem, §. per contrarium, ff. de
35 ſeruit. vrban. præd. Circa prædicta nunc oritur dubium. Si do-
minus prædij ſeruientis reduxit paſcua ad culturam, & mu-
tauit faciem fundi ſeruientis, an cogi poſſit ad reducendum
prædium ad priſtinam formam, ſicut erat tempore ſeruitutis
impoſitæ, vel tantũ ad intereſſe teneatur. Et diſtinguite duos
caſus principales: Aut quis vult reducere fundum ſeruientem
ad culturam, & facit tantum præparamenta, vel cœpit redu-
cere, ſed nondum perfecit, tunc tenetur deſtruere opus incæ-
ptum, & ſuccurritur domino prædij dominantis, per nuncia-
tionem noui operis, l. de pupillo, §. Sexnis, verſ. impoſititiam,
ff. de noui operis nũciat, & etiam per actionem confeſſoriam
per quam dominus prædij tenetur ad patientiam, d. l. quoties,
2. ff. de ſeruit. Aut iam reduxit totum fundum ad culturã, vel
maiorem partem, ita vt impediatur ius paſcendi, & tunc ſub-
diſtinguitur. Aut ille, cui debetur ſeruitus, ſciuit, & cõſenſit, &
non poterit agere ad demolitionem, nec ad intereſſe. Remit-
tentibus enim actiones, & iura ſua, nõ eſt dandus regreſſus ad
ea, vt dicitur in l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædil. edicto. Aut
expreſſe non conſenſit, ſed eo ſciẽte, & patiente opus factum
eſt, & ad demolitionem agere non poteſt, ſed tantum ad inte-
reſſe, l. Labeo ait, cum l. ſeq. & ibi gloſſ & Bart. ff. de aqua plu-
uia arcenda, per l. Sabinus, §. ſed & ſi, ff. commu. diuid. Aut fa-
ctum eſt opus ſciente domino fundi dominantis, & expreſſe
contradicente, tunc ſi opus eſt reducibile ad priſtinum ſtatũ,
vt eſt aquæductus à curſu ſuo remotus, & tunc poteſt agi, vt in
priſtinum ſtatum reducatur, d. l. 2. in fin. C. ad leg. Aquil. & l. ſi
in ædibus, C. eod. Si verò non eſt reducibile ad priſtinum ſta-
tum, tunc ſolum agi poteſt ad æſtimationem damni, ſeu inte-
reſſe, vt notatur poſt gl per Cin. & alios in d. l. 2. C. ad l. Aquil.
& addite Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 9. n. 42 cum ſeq. Præ-
36 dictis addite, quod paſcuum eſt duplex, Priuatum, ſ. Publicũ:
vt conſtat ex Rubr. Codicis, de paſc. publ. vel priu. li. 11. Priua-
37 tum dicitur, quod competit alicui priuato iure proprio, quia
h emit illam ſeruitutem, vel alio *h* modo acquiſiuit, tãtum pro
38 paſcendis ſuis pecoribus. Et obiter circa hanc ſeruitutem no-
tabitis, quod de iure Saxonico, nemini licet ſegregatim ſua pe-
cora paſcere, quo communi paſtori pretiũ minuatur, niſi ha-
beat tres manſos, *Dann vuer tres huffen landes hat oder mehr
der mag ſeinen eigenen hirten halten*, niſi aliud de conſuetudi-
ne ſit introductum, vt eſt tex. in art. 53. l. 2. quem intelligite ita
procedere: *Daſſer mit ſeinen ſchaffen vnd vihe, auff ſolchen ſei-
39 nen eigenen huffen bleibe, vnd andere nicht mit betr uebe*. Et
ita prouinciari ſolet. *Paſcuum publicum dicitur, quando Vni-
uerſitas alicuius villæ, vel ciuitatis habet fundos, prata, vel ſil-
40 uas paſcuas, in quibus omnes, & ſinguli de vniuerſitate ſimul
ſua pecora paſcere poſſunt, & ſolet conſtitui publicus, paſtor, qui
i conductus ad paſcenda pecora, ſi i in ſua cuſtodia aliquid ami-
ſerit, tenetur ad eius ſolutionem, ſi ei culpa imputari poteſt*, vt
eſt

ADDITIONES.

a *De paſcendi ſeruitute, vide Cepol. tra. ruſt. præd. c 9. & quod di-
ſcontinua ſit, & tempore, cuius non exiſtat memoria præſcriba-
tur, vide Guid. Papam, q. 573. Mynſing. 4. Obſer. 53. Balbum
tract. de præſcr. 4. p. 2. q. 3. & ib. q. 4. de iure lignandi, & boſcandi.*

b *Alioqui ſi ius in tuo paſcendi, meo prædio non vtile fuerit, ſed
quæſtus tantum faciendo (puta ex venditione animalium) ſer-
uitus prædij ruſtici non erit, ſed ius tantum pactionis, vel con-
uentionis, l. vt pomum, ff. de ſeruit. Et ideo ſi ius mihi ſit in tuo
fundo, vel horto voluptatis cauſa, ambulandi venandiue, ius il-
lud non erit prædij, ſed perſonæ potius. Quia vt prædiorum ſer-
uitus dicatur, prædium vnum alteri prædio ſeruire, & ita ei v-
tile eſſe debet, d. l. vt cænam.*

c *Paſcendi ius ab vna ſpecie animalium expreſſa ad aliam ex-
tendi non debet.*

d *Paſcendi ius habens pro eo numero animalia paſcere poteſt,
quo ei conuentione, vel præſcriptione permiſſum eſt, vt hic.
Quid? In paſcuis publicis quem numerum pecudum vnuſquiſ-
que incola habere poteſt: Vide omnino Menoch. de arbitr. iu-
dic. caſu 245.*

e *Ex paſcua aruũ, ſeu agrum frumentariũ facere dominus fundi
ſeruiẽtis inuito dominante non poteſt, ſi ea mutatione ei noceat.*

f *Vt plerumque ne fruges lædantur, Cepolla, ibid. nu. 40.*

g *Idem forte ſi paratus ſit præſtare intereſſe, quo in facti obliga-
tionibus iri neceſſe eſt l. ſi quis ab alio, §. vlt ff. de re iudic. vide
Bart. & Doct. l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb oblig.*

h *Quid ſi princeps pluribus ius paſcendi conceſſit in ſua ſilua? nec
in conceſſione expreſſit, quas partes inter ſe debeant cõſtituere?
Iudex ex ſuo arbitrio partes cõſtituet, text. Bart. in l. ſi quis per
diuinam, C. de aquæduct. Romanus ſingul. 804. Corſetus ſingu-
lari, aqua, fecit l. vſu ff. de var. & ext cogni. Adde Menoch. de
arbitr. iudic. caſu 128.*

i *Paſtor conductus animalium cuſtodiam præſtare cogitur.*

Digitized by Google

eſt text & ibi DD in l.ſi quis fundum, §. Imperator cum ſeq.
ff. locat, & Bart. in l.ſi quis ex argentarijs §. an verò hæredi, ff.
de edendo, & de iure Saxon. in art. 48. li. 2. vbi dicitur: *Quid-
quid paſtore ſua cuſtodia amittit, illud emendare tenetur.* Idem
dicitur in d. art. 54. lib. 2. vbi quoque dicitur. *Quando animal
aliquod coram cuſtode lædit aliud animal, tenetur illud cuſtos
mediante iuramento indicare, & tunc dominus quadrupedis
noxam dantis, animal læſum tamdiu ſub cura ſua habere com-
pellitur, donec rurſus armenta ſequi, & paſcua bene viſitare
poſſit. Si vero moritur tunc conſtituto ſuo V vergeldo emedatur.*
De quo eſt tex. in art. 51. lib. 3. Niſi dominus illud animal pro
noxa dare cogitaret, nam eo caſus prorſus liberaretur. *Lan-
drecht*, lib. 2. art. 40. Sicut etiam de iure ciuili dominus poteſt hu-
iuſmodi animal pro noxa dare vt inf. ſi quadrup. pauper. fec.
41 dic. Et notandum, quod is, qui habet ſeruitutem paſcendi, nõ
a debet vti paſcuis cum pecoribus *a* morboſis, ne, & alia conta-
gione afficiãtur, & pereant, argum. leg. Iulianus, in princ. cum
ibi not. ff. de actio. empt. vnde illud:

Morbida facta pecus, totum corrumpit ouiles:
Ne maculet ſocias, eſt ſeparanda grege,

Facit capitulum reſecandæ, 24. qu. 3. & text. in l. 2. C. de ſum-
ma Trinitate, & fide Catholica, per quem notat ibi Bald. &
Paul. de Caſt. quod vbicumque eſt timor infectionis, poteſt
fieri expulſio de ciuitate. Vnde Ludou. Rom. in l. caſus, C. de
teſtam. dicit, quod patientes morbum peſtiferum, ſunt ex ci-
b uitate remouendi, ſicut etiã *b* leproſi à ciuitate excluduntur.
42 Et Paul. de Caſt. in d. l. 2. inducit text. ibi ad hoc, quod ſi ali-
qua inhoneſta mulier veniat ad habitandum in vicinia, poſ-
ſit à vicinis, & alijs ciuibus expelli, facit tex. in auth. de lenon.
vbi dicitur: *Quod lenones debent expelli de ciuitate, ne ſcilicet
bonæ, & honeſtæ mulieres inficiantur.* Ita, & ſcholaris vagus,
impudicus, & malus, poteſt repelli de collegio, ne bonos cor-
rumpat. Trahuntur enim à conuerſantibus mores, ſec. Sen. de
quo vide add. ad Bal. & Paul. de Caſt. in d. l. 2. & Cepol de ſer-
uit. ruſt. præd. c. 9. nu. 21. Sunt & plures aliæ ſeruitutes ruſticæ,
vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cretæ, vel lapides exi-
c mendi, figulinæ habendæ, ius ſecandi ligna *c* ex ſilua vicina, &
cætera id genus complura, de quibus videre text. hic, in §. inter
ruſticorum, & in l. 1. & l. vetuſt. ff. eod. & Cepoll. in d. tract. de
ſeru. ruſt. præd. Nam, & hæ ſeruitutes à re rei, id eſt, à prædio
ſeruiente loco vicino, ſeu prædio dominanti, & occaſione lo-
ci, perſonis illic habitantibus debentur, nec cum perſona in-
termoriuntur, ſed ſunt perpetuæ, & ad hæredes, & quemcũ-
que poſſeſſorem, tam fundi ſeruientis, quam dominantis trã-
ſeunt. Vnde, & prædiales, ſeu rurales dicuntur, quod ſine
prædijs, altero ſcilicet dominante, & altero ſeruiente, con-
ſtitui non poſſunt, d. §. inter ruſticorum, infra eodem.

A D D I T I O N E S.

a *Ius paſcendi habens in aliquo loco, morboſa pecora in fundum
ſeruientem immittere non poteſt.*

b *Leproſus a ciuitate excludendus, & ita à ſuo lare, & domicilio
paterno vel proprio vrbano extra vrbem deducendus aut able-
gandus, c. 1. de coniug. lepros. Porro, an lepra dirimat matrimo-
nium ſupradictum eſt, tit. de nupt. & an leproſi teſtes eſſe poſ-
ſint, vide notata in l. caſus, C. de teſtam.*

c *Quid ius lignandi, vel boſcandi quo tempore præſcribitur?
Immemoriali tempore, Corn. 3. conſ. 294. Habet enim cauſam
diſcontinuam, Bald. 4. de præſcript. 2. quæſt. 5.*

§. Prædiorum vrbanorum.

1 *Vrbanæ ſeruitutes, quæ dicantur.*
2 *Seruitutes vrbanæ, aliæ affirmantes, aliæ negantes.*
3 *Seruitus oneris ferendi.*
4 *Specialis natura huius ſeruitutis.*
5 *Seruitus tigni immittendi, & tignum quid ſignificet.*
6 *Si aliquis fabricat murum, vel erigit ſepem in fundo meo quã
poſſideo, an poſſim propria authoritate illud ædificium, vel ſe-
pem deſtruere.*
7 *Seruitus ſtillicidij duplex.*
8 *Seruitus ſtillicidij auertendi affirmatiua quid.*
9 *An quis poſſit auertere ſtillicidium a ſuo tecto, & dirigere in
tectam domus, vel aream vicini.*
10 *Circa hanc ſeruitutem quæ ſint notanda.*
11 *Conditionem prædij ſeruientis licet meliorem facere, non au-
tem deteriorem.*
12 *Si ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, an domino areæ ſeruientis
liceat ibi ædificare, vbi ſtillicidium caſitare capit.*
13 *Si ædificium cui debetur ſeruitus, corruat, an per hoc ſeruitus
illa extinguatur, ſi aliud ædificium reparetur.*
14 *Negatiua ſeruitus non auertendi ſtillicidij quid.*
15 *Seruitus altius tollendi duplex.*
16 *An ius altius tollendi ſit ſeruitus.*
17 *An poſſim vicinum cogere, vt altius tollat ædes ſuas.*
18 *Mercatores amant opacas tabernas.*
19 *Seruitus altius non tollendi.*
20 *Vſus ſeruitutis altius non tollendi.*
21 *An quis poſſit facere feneſtram in ſuo pariete, vbi antea nul-
la fuit, vt videat ſecreta vicini.*
22 *Seruitus non officiendi luminibus, vel proſpectui.*
23 *An quilibet poſſit ædificando obſcurare lumina vicini.*
24 *Seruitus luminis ſimpliciter conſtituta.*
25 *Seruitus luminis differt a ſeruitute non officiendi luminis.*
26 *Seruitus proſpectus, & ne proſpectui officiatur.*
27 *Hæc ſeruitus differt a ſuperioribus.*

DE SERVITVTIBVS VRBANORVM PRÆDIORVM.

1 VRbanæ *a* ſeruitutes dicuntur, quæ vrbanis prædijs debẽ-
a tur idest, *b* ædificijs, quę habitationis hominum cauſa
b facta ſunt, ſiue ſint in vrbe, ſiue extra vrbem, in villa, vel ruro.
Non enim locus, ſed materia prædium vrbanum cõſtituit, d.
l. vrbana, ff. de verb. ſign. ſiue debentur prædio vrbano ab alio
prædio vrbano, ſiue a ruſtico, cum ſeruitutes denominantur
a prædio dominante, vt ſup. §. præced. dictum eſt, poſt glo. &
2 Doct. in l. 2. in verbo areã, ff. eod. Et huiuſmodi ſeruitutes vr-
banæ, aliæ ſunt affirmatiuæ, vt altius tollendi, ſtillicidij auer-
tendi, &c. Aliæ negatiuæ, vt altius non tollendi, ſtillicidij non
auertendi, & in hoc differunt à ruſticis ſeruitutibus. Ruſticæ
enim omnes ſunt affirmatiuę, & per negationem non conſti-
tuuntur, vt eſt gl. in d. l. 2. in verb. officiendi, ff. de ſeru. & Cep.
3 de ſer. vrb. præd. c. 26. n. 1. Prima ſeruitus vrbana, quę hic enu-
c meratur, eſt ius oneris *c* ferendi, quando ſcilicet talis imponi-
tur ſeruitus ædibus vicini mei, vt colũna, vel paries eius per-
petuo ferat onus meæ domus, non quidem, quod columna,
ſeu paries ſit futurus perpetuus, ſed ſi defecerit, vel collapſus
fuerit, vt is reficiat, qui ſeruitutem debet, vt hic, & l. eũ debe-
4 re, ff. eod. Et quamuis aliarum ſeruitutum, natura eſt, vt is, cui
imponitur, non cogatur aliquid facere, ſed tantũ pati, d. l. quo-
ties, 1. §. ſeruitutum, ff. de ſeru. Huius tamen ſeruitutis ſpecia-
lis natura eſt, vt is, qui eam debet non tantum pati, ſed etiam
facere teneatur, videlicet, vt parietem reficiat, vel collapſum
de nouo ædificet, l. ſicut autem, §. diſtant, & d. l. & ſi forte, §.
etiam, ff. de ſeru. vend. & d. l. eum debere in princ. Adeo quod
debens hanc ſeruitutem ſuis etiam impenſis teneatur refice-
re columna, vel parietem ſuſtinentem onera domus vicini, d.
l. cum debere in princ niſi pactis aliud ſit expreſſe conuẽtum,
vel longo vſu aliter obſeruatum. Pactum enim, & vetuſtas à
d pati procedunt *d* l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcend. Sed quando
columna, vel paries reficitur, tunc interim fulturæ ædificio-
rum, quibus debetur ſeruitus oneris ferendi ne corruant, ſpe-
ctant ad dominium iſtarum edium, quibus ſeruitus debetur,
d. l. ſicut autem, in princ. ff. de ſeruit. vind. De quo latius vide
Cepol. in d. tract. de ſeruit. vrban. præd. c. 37.
5 Secunda ſeruitus vrbana, eſt ius immittendi, *e* tigni in *f*
e parietem vicino, vulgo *Tramrecht*. Et licet tigni vocabulum
f late pateat, ita quod lapides, calcem, arenam, tegulam, cęmen-
ta, & omnem materiam, ex qua ædificia fiunt, comprehẽdat,
§. cum in ſuo, ſup. de rerum diuiſ. & l. tigni, ff. de verbor. ſigni-
ficat. & l. 1. §. tigni, ff. de tig. iniun. Hic tamen pro trabibus im-
miſſis tantum ſumitur. Et ſciendum, quod regulariter nemo
poteſt immittere tignum in prædium alienum, vel parietem
vicini, adeò quod ſi inuito vicino fiat, poterit vicinus pro-
pria authoritate illud tollere, vel incidere, d. l. quemadmo-
dum, §. proiectum, & ibi gl. ff. ad leg. Aquil. qui textus ſemper
alle-

A D D I T I O N E S.

a *Vide Cepolam tractatu ſeruitutum vrbanorum, c. 9.*

b *De ædificandi iure, & primum de ſolo, & area, vide Cepoll.
ibid. c. 39. De pariete, & muro, cap. 40. oſtio, & portu, cap. 42. &
alijs multis, ibid.*

c *De oneris ferendi ſeruitute, vide Cep. ibid. c. 37. & 38.*

d *Non igitur hodie ſeruanda, l. ſi certis, C. de pact. ſiquidẽ vltra
tempus præſcriptionis legitimum, puta 30. vel 40. annorum ſint
præſtationis factæ Vide ord. Princ. par. 2. conſtit. 1. 2. 3. & 4.*

e *Adde hic de protegendi ſeruitute meniani, & ſuggrundarijs, ex
Cep. ibid. c. 32. & 61. de ſeruit. proijciendæ aquæ in domum, vel
aream vicini, ibid. c. 32. de aquę proiectu, & aliarum rerum, c.
68. De lauatrina, & ſeclario, c. 57.*

f *De immittendi tigni ſeruitute, vide Cep. ibid. c. 30.*

Digitized by Google

allegatur ad hoc, ſi aliquis fabricat murum, vel erigit ſeptem
in fundo meo, quem ego poſſideo, quod propria authoritate
mihi licet in meo ædificatum deſtruere, & penitus euellere.
Nec obſtat tex. in l. exſtat, ff. quot met. cauſ. & l. ſi quis in tan-
tam, C. vnde vi, & tit. in C. ne quis in ſua cauſa iudicet. Quia
illud, quod eſt ædificatum in meo ſolo per me poſſeſſum, ce-
dit ſolo, d. §. cum in ſuo, ſup. de rer. diu. & ſi videor deſtruere
id, quod eſt meum, & non alterius, ideò de violentia, & tur-
batione accuſari non poſſum. Limitatur autem prædicta re-
gula, niſi ſeruitus hęc, & facultas immittendi tigni ſit mihi cō-
ceſſa, vel conſtituta, vt hic. Tunc autem immiſſum tignū in-
telligitur, cum in vtroque prædio dominante, & ſeruiente
quieſcit, ita vt ex vno ædificio in aliud ſit immiſſum, l. ſeruitu-
tes, in princip. & l. hoc quod, ff. eod. & qui debet hanc ſeruitu-
tem, ſolum ad hoc tenetur, vt tignum ſuſcipiat, non etiam vt
parietem reficiat, d. l. ſicut autem, § diſtant, ff. eod. Et plura de
hac ſeruitute, videre apud Cep. de ſeruit. vrba. præd. c. 30.
7 Tertia ſeruitus vrbana, ſtillicidij *a* ſcilicet, eſt duplex, vna
a affirmatiua, videlicet auertendi *b* ſtillicidij, & altera negati-
b ua, l. non *c* auertendi ſtillicidij. Seruitus igitur affirmatiua ſtil-
c licidij auertendi dicitur, quando quis habet illud ius, vt à te-
8 cto ſuo poſſit auertere, ſeu deriuata aquam pluuialem in a-
ream, vel tectum vicini, vt hic, & d. l. 2. ff. eod. Et dicitur auerti
ſtillicidium ex prædio dominante, & recipi à prædio ſeruien-
te: vnde licet area ſit prædium ruſticum, tamen quia debetur
domui, & ſic prædio vrbano, dicitur vrbana ſeruitus à prędio
dominante, ſec. gl. in d. l. 2 in verb. aream, ff. eod. Et ſciendum
9 ſecund. Paul. de Caſt. ibi, quod nemo poteſt auertere ſtillici-
dium à ſuo tecto, & dirigere in tectum domus, vel aream vi-
cini, ſi ſeruitus non ſit impoſita. Quælibet enim domus, & a-
d rea præſumitur *d* libera l. altius, C. de ſer. & aq. Et de iur Sa-
xon. expreſſè cauetur. *Quod nemini liceat ſtillicidium ſuum
auertere, ſeu deriuare ſuper aream alienam*, art. 28 lib. 2. Quem
intellige, niſi ſeruitus hæc ſit impoſita. Vnde ſi nulla interue-
nit huius ſeruitutis conſtitutio poteſt is, qui ſic ædificat, com-
e pelli, *e* vt ponat iuxta tectum canalia, quæ recipiant à ſuo te-
cto aquam pluuialem, & per quę deducatur aqua pluuialis in
plateam, vel ſtratam publicam, ſecun. Paul. de Caſt. in d. l. .&
10 Cepol. in tract. de ſeru. vrb. præd c. 48. nu. 2. Et circa hanc ſer-
uitutem duo principaliter notanda. I. Quod dominus prædij
dominantis, non poteſt aliquid facere, propter quod ſeruitus
ſtillicidij durior efficiatur: ſecus ſi fiat leuior, leg ſeruitutes. §.
11 ſtillicidium, ff. eod. vbi traditur regula generalis in materia
f ſeruitutum. *Quod meliorem f licet facere conditionem prędij
ſeruientis, non autem deteriorem*, §. è contrario, in fi. de inue-
g ſtitura de re aliena facta, in vſibus feud. Vnde *g* ſi habeam ius,
vt in aream vicini cadat ſtillicidium per tegulas tecti mei gut
tatim, non poſſum facere, vt ſtillicidium ſimul colligatur, &
per canalia cadat in aream vicini, quia tunc aqua groſſior ca-
dit, ſec. Cepol. in d. ca. 28 num. 3. text. in d. l. ſeruitus, § ſi antea
ex tegula, ff. eod. Ita quoque ſi competat mihi ſtillicidium ſu-
per aream vicini, per duos pedes non poſſum vltra procede-
se, vel extendere, quia tunc grauius incipere cadere, & in a-
lio loco, quam in quo ſeruitus eſt impoſita. Retroduci autem
poteſt, nam per hoc ſeruitus ſit leuior, ita etiam altius tolli po-
teſt, leuius enim cadet, cum aqua quandoq; vi ventorū quan-
doque ad hunc, quandoque ad alium locum impellatur, infe-
rius autem dimitti non poteſt, quia tunc grauior fieret ſerui-
tus, & pro ſtillicidio flumen, vt dicitur in d. l. ſeruitutes. §. ſtil-
licidium. II. Notandum, quod ſi è diuerſo ſeruitus ſtillicidij
12 impoſita ſit, non licet domino areæ ſeruientis ibi ædificare,
vbi ſtillicidium caſitare cœpit, vt eſt text. in d. l. ſeruitutes, §. ſi
ſeruitus, ff. eod. Ad hoc ſcilicet, vt impediatur vſus ſeruitutis,
& ſtillicidium non recipiatur, aliàs enim dominus prędij ſer-
uientis poteſt ibi ædificare, dummodo ſtillicidium recipiat, d.
13 l. ſeruitutes, §. ſi. ff. eod. III. Circa hanc ſeruitutem notandum,
ſi ędificium, ſed domus, cui debetur ſeruitus ſtillicidij, corruat
non per hoc extinguitur hæc ſeruitus, ſi aliud ædificium re-
paratur, dum ea qualitas, & quantitas priori reſpondeat, text.
eſt in d. l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum, ff. eod. & vide Cepol. in d. c.
14 28. n. 6. Negatiua ſeruitus, non auertendi ſtillicidij eſt, quan-
do is, cuius ſtillicidium cadit in meam aream, illud non poteſt
auertere ad ſuam domum, ita vt non cadat in meā aream, d. l.
ſeruitutes, ff. eod. Veluti ſi habeam ciſternam, cui, quantam
ſatis eſt, implendæ, ſtillicidia domus meæ non ſufficiunt, vel
habeo hortum ædibus meis contiguum, qui ex vicini mei ſtil-
licidio commodè irrigari poteſt, & cum eo ago, ne ſtillicidiū
vertat, nec aliò, quam in ædes, vel hortum meum perducat, il-
la dicitur ſeruitus ſtillicidij non aduertendi, in qua prędiū do-
minans eſt illud, quod ſtillicidium recipit, ideò ad eum quo-
que pertinet refectio canalium, per reg. dict. leg. & ſi fortè, §.
etiam, ff. ſi ſeruit vendic. Et de hac ſeruitute, vide Cep. c. 29.
15 Quarta ſeruitus vrbana hic enumerar, quoque eſt duplex,
h affirmatiua, vt *h* altius tollendi, & negatiua, altius non tollen-
16 di. De iure altius tollendi dubitant Doct. an ſit ſeruitus, cum
potius ſit libertas, & quilibet ex permiſſione iuris in ſuo etiā
ad cælum vſque ædificare poſſit, d. leg. altius, C. eod. ita vt per
hanc conceſſionem vicinus meus nihil mihi præſtare videa-
17 tur, quod alioquin de iure mihi non competat. Quod autem
ſit ſeruitus, eſt tex. in d. l. 2. ff. eod. vbi expreſſe enumeratur in-
ter ſeruitutes vrbanas, quando. ſ. iure ſeruitutis poſſum coge-
se vicinum, vt altius tollat ſuas ædes, quia ex eo ſentio vtili-
tatem, cum proſit mihi ad arcendum impetum ventorum, vel
vt præſtet vmbram eo loco, quo ſolem habere gratū non eſt,
vt dicitur in d. l. ſi arborem, in princ ff. de ſeru. vrb. præd. Quæ
18 ſeruitus, *i* ſecund. Zaſ. in § ęque, infra de actio mercatoribus
i eſt commodiſſima, qui pannos, & merces vendunt aliquan-
do vitioſas, opacant enim tabernas, ne ſol affulgeat, & ne vi-
tia pannorum videantur, ipſi autem excuſant ſe, dicentes ſo-
lem nocere coloribus, vt rectè Bald. dicat in c. cum cauſa, de
k teſtibus. *O quo vadis anima mercatoris?* *k* facit c. eijciens, 88.
diſt. Item, ſi vicinus meus habeat ex ſuis ædibus proſpectū in
meas ædes, vel hortum potero ab ipſo ſtipulari, vt murū, vel
parietem, qui ad eum pertinet, altius tollat, ne ſic proſpectum
habeat in meas ædes, de quo gl. Bart. Ang. & alij, in d. l. 2. & D.
in d. §. æque, int. de actio. & Cepol. in d tract. de ſeruit. vrban.
19 præd. c. 26. Altius non *l* tollendi ſeruitus negatiua eſt, quan-
l do contra naturalem ædificandi libertatem conſtituitur hæc
ſeruitus, vt non liceat mihi inuito vicino meo ædes meas al-
tius ædificare, aliàs enim quilibet ad cælum vſque ædificare
poteſt, cum quælibet domus à fundamentis vſque ad cælum
præſumatur libera, d. l. altius C. eo. Vnde ſi area, vel domus vi-
cini mei ſteterit non ædificata, vel depreſſa per 100 etiam an-
nos, non tamen prohibetur vicinus ibi ædificare, vel domum
eleuare, & altius tollere, & obſcurare lumina mea, l. cum eo,
& l. qui luminibus, iuncta gl. ff. eod. & d. l. altius, & ibi Doct.
C. eod. niſi hæc ſeruitus ſit impoſita, vel præſcripta, d l. altius,
vel niſi per conſuetudinem, aut ſtatutum Ciuitatis eſſet indu-
ctum, vt quis inuito vicino niſi ad certam altitudinem ædifi-
m care non poſſit, *m* l. prima iuncta gl. ibi, C. de ædific. priuat. &
20 gl. in d. l. qui luminibus, in verb. formam. Et potiſſimum vſus,
iſtius ſeruitutis eſt, ne vicinus luminibus mearum ædium offi
ciat, l. 3. ff. eo. Vel ne vicinus hodie proſpectum in ædes meas
habeat. Ideo Doct. poſt text. in d. l. altius, mouent queſtionem.
Vtrum

ADDITIONES.

a *De ſtillicidij ſeruitute, auertendi, vel non auertendi, vide Ce-
pol. tract. ſeru. vrb. c. 28. & 29. De ſtillicidio, & tecto, c. 21.*
b *Vt in tuum fundum tuasve ædes meum ſtillicidium auertas, &
recipias.*
c *Quia inter eſt mea vti aqua ſtillicidij tui.*
d *Præſumitur res quæque libera eſſe vide Alciat. a. præſumpt. 3.*
e *Multo magis etiam idem vltro facere vicino inuito.*
f *Meliorem vicini ſeruientis conditionem facere poſſumus, dete-
riorem facere non poſſumus, niſi aliquid nominatim in ſeruitu-
te imponenda immutatum fuerit, l. ſeruitutes, 20. §. ſtillicidiū,
ff. verb. præd.*
g *Ex ſtillicidio flumen facere non poſſumus. Nam ex ſtillicidi
(quo etiam altius eſt) fit, vt aqua leuius decidat, fit iterdum,
vt ne decidat quidem, abrepta nimirum ventis. Hoc (paulo
obſcurius tamen) vult Iuriſc. in d. § ſtillicidium.*
h *De ſeruitute altius tollendi, vide Cepol. ibi cap. 26. & Gail. 2.
obſeru. 59.*
i *Hanc interpretationem reprehendit Coraſius. Rubr. de ſer. nu.
16. & ſeq. Poteſt tamen hæc ſeruitutis altius tollendi interpre-
tatio defendi. Eſt enim vtilis propter reflexionem luminis, l. ſi
arborem, §. interdum, ff. vrban. præd. Eſt & propter pluuias, &
ventos auertendos qui nonnullis in locis ſupra, quam credi poſ-
ſit obeſſe ſolent, gloſ. in l. 1. ff. vrban. præd. Neque repudianda eſt
etiam hæc ratio, quod plerifque auaris hominibus occultata eū
in modum ædes alieno ædificio commodiores habentur, ne à
prætereuntibus nimis multis viſa, eos hoſpitio excipere cogan-
tur. Sunt & infinita id genus cauſa in re cuiuſque familiari,
quæ hoc etiam genus ſeruitutis defendant.*
K 1. *ad Cor. 6. verſ.* 10. Nec iniuſti, neque fures, neque rapaces
regnum Dei poſſidebunt, & 1. *ad Theſſ. 4. verſic.* 6. Ne quis
opprimat, aut circumueniat in negotio fratrem: Deus enim
omnium iſtorum vltor eſt.
l *De altius non tollendi ſeruitute, vide Cepol. ibid. c. 27.*
m *L. 1. C. de ſeruit. vbi Cin. Caſt. & Doct.*

Digitized by Google

21 Vrrum quis in ſuo pariete,qui eſt iuxta hortum cuiuſdam
a puelle,poſſit facere *a* feneſtram, vbi antea nulla fuit,nec per
300.annos,vel plures ibi conſueuit eſſe,vt poſſit videre puel-
lam,vel ſecreta vicini.Et dicendũ,quod ſic,regulariter per d.
l.altius.Quilibet enim in ſuo ædificare poteſt,etiamſi noceat
vicino,d.l.fluminum,§.ſi cum duabus legibus ſeq.ff.de dam.
infect. Sed hæc regula limitatur. I. Niſi eſſet impoſita ſerui-
tus,vt in tali muro,vel pariete non poſſit fieri feneſtra,d.l.al-
tius,ibi,*ſeruitutem non debeam*. II. Niſi quis vellet facere fe-
neſtram ad æmulationem, vel deſpectum vicini , quia tantũ
vellet videre ſecreta domus vicini, nec enim hoc ei permitti
debet,argumento,l opus,ibi,*ad æmulationem*, iuncta glo.ibi
in verbo,nonum, ff. de oper. publ. ideo Cin. Bal. & Paul. de
Caſtr.in d l.altius,ita diſtinguunt. Aut quis ex tali ædificatio-
ne feneſtræ,ſentit aliquod commodũ, & ſic ſubeſt cauſa, ob
quam poterit facere feneſtram,licet per eam poſſit videre in
aream vicini d.l altius Aut quis inde nihil ſentit commodi,
ſed tantum facit ad æmulationẽ, vt poſſit proſpicere in ædes
vicini,& videre ſecreta vicini,& familiæ ſuæ,& non poterit
facere argumento,d.l.opus.Et ita tex.in d.l altius,& d.l.cum
eo,ff.eod,generaliter loquentes,limitari,& reſtringi debent,
maxime cum ſec.Paul.de Caſtr.ibi nõ ſit audiendus,nec mos
gerendus ei,qui nihil aliud facit,quam vt noceat vicino,cõ-
tra naturalem æquitatem, quæ nefas ducit eſſe hominẽ ho-
mini inſidiari,l.vt vim,ff de iuſt.& iur &quotidie expetimur
quas diſcordias,rixas,& odia pariant tales ſtructuræ manes,
ac feneſtræ,per quas inſpicitur in alterius aream,vel hortũ ,
Vnde iſta omnia pro circũſtantijs æſtimabit, & arbitrabitur
iudex,tanquam bonus vir,vt in ſimili inquit,tex.in leg.cõti-
nuus,§.cum ita,ff.de verb.obl.In dubio tamen non eſt præſu-
mendum,quod quis faciat ad æmulationem,& deſpectu vi-
cini,vt eſt gl notabilis in d l.fluminum,§.ſi.ſupr.verbo,nõ te-
neri,ff.de dam.inf.De quo vide Cep.de ſeru.vrb.præd. c. 62.
III.Limitatur,niſi aliud conſuetudine,vel ſtatuto ſit inductũ,
ſec.gl.in d.l.qui luminibus,in verbo,formam,ff eod.& in d.l.
1.C.de ædific.priuat. IV. Pro limitatione notandum,quod ſi
vicinus meus ita faciat feneſtram in ſuo pariete , vt poſſit
proſpicere in hortum meum , vel habeat in pariete iuxta
aream , vel hortum meum plures feneſtras , licet eas ita te-
nuerit per 100 ann. tamen in horto meo dimiſſo legitimo
ſpatio,iuxta l fin ff finium reg potero ædificare,& obſcurare
lumina vicini in toto, vel in parte , & impedire , quo minus
per illas feneſtras habeat proſpectum in meum hortum tex
in d.l.cum eo,ff.eod.De quo videte Cepol.de ſeru.vrb.præd.
cap.36.& cap.39.
22 Quinta ſeruitus vrbana dicitur.Ne *b* luminibus officiatur.
b Ad cuius intellectum ſciendum , quod quilibet poteſt ædifi-
23 cando obſcuare lumina vicini,d.l.cum eo,ff.eod.niſi ſerui-
tus hæc impoſita ſit,& actum ſit,ne vicinus obſcuret lumina
ædium mearum . Et illa dicitur ſeruitus,ne luminib. officia-
tur,ut hic,& d l.1.ff eod quæ eſt huiuſmodi *ne liceat tibi lu-
men ædium mearum minuere , vel altius tollendo , vel depri-
mendo*.l.3 ff.eodem nec tibi tunc arborem in area tua pone-
re licet,per quem luminibus meis officiatur,d. l. ſi arborem,
ff. eod. Et quando ſimpliciter hæc ſeruitus conſtituitur, tunc
intelligitur non tantum de præſentibus, ſed etiam de futuris
luminibus . Secus ſi promittatur cum expreſſione præſentis
temporis,videlicet,ut lumina,quæ nunc ſunt,ita ſint;nã tunc
de futuris nihil actum,vel cautum videtur,l qui ædificium,
cum leg ſeq.ff.eod & Cepol.de ſer.vrb.præd.c. 37. vbi ſubij-
cit,quod lumen dicatur,vt cælum vide poſſit,ut eſt text. in l.
lumen, in princ. ff eod Quando ſcilicet quis exiſtens in do-
mo,uel camera,poteſt videre cælum, licet caput non mittat
extra feneſtram,ſecundum Cepol.in d.c.36.Is igitur,qui hãc
mihi debet ſeruitutem,non ſolum non poteſt ędificare, vt ex
mea camera , vel domo cœlum videre nequeam , ſed etiam
non poteſt minuere lumina domus meæ,vt obſcuriora fiant
l.luminum,in fin.ff.eod.& Cep.in c.35.in fine.
24 Sexta,dicitur ſeruitus luminum,*c* quando vicinus cogitur
c habere feneſtram apertam, aut foramen in ſuo pariete, quo
meæ ædes tantum luminis habeant,ut aliquando lucidiores
ſint,& ſic ut uicinus ea lumina excipiat,quę mihi ſunt neceſ-
ſaria,ita ut in meas ędes lumen peruenire patiatur,ut eſt tex.
25 iuncta gl.in d.l.luminum,ff.eo Et differt a præcedente,quia
debens ſeruitutem præcedentem , tenetur ad plus, ne ſcilicet
aliquid ædificet,aut faciat,per quod lumina fiant obſcuriora,
in hoc autem eſt minus,quia poterit vicinus altius ædificare,
dummodo per feneſtram,aut foramen in ſuo pariete lumen
recipiat,ut per illud foramen in ædes noſtras perueniat, d. l.
luminum,& Cepol.in d.c.35.
26 Septima, *d* eſt ſeruitus proſpectus,& ne *e* proſpectui offi-
d ciatur,quando ſcilicet ex domo, vel camera mea habeo pro-
e ſpectum in hortum mei vicini, uel in cãpum, aut pratum, vt
exiſtens in domo mea,viridaria, aut alia loca amæna videre
poſſim,& ago cum uicino,ne ali quid in ſuo faciat, vel ædifi-
cet,per quod iſte proſpectus mihi auferatur,vel ei ſaltem of-
ficiatur.Et licet totum uideatur cum ſuperioribus conuenire
27 tamen eſt inter eas differentia. Qui enim debet ſeruitutem,
ne proſpectui domus meæ in genere officiat,non habito re-
ſpectu ad certum locum,non ſolum tenetur præſtare lumen
ex parte ſuperiore,vt cælum videre queam, ſed etiam ex par
te inferiore, puta terra , non impediendo proſpectũ ad loca
inferiora,& non poteſt quid facere, per quod proſpectui of-
ficiatur,l.inter ſeruitutes,cum l. ſequen. ff. eod. Idem ſi debe-
tur in ſpecie tantum iſta ſeruitus , veluti ſi promiſerit meus
uicinus,quod nolit proſpectui certæ feneſtrę domus meę of-
ficere,de quo Cep.in d.trac.de ſeru.urba.præd.cap.33.& 34.
Et hæc de ſeruitutibus vrbanis ſufficiant , plures videte de-
claratas per Cep.in d.tract.de ſeruit.vrban. præd.

ADDITIONES.

a *De feneſtra, vide Cep.tr.ſeru.vrb.præd.c.62. De feneſtris fer-
ratis,ſiue clatratis,c.55. De ſpecularibus,& geloſijs, c.63.*
b *Ne luminibus officiatur ſeruitus,quid ſit,vide Cep.ibid.c.36.*
c *Luminum ſeruitus quemadmodum acquiratur , vi de Concen-
nat.4.quæſt.8 Adde Cepol. d.loco cap.35.*
d *Itineris ſeruitutem,addit.Cepol. ibid. c.38. quando iter debe-
tur urban præd.*
e *Ne proſpectus officiatur ſeruitus,quæ ſit,vide Cepol.ibi cap.33.
De proſpectus ſeruitute,ibid.cap.34.*

§. Ideo autem .

1 *Nemo poteſt acquirere ſeruitutem urbani , uel ruſtici prædij,
niſi qui prædium habet.*
2 *Qui poſſunt prædio ſeruitutem imponere.*
3 *Reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris.*
4 *An maritus poſſit ſeruitutem imponere fundo dotali.*
5 *Qui poſſint acquirere ſeruitutem realem.*

Qui poſſunt prædio ſeruitutem imponere ?

1 TRaditur in hoc §.regula generalis:Quod *a* nemo poteſt
a acquirere ſeruitutem urbani,uel ruſtici prædij, niſi qui
prædium habet, nec econtra quis debere ſeruitutem realem
poteſt,niſi qui prædium habet. Ideo prædictæ ſeruitutes rea-
les dicuntur,quod ſine prædijs,quibus inhærent, altero ſcili-
cet dominante,& altero ſeruiente eſſe non poſſunt, vt hic,&
l.1.in fi.ff comm.præd & ſup.in princ. tit. dictum eſt.Et no-
tabitis hæc ſec Plat. hic ad formationem libelli,quo ad tales
ſeruitutes agitur, vt actor petat per iudicem pronunciari ta-
le ius , & ſeruitutem ab vno prædio deberi alteri prædio , &
non ſimpliciter perſonæ agenti,vt in d §. æque,inf. de actio
2 dicetur. Primum,poteſt igitur is imponere ſeruitutem præ-
b dio, vt ſeruiat uicino prædio, qui eſt uerus *b* dominus illius
prædij ſeruientis qui ſcilicet habet plenum dominium,dire-
c ctum,& *c* vtile cum quilibet de re ſua pro libito diſponere
poſſit,l in re mandata, C. manda. Et hoc eſt verum,quando
d vnus tantum eſt dominus illius prædij , ſecus ſi ſint *d* plures,
nam tunc requiritur conſenſus omnium , nec ſufficit, vnius
domini uoluntas,tex.& gl.in l. 2. ff. de ſeru. Item nec domi-
nus poteſt imponere ſeruitutem fundo ſuo , in præiudicium
habentis in eodem fundo aliam ſeruitutem realem. leg. per
quem,& ibi Doctor.ff.de ſeruit. ruſt.præd.

Secundò dominus directus tantum , dummodo hoc non
faciat in præiudicium habentis vtile dominium , vt not. Per
Paul.de Caſt.& alios,in l.3.ff.eodem.

Tertiò,

ADDITIONES.

a *Vide Cepollam tract ſeruit.vrban.præd. cap.14.*
b *Idem in bonæ fidei tempore, Quod ſi plures ſint domini ? Om-
nes conſentient. Nam in re communi potior eſt conditio prohi
bentis,cap in re,de reg.iur. in 6. Quid ſi vnus conſenſerit ſine
alijs ? Qui conceſſit facientem prohibere non poterit,ſed ſocij.
Azon Summa C.eod.*
c *Emphyteuticarius , an , & quomodo poſſit rem emphyteutica-
riam obligare,ei ve ſeruitutem imponere. vide Guidonem Pa-
pam,q.565.*
d *Quid ſi ſucceſſiue conceſſerunt? Prima cõceſſio valebit, perin-
de,ac ſi omnes præd.tempore conceſſiſſent,l.per fundum,ff.ruſt.
præd.l.ult.ff.comm.*

Digitized by Google

Tertiò, proprietarius, ſeu dominus fundi, in quo alius habet vſumfructum, ſi per talem ſeruitutem conditio vſufructuarij non fiat deterior, aliàs enim non poteſt, l. ſed & ſi quid inędificauerit, §. fin. cum l. ſeq. ff. de vſufr.

Quarto, Vaſallus, qui vtile habet dominium, poteſt rei feudali ſeruitutem imponere in præiudicium ipſius vaſalli, non autem domini. Ideò feudo reuerſo ad dominum, iſta ſeruitus
a extinguitur, *a* §. quid ergo, de inueſtitura de re aliena facta, in
g vſibus feud. Reſoluto enim iure datoris, reſoluitur ius accepcoris, l. lex vectigali, ff. de pign.

b Quinto, emphyteuta *b* quoque fundo emphyteutico ſeruitutem imponere poteſt, ſecundum gl. & Doctor. in d. l. 3. eod. Sed finita emphyteuſi, quando ſcilicet reuertitur fundus ad dominum directum, & conſolidatur vtile dominium cum directo, finitur quoque iſta ſeruitus, ſecundum Doct. in d. l. 3. argum. text. in d. §. quid ergo, & l. is, cui, § fi. ff quemad. ſeruit. amitt. per regulam, d. leg. lex vectigali, & vide Paul. de Caſt. in l. & in prouinciali, C. de ſeruit.

c Sexto, Imperator, ſeu Princeps poteſt concedere *c* priuato, vt dicat aquam per viam, & locum publicum, ſine tamen prę-iudicio, & incommodo aliorum, l. ſeruitutes, l. vlt. §. fin. ff. eod. facit l. 2. §. merito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publico, & cap. quamuis, de reſcript. in 6.

4 Septimò, Idem & Senatus facere poteſt, l. quo minus, ff. de flumin. & gloſ. in d. l. ſeruitutes, §. fi. in verb. à principe. An autem maritus poſſit imponere ſeruitutem fundo dotali? Dic, quod licet ſit dominus dotis, l. doce ancillam, ff. de rei vend. tamen non poteſt, l. Iulianus, cum l. ſeq. ff. de fundo doc. quia non habet liberum dominium, vt inquit Bald. in d. l. & in pro-
d uinciali, C. eodem. Item nec vſufructuarius *d* fundo in quo habet vſumfructum ſeruitutem imponere poteſt, quia meliorem poteſt vſum rei vſufructuariæ facere deteriorem verò non, vt notatur in d. l. ſed ſi quid §. finali, ff. de vſufr. Vide Cepolam de ſeruitute vrbanorum prædiorum, cap. 14.

e *Qui poſſunt acquirere e ſeruitutem realem.*

5 Breuiter dic, quod omnes illi, qui poſſunt ſeruitutem fundo imponere, eadem ratione, & multo magis poſſunt ei acquirere ſeruitutem. Quia regulariter quis poteſt etiam alieni fundi conditionem meliorem facere, non autem deteriorem, d. §. è contrario, de inueſt. de reb. alien. fact. in vſibus feud. Siue igitur quis habeat directum, ſiue vtile dominium prædij, vt vaſallus, & emphyteuta, prędio ſeruitutem acquirere poteſt, d. l. è contrario. Immo etiam ille, qui non poteſt, fundo imponere ſeruitutem, eam acquirere poteſt, vt eſt maritus, & dominus fundi, in quo alius habet vſumfructum, d. l. ſed ſi quid, §. fi. ff. de vſufr. Et prædicta procedunt, dummodo is, qui vult acquirere ſeruitutem, habeat fundum, cui eam vult acquirere. Non enim ſeruitutem vrbani, vel ruſtici, prædij acquirere poteſt, niſi qui habet prædium, vt hic d, §. ideo, & d. l. 1. ff. commun. præd. & Cep. cap. 15.

ADDITIONES.

a *Secus ſi acquiſierit. Nam meliorem conditionem feudi facere poteſt, vt ibi dicitur in §. e contrario, de quo infra, num. 5.*
b *Et eodè modo ſuperficiarius, l. ſi ab eo, ff. de pig. l. 1. ff. de ſuperfi.*
c *Adde l. quoties, C. de precibus Imperat. offeren.*
d *Sic, qui ſeruitutem habet in prædio, vel domo, non poteſt eam alteri concedere: niſi hoc fuerit permiſſum. Si tamen aquæductus ſeruitutem habuero, & aqua ingreſſa ſit fundum meum, poſſum eam alteri concedere, ſi non noceat fundo ſeruienti, l. ex meo, ff. vrban præd. leg. 1. §. illud, ff. de aqua quotidiana.*
e *Cepol. tract ſeruit. vrban. cap. 25.*

§. Finalis.

1 *Quodlibet prædium præſumitur liberum.*
2 *Aſſerens in fundo ſeruitutem deberi, probari debet.*
3 *Qualibet res in dubio præſumitur allodialis, & libera, non autem feudalis.*
4 *Seruitus regulariter non habet cauſam naturalem, ſed aut impoſitam, aut præſcriptam.*
5 *Quibus modis conſtituatur ſeruitus.*
6 *Vt ſeruitus præſcribatur, quæ requirantur.*
7 *Quando quis conſtituatur, & dicatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis.*
8 *Quare à die prohibitionis, qui conſtituatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis negatiuæ, & tunc præſcriptio currere incipiat.*
9 *Vt quis incipiat præſcribere ſeruitutem, quæ ſint neceſſaria.*
10 *Quaſi poſſeſſio non poteſt haberi, nec conſiſtit abſque ſcientia, & patientia aduerſarij.*
11 *Quæ vitient quaſi poſſeſſionem & præſcriptionem.*
12 *An articuli probatorij de ſcientia, & patientia, quod præſcribens vſus ſit ſciente, & patiente aduerſario faciendi ſint.*
13 *An in dubio bona fides præſumatur, & qualiter probetur.*
14 *An in præſcribendis ſeruitutibus requiratur titulus, & quomodo hic titulus ſit intelligendus.*
15 *Seruitus habens cauſam continuam quæ ſit, & quanto tempore duret.*
16 *Seruitus habens cauſam quaſi continuam quæ ſit, & quanto tempore duret.*
17 *Seruitus habens cauſam diſcontinuam.*
18 *Diſtinctio de ſeruitutibus habentibus cauſam continuam, & vel diſcontinuam, quando procedat.*
19 *Species præſcriptionis.*
20 *Quomodo amittatur, vel extinguatur ſeruitus, numer. 21. 22. 23. & 24.*
25 *Remittentibus actionis, & iura ſua, non eſt dandus regreſſus.*
26 *Quare minori tempore amittatur ſeruitus, quam acquiratur.*
27 *Differentia inter ſeruitutes ruſticas, & vrbanas.*
28 *Seruitutes vrbanæ ſunt nobiliores ruſticis.*
29 *Libertas non præſcribitur contra Eccleſiam, niſi 40. annis.*

Qualiter ſeruitus conſtituatur, & acquiratur?

1 PRęmittendum, quòd de iure quodlibet *a* prædium præſu-
a mitur liberum à qualibet ſeruitute, eo quòd quælibet res in ſua origine regulariter ab initio eſt libera d. l. altius, & l. ſi in
2 ædib. C. eod. Vnde is, qui aſſerit ſibi in fundo vicini competere ſeruitutem, eam probare tenetur, licet ei partibus fungatur, cum præſumptio iuris transferat onus probandi in aduerſarium, vt notatur in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. & in d. §.
3 æque, inſ. de actio. Sicut etiam quælibet res in dubio præſumitur eſſe allodialis, & libera, non autem feudalis, cum feudi
b ratione fidelitatis, & ſeruitij, ſit quaſi *b* ſeruitus quædam; vt notatur in l. ſi vſusfructus, 1. in princ. ff. de vſufr. & eſt text. in c. 1. §. defuncto, ſi de feu. defun. contr. ſit inter defun. & agn. vaſ. & plene Alc. in tract. de præſumpt. in 3 præſumpt. ſecūdæ
4 regulæ. Hinc Bal. in c. cum omnes, n. 21. ext. de conſtit. inquit, quòd ſeruitus regulariter non habet cauſam naturalem, ſed
5 aut impoſitam, aut præſcriptam. Docet igitur Imperator hic, quibus modis conſtituatur ſeruitus. Primo poteſt conſtitui inter viuos, pactis, ſeu conuentionibus per contractus, ſcilicet ſtipulationem, emptionem, & ſimiles, vt hic.

Secundo, in vltimis voluntatibus, teſtamento, vel codicillis vt quia teſtator damnat hæredem, ne altius tollat ædes ſuas, ne obſcuret lumina vicini, vel vt patiatur vicinum immittere tignum in parietem, vt hic, & l. poteſt, ff. communia præd. & toto tit. ff. de ſeruit. lega.

Tertio, per ſententiam, argumen. l. vſusfructus pluribus, §. conſtituitur, ff. de vſufr.

Quarto, per conſuetudinem, veluti ſi conſuetudine alicuius loci ita introductum ſit, quòd vicinus per prædium vicini iter, actum ve habere debeat, aut ne quis vltra certam altitudinem ędes altius ædificet, vel ne quis fluminibus vicini officiat, l. 1. §. pen. & ibi gl. & Doct ff. de aqua pluuia arcen. & l. 1. C. de ſeru. & Mynſing. hic.

6 Quinto, per præſcriptionem, l. 2. C. eod. & l. ſi quis diutur-
c no, ff. ſi ſeruit. vendic. Sed ad *c* hoc, vt ſeruitus præſcribatur,
d plura ſunt neceſſaria. Et I. Quaſi *d* poſſeſſio ſeruitutis requiritur. Præſcriptio enim in rebus corporalibus ſine poſſeſſione, & in rebus incorporalibus ſine quaſi poſſeſſione non
7 procedit, cap. ſine poſſeſſione, de regulis iuris, in 6. Et vt quis conſtituatur, & dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, diſtinguitur inter ſeruitutes affirmatiuas, & negatiuas. Aut enim loquitur de ſeruitutibus negatiuis, vt eſt alius non tollendi, ne luminibus, vel proſpectui officiatur, &c. & in his acquiritur quaſi poſſeſſio per vnicum actum prohibitionis, cū patientia aduerſarij. Exempli gratia; Si vicinus meus velit domum ſuam præter priſtinam formam altius ædificare, & obſcurare lumina ædium mearū, & per me prohibitio interueniat, cui ipſe acquieſcit, & obtēperat, quia altius non ædificat, tunc

ADDITIONES.

a *Præſumitur eodem modo quodlibet prædium liberum, & allodiale non feudale, aut emphyteuticum, l. altius, Cod. de ſeru. de qua præſumptione, vide plura apud Alciat. 2 præſump. 3.*
b *Feudum eſt ſpecies ſeruitutis.*
c *Hæc quæ ſequuntur ſumpta ſunt ex Cepol. tra. ſeru. vrba. c. 30.*
d *Cur non vera poſſeſſio requiritur? Iura incorporalia non poſſidentur propriè, ſed quaſi poſſidentur, l. ſeruus, §. incorporales, ff. de acquir. rerum domin.*

Digitized by Google

tunc ego per huiuſmodi actum, qui in ſola mea prohibitione,
& patientia vicini mei conſiſtit, conſtituor in quaſi poſſeſſio
ne ſeruitutis altius non tollendi, ita vt à tempore prohibitionis
incipiat currere præſcriptio, & niſi talis prohibitio interue-
niat, nunquam dicor fuiſſe in quaſi poſſeſſione illius ſeruitu-
tis. Vnde ſi domus vicini mei per 100 aut 1000. annos fuerit
collapſa, vel depreſſa, non propterea debet mihi hanc ſerui-
tutem altius non tollendi, neque eam præſcripſi, cum non
fuerim in quaſi poſſeſſione illius ſeruitutis, vt eſt gloſ. in cap.
Abb in verſ. Alc. extr. de verb. ſignif. & gl. in d. l. qui flumini-
bus, in verbo, famam, & ibi Paul. de Caſtr. ff. de ſeruitut. vrb.
præd. gl. & Bart. in d. l. 1. C. eodem, & Doct. hic. Ratio autem
8 quare tantum à die prohibitionis quis conſtituatur in quaſi
poſſeſſione ſeruitutis negatiuæ, & tunc præſcriptio currere
incipiat talis aſſignatur, per pal. hic, quia in acquiſitione ſer-
uitutis eſt neceſſarium factum vtentis, ſeu præſcribere volé-
tis. Sed quando vicinus meus habet domum depreſſam, nul-
lum factum meum interuenit, & ad hoc, vt incipiam, præſcri-
bere, opus eſt aliquo facto, quod non poteſt eſſe, niſi quod
prohibeam eum vti illa libertate, quæ alias ei competit, vide-
licet ne altius ædificet, & adde Bart. in d. l. ſicut, §. ſed ſi quæri-
tur, ff. de ſer. vend Ang & alios in d. §. æquem, inſ. de act. Aut
loquimur de ſeruitutibus affirmatiuis, vt ſunt ire, agere, im-
mittere tignum in vicini parietem, & ſimiles, & ſubdiſtingui-
tur. Quædam enim ſunt ſeruitutes affirmatiuæ, in quibus po-
teſt eſſe vſus per modum facultatis naturalis, vel quæ conſi-
ſtunt in actu meræ facultatis à iure gentium conceſſæ vt ire
per fundum vicini. Licet enim mihi de iure naturali ire per
tuum fundum, & ibi venari, donec à te prohibear, d. §. feræ,
ſupra de rerum diuiſ. & gl. poſt tex. in l. per agrum, C. eodem,
& l. Diuus, ff. de ſeru. ruſt. præd. & ad hoc, vt quis conſtituatur
in quaſi poſſeſſione iſtius ſeruitutis, requiritur, non vnus &
ſimplex, ſed continuatus actus eundi per 30. dies, ſciente &
patiente domino, nec ſufficit ſemel atque iterum fuiſſe, ſed
neceſſe eſt quem 30. diebus continuis actum eundi exercuiſ-
ſe, d. l. 1. §. hoc interdicto, & ibi Bart. ff. de itin. actuque priu.
Ideo præſcriptio non incipit currere ab vno ſolo actu eundi.
9 Eſtque ratio ſecundum Bald. hic. Nam ad hoc, vt quis incipiat
præſcribere ſeruitutem, neceſſe eſt, vt conſtet, quod incipiat
poſſidere animo acquirendi ſeruitutem: ſed in illis, quæ com-
petunt iure facultatis naturalis, vt ire per fundum alienum,
non ſtatim de animo eius conſtat ex vnico actu, aut pluribus
an velit acquirere ſeruitutem: ideo ſtatuitur tempus triginta
dierum, ex quo ius præſumit, quod habuerit animũ acquiren
di ſeruitutem, & ideo incipit currere præſcriptio, quia per
hoc ſatis demonſtratur animus euntis: quod non ex iure fa-
cultatis, ſed iure ſeruitutis vſus fuerit itinere, d. leg. 1 §. hoc in-
terdicto. Quædam vero ſunt ſeruitutes affirmatiuæ, in qui-
bus vſus non ſic ſolet eſſe, nec conſiſtere in mera facultate à
iure gentium conceſſa, ſed vbi actus gerũtur per modum de-
biti, ſeu præſumptione ſeruitutis, vt eſt immittere tignum in
vicini parietem, vel aquam ducere ex alterius fundo, vel per
fundum vicini. Nam hoc à iure prohibetur, l. aquam, C. eod.
& tunc, vt conſtituatur in quaſi poſſeſſione illius ſeruitutis,
ſufficit vnus actus, vt quis ſemel vna die, vel vice duxerit a-
quam, vel immiſerit tignum ſciente, & permittente domino,
l. 1. §. quod autem, ibi, *vel vna die*, ff de aqua quot. & æſtiua.
Vnde ſi immitto tignum in parietem vicini, ipſo patiente,
præſcriptio incipit currere à ſolo actu immiſſionis, quia eo
ſolo demonſtro animum meum, quod velim vti iure ſeruitu-
tis, cum hoc mihi à iure gentium non ſit permiſſum, nec ſine
iure ſeruitutis hoc facere licet, de quo vide Bald. & Porc hic
Angel. & Iaſ & alios in d. § æquè, infr. de actio. II. Requiritur
a ſcientia, *a* & patientia *b* aduerſarij puta domini fundi ſerui-
b tutis: *Daſſ einer mit vorvviſſen vnd gedult des Grund he-
ren auff die Ferdmarcke ſo vil jar getriben vnd gehutet hat*,
l. 2. & ibi gloſ. & Doct. C. eod. Eſtq; ratio, quia ad hoc, vt præ-
ſcribatur ſeruitus, requiritur quaſi poſſeſſio ſeruitutis, vt ſup.
10 dictum. Sed quaſi poſſeſſio non poteſt haberi, nec conſiſtit
abſque ſcientia, & patientia aduerſarij d. l. quoties, 2. ff. eodem
Si ergo ignoraret, non procederet præſcriptio, propter quaſi
11 poſſeſſionem deficientem. Nam iſta tria vitiant quaſi poſſeſ-
ſionem, & præſcriptionem ſeruitutis, quando, ſi quis vſus eſt
ſeruitute, vi, clam, vel precario, d. l. 1. in fin. C. eod. & d. l. ſi quis
diuturno, ff. ſi ſeru. vindic. Et dicitur 1. Vi, quando prohibente
aduerſario, quis vtitur ſeruitute paſcendi, vel alia, veluti ſi ali-
cui pignus aufertur, & ille nihilominus armentum ſuum vi
agit in locum prohibitum, ibiq; paſcit. 2. Precario, quando ad-
uerſario concedẽte ad eius placitum, tantũ, & non vltra quis
vſus fuit ſeruitute, l. 1. in princip. ff. de prec. Et aduerſarius hęc
duo allegãs probare tenetur, argumẽto, l. quoties, §. qui dolo,
ff. de probat. 3. Clam quando ignorante aduerſario, quis vſus
eſt ſeruitute, & debuit ſcire aduerſariũ prohibiturum, l. clam
poſſidere, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ. & debet à præſcribẽ-
te ſcientia aduerſarij probari. Vnde Bart. in d. l. 2. C. eod. dicit.
12 *Sis cautus, quod ſemper facias articulum probatorium de ſcie-
tia, & patientia, quod præſcribens vſus ſit ſciente, & patiente
aduerſario*, de quo Fel. & Canoniſtæ, in c. 4. de præſcript. Bart.
& Paul. de Caſt. in l. ſeruitutes, ff. eod. limitatur autem prædi-
cta concluſio procedere, quando quis ſolum probat de vſu
longi temporis, 10. vel 20. ann. quo caſu loquitur text. in d. l. 2.
C. eod. ſecus ſi probaret de vſu tanti temporis, cuius initij me-
moria non extat, vel etiam de longiſſimo tempore, 30. vel 40.
ann. nam tunc ſecundum communem opinionem non eſt
neceſſe, vt probetur ſcientia, & patientia aduerſarij, ſec. Paul.
de Caſt. d. l. 2. C. eod. de Cepoll. de ſeruit. vrban. præd. cap. 20.
num. 5. Deinde limitatur, quando præſcribens habet titulum
a quodam tertio, qui putabatur eſſe dominus fundi, & con-
ſtituit ſeruitutem in ipſo fundo, quia tunc pręſcribitur etiam
ignorante vero domino, exemplo rerum mobilium, ſpacio
ſcilicet 10. vel 20. annor. l. fin. §. fin. ibi, bono initio, & in ſi. l. fin.
C. de præſc. longi temp. III. Ad præſcriptionem ſeruitutis re-
c quiritur, quod præſcribens vſus *c* fuit iure ſeruitutis, eo ſcili-
cet animo, vt poſſit etiam aduerſario inuito vti iſto iure, &
non iure familiaritatis, ſeu amicitiæ, quia tunc nunquam pręſ-
criberet, l. ſi. cum ibi not. ff. quemadm. ſeruit. amitt. & leg. qui
d iure familiaritatis, ff de acquir. poſſeſſ. Et hoc probabitur *d* ex
e actibus, *e* ex quibus talis animus colligitur, nam quidam ſunt
actus, quos quis faceret in fundo cuiuslibet vicini. Quidam
verò ſunt actus, quos non faceret quis, niſi ſeruitus ei compe
teret, vt præcidere ſepem cauſa eundi per fundum vicini, &
ſimiles. De quo videte Bart. poſt gl. in d. l. 1. §. hoc interdicto,
f num. 9. ff. de itin. actuque priu. IV. Requiritur bona *f* fides,
quod præſcribens credebat ſibi ſeruitutem competere, vt no-
tatur per gloſ & Doct. in d. l. ſi. ff. quemad. ſeruit. amit. & in d.
l. 2. C. eo. Quod eſt verum ſi vult præſcribere longo tempore,
ſecus ſi longiſſimo tempore 30. vel 40. ann. quia de iure dige-
ſtorum, & C. etiam ſi bona fide præſcribi poterat, l. ſicut, cum
ibi not. C. de præſc. 30. annor. Hodie vero de iure Canon. cui
in hoc caſu ſtatur præſcriptio cum mala fide nullo vnquam
tempore procedit, c. fin. de præſcript. & cap. poſſeſſor malæ fi-
dei, de regul. iur. in 6. Quod eſt verum, quando conſtat verè
de mala fide, ſed vbi eſſet tantum præſumpta mala fides, poſt
30. annos talis præſumptio malæ fidei non poteſt allegari, l.
fin. in fin. & ibi Bart. C. vnde vi, & Cepol. de ſeruit. vrb. præd.
13 c. 20. nu. 1. in fin. An autem in dubio bonæ fides præſumatur,
& qualiter probetur, diſtingui ſolet, poſt Bart. in d. l. fin. C. vn-
de vi. Aut quis poſſidet cum titulo, & bona fides præſumitur,
leg. penult. C. de euict. Vnde pars aduerſa malam fidem alle-
gans probare tenetur, l. verius, ff. de probat. niſi eſſet denun-
ciatum, quia denunciatio conſtituit quem in mala fide, leg. ſi
fundum, Co. de rei vendic. Idem ſi eſſet titulus à iure impro-
batus, l. quemadmodum, Co. de agric. & cenſ. li. 11. Vbi dicitur
in fin. *Mala fidei namque poſſeſſorem nullus ambigit, qui ali-
quid contra legum interdicta mercatur*. Aut quis poſſidet ſi-
ne tit. & dic. ſecun. Bart. in d. l. fin. Cin. & DD. in d. l. 2. C. eod.
gloſ. & Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priu.
quod

ADDITIONES.

a *Scientia eius, contra quã præſcribitur, requiritur in præſcr. ſer-
uit l. 2. C. de ſeru vide Balb. tract. de præſc. 4 par. 2. nu. 12.*
b *Patientia eius, aduerſus quem præſcribitur, requiritur in præ-
ſcribendis ſeruitutibus, l. quoties. De ſeruitutibus. Balb. d. loco.*
c *Opinio certa in præſcribente ſeruitutem requiritur, nimirum,
quod crediderit ſe vti iure ſuo Neceſſe eſt enim, vt vtatur tan-
quam ſeruitute ſibi debita, alias non acquirit ſeruitutem, etiam
ſi vſus fuiſſet tanto tempore, cuius initij memoria non extet, l.
1. §. Ariſto, ibi* Qui ſe putat, iure ſuo vti, *ff. de aqua quot.*
d *Fortaſſe non opus probatione, cum quiſque præſumatur vſus a-
nimo acquirendi ius, niſi cõtra probetur. Curt. in repet. cap. vlt.
de conſuet. & ſic vidi ſæpius vſurpari.*
e *Quemadmodum quis probetur vſus iure ſeruitutis, vide Imol.
in c. bona, 2. de poſtul. prælat & in c. cum Eccleſia Sutrina, in
verb. aſſuiſſe, de cauſ. poſſ. & propriet. Alex. 3. conſ. 50.*
f *Bona fides omni tempore requiritur in præſcribente ſeruitutem
vt hic. Adde Bart. in l. 1. § hoc interdicto, ff. de itin. actuq; pri-
uato, eamque probare debet agendo, quia iuris præſumptionem
habet contra ſe, quod quælibet res præſumitur libera niſi de ſer-
uitute probetur l. altius, C. de ſeruit. & aqua. Balb. de præſcript.
4 par. 2. q. 2. num. 10.*

a quod regulariter tunc mala fides præſumitur: *a* ideò probato
ſolo tantum vſu ſeruitutis, bona fides non præſumitur, niſi
aliud quid ponatur; & probetur per quod bona fides induci-
tur. Eſtque ratio, quia iuris præſumptione omnia prædia ſui
natura præſumuntur eſſe libera, d.l.altius, C.ſeruit. Ideo qui-
libet ſcire debet, ſibi non competere ius in re aliena, per regu-
lã, d l.fi.C. vnde vi. Vnde vt mala fides excludatur, debet præ-
ſcribens præter vſum aliquid ponere, ac probare, veluti ſi ſæ-
pius à vicinis, vel parentibus audiuiſſet talem ſeruitutem ſuo
do ſuo competere, vel quod fuerit de hoc publica vox, vel fa-
ma. Nam hoc tribueret iuſtam cauſam credẽdi, & hoc proba
to bona fides præſumitur, de quo Cep. in d. ca.20 t. & Balb. in
tract.præſ.in a.par.quartæ partis principalis, in 1.q.num.11. Et
14 circa prædicta notandum, quod in præſcribendis *b* ſeruituti-
b bus non requiritur *c* titul.text.eſt in d.l. ſi quis diuturno, ff. ſi
c ſeru. vind.& not in d.l.8.C.eod.Bart.in d.l.fi.ff quemad. ſeru.
amittit. Neque hoc caſu intelligẽdus eſt tit. quem quis habet
à vero domino, quia tunc præſcriptio nõ eſt neceſſaria, ſed ſuf
ficit patiẽtia, quæ loco traditionis habetur d. l.quoties, 2 ff.de
ſeruit. Sed eo titulo, quem quis habet à domino, quem domi-
num eſſe credebat: nã & talis titulus in præſcribendis ſeruitu-
tibus non requiritur, d.l ſi quis diuturno, licet ſecus ſit in pre-
ſcribendis rebus corporalibus, vbi titulus omnino eſt neceſſa-
rius, l. nullo, C. de rei vend. & de ratione diuerſitatis dicemus
d inf.de præſ. V. Et *d* vltimo requiritur legitimum tempus, ſeu
vſus continuatus per tempora ad præſcriptionem in hoc caſu re
quiſitum, & diſtinguitur per Doct poſt gl.ord.in d.l. ſeruitu-
tes, in verbo, certam, ff. de ſeru. vrb. præd. Quædã enim eſt ſer-
15 uitus habens cauſam *e* continuam, ſeu perpetuam, quæ ſem-
e per in vſu eſt actualiter, & potẽtialiter, vt eſt ſeruitus aquædu
ctus, quia aqua ſemper fluit ſui natura. Item immittendi tigni
in vicini parietem, & ſimiles, quæ facto, & hominis induſtria
non indigent, ſed vbi ſemel fuerint conſtitutæ, perpetuo du-
rant. Quando enim tignum ſemel eſt immiſſum in parietem
vicini, non opus habeo ad eius præſcriptionẽ aliquo alio ho-
26 minis facto, & opera. Quia tignum immiſſum per ſe tunc ſtat,
Quædam ſeruitus dicitur habere cauſam quaſi continuã, ſeu
quaſi perpetuam, quæ continuo potentialiter, ſed non actuali
ter eſt in vſu, vt eſt ſeruitutis ſtillicidij auertendi. Licet.n. non
ſemper auertatur in tectum vicini, cum non ſemper pluat, ta
men non eſt opus facto hominis, ſed ſemper eſt apta exerceri
iſta ſeruitus ſine facto hominis, quando ſcilicet pluit, le. fora-
f men, ff. eo. Et hæ duæ *f* ſpecies ſeruitutũ habentes cauſam cõ
tinuam, vel quaſi continuam, præſcribuntur 10.ann.inter præ
ſentes, & 20.inter abſentes, d l.a.& ibi Doct.C.eod.& d.l.fin.
in fi.C. de præſcr.long temp.& d.l.ſi quis diuturno, gloſ. & ibi
Doct. in d.l.ſeruitutes ſuper verbo, certam, ff eo. Hãc conclu-
ſionem limitate. 1. Procedere de iure ciuili, nõ autem de iure
Canonico in rebus Eccleſiaſticis, qui ad præſcribendam ſerui
tutem in prædio Eccleſiæ, & ſic contra Eccleſiam, etiamſi ha
beat cauſam continuam, ſemper tamẽ requiritur tempus 40.
annorum, ſicut in præſcriptione dominij, ſecundum Innocẽt.
& Canon.in c.ſi diligenti, de præſcript.addite Balb in d.tract.
præſc.in 1.par. quartæ partis principalis, in 1.q.n.6. Quædam
17 verò ſunt ſeruitutes, quæ dicuntur habere cauſam *g* diſconti
g nuam, ſeu ſucceſſiuam, aut interpolatam, quæ non ſit ſemper
in vſu, neque actu, neque potentia, ſed ad earum exercitiũ,
& vſum ſemper requiritur factum hominis ſucceſſiuũ, vt eſt
in ſeruitute itineris, & paſcendi. Vnde Bat. in d.l.a. C.eod.tra
dit regulam. Quando ad vſum ſeruitutis requiritur factũ ho
minis, nunquam dicitur habere cauſam continuam, ſed diſcõ
tinuam. Quia homo non poteſt continuo operari, ire, paſcere
pecora. Si verò ad vſum ſeruitutis non requiritur factum ho-
minis, tunc dicitur habere cauſam continuam. Et huiuſmodi
ſeruitutes non præſcribuntur, neque, longo, neque lõgiſſimo
tempore, 30.ſcilicet, vel 40.ann.ſed ad præſcriptionem earum
requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non extet,
ſecundum gl.& Doct.in d.l.ſeruitutes, ſup.verbo, certam, &
gl.in fin.in d.l fin.C.de præſcript.longi temp. & l. hoc iure, §.
ductus aquæ, ff.de aqua quotidiana, & æſtiua. Vbi ductus a-
quæ, ad cuius vſum requiritur factũ hominis, videlicet, vt de
quodam fonte extrahatur aqua, & immittatur in aliquem ri
18 uum, tantum tempus requirit. Hæc autem cõcluſio, & diſtin-
ctio de ſeruitutibus habentib. cauſam continuam vel diſcon-
h tinuam, ſolum procedit *h* in ſeruitutibus realibus, quæ à re rei
debentur, nam tunc ipſa res, cui acquiritur continuo, dicitur
quaſi poſſidere huiuſmodi ſeruitutes continua: ſed de diſcon-
tinuis ſeruitutibus non poteſt dici, quod ipſum prædium, cui
debentur, eas cõtinue ſic quaſi poſſideat, ne dum facto homi
nis, quia homo ſemper, & continue operari nequit, ſed etiam,
nec animo, quaſi poſſidere poteſt, cum prædium non habeat
animum. Non autem procedit in ſeruitutibus perſonalibus,
quæ debentur a re perſonæ, vt vſusfructus, vſus, &c. Licet
enim ad earum exercitium quoque requiratur factum homi
nis, non ſolum ab initio, ſed etiam ex poſt facto, non tamẽ di
cuntur habere cauſam diſcõtinuam, quia animo poſſideri, &
retineri poſſunt, ex quo perſonæ debentur, quæ habent ani-
mum, qui eſt continuus in poſſeſſione retinẽda, licet actus ho
minis ſint diſcontinui, vt tradit Bar.in l iuſto errore, §.nõ mo
tat, ff.de vſucap. ideo etiam ad exemplum rerum immobiliũ,
& ſeruitutum habentium cauſam continuam, præſcribuntur
longo tempore, 10.ſcilicet annis inter præſentes, & 20. inter
abſentes, cum titulo. Sine titulo verò, præſcriptione lõgiſſimi
temporis, 30.vel 40.annorum, tex.eſt in d.l fin.in fi C. de præ
ſcript.longi temp. Et Cyn. in d.l.2.in 6 q.C.eod.Cep. de ſeru.
vrb.præd.c.19 n.10.2. Limitatur prædicta concluſio, quando
quis probat ſe habere verum titulum a tertio, non domino
fundi, qui conſtituit ſeruitutem inter viuos, vel in vltima vo-
luntate, nam tunc ſeruitus etiam diſcontinua præſcribitur lõ-
go tempore, concurrente ſcilicet titulo, & bona fide, vt deci-
dit Paul.de Caſt.in d.l.ſeruitutes, in prin.ff.eo per d l.fin.in fi.
C.de præſcr.longi tem. Refert, & ſequitur Cepol.in d.c.19.n.
9.& Balb de præſc.in d. a. par.quartæ partis principalis, in 1.
q.n.4 3. Limitabitis hanc concluſionem non procedere de
iure Saxon. quo talis diſtinctio inter ſeruitutes continuas, &
i diſcontinuas quo ad præſcriptionem, non attenditur. *i* Nam
19 de iure Saxonico, duæ ſunt tantum ſpecies præſcriptionis An
nalis ſcilicet, qua præſcribuntur res mobiles. Et Tricenalia 30
ſcilicet annorum, vnius anni, 6. ſeptimanarum, & 3. dierum
& omnia iura incorporalia, ſiue habeant cauſam continuam,
ſiue diſcontinuam, ex quieta, & pacifica poſſeſſione 30. anno
rum, anni, & dierum concurrentibus alijs ad præſcriptionem
requiſitis, indiſtincte præſcribuntur.

K *Quomodo k extinguatur, vel amittatur ſeruitus?*

20 De hac quæſtione eſt tit. in ff. quib. mo. ſer. amit. Et primo
amittitur omnis ſeruitus confuſione. Quando ſcilicet, idem
vtriuſque prædij ſeruientis, & dominantis in ſolidum domi-
nus eſſe cœperit. Vnde ſi prædium tuum ſeruiat meo prædio,
& po-

ADDITIONES.

a *Sed poſt 30. annos non attenditur, nec eius allegatio præſcriptionem impedit, ex quo tollitur per decurſum 30 ann. Bart. d.l. vlt. C. Vnde vi, niſi alia ratione mala fides probetur. Vide Couar. c. poſſeſſor, de reg. iur.*
b *Hic ſcilicet realibus. Aliud in vſufructu: aliud in prædijs Eccleſiæ vide plura apud Cep. tract. ſeru vrban. c.20. nu. 6.*
c *Ergo titulus non ſolemnis ſufficiet, arg. l. poſt mortem, ff. de ado. An ſaltem allegatio tituli requiritur? Negat Cepol. d. loco, n.6. Sed vide Bal tract. de præſcr. 4 par. 2. q.2.*
d *Prohibitio etiam exigitur in negatiua ſeruitute, (vt eſt ſeruitus altius non tollendi,) & a die prohibitionis incipit præſcriptio gl. & Doct. in l. qui fluminibus, ff. vrban. & in l. 1. C. de ſeru.*
e *Continuam cauſam, vel quaſi continuam cauſam habens ſeruitus dicitur, in cuius vſu non requiritur factum hominis. Huius generis eſt ſeruitus fluminum, ſtillicidij, altius non tollendi, proſpectus.*
f *Seruitus cauſam continuam, ſeu perpetuam, vel quaſi continua habens præſcribitur decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes Cep. ibid. c 19 vide Balb. tr. a. de præſcrip. 4 par. 2. q. 1. vbi quatuor exceptiones ad hanc ſententiam profert.*
g *Diſcontinua, & interpellata ſeruitus dicitur, in cuius vſu factũ hominis exigitur, vt via, itineris aqua hauſtus. Huiuſmodi ſeruitus non præſcribitur ſpacio decem annorum, inter præſentes, viginti inter abſentes, de quo in l. ſeruitutes, ff. de ſeruitutibus. Sed tẽpore cuius memoria non extat, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana puta centum annorum. Do. in d.l. & ſeruitutis, & l. foramen, ibi Guid. Pap. q. 573. Practica Papienſis, in forma actionis confeſſoriæ pro ſeruitute, in gl. Seruitus aquæductus. An talis eſt ſeruitus pecoris paſcendi? Ait. Guid. Pap. d. loco poſt Innoc. Hoſtien. & alios, in c. cum Eccleſia, in fin. ext. de cauſ. poſſeſ. & propriet. c. ad aures, c. de quarta ext. de præſc. Adde Mynſin. 4. Obſer. 54. Vbi notat ad probandam ſeruitutem paſcendi pecoris, (tanquam habentem cauſam diſcontinuam) inter cætera requiri tempus immemoriale, præſertim ſi nullus titulus allegetur, per tex. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana l. ferarum, ff. de ſeruit. Dec. in l. ſi certis annis C. de pactis.*
h *Immo figmentum eſt erroneum.*
i *Et recte, ac mariti.*
K *Vide Cepollam tractatu ſeruit. vrban. cap. 24.*

& poſtea emo à te tuum prædium, vel è contra tu conſequeris dominium mei prędij, exſtinguitur, vel conſtituitur ſeruitus, text.eſt in l.1,& ibi gl.ff.eod. Eſtque ratio, quia res propria nemini ſeruit.l.vti frui,ff.ſi vſufr.pet.

21 Secundo, exſtāte conditione. Quando ſcilicet hæres impoſuit ſeruitutem fundo alteri ſub conditione legato, exſtinguitur ſeruitus adueniente conditione, l.ſi is, cui,§ hæres,ff.eo.

22 Tertio, quando vaſallus impoſuit ſeruitutem fundo feuda. li reuerſo feudo ad dominum, exſtinguitur ſeruitus, §.quid ergo. Si de feudo defuncti controuerſia ſit inter dominum, & agnatum, d.l.vaſſallo. Reſoluto enim iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, d.l.lex vectigali, ff.de pign.

23 Quartò, ſpontanea patientia citra temporis diuturnitatem veluti, ſi ſtillicidij immittendi ius habeam in aream tuam, & permiſerim tibi ius in ea area ædificandi, ſtillicidij immittendi ius amitto, l.ſi ſtillicidij, ff.quemad.ſeru.amitt.

24 Quinto, ſi locus, per quem mihi debetur iter, impetu fluminis occupatus eſt, per ſtatutum tempus non vtendo, ius amittitur, & ceſſante impetu reſtituitur in priſtinum ſtatum, l.ſi lo-

a cus, in princ ff.eod. Vbi in fine dicitur, quod *via a publica impetu fluminis, vel ruina amiſſa, vicini proximi viam præſtare tenentur* Et dicit ibi gl.licet a fiſco debeat prætium vię numerari, quod tamen de conſuetudine non obſeruatur. Secus eſt

b in via *b* priuata, vbi prætium à priuato eam petente præſtari, debet, l.ſi quis ſepulchrum, ff.de religio.& ſum.fun. Et Pau de Caſtr in d.l.ſi locus, hunc caſum quotidianum notare iubet, addit Cep.ſeru.vrb.præd.c.24.in fi.

25 Sexto, expreſſa iuris ſui remiſſione, quis ſeruitutē amittit. Remittentib.n. actiones, & iura ſua, non eſt dandus regreſſus ad ea, vt dicitur in l.quæritur, §.ſi venditor, ff.de ædil. edicto.

26 Septimo, præſcriptione, non vtēdo, ſ. ſeruitute per longum tempus, 10.ann.inter præſentes, & 20.inter abſentes, l.penul. C.eod. Et hæc concluſio ampliatur procedere, non ſolum in ſeruitute continua, ſed etiam diſcontinua, adeo, quod licet ea non pręſcribatur longo, ſed tanto tempore, cuius initij memoria non exſtat, tamen perditur per non vſum longi temporis.

c Quod eſt verum, quando *c* huiuſmodi ſeruitus diſcontinua, eſt conſtituta ſine aliquo interuallo temporis, mēſium, vel annorum. Veluti permitto tibi, vt poſſis haurire aquam ex meo fonte quandocunq; velis, aut etiam alternis diebus authoris, nam tunc ſit ſeruitus ſui natura diſcōtinua, tamē quia ex propoſito, & conuentione habet cauſam continuam, vt non vtendo longo tempore amittatur, l.ſi ſic ff.eodem. Secus ſi ſeruitus diſcontinua etiam ex propoſito, & vi cōſtitutionis habet cauſam diſcontinuam, & interualla, annorum, vel menſium. Veluti ſi eſt conuentum, vt ſemper quis vti poſſit, reputatur illud ius quotidianum, & quaſi continuum, vt non ſemper liceat ducere aquam per fundum vicini, ſed ſolum æſtate, vel alternis annis aut menſibus, & tunc duplicato tempore amittitur hæc ſeruitus. Ita quod duplicetur longum tempus 10.tantum annorum, vt indiſtinctè tam inter præſentes, quam inter abſentes huiuſmodi ſeruitus 20.ann.pręſcribatur, d.l.ſi.ſic, ff.eo. & l.fi.C.eo. Neque hoc caſu tempus 20.annorum duplicatur,

27 vt videtur velle gloſ.in d.l.ſi ſic, ſuper verbo, conſtituto. Nam in contrarium communis eſt opinio, & concluſio Doct. poſt text.& gl.in d.l.fi.in verbo, deſidia, C.eod. Et ratio, quare minore tempore acquiratur, quam amittatur ſeruitus, eſt fauor libertatis, & odium negligentis non vti, ſecundum Doct.in d. l.fi.adeo, quod etiam ignorās ſibi ſeruitutem competere, non

28 vtendo eam amittat, l.ſi partem, §.ſi per fundum, ff.eod. Pro limitatione autem prædictæ concluſionis. l.Notabitis hoc ca-

d ſu differentiam inter ſeruitutes ruſticas, & vrbanas *d* in ruſticis enim ſeruitutibus ſufficit ſolus non vſus longi temporis, licet præſcribens libertatem nihil faciat. In vrbanis verò, ad hoc, vt amittantur, non ſufficit ſola negligentia non vtentis, ſed præter negligentiam domini prædij dominantis in non vtendo, requiritur etiam factum aliquod domini prædij ſeruienis, & tale factum, quòd vſum ſeruitutis impediat, ita vt dominus prædij dominantis, priuetur quaſi poſſeſſione ſeruitutis, & dominus prædij ſeruientis, conſtituatur in quaſi poſſeſſione actus præſcribendi libertatem. Veluti ſi ędes tuæ debeant meis ædibus ſeruitutem immittendi tignum in tuum parietem, & ego ex emero tignum, ſeruitus non propterea exſtinguitur 10.annor. ſed ita demum, ſi tu foramen, vnde tignum eſt exemptum, obturaueris, & per 10.annos ita habueris, tunc amitto ſeruitutem immittendi tigni, alioqui ſi nihil noui feceris, integrum ius meum permanet, text.eſt in l.hæc autem iura, vbi gl.& Doct.ff.de ſeruit.vrban præd. & l.ſi quis

29 alia, in fi.ff quemad ſeru.amit. Ratio autem diuerſitatis aſſignatur ibi à Doctoribus, quod ſeruitutes vrbanæ ſunt nobi-

e liores ruſticis, & magis intereſt *e* Reipub. vt conſeruentur, ne ſcilicet aſpectus vrbis deformetur, ideo difficilius præſcribun-

30 tur, vt inquit Angel.io d.§ æquè. ou. 16.inſ.de actionibus II. Limitabitis prædictam concluſionem vt contra Eccleſiam libertas non præſcribatur, niſi ſpacio quadrag. ann. vt notatur per Abb.& alios, in d.c.quarta, ext. de pręſcript.io 3.p.quartę partis principalis.in 1,2.3.& 4.quæſt.III. Limitabitis prædicta procedere de iure communi, non autem de iure Saxonico. Nam ad præſcribendam libertatem contra ſeruitutem, tam cauſam continuam, quam diſcontinuam habentem, de iure Saxonico requiritur præſcriptio triginta annorum, anni, & diei. Et plura de amiſſione ſeruitutum, videte in tit.ff.quemad.ſer.amitt.& Cep.in d.c.24.

ADDITIONES.

a *Si vi, & impetu fluminis, aut alias via publica fuerit amiſſa, vel deſtructa, via conſtituenda eſt in fundo, qui eſt, vel erat via proximior habita rationis vtilitatis publicæ, eum tamen in modum, vt quam minimo diſpendio priuati id fiat, & præſtito ei impenſis, damnis, & ceteris huiuſmodi, leg.ſi bona, vbi gloſſ.ff. quemadmodum ſeruit.amittat, l.ſi cui ſimpliciter, ff.de ſeru.facit l.venditor, § ſi conſtat, ff.commun.præd.*

b *Si via priuata, aut vicinalis deſtructa ſit, vel amiſſa caſu (puta impetu fluminis) ea reſtituenda erit in loco, & in eodem fundo, loco propinquiore habita ratione commodi, & incommodi prędij dominantis, & ſeruientis: vt ſi res, ita ferat, alio etiam loco aliaue parte poſſit via reſtitui.l.2.§.penul.ff.de relig.*

c *Seruitutes diſcontinuæ ſunt, quæ conſtituuntur ſine aliquo interuallo temporis, & menſium ſic tamen, vt ex propoſito, & conuentione contrahentium habeant cauſam continuam, vt quaſi continua, longo tempore amittuntur, diſcontinua vero penitus (etiam ex propoſito, & vi conſtitutionis) duplicato tempore amittuntur. Prioris generis eſt hæc ſeruitus, vt poſſis haurire aquam ex meo fonte quandocunque velis, aut alternis diebus, vel horis poſterioris, vt non ducas aquam ex meo, niſi æſtate, vel alternis annis, aut menſibus.*

d *Vide meliora apud Cuiac. l.4.de vſucap. Reuar.de vſucap. & alios recentiores.*

e *Imò Reipublicæ magis intereſt ſeruitutes ruſticas conſeruari: cum ſint comparatæ fructuum gratia, quorum potior eſt cauſa, quam ædificiorum.*

DE VSVFRVCTV.

TITVLVS IV.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Perſonales ſeruitutes vnde dicantur.*
3 *Diuiſio huius tituli in quatuor partes.*
4 *Vſusfructus alius cauſalis, & alius formalis.*
5 *Vſusfructus cauſalis quis, & vnde.*
6 *Formalis quis.*
7 *Definitio vſufructus, & eiuſdem explicatio.*
8 *Vſufructuarius interpellatus tenetur præſtare cautionem vſufructuariam.*
9 *Cautio vſufructuaria quotuplex, & quādo præſtetur, & n. 10.*
11 *Per quos debeat præſtari cautio vſufructuaria, & ſi præſtari non poteſt, an debeatis, cui relictus eſt vſusfructus, gaudere commodo vſufructus.*
12 *An hæc cautio ſit de ſubſtantia vſusfructus.*

1 IN princ.tit.pręced.dictum eſt ſeruitutum alias eſſe reales, alias perſonales. Declaratis itaque realibus quæ à re rei debentur, nunc de perſonalibus ſubijcitur, non quæ à perſona perſonæ debentur, & merę perſonales dicuntur, de quibus ſupr. de iure perſonarum dictum eſt, ſed quæ à re perſonæ debentur, vnde & perſonales

2 dicuntur. Primò a perſona dominante, cui ſcilicet à re, ſeu prædio ſeruiente debetur ſeruitus. Supra enim in quæſtione. *Quotuplex ſit ſeruitus?* dictum eſt, ad dijudicandā qualitatem ſeruitutis inſpiciendum eſſe id, cui debetur, & denominādam eſſe ſeruitutem ab eo, cui debetur, tamquam à digniori ſecundum glo.& ibi Doct.d.l.2.ſuper verbo, aream, ff.de ſerui.vrb. præb. Deinde, quod vna cum perſona, cui debentur, exſtinguuntur, vt in §.fin.inſ.eod.dicetur, & earum tres enumerantur ſpecies, Vſusfructus ſcilicet, vſus, & Habitatio. De priori

3 in hoc titulo tractatur, qui diuiditur per Doct.in quatuor partes. In prima declaratur, quid ſit vſusfructus. In ſecunda, qualiter conſtituatur. In tertia, in quibus rebus conſtituatur. In quarta, qualiter finiatur. Et concordat cum hac Rubr. totus ſeptimus liber Digeſtorum, & tit.in C.de vſufr.

Vſufru-

Digitized by Google

Vſusfructus quid eſt?

Ad intellectum definitionis hic poſitæ, præmittendũ poſt
Doctores hic, ſup. verb. *eſt ius*, in fi. & in l. 3. in verb. reuerti, ff.
eod. & in l. rectè dicimus, in verb. ſeruitutis, ff. de verb. ſignifi.
4 Vſumfructum alium dici cauſalem, alium formalem. Cauſa-
5 lis eſt ipſe vſus rei propriæ, ſeu commoditas tributa domino
vtendi, & fruendi re ſua pro libito, & arbitrio ſuo, iuxta l. in re
a mandata, C. mandati. *a* Et dicitur cauſalis, *b* à cauſa, ſcilicet
b dominij, quod a proprietate, ſeu dominio non eſt ſeparatus,
ſed cum ſua cauſa, id eſt, proprietate coniunctus, & vnitus,
c quo caſu pars *c* dominij dicitur, l. 4. ff. eod. Et tunc non eſt ſer-
6 uitus, quia res ſua nemini ſeruit, vt dicitur in d. leg. vti frui, ff ſi
vſuſfructus petat. Formalis verò dicitur, qui eſt ſeparatus a ſua
cauſa, id eſt, proprietate, & habet certam quandam & diſtin-
ctam formam a ſua proprietate, ita, vt apud vnũ ſit proprie-
tas, apud alium vero vſusfructus eiuſdem rei, d. leg. rectè dici-
mus, ff. de verb ſignific. & notatur poſt gl. magnam in l. ſi mu-
7 lieri, ff. de vſufruct. accreſcen. Et hoc caſu non eſt pars domi-
nij, ſed ſpecies ſeruitutis, vt habetur in dicta l. rectè dicimus,
& de hoc formali vſufructu, non cauſali, agitur in tit. noſtro,
& ita definitur. *Quod vſusfructus ſit ius vtendi fruendi rebus
alienis, ſalua rerum ſubſtantia*, vt hic, & l. 1. ff. eod. Quam defi-
nitionem declarat gloſ hic, & in d. l. 1. Et dicitur, *Vtendi*, ad
differentiam iuris, quod habet creditor in pignore, qui non
poteſt vti re oppignorata, imò vtendo furtum committit, §.
furtum, infra de oblig. quæ ex delict. naſc. Quod eſt verum, ſi
inuito debitore vtatur: ſecus ſi eo volente, nam tunc fructus
percepti ex re pignorata, computãtur in ſortem, & extenuant
debitum, l 1 & 2. C. de pig. act. Item dicitur, *Fruendi*, ad diffe-
rentiam vſus. Vſufructuarium enim omnes fructus ſuos fa-
cit & eos vendere, & alienare poteſt. Secus eſt in vſuario, qui
tantũ fructibus vtitur, pro ſua, & ſuorum quotidiana neceſ-
ſitate, & reliquos fructus domino proprietatis reſtituit, vt in
princip. infra de vſu, & habit. Dicitur, *Rebus alienis*, quia talis
vſufructus formalis ſeparatus eſt a proprietate, cum res ſua
nemini ſeruiat, d. l. vti frui, in princip. ff ſi vſusfr. petat. Dicitur
Salua rerum ſubſtantia, quia illud ius perſeuerat tantiſper, dũ
res exiſtit, ea autẽ perempta, ipſum quoque ius extinguitur,
vt hic, in fin. princ. & in §. fin. infra eodem dicetur. Item quia
vſufructuarius ita debet frui, & vti, vt proprietas rei non fiat
deterior, vnde ſi vſusfructus vineæ legatus eſt, debet vſufru-
ctuarius in locum demortuarum vitium, vel arborum alias
8 ſubſtituere, §. ſed ſi gregis, ſupra de rerum diuiſ. Hinc etiam
d diſponitur, quòd ſi vſufructuarius interpellatur *d* tenetur præ
ſtare cautionem vſufructuariam, l. 1. & tot tit. ff de vſufr. quẽ-
9 adm. caueat, l. 1. & l. vſufructu, 1. C. de vſufruct. Eſtq; ea cau-
tio duplex, ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l 1. C. eodem. Vna
de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de conſeruãda, ac
reſtituenda proprietate, finito vſufructu. Habet enim hæc cau
tio duas cauſas, ſecundum Iuriſconſultum, in d. l. 1 §. vſufruct.
quemad. caueat. Vna eſt, quod cauere debet, ſe non deteriore
facturum cauſam vſusfructus, ceteraque facturum, quæ in re
ſua faceret. Et altera de reſtituenda, d. l. vſufructu, 1. C eodem.
Et hæc cautio præſtatur, quando conſtituitur vſusfructus in
rebus mobilibus, vel immobilibus, quæ vſu non conſumun-
tur, quo caſu propriè conſtituitur vſusfructus, cum is vtitur
10 rebus alienis, ſalua rerum ſubſtantia. Alia eſt cautio vſufru-
ctuaria, quæ præſtatur, quãdo relinquitur vſusfructus earum
rerum, quæ vſu conſumũtur: vt vini, frumenti, pecuniæ, &c.
de quibus loquitur titul. ff. de vſufruct. earum rerum, quæ vſu
conſumuntur. Et in iſtis præſtatur cautio de reſtituendo tan-
tam quantitatem finito vſufructu, quantam ipſe accepit, &
de ea in §. conſtituitur, infra eodem dicetur. Quod ad priorẽ
cautionem attinet, ſciendũ eſt, quòd quilibet vſufructuarius
eam præſtare tenetur, quocumque modo vſusfructus ſit con-
ſtitutus, d. l. vſufructu, 1. C. eod. & d. l. 1. verſic. ſed etſi ex alia,
ff. vſufruct. quemad cau. Adeo quòd vxor etiam, cui maritus
relinquit vſumfructum, eam præſtare tenetur, dict. l. 1. C. eod.
e Immò nec *e* teſtator, legãdo vſumfructum, iſtam cautionem
remittere poteſt, text. eſt in d l. 1. Cod. eodem. Quia illa cautio
concernit commodum ipſius hæredis, non teſtatoris, ſecund.
gl. in d. §. conſtituitur, in verb. ſatiſdatur, infra eodem. Et per
hoc vſufructuarius inuitaretur ad delinquendum, quod iura
fieri prohibent, l. conuenire, ff. de pactis dot. Hæres autem eã
remittere poteſt, ſecundum gloſs. in d. l. 1. C. eodem. Quilibet
enim fauori pro ſe introducto renunciare poteſt, l. pen. C. de
pact. & l ſi quis in conſcribendo, C. de Epiſcop. & cler. Debet
11 autem hæc cautio præſtari per fideiuſſores, ſecundum gloſs.
& DD. in dict. l. vſufruct. Si autem non poteſt præſtari talis
cautio, dubitatur, an tunc is, cui relictus eſt vſufructus, debeat
gaudere commodo vſusfructus, & glo. in d. l. vſufructu, tenet
quod non. Bart. verò quem communiter Doctores ſequun-
tur, ita diſtinguit: Aut perſona fructuarij eſt ſuſpecta, tunc de-
bet fieri ſequeſtratio apud idoneum virum, qui de fructibus
præſtet vſufructuario. Si verò non eſt ſuſpecta, licet ſit inops,
tunc ſtatur iuratoriæ cautioni, facit Auth. cur relictum, C de
indicta vidui. toll. De quo Porc. & alij hic, & Doctores in
dict. leg. vſufructuar. Limitatur autem prædicta concluſio. I.
Procedere, ſi petita fuerit cautio: ſi enim non fuerit præſtita
f hæc ſatiſdactio, quia non eſt petita, fructuarius nihilominus *f*
facit fructus ſuos, cum ſit in bona fide, ſecund. gloſſ. in l. vxori
fructu, in verb. cautionem, ff. de vſufruct. leg & Bald. hic in
princip. II. Limitatur, ſi fiſco vſusfructus fuerit legatus, qui
ſatiſdare non cogitur, quia præſumitur diues, l. prima, §. ſi ad
fiſcum, ff. vt leg not. cau. III. Pater habens vſumfructum in bo
nis filiorum, propter reuerentiam paternam, ab huiuſmodi ſa
12 tiſdatione excuſatur, leg. fin. § hoc proculdubio, Cod. de bo-
nis quæ liberis. Ex prædictis itaque decidi poteſt illa quæſtio:
g *An g cautio ſit de ſubſtantia vſusfructus, vt aliter non intelli-
gatur conſtitutus, nec fructuarius fructus faciat ſuos antequam
caueat?* Licet enim de ea variæ ſint opiniones, vt refert gl. in
d. leg. vſufructu. Verior tamen eſt ſententia gl noſtræ hic, in
verb. ſubſtantia. Quòd hæc cautio non ſit de ſubſtantia vſuſ-
fructus, cum ſine ea conſiſtere poſſit, in caſibus vbi remittitur
ab hærede, & quandoque non præſtatur, vt iam dictum eſt.
Reſtringitur autem hæc opinio procedere in vſufructu earũ
rerum, quæ vſu non conſumuntur, ſecus ſi vſu conſumantur,
nam tunc illa cautio, vt finito vſufructu eiuſmodi res, vel æ-
ſtimatio earum, reſtituatur, videtur eſſe de ſubſtantia vſusfru-
ctus, de quo vide Bart. in d. l. 1. nu. 12. C. eodem.

A D D I T I O N E S.

a *Adde Accurſ. in princ. & §. 1. hoc tit.*
b *Cauſalis vſusfructus eſt, quem proprietarius ex cauſa proprie-
tatis conſequitur ex proprietate, qui vſusfructus non eſt ſerui-
tus propterea quod res ſua nemini ſeruit. leg. iure communi, ff.
verb. præd. l. vti frui, ff. ſi vſufr. petat.*
c *Non puto ita intelligendam eſſe l. 4. cum eam de vero vſufructu,
quem author hic formalem appellat, agere verba poſteriora eiuſ-
dem legis 4. ſatis manifeſte doceant; Exiſtat, inquit, quod vel
præſens, vel ex die dari poteſt. Quod autem vſusfructus pars
dominij dicatur fit impropriè propter vtilitatem, & emolimen-
tum eius, quod fructuarius percipit, quod profecto cum dominio
comparandum eſt, & niſi mihi omnium exemplarium fides con-
traria eſſet, par, pro pari reſtituendum putarem hoc modo; Vſuſ
fructus in multis caſibus par dominij eſt, id eſt, inſtar dominij
obtinet, maximè cum multis alijs legibus pars rei eſſe negetur.
vt l. 34. §. 1. ff. de vſufruct. leg. Meuius 66. §. 6. ff. de lega. 2. item
l. ſi areo, 70. §. 2. ff. de fideiuſſ. ſcio tamen, quod aliud eſt, pars rei,
aliud* pars dominii, *cum hoc in iure, illa in corpore conſiſtat.
Si itaque dominium pro iure ſumamus, vt in multis legibus ac-
cipitur, quidni dicamus vſumfructum in multis caſibus partẽ
dominij obtinere? cum vſufructuarius vendere locare, & ſimi-
lia, quæ etiam dominici iuris ſunt facere poſſit. Sic alibi vſuſ-
fructus dominium dicitur id eſt, ius leg. 3 ſi vſufruct. petat. &
alibi dominium dicitur ius, d. l. 70. §. 2 ff. de fideiuſſ.*
d *Non omnis tamen. Pone Titium donaſſe omnia bona ſua
Sempronio reſeruato in illis vſufructu. Pone vaſſallum eſſe, &
feudatarium qui fruatur? Hi cautionem de vtendo fruendo
præſtare non tenentur. Mynſing. 5. obſer. 36.*
e *Cautio vſufructuario, an a teſtatore remitti poſſit, vide Gail. 2.
obſeruat. 145.*
f *Omiſſa, & non petita multa lucrifacimus, quæ ſi petita eſſent,
præſtanda eſſent a nobis aduerſario, leg. 2. §. quod ait prætor, ff.
quorum legat. l. peto a fratre cohærede, ff de leg. 2. Marſ. ſing.
341. Mantica ſing. 273. Gayl. 1. de pace publica. c. 11. in fin.*
g *Incertum eſt, de qua cautione hic locus ſit intelligendus; an de
cautione reſtituendæ res finito vſufructu, an verò de vtendo
fruendo viri boni arbitrio. Plane hæc poſterior a teſtatore re-
mitti non poteſt, l. 2. C. de vſufruct.*

§. Vſusfructus à proprietate.

1 *Vſusfructus qualiter conſtituatur, & nu. 2. 3. & 4.*
5 *Vſusfructus non ſolum per noſmet ipſos, ſed etiam per perſonas
noſtra poteſtati ſubiectas acquiritur.*
6 *An liber homo poſſit collocare operas ſuas in perpetuum.*

Qualiter

Qualiter conſtituitur vſusfructus?

1 PRimo,conſtituitur per contractus inter viuos,ſtipulatio-
a nem, emptionem, *a* & ſimiles, vt hic, & l.3.ff.eod.
2 Secundò, in vltimis voluntatibus, vt puta,in teſtamento,
vel codicillis,expreſsè legando vſumfructum legatario, re-
tenta proprietate hæredi, vel econtra, vt hic,& l.vſusfructus
pluribus,ff.eod.
3 Tertiò,per ſententiam iudicis, quando in iudicio familiæ
herciſcundæ,vel communi diuidundo, iudex vni adiudicaue-
rit fundum,alteri vero vſumfructum eiuſdem fundi,d.l.vſuſ-
fructus pluribus.
4 Quartò, vſusfructus quoque acquiritur præſcriptione lon-
gi temporis, decem ſcilicet annorum inter præſentes, & vi-
ginti inter abſentes,d.l.fi.in fin.C.de præſcr. longi temp. Nec
obſtat,quod in huiuſmodi perſonalibus ſeruitutibus requira-
tur factum hominis: nam propterea non dicuntur habere
cauſam diſcontinuam, vt neceſſarium ſit tempus, cuius initij
memoria nō exſtat,quia animo poſſideri, & retineri poſſunt,
ex quo perſonæ debentur, quæ habet animum, qui eſt conti-
nuus,licet actus hominis ſint diſcontinui,ſec.Bar.in l.iuſto §.
non mutat.ff.de vſuc.& imp circa finem quęſtionis: *Qualiter
ſeruitus acquiratur?* dictum eſt. Limitantur autem prædicta
non procedere de iure Saxonico, quo omnia iura incorpo-
ralia, ſiue habeant cauſam continuam, ſiue diſcōtinuam præ-
5 ſcribūtur 30.annis,anno,& die. Pro ampliatione autem quę-
ſtionis noſtræ notandum, quod acquiritur vſusfructus non
ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per eas perſonas, quæ iuri
noſtro ſubiectæ ſunt d.l.vſusfructus pluribus, §.acquiritur,ff.
eod. Vt per ſeruos, l.ſi ſeruo, ff.quibus modis vſusfruct. amitt.
Item per filiosfamilias,l.cum oportet, C.de bon. quæ lib. Li-
mitabitis autem ita debere conſtitui vſumfructū, ne proprie
tas in vniuerſum ſit inutilis, ideò in perpetuum vſusfructus
fundi legari non poteſt. Ridiculum namque eſſet me domi-
num rei appellari, alium verò re ipſa vti,& frui. Vnde certis
etiam modis extinguitur vſusfructus,& ad proprietatem re-
uertitur,vt dicitur hic in fin.§.noſtri,& in l.antiquitas,C.eod.
Hinc vſusfructus legatus ciuitati centum tantum annis du-
rat,quia is finis vitæ longæui hominis eſt, vt dicitur in leg. an
vſus fructus,ff eodem & in l.ſi vſusfructus municipibus, ff.de
vſufr leg. Idem de Eccleſia dicendum eſt, ſecund.gloſs.in d.l.
an vſusfructus per tex.in l.fin.C.de ſacroſ. Eccleſ.vbi Eccleſia,
6 & ciuitas æquipatantur. Et inducitur tex noſter per gl.hic, ad
b illam quæſtionem; *An liber homo poſſit* b *locare operas ſuas in
perpetuum?* Et videtur per tex.hunc dicendum eſſe, quod nō,
c ne ſcilicet libertas ſit inutilis, *c* vt eſt gl.in l.poſt certi, Co.de
lib.cauſ. In contrarium tamen concludit gl hic, & in d.l.3.ſu-
per verbo,reuerti,ff.eod.& in d.l.antiquitas, C.eo.quod valet
d huiuſmodi obligatio, quia poteſt ſeruire per *d* ſubſtitutum,
niſi ſit electa induſtria perſonæ: nam tunc,quia inter artifices
longa eſt differentia ingenij, naturæ,doctrinę,& inſtitutionis,
vt dicitur in l.inter artifices, ff.de ſol.per ſubſtitutum ſeruire
non poteſt: ſed quia obligatus eſt ad factum, ſoluendo inter
eſſe liberatur,ſecundum gloſ.in d.l.3.& not.per Bart. & alios,
in l.ſtipulationes non diuiduntur,ff.de verb obl. Ang. & alios
hic,& addite gloſ iure Saxon io art.33.lib.1.

ADDITIONES.

a *Illis locis non dicitur, emptione, vel venditione vſufructū conſtitui, nec puto vſumfructum venditione conſtitui poſſe. Nam venditione facta traditio transferri dominium: at in vſusfructus conſtitutione dominium non transfertur. Scio tamen vſufructuarium vſumfructum vendere poſſe, id eſt, ius percipiendi fructus, donec fructuarius viuit neque illius vſusfructus empti interitus conſideratur ex perſona ementis, niſi hoc expreſſe actum ſit, ſed ex perſona vendentis, l.cum vſusfructus 67.ff.de vſufr. Larboribus, 12.§.2.d.tit. Locari tamen eum poſſe aliqua ſubtilitate receptum eſt, l.ſi domina, C.de vſufr.quem contractum ego potius locationem, & conductionem quoad viuat (qualis locatio valet, l.22. & 24.§ 5.leg. 60. in primo 64.ff.locati) quam vſumfructum, qui gratuito, vel legari, vel conſtitui debet eſſe exiſtimare.*

b *L.Titio,§.3.ff.de cond.& demonſtr.*

c *Aliud eſt libertas, aliud operarum præſtatio, quæ etiam à liberis debetur, vt libertis, tit.de operis lib.c.aſſallis,&c.*

d *Per ſubſtitutum ſeruire poteſt liber homo, qui in perpetuum ſuas operas locauit, l.quiſquis, C.de Epiſc.ſi modo non eſt actum, vt per ſe ſeruire l.vnicæ,§ ne autem, C.de caduc.tollen. vel quanti intereſt, præſtabitur, l.ſi quis ab alio, ff.de re iudic.*

§. Conſtituitur.

1 *In quibus rebus conſtituatur vſusfructus.*
2 *Vſusfructus quotuplex.*
3 *Vſusfructus proprius quis.*
4 *Vſusfructus improprius quis.*
5 *Quos fructus vſusfructuarius acquirat.*
6 *Argentariæ quoad decimam partem dicuntur de regalibus.*
7 *An fundus in quo ſunt argenti fodinæ marito in dotem dari poſſit.*
8 *An fructuarius poſſit vſumfructū alteri locare, vel vendere.*
9 *Vſusfructuarius fundum colere, & eum deteriore facere non debet.*
10 *Ad quem ſpectent impenſæ factæ in re vſufructuaria, an ad proprietarium, vel vſufructuarium.*
11 *Modica refectio ad fructuarium, magna ad proprietarium pertinet.*
12 *Quę dicantur magna, vel modica impenſa.*
13 *Ad quem præſtatio cenſus, decimæ, & tributi, pro re fructuaria debita ſpectet.*

In quibus rebus conſtituatur vſusfructus.

1 PRo regula notandum eſt,omnium rerum,quarum natu-
ra fruitioni accommodata eſt, vſumfructū conſtitui poſ-
ſe,ſiue res mobilis ſit,ſiue immobilis,vt eſt text.hic.Immo,&
rerum incorporalium,& iurium vſusfructus conſtitui poteſt.
a Conceſſio enim vſufructu iuriſdictionis,multę, *a* & pęnæ pe
cuniariæ,pertinēt ad fructuarium, tamquam fructus iuriſdi-
ctionis,ſec.Bart. in l.fi.ff.ſol.matr.Iaſ.& alios,in l.diuortio,§ ſi
2 vir io fundo, in fin.ff.ſol.matr. Pro pleniori autem intellectu
huius quæſtionis,ſciendum eſt, duplicem eſſe vſumfructum,
3 proprium & improprium, qui & quaſi vſusfructus dicitur.
Vſusfructus proprius eſt, qui conſtituitur in rebus, quæ vſu
non conſumuntur,ſed ſalua manet earum ſubſtantia,ſiue ſint
res immobiles,vt prædicta ruſtica,& vrbana,ſiue mobiles,vt
ſerui iumenta, & aliæ res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt
hic,& d.l. 3.ff.eod. Item numiſmata vetera aurea, vel argen-
tea,quibus pro gemmis vti ſolemus,l.numiſmatum,ff.eod.Et
hoc caſu dominium rei non tranſit in vſufructuarium, ſed pe
nes dominum proprietatis permanet, d.l.rectè dicimus, ff.de
4 verb.ſign.Improprius verò vel quaſi vſusfructus eſt,qui con-
ſtituitur in rebus,quæ vſu conſumuntur,& potius abuſus dici
poſſet, cum quis non poſſit huiuſmodi rebus vti ſalua rerum
ſubſtantia,ſed vtendo conſumūtur, vt eſt vinum, oleum, fru-
mentum,veſtimenta, & etiam pecunia, quæ licet, verè non
conſumatur vtendo videtur tamen conſumi, cum quis non
poſſit ea, vti, niſi eam expendat, & ſeruanda non affert vtili-
tatem,ſecundū vſum eum, ad quem eſt deſtinata, ſecun.Bart.
poſt gloſ. in l.1.§.Fuit quæſitum, ſuper verbo neceſſaria, ff.ad
Treb.Et hoc caſu dominium tranſit in vſufructuariū, vt hic,
& l.ſi vini, ff.de vſufr.earum rerum, quæ vſu conſumuntur;
præſtita,ſ.cautione, quæ loco proprietatis ſaluandæ, habetur
de reſtituendo tantūdem pecuniæ finito vſufructu, ſi conſti-
tuitur in pecunia,vel de reſtituendo ęſtimationē rei vſu con-
ſumptæ,ſi conſtituatur in alia re,quā in pecunia, vt hic. Eſtq;
illa cautio alternatiua:cauebit enim aut de reſtituēda re,eiuſ-
dem qualitatis,& bonitatis cuius erat res fructuaria, quæ vſu
conſumitur,aut de reſtituenda eius æſtimatione,quantum, ſ.
valebat tēpore vſusfructus conceſſi, vt hic, & d.l.ſi vini. Hinc
Ferrar.in forma libelli,ad dotem, & vſufructum, ſuper verbo
dedit, nu.4.dicit, quod fructuarius tenetur ipſa bona in ſcri-
ptis redigi facere, vt ſciatur, quæ bona ſint reſtituenda, & an
eius vſus ſit arbitrio boni viri, per text.in l.1.§ rectè, ff. vſufr.
quemadm.cau.Quod Ang.hic notare iubet in caſo,quo vxo-
ri relictus eſt vſusfructus omnium bonorum, quomodo ca-
uere,& quid reſtituere debeat. Porro circa hunc, § duæ quæ-
ſtiones incidentes declarandæ ſunt, & primo quæritur.

Quos fructus vſusfructuarius acquirit?

5 Emolumentū, *b* & commodum vſusfructus eſt maximū.
b Omnes enim fructus, qui ex re vſufructuaria percipiuntur,
& percipi poſſunt, ad vſufructuarium pertinent, ſiue ſint na-
turales,ſiue induſtriales, ſiue ciuiles, ſecundum ſcilicet qua-
litatem

ADDITIONES.

a *Multæ, & pœnæ pecuniariæ, (vt fructus iuriſdictionis) pertinent ad iuriſdictionis fructuarium. Adde Iacob. de S. Georgio, tract.de feud.in verbis,* Marchio in Italia, *verſ. dubitatur etiam pag.5.*

b *Vt flumini adiecta fundo fructuario, ad quem pertineant, vide Concennatium, 4.q.9.*

a ſitatem rei fructuariæ. Si enim prædij vrbani *a* vſufructus
conſtitutus ſit,penſiones, & omnes reditus, & penſiones ex
ædificijs,areis,& cæteris,quæ ædium ſunt,ad fructuariũ per-
tinent,l. vſufructu legato,ff.eodem.Quando vero quis prędij
b ruſtici,*b* vel fundi vſumfructum habet,tunc quicquid in fun
do naſcitur,vel inde percipi poteſt, ipſius fructuarij eſt,l.item
ſi fundi,in princip. ff. eod. vnde aucupiorum, venationum, &
piſcationum reditus ad fructuariũ pertinent,d l.item, ſi fun-
di,§.aucupiorum. Et vſufructuarium venari poſſe in mõtib.
vel ſaltibus,eſt text.in l.vſufructuarium 62.in princip. ff.eod.
Item ſi in fundo ſint lapidicinæ, vel cretæ fodinæ his vſufru-
ctuarius vti poteſt,immo venas quoque auri,& argenti,æris,
ferri,& aliorum metallorum fodinas inquirere, & eas, quas
proprietarius inſtituit,exercere poterit,ita tamen, ne agricol
turæ noceat,tex.eſt in d.l.item ſi fundi,poſt princip.& 10 l.æ-
quiſſimum,§.proinde,ff. eod. Et quamuis hæc videantur pro-
cedere de iure Digeſtorum,non auté de iure nouiſſimo, quo
argenti fodinæ enumerantur inter regalia,cap. 1.in vſib.feud.
c tamen d.c.non ita intelligi debet, vt omne argentum *c* vel au
rum,inuentum in fundo priuati ad Imperatorem, principes,
vel dominos ſuperiores, quibus regalia ſunt conceſſa, perti-
neat,ſed quòd decima pars,de metallo debeatur domino ſu-
periori,ſecundum l.cuncti,C.de metalarijs, lib. 11. Reliquum
verò argentum ad metallarios,ſeu priuatos quærentes metal
la pertinet,vt not.in dicta l. cuncti, & per Feudiſtas in dicto
cap.1.ſuper verb. argentariæ,quæ ſunt regalia. Ita quod argen
6 tariæ,quo ad decimam partem,dicantur de regalibus,reliquũ
verò metallum cenſeatur eſſe in patrimonio priuatoru, quo
rum ſunt fundi,& confirmatur per tex.in l.ſed ſi pecunia, cũ
l. ſequ.ff.de rebus eorum, qui ſub tutela, &c. Vbi ſi pupillus
habuerit lapidicinas, vel aliud metallum in ſuo fundo, tutor
non poteſt alienare ſine decreto iudicis. Arguitur ergo quod
7 ſunt iſtius pupilli, in cuius fundo reperiuntur metalla. Et fun
dum,in quo ſunt argenti fodinæ, marito in dotem dari poſſe,
eſt tex.in d.l.diuortio,§.ſi vir in fundo,ff. ſoluto matrim. Nec
quoque obſtat Aurea Bulla, vbi habere argentarias,eſt vnum
ſpeciale priuilegium conceſſum, & reſeruatum Electoribus
Imperij,quia intelligitur, vt electores habeant argentarias,ſi-
ne grauamine decimarum,ſecundũ D.Hening. Goed.in con
ſilio 2.de argenti fodinis,nu.9 & addite Iacob. de S. Georgio
in tract.de feud.ſuper verb.cum argenti fodinæ. Quando au-
tem vſusfructus conſtituitur in pecoribus, & iumentis,tunc
fetus,lac,pilus,lana,ad fructuarium pertinent. Partus vero an
cillæ in fructu non eſt,ſed ad proprietarium ſpectat Abſurdú
enim videbatur hominem in fructu eſſe,cum omnes fructus
rerum natura gratia hominum comparauit,l. fetus, ff.eod &
8 §.in pecudum,ſup.de rer.diuiſione.Et pro ampliatione prędi-
ctorũ notandum,quod fructuarius poteſt vſumfructum alte
d ri locare, vel vendere.*d* Nam,& qui locat,vtitur, & qui ven-
dit,vtitur.Sed & ſi alij precario cõcedat,vel donet, puto eum
vt,atque ideo retinere vſumfructum,vt inquit Iuriſconſultus
in l.arboribus,§.vſufructuarius, ff.eodem. Et poterit hoc fa-
cere etiam inuito proprietario,ita tamen,vt ipſum ius perſo-
nale vſusfructus ſibi retineat, & commoditatem percipien-
dorum fructuum alteri vendat, & ius percipiendi extingua-
tur cum perſona vſufructuarij,non emptoris, vel eius,cui fru
ctuarius conceſſit hac facultatem,l.neceſſario,§ fin.ff. de pe-
ric.& comm.rei vendic.& l.ſi quis domum,§. hic ſubiungi,ff.
locati. Reſoluto enim iure datoris, reſoluitur ius acceptoris,
l.lex.vectigal,ff.de pignoribus. Limitatur autem prædicta
concluſio.I.Quod fructuarius conſequitur omnes fructus, ſi
ipſe,vel alius eius nomine in vita fructuarij percipiat fructus
Si enim maturis etiam fructibus, nondum tamen perceptis
deceſſerit,eos ad hæredes non tranſmittit,§.is verò, ſup. de
rerum diuiſ.Secus de iure Saxonico:omnes enim fructus exi
ſtetes in fundo viuente vſufructuario, & quidquid Occa,ſub
egit.ſeu coæquauit,debiti quoque cenſus,ad hæredes vſufru-
ctuarij tranſmittuntur,per text.in art. 58.lib.2. Et ita pronun-
ciatur,vt eſt ſentẽtia poſt *Landrecht* ſub tit. *von leibgedingen*,
& vide quæ ſup.in dict.§.is verò dicta ſunt. II. Limitatur,vt
fructus nati in fundo, & qui inde percipi poſſunt, fiant fru-
9 ctuarij,ita tamen,vt arbitrio boni viri fruatur. Rectè enim co
lere,& fundum deteriorem facere non debet,d.l.item ſi fun-
di,in princip.ff.eod.nec culturam omittere poteſt, quia & ex
intempeſtiua cultura fundus deterioratur,l.ſi merces, § con-
ductor,ff.locati.Hinc neque arbores fructiferas excidere, ne
que villam diruere, nec quidquam in perniciem proprietatis
facere debet.Et ſi forte voluptuarium fuerit prædium, virida
ria,vel geſtationes,vel deambulationes arboribus infructuo-
ſis opacas, & amœnas habens, non debet deijcere, vt fortè
hortos olitorios faciat, vel aliud quippiam, quod ad reditus
ſpectat,vt d.l.æquiſſimum,ff.eodem.Sed in locum demortua
rum vitium,vel arborum,alias ſubſtituere,& in locũ demor-
tuorum capitum,alia ex grege ſubmittere debet, d. l.fetus cũ
l ſeq.& l.agri,ff.eod.& §. ſed ſi gregis, ſup. de rerum diuiſ. Et
generaliter fructuarius cauſam proprietatis deteriorem face
e re non debet,meliorem verò facere poteſt,*e* vt dicitur in d. l.
æquiſſimum,§. fructuarius,ff.eod. Ideò nunc quæritur.

Ad quem ſpectet impenſa factæ in re vſufructuaria, an ad proprietarium,vel vſufructuarium?

10 De hac quæſtione eſt textus in d l.vſufructu legato,in fine
ff.eod. Quòd impenſæ ſpectant ad vſufructuarium, cum,&
omnes fructus ad eum pertineãt. Secundum naturam enim
eſt,vt qui ſentit commodum,ſentiat quoque onus,c. qui ſen-
tit,de reg.iur.in ſexto Adeò quod ſi vſufructuarius nõ faciat
expenſas,quæ ad eum pertinent,repellatur ab vſufructu, qua
ſi non bene vtitur,vt eſt gloſ. ſing. in l.damni infecti, §. ei,cu-
ius,in verb. quia reficiendi, ff.de dam.infect. Debet enim vti
arbitrio boni viri, & omne quod diligens pater familias in
ſua domo facit,& ipſe fructuarius facere debet, vt dicitur in
l.ſed cùm fructuarius,ff.eodé. Limitatur auté, & reſtringitur
11 hæc concluſio ad modicas impenſas,non ad magnas. Modi-
ca enim refectio tantum ad fructuarium, magna verò ad pro
prietarium pertinet,leg.hactenus,& l.ſi pẽdentes,§.ſi quid,ff.
eod.& leg.eum,ad quem,C.eo vbi dicitur,quòd fructuarius
ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtare debet,& ſi vltra quam im-
pendi debeat, erogatum eſt, repetere à proprietario poterit,
eſtque ratio ſecũdũ Paul.de Caſtr.ibi: Modica enim impen-
ſa non cenſetur cõcernere perpetuam vtilitatem rei, ſed tem
poralem tantum perceptionem fructuum. Magna verò cen-
cetur concernere perpetuam vtilitatem rei,id eſt, quæ debet
pertinere ad proprietarium, cuius proprietas eſt perpetua.
Idem de marito circa impenſas factas in re dotali diſponitur,
12 in d.l.diuortio,§ impẽdia,ff.ſoluto matr. Quæ autem dicatur
magna, vel modica impenſa, conſiſtit in arbitrio iudicis, qui
hoc, attentis circumſtantijs, quantitate, & qualitate rei fru-
ctuariæ, ęſtimabit,ſecundum gloſſ. in d.leg.hactenus,in verb.
13 pertineat,ante fine,ff.eodé. Vltimo pro ampliatione deciſio-
nis prædictæ notabitis, quòd præſtatio cenſus,decimarum,
& tributi, pro re fructuaria debiti, ad fructuarium ſpectat,d.
l.hactenus,& d.leg.ſi pendentes,§.ſi quid.ff.eodé. Vbi genera-
liter

ADDITIONES.

a *Vrbani prædij fructus(vt puta pẽſiones) ad fructuariũ pertinẽt.*
b *Ruſtici prædij fructus eſt id omne, quod in fundo naſcitur, ſed, & quidquid percipi poteſt ex venatione,aucupio, piſcatione, & metallorum inuentione,*
c *Metalla in fundis priuatorum inuẽta non tota ſunt eorum, qui regalia habent, ſed pro decima tantum parte.*
d *Sed tamen notandum eſt, hac venditione, & locatione nouum vſumfructum non conſtitui, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt,maxime iure vſufructus apud vendentem, vel locantem remanente, de hoc etiam ſupra dictum eſt.*
e *Si non immutet,l.ſi anus,* 13.§.4.*ff. de vſufru. Nam ſi mutaret res ſtatum,non liceret: etiamſi rem meliorem, & fructuoſiorem facere: nam loca ambulationi deſtinata, licet alium fructum non habent, tamen in hortos olitorios mutare non licet, licet ad reditum ſpectent,d.l.*13.§.4.*Cum quo,*§.4.*videtur pugnare,*§.5.*ſeq. vbi dicitur, quod meliorare licet proprietatem, etiã rei ſtatum mutando,ſi mutatio plus reditus ſit allatura, quod ita verum eſt,ſi non agri neceſſariam partem huic rei fructuarius occupaturus eſt,vt dicitur in d.l.*13. 5. *Hoc ergo caſu melioratione rei,etiam cum mutatione particulari vti permittitur: alias mutatione rei vniuerſali,vſufructus extingueretur,vt infr dicetur. Alius adhuc caſus notandus ad meliorationem, an fructuarius nouum tectorium rudibus parietibus ſibi etiam in vſumfructum datis imponere poſſit, atque ita rem fructuariam meliorare: reſpondet Neratius id non licere, niſi cum conſenſu domini, etiamſi excolendo ędificium domini cauſa meliorem ſit facturus, & rationem ſubijcit,quia aliud eſt tueri, quod accepiſſet,aliud nouum facere, l.vſufructuarius* 44.*ff. de vſufr. atq; hos caſus ſingulares notaui, vt conſtaret, aliquando non licere meliorare conditionem alterius. Sicut, & ipſe vectigalia fundo fructuario debita percipit,l.arbores,* 59 §.2.*ff.de vſufr. Duobus tamen caſib. limitari ſuperiora poſſunt. I. niſi teſtator hoc onus heredi impoſuerit, quod fructuarius probare debet, l.vſufruct.* 52.*ff.de vſufr. II.niſi collecta impoſita tanta ſit, vt perceptioni fructuum adæquetur,leg.vſufruct.*7.§.2. *& ibid. in addit.ad gl. ff.de vſufruct.*

Digitized by Google

liter ſumatur text.ibi,quod onera realia, quæ præſtantur à re,
a vel occaſione rei ad fructuarium pertinent, a ſicut, & colle-
ctas,& ſuperinducta fructuarius ſoluere cogitur,le.quæro,ff.
de vſufructu le. Et addite Ferrat. in d.forma libelli ad dotem
ſuper verb,dedit,num.6,& 7.

ADDITIO.

a *Non tamen ad colonum, qui domino imputat,*

§.Finalis.

1 *Concordantes tituli cum hoc §.fin.*
2 *Quibus modis finiatur, & amittatur vſusfructus, & num.5.6.7.8.9.& 10.*
3 *Vſusfructus tantum ad primum hæredem, non autem ad vlteriores hæredes fructuarij pertinet.*
4 *Vſusfructus ciuitati relictus durat 100.annos.*

Quibus modis finitur, & amittitur vſusfructus?

HActenus de conſtitutione vſusfructus dictum eſt, nunc
congruo ordine de eius amiſſione ſubijcitur hic, §.fin.
1 cum quo cõcordat tit.in ff quib.mod vſusfruct.amit.& l.cor-
2 ruptionem,Co.eodem.Primus itaque modus, eſt mors natu-
ralis ipſius vſufructuarij.Eſt enim ſeruitus perſonalis,leg.1.ff.
de ſeruit. Ideo cum perſona, cui adhæret, quoque exſtingui-
tur,vt hic,& l.3 §.fin.ff.eod & cap.priuilegium, de regul.iuris
in ſexto.Nec ad hęredem vſufructuarij ius illud tranſit,niſi te-
ſtator hoc expreſſerit, vt vſusfructus quoque ad hæredes per-
ueniat, & tunc licet appellatio hæredis cõprehendat hæredes
hæredum,l.hæredis appellatio, & l.ſciendum, ff.de verbor.ſi-
3 gnif.l.in annalibus, Cod.de re,tamen hoc caſu intelligitur ſo-
lum de primo hærede,vt vſusfructus tantum ad primũ hære-
dem fructuarij, non autem ad vlteriores eius hæredes perti-
neat,ne ſcilicet proprietas reddatur omnino inutilis, d.l.anti-
quitas,Cod.eod.Et omnus,tunc conſtituitur in perſona hære-
dis vſusfructus,& ob id de nouo cauebit hic hęres, de vtendo
arbitrio boni viri,ſecundum glo. in leg repeti poteſt, in verb.
4 hæredibus,cum ibi notatis,ff.eo. Et ex prædicta ratione vſuſ-
fructus ciuitatis relictus, durat tantum per 100.annos, quod
longiſſimum tempus vitæ hominis dicitur, d.l.an vſusfructus
ff.de vſufruct.Et quando ciuitas conſtitutum habet vſumfru-
ctum, quamuis hæc mori non poſſit, tamen ſi ita deſinat, vt
aratrum in ea inducatur,intelligitur iam eſſe mortua,vt vſuſ-
fructus amittatur,l.ſi vſusfructus ciuitati,ff.eod.
5 Secundo, exſtinguitur vſusfructus morte ciuili, maxima
ſcilicet,& media capitis diminutione, non autem minima, vt
hic,& d.le.1.ff.eod.& d.l.corruptionem, in fin.C de vſufruct.
Vſufructuarius enim effectus ſeruus,vel deportatus, fingitur
eſſe mortuus,per tex cum ibi not.in §.cum autem is,ſup.qui-
bus mod ius par poteſt ſolu.
6 Tertio,finito tempore,quando ad a certum tempus, pone
a decennium, vſusfructus legatus, vel conceſſus eſt, ita enim
vſumfructum conſtitui poſſe, conſtat ex textu leg.& puto, §.
vſusfructus, ff.famil.herc.leg.4. iuncta gloſ.fin.ibi, ff.de vſu-
fructu.
7 Quarto, non vtendo amittitur vſusfructus, quando quis
ſciens ſe habere vſumfructum, eo non vtitur inter præſentes
10.annis,& inter abſentes,20.vt hic, & d.l.corruptionem. Et
habet hoc locum in vſufructu tam rerum mobilium, quam
immobilium, vt affirmat gl.in d.l.corruptionem, ſuper verb.
excludere. De iure vero Saxon. requiritur præſcriptio 30. an-
norum,anni, & diei,vt ſupra in fi.tit.præced. dictum eſt.
8 Quinto,ceſſione finitur vſusfructus,quod eſt verum,quan
do vſufructuarius cedit vſufructum ipſi domino proprietatis
b ſecus ſi extraneo,nam tunc nihil b agit, vt hic, & l.ſi vſusfru-
ctus,ff.de iure dot. Licet enim commoditas percipiendi fru-
c ctus,alteri cedi, & vendi c poſſit d.l.arborib. ff.de vſusfructu.
Tamen ipſum ius vtendi, & fruendi, quod eſt perſonale, &
perſonæ fructuarij tantum inhæret, & cum ipſius perſona
extinguitur,alteri cedi non poteſt, text.eſt hic, & addite d.l.ſi
quis domum,§.hic ſubiungi,ff.locati.
9 Sexto, conſolidatione, quando fructuarius acquirit pro-
prietatem rei fructuariæ. Nam tunc vſusfructus formalis cũ
ſua cauſa,proprietate ſcilicet conſolidatur,& fit cauſalis vſuſ-
d fructus, vt hic, in fine, d
10 Septimo, perit mutatione, & interitu rei. Si enim domus
e diruta, aut incendio conſumpta fuerit, non e retinetur vſuſ-
fructus in area. Et è contra,vſusfructus conſiſtens in area,pe-
rimitur facto ibi ædificio, vt hic, & d l.repeti poteſt, §.rei, ff.
eod. Et prædicta procedunt,quando tota rês perit: ſecus ſi ex
parte tantum corruat,nam tunc in ea portione,quæ ſupereſt,
vſusfructus retinet,l ſi cui inſulæ, ff.de vſufructu. Et plura de
vſufructu vide Apud Cepol de ſeruit. vrb.præd.c 4.& de iure
Saxon. gloſ.in art. 32.lib.1.

ADDITIONES.

a *Vſufructu relicto alicui ad certum tempus, eo moriente (etiam ante illud tempus) finitur vſusfructus,l.& antiquitas,C.de vſufruct. Quid ſi quis vſumfructum ſibi,& hæredib.ſuis habuerit? Primo hærede mortuo vſusfructus extinguetur,ne ius proprietatis proprietario omnino ſit inutile,l.antiquitatem, C.de vſufr. Et cum in modum regula; Heres hæredis mei, hæres meus eſt, locum habet,l.1.2.& 3 ff.de pet.hær.l.vl,C.de bon.quæ lib.*
b *Imo aliquid agit,l.ſi vſusfructus, ff.de donationibus. Sed ibi fit ceſſio conſenſu vtriuſque partis, & maxime debitoris, qui poteſt maxime fructum ſoluere.*
c *Locari & donari,§.1.in fine,infra,tit.proximo, facit l.neceſſario,in fine,ff.de peric.& commod.*
d *L.3 & l.4.ff.vſusfruct.quemadm.caueat l.corruptionem, 16.in princ. C.de vſufruct. ſed tamen non ita ſemper conſolidatio ne extinguitur,quin aliquando reuiuiſcat,vt in caſibus l.quotiens, 34.in princ.l ſi dominus 57.ff.de vſufructu.*
e *Cur non idem hic quod in pignore? Nam domo deſtructa retinetur pignus, vel hypotheca, l.cum.um,ff.de pign.act. Ius pignoris,& hypotheca reale eſt, & magis inhæret rei quam vſusfr.*

DE VSV, ET HABITATIONE.

TITVLVS V.

1 *Vſus definitio.*
2 *Vſus quotupliciter conſtituatur.*
3 *In quo conueniant vſus,& vſusfructus,& num.4.5.6.& 7.*
8 *In quibus differant vſus, & vſusfructus, & nu.9.10.11.13.& 14.& 15.& 16.*
12 *Si vidua vſus ædium tantum legatus ſit, an nuptijs contractus cum alio marito, in illis habitare poſſit.*

1 DEclarata prima ſpecie ſeruitutis perſonalis, Vſu-
fructu ſcilicet, Imperator nunc reliquas duas
ſpecies ſeruitutis perſonalis ſubijcit. Et concor-
dat cum hac Rub. tit.in ff.de vſu, & habitatio-
ne,& in C.de vſufr.& habit.Et primo de vſu di-
cemus. Eſt autem nudus vſus,ius vtendi rebus alienis,ad quo
tidianum vſum, ſalua rerum ſubſtantia, vt hic, & gloſ.magna
in l.1 ff.eod. Sicut enim fructuarius, ita quoque vſuarius co-
gitur ſatiſdare ſe vſurum eſſe boni viri arbitratu, ita, vt rem
non reddat deteriorem, neque eam mutet text. eſt in l.hinc,
ſed ſi vſus,ff. vſufruct.quemadm.cau. Et quo infertur poſt gl.
2 in d.l.1. quod vſus quoque dupliciter conſtituatur. I. Propriè
in rebus, quæ vſu non conſumuntur. II. In propriè in rebus,
quæ vſu conſumuntur, ſicut ſupra de vſufructu dictum eſt.
Minus autem iuris habet vſuarius, quam fructuarius, vt hic
in princ. Et pro declaratione iſtius ſeruitutis,principaliter vi-
dendum eſt in quo conueniant, & differant vſus, & vſusfru-
ctus. Primo itaque quæritur,

In quo conueniunt vſus, & vſusfructus?

3 Primò, in modo conſtituendi, iiſdem enim modis conſti-
tuitur nudus vſus,quibus vſusfructus, vt hic in princ. & d.l.1.
ff.eodem.
4 Secundo,iiſdem etiam modis finitur vſus,quibus, & vſuſ-
fructus definit eſſe,vt hic in princ.d.l. ff.eod.
5 a Tertio,iiſdem quoque rebus conſtituitur,tam a immobi-
b libus,quam b mobilibus,vt hic in princ.
6 Quarto,ſicut vſusfructus, ita quoque vſus propriè, & im-
c propriè c conſtituitur, ſecundum gl.in d.l.1.ff.eod.
7 Quinto,ſicut fructuarius, ita quoque vſuarius cauere de-
bet, de vtendo arbitrio boni viri, & tantundem reſtituendo,
ſi vſus

ADDITIONES.

a *Vt in ſilua remota, ex qua vſuarius, & vſufructuarius ligna ſumere poſſunt,& vterque eo caſu vendere poteſt, ne vſus omnino inutilis ſit l.Diuus,ff.eod.*
b *Vt in fœno,floribus,& alijs,quæ de fundo ſumuntur, leg.fundi, ff.eod.*
c *Vt in pecunia,de vſufruct.ear.rer. quæ vſu conſumuntur.*

Digitized by Google

ſi vſus rei, quæ vſu conſumitur, ſit conſtitutus, d.l. huic, §. ſed ſi vſus, ff. vſufruct. quemadm. caueat.

In quibus differt vſus ab vſufructu?

8 Imperator in principio tituli noſtri, cum duobus §§. ſequen. vſq; ad §. ſed ſi cui habitatio, & lex differẽtias refert. Principali, verò ea eſt, quòd minus iuris eſt in vſu, quam in vſufructu, ita quod habens vſumfructũ, habeat quoque vſum, & fructus ſine vſu eſſe non poteſt. Ideo legatũ fructus deducto vſu nullius eſt momenti, ſed non ẽ contra. Qui enim nudũ vſum habet, ius fruendi non habet l. per ſeruum, §. 1. ff. eod. Vſufructuarius igitur poteſt re vti, & frui, & ſpectant ad eum omnes fructus non tantum pro neceſſitate ſuæ perſonæ, & familiæ, ſed etiam reliqui fructus efficiuntur ipſius, ita quod eos vendere, & alienare poſſit pro libitu, nec ſuperfluos, & reliquos fructus domino proprietatis reſtituere cogitur, vt ſup. dictum eſt, per text. d.l. item, ſi fundi, & d.l. vſufructu legato, ff. de vſufructu. Vſuarius verò tantum vti poteſt fructibus, & non frui, i. non omnes fructus ad eum pertinẽt, nec eos percipere poteſt, ſed tantum neceſſarios, quibus ipſe opus habet ad quotidianã neceſſitatem, quatenus ſcilicet ſibi ſuiſque ad victum ſufficiunt, non ad lucrum, vt hic, & l. plenum, ff. eod. Vtitur ergo lignis, horto, pomis, oleribus, frumento, & alijs fructibus, qui in fundo naſcuntur pro domeſtica, & quotidiana tantũ neceſſitate, quod reliquum erit, non poterit reponere, aut alijs vendere, ſed relinquet domino proprietatis, vt hic in princ. & d.l. plenum. Adeo quod ſi plus ſumpſerit, quam opus habeat pro ſua neceſſitate, iudicis officio compelli poſſit, ne aliter quam debeat vtatur, l. penult. in fi. ff. eod.

9 Secundo, fructuarius poteſt cõmoditatem percipiendorum fructuũ alteri locare, vendere, vel gratis concedere etiã inuito proprietario, d.l. arboribus, §. vſufructuarius, ff. de vſufruct. Vſuarius autẽ non poteſt, vt hic in fi. princ. & l. ſed neque locabunt, ff. eod. Niſi vſus alioquin inutilis futurus ſit, ſi commoditas non vendatur, vel locetur, l. diuus, ff. eod. Vel niſi tam ſpatioſæ domus vſus ſit relictus, vt particula contentus ſit vſuarius: tunc enim ei non eſt inuidendum, ſi ab inquilino penſionem habitationis recipiat, l. ceterum, in princ. ff. eod.

10 Tertiò, vſuarius ita in fundo verſari dẽt, vt familiæ ruſticæ nõ ſit impedimẽto, nec opera ruſtica impediat, vt hic in princ. Fructuarius verò plenã, & liberam habitationẽ habet, cũ ipſe fundum arare, & colere debeat, d.l. hactenus, in fi. ff. de vſufr.

11 Quarto, fructuarius in ædibus non ſolum habitare, ſed etiam quoslibet ad ſe recipere, & ædes alteri locare poteſt, d.l. arboribus, §. vſufructuarius. Vſuarius vero, ædium vſum habens duntaxat *a* cum vxore, liberis, & ſeruis domo vti, & aliquando *b* etiam hoſpitem recipere poteſt, vt hic, & l. a. §. 3. &

12 l. 4. ff. eod. Vnde ſi viduæ vſus ædium tantum legatus ſit, nuptijs etiam *c* contractis cum alio marito ibi habitare poterit, d. l. 4. § fi. eodem. Immo ſi vſus ædium mulieri legatus ſit ea cõditione, ſi à viro diuertiſſet, reſpondet Vlpianus nihilominus eam cum marito ibi cohabitaturam, d.l. ſed neque, § 1. ff. eod. Remiſſa ſcilicet conditione, quæ vt turpis, & contra bonos mores, reijcitur, l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſt. vbi text. moralis: *Quod concordia coniugalis omni lucro ſit præferenda.* Non aliter tamen mulier hoſpitem recipere poteſt, niſi ſit talis, qui honeſtè cum ea habitet, l. non aliter, ff. eod. vbi Bald. inquit: *Si aliquis relinquit mulieri habitationem, & ipſa recipiat, ac inducat ſcholares, quod poſſit expelli*, & gloſ. ibi dicit, quòd ſcholaris ſocius non poſſit in domum communem ducere ganeas, ſeu meretrices, quod, vt Ang. hic dicit, *Tu ſcholaris nota.* Sicut nec vicinus, inuita vicina, meretricem in domo retinere poteſt, vt not. Bal. Pau. de Caſt. & alij in l. 2. C. de Summa Trinit. Adde Cepol. de ſeru. vrb. præd. c. 5.

13 Quinto, is, cui vſus ſeruorum, vel iumentorum, vt equorum, aut boum, relictus eſt, is tantum miniſterio ſeruorum vt poteſt ad ſuum coniugis, & liberorum miniſterium, non autem alij operas ſeruorum, vel vſum equorum pro precio diuino locare poteſt, vt hic, § item is, ad quem, & d.l. plenum §. ſi vſus, cum §. ſeq. & duabus legibus ſeq. ff. eod. Secus eſt in fructuario, d.l. arboribus, ff. de vſufr. & §. conſtituitur, ſupra de vſufruct.

14 Sexto ad fructuarium, cui pecoris vſusfructus legatus eſt, pleno iure omnes fructus pertinent, tam fœtus, quam lac, & lana, §. in pecudum, ſupra de rerum diuiſ. Sed vſuarius, qui pecoris nudum vſum habet, bobus vtetur ad arandum, & ad cætera quibus apti ſunt. Cum ouibus vero agrum ſtercorare, lana autem, & fœtu non vtetur, neque lacte, niſi modico ad ſuam, & ſuorum neceſſitatem, vt hic, iuncta d.l. plenum, §. ſed ſi pecoris, ff. eod.

15 Septimo, fructuarius tenetur modicas impenſas ſolus facere, & habere ſarta tecta. Sed in vſu refectio in ſartis tectis, tam ad proprietarium, quam ad vſuarium pertinet æqualiter ſed ſi proprietarius nullum fructum percipiat ex re, in qua eſt conſtitutus alteri vſus, tunc vſuarius ſolus reficit, l. ſe. ſi domus, ff. eodem.

16 Octauò, vſusfructus pro parte conſtitui poteſt, cum ſit di-
d uiduus. Vſus vero pro parte conſtitui non *d* poteſt, quia eſt *e*
e indiuiduus, ſicut eſt indiuidua neceſſitas, & indigentia perſonæ, l. vſus pars, ff. eod. & Doctores poſt gl. hic, in princ. in verb. ſolet. Ex prædictis igitur colligitur, quam habeat commoditatem vſuarius, & qualiter rebus vti debeat. Videlicet ſi habet vſum prædij vrbani, tunc dic, vt in quarta differentia dictum eſt. Si vero habet vſum prædij ruſtici, tunc dic, vt in prima differentia. Si vero pecoris, vel ſerui, tunc dic, vt in quinta, & ſexta differentia dictum eſt. Et adde Cepol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 5.

A D D I T I O N E S.

a *Immo vſuarius locare vſum ſuum poteſt, l. locare, ff. locati. Sed ibi loquitur de ſeruitutibus prædialibus, vſus vero eſt perſonaliſſima ſeruitus, §. item is qui, hoc tit.*

b *Amicum ſcilicet, & notum.*

c *Vidua ſecundis nuptijs contractis nõ amittit vſum ei relictum à priore marito. Immo, poteſt eo iure vti cum ſecundo marito, vt hic.*

d *Immo poteſt, l. Labeo, ff. de riuis. Sed ibi non directo, ſed occaſione ob concurſum duorum.*

e *Seruitutes vtrum diuiduæ, vel indiuiduæ, vide Concenatium, 4 qu. 7.*

---

§. Sed ſi cui.

1 *Habitatio quid.*
2 *Habitator ad inſtar fructuarij ſatiſdationem præſtat.*
3 *Habitatio quomodo conſtituatur, & finiatur.*
4 *Habitatio in quo conueniat, & differat ab vſu, & vſufructu, & num. 5. & 6.*
7 *Habitatio ſola morte naturali habitatoris amittitur.*

DE HABITATIONE.

1 Tertia ſeruitus perſonalis dicitur Habitatio. Quæ eſt ius ſeu facultas habitandi in aliena domo, ſalua domus ſubſtantia, ſecundum Mynſing hic, qui in fin. titul. noſtri ſubijcit,

2 etiam habitatorem ad inſtar fructuarij cogi ad ſatiſdandum, ſe vſurum domo arbitrio boni viri, vt eam deteriorem non reddat, & ſartatecta habeat, atque reficiat. Habet enim ſimilitudinem cum vſu, & vſufructu, vt hic, & leg. ſi habitatio ff. eod. & l. cum antiquitas, C. de vſufructu, vbi Paul. de Caſtr.

3 dicit. Quod commoditas domus, poteſt legari, vel conſtitui alteri tribus modis. I. Relinquendo vſumfructum domus, & tunc reſtringitur habitatio ad naturam vſusfructus. II. Relinquendo nudum vſum domus, & tunc reſtringitur ad naturam vſus, vt ſcilicet is, cui ſic legatus eſt vſus domus, eam alteri locare non poſſit. III. Relinquendo habitationem domus, & tunc licet aliquid participet de vſu, & vſufructu, proprium tamen ius, & ſeparatam naturam habet, vt hic, & d. leg. cum antiquitas, in princip. Pro declaratione itaque iſtius ſeruitutis principaliter dicendum eſt, in quo conueniant, & differant hæ ſeruitutes perſonales. Primo autem conuenit ha-

4 bitatio cum vſufructu, & vſu ſimul, quod ijſdem modis conſtituitur inter viuos, & in vltima voluntate, vt hic, iuncta gl.

5 in verb. aliquo. 2. Habitatio non tranſit ad hæredes, ſicut nec vſus, vel vſusfructus, dict. l. habitatio, in princip. verſ. ad hære-

6 dem. 3. Quo ad cautionem de vtendo arbitrio boni viri, ſecundum Mynſing. hic. Differt autem ab vtraque ſimul. Quia habitatio conſtituitur ſolum in ædibus, vſufructus vero, & vſus, tam in prædijs vrbanis, quam ruſticis, mobilibus, & immobilibus conſtituuntur, ſecundum gloſ. in d.l. cum antiquitas, in verbor. vſufructu. Cum vſufructu autem ſingulariter conuenit. Sicut enim fructuarius commoditatem percipiendorum fructuum alteri locare poteſt, d. leg. arboribus, §. vſufructuarius, ff. de vſufructu. Ita quoque habens habitationem, eam alteri locare poteſt, vt hic, in fine, & d.l. cum antiquitas. Rurſus etiam differt ab vſufructu, quia vſusfructus multis modis finitur, non ſolum morte naturali, ſed etiam ciuili, capitis ſcilicet diminutione maxima, & media, item non

7 vtendo, vt ſupra dictum. Habitatio verò capitis diminutione, & non vtendo non amittitur, ſed ſola morte naturali habitato-

bitatoris, d.l.ſi habitatio, gloſ. hic in verb. neque vſusfructus, & l.legatum, ff.de cap. diminut. Quia ſine alimentis, & habitatione viuere non poſſumus, vt eſt gl. in d.l.legatū Porc.& alij hic. Cum vſu autem magis videtur conuenire, quam cum vſufructu: ideo dicit text. in dicta leg. ſi habitatio, quod effectu quaſi idem eſt legatum vſus ædium, & habitationis legatum, quia is, cui habitatio relicta eſt, poteſt eaſdē perſonas recipere, quas, & vſuarius, d.l.habitatio. Sed differt ab vſu, quod habitatio, alteri locari poteſt, vt hic, non autem vſus, l.denique in fin. ff.eod. Item pluribus modis finitur vſus, quàm habitatio, vt ſupra dictum. Et plura de habitatione, videte per Cepoll.de ſeru.vrban.præd.c.6.

---

a DE VSVCAPIONIBVS, a & longi temporis præſcriptionibus,

TITVLVS VI.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Dominium iure ciuili dupliciter acquiritur.*
3 *Argumentum tituli.*
4 *Definitio vſucapionis in larga ſignificatione.*
5 *Vſucapio vnde dicta.*
6 *Præſcriptio vnde dicta.*
7 *Præſcriptionem veteres pro effectu vſucapionis acceperunt.*
8 *Præſcriptionis definitio.*
9 *Vſucapio & præſcriptio quomodo differant.*
10 *Præſcriptio quo iure, & quare introducta.*
11 *Præſcriptio, an contra ius naturale.*
12 *Præſcriptio, an iniqua, vel æqua.*
13 *Quæ requirantur ad vſucapionem, & præſcriptionem, & numero 32.46.52.53.& 64.*
14 *Bona fides quæ dicatur: item quæ mala fides.*
15 *Vſucapiens quando dicatur habere bonam fidem, & quando malam.*
16 *Bona fides quo tempore exigatur.*
17 *Cui iuri in materia præſcriptionis ſtandum.*
18 *An ſalua conſcientia quis rem præſcriptam poſſet retinere.*
19 *An in omni præſcriptione requiratur bona fides.*
20 *An iura ciuilia permittentia præſcriptionem cum mala fide, per ius canonicum in totum ſint correcta.*
21 *Bona fides a quo probanda.*
22 *Qui poſſeſſores bonam fidem habere præſumantur.*
23 *Bona fides, quando non præſumatur, & nu. 25.& 26.*
24 *Mala fides qualiter probetur.*
27 *In præſcriptione immemoriali non eſt opus, vt allegetur bona fides.*
28 *Bona fides qualiter probetur, & nu.31.*
29 *Teſtis de quibus rebus deponere debeat.*
30 *Conſcientia quid.*
33 *Titulus qualiter hoc loco accipitur.*
34 *Qualis titulus ad vſucapionem, & præſcriptionem requiratur, & nu 37.*
35 *Titulus oneroſus quis dicatur.*
36 *Titulus lucratiuus quis.*
38 *Error triplex, iniuſtus quid.*
39 *Error iuſtus.*
40 *Error iuſtiſſimus.*
41 *Error iuſtiſſimus vnde cenſetur.*
42 *In quib. præſcriptionib. titulus non requiratur, & n.43 & 44.*
45 *Quare in præſcriptione rerum incorporalium, & ſeruitutum realium non requiratur titulus.*
47 *Traditione rerum dominia transferuntur.*
48 *Quando ſimplex traditio non ſufficiat, & n.50.*
49 *Poſſeſſio vacua, vel vacans, quæ dicatur.*
51 *Traditio quomodo probetur.*
54 *Poſſeſſio continua in præſcriptione neceſſaria.*
55 *Poſſeſſio continua quæ dicatur, & n.56.*
57 *Poſſeſſio quotuplex.*
58 *Quænam poſſeſſio ad præſcriptionem neceſſaria.*
59 *An vaſſallus fundum feudalem, & vſufructuarius proprietatem poſſint præſcribere, & qualiter res ſuas poſſideant.*
60 *Poſſeſſionis continuatio qualiter probetur, & n.61.& 62.*
63 *Articuli probatorij qualiter concipiendi.*

1 Concordat cum hac Rubr.tit. in ff.de vſucap. cũ aliquot tit.ſequ & in C.de præſcr.long tempor.cum pluribus tit ibi annexis, & extr.de præſcr. Eiuſque continuatio ſumitur ex §.fin.tit.præcedentis, & ex §.ſingulorum, ſupra de rerum diuiſ. vbi dictum eſt, dominia rerum bifariam nobis acquiri; vel iure naturali gentium, vel iure ciuili. Et quia actenus dictum eſt, qualiter de iure gentium dominia rerum conſequamur, Imperator nunc ſubijcit: Quibus modis de iure ciuili dominium nobis acquiratur. Et
2 hoc fit dupliciter. Aut enim per vniuerſitatem acquiritur dominium de iure ciuili, vt per ſucceſſionem, arrogationem, additionem bonorum cauſa libertatis. Aut ſigillatim, ſeu particulariter, vſucapione, donatione, legato, &c. vt eſt gl. in l.1.ff.de acquir.rer dominio. In hoc itaq; titulo traditur, qualiter vſucapione, & præſcriptione dominium rerum conſequamur. Et quia ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis, l.1.ff.ſi certum pet. ideò primo quæritur.

Quid eſt vſucapio, & præſcriptio?

4 Sæpè in legibus vna eademque vox, & genericè, & ſpecificè accipitur, vt adoptio, cognatio, iuriſdictio, &c. Ita quoque vſucapio large pro præſcriptione rerum immobilium, & vſucapione rerum mobilium accipitur, ſecun gl. in l.3.ff.de vſuc. per tex. in l.furtum, cum l.ſeq. & tot.tit.ff.de vſuc. Et large ſic ſumpta vſucapio, ita definitur à iureconſulto, in l.3 ff.eodem.
b *Quod ſit acquiſitio ſeu adiectio* b *dominij per* c *continuationem*
c d *poſſeſſionis, temporis a lege* e *definiti*. Quæ definitio ab effe-
d ctu ſumpta eſt. Vſucapionis enim effectus, & quaſi proprium
e eſt, vt per eam acquiratur, ſiue adijciatur dominiũ, l.traditionibus, C.de pactis. Vel eſt ius rem alienam meam faciens, quã ſtatuto à legibus tempore, bona fide, & iuſto titulo poſſedi, ſecund. Paul.de Caſt. in d.l.3 ff.eodem, & colligitur ex text. no-
5 ſtro hic in princ. Et dicta eſt vſucapio ab eo, quod per vſum aliquid capiat, vel auferat. Vſus enim rei, ſeu poſſeſſio per lapſum tẽporis, res corporales, & incorporales priori domino,
6 adimit, & transfert in alium, ſecund. Mynſing hic Sicut, & præſcriptio dicta eſt à præſcribendo, id eſt, præfigẽdo, vel præfiniendo, quaſi temporis præfinitio, quia legibus præfinitum eſt tempus, intra quod fieri debet repetitio rei à Domino, ſub pœna amiſſionis, dominij, de quo vide Balb. in tract. præſcr.
7 in 1.parte, in 2.q. Et veteres præſcriptionem pro fructu, & effectu vſucapionis accipiebãt, nempe pro peremptoria illa exceptione, per quam prior dominus ab agendo repellitur, & præſcriptionis voce, vt plurimum pro exceptione vſi ſunt, vt in l.penult. & l.fin.C.de excep. & l.qui agnatis, ff.de except.&
8 facit Rubr. in ff.& C.de excep. ſeu præſcript. Ideò gloſ. in c.1. 16 q.3. præſcriptionem ita definit: *Quod ſit exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens, quæ actioni perſonali, vel in rem opponi-*
9 *tur*. Propriè verò, & ſtrictè ſecũdum recentiores, Vſucapio eſt rerum mobilium: præſcriptio vero rerum immobilium, & iurium incorporalium, ſec.gl.hic, in Rubr. & in princ.tit.noſtri, in verb. vſucapiantur, & gl. in d l.3.ff.eod. Promiſcue tamen iſtis vocabulis vtimur, referendo tam ad mobilia, quam ad immobilia, vt admonet Bal. in d.parte 1.in fine, 3.quæſt.

f *Quo iure, & quare præſcriptio eſt introducta?*

10 A iure ciuili præſcriptionem introductum eſſe, conſtat ex princ.tit.noſtri, ita quod Bal. in l.1.C.de emancip. lib. dicat: *Si ius ciuile non eſſet præſcriptiones quoq; non eſſent*, propter bonum ſcilicet publicum, vt dicitur in leg.1.ff.de vſucap. quod verſatur circa duo. Primo ne dominia rerum diu, vel ſemper ſint incerta, vt hic, & d.l.1. Secundo, vt & litium aliquis ſit finis, l fin.ff.pro ſuo, conſtat enim alienationes inter homines eſſe frequentiſſimas, tam per contractus, quam per vltimas voluntates, & nemo factum alterius ſcire poteſt, vtrum tradens ſit dominus, nec ne. Vnde ſi dominus eſt, dominium tradendo transfert, ſi non eſt nihil ad eum, qui accipit, transfertur, vt dicitur in l.traditio. ff.de acqu.rerum dom. Si igitur liceret priori domino ſemper petere a poſſeſſore, nec

---

ADDITIONES.

a *Vide tractatus Azonis, Dini Speculatoris, Rogerij Hoſtienſis, Balbi, Curacij, de vſucapionibus præſcriptionibus, & eorumdem temporibus.*
b *Hoc ideo adiecit, propter acquiſitiones alias, puta poſſeſſionis obligationis, vt infra per quas perſonas.*
c *Hoc ideo adiecit, propter aliud genus acquirendi dominij, quod fit per traditionem, l.traditionibus, C.de pact.*
d *De continuatione poſſeſſionis hoc ideo adiecit, quia poſſeſſio interrupta eſſe non debet, l.nunquam, §.1.ff.eod.*
e *Vt intelligamus tempora præſcriptionum arbitraria non eſſe.*
f *Vſucapio, an iure permiſſa, vide apud Concen.4.q.21. Adde Balb.tract.de Præſcript. part.1.q.4. vbi probat præſcriptionem introductam eſſe iure ciuili ad bonum publicum. Adde Plutarch. in Arato.*

nec poſſeſſor efficeretur quandoque certus de rei, quam ha-
bet dominio, cuius alias eſt difficilima probatio ſequeretur,
ferè neminem ſecutè poſſidere, ſicque dominia rerum ſem-
per manerent in incerto. Præterea nullus futurus eſt finis li-
tium inter homines, ſi lex non inueniſſet modum,& rationē,
qua poſſidenti ſuccurreretur aduerſus petentē. Semper enim
alter alteri moueret controuerſiam, de rerum poſſeſſione,&
dominio, cum homines ad diſſentiendum naturaliter ſint fa-
ciles, vt dicitur in l. item ſi vnus, §. fi. ff. de arbitris. Neceſſariū
igitur omnino fuit, vt vſucapionum modis infinitæ hominū
controuerſiæ dirimerentur. Atque huc reſpexit Iuriſc. Nera-
tius, vſucapionem rerum inſtitutam inquiens, vt aliquis li-
11 tium finis eſſet, d. l. fin. ff. pro ſuo. Nec obſtat, ſi dicatur, præ-
a ſcriptionem eſſe contra ius a naturale, quod diſponit, nemi-
nem debere cum alterius iactura locupletari, l. nam hoc na-
tura, ff. de condict. indeb. & c. locupletari, de reg. iur. in 6. Sed
præſcriptio facit præſcribentē locupletari cum iactura eius,
contra quem præſcribitur. Ergo eſt cōtra ius naturale,& per
conſequens, non procedit, quia ius naturale eſt immutabile,
§. ſed naturalia ſupr. de iure nat. gent. & ciuil. Hinc Bal. in l. 1.
de præſcr. 30. ann. per tex. iun. gloſ. §. habeat igitur, in Auth. vt
Eccl. Rom. gaudeat cent. annor. præſcr. dicit: Quod præſcri-
ptio ſit iniquum iuris præſidium, contra naturalem æquitatē
introductum,& nullo vnquam die iure fieri poteſt, quod vel
100. annis iniurium eſt. Nam reſpondetur iniurium non eſſe
quando quis rem legitima præſcriptione acquirit: quia ille,
qui patitur, rem præſcribi, videtur conſentire,& alienare l. a-
lienationis, ff. de verb. ſign. Neque ſine cauſa amittit domi-
nium rei, ſed propter ipſius culpam,& negligentiam, ideo ſibi
imputare debet, iux. c. damnū, de reg. iur in 6. Neque propte-
rea præſcriptio eſt contra ius naturale, ſed potius concordat
cum eo. Quia infert pęnam negligentib & imponit finem li-
tibus, quod rationi naturali eſt conſentaneum, vt inquit Io.
And. in c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. Et ita ius ciuile in hoc caſu
non in totum recedit à iure naturali, neque in totum ei deſe-
ruit, quod eſt proprium iuris ciuilis, l. ius ciuile, ff. de iuſtit. &
12 iure. Et fuit hic rigor inductus ex cauſa publicæ pacis, ita
quod licet pręſcriptio iniqua dici poſſet, reſpectu priuatę vti-
litatis, æqua tamen reſpectu publicæ vtilitatis, quæ præferen-
da eſt priuatæ, vt dicitur in l. 1 § fin. C. de cad. toll. Et lex infe-
rior, quæ habet ius ſuum cuique tribuendum eſſe, meritò ce-
dit legi ſuperiori, vt ſcilicet conſeruetur publica hominum
ſocietas,& tranquillitas, ſec. Mynſin hic. De hoc vide plenius
per Can. in Rub. de præſcr. & Balb. in d. 1. par. in 5. q.

Quæ requiruntur ad vſucapionem, & præſcriptionem?

13 Plura ad cauſandam,& complendam vſucapionem requi
ri colligunt Plat. Porc. & alij ex tex. noſtro hic in princ. &
eſt gl. in §. ſed illæ, ſuper verb. dicit,& ibi Doct. inf. de act. &
gl. in d. cap. 1. 16. q. 3. & gl. in Rub. ff. de diuer. temp. præſcr. Et
comprehenduntur iſta requiſita his verſibus.

Nam vſucapies: niſi ſint tibi talia quinque:
Bona fides, iuſtus titulus, res non vitioſa.
b *Quod res tradatur, b & tempus cōtinuetur*, vt refert. Pl. hic.

Primo igitur requiritur bona fides, vt hic in princ. & l. vni-
c ca, C. de vſuc. transfor. id eſt bonæ conſcientia, vt ſcilicet vſu-
capiens domini cogitatione poſſideat, ſec Bart. in d. l. furtum
§. fundi, ff. de vſucap. qui habet rem ab eo, quem credebat eſ-
14 ſe dominum,& habere ius deſtrahendi, vt hic in prin. Et ſic
dicitur bona fides, ſyncera,& illæſa conſcientia excuſans poſ
ſeſſorem de ignorantia rei alienæ. Et ſicut mala fides dicitur
ſcientia, vel notitia rei alienæ, ita bona fides dicitur ignoran-
tia rei alienæ, ſeu iuris alieni, vt eſt text. in c. ſi virgo, 34. quęſt.
15 2. & l. bonæ fidei, ff. de verborum ſignific. Tunc ergo vſuca-
piens bonam fidem habere dicitur ſi neſciat rem eſſe alienā,
vitioſam puta, furtiuam, vel alias a lege alienari prohibitam.
Qui enim contra iura, & legis prohibitionem mercatur, vel
contrahit, præſumitur eſſe in mala fide, cap. qui contra, de
reg. iur. in 6. & l. quemadmodum, Cod. de agricolis,& cenſ.
d lib. 11. Hinc eſt, quod mala fides d præſumitur interueniſſe,
quando ſolemnitas requiſita fuit omiſſa, & ordo debitus nō
fuit ſeruatus, vt eſt gloſ. & ibi Bart. in leg. 1. in verbo, mala fi-
de, C. de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſc. lib. 11. Porrò circa
16 illud requiſitum de pluribus dubitatur. Et primo, quo tem-
pore bona fides exigatur, & in hoc eſt differentia inter ius
Ciuile,& Canonicum. Nam de iure ciuili ſufficit adeſſe bo-
nam fidem ab initio præſcriptionis, tempore ſcilicet traditio-
nis, excepta emptione. Ibi enim duobus temporibus requi-
ritur bona fides tempore ſcilicet contractus, & traditionis.
In cęteris verò contractibus ſufficit tempus traditionis, tex-
tus eſt expreſſus in l. 2. in princ. ff pro emptore,& in l. exiſti-
mans, ff. pro ſoluto,& in l. ſi aliena, in princ. ff. de vſucap. adeò
quòd mala fides poſt inchoatam vſucapionem ſuperueniens
non noceat, nec præſcriptionem interrumpat, d. l. vnica, verſ.
hoc tantummodo, C. de vſucap. transfor. Quod eſt verum, ſi
ſuperueniat ſimplex ſcientia rei alienæ: ſecus ſi interueniat
ſcientia rei furtiuæ, ſec. Bart. & Paul. de Caſtr. in l. ſi ancillam
per tex. ibi in fi. in princ. ff. pro ſuo. De iure vero Canonico
requiritur, quod omni tempore vſque ad completam pręſcri
e ptionem bona fides adſit, & ideo quocumque e tempore ſu-
perueniat mala fides, ante perfectam præſcriptionem inter-
rumpitur præſcriptio c. fi. de præſcrip. vbi dicitur: *Oportet, vt
qui præſcribit, in nulla temporis parte habeat conſcientiam rei
alienæ*. Poſſeſſor enim malæ fidei nullo vnquam tempore
f præſcribit, c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. f Et quia hic agitur de
g materia peccati ſtandum g eſt iuri Canonico, per theoricam
17 quæ habet: *Quod in cauſis ſpiritualibus, & concernentibus
peccatum diſpoſitio iuris Canonici nō ſolum in terris Eccleſiæ
ſed etiam Imperij ſeruari debet*, vt not. per gloſ. in § pen. infr.
de grad. conſang. & per Canoniſt. in c. clerici, de iudicijs,&
in c. 1. de nou. oper nunc. & Panorm. in d. c. fin. expreſsè dicit:
Iura ciuilia, per ius Canonicum correcta eſſe, quatenus per-
mittunt præſcriptionem cum mala fide. Si vero ſcientia rei
h alienæ,& ſic mala fides ſuperueniat h poſt perfectam vſuca-
pionem, vel præſcriptionē, non nocet, nec tollit præſcriptio-
nem, ſed vſucapiens etiam in foro conſcientiæ rem præſcri-
ptam retinere poteſt, nec eā priori domino reſtituere tene-
tur, vt eſt gloſ. in cap. vigilanti, ſup. verb. nouerit,& in d. c. ſi,
ſup. verb. nulla. & ibi Canoniſt extr. de præſcrip. Vbi commu
18 nis eſt ſententia Doctorum, quod ſalua conſcentia quis reti-
neat rem præſcriptam. Et inter cetera adducitur illa ratio,
quod completa præſcriptione non poteſt quis dici eſſe in ma
la fide quia mala fides, vt ſupr. dictum, nihil aliud eſt, quam
ſcientia rei alienæ, vt eſt gl. in d. c. vigilanti,& in d c. ſi virgo,
in verb. poſſidere, 34. q. 2. Item confirmatur etiam alia ratio-
ne, quod ſicut lex poteſt transferre dominium rei alienæ, etiā
non conſentiente domino, ex certa cauſa, vt quando propter
delictum confiſcantur bona, iuxta l. 1. ff. de bon. damn. Item
quando capiuntur bona in legitimo bello, de quo in §. item
ea, quæ ex hoſtibus, ſupra de rerum diuiſio. dictum eſt. Ita
etiam, & hoc caſu propter publicum bonum, vt litium ſit fi-
nis,& ne dominia rerum ſint in incerto, tutus eſt ille qui pręſcripſit,& iuſte poſſidere dicitur, quia legis authoritate poſſi-
det, l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſ. Et ex eadem ratione,
præſcriptione excuſari conſcientiam,& coram Deo iuſtè res
teneri, quarum domini ſumus præſcriptione, tradunt Theo-
logi. Lex enim magis eſt domina rerum noſtrarum, quam
vili priuati domini, & quod lex vera authoritate condita cui
que attribuit, id iuſtè quis poſſidet, etiam Deo approbante:
Quia Deus approbat politicas ordinationes, probabili ra-
tione factas, ſicut hoc caſu lex conſuluit trāquillitati, & pa-
ci,& ſanxit certum tempus, intra quod ſi non fiat repetitio,
poſtea non dat actionem, ſed facit poſſeſſorem dominum
rei, & eum non excutiendum ſtatuit, vt tradit Hoſtienſis
in

ADDITIONES.

a *Adde æquitati in genere ſcripta rigorem in ſpecie ſcriptum
præferri, & ſic rigorem iuris præſcribendi præferri equitati il-
li, quæ vult neminem cum alterius iniuria locupletari, l. iure
naturæ, ff de cond. indeb. l. ſi quis mancipijs, §. proculus, ff. de in-
ſtit. act. Iure enim noſtro generi per ſpeciem derogatur, l. in toto
iure, ff. de reg. iur.*

b *Rectius*, tempus quoque.

c *Bonā fidem habet, qui recipit rem ab eo quē credit eſſe domi-
nū, §. iure ciuili, hoc tit. l. qui à quolibet, ff. de contrah. empt. vel
qui rem recipit ab eo, quem putat habere poteſtatem alienan-
di, licet non ſit dominus, l. bona fides emptori, ff. de verb. ſignif.*

d *Contra præſumitur bona fides, quoties non conſtat de mala fi-
de, l. verius, ff. de probat. Quoniam nemo tenetur ſcire, rem eſſe
alienam, & non eſſe ipſius alienantis, vt notat. in l. ſuper, C. de
longi temporis præſcript.*

e *Et apud quemcumque, ſiue defunctum, ſiue hæredem. Quid
tamen ſi defunctus malam fidem habuit, hæres bonam, & hæ-
res velit à ſe præſcriptionem inchoare? Idem. vide Dinum. c.
poſſeſſor. num. 45. de reg. iur. in 6.*

f *Vbi vide latiſſ. Couarr.*

g *Adde Din. in c. poſſeſſor, nu. 23. vbi ſcribit ius Canonicū circa
tractatum præſcriptionum rectius procedere, quam ius ciuile.*

h *Perfecta vſucapione vel præſcriptione poteſt poſſeſſor ſalua cō-
ſcientia retinere poſſeſſionē, etiamſi ei ſuperueniat mala fides.*

in Summa,de præſcrip.rer.immo.in §.quę exigantur in prę-
ſcriptione,verſ.ſed quid ſi iam completa. Adducit etiã autho-
ritatem iuris diuini,Leu.25.verſ.9.& ſeq. Nã in anno Iubilęi
regulariter omnis venditio redibat ad Dominum,&priſtinũ
poſſeſſorem,ſed ibi excipitur domus vendita inter vrbẽ, quæ
ſpacio vnius anni præſcribebatur, & ſic omne ius priori do-
mino per lapſum anni auferebatur. Et plura de hac quęſtione
vide per Baib.de præſcrip.in 2.par.tertiæ partis principalis,in
19 9.quæſt. Secundo circa illud requiſitum dubitatur; An in om
ni pręſcriptione requiritur bona fides: Et dicitur quod in prę
ſcriptione longi temporis bona fides tam de iure ciuili,quam
canonico requiritur,tex.eſt in d c.ſi.ext. eod. & hic,in princ.
tit.ooſtri iuncta,l.2.C.de præſcript. longi temp & d.l. vnica,
verſ.cum autem,C.de vſucap transfor.in pręſcriptione verò
longiſſimi temporis bonas fides de iure ciuili non requiritur
ſed ſufficit cum poſſeſſione ſolus curſus temporis 30.vel 40.
ann. Tãto enim tẽpore tollitur omne ius,omnis actio realis,
& perſonalis non attenta bona fide,l. ſicut l.omnes,& l. cum
notiſſimi,C.de præſcrip.30. vel 40.annor. An autem iura ca-
20 nonica in d.c.ſi.& in c.vigilanti,de præſcript. c. poſſeſſor,de
regulis iuris in 6 in hoc corrigant iura ciuilia,variæ ſunt opi
niones DD.Bart.enim in l.ſequitur,§.ſi viam,ff. de vſucapio-
nibus dicit:quòd cum iura canonica non derogent legibus ci
uilibus,quo ad actiones perſonales, quia non de perſonalib.
ſed de realib.tantum loquuntur,de poſſeſſore,ſ. ſed in perſo-
nalibus ex parte debitoris non eſt poſſeſſio, ſed præſcribitur
potius per negligentiam non petentis. Et idem tenet Hoſt.in
Summ ext.eo.§.quæ res. Ferrarienſis verò in forma Reſpon
ſionis rei,ſup verb.præſcriptionis,nu.28.indiſtinctè dicit: Le-
ges ciuiles non eſſe correctas neque in realib. neq. in perſo-
nalibus actionibus,& quod ius ciuile in terris Imperij,Cano-
nicũ verò ſeruandum ſit inter clericos. Contrariã verò ſentẽ
tiã,quod iura ciuilia permittentia præſcriptionem cum mala
fide,tam in realibus,quam perſonalibus,& iurib.incorporali-
bus in totũ ſint correcta,communiter tenent,tã Legiſtæ,quam
Canoniſtæ poſt gl. in d.c.ſi.per tex.qui vtitur vniuerſali nega
tiua,videlicet vt nulla valeat abſq. bona fide præſcriptio. Nã
qui omne dicit,nihil excludit,l. Iulianus,in prin.ff.de l.3. Nec
diſtinguit ille textus inter actionem realem,& perſonalẽ,ſed
generaliter loquitur. Ergo generaliter quoque,& indiſtinctè
intelligi debet. Vbi enim lex nõ diſtinguit,nec nos diſtingue-
re debemus,l. de pretio,ff. de Publiciana in rem act. Itẽ ratio
peccati,ſuper qua fundatur diſpoſitio d c. ſi. ita militat in a-
ctione perſonali, ſicut in reali. Ideo ex quo concernit ſalutẽ
animæ diſpoſitio illius capituli, licet correctoria,debet extẽ-
di. Et hæc opinio,quia conſcientiæ eſt tutiſſima,tenẽda ne fa
ciendo contra conſcientiã,quis ædificet ad gehennã,vt dicitur
in c.litteras,§.porro,de reſt. ſpol. Et de hoc vide latius Bal. de
præſcript. in 2. parte, tertiæ partis principalis,in t 3. q. Et per
eandem rationem idem dicendum eſt de pręſcriptione tanti
temporis,cuius initij memoria non extat,vt & illa cum mala
fide nõ procedat. Quod eſt verum,ſi expreſſe conſtat de ma-
21 la fide per tex in d.c. fin. Alias in dubio hoc caſu bona fides
præſumitur,de quo vide Balb.in d.2.p.tertiæ partis principa-
lis,in 6.q.n. o. Tertio circa illud requiſitum dubitatur. An bo
na fides ſit probanda ab eo,qui excipit de præſcriptione. De
hac quæſt.eſt gl.ordinaria,in d.c.ſi diligenti,ſuper verb bona
fides,& gl. in d. §.ſed iſtæ,in verb. dicit verſ. ſed tantum duo,
inf.de act & gl. hic,ſupr.verb.qui bona fide,& in l.pen. C. de
a euict.& Bart.in l.Celſus,ff.de vſuc. Vbi communis hæc cõ-
cluſio traditur,quod bona fides regulariter præſumitur, d. l.
pen.C.de euic. Sicut quilibet etiam in dubio præſumitur bo-
nus,vt eſt text.iuncta gl. in c.vnico,de ſcrutinio in ord.fac.&
c.ſi de præſumpt. Et ratio prædictæ cõcluſionis aſſignatur in
gl.in d.c.ſi diligenti. Eſt enim hoc caſu bona fides ignorantia
rei alienæ,vt ſup.dictum Sed in dubio præſumitur ignorãtia,
non ſcientia,l. verius,& ibi gl.ff.de prob. Et ideo poſſidẽs re-
gulariter nõ tenetur probare bonam fidem,quia præſumptio
iuris transfert onus probandi in alteram partem,ab ea parte
ff.de proba. Sed huic cõcluſioni videtur obſtare tex. in l.ſi. C.
vnde vi,vbi dicitur. *Quod tuũ non eſt,ſcire debes ad alium ſpe*
22 *ctare*. Ideo quidam intelligunt hanc concluſionem tantũ ha
bere locum in eo, qui poſſidet cum titulo. Pro declaratione
igitur,& ampliatione huius concluſionis, intelligite eam pro-
cedere.I. Siue poſſeſſor habeat titulum verum,ſiue putatiuũ,
ex errore iuſto,vel etiam iniuſto,ſecund.Bart. in d.l. Celſus,
& Bal. ibi,in §.expedita,2.par.nu.12.II. Ampliatur,vt bona fi-
des in dubio præſumatur in quolibet poſſidente, etiam ſine
titulo,niſi alius poſſeſſor antiquior appareat,qui allegare po-
terit: *Quod tuum non eſt,ſcire debes ad alium ſpectare*, d.l.fin.
Quod alium verò licitè,& bona fide tenere videtur,cum ius
commune ei non contradicat,ſecundum Bart.& alios,in d.l.
Celſ.& Panor.in d c.ſi diligenti,& Euerar.in d. forma reſpõ-
ſionis rei,ſup. verb.præſcriptionis,n.16.Et hanc eſſe commu-
nẽ opinionẽ refert Bal.in d.l.Celſus in d.§.expedita,n.10.III.
Ampliatur hæc cõcluſio,quod poſſidens ſine titulo,prę ſumi-
tur eſſe in bona fide,etiãſi antiquior poſſeſſor appareat, quan
do ſcilicet poſſedit longiſſimo tẽpore.Ex curſu enim tempo-
ris 30.annor. in dubio prę ſumitur bona fides,etiam in poſſeſ-
ſore ſine titulo,& tollitur præſumptio malæ fidei,quæ inſur-
gebat ex defectu tituli,licet apparet alius antiquior poſſeſſor,
ſecund.Bat.in d.l.ſi.C.vnde vi.& addite Bal.in d. §. expedita,
23 nu.10.Limitatur autem prædicta concluſio. I.Quod bona fi-
des in dubio prę ſumitur,niſi ſint aliquæ circumſtantię exclu
dentes hanc præſumptionẽ,quæ tamen ab aduerſa parte alle-
24 gari,& probari debent. Et qualiter mala *b* fides probetur,eſt
b gl.ordinaria in dicto cap.ſi diligenti. Nam primo *c* probatur,
c ſi fuerit ei denunciatum rem eſſe alterius,l. ſi fundum,C. de
rei vendicat. Quod eſt verum,ſi eſt facta ei denunciatio ante
contractum,vt loquitur tex.in dict.l.ſi fundum. Secus ſi poſt
contractum,quia tunc ſimplex denũciatio non inducit malã
fidẽ, niſi aliter fiat, quod contrahens certo deducatur ad no-
titiam rei alienę,de quo vide Bal.in d.l.Celſus,§. expedita,n.
13. Secundo probatur mala fides per confeſſionem, quando
ſcilicet præſcribens confeſſus eſt, ſe ſciuiſſe rem eſſe alienam,
quia tunc præſumitur, illud habuiſſe in mente, quod dixit l.
Labeo,§.idem Tubero,ff.de ſupell.leg.& gl.in leg. Fulcinius,
§.latitare,in verb. animus,ff. quib. ex cauſ. in poſſ.eatur. Nul-
d la eſt enim melior probatio,quam confeſſio *d* partis, vt tra-
ditur in l.cum te,C.de tranſact.& in l. generaliter,C de non
num.pecun. Tertio probatur,ſi de hoc,ſcilicet rem eſſe alte-
e rius,inter vicinos erat *e* fama, & præſcribens ſit vicinus quia
f tunc ſcire *f* præſumitur c.quanto,de præſumpt. Quarto quan-
do quis mercatur contra leges, & iura, præſumitur quoque
eſſe in mala fide: veluti,ſi quis emat ab eo, cui bonis interdi-
ctum eſt,cap.qui contra,de reg. iur.in 6. & l quemadmodũ,
C.de agric.& cenſ.lib.11. Hinc Din.in d.ca.qui contradicit. Si
allegatur ignorantia facti, in dubio præſumitur bona fides:
ſi vero ignorantia iuris,præſumitur mala fides. Quinto,quã-
do quis contrahit non adhibitis ſolemnitatibus requiſitis, à
iure communi,vel municipali, eo ipſo in mala fide eſſe præ-
ſumitur,ſec.gl.& ibi Bart.in l. 1.ſup.verb mala fide,C. de fide
inſtr. lib.11.de quo latius videte Bal.in d §.expedita,nu.18. &
20.vbi ſubijcit. Quod regulariter eo ipſo probatur mala fides
quando probatur ſcientia rei alienæ,cũ mala fides nihil aliud
25 ſit,quam ſcientia rei alienæ,vt ſupradictum 2. Principaliter
g prædicta concluſio, quod bona *g* fides præſumitur, limitatur
procedere in præſumptione rerum corporalium. In præſcri-
bendis verò rebus incorporalibus,diſtinguitur. Aut enim agi
tur de prę ſcribenda ſeruitute aut alio iure in rebus alienis,&
bona fides non præſumitur. Quælibet enim res,de iure natu-
rali,& ciuili prę ſumitur libera,vulg.l.altius,C de ſer Et ſic eſt
præſũptio iuris contra poſſidentem,ideo licet tunc non exi-
gatur titulus,l.ſi quis diuturno,ff ſi ſeru.vend. tamen requiri-
tur,vt præſcribens probet aliquid, propter quod motus ſit ad
credendum, ſeruitutem ſibi competere,vt ita mala fides ex-
cludatur,& bona fides inducatur,vt in § ſi.ſup.de ſer.dictum
eſt. Quòd eſt verũ,ſi poſſeſſio eſt recens,ſed ſi per longa tem-
pora poſſedit, bona fides quoque in corporalibus præſumi-
tur,vt tradit Panorm.in d ca.ſi diligenti,nu.19. Aut agitur de
præſcribenda libertate,& tunc cõmuniter tenetur, quod bo-
na fides præſumatur, quia habet fundamentum iuris pro ſe,
quo

ADDITIONES.

a *Bona fides præſumitur in poſſeſſore,niſi contrarium probetur, ſi modo titulum habeat verum vel putatiuum: de qua præſumptione vide Alciat.3.præſumpt.5.*

b *Mala fides interdum præſumitur. Adde gl. in l. ſi tutor,Cod. de per.& com.*

c *Probatur etiam mala fides per ſola indicia,l pen. vbi Bal. C. de euiction. Ang.in l 3.C de vſuc.transfor. & in l. ſuper,C. de præſcript.long.temp.*

d *De probatione per confeſſionem vide Bal. Marſ. in rep. rub. de probat.*

e *Fama vicinia attendenda,c.illud,c.3.de præſumpt.l.filium,ff. de his qui ſunt ſui Bar.in l.de ætate,ff.ad S.C.Syllan.*

f *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini, vt hic de vicino plura vide apud Rauennatem,in verb.* vicinus.

g *Per contrarium mala fides regulariter non præſumitur, l. pen. C. de euict. Plura vide apud Alciatum 3.præſump.5.*

quo omnis res præſumitur libera, & ſic debuit credere rem eſ
ſe talem,qualis naturaliter eſſe debet,de quo Panorm. in d.c.
26 ſi vigilanti,nu.1.2 3. Limitatur prædicta concluſio, vt bona
fides præſumatur,dummodo allegetur:licet enim non ſit pro-
banda,eſt tamen de neceſſitate alleganda, ſecundum Bald. &
Ang.in d.l.ſuper longi,C.de præſcript.longi temporis per tex.
in l.ſi adulterium cum inceſtu,§.idem Pollioni.ibi,*ſi error alle
gatur* ff.de adult.Sit ergo (dicunt ipſi) aduocatus cautus,vt de
bona fide ſemper in articulis probatorijs ſaltem mentionem
faciat:alias ſuccumberet,quia bona fides non præſumitur, niſi
allegetur,& facit gloſ in Clem.appellanti ſup.verb.alias,extr.
de appell. Quod licet Notorietas releuet ab onere probandi,
27 non tamen ab onere proponendi. Hæc tamē concluſio limi-
tatur non procedere in præſcriptione tantis temporis, cuius
initij memoria non extat, quia in tali præſcriptione ſemper
præſumitur titulus,& bona fides,etiam ſi non allegetur. Nam
tanto tempore poſſeſſum,præſumitur ab authoribus ſuis iuſtè
poſſeſſum,ſecundū Innoc.in d.c.ſi diligenti, & adde Bal. in d.
28 §.expedita,nu.7.Quarto circa primum hoc requiſitum quæ-
ritur: Qualiter bona fides probetur? De quo eſt gloſ.ordin.&
ibi DD.in d.§.ſed iſtæ, ſup.verb.dicit. Et ſciendum quod per
29 inſtrumenta vel teſtes bona fides probari nequit. Teſtis enim
debet deponere de rebus ſenſatis,id eſt, de his, quæ cadunt in
ſenſum corporeum, & quæ per illum percipi poſſunt, vt quia
vidit,audiuit,&c.l.qui teſtamenta,§ fin.ff.de teſtam. Sed quia
a bona fides conſiſtit in conſcientia animi *a* ipſius præſcribentis
30 teſtis,qui non eſt ſcrutator cordis humani, directo de ea de-
ponere non poteſt.Eſt enim conſcientia,vt inquit Bal.in con-
ſilio ſchiſmatis,poſito poſt Rub. C.ſi quis aliq.teſt. prohib. di-
ctamen rationis,& cognitio ſui proprij cordis,& in cap.inno-
tuit,de elect.dicitur: Quod ſit ſcientia clauſa in mente, quàm
Deus aſſociauit animæ,vt eam reprehenderet de erroribus,&
31 eſt de apicibus animi. Probabitur igitur bona fides, per aſſer-
tionem poſſidentis, cum iuramento, quod iurat ſe bona fide
poſſediſſe,vt eſt glo.in d.ff.ſed iſtæ Et licet ea non faciat men-
tionem de iuramento, tamen de hoc eſt gl.expreſſa in l.atqui
§.cum me abſente, in verb.committat, & ibi Bartol.ff.de neg.
geſt.& melior gloſ.in cap.ſignificaſti,l.1.ſup.verb.ſi eſt etiam,
extr.de homicid.& ſemper allegatur ad hoc prædicta gloſs.in
dicto § ſed iſtæ,quod ea,quæ conſiſtunt in intellectu, anima
vel conſcientia noſtra, probantur per ſimplicem aſſertionem
cum iuramento,de quo planè vide Iaſ.ibi num.88. Limitatur
autem hæc doctrina locum habere, quando præcedit titulus
habilis, ex quo creditur iuramento eius, qui aſſerit ſe habere
bonam fidem:ſecus ſi nullus titulus præceſſit, de quo Iaſ.in d.
§.ſed iſtæ,num.91.Item non procedit,ſi eſſe præſumptio iuris,
contra aſſerentem,de quo vide eundem ibi,n.92.vbi ſubijcit
tertiam limitationem,vt non procedat,ſi per partem aduerſā
probetur contrarium, vel aliquid, per quod præſumitur con-
trarium. Et hæc de primo requiſito ſufficiant, nam de quæſt.
An,& quando mala fides authoris noceat ſucceſſori?inf.in q.
Quæ res præſcribi poſſint? dicemus.
32 Secundo,principaliter ad præſcriptionem requiritur *b* titu-
b lus.Et quamuis in iure titulus pluribus modis accipiatur vt eſt
gloſ in l.non eſt,ſuper verb titulus. C.fam.herc. & gloſs.ſuper
Rub.in Auth.de Eccleſ.tit.& priui & cap.dudum, 2.ſup.verb.
intitulatam, ext.de elect.& Cin.in l.Cogi, C de pet her. Hoc
33 tamen loco capitur titulus,pro cauſa habili ad tranſlationem
dominij,vel vt Bal. inquit,in l.ancillæ, Cod.de furtis pro iuſta
cauſa poſſeſſionis,vel per quem indicatur legitima cauſa poſ-
ſidendi, ſufficiens ad acquirendum dominium, à tuendo di-
ctus, quod factum authoris tueatur ſecundum Mynſing.hic.
34 Et conſtituaris regulam: Ad vſucapionem, & longi temporis
præſcriptionem requiri titulum per textum noſtrum hic in
princ.& in d.l.vnica, C.de vſufruct. transfor. & in d.l.nullo,
C.de rei vendic.& l.diutina,& d.l.ſuper longi, C.de lōgi tem-
poris præſcriptio. Et hanc concluſionem intelligatis,non de ti-
tulo,quem quis habet à vero domino,quia iūcta traditione
alias eſt ſufficiens ad transferendum dominium, nec opus eſt
tunc aliqua præſcriptione ad acquirendum dominium, dict.l.
traditionibus, C.de pactis. Quia nemo præſcribit rem ſuam:
quod enim ſemel meum eſt, amplius meum fieri non poteſt,
l.& an eadem,§.actiones,ff.de except.rei iudic. Sed de titulo,
quem quis habet à non domino, quem tamen dominum eſſe
credebat,vt hic in princip. Debet autem talis eſſe titulus, qui
ſit ſufficiens & habilis ad transferendum dominium, ſi tradēs
eſſet dominus, & à non domino habitus transferret vſuca-
c piendi conditionem,l.clauibus,ff.de contr.empt. vt eſt tit.em-
pti,legati,donationis,& ſimiles,qui enumerantur in l.3.§.ge-
nera,ff.de acq.poſſeſ & ſup. de rer. diu. & qui talem habet ti-
tulum, habet cauſam præſcribendi. Ampliatur autē prædicta
concluſio,ſecundum Bal.de præſcr.in dicta ſecunda, part.ter-
tiæ partis princ.in 3.qu.nu.5.procedere.I.Siue titulus ſit one-
roſus,vt emptionis,permutationis, &c.vt conſtat ex Rubr.ff.
pro empto.Item pro ſoluto, &c. Siue ſit lucratiuus, vt dona-
tionis,vel legati, vt conſtat ex Rubr. ff.pro donato. Item pro
legato. vt text.in dict.leg.ſi ſuper longi, C.de præſcript. longi
35 temporis. Dicitur enim titulus oneroſus quādo res ad aliquē
peruenit,cum onere aliquid dandi, vel faciendi, ſicut eſt in
omni ferè contractu,vbi is,qui recipit rem, grauatur viciſſim
aliquid dare vel facere. Titulus vero lucratiuus eſt,quādo res
36 peruenit ad aliquem ex mera liberalitate, vt ex donatione,le-
gato,&c.quos titulos refert Imp.in l.vnica, §.lucratiua, C.de
imponenda lucratiua deſcriptione, lib.10. De quo vide Iaſ.&
Zaſ in §.item ſi quis in fraudem,infra de action.Et titulum lu
cratiuum etiam de iure Canonico ſufficere ad vſucapionem,
reprobata opinione Aretini, concluſit Fel.in d ca.ſi diligenti,
ante fin.per rationem,quod in præſcriptione ideo requiratur
titulus,vt inde colligatur, & eliciatur bona fides in præſcribē-
te,quod æquè fieri poteſt ex tit. lucratiuo, ſicut ex oneroſo,
nec poteſt hoc caſu ratio differentiæ aſſignari. Idem igitur ius
37 eſt ſtatuendum, vulg.l.a Titio,ff.de verb.oblig.II. Ampliatur
prædicta concluſio,ſiue titulus,ſit verus,ſiue putatiuus, iuſto
ſcilicet errore interueniēte, vt qua procurator meus dicebat,
ſe meo nomine emiſſe rem,& ita puto me poſſidere ex titulo
emptionis ex iuſto errore:ſecus ſi iniuſto errore titulus ſit cau
ſatus.§.error,inf. eodem. Pro cuius intellectu ſciendum, poſt
38 Bart.in d.l.Celſus,tres eſſe ſpecies *d* erroris, iniuſtus, iuſtus,
d & iuſtiſſimus.Iniuſtus error dicitur error iuris,quādo quis in
iure erat,vt emam à pupillo,abſque tutoris authoritate, l.nū-
quam,2.ff.de vſucap.Item error in proprio facto,ſine perſua-
ſione alterius, vt quando quit putat ſe emiſſe rem,quam non
emit.Nec enim ſufficit putare,ſed rem emptam,vel donatam
eſſe oportet,d.§.error. Ignorantia enim in facto proprio non
eſt tolerabilis,l.quāquam,ff.ad Velleia. Et talis error iniuſtus
impedit vſucapionem lōgi temporis,d.§.error. Titulus enim
putatiuus non ſufficit,non ſubſiſtente iuſta cauſa, putandi,d.
l.Celſus. Sed error iuris non eſt cauſa, cum ignorantia iuris
neminem excuſet,l.iuris ignorantia,& leg.regula,§ ſi quis ius
ignorans,in fin. & tot tit. ff. de iur. & facti igno. de quo poſt
39 Bart.in d.l.Celſus,vide Bal. ibi, in 4.notab. Iuſtus vero error
dicitur, quando quis mouetur ad aliquid credendum, con-
ſiſtens in proprio etiam facto, interueniente ſcilicet aduer-
ſarij perſuaſione: Veluti, ſi dicas ad me, trado tibi librum,
quem tibi ante à promiſi, & ego non recordor,licet erram in
facto proprio, dicitur tamen iuſtus error, quia credidi aſſer-
40 tioni tuæ,vt tradit Bart.in d.leg. Celſus Et talis error vſuca-
pionem non impedit,l.pen.in princip.ff.pro ſoluto, & leg.3 ff.
pro ſuo. Iuſtiſſimus vero error dicitur in facto alieno iuncta
perſuaſione eius à quo factum dependet,vt ſi ſeruus,procura
tor,vel tutor meus dicat, ſe meo nomine emiſſe talem rem,
cum in rei veritate non emerit,iſte dicitur, iuſtiſſimus error,
l.quod vulgo,ff.pro emptore. Alieni enim facti tolerabilis eſt
ignorantia, vt dicitur in l.ſi.ff pro ſuo. Idem dicendum eſt de
eo, qui alteri ſucceſſit, nam & is iuſtam dicitur habere igno-
41 rantiæ cauſam,l.qui in alterius,ff de reg iu. Item cauſatur iu-
ſtiſſimus error ex publica fama, & opinione vulgi. Veluti ſi
eſt fama patrem meum emiſſe hanc domum,de quo vide ple
nius Bal.d.in d.l.Celſus §.nūc venio,ad d.Bat. vbi nu.45.ſubij-
e cit:Quod iuſtiſſimus error cauſatur etiā ex aſſertione *e* probi,
&

ADDITIONES.

a *De probatione eorum que dependent ex conſcientia ſeu animo ſcientia,vide Marſilium in rubr.de prob à n.122 ad 126. Item de probatione mentis vel voluntatis,vide Imol. 5.conſ.57. Dec. 1.dec.33.*

b *De titulo,& quis requiratur in præſcriptionibus, vide Din.ca. poſſeſſor,n.27 & ſeq de regul.iur.in 6. Balbum tract. de præſcr. par.3.& an præſcriptio contra ius commune titulum requirat, vide Socinum regulam 307.*

c *Error alias iniuſtus,iuſtus,iuſtiſſimus.*

d *Præſcriptio regulariter contra ignorantem currit, leg.vlt.Cod. de præſc.30.ann. cuius regula vide tres exceptiones apud Soc. reg 205.*

e *Siue de ſe, ſiue de alijs aſſerat. Tum enim poteſt quis dicere ſe certo ſcire gl.in l.Titio,ff de cond. & dem. Dom. c.de capitulis per illum textum dict.10. Iaſ.in l.properandum,C.de iud. Bart. in l.non ſolum,§ morte,ff.de noui,oper. nunc. & in l.iudicia,ff. de rei vend. Curtius conſ.72 Lapus allegat ſaltem ſuper quo Rom.Conſ.403. Menoch caſu 177. lib.de arbit.iudic. Bald. ad l.Celſus,nu.45.ff.de vſucap.*

& honeſti viri ſecundum Bal.in l.iudicia, C. de rei vendic. Et
cõfirmatur hæc ſententia per tex.in c.niſi eſſent,& ibi Panor.
extr. de præb. vbi habetur, quod honeſtas perſonæ tollit ſini-
ſtram præſumptionem,& præſumitur pro viro honeſto , per
tex.in l.ſi a bonæ fidei,in princ.in verb.integræ opinionis, ff.
de rei vendic.per quem tex.ibi decidit Ang. Quod ſi poteſtas
non cuſtodiuit diligenter,ſed curialiter Nobilem ſibi cõmiſ-
ſum , qui communiter reputabatur integræ æſtimationis, &
fidei,ſi aufugit,nõ tenetur,ex quo non erat veriſimile , quod
aufugeret propter qualitatẽ perſonę ſuæ, cui credendum erat,
& ita dicit,ſe quendã defendiſſe , de quo Iaſ. in authen.iube-
mus,C.de iudicijs,& Bal.in d.l. Celſus,§. nunc venio,nu.45.
Talis igitur error iuſtus, vel iuſtiſſimus vſucapionem nõ im-
pedit,d l.quod vulgo,ff.pro empt. Porrò prædicta concluſio,
quæ habet,quod ad pręſcriptionem requiritur titulus limita-
42 tur procedere. 1 In vſucapione, & pręſcriptione longi tẽpo-
ris, 10.ſcilicet ann.inter præſentes,& 20. ann. inter abſentes.
a Secus in præſcriptione longiſſimi temporis,30 ſcilicet, *a* vel
40.ann.quæ de iure Digeſt.erat incognita,ſecundum gloſſ.3.
l.qui occidit,ff.ad l. Aquil.Et de iure Codicis currit, abſque
titulo,& bona fide,l.ſicut & l.omnes, & l.ſi quis emptiones,
§.1.cum ibi not. C.de præſcr. 30 vel 40 ann.idem dicendum
eſt de iure Canonico,vt pręſcriptio quadragenaria cõtra Ec-
cleſiam procedat, etiam abſque titulo,cum bona fide tamen
cap.illud,& cap.de quarta,vbi Canoniſt.& d.c.ſi.ext. de præ-
ſcript.vbi non ſit mentio tituli,ſed ſolius bonæ fidei Quod eſt
verum,niſi ius commune reſiſtat pręſcriberi, vel niſi præſum
ptio iuris ſit contra eum: tũc enim bona fides, & tempus 40.
ann.non ſufficerent,ſed etiam requiritur titulus,vt eſt tex. &
glo.in fin.d.ca.ſi diligenti,& in cap.1.de præſcrip. in 6 & in c.
ad decimas,de reſtit.ſpol.lib.6. vbi ponitur caſus de prælato,
qui allegat ſe præſcripſiſſe decimas in Parochia alterius , Ec-
cleſię, nam diſpoſitio & pręſumptio iuris eſt contra eũ quod
decimæ pertineant ad illam Parochiam , intra cuius limites
prædia conſiſtunt. Ideo præſumitur in dubio iniuſtè occu-
paſſe,vnde opus eſt vltra tempus 40.annor. quod doceat de
titul vel de tanto tempore, cuius initij memoria non exſtat ,
vt dicitur in c. 1.& add. Bal.in 2.par.3 partis princ.in 6. q nu-
43 mer.10.& 11. 2. Limitatur prædicta concluſio procedere in
præſcriptione tanti tẽporis,cuius initij memoria non exſtat,
nam tunc etiam de iure Canonico titulus nõ requiritur, tex.
eſt expr.in d.c.1.de præſcr.libr.6. Eſtque ratio, quia ſpatium
tanti temporis , habetur loco tituli legitimè conſtituti, l. hoc
iure,§.ductus aquæ,ff.de aq quot & æſti.& habet vim priui-
legij,c.ſuper quibuſdam § pręterea,iuncta gl ſuper verb.non
extat, de verb. ſignific. Et vicem legis obtinet,leg 1 §.ſi tibi,
44 *vetuſtatem vicem legis obtinere*,& in l.in ſumma,in princ.ff.
b de aqu. plu arcen. 3. Limitatur *b* procedere in præſcriptione
rerum corporalium,d.l.nullo,C.de rei vend.Secus in pręſcri-
ptione rerum incorporalium,& ſeruitutum realium: nam in
præſcribendis , huiuſmodi rebus incorporalibus , titulus non
requiritur ſed ſufficit ſcientia,& patientia aduerſarij, loco ti-
tuli,text.in d.l ſi quis diuturno vbi glo & DD ff.ſer. vend.vt
not.in l.2 C.de ſer & aqu Ratio autem diuerſitatis hęc alle-
45 gatur à DD. ibi vbicumque eſt maius præiudicium, & peri-
culum, ibi cautius eſt agendum,l.1 §. ſed & quis, ff.de Carb.
edic Sed in præſcriptione rerum corporalium maius præiu-
dicium,& periculum vertitur, quia præſcriptione rei corpo-
ralis,auſertur dominium rei à vero domino, in præſcriptio-
ne vero ſeruitutis, manet dominium rei penes ipſum domi-
num,& tantum conditio rei grauatur,onere ſcilicet ſeruitu-
tis,nil mirum igitur,quod tunc titulus non requiratur. Item
aſſignatur alia ratio , quia in præſcriptione iurium incorpo-
ralium requiritur ſcientia, & patientia aduerſarij, per quam
inducitur quidam præſumptus conſenſus,& quædam ficta
conceſſio,quę tantum operatur,quantum expreſſa incorpo-
ralitq; vt loquit Ferrar.in forma libelli. Actionis confeſſoriæ
pro ſeruitutibus,§. ſeruitus aquæ ductus num 21.& addite ea
quæ in §.fi.in 2.requiſito ad præſcr.ſeruitutis ſup. de ſeruitu-
tib.dicta ſunt,& Bal.in 2.par.quintæ partis princ.in 1.q.
46 Tertio,principaliter ad pręſcriptionem,requiritur. Tradi-
c tio *c* poſſeſſionis,vt videlicet res pręſcribenti ſibi tradita, nõ
per vim occupata , nam ad vſucapionem bona fides neceſſa-
ria eſt,vt ſup dictum, quæ non poteſt adeſſe,vbi traditio ab-
47 eſt,ſecundum gl.in d.l Celſus. Et ſicut ad tranſlationem do-
minij non ſufficit titulus,etiam à vero domino comparatus,
ſed traditio neceſſaria eſt,l.traditionibus, C.de pact. vbi dici-
tur. *Traditionibus,non nudis pactis, dominia rerum transfe-
runtur*,ideſt,non nudis,ſeu ſolis obligationibus, & titulis, ſi-
ne traditione,dominium transfertur. Ita quoque nudus titu-
lus à non domino comparatus, vſucapiendi conditionem nõ
transfert,niſi traditio interueniat,quæ facta eſt à non domi-
no occaſione illius tituli ſec. gl.& ibi DD.in d.l.Celſus,& d.l.
clauibus,ff.de contr. empt. Vel aliquid,quod loco traditionis
habetur, vt dimiſſio rei penes emptorem,quando ſcilicet vẽ-
ditor ſciebat tempore venditionis,rem eſſe venditoris, vt eſt
text.expreſſ. §.interdum,ſup.de rer.diu. vbi patientia loco tra
ditionis habetur. Et plures modos,per quos poſſeſſio trãsfer-
tur,abſque traditione corporali, & qui loco traditionis habẽ-
tur enumerat gl.& ibi DD.in l. 3.in princ.ſup.verb.animo, ff.
de acquir.poſſeſſ & in d.§.interdum.Prædictam concluſionẽ
48 limitate. I. Vt non ſufficiat ſimplex traditio, niſi ſint virtute
illius tituli veri , vel putatiui , ſiue ex illa cauſa. quæ putatur
ſubeſſe,l.eum,qui,§ ſi ff.de publiciana in rem act.II. Limita-
tur procedere in caſibus in quibus dominium abſque tradi-
tione non acquiritur , tunc enim traditio probari debet . In
caſibus vero, vbi ſine traditione dominium transfertur, vt in
tit.pro hærede,pro legato,& ſimilibus,qui not.in l.ſi poſt, gl.
ibi in verb.donata,& in verb in rem,C.de Sacroſanct.Eccleſ.
tunc ſufficit ſola poſſeſſionis apprehenſio,dummodo fiat ſine
vitio,& ſit iuſta,vt quia poſſeſſio eſt vacua,ſecundum gloſ.&
ibi DD.in d.l.Celſus,per l.ſi non traditam, ff.pro legato. Nã
rem legatam non vacantem apprehendens propria authori-
tate,dicitur prædo,leg.ſi ex ſtipulatione,vbi glo.,& Bartol.ff.
de acquir.poſſeſſ.& l.1. ff.quorum legatorum , & Bald.in re-
d pet d l.Celſus,§.nunc venio ad 2 part.nu.4. Dicitur autem *d*
49 vacua,vel vacans poſſeſſio,quando a nullo poſſidetur,neque
ciuiliter , neque naturaliter, id eſt,neque animo,neque cor-
pore,ſecundum gl.ordin.in l.ſi.ſup.verb.vacuam, C vnde vi,
& gloſ.in §.quod autem,ſuper verb.loci vacãtis, & ſup. verb.
50 propter abſentiam, inſt.eod. III. Limitatur,licet enim circa
titulum regulariter ſufficiat iuſtus error , vt ſupra dictum:
circa traditionem tamẽ iuſtiſſimus error requiritur, nec ſuf-
ficit traditio putatiui,niſi interueniat iuſtiſſimus error ſecũ-
dum Bartol.poſt gloſ.in dict.l.Celſus,Bald.vero, & Angel. in
d.l.ſuper longi. C de præſcript. longi temporis concludunt,
quando quis habet titulum verum,quod tunc ſufficiat tradi-
tio putatiua,etiam ex errore iuſto,ſed vbi non ſubeſt,niſi ſo-
lus titulus putatiuus, tunc nec iuſtiſſimus error ſufficit , per
gloſ.in leg.fin.in verb emiſſe ff pro ſuo, ne videlicet circa
idem concurrat duplex putatio , ex qua inſurgeret duplex fi-
ctio, quia fingeretur titulus vbi non eſt, eſt traditio, vbi non
eſt. Sed circa idem duæ fictiones concurrere nõ poſſunt, leg.
51 1.C.de dot prom. De quo Bal.in dict.§. nunc venio,ad 2. par.
num.6. Tandem circa hoc requiſitum notabitis,quod tradi-
tio probari debet, ſec gl.in d.§. ſed iſtæ,ſuper verb.dicit,infr.
de act. Et quando probo eum , qui mihi conceſſit titulum ,
poſſediſſe rem eo tempore,quo vendidit,& poſtea probo,me
poſſediſſe illo præſente,& ſciente, licet traditionem aliter nõ
probem,præſumitur tamen traditio facta,vt eſt gl. in l. quæ-
dam,in verb.ſufficiebat,ff.de rei vend.de quo Bar. in d.l.Cel-
ſus,nu.16.& Bal.ibi in d.§ nunc venio,nu.12.
52 Quarto principaliter ad præſcriptionem requiritur , quod
res ſit præſcriptibilis,ſeu talis,quæ vſucapi poteſt, non prohi-
bita præſcribi,ſecundum gloſ.ſuper Rub ff.de diuerſ & tem-
por.præſcript.Res enim quę non ſunt in commercio homi-
num,vt liber homo,res ſacræ,ſanctæ,&c. Item res furtiuæ,
præſcribi nõ poſſunt,§.furtiuæ,inſ.eod.Pręſcriptio enim non
cadit,niſi in rebus aptis,& habilibus pręſcribi, vt in ſimili no-
tat Iaſ.in leg 1. in princ. ff.de acquir. poſſeſſ. quod definitè in-
telligitur ſemper loqui de habilibus, per leg. vt gradatim , in
princ.ff.de muneribus,& bon.Et de hoc requiſito infra in qu.
53 *Quæ res poſſunt præſcribi ?* plenius dicemus. Quinto requi-
ritur continuatio poſſeſſionis , ſeu continuata , vel continua
poſſeſſio, l.3. ff.de vſucap. Sine poſſeſſione enim præſcriptio
non

ADDITIONES.

a *In hac non requiritur titulus ad finem cognoſcendi iuris , ſed tantummodo ad finem inducendi bonæ fidei Fel.c.ſi diligenti , nu.12.de præſcr.& c.de quarta,eo.Bal.l.ſi quis diuturno, nu.4. ff.ſi ſeru.vend.adducens ad hoc c.1.de præſcr.in 6.*

b *Quid in præſcriptione contra ius commune ? Titulus requiritur,c.1.de reſcript.in 6.cuius ſunt contra vide quatuor exceptiones apud Socinum regula 307.*

c *De traditione,& quaſi traditione neceſſaria in præſcriptione, item de poſſeſſionis continuatione , vide Balbum tractatu de præſcript.3.parte 2 paſſim.*

d *Vacua porro poſſeſſio ẽt intelligitur,tametſi alteri debeatur ſeruitus in reg.l.in l.vni,C.de vſu.Alex.in l.2.§.1.ff.de act.empt.*

Digitized by Google

54 non procedit, c. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6. & quidẽ con
tinua poſſeſſio neceſſaria eſt ita, quod ne momento quidẽ in-
terrupta ſit. Nã interruptio poſſeſſionis, ſiue ciuilis, ſiue natu
a ralis ſit *a* interruptio facit quod præſcriptio iam incboata
rumpatur, ita quod de nouo pręſcriptio ſit inchoanda, à tem-
pore interruptionis, vt no. poſt tex. in l. naturaliter, de vſucap.
55 Pro ampliatione autẽ huius concluſionis notandum. I. Quod
b *b* continua poſſeſſio dicitur non ſolum, quæ pęnes vnum, &
eumdem ſemper eſt, ſed etiam, quæ ab vno ad alium legitimè
translata ſit, veluti ſi quis à non domino bona fide emit fun-
dum, & poſſedit eum per quinquennium, & ſic fuit in vſuca-
piendi conditione, & priuſquam tempus vſucapionis comple
uit, deceſſit per mortem ipſius non interrumpitur pręſcriptio
ſed quia hęres repręſentat perſonam defuncti, & cũ defuncto
vna, & eadẽ perſona reputatur, §. 1. in Authẽ de iureiu. à mo-
rien. præſtito, continuatur pręſcriptio, ita vt poſtea adita hæ-
reditate vacuum tempus, quod ante aditam hæreditatem in-
terceſſit, ad vſucapionem hæredi accedat, & coniungitur ſic
tempus, quo ipſe defunctus poſſedit, cum tempore poſſeſſio-
nis ipſius hęredis, ad complendam præſcriptionem, §. diutina,
inf. eod. Sicut & inter emptorem, & venditorem, ad complen
dam vſucapionem, tempora coniunguntur, & continuantur,
§. inter venditorem, inf. eod. Ex quo infertur, quod licet aliàs
poſſeſſio, quæ defuncto non continuatur in hęredem, niſi ap-
prehendatur, l. cum hæredes, in princ. ff. de acq. poſſeſ. tamen
quantum ad vſucapionem, & præſcriptionem, habetur pro
continuata, ſec. Din. & Io. Andr. in d. c. ſine poſſeſ. & DD. in d.
56 l. cum hæredes. II. pro ampliatione notabitis concluſionem
prædictam procedere, ſiue quia per ſe, ſiue per alium poſſi-
deat, veluti per filium familias, ſeruum, procuratorem, colo-
num, &c. nam & per hoc poſſeſſionẽ acquiri, & retineri, ſunt
text. expreſſi, in l. 1. §. item acquirimus, & §. ceterum, & §. per
procuratorem, ff. de acq. poſſ. l. 1. & l per procuratorem, C. de
acqu. poſſ. III Pro ampliatione prædictæ concluſionis dubita-
c tur, quænam *c* poſſeſſio ad præſcriptionem ſit neceſſaria. Eſt
57 enim poſſeſſio alia naturalis in genere ſumpta, quando quis
d corpore ſcilicet naturaliter inſiſtit rei: Alia ciuilis *d* in gene-
re ſumpta, quæ in ſolo animo conſiſtit, naturali etiam amiſſa,
l. nemo vbi gloſ. & DD. de acquir. poſſ. vnde Bald. in ca. cete-
rum, de iud. & Iaſ. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, nu.
e 21. dicunt. Quod poſſeſſio dupliciter *e* conſiderari poteſt. Vno
modo, prout homo corporaliter eſt in poſſeſſione, & iſta eſt
poſſeſſio naturalis: Alio modo, prout poſſeſſio eſt in homi-
ne, quæ ciuilis poſſeſſio dicitur, & in animo hominis conſi-
ſtit. Et hæ duæ ſpecies poſſeſſionis large, & ſic in genere ſum-
ptæ, plerumque ſunt coniunctæ, ita vt quis naturaliter poſſi-
deat rem corpore, quando eſt in fundo, & etiam animo ſi-
58 mul, cum habeat animum poſſidendi. Et non eſt dubium,
quin poſſidens naturaliter, & ciuiliter ſimul præſcribat rem
poſſeſſam, non ſic tam ratione naturalis poſſeſſionis, ſed pro-
f pter ciuilem poſſeſſionem, *f* d. l. nemo, cum ibi not. Idem eſt
dicendum de poſſeſſione ciuili tantũ, quod eſt ſolum ad vſu-
capionem ſufficiens, ſecund. gloſ. & ibi DD. in l. ſi vt certo, §.
ſi duobus, ſup. verb. dominium, ff. commodati, & in d. l. 3. §. ex
contrario, ff. de acquir. poſſ. & gloſ. in ca. cauſam, ſuper verb.
detinere, de præſcr. & probatur per tex. in leg. 1. §. per ſeruum
qui in fuga, ff. de acquiren. poſſeſ. vbi quis bona fide emit ſer-
uum à non domino, & antequam eum vſucaperet, ſeruus au-
fugit. Deciditur ibi, quamdiu ſeruus ab alio non occupatur,
quod emptor eum poſſideat, & interim eum vſucapiat, ſed
quia propter fugam ſerui, emptor amiſit eius naturalem poſ-
ſeſſionem ſequitur quod ciuiliter tantum eum poſſideat, &
quod propter hanc ſolam ciuilem poſſeſſionẽ vſucapiat ſer-
uum, cum ſine poſſeſſione præſcriptio non procedat, d. c. ſine
poſſeſſione. Sola verò naturalis poſſeſſio ad vſucapionem nõ
59 ſufficit. Vſufructuarius *g* enim, item vaſallus, & emphyteuta
g naturalem tantum habent poſſeſſionem rei vſufructuariæ,
feudalis, & emphyteuticæ, l. naturaliter, in princip. & ibi gl. ff.
de acquir. poſſ. & l. ſciendum, §. 1. verſ. ſed & qui vectigalem,
ff. qui ſatiſd. cog. Ciuilem verò poſſeſſionem ipſius fundi vſu-
fructuarij, feudalis, vel emphyteutici non habent, ſed manet
ciuilis poſſeſſio penes proprietarium dominum feudi, & em-
phyteuſis, propter quam ciuilem poſſeſſionem liberantur ab
onere ſatiſdandi, d. l. ſciendum, §. 1. verſic. item qui ſolam pro-
prietatem. Hic enim retinent directum dominium, & habet
in animo ciuilem poſſeſſionem illius fundi, & illum conatũ
animi, quod finito vſufructu, & non ſoluto canone, infra
biennium velint auferre naturalem poſſeſſionem ab emphy-
teuta, l. 2. C. de iure emphyt. Et ideò vſufructuarius, vel vaſal-
lus, licet per mille annos poſſideant fundum feudalem, vel v-
ſufructuarium, proprietatem illius fundi non præſcribunt,
quin finito vſufructu, vel commiſſa felonia à vaſallo, vel fini-
ta generatione vaſalli, fundus feudalis vel vſufructuaris re-
deat ad proprietarium, & dominum fundi, per text. in d. l. ac-
quiritur, in fi. ff. de acquirend. rer. domin. vbi dicitur. Quod v-
ſufructuarius ſeruum, in quo ei vſusfructus conſtitutus eſt,
vſucapere non poteſt, per rationem, quæ ibi ſubijcitur in tex-
tu, ſcilicet, quia non poſſidet, ſupplet ibi gloſ. ſcilicet ciuiliter.
Naturaliter enim poſſidet, d. l. naturaliter, & ſimilis eſt gl. poſt
text. in l. 1. §. per eum, ſuper verbo, non poſſidemus, ff. de ac-
quir. poſſeſ. Et pręddicta procedunt reſpectu ipſius rei feudalis
vel vſufructuariæ, non autem ratione ipſius iuris vſusfructus
feudalis vel emphyteutici. Nam illud ipſum ius vſusfructus,
vel ius feudale, per vaſallum, & vſufructuarium quaſi poſſi-
detur naturaliter & ciuiliter. Naturaliter, per actus natura-
les, quos exercent in recolligendis fructibus, & ciuiliter ani-
mo Licet enim vaſallus recedat à fundo feudali, retinet tamẽ
in animo ciuilem poſſeſſionem iſtius iuris feudalis, ita vt illud
ius feudale, vel vſusfructus præſcribatur, non autem proprie-
tas vel plenium dominium ipſius fundi, vt declarat poſt alios
Iaſon. in dict. l. 3. §. ex contrario, n. 45. & in d. l naturaliter, nu-
mer. 17. ff. de acquir. poſſeſſ. & addite Bald. de præſcript. in 3.
parte, tertiæ parte principalis, in 3. quæſt. poſtea circa hoc re-
60 quiſitum quæritur: *Qualiter probetur continuatio poſſeſſionis.*
De hac quæſtione eſt ordinaria doctrina Bart. in d. leg. Celſus
quam vno ore Doctores ſequuntur. Et l. Quando quia probat
ſe omni anno collegiſſe fructus per 10. 20. vel 30. annos, ſe-
cundum naturam præſcriptionis, in qua ſe fundat. Nam ex
annua perceptione fructuum, probatur poſſeſſio, per text. in
leg. Titia, ff. de ſolut. & in l. litibus, circa princ. ibi, *inueterata
fructuum perceptione*, Co. de agricol. & cenſ. lib. 11. Nam tunc
probatur poſſeſſio per effectum, neque neceſſe habet pro-
bare, quod ſteterit quolibet momento in fundo, ſecundum
Bart. in dict. l. Celſus, & addite eumdem Bart. in l. 1. nome. 20.
ff. ſolut. matrimonio, Vbi inquit. *Quod ſi teſtis dicit, ſe vidiſ-
b ſe Titium poſſidere per 30. annos ſemper*, licet dictio *h ſemper*,
denotet continuationẽ ſeu perpetuitatem, & impoſſibile ſit,
quod ſemper potuit eſſe in fundo Imò ſi probetur Titium ali-
quo tempore fuiſſe abſentem, non tamen dictũ teſtis redar-
guitur falſum, quia poteſt eſſe quod vidit omni anno illi reſpõ
deri de fructibus à colono, vel quia vidit teſtis, quod poſſeſ-
ſor ſemper potuit vti re, ſi volebat. Dicta enim teſtium ſunt
interpretanda, & non cauillanda, vt inquit Bald. in capit. cau-
ſam, de reſcriptis. Idem dicendum eſt de alijs actibus poſ-
ſeſſorijs, vt quia probat ſe ſingulis annis araſſe ſeminaſſe, &
coluiſſe agrum, vel ſimiles actus feciſſe, de quibus eſt gloſ.
61 ordinaria in l. 3. in verb. finiatur, C. fin. regul. 2. Probatis ex-
tremitatibus temporis ad præſcriptionem requiſitis, prin-
cipio ſcilicet, & fine, probata cenſetur continua poſſeſſio,
vt

ADDITIONES.

a *Interrumpitur præſcriptio per litis conteſtationem, & actio per-
petuatur, l. ſicut, l. cum notiſſimi, C. de præſcrip. 30. annorum, cu-
ius ſententiæ vide duas exceptiones apud Socin, regula 380. &
in præſcriptione longiſſimi temporis exceptione tres apud eun-
dem, regula 304.*
b *Vide Baldum 3. de præſcriptionib. 5. vnde hæc deſumpta ſunt.*
c *Vide Balbum ibidem 3. c. 3 q. 3.*
d *Vide Socin. iun. Anton. de Mattheis, & repetentes ad Rubr.
de acquirenda poſſeſſ.*
e *De poſſeſſione naturali, & ciuili vide Dinum in c. ſine poſſeſſio-
ne, de regulis iuris in 6.*
f *Naturalis non ſufficit ad vſucapionem. Bar. in l. 1. num. 8. ff. de
acquir. poſſeſſ. per l. acquiritur, §. 1. ff. de acquir. rerum dom. vbi
Soc. iun. l. 1. nu. 264 & Iaſon l. 3. §. ex contrario, nu. 25. eod. tit.
Couar. c. poſſeſſor, in princ. num 7. de reg iur. in 6. Pariſ. Conſil.
129. nu. 26. vol. 1. Ciuilis vero ſine naturali ſatis idonea eſt ad
vſucapionem, Bart. Iaſ. & DD in l. clam poſſidere, §. qui ad nũ-
dinas, ff. de acquir poſſeſſ. & d. l. 3. §. ex contrario, eod. Soc. iun.
l. 1. nu. 149. cum ſeq. eod tit. Bal. de præſcr. 3 par. princip. q. 3. nu.
12. Pariſ. conſ. 113. nu. 25. vol. 1. Vialob. in commun. opin. verb.
poſſeſſio, num. 60.*
g *Vſufructuarius ut & ſuperficiarius fundum ipſum naturaliter
poſſident: ius vero ipſum vſusfructus, vel ſuperficiei ciuiliter.
Bart. in l. naturaliter, vbi ad hoc tres gloſſas citat ff. de acquir.
poſſeſſ. Adde l. qui vſumfructum, ff. ſi vſufruct. petat, l. vlt. ff. vti
poſſidetis.*
h *Dict.* ſemper *denotat perpetuitatem temporis, l. in cognitione,
ff. ad S. C. Syllanianum, l. ſemper, ff quod vi aut clam. Quod ta-
men interdum fallit, vt in proœmio, ff. ibi,* ſemper Auguſtus.
Adde Nouellam de teſt. §. quia vero.

vt notatur in l.ſiue poſſideris, C.de proba. Nã probato, quod quis hodie poſſidet,& quod ante decennio poſſederit, præſumitur etiam medio tempore poſſediſſe, & poſſeſſionem ſic continuaſſe. Probatis enim extremis præſumuntur media, vt eſt gloſ.in cap.accedens, ſuper verb.proceſſu,ext.de conuerſ. coniu.& gl.in c.per tuas,ſuper verb.præſumendum, de cond. appoſi. & vide Alc.de præſumpt.in 2.reg. in 21. præſumpt. 3.

62 Ad probandam continuam poſſeſſionem,ſufficit probare ſolum principium poſſeſſionis, & quod lapſum ſit tempus requiſitum ad præſcriptionem. Olim enim poſſidens,hodie poſſidere præſumitur. Et ex poſſeſſione de præterito præſumitur poſſeſſio in præſens continuata,niſi contrarium probetur vt notatur in d.l.ſiue poſſideris. Quod eſt verum, ſi adhuc ſit in poſſeſſione de præſenti,ſecus ſi nũc non poſſideat. De quo videre poſt Bart.& Bald.in d.l.Celſus,§.1.quærit.Bart.nu.6.& Alciat.de præſumpt.in 2.regula,in 21.præſumpt. Et debẽt aduocati eſſe cauti in formatione articulorum probatoriorum, vt dicta teſtium concludant continuum tempus. Vnde Bald.

63 poſt Bart.in d.l.Celſus,tradit,qualiter articuli ſint concipiendi,& tutius eſt,vt medium tempus quoque comprehendatur. Ideò vulgo ita concipi ſolent: *Item verum,ac teſti notum,quod producens eiuſque maiores ante 5. 10. 20. 30 annos, & vltra, vaccas,& oues,quos in villagio,ſeu ouili eorum in N.habuerunt ſemper palam, pacifice,ac nemine impediente in agris, ſeu toto aruo hominum de N.cuſtodiuerunt, ac pauerunt.*

64 Sexto,ad præſcriptionem principaliter requiritur legitimũ, & continuum tempus, quod ſcilicet a lege definitum eſt d.l. 3.ff.de vſucap. & illud non eſt vniforme, ſed ſecundum naturam præſcriptionis variatur, ideò nunc commodè dicendum eſt de ſpeciebus præſcriptionis.

DE SPECIEBVS PRÆSCRIPTIONIS.

1 *Præſcriptio triennij in quibus rebus locum habeat, & quæ ad eam requirantur.*
2 *Præſcriptione longi temporis, quæ res præſcribantur, & n.8.*
3 *Præſcriptio inter præſentes quæ dicatur, & quomodo præſentia vel abſentia hic conſideretur.*
4 *Prouincia eadem inter laicos quæ dicatur.*
5 *Quæ inter clericos.*
6 *Contra quibuſdam anni præſentem, quibuſdam verò abſentem, quo modo præſcribatur.*
7 *Actio realis quanto tempore præſcribatur.*
9 *Quale tempus in præſcriptionibus conſideretur.*
10 *Quando præſcriptio longi temporibus locum non habeat.*
11 *Præſcriptio longiſſimi temporis quæ, & quo iure inducta.*
12 *Res furtiua, & vi poſſeſſa quanto tempore præſcribantur.*
13 *Quanto actiones reales.*
14 *Quanto annua, & menſtrua præſtationes.*
15 *Quæ iura poſſeſſa tamquam feudum.*
16 *An tertius poſſit præſcribere proprietatem rei feudalis contra directum dominum feudi, in quem feudum eſt alienatum, abſque conſenſu domini.*
17 *Quadragenaria præſcriptione, quæ res præſcribantur.*
18 *Contra Eccleſias quanto tempore præſcribatur.*
19 *Relicta miſerabilium perſonarum quanto tempore præſcribuntur.*
20 *Eccleſia contra Eccleſiam quanto præſcribat.*
21 *Laicus poſſidens rem temporalem Eccleſiæ quanto.*
22 *Res incorporales contra Eccleſiam quanto præſcribantur.*
23 *In præſcriptione contra Eccleſiam quæ ſufficiant.*
24 *In quibus Eccl.rebus quadragenaria præſcriptio nõ procedat.*
25 *An Clerici gaudeant priuilegijs Eccleſiæ.*
26 *Sola Eccleſia Romana gaudet præſcriptione centenaria, n.28.*
27 *Romana Eccleſia quot modis accipiatur.*
29 *Centenaria præſcriptio contra Imperatorem etiam currit.*
30 *Qualiter probetur.*
31 *Spatium tanti temporis cuius initij memoria non exstat, habetur loco tituli legitimi, habet vim priuilegij, & tantum poteſt, quantum Imperator.*
32 *In præſcriptione tanti temporis, cuius initij, &c. præſumitur titulus, & bona fides.*
33 *Spatio tanti temporis, cuius initij,&c. præſcribuntur regalia, & ea, quæ non poſſunt, niſi ex priuilegio competere.*
34 *Præſcr. tanti temporis, cuius initij, &c. non cenſetur excluſa.*
35 *Quod tempus dicatur, cuius initij memoria non exſtat.*
36 *Qualiter præſcriptio tanti temporis, cuius initij,&c. probetur.*
37 *Articuli probatorij quomodo in hac præſcriptione formandi.*
38 *Quando vtraque pars probat, vna memoriam, exſtare, alia vero non exſtare, vtrius teſtes præferendi.*
39 *Præſcriptio quatuor annorũ in quibus rebus procedat, & n.42.*
40 *Fiſcus quid, & quomodo differat ab ærario.*
41 *Res fiſci qualiter præſcribantur.*
44 *Præſcriptio 20.annorum, in quibus rebus currat, & n.43.*
45 *Inquiſitio, quæ fit per officium iudicis, tollitur 20. annis.*
46 *An hac præſcriptione ſe tueri poſſit accuſatus de delicto, qui citatus non comparuit, & propter contumaciam fuit proſcriptus ſi poſt viginti annos reuerteretur.*
47 *Actiones quibus a iure minus ſpatium eſt præfixum, minori etiam ſpatio præſcribuntur.*
48 *Pœna in Actione iniuriarum criminaliter intentata.*
49 *Adulterio quinquennio præſcribitur.*
50 *Iuri excipiendi non præſcribitur.*
51 *Licentia delinquendi non præſcribitur.*
52 *Exceptio præſcriptionis ponenda.*
53 *Species præſcriptionis de iure Saxonico.*
54 *Quadragenaria præſcriptio in rebus, & in bonis Eccleſiæ etiã in terris Saxoniæ locum habet.*
55 *In præſcribendis accuſationibus ſeruatur ius ciuile in his Saxoniæ terris.*
56 *Præſcriptionum alia merè fauorabilis, alia merè odioſa, alia merè mixta.*
57 *Quæ res præſcribi poſſint.*
58 *Res quæ non ſunt in commercio hominum, non præſcribuntur, & num.60.*
59 *Præſcriptiones ius nouum non inducunt.*
61 *Res fiſci furtiua, vi poſſeſſa, an præſcribantur.*
62 *Vitium triplex, reale, quaſi reale, & perſonale.*
63 *Succeſſor alius vniuerſalis, alius ſingularis.*
64 *Authoris, & ſucceſſoris tempora in præſcriptione coniungi poſſunt.*
65 *An, & quando vitium, vel mala fides authoris ſucceſſori noceat, & nu.67.& 68.*
66 *Emens bona fide rem vitioſam, quanto tempore præſcribat.*
69 *Præſcriptione acquiritur a præſcribente dominium rei præſcripta.*
70 *An directum, vel vtile dominium in præſcribentem transferatur, & quæ ex hoc reſultet vtilitas, & num.71.72.73.74. & 75.*
76 *Obligatio qualiter præſcriptionem tollatur.*

Quot ſunt ſpecies Præſcriptionis?

a PLures & multiplices ſpecies præſcriptionis,tam horarum, quam dierum,menſium & annorum *a* refert Hoſtienſis, in Summa,ext. de præſcript. Quarum magis principales, & quotidianas ſaltẽ referemus,& declarabimus. Prima eſt præ-
b ſcriptio *b* triennij, qua præſcribuntur res mobiles. Nam olim
1 in re mobili anni tempus ſtatutum erat: hodie verò triẽnium ad res mobiles vſucapiendas requiritur,& ad huiuſmodi vſucapionem prædicta requiſita omnia neceſſaria ſunt,per textũ noſtrum hic,in princip & in d.l.vnica, C.de vſucap.transfor. Et hæc præſcriptio habet etiam locum in rebus Eccleſiaſticis mobilibus,quod de iure ciuili nullum recipit dubium,per tex. in Authen.quas Actiones, C.de ſacroſanct. Eccl. An autẽ de iure Canon. hoc procedat,dubitatur, ſed communis eſt concluſio Doctorum, quod res mobilis Eccleſiæ etiam de iure Canonico triennio vſucapitur,ſicut res priuatorum,per dict. Authen.quas Actiones,quæ refertur in c.ſi.16.q.63 & addite Canoniſtas in c.1.de in integ.reſt. Hoſtien.in Summa, de vſucap.§.quæ non,verſiculu quidam,& Bal.de præſcrip.in 1.partæ quintæ partis princip,

2 Secunda præſcriptio, dicitur longi *c* temporis, decem ſci-
c licet annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, qua præſcribuntur res corporales,immobiles, interuenientes bona fide,& titulo,& alijs requiſitis, de quibus ſup.dictum, per textum noſtrum hic,in princip. & in d.l.vnica, C.de vſucap. transf.l.2.& toto tit C.de præſcript.longi temporis. Et in hac præſcript. complenda computatur etiam poſſeſſio prioris poſſeſſoris, ſeu authoris, a quo ſcilicet præſcribens habet titu-
3 lum,d l.ſuper longi, C.de præſcript.longi temporis. Et quam-
d uis præſens, *d* & abſens, ſecundum ſubiectam materiam, pluribus modis quis eſſe dicatur, vt eſt gloſ. ordinaria in l.fin. ſuper verbo inter. Cod.de præſcript. longi temporis, in princip. & in Authent. de fideiuſſoribus, ſuper verb. præſentes.

In

ADDITIONES.

a *Vnius anni, & duorum, vt per Dinum, tract.de præſcriptio.*
b *De triennij præſcript. vide Dinum tract.de præſcriptionib.*
c *De longi temporis præſcript. vide Rogerium tra.de præſcr.c.2.*
d *Præſens, vel abſens quis dicatur in præſcriptionibus, vide apud Balbum tractat.de præſcript.4. part.1.q.2. & an in dubio quis præſumatur præſens, vel abſens, & cui incumbat onus probandi ibid.q.3.*

In propoſito tamen noſtro præſcriptio inter præſentes dici-
tur,quando is,qui præſcribit, & ille,contra quem præſcribi-
tur,habent domicilium in eadem prouincia, licet res, quæ
præſcribitur ſit in alia prouincia Et iſta præſentia, vel abſen-
tia non conſideratur ratione perſonæ,an perſona ſit præſens,
ſed ratione domicilij, quod vterque in eadem Prouincia ha-
beat domicilium, licet abſit quod præſentiam corporalem,
ſecund.d.l.fi.circa medium,vbi text. ſolum conſiderat domi-
cilium vtriuſque partis in eadem Prouincia,non præſentiam
corporalem Balb.& Ang.ibi,& Balb.de præſcript.in 1.parte,
4 quartæ partis princ.in 2.quæſt. Dicitur autem eadem *a* Pro-
a uincia,quæ eſt ſub eodem præſides, & regimine,licet plures
ſubſint ciuitates,vel loca,ſecundum Doct. poſt tex. in d.l.fin.
Nec obſtat ibi gloſſ. ſuper verb. in vna, quæ dicit requiri, vt
ſint in eadem ciuitate:quia intelligitur iſta gloſ. ſecund.Ang.
& alios ibi,de ciuitate, quæ habet ſuum proprium regimen,
& diſtrictum,non ſuppoſitum iuriſdictioni ſuperioris; ſecus
ſi ſint plures ciuitates ſub vno præſide,vel duce,de quo Balb.
in d.1.par.in 3.quæſt.nu.4.ante fin. Hinc Platea hic, in princ.
num. 20.dicit,cum hodie Dux, ſeu dominus Ducatus præſit
toti Ducatui,exiſtentes in Ducatu dicuntur præſentes, quo
5 ad præſcriptionem. Inter Clericos verò dicitur eadem Pro-
uincia,reſpectu eiuſdē Archiepiſcopatus. De quo poſt alios,
vide Salic.in d.l.fin.& Balb.in d.1. parte, quartæ partis princ.
6 in 4 q. Et circa hanc ſpeciem præſcriptionis notandum,quod
b *b* ſi is,contra quem præſcribitur,quibuſdam annis ſit præſens
quibuſdam vero abſens, adijciuntur ei ſuper decennium tot
anni,quot annis ex decennio fuerit abſens, text eſt in Auth.
7 quod ſi quis,C.de præſcript.longi temp. Et pro ampliatione
huius præſcriptionis notandum. I. Cum dominium rei im-
mobilis præſcribatur longo tempore,quod etiam per conſe-
quens actio realis,vt rei vendicatio,& Publiciana, cum titu-
lo,& bona fide longo tempore præſcribantur, de quo Bal. in
8 d. 1.parte,quartæ partis principalis.in 1.q.num.3.II. Pro eius
ampliatione notandum,quod per eam non tantum res cor-
porales immobiles præſcribantur,ſed etiam res incorporales
iura,& ſeruitutes habentes cauſam continuam, d.l.fi. in fine,
& l.2.cum ibi not.C.de ſeruit.& aqua, & l. ſi quis diuturno,
ibi,*longo vſu*,ff.de ſeru. vendic. Longum enim tempus dici-
tur 10.annorum inter præſentes,vt hic in princip. & glo. C.
ſup.Rub.quæ ſit longa conſuet. Secus eſt in ſeruitutibus ha-
bentibus cauſam diſcontinuam,vt in § fin in quæſt. *Qualiter
ſeruitus conſtituatur*, ſupra de ſeruitutibus dictum eſt. Pro
9 limitatione autem notandum. I. Quod licet tempus aliud
c ſit *c* continuum,quod ſcilicet continuò currit diebus feriatis,
& non feriatis,ſiue ſit copia iudicis,ſiue non. Aliud vero vti-
le quod diebus feriatis, & quibus non eſt agendi copia, non
currit,ſecundum gloſ.in Clement.1.in verb.integrum,de re-
ſtit.in integr. Tamen in hac præſenti materia traditur pro re
gula,quod in omni præſcriptione tempus ſit continuum,ſiue
ſit præſcriptio legalis,ſiue ſtatuaria, niſi aliud lege, vel ſtatu-
to ſi cautum,vt eſt gl hic in princ.ſuper verb.per triennium,
& gl.ſup.Rub in fi.ff.de diuerſ.temp.præſcrip.per tex.in l.nū-
quam,§.in vſucap.& ibi gl.ff de vſucap. & Balb.in d.1. par in
10 6.& vlt.q.2. Pro limitatione notandum, quod hæc præſcri-
ptio longi temporis,in rebus Eccleſiaſticis immobilib.locum
non habet. Nam ibi 40.anni requiruntur, vt infra dicemus.
III. Hæc præſcriptio non habet locum in feudo, quod a va-
ſallo ſine conſenſu domini eſt alienatum.Emens enim etiam
bona fide,non præſcribit contra dominum feudi longo tem-
d pore,*d* vt eſt tex.& gloſ.in §.prætereа,de Capitulis Conradi,
in vſib. feud. IV. Hæc præſcriptio 10. annorum de iure Sa-
xon.locum non habet,ſicut nec res mobiles triennio, ſed an-
no vſucapiuntur: vt infr.dicetur.
11 Tertia dicitur præſcriptio longiſſimi *e* temporis, 30. ſcili-
e cet,& 40 annorum,quæ de iure Digeſtorum fuit incognita,
ſecund.gl 3.in leg. qui occidit,ff.ad l.Aquil. Imo nec tempore
noſtrarum Inſtitutionum cognita fuit, cum hic nulla de ea
fiat mentio,vt inquit Ioan.Fabr. hic in princ.ut.noſtri, num.
1.in fin.Secus de iure C.quem iam habemus,eſt introducta,
de qua eſt tit. in C.de præſcript 30. vel 40.annor. Et per hanc
12 præſcribūtur.I.Res immobiles ſine titulo,& bona fide adeo,
quod res,furtiuæ,vi poſſeſſæ,& ſimiles,quę per longi tempo-
ris præſcriptionem non vſucapiuntur,§ furtiuæ, infr.eodem
ſpacio 30. ann. præſcribantur, nedum à tertio poſſeſſore, ſed
etiam ab ipſo fure, & violento inuaſore, tanto enim tempo-
re vitium illud purgatur, & actio furti quoque tollitur l. 1.§.
ad hæc, C.de annali except. l.omnes,l.ſicut,l cum notiſſimi,
de præſcript.30.vel 40.annorum. Et hoc propter odium ne-
gligentis,non petere rem ſuam, vel ius ſuum, cum iura vigi-
lantibus ſubueniant, vulgata leg.pupillus, in fin.ff.de his,quæ
in fraud.cred. Quod eſt verum de iure ciuili,vt ſcilicet in tali
præſcriptione bona fides non exigatur,& quod res furtiua ab
ipſo fure præſcribatur. Secus autem de iure Canonico, quo
res furtiua a fure nullo vnquam tempore propter malā fi-
13 dem præſcribi poteſt,c ſi extr.eod. II. Omnes actiones, tam
reales,quarum 10.referuntur in gloſ.d.l.ſicut, in princ.,ſupr.
verb.ſpeciales,quam perſonales. Item mixtæ actiones, de
quib.inf.in § quædam,de actio. Siue ſint actiones vniuerſa-
les,generales,vel ſingulares,de quibus gl.in l.1.ff.de eden.ſpa
cio 30.annorum tolluntur,d.l.ſicut, & d.l. omnes, & d.l 1.§.
ad hæc,C.de annal.except.& l. 2. C. de conſtit.pecun. Quod
f eſt verum, ſi actiones minori tempore non ſunt limitatæ, *f*
vt eſt actio de dolo,quę hodie durat tantum biennio, a tem-
pore doli commiſſi numerando,l.fi.Cod.de dolo.Item actio
iniuriarum annalis eſt l.fi.non conuicij,C.de iniurijs. Actio
redhibitoria infra 6 menſes. Actio vero quanti moris, infra
annum,datur,lege,ſciendum,§ fi.ff.de ædil. edict. Et quæ di-
cantur temporales,vel perpetuæ actiones, traditur in tit. inf.
de perpet.& tempor.actio.Ita q; contra omnes actiones,quæ
30. annorum ſpacio, vel minori non tolluntur ſpacio 40. an-
norum excluduntur, ſiue ius priuatum, ſiue publicum cōcer-
nant,d.l.omnes,C.de præſcript.30. vel 40.annorum.Quod eſt
verum in rebus præſcriptibilibus, quæ non prohibentur præ-
ſcribi,vt notantur in d.l.omnes,& addire Balb.in 4. parte,
14 quartæ partis princip.in 1.q. III Etiam annuæ g & menſtruæ,
g præſtationes præſcribuntur 30 annis, *h* tempore quo ceſſa-
h tum eſt, nedum aduerſus præteritas, ſed etiam futuras præ-
i ſtationes, *i* d.l cum notiſſimi,§ in his, C de præſcr.30. vel 40.
15 annorum IV. Quando quis per 30.annos rem aliquam do-
mini poſſedit, tamquam feudum, & pro ea ſeruitutem do-
mino præſtitit, licet de ea non fuerit inueſtitus, cenſetur ta-
K men feudalis,& præſcriptione 30.annorum *k* ſe tueri poteſt,
& efficitur vaſallus illius,cui ſeruitutem præſtitit, vt eſt text.
in d.cap. ſi quis per triginta, ſi de feudo defuncti fuerit con-
16 trouerſia. An autem tertius poſſit præſcribere proprietatem
rei feudalis contra directum dominum feudi in quē per va-
ſallum,fuit feudum alienatum abſque conſenſu domini? vi-
detur dicendū,quod non,per tex.in d.§.prætereа,de Capitu-
lis Conradi, vbi dicitur: *Quod liceat dominis,omnes alienatio-
nes feudi, factas ſine ipſorum conſenſu nulla obſtante præſcri-
ptione reuocare.* Quod enim ab initio de iure non valuit, tra-
ctu temporis conualeſcere non potuit, vt inquit Imperator,
in cap.Imperialem,de probib.feu.alien.per Frid. Et hāc ſen-
tentiam tenet And de Iſern.Iacob.de Ardizone, & Iacob. de
Beluiſo,& Matthæus de Afflictis,in d § prætereа. Sed gloſ.
ibi contrarium determinat,pro qua facit,& text. in §. porro,
qualiter olim feud.alien.poterat. Et dicit,quod iura prædicta
debeant intelligi de præſcript. longi temporis, non autem de
longiſ-

ADDITIONES.

a *Prouincia quæ dicatur, & quando vtraque pars præſens dica-
tur in prouincia,vide Balbum tract.de præſcript.4.p.1.q.4.*

b *Si is contra quem præſcribitur pro parte temporis præſens in
prouincia, ſiue loco domicilij ſuis, & pro parte abſens durante
decennio,currit præſcriptio, vt inter præſentes duplicato tem-
pore abſentiæ,Balb ibidem q.5.*

c *Tempus præſcriptionis omne continuum eſt, niſi inueniatur l.
cautum quod ſit vtile,gl.in Rubr.de diuerſ.& temporalib. Vi-
de Balbum d tract q.6.*

d *Sed longiſſimo,§ ſi quis per 30.annos,de feud.defunct.gloſ. &
Doct cap 1.de Capitulis Conradi.*

e *De longiſſimi tēporis præſcriptione 30.& 40.ann.vide, & Di-
num tract.de præſcr.Rogerium,c.3.de præſcrip.& quemadmo-
dum litis conteſtatione præſcriptio longiſſimi temporis inter-
rumpatur,vide l.mora,C.de rei vendic.Soc.reg 304.& 308.*

f *L 3.l.4.& l.cum notiſſimi,& paſſim,C.de præſcipt.30 vel 40.
ann.& hoc ſeruatur etiam in præſcrip.Saxon non enim inclu-
dit actiones breuioris vitæ,ſed illæ ſuis temporibus præſcribun-
tur,vt iniuriarum,&c.part.4.conſt.46.*

g *Annuæ præſtationis quęadmod.præſcribatur vide Balb. tract.
de præſcr.4.p.q.4. Et an præſcribatur ei per tempus immorta-
le,vide Crau.tr.de antiq.temp.p.4.c.materia ſingularitatis, q.
20.nu.34. In annuis præſtationibus an currat præſcriptio,& in
qua moneta ſolutio facienda,adde Gail.2 Obſeruat.73.*

h *Etiam in acquirendo,d.§.ſi quis per 30.annos,ſi de feu. defun.
fuer.contr.& nouiſs.conſtit.part 2.conſtit.c.3.& 4.*

i *Non diſtinguendo, vtrum ex teſtamento, an ex contractu de-
beantur,vt recte ordinatum p.2.conſtit.2.*

K *Quæ ſola in feudalibus locum habet, Balb.de præſcript. part.4.
princip.q.12.num.13.*

Digitized by Google

longiſſima 30. vel 40. annorum, per quam tollitur omnis a-
ction. d.l.omnes, vt iura iuribus concordentur, & correctio
iurium vitetur. Nec enim credendum eſt, inquit gl. Impera-
torem, qui iura tuetur, huiuſmodi verbo voluiſſe hoc caſu
tollere obſeruationem longiſſimæ præſcriptionis, multis vi-
a gilijs inuentam atque excogitatam, *a* vt in ſimili dicitur, leg.
ſi quando, in princ C. de inoffic. teſtam. Et hanc opinionem
gloſ. ſequuntur. Bal. Nicol. de Neapoli, Aluar. & Præpoſ. Et
in dubio adhærendum eſt gloſſæ cum melior teſtis haberi
non poſſit, quam gloſ. ord. vt inquit Bal. in c. 1. de nat. ſucceſs.
feu, de quo latius vide Bal. in d.l.12.q.princ. in 4.q.
17 Quarta, eſt præſcriptio quadragenaria, quæ Canonica, ſeu
Eccleſiaſtica præſcriptio dicitur, qua ſcilicet præſcribuntur
res, ſeu bona Eccleſiaſtica, præſertim temporalia, vt fundi, ſil-
uæ, prædia vrbana, & ruſtica, & ſimiles res Eccleſiaſticę, quæ
& certis ſolemnitatibus alienari poſſunt, vt in §. ſacræ, ſup. de
18 rerum diuiſ. dictum eſt Et de huiuſmodi bonis firma conſti-
tuēda eſt regula. Quod contra omnes Eccleſias, excepta Ro-
mana præſcribitur ſpacio 40. annorum, non minori, tam de
iure ciuili, per d. Authen. Quas actiones, C. de ſacroſan. Eccl.
quam de iure Canonico, cap. de quarta cap. ad aures, capit. il-
lud, de præſcr Et ampliatur hæc concluſio. I. Procedere, etiam
b in hoſpitalibus, *b* ſecundum Panorm. in c. accedentibus, in 2.
notab. extr. de priuileg. Nam, & hoſpitale, dicitur venerabilis,
c & pius locus, ſicut Eccleſia, ideo omnia *c* priuilegia conceſſa
Eccleſijs extenduntur ad hoſpitalia, & alia loca pia, ſecundū
Panorm. & Felin. d. cap. de quarta, & probatur per text. l. om-
nia priuilegia, C. de Epiſc. & Cler. & in §. fi. in Authen. de Ec-
19 cleſ. tit. II. Ampliatur in pauperibus, & miſerabilibus perſo-
nis, ſi quid eis relictum eſt, vel donatum, aut debitum, vt non
præſcribatur minori tempore, quam 40. annis, §. pro tempo-
ralibus, in Auth. de Eccleſ. tit. & not. in cap. 2. de præſcript. &
Iaſ poſt alios in d. Authen. quas actiones, vbi facit regulam,
quòd pauperes, & miſerabiles perſonæ gaudent priuilegijs
20 Eccleſiæ. III. Licet olim ſecundum Canones antiquos Eccle-
ſia contra Eccleſiam 30. annis præſcribebat, hodie tamen iſti
Canones ſunt correcti, ita quod ſi Eccleſia præſcribat con-
tra aliam Eccleſiam, ſemper requiratur quadragenaria præ-
21 ſcriptio, vt eſt text. expreſſus in d. cap. illud. IV. Etiam laicus
poſſidens rem temporalem Eccleſiæ, vt propriam, bona fide,
ſpacio 20. annorum præſcribit contra Eccleſiam, vt eſt gloſ.
fin. in c. fin. de præſcript. lib. 6. & in c. facultates, in verbo, tri-
22 ginta annorum, 13 quæſt. 2. V. Non ſolum res corporales im-
mobiles Eccleſiaſticæ præſcribūtur contra Eccleſiam 40. an-
nis, ſed etiam res incorporales, vt iure, & ſeruitutes, habentes
cauſam continuam. Licet enim hæ de iure ciuili inter priua-
tos præſcribantur longo tempore, l. 2. cum ibi notatis, C. de
ſeruit. & aqu. In prædio tamen Eccleſiaſtico huiuſmodi ſer-
uitutes non præſcribuntur, niſi 30. annis, ſecūdum Innocent.
& Canon. in d cap. ſi diligenti, & in d. cap. de quarta, de præ-
ſcrip & addite Bal. de præſcript. in 2. part. quartæ part. princ.
23 in 1. q. num. 6. VI. De iure Canonico in præſcriptione contra
Eccleſiam non requiritur titulus, ſed duo ſufficiunt, videlicet
bona fides & tempus 40. annorum, ſicut etiam de iure ciuili,
in præſcriptione 30. annorum, titulus non exigitur, vt ſupra
24 dictum. Quod eſt verum, dummodo ius commune non re-
ſiſtat præſcribenti, vel præſumptio iuris non ſit contra eum,
quæ facit præſumi, præſcribentem eſſe in mala fide, tunc
enim titulus eſt neceſſarius qui poſſeſſori tribuet cauſam prę
ſcribendi, d. cap. 1. de præſcrip. lib. 6. Limitatur autem hęc prę-
ſcriptio non procedere, 1. In rebus ſacris, quæ directè ad di-
uinum cultum Deo dicatæ ſunt, vt calices, libri, ornamen-
ta, &c. Tales enim, cum non ſint in commercio hominum,
regulariter præſcribi non poſſunt, vt infra dicetur. 2. Non
procedit in rebus mobilibus Eccleſiæ, quæ vſucapiuntur triē-
nio, ſicut res priuatorum, d. Authent. quas actiones, & ſupra
in prima ſpecie præſcriptionis, dictum eſt. 3. Fallit in actio-
d nibus annalibus, vt iniuriarum, & alijs *d* temporalibus præ-
ſcriptionibus, vt in actione redhibitoria, quanti minoris, &c.
qoia in omnibus iſtis ita præſcribitur contra Eccleſ. ſicut cō-
tra priuatum, ſecundum Panorm. poſt text. & gloſ. in c. cum
cauſa, de emptio. & gloſ. poſt text. in d. Authent. quas actio-
nes, in verbo, durantibus, quæ dicit, quod quælibet præſcri-
e ptio minor decennio currit contra *e* Eccleſiam. Hinc ſequi-
tur, quod termini, ſeu præſcriptiones iudiciales, vt decē dies
dantur ad appellandum. Auth. Hodie, C. de appellat. Item tē-
pora fatalia appellationis, de quibus in Auth. Ei, qui, C de
temp. appellat. etiam contra Eccleſiam currunt, de quo vide
Bal in dict. 1. parte, quintæ partis princip. in 6. q. 4. Limitatur,
vt procedat, vbi ius ciuile ſtatuit minus tempus ad præſcri-
bendum in priuatis, vt in præſcriptione longi, & longiſſimi
temporis. Sed in caſibus vbi cōtra priuatum requiritur ma-
ius tempus quam 40. anni, vt in ſeruitute diſcontinua, in qua
neceſſarium eſt tempus, cuius initij memoria non extat, nō
præſcribitur contra Eccleſiam minori tempore, ne ſit dete-
25 rioris conditionis, quam priuatus Nec enim priuilegiū qua-
dragenariæ præſcriptionis, inductum in fauorem Eccleſię, in
eius odium retorqueri debet, l. quod fauore, C. de legibus, &
cap. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. 5. Non procedit, quan-
do Eccleſia præſcribit contra laicum, quia tunc vtitur iure
communi, & quanto tempore laicus contra laicum præſcri-
bit, eodem etiam Eccleſia contra laicum vt concludūt Doct.
poſt gloſ. in d. Authent. quas actiones, & adde Bald. in d. 1. par
te, quintæ partis princ. num. 4. 6. Limitatur, quod Clerici non
gaudent præſcriptione quadragenaria in bonis patrimonia-
libus, ſed contra eos præſcribitur, ſecundum diſpoſitionem
f iuris ciuilis, *f* vt eſt gl. in cap. poſſeſſiones, 16. q. 4. & Canon.
in d. c. a. de præſcript. Eſt enim communis concluſio, quod in
patrimonialibus clerici non gaudent priuilegijs Eccleſiæ, niſi
in caſibus à iure expreſſis, de quo Bal. in d. 1. parte, quintæ par-
tis princ. in 5. quæſt.
26 Quinta præſcriptio, dicitur Centenaria, qua ſola Eccleſia
Romana gaudet, contra quam minor pręſcriptio non currit,
niſi centum annorum, d. Auth. quas actiones, C. de ſacroſan.
Eccleſ. c ad audientiam, c. cum nobis, cum ſimilibus, extr. de
27 præſcript. Et accipitur Eccleſia Romana tribus modis, ſecū-
dum Bal. in d. Authent. quas actiones, nu. 4. Primum, pro per-
ſona Papæ. Deinde pro patrimonio Papę. Tertiò, pro Eccleſ.
Lateranenſi in ciuitate Romana, quæ eſt Epiſcopatus Pon-
tificis, & reputatur maior Eccleſia vniuerſi orbis, vt not. per
28 Archid. in c. nemo, 16. q 4 Et ampliatur hæc præſcriptio pro-
cedere. I. Tam in rebus mobilibus, quam immobilibus, cor-
poralibus, & incorporalibus. Et ita vſucapio triennalis in re-
bus mobilibus Eccleſiæ Romanæ locum non habet, ſecundū
Salic. in d. l. vnica, C. de vſuc. transfor. Panor. in c. cum dile-
cta, de confir. vtil. vel inut. & Fel. in d. c. ad audientiam, nu. 26.
Nec obſtat tex. in d. Auth. quas actiones, vbi vſucapio trien-
nij non mutatur, quia loquitur in illa parte Eccleſijs inferio-
bus, & generaliter excipitur Eccleſ. Romana, vt ſatis apparet
ex tex. ibi, de quo Bal. in d. 1. parte, quintæ partis principalis, in
29 princ. nu. 23. II. Ampliatur procedere etiam in Imperio, ita
quod contra Imperatorem, vel Cameram Imperialem non
currat alia, niſi præſcriptio centenaria, ſecund. glo. in §. vt au-
tem, ſuper verbo, non multum, in Authen. de non alienandis
rebus Eccleſiaſt. Quam gloſ. reſtringit. Bal. in 2. parte, quintæ
partis principalis, in 1. q. nu. 5. procedere in caſibus ſpecialibus
expreſſis in l. fin. C. de ſacroſ Eccleſ. Et addite eundem Bald.
in d. 1. parte, quintæ partis princ. nu. 17. vbi refert plures limi-
tationes ad hanc præſcriptionem, poſt Fel. in d c. ad audien-
30 tiam, num. 23. Qualiter autem probetur *g* præſcriptio cen-
g tenaria traditur per Canon. poſt gl. in d. c. cum nobis, de præ-
ſcript. Bal. & alios in d. Auth. quas actiones. Et videtur, quod
ſit impoſſibilis probatio, cū per inſtrumenta regulariter poſ-
ſeſſio non probetur, c. inter dilectos, verſic. per inſtrumenta,
extra de fide inſtrum. Nec per teſtes ita probari poteſt, quia
nullus teſtes poteſt reddere cauſam dicti, de tanto tempore
per ſenſum corporeum, niſi eſſet centum, & quatuordecim
annorum, ſecundum gl. in d. cap. cum nobis. Homo autem
vltra centum annos viuere nō pręſumitur, d. l. fi. C. de ſacro-
ſanct. Eccl. Et quod idem ſit, quaſi Imperator, & Papa volue-
rint ducere, quod nulla præſcriptio currat contra Eccleſiam
Romanam, vt inquit gloſ. ibi, in contrarium tamen eſt veri-
tas. Licet enim difficile ſit huiuſmodi præſcriptionem pro-
bare,

ADDITIONES.

a *Multo minus credamus ſublatam ex c. vlt. extr. de præſcr.*

b *Etiam ex ordinationibus principali part. 2. conſtit. 6. vbi vel poſt 40. annorum præſcriptionem Eccleſiæ, velut minori, intra & poſt quadriennium reſtitutio contra præſcriptionem datur, de quo Panor. in c. 1. de præſcr.*

c *Hoſpitalia dicuntur pia loca: hoſpitalia (inquam) in quibus recipiuntur, & hoſpitātur infirmi, ſenes, miſerabiles, & pauperes, l. ſi quis ad declinandam, l. Orphanotrophos, C. de Epiſc. & cler. De priuilegijs piæ cauſa, vide Soc. reg. priuilegia 310.*

d *Vt ſemeſtribus, & pœnalibus prætorijs, leg. in honorarijs, ff. de oblig. l. vlt. C. de dolo.*

e *Sicut contra priuatum. Felin. in c. de quarta, in fi. de præſcr. & in c. ſi cautio, ff. de fide inſtrum.*

f *Sic etiam contra ciuitates ordin. par. 2. conſtit. 6.*

g *Vide Conar. in cap. ſine poſſeſ. de reg. iur. in 6.*

bare,non tamen eſt impoſſibile, cum interdum inueniantur
tales ſenes,& tam antiqui teſtes. Et ratione difficilis proba-
tionis, ſufficit hoc caſu præſumptiua probatio per famã, quæ
in factis antiquis probat,vt notatur per Felin.& alios in cap.
venies el 1.de teſt. Et ſufficit,quòd teſtis reddat cauſam dicti
ex qua præſumitur ſenſus corporalis, pręſumptione iuris, li-
cet:non reddat rationẽ directè per ſenſum corporis,ſicut ſuf-
ficit ſenſus remotus ab actu,vt ex eo præſumatur actus,vt in
eo,qui vidit fugientem cum gladio ſanguinolento ex domo,
vbi quis reperitur interfectus,vt præſumatur occiſus à fugiẽ
te,ſec.Bald.in Auth.quas actiones.Item poteſt probari etiam
per inſtrumenta ſucceſſiuè facta, ſuper poſſeſſione, vel per-
ceptione redditũum,ſec.Bald.in d. Auth. quas actiones. Vn-
de ſi quis velit probare quaſi poſſeſſionem ſubiectionis, po-
terit probare per inſtrumenta antique confecta, de iuramẽ-
to fidelitatis ante 100.aut 200. annos. Item ſi venditor ante
centum annos tradidit rem,in præſentia teſtium, & Notarij,
& Notarius confecit ſuper hoc inſtrumentum. Hoc caſu,
præſertim in factis antiquis admittitur hæc probatio per in-
ſtrumenta,vt notatur poſt tex.in leg 2. C. de acquir. poſſ. Et
addite Panor.in d.cap.cum nobis,num.5.de præſcript.
31 Sexta eſt præſcriptio tanti temporis, cuius *a* initij memo-
a ria non exſtat, *b* de quo eſt tex.& gl.in c.1.de præſcr. in 6 Et
b ea habetur loco tituli legitime cõſt l.hoc iure, §.ductus aquæ
ff.de aqua quotidiana,& æſtiua.Et habet vim priuilegij,& æ-
quiparatur priuilegio a Principe alicui expreſſe,& ex certa
ſcientia conceſſo,c.ſuper quibuſdam, §. præterea, de verbor.
ſignific. Et ſpacium tanti temporis tantum poteſt, quantum
Imperator,ſecund.Andream de Iſern.in c.1. in verbo flumi-
32 na,quæ ſint regalia,in vſibus feud. Et in ea ſemper præſumi-
c tur *c* titulus, & bona fides. etiamſi non allegetur, quia tanto
tempore poſſeſſum,præſumitur ab authoribus ſuis iuſte poſ-
ſeſſum,d.c.1.de præſcr.in 6.Innocentius, & Bald. in c. ſi dili-
33 genti,de præſcrip.Et per eam præſcribuntur iura,& ſeruitu-
tes,habentes cauſam diſcontinuam,ſec.gl.& Doct.in l.ſerui-
tutes 14.ſuper verbo certam,ff.de ſeruit.& ſup.in §.fin.de
ſeru.dictum eſt.Item Imperium.& iuriſdictio.
d Vectigalia,Ius collectandi, & alia regalia, quæ *d* reſeruata
ſunt Principi,& Papæ,in ſignum ſpecialis priuilegij. ſeu præ-
eminentiæ, quæ non poſſunt competere, niſi ex priuilegio,
ſpaciu tanti temporis præſcribuntur, d.c.ſuper quibuſdam,§.
præterea,ibi gloſ & Canoniſtæ,in d.c.1 de præſcript in 6.Ab-
34 bas,& Felin.in d.c.cum nobis, in princ. de præſcript. Et præ-
ſcriptio tanti temporis, ac 100. annorum, numquam intelli-
gitur excluſa per legem,vel ſtatutum,quantumcumque ver-
e bis generalibus lex,vel ſtatutum vtatur.*e* Veluti ſi ſtatuto ca-
ueatur,quod contra inſtrumentum dotale non ſit admitten-
da exceptio præſcriptionis, vel quòd inſtrumentum debeat
exequi,nulla præſcriptione obſtante,non intelligitur de præ-
ſcriptione centenaria, vel tanti temporis,cuius initij memo-
ria non exſtat.Ita probat text.iuncta gl.in Auth. vt de cætero
commutationes Eccleſiaſticarum rerum,&c.ſup.verbo,pręſ-
ſcriptione,& ibi Ang.& Fel.in Rub de præſcr.nu.18.Bal.in 5.
35 parte, quintæ partis princip.in 9.q. Circa hanc ſpeciem præ-
ſcriptionis oritur dubium,quantum tempus in ea requiratur,
ſeu quod tempus dicatur, cuius initij memoria non exſtat.
Et de hac quęſtiones tres repetuntur opiniones Doctor. Vna
eſt Cin.in l.2.in 9.q 1.C.de ſeruit.& aqua Ibi vult 100.annos
dici tale tempus, ita quod in hac præſcriptione requiratur la-
pſus centum annorum:& hanc ſententiam ſequitur Cepol.
in tractat.de ſeru.vrban præd.cap.9.nu.5. Alia eſt opinio Fel.
in c.ad audientiam,nu.29.de præſcript. Quòd præſcriptio tẽ-
poris,cuius initij memoria non exſtat, ſit maior centenaria,
& quod centum anni non ſufficiunt. Et mouetur hac ratio-
ne, quod in præſcriptione centeneria, habente contra ſe ius
commune,requiritur titulus,c.ſi diligenti, in fine, de præſcr.
Sed in hac ſexta ſpecie præſcriptionis titulus non requiritur,
d.c.1.in fi.de præſcript.in 6.Tertia eſt opinio gl.hic, in d.cap.
cum nobis,ſuper verbo,centum,de præſcrip.videlicet. Quòd
hæc præſcriptio non requirat centum annos,ſed ſit minor cẽ-
tenaria. Quærit enim gloſ.ibi, quomodo probetur centena-
ria præſcriptio,& dicit,quòd videtur ſufficere probatio tem-
poris,cuius initij memoria non exſtat, ſed tandem gloſ. de-
terminat contrarium, quòd talis probatio non ſufficiat, ſed
quòd neceſſe ſit, probare centenariam præſcriptionem. Et
ita præſupponit, præſcriptionem centenariam eſſe maiorem
præſcriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non
exſtat. Et hanc ſententiam poſteriorem pluribus confirmat
Aymon Crauetta,in tr. de antiquitate temporum, in quarta
parte,in §.abſolutis differentijs mihi.fol.174. Et inter cæteras
hanc etiam rationem adducit, quòd ſola Eccleſia Romana
gaudet præſcriptione centenaria,d.Auth.quas actiones. Ne-
ceſſario ergo infertur,quòd in caſibus in quibus contra alias
Eccleſias inferiores requiritur præſcriptio tanti temporis,
cuius initij memoria non exſtat, non oportet eſſe centena-
riam præſcriptionem,cum illud ſit priuilegium Romanę Ec-
cleſiæ tantùm,aliàs falſum eſſet, quod ſola Eccleſia Romana
hoc beneficio gauderet:immò ſi hæc pręſcriptio eſſet maior
centenaria præſcriptione,ſequeretur illud inconueniẽs,quòd
Eccleſ. inferiores eſſent magis priuilegiatæ, quam Eccleſia
Rom. cum in certis caſibus contra Eccleſias inferiores non
præſcribatur,niſi tanto tempore,cuius initij memoria nõ ex-
ſtat. Præterea,vbi ius loquitur de præſcriptione tanti tempo-
ris,non loquitur de tempore cẽtum annorum, Ergo nec nos
ſubaudire debemus,vt in ſimili dicitur,in l. ſi ſeruum. §.præ-
tor ait, verſic,non dixit prætor,ff.de acquir.hæredit.Et habẽt
hæ præſcriptiones diuerſa nomina,& diuerſos tractatus: vn-
de,& diuerſa tempora habere videntur,argum. leg. ſi idem,
C.de iure codicil.Nec obſtat ratio Felini:nec enim valet cõ-
ſequentia, Eccleſia Romana eſt priuilegiata, vt contra eam
non currat præſcriptio,niſi cẽtenaria,& titulata: Ergo in alijs
præſcriptionibus,contra alias inferiores Eccleſ.vbi requiritur
tempus, cuius initij memoria non exſtat,oportet quòd tale
tempus ſit maius centum annis. Cõcludit ergo Aymon Cra-
uetta, in hac præſcriptione non requiri tempus, non ſolum
vltra centum annos,vt voluit Fel.immò ne annorum, quidem
100. Et quod non ſit certum tempus à iure determinatum,
ſed ſufficiat eam probari iuxta notata, per gl. & Canoniſtas,
in d.c.1.de præſcrip.in 6.Quæritur igitur tunc: *Qualiter hæc*
36 *præſcriptio probetur?* De hac quęſtione eſt gloſſa ordinaria in
d.c.de præſcript.& in d.c.cum nobis. Quando ſcilicet teſtes
deponant, quòd numquam viderunt, vel audiuerunt cõtra-
rium,neque audiuerunt alios vidiſſe, aut audiuiſſe aliter fuiſ-
f ſe factum,& quòd communis ſit opinio, & fama, *f* quod ſic
ſemper fuit, & probatur per text. in l.ſi arbiter, ff.de probat.
37 Hinc vulgò ita articuli probatorij formari ſolent: *Item ve-
rum,ac teſtis notum,quod producens eiuſq; maiores,ante* 10.20.
30.*&c.& plures annos, tantumque tempus de cuius initio me-
moria hominis nõ exiſtit,ſemper oues ſuas & villa N.in agros
& campum hominum de N. egerunt ibique cuſtodierunt.* Item
ſecundò. *Verum teſtiq; notum quod non ſolum producti teſtes,
ipſi ſic fieri viderunt, verum etiam ex eorum parentibus, au-
diuerunt,producentem,& ſuos anteceſſores ſemper oues in cã-
pum, & agros paſcuos illorum de N exiſſe, ibique cuſtodiſſe;*
Notandum tamen, quod poteſt in contrarium probari, me-
38 moriam ſcilicet exſtare. Et quando vtraque pars probauit,
vna ſcilicet,memoriam exſtare,alia verò non exſtare, præfe-
runtur teſtes,quid deponunt ſe vidiſſe contrarium,& ſic me-
moriam exſtare,cum alijs teſtes deponãt ſuper negatiua quæ
regulariter eſt improbabilis ſec.gl.in d.c.1. Teſtes autem de-
g ponentes ſuper affirmatiua, præferuntur *g* deponentibus ſu-
per negatiua,vt eſt gloſ.ſingularis,& ibi Doct.in l.diem pro-
ferre,§.ſi plures,ſuper verbo,cõſenſerunt, ff.de arbitris, quod
magis,& plus credunt duobus teſtibus affirmantibus, quàm
decem,aut mille negantibus, de quo vide Balb.in d.2.parte,
tertiæ partis princip.in 6.q.nu.24.& 27.
39 Septima,eſt præſcriptio quatuor *h* annorum,de qua eſt ti-
h tulus,in C. de quadri.præſcript. Qua ſcilicet in certis caſibus
præſcribitur contra fiſcum à priuato, & è contra, fiſcus præ-
ſcribit

ADDITIONES.

a *De memoriali præſcriptione,adde quæ inf.notata sũt n.74.75.
& 76.vide Crau.tr.de antiq.temp p.4.c. abſolutis differentijs.*
b *Quomodo hæc differt a ſuperiore, tradunt Couarr.præalleg. loco
Crauet.ibid.Gabr.Rodr.de præſcript lib.5.*
c *Et verò præſumptione iuris,& de iure,vt ſup.declarauimus.*
d *De reſeruatis Principi,& eorũ præſcriptione dictũ eſt in §. ex
non ſcripto,ſup.de iure natur gent.& ciu.& plura inf. num.61.*
e *Vide Tiraq.de retractu prox.Doct.l competit. Cod. de præſcr.
30.vel 40.ann.cap.ſuper 24.§.1.de verb.ſignif.*
f *Fama in factis antiquis regulariter nõ plene probat,gl.in l.3.§.
eiuſdẽ,ff.de teſt.D.in c.tã ex literis,ext.eo.tit.Bal.in l.emãci-
patũ,C.de fide inſt.l.cũ ſuper,C.de rei vẽd. aliud in c.licet cau-
ſã,de prob.quæ regula nõ obtinet in caſib.expreſſis à iure in no-
tarijs antiquis,& antiquis iuriſdictionib.Soc.regula fama. 45*
g *Negatiuæ acta,eã aut tantã vim non habent,quantam quæ af-
firmatiuæ.D.in c.cum accepiſſens,de conſtit. Innoc.in c.veniens
de fil.presbyt.aut c vlt.verſic.ex his apparet,de cauſa poſſeſſ.*
h *De qua triennij præſcriptione,vide Dunum tract.de præſc.vi-
de Soc.reg.res aliena 342.vbi plures exceptiones affert ad leg.
bene a Zenone,C.de quadrienn.præſcript.*

Digitized by Google

40 ſcribit cõtra priuatum. Dicitur autem fiſcus proprie theſau-
rus Principis, ſeu publica pecunia, ad maieſtatem principis
conſeruandam ſtatuta. Sicut ærarium dicitur Reipublic. quò
reponitur pecunia pœnalis, propter aliquod maleficium vel
ſimile quid præſtita, ſicut bona hæreticorum. Item contra-
hentium inceſtas nuptias, & hereditates eorum, qui mortem
defuncti iure non vendicant reſeruntur ad fiſcum, vt eſt tex.
in l.1 cum ibi notatis, ff. de iure fiſci. Item quãdo quis ſine hę-
rede moritur in bonis vacantibus ſuccedit fiſcus, leg. vacan-
tia, Cod. de bonis vacantibus, lib. 10. De iure Sax art. 18. lib.1.
Qualiter autem res fiſci præſcribantur, traditur per Doct. his
in § res fiſci, & in l. quamuis, ff. de vſuc. Vbi Paul de Caſtr. &
alij in effectu ita diſtinguunt; Aut loquimur de bonis incor-
poratis fiſco, quæ ſunt effecta illius fiſci. Qualiter autem fiat
41 incorporatio, traditur in l. ſi quando ad notationes, C. de bo-
nis vacantibus libr. 10. Et tunc ſiue ſint res mobiles, ſiue im-
mobiles, non præſcribuntur longi temporis præſcriptione, d.
§. res fiſci, præſcribuntur tamen ſpacio 30. vel 40 annorum,
d. l omnes, ibi, *vel publicum*, Cod. de præſcr. 30. vel 40. annor.
gloſ. in d. §. res fiſci, ſopra verb. non poteſt. Aut bona nondum
ſunt incorporata fiſco, ſed adhuc vacantia, & tunc ſubdiſtin-
guitur. Aut non ſunt denunciata fiſco, quia mortuus eſt quis
ſine hærede, & tunc fiſcum habet ſucceſſorem: ſed ſi fiſco id
non fuerit ſignificatum, tunc huiuſmodi bona vacantia à pri-
uato vſucapi, & præſcribi poſſunt bona fide, & titulo, præſcri-
ptione long temporis, videlicet triennio, ſi res ſit mobilis, de-
cem verò annis, ſi res ſit immobilis, ſicut contra alium priua-
tum præſcribitur, d. leg quamuis, ff de vſucap. Sine titulo ve-
rò præſcriptione 20. annorum, & ita loquitur text. in leg. in
omnibus, & ibi gloſ. & Doct ff. de diuer. temporal. præſcript.
Bart & Cin. in l. 1. Cod. de quadriennij præſcript. Aut illa bo-
na ſunt denunciata fiſco, & fiſcus neglexit ea occupare per
quadriennium, tunc ea præſcribũtur contra fiſcum, hac qua-
driennij præſcriptione, tex. eſt in d. l. 1. C. de quadriennij prę-
ſcript. & l. intra quatuor, iuncta gl. ff de diuerſ. temp. præſcrip.
Niſi eſſent delata ex illa cauſa, quod vectigal nõ eſſet ſolutũ.
42 Nam tunc pręſcribũtur quinquennio, l. 2. C. de vect. & cõm.
Deinde habet locum hæc præſcriptio quadriennij in caſu §.
ſi ioſ. eod. Ita quod è contra fiſcus præſcribat contra priuatũ
dominum ſcilicet rei ſpatio quatuor annorum. Olim enim
is qui emebat, vel ex alia iuſta cauſa accipiebat rem à fiſco,
non ſtatim erat ſecurus, quia ſi res erat aliena, dominus rei
poterat eam infra quinquennium vendicare ab emptore.
Sed hodie ex conſtitutione Zenoniana ſtatim fit ſecurus, ita
vt emens a fiſco ad reſtituendam rem, etiam à vero domino
conueniri nequeat. Sed ſuccurritur domino rei, vt poſſit ad
æſtimationem eius rei agere contra fiſcum, vſque ad qua-
driennium, poſtea non auditur, d. §. fi. infr. eod. Quę conſtitu-
tio etiam locum habet in emente rem patrimonialem Cęſa-
ris, vel etiam ſuæ coniugis à procuratore Cæſaris, d §. fi & l.
bene a Zenone, C. de quadr. præſcript. Eſt igitur fiſcus in hoc
priuilegiatus, quòd licet per priuatam nõ præſcribatur actio,
niſi longo, vel longiſſimo tempore, d. l. ſicut, C. de pręſcr. 30.
vel 40. annorum. Fiſcus tamen pręſcribit actionem, quam
hoc caſu dominus habet cõtra fiſcum, ad reſtitutionem pre-
tij quadriennio, ita quòd elapſo quadriennio dominus rei,
nec pretium à fiſco conſequi poſſit, d §. final. Et plura, quali-
ter contra fiſcum vel Rempubl. præſcribatur. vide Panor. in
d. c. cum nobis, num. 11. de præſcrip. & latè per Bal. in 2. & 3.
parte quintæ partis principalis.

43 Octaua eſt præſcriptio 20. a annorum, qua primo pręſcri-
a buntur ſine titulo contra fiſcum bona vacantia, quæ fiſco nõ-
dum delata ſunt, d l. in omnibus, ff de diuerſ. & temp. præſcr.
44 Deinde præſcribũtur actiones criminales, regulariter enim
actiones criminales, ſeu accuſationes, ſpacio 20 annor. tol-
luntur, tex. eſt ibi, & gloſ. & Doct. in l. querela, C. ad leg. Cor-
nel. de falſ. Hinc Doct. poſt gl. in l. in cognitione, ff. ad S. C. Syl
lanianum, quod de homicidio quia non poteſt accuſari poſt
20. annos. Et Panor. in c. cum haberet, in 3. notabili, extr. de
eod. qui duxit, quàm prius polluit per adulteriũ, inquit: Quod
regulariter aduerſus quodlibet crimen præſcribitur 20. an-
nis, vt poſt lapſum 20. annorum delinquens non poſſit accu-
45 ſari, vel puniri. Et ampliatur, vt non ſolum procedat in accu-
ſatione, ſed etiam in inquiſitione, quæ fit per officium iudi-
cis, in caſibus à iure permiſſis, quos notat gl. & Bart. in l. a. §. ſi
publico, ff de adult. Sicut enim accuſatio tollitur viginti an-
b nis, ita, & inquiſitio, ſiue officium iudicis inquirentis, *b* quod
ſuccedit in locum accuſationis, ſecundum Bart Salic. & com-
muniter Doct. in d. leg. querela, qui reprobant gl. ibi, ſub du-
bio contrarium tenentem. Limitabitis autem hanc præſcri-
46 ptionem non habere locum. I. Quando quis commiſit ho-
micidium, & aufugit, & contra eum eſt inſtituta accuſatio
& quia citatus non comparuit, propter contumaciam fuit
proſcriptus, reuerſus poſt 20. annos, non poterit ſe tueri hac
præſcriptione, cum accuſatio ſtatim poſt delictum commiſ-
ſum fuerit inſtituta. Non tamen ex eo, quòd aufugit, & eſt
proſcriptus, ſtatim puniri poteſt. Nam ſi alleget defenſiones,
& exceptiones, audiri debet, neque ſtatim puniendus eſt, niſi
fateatur delictum: dilatoriæ tamen exceptiones tunc nõ ad-
mittuntur. De quo vide poſt *Landrechs den proceſſ von der
vor feſtung der acht* in iuramento annotati, *das der in die
47 acht erkleret iſt* & ita quotidie pronunciati ſolet. II. Non
procedit in caſibus, vbi de iure communi minus ſpacium eſt
præfixũ, vt eſt in actione iniuriarum, criminaliter etiam in-
tentata, vt ea ſicut ciuilis iniuriarum actio, non tollatur, d. l.
48 ſi non cõuitij, C. de iniur. & not. in §. in ſumma, inf. de iniur.
Nam obiter notandum, quod actione iniuriarum intentata,
criminaliter reo de iure communi imponi poteſt, vt condẽ-
natus, vel flagellis, vel fuſtibus cędatur, aliquando etiam rele-
getur, l. fi. ff. de iniur. Vnde in crimine iniuriarum criminali-
ter intentato, procurator interuenire non poteſt, niſi ſint il-
luſtres perſonæ, d. l. fin. C. de iniur. propter regulam, l. penul. §.
ad crimen, ff. de pub. iud. De iure vero Saxon. quando agitur
criminaliter pro iniuria verbali, tantum pęna pecuniaria fi-
ſco applicanda imponi ſolet, & poteſt ſe reus ab huiuſmodi
c actione liberare, ſoluendo 30. ſolidos. *c* Ideò, & tunc pro pę-
na infamiæ vitanda procurator interuenire poteſt, de quo
vide proceſſum D. Koning. c. 58 in add. in fin. & ita quotidie
49 pronunciatur. III. Non procedit in crimine adulterij, nam
poſt quinquennium de adulterio commiſſo quis accuſari nõ
50 poteſt, l. adulter C. de adulter. & l. mariti, §. præterea, & leg.
d quinquennium, ff. de adult. *d* IV. Non procedit, quo ad exci-
piendum, quia perpetuo de crimine excipi poteſt, licet accu-
ſatio ſit temporalis, ſec. gl. r. in d. l querela, per regulam quæ
habet: *Quod temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad exci-
piendum*, l licet, iuncta gl. Cod. de except. & l. pure, in fi. ff de
51 doli except. V. Limitatur procedere reſpectu delictorũ præ-
teritorum, ſecus reſpectu futurorum, quia delinquendi licẽ-
tiæ non præſcribitur. Immo qui geminat delictum, veniam
non meretur, vt inquit Bal. per text. in l. 3. C. de Epiſc. aud. &
in cap. de appellationibus extr. de appell. Non eſt parcendum
aſſuetis delinquere facit, l. capitalium, §. ſolent, ff. de pœnis.
52 VI. Limitatur procedere, dummodo opponatur exceptio
præſcriptionis per accuſatum, vel inquiſitum: Aliàs tenet iu-
dicium, ſi non excipiatur de præſcriptione, ſec. Bart. in l. 1. §.
accuſationem, ff. ad Turp. & de hoc vide latius Bal. in 4. parte
e quæ partis princ. in 2. q. *e*

53 Nono de iure Saxonico duæ tantum ſunt præſcriptionis
ſpecies, vna qua res mobiles, alias vero qua res immobiles,
& incorporales præſcribuntur. Prima igitur eſt annalis, qua
f res mobiles, & ſe mouentes *f* præſcribuntur, ſpacio ſcilicet
vnius anni, & ſex ſeptimanarũ, vt eſt text. in *Vveichbild*, art.
21. & gl. in *Vveichbild*, art. 4. ibi, *jar vnd tag*. Et de hac ſpecie
loquitur tex. in art. 28. lib. 1. & in art 44. lib. 2. & in art. 38. li. 3.
Alia eſt præſcriptio tricennalis, cum anno, & die, qua pręſcri-
buntur res immobiles indiſtinctè, tam inter pręſentes, quàm
abſentes per art. 29. libro primo, & ibi gloſ. Extenditur etiam
ad iura incorporalia, & ſeruitutes, neque diſtinguitur, an ha-
beant cauſam continuam, vel diſcontinuam: nam ex pacifi-
ca, & quieta quaſi poſſeſſione 30. annorum, anni, & dierum,
huiuſmodi iura præſcribuntur, nec opus eſt tanto tempore,
cuius initij memoria nõ extat, ſicut de iure ciuili requiritur.
Nam ita indifferenter de iure Saxonico, etiam ſeruitutes di-
ſcontinuæ, 30. annis, anno, & diebus præſcribuntur, & ita ob-
ſeruatur, & practicatur in omnibus territorijs, & vbi cauſæ
deciduntur, ſecundum ius Saxonicum. Limitate tamen hanc
54 præſcriptionem non procedere. I. Quando agitur de præ-
ſcribendis rebus, ſeu bonis Eccleſiaſticis contra Eccleſiam.
Nam

ADDITIONES.

a *De viginti annorum præſcriptione, vide Din. tract. de præſcr.*
b *Vide Boer. in deciſ. 46.*
c *Sublatum eſt noua conſtit. par. 4. c. 42.*
d *Sublatum, & hoc p. 4. conſt. 19. in fi. intelligatur tamen Vicen-
nij præſcriptio, & hoc obtinere, ex d. l. querela, C. de falſ.*
e *Septimo limita in pœnis Canonicis, quibus nullo tempore præ-
ſcribitur Crauet. de antiq. temp. par. 4.*
f *Ab hereditate ſeparata, vt* Heergevvet, Gerada, &c. *non ve-
ro hereditas, quamuis conſtet ex ſolis mobilibus, l. 4. vbi Caſtr.
C. in quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcript. & id nuper
ita concluſum eſt in proxima ordinationum deliberatione.*

Nam tunc quadrs genariam præſcritionem etiam in terra Sa
xonica requiri, innuit gloſ.art.29 lib.1.§.*derſachſe*.Et ita in fa-
uorem Eccleſiæ pronunciari ſolet, facit text.in leg.ſancimus
res,C.de ſacroſan.Eccleſ.per quem Paul. de Caſtr. ibi inquit.
*Quando contra te allegatur aliqua lex, quæ loquitur de Eccle-
ſia, ſi non occurat alia congrua reſponſio, potes dicere eſſe in ſpe-*
55 *ciale in Eccleſia*.II.Limitanda erit nõ procedere, quando agi-
tur de præſcribendis accuſationibus, vt tunc ẽt in ſnro Saxo-
nico octaua ſpecies præſcr.de qua ſup dictũ eſt, locũ habeat.
Interpretationem legum pęnæ molliendæ ſunt potius, quam
exaſperandæ, quia ius Saxonicum non in hoc ius ciuile corre
xit, vel aliud tempus ſtatuit mitior quoque ſententia in pęna-
libus amplectenda erit, l.interpretatione, ff.de pęnis.
56 Vltimo, circa hanc quæſtionem principalem notanda eſt
definitio, quæ reſpicit naturam pręſcriptionis, & comprehen-
dit omnes prædictas ſpecies præſcriptionum, videlicet, quòd
a quædam præſcriptio eſt merè fauorabilis, *a* quædam merè
odioſa, quædam verò mixta, vt eſt text.in c.placuit, el 2 §.pręſ-
ſcriptione, 16.q.3 tex.iuncta gl.in l.fin, in verbo, ex vna parte,
& in verb.ex vtroq; C.de edi.D.Adriani toll. Merè fauorabi-
lis eſt vſucapio triennij, qua res mobiles præſcribuntur, quæ
ſoln fauore poſſeſſoris, nulla inſpecta negligentia petentis, in-
troducta eſt. Merè verò odioſa eſt præſcriptio lõgiſſimi tem-
poris, 30. vel 40. vel etiam plurium annorum, quæ principali-
ter introducta eſt, propter odium, & negligentiam tanto tem
pore non petentis rem, vel ius ſuum, nullo inſpecto fauore
poſſeſſoris, cui nec fauor eſt tribuendus, cum ſine titulo, &
etiam ſine bona fide de iure ciuili præſcribat, vt ſupr. dictum
Mixta verò eſt præſcriptio longi temporis, quæ partim odio
non petentis, partim verò fauore poſſidentis, qui habet titu-
lum, & bonam fidem, introducta eſt, de quo latius vide Porc.
ſuper Rubr. tituli noſtri, & Bald.de præſcr. in 2.parte, quintæ
partis princip.in 1.quæſt.

Quæ res poſſunt præſcribi?

Supra dictum eſt, ad præſcriptionem inter cætera requiri,
vt res ſit præſcriptibilis, ſeu apta, & idonea ad vſucapiendum.
57 Et conſtituenda eſt regula: quod regulariter omnes res, quæ
expreſsè non reperiuntur exceptæ, vel probabiliter, præſcribi
poſſunt. Vnde res mobiles, & immobiles, corporale, & incor-
porales, rem actiones, & accuſationes, item res laicorum, &
bona Eccleſiaſtica temporalia præſcribi poſſe, ex ſupra dictis
conſtat. Et procedit hæc regula in rebus, quæ ſunt in com-
mercio hominum, & quæ alias per traditionem pręcedente ti
tuln habili, dominio noſtro ſubijcit poſſunt, & a lege alienari
non ſunt prohibitæ Pro declaratione igitur, & limitatione hu
ius concluſionis notandum, quod quædam res perpetuo pręſ-
ſcribi prohibentur, quædam vero longo, vel longiſſimo tem-
58 pore. Quod ad priores *b* res attinet, excipiuntur a regula no-
b ſtra, res quę non ſunt in commercio hominum, quę dominio
noſtro ſubijci non poſſunt, vt eſt liber homo, res ſacræ, quę ad
diuinũ cultum dedicatę ſunt, vt veſtiméta, calices, cruces, &c.
quę nec in dominio Eccleſię eſſe dicuntur, vt notatur in § nul
lius, ſup.de rerum diuiſ & per Ioan. Fab hic, in §.ſed aliquãdo
59 Præſcriptiones enim inuentæ ſunt, vt ius creatum in alium
transferant, non vt ius nouum inducant, vt eſt gl.fin.in d.c.ſi
diligenti, de præſcr. Quod idem eſt dicere, ſecundum Bal.in 1.
parte, ſacræ partis princ. in 13.caſu, quòd præſcriptione ſunt
inductæ, vt aliorum iura, & dominia, quæ in rebus habentur,
mediante præſcriptione acquirantur, & in pręſcribenté tranſ-
ferantur, l.traditionibus, C.de pactis. Sed nullum ius habet
quiſquam in huiuſmodi rebus ſacris, vt notatur in d.§.nullius
neque in libero homine. Imò nec quiſquam in ſe ipſo ius ha-
bet, cum nemo ſit dominus ſuorum membrorum, l.liber ho-
mo, in princ.ff.ad l.Aquil. Ideo nec tanto tempore, cuius ini-
tij memoria non extat, præſcribi poſſunt, ſecundum Fel.in c.
60 accedentes de præſcrip. Item eſt alia ratio, quia tales res poſ-
ſideri non poſſunt, text.eſt in l.qui vniuerſos, §.poſſeſſioné, &
l.cum heredes, §.fi.ff.de acquir.poſſeſſ. Ergo nec præſcribi, c.
ſine poſſeſ de reg.iuris, in 6. Et huiuſmodi res, quæ poſſideri,
& præſcribi prohibentur, quia non ſunt in commerci homi-
num, etiam 100. vel 1000. annis non præſcribuntur, vt eſt gl.
in l.2.in verbo, ancilla, C de ingen.& manu.& in l.fi. Sal.C.de
præſcr longi temporis, quæ pro libertate, & non contra liber-
tatem opponitur, de quo vide Balb.in 5.par.quinte partis prin
cip.in 9.queſt.ante fi.& in d.1.parte, ſextæ partis princip.in
19.caſu, num.13.
61 Secundo *c* caſu, quando loquitur de rebus, quæ ſunt in cõ-
c mercio hominum, & quæ alias per tradicionem præcedente
titulo habili dominio noſtro ſubijci poſſunt, tenenda eſt con-
cluſio, quod licet in certis caſibus præſcribi prohibeantur, vt
res fiſci, res furtiuæ, vi poſſeſſæ, &c. tamen its intelligi debet,
vt communi ſpacio, videlicet triẽnio in mobilibus, 10. vel 20.
aut 30. annis in immobilibus non præſcribantur, regulariter
tamen ſpacio 40. annorum præſcribuntur, d.l.omnes, Cod.de
præſcript. 30. vel 40 annorum. Niſi ſpecialiter ſit prouiſum in
lege, quod nulla currat præſcriptio: quia tunc non ſufficit cur-
ſus 40. annorum, ſed requiritur, vel tempus 100. annorum, vel
tanti temporis, cuius initij memoria non extat, vt tradit Bal.
& Ang in d.l.omnes Hæc enim præſcriptio nunquam intel-
d ligitur excluſa, cũ per eam etiam regalia, & reſeruata *d* Prin-
e cipij præſcribantur, *e* vt ſup.in 6.ſpecie præſcriptionis dictum
eſt, & addite Balb.in d.1.part. ſextæ partis princip. in 19.caſu.
Ex his patet intellectus §.furtiuæ, cum ſequ.infr.eod. vbi dici-
tur. *Quod res furtiuæ, & vi poſſeſſa non poſſunt vſucapi, etiã à
bonæ fidei emptore*. quod ſcilicet intelligatur procedere in vſu-
capione triennij, vel præſcriptione longi temporis, non au-
tem longiſſimi, quia etiam huiuſmodi res ab ipſo fure, vel vio
lento poſſeſſore pręſcribuntur de iure ciuili, vt not.in d.l.om-
nes, & in d.l.ſicut, C.de præſcr. 30. vel 40. annorum. Quod eſt
verum de iure ciuili, non autem de iure canonico, quòd ab ip-
ſo fure propter malam fidem in ęternum tales res nõ pręſcri-
buntur, d.c.ſi.ext.eod. Item limitatur text.in d.§.furtiuæ, pro-
cedere, niſi vitium furtiuitatis ſit purgatum, vt quia res redijt
in poteſtatem veri dominij, vel prioris poſſeſſoris. Nam tunc
emens huiuſmodi rem, cuius vitium eſt purgatum, eam lõgo
quoque tempore, & triennio, ſi res eſt mobilis, vſucapit, text.
eſt in §.aliquando, inf.eod.
62 Hinc igitur quæritur: *An vitium, vel mala* *f* *fides authoris
f nocæat ſucceſſori in præſcribendo?* Pro cuius intellectu. Primò
pręmittendum triplex eſſe vitium, ſecundum gloſſam ordina
riam, & ibi Doct.in l.vitia, C.de acquiren poſſeſ. & Bart.in l.
Pomponius, §.cum quis, ff.de acquirend.poſſeſ. & Angel hic,
g in §.furtiuę. Quoddam eſt *g* vitium reale, vt furtiuitas, & vio-
h lentia ablatiua, & *h* expulſiua. Quæ ideò dicuntur realia vi-
tia, quod rei inhærent & ad quemcumque poſſeſſorem tran-
ſeunt huiuſmodi res furtiuæ, & per violentiam poſſeſſę, tran-
ſeunt cum illo vitio impediente præſcriptionem, d.§.furtiuæ.
Quoddam eſt vitium quaſi reale, vt in rebus pupilli, item do-
talibus, quæ alienari prohibentur, potius fauore perſonæ pri-
uelegiatæ, quam ipſius rei. Quoddam verò eſt vitium per-
ſonale, vt dolus, & mala fides, item clandeſtinitas, quæ non ſic
rei, quæ præſcribitur, ſed perſonæ præſcribere volenti, inhæ-
ret, vt quando quis mala fide poſſidet rem alienam, ſciés eam
ad alium pertinere, nõ tamen per vim, vel furtum occupauit,
63 nam tunc diceretur vitium reale. Secundò præmittendum,
quod ſucceſſor alius eſt vniuerſalis, qui ſuccedit titulo vni-
uerſali, & hæreditario, quia hęreditas eſt ſucceſſio in vniuer-
ſum ius, quod defunctus habuit, l hęreditas, ff.de regul.iuris.
Alius verò ſingularis, qui ſuccedit in aliqua re, & titulo par-
ticu-

ADDITIONES.

a *De hac diuiſione vide Doct.in l.mora, C.de rei vendic.& l.cũ
notiſſimi, C.de præſcript. 30. vel 40. annorum.*
b *Præſcribi quæ non poſſint vllo tempore. De his vide Crauettam
tract.de antiq.temp.par.4.*
c *Præſcribi quæ non poſſint niſi longo, vel longiſſimo tempore.*
d *De reſeruatis principi, & eorum præſcriptione dictum eſt ſupra
tit.de iure natur.gent.& ciuili, §.ex non ſcripto. Adde omnino
Socin.reg.307. vbi notat præſcribi, & conſuetudine acquiri poſ-
ſe ea, quæ ſunt iuriſdictionis, quatuor caſibus exceptis, vide Ci-
num in l.1.C.de emancipat.liber. Bart.in l.1.ff.de aquapluu.&
not.in cap.cum contingat, ff.de foro compet.*
e *Matth.de afflict.cap.vnde, quæ ſint regal. capit.ſuper, 24.ff.de
verb.ſignif. Doct.d.l.comperit, C.de præſcript. 30. vel 40. anno-
rum, quia magis priuilegium eſt, quam præſcript. Ant.Gabr.in
lib.4.reg.de præſcript.*
f *Mala fides, an noceat ſucceſſori in præſcribendo, vide Balbum
omnino 3 de præſcript.2. q.12.*
g *Reale vitium dicitur, quia ad quemcumq; tranſit res mobilis
furtiua, vel vi ſubtracta eadem tranſit cum hoc vitio impediẽ-
te præſcriptionem donec purgatum fuerit vitium re, ad domi-
num reuerſa, §.furtiua, Inſtitut. de vſucap.*
h *Secus in vi compulſiua. Quia hæc vis non afficit rem vitio rea-
li, nec impedit vſucapionem, dummodo concurrant alia extre-
ma, l.3.& ibi gl & Bart. & præſertim Alex. C quod met.cauſ.
Ratio differentiæ eſt, quia vis compulſiua voluntatem habet,
licet coactam, l.ſi mulier, ff.quod vi metuſue cauſ. Porrò, quod
hic dicitur de vi expulſiua, non ſufficit expulſio, niſi poſſideat
expellens, l.ſequitur, §.ſi in vi, ff.de vſucap.*

ticulari,& in quem non tranſit vniuerſitas iuris, veluti is,qui
habet rem particularem ex titulo emptionis, donationis, vel
legati,&c. Tertiò,præmittendum,quod tempora authoris, &
ſucceſſoris ad complendam præſcriptionem coniungi poſ-
64 ſunt, veluti,ſi quis poſſedit fundum alienum bona fide, ex iu-
ſta cauſa per quinquennium,& priuſquam tempus vſucapio-
nis compleuit,deceſſit relicto hęrede. Tunc ad complendam
vſucapionem accedit,& prodeſt hęredi illud quinquennium,
ita quòd ſi hæres quoque per quinquennium eumdem fun-
dum poſſideat, coniungantur illa tempora, vt præſcribatur
fundus ab hęrede,§.diutina,inſt.eod. Idem de ſingulari ſucceſ
65 ſore dicendum,§.inter venditorem,inſt.eod. His ſic pręmiſ-
ſis in quæſtione ſupra formata: *An ſcilicet vitium, vel mala fides authoris noceat ſucceſſori præſcribendo?* diſtinguitur inter
vitium reale,& perſonale. Primo caſu conſtituẽda eſt conclu-
a ſio,quod ſi eſt *a* vitium reale, vel quaſi, tunc impedit præſcri-
ptionem in perſona cuiuſcumque ſucceſſoris vniuerſalis, vel
ſingularis,quia illud vitium reale concomitatur rem, ad quę-
cumque res illa tranſit,d.l.vitia, C.de acquir.poſſeſ. donec vi-
tium fuerit purgatum,per reuerſionem rei in poteſtatem do-
mini, ſi eſt res mobilis, vel in poteſtatem antiqui poſſeſſoris
expulſi,ſi res eſt immobilis licet non ſit dominus,d.§.aliquan-
do, inſ.eod. Et limitatur hæc concluſio procedere in præſcri-
ptione longi temporis, non autem longiſſimi, nam per tale
tempus purgatur illud vitium reale, ita quod etiam de iure
ciuili fur,& violentus poſſeſſor longiſſimo tempore rem pre-
ſcribat,d.l.omnes,& d.l.ſicut,iuncta gloſ.fin. C.de præſcr 30.
vel 40.annorum, & dict.l.1 §.ad hoc, C.de annal except.vbi
ſpacio 30.vel 40.annorum tollitur actio furti,& vi bonorum
raptorum. Ergo etiam tollitur vitium, & qualitas furtiuita-
tis,vel violentiæ. Nun autem de iure Canonico procedit in
perſona furis, vel violenti poſſeſſoris, propter malam fidem
66 d.cap.fi.ext.eod. Emens tamen bona fide rem vitioſam furti-
uam,vel violenter occupatam, & poſſidens per 30. annos de
iure Canonico quoque præſcribit, dùmodo emptor inchoet
præſcriptionem ex ſua perſona, non vtendo acceptione tem-
poris authoris ſui,qui habuit malam fidem, ſecund. Panor.in
67 ca.nihil,ext.eod. Altero caſu, quando eſt *b* vitium perſonale,
b dolus, vel mala fides, diſtinguitur inter ſucceſſorem ſingula-
rem,& vniuerſalem. Primum ſubdiſtinguitur: Aut enim lo-
quitur de præſcriptione longi temporis,& de iure veteri ſin-
gularis ſucceſſor poterat præſcribere,inchoando præſcriptio-
nem ex perſona ſua longo tempore, non obſtante mala fide
authoris,l.an vitium,in princ.ff.de diuer.temp.præſcr. Hodie
verò mala fides authoris nocet ſingulari ſucceſſori in præſcr.
longi temporis,quando dominus rei, contra quem præſcribi-
tur ignorat ius ſuum,& alienationem factam. Secus ſi ſciat,
& taceat per decem annos inter præſentes,vel 20.inter abſen
tes: nam tunc ſingularis ſucceſſor bonæ fidei præſcribit rem
longo tempore, non obſtante mala fide authoris. Aut loqui-
mur de præſcriptione longiſſimi temporis, & tunc mala fi-
des authoris ſingulari ſucceſſori non nocet, ſiue dominus
ſciat, ſiue ignoret ius ſuum, & alienationem factam, vt eſt
tex.in d.Auth.malæ fidei, C.de præſcr longi temporis. Quod
eſt verum quando ſingularis ſucceſſor non vtitur adminiculo
poſſeſſionis ipſius authoris, alias mala fides etiam in præſcri-
ptione longiſſimi temporis ſingulari ſucceſſori noceret, d.l.
Pomponius,§.cum quis,cum ibi notatis, ff de acquir. poſſeſſ.
68 Deinde quando loquimur de vniuerſali ſucceſſore,breuis eſt
concluſio quod mala fides defuncti indiſtinctè hæredi, & ſic
vniuerſali ſucceſſori noceat: quia hęredes cenſentur vna, &
eadem perſona cum defuncto, vt eſt text.in Authe. de iureiu.
à mor.præſt.in princ. Et ita eſt ſucceſſor vitiorum, l.cum hæ-
res in princ. ff.de diuer. temp. præſcr. Et ampliatur hæc con-
cluſio,procedere,nõ ſolùm quando hæres vult vti acceſſione
temporum defuncti,per d.l.Pomponius, §.cum quis, ff.de ac-
quir.poſſeſſ & d.leg.an vitium, & ibi gloſ. ff.de diuerſ. temp.
pręſcr. Sed etiam quando hæres non vult vti acceſſione tem-
porum defuncti, ſed de nouo inchoare præſcriptionem ex
ſua perſona,d.l.cum hęres,cum ibi notatis. Secundò, non ſo-
lum in pręſcriptione longi temporis, ſed etiam longiſſimi,
cum nec ipſe defunctus propter malam fidẽ pręſcribere po-
tuit, à quo defuncto omne ius hęredi cauſatur. Et licet Dinus
in ca.poſſeſſor,de reg. iur. in 6.dicat: Quod de ęquitate cano-
nica hoc poſteriori caſu mala fides defuncti non noceat hæ-
redi, ex ſua perſona inchoanti præſcriptionem longiſſimi
temporis: contrariam tamen opinionem contra Dinum ma-
gis communem eſſe oſtendit Balb. in ſecunda parte, tertiæ
partis principalis, in 2.2.quęſt. vbi aliquot limitationes ſubij-
cit, quas vbi videte.

Quis eſt effectus præſcriptionis?

69 Principalis effectus, & quaſi proprium præſcriptionis eſt,
c quod per eam de iure ciuili acquiritur à præſcribente *c* domi-
nium rei pręſcriptæ,quod ſine dubio eſt verum, reſpectu ef-
fectus dominij,ſeu facultatis vtendi, & diſponendi, vt ſcilicet
præſcribens poſſit vti re illa tamquam ſua,& de ea diſponere
ſicut quilibet dominus de re ſua diſponere poteſt ſicut defini-
tur dominium per Bart.in l.ſi quis,§.differentia, ff.de acquir.
poſſeſſ.facit text.in l.eum, qui ędes, ff.de vſucap. Vbi dicitur:
Quod præſcriptione longi temporis mutatur dominium, quo
ad modum,ſcilicet vtendi,ſeu effectus dominij, ſecundũ gloſ.
ibi,in verbo,mutat,& ita dominium,quoad effectum trãſfer-
tur in præſcribentem,facit l.3.ff.de vſura tex. hic, in princ.d.l.
70 traditionibus,C.de pactis. Sed de hoc, an directum, vel vtile
dominium in præſcribentem transferatur, diuerſæ reperiun-
d tur opiniones, Gloſſ & *d* Doct.in Auth. niſi tricennali, vbi,
legiſtæ,C.de bon mater & in d.l.traditionib. & Canoniſtæ in
Rubr.ext.de præſc. Et dicitur hoc caſu directum dominium,
quod habet verus dominus,non recognoſcens in rem ſuperio
rem. Vtile verò,de quo hic agitur,dicitur quod directo aduer
ſatur,& illud occidit, quia excludit dominum directum agẽ-
tem per exceptionem. Secundum igitur communem opinio-
nem Doct.quatuor in hac quęſtione cõſtituatis cõcluſiones.
71 Prima concluſio eſt, quòd per vſucapionem triennij, quæ
eſt fauorabilis,acquiritur directum dominium rerum mobi-
lium,ita vt prior dominus in totum iure, & dominio ſuo pri-
uetur, d.l.3.ff.eod & d.l.traditionibus, vbi traditio, & vſuca-
pio ęquiparantur. Sicut ergo per traditionem factã à domino
ex cauſa habili ad trãſlationem dominij, transfertur dominiũ
directum,l.traditio, ff.de acq.rerum dom. Ita etiam per vſuca
pionem,quia duo in ſolidum eodem reſpectu domini eiuſdẽ
rei eſſe non poſſunt,l.ſi vt certo,ff.ſi duobus,cum ibi not.ff.cõ
modati. Et quia in præallegatis iuribus ſimpliciter fit mentio
dominij,de directo intelligi debet, l.1.ff ſi ager vectig. Verba
enim in dubio in potentiori ſignificatu ſunt accipienda, l.bo-
ues § hoc ſermone,cum ibi not. ff.de verborum ſignificat.
72 Secunda concluſio eſt,quòd ex præſcriptione longi tempo-
ris, 10 ſcilicet,vel 20.annorum,quæ eſt mixta, partim fauora-
bilis,ex parte præſcribentis, ex parte verò eius, contra quem
præſcribitur, odioſa, vt ſupra dictum, acquiritur pręſcribenti
dominium vtile tantum,non autem directum,& conſequen-
ter vtilis actio in rem,non directa,l.ſi.in ſi.C.de edic. D.Adr.
toll.& l.ſi pupillus,ff.de admin.tut.& l.ſuper longi, C.de præ-
ſcr. longi temp. Quæ iura probant, quod præſcribenti com-
petit exceptio contra dominum agentem, ex quo præſuppo-
nitur,quòd domino competit actio, quia exceptio eſt actio-
nis excluſio,l.2.in princip ff.de except. Ergo primus dominus
directum dominium retinet,alioqui actio in rem ei nõ com-
peteret,l.in rem,ff.de rei vendic. Ex quibus conſtat, præſcri-
bentem non acquirere directum dominium, ſed vtile tan-
tum, cum duo in ſolidum eadem ſpecie dominij, domini e-
iuſdem rei eſſe non poſſunt,d.l.ſi vt certo,§.ſi duobus,ff.com-
modati. Hinc quoque vtilis tantum actio in rem competit
præſcribenti,l.ſi duo patroni,§.1.ff.de iureiur. & in leg.ſi quis
diuturno,ff.ſi ſeruit.vendicet.& in l.1.in fin. ff.de aqua pluuia
arc. Ratio autem diuerſitatis inter vſucapionem, & præſcri-
ptionem longi temporis ea aſſignatur. Quod vſucapio eſt
merè fauorabilis, & reſpicit res mobiles: præſcriptio verò
immobiles, & partim eſt fauorabilis, & partim odioſa, & res
mobiles facilius mutantur, ac transferuntur, quàm immobi-
les, & poſſeſſio rerum mobilium etiam ab ignorante amitti-
tur, vnde & vilis,& abiecta eſſe cenſetur, vt not.in leg.ſi rem
mobilem,ff de acq poſſ. De quo vide Ang.Beroum, in Rubr.
ext.de præſcr.& Porc.hic, in princ. num. 1.in fin. vbi inquit:
Quod

ADDITIONES.

a *Vitium reale ſequitur rem,non perſonam: & ideò vſucapionem res impedit: non tamen fructuum,l.bona fides, §.penul. ff.de acquir.rerum dom.§.nouiſſime,infra eod.*
b *Perſonale vitium impedit ſucceſſorem vniuerſalem, l.vitia,C. de acq.poſſ. An ſingularem? Olim non l.apud,§.de authoritate, ff.de excep.doli,l.dolum,C.de peric. Hodie impedit.auth. mala fides, C.de præſcr.longi temp.*
c *Dominium,an & quomodo præſcriptione, & vſucapione acquiratur,vide apud Balbum tract.de præſcr.3.par.2.q.2.*
d *Vide Conarru.in d.c.poſſeſſ.& Gabr.Rom.de præſcr.lib.6.*

Digitized by Google

Quod ideò minus quoque tempus ſit ſtatutum ad vſucapiẽdas res mobiles, quam immobiles, quia de minori præiudicio agitur quàm in præſcriptione rei immobilis. Et licet reperiantur res mobiles, quę ſunt magni prę iudicij, tamẽ leges referuntur de ea quæ magis frequenter accidunt, l. nam ad ea. ff. de legibus.

37 Tertia cõcluſio eſt, quòd ex præſcriptione longiſſimi temporis cum mala fide, cum illa merè ſit odioſa, neque directũ neque vtile dominium acquiritur, ſed ſola exceptio præſcriptionis, l. ſi quis emptionis, §. 1. C. de præſcr 30. vel 40. annorum, & cap. placuit, §. poteſt, 16. q. 3. Si verò habuit bonam fidem, tunc quoque acquiritur vtile dominium, cuius ratione ius vendicandi, & ſic actio ei competit, d. l. ſi quis emptionis, §. 1 propter ſcilicet bonam fidem, quo caſu illa præſcriptio quoque dicitur mixta, fauorabilis, ſcilicet a parte præſcribentis, propter bonam fidem, & odioſa propter odium tãto tempore non petentis rem ſuam, de quo poſt Abb. & Felin. vide omninò Auguſt. Berouin, in dicta Rubr. ext. eod. num. 20. & numer 39.

74 Quarta concluſio eſt, quod ex præſcriptione *a* immemo-
a rabili, tanti ſcilicet temporis, cuius initij memoria nõ extat, non ſolum vtile, ſed etiam directum dominium acquiritur, ſec. Bald. & Sal. & alios in d. l. traditionibus, C. de pactis, quia habet hæc præſcriptio vim priuilegij, tituli, & conſtituti, vt ſup. dictum. De quo videte Fel. in d. Rub. nu. 6. extr eod. Sed
75 videtur, quod nullus ſit effectus, an ex præſcriptione quæratur vtile, vel directum dominium, cum ille, qui præſcribit, indiſtinctè habeat liberam poteſtatem diſponendi de re præſcripta, ſicut quilibet alius dominus, vt in princip huius quæſtionis dictum, Bal. verò de præſcr. in a part. princ. in 2. q. nu. 8. refert duos effectus. Primus eſt, quando pręſcribẽs acquirit tantum vtile dominium, ita vt directum maneat penes priorem dominum, nunc licet prior dominus non poſſit agere actione in rem contra præſcribentem ſaltem effectualiter, quia repellitur per exceptionem præſcriptionis, poteſt tamẽ ratione directi dominij contra tertium poſſeſſorem agere, & rem ab eo vendicare, ſec. Dinum in d. c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. & Aug Berouin, poſt alios, in d. Rubr. num. 17 Secundus effectus eſt, ſi res præſcripta perueniat ad priorem dominum ille, qui præſcripſit tantum vtile dominium, ſpacio 30. annorum, ſine titulo, nõ poteſt rem ab eo vendicare, quamuis vtilem habeat actionem contra quemlibet alium, d. leg. ſi quis emptionis, §. 1. ſed præſcribens longo tempore cum titulo, etiam cõtra verum dominium vtilem habet actionem, vt eſt tex. in d. c. placuit, verſ. ſi vero, ibi, *etiam aduerſus verum dominum vtiliter rem vendicare poteſt*. Ex prædictis, itaq; colligitur effectus præſcriptionis; vt aliquando per eam acquiratur dominium directum, aliquando vtile, aliquando verò tantum exceptio, quæ regulariter in omni præſcriptione acquiritur, & eſt gl. in Auth niſi tricennale, C. de bon. mater & tex. in d. c. placuit, §. poteſt. Addatis & alium effectum, vt ſcilicet, per eam tollatur quoque obligatio deſcendens ex con-
b tractu, in præſcriptione, l debiti, non *b* ſolum ciuilis, de qua non ſic eſt dubium, cum ſit à iure ciuili inuenta, vt etiam per præſcriptionem, quæ iuris ciuilis eſt, iterum tollatur: Sed etiã naturalis obligatio, ope ſcilicet exceptionis: licet enim naturalis obligatio in ſua ſubſtantia non tollatur, vt eradicetur, cum ea, quæ naturalia ſint, ciuilis ratio perimere nequeat, tamẽ tollitur omnis eius effectus, ita vt naturalis ſit inefficax, & penitus inutilis maneat, ſec. Bart. in l. ſi. poſt gl. ſi. ibi, ff. rem ratam haberi, eſt gl. in l. obligationum ferè, §. placet, in verb. non poſſe, ff. de actio. & obligat. Quoniam obſtat ei exceptio præſcriptionis, d. l. omnes, C. de præſcr. 30. vel 40. annorum in ſi. vbi dicitur. *Quod ille qui præſcripſit, pleniſſima munitione ſecurus eſt*, & in d. l. ſicut, C. eod. dicitur. *Quod in actiones extinguuntur*, & in l. ſi pupillus, ff. de adminiſtr. tut. *Quod is, qui tempore liberatus eſt, ſimilis eſt ei qui ſatisfecit, habet enim*
c *quod petitori obijciat* Ergo *c* non ipſo iure, ſed ope exceptionis tollitur omnis effectus naturalis obligationis, ita vt non habeat effectum impediendæ repetitionis, ſed ſoluens quod alter præſcripſit, repetit, ſec. gloſ. in fin. in d. l. fin. ff. rem ratam hab. De quo latius, vide Aug Berouin, in d. Rub. num. 43. & Bal. in 1. parte princip. in 6. quæſt.

ADDITIONES.

a *De immemoriali præſcriptione, adde quæ ſuperius relata, numero 31.*

b *Ciuilis obligatio ipſo iure, an tollatur per præſcriptionem, naturalis vero quoad effectum, vide Balbum tract. de præſcr. p. 1. q. 6. Et an naturalis deſcendens ex delicto ibid. q. 7.*

c *Vide Balbum, ibid. quæſt. 8.*

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS VII.

In princip. Tit.

1 *Donationibus acquiritur rerum dominium.*
2 *Donatio cuius ſit iuris.*
3 *Donatio quid.*
4 *Donatio remuneratoria, an ſit donatio, & an reuocetur.*
5 *Donatio unde dicta.*
6 *Donationis ſpecies.*

1 TRaditur hic alius modus acquirendi rerum dominium, qui non tacitum domini alienare volentis conſenſum, vt præcedens, habere intelligitur, ſed qui verum, & expreſſum, ac liberalẽ domini conſenſum expreſsè conteſtatur, & licet, quo ad originem, donatio pręſertim quę à traditione incipit,
2 ſit iuris gentium, §. per traditionem ſup. de rer. diuiſ. tamen, quo ad formam, quæ dat eſſe rei, l. Iulianus, §. ſi quis, ff. ad exhib. dicitur iuris ciuilis. Olim enim de iure Digeſtorum, non niſi ſtipulatione, quã iuris ciuilis eſſe conſtat, cõtrahebatur,
a *a* hodie verò contra regulam legis iuris gentium, § ſed cum nulla, ff. de pact. etiam nudum pactũ de donando actionem producit, l. ſi quis argẽtum, §. ſi. C. eo. Et aſſignat Sal. poſt tex. ibi duas rationes I. Ne incautè procedant homines ad donãdum, ſcientes, quod fidei humanæ nihil magis conuenit, quã ſeruare conuenta, l. non minorem, C. de tranſact. II. Ne ſub tali prætextu fraudent eos, quibus conuenerunt donare, qui fortè ob eamdem cauſam, medio tempore multa ſeruitia donatori impendunt, moti obligatione antidotali, quæ vult, vt benefacienti benefaciamus, de qua eſt tex. in l. ſed & ſi, § conſuluit, ff. de petit. hæred. Et recipit hoc caſu nudum pactum à lege formatum, quia lex illud confirmat, d. l. ſi quis argẽtum, §. ſi Nihil mirũ igitur, quod ex tali nudo pacto oriatur actio, vt dicitur in l. legitima ff. de pac. & not per Doct. poſt gl. hic, in princ. ſuper verbo, acquiſitionis. Vnde etiam tunc hæc actio, condictio ex lege appellatur, ſec. Bald. in d. leg. ſi quis argentum, §. fin. & per tex. in l. vnica, ff. de cond. ex lege.

Quid eſt donatio?

3 Donatio propriè dicitur mera *b* quædam liberalitas, quæ
b nullo *c* iure cogente fit, ſed ex ſola liberalitate, & munificen-
c tiã donantis procedit, l. 1. & l. donari, ff. eod. & l. donari vide-
4 tur, ff. de reg. iur. Vnde id, quod ob cauſam aliquam datur, ſeu remuneratoria donatio, propriè donatio nõ dicitur, niſi quatenus iuſtam remunerationis mercedem excedit l. hoc iure, §. 1. pen. ac fin. ff. eod. Ideò nec inſinuatio in huiuſmodi donatione remuneratoria requiritur, neque propter ingratitu-
5 dinẽ reuocatur, vt inf. dicetur. Et dicta eſt donatio, quaſi doni datio, l. Senatus, §. 1. ff. de mor. cau. don. & in genere cõpre-
d hendit omnẽ donationem. Sunt autem duæ *d* præcipue ſpecies donationis, ſec. Imp hic, in princ. Alia enim dicitur donatio cauſa mortis, alia vero donatio inter viuos, quæ ſub ſe alias quoque ſpecies donationis continet, vt infra dicetur.

ADDITIONES.

a *Imo verò rei traditione, quoties verò interueniebat obligatio, verborum erat ſtipulatio, non donatio, vt pactum, emptio, locatio, &c. quando donationis cauſa fiunt.*

b *Quia ſi fit ex neceſſitate, donatio non eſt, leg. rem legatam, ff. de alim. Et eodem modo ſi ſit ob cauſam, remuneratio eſt potius, quam donatio.*

c *Poſt rem tamen donatam cogitur donator rem tradere donatario, l. ſi quis argentum, C. de donat.*

d *Commodius dixiſſet duas eſſe ſpecies donationis, vnam propriã alteram impropriam, & hanc rurſus fieri, vel ob cauſam vel ſub conditione. Fit illa, vt a donatario fiat aliquid, vel nõ fiat, & huius generis eſt ſponſalitia largitas, l. ſi a ſponſo, C. de don. ante nupt. & donatio propter nuptias Donatio verò ſub conditione fit in euentum, ſi aliquid fuerit ſecutum, cuius generis, ac nota eſt donatio cauſa mortis, de qua author nunc tractat.*

DE DONATIONE CAVSA MORTIS.

1 *Donatio cauſa mortis, cuius iuris, & quid ſit.*
2 *Quæ requirantur, vt donatio ſit cauſa mortis.*
3 *Quando non eſt facta mentio mortis, præſumitur donatio inter viuos, & econtra.*

4 *Quando clauſa*, Donator promiſit donationem ratam ha-
bere, *eſt adiecta*, *cenſetur donatio inter viuos.*
5 *Species donationis cauſa mortis tres.*
6 *An donationis cauſa mortis inter coniuges fieri poſſint.*
7 *Forma donationis cauſa mortis inter coniuges in his terris vſitata.*
8 *Qui cauſa mortis donare poſſint.*
9 *Filiusfamilias, an mortis cauſa donationẽ facere non poſſit.*
10 *Omnibus, qui teſtamenti factionem paſſiuam habent, mortis cauſa donari poteſt.*
11 *Qui à iure prohibeantur legata accipere.*
12 *Perſonis à iure prohibitis legata accipere, non poteſt mortis cauſa donari.*
13 *Donatio cauſa mortis qualiter fieri poſſit.*
14 *An in donatione cauſa mortis ſummam 500. aureorum excedente requiratur inſinuatio apud acta iudicij.*
15 *An ſolemnitates, quæ de iure Saxonico requiruntur in donationibus, etiam in donationi cauſa mortis ſint neceſſaria.*
16 *Appellatio donationis, de qua ſpecie intelligatur.*
17 *An quis mortis cauſa de iure Saxonico donare poſſit.*
18 *An de iure Saxonico, vxor ſine conſenſu mariti, alteri mortis cauſa donare poſsit.*
19 *Mulier, an marito, vel alij vtẽſilia mortis cauſa donare poſsit*
20 *Quæ requirantur, vt donatio cauſa mortis valeat.*
21 *Quibus ex cauſis reuocetur, & nu. 22. & 23.*
24 *Donatio cauſa mortis, & legatum, in quibus conueniat.*
25 *In quibus differant.*

1 DE hac ſpecie donationis eſt tit. in ff. & C. de mortis cauſ.
donat. & eam origine quoque eſſe iurisgentium, con-
firmatur ex tex. noſtro hic, in fi. prin. & in l. 1. ff. eo. vbi allega-
tur ex Homero donatio à Telemacho facta Pyreo. Ex quo
notat Doc. hic, quod in iure poſſunt allegari authoritate Poe-
tarum, vt hîc in l. in tantum in fi. ff. de rer. diu. Item authori-
tates medicorum, l. 7. menſe, ff. de ſtatu hom. & addite Bart.
& alios in l. 2. ff. ſi cert. pet. Eſt autem donatio cauſa mortis
a liberalitas, quæ cogitatione, ſeu conſideratione *a* mortis in-
b ſtantis vel futuræ fit, cum donans, magis vult ſe *b* habere rem
donatam, quam eum, cui donat, & magis eum cui donat, quã
hæredem ſuum, vt hic, & l. 1. ff. eod. Et hinc vulgo appellatur
huiuſmodi donatio, *Eyn abbergaue ſo auff den todsfall gerichtet iſt*. Nã ad hoc, vt ſit donatio cauſa mortis, principaliter
requiritur, quod in ea fiat expreſſa mentio mortis, alioquin
habetur pro donatione inter viuos, vt tex. & glo. hic, in ver-
3 bo ſi quid humanitatis. Adeò, quòd licet *c* quid extremis, &
c articulo mortis conſtitutus donet, ſi tamen non dicat, quod
mortis cauſa donet, vel non faciat mentione mortis in dubio
præſumitur, & intelligitur eſſe donatio inter viuos, l. Seia, §.
fi. & ibi glo. & D. ff. eod. niſi ex alijs coniecturis mortis cauſa
donatum eſſe euidenter colligi poſſit, ſec. Plat. Fab. & alios
hic, & Iaſ. in l. quæ dotis, ff. ſol. matr. Et iſtius rei magnus eſt
effectus. Nam ſi eſt donatio inter viuos, reuocari non poteſt,
& ſi legitimũ modum excedit, requirit inſinuationem, ſecus
ſi eſt donatio cauſa mortis, vt inf. dicetur. Sicut igitur in du-
bio, quando non eſt facta mentio mortis, præſumitur dona-
4 tio inter viuos, vt eſt gl. 1. & ibi D. in l. fin. C. eod. Ita econtra
quando in donatione fit mentio mortis, cẽſetur in dubio do-
natio cauſa mortis, niſi conſtet, quod inter viuos donare vo-
luit, quia expreſſe donator hoc dixit, vel promiſit nõ reuoca-
re donationem, licet enim tunc fieret mentio mortis, & do-
naretur cauſa mortis, ſi tamẽ eſſet adiecta illa clauſula, quod
donator promiſit illam donationem ratam, & firmam habere, & nullo vnquam tempore contrauenire, vt plerumq. Notarij
ſolent in inſtrumẽto donationis huiuſmodi clauſulas adij-
cere, tunc non obſtante mentione mortis, propter illa verba
poſteriora, quæ ſunt contra ſubſtantiam donationis cauſa
mortis, non donatio cauſa mortis, ſed donatio inter viuos eſ-
ſe cenſetur, ita vt poſteà reuocari nequeat, ita eſt tex. ſingula-
ris in l. vbi ita donatur, ff. eod. Et ita quoque pronunciari ſo-
let; *Licet donatio horti, quam fecit P. agnato ſuo H. cum cõtra Turcam in Hungariam proficiſci cogitabat, cauſa mortis facta cenſeatur, quia tamen premiſit illam donationem ratam, firmamque habere, & irreuocabiliter ſeruare ſecundum diſpoſitionem iuris, pro donatione inter viuos facta habetur. Quare dictus P. non potuit præfatum hortum poſtea fratri ſuo in teſtamento relinquere, ſed pertinet ille merito agnato ſuo H. non conſiderata diſpoſitione, & reuocatione in teſtamento a P. facta, quibus ipſe antea renunciauit.* De quo plene videte Iaſ. in
d. l. quæ dotis, nu. 29. ff. ſol. matrim. & in l. non omnia, ff. ſi cer-
tum petatur. Ferrarien. in forma libelli pro donatione, in ver-
bo, ex cauſa, numero tertio.

Quot ſunt ſpecies donationis cauſa mortis.

5 Iulianus Iuriſconſultus in l. 2. ff. eod. inquit, tres eſſe ſpecies
donationum cauſa mortis, quæ ſec. Paul. de Caſtr. ibi ad duas
principales ſpecies reduci poſſunt. Vna eſt, quando quis nul-
lo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione
mortalitatis donat, & ſic quæ fit ab homine ſano, qui nullo
tenetur mortis, vel alterius imminentis periculi metu. Sed
quia humanũ eſt mori, vt eſt tex. iun. gl. in l. Publ. in prin. ſup.
ver. humanum, ff. depoſiti, & mors eſt certa, hora verò mor-
tis incerta, l. 1. ff. de condit. & demon. cogitat aliquãdo ſe mo-
riturũ, & ſola hac cõſideratione mortis donat. Alia eſt, quan-
do quis imminente periculo mortis donat, vt quia eſt infir-
mus vel eſt ei ineunda nauigatio, aut eundum in bellũ, vbiq;
enim, tam terra, quam mari, tam in pace, quam bello, tã do-
mi, quam militiæ, multis generibus mortis periculum metui
poteſt, vt dicitur in d. l. Senatus, §. mortis cauſa, ff. eod. Et hæc
ſpecies ſec. Paul. de Caſt. in d. l. 2 ſubdiuiditur in duas ſpecies,
interdum enim quis donat hac intentione, vt ſtatim fiat ac-
cipientis, ſed ſi mors non ſequatur, vt reſtituatur, l. 1. § item
cum ipſe, ff. de don. & hæc eſt ſecunda ſpecies donationis cau
ſa mortis. Interdum verò quis in præſenti metu, vel periculo
mortis, ea intentione, & ita donat, vt non ſtatim, fiat acci-
pientis, ſed tunc demum, cum mors fuerit ſecuta, & hæc eſt
tertia ſpecies enumerata in d. l. 2. quæ poſterior donatio ſub
conditione pendet, ſi ſcilicet moriatur donans, ſuperior verò
ſtatim quidem perfecta eſt, ſed ſub conditione, ſi ſcilicet re-
conualeſcat, reſoluitur. Et hoc eſt quod Porc. hic dicit, quod
poſterior ſit ſub conditione cauſandi, ſi ſcilicet mors ſequa-
6 tur, vt tunc cauſetur, & fiat donatio cauſa mortis. Superior
verò ſub conditione reſoluendi. Et notãdum, quòd licet do-
natio inter viuos regulariter inter virum, & vxorem nõ va-
leat, l. 1. & toto tit. ff. & C. de donat. inter virum, & vxorem;
tamen quælibet harum donationum cauſa mortis inter cõ-
iuges fieri poteſt, ita vt donatio cauſa mortis inter virum, &
vxorem facta valeat, vt eſt tex. in l. ſi eum ſeruum, in fi. ff de
donat. inter virũ, & vxorẽ. Ea tamen, quæ ſic facta eſt, vt non
d *d* reuocetur, nõ valet inter virum, & vxorẽ, quia eſt inter vi-
uos, ideò à donante reuocari poteſt d. l. vbi ita donatur, in fi.
7 ff. de mortis cauſ. don. Si tamẽ perſeuerauerit vir & vxor do-
nans in illa voluntate vſque ad mortẽ cõfirmatur illa dona-
tio morte donantis, l. 1 & 3 C. de don. inter virũ, & vxorẽ, l. ſi
mortis cauſa inter, ff. de du. cau. mor. & frequẽs hæc eſt dona-
e tio, *e* quæ in his terris regulariter ſub hac forma fieri cõſueuit.

Forma libelli.

Notum ſit omnibus, quod hodierno die coram nobis Iu-
dicibus, & Scabinis, in conſtituto cunctoque iudicio compa-
ruerit N. eiusque legitima vxor N. nos rogans, vt ad ſubſe-
f quentem cauſam illi N. curatorem ad lites *f* dare, & confir-
mare vellemus. Cum itaque ipſe curam hanc ſpontaneè ſu-
ſcepe-

ADDITIONES.

a *Quia mortis mentio facienda eſt, ne alioqui donatio inter viuos cenſeatur, vt mox dicetur.*
b *Differt in eo a donatione inter viuos.*
c *Hanc ſententiam, vt communem ſequitur Accurſius, & Aretinus hic, & nominatim in leg. Seia, §. 1. in verbo videri, quam ibi ſequuntur Bart. Alber. Ang. Caſt. Imol. & alij, ff. de donat. mor. cau. Iaſ. in l. quæ dotis, ff. ſol. matr. vide tamen hic Rumin. & Nomum in verbo, ſi quid humanitus.*
d *Donatio cauſa mortis facta ea lege, vt non reuocetur, eſt donatio inter viuos, non autem cauſa mortis. Et hanc communẽ opin. refert Did. Rub de teſt par. 2. Natta conſ. 114. Hæc enim qualitas ſcilicet, quod ſit irreuocabilis, adeo repugnat ipſi donationi cauſa mortis, vt cum ea ſtare non poſsit. Et proinde verba illa, mortis cauſa, donationi tali inſerta præſumuntur, non quod mortis cauſa donator voluerit donare, ſed vt oſtenderet, ſe permotum fuiſſe ad donandum ob cauſam mortis, & ita Clar. 4. Sent. §. donatio, q. 4. in fin.*
e *Cauſa mortis, ſ. vt ſubiecta forma commonſtrat, quamquam reciprocũ inter coniuges etiam viuos valere quidã contendãt. Tiraq. l. ſi vnquam, verb donatione, num. 94. Cod. de reuoc. don. odioſa tamen ſunt hæ donationes per quas legitimis heredibus ſucceſsio auferetur, gl. art. 52. & 31. lib. 1. & conſtit. 23. par. 2.*
f *Aut potius ad hunc actum gerendum, neque enim hic lis vlla eſt, ſed ſpontaneus contractus. Sic curator dotis dandæ, ac promittendæ conſtituitur, l. quæro, 60. l. ſiue generalis ſit curator, l. 61. ff. de iur. dot. augendæ, mutandæ, leg. non tantum ad dotem dandam, 7. ff. de tut. dat.*

Digitized by Google

ſceperit, nos dictum N. præfatę mulieri N. ad húc actum cu-
ratorem dedimus, ac cóſirmauimus. Exinde maritus eius N.
initio nobis proponi curauit, quod poſteaquam ipſe cum di-
cta N. in matrimonio per aliquot annos vixerit, nec Opti-
mus Maximus Deus id vlla prole bearit, ipſa tamen nihilo-
minus in adminiſtratione rei familiaris multos labores ſuſti
nuerit, ac omné operam ad amplificandá, & augendam ean-
dem contulerit, ad hæc ſibi ægrotanti fideliter ſeruierit, atq;
in omnibus, vt honeſtę, ac probæ vxori conuenit, ſeſe geſſe-
rit: ideò ſeſe conſtituiſſe pro remuneratione huiuſmodi fidei,
ac operæ, ei omnia bona ſua mobilia, & immobilia donatio-
ne cauſa mortis concedere, atq; relinquere, relinquendo, cô-
cedendo ac tradendo eadem, prout in optima, atque firmiſ-
ſima forma fieri poſſit, ac debeat donationis cauſa mortis,
hoc modo: ſi ſe pręmori contigerit, quod N. omnia iſta bona
iure proprietario, vigore huius donationis habere, ac retine-
re debeat, exceptis 300. florenis, de quibus liberam teſtandi,
ac diſponendi facultatem ſibi reſeruat. Hác donationem di-
cta N. præſens, atque coram á marito in ſe collatam, gratam,
acceptamque habens viciſſim per curatorem ſuum proponi
fecit. Quod poſteaquam dilectus ipſius maritus, prout hone-
ſtum, ac probum coniugem decet, ipſam liberaliter tractarit
placide, concorditer, atque Chriſtiane cum ipſa vixerit, ipſa
reciproca donatione omnia ſua bona mobilia, & immobilia
coniugi ſuo N contulerit, prout etiam per curatorem ſuum,
ea titulo donationis cauſa mortis in ipſum cóſert, appropriat
atq; donat, ſibi ſimiliter reſeruando liberá facultaté de 300.
florenis diſponendi. Quá donationem curatoria eius expreſ-
ſo cóſenſu, & authoritate firmatá, maritus acceptauit, ac vtra-
que parte petente, vt nos hác donationem, placito, atque de-
creto noſtro roboremus, nos æquitate petitionis ipſorú pon-
derata, iudiciali noſtro decreto dictam donationem confir-
mauimus eaque placito noſtro muniuimus. Actú anno, &c.

Qui poſſunt mortis cauſa donare?

8 Donationem hanc poteſt facere, omnis qui teſtamentum
facere poteſt, licet non faciat. Omnes igitur, qui teſtari pro-
a hibentur, vt eſt impubes, furioſus, ſeruus, condemnatus *a* ad
mortem, &c. de quib. inf. quibus nô eſt permiſſu fac. teſt. mor
tis cauſa donare non poſſunt, l. tam is, iuncta gl. ibi, ff. eod. &
in l. 3. in princ. ff. de tut. & rat. diſt. Excepto filiofamilias, qui,
licet teſtamenti factionem actiuam non habeat, etiam ſi pa-
ter ei hoc permittat l. qui in poteſtate, ff de teſtam. mortis ta-
men cauſa donationem facere poteſt, ſi patris, in cuius pote-
ſtate eſt authoritas, & conſenſus interueniat, d. l. tam is, §. 1. ff.
b eod. Et ratio diuerſitatis aſſignatur ibi per Doct. quia *b* vlti-
ma voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio, l. illa inſti-
tutio, ff. de hęred. inſt. & licet donatio ſapiat naturam vltimæ
voluntatis, quantum ſcilicet ad eius perfectionem, quia non
recipit perfectionem niſi morte ſecuta, poteſt ex ſola pœni-
tentia reuocari, ſicut alia vltima voluntas, vt infrà dicetur, ta
men magis ſapit naturam côtractus, vt notat gl. in l. 2. ſuper
verbo, legatum, ff. de dot. præleg quem ſcilicet ad modum, &
formam, quia præſentia, & conſenſus vtriuſque requiritur, l.
Inter mortis, ff. eodem, & olim non niſi ſtipulatione fiebat, &
contractus ex alieno arbitrio pendere poſſunt, l. ſi quis arbi-
tratu, ff. de verb. oblig. § item precium, infr. de emptio. Circa
hoc oritur dubiú, pone, filiuſfamilias condidit teſtamentum
patre conſentiente, & appoſuit illam clauſulam codicillaré.
Si non valet iure teſtaméti, valeat, vt codicillus, vel alio me-
liori modo, quo de iure valere poteſt, & quia non valet teſta-
mentum, cum filiuſfamilias etiam patre conſentiente teſtari
nequeat, d. l. qui in poteſtate, an valeat ſaltem, vt donatio cau
ſa mortis. Sal in l. ſenium, C. qui teſt. fac. poſſ Ang & Porc. in
princ. inſ quibus non eſt permiſ teſt concludunt, quod nec,
vt donatio cauſa mortis valeat: nam ad hoc, vt filiuſfamilias
mortis cauſa donare poſſit, requiritur vt à patre ſpecifice, &
expreſſe ei côcedatur, l filiosfamilias, §. patri, ff. de don. Quod
intelligatis procedere, ſi ſimpliciter fuerit adiecta clauſula co
dicillaris: ſecus ſi, & hoc fuerit additum vt valeat, tamquam
donatio cauſa mortis, nam tunc ſi pater conſenſit, & pars, cui
ſic relinquitur in illa vltima volútate, ſit pręſens, & acceptet,
valebit, vt donatio cauſa mortis. De quo vide omninò Bald.
& ibi additio in d. l. ſenium, num. 4.

Quis donare, & quibus donari poteſt cauſa mortis?

10 Sicut omnes, qui teſtamenti factioné actiuam habét, mor
tis cauſa donare poſſunt, ita omnibus qui teſtaméti factioné
paſſiuam habent, id eſt, qui in teſtamento hęredes inſtitui, &
quibus legata relinqui poſſunt, etiam mortis cauſa donari po
teſt, l. omnibus, & d. l. Senatus, in princ. & ibi Bart. ff. eod. licet
ipſi teſtamenti factionem actiuam, ſed ius teſtandi non ha-
beant. Vnde filiuſfamilias, impubes, item ſeruus, licet teſta-
mentum condere nequeant, infr. in ſi quibus non eſt permiſ.
fac. teſt. hæredes tamen inſtitui poſſunt, vt infr de hær. inſt &
ſimiliter eis legata relinqui. & mortis cauſa donationes fieri
poſſunt, §. legari, infr. de legat. Omnes igitur legata accipere
poſſunt, qui expreſſe à iure non prohibentur, de quib. eſt glo.
ordinaria in d. §. legari. Prohibentur enim legata accipere. I.
11 Deportati. l. 1. C. de hæred. inſt. II. Damnati in metallum, etiá
ſi poſt teſtamentum, vel legatum relictum in metallum dá-
nentur, vt eſt tex. in leg. ſi in metallum, ff. de his quæ pro non
ſcript. hab. III. Hæretici, l. Manichæos, C. de Hęretic. IV. Apo-
ſtatæ, l. hi, qui ſanctam C. de apoſt. V. Filij eorum, qui crimen
læſæ maieſtatis commiſerunt, l. quiſquis, §. filij, C. ad leg. Iul.
maieſt. VI. Collegium illicitum, l. collegium, C. de hær. inſtit.
VII. Mulier nubés infra annum luctus, l. 1 C. de ſec. nup. Hoc
tamen hodie de iure Canonico eſt correctum, ex authorita-
te iuris diuini, c. penult. & ſi de ſec. nupt. de quo videre ple-
nius gl. & Doct in d. §. legari, inf. de legat. VIII. Nati ex ince-
ſtuoſo, & damnato coitu. Auth. ex côplexu, C. de inceſt. nupt.
Prædictis igitur perſonis, nec mortis cauſa donari poteſt, per
12 regulam d. l. omnibus, & d. l. Senatus, ff. eod. Et nota, quòd ca-
pacitas, vel incapacitas donatarij inſpicitur tempore mortis,
non tempore donationis, l. in mortis, ff. eod.

c *Qualiter c fit donatio cauſa mortis?*

13 Rolandinus in tract. de don. cauſa mortis, tribus modis eá
fieri poſſe docet. I. Traditione, quando ſcilicet donatio inci-
pit a traditione, ita ſcilicet mente, & volútate donátis, vt poſt
eius morté donatarius retineat II. Stipulatione, l. 2. ibi *ſtipula-*
d *ri poſſe*, C. eod. III. Nudo *d* pacto, cum hodie donationes nu-
do pacto fieri poſſunt, d. l. ſi quis argentum, §. ſi C. de don. Ité
poteſt fieri in ſcriptis, quando ſuper tali donatione côficitur
ſcriptura, vel inſtrumétum, manu Notarij, vel alterius etiam
priuati confectú, neque enim publica perſona ad hoc requi-
ritur, dummodò interueniant quinque teſtes, l ſi C. eo Item,
ſine ſcriptura priuata fieri poteſt, in pręſentia quinque teſtiú,
d. l. fin. Et ex his reſponderi ad quęſtionem poteſt: *An in do-*
natione cauſa mortis, præſertim ſi excedat ſummam 300. au-
reorum requiratur inſinuatio apud acta iudicij, vt fiat coram
iudice. Et licet Bar. in l. donatio, C. de dona. ex tex ibi colligat
donationé cauſa mortis debere inſinuari: tamen in l. fi. C eo.
inquit, per d l. fin. eſſe correctam, d. l. donatio. Eſtque veritas,
quod donatio cauſa mortis poteſt fieri abſque illa inſinuatio-
ne, cuiuſcumque ſit ſummę, dummodo fiat in pręſentia quin
que teſtium, vt non ſit diſſimilis vltimæ voluntati, ita eſt tex.
expreſ. in d. l. fin. Item dubitatur, cum de iure Saxonico certę
ſolemnitates in donatione requirantur, præſertim ſi fiat de
bonis immobilibus, quia tunc debet fieri in loco iudicij co-
ram iudice, ſub quo illa bona ſita ſunt, an huiuſmodi ſolem-
nitates etiam in donatione cauſa mortis neceſſariæ ſint.
Et bre-

ADDITIONES.

a *Quid? an vſurarius poteſt donare cauſa mortis? Varias ſuper*
ea re opiniones vide apud Clar. lib. Sentent. §. donatio, quæſt. 7.
b *Filiuſfamilias conſenſu patris ſui mortis cauſa donare poteſt,*
l. tá is, ff eod. Et tamen eius conſenſu teſtari non poteſt, quia (vt
hic dicitur) teſtamentum nô poteſt pendere ex alieno arbitrio:
contractus vero ſic, l. vlt. C. de contrah. empt. l. iam ex contra-
ctibus, ff. de iud. Atqui donatio mortis cauſa vltimæ voluntati
accedit quoque, vt infra pluribus dicetur? Et ita eſt. Sed hoc ca-
ſu noſtro, ab ea comparatione diſcedimus, & eam potius am-
plectimur, ac ſequimur quæ donationem mortis cauſa exæquat
côtractus. Hanc mediam viam tenet, & tradit Alberic. in leg.
tam is, in fine, ff. de donat. cauſ. mort. & Ioannes à Monte Spe
rello in l. penult. C. qui teſt. fac Cæterum de hac quæſtione, vtrú
filiuſfamilias poſſit cauſa mortis donare adde quæ infr. notan-
tur tit. Quibus non eſt permiſſum facere teſtament. in princ.
c *Cauſa huius donationis eſt traditio, ſtipulatio, pactum conſen-*
ſus vtriuſque coram quinque teſtibus, ſiue ea fiat per nuncupa-
tionem, ſiue per ſcripturam, dummodo mors donatoris ſequa-
tur. gloſ. hic, in verbo, conſtitutio.
d *Donatio mortis cauſa (exemplo donationis inter viuos) nudo*
etiam pacto fieri poteſt, gl. in l. cum pater, §. Mæuio, in verb. do-
nabat, ff. de leg. 2. quæ gloſ. in hoc probatur ab omnibus. Nulla
enim ſubeſt ratio diuerſitatis, cur hoc caſu aliud ſit conſtituen-
dum in donatione cauſa mortis, quam in ea, quæ fit inter vi-
uos. Alex. in conſ. 113 & in l. 2. ff. de leg. 1. l. cum tempus, ff. de re
iudic. Iaſ. §. in perſonam, Inſtitut. de action.

15 Et breuiter concludite, quòd non: quia appellatio donatio-
nis, ſimpliciter intelligitur de donatione inter vinos, & non
de donatione cauſa mortis, tex. eſt notabilis in d.l. filiusfami-
16 lias, §. parti, ff. de donat. vbi dicitur: Quod ſi pater conceſſit fi-
liofamilias donare, non tamen poterit mortis cauſa donare,
niſi expreſſe ei permittat, vt mortis cauſa donare poſſit, ſed
ius Saxonicum loquitur ſimpliciter de donatione: ergo de
donatione inter viuos, ooo cauſa mortis intelligi debet præ-
ſertim cum verba ſtatutorum ſtricte, & proprie intelligi de-
beant, vt notatur in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. ſed dona-
tio inter viuos, proprie eſt donatio, & donatio cauſa mortis,
impropriè donatio eſſe dicitur, leg. 1. in princip. ff. de donat. &
hoc in ſpecie vult Bart. ibi in fi. quod ſi fiat mentio in ſtatuto
de donatione, debeat intelligi de propria, inter viuos, ſcilicet.
Pro maiori tamen cautela, vt diſputationes huiuſmodi vitē-
tur, plerumque etiam donationes cauſa mortis apud acta in-
ſinuari, & ſolemnitates iuris Saxonici adhiberi ſolent, neceſ-
ſariæ tamen non ſunt, per ea quæ iam dicta ſunt. Ex his quo-
que reſponderi poteſt ad quæſtionem hanc.

An de iure Saxonico, quis mortis cauſa donare poſſit?

17 Licet enim videatur dicendū, quod non, per tex. in *Vveichbild*, art. 65. vbi dicitur: Quod nullus vir, ſiue nulla fœmina poſ-
ſit abſque permiſſu hæredis, quidquam cauſa mortis donare,
quod valorem quinque ſolidorum excedat vel, *nach Landrecht*, quantum decumbens extra ſpondam porrigere valet,
vt eſt gl. in art. 52 lib. 1. ante fi. In contrarium tamen eſt veri-
tas, quia loquitur text. ſimpliciter ibi de donatione, ergo ſtri-
cte, & proprie de donatione inter viuos intelligi debet, non
de donatione cauſa mortis, quæ aſſimilatur voluntati, vt hic
in princ. Ex prædictis etiam illa quæſtio determinari poteſt.

An de iure Saxonico, vxor ſine conſenſu mariti poſſit alteri mortis cauſa donare?

18 Quamuis ſit text. in art. 45. lib. 1. dicens: Mulieri non licere
abſque conſenſu mariti bona ſua alicui donare, tamen quo-
que intelligi debet de donatione inter viuos, non cauſa mor-
a tis, per ſupradicta, & ita pronunciatur. *a* Et circa hoc notan-
19 dum, quod mulier bona vtenſilia, neque marito, neque alij
in præiudicium cognatæ, mortis cauſa donare poteſt, ſed in-
b ter viuos poteſt. Et ita quotidie practicatur: *b* Quod vxor non
poſſit ſine conſenſu proximioris cognatę, bona vtēſilia mor-
tis cauſa donare. Quapropter ſi in iudicio omnia ſua bona
marito donauerit, non includentur vtenſilia, ſi talia bona, ſeu
res ad ea pertinentes, non fuerint alienatæ. Et ſic mortua
vxore ad proximiorem cognatam, & non ad virum ſpectāt,
niſi tales res eſſent alienatæ, id eſt, venditæ, ſeu permutatæ.
De quo vide gl. iuris Saxon *Vveichbild*, art. 23.

Quæ requiruntur ad hoc, vt donatio cauſa mortis valeat?

20 Requiritur, I. Vt donās habeat teſtamenti factionem acti-
uam, d.l. tam is, ff. eod. II. Vt donatarius habeat teſtamenti fa-
c ctionem paſſiuam, d.l. omnib. ff. eo. III. Vt fiat *c* in ea mentio
mortis, vel alterius periculi, cuius cauſa fit, alioqui cenſetur
d donatio inter *d* viuos, vt ſup. declaratum eſt. IV. Præſentia tā
donatoris, quam donatarij requiritur, d.l. inter mortis, ff. eo.
Si enim fit per ſtipulationē neceſſaria eſt præſentia, quia ab-
ſens ſtipulari non poteſt, l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. Si verò
per traditionem fiat, tunc quoque pręſentia donatarij requi-
ritur, cui tradatur res, vel alterius vice, & nomine illius reci-
pientis. Nam quando nullum negotium hoc caſu geritur in-
ter præſentes, vel aliam perſonam interpoſitam, tunc non eſt
donatio cauſa mortis, ſed legatum, ſec. Bart. in d. l. inter mor-
tis, ff. eod. de quo latius videte poſt gl. Cin. Bal. & alios, in l. 1.
C. eod. V. Vt interueniant quinque teſtes d.l. fi. C. eod. ſicut in
qualibet alia vltima voluntate ad minus quinque teſtes re-
quiruntur, l. fin. ff. de iure codicil. neque ſcriptura, vel inſinua-
tio apud acta neceſſaria eſt, quando fit in præſentia quinque
e teſtium, d.l. fin. vt ſup. dictum eſt. *e*

Quibus ex cauſis donatio cauſa mortis reuocetur?

21 De hac quęſtione eſt tex. hic in princ. ex quo colligunt, &
notāt Doctores, donationem cauſa mortis ipſo iure reuoca-
ri ex tribus cauſis. Primum, quando donans reconualeſcit ab
infirmitate, & liberatur à periculo mortis, cuius cauſa dona-
uit ipſo iure reuocatur talis donatio, abſque alia expreſſa re-
f uocatione, *f* quod intelligatis procedere, quando donator tē-
pore, quo fecit huiuſmodi donationē, erat conſtitutus in in-
firmitate, ex qua putabat ſe moriturum, vel propter pericu-
lum, quod timebat, iturus forſam in bellum, aliquid donauit.
Superato enim morbo, vel mortis periculo, donatio ipſo iu-
re euaneſcit, & tamquam ceſſante cauſa, propter quam do-
natū eſt, intelligitur reuocata. Idem ſi initurus nauigationē,
aut iturus in bellum mortis cauſa donauit, & poſtea mutauit
propoſitum, & non nauigauit, nec profectus eſt in bellum, eo
ipſo cenſetur hæc donatio reuocata. Secus eſt, quando quis
ſanus ſola mortis cogitatione donat, & poſtea incidat in ad-
uerſam valetudinem, & reconualeſcat, non propterea reuo-
catur iſta donatio, quia non ceſſat tunc cauſa propter quam
g donauit, cum *g* non propter illam infirmitatem donauerit,
ſed propter mortem, quam ſcit ſe euitare non poſſe. Quæ
cauſa adhuc ſubeſt, vt pulchre declarant poſt alios, Paul. de
Caſtr. & Iaſ. in l. non omnis, in princ. ff. ſi certum petatur.
22 Secundo, ſola pęnitentia *h* donantis reuocatur hæc dona-
h tio: ſiue enim ſanus, ſiue in aliquo periculo exiſtens, ſiue in-
firmus, mortis cauſa donauit, & poſtea eum pęnituit, reuo-
catur donatio, textus eſt hic, iuncta gloſ. in verbo, pęnituiſſe,
& in l. qui mortis ff. eod. Ambulatoria enim eſt voluntas ho-
i minis, vſque ad extremum vitæ ſpiritum, vt dicitur *i* leg. 4. in
fine, ff. de adimendis leg. Et ſicut hæc ſine dubio procedunt
in expreſſa pœnitentia, ita in tacita, vt quia donator rem ita
donatam poſtea voluntarie alienat, quia donans alienando,
dicitur pœnitere, l. vir vxori, & l. cum hic ſtatus, § ſi maritus
ea, ff. de donationibus inter virum, & vxorem. Vnde ſi quis
donauit Titio fundum cauſa mortis, & deinde eundē fun-
dum legauit alteri pone, Seio, præfertur legatarius, quia po-
ſtea alteri legando videtur eum pœnituiſſe prioris donatio-
nis factæ, vt notatur in l. cum pater, §. mater, & ibi gloſ. ff. de
legat. 2. quia hæc donatio ſapit naturam legati, vt hic in prin-
cip. l. Marcellus, in fin. ff eodem. Sicut igitur in legatis vltima
derogant prioribus, ita, & in hac donatione, l ſi mihi, & tibi,
§. in legato, ff de leg. ſecūdo. leg. fideicommiſſa, § ſi rem, ff. de
legat. 3. Hinc D Iaſ. in d. l. non omnis, numer. 4 in fine, inquit,
quod quemadmodum legata reuocantur per inimicitias ca-
pitales, quæ poſtea interuenerunt inter teſtatorem, & le-
gatarium, l. tertia, §. fin. cum leg. ſequenti, ff. de adimen. legat.
Ita

ADDITIONES.

a *Contra nouiſſime placuit per ea quæ tradit Tiraq. de l. connub. verbo,* cōtracter, *vt ſcilicet abſque curatore ne mortis quidem cauſa donare poſſit, conſt. 1 4. par. 2. Iaſ. Rep. & Doct. l. 2. de l. 1.*
b *Adhibito curatore, & ſolemnibus conſt. 14. par. 2.*
c *Sufficit tamen, vt appareant aliqua ſigna, quod donator non voluit donare, niſi cauſa mortis, gl. in l. Seia, in verbo, cum eum ff. de don. cauſ mort.*
d *Nec poſſet reuocari, § 1. hoc eſt leg. cum maritus, § 1. C. de pac. nec Falcidia deduceretur l. vlt. C. ad leg. Falc. Et (ſi excederet ſummam 500 aureorum,) inſinuationem exigeret, l. ſancimus, Cod. de donat.*
e *Ex conſtit nulla donatio valet omnium bonorum, niſi fiat ad acta conſtit. 1 par. 3. in fin. quam ego conſtitutionem ex verbo,* Solche vber gaben aller guetet, *intellige de donatione omniū bonorum etiam Futurorum, eoq; deferre additur de donatione cauſa mortis: nam inter viuos talis etiam futurorum bonorum non valet, quoniam aufert liberam teſtandi facultatem, Doct. l. vlt. C. de pactis, vbi Bart & alij, l. ſtipulatio, 61. de verb. oblig. nam ridiculum porro foret dicere alias donationes non valere niſi coram iudice: & eſſet contra art. 43 par. 2.*
f *Non puto ſequendū cum etiam pactū de ſucceſſione valeat, niſi reuocetur, Iaſ & D. l. pactū dotale, l. licet, l. vlt. C. de pact. l. tale pact. 40. vbi Bart. & D. de pactis, vide gl. & D. l. quæ dotis, ff. ſol. matr. l. 4. vbi gl. in verbo ſpopondiſſet, ff. de doli excep. l. ſi filiofamilias, l. Senatus 35. § mortis, 2 ff. de don cauſ. mor. nō præſumitur enim mutatio voluntatis, l. cum 22. de prob. ne quidem vltimæ, l. ſancimus, C. de teſt. cuius ſpecies eſt mortis cauſa donatio gl. § ſi. verb. vltima. in Auth. de hære. & Falc. Nouel. 1.*
g *Differentia igitur tota huius quæſtionis in eo eſt poſita, vtrum donatum ſit ob metum infirmitatis, ſiue morbi periculoſi, an vero generaliter, intuitu mortalitatis in quemcumque etiam ſanum hominem ſubito incidentis: vt priore caſu donatio ſit mortis cauſa: poſteriore vero, ſimplex, & vera donatio?*
h *Quid? Num neceſſe eſt, eam reuocari quinque teſtib. præſentib. vti ea perficitur totidem teſtib. l. vlt. C. de mort. cauſ. don. l. vlt. C. de codicillis? Minime. Poteſt enim reuocari duobus tantum præſentibus, ſiue ea facta ſit per ſtipulationem, ſiue per traditionem Ancbar. conſ. 8. Dec. in l. non omnis, ff ſi certum petat.*
i *L. non videtur, ff. de mort. cauſ. donat.*

Digitized by Google

Ita etiam donatio cauſa mortis reuocatur, ſi ſuperueniāt inimicitiæ capitales ex præſumpta,& tacita pœnitentia. Prædicta tamen limitantur procedere, quando donatio cauſa mortis eſt facta ſimpliciter, ſecus ſi eſt facta irreuocabiliter, quia donator promiſit eam firmam, & ratam habere, tunc enim cenſetur donatio inter viuos, & reuocari ex pęnitentia non poteſt, vt ſupra dictum eſt, per text. in dict.l. vbi ita donatur, ff.eod. Addite Bal.in l. 2.C. de iure dot.

23 Tertiò, quando donatarius prius moritur, quam donator,
a tunc quoque ipſo iure reuocatur hęc donatio, a quia donatio cauſa mortis, viuente donatore nō tranſmittitur ad hæredes donatarij, vt hic, in princ.& d.l. non omnis, ff.ſi certum petatur, vbi D.Iaſ.num 5.infert, quod ſi quis donaret cauſa mortis Titio, & hæredibus ſuis, intelligeretur potius donatio inter viuos, quam cauſa mortis, de quo Bal.in l 2.nu.4 in fi.C. de iur.dot. Qua autē actione reuocetur, & repetatur res cauſa mortis donata, eſt text.in l. ſi mortis cauſa res donata eſt, cū l.ſeq.& ibi gl.ff.eo. Vbi ita diſtinguitur: Aut enim dominiū eſt translatum in donatarium, quia donator dedit, vt ſtatim fieret accipientis, ſed redderet, ſi conualuiſſet donator, vt in ſecunda ſpecie donationis ſupra dictū eſt, tunc repetitur vtili rei vendicatione, vel condictione ob cauſam, d.l.ſi mortis, cū l. ſeq. & toto tit.de condict. ob cauſam. Aut dominium non eſt translatum in donatarium, & tunc repetitur directa rei vendic.l. ſi mortis cauſa res In dubio autem intelligitur dominium translatum, ſec.gl ibi ſuper verbo, iam nūc, & addite Rolan. in d.tr. de donat.cauſa mortis, nu. 17.fol. 28. Et quia hæc donatio per omnia ferè legatis connumeratur, vt eſt tex.hic, in princ. ideò commodè nunc quæritur.

b *In quibus* b *conueniunt, & differant legatum, & donatio cauſa mortis?*

24 Imperator in§.fin.C.eodem, primum refert, quòd olim de mortis cauſa donatione dubitabatur, an inter vltimas voluntates, vel donationes inter viuos eſſet connumeranda. Et exploſa illa dubietate ſtatuit, hodie donationes cauſa mortis ferè per omnia vltimis voluntatibus, & legatis æquiparari, & quod omnes effectus ſortiantur, quoſcumq; vltimæ habent liberalitates, & eſt tex hinc in princ.& d.l. Marcellus, §. fin.& in l.etſi debitor, in fi.ff.eod. Sicut enim in legatis, & qualibet vltima voluntate, excepto teſtamento, ad minus quinque teſtes requirunt, l.fi.§.fi C.de iur.codic. ita quoque in donatione cauſa mortis, vt inſinuatione tunc non egeat, d.l.fi.C.eod.

Secundo, ſicut legata morte teſtatoris confirmantur, ita quoque hæc donatio ſecundum gloſ. hic, in princ.ſuper verb. ad exemplum Nam ante mortem donatoris ex ſola pęnitentia reuocari poteſt, vt hic, in princ. cum ambulatoria ſit voluntas hominis, vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum, vt in l.4. in fi.ff.de adimen.legat.

Tertio, ſicut in alijs vltimis voluntatibus ita quoque in donatione cauſa mortis, ius accreſcendi locum habet, l. vnica,§ fi.C.de caduc.tollen.& not in l.re coniuncti, ff ad leg. 3.

Quarto, ſicut de legatis detrahitur Falcid. vt in ff. & C. ad leg.Falc.ita quoque de donatione cauſa mortis, l.ſi mortis & l.in donationibus, & l.ſi quis, §.fi.C.ad l. Falcidiam. Vnde Lipſenſes pronunciant, quando donatio cauſa mortis eſt facta inter maritum, & vxorem de omnibus bonis, quod tunc frater, & alius hæres, qui ab inteſtato ad defuncti donatoris hęreditatem vocatur, poteſt ratione l.Falcidiæ, nihilominus detrahere quartam partem de omnibus bonis ipſius defuncti donatoris, niſi donator prohibuerit detrahere Falicidiā. Vnde pro vitandis diſputationibus, pro cautela notabitis, quod ſemper in huiuſmodi donationibus cauſa mortis, adijciatur illa clauſula: *Quod de rebus ſic donatis Falcidia detrahi non debeat*.iux. Authen.Sed cum teſtato, C.ad leg.Falcid.

Quinto, ſicut legata relicta à debitore, qui non eſt ſoluendo, ſunt inutilia, nec valent in pręiudicium creditorum, leg.ſi vniuerſæ, Cod. de legatis, ita nec donatio cauſa mortis valet, quin ea à creditoribus reuocari poſſit, d.l.etſi debitor, ff.eod.

Sexto, Quemadmodum legatum recta via à die mortis teſtatoris tranſit in legatarium, l.additio, in fi.ff.de furtis & l. legatum ita, ff de l.a. Ita quoque in donatione cauſa mortis,
c dominium ipſo iure transfertur in donatarium abſq; c traditione, l. t.in fi.iuncta l.ſeq ff.de Publiciana in rem act.

Septimo, Sicut per teſtamentum pro contra tabulas bonorum poſſeſſione conſeruantur legata relicta coniunctis perſonis enumeratis in lege prima, & toto titulo, ff.de lega. præſtandis: ita quoque in donatione cauſa mortis, l.tertia, in princ.ff de legat præſtandis.

Octauo, Sicut hęredibus, & legatarijs, ita & donatarijs cauſa mortis ſubſtitui poteſt, l.vt hæredibus, ff.de leg.2. l.2. & ibi Cinus, C.eodem.

Nono, Hi tantū mortis cauſare donare poſſunt, qui & legare, & teſtamentum condere poſſunt, & his tantum donari poteſt, quibus hæreditas, vel legata relinqui poſſunt, vt ſupra dictum. In pluribus autem hæc ſpecies donationis differt à
25 legato, & vltima volunt. I. Quod legatum abſenti, & ignorāti relinqui poteſt. In donatione verò cauſa mortis, præſentia, tā donatarij, quam donātis requiritur, d.l.inter mortis, ff. eo. & ſupradictū eſt. II. Licet filiusfamilias teſtari nequeat, mortis tamen cauſa, permittente patre, donare poteſt, d.l.tam is, §.1.ff.eo. III. Legatum ab hærede præſtatum, §.1.infr.de leg. Sed res mortis cauſa donata, quandoque ab ipſo donatore, quandoq; ab herede, vel alio præſtatur, ſec.gl. hic in verb.ferè, & gl.in d.l. Marcellus, ff.eod. IV. Accuſans teſtamentum de falſo, perdit legatum ſibi in teſtamento relictum, non autem donationem cauſa mortis, quia donatio morte confirmatur, non per teſtamentum, l. poſt legatum, §.qui principale, iunct. ver l.qui mortis, ff.de his, quibus, vt indignis. V. Donatio cauſa mortis, ipſo iure reuocatur, per reconualeſcentiam donātis, vt ſup.dictū. Secus eſt in legato, vel alia vltima voluntate. Nā pone, quod quis conſtitutus in graui infirmitate, credens ſe ex ea moriturum, fecit teſtamentum, & reliquit legatum, ſi poſtea reconualuerit, non propterea ipſo iure teſtamentum reuocatum intelligitur, nec legata in eo relicta cenſentur reuocata niſi de contraria voluntate teſtatoris conſtet. Quod enim, non mutatur, quæ reſtare prohibeatur? vt dicitur in leg. ſancimus, in princ.C.de teſtam. & addite Iaſ. in d.l.non omnis, nu. t.ff.ſi cert.pet. Et de alijs differentijs inter hanc donationem, & legatum, videte per Doct. poſt gl. hic in verbo, ferè, & in d.l.fi.C.eod.& in d.l.Marcellus, ff.eod.&c.

ADDITIONES.

a *D.l.ſi filiofamilias, 75.l.fi. de donat.cauſ.mort.§ ſi coniunctim Inſtit.de leg.l.5.quando dies leg.*

b *Donatio cauſa mortis magis comparanda eſt vltimis voluntatibus, (ipſo effectu, & ipſa efficacia,) quam contractibus, & ita Marſilius, ſing.136.communem eſſe ait. Ipſo vero modo, & ipſa ordinatione, quid? Plerique putant contractui accedere, per gl.l 2.in verb.legatorum, ff.de dote prælegata, minus verè. Nam in contractibus duo teſtes ſufficiunt, cum tamen in donatione cauſa mortis quinque requirantur, l.vlt.in fi. C. de codicil.vide Manticam 1. de conect.vltimarum volunt.cap.11. & 12.Clarum 4.Sentent.§ donatio,c.5.*

c *Et ſicut pro legatis datur rei vendic.§.ſed olim, inſ. de leg. ita & donatario mortis cauſa, l.ſi mortis cauſa res, l.ſi mortis cauſa donatio, ff.de don.cauſ.mor. Is eſt enim effectus dominij ſine traditione etiam tranſlati, gl.in leg.2.per illum text.ff.de publ. Id ex eo etiam probatur, quod hæc donatio omnes effectus ſortitur, quas vltima habent voluntates. Ex his omnibus ſequitur huius donationis nomine hypothecariam competere, ſicuti & pro legatis datur, § 2.infra de legat.l.1.§ 1.C. commu.de legat. Ratio ſuperioris ſententiæ ſatis eſt manifeſta, quæ poſita eſt in identitate rationis. Eadem ratio tacitam hic hypothecam tribuit, quæ legatis, nimirum, vt perſona per defunctum honorata omni modo relictum percipiāt, d.l 1.§.ſi enim teſtator, C. com. de leg. Ergo ius idem eſſe debet, l.illud, ff.ad leg. Aquil.*

DE DONATIONE INTER VIVOS.

§. Aliæ autem.

1 *Donatio inter viuos qua intentione fiat, & num.3.*
2 *Quare inter viuos appelletur.*
4 *Quomodo perficiatur.*
5 *Quæ ad hanc donationem requirantur.*
6 *Scriptura quando ad donationem non neceſſaria.*
7 *Inſinuatio quid.*
8 *Quare inſinuationis ſolemnitas adhibeatur.*
9 *Quare decretum iudicis requiratur.*
10 *Quando, & quomodo inſinuatio donationis domi fieri poſſit.*
11 *Coram quo iudice.*
12 *Quo tempore.*
13 *An teſtes inſinuationi adhibendi ſint.*
14 *Donatio excedens 500.ſolidos inſinuanda. nu. 17.18. 19.21. 22 & 26.*
15 *Legibus, ſolemnitatem in actibus hominum inducentibus, renunciari non poteſt.*
16 *Quando iuri poſſit renunciari. Item quod iuramento inſinuationi renunciari poſſit.*
20 *Donatio annua quantitatis legitimum modum non excedens, an inſinuanda.*

23 *Solidus in iure,quomodo accipiatur,& vnde dictus.*
24 *Aureus,quo hodie vtimur veteri ſolido eſt ſubrogatus.*
25 *Solidi valor in pœnalibus cum veteri conuenit.*
27 *Quando in donatione excedẽtes quingentos ſolido inſinuatio non ſit neceſſaria,& nu.28.29.30.32.33.36.37.38.& 39.*
31 *An in donatione inferioris à Principe excedente legitimum modum ſit neceſſaria inſinuatio.*
34 *Quæ requirantur,vt donatio cenſeatur remuneratoria.*
35 *Quando donatio remuneratoria nõ requirat inſinuationem.*
40 *Quæ de iure Saxonico requirantur, vt donatio inter viuos valeat.*
41 *Quomodo bona immobilia,& mobilia donari ſoleãt,n.42.44*
43 *De iure ciuili non diſtinguitur inter bona progenitorum, & induſtria donantis comparatorum.*
45 *In quib.donationib.ſolẽnitate iuris Saxo.non ſint neceſſaria.*
46 *Donare inter viuos qui poſſint.*
47 *Qui donare prohibeantur,& nu 49.51.& 52.*
48 *Filiusfamilias quando donare poſſit.*
50 *An donatione eius,qui capitale crimen commiſit, ante vel poſt ſententiam facta valeat.*
53 *Virgines, & vidua, an ſine tutore de iure Saxonico donare poſſint.*
54 *An ſine tutore in iudicio comparere poſſint.*
55 *Quibus inter viuos donari poſſint.*
56 *Miles armata,& cæleſtis militia ſocariæ, ſeu concubinæ donare prohibetur.*
57 *An & quando donatio inter virum, & vxorem conſtante matrimonio valeat,& nu.58.59.60.61.62.63.& 64.*
65 *Donatio inter coniuges,quando confirmetur,aut euaneſcat.*
66 *Donatio filiofamilias a patre facta, an, & quando ſubſiſtat, & nu.67.68.69.70.71.72.73.74.76.& 77.*
75 *Expenſa quas pater pro filio ſtudente fecit, an tempore diuiſionis ſint conferenda.*
78 *Mater an filio donare poſſit.*
79 *Donatio ſimplex filio a patre facta, an poſt mortem patris in diuiſione conferatur.*
80 *Donatio ob cauſam,ad quã pater iure tenetur,an conferatur.*
81 *Donatio qua defraudas filios legitima, an, & quatenus reuocetur,& num.82.*
83 *Quæ res donari poſsint.*
84 *An res aliena donari poſsit.*
85 *Donator an teneatur de euictione.*
86 *Donatio omnium bonorum,an valeat,& n.88. 92.93. & 94.*
87 *Fieri contra bonos mores varie quid dicitur.*
89 *In donatione omnium bonorum futurorum, & præſentium, quæ veniant.*
90 *Quæ in donatione omnium bonorum,mobilium, & immobilium,futurorum,& præſentium.*
91 *Donatio omnium bonorum ſimpliciter facta an valeat.*
95 *Donatore ab inteſtato decedente, & non diſponente de bonis reſeruatis,an portio reſeruata donatario accreſcat.*

1 DE hac ſpecie donationis loquitur,tit.in ff & C.de donat,
quæ nõ mortis conſideratione fit,nec legatis ęquipata-
tur,vt morte donantis demũ ſecura ſortiatur effectũ,ſed quę
animo liberali fit,ea intentione,& propoſito,vt ſtatim,vel in
euentũ alicuius conditionis,aut tẽporis,viuente donatore ip
ſius rei donatæ,dominiũ irreuocabiliter tranſeat in accipien-
tẽ,& ideo inter viuos donatio appellatur. Quod viuente do-
2 natore ſortitur effectũ,vt hic.Et aliquãdo fit ob cauſam,vt re
3 muneratoria donatio,aliquãdo vero nullã aliam ob cauſam,
quam vt munificentiam,& liberalitatem exerceat donans,&
ea propriè donatio dicitur,quæ nullo iure cogente fit, ſed ex
ſola liberalitate donantis proficiſcitur,l.1.in princ.ff.eo.Et ex
4 vtriuſq; donantis,ſcilicet,& donatarij conſenſu *a* perficitur,
a ſtatim quando donator ſuã voluntatem ſcriptis,aut ſine ſcri-
ptis manifeſtauerit,licet rem ſtatim non tradat,neceſſitas ta-
mẽ tradendi ei incũbit,vt hic.Et quãuis olim ſtipulatio requi
rebatur,aut rei traditio,hodie tamen ſola volũtate,ſeu nudo
pacto perficitur,ita quod donatario ad cõſequendũ id, quod
donarũ eſt datur,vel conditio certi ex ſtipulatione,ſi qua in-
terceſſit,vel condictio ex lege, ſi nudum tantum pactum de
donando interuenit,vt eſt tex.in d.l ſi quis argentum, §.pen,
cum ibi not.C.eod.& ſup.in princip.tituli noſtri dictum eſt,

Quæ requiruntur ad donationem inter viuos?

5 De iure ciuili ad huiuſmodi donationem certę ſolemnita-
tes non ſic requiruntur,cum etiam nudo pacto, & ſine ſcri-
ptura fieri poſſit. Requiruntur tamen primum,vt is qui do-
nat liberam habeat ſuorum bonorum adminiſtrationem, &
à lege donare non prohibeatur,de quò infra,qui donare poſ-
ſunt dicemus.

6 Secundò,licet ſcriptura ad donationem non ſit neceſſaria,
tamen hoc limitatur,quando non excedit ſummam 500. au-
reorum.Si enim exceſſit 500. ſolidos, tunc inſinuatio neceſ-
7 ſaria eſt,vt hic,& l.penult.in fin.C.eod Eſt autem inſinuatio,
ſec.Bart.in l.Modeſtinus,ff.eod. facere donationem redigi in
b ſcriptis,apud acta coram *b* iudice,quãdo ſcilicet donator co-
ram iudice, declarat ſuam volũtatem donandi,eiuſq; aſſen-
ſum, & authoritatem requirit, & petit ad acta iudicij redigi,
& ſcripturam ſuper ea confici, iuxta formam, in l. donatio,
in fin. & l. in donationibus,C.eod. vt ſcilicet nomen tam do-
natoris,quam donatarij, & res donata in ſcriptura exprima-
8 tur. Et hæc ſolemnitas propter duas cauſas adhibeatur, ſec.
c Bar.in d.l Modeſtinus, Primo, ne fiat *c* clam,& homines de-
ſpiciantur,l.data,C.eod.in his enim,quæ coram iudice fiunt,
dolus & metus abeſſe præſumitur, l.1.cum not. C. de præd.
min.Secunda,quia in magnis quantitatibus maior obſeruan-
tia exigitur,l.ſi.iuncta Auth ſeq.Cod. ſi certum petatur. Vbi
enim maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum, vt dici-
tur in c.vbi,de elect. in 6. Et voluerunt iura prouidere,ne
quis effundere poſſit patrimonium ſuum inconſulto iudice,
d *d* per viam indiſcretæ donationis,cum donare ſit perdere, vt
dicitur in d.l. filiusfamilias,ff.eod.De quo Ferrar.in forma li-
belli,pro donatione,ſuper verbo ſolemniter, nu. 12. Nec ta-
9 men propterea requiritur decretum iudicis, ſed ſimpliciter
eius præſentia,& conſenſus ſufficit: Nam quando fit in præ-
ſentia iudicis, in iudicio ſatis dicitur inſinuari,abſque alia in-
terpoſitioni decreti,ſec.Bart.in d.l Modeſtinus,per text.in l.
omnium,C.de teſtam.Addite Plat.& Angel. & Ferrar.ſuper
d.verbo ſolemniter; qui ſubijcit, conſultius fieri, ſi per publi-
cum Scribam, vel Notarium reponatur illa clauſula, quòd
ſuper omnibus iſtis iudex authoritatem ſuam, & decretum
interpoſuit,ſicut etiam plerumque fieri ſolet. Et notandum,
10 quod inſinuatio donationis poteſt etiam fieri in domo ip-
ſius donatori coram iudice ex cauſa, vt quia donator eſt in-
11 firmus, & non poteſt adire iudicem ſedentem pro tribunali,
Dicitur enim quoque illa donatio ſic facta coram iudice
conſentiente,& authoritatem ſuam interponente,inſinuata,
quia hoc eſt voluntariæ iuriſdictionis ſec.Bald.in l.generali-
ter,§.in omnibus,C.de rebus credit. Item,coram quocumq;
iudice,etiam cui donator non eſt ſubiectus,nec res donata
ſubeſt,inſinuatio fieri poteſt, quia in mera donatoris volun-
tate conſiſtit,d.l.data,in fin.& l.in hac,Cod.eod. Dummodo
ordinariam ſaltem habeat iuriſdictionem a lege,ſcilicet, vel
Imperatore, vel vniuerſitate conceſſa, ſecundum Ferrarienſ.
in d.verbo,ſolemniter,num.2.in fine. Tutius tamen eſſet fie-
ri inſinuationem coram iudice competente, cui ſcilicet, vel
donans, vel res donata eſt ſubiecta per rationes quas addu-
cit Guid. Pap in q. 325, De iure verò Saxon.donatio rerum
immobilium,cuiuſcumq; valoris fuerint,corã eo iudice, vel
magiſtratu fieri debet, in cuius territorio bona illa ſita ſunt,
alias donatio eſt inualida. *Lan drecht*,l.1. art.52.iunct.glo. ſu-
12 per verb.*In allen Staetten* Præterea non requiritur, vt inſi-
nuatio fiat tempore donationis, quia ſufficiat eam fieri etiã
ex interuallo,poſt donationẽ extra iudicium,& ſine actis fa-
ctam,ſec.Bart.in d.l.Modeſtinus,per tex.in l.fin.§ ſimili mo-
do,C.de don.ante nup & Ferrar.in d verb.ſolemniter,nu.vn
53 decimo.Neque in donationibus,*e* quæ in actis inſinuantur,
e neceſſe eſt vicinos,vel alios teſtes adhibere. Superfluũ enim
eſt priuatum teſtimonium,cum publica, documẽta ſufficiãt,
vt dicitur in dict.l.in donationibus, Cod.eod. Et confeſſioni
f quæ probatur per acta,eſt ſtandum,l.quidam in iure, ff.eod.
Dicit

ADDITIONES.

a *An etiam tacito: vt donatio interdum tacite præſumatur, vide Concenatium 2.queſt.6.*
b *Ordinario,ſcilicet nec neceſſe eſt adhibere teſtes, l.data, leg.in donationibus,C.de donat.Nec neceſſe eſt decretum interponi, l.vlt.C.de præd.curial.l.10. Et poteſt fieri inſinuatio poſt donationem,l.1.C.de donat.ante nupt.*
c *Inſinuationis neceſsitas introducta propter has duas cauſas, Primo, ne donationes extorqueantur per metum, quia metus ceſſat in iudicio,l.1.C.de his qui propter met.iudic. non appell. l.non eſt veriſimile,ff.de eo quod met.cauſa. Secundo, ne fiant fraudes in donatione, id eſt, ne decipiatur ſiue ve male vtatur, tam repente is qui donat.Nam donare eſt perdere.*
d *Obſtat quod noſtri Angel.& Doctor.hic tradunt, non requiri cauſæ cognitionem.*
e *Etiam ceteris contractibus, Salicet. & Doctor.l. contractus, 14.de fide inſtrument.*

Dicit tamen Salic. in d. leg. in donationibus, cautelam eſſe, vt
14 etiam inſinuationi teſtes adhibeantur. Porro hæc concluſio,
quod donatio excedens 500. ſolidos, requirat inſinuationem,
ampliatur procedere. I. Etiam ſi donatio incœpit à traditione
ſecundum Bart. in d. leg. Modeſtinus. II. Ampliatur, quod nec
per partes legib. quæ de inſinuatione loquuntur, renunciari
a poſſit, *a* nec per talem renunciationem confirmetur donatio,
ſecundum Cin. & alios in l. ſi quis pro redemptione, C. eod. &
15 Bart. in d. l. Modeſtinus. Eſtque ratio, quia illis legibus, quæ
inducunt certam ſolemnitatem in actibus hominum, & pro-
hibent contractus, vel diſpoſitiones ſine certa ſolemnitate
fieri, renunciari non poteſt, l. nemo poteſt, ff. de legat. 1 & l.
quidam decedens, in princip. ff. de adminiſtr. tut. Et quia leges
prohibent fieri donationes excedentes 500. ſolidos, ſine inſi-
nuatione, ne committantur fraudes, non poteſt illis ſic renũ-
ciari, facit gloſ. & ibi not. in l. 1. ſuper verb. vir, in fine, C. ne fi-
deiuſ. dot. dentur. Neque obſtat, quod quilibet fauori pro ſe
introducto renunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo, C. de
pact. Quia inſinuatio non tantum in fauorem donantis, ſed a-
liorum quoque introducta eſt, ne ſcilicet fraudes committã-
tur, in d. l. data, C. eod. quod publicam etiam vtilitatem con-
16 cernit. Et de renunciatione, an, & quando iuri renũciari poſ-
ſit, videte gl. ſing. & ord. §. quia vero ſuper verb. Senatuſconſ.
in Auth. vt ſine prohibitione matres debitrices, & creditrices
tut. ger. min. Quod autem inſinuationi renunciari poſſit, cum
b *b* iuramento, plenè tradit Guido Papa, q. 350. per *c* regulam c.
c cum contingat, de iureiur. III. Ampliatur, vt non ſolum inter
17 coniunctas perſonas inſinuatio donationis excedentis legiti-
mam ſummam requiratur, cum clandeſtinis, & domeſticis
fraudibus, quibus pro negotij opportunitate confingi, & id
quod verè geſtum eſt, aboleri poſſit, vt dicitur in d. l. data, C.
18 eodem. IV. Quando quis donat vni plures res eodem tempo-
re, licet in inſtrumento donationis dicatur, quod tot donatio-
nes intelligantur, quot ſunt res: ſi tamen omnes coaceruatæ
excedunt ſummam 500. ſolidorũ, talis cautela nihil operatur,
quia donatio in ſumma excedente 500. aureos abſque inſi-
nuatione non valeat, d. l. ſancimus, §. ſi quis autem per diuerſa
tempora, per argumentum à contrario ſenſu, C. eod. vbi Cin.
19 & Salic. & Bar. in d. l. Modeſtinus. V. Pro ampliatione dubi-
tatur de donatione annuæ quantitatis, quæ legitimum mo-
dum non excedit ſingulis annis, vt quia quis promiſit alteri
20 annua decem, donec viuit, an inſinuatione egeat? Et Impe-
rator in d. leg. ſancimus, §. ſi quis autem in effectu diſtinguit
quinque caſus. 1. Quandoque quis promittitur pro ſe, & hæ-
redibus ſuis dare 10 annos Titio, & eius hæredibus. 2. Quan-
doque quis promittit pro ſe, & hæredibus ſuis 10. annua Ti-
tio. donec viuit, 3. Quandoque quis promittit, donec ipſe
promittens viuit dare 10. annua Titio, & eius hæredibus. Et
his caſibus, vbi ſic eſt facta mentio hæredum, vel donatoris,
vel donatarij, cenſetur vna, & perpetua donatio, quæ cumu-
lata legitimum modum excedere intelligitur, ita, vt inſinua-
tione tunc opus ſit. 4. Quandoque quis promittit, dare 10.
annua Titio, quoad viuit. 5. Quandoque quis promittit, do-
nec ipſe promittens viuit, dare 10. annua Titio. His duobus
caſibus, vbi à neutra parte eſt facta mentio hæredis, non in-
telligitur hæc donatio excedere legitimam ſummam, pro-
pter incertum vitæ exitum. Cum poſſibile ſit vnius anni tan-
tummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis me-
tas ſuperuiuere, vel donatorem, vel eum qui donationem ac-
cepit vt dicitur in dicto § ſi qui autem. Vbi poſt alios videte
Salic. & Ferrar. in d. forma libelli, ſuper verb. ſolemniter, nu-
21 mero 4. VI. Donatio facta Eccleſiæ, vel *d* ciuitati, vel ad
d alias pias cauſas, excedens 500. ſolidos, inſinuationem quoq;
ad eius validitatem requirit, text. eſt in d. l. ſancimus, §. alias,
C. eod. & in l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Licet enim ma-
gnus ſit fauor piarum cauſarum, & Eccleſiarum, tamen cum
hæc ſolemnitas propter publicam vtilitatem etiam ſit intro-
ducta, ne ſcilicet fraudes committantur, & homines decipiã-
tur, d. l. data, C. eod. etiam hoc caſu ea neceſſaria eſt. Eccleſia
enim cultrix, & auctrix iuſtitiæ, non patitur aliquid contra
iuſtitiam fieri, in ſe, vel in alterum, vt dicitur in cap. 1. vet etſi
clientulus, de alie. feud. in vſibus feud. Et notandum, quod li-
cet donatio facta priuato valebat ſine inſinuatione, vſque ad
300. annos, vt hic in §. aliæ, & tunc temporis valebat dona-
tio facta ad pias cauſas, vſque ad 500. aureos, dicta l. illud, ita
quod Eccleſia habuit in 300. aureis priuilegium. Non tamen
ex hoc, quod hodie etiam priuato, vſque ad 500. ſolidos, ſine
inſinuatione donari poteſt, ſequitur, quod liceat hodie dona-
re ad pias cauſas ſine inſinuatione, vſque ad 800. aureos, quia
lege hoc non cauetur, & noſtrum non eſt extendere legem, l.
ſi vero, §. de viro. ff. ſoluto matr. Erubeſcimus enim abſque
lege loqui, §. conſideremus, Authent. de triente, & ſemiſſe. Et
hæc ſententia ſecundum Salic. in d. l. illud in princ. confirma-
tur, per text. in d. l. ſancimus, in princ. Licet enim ibi ſtatutum
de 200 ſolidis donatis priuato, extendatur ad 500. aureos, vt
ſcilicet abſque inſinuatione huiuſmodi donatio valeat, tamẽ
hoc quod anteà in d. l. illud, ſtatutum erat de 500. ſolidis, in do
natione facta ad pias cauſas, Imperator ibi non ampliat, neq;
extendit, ſed priorem conſtitutionem cõfirmat, de quo vide-
te Salic. poſt alios, in d. l. illud, & in d. l. ſancimus. Et ea quæ de
pijs cauſis dicta ſunt, non tantum intelligantur de Eccleſ. No-
ſocomio, vel paupere, ſed etiam de quacumque ciuitate, vt eſt
text. in d. l. illud, ſicut in pluribus alijs, Eccleſia, & ciuitas æqui-
parantur, l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. VII. Pro ampliatione
22 notabitis, ea quæ dicta ſunt de 500. ſolidis ad noſtræ ætatis
500. aureos quoque referenda eſſe. Ad cuius intellectũ præ-
mittendũm, quod ſolidus in iure accipitur pro aureo, ſec. gl.
in §. nos autem, ſuper verb. ſolidos, ſup. de Attil. tut. & gloſ. in
23 fin. §. fin. infra de pœn. temere litig. Erat enim ſolidus idem
quod aureus Romanus, quorum quatuor complebãt vnciam
quadraginta octo, libram. Hinc decem ſolidi noſtro ære va-
lent viginti quinque coronatis, viginti valent quinquaginta:
quinquaginta centum: & ſic de ſingulis, ita vt quingenti ſoli-
di antiqui valeant, mille ducentos, & viginti coronatos, id eſt
mille octingentos, & triginta florenos. Et dictus eſt ſolidus,
quaſi integer, ſeu incerti, & integri ponderis, quia eo ſæculo
cudebantur etiam minores aurei, nempe ſemiſſes, qui erant
ſolidi dimidiati. Verum malignitate temporum moneta mu-
tata eſt, vt aurei excuderentur leuiores, & vtiliores, quorum
ſex implebant vnciam, & ſeptuaginta duo libram. Ita quod
tempore Iuſtiniani, quingenti ſolidi valuerint octingentos, &
ſeptem florenos, monetæ noſtræ in minutis, & viginti quin-
que cruciers noſtro tempore. Hodie igitur noſtrum aureum,
quo vtimur, minoris æſtimationis eſſe cõſtat. An igitur quod
hic de quingentis ſolidis diſponitur, ad noſtræ ætatis quingen-
tos aureos ſit referendum, dubitatur. Et licet, vt Mynſing. hic
refert, quidam cenſuerunt donationem, quæ vltra octingen-
tos noſtrates aureos procedit, valere abſq; inſinuatione, quia
tot noſtrates vix quingẽtos veteres ſolidos hodie valent, quã
ſententiam amplectitur Bald. in d. l. illud, nu. 13. Cod. de Sa-
croſanct. Eccleſ. & in d. l. ſancimus, n. 1. Alciato tamen, quem
ſequitur Mynſingerius hic, & in d. §. nos autẽ, ſupr. de Attil.
24 tutor. videtur aureum, quo hodie vtimur ex generali omniũ
populorum cõſuetudine, eſſe vetere illi ſolido, vel aureo ſub-
rogatum, & ideo quæ de ſolido in iure ciuili cauta ſunt, ad
noſtrum, quantumuis ponderis minoris, referenda cenſet.
Idque in caſu noſtro ita vſu receptum eſt, & ita pronũciatum
e vidi. *e* Quod tamen limitabitis non procedere in pœnalibus
vt in caſu §. ſi quis quinque ſolidos, de pace tenenda, & eius
violatoribus, in vſibus feud. Vbi de conſuetudine ſolidus ad
minus pro aureo Vngarico accipitur, vt ſic cõueniat eius va-
lor cum ſolido qui tempore Iuſtiniani fuit in vſu. In pœna-
libus enim mitior debet fieri interpretatio, leg. interpretatio-
ne,

ADDITIONES.

a *Contrarium tamen tenuit Guillelmus Suzarius in l. penult. C. de donatio. & in l. illud, Cod. de Sacroſ. Eccl. dummodo exprimantur leges ſolemnitatem imperantes, & actum nullũ declarantes, ſi omiſſa ſolemnitas fuerit, & facit, & illud, quod huic ſolemnitati inſinuationis renunciari poſſit cum iureiurando. Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. c. cum contingat, de iureiurando, quod vtique non fieret aut valeret, ſi omiſſio ſolemnitatis ſimpliciter diceretur eſſe aduerſus leges. Præſtat itaque conſiderari verba ſtatuti, vel legis, vt ſi imperatur ſolemnitas tãtum, poſſit quiſque in ſuum præiudicium, & damnum renunciare, non in aliorum.*

b *Inſinuationi renunciare poteſt cum iuramento: ſi modo donator iurauit non venire contra donationem, ratione omiſſa inſinuatione. Secus erit, ſi male ac ſimpliciter donator renunciaret donationi. Et ita Canarius, quæſt. 63. apud Aufrerium quæſt. 381. Capella Toloſanæ.*

c *Adde eundem quæſt. 616.*

d *Idem tenet Iaſ. 3. conſ. 166. Ripa. 3. Reſponſ. 11. Rebuffus de priuileg. ſcholar. priuileg. 64.*

e *Ego vero obſeruaui, vt in caſu ſequente, ſic etiam hic aureum Vngaricum pro ſolido nunc vſurpari, vide Salic. & DD. l. fin. Cod. ſi cert. pet. idque fauorabilius eſt, vt contractus potius valeant, quam pereant, in quibus etiam laxior interpretatio facienda, cap. cum dilect. de donat.*

26 ne, ff.de penis. VI. II. Pro *a* ampliatione iſtius concluſionis
a notabitis, quod donatio in quantitate excedente legitimum
b modum abſque inſinuatione facta non valet, *b* ita quod do-
nans, vel promittens, tunc vt tradendum non teneatur Lex
enim tunc fingit abeſſe cõſenſum in eo, quod debet inſinuari,
& non eſt inſinuatum, ita quod nec obligatio naturalis tunc
oriatur, ſecundo Bal. in d. l. ſancimus, in princ. n. 2. & 7 per tex.
ibi verſic. ſed hoc pro non ſcripto, vel non intellecto eſſe cre-
datur, facit leg. purè, §. ſi donaui, cum ibi notat, ff. de doli mali
27 except. Limitatur autem prædicta cõcluſio, vt in quibuſdam
caſibus inſinuatio non ſit neceſſaria, etiamſi donatio excedat
500. ſolidos, de quibus eſt gl. hic ſuper verb. inueni, text. & gl.
in l. penult. C. eod. Et l. Quando pecunia donatur, vel promit-
c titur pro redemptione *c* captiuorũ, cuiuſcumque quantitatis
ſit donatio, abſque actis, & inſinuatione valet, d. l. ſi quis pro
redemptione, C. eod. Quod extenditur etiam ad redemptio-
nem eorum, qui ſunt in carcere pro maleficio, quod nota ſe-
cundum Bald. in d. l. illud, in princ. & addite gl. in c. ſacrorum,
28 12. qu. 2. 2 Donatum militibus à duce belli, ſeu à Magiſtris mi-
litum inſinuationem non requirit, d. l. ſi quis pro redemptio-
ne, ſicut, & in teſtamento militum ſolemnitas ſeptem teſtium
non exigitur. vt infra de militari teſtamẽto Militea enim ma-
gis arma quam iura ſciunt l. 6. §. arma, C. de iure deliberan. 3.
29 Donatum, vel promiſſum pro refectione domus, vel ædificij
incendio, vel ruina corrupti, inſinuationem non exigit, d. l. ſi
30 quis pro redemptione, verſic. eamdemque. 4. Limitatur in do
natione Imperiali, quæ ſcilicet facta eſt alicui à Principe, ſeu
Imperatore, & viciſſim in ea, quæ fit à priuato Imperatori,
tex. eſt in d. l. ſancimus, in fi. princ. iunct. Authent. item à priua
tis, C. eod. Quia numquam poteſt aliquid occultè fieri coram
principe, qui ſemper proceres ad latus habere præſumitur, vt
31 notatur in l. omnium, C. de teſtamen. An autem idem ſit di-
cendum, quando inferior à principe, veluti Dux, Comes, vel
Baro, qui mixtum & merum habet imperium, donat vltra le-
gitimum modum vt inſinuatio non ſit neceſſaria? Odofredus
vt eum refert Bal. in d. l. ſancimus, in princ. n. 5. côtulit quod
non quaſi hoc ſit ſpeciale in Imperatore, vt idem poſſit eſſe
donator, vel donatarius, & iudex inſinuationis. Bar. vero in l.
ſi Conſul. ff. de adopt. in contraria eſt ſententia, & mouetur
per tex. in d. l. ſi Conſul, iuncta l. ſeqẽt. vbi apparet, quod tam
ille, qui emancipatur, vel adoptatur, quam ille, qui emancipat
vel adoptat, poteſt coram ſeipſo, ſi eſt magiſtratus, expedire
emancipationem, vel adoptionem, quamuis in ea quoque re-
quiratur multiplex inueſtigatio, quia eſt actus voluntariæ, iu-
riſdictionis, ſicut inſinuatio donationis. Et facit quod voluit
Bald. in leg. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. quod dominus
terræ eſt Princeps in ſua terra, nec poteſt cadere deceptio in
d donatione, cum donare proprium ſit principium, *d* & actus
nobilitatũ, vt inquit Abbas in cap. 1. de donat. in hanc ſenten-
tiam videtur inclinare Bald. in d. l. ſancimus. Et Andræas Bar-
bat. in addit. & Bald. ibi, ſuper verb. maieſtatem, & Alexan. de
Imol. in conſ. 157. in 2. volum. vbi refert. Quod Odofredus ſi-
bi contradius in d. l. Modeſtinus, ff. eod. teneat inſinuationem
poſſe fieri apud ipſummet iudicem donatarium, & adde Iaſ.
32 in d. l. omnium, num. 15. de teſtamen. 5. In donatione propter
nuptias inſinuatio quoque neceſſaria non eſt, ſecundum gloſ.
in d. l. ſi quis pro redemptione, in verb. refectionem, per text.
in leg. minoribus, C. de donat. ante nuptias, & eſt tex. expreſ.
in princ. Auth. vt ſponſalitia largitas, & glo. hic, ſuper verb. in-
33 ueni. 6. Limitatur procedere in donatione mera, ſimplici, &
pura, quæ tantum fit, vt quis munificentiam, & liberalitatem
exerceat, quæ propriè dicitur donatio quæ nullo iure cogen-
e te fit, leg. 1. ff. eodem, non autem remuneratoria, *e* vt ea quæ
f fit ob *f* cauſam, & ob benemerita, vt eſt gloſ. poſt text. in l. A-
g quilius, in verb. ſuper moram, ff. eod. & per text. in l. ſi pater, §.
34 fin. & ibi Bar. & alij, ff. eodem. *g* Ad hoc autem, vt cenſeatur
donatio remuneratoria, non ſufficit in inſtrumento donatio
nis exprimere illam generalem clauſulam: *Pro multiplicibus
meritis, & ſeruitijs hactenus præſtitis, & poſt hac præſtan-
dis, &c.* quia per hanc clauſulæ adiectionem quilibet poteſt
eludere inſinuationem, tum plerumque huiuſmodi verba in-
ſerantur inſtrumentis, & magis id ſpectari debet, quod in ve-
ritate ſubſiſtit, quam quod ſimulant partes l. ſi forte, ff. de Ca-
ſtr. peculio, & tot. titul. C. plus val. quod ag. quam quod ſimu-
late concip. Opus igitur erit, vt in inſtrumento donationis
nominatim exprimitur cauſa, obſequium, meritum, & offi-
cium, quare, & propter quod talis remunciatoria donatio va-
leat, idque probatur per text. in d. l. Aquilius, vbi nominatim
cauſe donationis ſunt expreſſæ. Alias ſi in genere tantum fit
mentio ſeruitiorum, intelliguntur colorata ſeruitia, quæ verè
non inceſſerunt, & niſi aliter benemeritis proponuntur, cenſe
tur ſimplex, & pura donatio, non remuneratoria, ſec. Doct. in
d. l. Aquilius Hinc Bal. in d. l. illud, nu. 8 C. de ſacroſ. Eccl. ita di-
ſtinguitur: Aut in inſtrumento fit mentio meritorum in gene
re, & per tale inſtrumentum non probatur meritum. Aut fit
mentio certorum meritorum in ſpecie, & tunc ſtatur inſtru-
mento donationis, vt donatarius nõ cogatur probare ſeruitia
35 vel merita Notandum tamen, quòd ſi verè merita interceſſe
runt, tunc ad hoc, vt valeat donatio remuneratoria, abſque in
ſinuatione, requiritur, quod ſint merita æquipollẽtia. Si vero
donatio excedat meritum, quia modicum ſeruitium eſt præ-
ſtitum, tunc quatenus meritum concurrit cum re donata, va-
let abſque inſinuatione, & non vltra, quando donatio excedit
500. ſolidos, de quo poſt Bald. nu. 8. vide Salic. n. 3. in d. l. illud,
& Paul de Caſt. in l. affectionis, ff eo. Ang. & alios hic, & ob-
ſeruat Mynſing. 75. in 4. Cent. Neque hoc caſu conſiderãtur
ſeruitia de futuro, ſed tãtum præterita, vt admonet apoſtillat.
ad glo. in d. l. Aquilius, ff eod. & addit. ad Salic. in d. l ſancimus
36 in verbo, an donatio ob cauſam, 7. Inſinuatio in donatione *h*
h reciproca non requiritur, cum fiat ob cauſam donationis re-
ciprocæ. Vt quando duo fratres, vel ſocij inuicem, reciprocè
ſibi donant aliqua bona, de quo Bald. in d. l. ſancimus nu. 2. in
37 med. C. eod. 8. Quando plures res diuerſis temporibus ab vna
perſona donantur Titio, tunc plures donationes eſſe cenſen-
tur, non vna, ita quod ſi ſingulę non excedant legitimã quan-
titatem, non ſit neceſſaria inſinuatio, licet coaceruatæ 500.
aureos excedat, d. l. ſancimus, §. ſi quis autem per diuerſas, C.
38 eo. 9. Donatio cauſa mortis facta abſque inſinuatione valet,
dummodo fiat in præſentia quinque teſtium. l. ſi. C. de mortis
cauſa donat. de quo ſup in quæſt. *Qualiter fiat donatio cauſa
39 mortis?* dictum eſt, 10. Pro ampliatione notabitis, quod *i* do-
i natio excedens ſummam 500. ſolidorum, ſine inſinuatione
facta, non vitiatur in totum, propter inſinuationem omiſſam
ſed ſolum pro ea parte, quæ legitimam ſummam excedit, d. l.
K ſancimus, in princ. verſ. ſi quid autem, C. eod *k* Regulariter
enim vtile per inutile non vitiatur, vbi alterum ab altero ſepa
rari poteſt, c. vtile per inutile, de reg. iur. in 6.
40 Porrò circa hanc quæſtionem, quæ ſcilicet requirantur ad
hoc, vt donatio inter viuos valeat, notabitis de iure Saxon.
inter cætera requiri. Primum, quod donans non ſit conſtitu-
tus in aduerſa valetudine, ita quod decumbat: licet enim de
iure ciuili debilitas corporis donationem non vitiat, leg. ſene-
l ctus, *l* C. eod. de iure tamen Saxonico, nec mas, nec fœmina
in lecto decumbentes, citra conſenſum hæredum vltra valo-
rẽ quinque ſolidorum cuiquam donare poſſunt. *Vveichbild.*
artic.

A D D I T I O N E S.

a *Adde quod inſinuatio non tantum exigitur in donationibus ex
dentib. 500. aureos, ſed etiam in liberationibus tantæ ſummæ, l.
Neſennius, in fi. ff. ad leg. Falc.*

b *Nam vſq; ad 500. ſemper valet, ne vtile per inutile, vitietur,
vt in 10. limitatione ſubijcitur.*

c *Ob eamdem cauſam, hoc eſt, redimendi captiuos, minor poteſt
ſua immobilia ſine decreto alienare. Nouel. vt cũ de appell. vbi
Ang. in § ſi vnum, Baldus, Nouellus tract. de dote part. 6. priu.
63. Adde Simoncellum 3. de decret. minor 8. inſpet. 11.*

d *Iaſ. l. pactum curatoris, C. de pact.*

e *De remuneratoria donatione vide Clarum 4. ſentent. §. dona-
tio, quæſt. 3.*

f *Donatio excedens ſummam 500. aureorum ob cauſam facta
non indiget inſinuatione, Cin. in Auth. eſt decuſum, C. de nupt.
quæ tamen contrarium videtur velle in l. illud, de Sacroſ. Ec-
cleſ. vide Capellam Toloſanam deciſ. 98 1.*

g *Vide omnino Tiraq. l. ſi vnquam, C. de reuoc. don.*

h *Quid ita? Hæc donatio impropria eſt, gloſs. in l. licet, in verb.
mortis cauſa, C. de pact. quæ gl. communiter recepta eſt. Nam
propter viciſſitudinem dicitur ea habere onus annexum: quo-
niam tantum quis dat, quantum habere ſperat, & ideo non
poteſt niſi impropriè eſſe donatio, & ita Oldr. conſil. 139. Curt.
iun. conſ. 31.*

i *Quid iurata donatio valetne ſine inſinuatione? Vide Gail. 2.
obſer. 29 Et an donatio inter coniuges iuramento firmetur, vi-
de ibid. c. 40. Clarum lib. Sent. § donatio, q. 18.*

k *Adde l. donationes, 25. C. de don. inter vir. & vxor. vbi ſubiun-
gitur exceptio, ſi expreſſe teſtamento confirmetur. Nam tunc
in ſolidum valet iure legati, vel fideicommiſſi, quod ſine ſolem-
nitate alia poteſt relinqui.*

l *Ob ſenectutem ſuam ſenex donare res ſuas non prohibetur, niſi
talis ſit ſenectus, quæ ſenſum auferat, l. ſenſus, C. qui teſtam. fac.
l. ſenium, C. de tranſact.*

art 65. vel ſecundum *Landrecht*. tantum, quantum ex ſponda alteruter manu alteri porrigere poteſt, ſecundum gloſ. art. 52. lib. 1. Vnde certa ſolemnitas de iure Saxonum requiritur. Quia miles, aut Nobiles tantarum virium erit, vt gladio, & ſcuto ad collum pendente cinctus, citra alterius ſubleuationem, ex ſaxo, vel trunco vlnæ altitudinẽ habente, equum conſcendere valeat, verumtamen, vel ſtapedes ei teneri poterunt vt dicitur d. art. 52. Quis vero tantis viribus prædìtus erit, vt, & vijs, & itineribus, vel ad luctam, vel ad iudicium ire, gladiumque citra alterius auxilium euaginare, inque vaginam recondere, & ſolus ſine cuiuſquam ope coram iudicio ſtare queat, donec donationem in iudicio fecerit, ſecundum gloſ. in art. 53. *Vveichbild*. art, 20. & gloſ. *Landrecht*. art. 31. Ruſticus autẽ, vel agricola robur ſuum oſtendet à ratione agri, qui iurum continet, ſecundũ gl. *Vveichbild*. art. 10. & gl. *Landrecht*. art. 53. Fęmina verò, ſi citra virilem, vel mulicbrem opem tẽplum ab ędibus ſuis viginti pèrticis (quas virga vulgo, alij ac ai nas dicunt) diſſitum, adire, & cum in iudicium venerit, tãdiu erecta ſtare poteſt, donec donatio ſit facta, donandi facultas conceditur, ſecundum gl. in add. art. 20. & 52. Id Saxones idiomate ſuo vocant *Vber die Gabe eynen Fridt gevvirche*, quaſi dicas. *Donationi pacem conciliare*, cũ donatio per iudicẽ confirmatur, ſecundũ gl. iuncta additione ibi, in *Vveichbild*. art. 53. & gl. in *Vveichbild*. art. 61. Et requiritur hæc ſolemnitas in donatione inter viuos, ſiue quis bona mobilia, ſiue immobi-
a lia donat, *a* per text. in d. art. 52. verſ. *alle farbende haabe*.

41 Secundo requiritur de iure Saxon. ad hoc, vt donatio rerũ immobilium inter viuos valeat, vt fiat apud acta iudicij, coram eo iudice, ſub quo bona ſita ſunt. Licet enim de iure ci-
b uili donationes *b* rerum immobilium poſſint fieri extra iudicium, dummodo ſummam 500 aureorum non excedant, &
c factæ *c* in vno loco, etiam vbi non ſunt ſitæ res, valent, & extendũt ſuum effectum ad bona vbicumque locorum ſita, l. in hac, & d. l. data in fi. C. eod. Secus tamen de iure Saxonico, nã bona immobilia cuiuſcumque valoris fuerint, ſiue parui, ſiue magni, ſi donentur inter viuos, neceſſe eſt, vt inſinuetur donatio apud acta iudicij, & fiat coram eo magiſtratu, ſub cuius territorio bona illa ſita ſunt, alias non valet, per text. in d. art. 52. in princip. iuncta glo. in verſ. *in allen Staetten*. & *Vveichbild* artic. 61 ibi. *Dann es mag nem and ſein eigen, id eſt, bona immobilia, vbergeben denn ingehegtem gedinge*. Et hoc caſu nõ diſtinguitur, ſiue iſta bona immobilia fuerint per donatorem ſua induſtria acquiſita, vel pecunia comparata, ſiue ex hæreditate ſuorum parentum ad eum peruenerint, ſemper in iudicio coram eo iudice, ſub cuius iuriſdictione ſita ſint, donari debent, *Vveichbild*. art. 20. Bona vero mobilia, etiam de iure Saxonico extra iudicium donari poſſunt, ſecundum gloſſam in d. art. 52. libr. 1. verſ. *in allen Staetten*. Quod intellige, niſi donatio excedat 500. aureos, nam, & tunc inſinuatione opus eſt, etiam in terris Saxon. per ea, quæ ſupra dicta ſunt, & ita pronunciari ſolet.

42 Tertio requiritur de iure Saxon. ad donationem rerum immobilium, conſenſus hæredum donantis, text. eſt in d. art. 51.
d vbi dicitur *ſine conſenſu hæredis*, *d* non poteſt quis bona immobilia donare. Et licet iſte text. indiſtinctè loquatur de omnibus bonis mobilibus, tamen reſtringitur ad bona immobilia, quæ fuerint progenitorum ipſius donantis: quæque alicui hæreditario iure, ab aſcendente, ſiue deſcendente linea obuenerunt. Non autem habet locum in bonis, quæ induſtria donantis comparata, vel empta ſunt. Huiuſmodi enim res, etiam ſine conſenſu hæredum donari poſſunt, vt eſt tex. in *Vveichbild*. artic. 20. ibid. Si vero hæreditatem emit proprijs nummis, tunc poteſt illam donare cuicumque vult, nullius contra-
43 dictione obſtante. De iure vero ciuili, non diſtinguitur inter
e bona: licet enim fuerint parentum, & *e* maiorum noſtrorũ, non tamen quis prohibetur ea donare etiam extraneis, tex. eſt
44 in l. ſi auia, C. eod. Deinde reſtringitur iſte text. iure Saxon. vt tantum habeat locum in bonis immobilibus, non autem in bonis mobilibus, licet obuenerint nobis ex ſucceſſione pater-
f na, vel auita. Nam omni bona *f* mobilia, donat quis abſque conſenſu hæredum. Vt dicitur in artic. 52. libr. 1. Tertio reſtringitur, vt non intelligatur de omnibus, ſeu extraneis hæredibus, ſed tantum de ſuis, vt ſcilicet ſuorum hæredum conſenſus in donatione huiuſmodi rerũ immobilium requiratur. Dicuntur autem ſui hæredes, liberi, qui in poteſtate parentis tempore mortis ipſius teſtatoris exiſtunt. Ita vt nulla eos perſona in gradu procedat, §. Sui, infra de hæred. qual. & diff. Vbi ſubijcit Imperator, ideò. Suos dici, quia domeſtici hæredes ſunt. Hinc Mynſing. ibi dicit: quod ſuus hæres dicatur quaſi proprius, non aliunde aſcitus, ex corpore ſcilicet teſtatoris natus, & quaſi ſui ipſius hæres, cum etiam viuo patre filius quodammodo dominus bonorum paternorum exiſtimetur. Vnde poſt obitum patris non de nouo acquiritur: ſed in filium continuatur dominium, d. §. ſui, & l. in ſuis, ff. de lib. & poſthu. Extraneorum autem hęredum, qui ſcilicet in poteſtate donãtis non ſunt, vt filij emancipati, fratres, ſorores, & alij, conſenſus hoc caſu non requiritur, quia ſine cõſenſu fratris, quis bona paterna, vel auita donare põt, vt admonet additio ad text.
45 d. art. 52. in fi. & ita de cõſuetudine pronunciari ſolet. Vltimo notandum, quod prædictæ ſolemnitates iure Saxon. reſtringuntur ad donationem inter viuos ſimplicem non remuneratoriam: ſed quæ ex mera liberalitate, & munificentia donatoris proficiſcitur, & propriè donatio dicitur, l. 1 in princ. ff. eod. Loquitur enim textus iure Saxon ſimpliciter *Vem geben*. Ergo de donatione propria intelligi debet. Cũ verba ſtatutorum ſtrictè, & in propria ſignificatione intelligi debeant, vt not. in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. & Bart. & in d. l. 1. in fin. inquit. Quod ſi fiat mẽtio in ſtatuto de donatione, debet intelligi de propria. Vnde in donatione cauſa mortis, itẽ reciproca, inter coniuges remuneratoria, & donatione propter nuptias, prædictæ ſolemnitates iure Saxon. non ſunt neceſſariæ, vt ſup. quoque dictum eſt. Tutius tamen erit pro vitandis diſputationib. prædictas ſolemnitates etiam in donationibus cauſa mortis, & alij adhibere: ſi tamen fuerint omiſſæ, non propterea iſtæ vitiantur, neque impugnari poterunt.

Qui poſſunt donare inter viuos?

46 Omnes quicumque habent liberam facultatẽ adminiſtrandi res ſuas, donare poſſunt, argum. l. in re mandata, C. mandati, & qui nominatim à lege non prohibentur, argumento, l.
47 cum prætor, in princ. ff. de iudicijs. Prohibetur autem donare l. Seruus, cum non habeat proprium, l. contra, §. ſi filius, aut
48 ſeruus, ff. de pact. II. Filiusfamilias, *g* etiamſi a patre libera-
g tus, ei peculij adminiſtratio conceſſa ſit, nec enim ad hæc ei conceditur, vt perdat, l. filiusfamilias, in princ. ff. eod. Fallit primo, ſi iuſta ratione motus donat, d. l. filiusfamilias. Deinde ſi pater conſentiat, l. a. in princ. ff. eodem, & l. in ędibus, §. quod filiusfamilias, ff. eodem. Vt quia liberam ei conceſſit adminiſtrationem peculij, & nominatim hoc adiecit: vt donare poſſit, d. l. filiusfamilias. Tertiò ſi fuerit filius Senatoris, Ducis, Comitis, vel alterius dignitatis, d. l. ſi filiusfamilias, verſic. nonnunquam. Denique ſi habeat peculiũ Caſtrenſe, vel quaſi, nam de huiuſmodi peculio inter viuos, & mortis cauſa, donare, & teſtari poteſt, d. l. filiusfamilias. §. finali, ff. eodem.
49 III. Pupillus donare prohibetur: ſicut alias regulariter, ſine tutoris authoritate non obligatur, neque res ſuas adminiſtrare poteſt, l. pupillus, ff. de acquir. rer. dom. de quo ſupra de
h author tut. in princip. tit. dictum eſt. IV. Minor nec *h* cum decreto iudicis res immobiles donare poteſt, text. eſt in l. fin. §. fin. C. ſi maior factus. V. Mente captus, & furioſus donare non poſſunt, d. l. Modeſtinus, in fin. ff. eod. VI. Prodigus, cui bonis interdictum eſt, l. is, cui, ff. de verbor. oblig. VII. Is cui per legem interdicta eſt alienatio, vt is, qui commiſit crimen læſæ maieſtatis, qui donare non poteſt, etiamſi deceſſerit, antequam de crimine fuerit accuſatus, text. eſt in l. donationes, §. fin.

ADDITIONES.

a *Non ſeruatur hæc ſolemnitas, & merito, ſed vſu tam ſani, quã ægroti donare libere poſſint, vide conſt. 5. par. 3 ex d. l. ſenectus, 16. C. de donat. vide* Vveichbild, *art. 65.*

b *Donare poſſumus immobilia noſtra extra iudicium, ſi ea non ſuperant ſummam 500. aureorum.*

c *Donare poſſumus res immobiles, tametſi ea nobis ſint præſẽtes.*

d *Sui ſcilicet, non extranei, vt infra, nu. 44.*

e *Donare res paternas, & a maioribus acceptas poſſumus ſine conſenſu propinquorum, adde l. dudum, C. de contrah. emp.*

f *Etiam Geradam inter viuos.*

g *Filiusfamilias an poſſit donare inter viuos, vel cauſa mortis: item cum patris ſui conſenſu, & quomodo, vide Clarum libr. Sent. §. donatio, qu. 6.*

h *Quid ſi minor donet res quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt? Quid ſi nobilis minoris tutor, curator, vel etia pater minoris nomine aliquid donet? Quid ſi minor donando iurauit, ſe donata non reuocaturum: aut ſi propter nuptias donet, vel cauſa mortis? Quid ſi maior factus eſt, poſtquam vicennium exceſſit ſine eius repetitione? Quid ſi Eccleſiæ aut piæ cauſæ donet? Quid ſi bene merito remunerationis cauſa donet? Quid ſi mercator publicus, & negociator ſit? Vide Simoncellum, l. decretorum. 2.*

Digitized by Google

50 §.fin.ff.eodem.Cum & hæredibus bona auferantur, l.penult.
& l.fi.C.ad leg.Iul.maieſt.Si verò aliud crimen capitale com-
miſit, & donet poſt ſententiam, non valet illa donatio: ſecus
ſi ante ſententiam donet,leg.poſt contractum,ff.eo. In poſte-
a riori tamen caſu plenius ita diſtinguire *a* poſt gl.in l.res vxo-
ris, C.de donat.inter virum & vxorem. Aut enim loquimur
de donatione cauſa mortis & illa non valet, ſiue fiat ante, ſi-
ne poſt delictum commiſſum,ante reatum, ſiue poſt , cum e-
tiam teſtamentum eius non valeat,l.ſi aliquis,ff.de mort.cau-
ſa donat.& l.cum hic ſtatus, §.ſi maritus , 2.in fi ff de don.in-
ter vir,& vxor.Eſtque ratio ſecundum Salic. in l ſi.quis poſt,
C.de bon.proſcriptorum,num. 5. Quia tempore mortis, quo
donatio hæc perfectionem ſumit. perſona eſt affecta per ſen-
tentiam, quia iam extitit damnatus , ideò quælibet eius vlti-
ma voluntas in irritum reuocatur,l.eius,§.1.ff. de teſtament.
Aut loquimur de donatione inter cõiuges,facta ante reatum
ſeu crimen commiſſum , & valet , licet ſententia capitalis ſit
ſecuta,& confirmatur morte naturali, & ciuilis ipſius mariti,
& hoc in fauorem mulieris, cum illa donatio præſumatur fa-
cta a marito in præmium pudicitiæ, vt in d.l.res vxoris , C.de
donat inter vir,& vxor. & d.l.ſi quis poſt , C.de bon.pro ſcri-
ptorum . Niſi commiſerit delictum , propter quod memoria
eius damnata ſit , vt eſt crimen læſæ maieſtatis, vt dicitur in
d.l.cum hic ſtatus,§.ſi maritus,2.ff.de donat.inter vir.& vxor.
Secus ſi poſt reatum , & commiſſum crimen fuerit facta do-
natio inter coniuges, quia tunc non valet , d.l.res vxoris, ibi,
ante reatum. Item ante tempus criminis, ſumpto argumento
à contrario ſenſu , &c. Aut loquimur de donatione inter vi-
uos,& ea facta ante reatum,ſeu crimen commiſſum valet,dic
l.ſi quis poſt §.1. Cod.de bon proſcript.& hoc eſt ſine dubio,
quia fuit moderator, & arbiter in ſua , niſi facta ſit propter
crimen committendum, ſeu cogitatu criminis committendi,
vt quia propoſuerat delictum committere, ideò donauit, vel
alienauit bona,ne poſtea publicarentur , quia tunc intelligi-
tur facta in fraudem , & ſuſpicionem pœnæ, ideò non valet .
Et hoc colligitur ex præſumptionibus,ſec.Bar.in d.l.poſt con-
tractum,per tex in d.l.ſi aliquis, ff.de mort. cauſa donat Aut
vero eſt facta poſt commiſſum crimen , & ſubdiſtinguitur.
Aut eſt tale delictum, propter quod bona ipſo facto , & iure
publicantur, vt crimen læſæ maieſtatis , hæreſis , inceſtus, &
tunc non valet, tamquam alienatio rei non ſuæ,ſecund.Bart.
in d.l.poſt contractum,& Salic in d.l.ſi quis poſt. Aut non eſt
tale dictum, propter quod adminiſtratio bonorum ſit inter-
dicta,quod regulariter eſt in omnibus delictis, vt delinquen-
tibus adminiſtratio bonorum non auferatur , l.aufertur , §.in
reatu,ff.de iure fiſc.Et valet donatio inter viuos,facta etiã poſt
crimen contractum,d.l.poſt contractum,quod ſine dubio eſt
verum,quando eſt facta ante accuſationem: ſed de ea,quæ fit
poſt accuſationem, dubitatur, Gloſſ.enim in l ex iudiciorum,
ſuper verbo,alienare, ff.de accuſ. videtur , diſtinguere, an fiat
alienatio ante,vel poſt litis conteſtationem Sed communi-
ter tenetur alia opinio gloſſ.in d l.ſi aliquis, ſuper verbo , ſu-
ſpitione,ff.de mort.cauſ.donat. vt nulla ſcilicet ſit differentia,
ſiue quis donet poſt commiſſum crimen,ante,vel poſt accuſa
tionem.Item ante,vel poſt litis conteſtationem.Sed quod va
leat donatio inter viuus facta,vſque ad ſententiam, dummo-
do bona fide fiat, ſecus ſi in fraudem , nam tunc reuocabitur
eo damnato,ſecundum Bartol.& Salic.in prædictis locis, per
text.in d.l.ſi aliquis,ibi,*ſi ſine ſuſpicione facta ſunt*,ff.de mort.
cauſ.donat. Et in dubio poſt accuſationem præſumitur mala
fides,& fraudulenta alienatio, de quo latius vide Bart. in d.le.
poſt contractum, Salic. & alios in d.leg ſi quis poſt, VIII. In-
51 firmus,qui decumbit,ſiue ſit nobilis, ſiue ignobilis, maſculus,
vel fœmina, compos mentis,vel non, de iure Saxon. regula-
riter donare non poteſt, per ea, quæ in fine præcedentis quæ-
b ſtionis dicta ſunt *b* IX. Vxor ſine conſenſu mariti res ſuas al-
52 teri de iure Saxon.donare non *c* poteſt.Cum maritus vxoris
c tutor ſit *Vveichbild*. artic.65. Et *Landrecht*. artic.45.lib 1.vbi
dicitur: *Eyn Vveib mag ohne ihres Mannes vveillen ihr Gut
nicht ver geben , darumb daſſes mit jhr in der ge vvehr ſitzet.*
Nam vir,& vxor nulla poſſident bona ſeparata . Conſtante
ſcilicet matrimonio *Landrecht*.art.31.lib.1.Secus de iure ci-
uili,quo vxor liberam habet poteſtatem donandi,etiam bona
immobilia, nec requiritur præſentia , aut conſenſus mariti, l.
53 velle,& ibi Bald.& alij,C.de reuocan. donat. Notandum ta-
men,quod etiam de iure Saxon. virgines,& viduę ſine tutore
donare poſſunt, text.eſt in d.art.45. Ideò errant , qui illarum
donationes infringere volunt, propterea, quod ſine tutorum
authoritate donauerint.Sunt enim validæ,& firmæ,dummo-
do eius ætatis ſint,vt tutorem habere non teneantur, & tuto-
54 ris non interſit. Ex quo ſequitur,quod mulieres , & virgines
abſque conſenſu tutorum contrahere poſſunt , dict.artic.43.
In iudicio verò ſine tutore comparere , & actiones intenta-
re non poſſunt , artic.46.libr.1. Sed vt reæ etiam abſque tu-
d tore in iudicio ſe defendere *d* poſſunt, argumento ſumpto
à contrario ſenſu , dicto articul.46. Ita D.Koning. in proceſ-
ſu, cap.8.

Quibus inter viuos donari poteſt?

55 Cuilibet *e* inter viuos donari poteſt , niſi per legem prohi-
e beatur,ſiue ſit pater familias,ſiue filiusfamilias,extraneus ſci-
licet,ſiue pubes, ſiue impubes . Cum pupillo liceat meliorem
eius conditionem facere, etiã ſine authoritate tutoris,in prin
cipio,ſupra de authorit.tut.num.4.Item non ſolum amicis,&
notis donari poteſt, ſed etiam ignotis, & extraneis, leg.in ex-
traneas,C.eod & non ſolum præſenti, ſed etiam abſenti dona
ri poteſt,l nec ambigi,C.eod.l.abſenti, ff.eod. Per epiſtolam.
l.ſi aliquid,C.eod.Item per nuncium, vel aliam interpoſitam
perſonam,d.l.abſenti,& l.etiam , ff.eod. Item non ſolum ho-
neſtis,ſed etiam inhoneſtis perſonis donari poteſt,l.affectio-
nis, & l.donationes in concubinam,ff.eodem. Prohibetur ta-
56 men miles donare focariæ , ſeu concubinæ ſuæ, l.2.C.de do-
nat.inter vir.& vxo. Quod non tantum in milite armatæ mi-
litiæ procedit, ſed etiam, & multò magis ad milites cœleſtis
militiæ,clericos ſcilicet,extenditur,ſecund Bart.Salic.& alios,
in d.l.2.cum hi de iure quoque ciuili prohibeantur habere cõ-
cubinas,l.enim,qui C.de Epiſcop.& Cleric. & Bart.in d.l affe-
ctionis.Idem de Doctore, & aduocato dicendum eſt, cum &
hi militares dicantur,l.aduocati,C.de aduoc diuerſ. iudicior.
ſecund.Hoſtienſ.in Summa de donation.§. cui , & eſt additio
ad gloſ.in d.l.2.

57 Secundo , Donatio ſimplex & pura inter vir. & vxor. con-
ſtante matrimonio non valet,eſt.n.à lege prohibita,l 1 & 5.§.
ſciendum,& to.tit.ff.& C.& ext.de dona.inter vir.&vxorem.
Eaque ratione mutuo amore coniuges inuicem ſpoliarentur
donationibus,& leue futurum eſſet, vt matrimonia dirimen-
tur,ſi non donaretis,qui poſſet, & fierent ſic matrimonia ve-
nalia , l.1.& 2.ff.de don.inter vir.& vxorem , cum concordia
coniugalis omni lucro ſit præferenda, l.reprehendenda , C.de
ſubſt.& inſt.& Iuriſc.in d.l.3.inquit : *Maiores noſtri inter vi-
rum, & vxorem donationem prohibuerunt , amorem honeſtum
ſolis animis æſtimantes fama etiam coniunctorum conſulentes,
ne concordia pretio conciliari videretur,neue melior in pauper-
58 tatem incideret, & deterior ditior fieret.* Procedit hæc conclu
ſio etiam de iure Saxon. vt eſt tex.in art. 1.li.1.Limitatur au
tem hęc cõcluſio procedere. I. Si donans efficiatur pauperior
& percipiẽs locupletior,d.l.3.in prin.& c.fi.extra de do. inter
vir.& vxor Ergo à contrario ſenſu, ſi donator non efficiatur
pauperior, quia eius patrimoniũ non diminuitur, donatio ẽt
inter viuos facta inter virum & vxorem valet, ſecundũ gl.&
Abbat.in d.c.fi.vt eſt in caſu l.ſi ſponſus,§.ſi maritus hæres, &
59 l.ſed & ſi conſtante,ff.de donat.inter virum,&vxor.II Limi-
tatur,vt valeat donatio inter coniuges, ſi donator in eadẽ vo-
luntate perſeuerauerit vſq; ad extremum vitæ ſpiritum,nam
tunc morte donantis confirmatur . ita vt per hæredes donatis
f donatio *f* reuocari aut impugnari nequeat,l.1.& 3.& l ſi ma-
ritus,C.de donat.inter vir.& vxor.d l.cum hic ſtatus,in princ.
ff. eodem, vbi dicitur, fas eſſe, eum, qui donauit pœnitere,
hæredem vera eripere forſitan aduerſus voluntatem ſupre-
mam eius,qui donauit, durum & auarum eſſe, adeo, quod ſi
donatio legitimam modum excedat , nec fuerit inſinuata,
valeat

ADDITIONES.

a *Sine iſtis diſtinctionibus ex nouiſs.placitis donationes, & teſta
menta damnatorum valent , cum iure Saxon. bona non publi-
centur, vide conſt.p.3.conſt.6.*

b *Non ſeruari diximus ibi.*

c *Quid ſi donauerit, an contractus ipſo iure nullus erit ? Plane,
argu eorum quæ dicuntur per Bal.in l.ſi quis mihi bona, §.quod
ſi mandato,ff.de acqu.hered.& conſil.387. Soc.reg.261.vbi ea
dem quærit in minore.*

d *Imo non:cum multo magis in defenſione habeat opus tali auxi-
lio,quam in actione , & hoc ibi art 45. annotatum eſt in C.Zo-
bel, & ſic poſt longam diſputationem placuit conſilio principis.*

e *An pauperibus facta donatio vitietur tamquam incertis perſo-
nis facta? Vide gloſſam, & Bart.in l.illud ,C.de Sacroſ. Eccl.
Add.Socin.regula 107.*

f *Idem Socinus regula 105.*

Digitized by Google

a valeat vſque ad legitimum *a* modum, ſi donator in vita non
reuocauit, ſed in eadem voluntate vſque ad mortem perſe-
uerant, l. donationes quas diuus, C. de donat. inter virum, &
vxorem. III Limitatur prædicta concluſio procedere in do-
natione inter viuos, non autem in donatione cauſa mortis, l.
cum ſeruum, in fine, cum duab. ll. ſequ. ff. de donat. inter virũ,
& vxorem. Vbi dicitur, inter virum, & vxorem donationes
mortis cauſa receptæ ſunt a iure, quia in hoc tempus excurrit
donationis euentus, quo vir, & vxor eſſe deſinunt. Sed inte-
rim res non ſtatim fiunt eius, cui donatæ ſunt, ſed tunc demũ,
cum mors inſecuta eſt. Medio igitur tempore dominium
apud eum remanet, qui donauit. Et gloſ. in l. ſed interim, in
verb. ſed omnes ff. de donat. inter vir. & vxor. ſubijcit. Quod ſi
fieret donatio cauſa mortis inter coniuges, cum adiectione
iſtius clauſulæ, vt nullo modo reuocari poſſet, non valeret,
quia eſſet tunc inter viuos donatio, leg. vbi ita donatur, ff. de
mort. cau. don. quæ inter coniuges non valet, niſi morte con-
61 firmetur, vt ſupra dictum eſt. IV. Donatio *b* reciproca, & re-
b muneratoria inter coniuges non eſt prohibita, quin etiam
conſtante matrimonio inter viuos facta valeat, leg. quod au-
tem, §. ſi vir, ff. de donat. inter virum, & vxorẽ, vbi ſi maritus
donauit, vxori vnam rem, & vxor marito aliam, hinc inde fit
compenſatio. Vnde prohibitio legis tantum locum habet in
pura, & ſimplici donatione inter viuos, non autem in remu-
neratoria, & reciproca. Hinc Cin. Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſ.
in l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtamento per text. ibi dicũt.
Quod ſi coniuges conſtante matrimonio faciant reciprocam
donationem, hoc modo: ſi contingat alterum præmori, quod
ſuperſtes habeat bona prædefuncti, licet dicatur, quod ſit in-
ter viuos, & quod non poſſit reuocari, ſtatim tamen valeat, &
teneat illa donatio. Quia non eſt mera liberalitas, ſed remu-
neratoria, & viciſſitudinaria, & non indiget confirmatione per
mortem donantis, & etiam non interueniente traditione, po-
terunt poſt mortem bona peti per ſuperſtitem. De quo poſt
alios vide omninò Paul. de Caſtr. & Iaſ. in d. l. ſi pater. Vbi Ca-
ſtrenſ. hæc frequenter contingere, & ſingulariter menti tenen-
62 da eſſe ait. V. Donatio facta ante nuptias, ſeu matrimonium
valet, nec ſecuto matrimonio reuocatur, vel fit irrita, l. inter
eos, & l. Seia, §. virgini, ff. de donat. inter vir. & vxor. VI. Licet
63 ſit regula, nedum de iure ciuili, ſed etiam Canonico. Quod
donatio facta inter coniuges conſtante matrimonio non va-
leat, quod reuocari poſſit a donante, ſi donans tamen iura-
c mento *c* confirmauit hanc donationem, quia iurauit ſe non
reuocaturum donationem factam, conſeſtim valet talis do-
natio, ſaltem vigore iuramenti, propter reg. cap. ſi contingat,
de iureiur. De quo Barr. in l. ſi quis pro eo in fin. princ. ff. de fi-
64 deiuſ. & Panor. in d. c. fin. de don. inter vir. & vxor. VII. Licet
etiam de iure Saxonic. vxor de bonis ſuis marito donare pro-
hibeatur, ex alia quoque ratione. Quia de iure Saxon. mari-
tus eſt curator ſuæ vxoris, & quando mulieri copulatur, tunc
omnia eius bona in ſuam recipit tutelam. Curator autem
vel tutor ſibi ipſi authoritatem præſtare non poteſt in contra-
ctu pupilli, nec in rem ſuam author fieri poteſt, leg. 1. ff. au-
thor. tutor. Limitatur tamen, ſi vxor coram magiſtratu alium
curatorem ſibi eligit, cuius authoritate donatio talis perficia-
tur, quo facto, donatio etiam firmum obtinet robur. argumẽ-
to l. pupillus, §. itẽ ipſe tutor, iunctis notatis ibi, ff. de auth. tut.
& notat. in §. ſup. de author. tut. Nec obſtat, quod ius Saxon.
in dicto artic. 31. generaliter ſtatuit, nullam mulierem marito
ſuo aliquid donare poſſe. Qui in omnibus caſibus, quibus
de iure communi donatio inter coniuges valet, in ijſdem
etiam hodie, ex vſu, & conſuetudine in terris Saxoniæ per-
mittitur. Ita tamen, vt vxor donare volens, modo ſupra di-
ctum obſeruet: alias donatio eſſet irrita. Sicut quoque è
contra, quando maritus vult donare vxori, neceſſe eſt, vt à
iudice alium curatorem ad iſtum actum donationis ſibi con-
ſtitui petat, vt eſt text. in artic. 44. lib. 1. & ita quotidie practi-
65 catur. VIII. Circa hanc donationem inter coniuges notan-
dum: quod morte donatoris confirmatur, & viciſſim etiam
penitus euaneſcit, ſi donator pœniteat, & donationem reuo-
cet. Poteſt autem reuocari hæc donatio expreſſe, etiam ſine
aliqua cauſa, ex ſola pœnitentia ſicut donatio cauſa mortis,
l. à marito in fine, C. de donationibus inter virum, & vxorem.
Et tacitè. 1. Quando maritus ea, quæ donauit, poſtea pignori
obligauit, vel alij donauit, vel alio modo alienauit, l. ſi mari-
tus tuus, C. eodem, 2. Per diuortiũ ſecutum, d. l. à marito, & l.
ſed interim, §. fin. ff. de donat. inter virum, & vxorem. 3. Si do-
natarius prius moriatur quam donator, & d. leg. à marito, &
addite gloſ. & ibi Canoniſt. in d. cap. fin. de ext. de donat. inter
virum, & vxorem.

66 Tertiò, Filiofamilias per patrem inter viuos donari non
d *d* poteſt, & donatio, quæ fit à patre in liberos, exiſtente in pa-
tria poteſtate, regulariter non valet, & nullius eſt momenti, l.
cum de bonis, & ibi gl. C. eod. & leg. donationes quas parẽn-
tes, in princ. C. de don. inter vir. & vxor. Eſtque ratio ſecundũ
gloſ. in d. cap. fin. ſup. verb. tacitè, in fin. ext. de donat. inter, &c.
Quia pater, & filius vna, & eadem perſona eſſe cenſentur, leg.
fin. in fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. Et vox patris vox filij di-
citur. Ita quod ſi pater ſtipuletur filio, non filio, ſed ſibi acqui-
rit, §. ei vero, infra de inutil. ſtipulat. Hinc gloſ. in leg. 2. ſuper
verb. in poteſtate, C. de inofficioſ. donat. dicit. Quod ſi valeret
iſta donatio, eſſet fruſtratoria. Dominium enim transiret in
filium, & eo momento rediret ad patrem, cum quidquid filio
obuenit à patre dicatur peculium profectitium, in quo patri
tam dominium quã vſusfructus acquiritur, §. 1. infra per quas
perſonas, nob. acquir. & ita pater de ſuis proprijs bonis ſibi ipſi
donaret, de quo Paul. de Caſt. & alij poſt gloſſa ibi. in d. leg. 2.
& ideo ſi pater inter viuos donat filio rem aliquam, poteſt pœ-
nitere, & alteri eamdem rem donare, ſecundum Bal. in Auth.
ſi quis ruinas, num. 6 Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Quod facere
non poſſet, ſi valeret donatio, cum donatio inter viuos nõ ſit
reuocabilis, niſi ex cauſa ingratitudinis, leg. fi. C. de reuocãd.
67 donatio. Limitatur autem hæc concluſio procedere. I. in filio
exiſtente adhuc in patria poteſtate, non autem in emancipa-
e to. *e* Nã huic pater donare poteſt, ſicut cuilibet extraneo, &
ſtatim valet donatio, vt reuocari à patre nequeat, nec requirit
confirmationem per mortẽ patris donantis, l. fin. ante finem,
ibi, *& peculium donare*, C. de emancipat. lib. & l. ſiue emanci-
patis, C. de donat. & DD. in leg. 2. de inoffi. donat. & l. dona-
tiones, C. de reuoc. donat. Ceſſat enim tunc ſupra dicta ratio.
Quia emancipatus patri dominium non acquirit, ſed ſibi, §. pe-
68 nult. infra per quas perſ. nob. acq. II. Sicut donatio facta emã-
cipato valet ita etiam facta filio in poteſtate patris exiſtenti,
quem pater poſtea emancipauit. Nam per emancipationem,
confirmatur hæc donatio. Secus ſi pater ante emancipationẽ,
vel in emancipatione pœnituit, & donationem reuocauit, d. l.
ſiue emancipatis, C. de donat. & l. donationes in cõcubinam,
69 §. pater, ff. eod. III. Limitatur, quod licet donatio facta à pa-
tre filio in poteſtate exiſtenti, ab initio, nec olim, nec hodie
valeat, quin reuocari poſſit, ſecund. gloſ. & DD. in d. l. 2. C. de
inoffic. donatio. & glo. in princip. ſuper verbo quærebatur, in
fin. in Authent. de immenſis donationibus. Si tamen a patre
res donata fuerit tradita filio, & per patrem in vita non fue-
rit reuocata, tunc per mortem patris perſeuerantis in illa vo-
luntate, confirmatur, ſicut donatio inter coniuges, quatenus
ſcilicet non excedit 500 aureos. Si enim expreſſerit illam ſum-
mam, ita demum rata erit donatio, ſi vel inſinuatio fuerit ad-
hibita, vel pater in teſtamento expreſsè confirmauerit, d. leg.
donationes, C. de don. inter, &c. & gloſ. in d. c. fin. ſup. verb. ta-
citè, in fi. & Paol. de Caſtr. poſt text. in d. l. donationes in con-
cubinam, §. pater, ff. eodem. Et notandum, quod ad hoc, vt
donatio hæc morte confirmetur, requiritur, quod res à pa-
tre ſit tradita filio, quod reperiatur filius in poſſeſſione de vo-
luntate patris, tacita, vel expreſſa, leg. 1. C. ſi quis ſibi vel alte-
70 ri, & d. l. ſiue emancipatis, ibi, *tenentibus*, C. eodem. IV. Valet
donatio etiam filio in poteſtate facta, quando ſcilicet pater
remittit vſumfructum, in bonis aduentitijs filij ſibi debi-
tum, leg. cum oportet, §. ſin autem, C. de bon. quæ lib. Renun-
ciatione

ADDITIONES.

a *Mors tantum confirmat, quoad illud impedimentum coniugij vel patria poteſtate, quæ morte ſoluitur, non ſupplet reliquas ſolemnitates. Itaq; ſi mulier ſine curatore, vel iudicis authoritate rem immobilem donauerit, non confirmatur iure Saxon. morte talis donatio iuſta ſolemnitatis expers, quam mors ſupplere nequit, Bal. Salic. & DD. d. l. donationis, C. de don. inter vir. & vxor. niſi expreſſe in teſtamento confirmetur, d. l. donationes. Quod nota ad limitationem regula, confirmans non plus operari quam confirmatum. Operatur enim firmando. & obligando. Vide ext. de confirmat. vtili, & inutili, Iaſ. in leg. quæ dotis, ff. ſolut. matr. 5. de iuriſd. omn. iud.*

b *Hanc eamdem exceptionem vide apud Socin. reg. 104.*

c *Idem Socin. reg. 104. Adde Cepollam Toloſanam deciſ. 261. & ibid. Aufrerium.*

d *Regulariter. Vide tamen exceptiones vndecim apud Socinum regul. 103. quem hic author ſequutus per omnia videtur. Adde Gail. 2. Obſeru. 38. Guidonem Papeum dec. 145. & 146.*

e *Qualis eſt iure Saxon. qui habet familiam, & ſuas rationes à patre ſeparatas, par. 2. conſt. 10.* Lands. *lib. 3. art. 11.*

ciatione enim ſtatim perit vſusfructus, & conſolidatur cum
proprietate, quæ eſt penes filium, ſecundum Salic. & alios in
71 d. leg. num. 3. Cod. de inoffic. donat. V. Donatio facta à patre
filio propter merita præcedentia talia, propter quæ tantundem
quilibet extraneus erat habiturus, valet, & res donata
a efficitur peculij aduétitij. Videtur *a* enim quæſiuiſſe ex operis,
& laboribus ſuis, vt notatur in Authent. vnde ſi parens, C.
de inoffi. teſtam. Non tamen ſufficeret, ſi in inſtrumento donationis
diceretur, quod fecerit hanc donationem propter
b merita, niſi *b* merita probentur. *c* De quo Bartol. in l. frater à
c fratre, num. 57. ff. de condict. indebit. & in leg. 1. §. nec Caſtrenſe,
num. 11. ff. de collatio. & Bald. in d. l. cum oportet, §. 1. C. de
72 bon. quæ liber. VI. Si quid rei mobilis, vel ſe *d* mouentis à
d patre propter militiam filiofamilias fuerit donatum, valet
donatio, ita quod pater non poſſit reuocare, nec filius poſt
mortem patris, in diuiſione hæreditatis paternæ cum fratribus
facienda, teneatur conferre. Tranſit enim in peculium
Caſtréſe, quod in collationem non venit, leg. ſi filiusfamilias,
C. famil. hercı. & d. leg. 1. §. nec Caſtrenſe, ff. de collat. idem diſponitur
de iure Saxon. *Landrecht*. lib. 1. art. 10. vbi dicitur: *Si
pater donat filio ſuo veſtimenta, equos, vel lorica tempore, quo
bene poteſt, & filius rebus donatis opus habet, eiſque vti ſcit. tūc
mortuo patre non tenetur tales res cū alijs ſuis fratribus confer*
73 *re*. VII. Donatum à patre filio, pro conſequenda dignitate va-
e let, & non confertur, d. l. 1. §. nec Caſtrenſe. Vnde expenſæ *e*
Doctoratus, quas pater facit pro filio, non conferuntur, quando
ſcilicet pater eas fecit animo donandi. Cenſentur enim
quaſi Caſtrenſis peculij, ſecundum Bart. in d. §. nec Caſtrenſe,
& Bald. in Auth. ex teſtamento, C. de coll. & Iaſ. in Authent.
74 quod locum, & in l. filiæ, C. de coll. VIII. Donatio facta à pa-
tre filio cauſa ſtudiorum, irreuocabiliter valet, cum ſit quaſi
Caſtrenſe peculium, vnde expenſæ, quas pater fecit pro filio,
75 ſtudente, tempore diuiſionis, in portionem ex bonis paternis
filio debitam, non computantur, nec conferuntur text. eſt in l.
quæ pater filio, ff. famil. hercı. Et hoc ſine dubio procedit, quādo
conſtat, patrem animo donandi miſiſſe ſumptus. In dubio
autem ita diſtinguitur: Aut filius non habet aliqua bona propria,
quæ obuenerunt ei a matre, vel aliunde, tunc in dubio
pater pietate ductus, animo donandi videtur ſubminiſtraſſe
ſumptus, d. l. quæ pater filio. Si vero filius habet bona propria,
quæ adminiſtrat pater, tunc de bonis ij ſius filijs pecuniā ſuppeditaſſe
in dubio præſumitur argumento leg. Neſennius, ff.
de negotijs geſtis, & leg. fin. ff. de petit. hæred. Item ſi probatū
fuerit, credendi animo patrem miſiſſe ſumptus, nam tūc filius
conferre tenetur, d. l. quæ pater, quo caſu, & ſumptus Doctoratus
conferendi ſunt à filio, quādo pater fecit huiuſmodi expenſas
animo repetendi, vt quia retulit eas in librum rationū
d. l. Neſennius, in fine, & Iaſ. in dict. Authen. quod locum, n. 4.
C. de collat. Vbi ponit etiam aliam limitationem, quod ſi pecunia
miſſa a patre cauſa ſtudiorum, per filium fuerit conſumpta
in prauos, & flagitioſos vſus, filius teneatur eam conferre.
Quia tunc cauſa, propter quam fuit donata, non eſt ſecuta,
ſecundum Bart. & Iaſ. argumento text. ibi, in d. Authent.
quod locum, vbi dos conſumpta à marito, computatur in
partem filiæ debitam, quando poteſt ei negligentia, & culpa
non exactæ dotis imputari. Ergo multo magis filio iſta pecunia
in ſuam partem computabitur, qui abuſus eſt ea, &
f eam in flagitioſos vſus expendit. Cum grauius ſit *f* delictum
quod faciendo committitur, quam quod omittendo, ſecun-
76 dum Iaſ. in dict. Authent. quod locum. VIII. Pater redimens
filium a captura videtur donare ad pias cauſas, & ideò precium
redemptionis non repetit, nec computatur filio in portionem
debitam ex bonis paternis, niſi pater fuerit proteſtatus
de repetendo, ſecundum Bal. poſt text. & glo. ibi, in leg. li-
77 ber captus, C. de Capt. & poſtlim. reuert. X. Donatio facta
g ex cauſa *g* dotis filiæ, vel donationis propter nuptias filio,
valet. leg. Pomponius, ff. fam. herc. Et hoc ſine dubio procedit
quando expreſſè donatur dus filiæ, ita vt filia poſtea eam
conferre non teneatur, d. l. Pomponius. Alias dos regulariter
a filia eſt conferenda poſt mortem patris, in diuiſionem
bonorum paternorum, . filiæ, & leg. illam, & d. Authen. ex teſtamento,
Cod. de collat. tot. tit. ff. de collatio. Quia ſit hæc donatio
ob cauſam, ad quam pater de iure tenetur, cum paternum
ſit officium filias dotare, & ad hoc pater cogi poteſt, leg.
fin. §. neque enim, C. de dotis promiſſ. & leg. qui liberos, ff. de
ritu nupt. Cum igitur pater ex quadam neceſſitate hoc caſu
dat, videtur velle quod conferat, cum in neceſſitatibus nemo
liberalis exiſtat, vt dicitur in leg. rem alienam, in fin. ff. de
78 adi. leg. & addite Bart. in d. §. nec Caſtrenſe. XI. Pro *h* limi-
h tatione notandum, quod *i* mater filio donare poteſt inter vi-
i uos, & ſtatim ab initio valet iſta donatio irreuocabiliter, vt dominium
rei donatæ, & traditæ confeſtim in filium transferatur,
ſecund gl. in l. ſi conſtante, C. de donat. inter &c. facit text.
in l. 1 & d. l. ſi mater, C. de inoffi. donat. Ceſſat enim tunc ratio
prohibitiua, quia filius non eſt in poteſtate matris, nec matri
acquirit, § fin ſup de pat poteſt. Et hoc ſine dubio procedit,
quando mater donat filio poſt mortem patris, ſec. gl. in dicta l.
ſi conſtante. Sed an viuente marito, cōſtante adhuc matrimonio
mater poſſit donare filio exiſtenti in poteſtate patris viuētis,
dubitatur, cum in effectu videatur fieri donatio ab vxore
ipſi marito, cui per filium res donata acquiritur, l. 3. §. verbum
poteſtatis, ff. de don. inter, &c. Quæ donatio inter coniuges nō
valet, per ea, quæ ſupra dicta ſunt. Sed breuiter dic, quod mater
poteſt filio eunti in caſtra, donare res mobiles, quæ ſiūt caſtrenſis
peculij, d. l. 3. §. verbum. Idem dicendum de quaſi caſtrenſi
peculio, quando ſcilicet mater donat filio pecuniā cauſa
ſtudiorum, cū & pater hoc caſu filio donare poſſit, vt ſupradictum.
Item mater poteſt alias quoque res donare filio emācipato,
d. l. ſi conſtante, in gl. ibi. *non autem filio exiſtenti in poteſtate
patris*, d. l. 3. § verbum. Quod eſt verum de iure veteri,
quo patri proprietas, & vſusfructus in bonis etiam aduētitijs
per filium acquirebatur, §. 1. inſ. per quas perſ. nob. acquir. Hodie
vero talis donatio facta à matre valet, non ſolum quo ad
proprietatem, cum in bonis aduentitijs filio proprietas, patri
vero vſusfructus tantū acquiratur, d. l. cum oportet, ſed et quo
ad vſumfructū, quando ſcilicet ea lege res donata eſt filio, vt
patri vſusfructus non acquiratur, quod fieri poteſt. Authent.
excipitur, C. de bonis, quæ lib. Si verò ſimpliciter tantum donatur
res à matre, filio in poteſtate patris exiſtenti, tūc ab initio
ſtatim valet, quoad proprietaté, ſed vſusfructus tunc ad patré
pertinet. Vt igitur donatio tota inter valeat, adijciatur clauſula
in donatione, ne ſcilicet patri vſusfructus acquiratur, ſecund.
Bal. Salic. & alios in d. l. ſi conſtante, C. de don. inter, &c.
79 Porro, circa hanc donationem inter patrem, & filium notandum,
K quod donatio *k* ſimplex facta a patre, filio exiſtenti
in poteſtate, non confertur, nec filius res a patre ſic donatas,
poſt mortem patris in diuiſione hæreditatis cum alijs fratribus
conferre tenetur, l. illud, iuncta glo. in verb. impoſuerit,
C. de collat. & ibi DD. Iaſ. & alij in Auth. ex teſtamento, C. de
collat. niſi hoc pater expreſſè dixerit, ſecundum glo. & Do-
80 ctores in prædictis locis. Donatio vero, quæ fit ob cauſam,
ad quam pater de iure tenetur, vt eſt cauſa dotis, vel
dona-

ADDITIONES.

a *Merito filio quod donatur a patre, id filius ſuis laboribus acquiſiſſe intelligitur.*
b *Et niſi merita donationis exequentur. Nam ſi donatio excedit merita, in eo quod excedit non valet donatio. Hac enim ratione cuiuſuis meriti ratione poſſet omnia ſua bona in unum filium pater effundere, cum aliorum liberorum ſumma iniuria. Bald. in l. donatio, & in Auth. ex teſtamento, C. de collat.*
c *Quia ſi ſpecificentur: cum hoc ſufficiat in extraneis, vt ſupra dictum eſt, nu. 34. cur non in ſuis: vide Tiraqu. l. ſi unquam, verb. donatione, C. de reuocat. donat.*
d *Vtta, arma, & equos, viaticum ſtipendium.*
e *Quid ſi pater expenſas non miſit, ſed filius vltro ſibi, & honori patris, & gentis ſuæ vigilans æs alienum contraxit, ſiue Doctoratus, vel etiam ſuorum ſtudiorum cauſa: Id æs alienum viuo patre per filium ita contractum de communibus defuncti patris ſoluendum videtur, l. 1. §. 16. ff. de collat. leg. 5. C. ad Macedon. dummodo filius ſumptus immoderatos nō fecerit, arg. l. 7. §. 13. ff. ad S. C. Macedon.*
f *Delicta in faciendo grauiora quàm in omittendo.*
g *Nuptiarum cauſa factæ donationes liberis a parente eo mortuo conferendæ.*
h *Adde alios caſus, in quibus pater poteſt donare filio, ex Socino reg. donatio facta a patre. 103. & an donatio iurata eo caſu teneat, vide Capellam Toloſanam, deciſ. 261. in fine. Adde Guidonem Papa deciſ. 146.*
i *Donatio per matrem facta filio non exiſtenti in poteſtate patris ſui valet. Secus ſi exiſteret in patris poteſtate. Cinus, Faber, Salicetus in l. ſi conſtante, C. de donat. inter virum, & vxor. Poteſt tamen donare baſtardo, & vulgo quæſito ſuo filio Bart. in l. cum mater, ff. de legat. & in l. ſi qua illuſtris, C. ad S. C. Orfic. vide Capellam Toloſanam deciſ. 191.*
K *Donatio ſimplex facta filiofamilias à patre non confertur: ob cauſam vero (ad quam pater iure tenetur) facta confertur ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedatur, niſi pater contrarium dixerit.*

Digitized by Google

donationis propter nuptias,l.fin.C.de dot.prom. vel aliorum
datorum ob cauſam,conferri debet,ſiue ex teſtamento, ſiue
ab inteſtato ſuccedatur, niſi pater contrarium diſpoſuerit, d.
Auth.ex teſtamento,& ibi Doct.de quo plenius videte Bart.
81 in leg.1.§.nec Caſtrenſe,ff.de col.bon. Deinde notandum,
a quòd ſi *a* per donationem à parentibus factam filijs, ſeu ex-
traneis, reliqui filij defraudantur legitima, reuocatur per li-
beros huiuſmodi donatio per querelam inofficioſe donatio-
nis,quæ contra pietatem,& officium paternum immoderatè
ſic facta eſt,ad ſimilitudinem querelæ inofficioſi teſtamenti,
vt tot.tit.C.de inoff.don. Et procedit hæc concluſio. I. Siue
facta ſit hæc immenſa donatio à patre,ſiue à matre,l.1. & 2.
C.de inoff donat. II.Siue ſit facta filio emancipato,ſiue in po
teſtate conſtituto, quia, & tunc morte patris non confirma-
82 tur,d.l.2. III.Siue parens decedat teſtatus,ſiue inteſtatus, l.3.
C.de inoff.donat. IV. Siue ſit facta donatio filijs , ſiue extra-
neis,d.l.1.C.de inoff.donat. Limitatur tamen,vt non in totũ
reuocetur donatio, ſed vſque ad debitum bonorum ſubſidiũ,
ſeu ſupplementum legitimæ, vt liberi,ſcilicet ſaluam habeant
legitimam,d.l.2.& l.ſi mater,cum l.ſeq.Cod. de inoff.donat.
Hinc in caſu quotidiano pronunciari ſolet, vt habetur ſentẽ-
tia Scabinorum Lipſenſium poſt *Vueichbild*,ſub titul. *Ob der
Vatter ſeiner Kinder eynem ſeine gutter ver Kauffen vnd da
rinnen eyn vortheyl thun moege* . Quod pater bene poſſit vni
filiorum ſuorum bona ſua aſſignare,vendere, ſeu tradere ,
eique gratificari,& partem pretij remittere : dummodò per
talem traditionem reliqui filij, debita eorum legitima, quam
de iure naturæ pater liberis relinquere tenetur , non priuen-
b tur,vel defraudentur. *b*

Quæ res donari poſſunt ?

83 Omnes res,quæ ſunt in patrimonio noſtro, ſeu commer-
cio hominum,& dominio noſtro ſubijci poſſunt , titulo do-
nationis in alios transferre,& donare licet,l.in ædibus, § fi.ff.
eod.iuncto princ.ſup.de rer. diuiſ. Siue ſint res mobiles, ſiue
immobiles,corporales,ſiue incorporales vt iura,& actiones.
Et vbi ceditur, vel donatur actio, non eſt neceſſarius cõſen-
ſus debitoris,contra quem actio ceditur,vel donatur,leg.2.&
3.C.eod. Et inſtrumentis emptionis fundi donatis,& traditis
ipſius quoque fundi donatio,& traditio facta intelligitur,l.1.
C.eod. Res autem, quæ non ſunt in commercio hominum ,
vt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ,&c. donari non poſſunt, ſicut
nec in ſtipulationem deducuntur,ſecund.gloſ.in d.l.in ædib.
§.fi.ff.eod.per tex.in §.1.inſ.de inutil.ſtipul.& §.nullius,cum
84 § ſeq.ſup.de rerum diuiſ. An autem res aliena donari poſſit,
concludit gl.in d.l.in ędib.§.fi.quòd ſic,vt conſtat per tot.tit.
85 ff pro donato. In quæſt.autem, an donator de euictione te-
neatur,ita diſtinguit gl.ibi, Aut euictio eſt promiſſa,& dona-
tor de ea tenetur,l.2.C.de euict. Aut nõ eſt promiſſa, & ſub-
diſtinguitur. Aut donatio incepit a promiſſione,& tunc do-
natorem teneri de euictione,communis eſt ſententia Doct.
poſt gl.in d.l.2.& l.Ariſto,§.fin.ff.eod. & per text.in l.1.C.de
iure dot. Aut cœpit à traditione, quia antea nihil eſt promiſ-
ſum,ſed ſtatim ex mera liberalitate res donata tradita eſt, &
donator de euictione non tenetur,d.l.Ariſto, §.fi.& l. ad res
donatas,ff.de ædil. edict. ne eo caſu donator ſuæ liberalitatis
pęnam patiatur,d.l.ad res donatas, gloſ.in Clem.2.in verbo,
gratioſe,de cenſibus . Equi donati dentes inſpicere noli , niſi
dolus donantis interuenit . Tunc enim actionem de dolo
contra donantem etiam hoc poſteriori caſu competere , eſt
86 text.in d.l.Ariſto,§ fin.Et probatur hæc diſtinctio per tex. in
c d.l.1.C.de iure dot. *c* De iure vero Saxo. An donator tenea-
tur euictione, videte text.in art 4. libr.3.iuncta gloſ. & apo-
ſtilla ibi.

Porrò,circa hanc quæſtionem principalem dubitatur, An
valeat donatio omnium bonorum. Et communis,ac vera eſt
concluſio,donationem omnium bonorum,tam pręſentium,
quàm futurorum,eſſe inualidum,ſecun. Doct.in l. ſtipulatio
hoc modo concepta,ff.de verb.obl.& in l.fin C.de pact. Eſtq;
ratio,quia per eam aufertur libera teſtãdi facultas,licet enim
non impediatur teſtamenti factio,quantum ad actum teſtã-
di,impeditur tamen quantum ad effectum,cum nihil habeat
dé quo teſtari poſſit,& nullum hæredem eſt habiturus, cum
hæres inſtitutus nihil ex teſtamento ſit conſecuturus , argu-
mento text.in princ.inſ.de leg.Falc. Omnia autem pacta,per
quæ etiam per indirectum aufertur libera teſtãdi facultas, de
iure non valent,& dicuntur contra bonos mores inita,d.leg.
ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb.oblig. Eſtque ratio
rationis,fauor vltimarum volũtatum. Nihil enim magis ho-
minibus debetur,quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam
iam aliud velle non poſſunt,liber ſit ſtylus, & licitũ quod ite-
rum non redit,arbitrium,vt dicitur in l.1.C.de ſacroſ. Eccleſ.
Et addite tex.in l ſi fratres,§.idem reſpondit,ff.pro ſocio,& l.
pactum quod dotali,Cod.de pactis . Et dicuntur huiuſmodi
pacta, quæ fiunt contra prohibitionem legis, eſſe contra bo-
nos mores ciuiles,& ideo non valent,l.pacta,quæ contra,C.
87 de pact. Ad cuius intellectum ſciendum,quod quædam di-
d cuntur fieri contra bonos mores naturales , *d* vt quando fit
pactum ſuper aliquo quod iure naturali diuino eſt prohibi-
tum,& turpe,veluti de homicidio committendo. Et huiuſ-
modi pacta prorſus non valent , nec aliquo iuramento con-
firmari poſſunt,c.non eſt obligatorum,de reg.iur.in 6.Quę-
nam verò dicuntur fieri contra bonos mores ciuiles , ſeu iu-
ris ciuilis artificium,vt eſt pactũ de futura ſucceſſione, quod
prohibetur fieri propter votum captandæ mortis alienæ , vt
not.in d.l.ſtipulatio,& in d.l.fin. & omnia,quæ ſic cõtra pro-
e hibitionem legis fiunt,pro *e* infectis habentur, neque ſtipula-
tio , nec iuramentum interpoſitum , huiuſmodi contractus
confirmare poſſunt,d.l fin.C.de pactis . Quod eſt verum de
iure ciuili,ſecus de iure Canonico,in his,quæ fiunt contra
88 legis prohibitionem tantum,per regulam, c.cum contingat ,
de iureiur. Et ampliatur hæc concluſio, vt vniuerſalis huiuſ-
modi donatio,de omnibus tam præſentibus quàm futuris,ſi-
mul facta,in totum vitietur, vt ne quidem, quo ad præſentia
bona,ſuſtentari queat. Quia tota iſta donatio eſt contra bo-
nos mores,& hæc ratio æquè reſpicit præſentia, ſicut futura,
& nulla eſt ratio,quare magis in vna parte vitietur,quàm in
altera. Et hæc eſt cõmunis DD.concluſio, quam tenet Card.
& Can.in d.l.fi.& idem Bald. in l.certi condictio, §. quoniã,
ff.ſi cert.pet.Imola.in Rubr.de teſt. Ludou.Rom. & Alex. in
d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de verb.oblig. Limitatur
89 autem hæc concluſio procedere. I. Quando quis ſimpliciter
donat omnia bona,pręſentia,& futura. Nam,& nũc quoque
comprehenduntur res incorporales,actiones,iura, & nomi-
na debitorum,l.rem in bonis,ff.de acqui.rer.dom. & l.bono-
rum,49.& l.bonorum,208.ff. de ver.ſign. Secus ſi quis donat
90 omnia bona mobilia,& immobilia,pręſentia,& futura. Quo
f caſu iura,& actiones,ſeu nomina debitorũ non *f* comprehẽ-
duntur,l.a Diuo Pio,§.in vendit.ff. de re iud. Et ideo ceſſat ra
tio prohibitiua, cũ habeat donator tunc res, de quibus teſtari
poſſit,ſecund.Iaſ.in d.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta, in fine.
Et in dubio potius verba interpretari debent,actus, vt valeãt
quàm vt pereant, vulgata,l.quoties,ff.de verborum oblig. II.
91 Limitatur, vt valeat donatio omnium bonorum ſimpliciter
facta , non adiecta clauſula præſentium , & futurorum bo-
norum,ſecundum Doctores poſt gloſſ.in dicta l.finali. Quia
tunc

ADDITIONES.

a *Inofficioſæ donationes liberis à parentibus factæ per alios libe-
ros reuocantur.*

b *Idem obtinet in pecunia qua bona filiorum cum iniuria filia-
rum conuertitur in feudum, & in dote qua totam ſubſtantiam
ſuam mulier appropriat marito per dotalitium: nam ſic dos to
taliter tranſit in ſubſtantiam,& patrimonium mariti,conſtit.
42.p.2. cum prioris matrimonij liberorum manifeſta defrau-
datione,etiam quo ad legitimam. Quod ſimpliciter admitten-
dum putarim in primo caſu. Etſi enim in onerofis cõtractibus
non habeat locum tit.de inoffic.don. vt ipſa rub. in verb.dona-
tionib.indicat,& a tertio emit pater,tamen quia huic nõ de iu-
re tertij, ſed liberorum queritur vt filijs cum iniuria filiarum
gratis hæc feuda comparentur , idcircò verius eſt illis compe-
tere querelam ad legitimam inde petendam Bal. & Sal.l.om-
nimodo,§.imputari,C.de inoffic.teſt. Cap.deciſ.2.nu.6. Iſer.in
c.1.in princ.de prohib.feu.alien. per Feder. In dotib. inofficio-
ſis,quamuis ſimiliter habeat locũ querela, eſt tamen alia cauſa*
des leibgedinges,*quia habet Synallagma, quod eſt contractus
mutuus,ex quo lucrari plus poſſit mulier, quam perdere, ſi vide
licet diu marito ſuperuiuat. Non igitur hæc donatio, & proin-
de querelam excludere videtur ſicut nuper eſt concluſum. Ca-
ſtrenſ.l.de fideicommiſſo,C.de tranſact.*

c *Loquitur non de donatione,ſed de datione dotis.Cuiac.ad Vl-
pian.titulo 6.*

d *De his DD.l.pactum dotali,C.de collation.*

e *Adde l.5.C.de legibus.*

f *Quia ita? Quia mobilium,& immobilium appellatione iura,
& actiones non continẽtur. Rerum enim ſpeciem certam per
ſe conſtituunt iura,& actiones ſeparatam a mobilibus, & im-
mobilibus quorum vtraque corpora ſunt. Sunt iura incorporea
res,vt ſup.de reb.corp.*

Digitized by Google

tunc non auffertur teſtandi facultas. Illa enim generalitas re-
ſtringitur tantum ad præſentia bona, & non ad futura, l. ſi ita
ff. de auro & argento leg. & l. teſtatorem, §. 1. ff. ad leg. 3. Et
ideo de futuris teſtari poterit, cum ius præſumat, quem do-
nec viuit acquirere, & lucrari poſſe, l. ſi defunctis, Cod. arbi-
trium tutelæ, de qua Alex. & alij in d. l. ſtipulatio hoc modo
92 concepta. III. Limitatur, vt procedat in donatione inter vi-
uos. Donatio verò cauſa mortis, facta de omnibus bonis, tã
præſentibus, quàm futuris valet. Ita concludunt Doctor. poſt
gl. in d. l. fi. ſuper verb. accõmodauerit, C. de pact. Ceſſat enim
& tunc ratio prohibitiua, neque auffertur libera teſtãdi facul-
tas, cum hæc donatio ex ſola pęnitentia donatoris reuocari
93 poſſit, vt ſupr. dictũ. IV. Limitatur nõ procedere, in donatio-
ne facta inter virum & vxorem, quæ morte tantum confir-
a matur. a Nam, & in ea ceſſat ratio prohibitiua, cum ex ſola
pęnitentia huiuſmodi donationes reuocentur, l. cum hic ſta-
94 tus, in princip. ff. de donat. inter, &c. V. Limitatur, vt non ſit
inualida hęc vniuerſalis donatio omnium bonorum, quando
donator quædam bona, de quibus teſtari, aut pro arbitrio di-
ſponere poſſit, reſeruauerit. Ceſſat enim tunc quoque ratio
prohibitiua, cum de bonis reſeruatis teſtari poſſit, & iſta eſt
communis concluſio Doctorum, nemine diſcrepante, poſt
Bart. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & d. l. fi. C. de pact.
Non tamen illud reſeruatum eſſe debet quid modicum, ſeu
aliquid tenue, ſed tale quid, propter quod ſit veriſimile, reſer-
b uantem inuenturum hæredem, b argumento, text. in princ.
ibi, *pro minimo lucro*, infra de lege Falcid. Sicut alias dicitur,
quod de modicis, & minimis non curatur, l. ſcio, ff. de reſt. in
integ. Et quando nihil certi eſt reſeruatum, ſed aliquid in ge-
c nere, tunc intelligitur quarta pars bonorum reſeruata, c quã
alias hæres de legatis defalcare poteſt, to. tit. inf. de leg. Falcid.
95 Et notandum, quòd decedente donatore ab inteſtato, & nõ
diſponente de bonis reſeruatis, portio reſeruata non accre-
ſcit donatario, ſed ad hæredes ab inteſtato venientes tranſ-
d mittitur; d ille enim, qui non facit teſtamentum, videtur vo-
care venientes ab inteſtato, l. ſi quis cum teſtamentum, cum
e ibi notatis, ff. de iure codicillorum. Item ius e accreſcendi in
contractibus locum non habet, vt notatur in l. ſi mihi, & Ti-
tio, ff. de verborum obligat. & in l. re coniuncti, ff. de leg. 3. Et
ita pronunciari ſolet.

ADDITIONES.

a *Quod obtinet in donatione facta filio l. donationes quas paren-
tes, C. de donat. inter vir. & vxor.*
b *Debet ergo congruere quadranti.*
c *Nam quiſque intelligitur ſe conformare iuris communi, leg. ſi
duo, vbi Caſtr. & DD. de acquir. hered. l. nemo & d. leg. 1. vbi
DD. quod hanc partem reſeruat.*
d *Ita ordinatum par. 3. conſtit. 2.*
e *Ius accreſcendi contractibus locum non habet, propter emolu-
mentum iam alteri quæſitum, l. 1 ff. de vſufr. acc. oſc. l. aquam,
in fine, ff. quemad. ſeruit. amittat. Vide plura apud Guidonem
Pap. cum quæſt. 208.*

§. Sciendum.

1 *Donatio inter viuos facta an reuocari poſſit.*
2 *Regula*, Voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad mor-
tem *in quibus locum habeat.*
3 *Donator & venditor quando ad traditionem teneantur.*
4 *Donatio perfecta, an Imperiali Reſcripto poſſit reſcindi.*
5 *Donatio ex cauſa ingratitudinis reuocatur, etiam adiecta
clauſula, quod ob ingratitudinem reuocari non debeat.*
6 *In quibus caſibus donatio ob ingratitudinem reuocetur, &
numer. 8.*
7 *Donator inops à donatorio alendus.*
9 *Donatio propter ſuperuenientiam liberorum quatenus reuo-
cetur.*
10 *Donatio facta filio à patre, vel matre tranſeunte ad ſecundas
nuptias ex quibus cauſis reuocetur.*
11 *Donatio remuneratoria, an reuocabilis.*
12 *Beneficium reuocationis, an competat heredi.*
13 *Quæ in reuocatione donationis requirantur.*

*Donatio inter viuos facta, an, & quando poſſit
reuocari?*

1 DE hac quæſtione tit. in C. de reuoc. donat. & Imp. tradit
hic regulam: *Quod donatio inter viuos, ſemel perfecta,
temere reuocari non poſſit*, vt hic, & l. vlt. C. de vſucap. pro do-
2 nato. Nec obſtat regula, quòd ambulatoria ſit hominis volũ-
tas, vſque ad mortem, d. l. cum hic ſtatus, & l. 4. ff. de alimẽtis,
l. Quia ea in donationibus cauſa mortis, & in vltimis volũta-
tibus procedit, non autem in contractibus, & actibus inter
viuos. Nam ibi locum habet regula l. ſicut, C. de actio. & obl.
Et quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, c. quod
3 ſemel de reg. iur. in 6. Et ampliatur hæc concluſio, quòd licet
donator rem nondum tradidit, non tamen pęnitere poteſt,
ſed neceſſitas traditionis ei incumbit, ita quòd ſicut venditor
præciſe tenetur ad rem venditam tradẽdam, ita quoque do-
nator, textus eſt hic in §. aliæ, ſupra eod. & in l. ſi quis argentũ,
§. fi. C. de donat. Quod eſt verum, quando donator & vendi-
tor habent facultatem rei tradendæ. Nã tunc præciſè ad tra-
dendum compelluntur, nec præſtando intereſſe liberantur.
Si verò non habent facultatem rei tradendę, tunc liberantur
præſtando intereſſe, l. 1. & ibi gl. & Doct. ff. de actio. empt. &
notatur per Doctores poſt gl. in dict. §. aliæ ſuper verb. ven-
4 ditionis. Deinde ampliatur hæc concluſio, vt donatio perfe-
cta, nec prætextu, & authoritate Imperialis reſcripti, reſcindi
queat, l. ſi donationem, C. de reuocand. dona. Limitatur au-
tem hæc concluſio procedere, vt ex ſola pęnitentia donatio-
a nem inter viuos factam reuocare non a liceat, l. poſſeſſio-
5 nem, C. de reuoc. donat. Ex cauſa verò b ingratitudinis, à do-
natario erga donatorem commiſſæ, donationem reuocari
poſſe, grauiter & prudenter ſancitum eſt in l. fi. C. de reuoc.
donat. Ne ſcilicet cuiquam ſit licentia alienas res capere, &
frugalitatem irridere donatoris, & ipſum donatorem ſuasq;
res perdere, & præfatis malis ab ingrato donationis acce-
ptore affici, vt dicitur in d. l. fi. Nec enim iuſtum eſt, ab illo pa
ti iniuriam, cui aliquis contulit beneficia, cum liberalitas do-
nantis magis ad obſequia inclinare, quam ad inſolẽtiam eri-
gere debeat, vt dicitur in leg. 1. C. de reuoc. donat. Sicut & in-
gratitudo tollit debitum naturæ. Licet enim liberis à iure
naturæ legitima ex bonis parentum debeatur, l. cum ratio, ff.
de bon. dam. tamen ex cauſis ingratitudinis exhęredari, & le-
gitima eis auferri poteſt, vt infra de exheredat. lib. Eſt enim
ingratitudo ventus vrens, exſicans fontem miſericordiæ, ro-
rem pietatis, & fructum gratiæ, vt inquit Bern. quem refert
Panor. in c. fin. ext. de don. Et hoc adeò verum eſt, vt etiamſi
donationis inſtrumento clauſula adiecta fuerit, quòd nec ob
ingratitudinem vllo tempore donatio reuocari valeat nihil-
ominus ſi donationis acceptor ingratus erga donatorẽ exi-
ſtat, reuocationi locus ſit, nec valet illud pactum, tamquam
contra bonos mores initum, l. pacta quę contra, C. de pactis,
& l. ſi vnus, § pacta, ff. de pactis, cum per huiuſmodi pactum
donatarius inuitetur ad deliquendum, quę pacta non valent,
l. illud conuenire, ff. de pact. dotal. & d. l. ſi vnus, § pacta, ff. de
pactis. Quamuis autem multis modis ingratitudo commit-
tatur, certi tamen caſus expreſſi ſunt, ex quibus tantũ dona-
tionem reuocare licet, qui enumerantur in d. l. fi. C. de reuoc.
donatio, & in c. fi. ext. de donatio I. Si donatarius in donat o-
rem impias, & violentas manus iniecerit II. Si atroci iniuria
eum affecerit, verbali ſcilicet, vt differat à cauſa præcedenti.
c III. Quando graue damnum rebus donatoris intulit. c IV. Si
vitæ periculum inferre præſumpſerit, vel inſidiatus fuerit. V.
Si conuentiones in donatione appoſitas, donatarius non im-
pleuerit, d. l. fi. in d. c. fi. VI. Per gloſ. in d. l. fin. ſupr. verb. volue-
rit. Si ſcilicet donatarius neglexerit alere donationem ino-
pem. Sed quia de hoc diuerſæ ſunt ſententiæ Doctorum, ita
diſtinguire poſt Cinum in d. l. fi. Aut donatio conſiſtit in ma-
gna re, ſeu quantitate, & tunc habet locum gl. in d. l. fi. videli-
cet, quòd donatarius tenetur alere donatorem inopem, vel
donatio reuocatur. Aut conſiſtit in parua re, vel quantitate,
& tũc ſecus, & hęc videtur eſſe ſatis æqua diſtinctio. Nam is
qui donat, magna, poteſt æquiparari patri: ſed filius tenetur
alere patrem inopem, leg. 1. quis, §. ſi impubes, ff. de lib. agnoſc.
Ergo, &c. Et hoc nota ſecundum Abb. in d. c. fi. Quia hoc ſæ-
pe accidit in mulieribus ſenibus, quæ donant ferè omnia ſua
d bona, d & poſteà negliguntur alimentari donatario.
VII. Re-

ADDITIONES.

a *Quid ſi facta eſt donatio abſenti, poteſt ne donator donationẽ
reuocare antequam donatarius eam ratam habuerit? Vide
Clarum lib. 4. ſentent. §. donatio, q. 13. verſ. primo, ergo caſu.*
b *Ingratitudinis cauſa reuocari poteſt donatio, vide Clar. ibi
quæſt. 21.*
c *Cum poſtponatur damnum pecuniarium iniuria verbali, appa-
ret hanc grauiorem eſſe, l. ſi in duabus de reg. iur. l. infamia, 8.
C. de decurionibus lib. 10. ex reg. Euer. loc. ab ord. Bal. in conſt.
pand. 2. omnem, num. 9.*
d *Vel propinquo alicui, vel amico, vel etiam Xenodochio.*

Digitized by Google

8 VII. Reuocatur donatio propter ſuperuenientiam liberorũ,
a ſi donans *a* tempore donationis liberos non habeat, deinde
b liberos ſuſcipiat, l. ſi vnquam, C. de reuo. don. *b* An autem in
9 totum tunc reuocetur donatio, diſtinguite duos caſus principales. Aut enim donatio eſt facta poſt natiuitatem, aut ante natiuitatem liberorum. Primo caſu regulariter reuocatur tãtum vſque ad debitum bonorum ſubſidium, ſeu legitimam, l. 3. & l. ſi liqueat, C. de inoffic. donat. Altero caſu, quãdo donatio eſt facta ante natiuitatem liberorum, tunc ſi ab vtroq; fuit expreſſum, ſeu cogitatum, quòd ideo fiat donatio, quia donator liberos non habeat, & tunc liberis natis ſtatim ſit totius donationis reuocatio. Quia cauſa, ſeu cõditio donationis tũc deficit, & non diſtinguitur, cui fiat donatio, an filio, quem antea habuit, liberto, vel extraneo, ſecund. Doct. in d. l. ſi vnquã per tex. ibi. Aut expreſſe fuit actum, vt valeat donatio, etiamſi liberi ei naſcantur, & tunc reuocatur donatio vſque ad debitum bonorum ſubſidium, id eſt, legitimam, argumento l. ſi totas, C. de inoffic. donat. Aut dubitatur de mente donantis, & tunc ſubdiſtinguitur. Aut donatio eſt facta vni ex filijs, & tũc quoque reuocatur tantum vſque ad legitimam, d. leg. ſi totas. Aut fit liberto, & tunc in totum reuocatur, d. l. ſi vnquã. Quia ideò videtur donaſſe liberto, quod liberos non habuit, quia cauſa ceſsãte, ceſſat donatio. Aut fit extraneo, & tũc licet ſint diuerſæ opiniones, communiter tamen concludunt Doctor. quod idem ſit dicendum de extraneo, quod de liberto, vt in totum ſcilicet reuocetur donatio, ſec. gl. in d. l. ſi vnquã. Quia non eſt veriſimile, quod donator voluerit alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, vt inquit Imperator in l. cum accutiſſimi, in fi. C. de fideicommiſs. De quo vide plenius Salicetũ, & alios, in l. 1. C. de inoffic. donat. & Doct. in d. l. ſi vnquam.
10 Circa prædicta notandum, quod mater, quæ filio donauit tranſiens ad ſecunda vota, donationem non reuocat, niſi ex tribus cauſis. I. Si filius vitæ matris inſidiatur. II. Si manus impias in eam intulerit. III. Si totius ſubſtantię molitus eſt iacturam. Auth. quod mater, C. de reuoc. dona. Non autem hæc in patre tranſeunte ad ſecundas nuptias locum habent. Quia in patre iura, de quibus iam dictum eſt, non reperiuntur correcta, & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur l. ſancimus,
11 C. de teſtam. Porrò hæc, quæ de reuocatione donatione dicta ſunt limitabitis procedere in donatione pura, & ſimplici, quæ nullo iure cogẽte, ſed ex mera liberalitate fit, & propriè donatio dicitur, vt in l. 1 ff. de donat. Non autem de ea, quæ fit ob merita. Remuneratoria enim donatio eſt irreuocabilis, l. ſi pater, § fi. ff. de donat. & addite Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. li-
12 bertus, ff. de condict. indebiti. Deinde pro limitatione notandum, quod reuocandæ donationis beneficium ſoli donatori competit, non autem ipſius hæredibus, d. l. fi. in fine, & le. 1. in fin. C. de reuocand. donat. & dict. c. fin. de donat. Quod eſt verum, quando donator ſciuit cauſam ingratitudinis eſſe commiſſam, & tacuit: ſecus ſi donator ignorauit, ſec. Porc. & alios hic, per tex. in d. c. ſi in verb. tacuit. De quo videte longam ad-
13 dit. ad Bar. in l. rei iudicatæ, §. hæredi, ff. ſolut. matrim. Vltimò notandum, quod in reuocatione donationis tria requiruntur. 1. Quod probatio ingratitudinis fiat in iudicio, d. l. fi. § ex his, verſ. in iudicium. 2. Vt fiat plena probatio, d. l. fi. §. ex his, ibi *dilucidis argumentis*. 3. Quod fiat cauſa cognita, præſente ſcilicet parte, d. l. fi. §. ex his, ibi, *cognitionaliter approbata*. De quo Angel. hic ante finem §. noſtri.

A D D I T I O N E S.

a *Reuocari propter ſuperuenientes liberos poteſt donatio, vt hic. Adde Tiraquell. & Ripam in repet. l. ſi vnquam, Cod. de reuocand. donat. Clarum 3. Senten. §. donatio q. 22. Et quid ſi iurata ſit donatio. ibi. q. 23. An idem ſi inofficioſa facta ſit donatio vni ex liberis ibi. q. 24. An & idem ſi donatum ſit ob cauſam, vel mortis cauſa, quæſt. 25.*
b *Vbi latiſſime de his Tiraquell.*
c *Et idonee ſatis audita, item vt ſequatur ſententia declaratoria vide DD. in d. l. vlt. C. de reuocand. donation.*

DE DONATIONE PROPTER NVPTIAS.

§. Eſt, & aliud.

1 *Quo iure hic contractus introductus.*
2 *Donatio propter nuptias ſine matrimonio nulla.*
3 *Eius diffinitio.*
4 *Donatio propter nuptias exæquatur doti, & qualiter in his terris Saxonicæ conſtituatur.*
5 *Quo fine ſit introducta, & quos effectus habeat.*
6 *Dos donatio propter nuptias ad quem ſoluto matrimonio redeant.*

IMperator in hoc §. aliam ſpeciem donationis inter viuos declarat, de qua loquitur tit. in C. de donat. ante nupt. & in Auth. de æqualitate dotis, & donationis propter nuptias, & in princip. in Authent. vt ſponſalitia largitas, ſpecialis ſit contractus. Ad cuius intelle-
1 ctum primò ſciendum. Quòd à iure ciuili hic contractus eſt introductus, per textum noſtrum hic, & gl. in fi. l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iur. Vnde Imperator hic trium temporum meminit. Imperatores enim DD. Seuerus & Antoninus adinuenerunt primum hanc donationem, quaſi ipſi ante nuptias appellarunt, quia ſemper futuras nuptias antecedebat, & ſolum ante, & non poſt nuptias fieri poterat. Poſtea Imp. Iuſtinus, pater adoptiuus Iuſtiniani, voluit hanc donationem augeri poſſe, etiã poſt nuptias, inſtar dotis, quæ conſtante matrimonio iure veteri quoque maior reddi poterat, & hoc eſt ſecũdum tempus, vt hic, verſ. ſed primus. Deniq. Iuſtinianus conſtituit, vt poſt nuptias non ſolum tales donationes augeãtur, ſed etiam conſtante matrimonio fieri, & ſuum initium, ſi ante nuptias nihil conuentum erat, accipere poſſent. Et vt nomina eſſent cõuenientia rebus mutauit quoq. eius donationis nomen vt nõ amplius donatio ante nuptias, ſed donatio propter nuptias hodie appelletur, cum fiat propter matrimo-
a nium. *a* Sicut enim dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, l. 3.
2 ff. de iure dot. ita & hæc donatio ſine matrimonio nulla eſt, ſec. Azo. in princ. tit. Cod. de donat. ante nupt. Hinc frater, qui poſt mortem patris, non extantibus bonis allodialibus, tenetur dotare ſororem de bonis feudalibus, priuſquam ſoror nubat, non tenetur ei conſtituere dotem, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, l. cum multæ, in princ. C. de don. ante nupt. De quo vide conſil. D. Henning. verſi. de dote fol. 265.
3 Secundò notandum, quod donatio propter nuptias eſt ea quam maritus conſtituit vxori propter matrimonium reſpe-
b ctu *b* dotis ſibi datę, in compenſationẽ dotis. Sicut enim dos à muliere affertur ad maritum, ita hęc donatio conſtituitur à marito vxori, d. l. cum multæ, C. de don. ante nupt. Et hãc vulgò appellamus *Engegenermachung oder leibgedinge*, quam Græci ἀντιφερνὴν quaſi dotis compenſationem vocant.
4 Tertiò notandum, quòd hęc donatio exęquata *c* ſit doti.
c Sicut enim dos ante & poſt matrimonium conſtitui poteſt: ita quoque hæc donatio, vt hic, & d. l. cum multæ, in princip. Item in conſtituenda, & augenda tam dote, quàm donatione propter nuptias, ſemper æqualitas quantitatis, & æſtimationis ſeruari debet, vt hic, & in Authent. æqualitas, ibi glo. & Doctores, C. de pactis conuentis, & tot. tit. de æqual. dotis. Vnde & pars, quæ nihil intulit, etiam nihil capit. Quæ verò minus dedit, quam ſe daturam promiſit, tantum dumtaxat recipit, quantum intulit. Authent. ſed quæ nihil, Cod. de pactis conuentis. De conſuetudine in terris Saxoniæ aliter obſeruatur. Nam licet viuente marito, promiſſa dos non perſoluatur, ſed eo mortuo vxor primum illam conſequatur tamen defuncti mariti hæredes donationem propter nuptias conſtituere tenentur. *Vveichbild*, artic. 22 in gloſ. Item ſicut dos ſoluto matrimonio de iure communi redit ad mulierem, vel patrem dotantem, l. dos a patre, C. ſoluto matrim. & l. 2. ff. eod. tit. Ita quoque donatio propter nuptias redit ad maritum, cap. fin. extr. de donat. inter, & cæt. Sic in lucris quoque nuptialibus æqualitas ſeruari debet, vt quantam partem vir lucretur de dote, tantam vxor de donatione propter nuptias, d. Authen. æqualitas, iuncta gloſſ. in verb. in lucris. Item pactum de lucrãda dote factum, extenditur quoque ad donationem propter nuptias, d. l. cum multæ, §. ſancimus itaque.
Vnde

A D D I T I O N E S.

a *Neque neceſſe eſt eam fieri ante nuptias, vt olim.*
b *Quid? Ornamenta muliebria per maritum vxori tradita (quæ Doctores appellant iocalia) mortuo marito ſuntne vxoris? Vide Gailium, 2. Obſeru. 91.*
c *Fallit in priuilegio prælationis tacita hypotheca vt dos, non habet quidem priuilegium tacita hypotheca, vt dos, non habet tamen priuilegium prælationis, vt notatum eſt in §. fuerat, num. 35. infra de actionibus. De æqualitate dotis, & donationis propter nuptias, adde Auth. Dos data, C. de donat. propter nupt. Gail. 2. Obſer. 78.*

Vnde Azo. in Summa, C de donat. ante nupt. no. 7. per iſtum
tex. dicit: Quod ſi dos eſt data, & pactum de ea lucrãda inter-
poſitum, & donatio propter nuptias quoque conſtituta, nul-
lum tamen pactum de ea lucranda adiectum eſt, tũc pactum
dotis extenditur quoque ad donationem propter nuptias, vt
ſcilicet ſeruetur æqualitas. Notandum tamen, quod hæc do-
a natio, præſertim quo ad *a* æqualitatem, de conſuetudine non
ſit eſt in vſu, sec. gl. in d. Authent. æqualitas. & Iaſ. in addit. ad
b Por. hic nu. 5. Et conſuetudine in his terris regulariter *b* hæc
c donatio eſt duplicata reſpectu dotis, *c* Hinc D. Henoing. Go-
den. in conſ. de ſucceſſ. ab inteſtato, mihi fol. 197. in 4. col. in-
quit: Quod iſta æqualitas dotis, & donationis propter nuptias
de conſuetudine nõ ſeruatur, & quod in tota terra, vbi viget
ius Saxon. liberum eſt cuilibet contrahenti matrimonium,
conſtituere donationem propter nuptias vxori, quantam ve-
lit, dummodo filij legitima non defraudentur. In hoc tamen
eſt æqualitas inter maritum & vxorem. Sicut enim dotis, ita
quoque donationis propter nuptias fructus percipit maritus,
pro oneribus matrimonij ferendis, l. dotis fructum, ff. de iure
dot. & not. in d. Auth æqualitas. Vnde nunc quæritur, Cum
maritus etiam conſtante matrimonio lucretur fructus iſtius
donationis, & ſoluto matrimonio redeat ad maritum, quid
operatur iſta donatio?

5 Quartò igitur notandum, quod donatio ſit introducta, vt
mulieribus magis cautum, & proſpectum ſit de dote, vt. ſ. do-
te à marito male conſumpta, vel ſoluto matrimonio vxor ha-
beat vnde damnum acceptum reſarciat, vt notatur in §. fue-
rat, inſ. de act. Dominium enim eius, ipſo iure tranſit in vxo-
rem, ita vt rei vendicationem (quæ ſoli domino competit, l.
in rem actio, de rei vendic.) aduerſus omnes poſſeſſores inté-
tare poſſit Auth. permiſſa, Co. de don. ante nupt. Ideò maritus
eam non poteſt alienare, vel obligare. Auth. ſiue à me, C. ad
Vellei. Item operatur hoc quoque alios effectus sec. Panor.
in d. c. fi. I. Si maritus committat adulterium, tunc vxor poteſt
agere, vt lucretur donationem propter nuptias, ſicut maritus
lucratur dotem propter adulterium vxoris, ca. plerumque de
donat. inter, &c. II. Propter pactum de lucranda dote. Nam
extenditur illud pactum in fauorem mulieris ad donationem
propter nuptias, vt ſupra dictum. III. Fortius ius habet mulier
in rebus ſic donatis pro recuperanda dote. Licet. o omnia bo-
na mariti ſint tacite vxori obligata pro dote, iſta tamen dona
tio ſpecialius, & ſtrictius obligata eſt, vt not. in d. Auth. ſiue à
me, & l. aſſiduis, C. qui potiores in pign. habeant. IV. Marito
vergente ad inopiam, etiam conſtante matrimonio, vxor à
creditoribus mariti vendicare poteſt, tam dotem, quam do-
† d nationem propter nuptias, † *d* §. vbi adhuc iuncta Authent.
6 ſeq. C. de iur. dot. Circa prędicta notabitis. quod de iure com-
muni dos ſoluto matrimonio redit ad vxorem, vel parentem
dotantem, d. l. a. ff. ſolut. matrimon. & d. l. dos à patre, C. eodé
tit. & donatio propter nuptias ad maritum d. cap. fi. Niſi ſit fa-
ctum pactum in ſponſalibus de lucranda dote, & donatione
propter nuptias. Nam huiuſmodi pacta valent, d. ca fi. & toto
tit. ff. de pact. dot. & C. de pact. conuent. Sed de iure Sax. ma-
e ritus lucratur dotem, *e* artic. 31 lib. 1. & præmortuo marito, v-
xor lucratur donationem propter nuptias ſi ei conſtituta eſt
f *f* ſi verò nulla eſt facta donatio propter nuptias, tunc ſucce-
dit marito vxor in tertia parte bonorum, vt infra de hæredi-
tatibus, quæ ab inteſtato defert dicetur.

ADDITIONES.

a *Vide Socinum regula* 106.
b *Inter nobiles.*
c *Reſpectu penſionum, quia non centum in 5. vt alias ex ord. Imp. anni 30. ſed decem quot annis penduntur, alij volunt in dote ni-hil eſſe hoc ſingulare, ſed ideo duplicari penſionem, quoniam in ſponſalitia largitate, & dotalitia ſors duplicatur. quandoqui-dem tantumdem pro dote in antiphernis conſtituitur.*
d *Etiamſi priuilegio ſuo renunciaſſet, vt ibi Bart. & DD.*
e *Quæ eſt rerum mobilium, non quia dos, ſed quoniam res mobi-lis, rectius igitur dixiſſet, lucratur dotem tamquam rem mobi-lem, quando in pecunia conſiſtit, vt ord. par. 3. conſtit. 21. 23. & 24. Nec iure Saxon. vt quidam volunt, a reliquis mulieris bo-nis diſtingui ſolet, niſi ſint expreſſe pactum, ſed omnia importa-ta pro dote habentur, quod tamen videtur diſputabile, neque certa ratione inductum contra communem in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. vbi tenet quid hoc Bart. ſed contra alij & ipſe Bart. q. 10. Mulier, &c.*
f *Hoc intereſt maritus mobilia pleno iure lucratur, vxor vſum-fructum ad vitam tantum.*

QVIBVS *a* ALIENARE LICET
vel non.

TITVLVS VIII.

1 *Continuatio, & argumentum tituli.*
2 *Quilibet res ſua moderator eſt, & arbiter.*
3 *Qui prohibeantur res ſuas alienare.*
4 *An maritus dotale prædium alienare poſſit, & quid ſit dotale prædium.*
5 *An maritus ſit dominus dotis.*
6 *Dos proprium patrimonium vxoris.*
7 *Dos ſoluto matrimonio ad vxorem reuertitur.*
8 *Quibus caſibus liceat marito res dotales alienare, & num. 9. 10. 11. & 12.*

1 SVperioribus titulis dictum eſt, quemadmodum
dominia rerum tam de iure gentium, quam ciui-
li acquirãtur, & quia præcipuus dominij effectus
eſt, pro ſuo arbitrio de re ſua diſponere, ideo nũc
ſubijcitur, qui alienare, & dominiũ, quod habent
in alios transferre poſſint. Et duos principales caſus Impera-
tor hic explicat. Primus, quod is, qui dominus eſt, res ſuas alie-
nare non poſſit, contra regulam legis, quæ habet, quod nihil
magis conueniens ſit naturali æquitati, quam ratam habere
voluntatem domini, rem ſuam in alium transferre volentis,
§. per traditionem, ſup. de rer. diuiſ. Secundus, quod is, qui do-
minus non eſt, poſſit res alienas alienare contra reg. l. nemo
plus iuris, ff. de reg. iur. Pro intellectu igitur tituli noſtri quæ-
ritur.

Qui prohibentur res ſuas alienare?

2 Præmittenda eſt regula, quod quilibet, cum rei ſuæ ſit mo-
derator, & arbiter, l. in re mandata, C. mandati, vel contra ha-
bet poteſtatem res ſuas alienandi, niſi ſpecialiter ei a lege ſit
interdictum, argumento, l. cum prætor, ff. de iudicijs. Prohibe-
tur autem primu maritus res dotales alienare. Licet enim ma
b ritus *b* de iure ciuili cenſeatur dominus dotis: ita vt ſi cadat à
poſſeſſione rei dotalis, poſſit eam vendicare, non autem vxor
conſtante matrimonio, l. doce ancillam, Co. de rei vend. quæ
vendicatio ſoli domino competit, d. leg. in rem actio, ff. de rei
4 ven. Tamen prædium vel fundum *c* dotale alienare, aut obli-
c gare prohibetur, tex. eſt hic, & in l. vnica, § & cum lex, C. de
rei vxor. actio. l. 4. & to. tit. ff. de fund. dotali. Et intelligitur per
dotale prædium, ea dos, quæ in fundo, ſeu re immobili cõſti-
tuta eſt, ſiue ſit prædium vrbanum, ſiue ruſticum, l. dotale præ
dium, ff. de fundo dotali. Et ampliatur hæc concluſio. I. Vt
maritus nec ſeruitutes fundo dotali debitas amittere, neque
ei alias imponere poſſit l. 5 ff. de fun. dot. II. Ampliatur, quod
nec conſentiente vxore maritus prædium dotale alienare poſ
d ſit, vt hic, & d. l. vnica, §. & cum lex, C. de rei vxor act. *d* Licet
aliàs ſit regula, quòd quilibet iuri, & fauori pro ſe introducto
renunciare poſſit, l. pen. C. de pact. tamen mulier hoc caſu re-
nunciãdo fauori ſuo nõ præiudicat ſibi, & hoc propter fragi-
litaté ſexus, vt in fin. prin. ibi, *ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuertatur*. Et in d. l. vni. §. cum
lex, ibi, *ne fragilitate naturæ ſuæ, in repentinam deducatur ino
piã*. Item propter publicam vtilitatem, cum Reip. etiam inter-
ſit fęminas eſſe dotatas, & dotes mulieribus conſeruari, l. 1. ff.
ſol. matr. III. Ampliatur, quod huiuſmodi alienatio, nec iura-
méto vxoris de iure ciuili cõfirmari queat, cũ ſit contra pro-
hibitionem legis facta, per l. non dubium, in fin. C. de legibus.
Secus

ADDITIONES.

a *Quid alienationis verbo contineatur, & an rei prohibitæ alie-natio valeat, not in §. item ſi quis in fraudem, 18 inſ. de action.*
b *Dotis dominus iure ciuili, vel gentium, maritus eſt; mulier ve-ro iure naturali, l. in rebus, Cod. de iure dot. Spem tamen habet in illius rebus, ſiue quia ex illis alitur, ſiue quia ſolut. matr. das ad eam reuerti debet, & ita euenit aut exitu inſpecto liberi bonorum paternorum domini cenſentur, viuo etiam patre ſuo, l. in ſuis ff. de lib.*
c *Fundi dotalis alienatio vtrum valeat, vide Concenatium 2. q. 7. & an pater dotem filiæ alienare poſſit, vide ibid. q. 8.*
d *Quare, & hoc reſpectu tituli congruit hoc exemplum. Nam li-cet maritus ciuiliter, vxor autem naturaliter res dominium obtineant, l. in rebus, C. de iure dot. non tamen valet eius alie-natio, vt hic traditur.*

Secus de iure Canonico,cui in hoc caſu ſtatur,per reg. c. cũ
contingat,de iureiuran.IV. Ampliatur, vt marito rem dotalẽ
a mobilem, etiam conſentiente vxore alienare non liceat, *a*
ſecund. Bar. & Doct. in d.l.ff.ſolut matrim. Cum limitationi-
bus tamen infra ſubijciendis. V. Ampliatur, vt etiam ipſe ma-
ritus,conſtante matrimonio,res dotales alienata contra pro-
prium factum vendicare poſſit,ſecund. gl.hic in verb. inter-
dictio,& gl.in d. l. vnica,§. & cum lex,in verb. alienari,cum
ea,quæ contra legis prohibitionem fiunt,pro in fectis habeã-
5 tur,d.l.non dubium,C.de legibus. Nec obſtat,quod ſupra di-
ctum eſt,maritum eſſe dominũ dotis,quia hoc fit ſubtili qua
dam iuris fictione,& ſubtilitate legum,cum reuera & natu-
raliter eius dominium pertineat ad vxorem,d. l. in rebus.C.
b de iur.dot.*b*Eſt enim dos proprium patrimonium ipſius mu-
6 lieris,vt dicitur in l.3.§ ergo etiã,ff. de minoribus 25. annor.
Verum quia multa marito conceſſa ſunt,quę non niſi domi-
no concedi ſolent,vt ſcilicet ipſe,non vxor,habeat rei vendi-
cationem,pro rebus dotalibus vendicandis conſtante matri-
monio,d.l.doce ancillam,C.de rei vend. Item vt ſeruos ma-
numittere poſſit,l.3.C. de iure dot. Item rebus dotalibus vti,
& frui,vt ſuis,cum fructus dotis pro onerib. matrimonij ad
maritum pertineant,l.pro oneribus,Cod.de iur.dot. Ideò hac
ratione videtur dotis dominus,licet re vera nõ ſit. Vxor enim
naturali iure domina eſt, ſed quo ad conſtat matrimonium,
7 ſilet eius dominium,& eſt inefficax. At cum ſoluitur,dos ad
mulierem cum effectu reuertitur,vt ſoluto matrimonio,res
c dotales alienatas vẽdicare poſſit,*c*non autem conſtante ma-
trimonio,niſi maritus vergeret ad inopiam,d.l. vbi adhuc,C.
8 de iure dot. Limitatur autem prędicta concluſio. 1. Vt valeat
alienatio rei dotalis,a marito facta,iuramento vxoris confir-
d mata,de iure Canonico,*d*d.cap.cum contingat. 2. Limitatur
9 procedere,quando res immobilis ineſtimatae data eſt in do-
e tem; ſecus ſi prædium æſtimatum fuerit marito datum, tali
æſtimatione, quæ facit emptionem, tunc,& alienari poteſt,
quia dominium,& periculum ad maritum pertinet, ſecundũ
gloſ.hic in verb dotale,& eſt text.in d.l. vnica,§. & cum lex.
Aeſtimatæ enim res vſu etiam mulieris, periculo mariti de-
teriores efficiuntur, l.æſtimatę,ff.ſol.matrim. Secus ſi ęſtima
tio fuerit facta,vt ſciatur quanti plus,vel minus valeat res tẽ-
pore reſtitutionis, vt ſic maritus cogatur reſarcire deteriora
tionem rei dotalis,vt l.ſi mater,C.de iur.dot. Vel vt vxor ha
beat electionem, in ſoluto matrimonio velit rem ipſam,vel
æſtimationem rei, vt in l. plerunq. verſic. ſi res in dotem,ff.
de iure dot. Bart. & Paul.de Caſtr.poſt text.in l.æſtimatis, ff.
10 ſoluto matrimonio 3. Limitatur procedere in rebus mobi-
libus,quæ ſeruando ſeruari poſſunt; aliàs enim res mobiles,
quæ ſic ſeruari non poſſunt,marito alienare licet,ſecundum
gloſ.& Doctores in d.Authent.ſiue a me,ſuper verb.& mul
11 tò magis, in fine, C. ad S. C. Velleia. 4. Non procedit,ſi dos
fuit data in moneta,vel alia re,quæ pondere numero,vel mẽ
ſura conſtat,has enim res maritus ad arbitrium ſuum diſtra-
here poteſt,l. res in dotem,ff de iure dot. Tales enim res re-
cipiunt functionem in genere ſuo, vt vna pro alia eiuſdẽ ge-
f neris ſolui,& reſtitui poſſit,*f*l.2.§.1.ff. ſi cert. pet. In omnibus
tamen iſtis caſibus,in quibus permiſſa eſt alienatio rei dota-
lis,tam mobilis,quam immobilis,requiritur,quòd maritus ſit
ſoluendo,& habeat alias res,ex quibus mulieri conſuli poſſit
vt dicitur in d.Authen.ſiue a me,& textus in l.in rebus,§.om
nis,ibi, *opulenti quidem mariti*,Cod. de iure dot. Et gl. hic in
verb.dotale,in fine,& Iaſ.in §.actionum,nom.84.inſ.de act.
Et facit tit. in Auth. Vt immobilia ante nuptialis donationis
12 neque hypothecentur, niſi poſtea ſatisfieri poſſit vxori, &c.
5. Propter neceſſitatem famis, alienationem prædij dotalis
fieri poſſe a marito,tradit hic Fab.poſt gl.in verb.prohibetur,
pro ſuſtentatione ſcilicet ſuæ coniugis,& liberorum,non au-
g tem propter aliam neceſſitatem,*g*argumento,l.2.C.de patri-
bus qui fil.ſuos diſtraxerunt.

ADDITIONES.

a *Interpellatio,l. Iulia a Iuſtiniano facta.*
b *Sed ne hac ipſa alienare poteſt ex Iuſtiniani conſtitutione, vt dictum eſt.*
c *Aut etiam alienare. Non enim ſunt amplius dotales,cum dos ſine matrimonio non ſit,l.vlt.ff.de don.ante nup.l.vlt. Cod.de cond. ob cau. dat. & proinde prohibitione, l. Iulia amplius non continentur.*
d *Vſu,& iure Saxon. etiam abſque iuramento,dum de conſenſu mulieris conſtet. Ita moribus ad vetus ius. l. Iulia reditum eſt, quæ conſentiente muliere non prohibet alienationem, ſed tantum oppignorationem,quam,& ipſam quidam voluĩt iure Saxon.ſubſiſtere,ſiquidem aliæ ſolemnitates ſeruentur,de quibus par.2.ordin.c.23.& 24. at tutius mihi quidem videtur non recedere a iure communi,niſi quatenus expreſſe repetitur ſtatuta mutatum.l.2.C. de noualibus actionibus, l. ſi extraneus,ff. de condict.cauſ.dat.*
e *Dotalem fundum æſtimatum maritus alienare poteſt, & mulieri æſtimationem dare,l.quoties,C.de iure dot.l.ſi æſtimatus, ff.ſol.matrim.& ibi Bar. poteſt tamen interdum mulier eligere rem,vel æſtimationem,l.in rebus,C.de iur.dot.ſi modo,vel non æſtimata,vel æſtimata, vt ſciatur quantum res valeat, l. vnica,§.cum lex,C.de rei vxoriæ actione.*
f *Nec habent vſum niſi in abuſu. Vide ff. de vſufructu ear. rer. quæ vſu conſum.*
g *Imò ex qualibet neceſſaria cauſa permittitur alien. l.1. de fun. dot. Sed exiſtimo opus eſſe huius cauſæ cognitione,& iudicis ſuper ea decreto,vt in alienatione rerum minoris,l.3.& 5.& paſſim,ff de reb.eor.&c.& l.ſancimus creatione,C.de admin.tut. Quomodo,& iure Saxo.in alienatione, vel oppignoratione rerum immobilium requiritur conſenſus iudicis loci, in donatione etiam proximi heredis,ar.53.li.1. in mulieris alienatione tutoris authoritas,vel mariti,vel alterius,præſertim ſi ad vtilitatem mariti alienet,conſt.23.& 24.par.2.ordin. Nec enim in ſua cauſa,hoc eſt,ad propriam vtilitatem,lege 1.§.biduum, quando & intra quæ tempor.author.fieri poteſt,l.1.in princip.l. 5.de author.tut.§.vlt.Inſtit.eod.*

§. Nunc admonendi ſumus.

1 *An pupillus ſine authoritate tutoris res ſuas alienare poſſit.*
2 *Pupillus ſine tutore alteri mutuare non poteſt,& mutuans non facit mutuum.*
3 *Pecunia a pupillo mutuata ſi extat, vendicatur, ſi bona fide conſumpta ſit condici poteſt.ſi vere mala fide ſit abſumpta,poteſt agi ad exhibendum,vt iuretur in litem.*
4 *An debitor pupilli ſoluens ſine tutore liberetur,& n 5.6.& 7.*
8 *Pupillaris debitor pupillo ſine tutore ſoluens, quando ſit tutus ope exceptionis.*
9 *Adultus habens curatorem ſine authoritate curatoris alienare nequit; alias ſecus.*
10 *Prodigus cui bonis interdictum eſt, alienare prohibetur.*
11 *Filius non poteſt alienare*
12 *Vaſallus rem feudalem alienare, & obligare prohibetur ſine conſenſu domini,ſub pena amiſſionis feudi.*

1 SEcundò pupillus,licet ſit dominus rerum ſuarum, tamen
ea ſine authoritate tutoris alienare nõ poteſt, text eſt hic.
Et hoc propter facilitatem pupillaris ætatis, ſeu pupilli imbe-
cillitatem, & conſilij inopiam introductum eſt, cum conſtet
fragile,& infirmum huiuſmodi ætatis eſſe conſilium, vt dici-
tur in l.1.ff.de minoribus Et ampliatur hoc concluſio primũ,
quod non diſtinguitur, ſiue ſint res immobiles, ſiue mobiles,
a etiam tales, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, *a* ſecundum
Ang.ibi propter vniuerſalem negatiuam hic poſitam, ſcilicet
Nullam. Hinc infertur ſecũda ampliatio,quòd pupillus pecu
niam alteri mutuare non poteſt,nec contrahit obligationem,
ſed prorſus inualida eſt huiuſmodi mutui datio, vt hic. Eſtque
b ratio,quia ad hoc,*b*vt ſit mutuum,requiritur,vt dominiũ pe-
cuniæ transferatur in accipientẽ,cum mutuum dicatur,quod
de meo fiat tuum,l.2.§.appellata, ff.ſi cer.pet. Pupillus autem
in alium dominium rei,ſine authoritate tutoris, trãsferre ne-
3 quit. Ergo nec mutuare poteſt Et quãdo pupillus de facto mu
tuat pecuniam alteri, habet rei vendicationem ad pecuniam
recuperandam: ſi verò conſumpta eſt à recipiente bona fide,
poterit ea cõdici; ſi verò mala fide,ad exhibendum agi pote-
rit, & condemnatur tunc reus ad intereſſe,quanti actor illud
æſtimat per iuramentum in litem, vt hic,iuncta gl.in verb. ad
4 exhibendũ. Poſtea ampliatur,quod pupillus per ſolutionẽ de-
biti,quæ ei fit per debitorem, obligationem alienare non po-
teſt,tex.eſt hic in §.at ex contrario. Ad cuius intellectũ diſtin-
guendi ſunt tres caſus principales. I. Aut debitor ſoluit pupil-
c lo rem debitam cum authoritate tutoris, & decreto *c* iudicis,
&

ADDITIONES,

a *Quia nullum negotium, quo lædi poteſt, abſque tutore recte geri. Quamobrem nec minor quidem abſque curatore recte alienat.l.ſi minorem,C.de integ.reſtit.minor.*
b *Et infra, quib.mod.re contrahitur obli. Imò nec eſt mutuum. l.2.ff.ſi cert.pet.*
c *Id eſt,iuſſu,l.aut prætor,§.prætermittitur, ff.de minorib. Et hoc quidem decretum, ſine vllis expenſis pupilli fieri debet, l.1,C, de fru. & lit.expenſ.*

a & conſequitur debitor pleniſſimam *a* ſecuritatem, & liberationem. Ita quòd pupillus in integrum non reſtituatur, vt hic, & l. ſancimus creatione, C. de adm. tut. Tradunt itaque Doct. hic conſilium, quando debitor pupillaris vult ſoluere, quòd proteſtetur coram iudice, de pupillari ætate creditoris, & ſi iudex pronunciat pecuniam pupillo ſoluendam eſſe cum authoritate tutoris, vel ipſi tutori, tunc debitor conſequitur pleniſſimam liberationem, nec minori poſteà datur reſtitu-
6 tio. Ita Doct. hic per tex. in d. l. ſancimus. II. Aut debitor ſoluit pupillo ſine decreto iudicis, cum authoritate tamen tutoris, tunc debitor quidem ipſo iure liberatur, ſed pupillus, ſi ex tali ſolutione lędatur, in integrũ reſtituitur, l. i & ibi gl. & Doct.
7 C. ſi aduer. ſol. III. Aut ſine iudice, & ſine tutore debitor ſoluit pupillo, & tunc non liberatur debitor: ideò ſi malè conſumpſerit pupillus, aut furto, vel vi rem ſolutam amiſerit, nihilominus debitor, tamquam adhuc obligatus, condemnabitur ad ſolutionem faciẽdam, quia temerè, & ſine authoritate tutoris contra diſpoſitionem legum ſoluit, tex. eſt hic in d.
b §. at ex contrario. Duobus *b* tamen caſibus debitor ſoluens
c ſoli pupillo liberatur, non quidem ipſo iure, ſed ope *c* exce-
8 ptionis. 1. Quando res, vel pecunia ſoluta adhuc exſtat ſalua penes pupillum. 2. Quando non extat ſalua, ſed tamen in vtilitatem pupilli verſa eſt: ita quòd inde ſit factus locupletior, vel certe non pauperior. Vt quis iiſdem nummis ſolutis, aliã rem ſibi comparauit: tunc pupillus exceptione doli repellitur ſi iterum petat debitum, cum nemo debeat locupletari cum alterius iactura, cap. locupletari, de reg. iur. in 6. text. eſt hic in l. pupillo, ff. de ſol.
9 Tertio adultus habens curatorem, licet ſit dominus ſuarũ rerum, tamen eas ſine authoritate curatoris alienare nequit: & ſi facta fuit alienatio, non tenet, nec opus eſt reſtitutione, ſecundum gloſ. hic in verb. vllam, & l. ſi curatorem, C. de in integr. reſtit. Si vero non habeat curatorem, tunc poterit res ſuas alienare: ita quod contractus ſeu alienatio de iure valeat: ſed ſi læſus fuerit, reſtituitur in integrum, d. l. ſi curatorem. Niſi talem alienationem iuramento confirmaſſet, nam tunc non poſſet contrauenire, Authent. ſacramenta pube-
d rum, C. ſi aduerſ. ven. *d*
10 Quarto, prodigus, cui bonis interdictum eſt, alienare prohibetur, l. ſi ſciens, ff. de contrahen. empt. & l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig.
11 Quinto, filius non poteſt alienare bona, in quibus pater habet vſumfructum, leg. fin. §. filijs autem, Cod. de bonis quæ liberis.
12 Sexto, vaſallus *e* rem feudalem alienare, & obligare pro-
e hibetur, ſine conſenſu domini, ſub pęna amiſſionis feudi, cap. Imperialem, cum ſimilibus, de prohib. feud. alienat. per Frid. Item agnati conſenſus requiritur, adeo quod ſi vaſallus vendat feudum alteri, licet domini conſenſus accedat, non tamẽ
f præiudicat agnato *f* c. 1. de alien. feud. pat. Quia agnatus, ſi velit, poſſet offerre pretium, & feudum ſtatim recuperare, vel poterit expectare, donec alienans moriatur ſine hærede maſculo, & tunc nullo dato pretio feudum recuperabit, de quo eſt text. ibi gl. & Doctor. in cap. Titius, ſi de feud. defuncti fuerit controuerſia inter dominũ, & agnatum, &c. Por-
g ro plures caſus, in quib. alienatio eſt prohibita, *g* enumerantur per Matt. de Afflict. in c. mutus, ante ſi. Epiſcop. vel Abb. & c. io vſib. feud.

ADDITIONES.

a *Et ideò hoc caſu ipſo iure ſoluens liberatur. Quia quod legitimè factum eſt, non reuocatur, l. ſancimus C. ad S. C. Tertull. Quin & ſi pupillus pecuniam ſolutam non habeat, ſed perdita eſt, non reſtituitur, l. aut prætor, §. quod tamen, ff. de minoribus.*
b *Adde, & ſine tutoris authoritate ſolui rectè pupillo adiecta ſolutionis recipiendæ cauſa, l. ſi ſtipulatus fuero, ff. de ſolut.*
c *Doli mali ſcilicet. Alias ſi pecunia pupillo ſoluta non eſt ſalua, creditor ſoluens non liberatur ipſo iure, vel per exceptionem, vt hoc §. l. in pupillo, ff. de ſolutionibus. Sed poteſt pupillus, vel alius eius nomine ſolutum condicere, l. filius, ff. de ſolutionibus.*
d *Quam DD. etiam extendunt ad minorem qui curatorem habeat. Vide Iaſ. & DD. ibi.*
e *Idem in emphyteuta, l. vlt. vbi Iaſ. & DD. C. de iur. dot.*
f *Qui fortius ius habet quam dominus. §. vltimo, qualiter olim feu poter. alien. vbi DD.*
g *Vel a leg. l. iubemus nulli, C. de Sacroſ. Eccl. tot. tit. extra de rebus Eccl. non alien. l. vlt. C. de reb. alien. Auth. res quæ. C. commun. de l. vel a teſtatore, d. l. vlt. & l. filiusfamilias, §. diui, ff. de l. 1. vel ex partium conuentione, quæ tamen nõ æquè alienationem impediat, ſed magis actiones ad id, quod intereſt præſtat, de quo gloſ. & DD. l. 5. C. de cond. ob cauſ. da. l. ſi ita, § ea lege, ff. de verb. oblig. De quo vide conſil. 32. p. 2.*

§. Contra autem.

1 *Quando creditor pignus, in quo dominium non habet, alienare diſtrahere, & dominium transferre poſſit, & n. 2. 3. & 4.*
2 *Creditor, quando pignus venditum pro debito non ſufficit, poteſt reſiduum à debitore repetere.*
3 *An, & quando pactum legis commiſſoriæ in pignoribus locum habeat.*

TRaditur hic ſecundus caſus principalis tituli noſtri, qui priori eſt contrarius. Quoſdam ſcilicet habere poteſtatem alienãdi, etſi rerum non ſint domini, vt eſt creditor, qui pignus, in quo dominium non habet (manet enim in dominio debitoris, l. reſcriptum, in princ. ff. de diſtract. pig.) ex conuentione partium, vel legis permiſſione, diſtrahere, & dominium pignoris in aliũ transferre poteſt, vt hic. Et diſtinguendi ſunt poſt text. & gl. hic, in verb. certus, quatuor caſus principales. Primus, quando conuentum eſt inter creditorem, &
a debitorẽ de vendendo *a* pignore, ſi intra certum tempus pecunia non ſoluatur, tunc creditor abſque aliqua alia denunciatione illud vendere poteſt vt hic, & l. ſi conuenerit, in pr. ff. de pig. act. l. ſi poſt prin. C. de iu. dom. impet. Dies enim interpellat tunc pro homine, l. magnam, C. de contrah. ſtipul.
2 Secundus ſi de vendendo pignore nihil conuenerit, tũc creditor etiam illud vendere poteſt, ita tamen vt interpellet de-
b bitorem, vt ſoluat, qui ſi ceſſauerit *b* biennium (quod à tempore denunciationis, non pignorationis factæ enumerandũ
c eſt,) *c* pignus illud, poſt biennium, à die illo denunciationis factæ, vendere poteſt, d. l. fin. § ſin autem nulla pactio, & d. l. ſi
3 conuenerit. Tertius, quando verè conuentũ eſt, ne diſtrahatur pignus à creditore, tunc non obſtante tali pacto, creditor adhuc habet licentiam vendendi pignus, ita tamen, vt præcedant tres denunciationes, vt debitor ſoluat. Nec debent iſtæ trinæ denunciationes fieri vna vice, & contextu verborum, ſed debet eſſe ſaltem triduum inter vnam, & aliam, ſec. gl. & Bar. in d. l. ſi conuenerit Sal. autem, & Paul. de Caſtr. & plerique alij tenent, illud relinquendum eſſe arbitrio iudicis, vt ad minus in iſtis denunciationibus intermittant ſpatium 10. dierum, nec enim creditor ſtatim cum ſacco paratus venire debet, arg. l. quod dicimus, ff. de ſol. Et illud Ang. hic dicit eſſe verius, & poſt trinas denũciationes creditor quoque debet exſpectare bienniũ, quod elapſo pignus alienare poteſt, d. l. ſi cõ-
d uenerit, & d. l. ſi. non obſtante illo pacto *d* propter publicam ſcilicet vtilitatem, niſi enim creditores haberent hanc poteſtatem diſtrahendi pignus non reperirentur, qui mutuarent pecuniam indigentibus ſecun. gl. & Bart. in d. l. ſi conuenerit. Quartus, quando creditor nõ poteſt reperire emptorem, tũc per iudicem certum tempus præfigitur debitori, infra quod ſoluat pignus, quo elapſo, creditor a principe impetrare debet vt liceat ei pignus iure dominij habere, quo impetrato, debitori adhuc conceditur bienniũ, infra quod licet ei redimere pignus, dũmodo creditori offerat totũ debitum, cũ omni damno, & intereſſe, & ſtatur hoc caſu ſuper damnis, & in-
e tereſſe, iuramento ipſius creditoris. *e* Si verò infra id biennium debitor non luat pignus, tunc creditor illud irreuocabiliter poſſidere, & pro ſuo retinere poteſt, ita eſt text. in d. l. fin. C. de iu. dom. impet. Et hoc quod dicitur ibi de authoritate

ADDITIONES.

a *Forma pignoris alienando præſtituta partiũ conuentione ſeruãda eſt, neque denunciationem exigit, l. vlt. C. de iur. dom. impetrand. Quid ſi forma nulla præſtituta? Denunciare creditor debet debitori, vt pignus luat, id eſt, liberet. Cetera vide in d. l. vlt. quæ baſim, & fundamentum continent huius alienationis.*
b *Statutis, & conſuetudinibus locorum minus tempus, aut lõgius interdum introductũ eſt, vt gl. in d. l. vlt. C. de iur. dom. impet. pignus verò iudiciale captum in cauſa iudicati, iuxta tempus datum iudicatis vendi poteſt, id eſt poſt quatuor menſes rei iudicatæ, c. quoad conſultationem, ext. de ſent. & re iudic. Pignus verò prætorium captum in contumaciam partis non comparẽtis arbitrio iudicis alienatur, l. cum proponas, C. de bon. author. iud. alien. Din. in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de damno.*
c *Vide Neguſan in tract. de pign. par. 6.*
d *Quod habet tacitam conditionem, ſi pactis contraſtetur, & ſua die ſolutio debitionis fiat.*
e *Propter moram, & quaſi contumaciam debitoris, vt l. 4. & ff. de in lit. iur.*

Digitized by Google

tate principis,intelligitur de iudice ordinario cauſæ, faciente
hoc authoritate ordinaria ſibi a principe conceſſa , nec noua
authoritas principis requiritur,ſec. Doct.ibi. & Neguſ.in tr.
de pignoribus,in membro 6.partis principalis, nu. 10. Circa
prædicta notandum , quod in caſibus, vbi venditio pignoris
permittitur,ſi ex venditione creditori non ſit ſatisfactũ, po-
terit reſiduum a bipſo debitore repetere . Sin autem de pre-
tio vltra debitum ſupereſt,debitori id reſtituendum erit , d. l.
fi.§.ſed ſi quidem minus.Licentia enim vendendi pignus,da-
ta creditori,intelligitur pro rata debiti,ſecund. Sal. Vnde &
a pactum *a* legis commiſſoriæ in pignoribus eſt reprobatum,
veluti ſi debitor oppignerauit creditori rem aliquam adie-
cto hoc pacto ſi debitor non ſoluerit ſtatuto termino,res pi-
gnorata ſit ipſius creditoris,vel ſit ei vendita, vel in ſolutum
data pro ſuo credito,illud pactum de iure reprobatur, l. 1.&
fi.C.de pact. pign. Quia lex præſumit,quod communiter ita
ſibi proſpiciat, vt accipiat in pignus rem multo pluris valen-
b tẽ,*b* & ita deciperetur debitor,& creditor lucraretur aliquid
ſupra ſortem,quod eſt ſupra,de quo Panor.in c.Significante
6 ext.de pignoribus. Fallit tamen,ſi pactum ita fuit adiectum,
quod pignus tunc ſit venditum creditori, vel datum in ſolu-
tũ pro iuſto precio: nam tunc iuſtum pretium erit æſtiman-
c dum per iudicem,l.ſi ſundus,§. fi.ff.de pign. Et plura *c* de hac
queſtio: *An,& quando pactum legis commiſſoriæ in pignoribus
locum habeat?* vide per Neguſ in dict.tract de pign.in 4.parti
principali, in princ.De iure Saxon.quando terminus ſoluen-
di eſt elapſus, tunc debitor tribus iudicijs citari debet , vt pi-
gnoris cauſa compareat,vel illud redimat . Si emanet,credi-
tor in poſſeſſionem rei pignoratę mittitur Comparente au-
tẽ debitore,creditor ei pignus afferat, vt intra quattuordecim
dies luat Si non redimit,tunc tribus vicibus intermediante
ſemper ſpacio 14 dierum,ſubhaſtatur,luitioque ei denuncia-
tur,& tunc rurſus tempus 14.dierum cõſequitur,quo ſpacio,
ſi pigñus non liberat,illud creditori adiudicatur, eiq; debitor
d omne ſuum ius cedere tenetur. *d* De quo videte gl. *Vueichbild.* in art.20 in 12.col. & plura de hac materia, quæ ſcilicet
requirantur , vt venditio pignoris valeat, videte per Neguſ.
in dict.tract.de pign.in 1.memb.6.par.princ.in princ.

ADDITIONES.

a *Aut potius,l.commiſſoria,aut pactum commiſſorium . Nam
lex illo loco nihil aliud,quam in pactum, & conuentio . Porro
de pacto commiſſorio,aut lege commiſſoria, adde Guid. Pap q.
6.vbi inter cetera tractat,an iure merito firmetur.*

b *Fallit,& in alijs caſibus, de quibus vide Fabrum in leg. quo-
niam,C.de pact pign.*

c *Valentne pactũ,vt te mihi ad præſtitutum diem pecuniam non
ſoluẽte tua res hec,vel illa mihi vendita ſit?Vide Guid. d.loc.*

d *Adde conſtit.par.3.conſtit.32.*

PER QVAS PERSONAS CVIQVE. dominium acquiratur.

TITVLVS IX.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Quomodo differat hic titulus ab eo, qui ponitur in tertio libro.* Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.
3 *Perſonæ,per quas cuique acquiritur,& nu.4.5.& 6.*
7 *An pater emancipando filium poſſit tertiam partem bonorum filij in recompenſationem retinere.*
8 *Diminutis diuitijs,diminuitur,& honor.*
9 *Quare filiæ in feudis non ſuccedant.*
10 *Honor eſt ſumptuoſus.*
11 *Quatuor ſpecies peculij.*
12 *An de iure veteri in peculio aduẽtitio pater conſequatur plenum dominium,tam proprietatem,quam vſumfructum.*
13 *In quibus caſibus pater in aduentitijs hodie non habeat vſumfructum,& nu.14.15.& 16.*
17 *An mortuo patre filius habens peculium aduentitium, Caſtrenſe,vel quaſi,in diuiſione hereditatis paternæ, teneatur illud conferre.*
18 *An filia dotem,quam à patre accepit conferre teneatur.*
19 *An filius poſt mortem patris teneatur conferre dotem, quam ex pactis nuptialibus lucratus eſt.*
20 *Quando filiuſfamilias patrimonium augetur, an præſumatur aduentitium,vel profectitium.*
21 *Bona apud vxorem acquiſita , an intelligantur ex bonis mariti.*
22 *An titulus in C. de bonis maternis: item de bonis quæ liberi, in terris Saxoniæ ſeruentur.*

1 DIctum eſt hactenus, quibus modis dominium re-
rum acquiratur , & qui dominium, quod habent
in alios transferre poſſint . In hoc verò tit. Impe-
rator enumerat perſonas , per quas nobis domi-
2 nium acquiri poteſt. Et differt hic tit.ab eo, qui ponitur, infr.
in 3. lib. *Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.* Ibi enim
de acquirenda obligatione; hi verò de acquiren rer.dominio
a tractatur.Et quamuis in text.& gl.Rubr.noſtrę,plures *a* per-
ſonæ enumerentur , comprehendi tamen poſſunt ſub tribus
3 generibus hominum. Nam primum per noſmetipſos domi-
nium rerum acquirere poſſumus . Deinde per eos,qui ſunt
in poteſtate noſtra,vt liberi noſtri, & ſerui. Cum per liberos
etiam homines,qui noſtrę poteſtati non ſunt ſubiecti,vt ſunt
procuratores,&c.de quibus ordine Imperator hic differit.
4 Primò,itaque per nos ipſos,per modos ſupra enumeratos
& alios legitimos titulos , dominium rerum nobis acquirere
poſſe conſtat,vt hic in princ.& in l.acquiritur , in princ. ff. de
acquirendo rerum dominio.
5 Secundò,per liberos noſtros,vt hic,& d.l.acquiritur. Quæ
concluſio extenditur. I. Ad liberos vtriuſque ſexus, tam fœ-
minas,quam maſculos,vt hic.II. Ampliatur,ſiue filij ſint vxo
rati,ſiue filiæ nuptæ,ſecũdum ea, quę in fi tit.ſup. quib.mod.
6 ius pat.poteſt ſoluit dicta ſunt.III Ampliatur,vt ea,quę de pa
tre,& filio hic dicuntur,obtineant etiã in auo, & proauo, pa-
terno nepotibus,& pronepotibus in poteſtate aui exiſtẽtibus
l.cum oportet,in princ.C.de bon. quæ lib, propter ius patriæ
poteſtatis,§.1.ſupr. de patr. poteſt. Ex quibus infertur prima
limitatio,vt procedat in liberis exiſtentibus in poteſtate, non
autem emancipatis,vt hic,§.1.non emancipatus ſibi, non pa-
tri acquirit. Circa quam limitationem notandum , quod pa-
ter emancipando filium,olim tertiam partem bonorum filij
in recompenſationem, quaſi pro precio præſtitæ emancipa-
tionis retinebat. Hodie vero hoc correctum eſt,vt pater non
tertiam partem dominij rerum filij,ſed dimidiam partẽ vſuſ.
fructus tantum bonorum aduentitiorum pro emancipatio-
nis præmio retinere poſſit,vt in d l.cum oportet, §. cum au-
tem Et ſubijcitur hic ratio.Inhumanum enim videbatur filiũ
proprietate,& dominio tertiæ partis ſuorum bonorũ defrau
dari,& quod honoris ei ex emancipatione accedebat, dũ ſci-
licet ſui iuris efficiebatur hoc rerũ diminutionem decreſce-
ret.Ex quo text.notat hic Angel. quod diminutis diuitijs mi-
8 nuitur , & honor. Quod facit etiam pro ratione,cur filiæ in
feudis non ſuccedant. Agnatio enim & nomen familiæ , per
9 fęminas non conſeruatur quia alienam familiam ſequũtur ,
§.fi.ſup.de patr.poteſt.Reip.autem intereſt, vt dignitas fami-
liarum ſalua ſit,argumento,l.1.§.quamuis verſ.publ.ff.de vẽ-
tre inſpiciendo, & quia honor, & decus familiarum per feu-
da,& diuitias conſeruatur,cum diminutis diuitijs,diminua-
tur,& honor,filij in feudis filiabus præferuntur.Hinc & Iaſ.
inquit in l.qui filiabus,num.23,ff de leg. 1.quod pater plus di-
ligit filios, quam filias , quia per maſculos familia conſerua-
10 tur. Et notabitis addit gloſ hic in verb.decreſcat,quod honor
eſt ſumptuoſus,addite text.in cap. 1. de priuilegijs, quod ho-
nor ſui numeroſitate vileſcit.Ex prædicta limitatione ſecun-
da infertur,vt ſcilicet procedat in patre,& auo paterno, non
autem in matre,nec auo,vel proauo materno qui liberos in
poteſtate non habent,d.§.ſupr.de patr. poteſt. & §. fœminæ,
11 ſupr.de adopt.Tertio limitatur, vt non procedat indiſtinctè
12 in omni peculio,ſunt enim quatuor ſpecies peculij, vt ſup.in
fi.tit.de patria poteſt.declarauimus. Videlicet Caſtrenſe,qua-
ſi Caſtrenſe,& profectitium,& aduentitiom. Et de iure an-
tiquo pater conſequebatur plenũ dominium,tam proprieta-
tẽ quam vſumfructum peculij aduẽtitij:ita vt pater illud alij
filio,vel etiam extraneo donare poſſet, quod Imperatori in-
humanum viſum eſt,vt id, quod filius ex ſuis laboribus, aut
proſpera fortuna conſecutus eſſet , alteri non laboranti , nec
acquirenti concederetur, ideo Imperator pepercit in hoc li-
beris,& patribus debitum honorẽ reſeruauit, & ſanxit, vt ho
die proprietas peculij aduentitij ad filiũ pertineat, ſolus verò
vſusfructus patri acquiratur, vt hic,& d.l.cum oportet.Sunt
tamen .

ADDITIO.

a *Numerantur octo perſonæ per quas poſſumus acquirere . Acquirimus enim per nos,liberos,ſeruos omnino noſtros, fructuarios, bona fide poſſeſſos,ſeruos vſurarios,procuratores.*

a tamen aliquot *a* caſus, in quibus pater vſumfructum nō ha-
13 bet in peculio aduentitio filij. Primum, ſi filius à matre, vel
14 alio inſtituatur hæres, ea conditione, & lege vt nullū hiſce
b in rebus vſumfructum pater obtineat, Auth. *b* excipitur, C.
15 de bon. quæ lib. Deinde quando pater vna cum filio, iuxta
Authen. defuncto, C. ad S. C. Tertull. ſuccedit in hæreditate
c fratris *c* ipſius filij, §. ſi verò, in Auth. ad hęred. ab inteſt. veniē-
16 tibus. Secus de iure Sax. art. 17. lib. 1. Tertiò, ſi pater ſine legi-
tima cauſa tentauit diuortium: nihil enim tunc iuris habet in
bonis filij, cui iniuriam fecit parato diuortio. Auth. idem eſt
his, C. de bon. quę lib. Et plures caſus videte hic in gl. ſup. ver-
bo vſumfructum, & in gl. r. in d. Auth. idem eſt in his C. de
bon. quæ lib. quæ enumerat nouem caſus. Circa prædicta no-
tandum, quod mortuo patre, quando liberi volunt diuidere
ipſius hæreditatem, tunc filius habens peculium aduentitiū,
17 Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe, illud in diuidenda hæreditate
d paterna conferre *d* non tenetur, ſed ſolum peculium profe-
ctitium à filio confertur, ita eſt tex. in l. fi. iuncta, l. filiæ licet,
C. de coll. & l. 1. §. nec Caſtr. vbi Bart. ff. de collatio. bon. Vnde
18 filia dotem, quam à patre accepit, conferre tenetur, toto tit.
ff. de collatio dotis, & Auth. ex teſtamento, & l. filiæ dotem,
C. de collat. non autem aduentitiam. In hoc enim d. l. filię do-
tem, eſt correcta, ſec. gl. ibi, in verbo, aduentitiam, per text. in
d. l. fin. C. de collat. Sic etiam dos, & alia lucra nuptialia, quæ
filiusfamilias ab vxore lucratur, & ecōtra filiafamilias nupta
à marito conſequitur, inter bona aduentitia computantur, l.
19 1. & 2. & d. l. cum oportet, in princ. C. de bo. quæ lib. Vnde fi-
lius poſt mortem patris non tenetur conferre dotem, quam
ex pactis nuptialibus lucratus eſt, ſec. Bart. in d. l. ſ. per text.
ibi, C. de bon. quæ lib. Et pater habebit in ea vſumfructū, d. l.
2. verſ. ſed vt his, C. de bon. quæ liber. Quod intellige, vt no-
tabiliter declarat Lud. Rom. in Auth. ex teſt. C. de collat. quā-
do pater ſuſtinet onera matrimonij: alias indiſtinctè vſufru-
ctus dotis debet eſſe penes filium, & maritum, per rationem,
quia vbi eſt onus matrimonij, ibi quoque debet eſſe dos, vt
20 dicitur in leg. ſi is qui, §. 1. ff. de iur. dot. Circa prædicta quæri-
tur? Quando filijfamilias patrimonium augetur, an præſuma-
tur aduentitium, vel profectitium? Et gloſ. hic, in verbo, pro-
ſpera, diſtinguit. Aut filiusfamilias nō eſt induſtrius, ſed ine-
ptiæ deditus, pater verò diues, & tunc præſumitur ex re pa-
tris prouenisse, & ſic eſſe peculium profectitium, vt euitetur
21 coniectura delicti. Sicut bona reperta penes vxorem, intel-
liguntur acquiſita ex bonis mariti, vt tollatur ſuſpicio, & cō-
iectura turpis quæſtus, & adulterij, l. Quintus Mutius, ff. de
donat. inter virum, & vxorem. Aut filius eſt induſtrius, & ar-
tificioſus, qui conſueuit operari, pater verò eſt pauper & hoc
caſu ea, quæ accedunt filio, præſumuntur eſſe aduentitia, arg.
l. ſi defunctus, C. arbit. tut. Hæ autem coniecturæ ſi deſint,
vel pares videantur, melior cenſeri debet conditio poſſiden-
tis, ſec. Cantiunculā hic per text. in l. fi. C. de rei vendic. Et ad-
dite ſimilem gl. in d. l. cum oportet, in princ. in verbo, e x ſub-
ſtantia, & Zal. in § actiones, inſ. de actio. Vbi dicit: quòd per
illam diſtinctionem obtinuerit aliquando parti ſuę, 4000. au-
22 reorum, & addite Porc. hic. n. 4. Tandem notandum, *e* quod
e tituli in C. de bon. mat. item de bonis quæ liberis, vbi dicitur,
quòd pater habet vſumfructum in bonis maternis, & aduen-
titijs filij, quamdiu viuit de conſuetudine in terris Saxoniæ
non ſeruantur, ſed patri ſolū competit vſusfructus, donec fi-
f lius ſe à patre non ſeparat: nam ſtatim quādo filius *f* ſeparat
g ſe *g* à patre, tunc pater amittit vſumfructum, & cogitur filio
reſtituere omnia bona materna, & alia aduentitia, ſiue filius
adhuc ſit ſub poteſtate eius, ſiue non, per tex. in art. 11. lib. 11.

ADDITIONES.

a *Præter caſus hic enumeratos adde, aduentitiorum vſumfru-
ctum non acquiri, ſi pater eum vſumfructum remiſerit, l. cum
oportet, §. ſin autem res, C. de bon. quæ lib. Si ſeruus datus ſit fi-
lio, vt per eum ſtatim manumittatur, l. vlt. C. de bon. quæ lib. Si
pater filium prohibuit hæreditatem alterius adire. Nam in ea
re pater vſumfructum amittit, l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib.*
b *Authentica, vt liceat matri, & auiæ, collat. 8.*
c *Vel ſororis. Nouel. de hered. ab inteſt. venient. §. ſi vero, col-
lat. 9.*
d *De collationibus per liberos faciendis, vide plura in §. quæ-
dam actiones, Inſtit. de actio. cap. de actione familiæ hercyſc.
num. 39. & ſeq.*
e *Idem repet ſup. quib. mod. ius patr. poteſt ſoluit. in fin.*
f *Stipulando infra, per quas perſon. nob. acq. occupatione, ſpecifi-
catione, & ſimilibus modis, l. etiam inuitis, ff. de acquir. rerum
dom. l. ſic euenit, ff. de adul. & inſ. de ſtip. ſer.*
g *Quomodo hæc fiat ſeparatio, vide ordin. p. 2. conſtit. 10.*

§. Item vobis.

1 *An ſeruus, quidquid acquirit domino acquirat.*

1 Tertio, ſeruus quidquid acquirit hoc domino acquirit,
a cum ſeruus proprium habere *a* nequeat, vt hic, & d. l.
acquiritur, §. igitur, ff. de acq. rer. dom. Et ampliatur, vt non
ſolum domino ſcienti, ſed etiam ignoranti, & inuito acqui-
rat, vt hic & d. l. acquiritur, §. igitur. Limitatur autem proce-
dere, in acquiſitione inter viuos facta, ſecus in his, quæ in vl-
tima voluntate obueniunt. Seruus enim adeundo hæredita-
tem inuito domino acquirere non poteſt, ne ſcilicet domi-
nus inuitus grauetur ære alieno, cum hæreditas propter æs
alienum latens damnoſa eſſe poſſit, vt hic, & l. qui in aliena,
ff. de acq hæred. & l. ſi hæreditatem, ff. mandati.

ADDITIO.

a *Poſſunt tamen ei legari alimenta, l. quædam, §. illo, C. de neceſ-
ſarijs ſeruis. Quo caſu licet actione ſimili deſtituitur, officium
tamen iudicis ritè implerat.*

§. De his.

1 *Seruus, in quo quis vſumfructum habet, acquirit fructuario in
duobus caſibus.*
2 *Seruus vſuarius, an acquirat.*

1 Quarto, ſeruus fructuarius, in quo vſumfructum quis
habet, in duobus caſibus acquirit fructuario. I. Quando
ex re ipſius fructuarij aliquid conſequitur, vt quia fructua-
rius fecit iſtum ſeruum diſpenſatorem rerum ſuarū. II Quid.
quid ſeruus ex operis ſuis conſequitur, veluti ſi ſeruus eſt pi-
a ctor, vel ſutor, &c. vt hic, & d. l. *a* acquiritur, §. de his autem.
b Ea vero quæ ſeruus extra *b* iſtas cauſas conſequitur, ad do-
minum proprietatis, non fructuarium pertinent, vt hic, & d.
l. acquiritur, §. de his autem.
2 Quinto ſeruus, in quo quis habet tantum vſum, in vno
tantum caſu acquirit vſuario, ſcilicet ſi ex re vſuarij aliquid
conſequatur, non autem ex operis ſuis: nam vſuarius opera
ſerui locare non poteſt, & in hoc differt à ſeruo fructuarij, l.
per ſeruum, in prin. ff. de vſu, & habit. & gl. in verb. vſumfructū.

ADDITIONES.

a *Adde l. vlt ff. de donat. cauſ. mort.*
b *Excipe niſi aliquid legetur ſeruo fructuario contemplatione ip-
ſius domini fructuarij, l. ſed, & ſi quid, ff. de vſufr. leg. quod in
dubio præſumitur, l. aditio, §. præterea, ff. de acq. hered.*

§. Idem placet.

1 *An ſeruus alienus, & homo liber bona fide poſſeſſus, quo ad ac-
quirendum, ſeruo fructuario comparentur.*

1 Sexto, ſeruus alienus, bona fide poſſeſſus, acquirit poſſeſſo-
ri bonæ fidei ad ſimilitudinem fructuarij ſerui, tam do-
minium, quam poſſeſſionem in duobus caſibus ſcilicet ex
opera ſua ſeruili, & ex rebus bonæ fidei poſſeſſoris, vt hic, &
d. l. acquiritur, §. idem placet.
Septimo, idem dicendum eſt de libero homine, quem bo-
na fide quis poſſidet, vt ſeruum, quod is quoque in prędictis
duobus caſibus poſſeſſori bonę fidei acquirat, vt hic, & d. l. ac-
quiritur, §. idem placet.

§. Ex his itaque.

1 *Per prorſus extraneam perſonam nobis non acquiritur.*
2 *Procurator nobis poſſeſſionem, & dominium acquirit.*
3 *Inſtitutor, & negociationibus præpoſitus, domino præponenti
acquirunt, & inſtitutores hodie qui dicantur.*
4 *Monachus non ſibi, ſed monaſterio acquirit.*

1 Octauo, licet regula ſit, quod per ſeruum alienum,
2 & liberum hominem noſtro iure non ſubiectum,
& ſic per extraneam perſonam nobis nihil acquiraretur,
a excipitur tamen perſona *a* procuratoris.

Is

ADDITIO.

a *Per liberum hominem nobis etiam non ſubiectum, acquirimus
puta per tut. & cur. §. ſi quis alij, §. altero, infr. de inutilib. ſtipul.*

Is enim propter mandatum, quod ſuſcepit, nobis poſſeſſionē,
a & a dominiū acquirit, vt hic, & l. 1. §. per procuratorem, ff. de
acq. poſſ & notatur in l. 1. C. per quas perſonas nobis acquir.
3 Nonò, idem dicendum eſt de inſtitoribus, qui negotiatio-
nibus præponuntur, vt domino preponenti acquirant. Et ap-
pellatur inſtitor ex eo, quod negotio gerendo inſtet, l. inſtitor
appellatus, ff. de inſtitoria actio. Et hodie inſtitures vulgo di-
cuntur factores ſec. Bart. in l. eamdem, in 7. q. ff. de duobus
reis. Et quemadmodum preponens inſtitorem negotiationi,
ſentit commodum ex actu inſtitorum: ita etiam æquum eſt,
eum ex contractibus inſtitorum obligari, vt dicitur in l 1. ff.
de inſtit. actio §. 1. inſ. quod cum eo, qui in alien. poteſt. &c.
4 Decimo, Monachus, ſi aliquid ei donatum, vel relictū fue-
rit, non ſibi, ſed monaſterio acquirit, cum ſit poteſtati Abba-
tis ſubiectus, & ad ſimilitudinem ſerui proprium habere ne-
queat c. cum ad monaſterium, in prin. extr. de ſtatu Monach.
& Authent. ingreſſi, cum ibi notatis, C. de ſacroſ. Eccleſ.

ADDITIO.

a *Procurator poſſeſſionem, & per eam vſucapionem, & præſcri-
ptionem acquirere nobis poteſt, vt hic, at non perſonalem actio-
nem, vel obligationem, l. ſolutum, §. per liberam, ff. de pign. actio.
l. 1. C. per quas perſonas. An quia poſſeſſio naturali actu perfi-
citur: obligationis acquiſitio ciuili, qui perſonas ipſas principa-
les exigit, l. ea, quæ ciuiliter, ff. de acq. rer. dom. An quod obliga-
tiones magis inhærent perſonæ acquirentis: l. quid ergo caſus, ff.
de peculio.*

DE TESTAMENTIS ordinandis.

TITVLVS X.

1 *Continuatio, & tituli concordantes.*
2 *Modi acquiſitionis rerum per vniuerſitatem.*
3 *Hæreditas biſariā defertur, videlicet, vel ex teſtamento, quæ teſtamētaria: vel ab inteſtato, quæ propriè legitima dicitur.*
4 *Quamdiu hæreditas ex teſtamento dari poteſt ſucceſſioni ab inteſtato locus non eſt.*
5 *Voluntas teſtatoris habetur pro lege, niſi legibus ſit contraria.*
6 *An teſtari ſit licitum de mero iure, vel an facultas teſtandi quaſi ex gratia concedatur.*
7 *Mors omnia ſoluit.*
8 *Teſtamentum morte confirmatur.*
9 *Paria ſunt, aliquid fieri tempore illicito, vel licito, & conferri in tempus illicitum.*
10 *Hæreditas iacēs eſt domina rerū, & vicem defuncti ſuſtinet.*
11 *Hæres, & defunctus reputantur vna, & eadem perſona.*
12 *Teſtamentum quo iure inuentum.*
13 *Deportatus licet amittat, quæ ſunt iuris ciuilis, retinet tamen quæ iuris gentium ſunt.*
14 *Deportati teſtamentum non valet.*
15 *Inhumanum eſt, denegari morientibus facultatem diſponendi de rebus ſuis.*
16 *Ius gentium eſt, quod naturalis ratio inter omnes conſtituit.*
17 *Vſus teſtamentorum apud omnes gentes manifeſtus eſt, & comprobatur veteris ac noui teſtamenti authoritate.*
18 *Cyri teſtamentum, & ad filios concio, apud Xenophontem, lib. 8. Cyri pediæ.*
19 *Defenſio eſt iuris naturalis, quoad formam vero, poteſt dici iuris ciuilis.*
20 *Ius ciuile aliquando addit, aliquando vero detrahit iuri gentium.*
21 *Factio teſtamentorum in totum tolli ſtatuto non poteſt reſtringi tamen poteſt, & nu. 21.*
22 *De conſuetudine Saxonica, mulier de vtenſilibus teſtari nequit, nec ea mortis cauſa donare poteſt.*
24 *Verbum* Geben, *eſt verbum contractu.*
25 *Verba,* contraxerūt, geſſerunt, *ad ius teſtandi non pertinent.*

1 Contiouatio huius tituli, qui habet cōcordantes in
ff. & C. ext. traditur per Imperatorem in §. fin. tit.
præced. Supra enim in § ſingulorum, de rerū di-
uiſio dictum eſt, dominia rerum duobus modis
acqui ... ſigillatim ſcilicet, ſeu particulariter, & per vniuerſi-
tatē. Et qualiter ſingulæ res particulariter acquirātur, hacte-
nus dictum eſt. Commodo igitur nūc ordine ſequitur vide-
re, qualiter nobis res per vniuerſitatem, & ſic non vna res ſi-
gillatim, ſed multę ſimul acquirantur, cuius acquiſitionis mo
di in d. §. fin. plures recenſentur. Puta. I. Hæreditas, quæ à lege
ciuili defertur. II. Agnitio bonorum poſſeſſionis, à prętore in-
troducta. III. Arrogatio. IV. Aſſignatio bonorum, libertatum
conſeruandarū cauſa, quibus addite duos alios modos, vide-
licet, bonorum publicationem, ſeu cōfiſcationem, l. actione,
§. publicatione, ff. pro ſocio. Et ingreſſum religionis, ſeu vitæ
monaſticæ. Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ Eccleſ. Sed quia hære-
3 ditas biſariam nobis defertur, vel ex teſtamento, quæ teſta-
mētaria, vel ab inteſtato, quę propriè legitima dicitur ex eo,
quod lex certis perſonis, abſque facto hominis, ſeu teſtatoris
defuncti eā defert: ideo Imperator primo de ſucceſſione ex
teſtamento nunc docet, propter vulgatam regulam, l. quādiu
4 poteſt, ff. de acq. hær. vbi dicitur: *Quamdiu hæreditas ex teſta-
mento adiri poteſt, ſucceſſio ab inteſtato locum non habet,* leg.
5 antiquam, C. commun. de ſucceſſ. & l. quamdiu, ff. de reg. iur.
Cum enim quilibet rerū ſuarum moderator, & arbiter ſit, l.
a in re mandata, C. mandati, poteſt a etiā quis ex permiſſione
iuris de bonis ſuis teſtamento pro libito diſponere, eiuſq; vo
luntas pro lege habetur, §. diſponat, in Auth. de nup. Dūmodo
non cōtrarietur diſpoſitioni iuris, vel ipſe tranſgrediatur for-
6 mam a lege traditam, l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Seu prędictis
videtur obſtare, quod Panor. in Rub. ext. eo. & plures alij di-
b cūt, de b mero c iure nemini permiſſum eſſe teſtari, ſed facul
c tatem teſtādi hominibus, quaſi ex gratia concedi Teſtator. n.
diſponit in tēpus, quo non eſt in futuris dominus, nam mors
omnia ſoluit, §. deinceps, in Auth. de nup Et teſtamentū mor
7 te confirmatur c. cum Marthæ, § ſi tunc, de celebr Miſſarū.
8 Vnde diſpoſitio, licet fiat tempore habili, quo eſt dominus, ta
men eius effectus confertur in tēpus inhabile, quod de iure
fieri non poteſt, per Theoricam, quæ habet, quod paria ſunt,
aliquid fieri tempore illicito, vel licito, & conferri in tēpus il-
9 licitum, l. quod ſponſæ, C. de don. ante nup. Communis vero
concluſio Doct. eſt, quod imò de rigore iuris teſtari poſſu-
mus. Nec obſtat in contrarium allegata regula. Quantum
enim ad voluntatem attinet, diſpoſitio iam eſt ſortita effectū
in vita teſtatoris, qui perfectè diſpoſuit id quod voluit, licet
voluntatis executio fiat poſt mortem. Nam, & cū teſtatur, &
eo ipſo momento quo moritur, bonorum ſuorum dominus
10 eſt. Et hæreditas iacens, quæ perſonam defuncti repręſentat
eſt domina rerum, & vicem defuncti ſuſtinet, l hæreditas, in
princ. ff. de acq. rer. dom. & in princ. inſ. de ſtipul. ſeruor. Nec
videtur dominium perditum, ſed tranſlatum, ſicut, & hæres,
& defunctus vna, & eadem perſona reputantur in princ. Au-
11 then. de iureiur. a mor. præſtito. De quo vide plenius Porc.
& Viglium, in princ. tit. noſtri declarantes quoque illā quæ-
12 ſtione: A quo iure teſtamentum ſit inuentum. Et licet Porc.
hic dicit, teſtamenti factionem à iure ciuili eſſe introductā
motus per gloſ in l. 1. in verbo, ciuitatis ff. de acqu. rerum do-
mio. quæ inter modos acquirendi rerum dominium, à iure
ciuili inuentos, refert quoque teſtamentum. Item mouetur
per rationem, quod deportatus licet amittat quæ ſunt iuris
d ciuilis, retinet tamen ea quæ ſunt iuris gentium, leg. quidam
13 ff. de d penis. Sed quia teſtamentum facere non poteſt, & an
e redemptionem factum ſit irritū. e l. eius qui, §. 1. ff. de teſt. ſe-
f quitur teſtamentum non eſſe iuris gentium, ſed iuris ciuilis f
in contrarium tamen communis, & vera eſt concluſio Do-
14 ctorum videlicet teſtamentum inuentione, & origine eſſe
g iuris gentium, quo ad formam g vero additam à iure ciuili,
15 & eius approbationem eſſe iuris ciuilis. Naturalis enim ratio
h hoc dictat, h ex qua ius gentium metimur, inhumanum
eſſe, viuos habere licentiam diſponendi de rebus ſuis, eam
autem morientibus denegari, vt ſupr. de leg. Fal. Canin. toll.

Et ius

ADDITIONES.

a *Quid? Pacta gentilitas, vel ſtatuta familia de ſuccedendo num valent? vide Gailum 2. Obſeru. 127.*
b *Teſtandi facultas eſt ex mero iure, non vero ex gratia.*
c *Sed quę vtilitas inde eſt? Si teſtamentum iure ciuili inuentū eſt, poſſit, & etiq; contrario iure conſtitui, vt nemo poſſit teſtari. Nam ius ciuile contrario iure ciuili tolli poteſt, §. ſed naturalia, ff. de iureiur. Poterit, & dominium, quod teſtamento nāciſcimur per principem tolli, Caſtrenſ. l. 3. ff. eod. Quorum neutrum fuerit, ſi teſtamentum iure gentium inuentum dixerit.*
d *L. 1. vbi Doct. de teſtam.*
e *Amittit enim ciuitatem.*
f *Id veriſſimum eſt, quia eſt publici iuris l. 3. de teſt. quod certè eſt ciuile.*
g *Forma dat eſſe rei. l. Iulianus, 9. § 2. ff. ad exhib. & ab ea æſtimatur, quid res ſit, §. cum in aliena, ſup. de rerum diuiſ.*
h *Aliud eſt tex. aliud ratio legis per leg. qui interrogatus, 12. de petit. hæred.*

16 Eet iusgentium nihil aliud eſt, quam quod naturalis ratio in-
ter omnes cōſtituit. §. quod vero, ſup. de iur. nat. &c. Sed vſus
17 teſtamentorum apud omnes gentes plus, quam manifeſtus
eſt, & comprobatur authoritate veteris, & noui Teſtamenti,
vt Gen. c. 27. Iacob conſequitur à patre moriente ius primo-
genituræ, & benedictionem, quæ fratri Eſau, tamquā maio-
a ri natu *a* debebatur. Et Apoſt. ad Galat. 3. arguit, à teſtamento
hominis, ad teſtamentū Dei, cum inquit: hominis teſtamen-
b tum comprobatum non reijci, neque ei aliquid addi, *b* &c. Sic
18 apud Xenophontem, lib. 8 de prædia Cyri habetur *c* Cyrum
c ante mortem conuocatis filijs in præſentia amicorū, filio ſe-
niori Cambyſi Imperium, & regnum, alteri vero Medos, &
Armenios reliquiſſe, & pia mandata filijs dediſſe, concordia
fraterna, dicens: *Qui prouidet fratri ſeipſum curat, quem præ-
terea turpius eſt non amare, quam fratrem, quem omnium pul-
chrius eſt ante ponere, quam fratrem.* Et tradēs ſceptrum Im-
perij Cambyſi inquit: *Non eſt aureum hoc ſceptrum, quod re-
gnum ſeruet, ſed amici mihi ſceptrum ſunt regib. veriſſimum,
maximeq; tutū.* Et vltimo inquit: *Meum corpus, filij chariſſi-
mi, cum moriar, neq; in auro condite, neq; in argento, neque in
alia re prorſus vlla, ſed illud terræ reddite. Quid enim hac re
beatius, quam miſceri terræ, quæ pulchra omnia, bona omnia
gignit, & nutrit?* Nec obſtat gl. in d. l. 1. in contrariū adducta.
d Na quoad *d* ſolemnitates hodie requiſitas ad teſtamenti cō-
fectionem, & quoad formam additam à iure ciuili, eiuſq; ap-
probationem, dicitur teſtamentum eſſe iuris ciuilis, ſicut de
defenſione loquimur, quod & ea ſit iuris naturalis, quoad for-
19 mam vero, poteſt dici eſſe iuris ciuilis. Neq; obſtat hoc quod
de deportato eſt allegatum, cum ius ciuile aliquando addat,
aliquando vero detrahat iuri gentium, leg. ius ciuile, ff. de iu-
20 ſtitia, & iure. Sic, & hoc caſu propter delictum adimitur te-
e ſtamenti factio deportatio. *e* Vnde, & ſtatuto in totū teſtamē-
21 ti factio tolli non poteſt, reſtringi tamē poteſt, vt in certis ca-
ſibus non liceat teſtari. De quo videte Bartol. Iaſ. & alios in
Rubr. ff. de acq. hæred. Item Iaſ. in text. ex hoc iure, ff. de iuſti-
22 tia, & iure, & Viglium hic. Sic de conſuetudine Saxonica
mulier in præiudicium cognatæ, cui debentur vtenſilia non
poteſt teſtari de bonis vtenſibilibus, ſicut nec ea mortis cau-
f ſa donare, *f* vt ſup. in tit. de donat in quæſt. *An de iure Saxon.
vxor ſine conſenſu mariti poſſit alteri mortis cauſa donare* in.
19. dictum eſt, poſt gl. iure Saxon *Vveichbild.* art. 23. Et quā-
23 quam per text. art. 52. lib. 1. & *Vveichbild,* art. 65. de iur. Sax.
teſtamenti factio videatur prorſus eſſe adempta, dum ibi di-
ſponitur: Quod nemini ægrotanti liceat abſque conſenſu hę-
redū, bona ſua immobilia, ſeu alias quidquam, valorē quin-
g que ſolidorum, excedens cuiquā mortis cauſa donare. *g* Cō-
trariū tamē ſeruatur, ſicut admonet gl. in d art. 6., poſt prin.
Nec. n. per illa textum auferture tiā ægrotantibus teſtamenti
24 factio. Loquitur enim rex, per verbū *Geben,* quod eſt verbū
25 contractus. Et verba *contraxerunt, geſſerunt,* ad ius teſtandi
non pertinent, leg. verba, *contraxerunt,* ff. de verbor. ſignific.

A D D I T I O N E S.

a *Hæc ſunt de teſtamento Romani iuris, de quo hic agimus, ſe
iuncta.*

b *Διαθήκη, paulo magis eſt pactio, & fœdus, quam teſtamentum,
& vt maxime, hoc ſignificet, non tamē ſequitur, eſt vſus teſta-
mentorum etiam apud alias gentes. Ergo teſtamentum publici
iuris Romani, eſt iuris gentium. Nam hac ratione ſequeretur,
patriam poteſtatem eſſe eiuſdem iuris, contra l. § ſup. de pat. po-
teſt. cum videre liceat, apud omnes gentes iure quodam natu-
rali patribus eſſe quamdam in liberos poteſtatem.*

c *Nec hoc exemplum ad rem præſentem.*

d *Teſtamentum inuentione ipſa eſt iuris gentium forma, & ſo-
lemnitate eſt iuris ciuilis, & prætorij, Bart. in l. interdum, ff. de
cond. indeb. Corneus in l. ſi teſtamentum, C. de teſt. Iaſ. in l. ad-
monendi, ff. de iniur. Didacus Couar. 3. reſol. 6. Clar. lib. Sent.
§ teſtamentum, q. 1. Vaſquius lib. 1. de teſtam. § 1.*

e *Magis per conſequentiam, quia deſinit eſſe ciuis Romanus a-
miſſa per deportationem ciuitate, quamobrem teſtamenti ca-
pax non eſt.*

f *Certis tamen perſonis, puta ob delictum auferri poteſt, minus
quam bona, de quo Caſſan. in conſ. Burg. tit. de confiſc.*

g *Textus iſte non habet locum in donatione cauſa mortis, ne
quidem in donatione ſimplici ſeruatur.*

Q V I D S I T T E S T A M E N T V M.

1 *Vltima voluntas generaliter ſumpta quid contineat: & quare
ſic dicta, & num. 2.*
3 *Voluntas hominis ambulatoria vſque ad mortem.*
4 *Teſtamenti definitio, & definitionis expoſitio.*
5 *Teſtamentum abſque inſtitutione hæredis non valet.*
6 *Vnumquodque dicitur perfectum in ſuo genere.*
7 *Teſtamentum iniuſtum, item iuſtum, quod dicatur.*
8 *In Codicillis nulla eſt ordinatio ſolemnitatis.*

1 PRemittēdum, quod vltima voluntas generaliter ſumpta,
comprehendit teſtamentum, codicillum, & donationem
2 cauſa mortis, nec ideo dicitur vltima voluntas, quod ſemper
in articulo mortis ordinatur, ſed quia per mortem confirma-
3 tur, d. c. cum Marthæ, de cel. Miſſ. Nam ante mortē ambu-
a latoria *a* eſt voluntas hominis, vſque ad ſupremum vitæ ſpiri-
4 tum l. 4. ff. de redim. leg. Definitur autem teſtamentum ab Vl-
piano, quod ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo, quod
quis poſt mortem ſuam fieri velit, l. 1. ff. eod. Quam definitio-
nem aduerſus Accur. defendit, & ſingulas eius voces quoque
explicat Bar. in d. l. 1. ibi, *intelligendo dictionē iuſtam, id eſt, per-
fectam, cū hæredis ſcilicet inſtitutione, ſine qua teſtamentū non
valet,* l. hæredes palam, ff. eod & alijs ſolemnitatibus requiſi-
5 tis, de quibus in l. hac conſultiſſima, C. eod. Sed quia, hæc defi-
nitio hoc modo etiam legatis, & fideicōmiſſis conuenire po-
teſt, quæ in ſuo genere quoq; perfectæ ſunt ſententiæ, de eo,
quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. & perfectum vnum-
quodque, ſecundum ſuum genus dicitur: ideò Viglio melius
hic placet expoſitio gloſ. 1 in d. l. 1. vt accipiatur iuſta ſenten-
tia, pro ſolemni, ſeu iuris ſolēnitate ſubnixa, argumento Rub.
ff. de iniuſto, rupto, & irrito facto teſtam. teſtamentum enim
iniuſtum dicitur, quod non iure factum eſt, vbi ſcilicet ſolem-
nitates requiſitæ deſunt, in princ. iuncta gl. inf. de hæred quæ
ab inteſt. deferuntur, & d. l 1. ff. de iniuſto, &c. Ergo à cōtrario
ſenſu teſtamentum iuſtum dicitur, quod iure factum eſt, adhi-
bitis ſcilicet ſolemnitatibus à iure requiſitis. Codicilli verò nō
continent iuſtam, id eſt ſolemnem ſententiā quia in illis nulla
eſt ſolemnitatis ordinatio, vt dicitur in §. fin inſtr. de codicillis.
De quo latius vide poſt alios hic Viglium, & Mynſing.

A D D I T I O

a *Voluntate hominis teſtamentum facientis eſt ambulatoria vſq;
ad mortem, vt hic. In obligationibus diuerſum. Namq; ab ini-
tio voluntatis ſunt, poſtea partium conſenſu ſunt neceſſaria, l.
ſicut, C. de oblig. l. ſæpe, ff. de offic. præſ. l. filiusfamilias, §. mutuo
ff. de proc. Plura exempla vide apud concennat. 4. q. 17.*

TESTAMENTVM VNDE DICATVR.

1 *Teſtamenti Etimologia, eiuſq; defenſio aduerſus Vallam.*
2 *Ab Etymologia non valet argumentum affirmatiuè, ſed ne-
gatiuè.*
3 *Teſtamenti ſubſtantialis natura eſt, vt ſit teſtatio mentis.*
4 *Mutui ſubſtantialis natura eſt, vt de meo fiat tuum.*
5 *Poſſeſſio, dicta quaſi pedum poſitio.*
6 *Furti Etymologia.*

IMperator hic, in princ. tit. noſtri, inquit: *Teſtamētum ex eo
a appellari, quod ſit teſtatio mentis:* quam *a* Etimologiā Val-
la in 6. lib Elegantiarum, capit. 36. carpit ita, & poſteriorem
1 ſyllabam productionis cauſa eſſe adiectam docet. Alioqui or-
namentum, calciamentum, & ſimiles dictiones à mente de-
b ducerentur. Sed defenditur per Moderniores ibi, quod *b* di-
ctio mentis addita ſit emphaſis cauſa, cum teſtamentum ma-
ior ſit mentis noſtræ ſignificatio, quam vlla alia teſtatio, quæ
2 Emphaſis in teſtamento, & ſimilibus non apparet, vt inquit
hic Mynſing. Hoc ſumpta occaſione Doct. hic quærunt: *An
argumentū ab Etymologia vocabuli valeat?* Et breuiter con-
cludite, quod affirmatiuè non procedit, nec enim ſequitur.
Eſt

A D D I T I O N E S.

a *Argumentum ab etimologia, an, & quomodo valeat negatiuè,
aut affirmatiuè, dictum eſt quoq; ſupr. de tut. Ad interpretes
ad hunc locum: Euerardum, & alios in Topicis in loco ab E-
tymologia.*

b *Adde duplicem eſſe modum etymologiæ. Vnus eſt dictionis, al-
ter rei. Cum dico Teſtamentum eſt mentis teſtatio, à re ipſa
etymologia ducta eſt: ſed cū dico ius eſſe a iuſtitia, l. 1. ff. de iuſt.
tunc non originē verbi demonſtro ſed rei. Ius enim origine nō
a iuſtitia eſt, ſed potius iuſtitia à iure. Et tamen vtiliſſime, &
præſtātiſſimo effectu dicimus ius a iuſtitia eſſe, vt intelligamus,
ius non eſſe a iubendo, hoc eſt in iure magis ſpectandum eſſe
quid iuſtitia imperet; quam quod princeps iubeat. Dicamus
apertius: In iure conſtituendo princeps iuſtitiæ regulam ſequi
debet, non meram animi ſui ſententiam.*

Eſt mentis teſtatio. Ergo eſt teſtamentum. Quia poteſt eſſe codicillus. Item. De meo fit tuum. Ergo eſt mutuum, quia poteſt eſſe donatio. Eſtque ratio. Quia Etymologia eſt generalior Etymologato, & ſe habet tanquam genus ad ſpeciem. Sed à genere ad ſpeciem argumentum affirmatiuè non procedit. Veluti, Eſt animal: Ergo eſt bos, quia poteſt eſſe aſinus. Sed negatiuè regulariter procedit. Veluti, non teſtatio mentis.
a tis. Ergo non eſt teſtamentum. *a* Non fit de meo tuum: Ergo non eſt mutuum. Quod eſt verum, quando Etymologia ſumitur
3 mitur à ſubſtantiali natura ipſius rei, ſicut teſtamenti ſubſtantialis natura eſt, vt ſit teſtatio mentis, vt hic, in princ. Ita &
4 in mutuo, vt de meo fiat tuum, l. 2. §. appellata, ff. ſi certum petatur. Secus ſi alluſio vocabuli ſumpta eſt ab aliquo initio, vel à communiter accedentibus, tunc enim tale argumentum, nec negatiuè procedit, vt in l. 1. ff. de acq. poſſeſs. dicitur poſſeſſio, quaſi pedum poſitio, quia ita fuit ab initio, cum dominia rerum acquirebantur, plerumque per occupationem: nō
5 igitur ſequitur. Non eſt pedum poſitio: Ergo non eſt poſſeſſio: quia per traditionem clauium, vt in l. clauibus traditis, ff. de contrahend. empt. & per ſolum rei aſpectum, nanciſcitur quis poſſeſſionem, vt in l. quod meo, § ſi venditorē, ff. de acq. poſſeſ. Sic, & furtum à communiter accidentibus dicitur à furto, ideſt, nigro, quia plerumque clam, obſcurè, & de nocte fit, ideò non ſequitur: Non fit de nocte: Ergo non eſt furtum, de quo in §. furtum, inſt. de oblig. quæ ex delictis naſc. vbi plenius videre Doct. & in l. 1. ff. de teſtam. & in d. l. 2. § appellata, ff. ſi cert. petat. & Nico. Euerhardum in locis legalibus, in loco de Etymologia vocabuli, & poſt alios Viglium hic.

ADDITIO.

a *Remoto enim genere remouentur ſpecies non econtra. Euerb. loco a genere cum ſequent.*

QVOT SINT SPECIES TESTAMENTORVM.

1 *Teſtamentorum genera tria, veteribus vſitata, nempe Teſtamentum calatis comitijs procinctum, & quod per æs, & libram dicebatur, & num. 4. & 5.*
3 *Calata comitia vnde dicta.*
6 *Emancipatio quamlibet imaginariam venditionem ſignificat.*
7 *Veteres non numerabant, ſed appendebant precium.*
8 *Pactum de futura ſucceſſione eſt contra bonos mores.*
9 *Hodie teſtamentorum duo genera ſunt in vſu, vnum quod Militare. alterum quod Paganicum dicitur.*
10 *Paganicum teſtamentum ſubdiuiditur in Nuncupatiuum, quod ſine ſcriptis fit, & ſolemne, quod fit in ſcriptis.*

1 IMperator hic tria teſtamentorum genera, quæ apud veteres in vſu fuerunt, recenſet, quorum Gellius quoque me-
a minit, lib. 15. cap. 27. Vnum, quo in pace, & ocio vtebantur, quod calatis comitijs dicebatur, eo quod conuocato per corniciem populo, teſtator præſente populo quaſi teſte, ſuam
3 voluntatem exponebat. Et dicta ſunt calata, à Greco verbo καλεῖν, ideſt, voco, & comitia, a coeundo, congregatio, ſeu conuentus populi. Tempore enim pacis, huiuſmodi teſtamenti factio bis in anno habeat, præcone vniuerſam circumeunte ciuitatem, populumque calante, ideſt, conuocante, atque ibi qui volebant, populo audiente, extremam voluntatem declarabant, obteſtabanturque Quirites, vt ratam eam ſerua-
4 rent, vt declarat hic Viglius. Alterum genus teſtamenti, quo tempore belli milites vtebantur, procinctum dicebatur eo quod præcincti milites, ideſt, ad prælium faciendum, & configendum parati, ſeu expediti, ita teſtabantur. Mos enim erat Romanis, vt in acie conſtituti, & iam clypeos, ſumpturi, togamque præcincturi, hæredem tribus, vel quatuor audientibus nuncupantes teſtamenta, ob dubiam belli aleam, ſine ſcriptis ſic conderent, ſicut poſtea quoque ab Imperatoribus circa teſtamenti factionem militibus priuilegia conceſſa ſunt,
5 vt infra de teſtamento militari dicetur. Et hæc priora duo ge-
a nera, iam dudum in deſuetudinem *a* abierunt. Acceſſit igitur tertium genus teſtamentorum, quod dicebatur per æs, & libram. Et ideo inuentum fuiſſe ſcribit Theophilus, hic. Eueniebat enim, vt multi inteſtati decederent, nam cū mortales exiſtimentur omnes, volentes, & ſani de morte cogitare, plerique teſtamenta ad mortis, vel ad ægrotationis tempus differebant, & quia tum nondum comitiorum tempus inſtaret (quoniam, vt ſupr. dictum, bis tantum ita populus conuocabatur,) neque ſemper bellum erat, inteſtati moriebantur ob id tertius hic modus inuentus fuit, qui omni tempore, tam pacis, quam belli, & omnibus perſonis maſculis & fœminis, aptus, & idoneus erat, dictus per æs, & libram, & per fami-

liæ, ideſt, hæreditatis emancipationem, ideſt, imaginariam
6 venditionem fiebat. Nec enim emancipatio ſolum ad liberos refertur, ſed quamcumque imaginariam venditionem ſignificat. Et fiebat hoc modo. Aderant quinque teſtes, & libripens, ideſt, ponderator, a libra, & pendendo, ſeu ponderando
7 ſic dictos. Veteres enim ęre graui, & rudi, ac non ſignato vtebantur, & non numerabant, ſed appendebant precium, quibus præſentibus, is qui ſucceſſor defuncti erat futurus, patrimonium morituri, ſeu teſtatoris emebat hiſce verbis: *Hanc ego familiam, ideſt, hæreditatem, quæ mihi empta eſt hoc ære, æneaq; libra, iure quiritium meam eſſe aio*, deinde ære percutiens libram, id eſt dabat ei, à quo hæreditatem expectabat, velut loco precij. Teſtator vero, ſeu venditor, emptori familiæ,
b ideſt, hæredi futuro, *b* nihil tradebat, ſeu hæredē eum tali modo conſtituebat, vt ſcilicet poſt mortem venditoris poſſit iure adire hæreditatem, vt declarāt vt hic Viglius, & Myning.
8 Sed & hoc genus in vſu eſſe deſijt, & ficta hęc emptio ſublata eſt, cum ſit contra bonos mores huiuſmodi pactum de futura ſucceſſione, quaſi votum, captandæ mortis inducens, l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig. Et à prætore loco huius teſtamenti introductum, vt ſeptem teſtes adhiberentur. Poſtea ſuperuenerunt conſtitutiones Imperatorū, quæ alias duas ſpecies teſtamentorum introduxerunt, quæ adhuc hodie ſunt in vſu præmiſſa igitur definitione, & Etymologia, ac generibus teſtamentorum, quæ olim fuerunt in
8 vſu, videndum eſt de ſpeciebus teſtamenti, quę hodie vigent.
c Eſt enim teſtamētum aliud militare, *c* de quo infra de teſtam.
10 militari dicetur, & aliud paganicum, *d* quòd fit domi extra
d militiam, cuius duæ ſunt ſpecies. Aliud enim teſtamentum nuncupatiuum appellatur, quod ſine ſcriptis, fit de quo in §. fin. infra eodem dicetur. Aliud vero in ſcriptis, quod alias ſolemne teſtamentum vocatur.

ADDITIONES.

a *Ex hoc colligunt, correcta iura vtiliter etiam ſciri, vt eo apertius ius intelligatur. Ius enim correctum non ad deciſionem, ſed ad declarationem iuris citari non poteſt, l. 1. Cod. de Latin. liber. gl. in l. 1. ff. de cond. cum emanc. lib.*
b *Imo alius plerumque erat hæres, alius emptor.*
c *Hoc deriuatū eſt ex præcinctu, vnde tantū illi ſunt eius participes, qui in expeditione verſantur, vt infra de teſtam. milit.*
d *Hoc translatum ex alijs duobus generibus vetuſtis.*

a DE SOLEMNI *a* TESTAMENTO.

1 *Teſtamentum ſolemne ſiue in ſcriptis quid ſit.*
2 *Hoc teſtamentum non neceſſe eſt pateſieri teſtibus duplicem ob cauſam, & num. 3.*
4 *Forma teſtamenti ſolemnis, ſiue in ſcriptis, & duodecim eius requiſita.*
5 *Teſtator debet habere teſtamenti factionem actiuam.*
6 *In quæſtione, de validitate teſtamenti, quæ ſint ordine conſideranda.*
7 *Hæredis inſtitutio dicitur caput, ac fundamentum totius teſtamenti.*
8 *An neceſſe ſit tum temporis vltimam voluntatem ſcribi à teſtatore, quando teſtes rogati ſunt, & adhibentur.*
9 *Multa ſolemnitates requiruntur in teſtamento ad euitandas fraudes.*
10 *Teſtamentum ſolemne etſi non offeratur teſtibus clauſum, non tamen idcirco vitiatur.*
11 *Deficiente vna prædictarum ſolemnitatum teſtamentum non valet.*
12 *Interdum tamen etiam minus ſolemniter factum teſtamentum ſubſiſtit.*
13 *Teſtamentum parentum inter liberos ex iuſto matrimonio procreato, etiam minus ſolemne, valet.*
14 *Militibus teſtandi ſolemnitas relaxatur.*
15 *In ruſticorum teſtamento ſufficiunt quinque teſtes etiam illiterati.*
16 *Tempore peſtis coram paucioribus teſtibus teſtamentum condi poteſt.*
17 *Teſtamentum oblatum principi, vel factum apud acta iudicij, tenet, etiam non adhibitis ſeptem teſtibus.*
18 *Regula illa:* Quod acta iudicij non requiritur teſtes. *quomodo ſit accipienda.*
19 *De iure Canonico teſtamētum ad pias cauſas, duob. teſtib. adhibi-*

ADDITIO.

a *Teſtamentum ſecundum conſuetudinem loci factum, an vtiq; valeat, vide Gail. 2. Obſeru. 123.*

hibitis, valet. Item omne aliud teſtamentum conditum in
terris Eccleſiæ à Parochianis, &c.
20 *Illiterati item ceci teſtamentum octo teſtes requirit.*
21 *In teſtamento ad pias cauſas, ſeruatur diſpoſitio iuris Cano-*
nici, etiam in terris Imperij.

1 TEſtamentum ſolemne, ſeu in ſcriptis, dicitur, quando te-
ſtator ſuam vltimam voluntatem in ſcriptura exprimit,
adhibitis teſtibus, qui huiuſmodi ſcripturæ ſubſcribunt, & ſi-
gilla ſua apponunt, ita quod in ſolemnitatibus, ſcriptura ſub-
ſcriptione teſtium, & ſigillorum appreñſione conſiſtat. Vnde
etiam in ſcriptis dicitur, quia ſine prædictis ſolẽnitatibus alias
teſtamentum ſolemne non valet, vt infra dicetur. Et tale te-
2 ſtamentũ non eſt neceſſe teſtibus patefieri, quia teſtator clau-
ſam, & inuolutam ſcripturam poteſt offerre teſtibus, etiam
ignorantibus, quod in ea contineatur, & petere, & vt ſubſcri-
bant, & ſigilla apponant, d.l.ſi ac conſultiſſima, C.eod. Et hoc
3 ſec. Fab. in §. poſſunt inf eod. eſt valde cautum, & tutum, vt
teſtamentum à teſtatore propria manu, & in ſecreto confi-
ciatur, propter duas cauſas. Primo, ne hi, qui ſpem habent ali-
quid ex teſtamento conſequendi, prouocentur ad odium te-
ſtatoris, ſi comperiant, nihil eis in teſtamento relictum eſſe.
Secundo, ne illi, qui inſtituuntur hæredes, vel quibus aliquid
legatur, captent, & procurent mortem teſtatoris, ne mutet
ſententiam, vel vt citius capiant, quod ex teſtamento ſe con-
ſecuturos ſperant, ſicut refert idem Fab. cuidam vicino ſuo
a factum eſſe. Forma *a* autem ita in ſcriptis, & ſolemniter te-
4 ſtandi, traditur per Imper. hic, & in d.l. hac conſultiſſima. Pro
cuius intellectu dic, plura requiri ad teſtamentum ſolemne.

5 Primo enim exigitur, quod teſtator ſit talis perſona, quæ
habeat teſtamenti factionem actiuam, & à iure non prohi-
beatur condere teſtamentum, de quibus infra: *Quibus non eſt*
permiſſum facere teſtamentum: dicetur. Et hoc pro regula in
hac materia tenendum eſt.

6 Quando de validitate alicuius teſtamenti quæritur, in pri-
mis conſideretur, an is, qui fecit teſtamentum, habuerit teſta-
menti factionem actiuam. Si potuit facere teſtamentum vi-
dendum eſt, an ſecundum diſpoſitionem, & regulas iuris fe-
cerit, l.4. ff. eo. &c.

7 Secundo, vt expreſſis verbis inſtituatur hæres, l. Iubemus,
in princ. C.eod. Sine inſtitutione enim hæredis teſtamentum
eſt nullum, & ex inſtitutione hæredis teſtamenta vim acci-
piunt, ita quod caput, ac fundamentum totius teſtamenti,
hæredis inſtitutio dicatur, §. ante hæredis, infra de leg. Et de-
bent eſſe tales perſonæ, quæ poſſunt inſtitui, de quibus infra,
de hæred. inſt. dicetur.

Tertio, vt redigatur voluntas teſtatoris in ſcripturam pri-
uatam, manu ipſius teſtatoris, vel alterius ſcriptam, d. leg. hæc
conſultiſſima, in princ. & in d.l. Iubemus, iuncta Authent. &
non obſeruata ordine.

b Quarto, quod teſtator oſtendat *b* illam ſcripturam *c* teſti-
c bus, & dicat in illa contineri ſuam vltimam voluntatem, ſeu
eſſe ſuum teſtamentum, d.l. hac conſultiſſima.

d Quinto, quod adhibeantur ſeptem *d* teſtes, d.l. hac conſul-
tiſſima, & textu noſtro hic, in §. ſed cum paulatim.

e Sexto, quod teſtes ad hoc ſint ſpecialiter rogati, *e* nec caſu
aduenerint, d.l. hac conſultiſſima, & d.l. hæredes palam, §. in
teſtamentis, ff eod.

Septimo, quod teſtes ſint ciues Romani, ideſt, liberi homi-
nes, item puberes tempore conditi teſtamenti, d.l. hac conſul-
tiſſima, de quo in § teſtes autem inf. eod. plura dicemus.

Octauo, quod teſtes ſe ſubſcribant, d.l. hac conſultiſſima,
nec vnus ſcribat pro alio, ſed quiſq; propria manu, l. ſingulos,
ff. eod. Niſi ſint in tali loco, vbi tot litterati non reperiuntur.
Nam tunc vnus pro alio ſcribere poteſt, l. fin. C. eod. Et quili-
bet debet facere mentionem de ceteris teſtibus in ſua ſubſcri-
f ptione, vt appareat, quod vno *f* contextu ſubſcripſerint, & ſi-
gnauerint, de quo gloſ. hic, in verbo, ſubſcriptione, & d.l. ſin-
gulos, ff. eod.

g Nono, quod teſtes conſignent proprijs annulis, vel *g* alie-
nis ſi proprios non habent, l. ad teſtium, §. ſi ab ipſo, ff. eod. &
l. ſi vnus, in princ. Co. eod. De quo in §. poſſunt, inf. eod plura
dicemus.

Decimo, quod teſtes ſint in præſentia teſtatoris, & ipſum
videant, l. ſi non ſpeciali, C. eod.

Vndecimo, ipſe ſubſcribere debet, ſi nouit litteras, & alius
teſtamentum ſcripſit d.l. Iubemus. Si vero ipſemet manu pro-
pria teſtamentũ ſcripſit, & l. hoc feciſſe eadem ſcriptura con-
teſtetur, non eſt neceſſe, vt nomen ſuũ ſubſcribas, l. cũ antiqui
tas, in fi. C. eo. Sed ſi litteras prorſus ignorat tũc debet adhibe
re 8. teſtem, qui ſuo nomine ſubſcribat, d.l. hac conſultiſſima.

Duodecimo, quod omnia illa fiant vno cõtextu, in eodem
loco, & tempore, nullo acto extrinſeco interueniente, vt hic,
& d. §. ſed cum, non tamen ideo vitiabitur teſtamẽtum, ſi quis
fortè actus ad naturæ neceſſitatem interuenit, d.l. cum anti-
8 quitas, in princ. Ne requiritur, vt etiam tunc temporis, quan-
do teſtes rogati ſunt, & adhibentur, teſtator ſuam voluntatem
ſcribat. Poteſt enim diu ante, cum quadam deliberatione ex-
ternam ſuam voluntatem ſcribere, & poſtea eam offerre te-
ſtibus, & dicere hanc eſſe ſuam vltimam voluntatem, dum-
modo vnus ſit contextus ſubſignationis, & ſubſcriptionis te-
9 ſtium, d.l. hac conſultiſſima, & ibi Doct. Requiruntur autem
ad euitandas fraudes, quæ faciliter circa vltimas voluntates
committi poſſunt, tot ſolemnitates, ſecundum Imperatorem
10 hic, in d. §. ſed cũ, verſ. vt nulla fraus. Et not. quod non ſit de
ſubſtantia teſtamenti ſolemnis, vt ſcriptura claudatur, & non
oſtendatur teſtibus. Siue enim ſciant, ſiue ignorent, quid in
ea contineatur, propterea teſtamentum non vitiatur, d.l. hac
conſultiſſima, verſ. nec ideo infirmari. Tutius tamen eſt pro-
pter duas cauſas ſupra relatas ex Fabro, vt in ſecreto teſtamẽ-
tum fiat, nec teſtes, quid in eo contineatur, ſciant. Eſt igitur
11 hęc ſolemnis teſtamenti forma ad amuſſim, & vnguè obſer-
uanda, ita quod ſi prędictorum vnũ fuerit omiſſum teſtamẽ-
tum non valeat, d.l. ſi vnus, & d.l. ſi non ſpeciali, & d.l. hac cõ-
ſultiſſima, C. eo. Ita vt nec legata, nec fideicommiſſa ex eo de-
beantur, etiamſi Princeps fuerit hæres inſtitutus, l. ex imper-
12 fecto, C. eo & l. ex imperfecto, ff. de leg. 3. Quandoque tamen
13 in certis caſibus a iure expreſſis, prædicta ſolemnitas remiſſa
eſt, ita quod teſtamentum minus ſolemne valeat, vt primo
h teſtamentum factum a parentib. *h* inter liberos, ex iuſto ma-
trimonio procreatos, nõ autem inter liberos naturales tantũ
d.l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, cum ibi notatis. Nam
I. Fauore liberorũ talis ſolemnitas iuris ciuilis relaxatur, & re
manet ſub diſpoſitione iuris gentium, ſec. Doct. in l. ſi. C. fam.
erc. & in Auth. quod ſine, C. eod. Et hoc eſt verũ, quando eſt
imperfectũ teſtamentum, ratione ſolemnitatis publicæ, quia
fortè non erat ſufficiens numerus teſtium. Secus ſi eſt imper-
fectum ratione voluntatis, quia pater fortè morte præuen-
tus, non abſoluit teſtamentum. Nam tunc etiam inter libe-
i ros non valet, ſecundum Paul. de Caſt. & Doctor. *i* in d. §. ex
14 imperfecto, & Bart in l. ſi is qui, ff eod. II. Relaxatur iſta ſolẽ-
nitas, propter priuilegium militiæ, vt in teſtamento mili-
15 tis, de quo inf. de teſtamen. milit. dicemus. III. In teſtamen-
to ruſticorum quoque ſufficiunt quinque teſtes, etiam illite-
rati, §. ſi plurium, aut peritorum copia haberi non poteſt, l. fin.
16 C. eod. IV. Secundum magis communem, & ęquiorem ſen-
K tentiam etiam tempore peſtis *k* quando plures teſtes habe-
ri non poſſunt, poteſt teſtamentum condi coram paucióri-
bus teſtibus, vt tenet ibi Bald. & valde pulchre Do. Iaſ. in dict.
l. fin. C. eod. Licet de rigore iuris contrarium defendi poſſit:
ita quod Bart. in l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſtamento militis di-
cat, quod eſſet valde vtile ſtatuere, quod tempore peſtis teſta-
men-

ADDITIONES.

a *Hoc forma iuris eſt communis. Alia tamen poteſt, vel ſtatuto,*
vel conſuetudine, vel priuilegio inſtitui, ac recipi, l. ſi non ſpecia-
li, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, l. vlt. C. de teſt. c. cum eſ-
ſet, ext. de teſt.
b *Extrinſecus ſaltem, vt paulo poſt fuſius dicitur.*
c *Canonico iure fieri poteſt teſtamentum cum duobus teſtibus co-*
ram ſacerdote, d.c. cum eſſes, ext. de teſtam.
d *Septem, vel octo, ſi ipſe ſis ignarus litterarum.*
e *Teſtes in teſtamento regulariter rogati eſſe debẽt, vt hic, & l. in-*
nis, C. de teſtib. Nouella de teſtib. quæ locum non habet in teſta
mento ad cauſas pias, c. relato, ext. de teſt. Et eſt communis opi-
nio (cui tamen Lapus, alleg. 32. non aſſentitur.) Nõ habet etiam
locum in codicillis, l. vlt. C. de codicil. ſed nec teſtamento inter
liberos gl. d. l. vlt. Bal. Auth. quod ſine de teſtam.
f *Nullo actu interueniente l. ſi non ſpeciali, C. teſt. niſi ſit, vel na-*
tura, vel ad teſtamenti factionem pertinens, l. hæredes palam,
§. vno contextu, ff. eod. vt eſt, cera calefactio, & ſimilis actus ad
ipſam vltimam voluntatem impertinens.
g *Hoc caſu teſtes debet exprimere ſe alieno ſigillo vſos fuiſſe,*
quod proprium non habuerint. Speculator, tit. de procur. §. vi-
dendum, verſ. ſed nota.
h *De teſta. paterno inter liberos, vide Clar. 3. Sent. § teſtamen-*
tum, q. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. vide Gail. 2. obſer. 112. & an diuiſ-
ſio paterna inter libros ſeruanda, vide eundem lib. 2. obſer. 126.
i *Vide Bald. ibid. nu. 2*
k *De teſtamento peſtis tempore facto, vide Boer. deciſ. 228. Guid.*
Pap. q. 543. Rol. à Valle 1. conſ. 81. Mynſing. 2. obſeru. 96.

Digitized by Google

17 mentum coram minori numero teſtium valeat. V. Teſtamẽ-
tum oblatum principi; vel factum apud acta iudicij, coram
a quouis *a* iudice, valet, & tenet, licet in eo non ſint deſcripti ſe-
ptem teſtes, l. omnium, C. eod. Secundum Bar. tamen, & Ale-
b xan. de Imol. ibi duo *b* teſtes interuenire debent, *c* ad proban-
c dam principis, & iudicis ſententiam, non obſtante regula,
18 Quod acta iudicij non requirant teſtes, cum ſemper præſu-
matur adeſſe frequentem hominum, l. in donationib. Cod. de
d donat. Nam ad hanc reſpondet *d* Alexand. in d. l. omnium,
Quod illa regula ſit vera in his, quæ de ſui natura ſunt expe-
dienda in iudicio, ſecus ſi in iudicio fieret actus, qui de ſui na-
tura non eſt expediendus apud acta iudicij, vt teſtamentum,
Nam tunc debemus manere ſub regula quæ habet: Quod a-
ctus notorij debent habere teſtes, de qua Alexand. in d. l. om-
19 nium. VI, Licet de iure ciuili regulariter requirantur ſeptem
e teſtes, tamen de iure Canonico *e* in teſtamento facto ad pias
cauſas, ſufficiunt duo teſtes. c. relatum el 1. & c. cum eſſes, &
ibi Canoniſtæ, extr. eod. Item, Omne teſtamentum conditum
in terris ſubiectis Eccleſiæ, licet non ad pias cauſas, à paro-
chianis in præſentia presbyteri, & duorum teſtium, valet, &
tenet, d. c. cum eſſes, per tex. iuris diuini, quod *in ore duorum
vel trium ſtet omne verbum*. Melius tamen iura ciuilia occur-
runt fraudibus hominum, quæ faciliter circa teſtamenta
committuntur, ita quod etiam aliquando octo teſtes requi-
20 rantur. Veluti quando teſtator ignorat litteras, nam tunc re-
quiritur octauus teſtis, qui teſtatoris nomine ſubſcribat. Item
teſtamenti cæci octo quoque teſtes requiruntur, d. l. hac con-
21 ſultiſſima, C. qui teſt. facere poſſ. Et quod ad teſtamentum
ad pias cauſas conditum attinet, ſeruatur etiam in terris Im-
f perij diſpoſitio c. relatum *f* de quo vide poſt Doct. Alexand.
de Imol. in conſ. 105. in 4. vol.

ADDITIONES.

a *An pagano, vel ruſtico, an vero de maiore iudice, l. omnium,
C. de teſtam. intelligenda eſt? quod verius, vt dixi, & dicam ad
l. omnium poſt Fulg. Caſtr. Iaſ. in d. l. vide Rol. a Valle 1. conſil.
70. vbi de differentijs maiorum, & minorum iudicum.*
b *Aut ſigillum cum ſubſcriptione actuarij. Vide Guid. Papeum,
qu. 175.*
c *Non ſeruatur vſu, ſed ſufficiunt acta. & vbicunque iudex eſt a-
cta putantur eſſe, l. antepen. & paſſim de manumiſſis vindicta.
Quam ob rem ſufficit iudicem, aut duos treſve ad domum te-
ſtantis venire, & teſtamentum illis inſinuare, vt poſt ad acta
referatur, ita conſtitutum eſt, par. 3. conſtit.*
d *Et eodem modo quoque reſpondet Soc. reg. 384. Refert Lapum
idem ſententiam allegat. 88.*
e *Canonico duo Teſtes in teſtamento ſufficiunt.*
f *Habet enim priuilegia teſtamenti inter liberos, vt latè Tira-
quel. in priuil. pia cauſa.*

§. Poſſunt autem.

1 *Conſignatio à teſtibus, quomodo fieri poſſit.*
2 *Signans alieno ſigillo, tamquam proprio, falſi crimen incur-
rit.*

1 AD intellectum noui requiſiti ſciendum ſecũdum Impe-
ratorem, & Doct. hic, quod omnes teſtes poſſunt ſigna-
re vno annulo, proprio, vel alieno, etiam ſi annulus ſit teſta-
toris, vel etiam pluribus annulis alienis, vel proprijs, vt hic, &
l. ad teſtium, §. ſi ab ipſo, ff. eod. Ita tamen, vt teſtis vtens alie-
no ſigillo faciat eius mentionem in ſubſcriptione, ſe ſcilicet
a alieno ſigillo ſignaſſe. Alias ſignans cum alieno *a* ſigillo, tam-
2 quam proprio, committit falſum, de quo vide Paul. de Caſtr. in
d. l. ad teſtium, §. ſi ab ipſo, ff. eod.

ADDITIO.

a *Quid? Sigillo ignoto num fides haberi poſſit, ſi quædam alia in-
dicia concurrerint? Id admittunt interpretes, & in c. 1. & 2.
diſt. 18 & c. ſuper his, extr. de fide inſtrum. niſi nomina perſo-
narum, quæ ſigillo ſunt impreſſa, ignota ſint, vide Socin. reg. Si-
gillis ignotis. 324.*

§. Teſtes autem.

1 *Teſtes in teſtamento eſſe poſſunt omnes, qui non expreſsè pro-
hibentur.*
2 *Qui prohibeantur eſſe teſtes teſtamentarij.*
3 *Mulier ſemper profert varium, & mutabile teſtimonium. In
aliquibus tamen caſibus etiam mulieres poſſunt eſſe teſtes, vt
ſequitur.*
4 *In criminalibus mulier regulariter poteſt eſſe teſtis. Secus ta-
men eſt de iure Canonico.*
5 *Impubes regulariter teſtimonium ferre non poteſt.*
6 *Minorum teſtimonium quãdo valeat, & an minor poſſit per-
hibere teſtimonium de eo, quod vidit in ætate pupillari.*
7 *A iudicij ad vltimas voluntates, bonum eſt argumentum, ne-
gatiue non affirmatiue.*
8 *Domeſticum teſtimonium regulariter non admittitur. Fallit,
vt num. 10.*
9 *Domeſticæ perſonæ ſunt, quibus poteſt imperari ratione patriæ,
vel dominicæ poteſtatis.*
11 *In propria cauſa nemo eſt teſtis idoneus.*

1 DEclarat in hoc §. Imperator cum aliquot ſeqq. qui poſ-
ſint eſſe teſtes in teſtamento. Et quia edictum de teſti-
bus eſt prohibitorium certarum perſonarum, ſequitur omnes
poſſe adhiberi in teſtamento teſtes, qui expreſsè non prohi-
2 bentur, l. 1. in princ. ff. de teſtibus. Prohibetur autem primo *a*
a mulier, l. qui in teſtamento, §. mulier, ff. eo propter fragilitatẽ,
3 & inconſtãtiam ſexus, cum varium, & mutabile ſemper pro-
ferat teſtimonium, c. forus, iuncta gl. ſuper verbo, varium, de
verb. ſign. In codicillis tamen poteſt eſſe teſtis, gloſſ. in l. fin. in
verb. quinque teſtes, C. de codicillis, & Bart. in d. l. qui teſta-
mento, §. mulier. Eodem modo poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto
condito à patre inter liberos, ſec. gl. in d. Auth. quod ſine, Co.
eod. Et pari ratione poteſt adhiberi in teſtamento condito ad
pias cauſas, vt inquit Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima, §. ex imper-
fecto. Item in teſtamento militis, ſec. Ang. hic, & communi-
4 ter Doct. in d. §. mulier. Sicut & alias mulier regulariter po-
teſt eſſe teſtis etiam in cauſa criminali, l. ex eo, ff. de teſtib. &
d. §. mulier. Licet de iure Canonico in criminalibus teſtimo-
nium perhibere non poſſit, ſec. gl. in d. c. forus, ſuper verb. fœ-
minæ, & gl. in c. tam litteris, ſuper verbo, fœminas, extr. de tẽ-
ſtibus. Adde D. Koning. in proceſſu, 76.
Secundò, Hermaphroditus (in quo iuxta l. quæritur, ff. de
ſtatu hom. præualet ſexus fœmineus) teſtis eſſe non poteſt in
teſtamento, de quo gl. hic, in verbo, ſed neque mulier.
b Tertiò, Impubes minor 14. *b* annis, vt hic, & d. l. qui teſta-
mento, in princ. Angelus tamen hic ſentit, impuberem pro-
ximum pubertati, poſſe adhiberi teſtem in teſtamẽto inter li-
beros, & ad pias cauſas, atq; etiam in teſtamento militis, quia
in illis relaxatur ſolẽnitas iuris, vt dictum eſt. Regulariter au-
5 tem, & alias impubes teſtimonium ferre non poteſt, l. inuiti,
6 19. & l. 3 §. lege Iulia, ff. de teſtib. Sed pubes factus, minor 25.
annis, in ciuilibus poteſt ferre teſtimonium, quia non prohi-
betur a lege, arg. d. l. 1. in prin. ff. de teſtib. Sed non in crimina-
lib. niſi ſit maior viginti annis, l. in teſtimonium, ff. de teſtibus.
An autem pubes factus poſſit ferre teſtimonium de eo, quod
vidit in ætate pupillari, concludit glo. hic, ſuper verbo, neque
c impubes, in d. l. 3. lex Iulia, quod ſic. *c* Quod intellige ſecund.
Doc. hic, ſi tẽpore quo vidit, vel audiuit, erat eius ætatis, quod
poterat intelligere quod agebatur, & ita quod erat proximus
d *d* pubertati, ſec. Bart. in d. §. lex Iul. ſed de eo, quod vidit infans,
e vel proximus infantiæ non teſtificatur, ſec. *e* Ang hic. Nõ ta-
men hæc in teſtamento locum habent, quia ab initio ad ſub-
ſtantiam teſtamenti requiritur certus numerus teſtium, &
quod teſtes ſint idonei, vt hic. Adde gl. in d. §. lex Iulia.
Quartò, ſeruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, vt hic,
d. l. qui teſtamento, §. ſeruus quoque.
Quintò, furioſus, vt hic, & d. l. qui teſtamento, §. ne furioſus
quidem, niſi habeat dilucida interualla, d. §. ne furioſus quidẽ
quem intellige ſec. Ang. hic: quod tempore, quo habebat di-
lucida interualla, & rectum ſenſum, fuit adhibitus, & tali tem
pore etiam examinatus, alias non.
Sextò, mutus, & ſurdus, vt hic.
Septimò, prodigus, cui bonis interdictum eſt, vt hic, & l. is,
cui, ff. eodem.
Octauò, colligite regulam ex textu noſtro, ſecundum An-
gelum, hic. Quod omnis qui aliàs à lege in iudicio prohibe-
tur eſſe teſtis, prohibetur quoque in teſtamento adhiberi.
Bonum

ADDITIONES.

a *Mulier teſtis in teſtamento, vt & cauſa criminali, eſſe non po-
teſt, niſi in caſibus hic enumeratis, quibus adde mulierem re-
ctè teſtem adhiberi ad probandum teſtamentum. Alb. in l. qui
teſtamento, §. mulier, ff. eodem.*
b *Etiam baſtardus, vt per Soc. reg. teſtis mulier. 419.*
c *Vide Dec. l. 2. §. 1. ff. de reg. iur.*
d *L. notionem, §. inſtrumentorum, ff. de verb. ſignif. gloſſ. in l. quo-
niam, C. de hæret. & Manich.*
e *Ratio? quia indiſcretè percepit, l. minor, ff. de ſeru. exportand.*

Io. Oinotomi ſuper Inſtit. O

7 Bonum enim eſt argumentum à iudicijs ad vltimas volunta-
tes,negatiuè,non affirmatiuè,ſecundum Angelum hic.

Nono,colligite regulam ex text.noſtro,quod a teſtimonio repelluntur in teſtamentis, omnes qui hęredes in teſtamentis inſtitui non poſſunt, vt ſunt hæretici,banniti, Annabaptiſtæ,&c.de quibus inſ.de hæred.inſtit.dicetur.

a Decimo , filius *a* non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris
nec contra pater in teſtamento filij, teſtatis de Caſtrenſi, vel
quaſi Caſtrenſi peculio,§.in teſtibus,inf.eod.l.parentes, C.de
teſtibus,& l.teſtis idoneus, ff.de teſtibus. Et ſubijcitur in d. §.
8 in teſtibus,pro regula. Quod domeſticum teſtimonium in
teſtamento reprobatum ſit, ſicut & in alijs actibus regulari-
9 ter non admittitur,l.a.C.de teſtibus,c.in litteris,extr.de teſti-
bus.Et quæ dicantur domeſticæ perſonæ, declarat gl. in d.§.
in teſtibus,ſuper verbo,in ea re,& in d.c.in litteris, videlicet.
Quod ſint hæ,quibus poteſt imperari ratione patriæ,vel do-
minicæ poteſtatis. vt ſunt ſerui, filij, vxor, coloni,aſcriptitij,
b mercenarij, *b* famuli,dapiferi,& omnes habitantes in eadem
10 domo. Aliquando tamen domeſticus teſtis admittitur vo-
lente aduerſario,ſec gloſ.in d.l.a. Item ad probandam inno-
centiam domeſtica , & etiam alia , quæ occultè fiunt in do-
mo,l.conſenſu,§.ſeruis, C. de repudijs. De quo poſt Doct. in
d §.in teſtibus infr.eod. vide Lanf.in practica, de teſtium di-
ſpoſitione,num. 191.

Vndecimo , hęres inſtitutus in teſtamento non poteſt eſſe
in eodem teſtamento teſtis.Item nec is,in cuius poteſtate eſt
hæres,vt parens, nec hi, qui ſunt in ipſius hæredis poteſtate,
vt filij:item nec fratres hæredis inſtitui,§.ſed neque, inf.eod.
& d.l.qui teſtamento,in princ & §.quæcumque,ff eod. Eſtq;
ratio ſec.gl.in d.§. ſed neque. Quia eſſent quodammodo te-
11 ſtes in propria cauſa,quod eſſe non debet, l omnibus, C. de
teſtib. Cum ad eos ſimul videntur ſpectare lucrum,& dam-
num de negotio,quod inter hæredem,& teſtatorem agitur.

ADDITIONES.

a *Teſtes parentes pro liberis , & liberi pro parentibus eſſe non poſſunt,vt hoc,& 4.q.3.c.item teſtis idoneus. Idem eſt in conſanguineis,domeſticis,& familiaribus,l.Iulia,ff de teſtibus, c. in litteris,ext eodem,vbi vide Fel.Lanfr.in c.1 de probat. Cuius ſententia plures vide exceptiones apud Soc.reg. teſtes parentes,427.*

b *Hi, & ſequentes non ſunt in poteſtate , ideirco non congruunt hæc exempla definitioni præmiſſæ.*

§.Sed cum aliquis.

1 *Caſus huius §.*
2 *Error communis aliquando ius facit.*

1 Licet teſtis in teſtamento debeat eſſe liber,vt dictum eſt,
tamen ſi verè erat ſeruus,ſed de communi opinione re-
putabatur liber,tempore quo fuit adhibitus ad ſignandum
teſtamentum , propter hoc non annullatur teſtamentum, vt
2 hic & leg. 1. C. eod. Et hoc propter communem errorem ,
qui aliquando ius facit,ſecundum gl. hic. Adde Doct. in leg.
Barbatius Philippus,ff.de offic.prætoris,& Ang.hic.

§. Pater.

1 *Pater,& filius ſimul poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento.*
2 *Similiter,& duo fratres,in eiuſdem poteſtate exiſtentes.*
3 *Plures de vna domo , quantumcumque coniuncti poſſunt ſimul adhiberi teſtes in teſtamento extranei.*

1 EX hoc §.notabitis,quod pater,*a* & filius poſſunt in vno,
b & eodem teſtamento adhiberi teſtes , *b* licet filius ad-
huc ſit in poteſtate patris , dummodo ſit pubes . Et ſimiliter
2 duo fratres in eiuſdem poteſtate exiſtentes , & plures etiam
3 de vno domo, quãtumcumque coniuncti, poſſunt ſimul ad-
hiberi teſtes in teſtamento extranei, vt hic, & l.pater, & l. fi-
lius,ff de teſtib.& d.l.ad teſtium,in princ ff.de teſtam Et quia
hæc materia,§.in teſtibus,& d.§.ſed quoque,in 10. & 11. ca-
ſo declarata eſt,non erit diutius iam inſiſtendum.

ADDITIONES.

a *Videbatur,quod Pater,& filiusfamilias,& frater , qui in eiuſdem ſunt poteſtate in teſtamento, quæ iuris ciuilis ſunt plurium teſtium vicem ſuſtinere non poſſent,cum pro vna eademq; perſona habeantur l.frater a fratre,38.ff.de cond. indeb.ſed tamē contrarium obtinuit. Licet enim teſtamenta iuris ciuilis ſint teſtimonia tamen ex iure naturali ratione æſtimari certum eſt,ideoque in ijs eiuſmodi fictiones locum non habent.*

b *In hac ſpecie etiam videbatur patrem, & filium in poteſtate teſtes in eod.teſtamento eſſe non poſſe propter ſuſpicionem colluſionis,& præmeditati falſique teſtimonij,vt in l.3.§.vt magis, ff.de teſtibus. Nec enim quod fieri poteſt pro facto habetur , ex eo notant, teſtimonia non ex eo deſtitui ſua fide quod ipſi teſtes inter ſe fuerint colluſi,ſed ex eo tantum, quod a partibus ſubornati. Erat & alia dubitatio in hac ſpecie propter ius poteſtatis quod pater habet in filium,& ius imperandi filio.*

§. Legatarijs.

1 *Legatarius,& fideicommiſſarius ſingularis , item filij eorum puberes,& hi in quorum poteſtate ſunt, teſtes eſſe poſſunt in teſtamento,in quo ipſis legatum relictum eſt.*
2 *Tutor teſtamēto datus a teſtatore ſuis liberis,poteſt eſſe teſtis.*
3 *Tabellioni ſcribenti teſtamentum , nihil teſtamento relinqui poteſt,dictantibus tamen teſtamentum,legari poteſt.*

a LEgatarius,& fideicõmiſſarius *a* ſingularis,item filijs eo-
1 rum *b* puberes,& hi quorum in poteſtate ſunt, teſtes eſ-
b ſe poſſunt in teſtamento , in quo ipſis legatum relictum eſt ,
vt hic,& d.l.qui teſtamento in princ.& in l.diſtantibus,in fin.
C.eo Nec obſtat,quod videantur eſſe teſtes in propria cauſa.
c contra d.l.omnibus,C.de teſtibus. Quia legatarius non *c* ad-
hibetur,vt dicat,an ſibi legatum ſit, ſed an teſtator fecerit ta-
le teſtamentum, ſec. Bartol.in d.l.qui teſtamento. Et eo ipſo
quod hæres vtitur adminiculo legatarij teſtificantis ad valo-
rem teſtamenti,ſtatim approbat perſonã legatarij , vnde me-
rito poſtea de inhabilitate ei nihil poteſt opponere, ſec.Bald.
in d.l.qui teſtamento.Quem refert d Ang.ſubijciens pulchrã
diſtinctionem in hac materia, quam notabitis. Sic etiam tu-
2 tor in teſtamento datus a teſtatore ſuis libetis poteſt eſſe te-
3 ſtis,d.l.qui teſtamento,in princ. Item ſcribenti teſtamentum,
& ſic tabellioni,in teſtamento nihil relinqui poteſt, l.4. C.de
his, qui ſibi in teſt.aſcri. tamen dictantibus teſtamentum te-
ſtatur legare poteſt,d.l.dictantibus in princ.C.eod.

ADDITIONES.

a *Fideicommiſſarius vniuerſalis teſtis in teſtamento eſſe non poteſt,§.reſtituta,infr.de fidei hæred. quia eſt loco hæredis , & iuris ſucceſſor.*

b *Principaliter ſcilicet , & eodem modo pater Notarius eiuſque filius teſtes in eodem teſtamento eſſe poterunt, l. Domitius , ff. de teſtament.*

c *Poſſuntne duo teſtamenta fieri eadem ſcriptura ? Vide,l.plures ff.de vulgar.& pupillar.ſubſtit.l.3.ff.de adimen. leg. vide , & Gail.2.Obſer.127.vbi de mutuo coniugum teſtamento.*

§ Nihil autem.

1 *Teſtamentum fieri poteſt in quocumque materia idonea ad ſcribendum.*
2 *Scripta in papyro tantam fidem faciunt, quantam ſcripta in pergameno.*
3 *Scriptura antiquæ in lapidibus,vel muris creditur.*
4 *Vnum teſtamentum pluribus codicibus fieri poteſt.*

1 BReuiter ex hoc §. notabitis , quod teſtamentum poteſt
fieri in talibus ligneis,lapideis,pergameno,vel chartis,&
quacumque materia apta ad ſcribēdum,vt hic,& l.1. in prin.
2 ff.de bon poſſeſ ſecundum tabulas . Et faciunt tantam fidem
ſcripta in papyro,quãta faciunt ſcripta in pergameno, vt hic,
3 & d.l.1. Ex quo infertur,quod ſcripturę antiquę in lapidibus,
vel muris credatur. De quo per Bart.in d.l.1.& in l.monumē-
4 torum,C.de relig.& ſump.fun. Et poteſt vnum teſtamentum
quis conficere pluribus codicibus,& tunc ſi omnia originalia
ſunt ſcripta manu Notarij , vnum ita probat , ſicut aliud vt
hic,& l vnum teſtamentum,ff.eod.

DE PVBLICATIONE TESTAMENTI.

1 *Teſtamentum ſolemne in ſcriptis confectum,quõ publicetur.*
2 *Poſtulans publicationē teſtamenti debet iurare de calumnia .*
3 *In actibus præiudicialib.debent citari omnes quorũ intereſt.*
4 *Teſtamentum ſemel publicatum manet firmum , etiam carta amiſſa.*

1 CIrca teſtamentum ſolemne in ſcriptis cõfectum dicen-
dum reſtat,qualiter apperiatur, & publicetur,de quo eſt
titul. ff.eodem,C.quemad.teſtam.aper. Et primo ſciendum ,
quod

quòd quilibet nomine ſuo, vel alieno petere poteſt teſtamẽtum aperiri, vel inſpiciat, & deſcribat, l. 1. ff. queadm. teſtam.
2 aper. Et is, qui ſic poſtulat, debet iurare, ſed id non calumniæ animo petere, l. eius quod, C. quemad. teſtam. aperiantur.
a Secundò, debet iudex a ordinarius adiri, & ab eo publicatio teſtamenti peti. l. 1. C. quemad. teſtam. aperiantur.

Tertiò, iudex citare omnes debet, quorũ intereſt publicationẽ fieri, veluti illos, qui ab inteſtato ſucceſſiſſent defuncto.
3 Quia in actibus præiudicialibus debẽt citari omnes, quorum intereſt, l. de vnoquoq; ff. de re iud. l. nã ita diuus, ff. de adopt.
b Quartò, debet iudex vocare b teſtes, vt conueniant, & ſigilla ſua recognoſcant, & ſi vnus ex teſtibus, vel plures abfuerint, debent eis mitti tabulæ teſtamẽti, vt recognoſcant ſigil-
c lum, l. cum ab initio, ff. quemad. teſtam. aper. Quo c facto aperiatur teſtamentum, & recitetur, & exemplum hæredibus, & his, quorum intereſt, exhibeatur, ac originale reponatur, vtcũ
4 vtilitas, ac neceſſitas exegerit, ad illud recurratur. Et teſtamentum ſemel ſic publicatum manet firmum, etiam ſi charta fuerit amiſſa, l. publicati, C. de teſtamen. Vbi de hac materia vide plenius Iaſ. & Doct. poſt Bar in d. l. fi. ff. queamd. teſtam. aper. & Spec. in tit. de inſtru. edit. § oſtenſo.

ADDITIONES.

a *Quid ſi à Notario, ſeu Tabellione exhiberi ſibi teſtamentum poſtulet, ipſe autem Tabellio nolit exhibere, ſed exemplum dare accepto tamen ſuo ſalario? Citandus eſt Tabellio apud iudicem cuius iuſſu ipſum Authenticum teſtamentum in iure exhibeatur. Ac ſi iud x compererit eius actoras poſſe eo adiuuari, exemplum dari iubebit. Caſtren. l. quemadm. teſt. aper. Alex. & Iaſ. in l. vlt. C. de precibus Imper. offer.*

b *Quid ſi quis ex teſtibus mortuus? Teſtamentũ nõ valet. Bar. l. 2. ff. quemadm. teſtam. aper. Huic malo quemadmodum occurri poſſit per teſtatorem vide Soc. reg. teſtator teſtamentum. 399.*

c *Optimum factum quoque eſt, vt reus agentem ex teſtamento interroget, vtrum eo vti velit, vt teſtamento, an vero, vt codicillis. Actor enim cogitur eligere, & facta electione minimè mutare ſententiam poterit, l. vlt. C. de codicill. l. quod heredes, §. eligere, ff. de tribut. c. ad falſariorum, ext. de crim. falſ. Vſus, ſeu vtilitas in eo eſt, quod alia ſolemnitas ſit teſtamenti, alia codicillorum, l. vlt. C. de codicillis.*

a DE TESTAMENTO a NVNCVPATIVO.

§. Finalis.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum quid ſit, & vnde dictum.*
2 *Quomodo differat à teſtamento ſolemni in ſcriptis.*
3 *Requiſita teſtamenti nuncupatiui.*
4 *Teſtamentum nuncupatiuum bifariam fieri poteſt, videlicet ſine ſcriptura, & cum ſcriptura, & n. 5. & 6.*
7 *Inſtrumentum publicum etiam teſtibus mortuis, per ſe plenam fidem facit.*
8 *Formæ teſtamentorum in Germania vſitatæ.*

1 SEcundum genus teſtamenti paganici dicitur Nuncupatiuum, & ſine ſcriptis, quando ſcilicet teſtator coram ſeptẽ teſtibus ſpecialiter ad hoc rogatis, ſuam vltimam voluntatẽ exponit, & declarat, ac hæredem palam omnibus teſtibus audientibus nuncupat ſeu nominat, l. hæredes palam, ff. eodem.
2 Vnde etiam nuncupatiuũ dicitur, ſec. gl. fi. hic. Et a teſtamento ſolemni in ſcriptis differt: quia ad eius ſubſtantiam, neque ſcriptura, neque aliæ ſolemnitates ſubſcriptionis, & cõſignationis requiruntur. Et teſtes ſciunt, quæ ſit vltima volũtas teſtatoris, quam circa teſtamentum ſolemne adhibiti regulari-
3 ter ignorant. Requiritur tamẽ ad tale teſtamentũ, legitimus numerus teſtium, videlicet ſeptem teſtes regulariter, vt hic. Item, quòd ſint ſpecialiter ad hoc rogati, d. l. hæredes palã, §. in teſtamentis. Item debent puberes, & liberi homines, non prohibiti, eſſe teſtes, de quibus ſupra dictum eſt. Poteſt autem
4 tale teſtamentum bifariam fieri, ſec. Plat. hic. Aliquando ſine
5 ſcriptura, & aliquando cum ſcriptura. Sine ſcriptura fit teſtamentum Nuncupatiuum, quando teſtator non adhibito Notario, ſimpliciter exprimit ſuam volontatem coram ſeptem teſtibus, inſtituendo hæredem, & relinquendo legata, nec redigitur in aliquam ſcripturam, ſed ſimpliciter ſtatur notitiæ teſtium: vel ſi teſtator ſcripſit ſuam voluntatẽ in aliqua ſchedula, & eam legit teſtibus audientibus, non facto ſuper ea publico inſtrumento. Et quando hæres nominatus ſit in tali teſtamento nuncupatiuo, vult, vt illud perpetuò probet, poteſt adire magiſtratum illius loci, & petere, vt teſtes, coram quibus ſic eſt nuncupatus hæres, cum omnibus alijs, qui aliquod intereſſe prætendere velint, citentur, in quorum præſentia producat hæres memoriale, a priuato quodam ſcriptum, voluntatem teſtatoris continens, & legat, ac petat teſtes examinari, vt deponant, an hæc fuerit vltima volũtas teſtatoris: vel ſi nulla fuerit ſcriptura ab hærede producta, teſtes nihilominus examinentur, & eorum depoſitiones redigatur ad acta iudicij, vel conficiatur ſuper his publicum inſtrumentũ, per quod poſſit ſemper vltima voluntas teſtatoris probari, ac ſi ſolemne teſtamentum conditum fuiſſet, vt notetur per Iaſo-
6 nem, & Doctores in d. l. publicati, C. eod. Cum ſcriptura verò teſtamentum nuncupatiuum ita fieri ſolet, quando teſtator coram ſeptem teſtibus, & notario expreſſe nominat hæredẽ & ſuam voluntatem declarat, ac rogat notarium, vt hãc ſuã vltimam voluntatem redigat in publicam ſcripturam, ſeu inſtrumentum. Et illud inſtrumentum mortuis etiam teſtibus, per ſe plenam fidem facit, vt eſt gl. ſingularis in l. 2. in princ. & ibi Bart. & Doct. ff. quemadm. teſtam. aper. Et appellatur tale teſtamentum Nuncupatiuum, non obſtante ſi ſit in ſcri-
8 pturam redactum. Et hic mos hodie frequens eſt in vſũ. Sequuntur nunc Formulæ teſtamentorum.

ADDITIO.

a *De forma nuncupatiui teſtamenti, adde l. hac conſultiſſima, § per nuncupationem, C. eod. Roland. Rubr. 62. de teſtamentis.*

a *Requiſita formula teſtamenti ſolemnis a in ſcriptis.*

Quandoquidẽ nobilis ac ſtrenuus Dominus N. eques auratus, diuina gratia permittente, conſtituit teſtamentum cõdere eo modo, vt ad eius robur, nec teſtes requirantur, nec alij tenorem eius ſciant, prout id per quam vtile atque cautum eſſe ex doctrina interpretum iuris, maximè ſubtilis Io. Fab. in §. poſſunt, Inſtitut. de teſtamentis, clare patet. Idque ob duas potiſſimum cauſas. Primò, ne illi, qui ſpernat emolumentum ex teſtamento, prouocentur ad odium, ſi nullum emolumentum ibidem capiant, vel ſi exhæredentur. Secundò, ne illi, quibus datur legatum, vel qui inſtituuntur, captent, vel procurent mortem teſtantis, ad finem, ne mutet teſtamentum: vel vt citius capiant, quod ſe habituros ſperant, vt experientia id ſæpe docuit. Quare ob has, & alias cauſas, iura Cæſarea formam, qua tale teſtamentum, quod in ſcriptis vocatur, fieri debeat, conſtituerunt, quæ inter homines diuitijs, & authoritate præcellentes, ac præcautiores, ne ipſis viuis ipſorum vltima voluntas de bonis ſuis propaletur, vſitata, ac frequens eſt. Ea itaque forma, ac ſolemnitate, quæ de iure requiritur in teſtamento tali in ſcriptis vocato, ſeruata, id poſt mortem teſtatoris, tamquam inualidum, atque infirmum impugnari nulla ratione poteſt. Initio ergo teſtator, vel per ſe propria mano, vel intimi, atque fidelis amici, teſtamentum ſcribit, vel ſcribi curabit, & cum in mundam chartam redactum, atque deſcriptum fuerit, teſtator ſeptem teſtes maſculos ad ſe vocabit, atque requiret: quibus præſentibus teſtamentum manu tenens, dicet: Optimi viri, notum vobis facio, vltimæ meæ voluntatis diſpoſitionem eſſe, ac eſſe debere prout in charta ſiue membrana hac continetur, ac vos rogo teſtes eius rei. Quòd ſi teſtator teſtamentum pro-
b pria manu ſcripſerit, non eſt opus, vt plus b ſubſcribat, niſi libens facere velit. Si autem per amicum, vel ſecretarium id ſcribi fecerit, opus eſt, vt ſubſcribat, forma ſequenti.
c Ego N. eques auratus fateor, atque c hac manu mea propria teſtor, hanc chartam meum teſtamentũ eſſe, & ſicut in ea ſcriptum eſt, teſtatum me eſſe: & ſeptem teſtes in continẽti, nullo actu extraneo interueniente, rogabo, vt teſtamentũ ſubſcribant, idque ſignent. *Eritque eorum ſubſcriptio talis.* Ego Ioannes de Lantzperg fateor, quòd vocatus, & requiſitus ſim ab N. equite aurato, 20. Maij, Anno 1560 loco tali in teſtem ſuæ vltimæ voluntatis, & quod eodem tempore, ac die, vnoque contextu actionis, in manu ſua chartam tenens dixerit.

ADDITIONES.

a *De forma, modo, ordine, & ſolemnitatibus teſtamenti ſcripti, vide l. hac conſultiſſima, l. cum antiquitas, §. vltimo, l. iubemus Auth. & non obſeruata, C. de teſtam. §. poſtea vero ex edicto, § teſtes, hoc tit. l. penult. l. heredes, l. ad teſtium, §. ſignum autem ff. eod. Adde Roland. Rubr. 61. de teſtam.*

b *Per ſe, vel aliam, ſed ſufficit, vt teſtes ſubſcribant, & ſubſignent, l. cum antiquitas, C. de teſtam.*

c *Quid ſi ipſe non poſſit, aut nolit ſubſcribere? Octauum teſtem adhibebit, qui pro eo ſubſcribebat, leg. hac conſultiſſima, Cod. de teſtam.*

Digitized by Google

dixerit, in mea, aliorumque ſubſcriptorum teſtium præſentia, ea contineri teſtamentum ſuum, rogando vt teſtis eius eſſem. In cuius rei fidem, ac teſtimonium propria manu me inferius ſubſcripſi, ac certa ſcientia ſigillum meum appendi curaui.

Eadem forma cum reliquis teſtibus ſeruabitur, ac id teſtamentum in ſcriptis ita fiet. Vt teſtator ſacis membranę accipiat, & in prima parte totam ordinationem, ſeu diſpoſitionē ſuam ſcribat, & poſtea in rotulo plicet, & plicat rotulo, remaneat tantum de membrana, quod poſſint fieri ſubſcriptiones. Et quando hæ teſtium ſubſcriptiones factæ fuerint, tunc teſtator in quadro chartam plicabit, ſicut plicantur bullæ Romanæ Curiæ, & inuoluet eam panno, ſeu linteo ita large, quod poſſint apponi chordę ad latera, & de ſubtus, quę tranſibunt per linteum, & in illis cordis pendebunt ſigilla.

Formula teſtamenti.

a In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Cum *a* ego N Eques auratus mihi mortem cū ceteris mortalibus cōmunem eſſe perpenderim, nihilque ea certius, hora verò incertius ſit, & ne ex hac miſeriarum valle abſque conſtanti, ac firma diſpoſitione de bonis meis, cum feudalibus, tam patrimonialibus, mea fideli opera à Regibus, Electoribus, ac Principibus, & fortuna rei metalicæ partis, & acquiſitis, dicendā, & meis propinquis contentionis, ac litium materiam relinquam, ſed certi quid de ipſis ordinem, ac ſtatuā, ego hoc die Lunæ. qui eſt 20. Maij, circiter horam octauam, ante meridiem. Anno 1566 hoc teſtamentum in ſcriptis cōdidi, & manu propria ſcripſi. Idq; ea intentione ordino, condo, ac facio, forma, modo, ac ratione, quibus melius fieri poteſt, & debet. Atque initiò quidem animam meam poſt ſolutionem à corpore, Domino, & vnico Saluatori noſtro Ieſu Chriſto, qui me ſua paſſione, morte, & pretioſiſſimi ſanguinis effuſione ab æterna morte, diabolo, & inferno, ex immēſa bonitate, & miſericordia redemit, commēdo. Sāctiſſimam verò ipſius Saluatoris noſtri Matrem Beatam Virginem Mariā, & omnes Sanctos, & Angelum meum cuſtodem inuoco, mihi in hora mortis potiſſimum aduerſus inſidias Diaboli, & Angelorum eius improborum adſint. Corpus vero terræ, ex qua factum eſt ſecundum ritum Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, committo. Deinde vigore huius presbyteri, & clero eius loci, vbi Deus ex hac vita me euocarit, & pauperibus, quos mei hæredes delegerint poſt meum diſceſſum, lego, atque relinquo centum Florenos Rhenanos probæ monetę, & volo, vt inſtituti mei hæredes tale legatum primo quoque tempore, citra moram, ac dilationē ſoluant, me vero ſanctis ſacrificijs Miſſarum ad Altare, alijsque pijs officijs adiuuent. Secundo relinquo, & lego liberis ſororis meæ N. maſculis, & fęminis, quos in legitimo matrimonio ex N. marito ſuo ſuſtulit, tot florenos. Quos ſimiliter infraſcripti hæredes mei eis enumerabunt. Ad hæc duabus fratris mei germani N. & N. filiabus pro dote relinquo tot Florenos, qui ipſis, cum elocabuntur à fratribus ipſarum, à meis infraſcriptis hæredibus ſoluētur. Porro ſororis meæ germanæ N. liberis filijs, & filiabus nimirū N & N. quos ex legitimo marito ſuo fęlicis memoriæ, ſuſcepit, lego tot Florenos, quorū ſolutione itidē infraſcriptos hæredes meos onero. Cęterū in omnibus alijs bonis feudalibus, & allodialibus, mobilibus, & immobilibus, atque in futurum ad me deuoluendis, nullis exceptis, ſed omnibus prout delata ad me, atq; à me relicta erunt, comprehēſis, nec à parente meo, vel auo, vt ſuperius ſignificatum eſt, in
b me tranſmiſſis, inſtituo *b* veros, atque rectos hæredes meos N. & N. filios fratris mei germani legitimos, atque naturales. Et ſi (quod Deus clementer auertere dignetur) alterutrum ipſorum ſine legitimis, & ex corpore ipſorū deſcendentibus hæredibus mori contigerit: Volo, vt dimidia ipſa pars bonorum meorum feudalium, & patrimonialium, alteri ſuperſtiti fratri accreſcat. Poſtremo ſi hoc teſtamentum ob defectum ſolemnitatum requiſitarum, tamquam ſolemne fortè haberi
c ti minimè poſſet, tunc volo, vt vim, & robur *c* codicillorū, aut alterius vltimę volūtatis ſortiatur, ita quod valeat omni meliori modo, quo de iure valere poſſit. Hoc meę volūtatis nouiſſimæ elogium in præſentia infraſcriptorum teſtiū ad hoc ſpecialiter rogatorum, tempore, & loco ab initio memoratis concluſi, iiſq; ſignificaui, in hac charta, ſeu membrana teſtamentum meum comprehenſum eſſe, cum aſſidua, & inſtanti rogatione, vt in teſtimonium eius teſtes eſſe, & in continenti id propria manu ſubſcribere, atque ſignare vellent.

Sequatur ſubſcriptione teſtatoris, ſi non propria manu ſcripſit, vel ſi ſcripſit, de neceſſitate non cogitur, & teſtium.

ADDITIONES.

a *Proœmium in teſtamento non omittendum. Ex eo enim intelligitur, quæ cauſa præcipua ad teſtādum impulerit defunctum fieri etiam hoc debet propter decorem, & conſuetudinem. Rol. de teſtam. Rub. 5. 8. & 57.*

b *Inſtitutio hæredis pars neceſſaria teſtamenti, l. non codicillum 14. C. de teſtam. l. inter cetera 30. ff. de lib. & poſth.*

c *De codicillaris, ſeu finalis clauſulæ effectu, vide Roland. de teſtam. Rub. 34.*

a *Formula teſtamenti a nuncupatiui.*

In nomine Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Amē, Anno à ſalutifera natiuitate eiuſdem 1560 Indict. 13. 10. Septembr. hora prima pomeridiana Imp. inuictiſſimo Carolo V. regnorum eius Romani 21 aliorum 24. anno, in mei infraſcripti Notarij, & teſtiū præſentia, honeſtus, ac prouidus vir N. ciuis huius opidi, ſanus corpore, mente, & ſenſu, & intellectu, in ſuæ domus ad forum, intra ædes N. & N. ſitæ, inferiori cōclaui, ſtans erectus, mihi Notario infraſcripto chartā, in qua teſtamentū ipſius ſcriptum erat, prælegendū tradidit cuius tenor de verbo ad verbū ſequitur. Quoniā vita hominis in hac ærumnoſa terra per quā breuis, & nihil certius morte, hora vero mortis nihil incertius eſt, & quilibet mortaliū, quantum ei per diuinam gratiam cōceditur, curare, atque efficere debet, ne propter bona ipſius tēporalia inter liberos, atq; hæredes ſuos, lites, contentiones, ac ſcandala exoriantur, & quia hoc tēpore, & peſtis, & alia mala imminent, ego talibus ad animum reuocatis, ne poſt diſceſſum meū ex hac ęrumnoſa vita inter liberos meos de bonis à me ſummo labore quęſitis, ac minima ex parte à parētibus mihi relictis lites, ac controuerſiæ excitentur: hoc teſtamētum ac vltimæ voluntatis meæ elogiū ordinare volui, id ordinans, ac faciens omnibus melioribus, modo, via, iure, & forma, quibus magis & melius fieri poteſt, ac licet. In primis itaq; & ante omnia, animam meam à corpore caduco, & carnis vinculis ſolutā, in manus Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti humillime commendo: corpus vero pro ritu, & more Catholicæ Rom. Eccleſiæ, in Cęmeterio tali ſepeliri volo. Deinde legati iure relinquo Cęnophylacio pro pauperibus 20 Porocho totidē, cuilibet Diacono 5. Florenos. Similiter Ludimagiſtro 10. eiuſq; Hypodidaſcalis 5. Libitinatijs autem tres Floreni dabūtur. Porro & ſingulis Scholaſticis, qui funus comitabūtur, tres nummi ante fores tribuentur, idq; ſi confici poterunt, in groſſis ſexentalibus. Singulis quoq; pauperibus tres nummi dabūtur. Secundo hæredes omnium meorum bonorū ſimul inſtituo liberos meos chariſſimos Titiū, & Semproniū ex filijs Bertā, & Titiā ex filiabus Et quoniam Titius rei familiaris adminiſtrādæ peritus eſt, ędes meas retinebit pro æſtimatione 500. florenorū, nō maiori Bertæ vinea pro 300. Florenis Titiæ iugera agrorū pro totidem cedāt Sempronius autē ſtudia litterarū proſequatur, ad quod ei pręlego 100. Florenos: & hęc pecunia ad reditus collocetur, quo ex his, & non principali ſorte in ſtudijs ſuſtētetur. Ambo quoque filij veſtimenta, libros, & arma ſoli habebūt, ac inter ſe diuident tamē
b Sempronio meliora arma, & annulus ſignatorius *b* prælegati loco dabitur. Gregoriū filium meū, quia me verberauit, & vulnerauit, ſimiliter filiā meam N. quia turpiter viuere, quā ad placitum meum matrimoniali honeſti copulā cōtrahere maluit, hiſce exheredo, nec ad bona mea, tamquam ingratū admitto. Vxori meę N. legati iure relinquo habitationē ædibus meis contiguam, ſitam inter ædes N. & N. ſimiliter vſūfructum prædij ante oppidum ſit, ad tempus vitæ ſuę. Pręterea nolo meū patrū ob 10. Florenos mutuo acceptos, moleſtari, ſed illos ei remitti, & eius ſorori N. cum nupſerit in dotem 20. Florenos ſimiliter dari Ad hęc ordino, & cōſtituo executores teſtamentarios huius meę voluntatis honeſtos atque prudentes N. & N. & illos ſigillatim, & vniuerſim per Deum oro, vt onus hoc minimè grauatim ſuſcipiant, & teſtamētum meum fideliter, ac diligenter, prout mihi de ipſis polliceor, executioni dari, idq; adimpleri curent: ea ratione,

qua

ADDITIONES.

a *De formula nuncupatiui teſtamenti, adde Rol. Rubr. 62. de teſtam. Et quid differat à ſcripto. vide Clar. lib. 1. Sent. §. teſtamentum, q. 4.*

b *De anulo ſignatorio dictum eſt ad l. ſignatorius annulus, 74. ff. de verb. ſign. quem maiori natu liberorum dari, ac relinqui à patre ſolitum colligimus ex l. 7. §. 21. ff. de leg. 2.*

qua id ſibi ab alijs fieri, atque præſtari cuperent, ac vellent. Legati quoque iure commemoratorum teſtamẽtorum vnicuique, amicis meis præcipuis, in teſtimonium amicę, & propenſæ voluntatis relinquo poculum argenteum, quorum vtrumque recens fieri curaui, & inuenientur in capſula nigra ferro munita. Quod ſi hoc teſtamentum ſolemnis teſtamenti vim habere nequiuerit, volo vt vim, ac robur codicilli, aut alterius vltimæ voluntatis obtineat, & ita quod valeat omni meliori modo, & forma, qua de iure poteſt. Ac te Notarium
a publicum *a* rogo, vt ſuper hoc teſtamento vnum, vel plura inſtrumenta in forma publica, & authentica conficias. Actũ anno, Indictione, regno, menſe, die, hora loco, vt ſuperius, in
b præſentia N. N. N. &c. ſpecialiter *b* ad hoc vatorum.

Et quoniam ego N. Diœceſis Minenſis, authoritate Cęſarea Notarius, ſuperius nominati teſtatoris extremæ voluntatis ordinationi, confectioni, & diſpoſitioni, præſens, atque coram cum dictis teſtibus ad fui, & omnia ita vidi, legi, & audiui, ideo hoc inſtrumentum apertum, deſuper manu mea ſcripſi, ac confeci. In quorum maiorem ſecuritatem, & fidê, me nomine meo ſubſcripſi, ac notariatus mei conſuetum ſigillum, ex certa ſcientia appendi. Actum vt ſupra.

ADDITIONES.

a *Notarius an præſumatur rogatus, vide apud Manticam 2. de coniect. vltim. volunt. c. 2.*

b *Teſtes an præſumantur rogati, vide eundem Mant. ibid. c. 11.*

Initium, Clauſula, & finis Teſtamenti Nuncupatiui, inter Nobiles Saxonico iure vtentes.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Coram me Notario, & in teſtium infraſcriptorum præſentia, loco
a tali, in *a* hoſpitio nobilis, ac ſtrenuus vir N. indutus thorace ferreo, atque accinctus gladio, more inter nobiles recepto, diuina permittente gratia, ſanus corpore, mente, ſenſu, intellectu, atque loquela, erectis pedibus comparuit, ac manu ſua dextra teſtamẽtum infraſcriptis redactum protulit, idque in mei Notarij, & teſtium præſentia per legi mandauit, huius tenoris, &c. Quod ſi hoc teſtamentum, tamquam ſolemne propter defectum vllius ſolemnitatis validum firmumve nõ eſſet, volo, vt habeat vim, vel vltimæ voluntatis inter parentem, & liberos confectæ, vel Codicillorum, vel donationis cauſa mortis, aut alterius vltimæ volũtatis. Et ita volo, quòd valeat omni meliori modo. Et quo hoc teſtamentum in omnibus articulis, punctis, & diſpoſitionibus perpetuò, firmiter, & inuiolabiliter ſeruetur, atque ad executionem deducatur, ideo teſtamentarios executores elegi, ordinaui, atque cõſtitui: eligo, ordino, atque conſtituo, Nobiles, ac prouidos N. N. eos ſigillatim, ac vniuerſim rogans, vt curent hanc voluntatem poſt mortem meam penitus, atque plenariè adimpleri, concedens ipſis liberum, generale, & plenarium mandatum, huius teſtamenti tenorem conſeruandi, defendendi, ac propugnandi. Et ſi maiori, ac pleniori mandato opus haberent, id ipſis plenariè, ac abſoluiè trado, committo, atque relinquo. De hoc proteſtans Poſt hunc actum dictus teſtator, citra vllius auxilium, vel ſuſulctũ, thorace ſuo ferreo, vt ſupra ſignificatum, indutus, hypocauſto exijt, ac nullius ſubleuatione interueniente, equum cõſcendit, ac gladio vagina, in qua recõditus erat, extracto, ſe militem ſanum oſtẽdit, neque Notarium de inſtrumenti vnius, vel alterius confectione rogauit.

Hæ clauſulæ pro euitandis cauillationibus ſunt vtiles, nec ommittendæ, licet textus iuris Saxonici, requirentes illas ſolemnitates, tãtum legantur in contractibus, *Vom geben*. Sed quia verba, *contraxerunt, geſſerunt*, ad ius teſtandi non pertinent, l. verba, ff. de verb. ſignific. Ideò teſtlit D. Kitznig ſe obtinuiſſe, & conſeruaſſe teſtamenta, vbi illæ ſolemnitates non ſunt adhibitæ, ſed, vt dictum eſt, pro euitanda ſcrupuloſa inquiſitione, non ſunt omittendæ.

ADDITIO.

a *Locum teſtamenti Notarius adijcere debet. Porrò quod ad locum teſtamenti attinet hoc notandum eſt, locum teſtamenti facti inſpiciendum eſſe circa ſolemnitatem eius, etiamſi forenſis teſtetur, Bart. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. per l. ſi fundus, ff. de euict. Bald. 1. conſ. 386. Alexan. 5. conſil. 44. & 96. Socin. 4. conſ. 14. Soc. iunior 2. conſil. 99. & 3. conſ. 148. Brunus tract. de forma & ſolemnitate. Niſi ſi locus ſit exemptus. Parte ſunt enim extra territorium fieri, & in territorio, ſed in loco exempto, vt multis probat Rolandus à Valle 3. conſi. 32. num. 23. & ſeq.*

a DE TESTAMENTO *a* MILITARI.

TITVLVS XI.

1 *Continuatio, & tituli concordantes.*
2 *Militia & militandi vocabulum latè patet.*
3 *De quibus militibus loquatur titulus noſter.*
4 *Miles quis dicatur, & vnde.*
5 *Duo potiſſimum ſunt requiſita militi.*
6 *Priuilegia militum multa ſunt.*
7 *Milites ignorantia iuris excuſantur.*
8 *Noſtri milites, an, & quando gaudeant hoc priuilegio circa confectionem teſtamenti.*
9 *Teſtamentum militare fit bifariam.*
10 *Si miles extra caſtra teſtamentum faciat.*
11 *Si miles in caſtris, ſiue militia condat teſtamentum, & num. 13. 14. 17. & 20.*
12 *Doctores, & Aduocati non habent priuilegium teſtamenti militaris.*
15 *Solemnitates iuris gentium etiam milites obſeruare tenẽtur.*
16 *In quibus priuilegiati ſint milites circa confectionẽ teſtamẽti*
18 *De voluntate militis in teſtamento conſtare debet.*
19 *Priuilegiũ teſtamẽti militaris extẽditur ad ſurdos, & mutos*
21 *Si miles in caſtris condidit teſtamentũ, & reuerſus domum moritur: an valeat illud teſtamentum, vt militare.*
22 *Teſtamentum ante militiam ſine ſolemnitate factum, valet, ſi poſtea in expeditione degens illud confirmauerit.*
23 *Arrogatio, & emancipatio non faciunt irritum militis teſtamentum.*
24 *Filiusfamilias, an, & quomodo de caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi peculio teſtari poſſit.*

1 Hactenus de teſtamento paganico ſolemni, ſeu in ſcriptis & nuncupatiuo dictũ eſt. Sequitur nunc de teſtamento militari, quod ſcilicet miles facit. Et habetis titulum concordantem in ff. & C. de teſtam. milit. Ad cuius intellectum
2 præmittendum, quod vocabulum militiæ, & militãdi latè pateat, quia & aduocati militare dicuntur, l. aduocati, C. de aduocat. diuer. iudic. Et Clerici milites Dei dicuntur, vt eſt gl. in cap. qui Clericus. Si de feudo defuncti fuerit controuerſia inter dominum, & vaſſallum, in vſibus feu. & eſt text. in cap. placuit, 21. q. 3. vbi dicitur: *Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus.* Sic etiam milites dicuntur qui à reliqua nobilitate aureis calcaribus diſtinguuntur, licet numquam militauerint, quamuis egregiæ in bello nauatæ operæ aureum hoc calcar proprium præmium, ſit, vnde, & quites aurati di-
3 cuntur. Et de his omnibus non loquitur titulus noſter, nec hoc priuilegium teſtandi eis conceſſum eſt, ſed tantum militibus armatæ militiæ, ſiue ſint equites, ſiue pedites, & hi qui etiam in triremibus militant, ſecundum Viglium hic.
4 Et dicitur miles, (vt ait Vegetius de re militari, vt eum refert Azo. in ſumma, C. eod.) qui iurat ſe non euitaturum mortem propter ſalutem Reipub. A militia, id eſt, duritia, quam pro Repub. ſuſtinet dicitur, vel à multitudine, aut numero mille hominum, quia ex mille hominibus eligebatur vnus præcipuus, ac ſtrenuus miles, quaſi milleſimus dictus: vel à malo, quod Rempubl. à malo defendere debet, ſecundum Iuriſconſultum in l. 2. §. miles, ff. eo. facit quod dicitur in leg. ab hoſtibus capti, in fine, C. de capt. & poſtlimin. reuerſus. Milites defenſores debent eſſe, non domini, licet non ſit liber à laqueis diaboli, qui ſe implicat mundanæ militiæ, vt inquit hic Fab. per cap. contrarium, & capit. falſas, de pœnit. diſt. 5.
b Et quamuis gloſ. Rubricæ noſtræ plura *b* referat neceſſaria
5 ad militem, duo tamen præcipuè olim obſeruabantur, ſecũdum Viglium hic. Primo, vt in numerum aliorum militum referretur, ſeu matriculæ militum inſcriberetur. Deinde vt ſacramentum præſtaret, quod mortem non vellet euitare, pro Republic. vel à ſignis recedere. Adde gloſ. in leg. penult. ff. ex quibus cauſis maior. Et vtrumque adhuc vſus retinet. Cetera non perinde neceſſaria eſſe affirmat hic Viglius,

Sunt

ADDITIONES.

a *Milites noſtri temporis vtrum inueniantur, aut fruantur his teſtandi, & alijs priuilegijs, vide notata in §. idem, & in milite, ſupra, de excuſat. tutor. Fayl. 2. Obſer. 118. Mantic. 6. de coniectur. vltim. volunt. 1. Pretium 3. de teſtam. interpret. 2. dubit. 1. ſol. 8. Clarum 3. Sent. §. teſtamentum, q. 15. & 16. vide Bellonum, tract. de re militari.*

b *Lex numerum, de quibus hic interpretes.*

Digitized by Google

a Sunt autem multa priuilegia militum. I. Quod habent circa
6 confectionem teſtamenti, de quo tit. noſter. II. Milites *a* torqueri non poſſunt, l. milites, C. de quæſtionibus, & d. l. de ſerrorem, §. iun. gl. in verb nec torquentur, ff. de re militari. III. Miles condemnatus propter debitum, non tenetur vltraquā
b facere poſſit, l. miles, in prin. ff. de re *b* iudic. IV. Miles pro de-
c bito capi non poteſt, *c* ſecund. Iaſon in d. leg. miles Item cum milites magis arma, quam leges ſciant, l. fi. §. arma, C. de iure deliber. ignorantia iuris excuſantur, vt notatur in l. 1. Cod de iur. & facti ignoran. An autem milites noſtri tēporis habeant
7 illa priuilegia, communis *d* eſt ſententia Doctorum, quod li-
d cet milites appellari poſſint nō tamen eorum militia ſic pri-
8 uilegiata eſt. Ideo vti debet iure communi, ſec. Bald. in d. leg. penult. ff. ex quibus cauſis maior, & Bart. in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procur. Io Fab. tamen his ſatis æquam opinionem tenet, quod milites noſtri temporis, quando ſunt in ca-
e ſtris, ſeu expeditione *e* in bellu iuſto, veluti contra Turcam, & alios hoſtes Imperij, gaudeant hoc priuilegio circa teſtamenti confectionem, de quo titul. noſter, quod ſequitur Vi-
9 glius hic. Eſt igitur teſtamētum militare, quod à milite factū eſt. Et hoc fit bifariam. Aut enim teſtatur extra militiam, domi ſcilicet Aut teſtatur in militia, expeditione, ſeu caſtris.

10 Primo caſu, quando miles extra *f* caſtra domi teſtatur, vel
f in alijs locis, tunc non gaudet priuilegio militari, circa teſtamenta condenda eo tempore, quo non militat, ſed debet teſtari ſecundum communem diſpoſitionem iuris, adhibitis ſcilicet ſolemnitatibus requiſitis in teſtamento paganico, de quibus in tit. præcedentis dictum eſt, §. illis, & §. ſed hactenus hoc tit. noſtro, & l. penult. C. eod Priuilegium enim conceſſum militibus durat donec in caſtris degunt milites, & ceſſante iſta cauſa priuilegij, ceſſat quoque ipſum priuilegium, ſicut priuilegium conceſſum ſcholaribus intelligitur, ſi ſtudent alias non, vt notatur in l. ſcrimarios, C. eod.

11 Secundo caſu quando miles teſtatur in militia, ſeu caſtris, tunc habet priuilegium, quod non tenetur obſeruare illas ſolemnitates, de quibus præced. tit. dictum eſt. Sed ſolemnitas iuris relaxatur, ſiue faciat teſtamentū in ſcriptis vel ſine ſcriptura, vt hic in prin. & §. plane, inſ. eod. Et hoc ratione ſimplicitatis, & ignorātiæ iuris, quam miles iuſtè allegare potest, cū milites magis arma, quam iura ſcire debeāt, d. l. fi. §. arma, C.
12 de iure deliber. Ex quo infertur, quòd licet Doct & Aduocati militare dicantur, d. l. Aduocati, non tamē poſſunt teſtari ſine ſolemnitatibus iuris communis, quia in eis ignorantia iuris non eſt tolerabilis, l. 2. §. Seruius autem Sulpitius, ff.
13 de orig iuris & Doct. in leg. 1. C. de iuris, & facti ignor. Valet igitur teſtamentum factum à milite expeditione quocūque modo, dummodo conſtet de eius voluntate, quos voluerit habere hæredes, & legatarios, licet non ſint adhibiti ſeptē te-
14 ſtes vt hic in princ. & d. §. plane. Diſtinguitur tamen hoc caſu. Aut enim miles teſtatur in hoſtium congreſſu, & cōflictu, & ſic in extremo vitæ periculo, & tunc licitum eſt ei teſtari, quocumque modo vult, & poteſt, l. 1. §. faciant, ff. eo. Et nullæ ſolemnitates requiruntur, adeo quod ſi in vagina, clypeo, aut quacūque alia materia ſanguine ſuo annotauerit, aut in puluere gladio ſcripſerit, quid poſt mortem ſuam fieri velit, nullo teſte rogato, & adhibito, validum erit teſtamētum, l. mili-
g tes, C. eod. Nec *g* requiritur aliquis teſtis qui interfuerit confectioni teſtamenti Quod eſt verum, ſi teſtamentū non negetur, alias ſec. Fabr. hic oportet. quod probetur teſtamentū eſſe factum per teſtes, qui cognoſcant ipſius manum, vel per comparationem literarum, l. Lucius Titius, iuncta glo & ibi not. ff. eod. & gl. in d. l. milites, C. eod. Aut teſtatur in caſtris, non tamen in conflicto hoſtium ſed fortè ægrotus, & iterum non requitur ſolemnitas iuris ciuilis, ſed valet quocumque modo fuerit factum teſtamentum, dummodo conſtet de ipſius voluntate, ideo debet iſto caſu adhibere duo teſtes ſpe-
h cialiter ab hoc *h* rogatos, ſec. gl. in d. l. milites, Cod. eod. & l. Diuus, iuncta glo. in verb. conuocatis, ff eod. Bart. & Doct. in
15 d. l. milites, C. eo. Licet enim ſolemnitates iuris ciuilis remiſſæ ſint, non tamen remiſſæ ſunt ſolemnitates iuris gentium. Ideo cum de iure gentium, & diuino, *in ore duorum ſtet omne verbum*, requiritur ad tale teſtamentum militare duo teſtes, non tamen ſubſcriptiones, vel ſignationes teſtiū neceſſariæ ſunt. Ita Doct. in d. l. milites, & Bart. in l. 1. & l. neque, §. & deportati, ff eod. Nam circa teſtamenti factionem, milites
16 in multis priuilegiati ſunt. I. Circa formam, ac ſolemnitatē teſtamenti, ac circa numerum teſtiū. Item quod non requiſitum, teſtes eſſe rogatos, nec ſubſcriptio, aut conſignatio exigatur. II. Circa perſonam teſtantis, vt in condemnato de crimine militari, l. ex militari ff. eo. Item mutus, & ſurdus teſtari poſſunt, §. quinimmò, inſ. eo. Item filiusfamilias, §. teſtari, infr. eod. III. Circa perſonam hęredis inſtituti, vt alias incapax hereditatis, velut deportatus, à milite inſtituatur hæres, d. l. neque, § & deportati, ff. eod. IV. Circa ſubſtantiam diſpoſitionis
i quia poteſt decedere pro *i* parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, l. miles, ita, ff. eod. Non tamen poteſt aliquid meretrici, aut ſuæ ſucariæ relinquere, d. l. miles ita, §. mulier, ff. eo. Item nec clericus, vel ſcholaris, vt notatur per Doct. in d. l. miles, ff. de re iud. Et plura de his priuilegijs, vide per Bart. in d. l. neque, § & deportati, & Bald. in d. l. milites, & Paul. de Caſt. ſup. Rubr. C. eod. Per ſupradicta materia teſtamenti militaris ſic
K ſummarie declarata eſt. *k* Quod verò ad text tit. noſtri atti-
17 net, ex principio breuiter notabitis, priuilegium militibus cōceſſum. videlicet, quod miles poteſt teſtari, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptura, abſque aliqua ſolemnitate, vt iam declaratum eſt, tunc procedere quādo in caſtris teſtatur: ſecus ſi domi, vel alibi. Nā tunc ſolemnitates à iure requiſitas adhibere debet, §. illis autē hoc tit. noſtro, vbi ſimul ſubijcitur, filiumfa-
18 milias militē ita teſtari poſſe. In §. planè, Imperator limitat illud priuilegiū eo modo procedere, quādo cōſtat quòd miles voluit teſtari, ſecus ſi nō verè, vel ocioſè hæredē ſic inſtituit.

Et

ADDITIONES.

a *Hoc de equitibus, & capitaneis, ſiue ductoribus militum intelligunt hodie, non de priuatis, quos torqueri conſuetudo admiſit. De quo vide lib. 5. Sentent. §. vlt. q. 64. verſ. quæro etiam numquid milites, Boſſium tit. de iudic. nu. 104. Grillandum tract. de tortura, quæſt. 6.*

b *Si hoc ad nobiles, doctores, auratos equites, decuriones, extenderetur, nullus eorum cogeretur cedere bonis, & egere. Contra communem Couarr. reſolut. libr. 2 cap. 1. num. 4. Villalob. verbo nobilis, nu. 1. Vide tamen ex hac ratione Comitibus, & alijs generoſis oberatis cum cederent bonis, decerni competentia alimenta, quæ poſt rurſum oppignerare, aut alienare non licet in futurum l. de alimentis, ibi Iaſon, & Doct. C. de tranſact. l. cum hi, ff. eod.*

c *Non ſeruatur vſu, ſed tamen difficilius ſolent ob debita incarcerari vel ad manum dari, quod vltimum conſtitutione Principis eſt abrogatum conſt. 22. par. 2.*

d *Vide pratum 3. de teſtam. interpr 2. dubit. 1. ſolut. 8.*

e *Vel ſaltem in ſtipendio, & ſacramento, ita vt vacent armis, & redire parati ſint quamuis valetudinis, aut alia cauſa aliquamdiu abſit, l. 4. §. vlt. l. ab hoſtibus, 15. § ſed quod ſimpliciter, l. qui mittuntur, 35 § fin. ff. ex quibus cauſ. maio. l. 3. ff. de re milit. Baue. § hactenus, nu. 5. hoc tit. ita accipe ſequentia.*

f *Priuilegia teſtandi militibus conceſſa, vtrum competant militibus dimiſſis, & ex contrario, an competant non militibus, id eſt paganis, in caſtris degentibus, vide Clar. 3. Sentent. §. teſtamentum, quaſt 15.*

g *Miles in ipſo conflictu teſtari poteſt ſine vllo teſte ſi teſtamentum eius non negetur Quod ſi negetur, probandum eius teſtamentum, vt minimum duobus teſtibus.*

h *Communem hanc opinionem eſſe refert Clar. 3. Sent. §. teſtamentum, q. 58. verſic. item quæro.*

i *Id quomodo intelligendum, vide apud Clar. 3. Sentent. §. teſtamentum q. 16. Adde Soc reg teſtatus pro parte, & inteſtatus regulariter quis decidere non poteſt: vbi plures exceptiones affert ad hanc regulam communis iuris, quæ extat in leg. ius noſtrum, ff. de reg. iur.*

K *Poſſunt etiam excludere liberos & parentes, vel præteritione, quæ hic pro exhæredatione eſt, vel exhæredando eos, qui nō poſſunt dicere teſtamentum militare nullum, ſed habent querelā inofficioſi ad quinquennium, gl. l. vlt. vbi Iaſ. & D. C. de inoffic. teſt. l. 2. ff. de caſtr pecul. l. 4 C. eod. nec hoc correctum per §. & hæc Auth. vt cum de appel. cognoſ ſecundum communem opinionē, quam firmant Soc. iun. in l. Centurio nu. 127. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Iaſ d. l. vlt. nu 1. & Auth ex cauſa, nu. 19. C. de liber præter. Quamuis etiā in dubio miles intelligatur velle teſtari iure non militari, ſed communi D. d. l. centurio, vbi Iaſ. nu. 11. de vulg. & pupil. ſubſtit. & Soc. in nu. 88. per l. in teſtamento, § quamquam, C. de teſtam milit. Alex. conſil. 22. nu. 17. vol. 3. Sicut vnuſquiſque videtur ſe velle communi iuri conformare in teſtando, Doct. l. nemo poteſt, vbi Iaſ. ff de leg. 1. & cōtrahendo, leg. ſi duo, vbi Caſtr de com. ſer Soc. conſil. 19. Adſit nu. 6. vol. 1 Corn. conſ. 190. Plures, in princ. p. 3. tamen ſi voluntas eius iure communi valere nequit, intelligitur teſtatus iure militari, vt voluntas in dubio ſuſtineatur potius, quam pereat, l. 2. vbi Bald. hoc notat, d. l. miles ita, ff de teſtam. milit. l. ex his C. eod. Iaſ. poſt Iaſ. nu. 11. qui ſe non ſatis expedit. Soc. iunior. in d. l. contrario, nu. 88 de vulg. & pupill. ſubſt. Maran. in Spec. aur. par. 4. diſt. 9. nu. 90. dixi conſil. 17.*

Digitized by Google

19 Et poſtea in §.quinimo, extendit priuilegium illud ad ſurdos
& mutos, qui alias de iure teſtari prohibentur, vt in tit. ſequē-
20 ti dicetur. In §.ſed hactenus repetit limitationem ſuprapoſi-
tam, vt priuilegium illud habeant milites in caſtris degentes,
21 & ſimul quæſtionem decidit. Quando miles in caſtris iure
militari fecit teſtamentum, & reuerſus domum, ibi debitum
vniuerſæ carnis perſoluit, an valeat illud teſtamētum, vt mi-
litare. Et dicit, quòd ſi infra annum poſt miſſionem decedat,
valeat tale teſtamentum, alias non. Et quando hæres ſub cō-
ditione eſt inſtitutus à milite, quæ conditio poſt annum pri-
mum extat, tunc adhuc debetur hæredi inſtituto. Quia con-
22 ditio retrotrahitur ad tempus conditi teſtamenti, vt hic. In
§.ſed etſi quis, docet Imperator, quod teſtamētum ante mi-
litiam ſine ſolemnitate factum valeat, ſi poſtea in expeditio-
ne degens reſignauit illud, & quædam adiecit, vel detraxit, vt
ſic de eius voluntate conſtet. Nec per arrogatione aut emā-
23 cipationem teſtamentum militis fit irritum, vt hic. VI. Imò
24 in §.fi. tradit Imperator, Quod ſicut filiusfamilias miles po-
teſt teſtari, de caſtrenſi peculio, ita etiam filiusfamilias non
miles, dummodo, ſi domi teſtetur, adhibeat ſolemnitates alias
à iure requiſitas. Quod etiam de quaſi caſtrenſi peculio in-
telligendum eſt, vt in tit. ſequenti latius declarabitur.

QVIBVS NON EST PERMISSVM facere teſtamentum.

TITVLVS XII.

1 *Titulus iſte præpoſtero quodam ordine ſubijcitur.*
2 *Rubrica concordantes.*
3 *Omnes teſtamēta cōdere poſſunt, qui nō expreſsè prohibētur.*
4 *Regulæ quinque de perſonis prohibitis teſtari.*
5 *Filiusfamilias an, & quando teſtamentum facere poſſit.*
6 *Vltima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio.*
7 *Teſtamenti factio eſt iuris publici.*
8 *In bonis caſtrenſibus, & quaſi filiusfamilias habetur loco pa-
triſfamilias.*
9 *Filiusfamilias patre, cōſentiente, mortis cauſa donare poteſt.*
10 *Abſenti, & ignorantis legari poteſt.*
11 *Contractus ex alieno arbitrio pendere poſſunt.*

1 Dictum eſt hactenus qualiter teſtamenta fieri
a debeant nunc præpoſtero *a* quodam ordine
tradit Imperator, qui non poſſint condere te-
ſtamentum Iuriſc. in d.l.4.ff.de teſtam. tradit
conſilium, vt quādo quæritur de validitate te-
ſtamenti, prius videndum ſit, an is, qui fecerit,
habuerit teſtamenti factionem actiuam, ſic quod à iure non
prohibitus ſit teſtari. Et deinde an ſecundum diſpoſitionem
2 iuris fecerit. Et habetis concordantes titulos in ff.de teſta-
3 mento, & qui teſtamen. facere poſſunt, & in Cod. qui teſtam.
4 fac. poſſ. Omnes autem teſtari poſſunt, qui expreſſe non pro-
hibētur. Perſonas autem prohibitas reducit Bart. ad quinque
regulas in d.l.4.ff.eod. Quandoque enim quis prohibetur te-
ſtari propter defectum ſuæ poteſtatis, vt filiusfamilias, ſeruus
obſides, monachi. Quandoque propter defectum mentis, &
conſilij, & impubes, furioſus, mente captus, prodigus. Quan-
doque propter defectum ſenſus, vt cæcus, mutus, ſurdus.
Quandoque ratione pœnæ, vt damnatus ad mortem. Quan-
doque ratione dubietatis, vt quia de ſtatu teſtatori dubitatur.
5 Primò igitur teſtari prohibetur filiusfamilias *b* qui ſcilicet
b habet patrem, in cuius poteſtate eſt, vt hic in princip. etiamſi
ſit 100. annorum, ſec. Plat. hic, tamen nec teſtari, nec codicil-
lari poteſt, vt hic, & leg. diui, §. codicillos, is demum, ff. de iu-
re codicill. Adeò quod nec patre conſentiente, & permitten-
te poſſit condere teſtamentum, vt hic, & leg. qui in poteſta-
te, ff. eod. & leg. ſenium, Cod. eodem. Eſtq; ratio ſec. Paul. de
6 Caſtr. in d. leg. qui in poteſtate. Quia vltima voluntas debet
procedere ex libera voluntate teſtantis, nec debet ex alieno
arbitrio pendere, l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. Item quia
c eſt publici iuris teſtamenti factio, *c* leg. 3 ff. de teſtam. Et ſic is,
7 qui non habet poteſtatem à iure publico, non poteſt eam cō-
ſequi ab aliquo inferiori, ſecund. Caſtrenſem in d. leg. qui in
poteſtate. Deinde ampliatur hæc concluſio, quòd filiusfami-
lias non ſolum de bonis profectitijs, ſed etiam de aduentitijs
teſtari prohibetur, licet habeat proprietatem peculij aduen-
titij, l. nemo, & l. fin. Co. eodem. Denique teſtamentum à fi-
liofamilias factum eſt inutile, licet ſitæ poteſtatis factus de-
ceſſerit, vt hic in fin. in princ. titul. noſtri. Limitatur tamen, vt
filiusfamilias de caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi peculio teſtari
poſſit, vt hic, & d l. fin. C. eod. Quia in talibus bonis loco pa-
d triſfamilias habetur. *d* Et ſi eſt in expeditione, tunc ſecun-
dum priuilegia militum: ſi verò domi, tunc ſecundum diſpo-
ſitionem iuris communis de caſtrenſi peculio teſtari, poteſt
§. ſed hactenus, ſup. tit. præcedenti. De peculio verò quaſi ca-
ſtrenſi ſemper tenetur teſtari ſecundum ius commune, non
ſecundum priuilegia militum, §. fi. ſup. tit. præced. Deinde fi-
9 liusfamilias patre conſentiente mortis cauſa donare poteſt, l.
tam is, §. 1. ff. de donat. cauſa mortis. Eſtque ratio diuerſitatis.
Licet enim donatio cauſa mortis ſapiat naturam vltimæ vo-
luntatis, quantum, ſ. ad eius perfectionem, quia non ſortitur
effectū, niſi morte ſecuta, & poteſt reuocari ſicut vltima vo-
luntas, vt ſupr. in tit. de donatio nu. 24. dictum eſt: tamē ma-
gis ſapit naturam contractus, vt notat gl. in l. 2. in prin. ſuper
verb. legatum, ff. de dote præleg. quo ad modum ſcilicet, &
formam contrahendi. Quia requiritur præſentia donatarij,
& conſenſus vtriuſque, l. inter mortis, ff. de mortis cauſa do-
10 nat. Quod in vltimis voluntatibus nō exigitur. Nam aliquid
abſenti, & ignoranti legari poteſt, l. cum pater, §. ſurdo, ff. de
legatis 2. Contractus autem poſſunt pendere ex alieno arbi-
11 trio, l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig. §. pretium, infra de
empt. & venditio. Non autem vltima voluntas, d. l. illa inſti-
tutio. An verò filiusfamilias poſſit teſtari de bonis aduenti-
tijs, in quibus pater non habet vſumfructum, permittente pa
tre: communis eſt concluſio Doctorum poſt gloſ. & Bart. in
d. l. qui in poteſtate, & in l. 1. §. in filij, ff. ad Trebell. quod nō,
per text. in d. l. pen. & ibi D. Iaſ. Cod. eod. Ad pias tamen cau-
ſas de talibus bonis, patre permittente filius teſtari poteſt, ſe-
cundum communem opin. Doct. in d. l. ſenium, per text. in c.
licet,

ADDITIONES.

a *Quia de forma ante cauſam efficientē traditum forte, quia for-
ma præcipua & digniſſima eſt a digniorib. enim incipiendum.*
b *Filiusfamilias, & filiafamilias, an poſſit teſtamentum facere
de peculio aduentitio, quaſi caſtrenſe, de dote: ad pias cauſas, pa
tre capto ab hoſtibus: an & codicillos facere, vide Clarum 3.
Sentent. §. teſtamentum, q. 17. Copulam cautel. 113. Durantium
cautela tit. 5. Socin. in reg. filiusfamilias 154.*
c *Poſteriorem hanc rationē aliquis tanquam meliorem laudat,
cum tamen longè infirmior ſit ratione priore. Nam ſi filiusfa-
milias a teſtamento factione remouetur, quod illa iuris publi-
ci ſit, quomodo verū erit, quod infra ſtatim is ipſe ſubijcit, quod
filiusfamilias in publicis pro patrefamilias habeatur? Ita ar-
gumentum certum, & verum poteſt conſtitui contra approba-
tionem illam: in publicis filiusfamilias pro patrefamilias ha-
betur: teſtamentum eſt iuris publici, Ergo in teſtamēti factio-
ne filiusfamilias pro patrefamilias habetur. Qui pro patrefa-
milias habetur, teſtari poteſt exemplo filiorum familias, qui ca
ſtrenſe peculium, vel quaſi habent, qui quidem pro patribus fa-
milias habentur, & vere non ſunt, & tamē teſtari poſſunt. Vn-
de apparet, rationem ab alijs approbatam infirmam, & debi-
lem eſſe. Prior ratio certe lōgè verior eſt, quæ hiſce firmiſſimis
argumentis iuuari poteſt, nimirum, quod teſtamentum ſit volū-
tatis noſtræ, non autē alienæ iuſta ſententia, filius autem fami-
lias, nec velle, nec nolle poteſt, cum obſeruatur imperio patris, l.
velle 4. ff. de reg. iuris itaque nec teſtari poterit. Alia ratio ab
eiuſdem poteſtatis effectu ſumi poteſt, quod nullus teſtari poteſt
niſi qui bona habet, l. 18. in princ. ff. qui teſt. fac. poſſ. filiusfami-
lias, iure Pandectarum, nulla bona habet, ne quidem aduenti-
tia (quod etiam ait Imperator, §. 1. per quas perſ. nobis acquir.
& in princ. verſ. quamquam iure ciuili hoc titul.) ergo filiusfa-
milias propter defectum quoque bonorum teſtari prohibetur, cu
ius iuris rigor æquitate conſtitutionum Imperatoriarum tem-
peratus eſt; quibus permittitur filijsfamilias de aduentitijs,
quorum pater vſumfructum non habet, teſtari, l. vlt. §. 5. verſ.
filijs, C. de bon. quæ liberis Nouell. 98. c. 2. §. Nam ea illi pleno iu
re propria ſunt: ex quo notandum eſt, qui pleno iure bona ha-
bet licet filiusfamilias ſit, teſtari poſſe, quia propriam ſuper ijs
diſponendi voluntatem habet. Quod ſi cui tamen ratio aliorū
placeat, ita ex illa concludere debet; Cum teſtamenti factio
eiuſque ſolemnitas iuris publici ſit, l. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ. eo-
que iure filiofamilias ſit teſtatio prohibita, quod contra publi-
cum iuris prohibitionem priuata permiſſio nihil poſſit operari,
l. qui in poteſtate, 6. in princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. ex facto,
43. ff. de vulg. & pupill.*
d *L. 3. de Senatuſconſ. Macedon. Ius enim militia publicum eſt,
l. 6. de pact. in publicis filiusfamilias pro patrefamilias habe-
tur, l. vlt. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. nam quod, 14. ff.
ad Senatuſconſ. Trebell. l. quippe, de iudic.*

Digitized by Google

licet de ſepulturis,in 6. Licet de rigore iuris contrarium de-
fendi poſſet,vt diſputat D.Iaſ in d.l. ſenium. Tamen propter
fauorem piarum cauſarum, neque in iudicando, nec conſu-
a lendo à priori ſententia recedendum eſt. *a*

A D D I T I O.

a *Vide Teraquell. latiſſime hac diſputantem in tract. priuil. pia cauſa priuileg. 78.*

§. Præterea.

1 *Impuberis teſtamentum,an valeat.*
2 *Pubes quando dicatur.*
3 *Tutor datur,vt conſulat pupillo viuenti,non morienti.*
4 *Adultus qui egreſſus eſt 14. annum,poteſt facere teſtamentũ.*
5 *Furioſi,& mente capti teſtamentum,an,& quando ſubſiſtat.*
6 *Sanitas mentis non corporis,in teſtamento requiritur.*
7 *Furioſus loco abſentis,& quieſcentes,item mortui habetur.*
8 *Furor impedit matrimonium contrahere, ſed contractum non dirimit*
9 *Furioſus occidens patrem non punitur.*
10 *Afflictio non eſt addenda afflictio.*
11 *Furioſus cuſtodiri debet.*
12 *Notabilis quæſito de pœna furioſi.*
13 *Abſens damnari,& puniri non debet.*
14 *In pœnis mitior pars amplectenda.*
15 *Furor quomodo probetur.*
16 *In probando furore, creditur medicis tanquã peritis in arte.*

1 SEcundò,prohibetur teſtari impubes, etiamſi patrem non
habeat,in cuius ſit poteſtate, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmi-
na,& hoc propter defectum iudicij,& diſcretionis, quæ non
2 præſumitur ante pubertatem. Et ætas 14 annorũ in maſcu-
lo,& 12. annorum in fœmina,debet eſſe completa, l.qua æta-
a te,ff.de teſtam. vltima *a* tamẽ dies in vltimi anni incępta pro
completa habetur,d.l.qua ætate,& l.ſi frater,C.eod. Et am-
pliatur hæc regula etiamſi impubes ſit miles,l.ſi. Cod.de teſt.
milit. Deinde,nec cum authoritate tutoris teſtamẽtum face-
re poteſt. Quia vltima voluntas non poteſt pendere ex alie-
3 no arbitrio,vt dictum eſt. Item quia tutor datur, vt conſulat
pupillo viuenti,non morienti,ſec.gloſ.in d. l. ſi frater. Poſtea
ampliatur,etiamſi impubes ſit proximus pubertati,ita quod
ſit capax doli,& malitia ſuppleat ætatem. Quia ætas illa de-
bet eſſe completa,d.l.qua ętate Denique,nec quidem ad pias
cauſas impuberem teſtari poſſe,concludunt Doct. in d.leg.ſi
4 frater Adultus verò,qui egreſſus eſt 14. annum,poteſt de re-
bus ſuis facere teſtamentum, d.l.ſi frater, etiamſi habeat cu-
ratorem,& curator ei contradicat,ſec. Doct. ibi per textum,
b & gl.in leg. Aurelio §. Caius, ff de lib. legat. *b* Si tamen talis
adultus dolo inductus eſſet, ad inſtituendum alium hære-
dem, ſuccurretur venientibus ab inteſtato per actionem de
dolo,ſecundum Bald. Alex & Iaſ.in d.l.ſi frater.

5 Tertiò,Furioſus,& mente captus,teſtari *c* prohibentur, vt
c hic,& in l.in aduerſa,ff eod & l.furioſum,C.eod. Nam in te-
ſtamentis conficiendis requiritur ſanitas mentis,non corpo-
6 ris,d.l.ſenium, C.eod. Hinc eſt quod Notarij in teſtamentia
d dicunt,*ſanus mente, licet corpore languens*, *d* De quo Bart. in
7 l.1.ff.eod.Quæ ſanitas non eſt in furioſo,qui loco abſentis,&
quieſcentis habetur,l.2. § furioſus, ff. de iure codicill. & loco
mortui Bald.in l humanitatis,in 8 column C de impuber. &
e alijs ſubſtitur. Adeo quòd nec furioſus ad *e* pias cauſas teſtari
poſſit,ſec.Bart.in l.prima,C de Sacroſanct. Eccleſ. nec valet
teſtamentum à furioſo factum, licet poſtea compos mentis
factus deceſſerit,vt hic:quod limitat. Primum,niſi furioſus
habeat dilucida interualla,quia iſto tempore poteſt teſtari,vt
hic,& d l furioſum. Deinde,niſi fecerit teſtamentum ante-
quam efficeretur furioſus, quia furor poſtea ſuperueniens
teſtamentum antea factum non annullat, vt hic. Sicut furor
8 impedit matrimonium contrahere, ſed cõtractum non diri-
mit,leg.oratione,ff.de ritu nupt. Satis enim punitur furioſus
9 ipſo furore abſque eo, quod alia pęna ei imponatur. Sicut
f furioſus occidens *f* patrem non *g* punitur, cum afflictio non
g ſit addenda afflictio,l. Diuus, ff de officio præſidis. Dummo-
10 do non ſimulet furorẽ, aut committat delictum, dilucidi in-
11 teruallis tẽpore,ſed debet iſte furioſus cuſtodiri,& ſi propter
12 negligentiam cuſtodis delinquat,cuſtos punitur, dicta l.Di-
uus.Quid autem ſi aliquis commiſit homicidium, vel aliud
delictum, tempore quo erat compos mentis, propter quod
delictum eſt cõdemnatus ad pęnam mortis, & efficiatur,fu-
rioſus poſt ſententiam latam,an illa ſententia ſit, mandanda
executioni.*h* Et dic poſt Bald. Alex.& Iaſ.in d.l. furioſus, quod
non debeat puniri in corpore ſed tantum in bonis, de quo
vide apoſtillam ad Deciũ, in l.in negotijs,ff.de reg.ior. Quia
b furioſius habetur loco abſentis, *b* vt iam dictum. Abſens au-
tem damnari,& puniri non poteſt l. abſentem,ff de pœnis. Et
quamuis contrarium de rigore iuris defendi poſſit, vt diſpu-
tat D.Iaſ.in d.l. furioſum, tamen à ſententia prædicta in iu-
14 dicando non eſt recedendum, præſertim cum in pęnis mi-
15 tior pars ſit amplectenda l.interpretatione,ff.de pęnis.Qua-
liter autem furor probetur,eſt gloſ.ordin. & ibi Doct. in leg.
ſi cum dotem,§.ſi maritus,ff.ſolut.matrimon. & text.in leg.
i ob quæ vitia,ff.de ædilitio edicto, vbi dicitur, *Furioſus eſt,
qui per vicos more inſanorum loquitur,vel deridendo vadit.
Item qui proijcit lapides, & aliquid mali facit aſſiſtentibus*,
ſecundum gl.in d.§. ſi maritus. Item ex ſermonibus quis fu-
rioſus iudicatur,ſec.Bart.in l. ne codicillos, C. de codicill. Et
16 in ſumma ex ſermonibus, & actionibus, non conuenienti-
bus homini ſanæ mentis, furor præſumitur, & in hoc credi-
tur medicis,tanquam peritis in arte,iuxta leg. ſeptimo men-
ſe,ff.de ſtatu hominum, de quo vide vltra prædicta, Plat. &
Ang.hic,& omnino Iaſ.in d.l.furioſum.

A D D I T I O N E S.

a *In fauorabilibus(puta teſtamentis,manumiſſione, vſucapione, & ſimilibus) ſufficit vltimum diem attigiſſe,l. vſucapionibus, ff.de diuerſ.& temporal.præſc. In odioſis(puta præſcr.30. annorũ) vltimum diem attigiſſe ſufficit,ſed oportet tempus omnino compleſſe ad momentum vſque. Sunt enim huiuſmodi præſcriptiones iure ciuili odioſæ,vt quæ currant cum mala etiam fide. In his verò quæ mixta ſunt,vt in reſtitutione (minorum) pro eo quod vel minus erit minori tempus,vel a momento ad momentum ſupputabimus,vel non ſupputabimus,l.3.§.minorum,ff.de minor.gl.in c.cum in cunctis,in verbo,exegerit,de elect.*

b *Tiraq.in legibus connubialib. circa fin. verbo.* contracter. *nu. 68. vbi ampliat, vt idem obtineat in muliere, quæ ex ſtatutis ſine tutoris conſenſu contrahere prohibetur. Hi tamen abſque authoritate prohibentur donare cauſa mortis, cum ſit contractus quoad ſuum eſſe. Et ſic nuper concluſum eſt etiam ſi ambigue de hoc diſputet Tiraq præalleg. loco nu.58. 66.& 77. cum multis ſeqq.ac cõmunem ſtatuũt Ripa,& Iaſ.in l.2.ff. de leg.1.*

c *Et eodem modo promittendo,aut contrahendo non obligatur, c.ſicut tenor,de reg.*

d *Vide conſtit. par.2.conſtit.5.*

e. *Cur ita? etiam bene faciendo non præſumitur ſanæ mentis:quia non ex ſe loquitur,aut ex iudicio,ſed ex furore,conſenſum non habet. Vnde inferri poteſt,furioſum tempore furoris id teſtamentum facientem,quod homo ſanæ mentis faceret, non rectè nec vtiliter teſtari,c.vlt. de ſucceſſ.ab inteſtato.*

f *Et principi maledicens,l.vnica,C.ſi quis Imper.maledix.*

g *Ratio: Fati iniuriam poteſt facere & inferre non poteſt,l.illud relatum,3.ff.de iniur.c.illud,15. q.1 Vnde quod facit perinde eſt,ac ſi ſine facto perſona accidiſſet,l vlt.in fi.ff de adm.tut.*

h *Aut potius ipſo furore ſatis punitur,d.l. Diuus,14 ff de off.præſ.*

i *Idem dicitur ſupra tit. de curat. De furioſo plura vide apud Menoch.caſu 325.*

§.Item prodigus.

1 *Prodigi teſtamentum.*
2 *Quid dicatur prodigus.*

1 QVartò prodigus, cui adminiſtratio bonorum interdicta
a eſt, teſtari *a* prohibetur, ſed teſtamentum ante interdi-
ctam adminiſtrationem factum valet, vt hic, & l.is enim, ff.
2 eodem. Et quis dicatur prodigus,tradit gloſ. hic, in verbo,
prodigus videlicet,qui neque finem,neque modum habet in
expenſis. Et adde quæ in §.furioſi,ſupra,de curat. numer.7.,
dicta ſunt.

A D D I T I O.

a *Leonis tamen Nouella 39.prodigus teſtari poteſt.*

§. Item ſurdus.

1 *Muti,& ſurdi teſtamentum.*
2 *Miles muti,& ſurdi ſimul,teſtamentum, an valeat.*
3 *Nutu nemini permittitur teſtari.*

1 QVinto,& ſexto prohibetur ſurdus, & mutus, propter
defectum ſenſus,teſtari ſec.Bart.in d.l.4.ff.eod. text.eſt
hic,& in d.l qui in poteſtate,§.1.ff eodem,& in l.diſcretis,C.
eodem. Circa hoc tamen diſtinguite poſt text.in d.l.diſcre-
tis. Aut quis ſimul eſt mutus, & ſurdus à natura, & non po-
teſt teſtari,nec aliam vltimam voluntatem códere,quia præ-
ſumitur nihil intelligere, ſed eſſe tamquam homo mortuus.
Vnde eſt impoſſibile, quod vnquã didicerit litteras, nec per
alium ſcribere poteſt,cum nõ poſſit eum intelligere,nec au-
2 dire,nec etiam hæredem nuncupare,d.l.diſcretis. Hoc tamen
fallit in milite, §. quinimo, ſupra de teſtam.milit.num.16. Et
quamuis hæc ſit communis opinio, vt ſit aliquod priuilegiũ
militis, tamen contrarium defendi poſſet, propter eamdem
rationem,quę militat in pagano,& milite,ſurdo,& muto ſi-
mul,ſec.Iaſ.in d.l.diſcretis. Aut quis eſt ſurdus, & mutus ſi-
mul,non à natura,ſed ex accidenti,propter ſuperuenientem
morbum,tunc ita demum teſtari poteſt,ſi ſcribere ſciat:alias
non,niſi impetret à principe,d.l.diſcretis, & l.ſi mutus, & ibi
gl.ff.eod.& gl.hic,in verbo,certis. Aut quis eſt ſurdus tãtum,
& tunc poteſt teſtari indiſtinctè,ſiue ſit ſurdus à natura,ſiue
ex accidenti,ſiue ſciat ſcribere,ſiue non,d.l.diſcretis,§.ſin au
a tem infortunium. Aut quis eſt mutus *a* tantum,ſiue ex natu-
ra, ſiue ex accidenti, & tunc demum poteſt teſtari, quando
3 ſcit ſcribere,& non aliter,d.l.diſcretis,§.ſi.Quia nutu *b* nemi-
b ni teſtari permittitur. Quod ſec. Paul.de Caſtr.ibi notandum
contra illos,qui in articulo mortis conſtituti,perdunt loque-
lam per aliquot dies antequam moriantur, quod tales non
poſſint teſtari quoquo modo, etiam per ſcripturam ab alio
confectam, & coram ipſis recitatam, & ſigno aliquo appro-
batam. Teſtamentum autem perfectum,antequam quis ef-
ficiatur mutus, & ſurdus, propter ſuperuenientem morbum
non vitiatur,vt hic,& d.l.qui in poteſtate,§.1. Et prædicta de
vero muto, & ſurdo, non de eo,qui non perfectè audit, nec
expedite loquitur,intelligenda ſunt,text.eſt hic.

ADDITIONES.

a *Sic mutus poteſt contrahere nuptias, l.mutus 73.ff.de iur.dot. Dotis nomine obligatur ibid. Pro herede ſe gerere, & hereditati obligari poteſt,l.mutum,5.ff.de acq hered. Baptizari etiã poteſt ſi voluntatem nutu,aut ſignis declaret 26. q. 6. c. qui recedunt. Inueſtire poteſt,licet non inueſtire. An paternum fundum retinet? dictum eſt in tit.de ſtatu hominum.*

b *Nutu quæ fieri poſſint,aut non poſſint, vide in leg. obligamur, 52.in fine,ff.de oblig.& actio.*

§.Cæcus autem.

1 *De teſtamento cæci.*
2 *Monoculi teſtamentum.*
3 *De excæcato propter delictum.*
4 *Præter alias ſolemnitates teſtamentum, in teſtamento cæci, quæ requiruntur.*
5 *Cæcus in ſcriptis teſtari nequit.*
6 *Teſtamentum patris cæci,teſtantis inter liberos.*
7 *Teſtamentum cæci ad pias cauſas.*

1 SEptimo,cæcus teſtamentum facere non poteſt,niſi *a* ſer-
a uata diſpoſitione,l.hac conſultiſſima, C.eod. vbi Bart. di-
cit: Quod illa lex ſi menti tenenda, & quod ex ea poſſis ma-
gnum honorem conſequi.Quia ſæpe homines excęcati,pro-
pter infirmitatem faciunt teſtamentum, ſecundum formam
iuris communis,ſupra traditam,quod erit nullum per iſtam,
l.habet enim eius diſpoſitio locum,ſiue quis à natura,ſiue
2 per infirmitatem caret vtroque oculo.Non autem in mono-
culo procedit,ſec.gloſ.hic,in verbo,cæcus. Is autem,qui pro-
3 pter aliquod delictum priuatus eſt vtroque oculo,non poteſt
teſtari etiam obſeruata ſolemnitate,d.l.hæc conſultiſſima.Si
aſt tale delictum, propter quod efficitur inteſtabilis, de quo
4 infr. dicetur. Præter alias itaque ſolemnitates,de quib. ſupr.
per totum tit.de teſt.ord.dictum eſt,requiritur in teſtamen-
to cæci.I. Vt vltra numerum ſeptem teſtium adhibeat Nota-
rium,quem ſi habere non poteſt,adiungat octauum teſtem:
Et illis omnibus conuocatis, debet exprimere, quod vult te-
5 ſtari ſine ſcriptis,per nuncupationem. Quia cæcus in ſcriptis
teſtari non poteſt, vt notatur in d.l.hæc conſultiſſima. II. Vt
in principio inſtituat hæredem,nõ poſt legata relicta,vt ſpe-
ciale ſit,contra §.ante,inf.de legat. Quamuis de hoc diſceptẽt
Doct. Ad euitandas tamen impugnationes,& diſputationes,
potens ſequi communem opinionem Bart.poſt tex. ibi, in d.
l.hac conſultiſſima. III. Vt notarius vel octauus teſtis confi-
ciat de tali voluntate ſcripturam, & vna cum omnibus alijs
teſtibus huic teſtamento ſubſcribat,& illud conſignet,d l.hac
conſultiſſima. Quod alias in teſtamento nuncupatiuo non
requiritur,vt ſup.in §.ſin.de teſt.ordin. dictum eſt, hoc pro-
pter iuſtiſſimum metum falſitatis, quem alias oculorum in-
6 tentio diſcutit,ſec.Doct.hic. Porrò limitantur prædicta, ſec.
Doct & Iaſ in d.l.hac conſultiſſima, vt non procedant in te-
ſtamento patris cæci, qui teſtatur inter liberos, vbi duo teſtes
abſque ſolemnitate ſufficiunt,d.l.hac conſultiſſima, §.ex im-
perfecto & ibi gl.& DD.C.de teſt.Quia tũc ceſſat timor fal-
7 ſitatis,cum filij alias ſuccedant patri ab inteſtato. Deinde,nõ
procedunt in teſtamento cæci condito ad pias cauſas, vbi at-
tenditur ius gentium,& canonicum,de quo in ore duorum,
aut trium ſtat omne verbum,c.cum eſſes,extra de teſtam.de
quo Alex.& Iaſ.in d.l.hac conſultiſſima,C.eodem.

ADDITIO.

a *Adde quædam alia ex Nouella Leonis 69.vbi tradit quemadmodum cæci ſecrete teſtari poſſunt. Vbi dictum eſt de ijs quæ cæci retineant, & quibus non prohibeantur. Adde Clarum 3. Sent.§ teſtamentum,q.17. vbi de ſolemnitatibus teſtamenti à cæco faciendi,& quid ſi inter liberos teſtari velit.*

§. Finalis.

1 *Capti vel ab hoſtibus teſtamentum.*
2 *Capti a latronibus poſſunt condere teſtamentum.*
3 *Ante captiuitatem factum teſtamentum ſubſiſtit.*
4 *Obſidis teſtamentum,an valeat.*
5 *Dubitantis de ſuo ſtatu teſtamentum.*
6 *Serui teſtamentum.*
7 *Teſtamentum hæreticorum,& credentium hæreticis.*
8 *Committens crimen læſæ maieſtatis,teſtari prohibetur.*
9 *Monachi teſtamentum.*
10 *Condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, an teſtari poſſit.*
11 *De teſtamento eius,qui coniectus in carcere ob delictum ſeipſum interficit.*
12 *Delictum extinguitur morte.*
13 *Vſurarij manifeſti teſtamentum.*
14 *Vaſalli de feudo teſtamentum.*
15 *Aegrotus,& decumbens,an teſtari poſſit.*
16 *Verba contractus ad ius teſtandi.*

1 OCtauo captus ab hoſtibus teſtari non poteſt, qui a inte-
rim eſt ſeruus, cum captiuitate ſerui efficiantur. §.pen.
ſup.de iure perſo.n.3.Sed ſeruus teſtari non poteſt,vt ſtatim
dicetur. Ergo nec captus ab hoſtibus. Et intellige de captis à
veris hoſtib.de quib.Bart.poſt text.in l.hoſtes ſunt, ff.de cap-
2 tiuis,& poſtliminio reuerſis. Nõ à latronibus, quia iſti rema-
nent liberi.Ergo teſtamentum poſſunt condere,l.qui à latro-
nibus,ff.eo. Vnde etiam merito dubitatur. An capti in Chri-
ſtianorum ciuilibus defenſionibus, quæ potius latrocinijs,
quam legitimis bellis ſimiliores ſunt teſtamenti factionem
a amittant? Et Viglius hic concludit,quod *a* non. Sic etiam te-
3 ſtamentum ante captiuitatem factum valet, vel ex l.Corne-
lia,ſi deceſſerit captiuus apud hoſtes,quę lex fingit eum pre-
ambula captiuitatis hora deceſſiſſe l.in omnibus ff.de capt.&
poſtlim.reuerſ.& l.leg. Cornelia, ff.de teſtam. Vel iure poſt-
liminij, quando captis reuertitur, quod fingit eum captum
non fuiſſe, vt hic.
4 Nono,obſides quoque teſtari prohibentur, *b* niſi eis ex-
b preſſo beneficio principis permittatur,leg.obſides, iuncta gl.
ff.eodem.
5 Decimo dubitantes de ſuo ſtatu, teſtamenti factionem *a*
non habent,d.l.de ſtatu,ff.eod.
6 Vndecimo, ſerui qui alienæ poteſtati ſubiecti ſunt, teſtari
non poſſunt,l.filiusfamilias,ff.eod.

Duode-

ADDITIONES.

a *Sed Leo Imperator Nouella ſua 40 concludit,quod ſit. Et ſup. in §.ſi ab hoſtibus,tit.quibus modis ius patr. poteſt. ſol. hic autem notat hodie antiquiſſima conſuetudine introductum eſſe,vt capti in bello libertatem non amittent. Quod,& certe humanius eſt.*

b *Quia de ſtatu ſuo incerti ſunt, & dubitant, vt qui ſub alieno ſunt imperio,Obtinet in iſtis ergo regula,l.de ſtatu,ff.eod.*

Duodecimo, hæretici, & credentes, hęreticis, Auth. credē-
tes, C. de hæreticis, vnde, & Anabaptiſtæ teſtari non poſſunt,
l. fin. in fin C. ne ſanctum baptiſma iteretur.
8 Decimotertiò, committens crimen læſæ maieſtatis, l. fina-
li, C. ad leg. Iul. maieſt.
9 Decimoquarto, monachus regulariter teſtari non pōt. Au-
thent. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Sed hoc fallit, quando hēt
liberos, & poſtea ingrediatur monaſterium. Nam tūc diſpo-
nere, & de bonis ſuis teſtari poteſt iuxta formā tradita in Au
th. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccl. Sic, quòd filijs legitimā nō
diminuat. Plus autem eis relinquere poteſt, ita tamen, vt ſibi
reſeruet virilē partem, quæ monaſterio cōpetat. Si verò poſt
ingreſſum monaſterij ab inteſtato decedat monachus, eius li
beri accipiunt legitimā, & reſiduum deuoluitur ad monaſte-
rium, de quo vide Doct. poſt tex. in d. Anthen. ſi qua mulier.
10 Decimoquinto, condēnatus ad *a* mortē naturalē, vel ciui-
a lē, efficitur *b* inteſtabilis. Quia eſt effectus ſeruus pęnæ, adeò
b quod teſtamentū antea factum, reddatur irritū, *c* l. eius qui, §.
c 1. ff. eo. & l. ſi quis filio, § irritū, ff. de iniu. rup. & irri. fact. teſt.
& DD. in § maximè, ſup. de capit. dimin. Si tamen fecit teſta-
mentū ante ſententiā, & pendēte accuſatione, & inquiſitione
moriatur, priuſquā ſententia condēnatoria cōtra ipſū feratur,
valet teſtamentū, l. ſi quis poſt, ff. eo. Itē ſi poſt ſniam condē-
natoriā teſtetur, & a ſententia appellet, ac pēdente appellatione
moriatur, eius teſtamentū valebit, d. l. qui à latronib. §. 1. ff. eo.
11 Decimoſexto, is, qui cōmiſit delictum, pro quo pęna mor-
tis imponenda erat, ſi ſeipſum in carcere interficiat, redditur
inteſtabilis, ita quod teſtamentū ab eo factū, non valeat quia
ſeipſum interficiēdo, videtur de crimine fateri. Quod eſt ve-
d rum, ſi metu delicti, vel pęnæ ſe interficit *d* ſecus ſi ex aliquo
12 dolore, vel rabie furoris, l. 2. C. eo. Is tamē nō debet amplius
aliqua pęna corporali affici, ex quo delictū morte extinctū
eſt, l. defuncto, ff. de publ. iud. ſec. Alex. & Iaſ. in d. l. 2. C. eo. li-
cet Bald. ibi dicat, hoc relinquendum eſſe arbitrio iudicis.
13 Decimoſeptimo, vſurarius manifeſtus teſtari nō pōt, & ſi
facit teſtamētū nō valet, niſi prius ſatisfaciat de vſuris, vel prę
e ſtet cautionē de ſatisfactione c. quamquā, de vſur. in 6. Sicut
tales vſurarij nec ad cōmunionem Altaris admitti, neq; Chri
ſtianā ſepulturā recipere debent c. quia in o'ibus, ext. de vſur.
14 Decimoctauo, vaſallus de feudo teſtari nō *f* poteſt, c. 1. de
f ſucceſ. feudi, & c. 1 §. donare. Qualiter olim feudū alienari po
terat. Quod limita non procedere, quando dominus viuente
vaſallo, vel eo mortuo, ratificat teſtamentū, conſentientibus
tamen agnatis De quo vide Curtiū tr. de feudis in 4. p. mihi,
15 nu. 127. Vltimò circa hunc titulum dubitari, & quæri poteſt,
g an ægrotus & decumbens poſſit condere *g* teſtamentum? Et
h de iure cōi nullum eſt *h* dubiū quin poſſit, per tex. *i* in d. l. ſe-
i niū, C. eod. vbi dicitur: *Senium ætatis, vel ægritudinem corpo-
ris ſynceritatem mentis teſtantibus, teſtamenti factionē certū
eſt nō auferre.* De iure verò Sax. magnū videtur eſſe dubium,
propter tex *Vveichbild*, art. 65. vbi dicitur: Quòd nullus mas,
ſiue nulla fœmina, poſſint decumbentes bonorum ſuorum
quidquam mortis cauſa donare, quod valorem 5. ſolidorum
excedat, vel *nach Landrecht*, quantū vltra ſpondā porrigerē
valet, art. 25 lib. 1. Contrariū tamen eſt verius, quod per iſtos
textus nō auferatur ęgrotis teſtamenti factio, Quia loquun-
16 tur per verba cōtractus, quę ad ius teſtandi non pertinent, l.
contraxerunt, ff. de verb. ſignif. vnde Iaſ. in l. nō dubium, C. de
teſt. dicit, quòd prohibitus cōtrahere cum certo genere per-
ſonarum, non videtur prohibitus in teſtamento eis aliquid
relinquere. Quod pro concluſione huius tituli notandum.

ADDITIONES.

a *Dictum eſt de hac quæſtione aliquid ſupr. §. cum autem, quibus modis ius pat. poteſt. ſolu.*

b *Quid ſi damnatus eſt ad pęnam mortis iure prohibitā? Aliud. Et ita Ang. notat in l. ſi quis mihi bona, §. 1. ff. de acq. hær. Vbicumque igitur iudex inſuetam pęnam infligit, damnatus ad mortem teſtari poterit, vide ad hanc ſententiam 8. exceptiones apud Socinum, regula damnatus, 76.*

c *Hoc non obtinet hodie hac in prouincia, niſi in illis caſibus, vbi etiā bona confiſcantur, vt eſt cōſtitutum p. 3. conſt. 6. Vide Sal. in Auth. ſed hodie C. de don. inter vir. & vx. Iul. Clar. de teſt. q. 20. Imola, c. quia, nu. 30. de teſtam. Natta. conſ. 178 nu. 4.*

d *Hoc pendet ex ſuperiore diſtinctione, vtrum ſcilicet reus ſit delicti ex quo publicatio bonorum ſequatur, an non.*

e *An præſtanda eſt cautio pignoratitia? An ante teſtamentū factū præſtanda? An idem eſt in eo, qui deſijt vſuras exercere? An idem in iudæo, cuius ſors ac conditio perpetuo eſt fœnori dare? An quod hic diximus de teſtamēto, idem admittendū fuerit in donatione mortis cauſa? nimirum, vt vſurarius manifeſtus mortis cauſa donare non poſſit? Vide Clar. 3. Sent. §. teſtamentum quæſt. 26.*

f *Iure Longobardico in Gallia cum feuda ſint redacta ad inſtar patrimonialiū, & allodialiū, vaſallus de ſuo feudo teſtari pōt.*

g *In mortis articulo poſitus teſtari poteſt, vt hic. Poteſt etiā matrimoniū contrahere, & per huiuſmodi matrimonium liberos legitimare, vt ſup. dictum eſt, tit. quibus mod. ius pat. pot. ſoluit.*

h *Dubitandi ratio videtur, quod mens morituri mortis cogitatione perturbetur, l. hac conſultiſſima, §. atque humana, C. qui teſtam. quod ſemineci, & balbutientis lingua ſit l. quoniam indignum, C. de teſt.*

i *Facit l. Pamphilo, 39. §. 1. ff. de leg. 3.*

a DE EXHÆREDATIONE a LIBERORVM.

TITVLVS XIII.

1 *Tituli concordantes.*
2 *Liberi, aut expreſſe inſtituendi ſunt aut nominatim exhæredandi.*
3 *An valeat teſtamentum, ſi filius, qui iam natus, & in teſtamento præteritus erat, moriatur adhuc viuo patre.*
4 *Item, An ſubſiſtat teſtamentum, ſi præteritus poſthumus moriatur poſtea patre adhuc viuo.*
5 *Exhæredare quid ſit.*
6 *Votum parentum eſt liberis parare, & locupletare eos.*
7 *Itē naturalis ſtimulus hortatur, & vrget ad curā pro liberis.*
8 *Exhæredatio eſt duplex, tacita, & expreſſa.*
9 *Ad exhæredationem, vt valeat, quinque requiruntur.*
10 *Ingratitudo tollit debitum naturæ.*
11 *Dictum diui Bernardi de ingratitudine.*
12 *Donatio ob ingratitudinem reuocari poteſt.*
13 *Cauſæ 14 propter quas parētes exhæredare poſſint liberos ſuos*
14 *An, valeat exhæredatio propter alias æque graues, vel grauiores cauſas.*
15 *Filius proditor patriæ, impunè à patre occidi poteſt.*
16 *Etiam in materia pœnali, & ſic odioſa, licita eſt extenſio ad ſimiles, vel maiores cauſas.*
17 *Tria remedia quibus ſuccurritur filijs exhæredatis ob aliquam ingratitudinis cauſam.*
18 *Filia peccans in ſuum corpus, dote & alimentis à patre priuari poteſt. Secus ſi agat pœnitentiam.*
19 *Parentes à liberis viciſſim inſtitui hæredes, aut expreſſe exhæredari debeant.*
20 *Octo cauſæ propter quas parētes à liberis poſſūt exhæredari.*
21 *Ratio quare filius ex pluribus cauſis exhæredari poſſit quam parentes.*
22 *Amor deſcēdit, & non aſcendit. Itē nullus affectus vincit paternum. Et pater plus debet diligere filium, quam ſeipſum.*
23 *Collaterales et proximiores nō eſt neceſſe inſtitui, aut exhær.*
24 *An, & quando fratri præterito competat querela inofficioſi teſtamenti.*
25 *Tres cauſæ ob quas etiam turpibus perſonis inſtitutis, fratres exhæredari poſſunt.*
26 *Ingratitudinis cauſam hæres probat.*

Concordat cum hac Rubrica titul. in Digeſtis, de liber. & poſthum. hæred. inſtit. vel exhæred. & in Cod. de lib. præter. vel exhæred. Et cauetur hoc titulo, quod vltra ſolemnitates ſupra enumeratas, ad hoc vt valeat teſtamentum, & non poſſit impugnari, requiritur, quòd is, qui habet liberos, aut expreſſe eos

ADDITIO.

a *Rationem ordinis author noſter hic omittit, cæterorumq; continuatio mihi in totum non placet. Hāc ego ſtatuo: Cum a titulo 10. habemus de forma vtriuſq; teſtamenti pagani, & militaris, item de cauſa efficiente, ſeu de his qui teſtari poſſint, vel non, actum ſit: videbatur nunc de hæredis inſtitutione agēdum eſſe (quæ caput, & fundamentum inſtitutionis eſt, vt ſine qua olim teſtamentū non conſiſtebat, § ante hæredis inſtitutionem 34. Inſtit. de leg. 1. ff. de vulg. & pupil. l. vlt. ff. de iure codicill.) Sed quia hæredum inſtitutio, & totum teſtamētum, extraneorum potius quam ſuorum hæredum cauſa inuentū eſt (ſui enim hæredes inſtitutione non indigēt, l. in ſuis, ff. de lib. & poſth.) & inſtitutio extraneorum penitus vitietur præteritione ſuorum, l. 8. l. 30. cū ſimil. ff. de liber. & poſth. ideo ante à neceſſario de exhæredatione ſuorum agendū, vt extraneorum inſtitutio firma, & valida eſſet. Qua occaſione etiā hic tit. rectius de exhæred. inſcribitur, quam vt vult aliquis de inſtit. & exhæred. licet in textu occaſione exhæredationis etiā de inſtitutione mētio fiat,*

a eos inſtituat hæredes, *a* aut nominatim eos exhæredes faciat,
vt hic in pr. & l. inter cetera, ff. de liber. & poſth. Si enim ſilen-
tio prçterierit, ideſt, neque hçredes eos inſtituerit, neque ex-
b hçredauerit, teſtamentum non *b* valet, vt hic. Eſtque ratio ſe-
cund. Ang. hic. Quia ſolemnitas legis non eſt obſeruata. Item
cùm filius etiam ſit dominus paternorum bonorum in vita
patris, continuatur in eum dominium, niſi per exhæredatio-
3 nem priuetur l. in ſuis hçredibus, ff. de liberis, & poſth. Ideò li-
cet filius iam natus, prçteritus in teſtamento, viuo adhuc pa-
tre decedat, & ſic cauſa impeditiua ceſſet, tamẽ nullus ex eo
teſtamento, quod ab initio non valebat hæreditatem adire
poteſt, vt hic in princ. Quod eſt verum, ſi ſint inſtituti prorſus
extranei, ſecus autẽ, ſi ſint inſtituti venientes ab inteſtato
mortuo filio, nã tunc illud teſtamentum reconualeſcit, & ſu-
ſtentatur, vt notatur in l. poſthumus, in fin princ. ff de iniuſto
4 rupto, & irrito facto teſtam. Item ſecus, ſi præteritus ſit poſt-
humus, ac poſtea viuo adhuc patre moriatur, quia & tunc bo
norum poſſeſſio peti poteſt, ex teſtamento d. l. poſthumus, in
princ. Et pro intellectu huius tituli præmittendum, ſec. Plat.
5 quòd exhæredare nihil aliud ſit, quàm hçreditate, & iure ſuc-
cedendi aliquem priuare, ita quod exhçredatio ſit excluſio à
ſucceſſione, ſeu hæreditate, quando ſcilicet liberi, quib. omni
6 iure bona parentum debentur, ab illis excludũtur, cum aliàs
votum parentum ſit, liberis parare, & locupletare, eos, l. ſcri-
pto, ff. vnde liberi. Vnde & Bald in Auth. quod fine, C. de te-
7 ſtam. dicit, quod naturalis ſtimulus hortatur, & vrget ad co-
8 gitandum pro liberis. Eſtque duplex exhæredatio Tacita, de
qua in §. fin. dicemus, & Expreſſa, quæ eſt quando pater, vel
auus paternus, filium, vel nepotem nominatim expreſſa cau-
9 ſa exhæredationis, à ſucceſſione excludit. Et ad hoc, vt exhæ-
redatio valeat, ſec. Plat. hic, num. 4 aliquot ſunt neceſſaria, vt
not. gl. l. 3. §. ante hæredis, ff. de lib. & poſth.

Primo, quod nominatim fiat exhæredatio, & vt certa perſona exhæredata demonſtretur, § nominatim, infr. eod. & l. 2. ff. de lib. & poſth.

Secundò, quod fiat purè, non ſub conditione d. l. 3. §. purè, ff. de liber. poſth. Quia interim pendente conditione filius reperiretur præteritus, & ſic teſtamentum non valeret, ſecundum Iaſ. in d. l. 3. §. purè.

Tertiò, quod iuſta, & legitima cauſa exhæredationis exprimatur, Auth. non licet, C. de lib. præt.

Quartò, quod à tota hæreditate excludatur, non à quota, ſeu certa re, l. cùm quidam, ff. de liberis, & poſthum.

Quintò, vt hæreditas audeatur, l. filium, §. ſed cum exhæredatio, ff. de bon. poſſeſ. contra tab.

10 Sextum, & præcipuum requiſitum eſt, vt cauſa ingratitu-
dinis cõmiſſæ exprimatur, ingratitudo enim tollit debitum
11 naturæ, §. hoc autem, quod plus eſt, in Auth. de nupt. Et Bea-
tus Bernardus inquit, quòd ingratitudo ſit ventus vrens, ſic-
cans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fructum gratię,
12 vt refert Panor. in c. fi. de donationibus. Hinc etiam iura ſta-
tuunt; donationem propter ingratitudinem, reuocari poſſe,
13 vt ſup. de don nu. 5. dictum eſt. Referuntur autem per Impe-
ratorem in §. aliud quoque, in Auth. vt cum de appel. cognoſ.
quatuordecim cauſæ, propter quas parentes poſſunt exhære-
dare liberos, de quibus etiam vide DD in d. Auth. non licet,
& Plat. hic in princ. I. Si quis parentibus ſuis violentas manus
c intulerit, exhæredari poteſt. II. Si grauem & inhoneſtam *c*
iniuriam eis ingeſſerit. III. Si accuſauerit parentes de crimi-
ne capitali, niſi ſit aduerſus principem, vel Rempubl. IV. Si
cum maleficis, vt maleficus verſatur. V. Si per venenum, vel
alio modo inſidiatus eſt vitæ parentum. VI. Si nouercæ, aut
concubinæ patris ſe immiſcuerit. VII. Si delator contra pa-
rentes extiterit, eoſq; ſua delatione grauia diſpendia fecerit
ſuſtinere. VIII. Si pater fuerit coniectus in vincula, & filius
noluerit pro eo fideiubere. IX. Si prohibuerit patrem facere
teſtamentum. X. Si prçter voluntatem parentum Arenarijs,
vel Mimis ſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione perman-
ſerit, niſi forſitan parentes eiuſdem conditionis fuerint. XI.
Si filia noluerit nubere, patre volente eam dotare, ſed vitam
luxurioſam elegerit, niſi pater differret eam maritare vltra
25. annum l. ſi filiam, iuncta Auth. ſeq. C. de inoff teſt. XII. Si
filius neglexerit patrem furioſum curare, vel nutrire. XIII. Si
filius patrem captiuum redimere recuſauerit, nam pater re-
uerſus poteſt eum exhæredare, & ſi in captiuitatem moria-
tur, bona auferuntur à filio tamquã indigno, & applicantur
Eccleſiæ, & conſeruantur pro redemptione aliorum capti-
uorum. XIV. Si filius fuerit hæreticus, dicto §. aliud quoque,
cum aliquot §§. ſeqq. Auth. vt cum de appell. cognoſ. Adde gl.
inr. Sax. in art. 17. lib. 1. & conſt. Imperatoris Alberti primam,
quæ habetur poſt ius Saxon. feudale mihi fol. 108.

14 Sed iã quçritur: Si pater filium in teſtamento exhçredauit
expreſſa vna cauſa, quç non eſt de illis 14. cauſis iam enume-
d ratis, ſed tamẽ eſt çquẽ grauis, vel grauior, veluti quia filius *d*
fuit proditor patrię, quo caſu licet etiã patri eum impunè oc-
cidere, l. minimè, ff. de rel. & ſump. funer. exhæredatio valeat.
e Et quamuis hic caſus ſit diſputabilis, communem *e* tamen, &
verã eſſe concluſionem atteſtatur poſt alios D. Iaſ. in d. Auth.
nõ licet, C. de liberis prçter. quod talis exhæredatio valeat, &
quod ex ſimili & grauiori cauſa fieri poſſit; & adducitur pro
16 hac ſententia tex. in c. 1. §. Sed quia natura nouas, quæ fuerit
prima cauſa beneſ. amitt. in vſibus feudorũ. Quem ibi Bald.
multum notat, ad hoc, quod etiam in materia pœnali, & ſic
odioſa, licita ſit extenſio, ex ſimili, vel maiori cauſa, de quo la
17 tius vide D. Iaſ. in d. Auth. non licet. Porrò circa exhæreda-
f tionem filiorum notabitis tria remedia *f* in effectu tradita per
Iaſ. poſt alios in d. Auth. nõ licet, quibus ſuccurritur filijs cõ-
mittentibus cauſam ingratitudinis, vel exhçredatio eis nõ no
ceat. I. Si filius viuo patre, vel ante conditum teſtamentum
g egerit *g* pçnitentiam, non poterit ex cauſa ingratitudinis cõ-
miſſæ exhæredari, ſec. Alex. in l. 1. ff. ſoluto matr. Et probatur
18 per ſimile. Nam quando filia peccat in corpus ſuum, eſt iu-
ſta cauſa, propter quam pater dotem, & alimenta ei denega-
re poteſt, ſec. Specul. in tit. qui filij ſint legit. & Bart. in leg. fin.
C. de dotis promiſſ. facit tex. in leg. ſi filia tua, C. de inofficio-
ſo teſtamen. Si tamen filia agat pçnitentiam, non poteſt do-
te, & alimentis amplius priuari, ſecundum Specul. in d. titul.
qui filij ſint legit. II. Quando pater per pactum cauſam in-
gratitudinis commiſſam remiſit, filius deinde ex ea non po-
teſt amplius exhæredari, ſecundum Iaſ in dict. Authent. non
h licet, numer. 3. III. Quando *h* pater ex iuſta cauſa filium
exhæ-

ADDITIONES.

a *Videtur autem inſtituere, qui aliquid nomine legitimæ, vel dotis, vel communibus verbis, reliquit, vt conſ. p. 3. conſ 9 de quo diſputant Iaſ. nu. 18. cum ſeq. & DD. in Auth. nouiſſima, C. de inof. teſt. Sed tamen per hoc non tollitur petitio ſupplementi legitimæ, l. omnimodo l. ſi quando, §. 1. & paſſim, C. de inof. teſta. quoniam à patre minus, vel grauari nequit. l. quoniam, 32 dict. Auth. nouiſs. in fi. C. de inof. teſt. & prædicta conſ 9. p. 3. cũ ſit generalis, nec legitimæ mentionem faciat, non ita eſt interpretanda, vt legitimam tollat, vel minuat, vt ſæpe pronunciatum eſt, & quod filia dotata à ſucceſſione excluſa, non tamen excludatur à legitima, tenet Bald. conſ. 152. vol. 2. bonus text. d. l. ſi quando, § & generaliter, Cod. de inof. teſt. Quamquam contra conſuluerint plurimi, vt Soc. conſ. 288. nu 26. vol. 1. Dec. conſil. 18. & pro tenore, nu. 5. Corn. conſ. 116. difficultas num. 11. vol. 2. & conſ. 73. licet nu. 1. & conſ. 150. circa nu. 10. & 15. vol. 2. Sed ſuperior ſententia æquior, & receptior vſu eſt. Idem probat conſi. 82. p. 3. quæ per generale ſtatutum alteri, puta coniugi, deferens ſucceſſionem, ne parenti quidem legitimam auferri vult: multo ergo minus liberis auferri poteſt.*

b *Præteritione, vel exhæredatione filij verũ teſtam. ipſo iure rũpatur, vide Concenatium, 3. q. 3. & quid in emancipato teſtamẽto, militis filijs natur alib. legitimatis, fœmina, eaq; excluſa à ſtatuto, vide Clarum 3. Sent. § teſta. q. 42. & an teſtamentum in quo filius præteritus eſt, ſit nullum ipſo iure prætorio, & quidem antequam impugnetur: & quid ſi filius præteritionis cõſentiat: & an hic cõſenſus prçiudicet alteri filio, qui in minori parte inſtitutus fuit, vide eundem Clar. ibid. q. 43. Vide alia complura ad prçteritionem pertinentia apud eundem q. 44. ad 53.*

c *Etiam verbalem, Io. And. in c. vlt. de don Cur. inn. conſil. 148. Grauis enim iniuria verborum comparatur verberibus. Clar. 3. Sent. § teſtam. q. 41. verſ ſed an propter iniuriam.*

d *Quid ſi filia ſine conſenſu patris nupſit? Exhæredari eo nomine filiam non poſſe, communis opinio eſt, niſi turpiter, & obſcęnè viuat. Alb. in c. 1. de deſpon. impu. Iaſ. in l. 2 §. quod ſi in patris ff ſol. matr. Bar. 1. conſ. 161.*

e *Et hanc communem ſententiam teſtantur omnes poſt Guillelmum Cuneum in Auth. non licet, C. de liber. præter. Alex. ibi. & Iaſon Clar. 3. Sent. § teſtamentum, q 41. verſ. ſed quero.*

f *Remedia aduerſus exhæredationem.*

g *Et hanc communem ſententiam eſſe teſtatur Cotta in verb. filiusfam. qui à patre.*

h *Quid ſi poſt ingratitudinis cauſam filius factus eſt furioſus? Etiam exhæredari poſſe tenet Bar. & Iaſ in l. ex facto, ff de vulgar. & eſt commũis. Contrariam tamen quidam defendunt æquiorem, nam furioſus non poteſt puniri pro delictis commiſſis ante furorem Clar. 5. Sent. §. vlt. q. 60. corporaliter, vel pecuniariter, arg. l. penult. §. & maxime, ff. de curator. furioſ. & ita Clar. tenet 3. Sent. §. teſt. q. 41. verſic. ſed pone.*

exhæredauit, & deinde reconciliatur patri, eo ipſo exhæredatio intelligitur adempta, ſec. Bart. in l. 3. §. non ſolum, in fine, ff. de adim. legatis.

19 Sed iam quęritur è contra. An ſi filius, *a* vel nepos condat
a teſtamentum de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio (de profectitio enim, vel aduentitio, nec patre conſentiente teſtari poteſt, vt in præcedenti tit. dictum eſt) nec extent deſcendentes teneantur parentes inſtituere hæredes? Et breuiter dic, quod ſimiliter parentes expreſſe debent à liberis inſtitui hæredes, aut expreſſe exhæredari, §. iuſtum autem perſpeximus
20 in Auth. vt cum de appel. cognoſcitur. Vbi enumerãtur octo cauſæ, ex quibus parentes à liberis exhæredari poſſunt. I. Si pater accuſauit filium de crimine capitali, excepto crimine hæreſeos, vel læſæ maieſtatis. II. Si pater immiſcuit ſe nurui, vel concubinæ filij. III. Si pater fuerit inſidiatus vitæ filij. IV. Si prohibuerit filium teſtari de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio. V. Si pater veneno, vel alio modo inſidiatus eſt vitæ vxoris, & è diuerſo, ſi mater inſidiata eſt vitæ mariti. Nam tunc inſidiantem filius exhęredare poteſt. VI. Si pater filium, in furore conſtitutum, curare, & nutrire neglexerit. VII. Si pater filium captiuum non redemerit. VIII. Si fuerit hæreticus, d. §. iuſtum, & adde Plat. hic ante fin. princ. Ratio autem
21 quare filius ex pluribus cauſis poſſit exhæredari quam parẽtes, eſt ſec. Iaſ. in d. Auth. non licet, in princip. Quia vbi maior cadit affectio, ibi maior etiam ingratitudo, & iniuria cõmittitur. Et quia maiorem affectionem habent parentes erga li-
22 beros, quam è contra. Cum amor deſcendat, & non aſcendat, & nullus affectus vincat paternum, l. fi. C. de curat. furioſi. Et pater plus debet diligere filium, quàm ſeipſum, ſec. gl. in l. iſti quidem, ff. de eo, quod metus cauſa, maiores etiam cauſas ingratitudinis filij committunt, quàm parentes. Et ex prędictis colligi poteſt, qui exhæredare, & exhæredari poſſint,
23 ex quibus cauſis, deſcendentes ſcilicet, & aſcendentes. Nam in collateralibus, etiam proximioribus non opus eſt institu-
24 tione, aut exhæredatione. Præteritio enim fratrum non inualidat teſtamentum, cum ipſis querela teſtamenti non competat, §. ſoror, infr. de inof. teſtam. Niſi in vno caſu, quando ſcilicet frater inſtituit turpem perſonam excluſo fratre, d. §.
25 ſoror. Et hoc caſu poteſt etiam frater, non obſtante, quod turpes perſonæ inſtitutæ ſint, ex tribus cauſis exhæredari, quas refert Imperator in §. ingratitudinem, in Auth. de nuptijs. I. Si procurauit mortem teſtatoris, fratris ſcilicet. 2. Si criminalem accuſationem contra eum induxit. 3. Si ſuæ ſubſtãtiæ properauit inferre iacturam, de quo vide Plat. hic in fin. princip. Nam tunc eius portio ad patrem, & ad fratrem per-
26 uenit. Quis autem debeat probare cauſam ingratitudinis, dic quod hæres, vt in d. Auth. vt cum de appell. cognoſcitur, §. ſiue igitur omnes, collat. 8. & Plat. hic ante fin. princ.

ADDITIO.

a *Parentes à liberis ſuis, peculium caſtrenſe, vel quaſi habentibus, inſtituendi ſunt expreſſim, vel exhæredandi.*

§. Poſthumi.

1 *Poſthumi etiam hæredes inſtituendi, vel expreſsè exhæredandi ſunt.*
2 *Hodie poſthumus exhæredari non poteſt, cum in eum nõ cadat ingratitudo. Item nec infans, niſi proximus pubertati ſit.*
3 *Poſthumus dicitur tribus modis.*
4 *An, & quando poſthumus agnatione ſua rumpat teſtamẽtum.*
5 *Filius abortiuus habetur pro non nato, ideoque teſtamentum non rumpit. Falle, vt num 8.*
6 *Pęna mulieris recipiẽtis medicamentum, vt faciat abortum.*
7 *Similis pęna eſt eius, qui mulieri poculum amatorium, vel medicamentum præbet, vt abortum faciat.*

1 Circa hunc §. notabitis, quòd nõ ſolum liberi iam nati, ſed etiam poſthumi ſunt expreſſe hæredes inſtituendi, vel
2 exhæredandi. Hodie tamen non *a* poſſunt exhæredari, cum
a in eos vitium ingratitudinis non cadat, leg. ſi quis ſuos, §. fin. C. de inoffic. teſtam. Vbi nec infans, propter iſtam rationem, exhęredari poteſt, niſi ſit proximus pubertati, ſecũdum DD.
3 hic. Dicitur autem poſthumus tribus modis. I. Qui poſt mortem patris naſcitur, quaſi poſthumum patris natus, l. 3. §. poſthumos, ff. de iniuſto, rupto, &c. II. Qui viuo quidem patre naſcitur, ſed poſt eius teſtamentum conditum, dicto
3 §. poſthumos. III. Qui naſcitur auo ex vxore filij, viuo adhuc auo, de quo in §. ſeq. dicitur. Quando autem poſthumus pręteritur, tunc eius agnatione teſtamentum factum rumpitur, de omni differentia ſublata inter maſculum, & fœminam, vt hic, per rationem l. maximum vitium, C. de libert. præter. Quod eſt verum, ſi modo viui, & integri naſcuntur, non declinantes ad monſtrum, vel prodigium licet, non edant vocẽ, l. 3. C. de hæred. inſtit. Filius enim abortiuus teſtamentũ non
5 rumpit, vt hic, & l. 2. C. de poſthumis hæred. inſtit. Quia perinde eſt, ac ſi natus non fuiſſet, l. qui mortui, ff. de verb. ſignif.
6 Et obiter notabitis, ſec. Plat. hic, quod mulier medicamẽtum recipiens, vt faciat abortum, ante partum viuificatum, relegatur, l. diuus, ff. de extraord. crimin. niſi hoc feciſſet propter pecuniam, quia tunc capite puniretur, l. Cicero, ff. de pœnis. Sed poſt partum viuificatum, tenetur l. 1. ff. ad l. Pompeiam de parricidijs. Adde c. ſicut ex literarum, in fi. de homicidio, Simili pęna afficiendus eſt is, qui mulieri poculum amatoriũ
7 vel medicamẽtum præbet, vt faciat abortum, l. ſi quis aliquid
8 ex metallo, § qui abortionis, ff. de pęnis. Et quãuis abortiuus partus teſtamentum non rumpat, natus tamen facto ventre viuus, etiamſi vocem non emittat, ſed ſtatim in manibus obſtetricis moriatur, rumpit teſtamentum, l. quod dicitur, ff. de lib. & poſthum. & l. 3. C. de poſthumis hæred. inſtit. Et de poſthumo videte tex. iur. Saxon. art. 33. li. 1. & pulchram ſententiam Scabinorum Lipſenſium poſt *Weichbild*, ſub Rubr. *von freye geboren und un Zeitigen Kindern.*

ADDITIO

a *Poſthumi iure nouiſſimo exhæredari non poſſunt. Ita tenet gloſ. in l. maximum vitiũ, C. de lib. præt. Zuccard. in repet. l. poſth. C. de bonor. poſſeſ. contra tab. niſi exhæredentur bona mente. Hæc enim exhæredatio voce, & figura tantum excluſio eſt, nõ rer. l. multi non notæ, ff. de liber. & poſth. & Bald. in l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. & in l. dotis, C. de iure dotium. Ita tenet Mantica 14. de coniect. nu. 13 & ſeq.*

§. Poſthumorum.

1 *Nepotes ex filio etiam hæredes inſtituendi, vel exhæredandi ſunt.*

1 Loquitur hic §. de tertio genere poſthumorũ. Sicut enim filij, & poſthumi expreſſe hæredes ſunt inſtituendi, vel
a exhæredandi, ita etiam nepotes ex filio. *a* Si enim quis fecit teſtamentum, & inſtituit filium ſuum hæredem, non facta mentione nepotis, & poſtea contingat filium viuo teſtatore decedere, nepos, qui tranſit in locũ ſui patris, & auo ſic agnaſcitur, quaſi poſthumus tale teſtamentum aui rumpit. Debet igitur pro maiori cautela, talis nepos in teſtamento aui inſtitui, vel exhæredari, ne illius præteritione poſtea aui teſtamentum infirmetur. Ita eſt text. hic, & in l. poſthumorum, ff. de iniuſto, rupto, & irrito facto teſtam.

ADDITIO.

a *Nepotem ex ſpurio poteſtne auus hæredem inſtituere? Vide Gailium 2. obſeru. 115.*

§. Emancipatos.

1 *Emancipationis, & patriæ poteſtatis differentia hodie ſublata eſt, quo ad ſucceſſiones.*
2 *Filij emancipati quoque inſtituendi ſunt hæredes, vel exhæredandi.*

1 Ad intellectum huius §. notabitis, cum hodie ſublata ſit
a differentia emancipationis, & patrię poteſtatis, quoad *a* ſucceſſiones, §. nullam, in Auth. de hęred. ab inteſt. venientib.
2 quod non ſolũm de iure prætorio, ſed etiam de iure ciuili, fi-
b lij emancipati expreſſe inſtitui, aut exhęredari debent: alias *b* de iure prætorio contra teſtamentum patris bonorum poſſeſſionem contra tab. habent, vt hic. Et hodie de iure ciuili tale teſtamentum non valet, vt in §. ſed hęc, infr. eodem not.

§. Ado-

ADDITIONES.

a *Et §. emancipatis, infra, de hæred. quæ ab inteſt.*
b *Ideſt, valet teſtamentum mero iure ſi emancipatus ſit præteritus cum expreſſione cauſa, ſed poteſt per cõtra tabulas bonorũ poſſeſſionem impugnare: alias ſi præteritus ſit emãcipatus cauſa non expreſſa, etiam ipſo iure ciuili teſtamentũ nullum eſt gl. in §. exhæredatos, in verb. noluit, Nouell. 1. communiter approbata, & Iaſ. refert in Auth. ex cauſa, C. de lib. præter. Crotus in l. Gallus, §. quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. Alexan. Rimin. Decius in l. ſicut certi, C. de teſta. milit. Alex. 2. conſ. 162.*

§. Adoptiuus.

1 *Diſpoſitio huius §. hodie eſt correcta.*
2 *Filius adoptiuus, licet patri ab inteſtato ſuccedat, non tamen ab adoptante neceſſario inſtituendus venit.*

CIrca hunc §. notabitis, quod eius diſpoſitio hodie non
1 procedit, ſed correcta eſt. Licet enim adoptiuus filius,
patri adoptiuo, ab inteſtato, vt filius naturalis, & legitimus,
ſuccedat, tamen ſi adoptans condito teſtamento deceſſerit,
2 & adoptatum non inſtituerit hæredem, neque ei aliquid reliquerit, in nihilo adoptanti ſuccedit, neque adoptato aliquod remedium, ſiue iuris ciuilis ſiue prętorij contra teſtamentum competit, l. cum in adoptiuis, §. ſed ne articulum, Cod. de adoptio. & § ſed ea omnia, inſ. de hæred. quæ ab inteſt. deſ. Et ibi circa ſucceſſionem filiorum adoptiuorum dicemus.

§. Finalis.

1 *Prgteritio matris, vel aui materni habetur pro exhæredatione.*
2 *Competit tamen liberis ſic prateritis querela inofficioſi teſtamenti.*
3 *Ex teſtamento inualido quo ad hæredis inſtitutionem, nihilominus tamen legata debentur, & alia teſtamenti capita firma permanent.*

SVpradictum eſt exhæredationem duplicem eſſe: expreſſam, de qua hactenus dictum eſt & tacitam, de qua loquitur §. noſter, Quando, ſ. mater, vel auus maternus, filios, ſiue
a nepotes ſilentio *a* prętereunt. Nam tale ſilientium matris, vel
1 aui materni pro exheredatione habetur, quia liberos non habent in poteſtate, & tantũ facit iſta prætetitio, quantũ expreſ-
b ſa exhæredatio patris & aui paterni operatur. *b* Competit ta-
2 men talibus liberis, ſic præteritis querela inofficioſi teſtamē-
3 ti, de qua inf. in tit. de inoffic. teſt. dicetur. Vltimo circa hunc titulum notabitis, quod licet teſtamentũ, in quo filius eſt præteritus, aut ſine cauſa exhæredatus, ſit inualidum, tamen legata, & alia teſtamenti capita firma manent, excepta inſtitutione, Auth. Ex cauſa, & ibi Doct. C. de liberis præteritis.

ADDITIONES.

a *Diſtinguunt tamen interpretes hunc in modũ, vt ipſum teſtamentum prorſus ſit nullum, ſi mater aut auus maternus prateriret filium, vel nepotem nulla cauſa adiecta: ſecus, ſi cauſa adiecta preterierit, rem ſe habere aiunt interpretes ydẽ. Hanc præteritionem haberi pro exhæredatione, d. gloſ. in §. exhæredatos, Nouell. 1. & ita communiter receptum ait Sapia, rubr. C. qui admitti. Cerneus 2. conſ. 118. Car. 2. conſil. 1. & 2.*
b *Silentio hic prætereundum nõ eſt, quod plurimos hactenus, refelliſſe nimirum prgteritione matris, & parentum maternorum tantum efficere, quãtum exhæredatio patris facit, & ideo propter maternum ſilentium liberos ab eius hereditate iure excluſos eſſe, & eſſe hodie, qui hanc regulam in praxi audeant eo intellectu allegare, & deciſiue quidem ſatis mirari nõ poſſum, immemores eos eſſe conſtitutionis Iuſtiniana de abrogatis legibus iure veteri, certum eſt, liberos exhæredari potuiſſe ſola voluntate parentis, nulla exhæredationis cauſa adiecta, §. nominatim. Inſtitut. de exhered. liber. eodemq; iure etiam ſilentium matris pro exheredatione habendum fuiſſe. Sed quia de iure nouo, quo ſtatutum eſt, parentis, non patrem modo, ſed etiã matrem, e aliud quoque, 3. Non, vt cum de appell. cognoſc. in verb. patri, vel matri, liberos exhæredare non poſſe, niſi propter*
c *legitimam cauſam? Demus tam ſilentium matris pro exhæredatione eſſe: quid conſequitur aliud, quam quod exheredatio ſine legitima cauſa ipſo iure nulla ſit, ſilentium ſine cauſa nullum eſſe? Quare cõcludo primum per authoritatem d. Nouell. 115. ius vetus de ſilentio, & pręteritione matris penitus ſublatum eſſe. Deinde per rationem naturalem, quod amplius ſilentium verè dici non poſſit, cum cauſa, cur liberi a matre non inſtituantur, adijcienda ſint, vt in terminis d. Nouell. 115. in princip. dicitur, per quod principium, & finem etiam d. Nouellæ expreſſè ſtatuitur, exhæredationem, & pręteritionem ſine iuſta cauſa nullum liberis præiudicium afferre, ſed eos tanquam ab inteſtato æquis partibus ſucceſſuros, iure tantum legatorum ſaluo manente d. cap. 3. circa fin. verſic. ſi autem d. Nouell. 115. An autem teſtamentum ipſo iure nullum ſit, infra dicetur ad tit. quib. mod. teſt. infirmentur.*

a DE HAEREDIBVS, *a*
Inſtituendis.
TITVLVS XIV.

1 *Rubrica concordantes, & continuatio ad ſuperiora.*
2 *Quid ſit inſtituere heredem, item quid hæreditas.*
3 *Poſſeſſio non quæritur hæredi, niſi eam apprehendat.*
4 *Heres idem eſt quod dominus.*
5 *Inſtitui hæredes poſſunt omnes, qui non expreſſe prohibentur; tam liberi homines quam ſerui.*
6 *Serui proprij hæredes inſtitui poſſunt.*
7 *Proprius ſeruus etiam is dicitur, in quo teſtator habet nudam proprietatem, alter vero vſumfructum.*
8 *Seruus hæres inſtitutus, cui acquirat.*
9 *Seruus qui adulterium cum domina ſua commiſit, an manumitti, ac hæres inſtitui poſſit, deque eius pęna.*
10 *De ſeruo in quo quis habet vſumfructum.*

HAbet hæc Rubr. tit concordantes in ff. & Cod de hæred.
1 inſtit. Et hoc modo ad præcedentes continuari poteſt,
quod hactenus dictum eſt, qualiter, & quis poſſit condere te
a ſtamentum: *a* ſed quia ſine hæredia inſtitutione teſtamētum non valet §. ante hæredis, inf. de leg. in genere Imperator tradit, quæ perſonæ hæredes poſſint inſtitui, quæ dicuntur habere teſtamenti factionē paſſiuam. Eſt autē hęredem inſtituere
2 ſec. Plat. poſt gl. hic, in verb. hæredes, nihil aliud, quam relinquere, quem dominum omnium bonorum ſuorum Nam per aditionem hæreditatis omnia iura & actiones paſſiuę, & acti
b uæ, cũ omnibus rebus hæreditarijs *b* tranſeunt in hæredem. Cum hæreditas nihil aliud ſit, quam ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis ſuæ habuit, l. hæreditas,
c ff. de reg. iuris. Poſſeſſio autem non *c* niſi naturaliter apprehēdatur, l. cum hæredes, ff. de acq. poſ. Quia poſſeſſio eſt quidem facti, & ad eam acquirendam non tantum animus, ſed etiam corpus requiritur, l. 3. in princ. ff. de acq. poſs. Ideo hæredi non quæritur poſſeſſio, niſi eam apprehendat d. l. cũ hæ-
3 redes. Sed ſtatim apprehenſa poſſeſſione, intelligitur fuiſſe continuata de defuncto in hæredem, vt tempus, quo defunctus poſſedit, proſit hæredi ad complēdam præſcriptionem, ſi hæreditas interim à nemine occupatur, l. Pomponius, § ſed & legatario, & §. quæſitum eſt, ff. de acqu. poſs. eſt igitur hæ-
4 res idem quod dominus, ſec. gloſ. hic, vnde etiam iuris fictione, vna, & eadem perſona hæredis, & defuncti eſſe cenſetur § in princ. in Auth. De iureiur. à moriente præſtito. Poſſunt au-
5 tem omnes inſtitui hæredes, qui expreſsè prohibiti non ſunt, tam liberi homines, quam ſerui, vt hic in princ. ſub qua diuiſione omnes homines comprehenduntur, ſup. de iur. perſon. in princ. Et primo liberi homines inſtitui poſſunt. vt hic.
6 Secundo, ſerui proprij, etiamſi eis non ſit libertas expreſſè relicta: nam eo ipſo quod ſunt inſtituti hæredes, liberi effi-
7 ciunt poſt mortem domini, vt hic in princ. Et proprius ſeruus etiam dicitur is, in quo teſtator habet nudam proprietatem,
d alter vero vſumfructum, vt hic. Et tunc *d* ſeruus hæres insti-
8 tutus, quidquid acquirit ſua opera, & ex re ipſius vſufructuarij, hoc vſufructuario, cetera vero, ſibi ipſi acquirit, l. 4. §. ſuis autem, Cod. communia de manumiſs Seruus tamen pro
e prius, qui *e* cum domina ſua adulterium commiſit, poſt ac-
9 cuſationem non poteſt à domina in teſtamento manumitti, & per conſequens nec hæres inſtitui, vt hic, §. eſt tamen caſus, & leg. his verbis, § fin. ff. eodem. Et pœna iſtius adulterij commiſſi eſt, quod ſeruus primo flagellis ceditur, & deinde comburitur, mulier verò decapitatur, leg. prima, C. de mulier. quæ ſeruis proprijs ſe immiſ. Seruus autem in quo quis

ADDITIONES.

a *Deinde obſtaculum iuris ſuorũ hæredum, quod extraneorum inſtitutioni nocebat, diſſolutum eſt, id eſt. Exhæredatio liberorũ & recto iam ordine ad extraneorum inſtitutionem progreditur.*
b *Et continuantur in hærede, vt in defuncto fuerunt. Quia iuris fictione (aliud enim re propter mortem, qua omnia ſoluit) defunctus & hæres cenſentur vna perſona, §. 1. Nouel. de iureiur. à moriente præſtito, collat. 5. l. antiquitas, C. de vſu, & habitatione, l. vlt. ff. de hæred. inſtit. l. hæres, ff. de vſucap.*
c *Quidam tamen diſtinguunt inter ſuos, & extraneos hæredes: vt in ſuis continuata, & iuncta poſſeſſio defuncti intelligatur, l. in ſuis, ff. de lib. leg. Quin conſuetudine quarundam gentium mortuus ſaiſit viuum, id eſt hæredem facit, hoc eſt: conſtituit poſſeſſorem. De qua vide Tiraq. in tract.* Le mort ſaiſit, le vif. *Et continuata quoque intelligitur ſi interim pendente aditione a nemine fuit occupata.*
d *Ne fructuarius defraudetur ſuo iure.*
e *Quid ſi adultera cũ extraneo aliqua ſeruum ſuũ manumiſit? intra 60. dies ab accuſatione adulterij ſeruos ſuos manumittere non poteſt, l. ſi poſtulauerit, § incer. ff. ad l. Iul. de adul. vt veritas adulterij detegatur. Nec mirum, nam in domeſticis delictis poſſunt etiam domeſtici teſtes audiri, gl. in l. 3. C. de adult.*

babet vſumfructum,non dicitur proprius,ſed alienus. Ideo
10 non ſic hæres cum libertate ab vſufructuario inſtitui poteſt,
a vt hic §.alienus a ſeruus.

ADDITIO.

a *Adde l.ſi alienum,ff.de hæred.inſtit.*

§.Seruus autem.

1 *Si ſeruus proprius inſtituatur hæres,quem habeat effectum.*
2 *Seruus alienus,an,& quando inſtitui poſſet hæres.*
3 *Qui per ſe non poteſt inſtitui hæres,neque per alium poteſt.*
4 *Hæreditas nondum adita defuncti perſonam repræſentat.*
5 *Seruus cõis,ſeu plurium dominorum,quando inſtitui poſſit.*
6 *Seruitus inter Chriſtianos eſt ſublata.*
7 *Regula de hæredibus inſtituendis.*
8 *Non vnum modo ſed plures, quot voluerit teſtator, inſtituere poteſt.*
9 *Qui non poſſint inſtitui hæredes,*
10 *Nati ex inceſtuoſo,& damnato coitu,non poſſunt inſtitui hæredes,à parentibus,ſed bene ab extraneo.*
11 *Mulier videtur hodie poſſe nubere infra annum luctus.*
12 *Hæres certus inſtitui debet.*
13 *Fauore tamen piarum cauſarum, & pauperum, valet etiam incerta inſtitutio.*

1 CIrca hunc §. primo notabitis,quod ſeruus proprius hæ-
res inſtitutus,à ſeipſo recipit libertatem, & fit hæres ne-
ceſſarius,quia cogitur eſſe hæres, vt infr. de hæred. qualit. &
diff. latius dicetur. Deinde quod ſeruus à domino hæres inſti-
tutus,ſi viuo domino ab ipſo manumittatur, non fit neceſſa-
rius hæres, ſed ſuo arbitrio hæreditatem adire poteſt. Tum
quod ſi fuerit à ſuo domino hæres inſtitutus,& deinde à do-
mino alienatus,tunc non conſequitur libertatẽ,neq; hæredi-
tatem, ſed iuſſu ſui noui domini hæreditatẽ adire debet, quæ
a nouo domino per iſtum ſeruum acquiritur,vt eſt hic a
2 Tertio igitur poteſt hæres inſtitui, etiã ſeruus alienus, qui
hæreditatem ſuo domino acquirit. Et hoc verum, quando ip-
ſius dominus eſt capax hæreditatis, alias inſtitutio eſt nullius
momenti,l.non minus,ff eo. Qui enim per ſe non poſſunt in-
3 ſtitui hæredes,neque per alium poſſunt,l neque per ſe,C.eo.
Et poteſt alienus ſeruus etiam poſt mortem ſui domini in-
ſtitui hæres, & tunc iacenti hæreditati per talem ſeruum ac-
b quiritur. Quia hæreditas nondum adita,perſonam defuncti b
repræſentat,vt hic, §. ſeruus etiam alienus.
4 Quarto,ſeruus communis,ſeu plurium dominorum,quia
5 teſtamenti factionem paſſiuam habent, ab extraneo hæres
inſtitui poteſt,qui iſtis dominis,pro ſuis portionibus hæredi-
tatem acquirit. vt hic,§.ſeruus autem. Et quia hæc,quæ de ſer
uis,per Imperatorẽ hic traduntur, apud nos non ſunt in vſu,
6 cum ſeruitus inter Chriſtianos ſit ſublata ſecund. Bart. in l.
hoſtes,ff.de capt.& poſtl.reuerſ. diutius hic non erit inſiſten-
7 dũ. Sed pro regula notandũ. Omnes perſonas à lege nõ pro-
hibitas,hæredes inſtitui poſſe,ſiue ſint liberi homines,ſiue
ſerui,ſiue alieni,ſiue proprij,item ſiue ſint patresfamilias, ſi-
ue filijfamilias,ſiue mutus,ſurdus, furioſus, prodigus, miles,
laicus,clericus, Imperator, vel fiſcus, vel Eccleſia, & quilibet
locus venerabilis. De quibus vide Azonem in Summa,C.eo.
Et non ſolum vnus,ſed plures hæredes, quod teſtator volue-
rit,inſtitui poſſunt, vt hic, §.& vnum. Excipiuntur autem ab
8 hac regula. I. Deportati,ſeu perpetuo banniti,l.1.Cod.eod. II.
9 Damnati in metallum,l.fin.§.in metallum,ff.de his, quæ pro
non ſcriptis habentur. III. Collegium illicitum, ſeu nõ appro-
10 batum,leg. Collegium,C.eod. IV. Nati ex inceſtuoſo,& dã-
nato coitu. Auth. Ex complexu,C.de inceſtis nuptijs Quod
intellige, eos à parentibus inſtitui non poſſe, ſed bene ab ex-
traneo,ſecundum Plat in §.legari,infra de legatis. V. Apoſta-
tæ leg.hi qui ſanctam,Cod.de Apoſtatis. VI. Hæretici,l.Ma-
nichæos,C.de hæreticis. VII. Seruus de adulterio cum domi-
11 na accuſatus,d.§.eſt tamen caſus,ſupr.eod. VIII. Mulier nu-
bens infra annum luctus,leg. 1.C.de ſecũdis nuptijs. Hoc ta-
men hodie videtur ceſſare,cum ſecundum Apoſtolum, mox
poſt mortem mariti, vxor à lege eius ſit ſoluta, & ſine infa-
mia nubere poſſit,c.penult.& fi.extr.de ſec.nupt. IX. In certa
perſona inſtitui nõ poteſt,quia hæres certus demonſtrari de-
12 bet,leg.quoties,in prin.iuncto §.ſi quis nomẽ,ff.eo. Hoc ta-
mẽ fallit,quãdo pauperes inſtituuntur,quia tunc fauore cau-
ſarum piarum valet inſtitutio,l.id,quod pauperibus,& l.nul-
li,& leg.ſi quis ad declarandam, C.de Epiſc.& cler. Et Impe-
rator hanc quæſtionem determinat in d.l.nulli, quod de illis
pauperibus ſit intelligendum, quos Epiſcopus loci duxerit
eligendos. Niſi teſtator in teſtamento facultatem eligendi
pauperes,executoribus teſtamentarijs conceſſerit. Nam
tunc electio Epiſcopi ceſſat. Et in dubio Epiſcopus illius loci,
vbi teſtator defunctus eſt,hanc electionem habet. De quo
latius vide Azon.de Summa,C.eod.& Doctor.poſt gl.in d.§.
legari,infra de legatis.

ADDITIONES.

a *Adde l.ſi diem in fin.ff de cond.& demonſt.*
b *Non hæredem. Quid ita? Ante aditam hæreditatem hæres eſt incertus,defunctus vero ſemper certus eſt, §.poſteriores, infra, quibus mod. teſtam.infirm.*

§. Hæreditas.

1 *In legib.tota hæreditas plerumq; aſſis appellatione cõtinetur.*
2 *Nomina partium aſſis.*
3 *Teſtator poteſt hæreditatẽ diuidere in quot partes voluerit. Et quid ſit Dupondium.& Tripondium.*
4 *Si hæreditas in pauciores quam 12.partes fuerit diſtributam reducitur à lege ad partes 12.*
5 *Teſtatore inſtituente vnum aut plures hæredes ex certa parte, non expleto aſſe, totam hæreditatem capiunt inſtituti, quaſi ſine partibus aſcripti.*
6 *Nemo paganus poteſt pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus.*

IMperator in præced.§.plures à teſtatore inſtitui poſſe dixit
ſed quia aliquando inæqualiter inſtituuntur,partes hære-
1 ditatis in hoc § declarat. Primo igitur notandum, quod in le-
gibus tota hæreditas plerumque appellatione aſſis contine-
tur, ita, quod inſtitutus ex aſſe, in vniuerſis bonis defuncto
ſuccedat. Et legalis diuiſio hæreditatis eſt in 12. vncias, ſeu
partes leg.ſeruum meum,§.ſi ff eod. Licet teſtator poſſit eam
in plures partes diſtribuere,vt ſtatim dicetur.
2 Secundo notabitis, quod iſtæ partes habeant certa, & ſpe-
cialia nomina,hic in tex.expreſſa. As enim 12. vncias cõpre-
hendit. Deunx vndecim partes hæreditatis, quaſi vna vncia
dempta ex aſſe. Dextans,ſeu decunx,decem vncias. Dodrans
nouem. Bes octo vncias,forte quaſi bis trientem faciat. Sep-
tuna ſeptem. Semis ſex vncias, & ſic dimidiam hæreditatem
denotat. Quincunx quinque vncias. Triens 4.quaſi tertia
pars aſſis. Quadrans tres vncias, quaſi quarta pars aſſis, &
aliquando Triuncium appellatur. Sextans duas vncias deno-
tat,quaſi ſexta pars aſſis.
3 Tertio notabitis, quod teſtator poteſt hæreditatẽ diuide-
a re in quot a partes voluerit, ita quod ſi as duplicetur, & ſic
deductus in 24.vncias,Dupondium appellatur,§ & ſi plures,
infr.eod. Exempli gratia. Quando quis decedit,& relinquit
12000.aureorum ſecundum iugalem diuiſionẽ,diuiditur iſta
hæreditas in duodecim vncias, & veniũt in vna vncia 1000.
aurei. Si vero dupletur diuiſio hæreditas à teſtatore in 24.par
tes,tunc in vna vncia cõprehenduntur tantum 500.aurei. Sic
4 etiam in 36.vncias diuidi poteſt hæreditas, & tunc tripondiũ
dicitur. Si vero in pauciores partes quam duodecim hæredi-
tas fuerit diſtributa,à lege reducitur in duodecim partes.
5 Quarto notãdum, quod ſi teſtator inſtituit vnum aut plu-
res hæredes ex certa parte, triente, vel ſemiſſe, non expleto
aſſe, tunc quaſi ſine partibus ſcripti, totam hæreditatem ca-
piunt. Veluti,ſi Titium inſtituit hæredem in triente, nec ei
alium cohæredem addidit. Hoc caſu Titius non ſolum teſta-
tori in 4.vncijs ſed in toto aſſe ſuccedit,excluſis etiam ab in-
6 teſtato ſucceſſuris. Eſtque ratio, quia nemo paganus poteſt
b pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus b decedere, vt hic,
adde l ius noſtrum,ff.de regulis iuris.

ADDITIONES.

a *Diuiſio huiuſmodi nihil addit, aut minuit in ipſa hæreditatis ſubſtantia,l.ex vncijs,ff. de hæred.inſtit.*
b *Adde l.3.C.de teſtam.milit.*

§. Si plures.

1 *Nulla facta mentione partium à teſtatore,fit ſucceſſio in æquis partibus.*
2 *Quid iuris ſi in quorundam hæredum perſonis partes ſint expreſſæ,in quorundam vero omiſſæ,& nu.3.*

Si

4 *Si poſt inſtitutionem aliqua pars hæreditatis vacat, vel etiam deeſt, quid iuris ſit.*
6 *Quid iuris, ſi teſtator inſtituerit plures hæredes ex certis partibus, quæ excedunt 12. vncias, & vnus deinceps fuerit ſcriptus hæres abſque parte.*

EX hoc §. qui vno contextu legitur, vſque ad §. hæres, &
pure, &c. aliquot concluſiones notandæ ſunt. Et primo,
quod iſta diſtributio hæreditatis non ſemper eſt neceſſaria,
ſed tantum quando teſtator plures inſtituit hæredes, nec vult
1 eos æqualiter ſuccedere. Si enim nullam fecerit partium men
tionem, intelligitur voluiſſe eos ex æquis partibus hæredes
eſſe, vt hic, & d. l. quoties, §. hæredes, ff. eod.
2 Secundò, quando partes in quorundam hæredum perſo-
nis expreſſæ ſunt, vnus autem, vel plures ſine parte hæredes
ſcripti reperiuntur, tunc ſi aliquis aſſide eſt, hoc vnus ille, vel
plures, ſine parte ſcripti ferunt. Veluti teſtator inſtituit tres
hæredes, & duobus certas portiones adſcripſit, pone vni triē-
tem, alteri ſextantem. Hoc caſu tertius, ſine parte ſcriptus, re-
ſiduum capit, videlicet ſemiſſem, vel ſex vncias, text. eſt hic, &
in l. item quod Sabinus, in princ. ff eod.
3 Tertiò, quòd ſi totus as expletus ſit, ita vt nihil ſit reliquum
tunc as diuidi debet in duos ſemiſſes. Vnum ferunt hi, qui no
minatim in certis partibus inſtituti ſunt. Alterum vero ſemiſ
ſem hi, qui ſine certa parte ſcripti ſunt hæredes, vt hic. Niſi
expleto aſſe ita ſcripſerit teſtator: [Ex reliqua parte Sempro-
nius hæres eſto.] Nam tunc is nihil capiet cum nihil ſuperſit
d. l. item quod Sabinus, §. 1. verſ. aliter ac gloſſ. hic, in verb. di-
midiam partem.
4 Quartò, quòd ſi poſt inſtitutionem aliqua pars hæreditatis
vacat, illa accreſcit inſtitutis pro ſuis portionibus, & ſimiliter
quando aliqua pars deeſt poſt inſtitutionem, illa decreſcit à
parte inſtitutorum pro ſuis portionibus, vt declaratur, hic in
verb. Videamus.
5 Quintò ſi plures teſtator hæredes inſtituerit ex certis par-
tibus quæ partes 12. vncias excedunt, & vnus deinde fuerit
a ſcriptus hæres ſine parte, is, quòd *a* dupodio deeſt, capiet. Vi-
detur enim teſtator voluiſſe diuidere hæreditatem in dipon-
diũ. Exempli gratia. Pone, teſtator ſcripſit quatuor hæredes.
Titium ex ſex vncijs, Mæuium ex quatuor, & Sempronium
quoque ex quatuor vncijs, & deinde Caiũ inſtituit nulla fa-
cta mentione portionis. Hoc caſu tres ex certis portionibus
ſcripti ferunt 14. vncias, quartus vero ſine parte ſcriptus, obti
nebit id, quòd dupondio deeſt, videlicet 10. vncias. Continet
enim dupondium 24. vncias. Et ſi illas partes referas ad lega-
lem diuiſionem hæreditatis, videlicet ad aſſem, tunc Titius
capiet tres vncias, Mæuius duas, & Sempronius duas, Caius
vero quinque, verſic. & ſi plures. & leg. ex vncijs, & leg. quæ-
ſitum, ff. eod.

A D D I T I O

a *Ab initio ſcilicet, l. cum duobus, C. de inoffic. teſta. ſecus ex poſt facto, l. nam, & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam.*

§. Hæres, & pure.

1 *Hæres inſtitui poteſt, & purè, & ſub cõditione. Ex die vero, vel certo tempore ſimiliter ad certum tempus inſtitui nõ poteſt.*
2 *Qui ſemel hæres eſt, nunquam deſinit eſſe hæres.*
3 *Inſtitutio hæredis in diem incertum conferri poteſt.*

1 IN hoc §. traditur, qualiter hæredis inſtitutio fieri poſſit, vi-
a delicet purè, & ſub *a* cõditione. Ex die vero, vel certo tem-
pore hæres inſtitui non poteſt, veluti poſt bienniũ quam mo
riatur: ne quis pro parte tẽporis decedat teſtatus, & pro parte
inteſtatus, d. l. ius noſtrũ, ff. de reg. iur. Sic etiã ad certũ tempus
hæres inſtitui non poteſt, text. eſt hic, per ſupradictã rationem
2 & etiã aliam. Quod quis, qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſi-
nere eſſe hæres, l. & ſi ſine, §. ſed quod, in fi. ff. de minorib. & l.
ei, qui ſoluendo, ff. de hæred. inſt. Et ideo ſi ex toto tẽpore, vel
ad certum tẽpus hæres inſtituatur, tẽpus habetur pro nõ adie
cto, & cenſetur purè inſtitutus. Et hoc ſit in fauorem vltima-
3 rũ voluntatum, vt hic, & l. hæreditas ex die, ff. eod. In diẽ vero
incertum, hoc eſt, in tempus, quo capere poteſt is hæreditatẽ
qui tempore inſtitutionis capax nõ erat, hæres inſtitui poteſt
leg. in tempus, ff. eod. Dies enim incertus in inſtitutionem fa-
cit conditionem, l. dies incertus, ff. de condit. & demonſtr.

A D D I T I O.

a *Vide tamen l. idem quod Sabinus, l. ex vncijs, ff. eo. l. cum quæſtio, C. de legat.*

§. Impoſſibilis conditio.

1 *Impoſſibilis conditio in vltimis voluntatibus non adiecta habetur ita vt hæreditas nihilominus ab inſtituto hærede adiri poſſit. Et de quibus ſpeciebus impoſſibilitas hæc accipi debeat.*
2 *Conditio impoſſibilis eſt quadruplex, nempe impoſſibilis natura, iure de facto, & verborum perplexitate.*
3 *Quæ contra bonos mores ſunt, ea nec nos facere poſſe præſumit lex.*
4 *Impoſſibiles conditiones vbi fuerint contractibus appoſitæ, vitiant eos.*
5 *Non autem vitiant vltimas voluntates.*

DIctum eſt in præcedenti §. hæredem etiam ſub conditio-
ne inſtitui poſſe: In hoc §. vero docet Imperator, quòd
conditio illa debeat eſſe honeſta, & poſſibilis, non contra
leges, & bonos mores. Ideò in vltimis voluntatibus condi-
a tio impoſſibilis pro *a* non ſcripta habetur hæreditas nihilomi
nus ab inſtituto hærede adiri poteſt, vt hic, & l. conditiones
contra edicta, ff. de condit. inſtit. & l. obtinuit, ff. de condit. &
demonſt. Et notabitis hic gl. ordinariam, quòd conditio im-
2 poſſibilis eſt quadruplex. Prima eſt impoſſibilis natura, velu-
ti, [Inſtituo te hæredem, ſi cælum digito attigeris,] § ſi im-
poſſibilis, infra de inutil. ſtipulationibus. Secunda eſt impoſſi-
bilis de iure, quæ ſcilicet eſt cõtra bonos mores. Nam, & hæc
3 nos facere non poſſe ius præſumit, l. filius, ff. de condit. inſtit.
4 Tertia eſt impoſſibilis de facto, veluti, [Si montem aureum
dederit.] Quarta eſt impoſſibilitas perplexitatis verborum.
Et tales conditiones impoſſibiles contractibus appoſitæ, in-
diſtinctè vitiant contractus, d. §. ſi impoſſibilis, cum ibi nota-
tis: quia promittens ſub tali conditione, non videtur habere
5 animum, & voluntatem ſe obligandi, vt ibi dictum eſt. Non
autem vitiant vltimas voluntates, ſed pro non adiectis haben
tur, fauore vltimarum voluntatum, vt hic. Quod eſt verum,
in duabus prioribus ſpeciebus. Nam quando tales teſtator ap
b ponit, eſt ſignũ, quod faciat *b* deriſoriè, & quod nihilominus,
velit illum hæredem eſſe. Alias de eo non feciſſet mẽtionem.
c Reliquæ verò duæ ſpecies impoſſibilitatis vitiant *c* inſtitu-
tionem, cum non fuerit animus inſtituendi, præſumptione
iuris, ſecundum gl. hic per tex. in l. cum hæredes, §. 1. ff. de ſta-
tu liber. & l. ſi Titius, ff. de condit. inſtit.

A D D I T I O N E S.

a *Impoſſibilis conditio reijcitur ex teſtamento, l. 1. ff. de hæredit. inſt. non tamen reijcitur ex contractu §. ſi impoſſibilis, infr. de inutilib. ſtipulat. ſiue quia fauetur magis vltimis voluntatibus, quam contractibus l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. ſiue quia in contractibus impoſſibilis cõditionis adiectio cenſetur certa voluntate, nec facile irrepſiſſe. Contractus enim fit inter duos plureſue. In teſtamentis vero, quia vnus teſtatur, mendo quodam, & errore in teſtamentum irrepſiſſe intelligitur, & proinde vitiatur, nec vitiat: reijcitur denique manente teſtamẽto. Maior eſſet difficultas ſi in teſtamentis coram pluribus nuncupato, aut duorũ in vnis tabulis talis conditio impoſſibilis eſſet adiecta.*
b *L. conditiones, ff. de condit. inſert. & nemo poteſt ad impoſſibile obligari, l. nemo, ff. de reg. iur.*
c *Et ſunt magis difficultates quam impoſſibilitates, & proinde vitiant, quia difficultas præſtationis non impedit obligationem l. continuus, §. illud, ff. de verb. oblig.*

§. Si plures.

1 *Hæres conditionem honeſtam, & impoſſibilem, ſub qua inſtitutus eſt, adamuſſim implere tenetur.*
2 *Pluribus conditionibus coniunctim ſcriptis, omnes pariter adimpleri debent: Disiunctim vero ſi ſcribantur, ſufficit vnam impleri.*

1 CIrca hunc § notabitis, Quod hæres ſub conditione hone-
ſta, & poſſibili inſtitutus, eam adamuſſim adimplere de-
bet, l. qui hæredi, in princ. & l. Mæuius, ff. de cond. & demonſt.
Nam ſi conditionẽ nõ adimpleuerit, in ſpecifica forma hæres
excluditur, l. conditioni, C. de inſtit. & ſubſtit. Et ſi plures con-
2 ditiones cõiunctim ſcriptæ ſunt, ſimul, & ad vnũ omnes adim
pleri debent: ſi vero disiunctim, ſufficit ſi vna adimpleatur, vt
hic, & l. ſi hæredi. ff. de cond. inſt. Et vltimo circa hunc titulum
ex §. ſi. notabitis, teſtatorem poſſe hæredem etiam extraneũ,
quẽ nõ nouit, inſtituere, neque propterea inſtitutio vitiatur,
vt hic, & l. extraneũ etiam penitus, C. de hæredib. inſtituend.

a DE VVLGARI a SVBSTITVTIONE,

TITVLVS XV.

1 *Commendatio materiæ ſubſtitutionum à difficultate, ſubtilitate, & vtilitate.*
2 *Quomodo hic titulus cohæreat cum præcedentibus.*
3 *Subſtitutio eſt ſecunda hæredis inſtitutio, quæ fit poſt primam in locum deficientis. Et quare ſubſtituti dicantur ſecundi hæredes, & num. 5.*
4 *Subſtitutio abſque inſtitutione eſſe non poteſt.*
6 *Subſtitutionum principalis diuiſio eſt in obliquam, & directam.*
7 *Directa ſubſtitutio ſubdiuiditur in quinque ſpecies.*
8 *Vulgaris ſubſtitutio quid ſit, & vnde dicta.*
9 *Vulgaris ſubſtitutio duplex expreſſa, & tacita.*
10 *Natura ſubſtitutionis vulgaris eſt, vt ſemper adita hæreditate exſpiret.*
11 *Quibus verbis fiat vulgari ſubſtitutio.*
12 *Vulgaris ſubſtitutionis, qui ſint effectus.*
13 *Quomodo extinguatur ſubſtitutio vulgaris, ſcilicet per aditionem hæreditatis.*
14 *Teſtator tot gradus hæredum facere poteſt in teſtamento, quod voluerit: & in ſubſidium, ne inteſtatus moriatur, poterit ſubſtituere ſeruum tamquam hæredem neceſſarium.*
15 *Directa inſtitutio, vel ſubſtitutio ſolũ poteſt fieri in teſtamẽto, ſed fideicõmiſſaria, & obliqua in codicillis fieri poterit.*

1 ISta materia ſubſtitutionum commẽdatur per DD à difficultate, ſubtilitate, & vtilitate. Sunt enim in ea ſecund. Iaſ. ſuper Rub. ff. eo. ſubtilitates ſine numero, vincit tamen iſtam difficultatẽ vtilitas, vt inquit Iaſ. ibi, adeo quod referat Raph. Cuman. ex Bald. audiuiſſe, quod de iſta materia conſulendo vltra 15000. ducatorum fuerit conſequutus. Summatim itaque ea, quæ ad intellectum eius materiæ faciunt, tradẽda duxi.
2 Continuatur autem hic titulus ad præcedentes hoc modo. Dictum eſt ſup. hæred. inſtit. in teſtamẽto. Sed quia nõ ſolum vnus hæredum gradus, verũ etiam plures fieri poſſunt quotquot teſtator voluerit, ideo de ſubſtitutionibus nũc tradit Imperator.
3 Eſt autem Subſtitutio nihil aliud, quam ſecunda hæredis inſtitutio, quæ fit poſt primam, in locum deficientis, ſec. gl. & D. ſuper Rubr. ff. eo. Veluti cum teſtator dicit: Titium hæredem meum inſtituo, & ſi is hæres non erit, Caium ei ſubſtituo. Et dicitur Titius hæres inſtitutus, Caius vero ſubſtitutus. Et ſic ſubſtitutio eſt ſecundaria, & conditionalis inſtitutio: tunc enim inſtitutus hæres erit, cum primo loco inſtitutus hæreditatem non adit, vel quia non vult, vel quia nõ
4 poteſt. Et non poteſt eſſe ſubſtitutio ſine inſtitutione, ſec. glo.
5 in d. l. 1. in princ. ſuper verb. Lucius, ff. eod. Et dicuntur ſubſtituti, ſecundi hæredes, etiamſi ſint vlteriores, eo quod in locũ deficientis primi inſtituti veniunt, d. l. 1. in princ. ff. eod. Sicut omnes nuptiæ dicuntur ſecundæ, quæ primas ſequuntur, vt
6 eſt gl. ſupr. Rub. C. de ſec. nupt. Principalis autem diuiſio ſub-
b ſtitutionum eſt, quòd quædam ſubſtitutio *b* eſt obliqua, quædam directa. Obliqua alterius eget opera, quia per eam ſubſtitutus capit hæreditatem ex manu alterius, & ſic quãdo via obliqua, per interpoſitam perſonam, hæreditas defuncti ad aliquem deuoluitur. Et iſta appellatur precaria, vel fideicommiſſaria hęreditas, & propria ſubſtitutio non videtur, §. fi. inf. de pupil. ſubſt. Exempli gratia, quando teſtator ita dicit. (Titius hæres meus eſto, & rogo, ac fidei tuæ committo, vt hæreditatem reſtituas Caio.) Et licet Caius per fideicommiſſum ſit ſubſtitutus Titio, tamen Titius prius adire debet hęreditatem, & aditam deinde Caio reſtituere, defalcata Trebellianica portione, id eſt, quarta parte hæreditatis, & ſic tribus vncijs retentis, reliquum dodrantem, id eſt, nouem vncias, Caio reſtituet. De quo infr. de fideicom. libert. dicitur. Directa ſubſtitutio eſt, per quam ſubſtitutus directè, immediatè, & ſine miniſterio alterius capit hæreditatem teſtatoris, non per obliquum, ſeu manum alterius, veluti quando teſtator dicit: (Titius hæres meus eſto, & ſi is hæres non erit, Caius hæres eſto.) Et hæc directa ſubſtitutio continet ſub ſe quinque ſpecies, ſec. gl. ſuper d. Rub. ff. eod. & gl. in c. Rainu-
7 tius, de teſtam. Eſt enim alia ſubſtitutio vulgaris, alia exemplaris, alia pupillaris, alia breuiloquia, & alia compendioſa, ſicut ordine eas declarabimus.
8 Quod ad primam ſpeciem attinet, videndum eſt, quid ſit vulgaris ſubſtitutio. Deinde quotuplex. Tertio, quibus verbis fiat. Quarto, quis ſit eius effectus. Quinto quando extinguatur. Sic bono ordine eius materiam perſequitur Bart. in d. l. 1. ff. eod. Ac poteſt vulgaris ſubſtitutio ita definiri. Quod ſit ſecundi hæredis, in locum, ſeu gradum primi non adeuntis, inſtitutio, quę à quolibet de populo, idoneo tamen, & cuilibet, capaci, ſ. vulgaribus, apertis, & communiter vſitatis fit verbis, vnde etiã vulgaris dicitur, Veluti, (Titius hæres meus eſto, & ſi is hæres meus non erit, Caius hæres eſto.) d. l. 1. &
9 ibi Bart. ff. eo. Eſtq; duplex, expreſſa, & tacita. Expreſſa fit verbis negatiuis, & continet in ſe verba negationis expreſſa, vt cum primo facio inſtitutionem veluti, (Titius hæres meus eſto.) Et deinde ſubſtitutionem per verba negatiua: (ſi Titius
c hæres non erit, Caius hæres eſto.) Tacita *c* vulgaris ſubſtitutio dicitur, in qua negatio non reſultat expreſſe, ſed incluſiue, & tacite ſubauditur, & fit verbis affirmatiuis. Veluti, cum duos hæredes inſtituo, Titium, & Caium, & deinde ſubſtitutionem hoc modo facio. (Et vos inuicem ſubſtituo, vel ſic. Vter inter Titium, & Caium vixerit, hęres meus eſto.) iſto caſu ſi vterque vixerit, ambo hęredes ſunt: ſi vero vnus nolit eſſe hęres vel non poſſit, alter ſolus hęres erit, leg. Titius & Seius, ff. de hæred. inſtit. Non tamen hæc verba: Eos inuicem ſubſtituo, hunc intellectum habent, quòd ſi vnus ex cohæredibus adita hęreditate iſta, decedat ſine liberis, alter cohæres ei ſuccedat. Quia ſi Titius adierit pro ſua parte hęreditatem, incontinenti pro ea parte ſubſtitutio exſpirat. Vnde ſiue cum liberis, ſiue ſine liberis moriatur, nihil refert, quia nõ ad ſubſtitutum, ſed ad Titij legitimos hæredes etiam iſta pars hæ-
10 reditatis tranſmittitur. Hæc eſt enim natura ſubſtitutionis vulgaris, vt ſemper adita hęreditate exſpiret, leg. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſt.
11 Poſtea quæritur, quibus verbis fiat? Et dic eam fieri. I. Verbis generalibus, vt cum teſtator dicit: Titium, & Semproniũ hæredes inſtituo, eosq; inuicem ſubſtituo II Verbis ſpecialiquis veluti. (Si Titius hæres non erit, Caius hæres eſto.)
12 Quarto, qui ſunt effectus ſubſtitutionis? Et Bart. in d. leg. 1. quinque effectus huius ſubſtitutionis refert. I. Quod facit ſubſtitutum admitti ad hæreditatem, ſi hæres inſtitutus non erit, vt tantum conſequatur ex ſubſtitutione, quantum alias ex inſtitutione. Cum ſubſtitutio ſit ſecũdi hęredis inſtitutio. II. Quòd teſtamentum poteſt aſſumere vires à ſubſtituto, & ſic à ſecundo gradu inſtitutionis, licet in primo gradu inſtitutionis non habeat vires, vt eſt tex in l. 3. §. fi ff. de lib. & poſth. III. Quod ad ſubſtitutum perueniunt tantum bona ipſius teſtatoris, quæ alias ad inſtitutum peruenire debuerant. Non autem ſubſtitutus ſuccedit in bonis proprijs ipſius, cui ſubſtitutus eſt. IV. Vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem l. iam hoc iure ff. eod. Veluti quando teſtator filium ſuum impuberem inſtituit hæredem, & ſi non erit hæres, Caiũ ei ſubſtituit. Hæc eſt vulgaris expreſſa. Si poſtea filius ſit hæres, extinguitur vulgaris ſubſtitutio. Sed hoc non obſtante, ſi in pupillari ætate etiam poſt aditam hæreditatem decedat, nihilominus Caius ſubſtitutus, ex tacita, vel potius præſumpta ſubſtitutione pupillari ſuccedet. Nam in pupillari ſubſtitutione non curatur, an hæreditas adita ſit, nec ne, ſed tantum, an filius in pupillari ætate deceſſerit vt infra dicetur. V. Vulgaris ſubſtitutio facit de ſuo, & neceſſario hærede voluntarium hæredem, veluti filius de iure ciuili eſt ſuus, & neceſſarius hęres ſui patris, licet de iure prætorio habeat beneficium abſtinendi. Si tamen pater dederit filiofamilias vulgarem ſubſtitutum, quia ita in teſtamento dicit. Titium filium meum hęredem inſtituo, & ſi is non erit hæres, Caium ei ſubſtituo. Iã filius eſt voluntarius hęres, ita quod non ſolum de iure prætorio, ſed etiam ciuilis ius abſtinendi habeat. Et de his effectibus, & pluribus alijs, videte poſt Bart. & Doct. in d. leg. 1. ff. eod. & omnino Zaſ. in tractat. ſubſtit.

Quin-

ADDITIONES.

a *De ſubſtitutionibus, & quid ſit ſubſtitutio, & quæ eius ſpecies, vide Roland. in tract. de teſt. Rubr. 22. Et de ſubſtitutione vulgari tacita expreſſa, vide ibid. rubr. 23. Dilectum de arte teſtandi, tit. 5. Item ſubſtituo verbo, quam vim, & naturam habeat, vide. Roland. ibid. rubr. 28. Adde Fumeum tract. de ſubſtit. in princ. & c. incipiente, Vulgaris ſubſtitutio. Mantic. de coniect. vlt. volunt. 1 & 2.*

b *Subſtitutionem etiam verba alia directa, alia obliqua, alia cõmunia. Directa ſunt: Hæres eſto. Facio te hæredem l. eam C. de fideic. Obliqua, vt reſtituas, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. eod. Reddas l. verbum, ff. de verb. ſignif. Dec. l. fundum, ff. de vſufr. legat. Communia, vt Remaneat, ſuccedat, reuertatur, deuoluatur gl. in l. centurio, ff. eod.*

c *De tacita vulgari ſubſtitutione, vide Mant. 5. de coniect. vlt. vol. 3. Ex quibus coniecturis ceſſet ibid. cap. 4. de vi, & virtute eiuſdem, vide ibid. c. 5. Quando extinguatur, ibid. c. 6.*

13 Quinto videndum reſtat, qualiter vulgaris ſubſtitutio extinguatur. Et dic eam expirare adita hæreditate per inſtitutum, d.l. poſt aditam, C. eod. Eſtque ratio, quia ſubſtitutio vulgaris ſit ſub conditione, videlicet, (ſi Titius hæres nō erit, Caius hæres eſto.) Si ergo Titius adit hæreditatem, eſt hęres, & ita deficit conditio ſubſtitutionis, neceſſario quoque ſubſtitutio extinguitur. Item eſt alia ratio, quia adita hæreditate bona ipſius defuncti hæreditate, efficiuntur propria hæredis inſtituti, ita quod amplius non dicatur hæreditas, ſed proprium patrimonium hæredis, vt gl. in l. 1. §. veteres, in verſ. per vnum ibi, tu dic, ff. de acqu. poſs. De quo Decius in d.l. hæreditas, ff. de reg. iur. Sed ſi teſtator poſſet diſponere de rebus iſtis, poſtquam hæres adijt hæreditatem, & eius dominus eſt effectus diſponeret de rebus alijs; contra Auth. Ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Et adeo extinguitur ſubſtitutio vulgaris per aditionē hæreditatis, quod ſi quatuor, vel plures gradus ſubſtitutionis eſſent facti, omnes expirarent per aditionem primi hæredis inſtituti, l. ſi mater, §. fi. ff. eo. His ſic præmiſſis, breuibus nunc
14 text. tit. noſtri declarabimus. Ex principio autem notabitis, quod teſtator poteſt in teſtamento tot gradus hæredum facere, quod voluerit, & in ſubſidium, ne inteſtatus decedat, ſi priores hæredes inſtituti, & ſubſtituti nolint, vel non poſſint
a eſſe hęredes, poterit ſeruum ſubſtituere, qui erit hæres *a* neceſſarius. Qui a volens nolens cogitur adire hæreditatem, vt
15 inſt. de hæredum quali. & diff. dicetur. Deinde circa principium tituli notabitis gl. ſuper verba in teſtamento. Quod directa inſtitutio, vel ſubſtitutio ſolum poteſt fieri in teſtamētis, & non in codicillis, §. pen. inſt. de codicillis. Fideicommiſſaria tamen, & obliqua in codicillis fieri poteſt. Et quando teſtator ſcienter facit codicillos, & in eis directé ſubſtituit, tunc illa verba directa obliquantur, vt ſubſtitutio ſaltem in vim fideicommiſſi ſuſtineatur, ſec. gl. hic communiter approbatā.

ADDITIO.

a *Et vltimus. Quia poſt eum nemo admittitur, l. poſt aditam, C. de impub. & al. ſubſtit. Si modo hæreditatem admiſerit, quia tunc poſt eum nemo admittitur: alias, & facta & iure poſt ſeruum poteſt quis ſubſtitui, l. 3. ff. de hæred. inſt. t.*

§. Et plures, cum §. ſequenti.

1 *Subſtitutio varijs modis fieri poteſt.*
2 *Quid iuris quando plures hæredes ex diſparibus inſtituti, & deinde inuicem ſubſtituti ſunt, nulla facta mentione partium in ſubſtitutione.*

1 EX hoc §. notabitis, quod ſubſtitutio varijs modis fieri poteſt. Poſſunt enim vni hæredi plures ſubſtitui. Veluti. (Si Titius hæres non erit, Caius, & Stichus hęredes ſunt.) Et cōtra poteſt vnus pluribus hęredibus ſubſtitui. Veluti, (Si Titius & Caius non erunt hæredes, Stichus hæres eſt.) Item ſinguli ſingulis ſubſtitui poſſunt. Veluti, (Si Titius & Caius nō erunt hæredes ſubſtituo Stichum Titio, & Semproniū Caio.) Item plures hęredes inſtituti, inuicem ſubſtitui poſſunt. Veluti, (Titium, & Caium hæredes, inſtituo, eoſque inuicem ſubſtituo.) Et illa poſterior dicitur ſubſtitutio reciproca, vt infra decla-
a rabitur Et iſto poſteriori caſu, quando *a* plures hæredes ex di-
2 ſparibus partibus ſunt inſtituti, & deinde inuicem ſubſtituti, nulla facta mentione partium in ſubſtitutione, tunc cenſetur ex ijs partibus ſubſtituti, in quibus ſunt inſtituti. & ita partes in inſtitutione expreſſæ intelliguntur in ſubſtitutione repetitæ, vt hic, §. & ſi ex diſparibus. Exempli gratia: Teſtator inſtituit Titium in ſex vncijs, Caium in 4. & Stichum in 2. vncijs, eoſque inuicem ſubſtituit. Si nunc Titius nolit adire hæreditatem, Caius habebit 8. vncias, & Stichus 4. vt hic, & l. ſi plures ff. eo. & l. 1. C. de impub. & alijs ſubſtit. Et hoc eſt verum, quando ſubſtitutio fit ſub nomine appellatiuo, hæredum ſcilicet: ſecus ſi proprijs nominibus expreſſis ſubſtitutio facta eſt, vel ſi æqualiter grauauit ſubſtitutus ad æqualia onera, tunc quia ad perſonas habita fuit relatio, merito perſonales, & viriles erunt partes in ſubſtitutione, ſec. gl. hic, ſuper verbo expreſſit, & gloſ. fin. in l. 1. C. de impub. & al. ſubſtit.

ADDITIO.

a *Partes adſcripta in inſtitutione, cenſentur repetita in ſubſtitutione, l. ſi in teſtamento, ff. eod. ſi modo teſtator ſubſtituit per nomina appellatiua, ſecus enim ſi per nomina propria, l. quoties, l. nonnunquam, ff. ad S.C. Trebellian. Aut ſi onerauit ſubſtitutos æqualiter gloſ. in l. 1. C. de impub. al. ſubſtit.*

§. Sed ſi inſtituto.

1 *Facti ſpecies in hoc §.*

1 PRo intellectu huius §. caſus ita figurari poteſt. Teſtator inſtituit Titium, & Caium hæredes, & Caio ſubſtituit Titium cohæredem, & poſtea Titio ſubſtituit Stichum quęritur quam partem feret Stichus? Et reſpondetur ſi ambo hęredes inſtituti. Titius, & Caius adierint hęreditatem Stichus nullum ex ſubſtitutione commodum ſentiet. Nam per aditionem hęreditatis ſubſtitutio vulgaris extincta eſt, vt ſupra dictum eſt. Idem ſi Titius ex ſua parte adierit hæreditatē. Sed ſi ſolus Caius adierit, Titio ſuam partem repudiante, tunc Stichus admittitur in partem Titij cui ſubſtitutus eſt. Si vero neuter ex cohæredibus, neque Titius, neque Caius adierit hæreditatem tunc Stichus in vtramque partem admittitur iure ſubſtitutionis, nec refert vtrum Titius poſt Caium, vel ante deceſſerit, vt hic, & l. ſi Titius, & ibi Bart. ff. eod.

§. Finalis.

1 *Caſus huius §.*

1 CAſus talis in hoc §. deciditur. Teſtator errore ductus inſtituit ſeruum hæredem, quem putabat eſſe liberum, & ei ſubſtituit Caium. Mortuo teſtatore, ſeruus iuſſu domini adijt hæreditatem. Quæritur an ſubſtitutio nihil debeatur? Et quia per aditionem hæreditatis vulgaris ſubſtitutio extinguitur, videtur dicendum; Caio nihil deberi. Contrarium tamen hic determinat Imperator quod iſto caſu inſtitutus, & ſubſtitutus æquis proportionibus defuncto ſuccedūt, & hoc propter errorem teſtatoris, qui ſi ſciuiſſet eum ſeruum, forte hæredem non inſtituiſſet; ſi vero Caius ſubſtitutus ſeruo, fuiſſet quoque ei cohæres factus, tunc hæreditas in duos ſemiſſes diuidenda eſſet, quorum vnum æquis portionibus diſtribuitur, inter dominum ſerui inſtitui, & ipſum Caium cohæredem, & ſubſtitutum ſimul. Alter vero ſemis ad ſolum
a Caium ſubſtitutum *a* pertinebit. Et ita Caius feret dodrantem, id eſt, nouem vncias ſeruus vero, vel eius dominus quadrantem, id eſt, tres vncias, l. ſi paterfamilias, & l. & hoc Tiberius, ff. de hæredibus inſtituendis.

ADDITIO.

a *Alias ſubſtitutum inſpecta opinione teſtatoris, (qui putauit ſe liberum hominem inſtituere) & hunc quoque ſemiſſem ferre debere videbatur arg. l. 2. §. ſi quis a pupillo, ff. pro emptore. Et inſtituto non capiente hæreditatem, pars inſtituti ad ſubſtitutum defertur. In contrarium regula eſt, poſt aditam hæreditatem expirare vulgarem ſubſtitutionem, l. aditam, C. eod. In his anguſtijs media via electa eſt, vt inter ſubſtitutum ſerui, & dominum ſerui hæreditas dimidiatur.*

a DE PVPILLARI *a* ſubſtitutione.

TITVLVS XVI.

1 *Pupillaris ſubſtitutio quid ſit.*
2 *Quomodo differat a ſubſtitutione vulgari.*
3 *Vnde hæc ſubſtitutio ſit introducta.*
4 *Pupillaris ſubſtitutio diſtinguitur in expreſſam, & tacitam.*
5 *Requiſita pupillaris ſubſtitutionis.*
6 *Quibus liberis ita ſubſtitui poſſit.*
7 *Impubes ætas quæ dicatur.*
8 *Mater filijs impuberibus pupillariter ſubſtituere non poteſt.*
9 *Si auus ſubſtituit nepoti, qui mortuo auo in poteſtatem ſui patris eſt recaſurus, euaneſcit ſubſtitutio.*

10 Pa-

ADDITIO.

a *De pupillari ſubſtitutione vide Roland. in tract. de teſt. part. 1. rub. 24. Adde Fumeum tract. de ſubſtitutione, c. de pupillari ſubſtitutione. Et ex quibus coniecturis intelligatur facta pupillaris ſubſtitutio, vide Mant. 5. de coniect. vlt. volunt. 7. Et an reciproca ſubſtitutio impuberibus coniunctim facta cum compendioſa complectatur pupillarem, vide ibid. c. 8. De coniecturis quæ verſantur circa pupillarem ſubſtitutionem, c. 9 Ex quibus partibus intelligatur facta c. 10. An teſtatoris, vel pupilli affectio ſpectanda ſit in hac ſubſtitutione, c. 11. Quando finiatur ex coniectura voluntatis. c. 12.*

Digitized by Google

Quo caſu ſubſtitutio locum habet, quando alter ex eis non adit hæreditatem. II. Quandoque continet duas pupillares, quando duobus filijs impuberibus exhæredatis, ita ſubſtituitur. Tunc enim vulgares includi non poſſunt, quia certum eſt, quòd nō poſſint eſſe hæredes, eum ſint exhæredati. Ergo tantum duæ pupillares continebuntur. III. Continet hæc ſubſtitutio interdum duas fideicommiſſarias, quando pater liberos impuberes inſtitutos in codicillis inuicem ſubſtituit. Nam hæreditas in codicillis directò dari non poteſt, ſed tantum in teſtamento. Ideo hęc verba directa tunc obliquantur, & ad fideicōmiſſum trahuntur, vt notatur per Bart. poſt tex. in l. Sceuola, ff. ad S C Treb. IV. Quandoq; continet duas pupillares & duas vulgares. Veluti quādo fit duobus filijs impuberibus, in poteſtate exiſtētibus. Pupillaris enim expreſſa continet tacitam vulgarem, vt quando pater dicit: [Filios meos impuberes hæredes inſtituo, & ſi adita, vel nō adita hæreditate in pupillari ætate deceſſerint, eos inuicem ſubſtituo.] Hic ſunt duæ ſubſtitutiones pupillares expreſſæ, & duæ vulgares tacitæ, videlicet, [ſi nō adita hæreditate in pupillari ætate deceſſerint.] Imo aliquando ſex & octo, & aliquando plures comprendit, quia numero liberorum hæ ſubſtitutiones augentur. De quo latius vide Bart. & Doct. in d. l. Lucius.

a DE COMPENDIOSA a
Subſtitutione.

1 *Compendioſa ſubſtitutio quid ſit, quot complectatur ſubſtitutiones, vnde dicta num. 2. & 3.*
4 *Quomodo differat a breuiloqua.*
5 *Quibus verbis fiat.*
6 *Quæ ſint verba directa, quæ obliqua, vel precaria, & quæ ſint communia.*
7 *De effectibus huius ſubſtitutionis.*
8 *Quid iuris, ſi talis ſubſtitutio fiat à milite filio impuberi, verbis, vel directis, vel obliquis, ſiue precarijs, vel etiam communibus, & num 9. & 10.*
11 *Item quid iuris ſi hæc ſubſtitutio fiat à pagano, per eadem verba.*
12 *Sequitur declaratio textus.*
13 *In ſubſtitutione pupillari ſi filius decedat adita hæreditate, ſubſtitutus patri, & filio ſit hæres, ſed non adita hæreditate patri tantum ſuccedit.*
14 *In pupillari ſubſtitutione duo quodammodo ſunt teſtamenta: vnum patris, & alterum filij impuberis, Vel poteſt dici eſſe vnum teſtamentum duarum hæreditatum.*
15 *Conſilium Imperatoris in ſubſtituendo impuberi filio.*
16 *Pupillaris ſubſtitutio extenditur etiam ad filios exhæredatos item ad poſthumos.*
17 *Pupillare teſtamentū eſt pars, & ſequela paterni teſtamenti.*
18 *Habens plures liberos, ſubſtituere poteſt, vel ſingulis, vel vltimo morienti tantum.*
18 *Subſtitutio pupillaris poteſt fieri per proprium nomen ſuſtituti, vel etiam generalibus verbis.*
20 *Extraneo aut etiam filio puberi, directò ſubſtitui non poteſt, ſed per fideicommiſſum poteſt.*

1 COmpendioſa ſubſtitutio eſt, quæ, cum plura tempora
ſeu tractū temporis in ſe contineat, ſub verborum com
pendio plures ſubſtitutiones complectitur: Veluti: [Inſtituo
filium meum hæredem, & quandocumque is deceſſerit ſub-
2 ſtituo ei Caium.] Continet enim plures ſubſtitutiones: Pu-
pillarem ſi in pubertate deceſſerit: vulgarem, ſi poſt puberta-
tem, & exemplarem, ſi in furore. Item directam, & fideicom
miſſariam. Eiuſq; materia tractatur per Bart. in l. Cēturio, ff.
eo. Et per Panorm in c. Rainutius, de teſtam. Angel. in §. fi. In
3 fra eod & per Plat. in d §. qua ratione, ante fin. Et ſi dicta eſt,
à compendio, ſeu breuitate verborū compendioſa. Et differt
4 à breuiloquia, quia illa inter plurea perſonas tantum locum
habet, vt quando plures inuicem ſubſtituuntur. Compēdioſa
verò vni tātum fieri poteſt, & fit verbis directis, obliquis, ſeu
precarijs, & communibus. Directa verba ſunt, quæ de ſui na-
tura important, vt ſubſtitutus capiat hæreditatem a ſeipſo, &
nō de manu alterius; vel per interpoſitam perſonam. Veluti;
[Si is hæres non erit. Caius hæres eſto Item, Dominus eſto.
Item Te hæredem facio. Item, Capiat, & Accipiat, &c.] Obli-
qua verò, ſeu precaria verba ſunt, quæ important, vt ſubſtitu-
tus non per ſe, ſed per mediam perſonam perueniat ad hære-
ditatem. Veluti, [Mando, iubeo, rogo, vt reſtituas hæreditatē
meam Sempronio. Item, Volo dari, reddi diuidi, &c.] Com-
munia vero verba ſunt, quæ ad vtrumque ſignificatum dire-
ctum, & obliquum poſſunt adaptari, vt ſunt verba iſta, (perue
nit, detineat, habeat, deuoluatur, deferatur, conſequatur, &c.)
b *b* vt declarat Bar. & alij in d. l. Centurio. Et quod ad effectus
7 huius ſubſtitutionis attinet, diſtinguitur inter hæc verba, ac
perſonas, à quibus ſubſtitutio facta eſt. Aut enim fit à milite,
aut a pagano.

8 Primo caſu, quando ſubſtitutio talis fit à milite filio impu-
beri directus verbis, veluti, (Quandocumque filius meus im-
pubes deceſſerit, hæres eſto Caius.) Si nunc filius decedat in
pupillari ætate, valet hæc ſubſtitutio iure communi, & habet
vim pupillaris ſubſtitutionis directæ. Ita quòd ſubſtitutus ca-
piat omnia bona, tam patris, quam filij vndecumque quæſita,
l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, & d. l. Centurio, ff eod. Si verò
poſt pubertatem decedat, valet hæc ſubſtitutio etiam directa,
non quidem iure communi, ſed militari. Sed tunc ſubſtitutus
tantum capit bona patris, cum fructibus extantibus: non autē
ipſius filij, poſt pubertatem decedentis, aliunde quæſita, vt no-
9 tatur in d l. Centurio. Sed quando fit per verba obliqua, ſeu
præcaria, valet iure fideicōmiſſi, ita quod legitimus hæres ab
inteſtato ſuccedens, retenta Trebellianica, ſubſtitutio hæredi-
tatem reſtituat, l. cohæredi, §. cum filiæ, verſ. quod ſi hæredē,
10 ff. eod. Si verò fit per verba communia, tunc ſemper valet de
iure directo, niſi mater eſſet in medio. Quia tunc illa ſubſtitu
tio obliquaretur, & valeret iure fideicommiſſi, ita vt ſubſtitu
tus ex manu matris hæreditatem capere teneatur, vt notatur
in l. precibus, C. de impuber. & al. ſubſtit.

11 Secundo caſu, quando fit à pagano verbis directis, hoc mo
do, (Quandocumque filius meus impubes deceſſerit, hæres
eſto Caius, tunc valet, ſi intra pubertatem decedat, iure dire-
ctæ pupillaris. Quia pater videtur impuberis teſtamentum fe
ciſſe. Si verò poſt pubertatem moritur, hæc ſubſtitutio om-
nino, expirat, l. in pupillari, ff. eod. Si vero facta fuerit talis ſub
ſtitutio puberi directis verbis à pagano, illa quidem ab initio
non valet, ſed trahitur ad fideicommiſſariam, ſecundū Doct.
in l. verbis ciuilibus, ff. eod. Si vero fit verbis communibus in-
c tra pubertatem, habere vim pupillaris ſubſtitutionis, etiamſi
mater ſit in medio. Sed poſt pubertatem trahitur ad fideicom
d miſſum, vt notatur in d. l. *d* Scæuola, ff ad S. C. Treb. & quan-
do verbis obliquis fit, non eſt dubium, qui tunc habeat ſaltem
vim ſubſtitutionis fideicommiſſariæ., ita vt neque matrem
excludat, neque ſubſtitutus bona filij aliunde quæſita capiat,
ſed tantummodo patris teſtatoris, d. l cohæredi, §. cum filiæ.
Et de his latius vide Ang. in d. §. fin & Plat. in d §. qua ratione.
12 Bart. & alios in d. l. Centurio, & tract. Zal in 5. cap. &c His ſic
præmiſſis, breuiter text. titul. noſtri declarari poteſt, videlicet,
13 quod in principio Imperator declarat ſubſtitutionem pupil-
larem. Et quod comprehendat iſtos duos caſus, ſiue filius im-
pubes decedat adita hæreditate, ſiue nō adita ita tamē, vt prio
ri caſu ſubſtitutus patri, & filio fiat hæres. Poſteriori vero ca-
ſu, & patri tantum ſuccedat. Et in fine principij ſubijcitur, vn-
de, & quare hæc pupillaris ſubſtitutio introd. ſit. In d. §. qua ra
tione, tangitur materia ſubſtitutionis exemplaris, quod ad
exemplum pupillaris pater filio furioſo etiam puberi, ſuſtitue
te poſſit, & quod hæc expiret, quando furor deſinit.

14 In §. igitur, tradit Imperator ad declarationem pupillaris,
quod in ea duo quodammodo ſint teſtamenta. Vnum patris,
qui primum de ſuis teſtatur, & alterum filij impuberis, qui
propter ætatem aliâ de ſuis bonis teſtari prohibetur, §. præ-
terea, ſupra qui teſtamenti facere poſſ. Vel poteſt dici eſſe vnū
teſtamentum duarum hæreditatum.

15 In §. ſin autem, Imperator tradit conſilium, ſubſtituendo
filio impuberi: ne à ſubſtituto ſequātur inſidiæ vitæ ipſius im
puberis, vt bona deinde perueniant ad ſubſtitutum.

16 In §. Non ſolum, duobus modis extendit pupillarem ſubſti
tutionem. Primo, quod pater filijs etiam exhæredatis ſubſti-
tuere poſſit. Deinde etiam poſthumis.

In

ADDITIONES.

a *De compendioſa ſubſtitutione, vide l. Centurio, 16. Bart. ff. eod.*
b *De verbo diuidat, & Bal. in l. vlt. C. famil. erciſc.*
c *De hac quæſt. acriter certatum inter interpretes, alijs dicentibus compendioſam habere hoc caſu vim pupillaris: alijs verò exiſtimantibus eam vim habere fideicommiſſariæ fauore matris. Et hanc tenet Bartol. in l. Centurio, ff. de vulg. Vide plura apud Mant. 7. de coniect. vlt. vol. 3. num. 16.*
d *Gl. in §. qua ratione, hoc tit. Cin. in l. precibus. Co. de impub. & alt. ſubſt. Caſtren. ibid. & in l. Centurio. ff. de vulg. vbi Seuerinus, Corneus, Aretinus, & Dec. conſ. 228.*

Digitized by Google

17 In §. Libetis,ponitur vnū requiſitum ad pupillarem ſubſti-
tutionem, videlicet, quod pater primo ſibi faciat teſtamentū,
cum pupillare teſtamentum ſit pars,& ſequela paterni teſta-
menti. Ita quod ſi paternum teſtamentum nō valeat, nec filij
cōſiſtere poſſit, ideo pater nō poteſt pro ſua perſona inteſta-
tus decedere,& tamen facere teſtamentū pro filio impubere.
18 In §. Vel ſingulis, docet Imperator, quod habens plures li-
beros, ſingulis ſubſtituere poteſt, ne aliquis decedat inteſta-
tus, vel vltimo morienti tantum ſubſtituere poteſt,& tum nō
ſubſtituet eos inuicem. Et ideo ſi vnus moriatur, qui non eſt
vltimus, ſuccedunt alij in eius partem, non iure ſubſtitutio-
nis ſed iure legitimo. Adde l. vel ſingulis, ff. eod.
19 In §. ſubſtituitur, dicitur, quod pupillaris ſubſtitutio poteſt
fieri, vel per propriū nomen ſubſtituti, vel etiam generalibus
verbis veluti, Quiſquis mihi hæres erit, ſit & filio meo hęres.
In §. Maſculo, traditur, quod pupillaris ſubſtitutio adue-
niente pubertate extinguitur.
20 In §. fi. materia ſubſtitutionis compendioſe tangitur, quod
directo non poſſit ſubſtitui extraneo, aut etiam filio puberi,
quandocumque deceſſerit, ſed bene per fideicommiſſum te-
ſtator eos obligare poteſt, ad reſtituendam hæreditatem al-
teri. De quo infra in tit. de fideic. hæred. dicetur.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA infirmentur.

TITVLVS XVII.

1 *Continuatio, & rubrica concordans in ff. & nu. 3.*
2 *Sub ſole nihil adeo firmum eſt quod non poſſit rumpi.*
4 *Teſtamentum aliud iuſtum dicitur, aliud iniuſtum. Et quid*
ſit teſtamentum iniuſtum, item quid iuſtum, & nu. 5. & 8.
6 *Quando quæritur de validitate teſtamenti, quæ ſint ordine*
conſideranda.
7 *Ex teſtamento iniuſto, & imperfecto, etiam Imperator hæres*
inſtitutus nihil petere poteſt.
9 *Teſtamentum iuſtum ſiue legitimum nonnumquam infirma-*
tur: nam aut rumpitur, aut fit irritum.
10 *Rumpitur teſtamentū, vel agnatione poſthumi, vel agnatione*
ciuili per arrogationem ſcilicet, & adoptionem, vel denique
per poſterius teſtamentum iure perfectum, de quo in §. ſeq.

1 DIctum eſt hactenus, *a* qualiter teſtamenta fiāt,
a & quæ requirantur ad hoc, vt valeat teſtamē-
2 tum, vt dicatur iuſtum, & perfectū. Sed quia
nihil ſub ſole adeo firmum eſt, quod nō poſſit
rumpi, §. nuptias, in Auth. de nupt. facit l. fora-
men, ff. de ſeruit. vrban. præd. Ideo Imperator
nunc exponit, quibus modis teſtamenta rite facta rurſus in-
3 firmentur Et concordat cum hac Rub. tit. in ff. de iniuſt. rupt.
4 & irrito facto teſtam. Ad eius intellectum præmittendum,
5 quod teſtamentum aliud dicitur iniuſtum, aliud verò iuſtum.
Iniuſtum teſtamentum dicitur, quod non iure, ſeu legitimè
factum eſt, & quod ab initio non valet, vel infirmū, imper-
fectum, ac nullum eſt, veluti quando is, qui fecit, non habuit
teſtamenti factionem actiuam, de quibus ſupradictum eſt,
in tit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Vnde
6 I.C. in l. 4. ff. de teſtamentis dicit, quod ſemper, quādo de va-
liditate alicuius teſtamenti quęritur, videndum ſit primo, an
is, qui fecit, habuerit teſtamenti factionem. Deinde, an ſe-
7 cundum formam à legibus pręſcriptam fecerit. His enim de-
ficientibus, teſtamentū ab initio ipſo iure non valet, ita quod
ex tali teſtamento, tamquam imperfecto, etiam Imperator
hęres inſtitutus nihil poſſit petere, l. ex imperfecto, C. de teſt.
Vnde ſi ſolemnitates enumeratę in l. hac conſultiſſima, C. de
teſtamentis, omiſſę fuerint, aut hęres teſtamento non fuerit
inſtitutus, vel incapax hęres nominatus ſit, aut non ſit inſti-
tutus is quem oportebat inſtitui, aut exhęredari, teſtamentū
8 à principio inutile, & nullum eſt. Iuſtum verò teſtamentum
dicitur, quod iure, ſecundum diſpoſitionem legis, & formam
à iure traditam, factum eſt, & perfectum, ſeu legitimum di-
citur, ita vt hęres inſtitutus poſſit adire hęreditatē, excloſis ve
nientibus ab inteſtato, iuxta l. quamdiu inſtitutus, ff. de acqu.
9 hęr. Et tale teſtamentum, quod ſic legitimè, & ſolemniter fa-
ctum eſt, & à principio valet, aliquando infirmatur, ita quod
rumpatur, aut irritum fiat, & de his infirmandi teſtamenti
10 duobus modis, hoc titulo potiſſimum agitur. Initio enim de-
clarat Imperator, qualiter teſtamentū legitimum rumpatur.
Et primo rumpitur agnatione poſthumi, veluti ſi teſtator
habilis fecit teſtamentum, in quo inſtituit liberos iam exiſtē-
tes hęredes, & omnia tunc ritè fecit, quę ritè fieri debuerūt:
ſed poſt mortem patris teſtatoris, aut etiam eo viuo, poſt cō-
ditum teſtamentum, natus eſt ei poſthumus, de quo non co-
gitauit. Hoc caſu rumpitur illud teſtamentum patris, agna-
b tione *b* ſui hęredis, l. 1 in fi. & l. 3. in princ. & l. certum, ff. eod.
& hic in fin. princ. Niſi idem poſthumus in vita teſtatoris de-
cedat. Nam tunc, quoad effectum, non rumpitur teſtamen-
tum, l. poſthumus, in primo reſponſo, ff. eod.
c Secundo, rumpitur teſtamentum agnatione *c* ciuili, per ar
rogationem ſcilicet, & adoptionem. Vt quando teſtator poſt
conditum teſtamentum arrogat eū, qui ſui iuris eſt, vel ado-
ptat eum, qui alieni iuris eſt. Nam tunc teſtamentum omni-
no rumpitur, perinde, ac ſi filius iſte legitimus tantum eſſet
naturaliter procreatus ex iuſtis nuptijs, vt hic, in princ. & d.
l. 1. & d. l. certum. Et hoc eſt verum, ſec. gl. hic, ſuper verbo, cō-
d ſtitutionem, quando *d* adoptatur quis ab aſcendente, in cu-
ius poteſtatem tranſit: alias non rumpit teſtamentum patris
adoptiui. Licet enim adoptatus ab extraneo, ei ſuccedat ab
inteſtato, non tamen adoptans tenetur eum inſtituere hære-
dem, l. cum in adoptiuis, §. ſed ne articulum, C. de adopt. de
quo in primo titulo tertij libri, de ſucceſ. filiorum legit. tan-
tum dicitur. Deinde limitatur, vt per arrogationem teſtamē-
tum non rumpatur, quando teſtator arrogat eum, quem
e prius in teſtamento inſtituit hæredem, l. ſi *e* qui hæres, ff. eod.
& gloſ. hic, in verb. rumpitur.

ADDITIONES.

a *Differt hic titulus à ſequenti. Hoc enim traditur, quemadmo-*
dum teſtamenta infirmentur ipſo iure; ſequens vero quemad-
modum infirmentur officio iudicis, propoſita querela explicat.
b *An matris Minime, l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib.*
& poſthum. Talis tamen poſthumus querelam inofficioſi ha-
bet, l. 3. C. de inoffic. teſtam.
c *Natura agnaſcitur nobis ſuus ſi naſcitur; ciuiliter, ſi per nos*
adoptatur. Et hæc non agnatio, ſed quaſi agnatio ſui heredis,
vt hic, & l. certum, ff. de iniuſto.
d *§. ſed hodie, ſupra, de adoptionibus.*
e *L. filio, in fi. ff. de liber. & poſthum.*

§. Poſteriore.

1 *An, & quando teſtamentum poſterius rumpat præcedens.*
2 *Paganus non poteſt cum duobus teſtamentis decedere.*
3 *Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effe-*
ctum.
4 *Ratio diuerſitatis: cur teſtamentum vltimum deroget omni-*
bus prioribus: ſed pluribus ſententijs ab eodem iudice ſuper
vna, & eadem relatis prima valeat, & non ſecunda, & n. 5.
6 *Sententiam definitiuam iudex reuocare non poteſt. Secus eſt*
in interlocutoria.
7 *Nemo poteſt ſibi imponere legem, à qua nō liceat ei recedere.*

1 TErtio, prius *a* teſtamentum rumpitur per poſterius iu-
a re perfectum, vt hic, & dict. l. 2. ff. eod. Sæpe enim fit, vt
plura aliquis teſtamenta conficiat. Eſt enim voluntas defun-
cti ambulatoria vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum, leg. 4. ff.
de adimp. legatis. Et his tamen vnum tantum valere poteſt,
quod ſcilicet nouiſſimè factum eſt, per quod ſtatim rumpi-
tur primum, etiamſi illud ęquè iure perfectum ſit. Item etiāſi
nihil dixerit teſtator, nec adiecerit clauſulam derogatoriam,
in poſteriori teſtamento, videlicet caſſans, & irritans omne
aliud teſtamentum, quæ clauſula hodie, ſecundum Angel.
communiter per tabelliones apponi ſolet, quia ipſius rei na-
tura ſatis id demonſtr. Cum paganus nō poſſit cum duobus
teſtamentis decedere, ſecundum gloſ. hic in verb. rumpitur.
Item per ſecūdum tollitur primum teſtamentum, etiamſi ex
ſecundo actualiter non adeatur hæreditas, dummodo ex eo
adiri poterat, vt hic, quia hæres inſtitutus noluit adire hære-
ditatem, aut viua teſtatore, aut eo mortuo, antequam tamē
hæres adiret hæreditatem, deceſſit, aut quia conditio defe-
cit, ſub qua in ſecundo teſtamento inſtitutus eſt, nihilominus
enim

ADDITIO.

a *Poſteriore teſtamento valido, & ſolemni prius tollitur, vt hoc,*
§. De quo vide Concennatium 3. q. 2. Clar. 3. Sent. §. teſtamen-
tum, q. 54. Vbi quærit, an hæc ſententia vera ſit, prius iuramē-
tum coram Imperatore factum fuerit, aut in primo iuramen-
tum de teſtamento numquam reuocando adiectum.

Digitized by Google

Duodecimo, hæretici, & credentes, hæreticis, Auth. credẽtes, C. de hæreticis, vnde, & Anabaptiſtæ teſtari non poſſunt, l. fin. in fin C. ne ſanctum baptiſma iteretur.
8 Decimotertiò, committens crimen læſæ maieſtatis, l. finali, C. ad leg. Iul maieſt.
9 Decimoquarto, monachus regulariter teſtari non põt. Authent. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Sed hoc fallit, quando hẽt liberos, & poſtea ingrediatur monaſterium. Nam tũc diſponere, & de bonis ſuis teſtari poteſt iuxta formã tradita in Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccl. Sic, quòd filijs legitimã nõ diminuat. Plus autem eis relinquere poteſt, ita tamen, vt ſibi reſeruet virilẽ partem, quæ monaſterio cõpetat. Si verò poſt ingreſſum monaſterij ab inteſtato decedat monachus, eius liberi accipiunt legitimã, & reſiduum deuoluitur ad monaſterium, de quo vide Doct. poſt tex. in d Anthen. ſi qua mulier.
10 Decimoquinto, condẽnatus ad *a* mortẽ naturalẽ, vel ciui-
a lẽ, efficitur *b* inteſtabilis Quia eſt effectus ſeruus pœnæ, adeò
b quod teſtamentũ antea factum, reddatur irritũ, *c* l. eius qui, §.
c 1. ff. eo. & l ſi quis filio, § irritũ, ff de iniu. rup. & irri. fact. teſt. & DD. in § maximè, ſup. de capit. dimin. Si tamen fecit teſtamentũ ante ſententiã, & pendẽte accuſatione, & inquiſitione moriatur, priuſquã ſentẽtia condẽnatoria cõtra ipsũ feratur, valet teſtamentũ, l. ſi quis poſt, ff. eo Itẽ ſi poſt ſniam condẽnatoriã teſtetur, & a ſentẽtia appellet, ac pẽdente appellatione moriatur, eius teſtamentũ valebit, d. l. qui à latronib. §. 1. ff. eo.
11 Decimoſexto, is, qui cõmiſit delictum, pro quo pœna mortis imponenda erat, ſi ſeipſum in carcere interficiat, redditur inteſtabilis, ita quod teſtamentũ ab eo factũ, non valeat quia ſeipſum interficiẽdo, videtur de crimine fateri. Quod eſt ve-
d rum, ſi metu delicti, vel pœnæ ſe interficit *d* ſecus ſi ex aliquo
12 dolore, vel rabie furoris, l. 2. C. eo. Is tamẽ nõ debet amplius aliqua pœna corporali affici, ex quo delictũ morte extinctũ eſt, l. defuncto, ff. de publ. iud. ſec. Alex. & Iaſ. in d. l 2. C. eo. licet Bald. ibi dicat, hoc relinquendum eſſe arbitrio iudicis.
13 Decimoſeptimo, vſurarius manifeſtus teſtari nõ põt, & ſi facit teſtamẽtũ nõ valet, niſi prius ſatisfaciat de vſuris, vel præ-
e ſtet cautionẽ de ſatisfactione c. quamquã, de vſur in 6 Sicut tales vſurarij nec ad cõmunionem Altaris admitti, neq; Chriſtianã ſepulturã recipere debent c. quia in oĩbus, ext. de vſur.
14 Decimoctauo, vaſallus de feudo teſtari nõ *f* poteſt, c. 1. de
f ſucceſ. feudi, & c. 1 §. donare. Qualiter olim feudũ alienari poterat. Quod limita non procedere, quando dominus viuente vaſallo, vel eo mortuo, ratificat teſtamentũ, conſentientibus tamen agnatis De quo vide Curtiũ tr. de feudis in 4. p. mihi,
15 nu. 127. Vltimò circa hunc titulum dubitari, & quæri poteſt,
g an ægrotus & decumbens poſſit condere *g* teſtamentum? Et
h de iure cõi nullum eſt *h* dubiũ quin poſſit, per tex. *i* in d. l. ſe-
i niũ, C. eod. vbi dicitur: *Senium ætatis, vel ægritudinem corporis ſynceritatem mentis teſtantibus, teſtamenti factionẽ certũ eſt nõ auferre.* De iure verò Sax. magnũ videtur eſſe dubium, propter tex *Weichbild*, art. 65. vbi dicitur: Quòd nullus mas, ſiue nulla fœmina, poſſint decumbentes bonorum ſuorum quidquam mortis cauſa donare, quod valorem 5. ſolidorum excedat, vel *nach Landrecht*, quantũ vltra ſpondã porrigerẽ valet, art. 25 lib. 1. Contrariũ tamen eſt verius, quod per illos textus nõ auferatur ægrotis teſtamenti factio. Quia loquun-
16 tur per verba cõtractus, quæ ad ius teſtandi non pertinent, l. contraxerunt, ff. de verb. ſignif. vnde Iaſ. in l. nõ dubium, C. de teſt. dicit, quòd prohibitus cõtrahere cum certo genere perſonarum, non videtur prohibitus in teſtamento eis aliquid relinquere. Quod pro concluſione huius tituli notandum.

ADDITIONES.

a *Dictum eſt de hac quæſtione aliquid ſupr. §. cum autem, quibus modis ius pat poteſt. ſolu.*

b *Quid ſi damnatus eſt ad pœnam mortis iure prohibitã? Aliud. Et ita Ang. notat in l. ſi quis mihi bona, §. 1. ff. de acq her. Vbicumque igitur iudex inſuetam pœnam infligit, damnatus ad mortem teſtari poterit, vide ad hanc ſententiam 8. exceptiones apud Socinum, regula damnatus, 76.*

c *Hoc non obtinet hodie hac in prouincia, niſi in illis caſibus, vbi etiã bona confiſcantur, vt eſt cõſtitutum p. 3. conſt 6. Vide Sal. in Auth ſed hodie C. de don. inter vir. & ux. Iul. Clar. de teſt. q. 20. Imola, c. quia, nu. 30. de teſtam. Natta. conſ. 178 nu. 4.*

d *Hoc pendet ex ſuperiore diſtinctione, vtrum ſcilicet reus ſit delicti ex quo publicatio bonorum ſequatur, an non.*

e *An præſtanda eſt cautio pigneratitia? An ante teſtamentũ facta præſtanda? An idem eſt in eo, qui deſijt vſuras exercere? An idem in iudæo, cuius ſors ac conditio perpetuo eſt fœnori dare? An quod hic dicimus de teſtamẽto, idem admittendũ fuerit in donatione mortis cauſa? nimirum, vt vſurarius manifeſtus mortis cauſa donare non poſſit? Vide Clar. 3. Sent. §. teſtamentum quæſt. 26.*

f *Iure Longobardico in Gallia cum feuda ſint redacta ad inſtar patrimonialiũ, & allodialiũ, vaſallus de ſuo feudo teſtari põt.*

g *In mortis articulo poſitus teſtari poteſt, vt hic. Poteſt etiã matrimoniũ contrahere, & per huiuſmodi matrimonium liberos legitimare, vt ſup. dictum eſt, tit. quibus mod. ius pat. pot. ſoluit.*

h *Dubitandi ratio videtur, quod mens morituri mortis cogitatione perturbetur, l. hac conſultiſſima, §. atque humana, C. qui teſtam. quod ſenio nec is, & balbutientis lingua ſit l. quoniam indignum, C. de teſt.*

i *Facit l. Pamphilio, 39. §. 1. ff. de leg. 3.*

a DE EXHÆREDATIONE a LIBERORVM.

TITVLVS XIII.

1 *Tituli concordantes.*
2 *Liberi, aut expreſſe inſtituendi ſunt aut nominatim exhæredandi.*
3 *An valeat teſtamentum, ſi filius, qui iam natus, & in teſtamento præteritus erat, moriatur adhuc viuo patre.*
4 *Item, An ſubſiſtat teſtamentum, ſi præteritus poſthumus moriatur poſtea patre adhuc viuo.*
5 *Exhæredare quid ſit.*
6 *Votum parentum eſt liberis parare, & locupletare eos.*
7 *Itẽ naturalis ſtimulus hortatur, & vrget ad curã pro liberis.*
8 *Exhæredatio eſt duplex, tacita. & expreſſa.*
9 *Ad exhæredationem, vt valeat, quinque requiruntur.*
10 *Ingratitudo tollit debitum naturæ.*
11 *Dictum diui Bernardi de ingratitudine.*
12 *Donatio ob ingratitudinem reuocari poteſt.*
13 *Cauſæ 14 propter quas parẽtes exhæredare poſſint liberos ſuos*
14 *An, valeat exhæredatio propter alias æque graues, vel grauiores cauſas.*
15 *Filius proditor patriæ, impunè à patre occidi poteſt.*
16 *Etiam in materia pœnali, & ſic odioſa, licita eſt extenſio ad ſimiles, vel maiores cauſas.*
17 *Tria remedia quibus ſuccurritur filijs exhæredatis ob aliquam ingratitudinis cauſam.*
18 *Filia peccans in ſuum corpus, dote & alimentis à patre priuari poteſt. Secus ſi agat pœnitentiam.*
19 *Parentes à liberis viciſſim inſtitui hæredes, aut expreſſe exhæredari debeant.*
20 *Octo cauſæ propter quas parẽtes à liberis poſsũt exhæredari.*
21 *Ratio quare filius ex pluribus cauſis exhæredari poſſit quam parentes.*
22 *Amor deſcẽdit, & non aſcendit. Itẽ nullus affectus vincit paternum. Et pater plus debet diligere filium, quam ſeipſum.*
23 *Collaterales et proximiores nõ eſt neceſſe inſtitui, aut exhær.*
24 *An, & quando fratri præterito competat querela inofficioſi teſtamenti.*
25 *Tres cauſæ ob quas etiam turpibus perſonis inſtitutis, fratres exhæredari poſſunt.*
26 *Ingratitudinis cauſam hæres probat.*

COncordat cum hac Rubrica titul. in Digeſtis, de liber. & poſthum. hæred. inſtit. vel exhæred. & in Cod. de lib. præter. vel exhæred. Et cauetur hoc titulo, quod vltra ſolemnitates ſupra enumeratas, ad hoc vt valet teſtamentum, & non poſſit impugnari, requiritur, quòd is, qui habet liberos, aut expreſſe eos

ADDITIO.

a *Rationem ordinis author noſter hic omittit, cæterorumq; continuatio mihi in totum non placet. Hæc ego ſtatuo: Cum à titulo 10. hactenus de forma vtriuſq; teſtamenti pagani, & militaris, item de cauſa efficiente, ſeu de his qui teſtari poſſint, vel non, actum ſit: videbatur nunc de hæredũ inſtitutione agẽdum eſſe (quæ caput, & fundamentum inſtitutionis eſt, vt ſine qua olim teſtamentũ non conſiſtebat, § ante hæredis inſtitutionem 34. Inſtit. de leg. l. ff. de vulg. & pupil. l. vlt. ff. de iure codicill.) Sed quia hæredum inſtitutio, & totum teſtamẽtum, extraneorum potius quam ſuorum hæredum cauſa inuentũ eſt (ſui enim hæredes inſtitutione non indigẽt, l. in ſuis, ff. de lib. & poſth.) & inſtitutio extraneorum penitus vitiatur præteritione ſuorum, l. 8. l 30 cũ ſimil. ff. de liber. & poſth. adeo ante à neceſſario de exhæredatione ſuorum agendũ. vt extraneorum inſtitutio firma, & valida eſſet. Qua occaſione etiã hic tit. rectius de exhæred. inſcribitur, quam vt vult aliquis de inſtit. & exhæred. licet in textu occaſione exhæredationis etiã de inſtitutione mẽtio fiat,*

Digitized by Google

a eos inſtituat hæredes, *a* aut nominatim eos exhæredes faciat,
vt hic in pr. & l. inter cętera, ff. de liber. & poſth. Si enim ſilen-
tio pręterierit, ideſt, neque hęredes eos inſtituerit, neque ex-
b hęredauerit, teſtamentum non *b* valet, vt hic. Eſtque ratio ſe-
cund. Ang. hic. Quia ſolemnitas legis non eſt obſeruata. Item
cùm filius etiam ſit dominus paternorum bonorum in vita
patris, continuatur in eum dominium, niſi per exhæredatio-
3 nem priuetur l. in ſuis hęredibus, ff. de liberis, & poſth. Ideò li-
cet filius iam natus, pręteritus in teſtamento, viuo adhuc pa-
tre decedat, & ſic cauſa impeditiua ceſſet, tamē nullus ex eo
teſtamento, quod ab initio non valebat hæreditatem adire
poteſt, vt hic in princ. Quod eſt verum, ſi ſint inſtituti prorſus
extranei, ſecus autē, ſi ſint inſtituti venientes ab inteſtato
mortuo filio, nā tunc illud teſtamentum reconualeſcit, & ſu-
ſtentatur, vt notatur in l. poſthumus, in fin princ. ff. de iniuſto
4 rupto, & irrito facto teſtam. Item ſecus, ſi præteritus ſit poſt-
humus, ac poſtea viuo adhuc patre moriatur, quia & tunc bo
norum poſſeſſio peti poteſt, ex teſtamento d. l. poſthumus, in
princ. Et pro intellectu huius tituli præmittendum, ſec. Plac.
5 quòd exhæredare nihil aliud ſit, quàm hęreditate, & iure ſuc-
cedendi aliquem priuare, ita quod exhęredatio ſit excluſio à
ſucceſſione, ſeu hæreditate, quando ſcilicet liberi, quib. omni
6 iure bona parentum debentur, ab illis excludūtur, cum aliās
votum parentum ſit, liberis parare, & locupletare, eos, l. ſcri-
pto, ff. vnde liberi. Vnde & Bald in Auth. quod ſine, C. de te-
7 ſtam dicit, quod naturalis ſtimulus hortatur, & vrget ad co-
8 gitandum pro liberis. Eſtque duplex exhæredatio. Tacita, de
qua in §. fin. dicemus, & Expreſſa, quæ eſt quando pater, vel
auus paternus, filium, vel nepotem nominatim expreſſa cau-
9 ſa exhæredationis à ſucceſſione excludit. Et ad hoc, vt exhæ-
redatio valeat, ſec. Plac. hic, num. 4 aliquot ſunt neceſſaria, vt
not. gl. l. 3. §. ante hæredis, ff. de lib & poſth.

Primò, quod nominatim fiat exhæredatio, & vt certa per-
ſona exhæredata demonſtretur, § nominatim, infr. eod. & l.
2. ff. de lib. & poſth.

Secundò, quod fiat purè, non ſub conditione d. l. 3. §. purè,
ff. de liber. poſth. Quia interim pendente conditione filius re-
periretur præteritus, & ſic teſtamentum non valeret, ſecun-
dum Iaſ. in d. l. 3. §. purè.

Tertiò, quod iuſta, & legitima cauſa exhæredationis ex-
primatur, Auth. non licet, C. de lib. præt.

Quartò, quod à tota hæreditate excludatur, non à quota,
ſeu certa re, l. cùm quidam, ff. de liberis, & poſthum.

Quintò, vt hæreditas audeatur, l. filium, §. ſed cum exhære-
datio, ff. de bon. poſſeſ. contra tab.

10 Sextum, & præcipuum requiſitum eſt, vt cauſa ingratitu-
dinis cōmiſſæ exprimatur, ingratitudo enim tollit debitum
11 naturæ, §. hoc autem, quod plus eſt, in Auth. de nupt. Et Bea-
tus Bernardus inquit, quòd ingratitudo ſit ventus vrens, ſic-
cans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fructum gratię,
12 vt refert Panor. in c. fi. de donationibus. Hinc etiam iura ſta-
tuunt, donationem propter ingratitudinem, reuocari poſſe,
13 vt ſup. de don nu. 5. dictum eſt. Referuntur autem per Impe-
ratorem in §. aliud quoque, in Auth. vt cum de appel. cognoſ.
quatuordecim cauſæ, propter quas parentes poſſunt exhære-
dare liberos, de quibus etiam vide DD in d. Auth. non licet,
& Plac. hic in princ. I. Si quis parentibus ſuis violentas manus
c intulerit, exhæredari poteſt. II. Si grauem & inhoneſtam *c*
iniuriam eis ingeſſerit. III. Si accuſauerit parentes de crimi-
ne capitali, niſi ſit aduerſus principem, vel Rempubl. IV. Si
cum maleficis, vt maleficus verſatur. V. Si per venenum, vel
alio modo inſidiatus eſt vitæ parentum. VI. Si nouercæ, aut
concubinæ patris ſe immiſcuerit. VII. Si delator contra pa-
rentes extiterit, eoſq; ſua delatione grauia diſpendia fecerit
ſuſtinere. VIII. Si pater fuerit coniectus in vincula, & filius
noluerit pro eo fideiubere. IX. Si prohibuerit patrem facere
teſtamentum. X. Si pręter voluntatem parentum Arenatijs,
vel Mimis ſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione perman-
ſerit, niſi forſitan parentes eiuſdem conditionis fuerint. XI.
Si filia noluerit nubere, patre volente eam dotare, ſed vitam
luxurioſam elegerit, niſi pater differret eam maritare vltra
25. annum l. ſi filiam, iuncta Auth. ſeq. C. de inoff. teſt. XII. Si
filius neglexerit patrem furioſum curare, vel nutrire. XIII. Si
filius patrem captiuum redimere recuſauerit, nam pater re-
uerſus poteſt eum exhæredare, & ſi in captiuitatem moria-
tur, bona auferuntur à filio tamquā indigno, & applicantur
Eccleſiæ, & conſeruantur pro redemptione aliorum capti-
uorum. XIV Si filius fuerit hæreticus, dicto §. aliud quoque,
cum aliquot §§. ſeqq. Auth. vt cum de appell. cognoſ. Adde gl.
iur. Sax. in art. 17. lib. 1. & conſt. Imperatoris Alberti primam,
quæ habetur poſt ius Saxon. feudale mihi fol. 108.

14 Sed iā quęritur: Si pater filium in teſtamento exhęredauit
expreſſa vna cauſa, quę non eſt de illis 14. cauſis iam enume-
d ratis, ſed tamē eſt ęquè grauis, vel grauior, veluti quia filius *d*
fuit proditor patrię, quo caſu licet etiā patri eum impunè oc-
cidere, l. minimè, ff. de rel. & ſump. funer. exhæredatio valeat.
e Et quamuis hic caſus ſit diſputabilis, communem *e* tamen, &
verā eſſe concluſionem atteſtatur poſt alios D. Iaſ. in d. Auth.
nō licet, C. de liberis pręter. quod talis exhæredatio valeat, &
quod ex ſimili & grauiori cauſa fieri poſſit, & adducitur pro
16 hac ſententia tex. in c. 1. §. Sed quia natura nouas, quæ fuerit
prima cauſa benef. amitt. in vſibus feudorū. Quem ibi Bald.
multum notat, ad hoc, quod etiam in materia pœnali, & ſic
odioſa, licita ſit extenſio, ex ſimili, vel maiori cauſa, de quo la
17 tius vide D. Iaſ. in d. Auth. non licet. Porrò circa exhæreda-
f tionem filiorum notabitis tria remedia *f* in effectu tradita per
Iaſ. poſt alios in d. Auth. nō licet, quibus ſuccurritur filijs cō-
mittentibus cauſam ingratitudinis, vel exhęredatio eis nō no
ceat. I. Si filius viuo patre, vel ante conditum teſtamentum
g egerit *g* pęnitentiam, non poterit ex cauſa ingratitudinis cō-
miſſæ exhæredari, ſec. Alex. in l. 1. ff. ſoluto matr. Et probatur
18 per ſimile. Nam quando filia peccat in corpus ſuum, eſt iu-
ſta cauſa, propter quam pater dotem, & alimenta ei denega-
re poteſt, ſec. Specul. in tit. qui filij ſint legit. & Bart. in leg. fin.
C. de dotis promiſſ. facit tex. in leg. ſi filia tua, C. de inofficio-
ſo teſtamen. Si tamen filia agat pęnitentiam, non poteſt do-
te, & alimentis amplius priuari, ſecundum Specul. in d. titul.
qui filij ſint legit. II. Quando pater per pactum cauſam in-
gratitudinis commiſſam remiſit, filius deinde ex ea non po-
teſt amplius exhæredari, ſecundum Iaſ in dict. Authent. non
h licet, numer. 3. III. Quando *h* pater ex iuſta cauſa filium
exhæ-

ADDITIONES.

a *Videtur autem inſtituere, qui aliquid nomine legitimæ, vel do-
tis, vel communibus verbis, reliquit, vt conſ. p. 3. conſ 9. de quo
diſputant Iaſ. nu. 18. cum ſeq. & DD. in Auth. nouiſſima, C. de
inof. teſt. Sed tamen per hoc non tollitur petitio ſupplementi le-
gitimæ, l. omnimodo l. ſi quando, §. 1. & paſſim, C. de inof. teſta.
quoniam à patre minui, vel grauari nequit, l. quoniam, 32. dict.
Auth. nouiſſ. in fi. C. de inof. teſt. & prædicta conſ 9. p. 3. cū ſit
generalis, nec legitima mentionem faciat, non ita eſt interpre-
tanda, vt legitimam tollat, vel minuat, vt ſæpe pronunciatum
eſt, & quod filia dotata a ſucceſſione excluſa, non tamen exclu-
datur a legitima, tenet Bald. conſ. 152. vol. 2. bonus text. d. l. ſi
quando, § & generaliter, Cod. de inof. teſt. Quamquam contra
conſuluerint plurimi, vt Soc. conſ. 288. nu 26. vol. 1. Dec. conſil.
18. & pretenore, nu. 5. Corn. conſ. 116. difficultas num. 11. vol. 2.
& conſ. 73 licet nu. 1. & conſ. 150. circa nu. 10. & 15. vol. 2. Sed
ſuperior ſententia æquior, & receptior vſu eſt. Idem probat
conſ. 82. p. 3. quæ per generale ſtatutum alteri, puta coniugi, de-
ferens ſucceſſionem, ne parenti quidem legitimam auferri vult:
multo ergo minus liberis auferri poteſt.*

b *Præteritione, vel exhæredatione filij verū teſtam. ipſo iure rū-
patur, vide Concenatium, 3. q. 3. & quid in emancipato teſta-
mēto, militis filijs naturalib. legitimatis, fœmina, eaq; excluſa à
ſtatuto, vide Clarum 3. Sent. § teſta. q. 42. & an teſtamentum
in quo filius præteritus eſt, ſit nullum ipſo iure prætorio, & qui-
dem antequam impugnetur: & quid ſi filius præteritionis cōſen-
tiat: & an hic cōſenſus prœiudicet alteri filio, qui in minori par
te inſtitutus fuit, vide eundem Clar. ibid. q. 43. Vide alia com-
plura ad præteritionem pertinentia apud eundem q. 44. ad 53.*

c *Etiam verbalem, Io. And. in c. vlt. de don Cur. iun. conſil. 148.
Grauis enim iniuria verborum comparatur verberibus. Clar.
3. Sent. § teſtam. q. 41. verſ ſed an propter iniuriam.*

d *Quid ſi filia ſine conſenſu patris nupſit? Exhæredari eo nomi-
ne filiam non poſſe, communis opinio eſt, niſi turpiter, & obſcœnè
viuat. Alb. in c. 1. de deſpon. impu. Iaſ. in l. 2 §. quod ſi in patris
ff. ſol. matr. Bar. 1. conſ. 161.*

e *Et hanc communem ſententiam teſtantur omnes poſt Guillel-
mum Cuneum in Auth. non licet, C. de liber. præter. Alex. ibi.
& Iaſon Clar. 3. Sent. § teſtamentum, q 41. verſ. ſed quæro.*

f *Remedia aduerſus exhæredationem.*

g *Et hanc communem ſententiam eſſe teſtatur Cotta in verb. fi-
lius fam. qui a patre.*

h *Quid ſi poſt ingratitudinis cauſam filius factus eſt furioſus?
Etiam exhæredari poſſe tenet Bar. & Iaſ in l. ex facto, ff de
vulgar. & eſt communis. Contrariam tamen quidam defendunt
æquiorem, nam furioſus non poteſt puniri pro delictis commiſſis
ante furorem Clar. 5. Sent. §. vlt. q. 60. corporaliter, vel pecu-
niariter, arg. l. penult. §. & maxime, ff. de curator. furioſ. & ita
Clar. tenet 3. Sent. §. teſt, q. 41. verſic. ſed pone.*

Digitized by Google

exhæredauit, & deinde reconciliatur patri, eo ipſo exhære-
datio intelligitur adempta, ſec. Bart. in l. 3. §. non ſolum, in fi-
ne, ff. de adim. legatis.
19 Sed iam quęritur è contra. An ſi filius, *a* vel nepos condat
a teſtamentum de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio (de pro-
fectitio enim, vel aduentitio, nec patre conſentiente teſtari
poteſt, vt in præcedent. tit. dictum eſt) nec extent deſcenden-
tes teneantur parentes inſtituere hæredes? Et breuiter dic,
quod ſimiliter parentes expreſſe debent a liberis inſtitui hæ-
redes, aut expreſſe exhæredari, §. iuſtum autem perſpeximus
20 in Auth. vt cum de appel. cognoſcitur. Vbi enumerãtur octo
cauſæ, ex quibus parentes à liberis exhæredari poſſunt. I. Si
pater accuſauit filium de crimine capitali, excepto crimine
hæreſeos, vel læſæ maieſtatis. II. Si pater immiſcuit ſe nurui,
vel concubinæ filij. III. Si pater fuerit inſidiatus vitæ filij. IV.
Si prohibuerit filium teſtari de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi
peculio. V. Si pater veneno, vel alio modo inſidiatus eſt vitæ
vxoris, & è diuerſo, ſi mater inſidiata eſt vitæ mariti. Nam
tunc inſidiantem filius exhęredare poteſt. VI. Si pater filium,
in furore conſtitutum, curare, & nutrire neglexerit. VII. Si
pater filium captiuum non redemerit. VIII. Si fuerit hæreti-
cus, d. §. iuſtum, & adde Plat. hic ante fin. princ. Ratio autem
21 quare filius ex pluribus cauſis poſſit exhæredari quam parẽ-
tes, eſt ſec. Iaſ. in d. Auth. non licet, in princip. Quia vbi maior
cadit affectio, ibi maior etiam ingratitudo, & iniuria cõmit-
titur. Et quia maiorem affectionem habent parentes erga li-
22 beros, quam è contra. Cum amor deſcendat, & non aſcen-
dat, & nullus affectus vincat paternum, l. fi. C. de curat. furio.
ſi. Et pater plus debet diligere filium, quàm ſeipſum, ſec. gl. in
l. iſti quidem, ff. de eo, quod metus cauſa, maiores etiam cau-
ſas ingratitudinis filij committunt, quàm parentes. Et ex prę-
dictis colligi poteſt, qui exhæredare, & exhæredari poſſint,
23 ex quibus cauſis, deſcendentes ſcilicet, & aſcendentes. Nam
in collateralibus, etiam proximioribus non opus eſt inſtitu-
24 tione, aut exhæredatione. Præteritio enim fratrum non in-
ualidat teſtamentum, cum ipſis querela teſtamenti non com-
petat, §. ſoror, infr. de inof. teſtam. Niſi in vno caſu, quando
ſcilicet frater inſtituit turpem perſonam excluſo fratre, d. §.
25 ſoror. Et hoc caſu poteſt etiam frater, non obſtante, quod
turpes perſonæ inſtitutæ ſint, ex tribus cauſis exhæredari,
quas refert Imperator in §. ingratitudinem, in Auth. de nup-
tijs. I. Si procurauit mortem teſtatoris, fratris ſcilicet, 2. Si cri-
minalem accuſationem contra eum induxit. 3. Si ſuæ ſubſtã-
tiæ properauit inferre facturam, de quo vide Plat. hic in fin.
princip. Nam tunc eius portio ad patrem, & ad fratrem per-
26 uenit. Quis autem debeat probare cauſam ingratitudinis,
dic quod hæres, vt in d. Auth. vt cum de appell. cognoſcitur,
§. ſiue igitur omnes, collat. 8. & Plat. hic ante fin. princ.

ADDITIO.

a *Parentes à liberis ſuis, peculium caſtrenſe, vel quaſi habenti-
bus, inſtituendi ſunt expreſſim, vel exhæredandi.*

§. Poſthumi.

1 *Poſthumi etiam hæredes inſtituendi, vel expreſsè exhæredan-
di ſunt.*
2 *Hodie poſthumus exhæredari non poteſt, cum in eum nõ cadat
ingratitudo. Item nec infans, niſi proximus pubertati ſit.*
3 *Poſthumus dicitur tribus modis.*
4 *An, & quando poſthumus agnatione ſua rumpat teſtamẽtum.*
5 *Filius abortiuus habetur pro non nato, ideoque teſtamentum
non rumpit. Fallit, vt num. 8.*
6 *Pęna mulieris recipiẽtis medicamentum, vt faciat abortum.*
7 *Similis pęna eſt eius, qui mulieri poculum amatorium, vel
medicamentum præbet, vt abortum faciat.*

1 CIrca hunc §. notabitis, quòd nõ ſolum liberi iam nati, ſed
etiam poſthumi ſunt expreſſe hæredes inſtituendi, vel
2 exhæredandi. Hodie tamen non *a* poſſunt exhæredari, cum
a in eos vitium ingratitudinis non cadat. leg. ſi quis ſuos, §. fin.
C. de inoffic. teſtam. Vbi nec infans, propter iſtam rationem,
exhęredari poteſt, niſi ſit proximus pubertati, ſecũdum DD.
3 hic. Dicitur autem poſthumus tribus modis. I. Qui poſt
mortem patris naſcitur, quaſi poſthumum patris natus, l. 3.
§. poſthumos, ff. de iniuſto, rupto, &c. II. Qui viuo quidem
patre naſcitur, ſed poſt eius teſtamentum conditum, dicto
3 §. poſthumos. III. Qui naſcitur auo ex vxore filij, viuo adhuc
auo, de quo in §. ſeq. dicitur. Quando autem poſthumus prę-
teritur, tunc eius agnatione teſtamentum factum rumpitur,
de omni differentia ſublata inter maſculum, & fœminam,
vt hic, per rationem l. maximum vitium, C. de libert. præter.
Quod eſt verum, ſi modo viui, & integri naſcuntur, non de-
clinantes ad monſtrum, vel prodigium licet, non edant vocẽ,
l. 3. C. de hæred. inſtit. Filius enim abortiuus teſtamentũ non
5 rumpit, vt hic, & l. 2. C. de poſthumis hæred. inſtit. Quia per-
inde eſt, ac ſi natus non fuiſſet, l. qui mortui, ff. de verb. ſignif.
6 Et obiter notabitis, ſec. Plat. hic, quod mulier medicamẽtum
recipiens, vt faciat abortum, ante partum viuificatum, rele-
gatur, l. diuus, ff. de extraord. crimin. niſi hoc feciſſet propter
pecuniam, quia tunc capite puniretur, l. Cicero, ff. de pœnis.
Sed poſt partum viuificatum, tenetur l. 1. ff. ad l. Pompeiam
de parricidijs. Adde c. ſicut ex literarum, in fi. de homicidio,
Simili pęna afficiendus eſt is, qui mulieri poculum amatoriũ
7 vel medicamẽtum præbet, vt faciat abortum, l. ſi quis aliquid
8 ex metallo, § qui abortionis, ff. de pęnis. Et quãuis abortiuus
partus teſtamentum non rumpat, natus tamen facto ventre
viuus, etiamſi vocem non emittat, ſed ſtatim in manibus ob-
ſtetricis moriatur, rumpit teſtamentum, l. quod dicitur, ff. de
lib. & poſthum. & l. 3. C. de poſthumis hæred. inſtit. Et de
poſthumo videte tex. iur. Saxon. art. 33. li. 1. & pulchram ſen-
tentiam Scabinorum Lipſenſium poſt *Vveichbild*, ſub Rubr.
von freye geboren vnd vnzeitigen Kindern.

ADDITIO

a *Poſthumi iure nouiſſimo exhæredari non poſſunt. Ita tenet gloſ.
in l. maximum vitiu, C. de lib. pret. Zuccard. in repet. l. poſth.
C. de bonor. poſſeſ. contra tab. niſi exhæredentur bona mente.
Hæc enim exhæredatio voce, & figura tantum excluſio eſt, nõ
rer. l. multi non nota, ff. de liber. & poſth. & Bald. in l. in ſuis, ff.
de lib. & poſth. & in l. dotis, C. de iure dotium. Ita tenet Man-
tica 14. de coniect. nu. 13 & ſeq.*

§. Poſthumorum.

1 *Nepotes ex filio etiam hæredes inſtituendi, vel exhæredandi
ſunt.*

1 LOquitur hic §. de tertio genere poſthumorũ. Sicut enim
filij, & poſthumi expreſſe hæredes ſunt inſtituendi, vel
a exhæredandi, ita etiam nepotes ex filio. *a* Si enim quis fecit
teſtamentum, & inſtituit filium ſuum hæredem, non facta
mentione nepotis, & poſtea contingat filium viuo teſtatore
decedere, nepos, qui tranſit in locũ ſui patris, & auo ſic agna-
ſcitur, quaſi poſthumus tale teſtamentum aui rumpit. Debet
igitur pro maiori cautela, talis nepos in teſtamento aui inſti-
tui, vel exhæredari, ne illius præteritione poſtea aui teſta-
mentum infirmetur. Ita eſt text. hic, & in l. poſthumorum, ff.
de iniuſto, rupto, & irrito facto teſtam.

ADDITIO.

a *Nepotem ex ſpurio poteſtne auus hæredem inſtituere? Vide
Gailum 2. obſeru. 115.*

§. Emancipatos.

1 *Emancipationis, & patriæ poteſtatis differentia hodie ſublata
eſt, quo ad ſucceſſiones.*
2 *Filij emancipati quoque inſtituendi ſunt hæredes, vel exhære-
dandi.*

1 AD intellectum huius §. notabitis, cum hodie ſublata ſit
a differentia emancipationis, & patrię poteſtatis, quoad *a*
ſucceſſiones, §. nullam, in Auth. de hęred. ab inteſt. venientib.
2 quod non ſolùm de iure prætorio, ſed etiam de iure ciuili, fi-
b lij emancipati expreſſe inſtitui, aut exhęredari debent: alias *b*
de iure prætorio contra teſtamentum patris bonorum poſ-
ſeſſionem contra tab. habent, vt hic. Et hodie de iure ciuili
tale teſtamentum non valet, vt in §. ſed hęc, infr. eodem not.
§. Ado-

ADDITIONES.

a *Et §. emancipatis, infra, de hered. quæ ab inteſt.*
b *Ideſt, valet teſtamentum mero iure ſi emancipatus ſit præteri-
tus cum expreſſione cauſa, ſed poteſt per cõtra tabulas bonorũ
poſſeſſionem impugnare: alias ſi præteritus ſit emãcipatus cau-
ſa non expreſſa, etiam ipſo iure ciuili teſtamentũ nullum eſt gl.
in §. exhæredatos, in verb. noluit, Nouell. 1. communiter appro-
bata, & Iaſ. refert in Auth ex cauſa, C. de lib. præter. Cretus in
l. Gallus, § quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. Alexan. Ri-
min. Decius in l. ſicut certi, C. de teſta. milit. Alex. 2. conſ. 160.*

Digitized by Google

§. Adoptiuos.

1 *Diſpoſitio huius §. hodie eſt correcta.*
2 *Filius adoptiuus, licet patri ab inteſtato ſuccedat, non tamen ab adoptante neceſſario inſtituendus venit.*

CIrca hunc §. notabitis, quod eius diſpoſitio hodie non
1 procedit, ſed correcta eſt. Licet enim adoptiuus filius,
patri adoptiuo, ab inteſtato, vt filius naturalis, & legitimus,
ſuccedat, tamen ſi adoptans condito teſtamento deceſſerit,
2 & adoptatum non inſtituerit hæredem, neque ei aliquid reliquerit,
in nihilo adoptanti ſuccedit, neque adoptato aliquod
remedium, ſiue iuris ciuilis ſiue prętorij contra teſtamentum
competit, l. cum in adoptiuis, §. ſed ne articulum, Cod. de adoptio.
& § ſed ea omnia, inſ. de hæred. quæ ab inteſt. def. Et ibi
circa ſucceſſionem filiorum adoptiuorum dicemus.

§. Finalis.

1 *Prgteritio matris, vel aui materni habetur pro exhæredatione.*
2 *Competit tamen liberis ſic præteritis querela inofficioſi teſtamenti.*
3 *Ex teſtamento inualido quo ad hæredis inſtitutionem, nihilominus tamen legata debentur, & alia teſtamenti capita firma permanent.*

SVpradictum eſt exhæredationem duplicem eſſe: expreſſam,
de qua hactenus dictum eſt & tacitam, de qua loquitur
§. noſter, Quando, ſ. mater, vel auus maternus, filios, ſiue
a nepotes ſilentio *a* prętereunt. Nam tale ſilentium matris, vel
1 aui materni pro exheredatione habetur, quia liberos non habent
in poteſtate, & tantũ facit iſta præteritio, quantũ expreſ-
b ſa exhæredatio patris & aui paterni operatur. *b* Competit ta-
2 men talibus liberis, ſic præteritis querela inofficioſi teſtamẽ-
3 ti, de qua inſ. in tit. de inoffic. teſt. dicetur. Vltimo circa hunc
titulum notabitis, quod licet teſtamentũ, in quo filius eſt præteritus,
aut ſine cauſa exhæredatus, ſit inualidum, tamen legata,
& alia teſtamenti capita firma manent, excepta inſtitutione,
Auth. Ex cauſa, & ibi Doct. C. de liberis præteritis.

ADDITIONES.

a *Diſtinguunt tamen interpretes hunc in modũ, vt ipſum teſtamentum prorſus ſit nullum, ſi mater aut auus maternus præterierit filium, vel nepotem nulla cauſa adiecta: ſecus, ſi cauſa adiecta præterierit, rem ſe habere aiunt interpretes vide. Hanc præteritionem haberi pro exhæredatione, d. gloſ. in §. exhæredatos, Nouell. 1. & ita communiter receptum ait Sapia, rubr. C. qui admitti. Corneus 2. conſ. 118. Car. 2. conſil. 1. & 2.*

b *Silentio hic prætereundum nõ eſt, quod plurimos hactenus, refellit: nimirum præteritione matris, & parentum maternorum tantum efficere, quãtum exhæredatio patris facit, & ideo propter maternum ſilentium liberos ab eius hereditate iure excluſos eſſe, & eſſe hodie, qui hanc regulam in praxi audeant eo intellectu allegare, & deciſiue quidem ſatis mirari nõ poſſum, immemores eos eſſe conſtitutionis Iuſtiniana de abrogatis legibus iure veteri, certum eſt, liberos exhæredari potuiſſe ſola voluntate parentis, nulla exhæredationis cauſa adiecta, §. nominatim. Inſtitut. de exhæred. liber. eodemq; iure etiam ſilentium matris pro exhæredatione habendum fuiſſe. Sed quia de iure nouo, quo ſtatutum eſt, parentis, non patrem modo, ſed etiã matrem, & aliud quoque, 3. Nouæ cum de appell. cognoſc. in verb. patri, vel matri, liberos exhæredare non poſſe, niſi propter legitimam cauſam? Demus iam ſilentium matris pro exhæredatione eſſe: quid conſequitur aliud, quam quod exhæredatio ſine legitima cauſa ipſo iure nulla ſit, ſilentium ſine cauſa nullum eſſe? Quare cõcludo primum per authoritatem d. Nouell. 115. ius vetus de ſilentio, & præteritione matris penitus ſublatum eſſe. Deinde per rationem naturalem, quod amplius ſilentium verè dici non poſſit, cum cauſa, cur liberi a matre non inſtituantur, adijcienda ſint, vt in terminis d. Nouell. 115. in princip. dicitur, per quod principium, & finem etiam d. Nouella expreſſe ſtatuitur, exhæredationem, & præteritionem ſine iuſta cauſa nullum liberis præiudicium afferre, ſed eos tanquam ab inteſtato æquis partibus ſucceſſuros, iure tantum legatariorum ſaluo manente d. cap. 3. circa fin. verſic. ſi autem d. Nouell. 115. An autem teſtamentum ipſo iure nullum ſit, infra dicetur ad tit. quib. mod. teſt. infirmentur.*

DE HAEREDIBVS,
Inſtituendis.
TITVLVS XIV.

1 *Rubricæ concordantes, & continuatio ad ſuperiora.*
2 *Quid ſit inſtituere hæredem, item quid hæreditas.*
3 *Poſſeſſio non quæritur hæredi, niſi eam apprehendat.*
4 *Hæres idem eſt quod dominus.*
5 *Inſtitui hæredes poſſunt omnes, qui non expreſſe prohibentur; tam liberi homines quam ſerui.*
6 *Serui proprij hæredes inſtitui poſſunt.*
7 *Proprius ſeruus etiam is dicitur, in quo teſtato habet nudam proprietatem, alter vero vſumfructum.*
8 *Seruus hæres inſtitutus, cui acquirat.*
9 *Seruus qui adulterium cum domina ſua commiſit, an manumitti, ac hæres inſtitui poſſit, deque eius pœna.*
10 *De ſeruo in quo quis habet vſumfructum.*

HAbet hæc Rubr. tit concordantes in ff. & Cod de hæred.
1 inſtit. Et hoc modo ad præcedentes continuari poteſt,
quod hactenus dictum eſt, qualiter, & quis poſſit condere te-
a ſtamentum: *a* ſed quia ſine hæredis inſtitutione teſtamẽtum
non valet §. ante hæredis, inſ. de leg. in genere Imperator tradit,
quæ perſonæ hæredes poſſint inſtitui, quæ dicuntur habere
teſtamenti factioné paſſiuam. Eſt autẽ hęredem inſtituere
2 ſec. Plac. poſt gl. hic, in verb. hæredes, nihil aliud, quam relinquere,
quem dominum omnium bonorum ſuorum. Nam per
aditionem hæreditatis omnia iura & actiones paſſiuę, & acti-
b uæ, cũ omnibus rebus hæreditarijs *b* tranſeunt in hæredem.
Cum hæreditas nihil aliud ſit, quam ſucceſſio in vniuerſum
ius, quod defunctus tempore mortis ſuæ habuit, l. hæreditas,
c ff. de reg. iuris. Poſſeſſio autem non *c* niſi naturaliter apprehẽdatur,
l. cum hæredes, ff. de acq. poſ. Quia poſſeſſio eſt quidem
facti, & ad eam acquirendam non tantum animus, ſed
etiam corpus requiritur, l. 3. in princ. ff. de acq. poſſ. Ideo hæredi
non quæritur poſſeſſio, niſi eam apprehendat d. l. cũ hæ-
3 redes. Sed ſtatim apprehenſa poſſeſſione, intelligitur fuiſſe
continuata de defuncto in hæredem, vt tempus, quo defunctus
poſſedit, proſit hæredi ad complẽdam præſcriptionem,
ſi hæreditas interim à nemine occupatur, l. Pomponius, § ſed
& legatario, & §. quæſitum eſt, ff. de acqu. poſſ. eſt igitur hæ-
4 res idem quod dominus, ſec. gloſ. hic, vnde etiam iuris fictione,
vna, & eadem perſona hæredis, & defuncti eſſe cenſetur §.
in princ. in Auth. De iureiur. à moriente præſtito. Poſſunt au-
5 tem omnes inſtitui hæredes, qui expreſſe prohibiti non ſunt,
tam liberi homines, quam ſerui, vt hic in princ. ſub qua diuiſione
omnes homines comprehenduntur, ſup. de iur. perſon.
in princ. Et primo liberi homines inſtitui poſſunt. vt hic.
6 Secundo, ſerui proprij, etiamſi eis non ſit libertas expreſſe
relicta: nam eo ipſo quod ſunt inſtituti hæredes, liberi effi-
7 ciunt poſt mortem domini, vt hic in princ. Et proprios ſeruus
etiam dicitur is, in quo teſtator habet nudam proprietatem,
d alter vero vſumfructum, vt hic. Et tunc *d* ſeruus hæres inſti-
8 tutus, quidquid acquirit ſua opera, & ex re ipſius vſufructuarij,
hoc vſufructuario, cetera vero, ſibi ipſi acquirit, l. 4. §.
ſuis autem, Cod. communia de manumiſſ. Seruus tamen pro-
e prius, qui *e* cum domina ſua adulterium commiſit, poſt ac-
9 cuſationem non poteſt à domina in teſtamento manumitti,
& per conſequens nec hæres inſtitui, vt hic, §. eſt tamen caſus,
& leg. his verbis, § fin. ff. eodem. Et pœna iſtius adulterij
commiſſi eſt, quod ſeruus primo flagellis ceditur, & deinde
comburitur, mulier verò decapitatur, leg. prima, C. de mulier.
quæ ſeruis proprijs ſe immiſ. Seruus autem in quo quis
habet

ADDITIONES.

a *Deinde obſtaculum iuris ſuorũ hæredum, quod extraneorum inſtitutioni nocebat, diſſolutum eſt, id eſt. Exhæredatio liberorũ recto iam ordine ad extraneorum inſtitutionem progreditur.*

b *Et continuantur in hærede, vt in defuncto fuerunt. Quia iuris fictione (aliud enim re propter mortem, qua omnia ſoluit) defunctus & hæres cenſentur vna perſona, §. 1. Nouel. de iureiur. à moriente, præſtito, collat. 5. l. antiquitas, C. de vſu, & habitatione, l. vlt. ff. de hæred. inſtit. l. hæres, ff. de vſucap.*

c *Quidam tamen diſtinguunt inter ſuos, & extraneos hæredes: vt in ſuis continuata, & iuncta poſſeſſio defuncti intelligatur, l. in ſuis, ff. de lib. leg. Quin conſuetudine quarundam gentium mortuus ſaiſit viuum, id eſt hæredem facit, hoc eſt: conſtituit poſſeſſorem. De qua vide Tiraq. in tract.* Le mort ſaiſit, le vif. *Et continuata quoque intelligitur ſi interim pendente aditione nomine fuit occupata.*

d *Ne fructuarius defraudetur ſuo iure.*

e *Quid ſi adultera cũ extraneo aliqua ſeruum ſuũ manumiſerit? intra 60. dies ab accuſatione adulterij ſeruos ſuos manumittere non poteſt, l. ſi poſtulauerit, §. incer. ff. ad l. Iul. de adul. vt veritas adulterij detegatur. Nec mirum, nam in domeſticis delictis poſſunt etiam domeſtici teſtes audiri, gl. in l. 3. Co. de adult.*

habet vſumfructum, non dicitur proprius, ſed alienus. Ideo
10 non ſic hæres cum libertate ab vſufructuario inſtitui poteſt,
a vt hic §. alienus *a* ſeruus.

A D D I T I O.

a *Adde l. ſi alienum, ff. de hæred. inſtit.*

§. Seruus autem.

1 *Si ſeruus proprius inſtituatur hæres, quem habeat effectum.*
2 *Seruus alienus, an, & quando inſtitui poſſet hæres.*
3 *Qui per ſe non poteſt inſtitui hæres, neque per alium poteſt.*
4 *Hæreditas nondum adita defuncti perſonam repræſentat.*
5 *Seruus cõis, ſeu plurium dominorum, quando inſtitui poſſit.*
6 *Seruitus inter Chriſtianos eſt ſublata.*
7 *Regula de hæredibus inſtituendis.*
8 *Non vnum modo ſed plures, quot voluerit teſtator, inſtituere poteſt.*
9 *Qui non poſſint inſtitui hæredes.*
10 *Nati ex inceſtuoſo, & damnato coitu, non poſſunt inſtitui hæredes, à parentibus, ſed bene ab extraneo.*
11 *Mulier videtur hodie poſſe nubere infra annum luctus.*
12 *Hæres certus inſtitui debet.*
13 *Fauore tamen piarum cauſarum, & pauperum, valet etiam incerta inſtitutio.*

1 Circa hunc §. primo notabitis, quod ſeruus proprius hę-
res inſtitutus, à ſeipſo recipit libertatem, & fit hęres ne-
ceſſarius, quia cogitur eſſe hæres, vt infr. de hæred. qualit. &
diff. latius dicetur. Deinde quod ſeruus à domino hęres inſti-
tutus, ſi viuo domino ab ipſo manumittatur, non fit neceſſa-
rius hæres, ſed ſuo arbitrio hæreditatem adire poteſt. Tum
quod ſi fuerit à ſuo domino hæres inſtitutus, & deinde à do-
mino alienatus, tunc non conſequitur libertatẽ, neq; hæredi-
tatem, ſed iuſſu ſui noui domini hæreditatẽ adire debet, quæ
a nouo domino per illum ſeruum acquiritur, text. eſt hic *a*
2 Tertio igitur poteſt hæres inſtitui, etiã ſeruus alienus, qui
hęreditatem ſuo domino acquirit. Et hoc verum, quando ip-
ſius dominus eſt capax hæreditatis, alias inſtitutio eſt nullius
momenti, l. non minus, ff. eo. Qui enim per ſe non poſſunt in-
3 ſtitui hæredes, neque per alium poſſunt, l. neque per ſe, C. eo.
Et poteſt alienus ſeruus etiam poſt mortem ſui domini in-
ſtitui hæres, & tunc iacenti hæreditati per talem ſeruum ac-
b quiritur. Quia hęreditas nondum adita, perſonam defuncti *b*
repræſentat, vt hic, §. ſeruus etiam alienus.
4 Quarto, ſeruus communis, ſeu plurium dominorum, quia
5 teſtamenti factionem paſſiuam habent, ab extraneo hæres
inſtitui poteſt, qui iſtis dominis, pro ſuis portionibus hæredi-
tatem acquirit, vt hic, §. ſeruus autem. Et quia hæc, quę de ſer
uis, per Imperatorẽ hic traduntur, apud nos non ſunt in vſu,
6 cum ſeruitus inter Chriſtianos ſit ſublata ſecund. Bart. in l.
hoſtes, ff. de capt. & poſtl. reuerſ. diutius hic non erit inſiſten-
7 dũ. Sed pro regula notandũ. Omnes perſonas à lege nõ pro-
hibitas, hæredes inſtitui poſſe, ſiue ſint liberi homines, ſiue
ſerui, ſiue alieni, ſiue proprij, item ſiue ſint patresfamilias, ſi-
ue filijfamilias, ſiue mutus, ſurdus, furioſus, prodigus, miles,
laicus, clericus, Imperator, vel fiſcus, vel Eccleſia, & quilibet
locus venerabilis. De quibus vide Azonem in Summa, C. eo.
Et non ſolum vnus, ſed plures hæredes, quod teſtator volue-
rit, inſtitui poſſunt, vt hic, §. & vnum. Excipiuntur autem ab
8 hac regula. I. Deportati, ſeu perpetuo banniti, l. 1. Cod. eod. II.
9 Damnati in metallum, l. fin. §. in metallum, ff. de his, quæ pro
non ſcriptis habentur. III. Collegium illicitum, ſeu nõ appro-
10 batum, leg. Collegium, C. eod. IV. Nati ex inceſtuoſo, & dã-
nato coitu. Auth. Ex complexu, C. de inceſtis nuptijs Quod
intellige, eos à parentibus inſtitui non poſſe, ſed bene ab ex-
traneo, ſecundum Plat. in §. legari, infra de legatis. V. Apoſta-
tæ leg. hi qui ſanctam, Cod. de Apoſtatis. VI. Hęretici, l. Ma-
nichæos, C. de hæreticis. VII. Seruus de adulterio cum domi-
11 na accuſatus, d. §. eſt tamen caſus, ſupr. eod. VIII. Mulier nu-
bens infra annum luctus, leg. 1. C. de ſecũdis nuptijs. Hoc ta-
men hodie videtur ceſſare, cum ſecundum Apoſtolum, mox
poſt mortem mariti, vxor à lege eius fit ſoluta, & ſine infa-
mia nubere poſſit, c. penult. & fi. extr. de ſec. nupt. IX. In certa
perſona inſtitui nõ poteſt, quia hęres certus demonſtrari de-
12 bet, leg. quoties, in prin. iuncto §. ſi quis nomẽ, ff. eo. Hoc ta-
mẽ fallit, quãdo pauperes inſtituuntur, quia tunc fauore cau-
ſarum piarum valet inſtitutio, l. id, quod pauperibus, & l. nul-
li, & leg. ſi quis ad declarandam, C. de Epiſc. & cler. Et Impe-
rator hanc quæſtionem determinat in d. l. nulli, quod de illis
pauperibus ſit intelligendum, quos Epiſcopus loci duxerit
eligendos. Niſi teſtator in teſtamento facultatem eligendi
pauperes, executoribus teſtamentarijs conceſſerit. Nam
tunc electio Epiſcopi ceſſat. Et in dubio Epiſcopus illius loci,
vbi teſtator defunctus eſt, hanc electionem habet. De quo
latius vide Azon. de Summa, C. eod. & Doctor. poſt gl. in d. §.
legari, infra de legatis.

A D D I T I O N E S.

a *Adde l. ſi diem in fin. ff. de cond. & demonſt.*
b *Non hæredem. Quid ita? Ante aditam hæreditatem hæres eſt incertus, defunctus vero ſemper certus eſt, §. poſteriores, infra, quibus mod. teſtam. infirm.*

§. Hæreditas.

1 *In legib. tota hæreditas plerumq; aſſis appellatione cõtinetur.*
2 *Nomina partium aſſis.*
3 *Teſtator poteſt hæreditatẽ diuidere in quot partes voluerit. Et quid ſit Dupondium, & Tripondium.*
4 *Si hæreditas in pauciores quam 12. partes fuerit diſtributam reducitur à lege ad partes 12.*
5 *Teſtatore inſtituente vnum aut plures hæredes ex certa parte, non expleto aſſe, totam hæreditatem capiunt inſtituti, quaſi ſine partibus aſcripti.*
6 *Nemo paganus poteſt pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus.*

Imperator in præced. §. plures à teſtatore inſtitui poſſe dixit
ſed quia aliquando inæqualiter inſtituuntur, partes hære-
1 ditatis in hoc § declarat. Primo igitur notandum, quod in le-
gibus tota hæreditas plerumque appellatione aſſis contine-
tur, ita, quod inſtitutus ex aſſe, in vniuerſis bonis defuncto
ſuccedat. Et legalis diuiſio hæreditatis eſt in 12. vncias, ſeu
partes leg. ſeruum meum, §. ſi ff. eod. Licet teſtator poſſit eam
in plures partes diſtribuere, vt ſtatim dicetur.
2 Secundo notabitis, quod iſtæ partes habeant certa, & ſpe-
cialia nomina, hic in tex. expreſſa. As enim 12. vncias cõpre-
hendit. Deunx vndecim partes hæreditatis, quaſi vna vncia
dempta ex aſſe. Dextans, ſeu decunx, decem vncias. Dodrans
nouem. Bes octo vncias, forte quaſi bis trientem faciat. Sep-
tunx ſeptem. Semis ſex vncias, & ſic dimidiam hæreditatem
denotat. Quincunx quinque vncias. Triens 4. quaſi tertia
pars aſſis. Quadrans tres vncias, quaſi quarta pars aſſis, &
aliquando Triuncium appellatur. Sextans duas vncias deno-
tat, quaſi ſexta pars aſſis.
3 Tertio notabitis, quod teſtator poteſt hæreditatẽ diuide-
a re in quot *a* partes voluerit, ita quod ſi as duplicetur, & ſic
deductus in 24. vncias, Dupondium appellatur, § & ſi plures.
infr. eod. Exempli gratia. Quando quis decedit, & relinquit
12000. aureorum ſecundum legalem diuiſionẽ, diuiditur iſta
hæreditas in duodecim vncias, & veniũt in vna vncia 1000.
aurei. Si vero dupletur diuiſio hęreditas à teſtatore in 24. par
tes, tunc in vna vncia cõprehenduntur tantum 500. aurei. Sic
4 etiam in 36. vncias diuidi poteſt hęreditas, & tunc tripondiũ
dicitur. Si vero in pauciores partes quam duodecim hæredi-
tas fuerit diſtributa, à lege reducitur in duodecim partes.
5 Quarto notãdum, quod ſi teſtator inſtituit vnum aut plu-
res hæredes ex certa parte, triente, vel ſemiſſe, non expleto
aſſe, tunc quaſi ſine partibus ſcripti, totam hæreditatem ca-
piunt. Veluti, ſi Titium inſtituit hæredem in triente, nec ei
alium cohæredem addidit. Hoc caſu Titius non ſolum teſta-
tori in 4. vncijs ſed in toto aſſe ſuccedit, excluſis etiam ab in-
6 teſtato ſucceſſuris. Eſtque ratio, quia nemo paganus poteſt
b pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus *b* decedere, vt hic,
adde l. ius noſtrum, ff. de regulis iuris.

A D D I T I O N E S.

a *Diuiſio huiuſmodi nihil addit, aut minuit in ipſa hæreditatis ſubſtantia, l. ex vncijs, ff. de hæred. inſtit.*
b *Adde l. 3. C. de teſtam. milit.*

§. Si plures.

1 *Nulla facta mentione partium à teſtatore, fit ſucceſſio in æquis partibus.*
2 *Quid iuris ſi in quorundam hæredum perſonis partes ſint expreſſæ, in quorundam vero omiſſæ, & nu. 3.*

§ Si

4 *Si poſt inſtitutionem aliqua pars hæreditatis vacat, vel etiam deeſt, quid iuris ſit.*
6 *Quid iuris, ſi teſtator inſtituerit plures hæredes ex certis partibus, quæ excedunt 12. vncias, & vnus deinceps fuerit ſcriptus hæres abſque parte.*

EX hoc §. qui vno contextu legitur, vſque ad §. hæres, &
pure, &c. aliquot concluſiones notandæ ſunt. Et primo,
quod iſta diſtributio hæreditatis non ſemper eſt neceſſaria,
ſed tantum quando teſtator plures inſtituit hæredes, nec vult
1 eos æqualiter ſuccedere. Si enim nullam fecerit partium men
tionem, intelligitur voluiſſe eos ex æquis partibus hæredes
eſſe, vt hic, & d. l. quoties, §. hæredes, ff. eod.
2 Secundò, quando partes in quorundam hæredum perſo-
nis expreſſæ ſunt, vnus autem, vel plures ſine parte hæredes
ſcripti reperiuntur, tunc ſi aliquis aſſide eſt, hoc vnus ille, vel
plures, ſine parte ſcripti ferunt. Veluti teſtator inſtituit tres
hæredes, & duobus certas portiones adſcripſit, pone vni trie-
tem, alteri ſextantem. Hoc caſu tertius, ſine parte ſcriptus, re-
ſiduum capit, videlicet ſemiſſem, vel ſex vncias, text. eſt hic, &
in l. item quod Sabinus, in princ. ff. eod.
3 Tertiò, quòd ſi totus as expletus ſit, ita vt nihil ſit reliquum
tunc as diuidi debet in duos ſemiſſes. Vnum ferunt hi, qui no
minatim in certis partibus inſtituti ſunt. Alterum vero ſemiſ
ſem hi, qui ſine certa parte ſcripti ſunt hæredes, vt hic. Niſi
expleto aſſe ita ſcripſerit teſtator: [Ex reliqua parte Sempro-
nius hæres eſto.] Nam tunc is nihil capiet cum nihil ſuperſit
d. l. item quod Sabinus, §. 1. verſ. aliter ac gloſſ. hic, in verb. di-
midiam partem.
4 Quartò, quòd ſi poſt inſtitutionem aliqua pars hæreditatis
vacat, illa accreſcit inſtitutis pro ſuis portionibus, & ſimiliter
quando aliqua pars deeſt poſt inſtitutionem, illa decreſcit à
parte inſtitutorum pro ſuis portionibus, vt declaratur, hic in
verb. Videamus.
5 Quintò ſi plures teſtator hæredes inſtituerit ex certis par-
tibus quæ partes 12. vncias excedunt, & vnus deinde fuerit
a ſcriptus hæres ſine parte, is, quòd *a* dupodio deeſt, capiet. Vi-
detur enim teſtator voluiſſe diuidere hæreditatem in dipon-
diũ. Exempli gratia. Pone, teſtator ſcripſit quatuor hæredes.
Titium ex ſex vncijs, Mæuium ex quatuor, & Sempronium
quoque ex quatuor vncijs, & deinde Caiũ inſtituit nulla fa-
cta mentione portionis. Hoc caſu tres ex certis portionibus
ſcripti ferunt 14. vncias, quartus vero ſine parte ſcriptus, obti
nebit id, quòd dupondio deeſt, videlicet 10. vncias. Continet
enim dupondium 24. vncias. Et ſi illas partes referas ad lega-
lem diuiſionem hæreditatis, videlicet ad aſſem, tunc Titius
capiet tres vncias, Mæuius duas, & Sempronius duas, Caius
vero quinque, verſic. & ſi plures. & leg. ex vncijs, & leg. quæ-
ſitum, ff. eod.

A D D I T I O.

a *Ab initio ſcilicet, l. cum duobus, C. de inoffic. teſta. ſecus ex poſt facto, l. nam, & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam.*

§. Hæres, & pure.

1 *Hæres inſtitui poteſt, & pure, & ſub cõditione. Ex die vero, vel certo tempore ſimiliter ad certum tempus inſtitui nõ poteſt.*
2 *Qui ſemel hæres eſt, nunquam deſinit eſſe hæres.*
3 *Inſtitutio hæredis in diem incertum conferri poteſt.*

1 IN hoc §. traditur, qualiter hæredis inſtitutio fieri poſſit, vi-
a delicet purè, & ſub *a* cõditione. Ex die vero, vel certo tem-
pore hæres inſtitui non poteſt, veluti poſt bienniũ quam mo
riatur: ne quis pro parte tẽporis decedat teſtatus, & pro parte
inteſtatus, d. l. ius noſtrũ, ff. de reg. iur. Sic etiã ad certũ tempus
hæres inſtitui non poteſt, text. eſt hic, per ſupradictã rationem
2 & etiã aliam. Quod quis, qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſi-
nere eſſe hæres, l. & ſi ſine, §. ſed quod, in fi. ff. de minorib. & l.
ei, qui ſoluendo, ff. de hæred. inſt. Et ideo ſi ex toto tẽpore, vel
ad certum tẽpus hæres inſtituatur, tẽpus habetur pro nõ adie
cto, & cenſetur purè inſtitutus. Et hoc fit in fauorem vltima-
3 rũ voluntatum, vt hic, & l. hæreditas ex die, ff. eod. In diẽ vero
incertum, hoc eſt, in tempus, quo capere poteſt is hæreditatẽ
qui tempore inſtitutionis capax nõ erat, hæres inſtitui poteſt
leg. in tempus, ff. eod. Dies enim incertus in inſtitutionem fa-
cit conditionem, l. dies incertus, ff. de condit. & demonſtr.

A D D I T I O.

a *Vide tamen l. idem quod Sabinus, l. ex vncijs, ff. eod. l. cum quæſtio, C. de legat.*

§. Impoſſibilis conditio.

1 *Impoſſibilis conditio in vltimis voluntatibus non adiecta habetur ita vt hæreditas nihilominus ab inſtituto hærede adiri poſſit. Et de quibus ſpeciebus impoſſibilitas hæc accipi debeat.*
2 *Conditio impoſſibilis eſt quadruplex, nempè impoſſibilis natura, iure de facto, & verborum perplexitate.*
3 *Quæ contra bonos mores ſunt, ea nec nos facere poſſe præſumit lex.*
4 *Impoſſibiles conditiones vbi fuerint contractibus appoſitæ, vitiant eos.*
5 *Non autem vitiant vltimas voluntates.*

DIctum eſt in præcedenti §. hæredem etiam ſub conditio-
ne inſtitui poſſe: In hoc §. vero docet Imperator, quòd
conditio illa debeat eſſe honeſta, & poſſibilis, non contra
leges, & bonos mores. Ideò in vltimis voluntatibus condi-
a tio impoſſibilis pro *a* non ſcripta habetur hæreditas nihilomi
nus ab inſtituto hærede adiri poteſt, vt hic, & l. conditiones
contra edicta, ff. de condit. inſtit. & l. obtinuit, ff. de condit. &
demonſt. Et notabitis hic gl. ordinariam, quòd conditio im-
2 poſſibilis eſt quadruplex. Prima eſt impoſſibilis natura, velu-
ti, [Inſtituo te hæredem, ſi cælum digito attigeris,] § ſi im-
poſſibilis, infra de inutil. ſtipulationibus. Secunda eſt impoſſi-
bilis de iure, quæ ſcilicet eſt cõtra bonos mores. Nam, & hæc
3 nos facere non poſſe ius præſumit, l. filius, ff. de condit. inſtit.
4 Tertia eſt impoſſibilis de facto, veluti, [Si montem aurum
dederit.] Quarta eſt impoſſibilitas perplexitatis verborum.
Et tales conditiones impoſſibiles contractibus appoſitæ, in-
diſtinctè vitiant contractus, d. §. ſi impoſſibilis, cum ibi nota-
tis: quia promittens ſub tali conditione, non videtur habere
5 animum, & voluntatem ſe obligandi, vt ibi dictum eſt. Non
autem vitiant vltimas voluntates, ſed pro non adiectis haben
tur, fauore vltimarum voluntatum, vt hic. Quod eſt verum,
in duabus prioribus ſpeciebus. Nam quando tales teſtator ap
b ponit, eſt ſignũ, quod faciat *b* deriſoriè, & quod nihilominus,
velit illum hæredem eſſe. Alias de eo non feciſſet mẽtionem.
c Reliquæ verò duæ ſpecies impoſſibilitatis vitiant *c* inſtitu-
tionem, cum non fuerit animus inſtituendi, præſumptione
iuris, ſecundum gl. hic per tex. in l. cum hæredes, §. 1. ff. de ſta-
tu liber. & l. ſi Titius, ff. de condit. inſtit.

A D D I T I O N E S.

a *Impoſſibilis conditio reijcitur ex teſtamento, l. 1. ff. de hæredit. inſt. non tamen reijcitur ex contractu §. ſi impoſſibilis, infr. de inutilib. ſtipulat. ſiue quia fauetur magis vltimis voluntatibus, quam contractibus l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. ſiue quia in contractibus impoſſibilis cõditionis adiectio cenſetur certa voluntate, nec facile irrepſiſſe. Contractus enim fit inter duos plurésue. In teſtamentis vero, quia vnus teſtatur, mendo quodam, & errore in teſtamentum irrepſiſſe intelligitur, & proinde vitiatur, nec vitiat: reijcitur denique manente teſtamẽto. Maior eſſet difficultas ſi in teſtamentis coram pluribus nuncupato, aut duorũ in vnis tabulis talis conditio impoſſibilis eſſet adiecta.*
b *L. conditiones, ff. de condit. inſert, & nemo poteſt ad impoſſibile obligari, l. nemo, ff. de reg. iur.*
c *Et ſunt magis difficultates quam impoſſibilitates, & proinde vitiant, quia difficultas præſtationis non impedit obligationem. l. continuus, §. illud, ff. de verb. oblig.*

§. Si plures.

1 *Hæres conditionem honeſtam, & impoſſibilem, ſub qua inſtitutus eſt, adamuſſim implere tenetur.*
2 *Pluribus conditionibus coniunctim ſcriptis, omnes pariter adimplere debent: Diſiunctim vero ſi ſcribantur, ſufficit vnam impleri.*

1 CIrca hunc § notabitis, Quod hæres ſub conditione hone-
ſta, & poſſibili inſtitutus, eam adamuſſim adimplere de-
bet, l. qui hæredi, in princ. & l. Mæuius, ff. de cond. & demonſt.
Nam ſi conditionẽ nõ adimpleuerit, in ſpecifica forma hæres
excluditur, l. conditioni, C. de inſtit. & ſubſtit. Et ſi plures con-
2 ditiones cõiunctim ſcriptæ ſunt, ſimul, & ad vnũ omnes adim
pleri debent: ſi vero diſiunctim, ſufficit ſi vna adimpleatur, vt
hic, & l. ſi hæredi. ff. de cond. inſt. Et vltimo circa hunc titulum
ex §. ſi. notabitis, teſtatorem poſſe hæredem etiam extraneũ,
quẽ nõ nouit, inſtituere, neque propterea inſtitutio vitiatur,
vt hic, & l. extraneũ etiam penitus, C. de hæredib. inſtituend.

a DE VVLGARI a SVBSTITVTIONE,

TITVLVS XV.

1 *Commendatio materiæ ſubſtitutionum à difficultate, ſubtilitate, & vtilitate.*
2 *Quomodo hic titulus cohæreat cum præcedentibus.*
3 *Subſtitutio eſt ſecunda hæredis inſtitutio, quæ fit poſt primam in locum deficientis. Et quare ſubſtituti dicantur ſecundi hæredes, & num. 5.*
4 *Subſtitutio abſque inſtitutione eſſe non poteſt.*
6 *Subſtitutionum principalis diuiſio eſt in obliquam, & directam.*
7 *Directa ſubſtitutio ſubdiuiditur in quinque ſpecies.*
8 *Vulgaris ſubſtitutio quid ſit, & vnde dicta.*
9 *Vulgaris ſubſtitutio duplex expreſſa, & tacita.*
10 *Natura ſubſtitutionis vulgaris eſt, vt ſemper adita hæreditate exſpiret.*
11 *Quibus verbis fiat vulgaris ſubſtitutio.*
12 *Vulgaris ſubſtitutionis, qui ſint effectus.*
13 *Quomodo extinguatur ſubſtitutio vulgaris, ſcilicet per aditionem hæreditatis.*
14 *Teſtator tot gradus hæredum facere poteſt in teſtamento, quod voluerit: & in ſubſidium, ne inteſtatus moriatur, poterit ſubſtituere ſeruum tamquam hæredem neceſſarium.*
15 *Directa inſtitutio, vel ſubſtitutio ſolū poteſt fieri in teſtamētis, ſed fideicōmiſſaria, & obliqua in codicillis fieri poterit.*

1 ISta materia ſubſtitutionum commēdatur per DD à difficultate, ſubtilitate, & vtilitate. Sunt enim in ea ſecund. Iaſ. ſuper Rub. ff. eo. ſubtilitates ſine numero, vincit tamen iſtam difficultatē vtilitas, vt inquit Iaſ. ibi, adeo quod referat Raph. Cuman. ex Bald. audiuiſſe, quod de iſta materia conſulendo vltra 15000. ducatorum fuerit conſequutus. Summatim itaque ea, quæ ad intellectum eius materiæ faciunt, tradēda duxi.
2 Continuatur autem hic titulus ad præcedentes hoc modo. Dictum eſt ſup. hæred. inſtit. in teſtamēto. Sed quia nō ſolum vnus hæredum gradus, verū etiam plures fieri poſſunt quotquot teſtator voluerit, ideo de ſubſtitutionibus nūc tradit Imperator.
3 Eſt autem Subſtitutio nihil aliud, quam ſecunda hæredis inſtitutio, quæ fit poſt primam, in locum deficientis, ſec. gl. & D. ſuper Rubr. ff. eo. Veluti cum teſtator dicit: Titium hæredem meum inſtituo, & ſi is hæres non erit. Caium ei ſubſtituo. Et dicitur Titius hæres inſtitutus, Caius vero ſubſtitutus. Et ſic ſubſtitutio eſt ſecundaria, & conditionalis inſtitutio: tunc enim ſubſtitutus hæres erit, cum primo loco inſtitutus hæreditatem non adit, vel quia non vult, vel quia nō
4 poteſt. Et non poteſt eſſe ſubſtitutio ſine inſtitutione, ſec. glo.
5 in d. l. 1. in princ. ſuper verb. Lucius, ff. eod. Et dicuntur ſubſtituti, ſecundi hæredes, etiamſi ſint vlteriores, eo quod in locū deficientis primi inſtituti veniunt, d. l. 1. in princ. ff. eod. Sicut omnes nuptiæ dicuntur ſecundæ, quæ primas ſequuntur, vt
6 eſt gl. ſupr. Rub. C. de ſec. nupt. Principalis autem diuiſio ſub-
b ſtitutionum eſt, quòd quædam ſubſtitutio *b* eſt obliqua, quædam directa. Obliqua alterius eget opera, quia per eam ſubſtitutus capit hæreditatem ex manu alterius, & ſic quādo via obliqua, per interpoſitam perſonam. hæreditas defuncti ad aliquem deuoluitur. Et iſta appellatur precaria, vel fideicommiſſaria hęreditas, & propria ſubſtitutio non videtur, §. fi. inf. de pupil. ſubſt. Exempli gratia, quando teſtator ita dicit. (Titius hæres meus eſto, & rogo, ac fidei tuæ committo, vt hæreditatem reſtituas Caio.) Et licet Caius per fideicommiſſum ſit ſubſtitutus Titio, tamen Titius prius adire debet hęreditatem, & aditam deinde Caio reſtituere, defalcata Trebellianica portione, id eſt, quarta parte hæreditatis, & ſic tribus vncijs retentis, reliquum dodrantem, id eſt, nouem vncias, Caio reſtituet. De quo infr. de fideicom. libert. dicitur. Directa ſubſtitutio eſt, per quam ſubſtitutus directè, immediatè, & ſine miniſterio alterius capit hæreditatem teſtatoris, non per obliquum, ſeu manum alterius, veluti quando teſtator dicit: (Titius hæres meus eſto, & ſi is hæres non erit, Caius hæres eſto.) Et hæc directa ſubſtitutio continet ſub ſe quinque ſpecies, ſec. gl. ſuper d. Rub. ff. eod. & gl. in c. Rainu-
7 tius, de teſtam. Eſt enim alia ſubſtitutio vulgaris, alia exemplaris, alia pupillaris, alia breuiloquia, & alia compendioſa, ſicut ordine eas declarabimus.

8 Quod ad primam ſpeciem attinet, videndum eſt, quid ſit vulgaris ſubſtitutio. Deinde quotuplex. Tertio, quibus verbis fiat. Quarto, quis ſit eius effectus. Quinto quando extinguatur. Sic bono ordine eius materiam perſequitur Bart. in d. l. 1. ff. eod. At poteſt vulgaris ſubſtitutio ita definiri. Quod ſit ſecundi hæredis, in locum, ſeu gradum primi non adeuntis, inſtitutio, quę à quolibet de populo, idoneo tamen, & cuilibet, capaci, ſ. vulgaribus, apertis, & communiter vſitatis fit verbis, vnde etiā vulgaris dicitur, Veluti, (Titius hæres meus eſto, & ſi is hæres meus non erit, Caius hæres eſto.) d. l. 1. &
9 ibi Bart. ff. eo. Eſtq; duplex, expreſſa, & tacita. Expreſſa fit verbis negatiuis, & continet in ſe verba negationis expreſſa, vt cum primo facto inſtitutionem veluti, (Titius hæres meus eſto.) Et deinde ſubſtitutionem per verba negatiua: (ſi Titius
c hæres non erit, Caius hæres eſto.) Tacita *c* vulgaris ſubſtitutio dicitur, in qua negatio non reſultat expreſſe, ſed incluſiue, & tacite ſubauditur, & fit verbis affirmatiuis. Veluti, cum duos hæredes inſtituo, Titium, & Caium, & deinde ſubſtitutionem hoc modo facio. (Et vos inuicem ſubſtituo, vel ſic. Vter inter Titium, & Caium vixerit. hęres meus eſto.) iſto caſu ſi vterque vixerit, ambo hęredes ſunt: ſi vero vnus nolit eſſe hęres vel non poſſit, alter ſolus hęres erit, leg. Titius & Seius, ff. de hæred. inſtit. Non tamen hæc verba: Eos inuicem ſubſtituo, hunc intellectum habent, quòd ſi vnus ex cohæredibus adita hęreditate iſta, decedat ſine liberis, alter cohæres ei ſuccedat. Quia ſi Titius adierit pro ſua parte hęreditatem, incontinenti pro ea parte ſubſtitutio exſpirat. Vnde ſiue cum liberis, ſiue ſine liberis moriatur, nihil refert, quia nō ad ſubſtitutum, ſed ad Titij legitimos hæredes etiam iſta pars hæ-
10 reditatis tranſmittitur. Hæc eſt enim natura ſubſtitutionis vulgaris, vt ſemper adita hęreditate exſpiret, leg. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſt.

11 Poſtea quæritur, quibus verbis fiat? Et dic eam fieri. I. Verbis generalibus, vt cum teſtator dicit: Titium, & Semproniū hæredes inſtituo, eoſq; inuicem ſubſtituo. II. Verbis ſpecialiquis veluti. (Si Titius hæres non erit, Caius hæres eſto.)

12 Quarto, qui ſunt effectus ſubſtitutionis? Et Bart. in d. leg. 1. quinque effectus huius ſubſtitutionis refert. I. Quod facit ſubſtitutum admitti ad hæreditatem, ſi hæres inſtitutus non erit, vt tantum conſequatur ex ſubſtitutione, quantum alias ex inſtitutione. Cum ſubſtitutio ſit ſecūdi hęredis inſtitutio. II. Quòd teſtamentum poteſt aſſumere vires à ſubſtituto, & ſic à ſecundo gradu inſtitutionis, licet in primo gradu inſtitutionis non habeat vires, vt eſt tex. in l. 3. §. fi. ff. de lib. & poſth. III. Quod ad ſubſtitutum perueniunt tantum bona ipſius teſtatoris, quæ alias ad inſtitutum peruenire debuerant. Non autem ſubſtitutus ſuccedit in bonis proprijs ipſius, cui ſubſtitutus eſt. IV. Vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem l. iam hoc iure ff. eod. Veluti quando teſtator filium ſuum impuberem inſtituit hæredem, & ſi non erit hæres, Caiū ei ſubſtituit Hæc eſt vulgaris expreſſa. Si poſtea filius ſit hæres, extinguitur vulgaris ſubſtitutio. Sed hoc non obſtante, ſi in pupillari ætate etiam poſt aditam hæreditatem decedat, nihilominus Caius ſubſtitutus, ex tacita, vel potius præſumpta ſubſtitutione pupillari ſuccedet. Nam in pupillari ſubſtitutione non curatur, an hæreditas adita ſit, nec ne, ſed tantum, an filius in pupillari ætate deceſſerit vt infra dicetur. V. Vulgaris ſubſtitutio facit de ſuo, & neceſſario hærede voluntarium hæredem, veluti filius de iure ciuili eſt ſuus, & neceſſarius hęres ſui patris, licet de iure prætorio habeat beneficium abſtinendi. Si tamen pater dederit filiofamilias vulgarem ſubſtitutum, quia ita in teſtamento dicit. Titium filium meum hęredem inſtituo, & ſi is non erit hæres, Caium ei ſubſtituo. Iā filius eſt voluntarius hęres, ita quod non ſolum de iure prætorio, ſed etiam ciuilis ius abſtinendi habeat. Et de his effectibus, & pluribus alijs, videte poſt Bart. & Doct. in d. leg. 1. ff. eod & omnino Zaſ. in tractat. ſubſtit.

Quin-

ADDITIONES.

a *De ſubſtitutionibus, & quid ſit ſubſtitutio, & quæ eius ſpecies, vide Roland. in tract. de teſt. Rubr. 22. Et de ſubſtitutione vulgari tacita expreſſa, vide ibid. rubr. 23. Dilectum de arte teſtandi, tit. 5. Item ſubſtituo verbo, quam vim, & naturam habeat, vide. Roland. ibid. rubr. 28. Adde Fumeum tract. de ſubſtit. in princ. & c. incipiente, Vulgaris ſubſtitutio. Mantic. de coniect. vlt. volunt. 1 & 2.*

b *Subſtitutionum etiam verba alia directa, alia obliqua, alia cōmunia. Directa ſunt: Hæres eſto: Facio te hæredem l. eam C. de fideic. Obliqua, vt reſtituas, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. eod. Reddas l. verbum, ff. de verb. ſignif. Dec. l. fundum, ff. de vſufr. legat. Communia, vt Remaneat, ſuccedat, reuertatur, deuoluatur gl. in l. centurio, ff. eod.*

c *De tacita vulgari ſubſtitutione, vide Mant. 5. de coniect. vlt. vol. 3. Ex quibus coniecturis ceſſet ibid. cap. 4. de vi, & virtute eiuſdem, vide ibid. c. 5. Quando extinguatur, ibid. c. 6.*

Digitized by Google

13 Quinto videndum reſtat, qualiter vulgaris ſubſtitutio extinguatur. Et dic eam expirare adita hæreditate per inſtitutum, d.l.poſt aditam, C.eod. Eſtque ratio, quia ſubſtitutio vulgaris ſit ſub conditione, videlicet, (ſi Titius hæres nõ erit, Caius hæres eſto.) Si ergo Titius adit hæreditatem, eſt hęres, & ita deficit conditio ſubſtitutionis, neceſſario quoque ſubſtitutio extinguitur. Item eſt alia ratio, quia adita hæreditate bona ipſius defuncti hæreditate, efficiuntur propria hæredis inſtituti, ita quod amplius non dicatur hæreditas, ſed proprium patrimonium hæredis, vt gl. in l.1.§.veteres, in verſ. per vnum ibi, tu dic, ff. de acqu. poſ. De quo Decius in d.l. hæreditas, ff. de reg. iur. Sed ſi teſtator poſſet diſponere de rebus iſtis, poſtquam hæres adijt hæreditatem, & eius dominus eſt effectus diſponeret de rebus alijs; contra Auth. Ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Et adeo extinguitur ſubſtitutio vulgaris per aditionẽ hæreditatis, quod ſi quatuor, vel plures gradus ſubſtitutionis eſſent facti, omnes expirarent per aditionem primi hæredis inſtituti, l.ii mater, § fi. ff. eo. His ſic præmiſſis, breuibus nunc

14 text. tit. noſtri declarabimus. Ex principio autem notabitis, quod teſtator poteſt in teſtamentis tot gradus hæredum facere, quod voluerit, & in ſubſidium, ne inteſtatus decedat, ſi primes hæredes inſtituti, & ſubſtituti nolint, vel non poſſint

a eſſe hęredes, poterit ſeruum ſubſtituere, qui erit hæres *a* neceſſarius. Quia volens nolens cogitur adire hæreditatem, vt

15 inſt. de hæredum quali. & diff. dicetur. Deinde circa principium tituli notabitis gl. ſuper verbo in teſtamento. Quod directa inſtitutio, vel ſubſtitutio ſolum poteſt fieri in teſtamẽtis, & non in codicillis, §.pen. inſt. de codicillis. Fideicommiſſaria tamen, & obliqua in codicillis fieri poteſt. Et quando teſtator ſcienter facit codicillos, & in eis directè ſubſtituit, tũc illa verba directa obliquantur, vt ſubſtitutio ſaltem in vim fideicommiſſi ſuſtineatur, ſec. gl. hic communiter approbatã.

ADDITIO.

a *Et vltimus. Quia poſt eum nemo admittitur, l.poſt aditam, C. de impub. & al. ſubſtit. Si modo hæreditatem admiſerit, quia tunc poſt eum nemo admittitur: alias, & facta & iure poſt ſeruum poteſt quis ſubſtitui, l.3. ff. de hæred. inſtit.*

§. Et plures, cum §. ſequenti.

1 *Subſtitutio varijs modis fieri poteſt.*
2 *Quid iuris quando plures hæredes ex diſparibus inſtituti, & deinde inuicem ſubſtituti ſunt, nulla facta mentione partium in ſubſtitutione.*

1 EX hoc §. notabitis, quod ſubſtitutio varijs modis fieri poteſt. Poſſunt enim vni hæredi plures ſubſtitui. Veluti. (Si Titius hæres non erit, Caius, & Stichus hęredes ſunt.) Et cõtra poteſt vnus pluribus hęredibus ſubſtitui. Veluti, (Si Titius & Caius non erunt hæredes, Stichus hæres eſt.) Item ſinguli ſingulis ſubſtitui poſſunt. Veluti, (Si Titius & Caius nõ erunt hæredes ſubſtituo Stichum Titio, & Semproniũ Caio.) Item plures hęredes inſtitui, inuicem ſubſtitui poſſunt. Veluti, (Titium, & Caium hæredes, inſtituo, eoſque inuicem ſubſtituo.) Et illa poſterior dicitur ſubſtitutio reciproca, vt infra declarabitur. Et iſto poſteriori caſu, quando *a* plures hæredes ex diſparibus partibus ſunt inſtituti, & deinde inuicem ſubſtituti, nulla facta mentione partium in ſubſtitutione, tunc cenſetur ex iis partibus ſubſtituti, in quibus ſunt inſtituti, & ita partes in inſtitutione expreſſæ intelliguntur in ſubſtitutione repetitæ, vt hic, §.& ſi ex diſparibus. Exempli gratia: Teſtator inſtituit Titium in ſex vncijs, Caium in 4. & Stichum in 2. vncijs, eoſque inuicem ſubſtituit. Si nunc Titius nolit adire hæreditatem, Caius habebit 8. vncias, & Stichus 4. vt hic, & l.ſi plures ff. eo. & l.1.C. de impub. & alijs ſubſtit. Et hoc eſt verum, quando ſubſtitutio fit ſub nomine appellatiuo, hæredum ſcilicet: ſecus ſi proprijs nominibus expreſſis ſubſtitutio facta eſt, vel ſi æqualiter grauauit ſubſtitutus ad æqualia onera *a*, tunc quia ad perſonas habita fuit relatio, merito perſonales, & viriles erunt partes in ſubſtitutione, ſec. gl. hic, ſuper verbo expreſſit, & gloſ. fin. in l.1.C. de impub. & al. ſubſtit.

ADDITIO.

a *Partes adſcriptæ in inſtitutione, cenſentur repetitæ in ſubſtitutione, l.ſi in teſtamento, ff. eod. ſi modo teſtator ſubſtituit per nomina appellatiua, ſecus enim ſi per nomina propria, l.quoties, l. nonnunquam, ff. ad S.C. Trebellian. Aut ſi onerauit ſubſtitutos æqualiter gloſ. in l.1.C. de impub. al. ſubſtit.*

§. Sed ſi inſtituto.

1 *Facti ſpecies in hoc §.*

1 PRo intellectu huius §. caſus ita figurari poteſt. Teſtator inſtituit Titium, & Caium hæredes, & Caio ſubſtituit Titium cohæredem, & poſtea Titio ſubſtituit Stichum quęritur quam partem ferer Stichus? Et reſpondetur ſi ambo hęredes inſtituti. Titius, & Caius adierint hęreditatem Stichus nullum ex ſubſtitutione commodum ſentiet. Nam per aditionem hęreditatis ſubſtitutio vulgaris extincta eſt, vt ſupra dictum eſt. Idem ſi Titius ex ſua parte adierit hæreditatẽ. Sed ſi ſolus Caius adierit, Titio ſuam partem repudiante, tunc Stichus admittitur in partem Titij cui ſubſtitutus eſt. Si vero neuter ex cohæredibus, neque Titius, neque Caius adierit hæreditatem tunc Stichus in vtramque partem admittitur iure ſubſtitutionis, nec refert vtrum Titius poſt Caium, vel ante deceſſerit, vt hic, & l.ſi Titius, & ibi Bart. ff. eod.

§. Finalis.

1 *Caſus huius §.*

1 CAſus talis in hoc §. deciditur. Teſtator errore ductus inſtituit ſeruum hæredem, quem putabat eſſe liberum, & ei ſubſtituit Caium. Mortuo teſtatore, ſeruus iuſſu domini adijt hæreditatem. Quæritur an ſubſtituto nihil debeatur? Et quia per aditionem hæreditatis vulgaris ſubſtitutio extinguitur, videtur dicendum, Caio nihil deberi. Contrarium tamen hic determinat Imperator quod iſto caſu inſtitutus, & ſubſtitutus æquis proportionibus defuncto ſuccedũt, & hoc propter errorem teſtatoris, qui ſi ſciuiſſet eum ſeruum, forte hæredem non inſtituiſſet; ſi vero Caius ſubſtitutus ſeruo, fuiſſet quoque ei cohæres factus, tunc hæreditas in duos ſemiſſes diuidenda eſſet, quorum vnum æquis portionibus diſtribuitur, inter dominum ſerui inſtitui, & ipſum Caium cohæredem, & ſubſtitutum ſimul. Alter vero ſemis ad ſolum *a*

a Caium ſubſtitutum *a* pertinebit. Et ita Caius ferer dodrantem, id eſt, nouem vncias ſeruus vero, vel eius dominus quadrantem, id eſt, tres vncias, l.ſi paterfamilias, & l.& hoc Tiberius, ff. de hæredibus inſtituendis.

ADDITIO.

a *Alias ſubſtitutum inſpecta opinione teſtatoris, (qui putauit ſe liberum hominem inſtituere) & hunc quoque ſemiſſem ferre debere videbatur arg. l.2.§.ſi quis a pupillo, ff. pro emptore. Et inſtituto non capiente hæreditatem, pars inſtituti ad ſubſtitutum defertur. In contrarium regula eſt, poſt aditam hæreditatem exſpirare vulgarem ſubſtitutionem, l.aditam, C. eod. In his anguſtijs media via electa eſt, vt inter ſubſtitutum ſerui, & dominum ſerui hæreditas dimidatur.*

a DE PVPILLARI *a* ſubſtitutione.

TITVLVS XVI.

1 *Pupillaris ſubſtitutio quid ſit.*
2 *Quomodo differat a ſubſtitutione vulgari.*
3 *Vnde hæc ſubſtitutio ſit introducta.*
4 *Pupillaris ſubſtitutio diſtinguitur in expreſſam, & tacitam.*
5 *Requiſita pupillaris ſubſtitutionis.*
6 *Quibus liberis ita ſubſtitui poſſit.*
7 *Impubes ætas quæ dicatur.*
8 *Mater filijs impuberibus pupillariter ſubſtituere non poteſt.*
9 *Si auus ſubſtituit nepoti, qui mortuo auo in poteſtatem ſui patris eſt recarus, euaneſcit ſubſtitutio.*

10 *Pa-*

ADDITIO.

a *De pupillari ſubſtitutione vide Roland. in tract. de teſt. part. 1. rub. 24. Adde Funium tract. de ſubſtitutione, c. de pupillari ſubſtitutione. Et ex quibus coniecturis intelligatur facta pupillaris ſubſtitutio, vide Mant. 5. de coniect. vlt. volunt. 7. Et an reciproca ſubſtitutio impuberibus coniunctim facta cum compendioſa complectatur pupillarem, vide ibid. c.8. De coniecturis quæ verſantur circa pupillarem ſubſtitutionem, c.9 Ex quibus partibus intelligatur facta c.10. An teſtatoris, vel pupilli affectio ſpectanda ſit in hac ſubſtitutione, c.11. Quando finiatur ex coniectura voluntatis. c.12.*

Digitized by Google

10 *Parens ſibi prius in teſtamento hæredem ſcribat, poſtea filio, vel nepoti ſubſtituat.*
11 *Quando pater non facit teſtamentum ſollemne, nihilominus valet ſubſtitutio facta inter liberos, ſecus in extraneis.*
12 *Subſtitutus non poteſt repudiata hæreditate teſtatoris tantum ſuccedere pupillo.*
13 *Effectus pupillaris ſubſtitutionis tres ſunt.*
14 *Subſtitutio pupillaris continet tacitam vulgarem.*
15 *Per ſubſtitutionem pupillarem, ſi pupillus impubes moriatur, ſuccedatur ei in omnibus eius bonis.*
16 *Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem, & omnes aſcendentes per lineam maternam, a ſucceſſione filij. Si tamen mater egeſtate vrgeatur, ſubſtitutus ad alimenta ipſi præſtanda compelli poteſt, & nu. 18.*
17 *Filij hæreditas dicitur luctuoſa.*
19 *Pupillaris ſubſtitutio ſex modis exſtinguitur.*
20 *Filio impubere, qui hæres inſtitutus fuit perueniente iam ad pubertatem, ſubſtitutio pupillaris exſtinguitur.*
21 *Teſtatore breuius tempus, quam pubertatis exprimente, ſinito illo tempore, ſubſtitutio hæc extinguitur.*
22 *Subſtitutus an ſit capax hæreditatis.*
23 *Patre deportato, ſubſtitutio hæc euaneſcit, cum teſtamentum eius fiat irritum.*
24 *Teſtamento priore, in quo facta eſt ſubſtitutio, rupto per ſubſequens teſtamentum, ſubſtitutio expirat.*
25 *Euaneſcit ſubſtitutio, ſi conditio appoſita defecerit.*

1 HÆc eſt ſecunda ſpecies ſubſtitutionis, quæ dicta eſt pupillaris, à pupillo, ſicut vulgaris à vulgo. Et eius materiam planè tract. Bar. in l. 2. ff. eod. Eſt autem pupillaris ſubſtitutio, quando pater liberis impuberibus in poteſtate exiſtentibus, inſtitutis hæredibus, hæredem ſubſtituit, eamque ſubſtitutionem intra tempus pubertatis, aut breuius coercet, veluti ſi dixerit; Titius filius meus impubes hæres eſto, & ſi hæres non erit, ſiue erit, & intra pupillarem ætatem deceſſerit, hæres eſto Caius, vt hic, & d. l. 2. ff. eod. Et ita differt à vulgari,
2 quæ adita hæreditate exſtinguitur. Hęc autem non finitur, licet à filio impubere adita ſit hæreditas, dũmodo poſtea moriatur priuſquam ad pubertatem perueniat. Nam hi duo caſus, videlicet ſi filius impubes hæres non erit, id eſt, prorſus non adierit hæreditatem, ſi filius impubes hæres erit, id eſt, adierit hæreditatem, prius decedat, antequam efficiatur pubes ſemper in ſubſtitutione intelliguntur comprehenſi, l. iam hoc iure, ff. eod. ita quòd vtroque caſu ſubſtitutus ſuccedat, Sed ita, vt priori caſu, quando filius non exiſtit hæres patri, ipſe ſubſtitutus fiat patri hæres. Si vero filius hæres exiſtit, & ante pubertatem decedit, ſubſtitutus fit hęres ipſi filio, & poteſt pater intra arctius tempus hanc ſubſtitutionem coercere veluti. Si filius meus infra decennium deceſſerit, Caius hæres eſto. Hoc caſu, ſi filius poſt decimum annum moriatur, etiam priuſquam perueniat ad pubertatem, Caius ei non videtur ſubſtitutus, l. ſi quis, ff. eod.
3 Secundo principaliter quæri poteſt, vnde hæc ſubſtitutio ſit introducta? Et Imperator hic in fine principij, poſt Iuriſconſultum in d. l. 2. dicit moribus populi Romani initio introductum eſſe, vt cum pupillus ſibi ipſi teſtamentum facere non poſſit, propter defectum ætatis, vt ſupr. in tit. quibus non eſt permiſſum facere teſtam. nu. 1. dictum eſt, pater pro filio teſtamentum faciat. Et quia hodie in ſcriptis redacta, & reformata eſt, iuris ſcripti eſſe intelligitur, d. l. 2. cum ibi notatis, in princip.
4 Tertio quæritur, quotuplex ſit pupillaris ſubſtitutio? Et diſtinguitur etiam in expreſſam, & tacitam. Expreſſa, quæ fit verbis expreſſis generaliter, & ſpecialiter, veluti. Si filius meus mihi hæres non erit, vel erit, ſed in pupillari ætate de-
a ceſſerit, Titius hæres eſto. Tacita *a* vero pupillaris ſubſtitutio, dicitur, quæ continetur in vulgari expreſſa legis interpretatione, ex præſumpta mente teſtatoris: Veluti cum pater filium pupillum inſtituit hæredem, & ei ſi hæres non erit, ſubſtituit Caium, hæc eſt expreſſa vulgaris. Quilibet enim ſic ſubſtituere poteſt. Sed ſi filius adierit hæreditatem, & intra ætatem pupillarem debitum vniuerſæ carnis perſoluerit, ſubſtitutus etiam hoc caſu, ex tacita pupillari admitteretur, non autem ex vulgari, quæ adita hæreditate extincta eſt. Quia teſtator præſumitur etiam in hunc caſum proſpicere filio, de hærede, d. l. 2. § ſed ſi quis, ff. eod.
5 Quarto videndum, quæ ad pupillarem ſubſtitutionem requirantur. Et gl. in d. l. 2. in prin. enumerat quinque requiſita, quib. Bart. ibi addit adhuc tria. I. Exigitur, vt his, qui ſic ſub-
b ſtituitur, ſit ex numero *b* liberorum, d. l. 2. in prin. Et hoc non
6 ſolum de liberis naturalibus, & legitimis ſimul, ſed etiam de legitimis tantum intelligendum eſt, qui ſcilicet tranſeunt in poteſtatem adoptantis, vt ſunt hi, qui ab aſcendente adoptati ſunt, & arrogati, vt pulchre declarat Zaſius in ſuo tractatu ſubſtitutionem. Itero non ſolum de liberis primi gradus, ſed etiam de nepotibus, & alij deſcendentibus intelligendum eſt, d. l. 2. in princip. Ita vt etiam poſthumi includantur, d. leg. 2. verſ. poſthumi, & facit l. qui in vtero eſt, ff. de ſtat. hom. vbi is, qui in vtero eſt, pro nato habetur, quo ad eius commodum,
c II. Vt filius, cui pupillariter ſubſtituitur, ſit impubes *c* d. l. 2. in princip. Nam Poſt pubertatem poteſt ſibi ipſi condere teſta-
7 mentum. Et dicitur impubes ætas in maſculo infr. 14. annum in fæmina infra 12. & non ſufficit 14. annum eſſe inceptum, ſed requiritur vt ſit completus, l. qua ætate, ff. de teſtam. III. Vt ſit in poteſtate ſubſtituentis, dict. leg. 2. Vnde mater libe-
8 ris impuberibus pupillariter ſubſtituere non poteſt, vt communiter concludunt DD. poſt Bart. in d. leg. 2. IV. Vt morte ſubſtituentis, filius, vel is, cui ſubſtituitur, efficiatur ſui iuris,
d & non *d* incidat in poteſtatem alterius, d. l. 2. verſ. nepotibus. Vnde, ſi aut nepoti ſubſtitueret, qui mortuo auo in poteſtatẽ
9 ſui patri eſſet recaſurus, ſubſtitutio euaneſceret. V. Quod impubes, cui ſubſtituitur, maneat in poteſtate parentis, dum ille viuit, nec ante mortem ſubſtituentis deſinat eſſe in eius poteſtate, l. cohæredi, § cum filiæ, ff. eod. VI. Vt parens prius ſibi in teſtamento ſcribat hæredem poſtea filio, vel nepoti ſubſti-
10 tuat. d. l. Et quando pater non fecit ſolemne teſtamentum,
11 nihilominus ſubſtitutio tenet. Quod eſt verum, ſi liberi ſubſtituantur, ſecus ſi extranei, per text. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſt. VII. Quod impubes ſit inſtitutus, vel exhæredatus, d. l. 2. verſic. nepotibus. VIII. Vt adeantur hære-
e ditates *e* patris. Nec enim ſubſtitutus repudiata hæreditate
12 patris, pupillo tantum ſuccedere poteſt. De quo vide latius Bart. in d. l. 2. & Ang. hic.
13 Quinto principaliter videndum eſt, qui ſint effectus ſubſtitutionis pupillaris. Et dic I. eſſe, quod ſubſtitutio pupillaris cõ-
14 tinet tacitam vulgarem. Veluti ſi teſtator inſtituit hæredem filium, & ſi adita hæreditate intra pupillarem ætatem deceſſerit, ſubſtituit Caium, ille ſubſtitutus etiam tunc ſuccedet, quando filius impubes, non adita hæreditate deceſſerit, intra pupillarem ætatem, d. l. iam hoc iure, ff. eod. II. Quod per pu-
15 pillarem ſubſtitutionem pupillo impuberi decedenti ſuccedituri in omnibus ſuis bonis, ſiue ea à patre, ſiue à matre, à cognatis, vel a quocumque alio euentu habet l. ſed ſi plures, §.
16 ad ſubſtitutos, ff. eod. III. Subſtitutio pupillaris expreſſa, excludit matrem, & omnes aſcendentes per lineam maternã, à ſucceſſione filij Vnde ſi pater filium impuberem hæredem inſtituit, & ei Caium ſubſtituit, & filius infra pupillarem ætatem deceſſerit, Caius ſubſtitutus ſuccedit, etiam excluſa ma-
17 tre, l. Lucius, in fi. princip. ff. eod. Quibus licet durum videtur, cum luctuoſa filij hæreditas dicatur, in l. fi. C. de inſtit. & ſub-
18 ſtitut. tamen de iure ita cautum eſt Si tamen mater egeſtate vrgeretur, ſubſtitutus ad alimenta ei præſtanda cogi poteſt, ſecundum Zaſ. in d. tract. ſubſtitut.
19 Sexto quęritur, qualiter pupillaris ſubſtitutio exſtinguatur.
20 Et I. Finitur pubertate. Nam quando filius impubes hæres inſtitutus peruenit ad pubertatem, hæc ſubſtitutio pupillaris exſtincta eſt, ita vt ſubſtitutus poſtea decedenti nõ ſuccedat, quia, & tunc poteſt filius teſtamentum condere, & hæredem quem ipſemet vult inſtituere, §. maſculo, infr. eod. & l. in pu-
21 pillari, ff. eod. II. Si teſtator breuius tempus, quam pubertatis, complexus eſt, finito tempore expirat hæc ſubſtitutio, d. l. ſi
22 ita quis, ff. eod. III Si ſubſtitutus non ſit capax hæreditatis, l.
23 ſi is, qui hæres, ff. eod. IV. Si pater deportetur. Nam tunc teſtamentum eius ſit irritum, d. l. ſi quis filio, §. irritum, ff. de
24 iniuſto, rupto & irrit. fact. teſtam. V. Si primum teſtamentũ, in quo facta eſt ſubſtitutio, per ſecundum teſtamentum ſi
25 ruptum, l. ſi quis eum, §. fi. ff. eod. VI. Si conditio appoſita defecerit, l. qui liberis, in princ. iuncta gloſ. ff. eod.

DE

ADDITIONES.

a *De tacita pupillari ſubſtitutione, vide Mant. 5. de coniect. vlt. volunt. 13. Et ex quibus coniecturis ceſſet, c. 14. Ex quibus cõiecturis contra matrem admittatur, c. 15.*
b *Nec enim poteſt fieri extraneis, verſ. extraneum, hoc tit.*
c *Nec enim poteſt fieri emancipatis, l. 2. §. 1. ff. eod.*
d *Nec enim poteſt fieri nepotibus recaſuris in poteſtatem patris ſui, l. 2. ff. eod.*
e *Niſi ſit miles cuius ſubſtitutio pupillaris valet, etiam non adita hæreditate, l. miles ff. de teſtam. mil.*

a DE EXEMPLARI a SVBSTITVTIONE.

1 *Exemplaris ſubſtitutio quid ſit, & vnde dicta.*
2 *Qui poſſunt exemplariter ſubſtituere, nempe parentes vtriuſque ſexus.*
3 *Filius patri furioſo ſubſtituere non poteſt.*
4 *Quibus liberis exemplariter ſubſtitui poſſit, & nu. 6.*
5 *Teſtamenta ante furorem, vel morbum facta, non concidunt ſuperueniente morbo, ſiue furore.*
7 *Quibus verbis fiat ſubſtitutio exemplaris.*
8 *Quæ perſonæ exemplariter ſubſtitui poſſint.*
9 *Quæ ſunt neceſſaria ad exemplarem ſubſtitutionem.*
10 *Filio naturali tantum ſubſtitui exemplariter non poteſt, niſi a matre.*
11 *Subſtitutio pupillaris, & exemplaris in quibus differant, aut conueniant.*
12 *Effectus exemplaris ſubſtitutionis eſt iſte, quod contineat in ſe tacitam vulgarem.*
13 *Subſtitutio exemplaris, quomodo finiatur, & num. 15.*
14 *Si deficiat furor, vel morbus, & deinde reuertatur, an duret teſtamentum exemplare.*

1 MAteriam ſubſtitutionis exemplaris tradit Bart. in l. ex
facto, ff. eo. Ang. & D. in § qua ratione, hoc tit. noſtro.
Et primo ſciendum, quod exemplaris ſubſtitutio eſt, quã parentes
faciunt liberis ſuis, qui propter furorem, vel aliũ morbum
ingraueſcentem, teſtari non poſſunt. Et dicta eſt exemplaris,
quod ad exemplum a & imitationem pupillaris ſubſtitutionis
inducta eſt humanitatis intuitu, l. humanitatis, C. de
impub. & alijs ſubſt. Quemadmodum enim parens liberis impuberibus
pupillariter ſubſtituere poteſt: ita quoque habẽs liberos
puberes furioſos, & eis ſubſtituere poteſt, perinde, ac ſi
impuberes eſſent, cum, & propter defectum rationis, & iudicij
teſtari prohibeantur, d. l. ex facto, & d. §. qua ratione.
2 Secundo videndum, qui poſſint exemplariter ſubſtituere.
b Et hic, quod parentes vtriuſque ſexus. *b* Nec conſideratur
hic, quòd ſint in patria poteſtate, ſicut in pupillari. d. l. humanitatis
cum humanitatis ratione, & ex commiſeratione hæc
ſubſtitutio introducta ſit. Debet tamen mater eſſe honeſta,
& quę non tranſijt ad ſecunda vota, ſecundum Bart. in d. l. ex
facto. Et pulchre declaratur per Zaſ. & in d. tract. ſubſt. cap. 4.
Qui ſubijcit, tenendo contra Bart. quòd pater in ſubſtituẽdo
3 filio furioſo matri præferatur. Filius autem patri furioſo ſubſtituere
non poteſt, cum hoc iure non ſit expreſſum, vt tenet
Bart. & Doct. in d. l. ex facto.
4 Tertio, quibus exemplariter ſubſtitui poſſit. Et primo po-
c teſt ſubſtitui exemplariter filijs naturalibus, & *c* legitimis ſi-
d mul, item legitimis tantum, nepotibus, & neptibus, *d* puberibus,
& impuberibus, eo furore correptis, qui poteſt eſſe
perpetuus, item mente capitis, & ſurdis, item mutis, d. leg. ex
facto, in princip. Idem de prodigo. ob prodigalitatem bonis
interdictum eſt, communiter ſtatuunt Doct. in dict. leg.
5 ex facto Et hæc ſunt vera, niſi iſti ſubiecti furori, vel morbo,
ante furorem, vel morbum teſtamentum feciſſent, dum fuiſſent
ſani. Qui iſta teſtamenta furore ſuperueniente, non ca-
6 dunt, de quo latius vide Zaſ. in d. cap. 4. Naturalibus autem
liberis tantum, pater ſubſtituere non poteſt ſecundum Doct.
in d. l. ex facto.
7 Quarto, quibus verbis fiat iſta ſubſtitutio. Videlicet, quando
pater inſtituit filium furioſum, & ſi in furore deceſſerit,
ſubſtituit Caium.
8 Quinto, quæ perſonæ poſſint ſubſtitui. Sunt enim *e* certæ
e perſonæ à lege expreſſæ; ita quòd ſi furioſus habeat liberos,
hi ſubſtituendi ſunt. Si verò non extent deſcendentes, fratres
ipſius furioſi ei ſubſtitui debent, quibus deficientibus
poterit pater ſubſtituere quoſcunque voluerit, dict. leg. humani.
9 Sexto, quæ requirantur ad hanc ſubſtitutionem, I. requiritur,
quòd is, cui ſubſtituitur, ſit aut filius naturalis, & legitimus
ſimul, aut legitimus tantum non autem naturalis tantũ,
10 niſi mater, ei ſubſtituere velit. II. Quod non incidat in poteſtatem
ſui patris, poſt mortem aut ſubſtituentis. III Quod fu-
11 rioſus in furore decedat. IV. Quod pater ſibi ipſi faciat teſtamentum
ſicut de pupillis dictum eſt. Et quibus differant, &
conueniant pupillaris, & exemplaris ſubſtitutio, videte Bart.
in d. l. ex facto, & Ang. in d. §. qua ratione.
12 Septimo, qui ſint effectus huius ſubſtitutionis. Et dic, quod
ſubſtitutio exemplaris continet in ſe tacitam vulgarem, vt
cum teſtator dicit. (inſtituo filium furioſum hæredem, &
ſi in furore deceſſerit, ſubſtituo ei Caium.) Si nunc filius
in furore decedat, & non ſit hæres patris, quæ eſt tacita vulgaris,
nihilominus ſubſtitutus capiet bona. De quo vide Zaſ.
in d. tract. ſubſt. cap. 3.
13 Vltimo, qualiter ſubſtitutio exemplaris finiatur. Et I Finitur,
quando furor, vel morbus ceſſat, d. l. humanitatis, & d. §.
qua ratione. Quid autẽ ſi deficiat furor, vel morb & his deinde
reuertatur, an duret teſtamentũ exemplare. Et Bart. in d. le.
14 ex facto, tenet ſubſtitutionem exemplarem non expiraſſe.
Quod Zaſius credit eſſe verum, quando breui tempore furor
vel morbus redit, alias non. Cum furioſus habens dilucida interualla,
teſtamentum condere poſſit, l. furioſum, C. qui teſta-
15 menta facere poſſunt. II. Si filij naſcantur ei, cui ſic ſubſtituitur
exemplariter, d l. ex facto. Item tertio, quarto, & quinto
modo, quibus pupillaris extinguitur, exemplaris quoq. expirat.

ADDITIONES.

a *De exemplari ſubſtitutione vide Roland tract. de teſt. Rub. 25. Adde Fumeum tract. de ſubſt. c. incip. Tertia ſubſtitutionum ſpecies exemplaris. De conſect. quæ verſantur circa exemplarem ſubſtitutionem, vide Manticam 5. de conject. vlt. vol. 16.*
b *Quid ſi pater vnum, mater alium ſubſtituat? In maternis ſuccedet ſubſtitutus à matre in paternis vero, qui ſubſtitutus fuerit patre, ſi modo filio cui ſubſtituitur ſit in poteſtate, alias ſi emancipatus ſit, & ſubſtitutio facta ſit per patrem, & matrem, ſimul, in paternis ſuccedet à patre ſubſtitutus, in maternis vero, qui a matre, in ceteris alijs bonis furioſi ſubſtituti ſuccedunt æqualiter l. ex facto. ff. eod. vbi Bart.*
c *Siue ſint in poteſtate, ſiue non ſint, & in eo differt exemplaris à pupillari, quæ fieri poteſt ſolis liberis in poteſtate.*
d *Differt in eo exemplaris ſubſtitutio a pupill. Pupillaris fit ſolis impuberibus, exemplaris etiã puberibus, §. qua ratione, hoc tit.*
e *Differt etiam in eo a pupillari. Nam in pupillari impuberi inſtituto poteſt quiuis ſubſtitui, in exemplari non quiuis, ſed primum liberi furioſi, & his deficientibus fratres, & ſorores, poſt hos extranei, l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſtit.*

a DE RECIPROCA a SVBSTITVTIONE.

1 *Subſtitutio reciproca, quæ à Doctoribus breuiloquia dicitur quid ſit, & vnde dicta.*
2 *Effectus huius ſubſtitutionis ſunt quattuor interdum n. cõtinet duas vulgares ſubſtitutiones, interdũ duas pupillares, quandoq; duas fideicõmiſſarias quandoq, duas pupillares, & vulgares.*

1 HVius ſubſtitutionis materiam tract. Bartol. in l. Lucius, ff.
eod. & Plat. in d § qua ratione, hoc titul. noſtro, & Ang.
in §. ſi plures, ſupr. de vulgari ſubſtit. Eſt autem reciproca ſubſtitutio,
quæ à Doctoribus breuiloquia appellatur, quãdo plores
vna verborum conceptione vltro citroq; inſtituuntur, &
ſubſtituũtur, d. l. hoc iure, ff. eodem. Dicta reciproca, quaſi retroducta,
repetita, ſeu reflexa. Quia ſubſtitutio de vno in alterum
reducitur, & reflexitur, & breuiloqua, dicta quia breuibus
fit verbis, ſecundum gloſ. ſuper verbo, non ad matrem in
d. l. Lucius. Et non eſt ſic propriè diſtincta ſpecies ab alijs, ſed
potius adiectio quædam, quæ alias in ſe ſubſtitutiones continet.
Sicut quando agitur ex peculio contra patrem, peculium
non eſt nomẽ actionis, ſed qualitatis circa actionem, vt
in §. actiones, inſ. de action. dicetur. Et ſic modus inducendi
reciprocã ſubſtitutionem eſt, alius, & ſeparatus à ceteris. Sed
quo ad materiam circa quam verſatur, non diſtinguitur ab
alijs, & regulariter fit his verbis, quando teſtator dicit: [Caium,
& Titiũ hæredis inſtituo, eoſq; inuicem ſubſtituo. Ibi]
alteri breuibus verbis, & reciprocè eſt ſubſtitutus. Item, [inſtituo
Titium, & Caium hæredes, & vter ex eis ſuperuixit,
eum alteri ſubſtituo,] Item, [Caius, & Titius ſubſtituti inuicem
hæredes ſunto.] Perinde enim eſt, ac ſi diceret: [Caius,
& Titius hæredes ſunto, eoſq; inuicem ſubſtituo.] De quo latius
vide Bart. in d. l. ex facto, & Ang. in d. §. ſi plures.
a Effectus autem huius ſubſtitutionis ſunt hi. I. Quod bre-
b uiloquia continet aliquando duas *b* vulgares ſubſtitutiones,
vt quando duo extranei inſtituuntur, & inuicẽ ſubſtituuntur.
Quo-

ADDITIONES.

a *De reciproca ſubſtitutione, vide Roland. tract. de teſt. Rub. 27. Adde Fumeum d. tract. de ſubſt. c. incipiente. Subſtitutio reciproca.*
b *Quandoque continet quatuor, ſex, & octo ſubſtitutiones, De quo vide Bart. in l. Lucius, ff. eod.*

Digitized by Google

Quo caſu ſubſtitutio locum habet, quando alter ex eis non adit hæreditatem. II. Quandoque continet duas pupillares, quando duobus filijs impuberibus exhæredatis, ita ſubſtituitur. Tunc enim vulgares includi non poſſunt, quia certum eſt, quòd nō poſſint eſſe hæredes, cum ſint exhæredati. Ergo tantum duæ pupillares continebuntur. III. Continet hæc ſubſtitutio interdum duas fideicommiſſarias, quando pater liberos impuberes inſtitutos in codicillis inuicem ſubſtituit. Nam hæreditas in codicillis directo dari non poteſt, ſed tantum in teſtamento. Ideo hęc verba directa tunc obliquantur, & ad fideicōmiſſum trahuntur, vt notatur per Bart. poſt tex. in l. Scęuola, ff. ad S C Treb. IV. Quandoq; continet duas pupillares & duas vulgares: Veluti quãdo fit duobus filijs impuberibus, in poteſtate exiſtētibus. Pupillaris enim expreſſa continet tacitam vulgarem, vt quando pater dicit: [Filios meos impuberes hæredes inſtituo, & ſi adita, vel nō adita hæreditate in pupillari ætate deceſſerint, eos inuicem ſubſtituo.] Hic ſunt duæ ſubſtitutiones pupillares expreſſæ, & duæ vulgares tacitæ, videlicet, [ſi nō adita hæreditate in pupillari ætate deceſſerint.] Imo aliquando ſex & octo, & aliquando plures comprendit, quia numero liberorum hæ ſubſtitutiones augentur. De quo latius vide Bart. & Doct. in d. l. Lucius.

a DE COMPENDIOSA a Subſtitutione.

1 *Compendioſa ſubſtitutio quid ſit, quot complectatur ſubſtitutiones, vnde dicta num. 2. & 3.*
4 *Quomodo differat a breuiloqua.*
5 *Quibus verbis fiat.*
6 *Quæ ſint verba directa, quæ obliqua, vel precaria, & quæ ſint communia.*
7 *De effectibus huius ſubſtitutionis.*
8 *Quid iuris, ſi talis ſubſtitutio fiat à milite filio impuberi, verbis, vel directis, vel obliquis, ſiue precarijs, vel etiam communibus, & num 9. & 10.*
11 *Item quid iuris ſi hæc ſubſtitutio fiat à pagano, per eadem verba.*
12 *Sequitur declaratio textus.*
13 *In ſubſtitutione pupillari ſi filius decedat adita hæreditate, ſubſtitutus patri, & filio ſit hæres, ſed non adita hæreditate patri tantum ſuccedit.*
14 *In pupillari ſubſtitutione duo quodammodo ſunt teſtamenta: vnum patris, & alterum filij impuberis, Vel poteſt dici eſſe vnum teſtamentum duarum hæreditatum.*
15 *Conſilium Imperatoris in ſubſtituendo impuberi filio.*
16 *Pupillaris ſubſtitutio extenditur etiam ad filios exhæredatos item ad poſthumos.*
17 *Pupillare teſtamentū eſt pars, & ſequela paterni teſtamenti.*
18 *Habens plures liberos, ſubſtituere poteſt, vel ſingulis, vel vltimo morienti tantum.*
18 *Subſtitutio pupillaris poteſt fieri per proprium nomen ſubſtitui, vel etiam generalibus verbis.*
20 *Extraneo aut etiam filio puberi, directo ſubſtitui non poteſt, ſed per fideicommiſſum poteſt.*

1 Compendioſa ſubſtitutio eſt, quæ, cum plura tempora, ſeu tractū temporis in ſe contineat, ſub verborum compendio plures ſubſtitutiones complectitur: Veluti: Inſtituo filium meum hæredem, & quandocumque is deceſſerit ſub-
2 ſtituo ei Caium. Continet enim plures ſubſtitutiones: Pupillarem ſi in pubertate deceſſerit: vulgarem, ſi poſt pubertatem, & exemplarem, ſi in furore. Item directam, & fideicommiſſariam. Eiuſq; materia tractatur per Bart. in l. Cētutio, ff. eo. Et per Panorm. in c. Rainutius, de teſtam. Angel. in §. fi. In-
3 fra eod & per Plat. in d §. qua ratione, ante fin. Et ſi dicta eſt, à compendio, ſeu breuitate verborū compendioſa. Et differt
4 à breuiloquia, quia illa inter plures perſonas tantum locum habet, vt quando plures inuicem ſubſtituuntur. Compēdioſa verò vni tātum fieri poteſt, & fit verbis directis, obliquis, ſeu precarijs, & communibus. Directa verba ſunt, quæ de ſui natura important, vt ſubſtitutus capiat hæreditatem a ſeipſo, & nō de manu alterius; vel per interpoſitam perſonam. Veluti; [Si is hæres non erit. Caius hæres eſto Item, Dominus eſto. Item Te hæredem facio. Item, Capiat, & Accipiat, &c.] Obliqua verò, ſeu precaria verba ſunt, quæ important, vt ſubſtitutus non per ſe, ſed per mediam perſonam perueniat ad hæreditatem. Veluti, [Mando, iubeo, rogo, vt reſtituas hæreditatē meam Sempronio. Item, Volo dari, reddi diuidi, &c.] Communia vero verba ſunt, quæ ad vtrumque ſignificatum directum, & obliquum poſſunt adaptari, vt ſunt verba iſta, (perueniat, detineat, habeat, deuoluatur, deferatur, conſequatur, &c.)
b b vt declarat Bar. & alij in d. l. Centurio. Et quod ad effectus
7 huius ſubſtitutionis attinet, diſtinguitur inter hæc verba, ac perſonas, à quibus ſubſtitutio facta eſt. Aut enim fit à milite, aut a pagano.
8 Primo caſu, quando ſubſtitutio talis fit à milite filio impuberi directis verbis, veluti, (Quandocumque filius meus impubes deceſſerit, hæres eſto Caius.) Si nunc filius decedat in pupillari ætate, valet hæc ſubſtitutio iure communi, & habet vim pupillaris ſubſtitutionis directæ. Ita quòd ſubſtitutus capiat omnia bona, tam patris, quam filij vndecumque quæſita, l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, & d. l. Centurio, ff eod. Si verò poſt pubertatem decedat, valet hæc ſubſtitutio etiam directa, non quidem iure communi, ſed militari. Sed tunc ſubſtitutus tantum capit bona patris, cum fructibus extantibus: non autē ipſius filij, poſt pubertatem decedentis, aliunde quæſita, vt no-
9 tatur in d l. Centurio. Sed quando fit per verba obliqua, ſeu præcaria, valet iure fideicōmiſſi, ita quod legitimus hæres ab inteſtato ſuccedens, retenta Trebellianica, ſubſtitutio hæreditatem reſtituat, l. cohæredi, §. cum filiæ, verſ. quod ſi hæredē,
10 ff. eod. Si verò fit per verba communia, tunc ſemper valet de iure directo, niſi mater eſſet in medio. Quia tunc illa ſubſtitutio obliquaretur, & valeret iure fideicommiſſi, ita vt ſubſtitutus ex manu matris hæreditatem capere teneatur, vt notatur in l. precibus, C. de impuber. & al. ſubſtit.
11 Secundo caſu, quando fit á paganō verbis directis, hoc modo, (Quandocumque filius meus impubes deceſſerit, hæres eſto Caius, tunc valet, ſi intra pubertatem decedat, iure directæ pupillaris. Quia pater videtur impuberis teſtamentum feciſſe. Si verò poſt pubertatem moritur, hæc ſubſtitutio omnino, expirat, l. in pupillari, ff. eod. Si vero facta fuerit talis ſubſtitutio puberi directis verbis a pagano, illa quidem ab initio non valet, ſed trahitur ad fideicommiſſariam, ſecundū Doct. in l. verbis ciuilibus, ff. eod. Si vero fit verbis communibus in-
c tra pubertatem, habet c vim pupillaris ſubſtitutionis, etiamſi mater ſit in medio. Sed poſt pubertatem trahitur ad fideicom-
d miſſum, vt notatur in d. l. d Scæuola, ff ad S. C Treb. & quando verbis obliquis fit, non eſt dubium, qui tunc habeat ſaltem vim ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, ita vt neque matrem excludat, neque ſubſtitutus bona filij aliunde quæſita capiat, ſed tantummodo patris teſtatoris, d. l cohære di, §. cum filiæ. Et de his latius vide Ang. in d. §. fin & Plat. in d §. qua ratione.
12 Bart. & alios in d. l. Centurio, & tract. Zaſ in 5. cap. &c. His ſic præmiſſis, breuiter text. titul. noſtri declarari poteſt, videlicet,
13 quod in principio Imperator declarat ſubſtitutionem pupillarem. Et quod comprehendat iſtos duos caſus, ſiue filius impubes decedat adita hæreditate, ſiue nō adita ita tamē, vt priori caſu ſubſtitutus patri, & filio fiat hæres. Poſteriori vero caſu, & patri tantum ſuccedat. Et in fine principij ſubijcitur, vnde, & quare hæc pupillaris ſubſtitutio introd. ſit. In d. §. qua ratione, tangitur materia ſubſtitutionis exemplaris, quod ad exemplum pupillaris pater filio furioſo etiam puberi, ſuſtituere poſſit, & quod hæc expiret, quando furor deſinit.
14 In §. igitur, tradit Imperator ad declarationem pupillaris, quod in ea duo quodammodo ſint teſtamenta. Vnum patris, qui primum de ſuis teſtatur, & alterum filij impuberis, qui propter ætatem alias de ſuis bonis teſtari prohibetur, §. preterea, ſupra qui teſtamenti facere poſt. Vel poteſt dici eſſe vnū teſtamentum duarum hæreditatum.
15 In §. ſin autem. Imperator tradit conſilium, ſubſtituendo filio impuberi, ne à ſubſtituto ſequātur inſidiæ vitæ ipſius impuberis, vt bona deinde perueniant ad ſubſtitutum.
16 In §. Non ſolum, duobus modis extendit pupillarem ſubſtitutionem. Primo, quod pater filijs etiam exhæredatis ſubſtituere poſſit. Deinde etiam poſthumis.

In

ADDITIONES.

a *De compendioſa ſubſtitutione, vide l. Centurio, 16. Bart. ff. eod.*
b *De verbo diuidat, & Bal. in l. vlt. C. famil. erciſc.*
c *De hac quæſt. acriter certatum inter interpretes, alijs dicentibus compendioſam habere hoc caſu vim pupillaris: alijs verò exiſtimantibus eam vim habere fideicommiſſariæ fauore matris. Et hanc tenet Bartol. in l. Centurio, ff. de vulg. Vide plura apud Mant. 7. de coniect. vlt. vol. 3. num. 16.*
d *Gl. in §. qua ratione, hoc tit. Cin in l. precibus, Co. de impub. & alt. ſubſt. Caſtrenſ. ibid. & in l. Centurio. ff. de vulg. vbi Seuerinus, Cornous, Aretinus, & Dec. conſ. 228.*

17 In §.Liberis,ponitur vnũ requiſitum ad pupillarem ſubſti-
tutionem, videlicet,quod pater primo ſibi faciat teſtamentũ,
cum pupillare teſtamentum ſit pars,& ſequela paterni teſta-
menti.Ita quod ſi paternum teſtamentum nõ valeat, nec filij
cõſiſtere poſſit, ideo pater nõ poteſt pro ſua perſona inteſta-
tus decedere,& tamen facere teſtamentũ pro filio impubere.
18 In §. Vel ſingulis, docet Imperator,quod habens plures li-
beros, ſingulis ſubſtituere poteſt, ne aliquis decedat inteſta-
tus,vel vltimo morienti tantum ſubſtituere poteſt,& tum nõ
ſubſtituet eos inuicem. Et ideo ſi vnus moriatur,qui non eſt
vltimus, ſuccedunt alij in eius partem,non iure ſubſtitutio-
nis ſed iure legitimo. Adde l.vel ſingulis,ff.eod.
19 In §. ſubſtituitur, dicitur, quod pupillaris ſubſtitutio poteſt
fieri,vel per propriũ nomen ſubſtituti,vel etiam generalibus
verbis veluti,Quiſquis mihi hæres erit, ſit & filio meo hęres.
In §. Maſculo, traditur, quod pupillaris ſubſtitutio adue-
niente pubertate extinguitur.
20 In §.fi.materia ſubſtitutionis compendioſæ tangitur,quod
directo non poſſit ſubſtitui extraneo, aut etiam filio puberi,
quandocumque deceſſerit,ſed bene per fideicommiſſum te-
ſtator eos obligare poteſt,ad reſtituendam hæreditatem al-
teri.De quo infra in tit.de fideic.hæred.dicetur.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA infirmentur.

TITVLVS XVII.

1 *Continuatio,& rubrica concordans in ff.& nu.3.*
2 *Sub ſole nihil adeo firmum eſt quod non poſſit rumpi.*
4 *Teſtamentum aliud iuſtum dicitur,aliud iniuſtum. Et quid ſit teſtamentum iniuſtum,item quid iuſtum,& nu.5.& 8.*
6 *Quando quæritur de validitate teſtamenti, quæ ſint ordine conſideranda.*
7 *Ex teſtamento iniuſto,& imperfecto,etiam Imperator hæres inſtitutus nihil petere poteſt.*
9 *Teſtamentum iuſtum ſiue legitimum nonnunquam infirmatur:nam aut rumpitur,aut fit irritum.*
10 *Rumpitur teſtamentũ,vel agnatione poſthumi,vel agnatione ciuili per arrogationem,ſcilicet,& adoptionem, vel denique per poſterius teſtamentum iure perfectum,de quo in §.ſeq.*

1 Dictum eſt hactenus,*a* qualiter teſtamenta fiãt,
a & quæ requirantur ad hoc, vt valeat teſtamẽ-
2 tum,vt dicatur iuſtum,& perfectũ. Sed quia
nihil ſub ſole adeo firmum eſt, quod nõ poſſit
rumpi,§.nuptias,in Auth.de nupt. facit l.fora-
men,ff.de ſeruit. vrban præd. Ideo Imperator
nunc exponit, quibus modis teſtamenta rite facta turſus in-
3 firmentur Et concordat cum hac Rub.tit.in ff.de iniuſt.rupt.
4 & irrito facto teſtam. Ad eius intellectum præmittendum,
5 quod teſtamentum aliud dicitur iniuſtum,aliud verò iuſtum.
Iniuſtum teſtamentum dicitur, quod non iure, ſeu legitimè
factum eſt, & quod ab initio non valet,vel infirmũ, imper-
fectum,ac nullum eſt, veluti quando is, qui fecit, non habuit
teſtamenti factionem actiuam, de quibus ſupradictum eſt,
in tit.quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Vnde
6 I.C.in l.4.ff.de teſtamentis dicit, quod ſemper, quãdo de va-
liditate alicuius teſtamenti quęritur,videndum ſit primo,an
is,qui fecit, habuerit teſtamenti factionem. Deinde, an ſe-
7 cundum formam à legibus pręſcriptam fecerit. His enim de-
ficientibus, teſtamentũ ab initio ipſo iure non valet,ita quod
ex tali teſtamento, tamquam imperfecto, etiam Imperator
hęres inſtitutus nihil poſſit petere,l ex imperfecto, C. de teſt.
Vnde ſi ſolemnitates enumeratę in l.hac conſultiſſima,C.de
teſtamentis,omiſſę fuerint, aut hęres teſtamento non fuerit
inſtitutus,vel incapax hęres nominatus ſit, aut non ſit inſti-
tutus is quem oportebat inſtitui,aut exhęredari, teſtamentũ
8 à principio inutile,& nullum eſt. Iuſtum verò teſtamentum
dicitur,quod iure,ſecundum diſpoſitionem legis,& formam
à iure traditam,factum eſt,& perfectum, ſeu legitimum di-
citur,ita vt hęres inſtitutus poſſit adire hęreditatẽ,excluſis ve
nientibus ab inteſtato,iuxta l.quamdiu inſtitutus, ff. de acqu.
9 hęr. Et tale teſtamentum,quod ſic legitimè,& ſolemniter fa-
ctum eſt,& à principio valet,aliquando infirmatur,ita quod
rumpatur, aut irritum fiat, & de his infirmandi teſtamenti
10 duobus modis,hoc titulo potiſſimum agitur. Initio enim de-
clarat Imperator,qualiter teſtamentũ legitimum rumpatur.
Et primo rumpitur agnatione poſthumi, veluti ſi teſtator
habilis fecit teſtamentum, in quo inſtituit liberos iam exiſtẽ-
tes hęredes,& omnia tunc ritè fecit, quę ritè fieri debuerũt:
ſed poſt mortem patris teſtatoris,aut etiam eo viuo,poſt cõ-
ditum teſtamentum,natus eſt ei poſthumus,de quo non co-
gitauit. Hoc caſo rumpitur illud teſtamentum patris, agna-
b tione *b* ſui hęredis,l.1 in fi.& l. 3.in princ.& l certum, ff. eod.
& hic in fin.princ. Niſi idem poſthumus in vita teſtatoris de-
cedat.Nam tunc,quoad effectum, non rumpitur teſtamen-
tum,l.poſthumus,in primo reſponſo,ff.eod.
c Secundo, rumpitur teſtamentum agnatione *c* ciuili,per ar
rogationem ſcilicet,& adoptionem. Vt quando teſtator poſt
conditum teſtamentum arrogat eũ,qui ſui iuris eſt, vel ado-
ptat eum,qui alieni iuris eſt. Nam tunc teſtamentum omni-
no rumpitur, perinde, ac ſi filius iſte legitimus tantum eſſet
naturaliter procreatus ex iuſtis nuptijs, vt hic, in princ.& d.
l.1.& d.l certum. Et hoc eſt verum,ſec.gl.hic,ſuper verbo,cõ-
d ſtitutionem, quando *d* adoptatur quis ab aſcendente,in cu-
ius poteſtatem tranſit: alias non rumpit teſtamentum patris
adoptiui. Licet enim adoptatus ab extraneo, ei ſuccedat ab
inteſtato,non tamen adoptans tenetur eum inſtituere hære-
dem,l.cum in adoptiuis,§.ſed ne articulum,C. de adopt. de
quo in primo titulo tertij libri, de ſucceſ. filiorum legit. tan-
tum dicitur. Deinde limitatur,vt per arrogationem teſtamẽ-
tum non rumpatur, quando teſtator arrogat eum, quem
e prius in teſtamento inſtituit hæredem,l.ſi *e* qui hæres, ff.eod.
& gloſ.hic,in verb.rumpitur.

ADDITIONES.

a *Differt hic titulus à ſequenti. Hoc enim traditur,quemadmodum teſtamenta infirmentur ipſo iure; ſequens vero quemadmodum infirmentur officio iudicis,propoſita querela explicat.*
b *An matris Minime,l.Gallus,§.nunc de lege Velleia.ff. de lib. & poſthum. Talis tamen poſthumus querelam inofficioſi habet,l.3.C.de inoffic.teſtam.*
c *Natura agnaſcitur nobis ſuus ſi naſcitur; ciuiliter, ſi per nos adoptatur. Et hæc non agnatio,ſed quaſi agnatio ſui hæredis, vt hic,& l certum,ff.de iniuſto.*
d *§.ſed hodie,ſupra,de adoptionibus.*
e *L.filio,in fi.ff.de liber.& poſthum.*

§. Poſteriore,

1 *An,& quando teſtamentum poſterius rumpat præcedens.*
2 *Paganus non poteſt cum duobus teſtamentis decedere.*
3 *Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*
4 *Ratio diuerſitatis: cur teſtamentum vltimum deroget omnibus prioribus: ſed pluribus ſententijs ab eodem iudice ſuper vna,& eadem relatis prima valeat,& non ſecunda, & n.5.*
6 *Sententiam definitiuam iudex reuocare non poteſt. Secus eſt in interlocutoria.*
7 *Nemo poteſt ſibi imponere legem, à qua nõ liceat ei recedere.*

1 Tertio, prius *a* teſtamentum rumpitur per poſterius iu-
a re perfectum,vt hic,& dict.l.2.ff.eod. Sæpe enim fit, vt
plura aliquis teſtamenta conficiat. Eſt enim voluntas defun-
cti ambulatoria vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum, leg. 4. ff.
de adimp.legatis. Et his tamen vnum tantum valere poteſt,
quod ſcilicet nouiſſimè factum eſt, per quod ſtatim rumpi-
tur primum,etiamſi illud ęquè iure perfectum ſit. Item etiãſi
nihil dixerit teſtator, nec adiecerit clauſulam derogatoriam,
in poſteriori teſtamento, videlicet caſſans, & irritans omne
aliud teſtamentum, quæ clauſula hodie, ſecundum Angel.
communiter per tabelliones apponi ſolet, quia ipſius rei na-
tura ſatis id demonſtr. Cum paganus nõ poſſit cum duobus
teſtamentis decedere,ſecundum gloſ.hic in verb. rumpitur.
Item per ſecũdum tollitur primum teſtamentum,etiamſi ex
ſecundo actualiter non adeatur hæreditas, dummodo ex eo
adiri poterat, vt hic, quia hæres inſtitutus noluit adire hære-
ditatem,aut viuo teſtatore, aut eo mortuo, antequam tamẽ
hæres adiret hæreditatem, deceſſit, aut quia conditio defe-
cit,ſub qua in ſecundo teſtamento inſtitutus eſt,nihilominus
enim

ADDITIO.

a *Poſteriore teſtamento valido,& ſolemni prius tollitur, vt hoc §. De quo vide Concentationem 3.q.2.Clar 3. Sent.§.teſtamentum,q.54. Vbi quærit,an hæc ſententia vera ſit,prius teſtamentum coram Imperatore factum fuerit, aut in primo verbum de teſtamento nunquam reuocando adiectum.*

Digitized by Google

enim prius teſtamentum per poſterius rumpitur, ita quod
primum non valeat, neque ſecundum vires habeat, cũ in eo
nemo hæres exiſtat, & ſic res redit ad cauſam inteſtati, vt le-
gitimi hæredes, qui alias a lege ad ſucceſſionem defuncti ab
inteſtato vocantur, ſuccedant, text. eſt hic. Ad hoc igitur, vt
poſterius teſtamentum tollat primum, neceſſe eſt, vt poſte-
rius ſit validum, & ita ſolemniter factum, quod hęreditas ex
eo poſſit adiri, licet de facto non adeatur. Si enim fuerit im-
perfectum, & per ſe inualidum, priorem voluntatem ſolem-
3 nem pertinere non poteſt. Rata enim eſt regula: (Non præ-
ſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum,) c.
non pręſtat, de reg. iur. in 6. Sunt tamen aliquot caſus, in qui-
bus etiam teſtamentum poſterius imperfectum tollit primũ
perfectum, de quibus in § ex eo autem, infra eod. dicemus.
4 Porrò circa hoc quod dictum eſt, primum teſtamentum tolli
per poſterius, in quo hæres ſub conditione inſtitutus eſt, licet
conditio deficiat non tamen primum reconualeſcit: obſer-
uabitis, ſec. I.C. in l. cum in ſecundo, ff. eod. qualis fuerit con-
ditio appoſita, & qualiter ſit concepta. Si enim in pręteritum
aut pręſens tempus conditio collata eſt, veluti: (Si Titius Cõ-
ſul fuit, vel iam eſt Conſul, hæres eſto Caius.) Tunc ſi vera
eſt conditio, ſtatim rumpitur teſtamentum primum. Si autẽ
non eſt vera, prius teſtamentum firmum manet. Si autem
conditio in futurum fuerit collata, ſiue ſit poſſibilis, ſiue im-
poſſibilis, (quia tunc pro non adiecta, ſiue non ſcripta habe-
tur, §. impoſſibilis, ſup. de hæred. inſt.) ſuperius teſtamentum,
5 æque rumpitur per poſterius, d. l. cum in ſecundo, ff eod. Vl-
timo notabitis circa gl. hic, in verbo rumpitur, quod licet de
pluribus teſtamentis diuerſo tempore factis, vltimum valet,
& derogeт omnibus alijs. Secus tamen eſt in pluribus ſen-
tentijs, quarũ prima lata ab vno, & eodem iudice ſuper vna,
& eadem re valet, & non ſecunda. Eſtque ratio diuerſitatis:
a Quia ſententia *a* definitiua lata, ſiue bene, ſiue malè, iudex
functus eſt ſuo officio, nec habet poteſtatem amplius iudicã-
b di, aut mutandi ſuam *b* voluntatẽ, l. iudex, ff de re iud. Quod
6 eſt verum in ſententia definitiua ſecus in interlocutoria, quã
iudex reuocare poteſt, leg. quod iuſſit, & ibi Bart. ff. de re iud.
Sed facto vno teſtamento, non propterea ſublata eſt teſtato-
ri poteſtas iterum teſtandi, cum nemo poſſit ſibi imponere
legem, à qua nõ liceat ei recedere, l. ſi quis in prin. ff. de leg. 3.
Et ambulatoria ſit voluntas hominis vſq; ad ſupremum vitæ
ſpiritum, d. l. 4. ff. de adim. leg. Et de hoc vide plenius Ang. hic.

A D D I T I O N E S.

a *Sententiam ſuam vtrum iudex reuocare poſſit, vide apud Cõ-
cennatium. 4. q. 2.*

b *Teſtator vero poteſt ſemper ſuam voluntatem mutare, l. C. de
ſacroſ. Eccleſ. cap. cum Martha, de celebrat. Miſſ. l. ſi quis, in
princ. ff. de leg. 3.*

§. Sed & ſi quis.

1 *Traduntur ampliationis ad regulam, quod teſtamentum pri-
mum tollatur per ſecundum, & nu. 3.*
2 *Inſtitutus in rebus certis, nullo alio cohærede dato, intelligi-
tur vniuerſaliter inſtitutus.*
4 *Teſtator ſuis verbis efficere non poteſt ne leges in teſtamen-
to ſuo locum habeant.*
5 *Ex ſecunda ſententia, appellationis, ſcilicet non autem pri-
ma oritur actio, & nu. 6. & 9.*
7 *Ad appellationis iuſtificationem ſeu proſecutionem, regulari-
ter datur annus.*
8 *Tempus proſequendæ appellationis dicitur fatale, & incipit
currere à die interpoſitæ appellationis.*

1 EX hoc § notabitis, primo ampliationem ad regulam in §.
præcedenti traditam, videlicet, quod teſtamentum pri-
mum, in quo hæres vniuerſalis inſtitutus eſt, tollatur per ſe-
cundum licet in eo non ſit hæres vniuerſalis, ſed in certa re
2 tantum inſtitutus. Adde l. ſi quis priore, ff. ad S.C. Trebel. eſt-
que ratio, quia inſtitutus in rebus certis nullo alio cohærede
dato, intelligitur vniuerſaliter inſtitutus, l. 1. §. ſi ex fundo, ff.
de hæred. inſtit. Si vero quis inſtitutus eſſet in certa re hęres,
& in eodem teſtamento alius ſimul eſſet inſtitutus, habere-
tur inſtitutus in certa re pro legatario, l. quoties. C. de hęred.
3 inſtituendis. Deinde, quod eo ipſo, quando ſit ſecundum te-
ſtamentum, tollitur primum, licet teſtator in eo dicat, quod
velit primum valere. Nec enim ſuis verbis hoc efficere po-
teſt, quod leges in ſuo teſtamento locũ non habeant, l. nemo,
ff de leg. 1. Hęc tamẽ expreſſio volũtatis, hoc operatur, quod
inſtituti in ſecundo teſtamento videantur per fideicommiſ-
ſum eſſe grauati de reſtituẽda hæreditate inſtitutis in primo
teſtamento, ita vt inſtitutus in ſecundo habeat tamen res in
quibus expreſſe nominatus eſt hęres. Et ſi ille non ſufficiunt,
habebit ſupplementum vſque ad quartam Falcidię, & reſiduũ
reſtituet inſtituto in priori teſtamento. Et ita prius teſtamen-
tum rumpitur, quoad valorem iuris teſtamenti, & valet iure
fideicõmiſſi, vt hic. Adde d. l. ſi quis priore cum ibi not. Hinc
gl. colligit argumentum, cum ex ſecundo teſtamẽto adeatur
hęreditas, licet per fideicommiſſum reſtituatur ei, qui in pri-
5 mo inſtitutus eſt, quod ex ſecunda ſententia, appellationis ſci-
licet non autem ex prima actio oriatur. Circa, quod ita cõ-
6 muniter diſtinguitur. Aut prima ſententia confirmatur per
iudicem appellationis, propter negligẽtiam partis, quia infra
legitimum tempus non eſt proſecuta appellationem. Et tunc
oritur actio ex prima ſententia, quæ ſuum robur, & effectũ
retinet ac ſi nũquam fuiſſet appellatum, vt inquit Imperator
in l. fi. §. illud, circa medium, C. de temp. appell. Et obiter no-
7 tabitis, quod annus conceditur ad iuſtificandã, ſeu proſequẽ-
dam appellationem, d. l. fin. §. illud, & Auth. ei qui, C. de tem.
appell. Licet aliquando ex cauſa biennium, aut trienniũ con-
8 cedatur. Et dicitur tale tempus proſequendę appellationis, fa-
tale, vt not. in d. Auth. ei qui. Et incipit currere iſte annus à
die interpoſitæ appellationis, Clem. Sicut, cum ibi not. ext. de
appell. Poſtea autem prima ſententia confirmatur per iudicẽ
ſuperiorem, quia reperit in actis bene eſſe pronunciatũ per
primum iudicem, videlicet. (Decẽnius bene pronunciatum,
& male appellatum eſſe.) Et tunc communis eſt concluſio
Doctorum, quod ex ſecunda ſententia confirmante, non ex
prima confirmata agatur, quia prima fuit extincta. De quo
latius vide poſt Doct. hic omnino. Alex. de Imol. & alios, in
l. 1. ff. de re iudic. & Doct. in l. furti, in princip. ff. de bis, qui no-
tantur infamia, & in l. eos, qui. C. de appellat.

§. Alio autem modo.

1 *Quomodo teſtamenta fiant irrita, & nu. 7. 8. & 9.*
2 *Commodiſſimum eſt ſingulas cauſas proprijs nominibus ap-
pellari.*
3 *In dubio verba debent accipi in propria ſignificatione.*
4 *Teſtamentum iniuſtum, ſeu nullum quid ſit.*
5 *Teſtamentum ruptum quid ſit.*
6 *Teſtamentum irritum quid propriè dicatur.*

1 HActenus dictum eſt, qualiter teſtamenta iure facta rũ-
pantur. Nũc tradit Imperator, qualiter fiant irrita. Et
quamuis largo modo teſtamentum iniuſtum, & ruptũ quo-
2 que dicatur irritum, & econtra, tamen quia commodiſſi-
mum eſt ſingulas cauſas proprijs nominibus appellari, vt in-
quit Imperator hic, & facit l. Labeo, §. ſed de his, in fin. ff. de
3 ſupell. legata. Et in dubio verba debent in propria ſignifica-
tione accipi, leg. 1. §. 1. iuncta gloſ. ſuper verbo, domini, ff. ſi
4 ager vectig. Sciendum eſt, quod teſtamentum iniuſtum, ſeu
nullum, propriè dicitur, quod ab initio non valet, quia non
a iure factum eſt propter omiſſas ſolemnitas *a* requiſitas. Ru-
5 ptum *b* vero propriè dicitur ſecundum Fabrum, & alios hic,
b quod ab initio quidem valet, ſed ex poſt facto infirmatur,
manente tamen teſtatore in eodem ſtatu, vt ex ſupradictis
6 conſtat. Irritum verò propriè dicitur teſtamentum, quod
etiam ab initio valet, ſed eius vis, ac ius infirmatur propter
mutatum teſtatoris ſtatum. Et ſic per caſum in perſona te-
7 ſtatoris contingentem, ad nihilum reducitur. Et qualiter
illud fiat, in hoc §. declaratur. Fit igitur teſtamentum iure
c factum, irritum per *c* capitis diminutionem, quando ſcilicet
teſta-

DDITIONES.

a *Nullum dicitur teſtamentum in quo ſolemnitates omiſſe, l. 1.
ff. de iniuſto.*

b *Ruptum teſtamentum dicitur arrogatione, vel adoptione acti-
ua teſtatoris, vel agnatione poſthumi, §. 1 ſupr. C. eod. vel poſte-
rior teſtamento, §. poſteriore, ſup. eod.*

c *Irritum etiam fit teſtamentum non tantum per capitis dimi-
nutionem teſtatoris, de qua hic, ſed & per aditionem hæredi-
tatis, l. 1. in fin. de iniuſto, fit & irritum, ſi inſtitutus maior octo-
decim annis teſtatorem captiuum non liberet. Nouel. Vt cum
de appell. § ſi quis prædictis modis, collat. 8. Auth. ſi captiui, C.
de Epiſcop. audientia.*

teſtator poſt conditum teſtamentum patitur aliquam capitis
diminutionem,non ſolum maximam, vt quando ciuitatem,
& libertatem ſimul amittit,quia condemnatus eſt per ſenté-
tiam ad mortem naturalem: ſed etiam mediam, vt quando
retenta libertate ciuitatem amittit,quia condẽnatur ad mor
tem ciuilem,& deportatur,l.eius qui,§.1 ff.de teſtamentis,&
l.ſi quis filio,§ irritum,ff.eod.Item quando minimam capitis
diminutionem teſtator patitur, vt quia eius ſtatus mutatus
eſt adhuc teſtamentum ante ab eo factum infirmatur.tex.eſt
hic,iuncto §.ſeq.in verbo,adoptionem. Et circa hoc tres ca-
8 ſus conſiderandi ſunt. Nam primo per emancipationem, te-
a ſtamentum filijfamilias de bonis a Caſtrenſibus factum, non
fit irritum,d.l.ſi quis filio,§.ſi.ff.eod.&l.1.§.ſed ſi filius fami-
lias ff.de bon.poſ.ſecundum tabulas.Et licet illi textus loquã-
tur de milite, tamen idem in alijs eſſe ſentit hic Viglius, cum
filiusfamilias in caſtrenſibus, & quaſi, ſemper loco patrisfa-
milias habeatur,&teſtari poſſit, vt ſupradictum eſt in tit.qui-
bus non eſt permiſſum fac.teſt.Deinde quando filiusfamilias
teſtatur de bonis Caſtrenſibus, & poſtea adoptatur, ſiue ab
extraneo,ſiue ab aſcendente,in cuius poteſtatem tranſit, te-
ſtamentum eius quoque non fit irritum,cum ſemper de Ca-
ſtrenſi peculio liberam habeat teſtandi facultatem, ſecũdum
Viglium hic.Cui tamen videtur obſtare text.in §.ſeq niſi de
arrogatione intelligatur,quod & verum eſt Tertio fit capitis
diminutio per arrogationem, quando is, qui ſui iuris eſt, ſe
alij arrogandum præbet,& in eius poteſtatem tranſit illa ſo-
la teſtamentum antea factum infirmat, vt notatur in l.conſi-
ciuntur,§ ſi poſt factum,ff de iure codicill.& in leg.qui ex li-
beris,§.teſtamento,cum §.ſeq.ff. de bon. poſs. ſecundum tab.
9 Sunt & alij caſus ſec gl.hic,in verbo,diminutus, in quibus te-
ſtamentum iure factum fit irritum, videlicet, quando filius,
vel alius hæres inſtitutus,non liberat patrem,aut teſtatorem
captum ab hoſtibus. Nam tunc aufertur ab eo hereditas, &
applicatur Eccleſiæ iſtius teſtatoris,vel datur pro liberatione
captiuorum. Legata tamen integra manent, & hoc verum,
niſi inſtitutus ſit minor octodecim annis, nam tunc eius ęta-
ti parcitur.Auth.Si captiui C.de Epiſc. & Cleric.Item quan-
do teſtator eſt furioſus, & inſtitutus in teſtamento negligit
eum cuſtodire,tunc aufertur ab eo hæreditas, & datur illis,
qui gerunt curam teſtatoris, §. ſi quis de prædictis, in Auth,
Vt cum de appell.cognoſc.

ADDITIO.

a *Irritum ſit teſtamentum per capitis diminutionem teſtatoris pagam.Secus ſi teſtator miles fuerit,§.pen.ſupr.de teſta.milit.*

§ Non tamen.

1 *Teſtamentum capitis diminutione irritum factum,reconua-leſcit de iure Prætorio,& num.3.*
2 *Quando inuitus quis mutat ſtatum, non videtur ſic mutare voluntatem,ſicut ſi volens mutat ſtatum.*
4 *Princeps non vtitur iure Prætorio.*
5 *Tantum ſolemne teſtamentum, quod in ſcriptis dicitur hoc modo reconualeſcit.*

1 DOcet in hoc §. Imperator, quod teſtamẽtum capitis di-
minutione irritum factum, de iure Prætorio reconua-
leſcit: quando videlicet teſtator tempore mortis,priſtinum
ſtatum recuperauit, ita quòd ciuis Romanus,& ſui iuris ſit:
alias non text. eſt hic,debet tamen iſto caſu teſtamentũ con-
firmare in codicillis, & ita declarare per aliam voluntatem,
quod vel teſtamentum firmum eſſet.Quod eſt verum,quan-
do ſit mutatio ſtatus teſtatoris voluntaria. Veluti quando cõ-
ditio teſtamento ſe arrogandum dedit,& deinde tempore
mortis reperitur ſui iuris eſſe,teſtamẽtum eius ante factum
de iure reconualeſcit, dummodo illud confirmet in codicil-
lis,in præſentia quinque teſtium. Nam tunc hæres inſtitu-
tus,de iure Prætorio poteſt petere bonorum poſſeſſionem,
ſecundum tabulas,d.leg.qui ex liberis,§.teſtamento.ff.de bo-
norum poſſeſs.ſecundum tabulas.Secus autem,ſi fuerit mu-
tatio ſtatus teſtatoris neceſſaria, quia paſſus eſt maximã vel
mediam capitis diminutionem. Licet enim tunc eius teſta-
mentum fiat irritum, ſi tamen priorem ſtatum recuperaue-
rit,reconualeſcit teſtamentum ipſo iure,abſque noua decla-
ratione voluntatis,ſecundum Doctores hic.Eſtq; ratio.Nam
2 quando inuitus quis mutat ſtatum, non videtur ſic mutare
voluntatem, ſicut ſi volens mutat ſtatum,argumento leg.fi-
3 deicommiſſa §.ſi rem, ff.de leg. 3. Sed iam quæritur, an de

iure ciuili,vel Prætorio,tale teſtamentum recõualeſcat? Eius
enim rei eſt maximus effectus. Nam ſi de iure ciuili recon-
ualeſcat,hæres infra 30.annos hæreditatem adire poteſt, l.li-
cet,C.de iure delib.Si vero de iure Prætorio, tunc bonorum
poſſeſſio intra annum agnoſcenda eſt à liberis. Ab agnatis
vero,& cognatis intra cẽtum dies,l.1.§. largius,ff.de ſucceſs.
edict.de quo infra de bon.poſſeſs.dicetur.Et regulariter tan-
tum reconualeſcit tale teſtamentum de iure Prætorio, text.
eſt hic. Exceptis duobus caſibus,quando videlicet quis con-
a dito teſtamento captus a eſt ab hoſtibus, tunc, quia mutatur
eius ſtatus,ita quòd fiat ſeruus,iuxta not.in l.hoſtes, ff. de
capt & poſtlimin.reuerſis,eius teſtamentum quoque fit irri-
tum. Sed eo reuerſo, ipſo iure abſque alia voluntate teſta-
mentum reconualeſcit, non de iure Prętorio, ſed ciuili,per
fictionem iuris poſtliminij, quam ius ciuile introduxit, ſicut
etiam per fictionem legis Corneliæ eius teſtamentũ conſer-
uatur,quando apud hoſtes decidit,d.l.ſi quis filio,§.pen.ff.eo.
& §.ſi ſup.quibus non eſt permiſſum fac.teſta Deinde quan-
do per Imperatorem in integrũ reſtitutus eſt is, cuius teſta-
mentũ ex damnatione irritum factum eſt.Nam talis reſtitu-
tio iuris ciuilis dicitur.Quia princeps non vtitur iure Præto-
b rio, b de quo latius vide Ang.hic,& in d.l.ſi quis filio, ff. eod.
5 Vltimo circa hunc §. notabitis, quod non omne teſtamẽtum
ſic reconualeſcit,ſed illud tantũ, quod in ſcriptis factum eſt,
& ſolemne dicitur, vt cõſtat ex textu noſtro qui loquitur de
teſtamento ſeptem ſignis teſtium confirmato quod non re-
quiritur in teſtamento nuncupatiuo, vt ſupra declaratũ eſt.

ADDITIONES.

a *Teſtamentum eius,qui apud hoſtes poſtea deceſſit, non fit irritum hoc ipſo,quod teſtator captus fuerit,vt hic,& §.vltim.ſup. quibus non eſt permiſſ.fac. teſt. Eius enim teſtamentum valet fictione legis Corneliæ (ſi ibi mortuus ſit) quæ fingit ipſum teſtatorem ipſo momento captiuitatis mortuum: & ex conſequẽti,libertatem ſuam non amiſiſſe,l.lex Cornelia,ff.de vulg.*
b *Verum in ſummo,ſed dubitari poteſt in inferiore, qui ſuperiorem recognoſcit.Iaſ.l.5.ff.de verbor.oblig.*

§.Ex eo autem.

1. *An ſola pœnitentia,& nuda voluntate teſtatoris, prius teſtamentum infirmetur.*
2 *Teſtamentum poſterius imperfectum,non tollit primum perfectum:fallit hoc in ſeptem caſibus,qui ſequuntur,& numero 3.& 4.*
3 *Magis debetur ſucceſſio venientibus ab inteſtato,quã fiſco.*

a DIctum eſt ſupra,cum hominis voluntas ſit ambulatoria
vſque ad mortem,d.leg.4 ff.de adim.leg quòd per a ſe-
cundum teſtamentum,mutata ſic voluntate teſtatoris, prius
teſtamentum ritè etiam confectum tollatur Iuſtiſſimè tamẽ
prouiſum eſt,ne teſtamenta legitimè facta temerè reſcindã-
tur quòd ex ſola voluntate contraria, ſeu ſola pœnitentia te-
ſtamentum legitimum non infirmatur alioquin facilè legiti-
mi hæredes ſubbornarent aliquos, qui dicerent teſtatorem
reuocaſſe teſtamentum. Vnde ex §.noſtro duas concluſiones
1 principaliter notabitis. Primò quod ſola pœnitentia, & nu-
da voluntate teſtatoris primum teſtamentum non infirma-
tur adeo, quòd ſi teſtator corã ſeptem teſtibus ſimpliciter di-
cat (Nolo illud teſtamentum valere,) non tamen per hæc
b verba teſtamentum reuocatur,niſi b concurrat etiam curſus
c decem c annorum. Nam tunc ex contraria voluntate,ſic co-
ram teſtibus declarata, & curſu temporis accedente, teſta-
d mentum reuocatur intelligitur,aliàs non,text. eſt d in l ſan-
cimus,C.de teſtamentis. Idem ſi teſtator adijceret, ſe nolle
teſtatum, ſed inteſtatus decedere, quia tunc venientes ab
inteſtato vocati intelligitur, quorum aditione confirmatur
adem-

ADDITIONES.

a *Prius teſtamentum vtrum per poſterius rumpatur, vide Concennatium 3.quæſt.2.*
b *Et hanc communem eſſe refert Alex.in d.l.ſancimus, Cod.de teſt. Bertrand.1.conſil.213.*
c *Computandorum à die primi teſtamenti, non à die reuocationis gl.in d.l.ſancimus,vbi Iaſon,& alij. Ruinus conſil.6.*
d *Textus in leg.1.§.ſi heres,ff.ſi tabul. teſtam. nulla extabunt Bertr.2.conſ.12.Alexand.in d.l.ſancimus Decius conſ. 283. Dilectus de arte teſtandi, libr.10. conſ. 3, Couarr.de teſt. 13.part.2.*

Digitized by Google

ademptio, & reuocatio teſtamenti, ſecundum Bar. in l. ſi iure,
a ff. de leg. 3. Secundo, quod teſtamentum poſterius imperfectum non tollat primum perfectum. Et hæc concluſio eſt extenſio prioris, quod adeo primum teſtamentum nō reuocatur per contrariam voluntatem, etiam ſi quis cœperit facere teſtamentum poſterius, ſed morte præuentus, aut quia eius rei eum pœnituit, id non perfecit, tex. eſt hic, qui ſubijcit generalem quandam regulam. Quod tabulæ priores iuſtę nō redduntur irritæ per ſequentes tabulas, niſi & illæ ſint iure ordi-
a natæ, & perfectę. Quia teſtamentum imperfectum dicitur nullum, vt hic. Et quæ ſolemniter ſunt ligata, ſolemniter debent diſſolui, ſecundum Plateam hic. Ab hac tamen regula
3 excipiuntur per gloſ. magnam hic aliquot caſus. I. Is, qui ha-
4 betur in d. l. ſancimus, C. de teſt. II. Quando teſtamentum primum eſt validum iure militari. Nam illud per poſterius etiā non ſolemne tollitur l. eius, §. militia miſſus, ff. de teſtamento militis. III. Primum teſtamentum de iure communi validum tollitur per ſecundum teſtamentum militare, licet illud non ſit perfectum de iure communi, ſed de iure ſpeciali, d. l. eius, §. militia, & l. 1. ff. de iniuſto rupt. & irrito fact. teſt. IV. Quādo in ſecundo non ſolemni fuerunt inſtituti venientes ab inteſtato, d. l. 1. & d. l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, C. de teſtamentis. V. Quando teſtator primum non ſolum reuocauit
b verbo, ſed etiam deuenit ad factum, incidendo *b* vel cancel-
c lando tabulas *c* teſtamenti, vel remouendo ſigilla. Et ſi hoc facit, quod vult decedere inteſtatus, tunc venientes ab inteſtato ſuccedunt. Sed ſi ideo facit, quia reputauit inſtitutū hæredem indignum eſſe, tunc ſuccedet fiſcus. In dubio tamen pręſumitur, quod fecit, quia voluit decedere inteſtatus, l. noſtra, C. de teſtam. Licet gl. ibi contrarium teneat; quæ tamen cōmuniter reprobatur. Eſtque ratio ſecun. Iaſ. ibi. Quod maior eſt fauor venientium ab inteſtato, quibus magis debita eſt
5 ſucceſſio, quam fiſco. VI. Si teſtator in ſecundo imperfecto teſtamento expreſſit, hęredem in primo inſtitutum, indignū eſſe propter offenſam ei factam. Nam tunc hereditas fiſco defertur, l. hereditas, C. de his quibus vt indignis. VII. Quando in ſecūdo imperfecto adiecta eſt clauſula codicillaris, videlicet: [Si non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorū,] de qua inſr. in tit. de codicillis plura dicemus. Et de hac materia qualiter teſtamentum verbo, vel facto reuocetur, vide latius poſt Cin. in d. l. poſtſtum, Io. Fabr. & Ang. hic. Item, an poſſit aliquot dari remedium, vt primum teſtamentum per poſterius non tollatur, vide pulchre per Ang. hic, nu. 3.

ADDITIONES.

a *Niſi imperfectio, qua de agitur, iure toleretur, vt ecce: Teſtamentum inter liberos imperfectum valet, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. non tamen nullum eſt.*

b *Quid ſi teſtator, tabulas teſtamenti nuncupatiui inciderit? Idem dicendum, ſi ipſas tabulas authenticas inciderit. Secus ſi exemplum tantum, vide Clar. 3. Sent. §. teſtamentum, q. 93.*

c *Quid ſi non ipſas tabulas teſtamenti inciderit, ſed nomen tantum heredis ſcripti? Scripti heredes intelliguntur a teſtatore indigni habiti: & ideo fiſcus hereditatem vindicabit excluſis venientibus ab inteſtato.*

§. Finalis.

1 *Non valet diſpoſitio eiuſmodi, ſi quis ideirco Imperatorem inſtituit heredem, vt aduerſario ſuo duriorem conſtituat litigatorem. Idem eſt de fiſco iudicandum, & nu. 3.*
2 *Digna vox Pertinacis Imperatoris: Sanctius eſſe inopem Rempub. obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per diſcrimimum atque dedecorum veſtigia perueniſſe.*
4 *Non eſt veriſimile, quod quis conſanguineis, velit præferre fiſcum, niſi hoc faciat propter odium aduerſarij.*
5 *Caſus in quo Imperator eſt deterioris conditionis, quam aliquis priuatus.*
6 *Multa ſunt honeſta inferioribus, & ſuperioribus ſunt inhoneſta: nam dignitas aggrauat delictum.*
7 *Etiam Imperator non poteſt hereditatem capere ex teſtamento minus ſolemni.*
8 *Imperator licet legibus ſit ſolutus, tamen legibus ſe alligatum profitetur.*

1 EX hoc §. primo notabitis, quod quando teſtator cauſa litis, quæ ſuper quibuſdam bonis ei mota eſt, inſtituit Imperatorem hæredem, vt duriorem ſcilicet conſtitueret litigatorem ei, cum quo litem habebat, talis inſtitutio non valet, etiamſi in ſolemni teſtamento facta ſit. Et hoc oratione Imperatoris Pertinacis cauetur, qui vetuit ne fiſcus ab imperfecto teſtamento ſuccederet, & ſua voce profeſſus eſt, nullius ſe adiri hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata eſſet, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes neceſſarijs priuarē-
2 tur, addiditque hæc verba. Sanctius eſt inopem Rempub. obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per diſcriminum, atq;
3 dedecorū veſtigia perueniſſe, vt refert hic Viglius. Idē quoq; de fiſco dicendum eſt. Et contra teſtatorem eſt præſumptio, quod faciat cauſa vexationis. Nec enim veriſimile eſt, quod
4 quis conſanguineis velit pręferre fiſcum, niſi propter odium aduerſarij hoc faciat, ſecundū Fabr. hic. Hæc tamen ceſſant, quando inſtituans nullos habet propinquos, nam tunc alias bona ad fiſcum, tanquam vacantia deuoluerentur, l. vacan-
a tia, C. de bonis vacantib. li. 10. Et ſic iſto *a* caſu Imperator eſt deterioris conditionis, quam aliquis priuatus, qui licet ſit potentior teſtatore, non poteſt tamen inſtitui hæres in rebus litigioſis leg. ex hoc edicto, § ſed hæredem, ff. de alien. iud. mut.
6 cauſa facta. Et ſic ſecund. Porc. plura ſunt honeſta inferioribus, quæ ſunt inhoneſta ſuperioribus. Dignitas enim aggrauat delictum, l. presbyteri, in fin. C. de Epiſc. & Cler.
7 Secundo notabitis, quod Imperator ex teſtamento minus ſolemni hæreditatem capere non poteſt. Licet enim legibus
8 ſolutus ſit, tamen legibus ſe alligatum profitetur, vt hic, & l. digna vox, C. de legib. & d. l. ex imperfecto, C. de teſtamentis, & l. ex imperfecto, ff. de leg. 3.

ADDITIO.

a *In hæreditatibus acquirendis princeps interdum eſt deterioris conditionis, quam priuatus. Nam quibus priuatus hæres poteſt inſtitui res litigioſa.*

DE INOFFICIOSO teſtamento.

TITVLVS XVIII.

1 *Continuatio ad præcedentia.*
2 *Inofficioſum teſtamentum dicitur, quod contra pietatis officium factum eſt.*
3 *Parēs, & liberi debent ſibi ipſis inuicem officium, & pietatē.*
4 *Licet teſtamento inofficioſo ſint adhibitæ omnes ſolemnitates a iure requiſitæ, tamen à liberis impugnari poteſt.*
5 *Nouercæ præſumuntur inimicæ priuignorum, & nouerca vnde dicta, & num. 6.*
7 *Remedium aduerſus teſtamentum ſic contra pietatis officium factum eſt querela inofficioſi teſtamenti.*
8 *Paterna hereditas debetur liberis etiam iure naturali.*
9 *Querela inofficioſi teſtamenti eſt præparatoria petitionis hereditatis.*
10 *An hæc querela ſemper locum habeat, exheredato, vel præterito filio.*
11 *Si pater non fecit teſtamentum filius exheredatus, vel præteritus ſuccedat ab inteſtato, & ceſſat hæc querela inofficioſi.*
12 *Si vero pater condidit teſtamentum, & reliquit filio legitimā ceſſat querela. Secus ſi non reliquit ei legitimam, vt nu. ſeqq.*
13 *Filio prorſus præterito in teſtamento patris, teſtamentum ipſo iure nullum eſt.*
14 *Filio exheredato ſine cauſa, vel ex cauſa non tamen legitima teſtamentum quoque ipſo iure non valet, Secus ſi fiat exheres ex cauſa legitima quam heres probauit.*
15 *Patre exprimente in teſtamento legitimam cauſam exheredationis filijs, quam tamen filius non commiſit, vel quæ non potuit ab herede probari, competit querela inofficioſi.*
16 *Idem dicendum ſi filius fuerit à matre præteritus, cum cauſa legitima expreſſa, Secus ſi ſine cauſa, quo caſu teſtamentum eſt ipſo iure nullum.*
17 *Forma libelli in hac querela.*

1 IN præcedenti titulo dictum eſt, qualiter ipſo iure, nō mediante officio iudicis, & ſic facto hominis, teſtamenta iure facta infirmentur. Nunc vero tradit Imperator, qualiter teſtamenta, non quidem ipſo iure infirmentur, ita quod à iure tale teſtamentum expreſſe reijciatur, ſed per ſententiam, & officium iudicis, mediante querela inofficioſi teſta-
2 menti. Eſt autem inofficioſum teſtamentum, quod cōtra pie-
3 tatis officium factum eſt, l. 2. ff. eo. Cum parentes, & liberi ſibi ipſis debeant inuicem officium, & pietatem, l. 1. ff. de obſequijs

4 quijs à liberis præſtandis. Licet enim in iſto teſtamento ſint
adhibitæ omnes ſolennitates à iure requiſitæ, tamen quia
parentes contra pietatem, aliorum de linimentis, & plerum-
que nouercalibus inſtigationibus corrupti, liberos iniuſtè à
bonis ſuis excludunt, tale teſtamentum tamquam contra of-
ficium paternum factum, à liberis impugnari poteſt, vt res ad
cauſam inteſtati reducatur, l. non eſt enim, ff. eodem, quem
5 text. ibi notare iubet Paul. de Caſt cõtra nouercas, quòd pre-
ſumantur inimicę priuignorum, & quidquid pater facit con-
tra filios habentes nouercam, præſuminir facere perſuaſio-
nibus nouercalibus adductus ad hoc. Vnde nec tale malignũ
iudicium circa ſanguinem ſuum tolerandum eſt. Hinc, &
6 ſec gloſ. in § ſocrum, ſuper verbo nouerca, ſupra, de nuptijs,
notandum, quod nouerca dicitur, quaſi nocens arcus. Quan-
7 do igitur tale teſtamentum contra officium pietatis eſt fa-
ctum, tunc quia non eſt iuſtum, id eſt, non iure factum, cum
habeat omnes ſolemnitates à iure requiſitas, nec etiã agna-
tione poſthumi, aut arrogatione ruptum, vel poſteriore te-
8 ſtamento irritum factum eſt, ne liberi defraudentur hæredi-
tate paterna, quæ etiam à iure naturali eis debetur, l. cum ra-
tio, ff. de bonis damnat. ius introduxit aliud remedium per
quod tale teſtamentum impugnari poteſt, videlicet querelã
inofficioſi teſtamenti, quæ intentatur per filium exhæredatũ
contra hæredem ſcriptum, ac per eam imploratur officium
iudicis nobile, vt teſtamentum illud, & etiam aditio hæredi-
tatis infirmentur, & deuoluatur hæreditas ad cauſam inte-
ſtati, & aperiatur via petitioni hæreditatis ab inteſtato. Eſt
9 enim hæc querela præparatoria petitionis hæreditatis, quæ
non poteſt intẽtari, niſi filius in querela obtineat. Sicut actio
ad exhibendum eſt præparatoria rei vendicationis, l. ad rem
mobilem ff. de procurat. Ita Paul. de Caſt. & Iaſ. ſuper Rubr.
10 C. eod. An autem ſemper hæc querela locum habeat, quan-
do filius exhæredatus eſt, vel præteritus, ita concludite, poſt
gl. Paul. de Caſtr. & Doct. in leg nam, & his ff eod. & gl. in §.
aliud quoque in Auth. vt cum de appellatio. cognoſcitur, &
Bart. in l. prima, ff. de teſtamentis, & Plat. hic, & in fine tituli
noſtri. Aut pater non fecit teſtamentum, ſed deceſſit inteſta-
tus, aut fecit teſtamentum.

11 Primo caſu filius ſuccedit ab inteſtato, & ceſſat querela
inofficioſi teſtamenti. Dominium enim rerum paternorum
continuatur quodammodo in filium, qui etiam viuo patre
cenſetur dominus bonorum paternorum, leg. in ſuis, ff. de li-
beris, & poſthumis, propter ſpem ſcilicet futuræ ſucceſſionis.
Et quia alimenta præſtanda ſunt liberis à patre, ſec. Bart. ſu-
per Rubr ff. de peculio. Si vero ab aliquo bona iſta poſſiden-
tur, tunc filius pro conſequenda hæreditate petitionem hæ-
reditatis intentare poteſt, non tamen hæc lectio datur con-
tra titulo poſſidentem, vt in §. actionum, infra de action. te-
ſtatur.

12 Secundo caſu, quando pater fecit teſtamentum, tũc ſi re-
liquit filio legitimam, etiamſi reliqua bona omnia legauerit
extraneis, tamen ceſſat querela, cum non poſſit filius cõque-
ri de patre, quia debitam portionem ei reliquit, l. cum quæri-
tur, iuncta Auth. ſequen. C. eod. Et quæ dicatur legitima in
13 §. fin. infra eodem declarabimus. Si vero filius ex teſtamen-
a to patris *a* non conſequitur legitimam tunc aut pater pror-
ſus præterijt filium, non inſtituendo, neque exhæredando
b eum, & teſtamentum eſt ipſo iure nullum, *b* ac ab initio non
valet, diciturque iniuſtum, quaſi non iure factum. Ita quòd
ex eo hæreditas per hęredem ſcriptum adiri non poſſit, ſed
pater intelligitur inteſtatus deceſſiſſe, & continuatur domi-
nium hæreditatis paternæ in filium, & ſi ab alio poſſidetur,
ſtatim competit filio petitio hæreditatis, nec eſt neceſſe, vt
per querelam inofficioſi teſtamenti illud impugnetur, vt ſu-
pra, de exhæredat. lib. in princip. Et hoc ſine dubio procedit,
quando filius eſt in poteſtate. Nam tunc competunt ei duo
c remedia, *c* vnum de iure ciuili, quo dicit teſtamentum eſſe
nullum, & ipſo iure non valere. Aliud de iure prætorio, pe-
tendo poſſeſſionem bonorum contra tabulas. Si verò eſt
emancipatus, tunc licet quidam teneant ei competere bono-
d rum poſſeſſionem contra *d* tabulas: communior tamen eſt
ſententia, quod poſſit dicere etiam teſtamentum nullum ip-
e ſo iure, ſecundum *e* gl. hic, in verbo omittunt, in fine. Aut fi-
14 lium exhæredauit, & tunc ſubdiſtinguitur. Aut ſine cauſa
eum exhæredem fecit, vel ex cauſa, non tamen legitima,
quæ non eſt de illis quatuordecim cauſis, ſupra, de exhæred.
liber. enumeratis & teſtamentum quoque ipſo iure non va-
let, eſtque nullum, abſque eo, quòd querela intentatur. Auth.
non licet, cum ibi notatis, Cod. de liberis præteritis, & Plat.
hic, in fi. tituli noſtri. Aut pater inſeruit cauſam ingratitudi-
nis legitimam, eamque hæres probauit; & filius excluditur
ab hereditate paterna, §. ſiue igitur, Auth. vt cum de appel-
lat. cognoſcitur. Et valet teſtamentum, ita, vt per querelam
non poſſit impugnari, quia pater non videtur teſtatus con-
tra officium pietatis, poſtquam filius meruit exhęredari Nec
poteſt dici iniuſtum teſtamentum, cum omnes ſolemnitates
adhibitæ ſint, & patri permiſſum ſit ex legitima cauſa filium
exhæredare, vt ſupra, de exhæredat. liberorum, dictum eſt.
Aut fuit inſerta legitima cauſa exhæredationis, quàm tamẽ
filius non commiſit; vel commiſit, ſed non potuit probari ab
hærede, tunc teſtamentum quidem ab initio valet, cum ſe-
15 cundum diſpoſitionem iuris ſit conditum. Sed quia contra
pietatis officium eſt factum, cum filius non commiſerit in-
gratitudinem, vel non probata ſuit ab hærede, quo caſu ius
non pręſumit filium fuiſſe ingratum, & quia non poteſt age-
re petitione hæreditatis contra hæredem ſcriptum, propter
teſtamentum, cuius vigore ipſe, tanquam hęres ſcriptus, poſ-
ſidet hæreditatem: ideo ſuccurritur ei per querelam inoffi-
cioſi teſtamenti, quia implorat officium iudicis nobile, vt re-
ſcindatur teſtametum, tamquam contra officium paternum
factum, vt poſſit deinde filius petitionem hæreditatis inſti-
16 tuere, & per eam conſequi hæreditatem. Nam querela eſt
f præparatoria huius actionis, *f* vt ſupra dictum eſt. Et hoc ſo-
g lo caſu, *g* ſecundum Doctores, poſt gl. fin. in fin. d. leg. nam,
& his, ff. eodem, & in d. § aliud quoque, in Auth. vt cum de
appellat. cognoſci, habet locum querela inofficioſi teſtamen-
ti. Idem eſt dicendum, ſi filius fuerit à matre præteritus, cum
cauſa legitima expreſſa, quæ ſimiliter ab hęrede ſcripto non
eſt probata, quia præteritu matris habetur pro exhæredatio-
ne expreſſa, §. fin. ſupra de exhæred. liber. Secus ſimpliciter
eum præterijſſet ſine cauſa. Nam tunc eſſet teſtamentum ip-
ſo iure nullum, ſecundum Doctores, in d. Authen. non licet.
Et dicit Paul. de Caſtr in leg 1. ff eodem, quod ipſe nunquam
viderit intentari querelam inofficioſi teſtamenti. Porrò ex
17 principio tituli noſtri, ſecũdum Doctores hic notabitis for-
mam libelli in hac querela, quòd filius narrare debet, quali-
ter pater ad ſimilitudinem hominum furioſorum, qui de li-
beris non curant, condidit teſtamentum, in quo exhæredauit
filium, appoſita cauſa non vera, & ab hærede non probata: &
quia contra officium paternum illud factum eſt, petit per of-
h ficium *h* iudicis nobile reſcindi, tamquam inofficioſum, vt
hic, & d. l. 2. ff. eod. Hodie tamen non eſt neceſſe proponere
iſtum colorem dementiæ patris, ſecundum Bartol. in d. leg. 2.
quem ſequitur hic Platea.

§ Non

ADDITIONES.

a *Idem etiam ſi ex teſtamento matris que pars paſſa ambulant hodie, cap. aliud quoque, 3. in princ. Nouell. vt cum de appell. cognoſ.*

b *115. Conſtitut. 9 par. 3.*

c *Supra author prius dixit, petitionem hæreditatis competere præteritis liberis, maxime ſi in poteſtate ſint: nam, inquit, tunc duo remedia ei competunt, vnum de iure ciuili, quo dicit teſtamentum nullum, & ipſo iure non valere, aliud de iure prætorio, petendo poſſeſſionem bonorum contra tabulas. Quod attinet ad teſtamentum dicendum nullum, non puto verum eſſe, & aio, petitionem hæreditatis, præteritis ſufficere, eoſque eam actionem ſine vllo alio præparatorio, proponere debere, quia hoc iudicio non petitur modo poſſeſſio, & vt reſtituatur res, ſed etiam ius ſuum declarari, quo referendum eſt, quod Bart. bene dixit, vbi de nullitate teſtamenti quæſtio eſt, ſufficere in libello petere hæreditatem ab inſtitutis, qui ſi excipiant de teſtamento, replicandum eſt de nullitate in l. filio præterito, 17. ff. de iniuſt. rupt. & irrito facto teſtamento: quod adeo verum eſt, vt tale teſtamentum, in quo filius præteritus eſt, ita nullum ſit, vt non opus ſit dicere nullum, ſed ipſo iure nullum eſt. Bart. in l. ſi quis in poteſtate, in. 1. ff. de legat præſtan. 55. item in §. emancipatos, 3. in. 2. ſupr. de exhæred. liberorum, neque requiritur ſententia in iudicio contra tabulas, in d. l filio præterito, & in l. 2. C. de bon poſſ. contra tabulas.*

d *§. emancipatos, ſuo. de exhæred. liber.*

e *L. maximum vitium, C. de lib. præter.*

f *Imo per querelam poteſt peti hæreditas.*

g *Imò etiam contra teſtamentum militis ſemper, vt ſupra diximus tit. de milit. teſtam.*

h *Et ideo hæc querela ab interpretibus dicitur non præſupponere obl. aut actio. arg. l. qui per colluſionem, ff de action. empt. Dicitur etiam eam, neque actionem, neque accuſationem eſſe propriè tamen dici actionem, l. quemadmodum, ff. eod. & accuſationem, l. poſthumus, in fi. ff. eod.*

§. Non autem liberis.

1 *Querela inofficioſi teſtamenti quibus competat.*
2 *Primo competit hæc querela deſcendentibus in infinitum.*
3 *Filijs naturalibus, & legitimis ſimul, ſine dubio querela cõpetit.*
4 *Liberis naturalibus tantum, an detur hæc querela.*
5 *Legitimis liberis tantum, an detur hæc querela.*
6 *Secundo competit hæc querela, aſcendentibus in infinitum.*
7 *Turbato ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet.*
8 *Succeſſio liberorum eſt triſtis.*
9 *Filij non debent theſaurizare parentibus.*
10 *Pater naturalis non poteſt teſtamentum dicere inofficioſum: ſed mater poteſt.*
11 *Parentibus naturalib. & legitimis ſimul, an cõpetat querela.*
12 *Parentibus datur querela, quando exhæredati ſunt ex iuſta cauſa, quæ tamen ab hærede non fuit probata.*
13 *Si a filio adhuc in poteſtate conſtituto fiat teſtamentum de peculio Caſtrenſi, vel quaſi, in quo non relinquitur parentibus legitima, tunc competit eis querela.*
14 *Si vero a liberis emancipatis non relinquatur parentibus legitima locum habet querela in caſu, quo competere poteſt.*
15 *Tertio competit querela collateralibus proximioribus.*
16 *Fratrum filij teſtamentum patrui querelare non poſſunt.*
17 *Vt fratri competat querela inofficioſi, duo copulatiue requiruntur.*
18 *Legitimatus per reſcriptum principis non poteſt impugnare teſtamentum fratris.*
19 *Cõpetit querela inofficioſi contra hæredes quicumque fuerint.*

1 ITem declarat Imperator, quibus querela inofficioſi teſtamenti competat. Et quia tres ſunt ordines ſuccedentium ab inteſtato, Deſcendentium, Aſcendentium, & Collateralium in princ. Auth. de hæredib. ab inteſt. venient. Et remoto teſtamento, legitimi hæredes ab inteſtato ſuccedunt, ideo etiam hic tria genera hominum refert, quibus querela datur.
2 Et primo competit a deſcendentibus filijs, & filiabus, ne-
a potibus. & neptibus, & ceteris, deſcendentibus in infinitum
vt hic propter dictionem, liberos, per text. in l. liberorum, ff.
de verb. ſignificat. Quod eſt verum, ſi ſunt tales deſcendentes,
qui tempore mortis teſtatoris ab inteſtato poſſunt ſuccedere, non obſtante præcedente perſona, ſec. Azonem in Sum-
3 ma, C. eod. In hoc tamen diſtinguitur. Aut enim loquimur
de filijs naturalibus, & legitimis ſimul, & tunc ſine dubio eis
querela competit, tam contra teſtamentum patris, quã matris, in caſu quo hodie locum habet, vt dictum eſt. Aut loquimur de naturalibus liberis tantum, & illi non poſſunt teſtamentum patris inofficioſum dicere, cum ex voluntate non
4 autem neceſſitate patri aliquando ſuccedant, vt eſt gloſ. leg.
prima, in princ. ſuper verbo, natural. s, ff. de bon. poſſeſſio cõtra tab. Sed teſtamentum matris, tanquam inofficioſum, etiã ſpurius impugnare poteſt, leg. ſi ſuſpecta, §. de inofficioſo, ff. eo. Et gloſ. in §. tam autem, ſuper verbo, naturales, infra eod.
5 Aut loquimur de legitimis tantum, & tunc ſi adoptati ſunt ab
extraneo, non poſſunt teſtamentum adoptantis, tamquam inofficioſum impugnare. Licet enim ei ab inteſtato ſuccedant, non tamen pater adoptans cogitur in teſtamento eis aliquid relinquere, l. cum in adoptiuis, §. ſed ne articulum C. de adopt. Si vero ſunt adoptati ab aſcendente, cuius poteſtatem tranſeunt, tunc eis querela, tamquam contra teſtamentum aui paterni, vel materni, competit d. § iam autem naturales, inſt. eod. Si vero arrogati ſunt, tunc quoque eis non datur querela, ſed alio modo illis conſulitur, ita vt habeãt quartam ex conſtitutione Diui Pij, de qua eſt text. in leg. Papinianus, §. ſi quis impubes, ff. eod. & gloſ. in d. §. tam autem, ſuper verbo, adoptati, infra eodem.
6 Secundo competit etiam aſcendentibus, parentibus ſcilicet etiam in infinitum, per text. in l. 4. §. parentes, ff de in ius vocando, Nam etſi parentibus non ita debeatur filiorum hæreditas, propter votum parentum, & naturalem erga liberos charitatem, leg. nam, & ſi, ff. eod. Cum voti paterni ſit liberis parare, & locupletare eos l. nihil intereſt ff de bonis liberor, Turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet, d. leg. nam, & ſi, vbi gl. [Or-
7 dine turbato ſuccedis Bulgare nato.] Triſtis enim eſt ſucceſ-
8 ſio liberorum, §. 1. infra ad Tertul. Et filij non debent theſaurizare parentibus, cap. cum Apoſtolus de cenſibus. Sed hoc
9 caſu quoque diſtinguitur inter parentes. Si enim fuit pater
naturalis, non poterit dicere teſtamentum inofficioſum mater vero poteſt, argumento d. l. ſi ſuſpecta, §. de inofficioſo,
10 ff. eod. Quando autem loquitur de parentibus naturalibus,
11 & legitimis ſimul, tunc ſemper illa diſtinctio ſupra tradita obſeruanda eſt. Quia eadem remedia parentibus competũt,
12 quæ filijs ſunt conceſſa. Et quoque vnico tantum caſu datur
querela parentibus, quando ſcilicet ſunt exhæredati ex iuſta cauſa, ſed ea ad hærede non fuerit probata, de quo videte hic Plat. Item iſto caſu diſtinguitur inter liberos. Aut enim adhuc ſunt in poteſtate, & tunc qui teſtamenti factionem non habent, leg. qui in poteſtate, ff. de teſtamentis, eorum teſtamen-
13 tum ipſo iure non valet, niſi teſtentur de Caſtrenſi, vel quaſi
Caſtrenſi peculio, vt ſupra, in titulo, quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, dictum eſt. Et in caſu non fuerit parentibus legitima relicta, eis querela competit. Quod eſt
b verum, ſi fuerint exhæredati à filio pagano; ſecus ſi b à filio-
familias milite. Nam tunc querela locum non habet, leg. de
14 inofficioſo, C. eod. & gl. hic ſuper verbo, liberorum. Aut ſunt
liberi emancipati, & tunc ſiue de bonis aduentitijs, ſiue Caſtrẽſibus teſtati ſunt, locum habet querela, eo caſu, quo competere ſolet, vt hic, & d. l. nam, & ſic parentibus, ff. eod.
15 Tertio collateralibus proximioribus, vt fratribus, & ſoro-
c ribus, non c autem vlterioribus, vt fratrum filijs Nam hi teſtamentum patrui querelare non poſſunt, leg. fratris, C. eod.
16 Si tamen reliqui patrui teſtamentum impugnauerint, tunc
filij fratrum ſimul cum eis ad ſucceſſionem ab inteſtato ad-
17 mittuntur, ſec. gloſ. hic, in verbo, agentes, & Plat. hic, nume-
d ro ſexto, Ad hoc autem, vt d fratri querela competat, duo copulatiuè requiruntur, I. Quod proponens querelam ſit defuncto vtrunque coniunctus, vel ad minus conſanguineus, id eſt, ex eodem patre natus, non autem vterinus, l. fratres, C.
e eod. & hic, ſuper verbo, ſoror. II. Quod turpis e perſona ſit
pro fratre inſtituta, vt ſunt vſurarij infames, excoriatores equorum, luſores, & ebrioſi, ſec. Fab. hic, & addite Iaſ. in d. leg.
18 fratres. Poſtea dicit Ang. hic requiri, vt ſint ex legitimo ma-
trimonio nati, adeo quod legitimatus per reſcriptum principis, non poſſit fratris teſtamentum impugnare, de quo vide
19 Doctores, præſertim Iaſ. in d. l. fratres. Competit autem que-
rela, ſecundum Azonem, in ſumma, C. eod. contra hæredes ſcriptos, vel nuncupatos, directos, ſiue fideicommiſſarios, quicumque fuerint, etiam ſi Imperator inſtitutus eſſet d. leg. Papinianus, §. ſi Imperator, ff. eod.

ADDITIONES.

a *Quid? Legitima debeturne liberis viuo patre? An, & eodem viuo competit eis ius hypothecæ in bonis paternis? Vide Ceph. 2. conſil. 160.*

b *Imo, non videtur, ſecus in filio milite, & proinde nouo iure Nouella de ſanctiſſ. Epiſc. 124. c. 19.*

c *Nec igitur fratrum, vel ſororum filijs, niſi de facto. vt ſi nemo eos repellat, cum poſſint repelli, leg. poſth. §. ſi quis ex his, ff. eod. Quid tamen ſi frater defuncti inofficioſum, frater teſtamẽtum probauit, & obtinuit? Fratrum filios eo caſu admitti cenſet gl. in l. fratres, C. eod.*

d *Fratri vtrimque coniuncto, vel conſanguineo querela competit, vterino non item, leg. poſt fratres, C. de eod. Sed cum hodie ſublata ſit differentia agnitionis, & cognationis, Nouell. 118. c. 5. Auth. ſicut hæreditas, C. de legit. tut. tentari poſſit, & vterinis quoque querelam competere.*

e *Turpes perſonæ dicuntur, quæ infames ſunt ipſo iure, vt ſententia, vel facto.*

§. Tam autem.

1 *Filijs naturalibus, & legitimis ſimul datur querela contra teſtamentum patris, ſecus in naturalibus tantum.*
2 *Quod dicitur in hoc, §. de poſthumis, hodie locum non habet.*
3 *Vbi aliud remedium datur, ceſſat querela inofficioſi.*

1 CIrca text. §. noſtri, dum mentio in eo ſit filiorum naturalium, primo aduertendum. vt intelligatur de naturalibus, & legitimis ſimul, ſec. gloſ. hic. Naturalibus enim liberis tantum cõtra teſtamentum patris querela nõ datur, vt ſupra dictum eſt. Item de filijs adoptatis ab auo aliquo, in cuius poteſtatem tranſeunt. Et quod de poſthumis hic adiunctum eſt, hodie locum non habet: quia ſi fuerint præteriti, ipſo iure rumpitur teſtamentum poſthumi, ſupr. de exhæred. liber. Et hodie non poſſunt exhæredari, cum ingratitudinem non committant, vt ſup. dictum eſt, in d. §. poſthumi.
3 Secundo ex noſtro notanda eſt regula, Quod querela eſt remedium ſubſidiarium, & tunc demum competit, quando alia ratione, & via iuris quis non poteſt conſequi legitimam.

Nam

Nam vbi aliud remedium datur, ceſſat querela, text. eſt hic, & in d.l. Papinianus, ſi quis impubes, ff. eod.

ADDITIO.

a *Textus ille loquitur de quarta Antoniana arrogatorum, quæ eſt æs alienum, & longiſſime ab hac diſtat, quæ non petitur per ſe, ſed niſi reſciſſa totum teſtamentum ſaltem quo ad inſtitutionem rumpitur pro querelam quæ concurrit electiue cũ actionibus dicentibus teſtamentum nullum, l. contra 16. & l. cũ 14. C. eod. Papinianus, 8. §. ſi quis impubes, ff. eod. neq; nouella 115. querelam ſuſtulit, vt recte Cuiac. Nouel. 18. Vigl. in princ. hic. Itaque quod hic dicitur, ijs non dari querelam, qui alio iure ad hæreditatem peruenire poſſunt intellige teſtamentariã, & ſaluo teſtamento, vt in l. 3. & l. ſi pater, 12. C. eod. cũ ſimil. Nam cũ remedijs, quæ æque reſcindunt teſtamentum, ac querela quin cõcurrat hæc nulla cauſa eſt d. l. cõtra. d. legatum, eum ſimil. ſed, & quoniam de ijs diſerte hic agit, qui hæreditatẽ conſequi poſſunt, exiſtimo nõ excludit querela eos, quib. datur poſſeſſio prætoria, quoniam in hæreditas non eſt, §. 2. inſ. de bon. poſſ. & minus ideo confert, quam querela, idque probat, leg. 1. §. vlt. ff. ſi a pat. quis manumiſſ. l. pater. 14. eod. leg. in arenam, 11. C. eod.*

§. Sed hæc ita accipienda ſunt.

1 *Vt competat querela inofficioſi, requiritur nihil penitus eſſe relictum.*
2 *Si minus legitima relinquitur, agitur ad ſupplementum legitimæ, quieſcente inofficioſi querela.*
3 *Legitima de iure nouiſſimo eſt relinquenda iure inſtitutionis, & nu. 6 & 7.*
4 *Titulus inſtitutionis eſt honorabilior titulo legati, vel donatio*
5 *Item vtilior eſt inſtitutionis titulus quam legati, propter ius accreſcendi.*
8 *Legitima portio hodie quæ ſit.*
9 *Si legitima non fuerit aſſignata liberis in teſtamento, infirmatur per querelam teſtamentum quoad inſtitutionem tantum: cetera autem firma permanent.*
10 *Legitima etiam aucta intelligitur in parentibus: non autem in collateralibus.*
11 *Quando ceſſet querela inofficioſi teſtamenti.*
12 *Quilibet iuri, & fauori ſuo renunciare poteſt.*
13 *Querela inofficioſi competit demum poſt aditam hæreditatẽ.*
14 *Quid iuris ſi hæres differat adire hæreditatem, vt filius defraudetur debito naturali.*
15 *Præſtans patrociniũ his, qui agunt ex teſtamento ad legata præſtanda, an, & quando videatur approbare teſtamentum.*
16 *Quæ circa querelam hodie innouata, & correcta ſint.*
17 *Querela præparata quæ dicatur.*

1 POnitur hic, iũcto § fin. inf. eod. vnum requiſitum ad hoc
vt querela locum habeat, videlicet, quod penitus nihil à
teſtatore relictum ſit perſonis, quibus hæc querela datur. Si
a enim integram *a* habuerint legitimam ex quocumq; titulo,
donationis, legati, vel alio, tũc hæc querela ceſſat, dict. §. ſi. &
2 d. l. cum quæritur, iũcta Auth. nouiſſima, C. eod Si vero minus legitima legatum, vel donatum fuerit filio, quieſcente
b querela inofficioſi, agitur tantum ad ſupplementum *b* legitimæ, vt hic, & l. omnimodo, C. eod. Hodie tamen de iure nouiſſimo, nõ ſufficit filium habere legitimam iure donationis,
c vel legati, ſed debet eam *c* habere iure *d* inſtitutionis, §. aliud,
d iunct. gl. in verbo, præterito, Auth. vt cum de appellatio. co-
3 gnoſc. & gl. in d §. ſi. ſuper verbo, iure legati, infr. eod. & notatis in d. Auth. nouiſſima. Et hoc ideo, quia titulus inſtitu-
4 tionis eſt honorabilior titulo legati, vel donati, l. filium, § ſed, & ſi portio, ff de leg. præſtan. Item propter vtilitatem filij, quia filio inſtituto, ſi cohæres repudiat hæreditatem, accre-
5 ſcit portio cohæredis, per ius accreſcendi. Sed titul. legati relinqueretur legitima, nihil filio accreſceret, ſec. Iaſ. & alios in
6 d. Auth. nouiſſima, num. 13. Et ſi iure inſtitutionis fuerit ei relicta legitima integra, non poteſt teſtamentum inofficioſum dicere. Si vero ei aliquid defuerit, agit ad legitimæ ſupplementum, non quidem querela inofficioſi teſtamẽti, aut petitione hæreditatis, ſed condictione ex d. leg. omnimodo, Cod. eodem, ſecund. Iaſ. & alios, in d. Authent. nouiſſima. Et qualiter tunc libellus ſit formandus, tradit hic Angel. Si vero alia fuerit vltima voluntas teſtatoris, tunc ſufficit quo titulo filio
7 legitimam relictam eſſe, ſecundum gl. ſuper dicto verbo, iure legati. Et quod idem ſit in parentibus, vt habeant legitimam iure inſtitutionis, communis eſt concluſio contra Bar-
8 tol. vt loquit D. Iaſ. in d. Auth. nouiſſima, nu. 37. & Ang. in d.
e §. fin. num. 2. poſt princ. inf. eod. Eſt autem legitima portio, *e*.

quam parens tenetur relinquere liberis non ingratis titulo inſtitutionis, hodie triens, id eſt, quatuor vnciæ, & ſic tertia pars bonorũ, ſi quatuor, aut pauciores ſint liberi. ita quod ſi pater habeat in bonis 12000. Floren. teneatur illis omnibus coniunctim relinquere legitimam, quatuor ſcilicet vncias, & ſic quatuor millia aureorum, quæ æqualiter inter eos ſunt diuidenda. Si vero plures ſint liberi, quam quatuor, tunc legitima eſt ſemis, & ita dimidia pars bonorum paternorum, d. Authen. nouiſſima, & ibi Doct. C. eod. vnde gloſ. hic, ſuper verbo, pro virili portione, refert hos verſus.

Quatuor, aut infra dant natis iura trientem.
Pluribus, aut ſupra dant natis iura ſemiſſem.

In qua portione, ſi pater liberos hæredes inſtituerit, poterit eis deinde quem velit cohæredem adiungere, & cuicumque reliqua ſua bona relinquere, vt notatur in d. Authen. nouiſſima. Si vero non fuerit illa portio liberis aſſignata in teſtamẽto, competit eis querela in caſu quo locum habet, ad hoc, vt totum teſtamentum reſcindatur. Quo caſu hæres ſcriptus nõ poterit retinere hæreditatem, ſed ipſe filius querelam proponens, qui tamen legata in teſtamẽto relicta ſoluere cogitur.
9 Infirmatur enim teſtamẽtum quo ad inſtitutionem tantum, & cetera firma permanent. Auth. ex cauſa, C. de liberis præteritis. Si autem minus legitima filio relictum fuerit, non in totum reſcinditur teſtamentum, ſed agit tantum ad ſuppleme-
f mentum *f* legitimæ, vt dictum eſt. Et obiter notandum, quod
10 legitima etiam aucta *g* intelligatur in aſcendentibus, ita vt
g parentibus non ſolum quarta, ſed tertia pars bonorum iure inſtitutionis relinquenda ſit, non autem in tranſuerſalibus, vt eſt gloſ. communiter approbata, in d. Authent. nouiſſima, ſuper verbo titulo, ante fin. Circa prædicta quæritur, (quan-
11 do eſſet querela inofficioſi teſtamenti?) Et dic. I. Eam non habere locum quando aliud remedium competit, ita vt filius alia ratione legitimam conſequatur, dict. §. tam autem, ſupr. eodem. II. Quando filius hodie habet integram legitimam iure inſtitutionis. III. Quod habet minus legitima. Nam tunc ſolum agere poteſt, ad ſupplementum legitimæ, vt hic, & d. l. omnimodo. IV. Vnde filius repudiauit quere-
12 lam, vel ei renunciauit, l. ſi quis filium, in fin. Cod. eodem. Quilibet enim iuri, & fauori ſuo renunciare poteſt vulgata l. ſi quis in conſcribendo, cum ſimilib. Cod. de pact. V. Curſus temporis excludit querelam, vt ſi poſt aditam hæreditatem
h ab hæredem ſcripto, filius per quinquennium *h* tacuerit, nec quere-

ADDITIONES.

a *Integra legitima relinquenda ſine vllo onere, l. omnimodo, l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. onere, puta fideicommiſſi, de quo vide Gail. 2. Obſeru. 119.*

b *Legitimæ ſupplementum qua actione petatur, & de eius præſcriptione, vide Gail. 2. Obſer. 120.*

c *Quid? an totam legitimam iure inſtitutionis habere debet? Non eſt neceſſe: ſed eo caſu filius agit ad ſupplementum, l. omnimodo, C. de inoffic. teſtam.*

d *Inſtitutionis iure (vt quod ſit honorabilius) legitima relinquẽda. Et hanc communem probat Craſſus, lib. Sentent §. teſtamẽtum, q. 35. nu. 1. & in §. legitima, q. 32. poſt multos alios.*

e *In hanc legitimam ex conſtit. 11. par. 2. imputatur filiabus (dic grade,) quam ſumpſit à parentibus ſine probabili ratione, cum non capiat iure hæreditario, nec quidem cauſa mortis ſemper, nam & in vita interdum accipitur, vide l. in quartam ff. ad l. Falcid. l. filium quem, C. famil. erciſc. l. 2. cum ſeq. & ibi DD. C. de collat. ſed quia filiabus cum dote plerumq; datur, huiuſmodi inſtar imputari volunt, l. quoniam nouella, C. de inoff. teſtam. contra Bald. d. l. filia, nu. 24. C. famil. erciſc.*

f *Quod ſi filius fideicommiſſo grauatus ſit, an duas quartas detrahet? vide Gail. 2. Obſeruat. 121. En an legitima ſtatuto, vel conſuetudine minui poſſit, vide ibid. Obſeruat. 122.*

g *Parentum, vt, & liberorum legitima nouo iure aucta intelligit gl. Nouel. 89. c. 6. in verb. compeſet, & in l. omnium, ff. de vſufr. Quam communem Doctorum ſententiam eſſe refert Bartol. Iaſ. Cucchus in Authent. Nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. Vaſquius de ſucceſſionum creatione, §. 20. n. 283 Conar. 4. decret. part. 2. c 8. §. 4. nu. 12.*

h *Quid? Legitima, aut legitimæ ſupplementũ quo tempore ſpacio tollitur? Bar. in l. ſi quis filiũ, C. eod putat quinquẽnio fieri. Sed Bal. in d. l. ſi quis cenſet, 30. tantum annis, ad inſtar cæterarũ actionum perſonalium finiri. Et eam, vt communem amplectitur Alex. 1. conſ. 108. 128. & 4. conſ. 150. Gomez, 1. Reſol. Vaſquius de ſucceſſionum creatione, §. 10. n. 255. Vide Bal. præſcrip. 4. q. 23. Et eo ſpacio finitur ius dicendi nullum filio præterito, ff. de iniuſ. rup. & irrit. fact. teſt. Balb. ibid.*

Digitized by Google

13 querelam intentauerit,d.l.ſi quis filium,in fi. C.eodem. Nec
enim prius incipit competere, niſi poſt aditam hæreditatem.
14 Et ne per hæredem differentem adire,defraudetur filius de-
bito naturali, ſtatuitur, vt ſi vtraque pars ſit in eadẽ prouin-
cia,hæres infra ſex menſes adeat hæreditatẽ. Si autem vterq;
ſeorſum degat, hæres debet intra annum adire, vel repudia-
re,quòd,ſi non fecerit, cõpellitur poſtea per iudicis officium
adire, vel repudiare,l.ſcimus,§.illud præterea,C.eod IV.Si is
cui competit querela,agnouit teſtamentum,& ſi volũtatem
teſtatoris approbauit,agnoſcẽdo legatum ſibi relictum,dire-
ctè,ſiue indirectè,vt per filium,vel ſeruum,d.l.nihil inter eſt,
15 ff.eod. V.præſtando patrocinium his,qui agunt ex teſtamen-
to ad legata præſtanda. Nam,& hoc modo videtur appro-
bare teſtamentum,l.fin.ff.eod, Secus tamen eſt quando filius
exhæredatus eſſe tutor alterius, & tutorio nomina peteret
legatum relictum ſuo pupillo. Nam tunc deinde ſuo proprio
nomine querelam intentare non prohibetur. Idem è contra,
vt eſt caſus hic,in §.ſi tutor. Nec obſtat d.l.fin.& d. l.nihil in-
tereſt quia iſtę leges procedunt,quando quis petit legatũ ſuo
nomine,vel etiam alieno voluntariè, tamquam procurator,
vel aduocatus,ſec.gl.hic in d.§.ſi tutor: ſecus ſi alieno nomi-
ne,tamquam tutor,vel curator,d.§.ſi tutor. Et per hęc ſit iſte,
16 §.iuncto § ſi.declaratus,vbi habetur gl. ord. An querela ho-
die locum habeat,de qua ſupr.in princ.tit.noſtri dictum eſt.
Item quæ circa querelam hodie innouata,& correcta ſint.

Nam primo olim poterat filius impugnare teſtamentum
per querelam,quando ei minus legitima relictum erat,d.leg.
cum quæritur,iuncta l.parentibus,Cod.eod. Hodie ſi minus
relinquatur,agitur tantum ad ſupplementum legitimę, con-
dictiunes ex d.l.omnimodo. Nec querela locum habet,d.§.
ſed hoc ita,ſup.eod.

Secundo, olim ad excludendam querelam ſufficiebat re-
linquere quartam quocumque titulo,vt hic §.fin.& d. Auth.
a nouiſſima. Hodie vero titulo inſtitutionis *a* relinqui debet,
vt ſupra dictum eſt.

Tertio,olim legitima fuit quarta pars bonorum, d. l.cum
quæritur: hodie vero eſt tertia pars,quando quattuor ſunt li-
beri,vel pauciores:ſi vero plures, tunc eſt ſemis, d. Authent.
nouiſſima.

Quarto,olim filius exhæredatus cogebatur probare ſe non
fuiſſe ingratum,l.5.§.1.ff.eod Hodie verò cogitur hęres pro-
bare,filium cauſam ingratitudinia commiſiſſe, d. l. ſi quis fi-
lium,in medio,& d.§. aliud quoque, in Auth. vt cum de ap-
pell.cognoſc.

Quinto,poſthumi olim poterant querelare,vt exhæredati
d.§ tam autem,ſupra, eod. Hodie vero non,quia exhæredari
b non *b* poſſunt l.ſi quis ſuo,§ legis,C.eod.

Sexto,olim ſufficiebat dicere: [Ex hęredem filium meum
facio quia eſt ingratus.] Hodie verò cauſa ingratitudinis ſpe-
cificé exprimi debet,d.§ aliud quoque.

Septimo,olim rupto teſtamento per querelam,nihil debe-
batur legatariis,neque libertates in teſtamento relictę vale-
bant,d.l.Papinianus,§.ſi ff eo.Sed hodie pręter inſtitutionem
hæredis ſcripti, legatã, & cætera in teſtamento diſpoſita om-
nia firma manent,d.Auth.ex cauſa,C.de liberis præteritis.

Octauo, olim querela non præparata non trãſmittebatur
ad ſuum hæredem leg.poſthumus,§.ſi.ff eodem. Hodie vero
etiam non præparata tranſmittitur ad ſuum hæredem, d. l.ſi
quis filium,C.eod. Ad extraneos verò hæredes non tranſmit-
17 titur,niſi præparata,d leg.ſcimus,in fi.C.eod. Dicitur autem
querela præparata,quando quis habet propoſitum querelan-
di,& illud propoſitum expreſſit.Quia comminatus eſt accu-
ſationem,vel vſque ad denũciationem, vel libelli oblationem
proceſſit,& poſtea mortuus eſt,l ſi pater tuus, C. eodem,&
leg.quemadmodum,ff eod.

ADDITIONES.

a *Si modo fiat teſtamentum Nam ſi ſit codicillus,vel alias vlti-
ma volũtas,ſufficit relinqui quocumque titulo,Nouel.de trientt,
& ſemiſſe,§.1.collat.*

b *Niſi bona mente,vt in §.poſthumi,ſup de exhered. liber. Quia
huiuſmodi exhæredat.magis ſono verbi exhæred. eſt quam re.*

DE HÆREDVM QVALITATE, & differentia.

TITVLVS XIX.

1 *Continuatio ad præcedentia.*
2 *Hæredes ſunt triplices. Quidam neceſſarij tantum: quidam
ſui,& neceſſarij,quidam vero extranei.*
3 *Neceſſarij heredes qui ſint.*
4 *Publica venditio ignominioſa apud veteres,Cicerone teſte.*
5 *In vno grauatus,in alio releuari debet.*
6 *Impetrata ſeparatione bonorum, hæres neceſſarius ſibi ac-
quirit poſt mortem domini teſtatoris.*
7 *Quæ requirantur ad hæredem neceſſarium.*

1 HActenus multa dicta ſunt de hæredib. inſtituẽ-
dis,exhæredandis,& ſubſtituendis. Et quia hę-
redes ſunt differentes,habent quoque differen-
tes qualitates. Ideo hic tractatur de hæredum
qualitate,& differentia Dicuntur autem hære-
des, ſucceſſores in vniuerſum ius, quod defunctus tempore
mortis ſuæ habuit,leg hæreditas,ff. de reg. iur. Vnde hæredẽ
inſtituere,nihil aliud eſt,quam dominium bonorum ſuorum
relinquere,ſecund.gloſ.in princ.ſup. de hæredib.inſtit.
2 Et ſunt triplices hæredes,vt eſt text hic,in prin. Quidã ne-
ceſſarij tantum,quidam ſui,& neceſſarij,quidam vero extra-
3 nei, Neceſſarij hæredes ſunt,ſerui teſtatoris proprij, qui non
a habent arbitriũ repudiandæ hęreditatis, ſed velint, *a* nolint,
coguntur eſſe hęredes,& ſimul libertatem cõſequantur à ſe-
metipſis,etiam ignorantes,nõ per interpoſitam perſonam,vt
hic,& l.ſed ſi conditioni,§ fi. de hær.inſtit. Et hoc fauore do-
mini introductum eſt. Erat enim pauperibus dominis ma-
gno ſolatio, quòd inſtitutione ſerui poterant ſuccurrere ſuæ
famæ,cum plerumq; accidat, vt nemo ſuſpectam hęreditatẽ
adire velit, ne creditoribus fiat obnoxius in maiori ſumma,
quàm ex hæreditate accipiat. Vnde neceſſitas imminet, vt
4 bona publice proſcribantur,& vendantur. Quod quàm igno-
minioſum veteres duxerint,eleganter Cic.pro Pub.Quintio
demonſtrat: [Hercle,inquit,cuius bona ex edicto poſſiden-
tur,huius omnis fama, & exiſtimatio ſimul cum bonis poſ-
ſidetur.] Ne igitur defunctus iniuria afficiatur,§.1. ſupr. qui-
bus ex cauſis manum non licet introductum eſt,quòd domi-
nus habens facultates ſuas ſuſpectas,ratione dominicę pote-
ſtatis poſſit ſeruũ ſuum hæredem inſtituere,qui cogitur eſſe
b hæres, vt potius ipſius *b* bona, quàm teſtatoris a creditoribus
diſtrahantur,d.§.1.ſupr.quibus ea cauſis manumittere nõ li-
5 cet. Sed quia in vno grauatur, in alio etiam ſeleuatur,iuxta
regulam l.eum,qui in pr. ff.de iureiur. Ideo pro illo incõmo-
do datur ei hoc cõmodum,vt quæcumq; acquirat poſt mor-
tem domini, ſibi acquirat, nec teneatur de bonis illis ſatis fa-
cere creditoribus, licet de bonis hæreditarijs creditoribus nõ
6 poſſit ſatisfieri. Ad hoc tamen requiritur,quòd impetret *c* ſe-
c parationem bonorum, quia ſi bona,per eum acquiſita attin-
d gerent ſui domini bona ante ſeparationem, teneretur *d* etiã
7 de ſuis bonia creditoribus ſatisfacere, ſi bona domini nõ ſuf-
ficerent,leg 1.§ fin.ff de ſeparat. Ad hoc autem,vt aliquis ſit
hæres neceſſarius,tria requiruntur,ſec.gl.hic I. Quod ſit ſer-
uus tempore facti teſtamẽti.II. Quod ſit ſeruus tẽpore mor-
tis teſtatoris. Nam ſi ante mortem eſſet liber,non reciperet
ex teſtamento libertatem,nec eſſet hęres neceſſarius,ſed ex-
traneus,§. cæteri,in fin.inſ. eod. III. Quod iſte ſeruus non ſit
legatus alteri. Quia tunc alteri acquireret hęreditatem lega-
tario,de quo gloſ hic,ſuper verbo,neceſſario.

ADDITIONES.

a *Et proinde in hac ſpecie regula,* Inuito beneficium non datur,
*locum non habet,de qua traditur in l.hoc iure, §. non poteſt, ff.
de donat l.inuito,ff.de reg.iur.*

b *Bona igitur defuncti in hac ſpecie tranſeunt immediate à de-
functo ad ſeruum hæredem:& proinde creditor defuncti agen-
do non poterit hoc caſu petere ſe mitti in poſſeſſionem bonorum
defuncti,ſed ipſius heredis leg.Stichum,§. additio ff. de ſolut.
niſi improprie bona defuncti ea appellet,quæ defuncti fuerunt,
argum l penult.ff.ſi certum pet.*

c *Eodem modo ſeruus, cui in libertate fideicommiſſaria mora
fit,ſibi acquirit,& ſeparationem bonor.impetrat.l.penul. C.de
his quib. vt indig.*

d *Quid ſi minor ſit? Poterit aduerſus omiſſam ſeparationem re-
ſtitui,leg.ait prætor.non ſolum,ff.de minorib. At non aduerſus
additionem,vt abſtineat l.neceſſarijs,in fin.ff.de acq hered.*

§.Si autem.

1 *Sui,& neceſſarij heredes qui ſint,& vnde dicti,& nu.3.*
2 *Ad heredem ſuum,& neceſſarium duo requiruntur.*
4 *Filius viuo patre dicitur dominus bonorum paternorum im-
proprie.*
5 *Filij hodie habent beneficium abſtinendi ab hæreditate. Secus
in filio vaſſalli,& nu.6.*
7 *An ius ſuitatis ſit ſublatum.*
8 *Effectus ſuitatis ſunt octo.*

Sui

1 SVi a & neceſſarij hæredes dicuntur liberi, qui ſunt in po-
a teſtate teſtatoris tempore mortis, vt filius, & filia. Item de-
ſcendentes ex filio, non autem ex filia, quia hi patris ſui pote-
ſtatem, & familiam ſequũtur, vt ſupra de patria poteſtate, in
fine dictum eſt. Tunc autem deſcendentes ex filio, & ſic ne-
potes dicuntur ſui hæredes, quando pater eorum deceſſit, vt
hic. Nam ad hoc, vt quis ſit ſuus, & neceſſarius, hæres duo
principaliter requiruntur. Primum, quòd ſit in poteſtate ip-
ſius teſtatoris tempore mortis, text. eſt hic Vnde filij emanci
pati, non ſunt ſui, ſed extranei hæredes, §. cęteri, infra eo. Al-
terum, quod obtineat primum locum. Nam ſi præcedat eum
pater, non eſt ſuis hæres, niſi pater deſierit eſſe ſuus hęres, aut
morte interceptus, aut emãcipatione, vel alia ratione libera-
3 tus à patria poteſtate. Nam tunc in eius locum ſuccedit, ac
fit ſuus, & neceſſarius hæres, vt hic. Dicuntur autem ideo
ſui hæredes, ſecundum Imperatorem hic, quia domeſtici hę-
redes ſunt, & ſuus quaſi proprius domi ex ſuo corpore natus,
non aliunde accitus hæres, vel quaſi ſui ipſius hæres. Quia fi-
lius, & pater vna, & eadem perſona eſſe cenſetur, l. fi. in fi. C.
de impub. & alijs ſubſtit. Et vox filij, vox patris, & è contra
dicitur, §. ei, qui, infra de inutilibus ſtipulat. Imò filius viuo
etiam patre dominus quodammodo bonorum paternorum
exiſtimatur, vt hic, & l. in ſuis, ff. de liber. & poſthumis. Vnde
etiam ſi quis inteſtatus moriatur, prima cauſa in ſucceſſione
eſt liberorum, ita, vt filius non dicatur acquirere nouum ti-
tulum, ſeu dominium, ſed in eum, moriente patre, illud con-
tinuatur, d. leg. in ſuis, Ita quòd ſola adminiſtratio filio obue-
niat, non nouus titulus, nec noua poſſeſſio, ſecundum gl. hic
in verbo, exiſtimatur, Neceſſe tamen eſt, vt eam apprehen-
dat poſt mortem patris, vt dicatur vere poſſidere, l. cũ hære-
4 des, ff. de acqui. poſſeſſ. Item dicitur filius dominus bonorum
paternorum viuo patre, impropriè, propterea, quod de illis
alendus eſt, ſicut pater, & propter ſpem futuræ ſucceſſionis.
Et plenariè conſequitur bona poſt mortem patris, ſecundum
gloſ hic. & Bart. ſuper Rub. ff. de peculio. Non autem dicitur
b dominus, quò ad plenum dominium. Quia filius viuo b patre
res paternas alienare non poteſt, nec etiam aliquod ius ha-
c bet in legitima viuo c patre, nec pater cogitur ei dare legiti-
mam. Non obſtante, ſecundum Iaſ. in d. Auth. nouiſſima, C.
de inoffic. teſtamento, quod in Euangelio Lucæ 18. dicitur:
(Pater da mihi ſubſtantiam portionis meæ, &c.) Licet enim
pater ibi id fecerat, non tamen ad hoc tenebatur de iure, de
quo vide Doctores poſt tex. in l. 1 §. ſi impubere, ff. de collat.
bonorum, & Bat. in Auth. ſi qua mulier, Cod. de ſacroſanctis
Eccleſijs, & Bald. in l. quamquam, C. ad legem Falcidiã, Bald.
Ang. & alios in leg. lex Cornelia, ff. de vulgari, & pupil. ſub-
ſtitut. Dicuntur autem liberi ideo hæredes neceſſarij, quia de
iure ciuili etiam inuiti cogebantur eſſe hæredes, vt hic. Vnde
illud: [Si filius, ergo hæres,] ſecundum gloſ. in l. neceſſarijs,
ff. de acquir. hæred. Et non mirum, quia olim ius vitæ, & ne-
cis parentes habebant in liberos, d. l. in ſuis, in fin. Sed prætor.
plenus ęquitate, remouit illam neceſſitatem, & introduxit in
fauorem liberorum beneficium abſtinendi, ita vt hodie
ab hæreditate paterna abſtinere poſſint, vt hic, & d. l. neceſſa-
5 rijs. Adeo, quòd ſecundum concluſionem communem Do-
ctorum, hodie non ſit fundata intentio creditorum, agentiũ
contra liberos, vt ſoluant, quaſi præſumantur hæredes, niſi
probent ſe abſtinuiſſe ab hæreditate. Quia propter hoc be-
neficium liberis conceſſum, creditor probare debet, eos eſſe
hæredes, vel ſaltem, quòd miſcuerint ſe hæreditati. De quo
eſt gloſ. ordin. in d. l. neceſſarijs, & add. hic Fabr. nu. 4. Plat. 5.
b Angel 3 verſ quo ad primum. Non tamen habet filius d va-
d ſalli hoc beneficium abſtinendi, quia non poteſt repudiare
hæreditatem, vt euitet, & onera, & debita hęreditaria, & reti
nere feudum. Sed aut vtrumq. retinere, aut repudiare coga-
tur, vt eſt titulus in vſibus feudorum, An agnatus, vel filius,
repudiata hæreditate, feudum retinere poſſit Porro, quia de
iure prætorio filius, & ſic hæres ſuus habet beneficium ab-
ſtinendi quæritur. [An ius ſuitatis ſit ſublatum?] Et ad hanc
7 quæſtionem duobus modis hic per Doctores reſpondetur.
Primo, quòd per prætorem quidem neceſſitas adeundi ſub-
lata ſit, vt filius inuitus non cogatur adire hæreditatem pa-
ternam, non autem ipſa ſuitas, quæ ex patria poteſtate cau-
ſatur, remota eſt, quia filius bene eſt ſuus hæres, ſed non ne-
ceſſarius, vt præ alijs hic declarat Porc. Deinde ex communi
Doctorum ſententia ita diſtinguitur, quod quædam ſunt,
quæ concernunt commoda filiorum, & in his non intelligi-
tur ſublata ſuitas, imo filius ſtatim eſt hæres. Quædam vero
concernunt incommoda filiorum, vt præſtatio legatorum,
8 & obligatio creditorum. Et in his intelligitur ſublata ſuitas.
Et ſic effectus ſuitatis durant in his, quæ ſunt vtilia filio, non
autem in his, quæ ſunt filio damnoſa. Vnde paucis declaran-
e di ſunt effectu ſuitatis. e

Primus igitur eſt, quod eius virtute filius dicitur dominus
bonorum paternorum viuo adhuc patre, vt ſupra declara-
tum eſt.

Secundus, quia mortuo patre in eum continuatur domi-
nium, d. l. in ſuis. Ex quo infertur, quod filius non habet neceſ
ſe adire hæreditatem, quia virtute ſuitatis lex ſtatim facit eũ
hæredem. Quod intellige ſecundum prędicta, quo ſcilicet ad
eius commodum, non autem incommodum, ex beneficio
abſtinendi, ex iure prætorio introducto.

Tertius, quòd in eum, quoque continuatur poſſeſſio mor-
tuo patre, ſecund gl. hic. Quam intellige de poſſeſſione intel-
lectuali, non autem naturali, quam neceſſe eſt apprehendi,
ad hoc, vt verè dicatur poſſidere, d. l. cum hæredes, in princ. ff.
de acquir. poſſeſſ.

Quartus, virtute ſuitatis cogitur pater filium inſtituere,
aut exhæredare, alias teſtamentum eſt ipſo iure nullum, vt
notatur per Bart. & alios in d. l. in ſuis.

Quintus, ſuitas, ſeu exiſtentia ſui hæredis, confirmat tabu-
las pupillares, l. ſi filius, qui patri, ff de vulg. & pupil. ſubſtitut.
Poteſt enim pater pro filio impubere facere teſtamentum, &
ei pupillariter ſubſtituere, vt ſup de pupill. ſubſtit. dictum eſt.
Quo caſu neceſſe eſt, vt tabulæ pupillares, id eſt teſtamentũ
ipſius filij impuberis, valeant, vt pater, & ſibi quoquè faciat te
ſtamentum, & ex teſtamento patris adeatur hęreditas, adeo,
quod ſi non fuerit adita hęreditas patris, teſtamentum pupil
lare euaneſcat, l. ..§ quiſquis, vers. adeo, ff. de vulg. & pupill.
ſubſtit. Si tamen pater in ſuo teſtamento inſtituerit filiũ ma-
iorem, & filium impuberem, ac ſubſtituerit impuberi filium
maiorem, qui etiam patris ſui hæres dicitur, tunc poteſt filius
iſte maior repudiare hęreditatem paternam, & eam non adi
re, ſed ſolum ſuccedere fratri impuberi, cui ſubſtitutus eſt. Et
ita tabulę pupillares propter non aditam hęreditatem pater-
nam, non euaneſcunt, ſed confirmatur, ex iure ſcilicet ſuitatis
quia fingitur adijſſe hęreditatem, cum de iure ciuili ſit ſuus,
& neceſſarius hęres, licet habeat de iure prętorio beneficium
abſtinendi. Ita eſt tex. ibi, gl. & Doctores, in d. l ſi filius, qui pa-
tris, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.

Sextus, fideicommiſſaria libertas ſeruo relicta, confirma-
tur per exiſtentiam ſui hęredis, etiam ſi ſuus hęres ab hęredi-
tate abſtineat. Nec enim eſt ſine hęrede, qui ſuum hæredem,
licet abſtinentem, habet, vt inquit Iuriſconſ. in l. cum quaſi, §.
ſed, & ſi ſuus hæres, ff. de fideic. lib.

Septimus, licet alias hæreditas alicui delata, ſi non fuerit
per hæredem adita, non tranſmittatur ad hæredes ipſius hæ-
redis non adeuntis, l. quoniam ſororem, C. de iure delib. ta-
f men ſuitas f operatur tranſmiſſionem, ita quod ſuus hæres
tranſmittat hæreditatem etiam non aditam, l. ſi fratris, cum
ibi notatis, C de iure deliber.

Octauus, querela inofficioſi teſtamenti tranſmittitur ad
ſuum hæredem, non autem ad extraneos, vt ſupra in fin. tit.
pręcedentis dictum eſt. Et de hac materia vide latius Ang. &
Porc. omnino, hic.

ADDITIONES.

a *Deſuitate, & hæreditate, per fictionem tranſmittenda, vide Ang. Peruſinum in l. in ſuis ff. de liber. & poſth.*

b *Et vice verſa, pater res filij alienare non poteſt, vt nec eo viuo in bonis filij petere ſuam legitimam poteſt. Coraſ. in leg. filium quem, C. familiæ herciſc. Iaſ. in Auth. nouiſſima.*

c *Sed eo tantum mortuo, l. 1. §. ſi puberi, ff. de collat. bonor. Aret. in §. itẽ ſi quis in fraudẽ. Inſtit. de actio. in l. Titia, ff. de verb. oblig. Vide omnino Craſſum lib. Senten. §. legitima, quæſt. 42.*

d *Agnatus tamen habet, & poteſt repudiare hæreditatem, & retinere feudum.*

e *Suitas quid ſit, vide Bellonum 1. Supputatio, nu. 3 Vaccinum, à Vacuna 3. declarationum. Alc. 5. parerg. 19. Craſſum li. Sentent. §. ſuitas l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. §. ſui autem, inſ. de hæred. ab inteſt.*

f *Tranſmittitur hæreditas etiam non adita per ſuum, vide Gail. 2. Obſeru. 131.*

§. Cæteris.

1 *Extranei hæredes qui ſint, & unde dicti.*
2 *Extranei hæredes dicuntur voluntarij.*

Alio modo extranei dicũtur, qui nullo iure cognationis attinent. Itẽ qui non ſunt ex numero aſcendentiũ, & deſcendentiũ, &c.

1 TErtia hæredum ſpecies eſt, quod quidam ſunt extranei
hæredes,qui ad differentiam ſuorum,& neceſſariorum
hæredum dicuntur, omnes ſcilicet hi, qui non ſunt in pote-
ſtate patria, vel dominica, tempore mortis teſtatoris. Vnde
filius emancipatus,item filij à matre inſtituti,hæredes extra-
nei dicuntur. Quia fœminæ liberos non habent in poteſtate
a vt hic,& §.fœminæ,ſup.de adopt. *a* Item ſerui hæredes inſti-
tuti a domino,& poſtea ante mortem teſtatoris manumiſſi.
Nam licet, hi hæreditatem ex teſtamento conſequantur,
b non tamen libertatem,vt ſup.*b* in §.pri.dictum eſt Et dicun-
tur iſti extranei hæredes voluntarij, quia inuiti non cogun-
2 tur eſſe hæredes ſed ſi voluerint, poterunt repudiare hære-
3 ditatem, ſec. Plat. hic. Alio autem modo dicuntur extranei,
qui nullo iure cognationis attinent, §. inordinatum, iuncta
gl.in verbo,exterus,in Auth. de hære & Falc. Item qui non
ſunt ex numero deſcendentium, vel aſcendentium, vt eſt gl.
ord.in l.1 in verb.extraneos,C.de impon.lucrat.deſcript.lib.
10.Quæ faciunt ad quæſtionem de illo,qui prohibetur ex le-
ge municipali, vel conuentione, ſub pœna alienare rem in
manum extraneam, quòd committatur pœna, ſi alienat res
extra eos,qui ſunt de cognatione,ſecund.Fab.& Ang. hic.

ADDITIONES.

a *Et l.illud,ff.de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.*
b *Et §.ſeruus vero a viuo ſup.de hæredibus inſtit.*

§. In extraneis.

1 *Quæ requirantur ad hoc, vt hæres extraneus poſſit capere hæreditatem.*
2 *Quæ requirantur in neceſſario hærede.*
3 *In ſuis,& neceſſarijs,quæ requirantur.*
4 *In legatis quod tempus attendatur.*
5 *Teſtis dicens aliquid factum eſſe duobus præſentibus,& poſtea nominans tres,non dicitur vacillare.*

COncordat cum hoc §.tex.in l.ſi alienum,§.in extraneis,
ff.de hæred. inſtit. Et ad eius intellectũ ſciendum,quod
in omnib. tribus generibus hæredum requiritur, vt habeant
teſtamenti factionem paſſiuam,id eſt, quod hæredes inſtitui
poſſint,licet non habeant teſtamenti factionem actiuam, vt
mutus,ſurdus,&c. Licet enim hi regulariter nõ poſſint face-
re teſtamentum,vt ſup.quibus non eſt permiſſ.fac. teſt dictũ
1 eſt,poſſunt tamen hæredes inſtitui,§. teſtamenti factionem,
a inf. eo. Sed ad hoc, vt hæres extraneus *a* poſſit capere hære-
b ditatem,requiritur per Imperat.hic,vt tribus *b* temporibus ſit
capax hæreditatis. I. Tempore conditi teſtamenti, vt ſic con-
ſtare poſſit inſtitutio. II. Tempore mortis teſtatoris,quia te-
ſtamentum morte confirmatur. III. Aditæ hæreditatis,idque
maxime attendendum eſt,cum hæreditas per aditionem ac-
quiratur,vt hic,& d.l.ſi alienũ,§.in extraneis. His igitur tri-
bus temporibus oportet extraneum hæredem capacem eſſe,
ſiue ipſe nominatim hæres ſcriptus ſit, ſiue eius ſeruus, per
2 quem acquirit. Quia perſona domini conſideratur,vt hic in
3 princ.& l.non minus,ff.de hæred. inſtit. In neceſſario *c* vero
c hærede tantum conſiderantur duo tempora, ſcilicet conditi
teſtamenti,& mortis teſtatoris ſecund.gloſ.hic,in verbo,tria.
Quia non eſt dare medium inter tempus mortis,& aditæ hæ-
reditatis,cum lex incontinenti faciat eum hæredem neceſſa-
rium.Quod eſt verum,quando purè eſt inſtitutus,ſecus ſi ſub
conditione. Nam tunc conſideratur capacitas tempore exi-
ſtentis conditionis,l.ſub conditione, ff. de lib. & poſthum. In
ſuis verò & neceſſarijs hæredibus diſtinguitur. Aut enim ſuc
d cedunt ab inteſtato, & tunc requiritur, *d* capacitas tempore
e mortis tantum,aut ex teſtamento,& tunc quoque ſufficiunt
duo tempora,conditi,ſ.teſtamenti & mortis. Quia & hi de
iure ciuili ſtatim ſunt hæredes patris teſtatoris,ita quod do-
minium in eos continuetur,d l.in ſuis, ff. de liberis,& poſth.
Quod eſt verum ſi plures ſint inſtituti,alias tempus exiſtẽtis
conditionis pro tempore mortis eſſet attendendum,& ſimul
etiam tempus aditæ hæreditatis, de quo latius vide hic poſt
f alios omnino Fab. Medium *f* autem tempus non conſidera-
g tur. Vnde ſi quis deportatus *g* fuiſſet,vel bannitus poſt teſta-
mentum conditum, & poſtea reſtitutus tempore mortis te-
h ſtatoris, non *h* obeſſet ei, quod medio tempore fuiſſet inca-
pax. Pro quo facit etiam illud adductum per Plat.hic. Quan-
do quis habet liberos ex concubina, & deinde ducit vxorem
ex qua etiã procreat liberos: mortua vxore nihilominus po-
teſt deſponſare concubinam, nec obſtante matrimonio in-
termedio,poteſt legitimare filios ex concubina ante primum
matrimoniũ ſuſceptos,per c.tanta eſt vis,ext. qui filij ſint le-
gitimi, de quo inſ. de hæred.quæ ab inteſt. deſcẽ.dicetur.
4 Quid autem in legatis ſit,quæritur hic per Doct. Et commu-
niter concluditur. Quod inſpiciatur capacitas temporis,quo
i cedit legatum: vnde in *i* legatis puris inſpicitur tempus mor-
tis,quia ſtatim a morte teſtatoris illa cedunt, l. vnica, §. cum
igitur,C.de caducis tollendis. Imo a die mortis teſtatoris,do-
minium recta via tranſit in legatarium,l.à Titio,ff.de furtis.
K Sed in legatis conditionalibus K inſpicitur tempus exiſtentis
5 conditionis,d.l.vnica,§ ſin autem.C.de caducis tollendis. De
quo vide hic Fab.nu.5. Tandem circa hunc §. notabiris,quod
textus hic,dum primo dicit de duobus,deinde de tribus tem-
poribus,faciat ad hoc. Si teſtis interrogatus,quibus præſenti-
bus aliquid factum ſit, ipſe dicat de duobus, & poſtea nomi-
net tres,non dicatur vacillare,ſecund.Bald. in d.l.ſi alienum,
§.in extraneis, vt eum allegat hic Ang.

ADDITIONES.

a *Quid? cum ſeruus inſtituitur,quo tempore ius, & poteſtas capiendi inſpicitur? Ex perſona domini ius illud metimur, §. ſeruus,ſup.de hæred.inſtitut.*
b *Extraneus hæres tribus temporib. capax eſſe debet hæreditatis capiendæ, vt hic,& l.ſi alienum,§. in extraneis,ff. de hæred.inſtituendis.*
c *Neceſſarius hæres pure inſtitutus, capax eſſe debet hæreditatis tempore mortis defuncti,l.filius,in ſin ff. de lib. & poſth.ſub aditione vero hæres tempore exiſtentis conditionis,l.ſi ſup.aditione ff. de lib. & poſthumis.*
d *Suus ab inteſtato ſuccedere volens defuncto capax eſſe debet mortis defuncti tempore. Et tũc,ſi in poteſtate fuit ſuccedit,vt ſunt,ſui ſup.eo Si non fuit,vt extraneus ceteri ſup. eod. Succedit ab inteſtato quoq.deſtituto teſtam.l.ſi quis filio,ff.de iniuſt.*
e *Suus, ex teſtamento ſuccedens defuncto, capax eſſe debet hæreditatis tempore facti teſtamenti, & mortis, nec conſideratur tempus aditæ hæreditatis,l.poſt mortem,§.1 ff. de leg. 1.*
f *Media tempora interdum non nocent,l.1.§.exigitur,ff.de bon. poſs.contra tabulas l.6.§.2.l.49.§.1 ff.de hæred.inſtit.*
g *Secus forte ſi eſſet priuatus omni libertate,leg.intercidit,ff.de condit.& demonſtr.*
h *L.ſi conditioni,6.§ ſolemni,ff.de hæred.inſtit.*
i *Legatarius,cui pure legatum eſt,capax eſſe debet legati tempore,quo cedit legatum,l. interueniſ ff. de leg. præſt. id eſt mortis teſtatoris,l.vnica,§ cum igitur, §. ſin autem, C. de caduc.tollen.& incapacitas medio tempore non nocet,vt hic.*
K *Legatarius conditionalis capax eſſe debet legati tempore conditionis exiſtentis.*

§. Teſtamenti.

1 *Teſtamenti factionem actiuam, item paſſiuam, qui habere dicantur.*

1 DIctum eſt in §. præcedenti,quod in hæredibus inſtitutis
attenditur,an habeant teſtamenti factionem Sed quia
teſtamenti factio accipitur actiuè, & paſſiuè, ideo in hoc §.
declarat Imperator,quod illi,quibus permiſſum eſt a iure fa-
cere teſtamentum, dicantur habere teſtamenti factionem
actiuam Paſſiuam vero hi,qui hæredes inſtitui poſſunt, ſiue
ſibi,ſiue alteri hæreditatem acquirant. De quibus ſupr.in tit.
de hæred.inſtit.dictum eſt.

§. Extranei.

1 *An hæredes à teſtatore inſtituti, præciſè cogantur adire hæreditatem.*
2 *Extranei dicuntur adire,& repudiare hæreditatem; ſui vero,ſe immiſcere,& abſtinere.*
3 *Adire proprie eſt aliud ire.*
4 *Hæreditas ſemel adita,non poteſt deinceps relinqui. Sic econtra ſemel repudiata adiri amplius non poteſt,Fallit,vt n.5.*
6 *Duplex remedium inuentum pro hæredibus,deliberandi ſcilicet,& conficiendi inuentarium.*
7 *Quantum tempus deliberandi conceſſum hæredibus a lege.*
8 *Cuius ſit vtilitatis,impetrare ſpatium deliberandi ab homine cum à lege annuum tempus conceſſum ſit.*
10 *Quid ſit præſumendum,quando non conſtat infra tempus præfixum,an hæreditas ſit adita, vel repudiata.*
11 *Beneficium inuentarij tutius eſt, quam deliberandi.*

12 *Requi-*

Digitized by Google

12 *Requiſita nonnulla ad confectionem ſolemnis inuentarij.*
13 *Menſis legalis debet continere dies 30.*
14 *Quibuſdam rebus in inuentario non deſcriptis, an totum in-*
b *uentarium vitietur, & n. 16.*
15 *Cautela ad confeſſionem inuentarij.*
17 *Priuilegium amittere meretur, qui conceſſa ſibi abutitur po-*
teſtate.
18 *Sufficit conficere inuentarium ſecundum conſuetudinem No-*
tariorum in loco in quo fit.
19 *An hæres non conficiens inuentarium, amittat Trebelliani-*
cam, ſicut Falcidiam amittit.
20 *An fideicommiſſarius poſſit facere inuentarium.*
21 *Vtrum proſit fideicommiſſario inuentarium factum per hæ-*
redem.
22 *Hærede mortuo poſt confectionem inuentarij, etiam hæres ip-*
ſius gaudet inuentario.
23 *Filius non conficiendo inuentarium, non perdit legitimam de-*
bitam à iure naturæ.
24 *An hæres non opponens de inuentario confecto, & condemna-*
tus ad integra debita ſoluenda, adhuc poſt ſententiam illud
allegare poſſit.
25 *Quando defunctus fuit debitor hæredis inſtituti, qui confecit*
inuentarium: illud debitum hæredi ſoluendum eſt, ſicut cæ-
teris creditoribus.
26 *Confectio inuentarij facit cenſeri hæreditatem iacentem.*
27 *Quæ poſſit deducere hæres, antequam creditoribus, aut lega-*
tarijs ſatisfaciat.
28 *Hoſpes qui mercatori ægrotanti ſuppeditauit ſumptus: & ſcho-*
laris qui fecit expenſas in infirmitate, & funere alterius
ſcholaris: præferuntur cæteris creditoribus.
29 *Effectus inuentarij quinque.*

1 AD intellectum huius §. quæri poteſt. An hæredes à teſta
a tore inſtituti, præciſe cogantur adire hæreditatem, cum
voluntas teſtatoris pro lege habeatur, §. diſponat, in Auth.
de nuptijs. Et de neceſſarijs hæredibus tantum, non eſt du-
bium, quin inuiti cogebantur eſſe hæredes, & idem erat olim
in hæredibus ſuis. Hodie vero de iure prætorio, habent be-
neficium abſtinendi, §. ſui autem, in fine ſupra eod. Extranei
vero hæredes, qui & voluntarij dicuntur, liberam habent vo-
luntatem adeundi, vel repudiandi hæreditatem. Et obiter
2 notabitis hic gl. ſuper verbo, de adeunda. Quod hæredes ex-
tranei dicuntur adire, & repudiare hæreditatem ſui verè im-
3 miſcere, & abſtinere. Qui adire propriè eſt ad aliud ire, vnde
cum ſui hæredes non vadant ad aliud, ſed ad proprium, non
dicuntur adire, ſed immiſcere, ſecundum Porc. hic, & Iaſ. ſu-
pt. Rubr. ff. de acquir. hæred. num. 2. Poſſunt igitur extranei
hæredes, & ſui, abſtinere, & repudiare hæreditatem. Si tamen
4 ſemel per eos adita eſt hæreditas, non habent amplius facul-
tatem eius relinquendæ, ſiue hæredes ex teſtamento, ſiue ab
inteſtato, vt hic. Sicut econtra ſemel repudiatam hæreditatem
amplius adire non poſſunt, l. ſicut, C. de repud. hæred. Niſi ſit
5 ſuus hæres, qui poſtquam repudiauit, poteſt adire infra trien-
nium, iuxta formam l. fin. C. de repud. hæred. Non poteſt ita-
que adita hæreditas, repudiari ab hæredibus, niſi ſint mino-
res 25. annis. Nam his prætor, ſicut in alijs cauſis, deceptis
ſuccurrit per reſtitutionem in integrum, text. eſt hic vel etiã
ſi maiores ſunt, & grande æs alienum latens ab adita hære-
ditate, præter opinionem emerſerit, ſiue ſint limites, ſiue pa-
gani, vt hic, iun. prin. §. ſequ. Alias ſi hæres immiſcuit ſe hæ-
reditati, fit obnoxius omnibus creditoribus hæreditarijs, ita
quo teneatur eis ſatisfacere, non ſolum in quantum ſuppe-
tant bona defuncti, ſed etiam vltra vires hæreditarias, dato,
quod in hæreditate parum, aut nihil ſit, tamen de ſuo proprio
ſupplere cogitur, l. fi. §. cum igitur, & ibi DD. C. de iure delib.
Et ratio ſecundum DD. ſuper Rub. ff. de acq. hæred. eſt. Quia
cum hæres adeundo hæreditatem, quaſi contrahit cum credi
toribus hæreditarijs, nil mirum, quod ex quaſi cõtractu in ſo
lidum obligetur, l. ſi quis abſentis, §. hæres, ff. de actio. & ob-
lig. Item quia hæres ſubrogatur loco defuncti, & cẽſetur vna,
& eadem perſona cum defuncto, in Auth. de iureiur. à mori,
præſt. Sed quia defunctus in ſolidum erat obligatus, ſequitur
& ipſum hæredem in ſolidũ teneri, vt declarat Porc. in princ.
titul. noſtri, n. 2. Legatarijs autem vltra vires hæreditarias nõ
tenetur, l. ſi vniuerſæ, C. de legatis. Eſtque ratio, quia ſi defun
ctus viueret, non teneretur. Ergo nec hæredes. Hodie tamen
ſi hæres non confecerit inuentarium, tenetur etiam legata-
rijs in ſolidum, §. ſi verò non fecerint, Auth. de hæred. & Fal-
6 cid. Porrò, quia maximum *b* periculum imminebat hæredib.
b adeuntibus hæreditates, ne inuoluerentur debitis alienis, &
hæreditarijs oneribus iura introduxerunt duplex remediũ,
deliberandi ſcilicet, & conficiendi inuentarium. Ac primo
c datur conſilium *c* hæredibus, ne præcipitanter adeant hære-
ditatem, ſed deliberent, & cum amicis conferant an expediat
adire, necne, & explorent vires hæreditarias, & de hoc fit
7 mentio hic, in princip. §. noſtri, & in tit. C. & ff. de iure deli-
ber. Sed iam quæritur, quantum tempus deliberandi ſit hære-
dibus conceſſum. Et à lege conſtitutum eſt anni ſpacium, ab
eo, quo cognouit ſibi hæreditatem delatam, intra quod ſi hæ-
res deceſſerit, tempus illud reliquum tranſmittit ad ſuos hære
des, etiam ad extraneos, & elapſo anno ius illud expirat, leg.
cum in antiquioribus. C. de iure deliber. Et hoc quidem tem-
pus habet hæres ex ipſa legis diſpoſitione citra factum ho-
minis. Poteſt tamen tempus deliberandi etiam ab homine
8 ſtatui quando ſcilicet hæres hoc petierit. Quo caſu diſtin-
guitur, quia ſi impetratur ab Imperatore, eſt annale. Quia
Imperator eſt lex viua in terris, § fin. & ibi gloſſ. in Auth. de
Conſulibus. Si vero à iudice inferiore, eſt nouem menſium
ſpacium, d. l. fin. §. & hæc quidem, Cod. de iure deliber. Et po-
terit iudex aliquando etiam arbitrari tempus, non tamen
minus 100. dierum concedere debet, l. 1. in fi. cum l. ſequ. ff. de
9 iure deliber. Sed poſſet quis quærere, cuius ſit vtilitatis, im-
petrare ab homine tempus deliberandi, cum à lege ſit an-
ni ſpacium conceſſum. Et fruſtra precibus impetratur, quod
iure communi permiſſum eſt, l. 1. Cod. de theſauris, lib. 10. Et
ad hoc reſpondetur, quod poteſt illa impetratio eſſe vtilis
hæredi, quando aliquid de tempore legali elapſum eſt, vt
habeat tunc maius tempus deliberandi. Item tempus legale
currit à die mortis teſtatoris, vel à die ſcientiæ hæreditatem
eſſe delatam. Hoc vero tempus à tempore conceſſionis tan-
tum, de quo vide hic Plat. num. 11. in fin. & Porc. numero 10.
Sed iam quæritur, quando infra tempus præfixum non con-
10 ſtat, an ſit adita hæreditas, vel repudiata, quod ſit præſumen-
d dum. Et dic, quod contra deliberantes præſumitur. Ita vt in-
telligantur feciſſe id, quod vtilius eſt ei, ad cuius petitionem
creditoris eſt aſſignatum, intelliguntur adijſſe, vt habeant
creditores quem conueniant: ſi vero ad petitionem ſubſtitu-
ti, tunc intelliguntur repudiaſſe, vt ſubſtitutus poſſit ſuc-
11 cedere de quo vide Plat. hic, numer. 12. Sed quia per hoc re-
medium non ita plene conſuluit hæredibus. Si enim deli-
berauerint, & adierint hæreditatem ære alieno grauatam, ni-
hilominus in ſolidum omnibus hæreditarijs, & hodie etiam
legatarijs vltra vires hæreditarias ſatisfacere tenentur, vt di-
ctum eſt. Ideò Imperator aliud tutius beneficium eis cõn-
e ceſſit, videlicet confectionem *e* inuentarij, vt ſi habeat hæ-
reditatem ſuſpectam, poſſint abſque deliberatione eam adi-
re, ſine aliquo periculo, nec vltra, quam in hæreditate repe-
riunt, creditoribus ſoluere compellantur, videlicet, vt confi-
ciant inuentarium, in quo faciant deſcribi omnes res in hæ-
reditate repertas ſecundum formam traditam in d. leg. fi. § 1.
C. de iure deliber.
12 Sunt autem plura neceſſaria ad confectionem ſolemnia
inuentarij. Nam primo, poſtquam hæres agnouit ſibi dela-
tam eſſe hæreditatem ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, tunc inſ.
30. dies, qui incipiunt à die ſcientiæ, debet inuẽtariũ incipere.
Se-

ADDITIONES.

a *De aditione hæreditatis, vide Gail. 2 Obſer. 128. & an aditio-*
ne hæreditatis acquiratur poſſeſſio, ibi. Obſer. 129. De hæredi-
tate iacente, & curatore ei dando, & inuentario per eum fa-
ciendo ibid. Obſeru. 130. Non adita hæreditas verum tranſ-
mittatur, ibid. Obſeru. 131.

b *Quia hæres tenetur etiam vltra vires hæreditarias, l. quæ do-*
tis, ff. ſolut. matr. Bal. 3 conſ. 265. & 4. conſ. 69 Alexand. Rubr.
ff. de acquir. hæred.

c *Hoc conſilium non ita vtile eſt, vt ius faciendi inuentarij: nec*
enim cauet, quo minus creditoribus teneatur in ſolidum, l. vlt.
§. fin. autem, C. de iure deliber.

d *Dubia deciſio. Nam aditio cum ſit facti, non eſt præſumenda,*
ſed probanda, l. aſſeueratio, C. de non nu. pecun. idemque de im-
mixtione libens dicam, etiamſi Tiraq. tract. (le mort ſaiſit le
vif.) videatur, velle præſumi filium hæredem, niſi probetur
abſtinuiſſe. Quod verum non eſt, nec ſequendum. Ex quo bene-
ficio prætoris ipſo iure non eſt hæres, niſi poſtquam ſe immiſcuit
quod eſt facti, & probatione eget. Vide Iaſ. in l. filio pater num.
17. ff. de legat. 1. Bart. & DD. in l. gerit, l. pro hærede, l. 2. Porteſt,
ff. de acqu. hæred.

e *De inuentario vide tr. Baldi Peruſini, Guidonis Papæ, Fran-*
ciſci Porcellini, & Caraſſi.

Digitized by Google

Secundò, quod . ciant per iudicem citati omnes credito-
res,& legatarios,vt certo die,& hora compareant,interſint,
& videant inchoari,proſequi, & perfici inuentarium,per ta-
lem hæredem,§. fiat igitur inuentarium,iuncto,§.ſi verò ab-
ſunt,in Auth.de hæred.& Falcid. Et ſi creditores fuerint cer-
ti. debet vnuſquiſque eorum nominatim, & ſpecialiter cita-
ri : aliàs ſufficit generalis citatio per publicum edictum , vel
proclamationem,ſec.DD.in d.l.fi.§.1.Vel ſi abſuerint,debent
citari eorum amici, ant in locum abſentium, tres alij teſtes
adhiberi,d.§.ſi vero abſunt,& auth ſed cum teſtator,Cod.ad
leg. Falcidiam.

Tertio,quod infra 60.dies abſoluatur,& perficiatur inuẽ-
a tarium ſi res hęreditariæ ſunt in eodẽ loco,& ſic *a* in effectu
ſunt tres menſes ad inchoandũ,& perficiendum inuentariũ,
ſec.gl.poſt tex.in d.l.fi.§.1.ſuper verb.Sexaginta,& ſuper ver-
bo,conſummationem,in fi.quem tex.ibi.iunct.glo.not.Paul.
13 de Caſt.ad hoc.Quando in lege fit mentio menſis,vt aliquid
fiat intra menſẽ,quod menſis legalis dẽat continere 30.dies
Adde gl.in c.quã ſit,de elect.in 6.Si vero hęres fuerit abſens,
tunc ad conſummationem inuẽtari,anni ſpatiũ , a morte te-
ſtatoris numerãdũ conceditur.d.l.fi.§.1 verſ. ſint aũt à locis.

Quartò,quod inuentarium ſcribatur manu publici Nota-
rij ad hoc rogati,nec ſufficit priuata ſcriptura,d.l.fi §.1.verſ.
ſub præſentia tabellariorum.

Quinto, quod adhibeantur tres, vel ad minus duos teſtes,
qui inter ſint inchoactioni & perfectioni inuentarij,quibus
offerantur res hæreditariæ inſpiciendæ,& per quos inuenta-
rium probari poſſit. Si vero creditores, aut legatarij fuerint
abſentes,tunc vltra duos illos teſtes,debent adhiberi tres alij
teſtes,vt ſup.dictum eſt per d. Auth ſed cum teſtator.

Sextò, quod teſtes adhibiti cognoſcant hæredem , & hoc
eſt ſpeciale in inuentario.Nam in alijs inſtrumentis,quando
teſtes adhibentur,hoc non requiritur,vt partes contrahentes
eos cognoſcant,vt eſt gl.& ibi no.in c.cum cauſam,quæ intra
Archiepiſc. ſuper verb.de cauſis,ext.de teſtib.

Septimo,quod per manum hæredis ponatur ſignum cru-
cis in principio inuentarij,ſec.DD.tamen in dict.l.fi.§.1. eius
omiſſio non vitiat inuentarium.

Octauo,qđ hęres ſe ſubſcribat inuentario,quod oĩa legiti-
mè,abſq;dolo,& fraude facta ſint. Et ſi ipſe eſt literarũ igna-
rus,tunc vltra Notarium aſſumptum ad ſcribendum inuen-
tarium , debet adhibere adhuc vnum Notarium, qui ſub illa
forma loco hæredis ſubſcribat,d.l.fi.§. 1. verſ.vel ſi ignarus.

Nono,quod in inuẽtariu ponantur omnia bona hęredita-
ria,corporalia,& incorporalia,mobilia,immobilia,debita, &
credita,commoda,& incommoda,& etiam res alienę,vt de-
14 poſitæ,& commodatæ,ibi repertæ.An autem vitietur totum
inuentarium,ſi vna vel plures res omiſſæ,& nõ deſcriptę fue
rint, ita vt creditoribus hæreditarijs, & legatarijs vltra vires
hæreditatis teneatur,dic,ſecundum Paul.de Caſtr. in d.l.fi §.
1.quod nõ,ſi bona fide fuerint omiſſę.Etſi perfecto inuẽtario
alię res deuenerint ad notitiã hæredis,debet de nouo eas ad-
dere inuentario.Ideo in practica traditur Cautela.per DD.in
15 d.l.fin.§.1. Quod hæres,in conficiendo inuentario faciat ap-
poni pro teſtationẽ,quod fecit deſcribi omnes res,quas ſciuit
eſſe defuncti,& ſi aliquæ fuerint omiſſæ, aut contingat alias
reperiri,quam primum habuerit notitiam de eis, velit eas ap
ponere:e contra, ſi aliquæ non apponendæ fuerint appoſitæ,
16 quod non velit eas pro appoſitis haberi . De quo vide latius
hic per Ang.num.a.ante fi.ſi verò dolo fuerint omiſſæ,& per
hæredem occultatæ,tunc de iure Digeſtorum,hęres amitte-
bat Falcidiam,tantum in illa re occultata, leg. Paulus.ff.ad l.
Falcid.Adde l. reſcriptum,ff. de hisquibus,vt indignis,&c. Et
ſi erat ſuus hæres, perdebat ius abſtinendi, leg. ſi ſeruum, §.
Prætor ait,ff.de acq.hæred.De iure verò Auth. perdit totum
b beneficium *b* Falcidiæ,in omnibus legatis,§ ſancimus,in Au-
th de hæred.& Falcid.iunct.gl. ibi,ſuper verb.non forte,quæ
ſubijcit, quod priuilegium amittere meretur,qui conceſſa ſi-
17 bi abutitur poteſtate,c.priuilegium,11.quæſt.3. & l. Iudæos
quoſdam,C.de Iudæis.Non autem tenetur creditoribus,nec
legatarijs vltra vires hęreditarias , ſed tantum ad duplum rei
ſubtractæ,d.l.fin.§.illo videlicet obſeruando,C.de iure delib.
Nec obſtat,§.ſi vero non fecerint,decem, in Auth.de hæred.
& Falc.Quia loquitur,quando inuentarium omnino non eſt
confectum.Prędicta autem locum habent,quando inuenta-
rium ſolemniter eſt confectum,ſed aliquę res dolo non fue-
runt deſcriptæ, ſecund. Ang. hic. Et hæc opinio in pœnalibus
tamquam mitior amplectenda eſt,vulg.l. interpretatione,ff.
de pœnis . Circa formam igitur inuentarij notabitis,quod li-
cet prædictæ ſolemnitates de iure requirantur,alias hęres ſit
obnoxius omnibus creditoribus, & legatarijs in ſolidum,d.l.
fin.& ibi DD.tamen dicit ibi Iaſ. & Paul.de Caſtr. poſt Bald.
quod de conſuetudine tot ſolemnitates non adhibentur,alias
18 vix poſſet fieri tale inuentarium. Ideò ſufficit ſecundum cõ-
ſuetudinẽ Notariorum in loco,in quo fit illud confici.Quod
in practica,quia eſt vtiliſſimum,diligenter notabitis,& vide-
te Iaſ.in d.l.fin.in princ.num.5.in fin.Sed iam I. Quæritur,an
19 hæres non *c* conficiens inuentarium,ſicut amittit Falcidiam
c quoque *d* Trebellianicam amittat. Et de hoc eſt magna Do-
d ctorum altercatio, ita vt vix deſcerni poſſit,quænam ſit cõ-
munis opinio. Eſt tamen additio ad Bar. in d. Auth. ſed cum
teſtator,n.9. ſuper verbo. perdatur,communem eſſe opinio-
nem,quod non perdatur de quo videte hic Ang.n.4. Et hanc
partem negatiuam tenet, & confirmat etiam hic Viglius II.
20 Quæritur an fideicommiſſarius poſſit facere inuentarium?
21 & Bar.in l.in ratione,11.§ quod vulgo,ff ad legem Falcidiã,
tenet, quod ſic . Quia fideicommiſſarius vniuerſalis habetur
loco hæredis. An autem proſit fideicommiſſario inuentariũ
factum per hæredem,tenet Bar.quod non,niſi per hæredem
illud ius cedatur.Et hoc ſequitur hic Plat.& Porc.III.Quæri-
tur:ſi hæres fecit inuentarium, & poſtea moritur, numquid
ipſius hæres eo gaudeat? Et Fab.hic num. 5. concludit quod
ſic,quia defunctus & hæres & vna & eadem perſona reputã-
23 tur,in Auth.de iureiur.à mort præſt. in princ. IV. An filius
e non conficiens inuentarium,perdat *e* legitimam debitam à
iure naturæ,& gl in Auth.hoc amplius,ſup.verb.naturale,in
fin.C.de fideicom.tenet,quod non,& eam ſequuntur Cinus,
& Bar.in d. Auth. ſed cum teſtator. Sed poteſt quis obijcere,
hoc nihil relevare, cum etiã de ſuo proprio teneatur ſoluere
legata vltra vires hæreditarias . Ad hoc reſpondet Cinus &
Bar.in d Auth.ſed cum teſtator,quod legata minuuntur per
detractionem quartæ , iure naturæ debitæ, & legata ſic di-
minuta per legitimam,ſolida præſtantur, quando ſcilicet ſic
diminuta excedunt vires patrimonij , & addite hic Angelus
24 numer 4.ante fin. & Porc. numer. 19. V. Dubitatur,Quan-
do hæres non opponens de inuentario confecto, fuit con-
demnatus ad integra debita ſoluenda , an adhuc poſt ſen-
tentiam illud allegare poſſit. Et communis eſt concluſio
etiam in executione ſententiæ de inuentario opponentem
audiendum eſſe,de quo vide Bart.in l.ex diuerſo.§ fin. num.
25 1 ff.ſolut.matr. & Fab.hic,num.7.Ang. num.4. VI. Quando
defunctus fuit debitor hæredis inſtituti, qui confecit inuen-
tarium, an etiam illud debitum hæredi ſoluendum ſit, ſicut
f cæteris creditoribus. Et de hoc eſt tex.quod *f* ſic,in d.l.fin.§.
in cõputatione.Ita quod ſit par ratio inter ipſum,& alios cre
ditores,nec habeat aliquam prærogatiuam,ita vt poſſit prius
ſuum creditum deducere . Quia propter confectionem in-
uentarij conſtituitur hæres in eo ſtatu , ac ſi hæreditatem
non adijſſet. Hinc Bal.in l.ſi debitor,C.de pactis,inquit,quod
con-

ADDITIONES.

a *Inuentarium conficiendum intra tres menſes ab adita hære-
ditate ſi res ſint præſentes intra annum ſi abſentes , l. ſanci-
mus,§.ſin autem dubius,C.de iure delib.*

b *Falcidia beneficium amittit hæres, qui inuentarium non cõfi-
cit,quod lex præſumat non facto inuentario,eum tantũ ſubtra-
xiſſe,quantum facit Falcidia Nouel. 1. § ſi non fecerit, Auth.
ſed cum teſtator,C ad leg.Falc.vbi DD.l.vlt.§.etſi præfatam,
§.ſin vero poſtquam,in verb.cenſuerint,C de iure delib. Et me-
rito. Nam beneficium legis negligens,indignus eſt beneficio le-
gis,l.auxilium,in fine,ff de minorib. cap. bona memoria, 1. de
elect. Adde Bart.in l.reſcriptum,ff.de his,quib.vt indign.*

c *Vide Concennatum, 3.q.11.*

d *Trebellianica inuentario non confecto an amittatur , vide
Gail.2.obſer. 138. vbi notat partem negatiuam ſeruari in Ca-
mera Imperiali,neque extenſionem a Falcidia ad Trebellia-
nicam admitti,& odia reſtringi.*

e *Legitima iure natura debita ob non confectum inuentarium
non amittitur (niſi de fraude & bonorum interceptione mani-
feſte probetur) quia tamquam æs alienum debetur , & non eſt
quota hæreditatis,ſed bonorum, gl. in Authen. hoc amplius in
verb.naturale,C.de fideic. Alex.4.conſ.67.Guido Papæus dec.
53.Calcan.conſ.36.communis opinio apud Dilectum 21.de ar-
te teſtandi,8.*

f *Poteſt ad eũdem modũ hæres facto inuentario rem ſuam à de-
functo venditam vendicare nec cogitur in to ratam defuncti
alienationem habere , niſi quatenus lucrum ex hæreditate ſen-
ſit. Bart.in l.cum vir.ff.de vſuc.DD.in l.vlt §.in computatio-
ne Cod.de iu.delib. Alex.6. conſ. 30. Fulg.conſ.67. Iaſ.3. conſ.7.
alias hæres ſimplex cogitur factum a defuncto ratum habere ,
l.cum a matre,C.de rei vend.l.venditrix,C.de reb.alien.*

con ſectio inuentarij facit cenſeri hæreditatem iacẽtem. Sed
ſi hæres non fuiſſet hæres, non habuiſſet in credito ſuo ali-
26 quam prærogatiuam. Ergo nec hoc caſu habebit, vt declarat
D. Iaſ. in d. §. in computatione, nu. 4. Priuſquam tamen cre-
ditoribus, aut legatarijs hæres ſoluere teneatur, poterit dedu-
a cere *a* expenſas, factas in funere defuncti. Item in inſinua-
27 tione teſtamenti, vel confectione inuentarij, vel ſi quid in
alias cauſas neceſſarias hæreditatis expendit, d. §. in compu-
tatione. Ad quem notabilis ſecundum Iaſ. ibid. quod ſicut
impenſa funeris in hoc priuilegiata eſt, ita quoque expenſa
facta in curando defuncto per text. ſing. in l. in reſtituenda,
C. de petit. hæred. vbi pulchrè mouet Bald. quæſtiones de ho-
28 ſpite, qui mercatori ægrotanti ſuppeditauit ſumptus, & de
ſcholare, qui fecit expenſas in infirmitate, & funere alterius
ſcholaris: quòd debeant præferri ceteris creditoribus. VII.
Quæritur. Qui ſint effectus Inuentarij? Et de his eſt textus
in d. l. fi. §. & ſi præfatam. Nam primo dicit, de iure Digeſto-
rum & C. hæres tenebatur creditoribus hæreditatis in ſolidũ
29 l. ſi te bonis, C. de iure delib. Hodie tamen confecto inuen-
tario, vltra vires hæreditarias non tenetur per d. l. fin. Si ve-
rò inuentarium non fuerit confectum, tunc non ſolum cre-
ditoribus, ſed etiam legatarijs in ſolidum tenetur, quod olim
non erat, §. ſi verò nõ fecerint, in Auth. de hæred. & Falc. De-
inde conſeruatur ei beneficium Falcidiæ, d. l. fi. §. & ſi præfa-
tam. Dum hæres poteſt ſatisfacere creditoribus primo ve-
nientibus, donec ſupereſt de bonis hæreditarijs. Nec poſtea
venientes eum moleſtare poſſunt, d. l. fi. §. & ſi præfatam. Po-
ſtea ſi hæres confecto inuentario vendidit aliquas res hære-
ditarias, vt ſatisfaceret creditoribus, vel legatarijs, ſi poſtea
ſint alij creditores, qui habeant illas res obligatas, non pote-
runt agere, neque contra hæredem, neque contra emptorẽs,
ſed contra legatarios, & alios hypothecaria experiri poſſunt,
d. l. fi. § & ſi præfatam. Denique poterit hæres, inuitis etiam
creditoribus, quibus pecunia debetur, alias res hæreditarias
in ſolutum dare contra reg. l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet. De quo latius
vide poſt alios omnino Iaſ. in d. l. fin. §. & ſi præfatam.

ADDITIO.

a *De expenſarum deductione vide Manſuerium in praxi, §. de expenſ. intereſſe, & damnis.*

§. Finalis.

1 *Vt aditio hæreditatis fieri poſſit, ſex requiruntur.*
2 *Hæreditas aditur duobus modis, ſcilicet per verba, & facta.*
3 *Quomodo verbis adeatur hæreditas.*
4 *Quomodo facto hæreditas aditur.*
5 *Sicut ſolo verbo aditur hæreditas, ita quoque ſolo verbo repudiatur.*
6 *Repudiatio hæreditatis facta, an reuocari poſſit.*

QVoniam ſupradictum eſt, hæreditatem ſemel aditam
non poſſe relinqui, propter quod & ius deliberandi à
veteribus & beneficium inuentarij à Iuſtiniano inductũ eſt:
pergit modo Imperator oſtendere, quando adita hæreditas
cenſeatur, vt deinde conueniri à creditoribus, & legatarijs
hæres poſſit. Ex principio notandum poſt gl. hic ſupr. verb. hæ-
redem, quæ requirantur ad hoc, vt aditio hæreditatis fieri
1 poſſit. Nam I. Requiritur, quod adiens ſciat ſe eſſe hæredem,
vt hic. II. Vt ſciat cauſam acquiſitionis, an ex teſtamento, vel
ab inteſtato, ſuccedat, vt hic. III. Vt non ſit inſtitutus ſub con-
ditione. Quia tunc ante exiſtentiam conditionis, non poſſet
adire, l. is, qui hæres, in princ. ff. de acq. hæred. IV. Quod ſit ſui
iuris, alias requiritur iuſſus patris, vel domini, l. ſi quis mihi,
§. iuſſum, & l. qui in aliena, ff de acq. hæred. V. Quod habeat
intellectum, vt hic, in fi. tit. noſtri. VI. Quod ſit maior 14. an-
nis, l. potuit, C. de iure deliberandi. De quibus latius vide gl. &
2 Bart. in l. is poteſt, ff. de acq. hæred. Traduntur autem hic duo
modi, per quos hæreditas aditur, ſ. per verba, & facta. Licet
enim ſolo animo, & nuda voluntate adiri poſſit hæreditas, vt
hic: tamen quia non homines, ſed ſolus Deus eſt perſcrutator
animorum, opus eſt, vt ille animus, & nuda voluntas declare-
tur verbis, vel factis ſec. Ang. & Doct. hic. Sicut in ſimili ſec.
Fab. hic, dicimus, quod conſenſus requiritur ad matrimoniũ
contrahendum, & quod illa debeat per verba, vel ſigna de-
clarari ſecund. Panorm. in c. de ſponſa. Vnde ſi puella, & ado-
leſcens cupiant, & appetant matrimonialiter coniungi, non
propterea ſola illa voluntas, & cogitatio efficit matrimoniũ,
ſed neceſſe eſt conſenſum interuenire per verba ad hoc apta.
De quo poſt Fabrum ſup. in tit. de nuptijs dictũ eſt. Sic. n. hic
velle non videtur, niſi aliquo modo declarauerimus animũ:
3 Variæ enim humanæ mentis ſunt inclinationes, vt nunc ad
adeundum, nunc ad repudiandum propendeant. Et tunc de-
mum velle aliquid videmur, cum animum noſtrum exterio-
re aliquo ſigno confirmauimus, vt inquit hic Viglius. Verbis
a *a* igitur aditur hæreditas, quãdo deliberato animo quis dicit:
b [Volo *b* adire hæreditatem.] Secus ſi indeliberate diceret
ſecund. Doctores hic, poſt gl. Bar. & alios in l. ſerui electione
4 in princ. ff. de legatis 1. Deinde hæreditas facto aditur, quan-
do quis ſe pro hærede gerit, vt quia facit aliquem actum, qui
non ſolet fieri, niſi per hæredem, vt eſt vendere, & locare res
c hæreditarias. *c* Item ſatisfacere creditoribus hæreditarijs, ha.
C. de iure deliberandi. Item ſi hæres iuit ad habitandũ in do-
mum hæreditariam cum tota familia, & ſupellectili. Videtur
enim tunc adire, niſi contrarium fuerit proteſtatus, ſec. d. gl.
d hic, ſuper verb. nuda. *d* Si vero eſt actus communis, qui po-
teſt intelligi mixtim geſtus ab hærede, vel non hærede, tunc
dicit Plat. & Ang. hic, quod hoc perpendatur ex qualitate re-
rum, perſonarum, & actuum, quo animo fecerit. Quia ſi ha-
bitauit in ædibus paternis obligatis pro dote matris, vel vt cu-
ſtos, tunc videtur potius facere iure ſuo, quam hæreditario.
Item quando fecit ſepelliri defunctum. Nam tunc non præ-
ſumitur adire, cum quilibet vicinus intuitu pietatis hoc face-
ret, l. ſi quis ſepulchrum, §. fi. ff. de relig. & ſumpt. fun. Sic etiã
per confectionem inuentarij quis non dicitur adire hæredi-
tatem, ſecundum Iaſ. in d. l. fin. §. ſin autem hæc aliquis, nu. 3.
Addatis tertium modum adeundi ſecund. Plat. hic, quando
ſcilicet ad petitionem creditorum, datur tempus deliberandi
hæredi, an velit adire, tunc ſi infra illud tempus non adit, ne-
que expreſſe repudiat, præſumitur adiiſſe. De quo ſup. dictũ
eſt. Et prædicta procedunt, quando de iure ciuili, vel ex teſta-
mento, vel ab inteſtato ſucceditur: ſecus, ſi de iure Prætorio
agnoſcitur bonorum poſſeſſio. Nam illa nuda voluntate, aut
facto non acquiritur. Sed olim ſolemniter, & cum decreto
iudicis agnoſcenda erat. Hodie vero ſufficit, ſi per hæredem
coram iudice declaretur voluntas agnoſcendæ bonorũ poſ-
ſeſſionis, & requiritur, vt iudex adeatur l. fi. C. qui admitti ad
5 bonorum poſſeſſ. poſſunt. Poſtea notandum, quod aditio, &
e repudiatio *e* hæreditatis à pari procedit, ſicut igitur ſolo ver-
bo aditur hæreditas, ita quoque ſolo verbo repudiatur, vt
6 hic. Sed iam quæritur. An quis etiam repudiationem factam
reuocare poſſit? Et diſtingue. Aut eſt minor, ſiue ſit ſuus, ſiue
extraneus hæres, & indiſtincte poteſt per reſtitutionem in
integrum reuocare, ſi læſus eſt, l. fin. C. de repud. hæred. Aut
eſt maior, & ſubdiſtinguitur. 1. Aut eſt extraneus, & nõ admit-
titur amplius, l. ſicut, C. de repud. hæred. 2. Aut eſt ſuus hæres,
& tunc aut hæreditaria bona ſunt diſtracta, & nullus ei re-
greſſus conceditur. Si autem res hæreditariæ ſint in eo ſta-
tu, quo erant tempore repudiationis, & tunc infra triennium
à die repudiationis, datur facultas reuocandi repudiationem
factam d. l. fi. & adde hic Ang. num. 4.

ADDITIONES.

a *De aditione, & immixtione hæreditatis tacita, & expreſſa, vide Manticam 12. de coniect. vlt. volunt. 9. 10. 11. 12.*
b *L. cum, C. de iure deliberandi.*
c *Item de ijs aliter diſponere inter viuos, vel vlt. volunt. l. Pantomimus, 86. §. vlt. ff. de acqu. hæred. Qui autem actus inducit aditionem in extraneo, idem inducit immixtionem in ſuo ead. leg. 86. ff. de acquir. hæred.*
d *L. pro hærede §. Papinianus & de acquir. hæred.*
e *Repudiata hæreditas, quibus verbis, & coniecturis cenſeatur, vide Manticam 11. de coniectur. 14.*

DE LEGATIS.

TITVLVS XX.

1 *Continuatio ad præcedentia.*
2 *An legata extra teſtamentum relinqui poſſint.*
3 *Aliquando præſens pro præterito ponitur, & è contra, Item futurum pro præſenti.*
4 *Modi quibus rerũ dominium per vniuerſitatem acquiritur.*
5 *Legatum quid ſit.*
6 *In quibus differat legatum à donatione inter viuos: item mortis cauſa & nu. 7.*
8 *In quibus legatum ad hæreditate differat.*
9 *Quando teſtator teſtãdo donat alicui præſenti fundum ... quid ſit donatio inter viuos, aut legatum.*
10 E...

30 *Etiam in vltimis voluntatibus contractus celebrari poſſe conſtat*
31 *In dubio verba ſunt interpretanda ſecundum ſubiectam materiam.*
32 *Donatio in dubio numquam præſumitur.*

1 IMperator dicturus de legatis, primo aſſert ſui conſilij ra-
tionem, cur hoc loco quo agitur de acquirēda rerum vni-
uerſitate, de legatis diſſerat, cū ſint particularia, ita quòd con-
tinuetur hic titulus ad præcedentes, hoc modo. Quod hacte-
nus dictum ſit de teſtamentis & de hæredib. inſtituendis. Et
quia plerumque legata in teſtamentis relinqui ſolent, igitur
commode tit. de legatis nunc ſubijcitur. Cuius occaſione gl.
2 hic, ſuper verb. ſequenti, quærit. An legata *a* extra teſtamen-
a tum relinqui poſſint? Et concludit, quòd licet olim hoc fieri
non poterat, §. præterea, infr. de fideic. hæred. Hodie tamen in
codicillis, vel in alia vltima voluntate, & ſic ab inteſtato lega-
ta relinqui poſſunt quia legata ſunt hodie fideicommiſſis ex-
æquata, l. 1. ff. de leg. 1. Fideicommiſſa verò ab inteſtato relin-
3 qui permiſſum eſt, d. §. præterea, igitur, & legata. Et colligunt
DD. hic, ſuper verb. loquimur, quòd tempus aliquãdo pro tē-
b pore ponitur, præſens pro *b* præterito, & *c* è contra. Item fu-
c turum pro præſenti. Vt quando conceditur gratia ad benefi-
cium, vel præbēdam primo vacaturam, quia refertur ad præ-
ſens etiam tempus, & ſic ad præbendam iam vacantem, facit
4 c. pluribus, de preb. in 6. Similiter notabitis hanc gloſ. ſuper
verb. figuris, quæ refert quatuor modos, quibus dominiū re-
rum per vniuerſitatem acquiritur. Quibus addit ſec. Plat.
hic duos alios modos videlicet, monachationē, Auth. ingreſ-
ſi, C. de ſacroſ. Eccl. & bonorum publicationem, l. auctione, §.
5 publicatione, ff. pro ſocio. Eſt autem legatum, ſec. Florentinū
Iuriſc. in l. legatum eſt, ff. de leg. 1. [deliberatio hæreditatis,
qua teſtator ex eo, quòd vniuerſum hęredis foret, alicui quid
collatum velit.] Nam delibari dicuntur, quæ minuuntur, ſec.
Cantiunc. hic. Sed propius multò ad legati naturam accedit
d explicatio Modeſtini dicentis; Quod legatum eſt donatio *d*
quædam à defuncto relicta ab ipſo hærede præſtanda, l. lega-
tum eſt, ff. de leg. 2. & hic. Dicitur autem in definitione dona-
6 tio quædam ad excludendas alias ſpecies donationis. Differt
enim legatum à donatione inter viuos, ſec. gloſ. hic ſup. verb.
donatio, quòd teſtator poteſt reuocare legatum, quandocū-
que voluerit, & ſine cauſa. Cum hominis voluntas ſit ambu-
latoria vſque ad mortem, l. 3. §. fi. & l. 4. ff. de adim. leg. Dona-
tio vero inter viuos ſemel perfecta, temere reuocari nō po-
7 teſt, niſi ex cauſa ingratitudinis, l. fi. C. de reuoc. don. De quo
ſupra in tit. de donationibus dictum eſt. Sic etiam differt à
donatione cauſa mortis, licet alias ſint adæquata, vt eſt textus
in princ. ſupr. de donationibus. I. Quod legata abſentibus, &
ignorantibus relinqui poſſunt, l. cum pater, §. ſurdo, ff. de leg.
2. Sed donatio cauſa mortis præſentiam partium requirit, &
à præſente præſenti fieri debet, leg. inter mortis, ff. de mortis
e cauſa donat. II. Item legatum ab hærede præſtari ſolet, *e* vt
conſtat ex definitione, Donatio illa à quolibet, ſec. gloſ. ſuper
verb. fere, in prin. ſup. de don. Item filiusfamilias mortis cau-
ſa donare poteſt, l. tam is, § 1. ff. de mort. cauſa don. Legata re-
8 linquere non poteſt, l. 3. cum ibi not. ff. de l. 1. Et plures diffe-
rentias vide in gl. ſup. de verb. fere, de don. Item differt ab hę-
reditate, quia hæreditas eſt quidam vniuerſale, continens cō-
f moda, & *f* incommoda, iuxta l. hęreditas, ff. de reg. iur. Legatū
vero eſt particulare, & regulariter eſt ſine onere, nec legata-
rius à creditoribus hęreditarijs, propter æs alienū à defuncto
contractum, conueniri poteſt, l. fi. C de hęred. act. & l. pen. C.
de hæred. inſt. Et circa prędicta mouetur per Fab. & Ang. hic
9 quæſtio, Quando teſtator teſtando donat alicui pręſenti fun-
dum, numquid ſit donatio inter viuos, & ſic irreuocabilis, vel
legatum. Et quãuis Ang teneat, in dubio præſumi potius do-
nationem quam legatum, mihi tamen magis placet ſenten-
10 tia Fabri, qui in effectu ita diſtinguit. Aut conſtat, *g* quòd te-
g ſtator volebat valere, vt contractum, & erit donatio. Nam
etiam in vltimis voluntatibus contractus celebrari poſſe cō-
ſtat, vt eſt gl. fi. l. hæredes palam, §. fin. ff. de teſt. Aut ſumus in
11 dubio, quòd tunc intelligatur eſſe legatū. Quia in dubio ver-
ba ſunt interpretanda, ſecundum ſubiectam materiam, vt
notatur poſt text. in l. ſed ſi poſſeſſori, §. item ſi iurauero, ff. de
iureiur. Vnde cum legatum dicatur donatio, vt hic, & teſta-
tor in teſtamento dicit, dono: debet intelligi in dubio de lega-
32 tis. Item quia donatio *h* in dubio numquam præſumitur, fa-
h cit tex. in l. cum indebito, § qui enim ſoluit, ff. de prob.

ADDITIONES.

a *Quid? Legata, & fideicommiſſa ex teſtamento nullo non debeantur? Vide Gayl. 2. obſeru. 113.*

b *L. vlt. C. ex quibus cauſ. infam.*
c *Præteritum pro futuro l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verborum oblig. & ibi Bart. & in l. cum ſtipulamur, d. tit.*
d *Legatum, an ſit donatio, vide Crauettam in rep. rubr. de leg. 1. num. 105. & ſeq.*
e *A ſolo hærede poterat olim relinqui, vt ex Cuiac. liquet.*
f *Et onera, l. hæreditatem, ff. mand. l. quadam, § nihil, ff. de eden.*
g *Vt quia teſtator dixit præſenti, vendo vel dono tibi rem hanc, vel illam, & tu conſentis: hoc enim caſu venditio eſt, vel donatio, non legatum. Et ſic contractus inſeri teſtamento poteſt, vide l. 86 in fi. ff. de acquir. hered. l. emancipato, 84. in prin. ff. de leg. Vt & aſſignatio liberti, l. 7. ff. de aſſignand. liber.*
h *Donatio tamen interdum tacitè præſumitur. Vide Conc. 2. quæſt. 6.*

§ Sed olim.

1 *Olim erant quatuor genera legatorum, videlicet legatum per vendicationem, per damnationem, ſinendi modo, & per præceptionem.*
2 *Hodie vna eſt omnibus legatis natura, & per quæcumque verba relinqui poſſunt.*
3 *Lex generaliter diſponens, recipit reſtrictionē de habilitate.*
4 *Non refert cum quo loquatur teſtator, ſed in quem voluntas intentio dirigatur.*
5 *Mens defuncti potius quam verba ſpectanda ſunt.*
6 *Sententia ita præponenda eſt verbis, vt animus corpori.*
9 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur. Item quod quis non loquitur, nec velle præſumitur.*
8 *Pro interpretatione voluntatis teſtantis, ſemper ad iudicem recurri debet.*
9 *In interpretanda voluntate teſtatoris, quem ordinem iudex obſeruare debeat.*
10 *Quando vocabulum habet plures ſignificationes, cui ſtandum ſit.*
11 *Defuncti voluntatem interpretari debemus, vt potius valeat quam pereat, niſi ſit contra leges, aut bonos mores.*
12 *Quę actiones competant legatario pro conſequenda re legata, & quando competant, & nu. 24.*
13 *Si ex teſtamento non fuerit adita hereditas, legata relicta in tali teſtamento ſiunt irrita; item alia in eo diſpoſita. Fallit, vt num. 14.*
15 *Actio perſonalis ex teſtamento, vnde dicta, & ad quid competat, & num. 17. & 18.*
16 *Appellatione teſtamenti largo modo veniunt codicilli.*
19 *Rei vendicatio quare legatario competat.*
20 *Ad hoc, vt res legata dominium ipſo iure transfeat in legatarium, tria requiruntur.*
21 *Hypothecaria actio quare pro legatis competat, & in quibus detur.*
22 *Legatarius ex tribus actionibus pro legato competentibus, vnum eligere debet.*
23 *Quando lex ex vno acta concedit plures actiones, non admittitur illarum cumulatio.*
25 *Quando legata eſt liberatio debiti, vnica actio ex teſtamento ſcilicet, & exceptio competit.*
26 *Quomodo fiat, quod legatarius, qui iam rei legatæ dominus eſt actione perſonali agat ad dandum.*
27 *Semel meum, amplius meum fieri non poteſt.*
28 *Poſſeſſio actione perſonali conduci poteſt.*

1 EX hoc §. primo notabitis, quòd olim erant quatuor ge-
nera legatorum, quæ per certa, & ſolemnia verba tan-
tum fieri poterant. Et I. Legata relinquebantur per vendica-
tionem, quando teſtator dicebat; Vendico tibi talem rem,
vel habeas hanc rem. Et poterat tunc legatarius libero iure
legatum capere, & etiam ante aditam hæreditatē illud tranſ-
mittebat. II. Per damnationem, vt quando teſtator dicebat
hæredi; Damnas eſto Titio dare 100. per hunc modum non
ſolum res præſentes, ſed etiam futuræ legari poterant. III.
Modus legandi fuit ſinendi, vt quando teſtator dicebat: Sine
& permitte Titium habere iſtum equum. IV. Per præceptio-
nem, vt quando teſtator vni ex hęredibus prælegatum relin-
quebat, dicendo: Præcipio illam domum habeat, illum fun-
dum, præ cæteris hęredibus. Sed hęc genera legatorum ſubla-
ta ſunt, vna cum ſolemnitate verborum, ita, quòd hodie vna
2 ſit natura omnium legatorum. Et quod per quæcumq; ver-
ba legata relinqui poſſint, text eſt hic, quem ſupplet gloſ. ſup.
verbor. quibuſcumque, vt intelligatur de verbis aptis, & ido-
neis. Vnde notatur per Ang. hic, numero 3. quod lex genera-

liter

a liter diſponens,recipit reſtrictionem de *a* habilitate,adde l.vt
3 gradatim,ff.de muner.& honor. Per quæcumque igitur ver-
ba legata fieri poſſunt, per quæ apparet de mente teſtatoris
legare volentes,ſiue ſint verba directa,vt (iubeo:) ſiue obli-
qua ſeu præcaria,vt rogo,fidei committo,cupio,&c.leg.2. in
princ.C.communia de legatis: Siue teſtator referat verba ad
ipſum hæredem,ſiue ad legatarium,veluti, (Scire te volo,&
4 donare tibi 100.)l.miles.ff. de leg.2. Non enim refert, cum,
quo loquatur teſtator, ſed in quem voluntatis intentio diri-
gatur d.l.cum pater,§.donationis,in fi.ff.de leg.1. Solemnitas
5 igitur verborum hodie,ſublata eſt. Et mens defuncti potius,
quam verba ſpectanda ſunt vt hic,& l.ſi quis filium. Cod. de
6 libe.præteritis. Ita enim ſententia præponenda eſt verbis vt
animus præponitur corpori,c.ſedulo,38.diſt.Et hoc eſt verũ,
quando teſtator proceſſit ad diſpoſitionem alias non ſuffice-
7 ret teſtatorem voluiſſe ſec.Iaſ.in d.l.ſi quis filium. Quia pro-
b poſitum *b* in mente retentum nihil operatur, l. ſi repetendi.
C.de condict. ob cauſam. Quod enim quis non loquitur,nec
velle præſumitur,l.Labeo,§. idem Tubero,ff de ſuppel. lega-
ta. Et hæc procedunt, quando certo conſtat de voluntate te-
ſtatoris alias in dubio quiſque ſenſiſſe videtur quod verbis
8 expreſſit, l.ſi alij, ff de viu.& viutr.legato. Hinc Ang hic di-
c cit,quòd pro interpretatione voluntatis teſtantis *c* ſemper ad
9 iudicem ſit recurrendum l.voluntatis, & ibi DD.C. de fidei-
comm. Qui debet hunc ordinem ſeruare, vt primo videat
quid teſtator ſenſerit,l in conditionibus,in prin. ff.de cond.&
demonſtr. Quod ſi non apparet,debet inſpicere quod eſt ve-
riſimilius,quod ex multis deprehenditur,l ſi ſeruus plurium,
§ fin ff. de leg. 1. & ſi veriſimile non, apparet recurritur ad
proprium ſignificatum verb.l.non aliter,& ibi Bart.ff.de leg.
10 3 Et ſi ſunt plures ſignificationes, quarum vna eſt propria,
alia impropria, ſtandum eſt propriæ ſignificationi. Si vero
ſunt plures ſignificationes propriæ, tunc debet inſpici, quod
11 eſt minimum,l idem Iulianus §.ſcio,ff.de leg. 1.Et ita defun-
cti voluntatem interpretari debemus potius,vt valeat,quam
vt pereat,l.ſi quando,ff.de legatis 1. niſi ſit contra leges, aut
bonos mores,l.ſi quis inquilino,§ fin.ff.de legatis 1.

12 Secundo principaliter ex hoc §. notandum, quòd legata-
rio pro re legata conſequenda tres actiones cõpetant. Actio
ſcilicet perſonalis ex teſtamento, rei vendicatio, & hipothe-
caria Et hæ actiones tantum competunt adita hæreditate,
ſec.Plat.hic nu.7. Qui ſubijcit,quod actor debet eſſe cautus,
13 vt in libello dicat,aditam eſſe hæreditatem. Nam ſi ex teſta-
mento non fuerit adita hæreditas, legata relicta in tali teſta-
mento non debentur,ſed fiunt irrita,text. eſt in l.eam quam,
& l.ex teſtamento,C.de fideic.& in l.ſi nemo, ff. de reg. iur.
Eſtq; ratio iſtius regulæ: Quia talia legata non debentur ab
hærede ſcripto,qui non adijt hæreditatem, & per aditionem
ſolum dicitur quaſi contrahere cum legatarijs,§ hæres, infr.
de obl. quæ ex quaſi contractu naſc. Nec debentur talia le-
gata ab hæredibus venientibus ab inteſtato cum de hoc non
ſint grauati,nec expreſſe, nec tacite neque veniunt ex prouiſ-
ſione teſtatoris,ſed ex legis diſpoſitione, contra vel ſaltẽ præ-
ter voluntatem teſtatoris. Vnde etiam alia diſpoſita corruut
in teſtamento ſi hæreditas ex eo non fuerit adita, & ſubſti-
tutiones l.2.§.adeo ff.de vulg. & pupil.ſubſt. Item donationis
tutoris,l.ſi nemo hæreditatem, ff.de teſtam. tut. Hæc tamen
concluſio limitatur, niſi legata expreſſe eſſent repetita à ve-
nientibus ab inteſtato d.l.ex teſtamento,C.de fideic. Deinde
15 quod eſſet clauſula codicillaris appoſita de quo latius vide
Iaſonem in d.l.eam, quam. Quod igitur ad primam actionẽ
perſonalem,ſ.ex teſtamento attinet,ſciẽdum ſec.Bart.& DD.
in d.l.1.ff.de leg. 1 quod dicitur perſonalis,quia hæres adeun-
do hæreditatem dicitur quaſi contrahere cum legatarijs,d. §.
hæres inſt.de obl quæ ex quaſi contra naſc. Et ex quaſi con-
tractu obligatio oritur,quæ actionem perſonalem producit,
l.licet,§.ea obligatio,ff.de proc.Et competit pro legatis, & fi-
deicommiſſis,quæ ad vtilitatem legatarij comparata ſunt Ex
hoc ampliatur procedere,primum,ſiue legatum ſit relictum
in teſtamento,ſiue in codicillis. Nam & tunc vtilis actio ex
d ex teſtamento *d* datur,vt eſt gl.in d.l.2. ſuper verb. perſona-
16 les,C.communia de legatis. Quia appellatione teſtamenti
largo modo veniunt codicilli, qui etiam ſunt teſtatio men-
17 tis,de quo vide Iaſ.ſupr.Rub.ff.de legatis 1.Secundo amplia-
tur,vt habeat locum hæc actio ex teſtamento,licet teſtamẽ-
tum ex cauſa præteritionis filij, vel exhæredationis ruptum
ſit.Quo caſu ſuſtinentur legata,& fideicommiſſa, & ſola in-
ſtitutio hæredis non valet. Authen.ex cauſa,C.de liberis præ-
18 teritis.Limitatur autem non procedere.Primum,quando le-
gatum non concernit vtilitatem alterius,ſed ſolum honorẽ,
& authoritatem teſtatoris, vt qui legauit 100.ad ſtatuam,vel
monumentum in ſui honorem erigendum. Tunc enim non
competit actio ex teſtamento, ſed ſolum officium Iudicis,
ſec.Bart.& DD.in d.l.1.& Plat.hic,nu.5. Deinde, quando fi-
lius inſtitutus non vult adire hæreditatem ex teſtamento, in
fraudem ſcilicet,ſed ab inteſtato, quo caſu legata ſuſtinentur
per edictum, de quo eſt titulus in ff. ſi quis omiſſa cauſa te-
ſtamenti,ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hæreditatem,
tunc actio in factum prætoria, non hæc perſonalis ex teſta-
mento locum habet,de quo vide Iaſ.in d.l.1.nu.108.ff.de leg.
19 1. Rei vendicatio autem ideo legatario competit, quia ſta-
tim à die mortis teſtatoris,legati dominium recta via tranſit
in legatarium,l.à Titio,in fi.ff de furtis.Et hoc iuris fictione,
ſed vere adita hæreditate, quia aditio hæreditatis legatum
20 confirmat,d l ſi nemo,ff.de reg.iur. Ad hoc autem, vt rei le-
gatæ dominium ipſo iure tranſeat in legatarium,pura requi-
runtur. I. Quod legatum ſit in ſpecie certa ſeu in indiuiduo,
non in genere,vel quantitate,nec alternatiuum legatũ.Quia
tunc propter incertitudinem non transfertur dominium,ni-
ſi facta declaratione,l.huiuſmodi,§. Stichum, ff.de leg. 1. II.
Quod res ſit teſtatoris non hæredis, nec aliena, quia alienæ
rei dominium teſtator, quod non habet transferre nõ poteſt.
l.nemo plus iuris,ff.de reg.iur. III. Quod legatum ſit purum
non conditionale cuius,dominium non acquirit legatarius,
niſi extante,conditione, l.5.ff. quando dies leg. ced. De quo
latius videte DD præſertim Iaſ.in d.leg.1 ff de leg 1 Hypo-
thecaria actio quoque pro legatis competit. Omnes enim
e res ipſius defuncti ſunt legatario tacitè *e* per legem hypothe-
catæ,quamdiu legatum ſolutum non eſt. Et regulariter cõ-
petit legato generis quantitatis rei alienæ, & alternatiuo le-
gato l.1.cum ibi notat C.communia de legatis: Non autem
res hæredis ſunt tacitè obligatæ pro ſatisfactione legatorum,
vt notat Bar.in d.l.2.C.com.de legatis,Refert,& ſequitur hic
22 Ang.nu.5.verſ.non autem res hæredis.Quo caſu autem quę
liber actio intentari, poſſit pulchrè tradit hic gl. ſuper verb.
23 hypothecaria. Legatarius enim vnam eligere debet, nec ad-
mittitur cumulatio,quando lex ex vno actu concedit plures
24 actiones, l.cum filius, §.varijs.ff. de legatis 2. Quando igitur
f legatum conſiſtit in ſpecie, & res eſt ipſius *f* teſtatoris tunc
g omnes tres *g* actiones competunt. Quando autem legatum
conſiſtit in genere,vel quantitate, tunc competunt ſolũ duæ
25 actiones,ex teſtamento,& hypothecaria. Idẽ ſi res eſt alie-
na.In vno autem caſu,quando ſcilicet legata eſt liberatio de-
h biti vna actio,ex teſtamento ſcilicet,& exceptio *h* competit,
l.quod mihi,ff.de liber.legat Ita gloſ. hic, quæ in fine quærit
quid fieri poſſit,vt legatarius,qui iam rei legatæ dominus eſt,
26 actione perſonali agat ad dandum, cum quod ſemel meum
eſt,amplium meum fieri non poſſit,§. ſic itaque infra de act.
27 Et reſpondet,quod non agat ad dominium, ſed ad poſſeſſio-
28 nem. Poſſeſſio enim actione perſonali condici poteſt. l. in-
debit.§.1 ff.de condict indebiti.

ADDITIONES.

a *Vide tamen Anton.Fab.6.coniectur.*
b *Generalis oratio ſiue enunciatio ad habiles refertur:& de ha-
bilibus idoneis,& de ſimilibus intelligenda, l.1.vbi gl. & Do-
ctores,C.de ſacroſanct.Eccl.*
c *Facit lex quidquid aſtringendæ, l.ſtipulatio iſta,§. alteri ff. de
verb.oblig.l.veteribus,ff.de pact.*
d *Quid ſit teſtamentum imperfectum,non debebuntur legata?
Vide Concennatium,3.q.6.*
e *De tacita hypotheca pro legatis legatario competente in bona
teſtatoris vide l.1.C.communia de legat. Cuius ſententia tres
ampliationes, ſex exceptiones, vide apud Neguſantium.2. de
pignoribus 4.nu.157.& ſequentibus.*
f *Quid ſi aliena eſt? Ex teſtamento,& hypothecaria competet,
l.1.C.commun.de legat.*
g *Vnam tamen debet eligere legatarius,l.cum filius,§.varijs, ff.
de legat.2.*
h *Quid: Legatarius poteſtne propria authoritate legatum cape-
re.Vide Concennatum 3.q 13.Propria authoritate quos cape-
re liceat,traditur in §.actio nu.13.infra de actionibus. Et an
creditor propria authoritate poſſit occupare hypothecam no-
tatur in §.item Seruiana nu.77.infra de act.*

§.Sed non vſque.

1 *Legatum diſcernitur à fideicommiſſo, habito reſpectu ad
quem verba diriguntur.*
2 *Sepe tamen differentia iſta inter legata, & fideicommiſſa
confunditur.*

3 Qu&

3 *Quando verbum lego, adijcitur vniuerſitati bonorum, vel hæreditati tunc cenſetur eſſe inſtitutus hæres vniuerſalis.*
4 *Olim vires fideicommiſſorum erat maiores, quam legatorum, ſed hodie legata, & fideicommiſſa per omnia ſunt exæquata, de quo num. 5.7.& 9.*
6 *Quando duo à lege æquiparantur, tunc ſtatutum in vno intelligitur etiam ſtatutum in alio.*
8 *Quando vnum alteri adæquatur, tunc illi, ad quod fit adæquatio nihil additur, ſed bene è contra.*
10 *Si vniuerſalis reperitur falſa in vno, tota oratio eſt falſa.*
11 *Dictum Fabri de ratione diſcendi ius legale.*
12 *Dictum Pomponij Iuriſconſulti de continuatione ſtudij.*
13 *Iura vigilantibus, non dormientibus ſcripta ſunt.*

1 AD intellectum iſtius §. primo ſciēdum, quòd legata pro-
prie dicuntur, quæ fiunt verbis diſpoſitiuis. Et ſunt ver-
ba directa ad legatariū, &c. veluti quādo teſtator dicit: [Re-
linquo Titio 100. Vel, volo quod Titius habeat talē fundū?]
Quando verò verba diriguntur ad granatū, ſeu hæredem, &
ſunt precaria, vel inflexa, tunc dicitur proprie fideicōmiſſum.
Et ſic legatum diſcernitur à fideicōmiſſo, habendo reſpectū,
ad quem verba dirigantur, ſicuti diſcernit fideicommiſſum
vniuerſale à directa inſtitutione. Quando enim verba ſonāt,
quod quis accipiat hæreditatem manu propria eſt directa in-
ſtitutio ſed quando ſonant, quòd capiat de manu alterius, eſt
2 fideicōmiſſum vniuerſale. Sæpe tamen iura promiſcue vtun-
tur iſtis vocabulis ponendo vnū pro alio, vt inquit Iaſ. in d. l.
3 1. nu. 8. ff. de leg. 1. Et obiter circa verbū. Lego, notabitis. Quā-
a do *a* adijcitur vniuerſitati bonorum, vel hæreditati vt quia
teſtator dicit. (Lego bona mea Titio, Vel, Lego hæreditatem
Titio,) tunc cenſetur Titius hæres vniuerſalis. De quo vide
Bart. & alios in l. centurio ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.
4 Secundo præmittendum, quòd olim vires fideicommiſſo-
rum erant minores, quam legatorum: quia legata olim non
poterant relinqui niſi in teſtamento, ſed fideicommiſſa ſic, d.
§. præterea, Inſ. de fideic. hæred. Item à legatario non poterat
legari, ſed bene fideicommitt. in princ. inſt. de ſing. rebus per
fideic. relictis. Item legata non poterant relinqui poſt mortē
hæredis, vel legatarij: ſed fideicommiſſa ſic, §. poſt mortem,
Inſ. eod. Sed quia erat inconueniens, quòd fideicommiſſa eſ-
ſent melioris cōditionis, quam legata, illa differentia eſt ſub-
lata. Ita quòd pro regula tradatur. Nullam *b* eſſe differētiam
inter legata, & fideicommiſſa, & quod legata ſint per omnia
fideicommiſſis exæquata, & conſequenter vires fideicōmiſ-
ſorum, ſint attributæ legatis, & è contra. Adde d. l. 1. ff. de leg.
1. & d. l. 1. 2. C. commun. de leg. Et procedit iſta exæquatio. I.
Quo ad perſonas relinquētes legata. Qui enim fideicommit-
tere poteſt, is, & legatum relinquere poteſt, & è cōtra, vt no-
tatur poſt tex. in l. 2. ff. de leg. 1. II. Quo ad perſonas quibus re-
linquitur. III. Quo ad res. Quæ enim legari poſſunt, hæ & fi-
deicommitti. IV. In modo relinquendi, vt per quæcumque
verba idonea legari, per ea etiam fideicommitti poſſit d. l. 2.
C. com. de leg. V. Quo ad actiones. Omnes enim tres actio-
nes ſup. enumeratæ, competunt etiam pro fideicommiſſis, d.
l. 1. & 2. C. com. de leg. VI. Leges loquentes de legatis, habent
etiam locum in fideicōmiſſis, & è contra. Quando enim duo
æquiparantur à lege, quidquid ſtatuitur in vno, intelligitur
etiam ſtatutum in alio, vt eſt gl. fin. in l. ſi quis ſeruo perſuaſe-
6 rit, & ibi Bart. & DD. C. de furtis. Limitabitis autem iſtā æqui-
7 parationem procedere, inter legata, & fideicommiſſa parti-
cularia & inter legata, & fideicommiſſa vniuerſalia. Singula-
ria autem legata non æquiparantur fideicommiſſis vniuer-
ſalibus, nec econtra vt not. poſt gl. in d. l. 1. ff. de leg. 1. Item no-
tabitis quod per Imperatorem hic, & in d. l. 2. C. comunia de
leg. expreſsè fideicommiſſa etiam ſint exæquata, legatis vt,
vires legatorum ſint tributæ fideicommiſſis, quod nō ſic erat
factum per d. l. 1. ff. de leg. 1. Vbi legata tantum erant exæqua-
8 ta fideicommiſſis, & non è contra. Quod inducitur per Bart.
& DD ibi hoc quod quando vnum alteri exæquatur, tunc il-
li, ad quod fit exæquatio, nihil additur, ſed bene è contra, Vn-
de ſi ſtatuto ſcholares æquiparantur ciuibus, ſcholares con-
ſequuntur priuilegia ciuium non autem è contra. Facit text.
in l. illud, in prin. ff. de don. cauſ. mortis. Vbi dicitur. (Quod cū
donationes cauſa mortis ſunt adæquatæ legatis, quodcumq;
ius in legatis eſt, id in donationibus cauſa mortis erit accipiē-
dum,) Secus ſi fieret adæquatio pariter hinc inde veluti ſi
ſcholares, & ciues ad inuicem æquiparentur, tunc fieret hic
inde etiam adiectio, in eo quòd vnus haberet plus altero. De
3 quo vide hic diſtinctionem Angeli, & DD. in d. l. 1. ff. de leg. 1.
Porrò contra æquiparationem prædictā opponitur per DD.
c poſt gl. in d. l. 1. quod ſit adhuc *c* hodie differentia inter legata,
& fideicommiſſa quando enim relinquitur ſeruo libertas per
fideicommiſſum non poteſt eam directo conſequi ex teſta-
mento, niſi per hæredem manumittatur, & tūc ſit hæredis
libertus. Sed ſi legatur libertas, efficitur ſeruus ipſo iure, dire-
cto liber, nec opus eſt, quod hæres eum manumittat, neque
hæres conſequitur ius patronatus §. pen. cum ibi not. inſt. de
10 ſing. rebus per fideicom. relictis. Ergo male dicit hic Impera-
tor, quod nulla ſit differētia. Et ex quo in vno reperitur vni-
d uerſalis *d* illa falſa tota oratio eſt falſa, vt eſt text. in l. ſi is, qui
ducenta, §. vtrum ff. de rebus dubijs. Et eſt terribile contrariū
e ſec. Iaſ. in d. l. 1. *e* nu. 55. qui relata ſolutione Bart. tādem di-
cit, quòd vera ſit regula, per omnia legata fideicommiſſis eſ-
ſe exæquata quo ſcilicet, ad efficaciam, & modum relinquē-
di, & ius exigendi, circa perſonas legantes, vel legatas, ſed
quod tamen reperiantur diuerſi effectus.
11 Et vltimo notabitis ſecundum Fab. hic, quod leges in ado-
leſcentia addiſci debent, & quod per totum tempus vitæ ſit
continuandum reſeruatis congruis horis pro ſeruitio Dei, &
requie corporis. Adde quæ idem Fab. dicit, ſuper Rubr. gene-
ralis huius libri, & optimum text. in l. apud Iulianum, ff. de fi-
12 deicommiſ. liber. vbi Iuriſconſultus Pomponius inquit. *Ego
diſcendi cupiditate, quam ſolam viuendi rationem optimam,
in octauum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum
eius ſententiæ, quam dixiſſe fertur Iulianus. Et ſi alterum pe-*
14 *dem in ſepulchro haberem adhuc addiſcere vellem.* Et iura vi-
gilantibus, non dormientibus ſcripta eſſe dicit text. in l. pupil-
lus, ff. quæ in fraudem credit.

ADDITIONES.

a *Lego verbum adiectum vniuerſitati bonorum, an efficiat, vt is cui legatum eſt ſit hæres vniuerſalis, an vero legatarius vide Alex. in l. 1. ff. de l. 1. Crau. in repet. rub. ff. de leg. 1. n. 4. & poſt.*
b *Dic, vt inf. nu. 9.*
c *Vide tamen Ant. Fab. 6. coniect. 1. ſed omnino etiam Crauettam in rep. rubr. de leg. nu. 173. & ſeq.*
d *Vniuerſalis propoſitio, an vniuerſaliter intelligenda, vide Concennatium. 4. q. 1. Et an verba indefinita æquipolleant vniuerſali vide ibid. q. 2.*
e *Eius l. regula vere eſt in materia de qua Vlpianus agebat videlicet Falcidiæ. Verba enim ſecundum ſubiectam materiam ſunt intelligenda, de quo vide Cuiac. lib. Obſeru. 8. c. 4.*

§. Non ſolum.

1 *Res propria teſtatoris ſine dubio legari poteſt.*
2 *Res hæredis legari poteſt.*
3 *Legatū rei teſtatoris propriæ, & rei hæredis, in quib. differāt.*
4 *Res communis legari poteſt.*
5 *Res aliena, quæ prorſus eſt extranei, legari pōt. Fallit, vt n. ſeq.*
6 *Fauore vltimæ voluntatis cogitur quis emere inuitus.*
7 *Orta contentione inter hæredem, & legatarium de iuſto valore rei legatæ, tunc æſtimatio relinquitur arbitrio iudicis.*
8 *Errantis nullus eſt conſenſus.*
9 *Teſtatores ſunt proniores ad legandum res ſuas, quam ad grauandum hæredes, vt res alienas redimant.*
10 *Coniunctæ perſonæ quæ dicantur, iudicis relinquendum eſt arbitrio.*
11 *Legatum rei alienæ valet quo ad præiudicium hæredis, non autem in præiudicium ipſius domini.*
12 *Legatarius tenetur probare, quod teſtator ſciuerit rem eſſe, alienam*
13 *Quando actori incumbat probatio.*
14 *Quilibet ſcire debet, quod ſuum non eſt, hoc ad alios pertinere.*
15 *Quando res aliena eſt euicta, an hæres de euictione teneatur.*
16 *Si legatum conſiſtit in genere, hæres de euictione tenetur.*
17 *Quando res in ſpecie legatur, an, & quando hæres de euictione teneatur.*
18 *An in prælegato hæres teneatur.*
19 *Res hoſtium legari poſſunt.*
20 *Donatio facta à Papa Imperatori de regno Ieruſalem valet.*

1 IMperator incipit hic declarare, quæ res poſſint legari, &
primo non eſt dubium, quin res propria teſtatoris legari
poſſit cum quilibet rerum ſuarum ſit moderator, & arbiter,
l. in re mandata, Cod. mandati, & de hoc eſt text. hic, & in §. ſi
quis rem ſuam, inſt. eod.
2 Secundo res hæredis. Neque diſtinguitur, an teſtator ſci-
uerit vel ignorauerit rem non ſuorum, aut hæredis, vt hic
innuit gl. 1. & l. vnum ex familia, §. ſi rem ſuam, ff. de legatis.

In

3 In hoc tamen differunt. Si teſtator legat rem ſuam, ſtatim eo
mortuo dominium rei transfertur in legatarium, abſq; alia
traditione, d. l. à Titio, in fi. ff. de furtis. Sed dominium rei le-
gatæ, quæ eſt ipſius hæredis, nõ transfertur ipſo iure, niſi tra-
ditio ſubſequatur. Eſtque ratio, quia legatarius habetur quo
ad rem legatam, loco hæredis, l. id tempus, § fi. ff. de vſuc. De-
functus autem nõ habuit dominium in re hęredis. Ergo nec
legatarius, niſi illam apprehendat, ſicut nec teſtator trans fert
dominium rei in hęredem, quod ipſemet non habuit, vulgar.
l. nemo plus iuris, ff. reg. ior. De quo latius videte Iaſ. in l. cum
alienam, num. 10. C. eod. & Porc. hic, nu. 7.
4 Tertio, res communis *a* legari poteſt, & tunc teſtator vi-
a detur ſolum legare ſuam partem, & ius quod ipſe habet, ſec.
gloſ. hic, & eſt text. in l. 5. §. fi. ff. de leg. 1. Et quamuis gl. ibi di-
ſtinguat. Aut teſtator legat rem communem, ſub nomine do
minij, quod tunc partem ſuam tantum legaſſe videatur. Aut
verò ſimpliciter legat rem communem ſub nomine appel-
latiuo, videlicet fundum Cornelianum, & quod tunc totus
fundus intelligatur legatus, ita vt hæres alteram partẽ redi-
mere teneatur, & integrum fundum legatario pręſtare. Ta-
men à Doct. com. illa gl. reprobatur, propter text. in l. ſi do-
mus, §. fi. in fi. ff. de leg. 1. Vbi fundus vectigalis alteri fuit le-
gatus per teſtatorem, qui habebat aliquod ius in eo. Decidi-
tur ibi, quod non intelligatur proprietas eius legata, ſed ius
quò teſtator, in eo habebat. Quæ autem ſit ratio, quod vbi
legatur res aliena valeat in totum legatum vbi verò com-
munis, non niſi pro parte, videte hic Fab. in princ. Quia pri-
mo caſu nõ afferret aliquam vtilitatem, niſi totum legatum
valeret, quod non ſic eſt, quando res communis legatur. Po-
teſt enim tunc valere pro parte.
5 Quarto, res aliena, quæ prorſus eſt cuiuſdam extranei, le-
gari poteſt, text. eſt hic, & in d. l. cum alienam, C. eod. Quod
eſt verum quando res aliena legata eſt à teſtatore ſciente, &
tunc hæres teneatur eam redimere, & legatario præſtare. Et
ita eſt hic caſus ſpecialis contra leg. inuitum, C. de contrah.
6 emp. Quod quis inuitus cogitur *b* emere fauore vltimæ vo-
b lũtatis, propter præceptum teſtatoris, ſecund. Fab. hic, nu. 3. &
Porc. nu. 4. Si vero is, cuius eſt res, nolit eam vendere, tene-
tur hæres legatario præſtare, æſtimationem. vt hic. Idem eſt
7 ſec. gl. noſtram, ſuper verbo non poteſt, ſi dominus vellet vẽ-
dere rem, ſed cariori pretio, quam valeret, leg. non dubium,
§. fin. ff. de leg. Et ſi ſit contentio inter hæredem, & legata-
rium de iuſto valore rei legatæ, tunc æſtimatio relinquitur
arbitrio iudicis, qui declarabit iuſtum pretium, l. alieno, §. fin.
autem certo, ff. de fideic. libert. Secus quando teſtator igno-
rabat rem eſſe alienam, nam tunc non valet legatũ ſed pro-
pter errorem vitiatur, vt hic, & d. leg. cum alienam. Errantis
8 enim nullus eſt conſenſus l. non idcirco, C. de iuris, & facti
9 ignoran. Quia ſi teſtator ſciuiſſet, fortè non legaſſet, vt hic.
Cum teſtatores ſint proniores ad legandum res ſuas, quam
ad grauandum hæredes, vt res alienas redimant, vt inquit Iu
riſc. in d. l. vnum ex familia, § ſi rem tuam ff de leg. 2. Hoc ta-
men primum limitatur per text. in d. l. cum alienam, nõ pro-
cedere quando legatum rei alienę eſſet ignoranter relictum
coniunctæ perſonæ. Nam tunc valet licet teſtator errauerit.
de quo latius videte hic Fabrum in §. quod autem in princip.
10 & Iaſ. in d. l. cum alienam, num. 5. Quæ autem dicantur con-
c iunctæ *c* perſonæ, relinquitur arbitrio iudicis ſec. gl. & com-
muniter Doctores in d. l. cum alienam, ſuper verbo vxori, &
ibi Iaſ. num. 12. Porro quod ſupra dictum eſt. Legatum, rei
alienæ à teſtatore ſciente relictum, valere, verum eſt, quan-
do eſt talis res quæ in commercio hominum eſt, id eſt, quæ
dominio noſtro ſubijci poteſt. Secus ſi ſit extra commerciũ,
vt res ſacræ, ſanctæ, publicæ, &c. Nam tunc neque ipſe res,
neque eius æſtimatio debetur. Idem quando eſt talis res quæ
propter difficultatem cõparari nõ poſſit, vt ſunt fundi patri-
moniales ipſius Cæſaris, vt eſt hic, & in l. Iulianus, §. fin. ff. de
leg. 1. Et circa hoc gloſ. noſtra, ſuper verbo æſtimatio plenius
diſtinguit. Aut nullus eſt commercium iſtius rei, & locum
d habet quod iam dictum eſt. Aut non eſt *d* in commercio hę-
redis, & valet legatum vt vel res, vel eius æſtimatio præſte-
tur l. mortuo boue, §. Labeo, ff. de leg. 2. Aut non eſt in com-
mercio legatarij, & tunc ſubdiſtinguitur. Aut non eſt in ip-
ſius commercio propter ſuum delictum, vel ſectæ diuerſita-
tem, ſicut Iudæo non licet habere Chriſtianum mancipium.
Quare ſi ei fuerit Chriſtianus ſeruus legatus, non valeat le-
gatum, nec æſtimatio debetur, d. leg. mortuo boue §. Labeo,
in princ. Aut propter ſtatus conditionem, vel corporis vitiũ,
vt quia ſeruo militia legatur, aut muto ſtipendium Canto-
ris, vel Contracto ſtipendium Curſoris, & tũc ſi teſtator ſcit
ineſſe vitium, æſtimatio ab hærede præſtanda eſt, alia non,

11 l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo alieno, ff. eod. 3. Secundo limitatur-
tis, quod legatum rei alienæ valeat, quo ſcilicet ad præiudi-
cium hæredis, qui eam redimere tenetur à domino, vel eius
æſtimationem pręſtare, non autem in pręiudicium ipſius do
mini. Et ita Cin. Paul. de Caſtr. & Sal. intelligunt text. in c. fi-
12 lius extr. de teſtam. vt refert Iaſ. in d. l. cum alienam. Deinde
ex §. noſtro notabitis quod legatarius tenetur probare teſta-
torem ſciuiſſe rem alienam eſſe. Quia actori incumbit pro-
13 batio, vt hic, & leg. verius, ff. de prob. Quæ regula procedit,
niſi ſit præſumptio iuris pro actore, quia tunc transfertur
onus probandi in reum, ſec. gloſ. hic ſuper verbo, qui agit, &
notatur in l. ab ea parte, ff. de prob. & leg. ſine poſſidetis, C. de
prob. Vnde opponitur contra prædicta, quod hæredi incum-
bat onus probandi, non legatario, cum ſit præſumptio teſta-
toris ſciuiſſe rem eſſe alienam, propter leg. cum quærebatur,
C. vnde vi, vbi dicitur. [Quod ſuum non eſt, quilibet ſcire de-
14 bet ad alium ſpectare.] Ad quod in effectu hic reſpondet
Ang. nu. 5. quod procedat, quando alius poſſidet, & tunc præ-
ſumitur, teſtatorem ſciuiſſe rem eſſe alienam. Et quod hoc
caſu non incumbat onus probandi legatario. De quo latius
vide hic Fab. in d. §. quod autem, & Doct. in d. l. cum alienã.
Poſtea notabitis hic gloſ. ſuper verbo, ignorabat. Quando res
15 aliena legata eſt euicta, an hæres de euictione teneatur. Et
breuiter diſtinguatis, duos caſus principales: Aut loquimur
16 ſimpliciter de re legata, aut de prælegato. Primo caſu, aut le-
gatum conſiſtit in genere, & tunc hæres tenetur de euictio-
ne, quia poteſt ei imputari, cur talem rem legatario tradide-
rit, cuius dominium transferre nõ potuit, vt notat, per Bart.
17 poſt gl. in l. ſi domus, §. fi. ff. de leg. 1. Aut legatur res in ſpecie,
& ſubdiſtinguitur. Aut res ſuit propria ipſius teſtatoris, & tũc
euinci non poteſt, niſi per imprudentiam iudicis, & hoc hæ-
redi nocere nõ debet, l. ſi per imprudentiam, ff de euict. Niſi
hæres dediſſet cauſam euictioni, quia noluit exhibere inſtru-
menta, per quæ potuiſſet legatarius probare dominium rei
legatę, iuxta l. inſtrumenta, C. de fideic. Et hoc eſt verum, quã-
do tota res euincitur ratione dominij; ſecus ſi euinceretur
ratione iuris, quod quis habet in re. Tunc enim hæres non
tenetur. Quia teſtator nõ videtur legare aliud, niſi ius quod
ipſe habebat in re, d. l. ſi domus, §. fin in fi. Quod iterum ſub-
limitatur, niſi res euincatur ratione iuris per quod tota res à
legatario infertur, vt per hypothecariam. Quia res fuit obli-
gata alteri. Nam tunc diſtinguitur per leg. ſi res, ff. eod. 1. Aut
enim ſciuit teſtator eſſe obligatam, & hæres eam luere de-
bet. Aut ignorabat, & legatarius luere debet, niſi in duobus
caſibus Primo, quãdo res legata eſt coniunctæ perſonæ. De-
inde, quãdo pro tanto eſſet obligata res, vt ſi legatarius lue-
ret, nihil commodi penes eum remaneret, d. leg. ſi res. Aut le-
gatur res in ſpecie, quæ eſt aliena, ſcienter, & tunc, tenetur
hæres de euictione, ſec. gl. in d. l. ſi domus, § 1. quã limita duo-
bus modis. I. Niſi teſtator habeat aliquod ius in illa re aliena.
Nam tunc videtur tantum illud ius legaſſe, d. l. ſi domus, §. fi.
I. Niſi hæres ſemel redemerit rem alienam & poſtea euinca-
tur, nam tunc hæres vltra non tenentur d. l. fideicommiſſa,
§. ſi quis decem, ff. eo. 3. Idq; adeo ne duplici onere grauetur.
Tenetur tamen cedere legatario actionem de euictione,
quam habet contra venditorẽ, ſec. Cin. Bal. & Paul. de Caſtr.
in d. l. cum alienam. Quod intellige niſi hæres fuerit in culpa
redimendi, quia redemit ab eo, qui cõmuniter non reputa-
tabatur dominus. De quo lat. vid. Iaſ. in d. l. ſi domus, §. 1 n. 29.
Si vero legata eſt res aliena à teſtatore ignorante nõ tenetur
hęres de euictione, niſi legatarius fuit ex coniũctis perſonis.
de

ADDITIONES.

a *Legans rem communem partem ſuam tantum legare intelligi-*
tur l. ſeruus, §. in fundum, ff. de leg. 1. l. colonus, §. vlt. leg. quod in
rerum, §. 2. eod. tit. Cuius ſententia vide quoque exceptione
apud Socin. reg. 214.
b *Emere inuitus nemo cogitur, Fallit vt hic, fauore iuſſus teſta-*
toris.
c *Coniuncta perſona legatum rei alienæ ſactum valet, vt hic Ce-*
terum qua cenſeatur coniuncta perſona, in eo caſu vide Me-
noch. 2. de arb. iud. caſu 146.
d *Aeſtimatio ex voluntate defuncti debetur, quæ alias non eſſet*
præſtanda, l. ſi quis inquilinos, ff. de leg. 1. l. mun, § 2. ff. de leg. 3.
l. Lucius Titius, ff. de leg. 2. Et quid ſi pars bonorum legatur,
vtrum rerum pars, vel earum æſtimatio debeatur: Quid
dem res duobus, aut eidem ſæpius ſit legata. Quid ſi
Quid ſi res Eccleſiæ legata, Quid ſi res feudalis relicta
ſi res legata perierit, vtrum illis caſibus æſtimatio debeatur
Vide Mantic 9. de coniect. 8. 9. 10 11. & 12.

18 de quibus textus in d. leg. cum alienam. Secundo caſu prin-
cipali. Quando prælegatum relictum eſt, tunc etiam diſtin-
a guitur. Autem ex cohæredibus ſoli aliquid eſt prælegatum,
& non debetur euictio, l. cum pater, §. euictio, ff. de legatis 2.
aut alijs cohæredibus quoque fuit prælegatum, & tunc eui-
ctio non datur per viam actionis, ſed retentionis, d. l. cum
pater, §. euictis non attenta diſtinctione gloſ. hic an ſint filij
vel extranei, cum non poſſit reddi ratio diuerſitati ſecun-
dum Angel. hic, num. 6.

19 Quinto res hoſtium *a* legati poſſunt; ſecundum gloſ. hic,
a ſuper verbo, aliena, circa quam notabitis communem, diſt.
Bart. in l. liber homo, qui. ff. de verbor. oblig. & Doct. hic. Aut
enim talis res ſemel fuit noſtra, & tunc legari, & donari po-
20 teſt, propter ius poſtliminij. Vnde dicunt Doctor. quod va-
leat donatio facta à Papa Imperatori de regno Ieruſalē, quia
b fuit *b* noſtrum licet ab hoſtibus iam ſit occupatum, l. id quod
apud eum ibi not. ff. eod. 1. Aut numquam fuit noſtra, & tunc
aut eſt talis res, de qua facile ſperatur, vt ad nos perferatur, vt
ſunt aromata, lapilli, gemmæ, &c & tales poſſunt legari, & in
contractum ratione ſpei probabilis deduci, l. ab omnibus, §.
etiam ff. eod. 1. Aut eſt talis res, de qua hoc non ſperatur, vt
ſunt ciuitates, villæ, &c. quæ numquam fuerunt noſtræ, & ta-
les, neque legari, neque in contractum deduci poſſunt, d. leg.
liber homo qui.

A D D I T I O N E S.

a *L. ab oneribus, §. etiam, ff. de legat. 1.*
b *Quin, & rex Aragonum Pepuletano monaſterio loca hoſtium dicitur donaſſe, quo ſcilicet caſu poſtliminio ad Chriſtianos redirent, cap. Abbate, de re iudic. in 6.*

§. Sed & ſi rem obligatam.

1 *Res pignori obligata legari poteſt.*
2 *Legatum rei oppigneratæ factum à teſtatore ſcienter valet.*
3 *Voluntas teſtatoris tamquam regina attendi debet.*
4 *Legatum vniuerſale ſemper trāſit ad legatarium cū ſuo onere.*
5 *Heres non tenetur luere rem oppigneratam, a teſtatore ignorante legatam.*

1 SExto, res pignori obligata, legari poteſt. Pro cuius decla-
2 ratione notabitis duas regulas. Prima, quod legatum rei
a oppigneratæ, factum per teſtatorem *a* ſcienter, valet, & hæ-
res tenetur, rem ſic obligatam luere, & eam legatario præſta-
re, vt hic, & leg ſi res, ff. eod. 1. Nam tūc videtur teſtator gra-
uare hæredem, vt eam liberet. Et ampliatur. I. Siue res fuit
obligata ante teſtamentum, ſiue poſt teſtamentum conditū.
Nam per hoc non dicitur teſtatorem legatum reuocaſſe, ſed
indiſtinctè ab hærede eſt luenda, text. eſt in leg 3 Cod. eod. II.
Siue ipſi creditori, ſiue alteri legauerit, ſecund. Plat. hic Limi-
tatur autem non procedere, quando aliter apparet de animo
3 teſtatoris, vt hic, & d. l. ſi res. Voluntas enim teſtatoris tam-
quam regina attendi debet, quæ vltimas voluntates regit, l.
in conditionibus in princ. ff. de condit. & demonſtr. Et proce-
dit hæc regula, quando res aliqua particularis legata eſt ſecus
b quando *b* aliquid vniuerſale legatū eſt vt peculium. Si enim
tunc in illa vniuerſitate repeciantur aliquæ res obligatæ, hæ-
res non tenetur eas luere, ſed legatarius. Quia legatum vni-
uerſale ſemper tranſit ad legatarium, cum ſuo onere, vt not.
4 in l. cum patre, §. menſæ, ff. de legatis. 2. De quo vide Iaſ. in d.
l. ſi res, num. 23. Vbi inducit ad caſum. Si ſit patriæ conſuetu-
do quod mortuo parochiano, ſacerdos parochiæ debeat ha-
bere illius veſtes, ſi aliques veſtes eſſent obligatæ, hæres non
teneretur eas luere.

5 Altera regula. Quod hæres non tenetur luere rem oppi-
gneratam, à teſtatore ignorante legatam. Nam tunc ipſemet
legatarius tenetur redimere, & in hoc æquiparantur legata
rei alienæ, & rei oppigneratæ, text. eſt hic, & d. leg. ſi res Sed
c hæc regula limitatur *c* non procedat. I. Quando res pigno-
d rata à teſtatore ignorante eſt legata coniunctæ *d* perſonæ,
cui veriſimiliter, ſi ſciuiſſet, eamdem, vel aliam æque bonam
fuiſſet legaturus, d. l. ſi res, ſicut ſup. de legato rei alienæ dictū
eſt, per text. in d. l. cum alienam, C. eod. II. Quando nihil eſſet
ſuperfluum in re legata, ſoluta quantitate debita, & ſic lega-
tum, non contineret vtilitatem. Nam tunc onus luendi ſpe-
ctat ad hæredem, etiam ſi teſtator ignorauit rem fuiſſe obli-
gatam, d. leg. ſi res. Addatis III. limitationem ſecundum Plat.
hic, vt procedat regula, quando legatur res teſtatoris alteri
obligata. Secus ſi teſtator legat rem propriam ipſius legata-
rij, quam legatarius alteri oppignerauit. Nam tunc hæres te-
netur eam luere indiſtinctè, id eſt, ſiue ſciat ſiue ignoret te-
ſtato leg. ſi tibi homo in princ. ff. eod. I. Quia teſtator cenſe-
tur ſolam luitionem legaſſe, cum alias res propria legatarij
non poſſit legari, l. propriis, C. eod.

A D D I T I O N E S.

a *Aliena re legata legatarius cogitur, & probare teſtatorem ſciuiſſe rem eam alienam eſſe quia actori incumbit probatio l. ſi fratres, C. communia vtriuſq; iud. niſi ius præſumat pro actore. Tunc enim reus probare cogitur. l. ab ea parte, ff. de probat.*
b *Differentia legati vniuerſalis, & particularis.*
c *Hæres luere tenetur rem pignoratam tertio, quæ relicta eſt per defunctum legatario, ſi teſtator ſciuit rem obligatam eſſe, vt hic. Si ignorans obligatam legauit perſona coniunctæ, l. prædia obligata, C. de fideicom. Aut ſi ita oppignerata eſt creditori, vt nullū vel modicū ſit lucrum in ea luenda, l ſi res obligata, ff. de*
d *l. 1. Coniuncta perſona a quibuſdam intelligitur ad decimū vſque gradum, vt tunc valeat legatum rei alienæ, etſi teſtator alienā ignorauit; idque arbitrari iudicem debere gl. & Faber, in d. l. cum alienam, C. de legat. Vide eundem Fabrum l. 1. C. de procur. & in ſimili, c. nonnulli, extr. de reſcript. Sed omnino ad eam rem vide Menoch. de arbitr. iud. caſu 146.*

§. Si res aliena.

1 *Quid iuris ſit quando res aliena eſt legata, & teſtatore adhuc viuo legatarius conſecutus eſt eius rei dominium.*
2 *Duæ cauſæ lucratiuæ in vnum hominem, & eandem rem concurrere non poſſunt.*
3 *Quid iuris, quando in duobus teſtamentis eidem eadem res legata eſt.*
4 *Si in vno teſtamēto vna, & eadē res bis legetur quid iuris ſit.*

DIctum eſt, ſupra legatum rei alienæ factum à teſtatore
ſciente, valere, ita quòd hæres teneatur eam redimere,
1 & legatario præſtare, Sed iam quæritur, quid iuris ſit quando
res aliena eſt legata, & teſtatore adhuc viuo legatarius conſe-
cutus eſt eius rei dominium. Et diſtinguit hic Imperator.
Aut legatarius factus eſt eius rei dominus ex cauſa oneroſa
vt emptionis, &c. & tunc poterit agere actione ex teſtamen-
to contra hæredem, vt conſequatur pretium, text. eſt hic, &
in l. ſi ſeruus legatus, §. Stichum, ff. eod. 1. Aut eſt conſecutus
dominium rei ex titulo lucratiuo, vt donationis, &c. & tunc
tale legatum eſt inutile, & nihil conſequitur, text. eſt hic, &
in d. l. ſi ſeruus legatus, §. Stichum, eſt quæ ratio ſecundū Im-
2 peratorem hic, quia duæ cauſæ lucratiuæ, *a* in vnum homi-
a nem, & eamdem rem concurrere non poſſunt. Hoc tamen,
fallit. I. Quando eſt conſecutus æſtimationem, rei nā tunc res
adhuc peti poteſt, alias non quando ſcilicet, habet rem. Nam
3 tunc æſtimatio peti non poteſt, vt diſtinguit Imperator hic,
in fin. §. noſtri, quando in duobus teſtamentis eidem eadem
res legata eſt. Quem text. intelligatis procedere in duobus te-
ſtamentis à diuerſis teſtatoribus factis. Nam ſi ab vno teſta-
tore conficerentur duo teſtamenta, poſterius tolleret primū,
§. poſteriore, ſupra quibus modis teſtamenta infirmentur. II.
Fallit quando legata eſt res in quantitate, ſicut gloſ. hic ſuper
4 verbo ex duobus quærit. Quando in vno teſtamento eadem
res bis legatur, vtrum à legatario bis peti poſſit. Et diſtingui-
tur. Aut certa ſpecies legata eſt, & amplius quam ſemel peti
non poteſt, l. planè vbi, §. ſi eadem ff. eod. Aut legata eſt cer-
ta quantitas bis in eodem teſtamento, & ſæpius peti poteſt, ſi
euidentiſſimis probationibus conſtat, teſtatorem multipli-
catum legatum voluiſſe de leg. planè vbi, §. ſi eadem, Et plu-
res limitationes videte hic per Plat.

A D D I T I O.

a *Leg. omnes ff. de oblig. & act. vide Mant. 9. de conect. vltim. volunt. 9.*

§. Ea quoque res.

1 *Etiam res quæ non ſunt in rerum natura, ſed tamen futuræ ſperantur, legari poſſunt.*
2 *Rem legatam, quæ eſt in fuga quis perſequi debeat, & cuius ſumptibus hoc debeat fieri.*
3 *Quando partus, vel fructus naſcitur legantur an ſit conditionale legatum, ita quod, legatario decedente antequam fructus naſcantur non tranſmittat eos ad hæredem.*
4 *Si fructus legati non naſcantur eo anno, an legatum exſpiret.*

1 EX hoc §. notabitis, quod etiam res, quæ non ſunt in re-
rum natura, ſed tamen futuræ ſperantur, legati poſſunt.
Pro cuius intellectu diſtinguunt hic Doctores poſt gloſſam.

I. Aut

I. Aut res nõ eſt in rerum natura, nec ſperatur futura, vt Chimera homo mortuus, &c. & legari non poteſt, vt hic, & §. 1. inſt. de inutil. ſtipul. II. Aut non eſt in rerum natura, ſperatur tamen futura, vt fructus naſcituri ex tali fundo, fetus pecorum, &c. Et valet tale legatum, vt hic, & l. quod in rerum, ff. eod. 1. & l. etiam, ff. eod. III. Aut eſt dubium, an ſit in rerũ natura, & hæres cauere, debet ſe perſecuturum eam rem, & vbi natus fuerit, legatario reſtituturum, l. ſeruo legato, §. fin. ff. eod. j. Et circa poſterius membrum gl. in l. cum ſeruus, & ibi Do-
a ctores, ff. eod. 1. latius diſtinguunt, de re legata que eſt a in fu-
a ga, quis debeat eam perſequi, & cuius ſumptibus hoc modo. Aut res fuit in fuga tempore teſtamẽti, tunc labor perſequẽdi, ſumptus, & periculum ſpectant ad hæredem, d. leg. cum ſeruus. Aut eſt in fuga poſt teſtamentum, & ante mortẽ teſtatoris, tunc labor perſequendi ad hęredem ſpectat ſumptus verò, & periculum ad legatarium, d. leg ſi ſeruus, ff. eod. 1. Aut eſt in fuga poſt mortem teſtatoris, ſiue ante hæreditatẽ aditam, ſiue poſt, & tũc ipſe legatarius perſequitur ſuo ſumptu, & periculo, & hæres ſolum præſtat cautionem, quod ſi res ad eum perueniat velit legatario reſtituere. Niſi hæres fuit in culpa, nam tunc tenetur ad omnia l. cum res, §. itaq; ſi Sti-
3 chus, ff. eod. 1. Sed iam quæritur. Quando partus, vel fructus
b b naſcituri legantur, an ſit legatum c conditionale, ita quòd ſi
c legatarius decedat antequam fructus naſcantur non tranſmittat eos ad hæredes, iuxta l. legata ſub conditione, ff. de condit. & demonſtr. & l. vnica, §. ſin autem aliquid ſub conditione, Cod. de caducis tollendis. Et dicunt hic Plat. & Ang. quòd ſit conditionale legatum, quo ſcilicet ad natiuitatem obligationis, vt prius non oriatur actio, neque obligatio, iuxta l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. Non autem quo ad tranſmiſſionem. Licet enim legatarius interim moriatur tamen ad hæredem tale legatum tranſmittit. Quia habetur pro puro legato, tex. eſt in l. cum illud §. 1. ante fin. ff. quando dies, leg ced. Adde l. conditiones extrinſecus, ff. de condit. & de-
4 monſtrat. Si autem eo anno naſcatur fructus, an legatum expiret, vide Doct. hic, & omnino Baſt. in leg. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. verb. oblig.

ADDITIONES.

a *Cuius ſumptus fugitiuum ſeruum, aut fugitiuum animal perſequi oporteat, an hæredes, an legatarijs, & quid dicendum in cæteris legatis, ijſque, qui quid alteri facere tenentur, vide Iaſ. in d. l. cum ſeruus, 39. ff. de legat. 1.*

b *Futura cum legantur, neque obligatio, neque actio ſtatim oritur. Tranſmittitur, tamen legatum ad hæredem gl. in leg. Stichum, qui meus erit, de leg 3. l. item quia, ff. de pact.*

c *Futurorum fructuum, legatum conditionales, eſt ſi fructibus legatis adiectum eſt relatiuum, qui, vel qui, verbo futuri temporis, vt ſi quis leget fructus qui in fundo Tuſculano naſcentur, l. 1. ff. de cond. & demon. l. Stichum qui meus erit, ff. de l. 1. Quæ tamen conditio ſemel abſumitur, & de primis fructibus intelligitur l. boues, §. hoc ſermones ff de verb. ſignif. Secus fuerit, ſi fructus certi (puta, decem cadi, aut decem amphoræ vini) ex fundo Tuſculano relicti ſint. Tunc enim purum eſt legatum. Quid ſi ſimpliciter legati fructus naſcitur: Conditionale eſt legatum, d. l. 1. Duas exceptiones vide hic apud Angelum.*

§. Si eadem res.

1 *Legatum à teſtatore poteſt pluribus relinqui diuerſis modis, videlicet, aut coniunctim aut diſiunctim.*
2 *Alternatiue legatum quomodo fiat.*
3 *Coniunctim legari quid ſit & quotuplex ſit illa coniunctio.*
4 *Re tantum coniuncti, qui dicantur.*
5 *Verbis tantum coniuncti.*
6 *Mixtim, re, & verbis ſimul coniuncti.*
7 *Diſiuncti legatur dupliciter.*
8 *Legatum pluribus relictum, coniunctim re, & verbis ſimul, vel coniunctim verbis tantum, inter ipſos legatarios æqualiter diuiditur.*
9 *Portio vnius legatarij deficientis, ſeu repudiantis legatum ad collegatarium deuoluitur, & non ad hæredem trãſmittitur.*
10 *Legatum quot modis deficiat.*

1 AD intellectum huius §. præmittendum, quòd legatum à teſtatore poteſt pluribus relinqui diuerſis modis aliquãdo alternatiue, aliquando coniuncti, aliquando vero diſiunctim. Alternatiuè, legatum fit hoc modo, quando teſtator di-
2 cit, [Seio, aut Titio, vtri hæres volet, decem do lego] Hoc caſu legatarij duo re credendi, eſſe dicũtur, & quamdiu neutri data fuerint illa decem, vterque petere poteſt, per inde, atque ſi ipſi ſoli legata fuiſſent. Hæres autem vni ſoluendo liberatur ab vtroque, l. ſi Titio, aut Seio ff. de leg. 2. Et de hoc non agitur in §. noſtro.
3 Coniuncti verò, quando pluribus vna res æquis portionibus relinquitur. Eſtq; triplex coniunctio, ſec. Doct. hic, & in l. re coniuncti, poſt tex. ibi, ff. eod. 3. & in l. triplici, ff. de verb.
4 ſignific. I. Quidam dicuntur re coniuncti tantum, quando duobus, aut pluribus vna, & eadem res in ſpecie legatur, expreſſè non quidem in vna oratione ſed ſeparatim, veluti quando teſtator dicit; [Lego Titio fundum Tuſculanum. Item, Seiò eundem fundum Tuſculanum lego.] Hoc caſu ſolus rei legatæ complexus Titium, & Seium legatarios coniũgit non autem vna ſtructura verborum. Ideo re coniuncti tantum dicuntur, non verbis, ſed potius diſiuncti, ſeu ſeparati dicũtur, cum diuerſæ orationes teſtatoris eos diſiungant.
5 II. Quidam dicũtur, coniuncti verbis tantum, inter quos vna verborum ſtructura ſed oratione, eadẽ res legata diſtributa eſt. [Veluti: Titio, & Seio fundum Tuſculanum ęquis portionibus do lego.] Hos enim vnicus actus legandi, ſub vno verbo, Lego coniungit, ſed in re ipſa diſtinguuntur. Cũ diſtributio partium rei legatæ, in vna oratione, facta ſit. Ideo verbis
6 tantum coniuncti dicuntur. III. Quidam dicuntur mixtim, re, & verbi ſimul coniuncti quando in vna oratione, plurib. vna res legatur, partibus nõ aſſignatis, Veluti: (Titio, & Seio lego fundum Tuſculanum.) Hos rei, & nominis complexio coniungit: Titius enim, & Seius cõprehenduntur in vna oratione, & ideo verbis cõiuncti ſunt, & quia eadem res ipſis legatur, ſine diſtributione partium, etiam re cõiuncti dicũtur.
7 Diſiunctim autem legatur dupliciter. I. Quando legatarij ſunt omnino re & verbis diſiuncti. Veluti, quando teſtator dicit: (Lego Titio dimidiam partem fundi Tuſculani, & Seio lego alteram partem eiuſdem fundi Tuſculani.) Nam hi ſunt re diſiuncti, quia cuilibet ſeparatim, certa pars fundi legatur. Et quoque ſunt diſiuncti verbis, quia nõ ſub vna conceptione verborum legatum relictum eſt. Et in talibus diſiunctis non habet locum, quod hic dicitur de iure accreſcendi. Nec enim portio vnius legatarij deficientis, alteri accreſcit, ſecũdum gloſ. hic, in verbo, diſiunctim. II. ſunt diſiuncti quidem verbis, ſed non re, vt quando eadem res duobus in ſolidum legatur, in diuerſis orationibus, vt ſupra dictum eſt. Et de talibus diſiunctis loquitur, §. noſter ſecund. gloſ. hic ſuper dicto verbo diſiunctim.
8 His ſic præmiſſis duas ex textu noſtro notabitis regulas. Primam, Quod legatum pluribus relictum coniunctim, re, & verbis ſimul, vel coniunctim verbis tantum, inter ipſos legatarios ęqualiter diuidatur adde d. l. vnicam, §. vbi autem legatarij, C. de cad. tolendis. Et primis duobus caſibus ſtatim ab initio inter eos diuiditur legatum, ita quod in coniunctis verbis tantum, apparet expreſſa volũtas defuncti æquas partes dare volentis. In his autem, qui re, & verbis ſimul coniũguntur partes quidem etiam ab initio fiunt æquales non ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa, ſed ex poteſtate iuris præſumentis teſtatorem hoc voluiſſe, ſecundum gl. in l. ſi duobus §. fin. ff. eod. 1. in coniunctis vero re tantum, qui, & diſiuncti verbis dicuntur, ab initio non diuiditur legatum ſed tantum concurſu. Nam ab initio cuilibet in ſolidum legatur, ſed quando concurrunt ambo legatari, petentes diuidi legatum, tunc ſcinditur inter eos. Si vero vnus eorum repudiat legatum, alius habet in ſolidum, non quidem iure accreſcendi, ſed iure ſuo ſcilicet non diminuendi, vel per ius non decreſcendi. Ex quo oritur magna vtilitas. Si enim onus repudianti erat impoſitum, non tranſit ad collegatarium qui nullum lucrum ſentit ex perſona repudiantis, ſed ex ſuo proprio legato, vt declarat Iaſ. d. l. re coniuncti.
9 Secunda eſt regula, Quod portio a vnius legatarij defi-
a cientis, ſeu repudiantis legatum, ad collegatarium iſtis tribus modis coniunctum deuoluitur, & non ad hæredem tranſmittitur vt hic, adde text. in d. l. vnica, §. vbi autem, verſ. ſi vero pars, C. de caduc. tollendis. Et quando concurrunt coniũcti verbis, & re ſimul, cum coniunctis re tantum, vel verbis tantum tunc, præferuntur coniuncti re, & verbis ſimul, & deinde admittuntur ſimul, qui re tantum, & verbis tantum coniuncti ſunt ſecund. gl. ſupr. verb. vt ipſe, & Doct. in d. l. re coniuncti.

ADDITIO.

a *Portio deficiens, an alteri cum onere accreſcat, vide natum, 3. quæſt. 8.*

Digitized by Google

a cōiuncti poſt tex. ibi. *a* Dicitur autem, legatum deficere pluri-
bus modis. I. Quando legatarius ſpreuit legatum, tex. eſt hic.
II. Quando legatarius viuo teſtatore deceſſit, vt hic. Nam ſi
poſt mortem teſtatoris deceſſerit, non accreſcit ſua portio
collegatario ſed tranſmittitur ad ſuum hæredem, d. l. vnica,
§. cum igitur, iun. gl. ſup. verb. cedere. C. de cad. toll. III. Si le-
b gatarius non ſit in rerum natura, d. l. vnica, in §. 1. IV. Si *b* le-
gatum fuit relictum mihi, & poſthumo, qui deinde abortie-
tur, ſec. gl. hic, ſup. verbo, defecerit. Tandem notabitis ex tex-
tu quibus dicatur coniunctim, & disiunctim legatum reli-
ctum, Et de hac materia, vide Bart. & alios in ſede ordina-
ria, ſcilicet in d. l. re coniuncti, ff. de leg. 3.

ADDITIONES.

a *Et accreſcit collegatario. Alijs quibuſdam cauſibus deficit legatum ſed non accreſcit collegatario, vt ſi teſtator mihi, & ſeruo ſuo aliquid legauerit l. plane, §. coniunctim, ff. de leg. 1. Si mihi, & tibi res tua legata ſit, l. huiuſmodi §. ſi Titio ff. de leg. 1. Aut ſi mihi, & non capaci relictum ſit l. ſi. Titio, ff. de leg. 2.*

b *Quinto, ſi teſtator aliquid mihi, & ſuo heredi legauerit, l. plane, §. ſi duobus, ff. de leg. 1.*

§. Si cui fundus.

1 *Caſus huius. §.*

1 Titius, cum ei legatus eſſet fundus alienus, ignorās emit eius fundi proprietatem deducto vſufructu, poſtea mortuo vſufructuario, peruenit totus fundus ad legatarium, & vſufructus ex cauſa lucratiua. Ideo fuit quæſitum. (Nūquid ei liceat actione ex teſtamento totius fundi æſtimationem petere ab hærede:) Et determinat Imperator quòd totum fundum petere poſſit de rigore iuris, ſed quòd ex æquitate, & officio iudicis ſolum præſtatur æſtimatio nudæ proprietatis non autem vſufructus, ne duæ cauſæ lucratiuæ circa vſufructum ſimul concurrant, iuxta §. ſi res aliena, ſupr. eod.

§. Sed ſi rem legatarij.

1 *Legatario res propria legari non poteſt.*
2 *Quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt.*
3 *Quod ab initio non valet nec tractu temporis conualeſcit.*

1 Ex hoc §. notabitis, quòd legatario res propria *a* legari
a non poteſt, adeo, quod nec æſtimatio hoc caſu ab hærede
præſtanda veniat tex. eſt hic, & in d. l. proprias, cum ibi not.
2 C. eod. Eſtq; ratio. quia quod meum eſt, amplius meum fieri
non poteſt, vt hic, & §. ſit itaque, infra de action. Item proce-
b dit *b* hæc regula, etiam ſi poſt factum teſtamento res illa de-
ſierit eſſe legatarij. Nec enim propterea legatum reconuale-
3 ſcit quod ab initio non valebat, l. cetera §. 1. ff. de leg. 1. Quod
enim ab initio non valet, nec ex tractatu temporis cōfirma-
ri, vel conualeſcere poteſt d. l. cetera, §. 1. & c. non firmatur, de
reg. iur. in 6. Hanc tamen regulam limitate non procedere,
c ſec. Plat. hic poſt gl. in d. l. proprias. I. Rationes *c* iuris quod te-
ſtator habeat in re, vel alius quidam. Nam tunc teſtator vi-
detur legare illud ius, quod legatario, & ſic domino rei de-
eſt, l. ſi domus, § ſi. ff. eod. Vnde ſi res mea quam alteri oppi-
gnoraui, mihi legata fuerit hęres tenetur ad redimendā eam,
l. ſi tibi homo, in prin. ff. eo. II. Quando res ſub conditione le-
gata eſt, & tempore conditionis exſtantis non ſit ipſius lega-
tarij, d. l. cetera, § 1. ff. eod. III. Si poſt factum teſtamentum
cęperit res mea eſſe cauſa oneroſa Nam tunc ęſtimationem
hæres ſoluere cogitur, d. §. ſi res aliena, ſup. eod.

ADDITIONES.

a *Poteſt tamen ei legari liberatio, l. 1 ff. de lib. leg. Quia in ſpecie res etiā aliena intelligitur ei legari, cū liberatio eius nō fuerit.*

b *Videtur tamen ei obſtare, l. 1. ff. de regula Catoniana. An ibi res alienata fuit viuo teſtatore? an potius ante conditionis euentum.*

c *Hoc enim caſu legatum poteſt eſſe vtile legatario. leg. ſi tibi homo §. 1. ff. de l. 1. Adde Alium caſum ex. Soc. reg. 223.*

§. Si quis rem ſuam.

1 *Si quis legauit rem propriam, credens eſſe alienam valet legatum.*
2 *Veritas præualet opinioni.*
3 *Error communis facit ius.*

1 Si quis legauit rem propriam, credens eam eſſe alienam, valet legatum, nec propter errorem teſtator vitiatur. Ve-
2 ritas enim præualet opinioni, vt hic. Quod eſt verum, quan-
a do veritas concurrit, cum opinione *a* ſingulari, vt hic, & l. re-
gula §. qui ignorauit, ff. de iuris, & facti ignor. Vt quando
emerem ab eo, quem puto nō eſſe dominum, dum ſit domi-
nus, transfertur dominium in me. Secus ſi ſit opinio vniuer-
3 ſalis quia illa ſemper præualet veritati. Cum error commu-
nis faciat ius, l. Barbarius, ff. de offic. Pret.

ADDITIO.

a *Opinio non ſingularis, ſed vniuerſalis præualet veritati. Add. 3 queſt. 7 cap. tria.*

§. Si rem ſuam.

1 *An teſtator qui alicui in teſtamento legauit fundum videatur ademiſſe, & reuocaſſe legatum, ſi poſtea eundem fundum alienat.*
2 *Quid iuris, ſi teſtator rem legatam alienat donando.*
3 *Nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit.*
4 *Quid iuris ſi teſtator alienat rem legata vendendo, vel alio modo, quam per donationem.*
5 *Quid iuris ſi res legata pignore obligata ſit à teſtatore, & n. 8.*
6 *Quare in venditione, attendatur, an ex neceſſitate, aut voluntate res ſit alienata, & non in oppignoratione.*
7 *Oppignoratio eſt ſpecies alienationis.*

1 Pro intellectu huius § quæritur, an teſtator, qui alicui in
teſtamento legauit fundum, videatur ademiſſe, & reuo-
a caſſe legatum, ſi poſtea eundem fundum legatum *a* aliena-
b uit. Et diſtinguitur poſt tex. hic tres *b* caſus principales. Primus
2 aut teſtator donando rem legatam alienat, & omnino extin-
guitur legatum, nec attenditur diſtinctio, an neceſſitate rei
familiaris vel ex mera volūtate donauit. Nemo enim in ne-
3 ceſſitatibus liberalis exiſtit, vt eſt text. in l. rem legatam, ff. de
adim. leg. Et adeo per donationem legatum ademptum in-
telligitur, vt non attendatur an donatio de iure teneat, nec
ne. Veluti, ſi pater legauit filiæ hortum inſtructum, & poſtea
quædam ex mancipijs horti vxori donauit, minuiſſe filiæ le-
gatum pater intelligitur licet donatio inter maritum, & vxo-
rem. conſtante matrimonio non valeat, l. legatum ſupr. con-
ditione, §. præter. ff. de adim. leg. Nec etiam tale legatum, re-
conualeſcit, ſi poſtea propter ingratitudinem, vel aliam cau-
ſam teſtator donationem reuocauerit, niſi contraria volun-
tas teſtatoris probetur. l. cum ſeruus, ff. de adim. leg.
4 Secundus aut teſtator alienat rem legatam vendendo, vel
alio modo, quàm, per donationem. Et iſto caſu diſtinguitur
poſt tex. in d. l. rem legatam, per gl. & Doct. in l. 3. ſuper verb.
c dedit, C. eod. Aut ſponte *c* alienatur res per teſtatorem, nul-
la neceſſitate cogente, & intelligitur legatum eſſe reuoca-
tum, per text. in d. l. rem legatam, & in l. fideicommiſſa, §. ſi
rem, ff. de leg. 3. Necque hoc caſu reconualeſcit legatum ſe-
mel exſtinctum, per redemptionem alienatę, d. l. cum ſeruus.
d Quod eſt verum I. Niſi legatarius *d* probet, non fuiſſe volū-
tatem, & animum defuncti adimendi legatum. Nam iſto
caſu onus probandi legatario incumbit, ſecundum gloſ. in d.
l. fideicommiſſa, §. ſi rem ſuper verb. exigendam. II. Limita-
tur procedere, quando res ſimpliciter eſt legata; ſecus ſi al-
ternatiue res, aut eius æſtimatio legata eſt. Nam tunc per
voluntariam alienationem non reuocatur legatum, quia
eius æſtimatio debetur, ſec. Salic. Paul. de Caſt. & Iaſ. in d. l. 3.
C. eod. III. Quando teſtator legauit pecuniam, & deinde ex
ea emit rem, tenet legatum in re empta, quaſi res ſuccedat
loco pretij, ſecundum Plat. hic, per leg. pater, ff. de adimen.
e legat. Aut teſtator vrgente *e* neceſſitate rem legatam *f*
f alienauit, vel quia res erat peritura tempore, tunc in dubio
non

ADDITIONES.

a *Legatum extinguitur per rei legatæ alienationem, l. fideicommiſſa, § ſi rem ff. de leg. 3.*

b *Primus eſt de donatione, ſecundus, de venditione, tertius de obligatione, ſeu hypotheca.*

c *Vendens vltro, ſine vlla neceſſitate rem legatam teſtator, videtur eam legatario ademiſſe, l. rem legatam, ff. de adim. leg.*

d *Per coniecturas, & indicia, l. fideicommiſſa, §. ſi rem vbi gloſ. ff. de legat. 3.*

e *Res familiaris vel ſimili.*

f *Ex eo colligunt domino in iudicio interueniente, vltro preſente procuratore, procuratorem intelligi reuocaſſe: ſecus ſi neceſſitate cogente iudicio interuenerit, cap. ſi quem de procur. in 6.*

non videtur legatum reuocatum, ſed hæres rem alienatam
redimere tenetur, niſi probet animo adimendi rem legatam
à teſtatore eſſe alienatam, tex. eſt hic, & in d. l. fideicommiſſa,
§. ſi rem. Et probabit hoc hęres per indicia, & coniecturas, vt
docet hic Plat. Quod etiam limitatur procedere in legato pu
ro, ſecus in conditionali. Veluti: [Si mea erit cum moriar.]
Nam tunc per alienationem etiam neceſſariam, legatum ex-
tinguitur. ſec. Doct. in d. l. 3. C. eod.
5 Tertius, aut res *a* legata *b* poſtea pignori obligata eſt, & tūc
a quoque indiſtinctè dicendum eſt, ſiue ex neceſſitate, ſiue vo-
b luntarie fuerit res oppignerata, non eſſe reuocatum legatū,
6 ſed hæres rem oppigneratam luere tenetur. text. eſt hic & in
d. l. 3. Cod. eod. Sed quæritur de ratione diuerſitatis, quare in
vēditione attendatur illa diſtinctio, an ea neceſſitate, vel vo-
7 luntate res ſit alienata: & nō in oppigneratione cum tamen
oppigneratio quoque ſit ſpecies alienationis, l. fin. C. de rebus
alienis non alienandis. Et aſſignantur duæ ratione. I. Quod
oppigneratio non ſit tanta alienatio, ſicut eſt in venditione,
vbi venditor dominus, transfert ius, & omne dominium in
emptorē. Sed in oppigneratione dominium manet penes do-
minū, licet ius hypothecę in creditorem transferatur. II. Na-
tura vēditionis eſt, vt res vēdita perpetuò maneat penes em-
ptorem, & nō reuertatur ad teſtatorem vendentem. Sed na-
tura oppignerationis eſt, quòd redimatur, & reuertatur ad
teſtatorem, ſec. Iaſ. & alios in d. l. 3. C. eo. Qui ex hac ratione
inferunt pulchram limitationem ad iſtam concluſionem, vt
non habeat locum, quando teſtator rem legatam oppignera-
8 uit, pro tanta, vel maiori ſumma, quā valeat. Veriſimile enim
eſt, quòd tunc voluit redimere, & ideo legatum intelligitur
reuocatum, quia perinde eſt, ac ſi penitus alienaſſet, vt nota-
tur per Bart. in l. qui habebat, ff. de leg. 3. Quod Paul. de Caſtr.
& Iaſ. in d. l. 3. ſublimitant, niſi quis oppigneraret rē, quæ fuit
ſuorum maiorum. Licet enim obligauerit illam pro maiori
ſumma quam valeat, tamen eſt veriſimile, quòd eā propter
affectionem voluerit redimere, argum. l. ſi in emptionem, ff.
de min. Hæres igitur tenetur luere rem legatam à teſtatore
oppigneratam, d. l. 3. C. eo. Et de hac materia videte per Bart.
& Doct. in d. l. rem legatam, & in d. l. 3. C. eod.

ADDITIONES.

a *Quid ſi quis creditori ſuo leget pignus? Valet legatum, & cōſe-
quitur creditor rem, & petit debitum, niſi conſtet debitorem
animo compenſandi legare voluiſſe, l. creditorem, ff. de leg. 2.*
b *Quid ſi res donata mortis cauſa obligetur per donatorem? Vi-
de l. cum hic ſtatus, § ſi maritus, ff. de don. inter vir. & uxor.*

§. Si quis debitoris.

1 *Creditor poteſt legare debitori id, quod debet.*
2 *Liberatio quatuor modis legari poteſt.*
3 *Diuerſa legata ſunt iſta, videlicet,* Nolo hæredem meum
petere: & Damno hæredem ne exerceat actiones.
4 *Non tantū perpetua, ſed & temporalis liberatio legari poteſt.*
5 *Non ſolum ipſi debitori prodeſt liberatio legata; ſed etiam
ipſius hæredibus, & fideiuſſoribus niſi ſit perſonale legatum.*
6 *Debitor, cui liberatio legata eſt, habet exceptionem, non ſo-
lum contra hæredem teſtatoris, exigentem ab eo debitum,
ſed etiam actionem contra hæredem, vt eum per acceptila-
tionem plenè liberet.*
7 *Legatum liberationis quando locum habeat.*

1 CONtinet hic §. materiam tituli in ff. de liberatione lega-
ta. Et primo notabitis, quod creditor poteſt legare de-
bitori id, quod debet, vt hic, & l. 1. ff. eo. ſiue ſit debitor in diē,
ſiue ſub coditione, l. idem eſt, ff. eod. Nec refert, an noſtro, vel
cuiuſcumq; alterius debitori liberationem legemus, leg. non
2 ſolum noſtrum, ff. eod. Et poteſt liberatio quatuor modis le-
gari, ſec. gl. hic, additis his, quæ notantur per Bar. in l. 3. ff. eo.
I. Quando teſtator dicit; [Tale debitum peti nolo, vel debito-
ri remitto actionem, tunc liberatur debitor ab omni debito.
II. Quando debitor geſſit negotium teſtatoris, quia forte fuit
tutor, curator, vel procurator, & teſtator dicit: [Rationes ab
illo exigi nolo,] tunc debitor liberatur ab omni debito, præ-
terquam ab eo, quod penes ſe habet, & eſt ipſius teſtatoris,
vel ab eo, quod dolo fecit, l. ſi quis rationes, ff. eo. Quia in du-
bio non videtur dolus remiſſus, vnde tenebitur groſſo modo,
ſec. Fab. hic, reddere rationem, omiſſa ſcrupuloſa inquiſitio-
3 ne, l. ſi ſeruus vetitus, ff. eod. III. Damnando hæredem ne exer
ceat actiones. Et quòd ſint diuerſa legata, videlicet: [Nolo hę-
a redem meum petere; & Damno hæredem ne exerceat *a* a-
ctiones:] pulchre declarat hic Fab. num. 1. IV. Liberatio relin-
quitur per teſtatorem, quandò dicit [Lego chirographum
debiti, d. l. 3. & ibi Bart. ff. eo. Addite V. modum quando, ſ. cre-
ditor oppigneratam rem à debitore, ei legat, l. 3. ff. eod.
4 Secundo ex §. noſtro notabitis I. Quod teſtator non tātum
perpetuam, ſed etiam temporalem liberationem legare po-
teſt, videlicet, vt infra certum tempus debitum nō exigatur.
Et tunc pro eo tempore nō poteſt peti, nec vſura, nec pœna.
Nam vbi nulla eſt petitio, ibi nulla mora eſt, & ſi debitor de-
ceſſerit, neque ab ipſius hærede peti poteſt infra illud tēpus,
d. l. non ſolum noſtrum, §. 1 iunct. gl. ff. eod. II. Quod non ſo-
5 lum ipſi debitori tale legatum prodeſt, ſed etiam ipſius hęre-
dibus, & fideiuſſoribus, l. ſi quis in teſtamento, & l. ſi quis reū
in prin. ff. eo. Niſi ſit perſonale legatum, tunc enim debitoris
6 perſonam non egreditur, l. 2. & l. Aurelio, in princ. ff. eod. III.
Quod debitor nedum habeat exceptionem contra hæredem
teſtatoris, exigentem ab eo debitum, cuius liberatio ei relicta
eſt: verum etiam actionem contra hæredem, vt eum per ac-
ceptilationem plenè liberet. Quod eſt verum, ſi debitor eſt
b ſolus, ſi vero habeat correum *b* debendi, cui teſtator libera-
tionem commodare non voluit (id quod, ſi aliud non appa-
ret, de iure præſumitur, ſec. gl. in d. l. 3 §. nunc de effectu, ſu-
per verbo, mihi, ff. eod.) agendo non conſequitur legatarius,
vt per acceptilationem, ne etiam correus, contra teſtatoris
voluntatem, ſimul liberetur. Igitur hoc caſu tantum per pa-
ctum perſonale liberabitur, d. l. 3. §. nunc de effectu, & d. l. ſi
quis reum, ff. eo. De quo vide Bart. in l. ex duobus, ff. de duo-
bus reis ſtipul. & Ang. hic, num. 2. verſ. Nota bene in practi-
ca. Porro prædicta locum habent, quando debitum non eſt
exactum à debitore, viuente teſtatore. Si enim ſolutum fue-
rit teſtatore viuo, legatum euaneſcit, l. non ſolum autem, §.
liberatio, ff. eod. Secus ſi poſt mortem creditoris hæres præ-
occupauerit, & debitum exegerit, l. ſi id, quod, ff. eod.

ADDITIONES.

a *Vtile eſt autem eo caſu legatum ſi teſtator iuſtam cauſam agē-
di habuit: alias nihil videtur legatum, l. petitor, ff. de lib. leg.*
b *Liberato vno ex correis debendi, alter liberatus non intelligi-
tur niſi ſint ſocij vel niſi interſint paciſcentis liberationem, §.
nunc de effectu, ff. de lib. leg. ſi duo, ff. de arb. vide Capel. To-
loſ. quæſt. 263.*

§. Ex contrario.

1 *An, & quando legatum id, quo debitor legat creditori rem,
quam ei debet, valeat.*
2 *Quando actus eſt perfectus, non vitiatur per hoc, quod poſtea
venit in eum caſum à quo incipere non poteſt.*
3 *Quando legatū debiti, factum creditori, afferat ei vtilitatem.*

1 NOtabitis, ex hoc, §. quod ſi debitor legat *a* creditori id,
a quod ei debet, legatum non valet. Quod eſt verum, niſi
aliquam vtilitatem, aut cōmodum tale legatum afferre poſ-
ſit, vt quia debitor erat tutus exceptione aduerſus creditorē,
ſi is debitor legat creditori hoc, quod debet, valet legatū quia
videtur remittere exceptionem, l. ſi creditor in fi. ff. eod. Idem
quando debitor purè legat, quod in diem, vel ſub conditione
debitum erat, valet tale legatum, etiamſi viuo teſtatore, vel
dies venerit, vel conditio extiterit. Nec obſtat, quod venit in
eam cauſam legatum, à qua non poteſt incipere, Quia quan-
2 do actus eſt perfectus, non vitiatur per hoc quòd poſtea ve-
nit in eum caſum, à quo incipere non poteſt. Et quia ab ini-
tio valuit tale legatum, adhuc manet firmum. Ita eſt text. hic,
& de hoc dubio videte Bart. in l. pluribus, §. etſi placeat, ff. de
verb. oblig. Dinus in c. factum legitimè, de reg. iur. in 6. Faber
hic. nu. 3. & Ang. nu. 3. Valet igitur legatum debiti creditori
3 factum, quando ei affert vtilitatem. Et hoc pluribus fit mo-
dis. Vt quando plus re, tempore, loco, & cauſa legatum eſt, §.
plus autem, infra de act. Sed videtur hodie dicendum, quod
b legatum debiti *b* regulariter afferat vtilitatem, & ita valeat,
c non ſolum quod ad hypotecam, ſed *c* etiam quo ad transla-
tionem dominij quando in ſpecie aliquid debetur, & illud
poſtea legatur, licet gloſ. hic contrarium ſentiat, & male, ſec.
Bart. in l. ſi creditor, ff. eod. De quo vide latius hic Plat. ante
fin. §. noſtri, & Fab. nu. 1. Ang. num. 2. ante fin.

§. Sed

ADDITIONES.

a *Legatum à debitore creditori factum non valet, vt hic, §.
creditori, §. Marcel. ff. de leg. 1. Cuius ſententia 7. excepr.
apud Soc. reg. 220.*
b *Etiam puri.*
c *L. 3. § ſi rem, ff. de l. 3. Et ſic plures habet actiones.*

§. Sed vxori.

1 *De iure communi, dos ſoluto matrimonio reuertitur ad vxorem, aut ad patrem dotantem, niſi pactum de lucranda dote interuenerit.*
2 *Secus de iure Saxonico, quo maritus ſtatim celebratis nuptijs lucratur dotem.*
3 *Legatum dotis, a marito vxori factum valet.*
4 *Omne legatum, ex quo legatarius percipit aliquod commodum, valet.*
5 *Plenius eſt legatum dotis, quam actio de dote.*
6 *Hodie dos conſiſtens in rebus mobilibus, ſoluto matrimonio poſt annum primum reſtituitur: ſecus ſi in immobilibus, nam tunc ſtatim etiam reſtitui debet.*
7 *Si legata fuerit dos illico debetur.*
8 *Maritus nomine dotis conuentus, non in plus condemnatur, quam facere poteſt, quod idem, & in eius matrimonij filijs obtinet.*
9 *Legatum in ſolidum præſtatur excepta ſolum Falcidia.*
10 *Si quæ pacta in præiudicium vxoris circa reſtitutionem dotis appoſita fuerunt, dote prælegata tolluntur.*
11 *Legatum dotis vxori factum valet, etiam ſi maritus nullam omnino dotem, aut minorem acceperit: modo certa quantitas expreſſa ſit, aut certum corpus nominatum, vel ſi dos appareat ex relatione ad dotale inſtrumentum facta.*
12 *Valet legatum dotis licet maritus confeſſus ſit ſe tantam recepiſſe dotem, quam tamen non accepit.*
13 *Legatum non vitiatur adiectione falſæ cauſæ.*
14 *Si in legato dotis nulla certa quantitas fuerit expreſſa, tunc propter incertitudinem tale legatum eſt inutile, niſi mulier, quid dotis nomine marito fuerit numeratum, legitimis documentis probauerit.*
15 *Si pater filiæ legat dotem, non expreſſa certa quantitate, tunc non euaneſcit tale legatum.*
16 *Pater ex diſpoſitione legis obligatus eſt ad dotandam filiam.*
17 *Dos filia prælegata non eſt ſoluenda antequam nubat. Sicut nec fratres, qui aliquando de bonis feudalibus ſorores dotare tenentur: dotem conſtituere, vel dare non tenentur, niſi cum nubant.*
18 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
19 *Quando mulier dotem promiſit, ſed nondum dedit, & maritus decedens ei dotem prælegauit, mulier nihil amplius, quam liberationem conſequitur.*

1 AD intellectum huius §. qui continet materiam tituli, ff.
de dote prælata, præmittendum, quod de iure commoni dos ſoluto matrimonio reuertitur ad vxorem, ſeu patrem
dotantem, leg. 2. ff. ſol. matrim. niſi pactum de lucranda dote
interuenerit, de quo loquitur tit in C. de pact. conuen. Licet
ſecus ſit de iur. Sax. quo maritus, ſtatim celebratis nuptijs, lu-
2 cratur dotem, art. 31 Landrecht, & art. 27. iunct. gl. lib. 1. Ideo
fuit dubitatum, cum de iure communi dos poſt mortē mariti ſit vxori reſtituenda, & maritus de reſtituenda dote ſit
a debitor vxoris, an valeat tale *a* legatum *b* dotis factum à ma-
b rito? videtur dicendum, quod non, cum res propria legatarij
legari non poſſit, & debitor non poſſit creditore legare id,
quod ei debet, vt ex ſupradictis conſtat. Contrarium tamen
3 dicitur hic per Imperatorem, quod tale legatum valeat. Eſt-
4 quæ ratio, quia omne legatum, ex quo legatarius ſumit aliquod commodum, valet, vt in præcedenti, §. dictum eſt. Sed
5 ex tali legato dotis vxor ſentit commodum Ergo valet. Plenius enim eſt legatum, quam de dote actio, tex. eſt hic, quem
6 pulch. è declarat gl. Quia hodie dos, conſiſtens in rebus mobilibus ſoluto matrimonio poſt annum primum reſtituitur,
ſecus ſi in immobilibus, nam tunc ſtatim etiam reſtitui debet, l. vnica, §. ex actione, C. de rei vxoriæ act. de quo in §. fuerat, infra de actio dicemt. Sed ſi legata fuerit dos, illicò debetur, cum legati dominium ſtatim á die mortis teſtatoris tranſeat in legatarium, d. l. à Titio, ff. de furtis.
8 Secundo, maritus nomine dotis conuenitus, non in plus
quam facere poteſt condemnatur, l. maritum, cum l ſeq. ff ſoluto matrimonio. Quod quidem, & in eius matrimonijs filijs
obtinet, ſecundum gl. in d. l. maritum, & eſt text. in l. etiam filio, ff. ſoluto matrimonio. Habita in vtroque caſu ratione, ne
9 reſtituens dotem, rei familias indigentia priuetur. Legatum
autem in ſolidum præſtatur, excepta ſola Falcidia, quæ de
commodo repræſentationis, non etiam de ipſa dote detrahi
poteſt, de quo gl in l 1. §. idem quærit ſi dos, ſuper verbo, conſecuturam, ff. de dot. præleg.
10 Tertio, ſi quæ pacta in præiudicium vxoris, circa reſtitutionem dotis, appoſita fuerint, dote prælegata tolluntur, l. 1. ff.
11 de dote præleg. Et hoc legati genus valet, etiamſi maritus nullam omninò dotem, aut minorem acceperit, modo certa
quantitas expreſſa ſit. Veluti, ſi centum, quæ in dote habui,
aut certum tempus nominatum ſit, vt fundus, qui mihi nomine dotis datus eſt; Vel ſi dos appareat ex relatione ad do-
12 tale inſtrumentum facta. Nam tale legatum valet, licet maritus tantum confeſſus ſit ſe recepiſſe dotem, quam tamen
13 non accepit, l. cum ſcriptum, ff. de dote prælegata. Nec vitiatur legatum adiectione falſæ cauſæ, l. demonſtratio, ff. de conditione & demonſtratione, & l. 2. C. de falſa cauſa adiect. Secus autem, ſi non fuerit certa quantitas expreſſa in legato
14 dotis. Veluti ſi dicat maritus; [Lego vxori dotem, quam ab
ea accepi.] Tale legatum propter incertitudinem eſt inutile, niſi mulier legitimis documentis probauerit, nomine do-
15 tis marito quid numeratum eſſe, text. eſt hic, & Cod. de falſa
c cauſa adiecta. Aliud eſt dicendum, quando pater filiæ legauit
dotem, non expreſſa certa quantitate: nam tunc non euaneſcit tale legatum, cum ex dignitate natalium, pro modo facultatum, ac numero liberorum patris teſtantis arbitratu boni viri dos conſtitui poteſt, & debet, l. cum poſt, §. gener à ſocero, & l. quæro, ff de iure dotium, & l. ſi filię, ff, de legatis ter
16 tio. Quia pater ex diſpoſitione legis obligatus eſt ad filiam
dotandam, l. fin. Cod. de dot. promiſſ. & l. qui liberos, ff. de ritu
17 nuptiar. Quo caſu tamen iterum notandum eſt, quod dos filiæ legata, antequam nubat non eſt ſoluenda, ſicut nec fratres, qui de bonis feudalibus aliquando ſorores dotare tenē-
d tur, *d* vt in d. §. fuerat, infr. de action. dicetur, dotem conſti-
18 tuere, vel dare non tenetur, niſi cum nubunt. Quia dos ſine
matrimonio eſſe non poteſt, l. 3 ff. de iore dot.
19 Vltimo circa finem, §. notabitis, quod quando mulier dotem promiſit, ſed nondum dedit, & maritus decedens ei dotem prælegauit, quod mulier nihil amplius, quàm liberationem conſequitur, d. l. 1 §. adeò, ff. de dote prælegata.

ADDITIONES.

a *Dotis prælegatum vxori à marito factum, an valeat, vide apud Craſſum lib. Senten. §. legatum, q. 42.*
b *Poteſt hoc caſu etiam vxor eligere actionem dotis, ſpreta legati actione.*
c *Imo, incerta dotis promiſſio valet, l. ita ſtipulatus, l. triticum, ff. de verbor. oblig l. ſi domus, ff. de leg. 1. Vide Baldum Nouellum tract de dote, p 6. priuil. 11.*
d *Ergo ſtante filia moriatur, nihil hoc nomine videtur ad hæredes ſuos, vt ſorores tranſmittere.*

§. Si res legata.

1 *Quando res legata, antequam ad legatarium perueniat perit ad quem periculum, ſeu interitus res ſpectet.*
2 *Res regulariter perit ipſi domino.*
3 *Statim a die mortis teſtatoris dominiū rei legatæ ad ipſum legatarium tranſit, quando ſcilicet certa ſpecies legata eſt, ſecus ſi in genere, vel quantitate aliquid relictum fuerit.*
4 *Genus perire non poteſt.*
5 *Si duo fecerunt pacem, & ſub pœna inuicem promiſerunt de non ſe offendendo, ſi poſtea vnus ex illis bannatur, & alter eum offendat ex permiſſione ſtatuti, non idcirco dicitur ab eo pax rupta.*
6 *In clericum violentas manus iniciens ſtatim anathematis vinculo ſubiectus eſt, limitatur tamen ſi quis ex cauſa offendat clericum.*
7 *Quod permittente lege fit pœnam non meretur.*
8 *Ad quid hæres teneatur.*
9 *Si teſtator alteri legauerit ſeruum alienum, & is poſtea ſine facto hæredis fuerit manumiſſus, an hæres teneatur ad eius æſtimationem.*
10 *Quid iuris quando ſeruus ipſius hæredis legatus eſt, & poſtea manumittitur ab herede, vel ab alio, qui eum ab herede accepit.*

1 PRo declaratione huius, §. primo quæri poteſt; Quando
res legata perit antequam ad legatarium perueniat, ad
quem periculum, ſeu interitus rei pertineat? Et determinat
hic Imperator, quòd ad ipſum legatarium ſpectet, & hæres
ſit liberatus, adeo, quod nec ad æſtimationem rei teneatur,
vt hic, & l cum res, §. fi. ff. eod. 1. & l. ſi ex legati, ff. de verborū
2 obligat. Et poteſt ratio aſſignari; quia res regulariter perit
ipſi

3 ipſi domino, l. pignus, C. de pignor. actio. Sed ſtatim *a* à die
a mortis teſtatoris, dominium rei legatæ ad ipſum legatarium
tranſit vulgata l. à Titio in fi. ff de furtis. Ergo, &c. Hanc ta-
men concluſionem limitate procedere. I. Quando certa ſpe-
cies legata eſt: ſecus ſi aliquid in genere, vel quantitate reli-
ctum fuerit. Nam tunc dominium rei legatæ, ante traditio-
nem nō ſic tranſit ad legatarium, & ideo ſpectat periculum
ad ipſum hæredem, ſec. gloſ. in §. quantitas, ſuper verb. ſolida,
4 infr. de l. Falc. Quia genus petire non poteſt, l. incendium, C.
ſi certum petat. II. Limitatur procedere, quādo interitus rei
contigit ſine facto hæredis. Si enim hæres fuerit in mora
ſoluendi legatum tenebitur ad æſtimationem rei legatæ, poſt
moram interemptæ, d. l. cum res, §. ſi & d. l. ſi ex legati, & l. ſi
ſeruum, ff. de verb. oblig. Idem quando ipſius culpa res perit,
vt quia ſine cauſa occidit ſeruum, vel animal legatum, d. l. ſi
ſeruum. Secus ſi ex iuſta cauſa, ſec. gl. hic, ſuper verb. ſine fa-
cto, per tex in l. quid ergo ſi maiorem, §. ſi hæres, ff. eod. Ex
5 quo Doctores hic determinant quæſtionem. Pone, Duo fe-
cerunt pacem, & ſub pęna inuicem promiſerunt de non ſe
offendendo. Si poſtea vnus ex illis banniatur, & alter eum
offendat ex permiſſione ſtatuti, non propterea dicitur ab eo
6 pax rupta. De quo poſt alios vide hic Porc. qui deducit hoc
ad Clericum, violentas enim manus iniiciens in Clericum,
ſtatim anathematis vinculo ſubiectus eſt, c. ſi quis ſuadente,
17. q. 4. Hoc dicit Porc. non procedere, quando quis ex cauſa
7 offendit Clericum, forte repertū in adulterio vxoris. Quod
enim permittente lege fit pęnam non meretur, vulgata leg
8 Gracchus, C. ad l. Iuliam de adult. Et circa gl. hic, ſuper verb.
ſine facto notabitis communem diſtinctionem Doctorum,
in illa quæſtione, (Ad quid hæres teneatur?) Aut enim adi-
tio hæreditatis facta eſt propter hæredem, quia ipſe percipit
magnam vtilitatem, legatarius verò paruam, & tunc hæres
tenetur de dolo, lata, leui, & leuiſſima culpa. Aut legatarij
percipiunt maiorem vtilitatem, quam hæres, & ſolum do-
lus, & lata culpa præſtatur. Aut æqualem percipiunt vtilita-
tem, tunc etiam leuis, non autem leuiſſima culpa præſtanda
venit, vt in contractibus, qui gratia vtriuſque celebrantur.
De quo latius vide Bart. & alios in d. l. cum res, §. culpa, ff. eo.
& Ang. hic, verſ. eadem gl.
9 Secundo principaliter ex hoc §. notabitis, quod ſi teſtator
alteri legauerit ſeruum alienum, & is poſtea ſine facto hære-
dis fuerit manumiſſus, hæres non tenetur ad eius æſtimatio-
nem. Quia iſto caſu manumiſſus mortuo ſimilis eſt, ſecundū
b gl. hic ſuper verb. manumiſſus. Secus ſi hęres fuerit *b* in mora
c emendi. Idem quando *c* non denunciauit domino ſerui, cum
legatum eſſe, de quo latius vide gl. hic, ſuper verb. ſine facto.
10 Tertio quando ſeruus ipſius hæredis legatus eſt, & poſtea
manumittitur ab hærede, vel ab alio qui eum ab hærede ac-
d cepit: manumiſſio quidem tenet, hæres *d* vero ad æſtimatio-
nem ſerui præſtandam legatario tenetur, vt hic, ad d. l. ſi quis
inquilinn, §. 1 ff. eod. 1.

ADDITIONES.

a *Legata res dominium à teſtatoris morte recta via in legata-*
rium tranſit l. a Titio, ff. de furt. vbi interpretes, & in l. cū pater,
§ ſu do ff. de legat. 1. gl. & Bart. in l. ſi quis ita, ff. de cond. inſt.
cuius regula vide quatuor exceptiones apud Socin. regula 421.
b *L. ſi ſeruum, § ſi autem alienus, ff. de verb. oblig.*
c *L. cum res, § ſed et ſi alienus, ff. de leg. 1.*
d *Tametſi ignorauit ſuum ſeruum legatum fuiſſe. Et ſic eo caſu*
non prodeſt heredi ignorantia ſua tametſi iuſta, leg. qui in al-
terius, ff. de regulis iuris.

§. Si quis ancillas.

1 *Quādo plures res ſimul legantur, & vna ex eis perit, an etiam*
legatum alterius rei intelligatur exſtinctum.
2 *Si ſimul legantur res plures, quarum vna non eſt neceſſaria*
alterius, vna re perempta, altera nihilominus debetur.
3 *Partus non eſt in fructu, neque acceſſorius, propter dignita-*
tem humanæ naturæ.
4 *Homo eſt digniſſima creatura, & ad imaginem Dei condita.*
5 *De iure communi nemo in fronte, vel facie propter delictum*
ſignari debet, ſecus de iure Saxonico.
6 *Partus in vtero matris exiſtens, portio eſt viſcerum matris.*
7 *Si quis conduxit nauem mercede conſtituta pro ſingulis capi-*
tibus, non debetur merces pro partu exiſtente in vtero ma-
tris.
8 *Si ſtatuto caueatur, quod pro quocunq; lupo capto ſeu præſen-*
tato, debeatur certa quantitas pecuniæ, vel frumenti, non
debetur aliquid pro catulis exiſtentibus in ventre lupæ præ-
gnantis.
9 *In rebus, quarum vna alteri accedit, exſtincto legato quo ad*
rem principalem, exſtinguitur quoque legatum quo ad res
acceſſorias.
10 *Differunt legatum per dictionem, Cum: & legatum per copu-*
lam, Et.
11 *Si legatur fundus, & inſtrumentum, aut fundus inſtructus,*
aut fundus, vt inſtructus eſt, quid iuris his tribus caſibus.
12 *Quid ſit, ſi fundus cum inſtrumento legatur.*

POteſt hic §. ad præcedentem propter commodiorem in-
tellectum hoc modo continuari. Dictum eſt ſup. interitu
1 rei legatæ hæredem liberari: ſed quando plures res ſimul le-
gantur, & vna ex eis pereat, maius eſt dubium, an etiā lega-
tum alterius rei intelligatur exſtinctū. Et Imperator in effe-
2 ctu diſtinguit inter res legatas. Quędam enim res ſunt, qua-
rum vna nō accedit alteri, neq; eſt alteri acceſſoria. Et quādo
tales res ſimul legantur, ſiue per copulam Cum, ſiue per Et,
a vna re perempta, altera nihilominus *a* debetur. Vnde ſi ancil-
la fuerit legata cum nato, mortua ea, nihilominus debetur
natus, quia intelliguntur duæ res principales legatæ. Partus
3 enim *b* non eſt in fructu, neq; acceſſorius propter dignitatē
b humanæ naturę. Cum homo ſit digniſſima creatura, l. iuſtiſ-
4 ſime, ff de ædil. edicto. Et homo ſit ad imaginem Dei condi-
5 tus. Vnde nec in frōte, vel facie propter delictum ſignari de-
6 bet, l. ſi quis in metallum, C. de pęnis, ſecus de iure Saxon. vt
habetur *Vveichbild*, art. 38. in gl. Nec obſtat, quod partus eſt
portio viſcerum matris, leg. 1. § ex hoc, ff. de ventre inſpic.
Quia ille textus loquitur de partu, qui eſt in vtero matris.
7 Quod inducunt hic Doct. præſertim Porc. ad hoc, quod ſi
quis conduxit nauem, vt ea veharur, mercede conſtituta pro
ſingulis capitibus, non debetur merces pro partu exiſtente in
vtero matris, facit text. in l. ſed addes, §. ſi quis mulierem, ff.
8 locati. Eodem modo ſi ſtatuto caueatur, quod pro quocum-
que lupo capto, vel pręſentato, detur certa quātitas pecunię,
vel frumenti, nō debetur aliud pro lupis exiſtentibus in ven-
tre lupæ prægnātis, vt notatur in l. qui in vtero ſunt, ff de ſta-
9 tu hominū. Quædam vero ſunt res, quarum vna alteri acce-
dit, & tunc extincto legato quo ad rem principalem, exſtin-
guitur quoque legatum, quo ad acceſſorias. Vnde legato ſer-
c uo cū peculio, ſi ſeruus *c* moriatur, vel manumittatur, exſtin-
10 guitur legatum peculij. Quod eſt verum quando fit legatum
per dictionem, Cum, ſecus ſi per copulam, Et. Ex quo patet ſi
legata eſt vacca cum vitulo, mortua vacca nō debetur vitu-
lus, ſecus ſi legatur vacca, & vitulus. Vnde Doctores hic di-
cunt, text. in princ. § noſtri tantum procedere in ancillis lega-
tis. Item in his, quæ habent ſe per modum principalis, & ac-
ceſſorij. Secus ſi vnum nō eſſet de natura alterius cui acce-
ſit. Veluti ſi teſtator dicat, (Lego equum cū aſino) Quia per-
inde eſt, ac ſi diceret, (Lego equum, & aſinum) Idē dicit Im-
perator hic eſſe, quando fundus cū inſtrumento legatus eſt,
de quo loquitur tit. in ff. de fundo inſtruct. vel inſtruct. legat.
11 Circa quod plenius ita diſtinguit. Aut legatur fundus, *d* &
d inſtrumentum; aut fundus *e* inſtructus; aut fundus, vt inſtru-
e ctus eſt. Et iſtis caſibus non ſolum inſtrumentum ipſius fun-
di, ſed & proprium ipſius patris familias, quo ipſe vti ſolebat,
legatum eſſe videtur. Et ſi fundus alienatus fuerit vel chaſ-
mate perierit, legatum inſtrumēti ipſius fundi exſtinguitur.
Quia tale inſtrumentū eſt acceſſorium fundi. Sed legatū in-
ſtrumēti, quo ipſe pater familias vtebatur, nō intelligitur ex-
ſtinctū, cum nō ſit acceſſorium ipſius fundi, ſed ſeparatū le-
gatum intelligitur, ſec. Bart. ex Azonis ſententia, in l. ſi cui, ff.
de fundo inſtructo, vel inſt. legato. Aut fundus legatus eſt
12 cū inſtrumento. Et hoc caſu non comprehenditur inſtrumē-
tum patrisfamilias, ſed ſolius fundi. Ideo fundo alienato, ex-
ſtinguitur quoque legatum inſtrumēti. Cum exſtincto prin-
cipali, eius acceſſorium quoque ſublatum eſſe cenſeatur, de
quo latius vide not. in d. l. ſi cui, & in leg. 2. C. de verb. ſignif.

§. Si

ADDITIONES.

a *Quia ſunt duo legata l. 3. ff. de pecul. legato.*
b *§. in pecudum fructu, ſupra, de rerum diuiſione.*
c *Viuo teſtatore. Nam aliud, ſi moriatur poſt teſtatoris mortem,*
l. tunc inutile, ff. de peculio legato.
d *Hi duo ſunt legata, vnum fundi, alterum inſtrumenti. Et ideo*
tametſi deficiat fundus, non deficit inſtrumentum fuere da..., &
patrisfamilias.
e *Hic inſtrumentū fundi hēt ſe acceſſorie ad fundū: & ... alie-*
nato fundo, non dētur inſtrumentū fundi, ſed patris familias.

§. Si grex legatus.

1 *Legatum vniuerſitatis, ſiue auctum, ſiue diminutum fuerit, ſiue ante ſiue poſt mortem teſtatoris, ad legatarium pertinet.*
2 *Legatum gregis non extinguitur, licet perueniat ad vnum tantum caput, legata ſcilicet proprietate: ſecus in legato vſufructu gregis, & nu. 6.*
3 *Ratio dubitandi, & decidendi, & nu. 5.*
4 *Decem oues gregem conſtituunt.*
7 *Licet vniuerſitas, vel collegium non poſſit ex vno homine tãtum conſtitui, tamen ſi ſemel fuit collegium conſtitutum, & deueniat ad vnum retinet nomen, & ius collegij.*
8 *Quatuor vel quinque capita porcorum, equorum, & aliorum animalium groſſorum conſtituunt gregem.*
9 *Tres homines faciunt collegium.*
10 *Tres ad minus faciunt familiam.*
11 *Duo vel tres faciunt congregationem.*
12 *Duo faciunt rixam.*
13 *Decem conſtituunt plebem, vel populum.*
14 *Plures quam decem faciunt turbam.*
15 *Legata domo columnæ adiecta domui cedunt legatario.*
16 *Legata domo quæ poſtea comburitur, debetur tamen area.*
17 *Quid iuris, ſi vſuſfructus domus legatus ſit.*

1 EX hoc §. notandum, quod legatum vniuerſitatis, ſiue auctum, ſiue diminutum fuerit, ſiue ante, ſiue poſt mortẽ
2 teſtatoris ad legatarium pertinet. Vnde legatum gregis non
extinguitur, licet perueniat ad vnum tantum caput, vt hic, &
3 l. grege legato, cum l. ſeq. ff. eo. t. Et fuit ratio dubitandi, quia
legatus fuit grex ouium: ſed in vna oue nõ cõſtituitur grex,
ſed decem oues gregẽ conſtituunt, l. oues, ff. de abigeis. Vnde non videbatur illam deberi, cum interitu rei legatum ex-
4 ſtinguatur. Ratio verò decidendi, ſecundum Porc. eſt, quòd
5 legato grege, & ſic quodã vniuerſali ſeu totali, ſingulæ eius
partes dicantur legatæ. Ideo diminuto, ſeu aucto grege, talis
legatario præſtari debet qualis eſt. Licet enim ab initio non
conſtituatur grex, niſi in 10. capitib. tamen ſemel conſtitutus
retinet nomen gregis, licet diminuatur vſque ad vna ouem.
6 Quod eſt verum in legato proprietatis; ſecus in legato vſufructus gregis. Nam tunc ſi perueniat ad pauciora decem
capitibus, extinguitur talis vſuſfructus, l. fin. ff. quibus modis
vſuſfr. amit. Hinc notant Doct. quòd licet vniuerſitas, vel
collegium non poſſit ex vno homine tantum conſtitui, tamẽ
ſi deueniat ad vnum, retinet nomen & ius collegij, ſi ſemel
fuit collegium conſtitutum, l. ſicut, §. ſi ff. quod cuiuſque vni-
7 uerſ. nom. Et notabitis hic gl. quod decem oues faciunt gre-
8 gem. Et 4. vel 5. capita porcorum, faciunt gregem porcorum
9 equorum, & aliorum animalium groſſorum, d. l. oues. Et tres
homines faciunt collegium, text. eſt in l. Neratius, ff. de verb.
ſignif. Item tres ad minus faciunt familiam, l. deteſtatio, ff. de
10 verb. ſign. Et duo vel tres faciunt congregationem a c. 1. de
a elect. & ibi gl. Item duo faciunt rixam, l. Prætor ait, 4. §. turbã,
11 ff. vi. bon. rap. Decem faciunt plebem, vel populum, c. vnic. 10.
12 q. 3. Et plures quam decem, faciunt turbam, d. l. Prætor ait, 4.
13 §. turbam, ff. de vi. bo. rap. Adde Pla. hic, nu. 32.
14 Secundo, principaliter ex noſtro §. notabitis, quod licet columnæ, & marmora domus, non poſſint legari ab initio, vt
ſeparentur à domibus ne aſpectus vrbis deformetur, d. l. ce-
15 tera, b ff. eod. 1. tamen legata domo, columnæ adiectæ do-
b mui cedunt legatario, vt hic. Sic & legata domo, licet poſtea
16 comburatur, tamen debetur area, l. ſi grege, c ff. eod. 1. Si vero
c vſuſfructus domus legatus eſt, quamdiu aliqua pars domus
17 ſupereſt, retinetur totius ſoli vſuſfructus, l. ſi cui inſulæ, ff. de
vſuſr. Si vero in totum comburatur domus, ita quod aliqua
pars non ſuperſit, extinguitur vſuſfructus in totum, etiam
in ſolo, l. repeti, §. rei mutatione, ff. quib. mod. vſuſr. amitt.

ADDITIONES.

a *Similis gl. eſt 10 q. 1. c. 1.*
b *L. prætor, ff. de operis noui nunc.*
c *Adde gl. in l. vlt. ff. quib. mod. vſuſfr. amitt.*

§. Si peculium.

1 *Dies duobus modis cedere dicitur in legatis.*
2 *Cedere diem, quid ſignificet.*
3 *Venire diem, quid ſignificet.*
4 *Quando dies legati dicatur cedere, & venire, quoad tranſmiſſionẽ, & petitionem, in legato puro, in legato in diem certum: in legato conditionali, vel in diem incertum, & num. 5. 6. & 7.*

1 CIrca hunc §. principaliter notabitis eſt fin. gloſ. magnæ,
quod cedere diem in legatis, duobus modis accipitur.
Primo quoad tranſmiſſionem legati ad hæredem legatarij.
Secundo ad obligationem, & petitionem, ac dominij tranſ-
2 lationem. Cedere enim diem ſignificat incipere deberi pecuniam, & ortam eſſe obligationem. Exempli gratia, Quando
Titius promitti mihi dare centum 1. Decembris, ceſſit quidem dies, hoc eſt, Titius iam mihi ſtatim obligatus eſt ex
promiſſione facta, ad illa centum ſoluenda, ante tamen pri-
3 mum diem Decembris exſtantem, petere non poſſum. Venire autem diem ſignificat, eum diem veniſſe, quo pecunia pe-
4 ti poteſt l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. Quando igitur quæritur, quando dies legati ceſſit, & venit, quo ad tranſmiſſio-
5 nem, & petitionem, diſtinguitur. Aut eſt legatum purum, &
a tunc ſtatim à die mortis teſtatoris, ceſſit quidem, & venit a
dies, adeo quod etiam legatum tale ad hæredes tranſmittatur, licet legatarius decedat ante aditam hæreditatem leg. ſi
6 poſt ff. quando dies legat. ced. Aut eſt legatum in diem certũ:
& tunc quidem ceſſit dies, ideſt nata eſt obligatio, ita quod
debeatur legatum à die mortis teſtatoris, ſed nondum venit
dies; ideo ante diem extantem peti non poteſt. Et ſi agatur
per legatarium, obſtabit ei exceptio. Sed hoc caſu tranſmittitur legatum ad hæredes legatarij, ſi ipſe legatarius ante diẽ
deceſſerit; niſi tale ſit relictum, quod ad hæredem non tranſeat, d. l. ſi poſt, & l. 1. & l. pen. C. quando dies leg. ced. Etiamſi
hæres nondum adierit hæreditatem d. l. vnica, §. cum igitur,
7 in ſi Cod. de cad. toll. Aut legatum conditionale, vel in diem
incertum: tunc ante conditionis, aut diei aduentum, neque
ceſſit, neque venit dies; ita quòd nec debeatur legatum, neque etiam pendente conditione & die, per legatarium ad
hæredes ſuos tranſmittatur l. ſi dies, poſt princ. & d. l. cum illud, ff. quando dies leg. ced.

ADDITIO.

a *Per hæredem extraneum defuncti, vel immixtionem factam à ſuo l. ſed & ſi, ff. quibus ex cau. in poſſeſſ. eat.*

§. Peculium.

1 *Ratio diuerſitatis quare ſeruo in vltima volũtate manumiſſo, non intelligatur à domino etiam peculium conceſſum, quod tamen manumiſſo inter viuos legatum cenſetur.*
2 *In vltimis voluntatibus plenior ſit interpretatio, quam in contractibus.*
3 *Plus meretur is, qui viuens dat eleemoſynam, quam qui moriens.*
4 *Auari conſtituti in articulo mortis demum ſunt largi.*
5 *Auaritia eſt mater omnium malorum, præſertim cum iudicium inhæret animabus, & nu. 6.*
7 *Nihil turpius auaritia ſenili.*
8 *Auarus ſeruit nummo, tamquam Deo.*
9 *Et, cui remiſſa eſt reddatio rationum, non videtur remiſſus dolus, & reddatio reliquorum quæ penes eum ſunt, ſed tantum ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat.*

1 POnuntur in hoc § tria dicta, quæ ſatis plana ſunt, & hodie parum vtilia, propter ſublatum vſum ſeruorum inter
Chriſtianos. Et circa primum dictum notabitis rationem diuerſitatis, quare ſeruo in vltima voluntate manumiſſo, non
intelligatur à domino etiam peculium legatum; quod ta-
2 men manumiſſo inter viuos conceſſum cenſetur. Cum in vltimis voluntatibus plenior fiat interpretatio, quam in con-
3 tractibus l. in teſtamentis ff. de reg. iur. Quando enim dominus inter viuos manumittit ſeruum, maiori affectione eum
proſequi videtur, quam ſi in vltima voluntate ei libertatem
relinquat. Quia remittit id quod retinere poterat, ſcilicet dominium ſerui, & eius ſeruitium. Ideo ius præſumit etiam ei
conceſſiſſe id, quod eſt minus, peculium ſcilicet. Cum libertas inæſtimabilis res ſit, & omnibus rebus præferenda, l. libertas, 106. & 164. ff. de reg. iur. Quod non ſic eſt, quando moriens ei libertatem legat. Quia tunc dat, quod retinere non
poteſt, & id quo ipſe amplius vti non poteſt, ideo non videtur habere tam magnam affectionem erga ſeruum, vt etiam
peculium ei legare præſumatur. Hinc Faber hic dicit, quod
plus meretur is, qui viuẽs dat eleemoſynam, quam moriens.
4 Quod enim moriens dat, ideo dat, quia retinere non poteſt.
Vnde auari conſtituti in articulo mortis, tunc ſunt largi ſecũdum Senecam, qui dicit; (Auarus niſi cum moritur, nil ra-
tione

a tione agit.] Et de auaritia videre notalem textum *a* in cap. ſi-
cut & c. virum, & c. bonorum, 4. diſt. & in §. quapropter, in
auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiant. Vbi dicitur? [quod
5 auaritia eſt mater omnium malorum, præſertim cum iu-
dicium inhæret animabus.] Et Abbas in c. auaritiæ, de præ-
6 bendis, dicit; [Nihil deterius auaritia eſſe, præſertim in gu-
bernatoribus, & in ſenibus videtur quoddam monſtrum.]
7 Vnde dicit Seneca, [quod nihil turpius eſt auaritia ſenili Eſt
enim quaſi monſtrum, deficiēte via, augere viaticum,] ideſt,
deficiente vita augere patrimonium. Adde gl. in c. cum om-
8 nis quæſt. 1. quod auarus ſeruit nummo tāquam Deo. Hinc,
& auaritia idolorum ſeruitus dicitur, in d. cap. auaritia. Cir-
9 ca tertium dictum §. noſtri notabitis, quod is, cui remiſſa eſt
b redditio *b* rationis, non videtur remiſſus dolus, & reditio re-
liquorum, quæ penes eum ſunt, vt ea lucrifacias, ſed ne ſcru-
puloſa inquiſitio fiat, hoc eſt quod neque de caſu negligen-
tia, vel culpa teneatur, ſed tantum de dolo, text. eſt hic, & in
d. l. ſi ſeruus, ff. eod. 1.

ADDITIONES.

a *Adde l. ſi quis in ſuo, C. de inoffi. teſtam. vbi dicitur auaritiam legitimis ictibus feriendam, & gl. in l. ſed ſi ego, ff. ad S. Conſ. Vellean. quæ dicit genus mulier une eſſe auariſſimum, & c. auaritia cæcitas, de elect. in 6.*

b *L. Thais, Stichus, ff. de fideic. libert.*

§. Tam autem.

1 *Nō modo res corporales, ſed etiam incorporales legari poſſunt.*
2 *Legatum nominis valet, quando teſtator alteri legat id, quod ſibi a Titio debetur.*
3 *Si res legata ſit litigioſa, tunc hodie heres ſuis ſumptibus tenetur proſequi litem ſecus ſi non exegit, vel exactam pro legatario repoſuit, & nu. 6.*
4 *Si teſtator viuus exegit debitum, legatum debiti extinguitur.*
5 *Exigere eſt ab inuito extorquere.*
7 *Etiam factum ab hærede præſtandum legari poteſt.*

1 EX hoc §. notabitis, non ſolum res corporales, ſed etiam
in corporales legari poſſe, vt hic, & d. leg. 2. §. cetera, in
2 princ. ff. eod. 1. Hinc, & legatum nominis valet, quando teſta-
tor alteri legat id, quòd ſibi à Titio debetur, vt hic, & l. nomē
ff. eod. 3. & l. ex legato, C. eod. Et tunc tenetur hæres cedere
actionem legatario contra illum debitorem l. ſi tamen non
ceſſerit, ipſo iure vtilis actio legatario competit, d. l. eo. lega-
a to. Et ſi res legata ſit *a* litigioſa, tunc hodie heres ſuis ſumpti-
b bus *b* tenetur proſequi, litem, & ſi obtinebit iudicio rem le-
gatam, tunc eam præſtabit legatario. Si vero victus fuerit, nō
tenetur ad aliquid præſtandum legatario, l. quicumque, iun-
4 cta Auth. nūc ſi hæres, C. de litigioſis. Quod ſi teſtator viuus
exegerit debitum legatum extinguitur, quia cenſetur mutaſ-
ſe voluntatem, & ademiſſe legatum. Et hoc procedit quan-
do teſtator exegit, ideſt, à debitore inuito in iudicio extorſit
5 debitum. Quia exigere eſt ab inuito extorquere, ſec. gl. in d.
l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ſuper verbo, exegerat, ff. eo. 3. Secus
6 ſi non exegit, ſed debitor ſponte obtulit, & ſoluit. Vel ſi teſta-
tor in iudicio exegit, ſed pecuniam repoſuit, & pro legatario
reſeruauit: quia tunc non videtur legatum reuocaſſe, ſec. gl.
7 hic, ſuper d. verbo, exegerat, etiam factum ab hærede præſtā-
dum legari poteſt, veluti, quod hæres reficia domū legatarij,
vel eū liberet à certo debito, ad quod alteri tenetur, vt hic. An
autem tunc præciſe teneatur hæres ad factum, vel præſtando
intereſſe liberetur, vide remiſſiue Ang. hic, in fin. noſtri.

ADDITIONES.

a *Litigioſa res legari poteſt, & per fideicommiſſum relinqui. Vtroque caſu, & heres teſtatoris nō debet legatario, aut fideicommiſſario æſtimationem rei legatæ. Quid igitur? Legatarius expectare litis euentum debet.*

b *Poteſt tamen ipſe legatarie iudicio intereſſe, cum eius interſit. Bald. in Auth. nunc ſi hæres, C. de relig. Intereſſe vero, ne hæres cum aduerſario colludat.*

§. Generaliter.

1 *Generis vocabulum varijs modis accipitur.*
2 *Genus generaliſſimum quid ſit.*
3 *Genus ſubalternum.*
4 *Genus inferius, quod dialectici ſpeciem appellant.*
5 *An legatum generis, valeat.*
6 *In genere generaliſſimo, vel genere ſubalterno.*
7 *In genere inferiori, ſiue ſpecie ſecundum dialecticos, n. 8. 9. ti.*
10 *Quid iuris, ſi habitatio in genere ſit legata.*
12 *Quælibet pars fundi poteſt dici fundus, ſi paterfamilias ita animo conſtituerit, & num. 13.*
14 *Heres legatarij conditionem deteriorem facere non poteſt.*
15 *In quæſtione, cuius ſit electio, in legato, debent conſiderari verba exequutiua, ad quem dirigantur.*
16 *Quid iuris, ſi ex verbis nō apparet cui ſit cōcedenda electio.*
17 *In rebus alienis non conceditur electio.*
18 *Quam ſpeciem eligere poſſitis, cui debetur electio.*

PRo declaratione materiæ huius §. de legato generis, pri-
mo videndum eſt, ſec. gl. Bart. Paul. de Caſtr. & alios, in l.
legato generaliter, ff. eod. 1. & gloſ. hic. An valeat legatum re-
lictum in genere. Secundo, ſi valeat, cuius ſit electio, tertio,
quæ ſpecies ſit eligenda.
1 Quod ad primam quæſtionem attinet, ſciendum, generis
2 vocabulum varijs modis accipi. Quoddam eſt genus gene-
ralissimum quod ſupra ſe non habet aliquod prædicabile, vt
3 Ens, ſiue res. Quoddam eſt genus ſubalternum, quod conti-
a netur ſub *a* genere generaliſſimo, prædicatur tamen de plu-
4 ribus differentibus ſpecie, vt corpus animal, &c. Quoddam
eſt genus inferius, quod prædicatur de pluribus differentibus
numero, & illud Dialectici Speciem appellant, vt homo, e-
5 quus bos. Quando igitur quæritur, An legatum generis va-
6 leat? ſubdiſtinguitur: Aut relinquitur legatum in genere ge-
neraliſſimo, vel genere ſubalterno, vt animal, & non valet,
propter nimiam incertitudinem. Item, quia tale legatum eſ-
ſet deriſorium, cum hæres dando muſcam liberaretur, ſecun-
dum gloſ. hic, & in d. l. legato generaliter. Aut relinquitur in
7 genere inferiori, & ſic in ſpecie, ſecundum Dialecticos, &
8 tunc ſubdiſtinguitur. Aut continet *b* indiuidua, quæ habent
b certos, & determinatos fines à natura. Veluti homo, equus,
bos, &c. & indiſtinctè tale legatum valet, non attenta conſi-
deratione, an teſtator in patrimonio habuerit tales res, vel
non, ſecund. gl. & Doct. poſt text. in d. l. legato generaliter, &
9 hic II. Aut continet indiuidua, quæ non habent certos fines
c à natura, ſed conſtituuntur *c* hominis facto, vt domus, quæ
poteſt à domino diuidi, interiectis parietibus, in quotcumq;
domunculas voluerit. Et hoc caſu diſtinguitur per Iuriſcon-
ſul. in d. l. domus, ff. eo. 1. Aut teſtator habet in patrimonio ta-
les res, & domos, ac valet tale legatum. Et licet Paul. de Caſt.
ibi dicat, non valere tale legatum, quando teſtator habuit tā-
tum vnam domum, tamen reprehenditur per Alex. & Iaſ.
ibi. quod valeat, & perinde habetur, ac ſi illam domum ſpe-
d cifice *d* demonſtraſſet. Aut non habuit teſtator in patrimo-
e nio ædes, & tale legatum, tamquam *e* deriſorium, propter ni-
miam incertitudinem vitiatur, d. l. ſi domus. Quem text. ibi
10 limitant Doct. procedere in legato domus: ſecus ſi habitatio
in genere eſſet legata. Nam tunc licet teſtator non habuerit
ædes in patrimonio, non vitiatur legatum, ſed tunc hęres te-
f netur præſtare commodam habitationem, *f* ſecundum con-
ditionem legatarij; Vel præſtare penſionem pro conducen-
g da habitatione, argumento *g* l. legatis, ff. de alim. & cib. I. Et
hoc frequenter contingit in vxoribus, quibus habitatio relin-
11 qui ſolet, ſecundum Caſtr. in d. l. ſi domus, in princ. III. Aut
continet indiuidua, quæ non habent certos fines à natura,
ſed

ADDITIONES.

a *Generis generaliſſimi, & ſubalterni legatū inutile eſt, ac deriſoriū. Ad hanc quæſtionem vide Zaſium in ſingul. intellectus.*

b *Species certos, & determinatos fines a natura habentis legatum vtile eſt, vt puta hominis, equi bouis.*

c *Species certos fines habentis non à natura, ſed hominis facto, legatum valet, ſi modo talem aliquam ſpeciem etiam vnam relinquit in ſuis bonis teſtator: ſin minus legatum incertum, & deriſorium eſt.*

d *L. 2. ff. de liberis, & poſth. l. fundus, qui locatus, ff. de fun. inſtructor. Et alioquin præſumendum eſt teſtatorem voluiſſe, vt vtile legatum eſſet, non inutile. Et hoc igitur caſu aut domus illa vnica legatario relinquenda, aut altera emenda, vel conducenda. Vide Mant. 10. de coniect. vlt. volunt. 1.*

e *Aliud putat. Zaſ.*

f *Cur non eadem ſumitur interpretatio de domo legata ... cuius vſus, & finis eſt habitatio.*

g *Ea lex nihil aliud dicit, quam alimentis legatis cibaria ... veſtitum & habitationem deberi.*

ſed à ſola hominis deſtinatione, vel affectione, vt fundus.
14 Quælibet enim pars fundi poteſt dici fundus, ſi paterfami-
lias ita animo conſtituerit, l. locus, ff. de verb. ſign. Et hoc ca-
ſu gl. noſtra hic ſup. verb. electio, in fi. & in d. l. legato genera-
liter, indiſtinctè tenet tale legatum non valere, ſiue teſtator
habeat, ſiue non habeat in patrimonio fundos, propter tex. in
d. l. cum poſt, §. genere, ff. de iure dotium, ſic indiſtinctè lo-
a quentem. Item quia tale legatum redderetur *a* deriſorium.
Nam hæres dando ceſpitem terræ liberaretur. Cum fundus
ex ſola hominis deſtinatione cõſtituatur, & hæres poſſet fun-
dum vnius palmitis conſtituere, & ita ſe liberare. Et hãc ſen-
tentiam ſequitur Bart. in d. l. ſi domus, & in l. ita ſtipulatus,
in princ. ff. de verb. obligat. & ibi Ang. & Dinus in c. in obſcu-
6 ris, de regul. iur. in 6. contrariam tamen opinionem D. Iaſ. in d.
l. ſi domus, num. 27. dicit eſſe communiorem. Videlicet quod
ita diſtinguatur in legato fundi in genere; ſicut in legato do-
mus in genere. Ita quod ſi teſtator habeat fundos in patrimo
nio valeat legatum, alias non. Nec enim ita ſimpliciter verũ
eſt: quod ſola voluntate hominis fundus conſtituatur: quia
requiritur, etiam factum hominis. Sicut enim pariet medio
interiecto de vna domo efficiuntur duæ, vel plures: ita fun-
do diuiſo per regiones, duo, vel plures fundi efficiuntur, non
ſola deſtinatione hominis, ſed per ſepes, furcas, aut apposi-
tionem terminorum. Ita cõceſſo hoc, quod ſola deſtinatione
hominis plures fundi fieri poſſent, reſponderi poteſt, quòd
hoc per teſtatorem fieri potuit, non autem per hæredem, qui
legatarij conditionem deteriorem facere non poteſt, d. l. ce-
tera, §. 1. iuncta l. ſeq. ff. eod. 1. Vnde hæres non poteſt dare
15 fundum in alia forma, quam fuit in patrimonio teſtatoris,
& ideò ſi habet teſtator fundos intelligitur vnum legare de
ſuis fundis, qualem habet. De quo vide omnino Iaſ. poſt alios
in d. l. ſi domus, num. 27.

15 Quod ad ſecũdam quæſtionem attinet, cuius ſit *b* electio
b in legato, communiter tenetur diſtinctio Io. Gloſ. hic, & in
dicta l. legato generaliter, & plenius dic poſt Bart. & Doct.
ibi, Quod ſint ſpectanda verba executiua, ad quem dirigan-
tur. Si enim ad hæredem fuerint directa, is habebit electio-
nem. Veluti ſi teſtator dicat. (Hæres meus damnas eſto da-
re Semptonio vnum ex meis equis,) & tunc electio eſt hære-
dis. Si vero ad legatarium fuerint directa, eius erit electio.
16 Veluti, (Semptonius capiat vnum bouem.) Et pro hoc facit
text. in l. qui, concubinam, §. 1. in fin. ff. eod. 1. In dubio vero,
quando non apparet ex verbis, cui electio ſit concedenda,
tunc aut legata eſt res in genere, quę habet certos fines à na-
tura, & diſtinguitur. Aut teſtator reliquit tales res in ſuo pa-
trimonio, & legatarij eſt electio, ſec. gl. in d. l. legato genera-
liter & gl. hic, per text. §. noſtri. Aut non reliquit in patrimo-
nio, & tunc electio eſt hæredis, ſec. prædict. gl. pro qua facit
tex. iuncta gloſ. in l. huiuſmodi, §. ſi cui, ff. eod. 1. Eſtque ratio:
17 Nam quãdo teſtator legatario legat equum, aut ſimiles res,
quas non habet, nõ videtur legare optionem legatario, cum
in rebus alienis non concedatur electio, vt notatur in l. 1. ſer-
ui electione, in princ. iuncta gl. ſuper verb. poſſumus, ff. eod.
1. Aut teſtator reliquit aliquid in genere, quod nõ habet cer-
tos fines à natura, ſed facto, vel deſtinatione hominis, vel do-
mus fundus, &c. Et tunc ſi habet teſtator in patrimonio ta-
les res, valet legatum, & hæredi datur electio d. l. ſi domus, &
d. l. legato generaliter, aute fin. Et prædicta procedunt, quan-
do teſtator relinquit aliquid incertum de incertis, vt in gene-
re equum, non expreſſe de meis equis. Sed ſi in certum de
certo relinquit, veluti ſeruum de meis ſeruis, & tunc ita di-
ſtinguit gl. noſtra. Aut teſtator ſenſit de certo, & electio per-
tinet ad hæredem. Aut de certo non ſenſit, & electio eſt lega-
tarij. Adde gl. in d. l. legato generaliter, & ibi Doct.

18 Ad tertiam quæſtionem, qua quæritur; Quam ſpeciem
poſſit eligere is, cui debetur electio? breuiter reſpõdetur, poſt
Paul. de Caſt. in d. l. legato generaliter. Aut enim reperitur
ſpecies mediocris, & illa eligenda eſt d. l. legato. Aut non re-
peritur, & tunc quod minimum eſt, cenſetur legatum, ſec. gl.
in d. l. legato. Et hæc procedunt in ſpeciebus legatis. In quan-
c titatibus verò, & ſummis ſemper eligitur quod eſt *c* mini-
mum l. numis, ff. eod. 3. & vide Dinum in d. cap. in obſcuris,
de regulis iuris, in 6.

A D D I T I O N E S.

a *Sunt tamen quædam quæ tametſi confuſa generalia, & incer-
ta ſint, valent, Sic generale dotis legatum valet, l. cum poſt, §.
gener. l. quæro, ff. de iure dot. vt & alimentorum, l. pen. ff. de ali.
Et viæ reficiendæ, l. quidam in teſtam. ff. de leg. 2. Poſſit & hoc
eodem caſu non eſſe deriſorium legatum, ſi certitudine ex cir-
cumſtantijs aliqua poſſit colligi arg. l. quidam, ff. de reb. dub.*
b *Vide Dinum cap. 30. de reg. iuris in 6.*
c *Si teſtator genus legauit, & in bonis ſuis ſpecies eius generis
diuerſas reliquerit, minima debebitur legatario, d. l. legato
generaliter, ff. de legatis. 1. Cuius ſententiæ quatuor exceptio-
nes, vide apud Soc. reg. 219.*

§. Optionis legatum.

1 *Quando teſtator expreſsè legat optionem rerum in genere le-
gatarum, & legatarius decedat priuſquam eligat an ad hæ-
redes ſuos tranſmittat.*
2 *Quam vtilitatem tale legatum optionis offerat: cum in legato
generis alias legatarius regulariter habeat electionem.*
3 *Si pluribus competit electio alicuius rei, qui diſſentiunt circa
optionem, tunc iſta altercatio iudice fortuna, vel ſorte diri-
mitur.*
4 *An, & quando lis ſorte dirimenda ſit.*
5 *An mittere ſortes ſit peccatum.*

1 AD intellectum huius §. videte totum titulum, in ff. de a
optione legata Et primo ex eo notabitis. Quod quando
a teſtator *a* expreſsè legat optionem rerum in genere legata-
rum, & legatarius decedat priuſquam eligit: liceat habeat in
ſe tale legatum tacitam conditionem, ſcilicet ſi elegerit, ta-
men ad hæredes ſuos hodie tranſmittit, licet olim ſecus erat,
tex. eſt hic, & in l. ſi. C. communia de legatis. Quod eſt verũ,
niſi tale legatum haberet optionis expreſſam conditionem,
ſcilicet ſi legatarius elegerit. Nam tunc ſec. Fabrum hic, non
tranſmitteretur legatum, ſi legatarius ante electionem dece-
deret, propter tex. in d. l. vnica §. ſin autem aliquid, C. de ca-
2 ducis tollend. Sed dubitari poteſt, ſecundum Porc. hic, quam
vtilitatem tale legatum optionis afferat, ex quo in legato ge-
neris, alias legatarius regulariter habet electionem, vt hic re-
ſpondetur; Quod in legato generis, mediocris tãtum res eli-
gi poteſt l. legato generaliter. Sed quando expreſſe legata eſt
optio, tunc legatarius etiam optimam eligere poterit. Ita te-
nent poſt gl. in d. l. fin. § 1. ſuper verb. ex ſeruis, C. communia
de legatis, Cin. & Bal. & D. Iaſ. in d. l. legato generaliter. Porc.
& Cantiuncula hic & Bald. in l. 1. C. ne liceat tertio prouocare,
& Alex. de Imol. in conſ. 10. in 3. vol. per text. in l. 2. in princ.
ibi, quam velit, ff. de opt. leg. licet gl. & Bart. in d. l. 2. contra-
rium teneant, & male ſecundum Iaſ.

3 Secundo notabitis quando pluribus electio ſerui, vel alte-
rius rei legata eſt; vel vni tantum, qui plures hæredes relin-
quit, & ſi diſſentiant circa optionem, tunc iſta altercatio, cu-
ius electio debeat prævalere, iudice ſorte dirimitur, vt ad quẽ
ſors peruenIat, illius ſententia in optione præcellat, text. eſt
4 hic, & in d. l. ſi in princ. Cod communia de legatis. An au-
b tem, quando lis ſorte *b* dirimenda ſit pulchre tradit Salic. in
d. l. fin. quem refert hic Plat. Aut eſt diſſenſio ſuper aliquo fa-
cto, quod reus negat, & non recurritur ad iudicium ſortis,
ſed factum probari debet, l. actor, C. de prob. Aut ſuper iure,
quid ſcilicet in caſu propoſito iuris ſit, & tunc aut ius decla-
rat, qualiter talis diſſenſio dirimi debeat, & ſeruanda eſt iu-
ris diſpoſitio, facit leg. maiorem, ff. de pact. Aut non, declarat
ius: & tunc ſi agatur de præiudicio alicuius tertij, potes eos
iudex compellere ad concordandum, vel ipſe pronunciabit
quis ſit potior. Vt quando ſunt plures tutores, qui diſſentiunt
circa eligendum eum qui adminiſtrare, & gerere debeat ne-
gotia pupilli, § ſin autem, ſupra de ſatiſd. tut. ſi non agitur de
præiudicio tertij, & ſi vna pars petit deciſionem ſortis, licet
alia non petat, tunc dirimenda eſt defenſio per ſortem. De
quo latius videte hic Plat. An autem mittere ſortes ſit pecca-
5 tum, habes tit. in decretal. de ſortileg. & 26. quæſt. 1 per tot.
Quædam enim ſortilegia ſunt illicita, quæ fiunt per incanta-
tiones, & artes magicas, velut ad inquirenda furta occulta,
vel ad alias diuinationes indicandas, & talia ſunt prohibita, c.
c 1. & per tot. tit. ext. de ſortil. *c*

A D D I T I O N E S.

a *Electio an ſit hæredis, vel legatarij, vide apud Dinum in c. in
obſcuris 30. nu. 110. & ſeq. de reg. iur. in 6.*
b *De ſortium iudicio aliquid ſuperius dictum eſt in §. ſi ex te-
ſtamento, ſupra de ſatiſdat. tutor. & in §. quædam actiones, in
de actione familiæ herciſc. nu. 63. infra, de actionibus.*
c *Vide Mart. Delriũ Tomis trib. Diſquiſitionum Magicarum:*

§. Legari autem.

1 *Quibus perſonis legata relinqui poſſint.*
2 *Illis dũtaxat legari poteſt, quibus teſtamenti factio paſſiua eſt.*
3 *Quæ ſint perſonæ non capaces relictorum in teſtamento.*
4 *Peregrini aliquando in iure dicuntur illi, qui non ſunt ciues Romani, item qui ſunt hoſtes Imperij.*
5 *Natis ex inceſtuoſo coitu legari non poteſt. Fallit, vt nu. 6.*
7 *Quod gloſſa hic refert, mulierem nubentem intra annum luctus, eſſe incapacem eſſe legatorum, hoc hodie eſt correctum.*
8 *An per ius Canonicum, omnes pœnæ à iure ciuili impoſitæ mulieri ſecundo nubenti infra annum luctus, ſint ſublatæ.*

HActenus expoſuit Imperator, quæ res legari poſſint,
1 nũc verò declarat, quibus perſonis legata relinqui poſſint. Et quemadmodum hi tamen legata relinquere poſſunt, qui ius teſtandi, vel teſtamenti factionem actiuam habent, l. 2. ff. eo. t. ita quoque illis dumtaxat legari poteſt, quibus te-
2 ſtamenti factio paſſiua eſt, ideſt, qui hæredes inſtitui poſſunt. Vnde ad gl. hic, ſuper verb. ſolum, notabitis, quòd hæc non ſit bona conſequentia, vt illis ſolis legari poſſit, qui teſtamentũ facere poſſunt, quia hoc falſum eſt, cum ſerui, & filijfamillas item impuberes non poſſint teſtari, vt ſupr. in tit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, d. eſt, & tamen ex teſtamento capere, & hæredes inſtitui poſſunt, vt ſupr. de hæred.
a inſtit. dict. eſt. Hinc gl. hic refert nouem perſonas. quæ non a ſunt capaces relictorum in teſtamento, de quibus ſupr. in d.
3 tit. de hæred. inſtit. dictum eſt. Et quod gl. hic dicit, de peregri-
b nis non de b peregrinantibus, aut aduenis intelligendum eſt. Nam & hi teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam habent, ſicut ceteri domi manentes. vt notatur poſt text. in Auth. omnes peregrini, C. communia de ſucceſ. Sed de his, qui Imperij Romani faſces nõ agnoſcunt, qui nec ciues Romani dicuntur. Vnde & hoſtes Imperij pro peregrinis repu-
5 tantur, vt pulchre hic declarat Cantiuncula. Deinde, quod gl. dicit, de natis ex inceſtuoſo coitu, quòd illis legari nõ poteſt, ampliare procedere quod nec inter viuos per patrem talibus natis dari poteſt, & ſi pater eis expreſſe aliquid relinquit, applicatur relictum venientibus ab inteſtato. Si verò per interpoſitam perſonam in fraudem eis legat applicatur fiſco, ſec. Bart. in l. Lucius, §. fi. ff. eod. vt refert eum hic Plat. Adde text. cum ibi notabitis, in Auth. ex complexu, C. de inceſt. & nefar.
6 nup. Limitatur autem procedere. I. Quando pater eis aliquid relinquit. Nam ob extraneo, & etiam auo eis legari poſſe dicunt hic Plat. & Ang. poſt gl in §. fi. ſuper verb. participanda, In Auth. quibus mod. natur. effic. ſui II. Quo ad alimenta non procedit. Nam ea pater legare poteſt, vt eſt communis Doctorum ſententia, per text. in c. cum haberet, extr. de eo qui duxit eam, quam prius polluit. Cuius cap. diſpoſitio etiam in terris Imperij locum habet, ſec. gl. & Canoniſt. ibi quod Ang. hic multum notare iubet.
7 Vltimo circa hanc gl not. dum refert inter perſonas incapaces, etiam mulierẽ infra annum luctus nubẽtem, quod ho
c die ſit c correctum, cum de iure diuin. & Can. morte mariti mulier ſit ab ipſius lege ſoluta, & incontinẽti nubere poſſit,
8 per tex. in c. pen. & fi. ext. de ſec. nup. Vnde quærit. An per ius Can. omnes pœnæ à iure ciuili impoſitæ mulieri ſecundo nubenti infra annum luctus, ſint ſublatæ. Et communiter diſtinguitur hoc modo. Quod pœnæ impoſitæ propter feſtinationem nuptiarum ſecundarum, vt quia infra annum luctus nubit, ſunt per ius Can. ſublatæ, vt eſt pœna infamiæ. Item quòd neque hæres inſtitui, neque ei aliquid legari poſſit, vt habetur in l. 1. & 2. C. de ſec. nup. Sed pœnæ, quæ impoſitæ ſunt vxori, propter tranſitum ad ſecundas nuptias, poſt annum, hodie non ſunt ſublatæ, quia illæ non ſunt appoſitæ in odium matrimonij, ſed fauore filiorum prioris mariti. Vnde lucra, quæ habet à primo marito, tenetur reſeruare liberis primi matrimonij. Et de iſtis pœnis habetur in leg. fœminæ, & in l. hac edictali, & in Auth. iiſdem pœnis, C. de ſec. nupt. Et de hoc vide omnino Abb. poſt alios in d. c. fin de ſecund. nupt.

ADDITIONES.

a *Quid? exheredato ſubſtitutus cogiturne legata præſtare? Vide Concenatium 3. quæſt. 9. adde eundem quæſt. 10. vbi diſputat vtrum legata hæreditatis fiſco acquiſita debeantur.*

b *Quid de forenſi: vide Pretium, 3. de interpret. vltim. volunt. 1. dubitat. 3. ſolut. 4.*

c *Et ſic hodie mulier nubens intra annum luctus non fit infamis neque eſt incapax legati, c. cum ſecundum Apoſtolum, c. penul. de ſec. nupt.*

§. Incertus verò.

1 *Imperator in hoc §. corrigit in quibuſdam ius antiquum circa incertitudinem perſonæ legatarij.*
2 *An incertitudo rei legatæ vitiet legatum.*
3 *In legato quod eſt incertum, ratione perſonæ à qua relinquitur, hæredi intelligitur hoc onus impoſitum.*
4 *An legatum incertæ perſonæ relictum valeat.*
5 *An legatum incertæ perſonæ relictum, ſi fuerit ſolutum, non poteſt per hæredem repeti, tamquam indebite ſolutum.*
6 *Naturaliter debitum, licet ciuiliter indebitum, ſi fuerit ſolutum non repetitur.*
7 *Poſthumo alieno hodie, rectè legatur.*
8 *Quando in aliqua lege, vel ſtatuto fit mentio alterius legis, vel ſtatuti, quod non reperitur, tunc illud ſtatutum faciens mentionem de alio, & per ſe diſponit, ita quod ad deciſiones cauſarum rectè allegetur.*
9 *Secus eſt in inſtrumentis; nam exemplo non creditur, niſi producatur originale.*
10 *Tutor incertus dari non poteſt, etiamſi certificandus veniat.*

LEgitur hic §. communiter per Doctores, vno contextu vſque ad §. ſi quis in nomine, & refertur per Imper. hic ius antiquum circa incertitudinem perſonæ legatarij, quod in quibuſdam etiam corrigitur. Et pro pleniori intellectu hu-
1 ius materiæ, diſtinguite tres caſus principales. Aut enim quæritur, an incertitudo rei legatæ vitiet legatum: & dic, vt in §.
2 ſi generaliter, expoſitum eſt. Aut quæritur de legato, quod eſt incertum ratione perſonæ, à qua relinquitur, quæ ſcilicet
3 perſona debeat ſoluere legatum. Et talis incertitudo non vitiat legatum, quia hæredi intelligitur hoc onus impoſitum, vt eſt gloſ. ſuper verb. ad hæredis onus, in princ. l. Marcellus,
4 3. ff. ad S. C. Treb. Aut quæritur de legato, quod eſt incertæ a
a perſonæ relictum, & tale legatum de iure antiquo non valet, adeo, vt nec libertas incertæ perſonæ relinqui, aut dari poſſet, vt hic, § libertas. An autem hoc hodie indiſtinctè per Imperatorem ſit correctum, vide plene Cinum, Bald. & Sal. in l. id quod pauperibus, 24. C. de Epiſc. & Cler. & Bart. in d. l. quidam relegatus, ff. de rebus dubijs, & Doct. hic, qui in effectu dicunt eſſe regulam. (Quod incertitudo ratione perſonæ legatarij, vitiat legatum, quando ſcilicet teſtator nullum nomẽ legatarij expreſſit. Veluti ſi dixit. Lego centum,) non addito cui. l. Paulus reſpondit, 4. ff. de rebus dub. Fallit hæc regula. I. Quando ab initio eſt certa perſona legatarij, ſed poſtea ex futuro euentu venit certificanda. Veluti ſi dicat teſtator: Quicumque duxerit filiam meam, ei hæres meus mille dabit. Nam licet tale legatum olim non valeret, hodie tamen valet, vt hic, in princ iuncto §. ſed nec huiuſmodi, & d. l. quidam relegatus. Sed quando omnino incerta manet perſona legatarij, tunc nec ex iure veteri, nec ex hodierno tale legatum valet, ſecundum gl. & Bart. in d. l. quidam relegatus. II. Quando relinquitur incertæ perſonæ, ex certis perſonis, veluti, quando teſtator dicit, (Ex cognatis meis, qui hodie viuunt, ſi quis filiam meam duxerit vxorem ei hæres meus 100. dato) Et tale legatum etiam olim valebat, vt hic verſ. ſub certa. III. Quando nomen legatarij exprimitur, ſed dubitatur, de quo teſtator ſenſerit, cum plures eſſent eiuſdem nominis. Nam tunc legatum quidem in ſua ſubſtantia tenet, licet propter incertitudinem redderetur inutile niſi legatarius probet teſtatorem de eo ſenſiſſe. Et poteſt tunc hæres ſoluere ei, cui vult gratificari, l. ſi quis ſeruum, 8. §. ſi inter duos, ff. eo. 2. IV. Quando legatur pauperibus, vel captiuis. Eiuſmodi enim legatum fauore piæ cauſæ valet, d. l. id quod pauperibus, 24. & l. ſi quis ad declinandam, 49. C. de Epiſc. & Cleric. Aliqui tamen ibi dicunt, legari tunc certæ perſonæ, Deo ſcilicet, qui certus eſt. Præter iſtos caſus incertitudo legata-
5 rij vitiat legatum. Si tamen legatum incertæ perſonæ relictum ſoluatur, non poteſt per hæredem repeti, tamquam indebitæ ſolutum, neque de iure antiquo, neque hodierno. text.

ADDITIO.

a *Incertitudo legatarij, vel fideicommiſſarij vitiat legatum, & relictũ l. Paulus, 2. ff. de reb. dubijs. Cuius ſententiæ, vide plures exceptiones apud Mant. 8. de coniect. vlt. vol. 8. Et quando dum omnem actum vitiet incertitudo, l. cum duo, ff. de in addict. Et an incertitudinis ratione ſuſpendi debeat conditio, vide in l. ſtĩ Mela, §. ſed ſi plures, l. ita vulneratus, §. ff. ad l. Aq. l. 1. l. 2. l. 3. ff. de his qui deiec. l. vlt. ff. ad l. Cor. car. c. ſignificaſti, 2. de homicidijs Boſſium tit. de homic. Clarum, §. homicidium, num. 37. Gailium 2. Obſeruat.*

tex.eſt hic, in verſ. Incertus autem. Eſtque ratio, quia tale legatum eſt naturaliter debitum, propter volũtatem defuncti ſed ciuiliter indebitum, quia lex ciuilis huic diſpoſitioni te-
6 ſtatoris non aſſiſtit. At naturaliter debitum, licet ciuiliter indebitum, ſi fuerit ſolutum, non repetitur. De quo in §. is quo-
7 que, 1. inſ. quibus modis re contrah. oblig dicitur. Et notandũ ex §. poſthumo, licet olim alienus poſthumus hęres rectè inſtitueretur, dũmodo naſcebatur ex ea, quæ poterat eſſe vxor: non tamen ei legari potuiſſe: quòd hodie quoque eſt correctum, vt conſtat ex d. §. ſed nec huiuſmodi, vbi Imperator ſe refert ad Conſtitutionem in C. quæ nõ habetur. Ex quo col-
8 ligũt Plat. & Doct. hic, quãdo in aliqua lege, vel ſtatuto fit mẽtio alterius legis, vel ſtatuti, quòd nõ reperitur, tunc illud ſtatutũ faciens mentionẽ de alio, per ſe diſponeret, ita vt ad de-
9 ciſiones cauſarum rectè allegetur, vt hic. Secus tamen dicũt eſſe in inſtrumentis, quia exemplo non creditur, niſi producatur originale. Auth. ſi quis in aliquo documento C. de edẽ-
10 do. Vltimo notabitis ex §. tutor, licet legatum factum incertæ perſonæ, quæ ex futuro euentu declaratur, valeat: non tamen tutorem incertum dari poſſe, etiamſi certificandus veniat, vt hic & l. tutor incertus, 20. ff. de teſt. tutela. Et q; ratio diuerſitatis, quia tutela eſt maioris præiudicij, quam legatũ. Si enim valeret quando teſtator dicit: [Relinquo filijs meis tutorem eum, qui primo venerit è curia,] poſſet venire quidam ribaldus, qui non eſſet idoneus ad gerendam tutelam, ſec. gl. in l. ſi quis à filio, 32. §. ſi quis plures, ff. eod. 1.

§. Si quidem in nomine.

1 *Error in nomine proprio, præ nomine, cognomine, & agnomine, nõ vitiat legatum, neque hæredis inſtitutionem, vel alios contractus, ſi de perſona conſtat.*
2 *Propria nomina ſunt impoſita ad recognoſcenda ea, quibus imponuntur.*
3 *Etiam error in nomine proprio rei legatæ, non vitiat legatum ſi de corpore conſtat.*
4 *Error in nomine appellatiuo, ſemper vitiat diſpoſitionem: vt nominando per errorem equum pro boue. Fallit, vt nu. 7.*
5 *Fatuus eſt, qui ignorat ſuum nomen.*
6 *Propoſitum in mente retentum, nihil operatur.*
8 *Quomodo probetur error teſtatoris in nomine proprio rei legatæ.*

HIc §. loquitur de errore nominis legatarij, vel hæredis:
1 nõ autem de errore nominis rerum legatarum, de quo loquitur tex. in l. 4. ff. eo. 1. Ideo notabitis primo concluſionem
a ex hoc §. quòd error *a* in nomine proprio, præ nomine, cognomine, & agnomine, non vitiat legatũ, neque hæredis inſtitutionem, ſtipulationem, vel alios contractus, ſi de perſona conſtat, vt hic, & l. ſi in nomine, 4. C. de teſtamentis. Vnde ſi
2 nominetur Petrus, qui vocatur Paulus, non vitiatur actus. Propria enim nomina ſunt, impoſita ad recognoſcenda ea, quibus imponuntur, vt hic, & l. ad recognoſcendos, 10. C. de ing. manumiſſ. Si ergo conſtat, qua de re, vel perſona teſtator
3 diſpoſuit, talis error nõ debet vitiare actum, vt hic. Idem eſt, quando erratur in nomine proprio rei legatæ, quãdo de cor-
4 pore conſtat. Veluti ſi teſtator fundum Cornelianũ nominauerit Sempronianum, tex. eſt in d. l. 4. in prin. ff. eod. 1. Deinde
b notabitis, quòd error in nomine *b* appellatiuo, ſemper vitiat diſpoſitionem, nominando per errorem equum pro boue; quia talia nomina inuẽta ſunt ſimul cum ipſis rebus, & à natura eis impoſita, ideoq; immutabilia, d. l. 4. & talis error ſapit
5 ſtultitiam, ideo intolerabilis, d. l. 4. Sicut quando quis errat in nomine proprio. Fatuus enim eſt, qui ignorat ſuum nomen, vt inquit Imperator in l. fin. in princ. C. de hæred. inſtit. Item,
6 quia in eo, quod expreſſit teſtator, eius voluntas deficit, & in eo quòd voluit, deficit diſpoſitio, & ſcriptura. Vnde habet locum vulgo quòd dicitur: [propoſitum in mente retentum
7 nihil operatur,] l. fin. repetendi, 7. C. de cond. ob cauſam. Sed iſta concluſio fallit ſec. gl. hic, quando ſunt talia nomina appellatiua, quorum vnum habet proximitatem cum alio, vt ſi librum appello chartam, l. librorum, 52. §. quòd tamẽ Caſſius, ff. eod. 3. De quo latius vide Iaſ. & DD. in d. l. Qualiter autem probetur error teſtatoris in nomine proprio rei legatæ, tradit hic Plat. in fio. §. noſtri, videlicet per demonſtrationem, vel declarationem confinium, à teſtatore appoſitam. Adde DD. in d. leg. 4.

ADDITIONES.

a *An error in nomine, & qualitate hæredis efficiat inſtitutioni, vide apud Mant. 4. de coniect. vlt. volunt. 5. Adde Socinum regula, error in nomine proprio, 119.*
b *Error in appellatiuo nomine vitiat diſpoſitionem, l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. niſi ſimilitudo quædam ſit inter nomen appellatiuum, errore expreſſum, & id, de quo teſtator ſenſit gl. in l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. Ang. in l. ſi in nomine, C. de teſtam. Fallit quoque ſi ſermo errantis ſuſtineri poteſt communi ac promiſcuo loquendi vſu, leg. Labeo, verſ. nec mirum, ff. de ſupellect. leg. Fallit quoque, ſi res in cuius nomine erratum eſt tempore legati fuit præſens, & per ipſum teſtatorem demonſtrata gl. in l. quæ extrinſecus, ff. de verbor. oblig. Ang. in l. quoties, ff. de reb. dub. Adde Soc. regula. Error in nomine appellatiuo. 1 o.*

§ Huic proxima.

1 *An, & quando falſa demonſtratio vitiet legatum.*

1 BReuiter ex hoc §. notabitis, quòd falſa demonſtratio nõ vitiat legatum, quando de certo corpore conſtat, veluti, [Lego Titio fundum Cornelianum, quem à Caio emi] Licet enim ei donatus ſit à Sempronio, non tamen propterea vitiatur legatum dummodo de corpore conſtet, l. demõſtratio 17. & ibi Doct. ff. de cond. & demonſtr. niſi legati ſubſtantia non deficiat. Si enim ſpecies legata non extat, neque eſt in rerum natura vitiatur, l. 1. §. adeo, ff. de dot. prælеg. Item niſi demonſtratio fuit appoſita tamquam cauſa eius relicti. Veluti. [Filio meo Sticho lego iſtum fundum,] ſi non eſt filius, vitiatur legatum, l. neque 5. C. de teſtam. Item niſi de contraria teſtatoris voluntate appareat, ita vt ſciuiſſet cauſam eſſe falſam, non relinquiſſet, quia tunc etiam legatum vitiatur. De quo videte plenius Doct. hic, & in d. l. demonſtratio.

§. Longe magis.

1 *Cauſa fit per dictionem. Quia, Sed. Quoniam.*
2 *Conditio fit per Si, vel Cum: aliquando per Vbi, aliquando per In.*
3 *Modus fit per Vt.*
4 *Legatum non vitiatur adiecta falſa cauſa.*
5 *Deficiente conditione, deficit legatum. Idem, quando cauſa adiecta eſt ſub modo. Nam modo, ſub quo relictum eſt, non impleto, legatum peti non poteſt; niſi caueat legatarius ſe facturum quod defunctus voluit, & nu 6.*
7 *Legatum ſub conditione, & legatum ſub modo, differunt principaliter in duobus.*

1 AD intellectũ huius §. videte tit. in C. de falſa cauſa adiecta. Et præmittendum poſt gl. fin. hic, quòd cauſa fit per
2 dictionem. Quia, vel Quoniam. Conditio verò per Si, vel Cum: aliquando per Vbi, aliquando per In: vt pulchrè decla-
3 rat hic Fab. Modus vero per Vt. Quando igitur legatum re-
4 linquitur, adiecta falſa cauſa, propterea non vitiatur; Veluti ſi dicat Teſtator, [Lego Titio centum, quia eius patrocinio liberatus ſum à crimine capitali;] valet legatum, licet Titius non præſtiterit patrocinium, & ſic falſa cauſa adiecta ſit, tex.
5 eſt hic, & in d. l. demonſtratio, §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. Sed quando relinquitur ſub conditione, ita vt cauſa ſit conditionaliter adiecta, & ſit falſa, vitiatur legatum. Deficiente enim conditione, deficit legatum. Veluti; (Si Titius negotia
6 mea in Italia curauerit, lego ei centum) tex. eſt hic. Idẽ quando non ſub conditione, ſed ſub modo cauſa adiecta eſt; Veluti, (Lego Titio centum, vt hoc aut illud faciat) Hoc legatũ peti non poteſt, niſi modus, ſub quo relictum eſt, fuerit impletus, d. l. demonſtratio, in fine, aut legatarius caueat ſe facturum, quod defunctus voluit, l. ſi tibi legatum, 19. ff. eod. 3.
7 Et quamuis in hoc conueniat legatum ſub conditione, cum legato ſub modo, quòd ſicut deficiente conditione, deficit le-
a gatum, ita quoque deficiente modo: differunt *a* tamen principaliter in duobus. Primo conditio ſuſpendit obligationem. Nam, quod ſub conditione legatur, id non debetur, nec peti poteſt ante euentum conditione, l. legata ſub conditione, 41. ff. de condit. & demonſtrat. Sed modus non ſuſpendit obligationem, ideo legatum ſub modo, ſtatim peti poteſt, licet eius effectus

ADDITIO.

a *In dubio etiam præſumitur modus potius ineſſe quam conditio, Bart. Bald. & Alex. & alij, in l. cum mota, C. de tranſact. per l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati. vide Mant. 10. de coniec. vlt. volunt. 5. num. 13. & ſeqq. vbi notat contra ſententiam Alciat. 3. conſ. 20. & Pariſ. 2. conſ. 19.*

effectus impediatur, niſi legatarius caueat de modo implen-
do.d.l.ſi ſibi legatum. Deinde legatum ſub conditione tranſ-
mittitur ad hæredes legatarij quando ante cōditionis euen-
tum ipſe legatarius decedit,l.vnica,§.ſio autem aliquid,7.C.
de cad.toll.Legatum,vero ſub modo, non impedit tranſmiſ-
ſionem.De quo latius Plat hic num.82.

§.An ſeruo.

1 *An ſeruo hæredis legari poſſit,vt ex teſtamento illud legatum acquirat domino,ſuo hæredi ſcilicet inſtituto.*
2 *Non poteſt idem eſſe hæres,& legatarius.*
3 *Regula Catoniana quid ſit,& quando locum habeat.*
4 *An ſeruo inſtituto hærede domino ipſius aliquid purè legari poſſit.*

REdit Imperator ad perſonas quibus legata relinqui poſ-
ſunt. Et non eſt dubium,quin ſeruo legati poſſit vt ſuo
domino legatum acquirat,per ea quæ not.in §.legati ſup.eo.
1 Sed quæritur per Imperatorem hic de ſeruo *a* hæredis, an ei
a legari poſſit, vt ex teſtamento ſuo domino, hæredi ſcilicet
inſtituto,illud legatum acquirat? Et determinat Imperator,
quod non,ſi citra omnem conditionem,aut alimentorum
2 neceſſitatem,pure ſeruo legatum ſit, quia tunc idem eſſet hę-
res & legatarius,quod eſſe non poteſt,l. legatum, 116.ff.eo.1.
& ſibi ipſi obligaretur hæres, adeo vt nec valeat legatum, li-
b cet viuo teſtatore ſeruus manumittatur,propter *b* regulam
Catonianam, quæ dicit, legatum purum,quod non valet, ſi
teſtator ſtatim moreretur poſt conditum teſtamentum,non
cōualeſcere per hoc,quòd teſtator diutius vixit,l.1. ff.de reg.
Caton. Et iſta regula Catoniana,non habet locum in legatis
conditionalibus,quia ibi ſpectatur conditionis euentus l pen.
3 ff.de reg.Caton.Ex diuerſo autem ſeruo inſtituto hærede ni-
hil prohibet,quo minus domino eius aliquid purè legari poſ-
ſit,quia ille ſeruus manumitti,vel alienari poteſt, antequam
4 adeat hæreditatem. Quo caſu dominus non erit idem hæres,
& legatarius. Si tamen ille,ſeruus maneat in eius poteſtate
ac ipſius iuſſu adeat hæreditatem: tunc quia fit idem hæres,
& legatarius,euaneſcit legatum text.eſt hic.

A D D I T I O N E S.

a *Seruo hæredis non poteſt pure legari,quia tale legatum cedit à morte teſtatoris,l.vnica §.cum igitur,Cod.de cad.toll.& quidquid acquirit ſeruus,hoc acquirit domino, §. item vobis ſupra, per quas perſ.Et hac via idem hæres eſſet legatarius, quod iure non admittitur,l.legatum,ff.de leg.1.Quia nemo ſibi ipſi debere aut obligari poteſt,§.ſic itaque,infra de actionibus.*

b *Et quia acta morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo,leg.vlt.ff. communia prædior,*

§. Ante hæredis.

1 *Licet olim ante hæredis inſtitutionē legari nō poſſet,hodie tamen non refert quacūque parte teſtamenti legata relinquatur.*
2 *Voluntas teſtatoris tamquam regina vltimas volūtates regit.*
3 *Ordo ſcripturæ non attenditur, quando conſtat de mente, & voluntate diſponentis.Fallit,vt num 5.*
4 *Quando actor petit reum compelli, & condemnari, non propterea vitiatur libellus.*
6 *Legata etiā poſt mortē hæredis, & legatarij relinqui poſſunt.*
7 *In contractibus actiones incipere poſſunt ab hæredibus, & contra hæredes.*

1 DOcet nunc Imperator, qua parte teſtamenti legata re-
linqui poſſint. Et licet hæredis inſtitutio ſit caput, &
fundamentum totius teſtamenti, adeo quod abſque hęredis
inſtitutione teſtamentum nullum ſit: vnde, & olim ante hæ-
redis inſtitutionem legari non poterat hodie tamen non re-
fert, quacumq; parte teſtamenti, ſiue ante, ſiue poſt hæredis
inſtitutionem, aut etiam,inter medias inſtitutiones legata
2 relinquantur. Neq, iſte ordo ſcripturæ hoc caſu attendēdus
eſt ſed potius voluntas teſtatoris,quæ tamquam regina vlti-
mas voluntates regit,l. in conditionibus primum locum, 19.
3 ff.de condit & demonſtr. Vnde not. hic D.quod ordo *a* ſcri-
a pturæ non attenditur,quando conſtat de mente, & volunta-
4 te diſponentis. Vnde non vitiatur,libellus quando actor pe-
tit reum compelli, & condemnari quaſi videatur prius pete-
re executionem,quam condemnationē,contra l.1. C. de exe-
5 cut.rei iudic.quia apparet de mente actoris. Secus,ſi eſt ordo
qui non pendet à voluntate, diſponentis ſed à ſolemni for-
ma tradita à lege vlt.prolatam,4.C.de ſent.& inter l. omniū
6 iudicum. Cæterum ex.§.poſt mortem,notabitis, quod lega-
ta etiam poſt mortem hæredis, & legatarij relinqui poſſint,
7 & videtur hæres hæredis eſſe grauatus ad præſtandum lega-
tum, item hæredi legatarij relictum eſſe legatum, vt decla-
rat Imperator hic. Sicut,& in contractibus,ab hæredibus, &
contra hæredes action es incipere poſſunt vt conſtat ex titul.
C.vt actiones ab hær & contra hær.incipiant.

A D D I T I O.

a *Ex ordine,& contextu teſtamenti quemadmodum coniectura ſumātur,vide apud Mant.6.de coniect.vlt.13.& 7.tit.7.n.3.*

§.Finalis.

1 *Sublato iure veteri hodie legatum nomine pęnæ relinqui adimi,& transferri poteſt.Fallit vt num. 2.*
3 *Quæ contra bonos mores fiant ea,ceu impoſſibilia, nec facere nos poſſe præſumitur.*
4 *An pęna priuationis hæreditatis, vel legati adiecta mulieri, ſi nupſerit,reijciatur tamquam inducens viduitatem.*

1 TOllitur in hoc §. diſpoſitio iuris antiqui, ita quod hodie
legatum nomine pęnæ relinqui,adimi,& transferri poſ-
ſit id eſt,hæres per teſtatorem grauati poteſt ſub pęna, vt ali-
quid faciat vel non faciat eſt talis pęna adiecta valet, ſiue ſit
adiecta per modum ſolutionis, vt hæres eam ſoluat, ſi non
adimpleat voluntatem defuncti, ſiue per modum priuatio-
nis,vt priuetur hęreditate,ſiue per modum translationis,vel
ademptionis,vt quod prælegauerat hæredi teſtator,id alteri
leget,text.eſt hic,cui appenditur limitatio. Niſi talis pęna ſit
2 adiecta diſpoſitioni impoſſibili de natura,vel facto. Veluti ſi
dicat teſtator: Volo vt hæres meus, ſub pęna mille aureorū,
det Titio montem aureum, huic diſpoſitioni impoſſibili de iu
re, vt quia mādat teſtator aliquid fieri quod legibus propter
publica vtilitate prohibitum eſt. Item quando aliquid mādat
fieri quod eſt contra bonos mores. Quæcumque enim facta
3 lædunt pietatem exiſtimationem, & verecundiam, & gene-
raliter,quæ contra bonos mores fiunt, ceu impoſſibilia, nec
facere nos poſſe credendum eſt, l.filius 15. ff. de cond. inſtit.
3 Hinc quærit Plat.nu.90 an pęna priuationis hæreditatis, vel
legati adiecta mulieri ſi nupſerit, reijciatur tamquam indu-
cens viduitatem.Et dic eam reijci,in virgine, non autem in
vidua quia poteſt maritus aliquid legare coniugi, ſi vidua
manſerit, & ſi ad ſecunda vota tranſierit, poterit ab ea lega-
tum auferre. Auth.cui relictum,& ibi gl.fi.C.de ind. vid toll.
Item reijcitur tunc conditio, & pęna quando inducit vidui-
tatem reſpectu omnium perſonarum, vt nulli nubere poſſit
ſed reſpectu vnius perſonæ non reijciatur,leg. cum ita lega-
tum,63.ff.de cond.& demonſt.

DE ADEMPTIONE, ET translationum legatorum.

T I T V L V S XXI.

1 *Continuatio ad præcedentia.*
2 *Diuiſio tituli in duas partes.*
3 *Ademptio legatorum.*
4 *Ademptio legatorum fit dupliciter expreſſo & tacitè.*
5 *Expreſſe quomodo adimatur legatum.*
6 *Expreſſa ademptio fit aliquando pure,aliquando conditionaliter,quandoq;eodem teſtamento,quandoq; in alio teſtamento.Item quandoq; in codicillis.*
7 *Quando legatorum ademptio fit in eodē teſtamento,legatum non intelligitur datum,& hæres ipſo iure liberatur,& n.10.*
8 *Prior ſcriptura corrigitur per poſteriorem.*
9 *Regula l.vbi repugnantia,ff.de reg.iur quando locum habeat.*
11 *Quid iuris,ſi legata in alio poſteriore teſtamēto adimantur.*
12 *An,& quando in codicillis reuocentur legata in teſtamento relicta.*
13 *Adimi non poteſt,quod non datum eſt.*
14 *Priuatio præſupponit habitum.*
15 *Ademptio extra teſtamentum vel codicillos fieri poſſe.*
16 *Tacite adimitur legatum,nuda voluntate teſtatoris.*
17 *Rem legata donans alteri,cenſetur reuocare legatum.*
18 *Quando in teſtatorem,& legatarium ſupernenerunt inimicitia graues,& capitales, præſumitur legatum tacite reuocatum eſſe, niſi poſtea redierint in amicitiam.*
19 *Quę dicantur graues,& capitales inimicitię.*
20 *Hæreditas non reuocatur ſola voluntate nuda: niſi ex-terne mat ſolemnitas ad eius reuocationem requiſita*

21 *Si legatarius, ante traditionem legati, poſt mortem teſtatoris ſtuprat ipſius vxorem, aufertur ab eo legatum, tamquam ab indigno.*
22 *Summa legati in corpus matrimonij conuerſa, non cenſetur eſſe adempta.*
23 *Soli ei, cui relictum eſt, adimitur legatum.*
24 *Res legata adempta remanet apud hæredem cum onere.*
25 *Sicut legatum adimi poteſt: ita vni ademptum, poteſt transferri in alium.*
26 *Translatio legatorum fit quatuor modis.*
27 *Legati translatio facta in non capacem, nihilominus tenet.*

1 Ictum eſt ſupra de legatis, quæ res, à quibus, itẽ
quomodo, & quib s legari poſſit. Sed quia ambulatoria eſt hominia volũtas vſq; ad ſupremũ
vitę ſpiritũ, leg. 4. ff. de adimen. legatis; ita quod
liberum ſit, legata adimere, ſeu reuocare, & in
aliũ transferre, ideo hunc tit. iam ſubijcit Impe-
2 rator, qui diuiditur in duas partes. In prima loquitur de adẽ-
3 tione, quomodo legata reuocentur. In ſecũda, de translatio-
ne legatorũ Eſt autem ademptio legatorũ nihil aliud, quã re-
lictorum, per contrariam voluntatẽ, propter pęnitentiam te-
ſtatoris puta, ſiuę cõditionalia reuocatio, vt colligitur ex tex.
noſtro Et fit ſec gl. hic. ſuper verb. alijs dupliciter expreſsè, &
4 tacitè. Expreſſe adimitur legatũ per verba cõtraria: [Non do,
non lego,] vel per æquipolentia; veluti [pęnitet, me eius quòd
5 legaui, vel adimo. Item, Quod Titio legaui, id Seio do lego] l.
6 ſicut, 5. ff. eo. Et quidem ſic adimitur legatum aliquando purè
aliquando conditionaliter quia in ſpecie non exſtante cõdi-
7 tione, adimitur legatum, l. ſi legatum puræ, 10. ff. eo. 1. Itẽ adi-
mitur quandoque in eodem teſtamento, & tunc intelligitur
non datũ, & hęres ipſo iure liberatur, veluti ſi in principio te-
ſtamenti teſtator legauit Caio, quemdam fundum, & poſtea
pęnitentia ductus, nolens cancelare, vel aliquid delere in te-
ſtamento, reuocat tale legatum in fine iſtius teſtamẽti, vt hic
Prior enim ſcriptura corrigitur per poſteriorem, l. nihil pro-
8 hibet, 17. ff. eo. Non obſtante l. vbi repugnantia, 188 ff. de reg.
9 iur. Quia procedit illa regula, quando eſt de talis contrarietas
quæ tolli non poteſt, & quando non apparet, quæ fuit vltima
teſtatoris voluntas, ſec gl. hic, & Bart. in d. l. nihil prohibet, in
10 fi. Idem quando in eodem teſtameoto cõſulto deleuit lega-
tum teſtator, l. 1. §. ſed cõſulto, ff. de his, quæ in teſt. de l. Secus
ſi inconſulto deleuit, quia adhuc legatatius relictum petere
poteſt, d. l. 1. §. ſed conſultò. Et tunc incumbit, legatario onus
probandi teſtatorem inconſulto cancellaſſe argumen. §. non
ſolum autem 4. verſ. & verius ſup. de legatis. Quãdoq; in alio
11 teſtamento adimitur legatum quòd in priori relictũ erat Et
a tunc, quia prius teſtamentum, per poſterius rite *a* factũ rũpi-
tur, §. 1. ſup. quib. mod. teſt. infir. liberatur quoque hæres ipſo
iure, quando teſtamentum eſt ſolemne. Si vero non eſt ſolẽ-
ne, ope exceptionis liberatur, ſec. Bart. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de
12 leg. 1. Quandoq, in codicillis reuocantur legata in teſtamẽto
relicta vt hic. Et ſi ſunt duo codicilli in quorum vno eſt lega-
tum relictum, in alio verò ademptum, & non apparet, qui co
dicillus ſit prior, tunc ille præſumitur vltimua in quo adem-
13 ptio facta eſt. Quia adimi non poteſt, quod non datum eſt, l.
non poteſt videri, 208 ff de reg. iur. Et priuatio præſupponit
14 habitum, l. decem, 116. ff. de verb. oblig. Si vero vna res, in
duob. codicillis pluribus eſt relicta, nec apparet, quis ſit prior
codicillus, tunc omnes legatarij admittuntur per concurſum
ad partes rei legatæ, niſi appareat teſtatorem voluiſſe vtrũq;
ſolidum accipere. Nam tunc vni res, alteri æſtimatio debe-
15 tur, l. ſi plurib. 33. ff de leg. 1. Aut autem ademptio extr. teſta-
mentum, vel codicillos, fieri poſſit, dic, quod, ſic ſi adhibean-
16 tur aliqui teſtes. Et hoc caſu ſufficere duos teſtes, tenent hic
Plat. & Porc. Tacite verò adimitur legatum nuda voluntate
b teſtatoris vt quando rem legatam poſtea alteri *b* donat quia
17 cenſetur reuocare legatam, l. rem legatam, 18. ff. eod. Adeò,
quod licet donatio non valeat tamen legatum cenſetur adẽ-
ptum, l. legatum ſub conditione, 24. § 1. ff. eod. Item tacite re-
18 uocatur ex præſumpta voluntate, quando inter teſtatorem,
c & legatarium ſuperuenerunt inimicitiæ *c* graues, & capita-
les. Si tamen poſtea redierint in amicitiam cõfirmatur lega-
19 tum l. 3 §. fi. cum l. ſeq ff. eod. Quæ autem dicantur graues, &
capitales inimicitiæ, declarat hic Porc. Et obiter notandum li-
cet hic per inimicitias capitalea legatum tacitè adimatur ſe-
20 cus tamen eſſe in hæreditate, quæ ſola voluntate nuda non
reuocatur, niſi interueniat etiam ſolemnitas ad eam reuocã-
21 dam requiſita l. ex parte 12. cum ibi notatis, ff. eod. Item taci-
tè reuocatur legatum, quando legatarius ante traditionem
legati poſt mortem teſtatoris ſtuprauit ipſius vxorem. Nam
tunc aufertur ab eo legatum tamquam ab indigno, gloſ. eſt
22 ord. in l. fideicom. 27. C. de fideic. Non autem cenſetur adẽ-
ptum legatum, ſi ſumma legati conuerſa eſt in corpua patri-
monij, vt quia teſtator ex pecunia alteri legata comparauit
prædium. Debetur enim nihilominus legatario quantitas re-
23 licta l. pater, 23. ff. eod. Adimitur autem legatum ſoli ei, cui
relictum eſt, adeò, quod ſi filio, aut ſeruo legatum ſit, domi-
no aut patri adimi non poſſit, l. legatum nulli 21. ff. eo. Et res
24 legata adempta remanet pęnes hęredem cum onere, l. ſi adi
25 mendo, 19. & ibi Bart. ff. eod. quod ad ſecundam partẽ huius
tit. attinet breuiter notandum ſicut legatum adimi poteſt, ita
vni ademptum poſſe transferri in alium, vt hic, & l. ſicut adi-
mi 5. ff. eo. Et fit illa translatio quatuor mod. ſec. Iuriſc. in leg.
26 translatio 6. ff. eo. I. de perſona legatarij in alium legatarium.
Veluti: [Fundum quem Titio legaui nunc Seio do, lego. II.
De perſona eius, qui iuſſus eſt dare, vt alius det. III. De re ad
rem. Vt quando pro fundo legator teſtator iubet dare 100.
aureos. IV. De tempore præſenti in conditionis euentum, vt
quando id quòd pure relictum, eſt transfertur ſub conditio-
ne, ſub qua legatum eſt niſi conditio adhæreat perſona, l. le-
27 gatum ſub conditione 24. ff. eod. Quid autem, ſi ille in quem
trãſfertur legatũ nõ ſit capax: an teneat adẽptio? Et dic, quod
ſic ſec. gloſ. fin. hic per text. in l. etſi transferam, 20. ff eodem.

ADDITIONES.

a *Legatum in ſolemni voluntate factum, an per voluntatem minus ſolemnem reuocatum cenſeatur, vide Concen. 2. q. nu. 7.*
b *Legatum per rei legatæ alienationem extinguitur, cuius ſententiæ vide plures exceptiones apud Socin. reg. 218.*
c *De inimicitiis capitalibus dictum, §. item propter inimicitias, ſup. de excuſat. tutorum.*

a DE LEGE *a* FALCIDIA. TITVLVS XXII.

1 *Continuatio ad præcedentia, & rubrica, concordantes & n. 2*
3 *Olim ex lege duodecim tabularum teſtator poterat totum patrimonium ſuum erogare per legata.*
4 *Voluntas teſtatoris dicitur lex.*
5 *Hodie teſtatoris cauſa introductum eſt quod vltra dodrantem, hoc eſt nouem vncias, legare non poſſit.*
6 *Lege Falcidia quid diſpoſitum ſit.*
7 *Regula: Quod quilibet fauori pro ſe introducto renunciare poſſit quando procedat.*
8 *Falcidia vnde dicta.*
9 *Trebellianica etiam dicitur Falcidia.*
10 *Large ſumpto vocabulo, quidquid reſecat poteſt dici Falcidia*
11 *Legis Falcidiæ duo ſunt capita.*
12 *Falcidia dicitur quarta pars patrimonij ipſius defuncti quæ debetur heredi inſtituto.*
13 *Sufficit quartam partem relinqui heredi, ſiue vnus ſit, ſiue in plures limitatur hoc num. 14.*
15 *In ſingulis heredibus ratio legis Falcidiæ habenda eſt vt quilibet quartam ſuæ portionis ſaluam habeat.*
16 *Quid computetur in quartam, ſeu Falcidiam.*
17 *In quartam Trebellianicam quid computetur.*
18 *An heres in vna tantum re poſſit detrahere Falcidiam.*

1 Ictum eſt in pręcedenti titulo quod teſtator po-
teſt non ſolum diminuere, ſed etiam in totum
b adimere *b* legatum, & in alium transferre. In
hoc vero titulo declarat Imperator, qualiter, &
quando per ipſum hęredem legata per teſtato-
rem relicta, diminui poſſint. In totũ, enim per eum numquã
adimuntur, cum is tantum poſſit adimere, qui legat, vt in prę
2 cedenti titulo declaratur. Et habet hęc Rub. cõcordantes tit.
in ff. & C. ad legem Falcidiam. Ad cuius intellectum primo
3 notabitia, quod olim ex lege duodecim tabularum teſta-
tor poterat totum ſuum patrimonium per legata diſtribue-
re, & liberam legandi teſtandique habebat poteſtatem. Si-
cut

ADDITIONES.

a *De Falcidia vide Craſſum, lib. Sentent. §. Falcidia. Mant. de coniect. vlt. volunt. 13.*
b *Falcidia detrahitur ex legatis, vt hoc titul. Detrahitur, & ex mortis cauſa donatione, l. ſi mortis C. eod. l. 2. C. de don. cauſ. mort. & mortis cauſa captione, ab herede, non à teſtatore proficiſcente, l. pen. C. eo. l. acceptis, ff. eo. Detrahitur etiam ex fideicommiſſis, l. 2. C. eod. & donatione inter viuos ſi morte confirmetur, l. in donationibus, C. eod.*

Digitized by Google

cut hic referuntur verba legis 12 tabularum, [Vti quique le-
gaſſit de re ſua, ita ius eſto, &c.] adde l. verbis legis. 120. ff. de
4 verborum ſignific. Hinc, & voluntas teſtatoris lex dicitur c.
ſecundū, 2. in prin. verſ. diſponat, Nouel. 22. de nupt. Sed quia
5 propterea multi inteſtati decedebant, quod hæredes inſtituti,
videntes ſe nihil, aut parum ex teſtamento conſecuturos, &
nolentes abſque emolumento ſubire onera aliena, repudia-
a bant hęreditatem, ideo teſtatoris *a* cauſa introductum eſt, vt
6 hodie vltra dodrantem, id eſt, nouem vncias legare non poſ-
ſit. Et ſi fecerit, tunc illud, quòd excedit dodrantem, reſeca-
tur, & detrahitur, per leg. Falcidiam, qua cauetur, vt quarta
pars totius hæreditatis ſalua maneat apud hæredem, vt hic.
Sed circa hanc rationem, gl. hic, ſuper verb. ipſorum teſtato-
rū, opponit, l. pen. C. de pactis. Vbi traditur vulgata regula iu
7 ris, quòd quilibet fauori pro ſe introducto renunciare poteſt.
Ad quam hic reſpondet Angel. eam procedere, quando eſt ſo
lus fauor ipſius renunciantis; ſecus, ſi concernat etiam bene-
ficium, aut fauorem alterius, vel etiam publicum intereſſe, ſi-
cut hoc caſu publicè etiam intereſt, teſtatorem habere hære-
8 dem, &c. Sed & ipſius hæredis cauſa hoc ſtatutum videtur.
Dicta autem eſt Falcidia, ſecundum gl. hic à Falcidio Conſu-
le, ſicut Publiciana actio, à Publicio Prætore dicitur, §. ſed
iſtæ, 3. infr. de act. Vel a falce, quia vt falx fęnum, ita hæc lex
9 legata reſecat, ſecund. gloſ. hic, & in l. 1. ff. eodem, & ibi Bart.
Cum etiam Trebellianica dicatur Falcidia, l. iubemus, 6. iun-
cta gl in verb. Falcidiæ, C. ad S.C Trebel. Hinc Ang. hic dicit
10 largè ſumpto vocabulo, quicquid reſecat poſſe dici Falcidiā,
facit Auth. vnde, & ſi pārens, iuxta gl. C. de inoffic. teſt. Dein-
de igitur principaliter notabitis, quòd hodie vſq; ad dodran-
tem, non autem vltra legari poſſit. Hinc dicitur in l. 1. ff. eod.
11 hanc legem habere duo capita. Primum concedit liberam
poteſtatem teſtandi, & relinquendi legata vſque ad dodran-
tem. Secundum verò conſtituit modum legatorum, vt vltra
dodrantem teſtator hodie non poſſit legare, ne hæres minus
ex teſtamento accipiat, quam quartam partem hæreditatis.
d. l. 1. in princ. verſ. ſecundu capite. Adeo quòd ipſo iure, cum
contra præceptum legis legata ſint relicta, quarta pars de le-
gatis defalcetur, & hęres poſſit eam per rei vēdicationem à
legatarijs vendicare, ſecund. gloſ. hic, in verb. dodrantem, per
12 l. lineam, 26. vbi gloſ & Doctores, ff. eo. Et ſic Falcidia dici-
tur quarta pars patrimonij ipſius defuncti, quæ debetur hæ-
redi inſtituto. Vnde teſtator omnia ſua bona legando eroga-
uit, ita vt hæredi nihil ſuperſit, poterit hæres integram quar-
tam, & ſic tres vncias, defalcare. Si vero minus quarta ei ſu-
pereſt, id quod deeſt quartæ, de legatis reſecare poteſt, d. l. 1. &
13 l. in quantitate, 73 §. fin. ff. eod. Et prædicta procedunt, vt ſi-
ue vnus ſit inſtitutus hæres ſiue plures. apud eos quarta pars
hæreditatis remaneat, text. eſt hic in fin. prin. per quem Ang.
hic dicit, ſi eſſent mille hæredes, ſatis fore, ſi haberet vnam
quartam communiter inter eos diuidendam. Quod tamē li-
14 mitatur per Imperatorem hic in §. & cum quæſitum, proce-
dere, quando omnes hęredes ſimpliciter, & ſimiliter ſunt in-
ſtituti, & grauati etiam, ita, vt cōiunctim grauamen factum
ſit. Secus, ſi non eſſent in portionibus æquis hæredes inſtitu-
ti, vnuſque ex hæredibus tantum nominatim eſſet grauatus,
de ſua portione ſoluere legatum, ita quòd ſolutis legatis, pe-
nitus nihil, aut parum penes ipſum remaneat, tūc enim licet
alter, qui non eſt grauatus de ſua portione præſtare legata,
vel etiam ſi aliqua legata teneatur ſoluere, nihilominus reti-
net integram quartam hæreditatis, tamen poterit cohæres,
qui vltra modum ſic grauatus eſt, detrahere quartā de legatis
15 ſolutis de ſua portione; non obſtante quod alter habeat in-
tegram quartam, qui non tenetur ei de ſua parte ſuccurrere.
Quia in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ habenda eſt,
vt quilibet quartam ſuæ portionis ſaluam habeat, vt hic, & d.
16 §. & cum quæſitum, & l. in ſingulis, 77. ff. eod. Hinc ſumpta
occaſione quęritur per DD. poſt gloſ. hic ſuper verbo, retine-
b re, quidnam computetur *b* in quartam, ſeu Falcidiam? Et cō-
cluditur, id tantum computari, quod capitur iure hęreditario
inſtitutionis titulo: non autem id, quod prælegatum eſt hæ-
redi, aut conditionis implendæ cauſa, vel à cohærede, vel à
legatario datum eſt. Itaque ſi hæres iure hæreditario habet
quartam ex iudicio defuncti, tenetur præſtare legata ſolida;
ſed quod prælegati nomine accepit à cohærede, hoc ei non
imputatur in quartam, l. quod autem, 74. & l. in quartam, 91.
ff eo. exempli gratia. Si teſtator diſtribuit vndecim vncias hę-
reditatis per legata, hæres inſtitutus habebit tantum vnā vn-
ciam iure inſtitutionis, reliquas duas vncias poterit defalca-
re, non obſtante, etiamſi ei eſſet aliquid prælegatum. Nam
c hoc non tenetur computare in quartam, *c* dict. l. in quartam.
Niſi quo ad dantem, cohęredem ſcilicet vel legatariū, l. Ne-
17 ſennius, 22. ff eod. Item niſi detur à teſtatore ad hoc, vt impu-
tet in quartam, d. l. quod autem, in fi. ff. eod. in quartam vero
d *d* Trebellianicam computatur omne id, quod ex iudicio de-
functi hæres percipit, ſiue iure hæreditario, ſiue iure præle-
e gati, *e* vel alio modo, d leg. in quartam, & ibi Doctores. De-
inde principaliter quæritur poſt gloſ. hic, ſuper verbo, dodrā-
tem, an hæres in vna tantum re poſſit detrahere Falcidiam?
18 Et communiter diſtinguitur poſt gloſ. hic, & in leg. 2. C. eod.
Aut legata pluribus legatarijs ſunt relicta, & ſine dubio non
poteſt detrahi quarta de vna re tantum, ſed de ſingulis lega-
tis, per text. in d. l. 2. Aut vni tantum ſunt relicta, & adhuc eſt
communis ſententiam, hæredem non habere facultatem
eligendi rem, quam ipſe velit, niſi ex neceſſitate hoc fieret, vt
quia vna res eſt corporalis, alia incorporalis, & ſic indiuidua,
ſecundum gloſ. in d. l. 2. Item niſi ex pacto, & voluntate lega-
tarij hoc fieret ſecund. DD. hic. Denique niſi iudex, cuius ar-
bitrio relinquitur, ex æquitate quadam hæredi quartam in
vna re adiudicaret. De quo Bart. & DD. in d. l. in quartam, &
Plat. hic num. 3. & Ang. 7.

ADDITIONES.

a *Sed hodie poteſt teſtator prohibere Falcidiæ deductionem Au-
thent. Sed cum teſtator, C. eod. vt, & Trebellianicam, at non
quartam natura debitam, §. Sed quid, infra, de fideic. hæred. l.
ſi vt allegas, C. ad l. Falcid.*
b *Quæ in Falcidiam imputentur, vide apud Craſ. §. Falcidia,
quæſt. 13. & ſeq.*
c *Imo pro ſua parte imputat; hanc enim non capit iure legati,
ſed hæreditario, nec enim ſibi a ſe legari, ſoluique poteſt, d. l. in
quartam, verſ. 1.*
d *In quartam Trebellianicam quæ imputentur, vide apud Craſ
ſum lib. Sent §. Trebellianica, q. 10. & ſeq.*
e *Imo nihil aliud computatur in hanc, quam in Falcidiam, l. in
ratione, 30. § tametſi, l. in quartam 91 ad l. Falcid. leg. filium
quem, 14. C. fam. erciſc. l. qui non militabat, 78. ff. de hæred. inſt.*

§. Quantitas.

1 *Ad agnoſcendum, vtrum locum habeat lex Falcidia, inſpici-
tur valor totius patrimonij tempore mortis teſtatoris, ita
quod augmentum, & diminutio poſtea contingens, proſit, &
noceat hæredi, non legatarijs.*
2 *Quantitas bonorum defuncti conſideratur tempore mortis
teſtatoris.*
3 *Vbi eſt emolumentum, ibi quoque onus eſſe debet.*
4 *In hæredis electione eſt, an velit hæreditatem, ex qua nihil
commodi ſperat, adire, necne.*
5 *Hæres poterit cum legatarijs paciſci de certa parte legati re-
mittenda, ita, vt non ex lege Falcidia, ſed pacto, aliquid de
legatis conſequatur.*
6 *An, & quando fructus percepti poſt mortem teſtatoris, impu-
tentur in Falcidiam.*
7 *Partus nondum editus homo non rectè fuiſſe dicitur.*
8 *Si res aliqua in ſpecie legatur, quæ poſtea pereat, eius interi-
tus ſpectat ad legatarium.*

1 EX hoc §. notabitis regulam, quod ad cognoſcendum,
vtrum habeat locum lex Falcidia, inſpicitur valor totius
patrimonij, tempore mortis teſtatoris, ita, vt augmentum &
diminutio poſtea contingens, proſit, & noceat hæredi, non
legatarijs. Exempli gratia; Teſtator habens 100. in bonis, le-
gauit 100 quibus poſt mortem teſtatoris, ante aditā hæredi-
tatem ex fętu pecorum, & ancillarum acceſſerunt 30. adhuc
erit locus Falcidię, & ita quòd hęres detractis 25. de iſtis 100.
legatis, tantum cogatur ſoluere 75. retentis etiam 30. quæ
2 hæreditati iacenti acceſſerunt. Quantitas enim bonorum
defuncti conſideratur tempore mortis teſtatoris, text. eſt hic
& in l. in quantitate, 73. ff eodem. Ita è contraria diminutio
patrimonij, & caſus contingentes poſt mortem teſtatoris,
ad ipſum hæredem, non ad legatarios pertinent, ſicut hoc
3 text. per exempla declaratur. Et facit vulgata regula iuris,
a quod vbi *a* eſt emolumentum, ibi quoque onus eſſe debet,
4 ſupr. de legit. patr. tut. Hoc tamen caſu ſuccurritur hæredi,
quia

ADDITIO.

a *Onus qui ſentit, an per eſpere debeat commodum, vide apud Co-
cennatium, 4. q. 20. Adde Dinum in c. qui ſentit onus,
reg. iur. & Decium in l. ſecundum naturam, 10 ff. de reg. iur.*

qui eſt in eius electione, hæreditatem, ex qua nihil commo-
5 di ſperat, velit adire nec ne. Et quia hæreditate non adita per
hæredem inſtitutum, non debentur legata, vt notatur poſt
tex. in l. eam, quam, 14. C. de fideic. poterit cum legatarijs pa-
ciſci de certa parte legati remittenda, ita vt non ex l. Falcidia
ſed pacto aliquid de legatis conſequatur, text. eſt hic, in fin. §.
noſtri. Porro quod traditur hic, fructus perceptos poſt mor-
tem teſtatoris, non computari in Falcidiam, id limitatur non
6 procedere, quando teſtator diſpoſuit contrarium, ſecundum
Angel. hic per l. quod autem, 74. ff. eod. Deinde fallit, ſi erant
maturi fructus, vel ſati tempore mortis, l. in lege Falcidia pla-
cuit 9. iunct. gloſ. ibi, in verb. mortis, ff. eod. Excepto partu in
ventre ancillæ exiſtente, etiam tempore mortis teſtatoris.
7 Nam is hæreditatem non auget, cum partus nondum editus
homo nó recte fuiſſe dicatur, d. l. in lege Falcidia. Item quod
8 dictum eſt, diminutionem patrimonij legatarijs non nocere
verum eſt, niſi in ſpecie res legata ſit, quæ poſtea intereat.
Vnde gloſ. hic, ſuper verb. ſolida quærit ad quem interitus rei
legatæ pertineat? de quo in §. ſi res legata, 6. ſupra de legatis,
dictum eſt.

---

§. Finalis,

1 *De hæreditate defuncti ante omnia deduci debet æs alienũ.*
2 *Creditores præferuntur omnibus legatarijs.*
3 *Bona non intelliguntur eſſe cuiuſquam, niſi quæ deducto ære alieno ſuperſunt.*
4 *An, & quando hæres, qui fuit creditor defuncti poſſit deducere quod ſibi debetur.*
5 *Secundo loco deducendæ ſunt impenſæ funeris, & monumenti neceſſariæ.*
6 *Impenſæ funeris conſiderandæ ſunt ſecundum qualitatem perſonæ, & quantitatem patrimonij defuncti.*
7 *Impenſæ funeris æquiparantur æri alieno.*
8 *Quando hæreditas non eſt ſoluendo, tunc funeris impenſæ præcedunt omne debitum.*
9 *Funeris impenſæ etiam dotis vxoris præferuntur.*
10 *Tertio loco ab hæreditate defuncti detrahitur pretium ſeruorum manumiſſorum.*
11 *De legato pio Falcidia non detrahitur.*
12 *Quomodo fieri debeat detractio Falcidiæ.*
13 *Quid iuris in detractione Falcidiæ, ſi teſtator legauerit vltra quantitatem patrimonij.*
14 *In quibus lex Falcidia locum habeat; an ſcilicet etiam de alijs rebus, quam legatis, hæres poſſit detrahere Falcidiam.*
15 *Mortis capio quid ſit.*
16 *Donationes inter virum, & vxorem regulariter non valent, niſi mortem confirmentur.*
17 *In quibus donationibus non detrahatur Falcidia.*
18 *Quando, & à quibus legatis non poſſit detrahi Falcidia.*
19 *Teſtator hodie prohibere poteſt Falcidiæ detractionem.*
20 *Error facti, non iuris, eſſe tolerabilis.*

TRaditur hic quædam exceptio à regula in præcedente
§. tradita, nempe quantitatem patrimonij, quo ad Falci-
diam detrahendam, ſpectari tempore mortis teſtatoris, quod
1 ita intelligi debeat, vt l. ante omnia deducatur æs alienum,
quia creditores præferuntur omnibus legatarijs, l. in imponē-
2 da, 6. C. eod. Neque enim bona cuiuſquam eſſe intelliguntur,
niſi quæ deducto ære alieno ſuperſunt, l. ſubſignatum, 39. ff.
3 de verb. ſignif. Adeo vt etiam hæres, qui fuit creditor defun-
a cti, poſſit deducere id, quod ſibi debetur, d. l. in imponenda. *a*
Sed hoc hodie procedit, ſi hæres confecerit inuentariũ, alias
4 actio ſua in totum confunditur, ita quod ad integra legata
5 teneatur, vt not. per Sal. & alios, in d. l. in imponenda. & Ang.
hic. Item procedit, niſi teſtator aliud expreſſe diſpoſuiſſet, l. ſi
6 debitor creditore, 12. ff. eod. II. Deducuntur impenſæ funeris,
b & monumenti neceſſariæ, *b* vt hic, quæ attendendæ ſunt ſe-
cũdum qualitatem perſonæ, & quantitatem patrimonij de-
functi, l. ſi quis, 12. § ſumptus funeris, ff. de relig. & ſumptibus
7 funerum. Hinc notat Angel hic, impenſam funeris æquipa-
rari æri alieno. Imo omne creditum ſolet præcedere, quando
8 hęreditas non eſt ſoluendo, tex. eſt in l. pen. ff. de relig. & ſum-
9 pt. fun. in tantum, quod etiam præferatur doti *c* vxoris, ſec.
c Bart. in l. 1 ff. ſolut. matrim. quem refert, & ſequitur Ang. hic,
nu. 1. III. Deducitur pretium ſeruorũ manumiſſorum, quod
duobus modis declarat hic gl. ſuper, ver. ſeruorum. Ex qua no
10 tant Doct. de legato pio Falcidiam non detrahi, quod hodie
11 clarum eſt per Auth. ſimiliter. C. eod. Deinde ex §. noſtro no
12 tabitis, qualiter detractio Falcidiæ fieri debeat. Si enim teſta-
tor hæredi nihil reliquit, poterit hæres integram quartam de
ſingulis legatis detrahere. Si vero aliquid conſecutus eſt, mi-
nus tamen quarta parte, tunc vſque ad ſupplementum quar-
tæ partis, pro rata ſeu proportionabiliter, de ſingulis legatis
poterit detrahere octauam, quintam, vel ſextam, &c. vt de-
13 claratur hic in text. Si autem vltra quantitatem patrimonij
teſtator legauerit, videlicet 500. aureos, cum haberet tantum
400 tunc primo de ſingulis legatis detrahitur quinta pars,
quæ vltra ſubſtantiam teſtatoris relicta eſt, & poſtea adhuc
quarta, quæ hæredi debetur nomine Falcidiæ, vt hic, adde l. in
quantitate, 73. §. fin. ff. eod.
14 Expedito textu, de duabus adhuc quęſtionibus principali-
ter videndum eſt. Primo, in quibus lex Falcidia locũ habeat,
an ſcilicet etiam de alijs rebus, quam legatis, hæres poſſit de-
trahere Falcidiam, de quo eſt gl. in princ. ſup. eo. ſup. verb. le-
gate. Et dic, eam locum habere. I. in legatis, etiamſi legata re-
licta ſint principi, l. 4. C. eod. II. In fideicommiſſis particulari-
bus, l. 2. C. eo. quia ſunt legatis exæquata, l. 1. ff. de leg. 1. III. In
d donatione *d* cauſa mortis, ſi hæres non habeat quartam, l. ſi
mortis, C. eod. IV. In mortis quoque capione, l. pen. C. eod.
15 Eſt autem mortis capio, quidquid occaſione mortis alicuius
percipitur, quod non habet ſpeciale nomen, videlicet, quod
alter capiatur, quam per legatum, vel fideicommiſſum, aut
donationem cauſa mortis, nec alias debetur, velut, ſi teſtator
iubeat, non aliter poſſe hæreditatem adire hæredem quam ſi
ſoluat certam quantitatem alicui. De quo latius vide Plat. in
16 prin. tit. noſtri, num. 5. V. In donatione inter viuos, quę mor-
te confirmatur, l. in donationibus, C. eod. vt eſt regulariter in
donationibus inter virum, & vxorem, quæ non valent, niſi
17 morte confirmentur, c. ſi de donat. & l. donationis, 25. cum
ſimil. C. de donat. inter vir. & vxor. De alia vero donatione
inter coniuges facta, quæ ad perfectionem non requirit cō-
firmationem mortis, Falcidia non detrahitur, vt eſt in dona-
tione remuneratoria. Item quãdo donator non efficitur pau-
perior, vt ſupr. de don. declaratum eſt. De quo vide Angel in
princ. tit. noſtri, nu. 5. Idem dicendum eſt de donatione inter
patrem, & filium, in poteſtate conſtitutum, quæ etiam mor-
te confirmatur, d. l. donationes, in princ.
Secundo quęritur, an lex Falcidia aliquãdo ceſſet, ita quod
18 hęres de legatis nõ poſſit detrahere quartam? De hac quæſt.
eſt gl. ſi. in § fin. huius tit. Sunt enim quædam legata, a quibus
nihil poteſt detrahi. I. Si teſtator expreſſe prohibet detrahe-
re quartam, quod hodie facere poteſt. Authent. ſed cum te-
19 ſtator, C. eod. II. Si ea lege a teſtatore aliquid relictum fue-
rit, ne alienetur à legatario, eiuſque ſucceſſoribus. Auth. ſed
e & in ea, C. eod. III. Si ſint legata relicta ad pias *e* cauſas, pro
anima ſcilicet Auth. ſimiliter. C. eod IV. Si legata ſint in te-
ſtamento militis, iure militari facto, relicta, l. in teſtamento,
7. C. eo V. Si dos prælegata fuerit; de hac enim non detrahi-
tur Falcidia, cũ vxor recipiat id quod ſuum eſt, l. cum dotem,
57. ff. eodem. VI. Si hæres integra legata ſoluit, ſiue ſciat, ſi-
ue ignoret, ſibi de iure competere Falcidiam: niſi ex errore
facti ſolide legata ſoluat, putans vires hæreditarias ſufficere,
tam ad integra legata ſoluẽda, quam ad retinendam quar-
20 tam. Error enim facti, non iuris eſt tolerabilis, l. error, 9. C.
eo. VII Si æs alienum defuncti vniuerſum eius patrimoniũ
exhaurit

ADDITIONES.

a *L. qui fundum, ff. eod.*
b *L. 1. in fine, ff. eod.*
c *Etiam anteriori. Sẽper enim ex hæreditate deduci dicitur, & onus deatum præcedit, l. pen. ff. de relig. & ſumpt. fun. An quomodo, ſiue ſit tacita dotis hypotheca, ſiue expreſſa? Bart. in l. 1. ff. ſol. matr. indiſtincte loquitur, & ſcribit, funeris impẽſam præferri doti. Sed Bald. Nouel. tract. de dote, part. 10. contrariũ putat. Ait enim, funeris impẽſam non præferri doti, etiamſi dos tacitam tantum hypothecam habeat, putatq; voces illas ſuperiores. Semper, & omnes, reſtringendas eſſe fauore dotis. Alij cenſent funerariam impenſam præferri doti cuicumque, etiam expreſſam habenti hypothecam, propter publicam vtilitatẽ, & neceſſitatem ſepulturæ. Sed Neguſ. hoc tantum admittit in dote tacitã hypothecam habẽte. Mouetur autẽ hac ratione, quod in iure cautum non reperiatur, vt expẽſa funeris præferatur dotis anteriori expreſſæ, ſeu tacitæ tantum, l. at ſi quos §. 1. ff. de relig. Et tandẽ concludit, impenſam funeris omnibus tacitis hypothecis præferri, nullis autem anterioribus expreſſis, ſiue ſint dotis, ſiue non dotis. Vide eundem ſupra de pignoribus, 4. num. 28. & ſeq. vbi eidem ſtatuit eſſe in impenſis infirmitatis.*
d *Vide Craſſum lib. Sent. §. Falcidia, q. 8.*
e *Idem in Trebellianica vt per Capellam Toloſanam, q. 83.*

exhaurit,l.ſucceſſore,16. C.eodem VIII. Si hæres teſtatori,
vel legatario promiſerit,ſe integra legata ſoluturum,l.fi.Co.
a eo.IX. Si hæres *a* non confecto,inuentario adit hæreditatem.
Sicut enim tūc omnibus creditoribus vltra, vires hæreditatis
ſatisfacere tenetur, ita quoque integra legata ſine detractio-
ne Falcidiæ ſoluere cogitur,l.fi.§.ſi vero 12. C. de iure delib.
& d.Auth.Sed cum teſtator,cum ibi not. C.eod.

A D D I T I O.

a *Hæres ob non confectum inuentarium vtrum Falcidiam, & Trebellianicam amittat,vide Concennatium 3.qu.11. De ea re dictum ſupra,§ penul.num.19. tit.de hæred. qualit. & differ. Craſſus,§.Falcidiam,q.12.*

a DE FIDEICOMMISSARIIS hæreditatibus, & ad Senatuſc. Trebellianicum. *a*

TITVLVS XXIII.

1 *Continuatio ad præcedentia.*
2 *Quid ſit fideicommiſſum,& vnde dictum.*
3 *Vſus fideicommiſſorum apud veteres.*
4 *Fides dicitur ab eo quod fiat quod dictum eſt.*
5 *Romæ templum Fidei erectum fuit.*
6 *Fideicommiſſum eſt duplex: vniuerſale, & ſingulare.*
7 *Vniuerſale fideicommiſſum quid ſit.*
8 *Hæres fideicommiſſarius quis dicatur.*
9 *In hoc titulo agit Imperator de fideicommiſſo vniuerſali.*
10 *Singulare vel particulare fideicommiſſum, quid ſit.*
11 *Singularia fideicommiſſa omnino exequantur legatis.*
12 *Fideicommiſſa,tam ſingularia,quam particularia,relinquuntur vel expreſſe,vel tacite.*
13 *Expreſſe quando relinquatur fideicommiſſum.*
14 *Tacite fideicommiſſum quando relinquatur.*

1 QVamuis legata,& fideicommiſſa, ſ.particularia,per om
nia ſint exequata, l.1.ff. de leg. 1.tamen Imperator in §.
ſed non vſque,ſup.de legatis propter tyrones iuris ſeparatim
de ſingulis tractare propoſuit. Et quia hactenus de leg. qua-
liter.ſ.fiant,& adimantur,dictum eſt tunc,de fideicommiſſis,
eorumque diminutione duo tituli,ſubijciuntur.Et initio ſciē
dum fideicommiſſum dici, quod alicui in teſtamento, vel ab
2 inteſtato per interpoſitam perſona relinquitur. Dictū à fide,
quia fidei hæredis committitur, & ab eius fide, & voluntate
3 dependet vt hic,in princip.tituli noſtri.Olim enim ſi qui erāt
quibus teſtator directo aliquid in teſtamento relinquere non
poterat,& tamē eis partem bonorum ſuorum relinquere cu-
piebat inſtituebat directum hæredem qui de iure non prohi-
bebatur inſtitui & eius fidei committebat,vt eam partem no
minato in teſtamento,quem directo inſtituere non poterat,
reſtitueret. Et his hæres nullo iure,neque per viam actionis,
neq;per officium iudicis(reprobata gl hic, ſuper verb. vincu-
lo) ad tale portionem præſtandam cogi poterat, ſed tantum
eius fidei hoc commiſſum erat. Tanta, erat olim ſua cuique
4 fides,ab eo appellata quia fiat,quod dictum eſt ſec. Cic. 1. lib.
5 Offic. Vnde etiam Romæ templum fidei erectum erat ſicut
Imperator hic in princ originem, & etymologiam fideicom-
miſſorum commodius refert, quam vt à quoquam explicari
6 poſſit.Eſtque duplex fideicōmiſſum,vniuerſale, & ſingulare:
7 Vniuerſale *b* fideicōmiſſum eſt quando vniuerſum patrimo-
b nium per interpoſitam perſonam alicui relinquitur, vt quia
teſtator primo loco inſtituit directum hæredem,& eius fidei-
8 committit.vt re,enta quarta, aditam hæreditatem alteri reſti
9 tuat qui fideicommiſſarius hæres dicitur. Et de tali fideicom-
miſſo vniuerſali in hoc tit. differit Imperator.
10 Singulare verò, vel particulare fideicommiſſum dicitur,
quando res particularis per interpoſitam perſonam alicui re-
linquitur vt quia teſtator rogat hæredem inſtitutum,vt argē-
11 teum calicem reſtituat Sempronio,& iſtud fideicommiſſum
omnino exæquatur legato,d l.1.ff. de leg 1. De quo in tit.ſeq.
12 dicitur.Et poſſunt fideicommiſſa tam particulariā quam vni
13 uerſalia relinqui expreſſe,& tacitè. Expreſsè ſi teſtator dicat.
(Titius hæres meus eſto,& rogo,vt quam primum adeas hæ
reditatem,eamque Sempronio reſtituas.)Tacite,ſi pater filio
14 & filia hæredibus inſtitutis,ſubijciat hæc verba, (Mando tibi
filia ne condas teſtamentum,ſi innupta deceſſeris)Præſumi-
tur enim rogaſſe filiam,vt fratri hæreditatem reſtituat, vt eſt
caſus in l.qui filium,74.ff.ad S.C.Trebell.& aliud exemplum
habetur,in l.codicillis,(al.§.13. in l.Lucius Titius, 88.) §.ma-
tre,de leg.2.

A D D I T I O N E S.

a *Trebellianica quid, & an detrahatur contra teſtatoris voluntatem vide apud Mantic.7.de coniectur. vltimar. volunt. Ex quibus verbis intelligatur prohibita ibid.tit.12.de Trebellianica Socin.reg.Trebellianica hodie,432. & regula Trebellianica per hæredem,433.Gailum 2.obſeruat. 137.*
b *Vniuerſali fideicommiſſo an prælegata contineantur,vide Gailum 1. obſeruat. 15. Fideicommiſſum vniuerſale a ſpeciali quemadmodum diſtinguatur vide apud Manticam 7. de conject.vltim.volunt.2.*

§. In primis.

1 *Fideicommiſſa, tam in teſtamento, quàm ab inteſtato relinqui poſſunt.*
2 *Forma fideicommiſſi in teſtamento relicti.*
3 *Fideicommiſſa in teſtamento relinqui poſſunt vel pure,vel ſub conditione, vel etiam ex certo die.*
4 *Vniuerſale fideicommiſſum in teſtamento relictum,an valeat ſine inſtitutione hæredis.*
5 *Si adijciatur clauſula codicillaris, tunc intelliguntur rogati venientes ab inteſtato,vt reſtituant hæreditatem.*

1 PRæmittendum hoc loco, quod fideicommiſſa tam in te-
ſtamento, dum ab inteſtato relinqui poſſint. Et qualiter
ab inteſtato relinquantur dicitur in §.præterea,iuf.eo In hoc
2 vero §.docet Imperator,quæ forma debeat obſeruari in fidei
commiſſis in teſtamento relictis. In primi enim hæres dire-
ctus inſtitui debet,qui adeat hæreditatem.Inſtitutio enim hæ
redis,eſt caput & fundamentum teſtamenti,ſine qua teſtamē
tum eſt nullum,vt hic,& §.ante hæredis, 34.ſup.de legatis.Et
debet iſte hæres inſtitutus rogari,vt alteri,ſ.fideicommiſſario,
reſtituat hæreditatem totam,vel eius partem vt hic, & l.cogi,
16.§.ſi quis hæres,in prin.ff.ad S.C. Trebell. idque fieri poteſt
a vel pure,vel ſub *a* conditione vel etiam ex certo die. Veluti.
3 (Titius hæres meus eſto,& rogo,vt poſt decimum annum re
ſtituas eadem hæreditatem Sempronio,) vt hic. Quod hoc
caſu bene fieri poteſt,licet alias hæres ex certo die,vel tempo-
re inſtitui non poſſit,§.hæres,& purè,9.ſup.de hæred. inſt. ne
teſtator reperiatur pro parte temporis teſtatus, & pro parte
inteſtatus deceſſiſſe,contra l.ius noſtrum,7.ff. de reg iur.Ceſ-
ſat enim tunc iſta ratio,quando hæreditas eſt alteri reſtituen
da qui hæres directus interim eſt, & manet hæres, & omnes
actiones,actiuæ,& paſſiuæ ipſi inhærent,vt intra latius dice-
4 tur.Porrò quod dictum eſt,non valere fideicommiſſum vni-
b uerſale relictum in teſtamento,ſine *b* hæredis inſtitutione,in
telligendum eſt ſec.DD ſi hic quādo conſtat, quod teſtator vo
luit condere teſtamentum. Vnde plenius poſt Doctores hic
diſtinguite. Aut conſtat quod teſtatur voluit condere,teſta-
mentum,& tunc quia teſtamentum non valet,neq; relicta in
eo debentur,quando hæres,non eſt inſtitutus, §.ante hæredis
ſequitur fideicommiſſum quoque non valere vt hic, & l.1.ff.
de iure codicill. Aut conſtat quod voluit facere codicillos, vel
relinquere fideicommiſſum ab inteſtato, & tunc valet fidei-
commiſſum abſque inſtitutione hæredis,vt in d. § præterea,
infr.eod.Aut vero eſt dubium, & tunc ſi fecit mentionem
de hærede,præſumitur voluiſſe teſtamentum facere. Et ideo
ſi non valet inſtitutio,nec legata,nec fideicommiſſa debentur
d.leg.1.cum ibi notatis,ff.de iure codicil.& l.non codicillum,
14.C de teſt.Niſi alias conſtet de volūtate defuncti, quod vo
luerit ab inteſtato relinquere fideicommiſſum; vel codicilla-
ri,vt quia adiecit clauſulam codicillarem, ſi.l. non valet iure
5 teſtamēti valeat,iure codicillorum vel alio modo quo valere
poteſt.Nam tunc licet ex teſtamento non poſſit peti fideicō-
miſſum poterit tamen peti tamquam ab inteſtato, cum per il
lam clauſulam intelligantur rogati venientes ab inteſtato re-
ſtituere hæreditatē vt plene notatur in d.l.1.ff. de iure codic.

§.Re-

A D D I T I O N E S.

a *Conditionale fideicommiſſum vtrum ad hæredes tranſmittatur vide apud Gailum,2. obſeruat.131. Hæres fideicommiſſo conditionali grauatus,an fructus pendent conditione perceptos ſuos faciat,vide ibi obſeruat.122.*
b *An ex teſtamento nullo fideicommiſſum vniuerſale debeatur vide Gailum,2.obſeruat.184.*

Digitized by Google

§. Reſtituta.

1 *Effectus fideicommiſſorum vniuerſalium.*
2 *Qui ſemel hæres eſt non poteſt deſinere eſſe hæres.*
3 *Actiones directe ſunt infixe oſſibus hæredis, vt in alium transferri nequeant.*

1 EX hoc §. primo notabitis effectum fideicommiſſorum
vniuerſalium eſſe vt hæres directus cogatur adire hæ-
a reditatem, & eam aditam reſtituere *a* fideicommiſſario. Ad-
de l.nam quod.14.§.1.ff.ad S.C.Trebell.
Secundo, quod ex Senatuſconſ.Treb.omnes actiones, tam
actiuæ quam paſſiuę cum hęreditate reſtituantur, & transfe-
rantur in fideicommiſſarium. Quod intelligendum eſt non
de directis, ſed vtilibus actionibus, quę in fideicommiſſarium
transferuntur, vt hic in fi.§.noſtri.
Tertio, quod licet directus hæres reſtituat hæreditatem
cum omnibus actionibus fideicommiſſario, ipſe tamen ad-
2 huc hæres manet. Qui enim ſemel hæres eſt non poteſt deſi-
nere eſſe hæres, leg ei qui ſoluendo, 88.ff.de hæred. inſt. præ-
ſertim verò quo ad directas actiones, quę infixæ ſunt eius oſ-
ſibus, ac proinde in alium transferri nequeunt, ſec.gl.fin. in l.
3 quis ergo, 16.ff.de pecul. Non tamen poteſt effectualiter cō-
ueniri à creditoribus, quia reſtitutione hæreditatis habet ex-
ceptionem, vt non conueniatur, niſi pro ea parte, quæ remā-
ſit penes eum, ſicut etiam, e contrario, ſi ipſe vellet agere
contra debitores hæreditarios, per exceptionem repelleretur
leg.1.§.1.ff.ad S.C.Trebell.
Quarto, quod fideicommiſſarius habetur loco legatarij,
ſecundum Senatuſc.Pegaſianum, ſed ſecundum Senatuſcon.
Trebell. habetur loco hæredis, vt infra dicetur.

A D D I T I O.

a *Quę ex coniectura voluntatis fideicommiſſario reſtituenda, vide Mant.7.de coniectur.6. An prælegata, & fideicommiſſa. tit.7. An & quæ obueniunt hæredi aliunde, quam ex ſubſtantia, & iudicio teſtatoris, tit.8. An, & feudum, & emphyteuſis, tit 9. An fructus tit.10.*

---

§ Sed quia cum, §§.ſeq.

1 *Hæres rogatus reſtituere hæreditatem per Senat.Trebel. nihil retinebat, ſed per Senatuſc.Pegaſianum poſtea introductum eſt, quod poſſit retinere Quartam.*
2 *Quatuor capita Senatuſc.Pegaſiani.*
3 *Varij ſunt affectus, & voluntates hominum.*
4 *Variæ ſunt ſpecies quartarum.*
5 *Quarta debita deſcendentibus, & aſcendentibus, quæ legitima appellatur.*
6 *Quarta Falcidia.*
7 *Quarta Trebelianica.*
8 *Quarta Arrogati.*
9 *Quarta concubinæ.*
10 *Quarta de qua habetur in Auth. Preterea, C.Vnde vir, & vxor.*

1 PRo intellectu huius textu ſciendum, quod hęres rogatus
reſtituere hæreditatem per Senatuſ. Treb nihil retinebat
propter quod ſæpe recuſabat hæreditatem adire atq; ita ex-
ſtinguebantur fideicommiſſa, ideo per Senatuſ.Pegaſ. poſtea
introductum eſt, vt hæres rogatus poſſit retinere quartā, ſi-
cut de legatis ex lege Falcid. dettahere poteſt. Et illud Pegaſ.
2 Senatuſc. quatuor continebat capitula. Primum, quod hęres
rogatus poterat retinere quartam. Secundum, quòd propter
illam quartam, quam retinebat: ſolus onera hæreditaria fe-
rebat, ita vt fideicommiſſarius pro legatario, haberetur niſi
inter ipſum, & fideicommiſſariū ſtipulationes de oneribus,
& commodis hęreditarijs vtrinque pro rata diuidēdia inter-
poſitæ eſſent, vt hic, verſic. poſt quòd Tertium, quod rogato
volente retinere quartam, ſed integram hęreditatē reſtituen-
te, interponebantur ſtipulationes emptæ, & venditæ hęredi-
tatis per quas hæres directus reddebatur ſecurus, nec coge-
batur ſubire onera hæreditaria. Stipulatio autem inter ven-
ditorem, & emptorem hæreditatis talis erat quod venditor
promittebat reſtituere quidquid ad euum ex hęreditate per-
ueniret, & emptor promittebat admittere omnia opera hæ-
3 reditatis, ſec.Plat.hic. Quartum quòd, ſi hæres ſcriptus ſuſpi-
cabatur hæreditatem fore damnoſam, aut alia ex cauſa recu-
ſabat adire, vt varij ſunt affectus, & voluntates hominum, vt
inquit Iuriſc.in l.quia poterat, 4.ff.ad S.C. Trebel. ac fideicō-
miſſarius poſtulabat, vt adiret ſcriptus hęres hęreditatem,
poterat hic iuſſu prætoris, cogi ad adeundam, & reſtituēdam
hęreditatem. Quo caſu nulla ſtipulationū formula, opus erat
ſtatim enim ſecurus reddebatur, cum omnes actiones tranſi-
rent in fideicōmiſſarium, & ipſe coactus hæreditatem adijſ-
ſet, vt habetur hic in §.ſed ſi recuſabat. Et notabitis hic gl. ſu-
a per verbo proinde quæ enumerat varias ſpecies, Quartarū *a*
4 Adde ſimilem gl. in l.in quartam.91.ff.ad l.Falcid. & in leg.fi-
5 lium, 24.C.familiæ herciſcundæ eſt enim.I.Quarta, quæ de-
b betur deſcendentibus, & aſcendentibus, & legitima *b* appella-
tur, de qua ſup.de inoffic.teſtamento dictum eſt. Et illa olim
erat quarta pars bonorum paternorum, hodie vero eſt tertia
pars quando ſunt quatuor, vel pauciore liberi, ſi vero plures;
6 tunc ſemis. Aut nouiſſima, Cod.de inoffic.teſt.II. Eſt Quarta
Falcidiæ quæ de legatis vltra dodrantē relictis deducitur, vt
in tit præc.dictū eſt.III. Eſt Quarta Trebellianica, de qua hic
7 agitur, quæ ſcilicet debeatur hæredi de hæreditate, quam ro-
gatus eſt alteri reſtituere. Et illa ex S.C.Pegaſiano, eſt intro-
ducta, ſed hodie attributa S. C. Trebelliano, vt in §. ſed quia
ſtipulationes, infra eod.habetur. IV. eſt alia Quarta quæ de-
8 betur filio arrogato, quando ſcilicet in teſtamento patris ar-
rogatoris eſt pręteritus, vel ſine cauſa exhæredatus. Nā tunc
habet condictionem ex l.Diui Pij, ad cōſequendam quartam
ex bonis arrogatoris l. Papinianus, 8 § ſi quis impubes, ff.de
inoff.teſt. & in l ſi arrogator, 22. ff. de adop. de quo infra de
9 hæred.quæ ab inteſt.defer.dicetur. V. Eſt Quarta, quæ debe-
tur concubinæ, quam quis accepit in domum ſuam ea inten-
tione, vt eam vxorem duceret. Nam ſi poſtea mutato animo
illam expellat tenetur ei quartam ſuę ſubſtantiæ dare, c.quo-
10 niam autem, 5 Nouell.75.quib.modis natur. effic.legit. VI.
Eſt Quarta, de qua habetur in Auth. Pręterea.C.vnde vir, &
vxor quando ſcilicet maritus diues decedit, & relinquit vxo-
rem indotatam, & pauperem: tunc ſi liberi ſunt tres aut pau-
ciore ſuccedit cum liberis marito in quarta parte, ſi vero sūt
plures liberi tunc ſuccedit cum eis in viriles portiones de quo
in d.tit.de hæredib. quæ ab inteſt.defer.dicetur.

A D D I T I O N E S.

a *Preter has quartas aliæ complures, vt quarta diui Pij ſiue arrogati: de qua dictum eſt ſup.tit.de adopt. Eſt, & quarta ex tribus maioribus, l.pen.C.de adopt §.ſed ea omnia, vbi Theophil. ſupra, de hæred ab inteſt. Eſt, & quarta fiſci, l.pen.ff. de iure fiſci vt, & quarta filiæ maieſtatis damnati.l.quiſquis, C.ad leg. Iul.maieſt. Quarta matris vel auiæ curiales, leg.2.in fine Cod. quando, & quib.quarta pars Quarta Monachi Nouel.1.verſ. 123 Quarta ſuperſtites filij quos ſes defunctus pragnātem vxorem reliquit l.3 ff ſi pars hær.pet.*
b *Forte.quia ad Falcidia legis inſtar inducta, vt Iulianus oſtendit Nouell. 34. Quamquam eius quantitatem Iuſtinianus poſtea auxerit pro liberorum numero Nouell. 18.*

---

§.Sed quia ſtipulationes

1 *Difficultas prouenens ex multiplicitate, in legib eſt vitāda.*
2 *Iure nouo Pegaſianum Senatuſc.eſt ſublatum, & ab omnibus eius ſtipulationibus receſſum, ac cetera eius remedia Senatuſconſ.Trebelliano tributa ſunt.*
3 *Hæreditas fideicommiſſaria hodie reſtituitur ex S.C. Trebelliano.*
4 *Heres rogatus reſtituere hæreditatem alteri retinet Quartam: & ſi minus ei relictum fuerit ex iudicio defuncti, tunc poterit retinere id, quod quarta deeſt.*
5 *Quando hæres rogatus retinet Quartam, tunc omnes actiones, quæ contra defunctum competebant, pro rata portione dantur in hæredem rogatum pro ſua Quarta, & in fideicommiſſarium pro reliquis tribus partibus.*
6 *Si hæres rogatus ſponte reſtituit hæreditatem, non retenta Quarta, tunc omnia iura, & actiua, & paſſiua, in fideicommiſſarium deriuantur.*
7 *Si hęres rogatus nolit adire, poteſt ad petitionem fideicommiſſarij cogi, vt adeat hęreditatem, eamque reſtituat fideicommiſſario, cum omnibus oneribus, & commodis.*
8 *Quando hęres poſſit cogi ad adeundam hęreditatem.*
9 *Fideicommiſſum relictum ei, qui non habet teſtamēti factionem paſſiuam hodie non valet, & defertur tunc ad fiſcum.*
10 *Quam partem lucretur is, qui defert ad iudicem, quod incapaci aliquid ſit relictum.*
11 *Legatarius non poteſt cogere hęredem, vt adeat hęreditatem*
12 *Reſtitutio hæreditatis poteſt fieri duob.modis.Re,ſ.& Verbis.*
13 *Re quomodo fiat reſtitutio.*
14 *Verbis quomodo fiat reſtitutio.*
15 *Vtrū hęres, vel legatarius teneatur ſoluere legata, & debita.*
16 *An hæres teneatur aliquid ſoluere de ſua Quarta.*

An

Digitized by Google

17 *An, & quando Trebellianica ceſſet. Item an teſtator poſſit prohibere eam detrahi.*
18 *Simplicitas eſt amica legibus.*
19 *Fatuitas eſt damnabilis.*
20 *Habenda nobis eſt ſimplicitas columbæ, ne vnquam machinemur dolos, & aſtutia ſerpentis, ne aliorum ſupplantemur inſidijs.*
21 *Veritas eſt amica ſimplicitati.*

HActenus dixit Imperator qualiter duo Senatuſconſulta
circa fideicōmiſſum vniuerſale introducta fuerint: ſed
quia ſtipulationes, quæ ex Pegaſiano introducebantur, erant
1 captioſæ, ac difficultas proueniēs ex multiplicitate in legibus
eſt vitanda: ideo relato iure antiquo, ponit nunc Imperato-
2 ries nouum, videlicet, quod Pegaſianum Senatuſc. ſit ſubla-
tum, & ab omnibus ſtipulationibus eius in totum receſſum,
3 & cætera eius remedia ſint Senatuſcon. Trebelliano tributa.
Vnde ex § noſtro notabitis, I. quod hereditas fideicommiſſa-
4 ria hodie reſtituatur ex Senatuſc. Trebelliano II. Quod heres
rogatus reſtituere hæreditatem alteri, retinet Quartam, & ſi
minus ei relictum fuerit ex iudicio defuncti, poterit id, quod
5 deeſt. Quartæ retinere. III. Quod vbi hæres rogatus retinet
Quartam, omnes actiones, quæ contra defunctum compe-
tebant, pro rata portione, in hæredem rogatū pro ſua Quar-
6 ta, & in fideicommiſſarium, pro reliquis tribus dantur. IV.
a Quod hærede rogato ſponte *a* reſtituente integram hæredi-
tatem, non retenta Quarta, omnia iura, & actiones actiuæ,
& paſſiuæ in fideicommiſſarium tranſeunt, ita, vt ſi hæres di-
rectus, conueniatur à creditoribus, exceptione ſe tueri poſ-
7 ſit, vt ſupr. dictum eſt. V. Quod hæres rogatus nolit adire, po-
teſt ad petitionem fideicommiſſarij cogi, vt adeat hæreditā-
tem, eamque reſtituat fideicommiſſario, cum omnibus one-
8 ribus, & commodis Circa quod tamen notandum, heredem
cogi poſſe ad adeundam hæreditatem, tribus ſcilicet concur-
rentibus. 1. Quod fideicommiſſarius caueat hæredi, de reſar-
ciendo damno, ſi aliquod incurrat ex aditione hæreditatis, ſe-
9 cundum gl hic, ſuper verb. apud hæredem. 2. Quod fideicom-
miſſarius ſit capax fideicommiſſi. Nam nec hodie fideicom-
miſſum relictum ei, qui nō habet teſtamenti factionem paſ-
ſiuam, valet, aut debetur. De quo vide gl. in princ. tit. noſtri
10 ſuper verb. quibus, ſed defertur tunc ad fiſcum. Quam autem
partem lucretur is, qui defert hoc ad iudicem, incapaci ali-
11 quid relictum eſſe, tradit hic Ang in prin. tit. noſtri. 3. Quod
ſit fideicommiſſum iſtum vniuerſalis, non autem particula-
re: quia legatarius non poteſt cogere hæredem, vt adeat hæ-
12 reditatem, l. cogi, 16. §. & generaliter, §. ad S.C. Trebel. Item
notabitis ex gl. ſuper verb. reſtituerit, reſtitutionem hereditā-
13 tis poſſe fieri duobus modis. Re. l. & Verbis. Re. hoc modo;
quando hæres permittit, fideicommiſſarium poſſidere, & te-
14 nere hæreditatem, eo animo, vt ſit ei reſtituta. Verbis verò ſi
dicat hæres: ſum contentus, quòd habeat hæreditatem reſti-
tutam, etiamſi res hæreditatis corporaliter ei non tradat. Et
poſt reſtitutionem ſic factam, fideicōmiſſarius fit dominus,
& non ante l. facta, 63 in prin. ff. ad S.C. Trebel. & l fin. §. ſed
quia, C. communia de legatis. De quo latius vide gl. ſuper d.
15 verb. reſtituerit. Deinde ex gl. hic, ſuper verbo, actionibus, no
tabitis, quis debeat ſoluere legata, & debita hæreſne, an fi-
deicommiſſarius? Et dic, quòd hæres antequam reſtituat, po-
teſt ſoluere creditoribus, & legatarijs petentibus, & tanto mi
nus deinde fideicommiſſario reſtituet, l ita tamen, 17. §. qui
ex Trebelliano, ff. ad S.C. Treb. An autem hæres teneatur a-
16 liquid de ſua Quarta ſoluere, diſtingue. Aut reſtituit totam
hæreditatem, & non tenetur. Aut retinet Quartam, & tunc
creditoribus tenetur pro rata, non autem legatarijs, niſi pro
eo, quòd habet vltra Quartam, vt notatur poſt text in l. 1. §.
17 pen. ff ad S.C. Trebel. De quo vide hic Plat. num. 1. Vbi etiam
b refert, an, & quando Trebel. ceſſet. Item, an teſtator poſſit *b*
c eam *c* prohibere. De quo not. in Auth Sed cum teſtator, C. ad
18 l. Falc. & in l. Marcellus, 3 ff ad S C. Trebel. Vltimo, notabitis
ex textu, qui ſemper ad hoc allegatur, quod ſimplicitas eſt
19 amica legibus. Et intelligitur de ſimplicitate, quæ eſt cōtra-
ria fraudi, non de fatuitate, quæ eſt damnabilis, l. 3. §. fin. ff. de
20 ſuſp. tut. Hinc dicitur in c. ſi cupis, 5. cauſ. 16. quæſt. 1. Habeto
ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos; &
21 aſtutiam ſerpentis, ne aliorum ſupplanteris inſidijs. Simi-
liter veritas eſt amica ſimplicitati, vt eſt text. in c. veritas, 14.
extra de iureiur.

A D D I T I O N E S.

a *An idem ſi inuentarium non fecit? vide Concennatium 3. q. 11. De ea re dixi ū §. pen. n. 19. ſup. tit. de her. qualit. & differen. vide Gailum 2. Obſeru. 138.*

b *Trebellianicam ſcilicet. Nam de Falcidia nullum dubium quis poſſit. Auth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid.*

c *Prohibere Trebellianicæ detractionem teſtator poteſt. Communis ea opinio eſt Doctorum in l. Marcellus, ff. ad S. C. Trebell. gl. in §. ſi vero expreſſim. Nouell. de hered. Roman. ſing. 195. Alex. 1. conſ. 67. Quæ ſententia locum non habet in liberis primi gradus grauatis de reſtituenda hæreditate alteri. Bal. Sal. & Caſtr. in l. iubemus C. eod. per illum tex. Alex 3. cōſ. 5. quod tamen plerīq; admittunt in filia detrahente vnam tantū quartam, non duas, arg. l. Lucius, §. maritus, ff. eod. Quod ſupr. Clar. non admittit. Cenſet enim liberos nulla quarta à parentibus ſuis poſſe arceri, & ita Clar. in §. teſtamentum, q. 62. & 63.*

§. Nihil autem.

1 *Fideicommiſſarius particularis etiam poteſt compellere hæredem ad adeundam hæreditatem.*
2 *Si hæres non vult habere hæreditatem, tunc fideicommiſſarius debet recipere totam hæreditatem.*
3 *Quando duo ſunt fideicommiſſarij, & vnus vult compellere hæredem, vt adeat, alter vero non, tunc compellens debet recipere totam hæreditatem.*
4 *Idem iuris eſt de parte quo ad partem, quod eſt de toto quo ad totum.*

1 SIcut fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt cogere hæredē,
vt adeat, & reſtituat hereditatem, ita quoque is, cui pars,
ſeu quota hæreditatis reſtitui debet, compellere poteſt hære-
2 dem. Sed tunc fideicōmiſſarius debet totam hereditatem re-
cipere, ex quo eam hæres non vult habere, quia timet onera;
ne hæres inuitus ſubijciatur onerib. hæreditarijs vt in ſi præc.
3 §. habetur. Sic etiam quādo ſunt duo fideicōmiſſarij, & vnus
vult compellere hæredem, vt adeat, alter vero non; tum cō-
pellens ſimiliter debet recipere totam hæreditatem, tex. eſt in
4 d. l. cogi, §. ſi quis heres, ff. ad S.C. Treb. Ex quo colligitur per
a gl. hic, quod idem *a* iuris eſt de parte quo ad partem, quod eſt
de toto quo ad totum, l. quæ de tota, 76. ff. de rei vendic.

A D D I T I O.

a *Quoties vtrinque eadem eſt ratio, l. ex mille, ff. de emīt.*

§. Si quis vna.

1 *Idem eſt, quando teſtator iubet hæredem retinere Quartam de omnib. ſuis bonis, ac ſi iubeat eum deducere certam aliquā rem, quæ Quartam contineat. Differunt tamen, vt n. 2*
3 *Quando hæres iuſſus eſt vnā certam rē deducere, in qua maxima pars hæreditatis cōtinetur, an habeat eam ſine onere.*
4 *Quando hæres poſſit deducere Trebellianicā de vna certa re.*

1 EX hoc §. primum notabitis, quòd idem fit, quando teſta-
tor iubet hæredem retinere Quartam de omnibus ſuis
bonis, ac ſi iubeat eum deducere aliquam certam rem, quæ
2 Quartam contineat, veluti certum fundum, vel vineam. Si-
militer enim ex Trebelliano fit reſtitutio hæreditatis. In hoc
a tamen differunt, quòd quando *a* hæres certam rem iuſſus eſt
b deducere, habetur loco legatarij, ita vt habeat illam *b* abſque
omni onere hæreditario. Secus, ſi iuſſus eſt deducere Quartā
de omnibus bonis. Nam tunc ſcindantur actiones, & pro do
drante transferūtur ad fideicōmiſſarium, pro quadrante ve-
3 ro remanent apud heredem, tex eſt hic. Deinde, quando iuſ-
ſus eſt hæres vnam certam rem deducere, in qua maxima
pars hereditatis continetur, adhuc habebit eam ſine onere.
Hoc tamen caſu poteſt fideicommiſſarius deliberare, an ex-
pediat ei reliqua bona cum onere reſtitui. Ex quibus colligūt
hic Doctores, hæredem poſſe deducere Trebellianicam, de
vna certa re. Quod eſt verum, ſi faciat hoc ex voluntate te-
4 ſtatoris. Idem ſi ex voluntate fideicommiſſarij, vel ex decla-
ratione iudicis. De quo vide Plat. hic, & alios in fi. §. noſtri.

§ Præ-

A D D I T I O N E S.

a *In re certa inſtitutus, ſi cohæredem habet loco legatarij eſt, l. quoties, C. de hæredibus inſtituendis. Si in teſtamento præter eum nullus hæres adiectus eſt, vniuerſalis hæres eſſe intelligitur l. 1. in fin. ff. de hæred. inſtit.*

b *Niſi in ſubſidium, vt ſi pars fideicommiſſarij ad onera hæreditaria ſuſtinenda non ſufficit. Nam tunc ex æquo, & bono inſtitutus in re certa tenebitur, §. & quas ſi a Ex[illegible] ſup. eod.*

§. Præterea.

1 *Etiam ab inteſtato fideicommiſſa relinqui poſſunt.*
2 *Heres ab inteſtato, eodem modo cogi poteſt per fideicommiſſarium ad adeundam, & reſtituendam hereditatem, ſicut heres ex teſtamento. Et eodem modo tunc retinebit etiam Quartam Trebellianicam. Limitatur, vt nu. 3.*
4 *Cum fideicommiſſa particularia ab inteſtato relinquantur, etiam legata hodie ab inteſtato relinqui poſſunt.*
5 *Legata ſunt exequata fideicommiſſis particularibus.*
6 *Legata ab inteſtato directo relinqui non poſſunt, & ſi directo legantur, trahuntur ad fideicommiſſum.*
7 *Hereditas etiam in codicillis directo non relinquitur, ſed per fideicommiſſum: vt ſcilicet venientes ab inteſtato intelligantur rogati reſtituere hereditatem.*
8 *Quando autem hereditas fuerit in codicillis directo relicta, trahitur ad fideicommiſſum.*

SVpra in §. 1. dictum eſt, fideicommiſſa, tam vniuerſalia
quàm particularia relinqui poſſe in teſtamento, & ab in-
teſtato; & qualiter ex teſtamento, ibi declaratum eſt. Hoc au-
tem §. docet Imperator quòd etiam ab inteſtato fideicōmiſſa
1 relinquatur. Poteſt enim moriens, qui non vult facere teſta-
mentum, rogare heredem, qui ab inteſtato per legem ad ſuc-
ceſſionem vocatur, vt totam hæreditatem, vel quotam eius
reſtituat alteri. Et meritò hoc decedens facere poteſt, cum di-
catur eos tacitè vocare ad hereditatem, eo ipſo, quod non
aufert eis bona, & alium non inſtituit, l. conficiuntur, 8. in
2 princ. ff. de iure codicil. Et ideo poteſt hæres ab inteſtato eo-
dem modo cogi per fideicommiſſarium, vt adeat, & ei here-
ditatem reſtituat, ſicut heres ex teſtamento, & eodem modo
3 tunc retinebit etiam Quartam Trebellianicam. Quod eſt ve-
rum, quando eſt vniuerſalis fideicommiſſarius, ſecus, ſi par-
ticularis. Nam is hæredem compellere non poteſt, vt adeat,
quia non tenetur ad onera, quibus tunc hæres ſubiectus eſ-
ſet, per d. l. cogi, §. & generaliter, ff eo. Ex quo iterum not. ſec.
4 gloſ. & Doct. hic, cum fideicommiſſa particularia ab inteſtato
relinquantur, etiam hodie legata relinqui poſſe ab inteſtato,
ita vt hæres legitimus grauetur ad legata, ſic relicta extra te-
ſtamentum, ſoluenda: ſi quidem legata ſunt fideicommiſſis
6 particularibus exæquata, d. l. 1. ff. de leg. 1. Notandum tamen,
quòd legata directo ab inteſtato non poſſint relinqui, & ſi
7 directo legantur, trahuntur ad fideicommiſſum. Vnde nec
hæreditas in codicillis directo relinquitur. ſed per fideicom-
miſſum, vt. ſ. venientes ab inteſtato intelligantur rogati reſti-
8 tuere heredit. l. 2. C. de codic. Et quādo directo fuerit relicta,
trahitur ad fideicommiſſum, l. Scæuola, 76. ff. ad S. C. Trebell.

§. Finalis.

1 *Caſus huius, §. iuxta communem lecturam.*
2 *Deferens alteri iuramentum ſemper cogitur præſtare iuramentum calumniæ.*
3 *Vnuſquiſque debet conari, vt alium virtute, & humanitate ſuperare poſſit.*
4 *Seniorum conuerſatio eſt iuuentutis educatio perfecta.*
5 *Plus valet umbra ſenis, quam gladius, ac eloquentia iuuenis.*

COncordat cum hoc §. l. fin. C. de fideicom. & habet plu-
res intellectus, qui referuntur per Ial. & alios Doctores
1 ibi. Et communiter tenetur iſta lectura. Quando teſtator no-
luit ſolemniter teſtari, ſed commiſit fidei hæredis, totam he-
reditatem, vel eius partem reſtituere alteri, neque exſtat de
hoc ſcriptura, vel teſtamentum, aut certe minus ſolemne ex-
ſtat, neque quinque teſtes, aut prorſus nulli ſunt adhibiti, tū
ſi hæres ſtatim ab initio negat fideicommiſſum eſſe relictum
a poterit fideicommiſſarius ei *a* deferre iuramentum, præſtito
2 prius iuramento calumniæ, quod *b* ſemper cogitur præſtare
b is, qui alteri defert iuramentū, l. iuſiurandum, & ad pecunias,
34. §. qui iuſiurandum, ff. de iureiur. Et tunc, aut cogitur heres
iurare, nō eſſe relictum fideicommiſſum, aut ſoluere, nec po
teſt tale iuramentum fideicommiſſarius referre, ſed recuſans
iurare, habetur pro confeſſo. Nec item poteſt confugere ad
ſolemnitates iuris ciuilis, & opponere, quòd voluntas teſta-
toris non fuerit ſolemnis, propter mendacium præcedens, d.
l. fi. Si vero ab initio confitetur fideicommiſſum, ſed exci-
pit de minus ſolemni voluntate, tunc auditur, l. ſi veritas, 25.
C. de fideicō. Ita tamen, vt adhibeatur diſtinctio an voluerit
teſtari, vel non de qua ſup. eo. in §. in primis, dictum eſt. Vlti-
mo ex pr. tex. noſtri notabitis, ſec. Doct. hic, quod vnuſquiſq;
3 debet conari, vt alium virtute, & humanitate ſuperare poſſit,
Hoc enim non eſt peccatum, velle alios ſuperare virtute:
quando nō fit in laudem humanā, ſed propter incrementum
virtutis, ſec. Fab. hic, qui allegat tex. in c. cogitandum, 3. in fin.
Nouell. 5. de monachis, vbi dicitur inter cetera, quòd ſenio-
4 rum conuerſatio, ſit iuuentutis educatio perfecta. Et Iaſ. in l.
5 eum quid, 3. ff. ſi cert. pet. ait; Plus valere vmbram ſenis, quam
gladium, ac eloquentiam iuuenis.

ADDITIONES.

a *Iuramentum inuito non defertur, leg. vlt. Cod. de iureiur. quod tamen hic defertur, ne vltima voluntas pereat.*
b *De iuramento calumniæ dictum plenius, §. 1. inf. de pœn. temp. litig.*

DE SINGVLIS REBVS per fideicommiſſum relictis.

TITVLVS XXIV.

1 *Continuatio ad titulum præcedentem.*
2 *Fideicommiſſum particulare quid ſit.*
3 *Iſta particularia fideicommiſſa, & legata omnino ſunt exequata.*
4 *Singula res poſſunt relinqui per fideicommiſſum, tam ab herede, quàm a fideicommiſſario.*
5 *Hodie etiam legatarius rogari poteſt, vt rem ſibi legatam reſtituat alteri.*
6 *Hodie quilibet habens commodum à teſtatore grauari poteſt.*
7 *Nemo plus grauari poteſt à teſtatore quā ab eo eſt honoratus.*
8 *Teſtator non ſolum res proprias per fideicommiſſum relinquere poteſt, ſed alienas quoque.*

1 POſtea quam in tit. præced. de vniuerſalibus fideicommiſ-
ſis docuit Imperator: tunc de particularibus fideicom-
miſſis titulum hunc ſubijcit. Eſt autem fideicommiſſum par-
2 ticulare, quando res aliqua ſingularis, vt equus, ſcyphus, &c.
per interpoſitam perſonam alicui relinquitur. Et, vt ſæpe iā
3 dictum eſt, iſta fideicommiſſa particularia, & legata, per om-
nia exequata ſunt, l. 1. ff. de leg. 1. Ideo huc referri poſſunt, quę
ſupra de legatis dicta ſunt.
4 Præcipuè autem notabitis ex textu, quòd ſingulæ res per
fideicommiſſum relinqui poſſunt, tam ab hærede, quàm à fi-
5 deicommiſſario. Et quamuis olim a legatario relinqui non
poſſet fideicommiſſum, ſed à fideicommiſſario: tamē propter
exæquationem factam inter legata, & fideicommiſſa, hodie
etiam legatarius rogari poteſt, rem ipſi legatam alteri reſti-
6 tuere, vt notatur poſt tex. hic, in princip. Hodie enim quilibet
habens commodum à teſtatore, grauari poteſt, vt hic, & no-
tatur in l. 1. verſ. & hęc diſpoſuimus. C. communia, de leg. Se-
7 cundo notandum, quòd nemo plus grauari poteſt à teſtatore
quam ab eo eſt honoratus, vt hic, & l. filiusf. 114. § 1. ff. de leg.
a 1. exceptis *a* quibuſdam caſibus relatis hic per Plat. in prin tit.
8 Tertiò, quod teſtator non ſolum res proprias per fideicō-
miſſum alteri relinquere poteſt, ſed etiam ipſius hæredis, aut
legatarij, aut fideicommiſſarij, aut etiam cuiuslibet alterius,
b & ſic res *b* alienas. Et tunc is, qui rogatus eſt, tenetur, aut ip-
ſam redimere, & præſtare, aut eius æſtimationem ſoluere, vt
hic, de quo ſupra in tit. de leg. quoque dictum eſt.

ADDITIONES.

a *Vide l. Imperator, §. ſi centum, §. cum quidam, ff. de leg. 2. leg. filiusfamilias, §. apud Marcellum, ff. de leg. 1.*
b *Si modo ſint in commercio §. non ſolum ſup. de leg.*

§. Libertas.

1 *Etiam res incorporales, veluti libertas, ſeruo proprio, vel alieno, per fideicommiſſum relinqui poteſt.*
2 *Quid iuris ſi legatur libertas ſeruo alieno, quem dominus noluit vendere: vel vendere quidem vult, ſed immodico pretio, & num. 5.*
3 *Nemo cogi poteſt inuitus ad vendendum.*
4 *Dictū illud, Quod differtur, non aufertur, quādo habeat locū.*
6 *Hæc duo: Nolle vendere, & Velle quidem vendere, ſed immodico pretio, equiparantur.*

Sic

Digitized by Google

7 *Sic contra paria ſunt: Nolle emere, vel minori pretio emere velle.*
8 *Regulariter creditori inuito aliud pro alio ſolui non poteſt. Fallit, vt num. 9.*
10 *Creditor offerens debitori ſuo emptorem, qui offerat pro re vile aliquod pretium, perinde eſt, ac ſi nullus eſſet emptor.*
11 *Si inter ementem, & vendentem eſt dubium, quod ſit iuſtum pretium rei, tunc recurritur ad arbitrium iudicis.*

1 NOn ſolum res corporales, ſed etiam incorporales, veluti libertas, ſeruo ſuo proprio, vel alieno per fideicommiſ-
2 ſum relinqui poteſt. Et quando legatur libertas ſeruo alieno, tūc quamuis eius dominus eum vendere nolit, cum nemo in-
3 uitus ad vendendum cogi poſſit, l. inuitum, 11. C. de contrah. empt. non tamen euaneſcit fideicommiſſum, ſed eſt in ſuſpenſo, donec dominus aliquando mutet voluntatem, vel alias futuro tempore contingat caſus redimēdi illum ſeruum, tex. eſt hic, & in l. deberi, 6. C. de fideic. liber. Vnde gl. hic, ſuper verbo, differtur, colligit vulgatum illud dictum. (Quod differtur,
4 non aufertur.) Quod *a* verū eſt, niſi ſint tales actus, qui habet
a certum, & limitatum tempus, ſec. Fab. hic, & vbi poſſet alicui
5 imputari mora, aut culpa, ſec. Plat. hic. Idem eſt, quando dominus vult ſeruum vēdere, ſed plus iuſto pretio. Nam illa duo
6 æquiparantur: nolle vendere, & velle vendere, ſed immodico pretio, ſec. gloſ. hic, in verb. non vendat, per l. non dubium, 14.
7 in ſi. ff. de leg. 3. Et è contrario paria ſunt, nolle emere, vel minori pretio velle emere. Ideo ſec. Plat. hic. notabitis, quod li-
8 cet regulariter creditori inuito *b* aliud pro alio ſolui nō poſ-
b ſit, l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet. & l. eum a quo, 16. C. de ſol. tamen debi-
9 tor pecuniæ numeratæ, qui alias ſatisfacere poteſt, etiam rem meliorem in ſolutum dare poteſt, quam creditor accipere cogitur, niſi paratus ſit præſtare emptorem rei. Quo caſu nō cogitur eam rem in ſolutum accipere, ſed debitor cogitur eam vendere emptori, præſtita cautione, de pretio ſatisfactum iri creditori Auth. hoc niſi, Cod. de ſolut. Si nunc creditor præſtet
10 emptorem, qui offerat pro re vile aliquod pretium, perinde eſt, ac ſi nullus eſſet emptor ita vt adhuc cogi poſſit creditor
11 ad rem in ſolutum accipendam ſec. Plat. hic. Si vero eſt dubium inter ementem, & vendentem quod ſit iuſtum pretium tunc ad illud ſtatuendum, recurritur ad iudicem, l. Labeo, 31. §. ſi is cuius, verſ. tn autem, ff. de fideic. liber.

ADDITIONES.

a *L. ſi vſusfructus, in ſi. ff. de vſufr. l. ſcimus, C. de inoffic. teſt.*
b *Vide Socinum regula. Solui vnum pro alio.*

§. Qui autem.

1 *Libertas dupliciter relinqui poteſt: directè, & per fideicommiſſum.*
2 *Directè, quomodo libertas relinquatur.*
3 *Eum, cui libertas relinqui poſſit directè, oportet duobus temporibus eſſe ſeruum teſtatoris; tempore quo fit teſtamentum, & tempore mortis teſtatoris.*
4 *Seruus directè conſecutus libertatem, quare Orcinus dicatur.*
5 *Per fideicommiſſum, quomodo relinquatur libertas.*

1 BReuiter ex hoc §. notabitis, quod libertas dupliciter relinqui poteſt. I. Directè, quando ſimpliciter teſtator dicit in teſtamento: [Stichus ſeruus meus liber eſto.] Hæc directa libertas dicitur, & a nemine, niſi à domino, & nemini, niſi ſer-
3 uo proprio dari poteſt. Vnde dicit Imperator hic, quòd duob. temporibus oportet eum eſſe ſeruum teſtatoris; tēpore quo fit teſtamentū, & tempore mortis teſtatoris. Et talis libertus
4 Orcinus dictus eſt, quia directo conſequitur libertatem; vel quia liber eſſe iuſſus eſt, ab eo qui ad Orcū, ſeu Plutonem, &
5 tartara commigrauit, ſec. gl. hic. II. Per fideicōmiſſum libertas relinquitur, quando dominus rogat hæredē, vel legatariū, vt manumittat ſeruū. Et is efficitur libertus eius, qui rogatus eſt eum manumittere, ſecundum Imperatorem hic. Et de hac fideicommiſſaria libertate loquitur tit in ff. & C. de fideic. lib.

§. Finalis.

1 *Per quæ verba poſſint relinqui fideicommiſſa.*
2 *Non eſt neceſſe omnia verba hic relata, apponi.*
3 *Per appoſitionem plurium verborum non inducitur pluralitas fideicommiſſorum.*

2 DOcet in hoc § Imperator, per quæ verba poſſint fideicōmiſſa relinqui, Nec enim curatur, an ſint præceptiua verba; vt Mando, volo, &c. vel rogatiua, ſeu precaria, veluti rogo, peto, &c. Neq; eſt neceſſe, quòd omnia verba hic relata
2 apponantur, neque per appoſitionem plurium verborum inducitur pluralitas fideicommiſſorum. Vnde ſi teſtator dicit:
3 (Rogo, volo, & fidei committo tuæ, vt reſtituas Titio decem:) per hæc verba non triplex legatum, & ſic non triginta, ſed vnica decem tantum legata videntur, ſecundum Plat. hic. Adde l. omne verbum, 2. C. com. de leg.

a DE CODICILLIS. *a*

TITVLVS XXV.

1 *Continuatio ad præcedentia.*
2 *Codicillus quid ſit.*
3 *Vnde dictus ſit Codicillus.*
4 *Codicillus habet ſe ad teſtamentum, ſicut ſcapha ad nauem.*
5 *Scapha licet non ſit nauis magna, tamen eſt nauis.*
6 *Rubricæ concordantes.*
7 *Origo codicillorum.*
8 *Imperator dicitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris, & quomodo hoc intelligendum ſit, & num. 10.*
9 *Imperator volens facere nouas conſtitutiones, debet in conſilium adhibere prudentes.*
11 *Sapientes, & iuriſperitos princeps apud ſe habere debet.*
12 *Vlpianum Iuriſconſultum appellat Imperator ſuum amicum. Item ſuum patrem: ratione ſcientiæ, & ætatis.*
13 *Scientia Iuriſperitum facit patrem, & amicum principum.*
14 *Codicilli duobus modis fieri poſſunt: aut cum teſtamento, aut ſine teſtamento.*
15 *Cum teſtamento fiunt codicilli tripliciter, aut ante teſtamentum, aut poſt teſtamentum, aut in ipſo teſtamento.*
16 *Ante teſtamentum, quando dicantur fieri codicilli, & an valeant, & num. 17.*
18 *Quod non mutatur, quare ſtare prohibeatur.*
19 *Codicilli cum teſtamento facti dupliciter confirmantur in teſtamentis, tacitè, & expreſsè.*
20 *Codicilli facti poſt teſtamentum, primo loco conditum.*
21 *Codicilli in teſtamento, quomodo fiant.*
22 *Quæ requirantur ad hoc, vt codicilli dicantur cum teſtamento fieri.*
23 *Codicillorum ante, vel poſt teſtamentum, factorum, omnis vis pendet ex teſtamento.*
24 *Codicilli ſi cum teſtamento fiunt, etiam irrito facto teſtamento confirmantur, ex clauſula codicillari adiecta.*
25 *Codicilli quando dicantur fieri ſine teſtamento, ab inteſtato.*
26 *In codicilli ab inteſtato confectis, committitur fides heredis legitimi, vt faciat ea, quæ in codicillis continentur.*
27 *Quando quis inteſtatus decidit, videtur illum inſtituere heredem qui ei ab inteſtato eſt ſucceſſurus.*
28 *Codicilli poſſunt fieri, vel in ſcriptis, ad ſimilitudinem teſtamenti ſolemnis, vel ſine ſcriptura, ad inſtar teſtamenti nuncupatiui.*
29 *Quæ requirantur ad hoc, vt codicilli valeant, & nu. 32.*
30 *Codicillos facere poſſunt, quibus teſtamentum condere licet.*
31 *Si quis de facto impediretur condere teſtamentū, vt quia tantum quinque teſtes habere poteſt, is rectè codicillari poterit.*
33 *Solemnitas codicillorum in quibus conſiſtat.*
34 *In omni vltima voluntate, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis confecta requiruntur ad minus quinque teſtes: excepto teſtamento, in quo ſeptem adhiberi debent.*
35 *In codicillis non eſt neceſſe teſtes ad hoc ſpecialiter rogari.*
36 *Omnes qui in teſtamentis poſſunt adhiberi teſtes etiam, in codicillis teſtes eſſe poſſunt.*
37 *Fœmina tamen in codicillis poteſt eſſe teſtis, quæ alias in teſtamento prohibetur.*
38 *In teſtamento patris inter liberos, mulier pro teſte adhiberi poteſt.*

1 COntinuatio huius tit. conſtat ex gloſſ. Rubr. noſtræ. Dictum eſt enim hactenus de maioribus vltimis voluntatibus, quæ teſtamenta dicuntur, & Codices: nunc ſequitur de minoribus vltimis voluntatibus, quæ Codicilli appellantur.

ADDITIO.

a *De coniecturis quæ locum habent in codicillis, vide Mantic. 6. de coniect. vlt. volunt. 4. Adde tract. de codicill. Rolandum.*

1 tut. Eſt autem Codicillus vltima *a* voluntas minus ſolemnis,
2 & abſque hæredis inſtitutione, de eo, quod quis poſt mortem
3 ſuam fieri vult, coram quinque teſtibus declarata. Et dicti ſũt
codicilli à paruis codicibus: quia in breuiore charta, vel codi-
ce, quam teſtamenta, fiebant, neque illas ſolemnitates, ad te-
ſtamentum requiſitas, exigunt ſecund. glo. Rub. noſtræ, quæ
dicit Codicillum habere ſe ad teſtamentum, ſicut ſcapha ſe
4 habet ad nauem. Licet enim ſcapha non ſit nauis magna, ta-
5 men eſt nauis, l. fi. ff. de fun. inſtruct. ita Codicillus, etſi non
6 ſit teſtamentum, tamen eius naturam habet, & teſtatio mẽ-
tis ipſius defuncti dicitur. Et concordat tit. in ff. de iure Co-
dic. & in C. de codicillis.

Origo Codicillorum.

7 Primum autem ex princ. tit. notabitis originem codicillo-
rum. Nam ante Auguſti tempora in vſu non fuerunt. Sed
quia Auguſtus impleuit voluntatem Lucij Lentuli, ſcriptam
in Codicillis, & filia Lentuli ſoluit legata per patrem in codi-
cillis relicta: Auguſtus adhibuit in conſilium Iuriſconſultum
Trebatium cum quibuſdã alijs ſapientibus viris, an vſus Co-
dicillorum eſſet recipiendus. Quibus viſum eſt, non ſolũ vti-
liſſimum, ſed etiam neceſſarium propter magnas, & longas
peregrinationes, vt cum teſtamenta, forte propter deficientẽ
numerum teſtium, aliqui facere nõ poſſent, eis codicillos fa-
8 cere liceret. Hinc ius codicillorum introductum eſſe decla-
9 rat Imper. hic. Et ex tex. ibi, (ſapientes viros) notabitis ſec.
Angel. hic, quòd licet Imperator dicatur habere omnia iura
in ſcrinio pectoris, l. omnium, 19. C. de teſt. c. 1. de conſtit. in
6. tamen quando vult aliquid conſtituere, debet conuocare
prudentes, & ab eis conſilium petere, & non ex ſuo capite
nouas conſtitutiones facere, de quo eſt tex. in l. humanum, 8.
C. de legib. & adde tex. in c. ne innitaris, 5. ext. de conſt. Nam
10 quod præſumitur habere iura in ſcrinio pectoris, hoc ſit pro-
11 pter ſapientes, & Iuriſperitos, quos princeps apud ſe habere
debet, facit l. iuriſperitos, 30. ff. de excuſ. tut. Sicut Imper. ap-
12 pellat Iuriſc. Vlpianum ſuum amicum, in l. ſecundum reſpon-
ſum, 4. C. de contrah. ſtipul. Et in l. Ex Diui, 4. locati appellat
eum ratione ſcientiæ, & ætatis, ſuum patrem, vbi Cinus (Vi
13 des inquit) ſtudioſe iuris, quantum proſit ſcientia? Facit enim
legiſperitum patrem principum, & amicum.

Quot modis fiant codicilli.

14 Secundo, principaliter notabitis, ad declarationem huius
tituli, quòd Codicilli duobus modis fieri poſſunt: aut cum te-
b ſtamento, aut ſine *b* teſtamento, §. non tantum, infra eod. I.
Cum teſtamento fiunt codicilli, quando quis facit teſtamen-
15 tum, & quoque codicillos. Et illud tribus modis fieri poteſt:
ante teſtamentum, & poſt teſtamentum, & in ipſo teſtamen-
16 to, ſec. gl. hic, poſt tex. in l. conficiuntur, 8. in prin. ff. eo t. An-
te teſtamentum fiunt codicilli, quando teſtator primo fecit
17 codicillos, & poſtea teſtamentum. Et licet olim ante teſtamẽ-
tum facti non valerent, niſi per teſtatorem in teſtamento ſe-
quenti expreſsè eſſent confirmati, vt hic, §. non tantũ, hodie
tamen valent, ſiue ante, ſiue poſt teſtamentum conditũ fiant.
Ac etiamſi in teſtamento expreſsè non fuerint confirmati, ta-
men ipſo iure confirmati cẽſentur, niſi expreſsè appareat te-
ſtatorem mutaſſe voluntatem, & e s reuocaſſe, d. §. non tan-
tũ, & l. ſi quis cum 3. §. fi. in prin. ff. eo. Et ſic præſumitur, teſta-
18 torem perſeueraſſe in prioris voluntate. Quod enim nõ mu-
19 tatur, quare ſtare prohibeatur? leg. ſancimus, 27. C. de teſt. Ex
quibus notatur, codicillos cum teſtamento factos dupliciter
confirmari in teſtamento, tacitè ipſo iure, ſ. per præcedẽs, vel
ſequens teſtamentum, in quo non reperitur mutata volũtas,
vt iam dictum eſt, & expreſſè quando teſtator in teſtamento
facit mentionem codicillorum, eoſq; confirmat. Et tũc quã-
do ante teſtamentum fecit codicillos, dicitur eos in præteritũ
confirmare, vt quia dicit, (Codicillos, quos ante feci ſeruari
20 volo,) l. ſiue initio. 6. C. eod. 2. Fiunt codicilli poſt teſtamentũ
primo loco conditũ, & ſi expreſsè in eo confirmantur codi-
cilli, dicuntur eſſe cõfirmati in futurum. Veluti ſi dicatur in te
21 ſtamento ſolemni, (Codicillos quos faciam valere volo) vt
notatur in d. l. conficiuntur, 3. Fiunt codilli in ipſo teſtamẽto,
quando, ſ. quis facit teſtamentum, & ſimul in ſubſidiũ codi-
cillos, vt tunc demũ valeant codicilli, cum teſtamentũ nõ po
teſt valere, vt teſtamentum, quia fortè ſunt adhibiti tantũ ſex
teſtes, vel ſeptem, inter quos ſunt aliquæ fœminæ, & adiecta
eſt clauſula codicillaris, (Si non valet iure teſtamenti, volo, vt
valeat, tãquam codicillus, & omni meliori modo, quo valere
22 poteſt) De qua clauſula in fi. tit. noſtri dicemus. Ad hoc igi-
tur, vt codicilli dicantur cũ teſtamẽto facti, requiritur, quod
teſtamentum ſit conditum, aliàs dicuntur fieri ab inteſtato,
& habent dependentiam à teſtamento, quia requirunt adi-
tionem ex teſtamento aliàs codicilli non valent, cum teſta-
mentum infirmetur non adita hæreditate, d. l. ſi quis cum §. fi.
c Item *c* exigitur, quod teſtamentum ſit validum, aliàs nec co-
dicilli valent, tamquam acceſſorium, quando principale te-
23 ſtamentum eſt nullum. Quod eſt verum, quando fiunt codi-
cilli, ante, vel poſt teſtamentum. Nam tunc ſemper eorũ ius
ex teſtamento pendet l. ab inteſtato, 16. in fi. ff. eod. & gl. in l. 1.
24 C. eod. ſi verò cum teſtamento fiunt, in ſubſidium, ſ. teſtamẽ-
ti: tunc irrito facto teſtamento, conſeruantur codicilli, & in-
cipiunt habere ſuum robur ex clauſula codicillari, quæ redu-
25 cit teſtamentum ad codicillos, vt inf. dicetur. II. Modo fiunt
codicilli principaliter ſine teſtamento, ab inteſtato, cum te-
ſtator ſimpliciter facit codicillos, non condito teſtamento. Et
d illi per *d* ſe ſtant, nec habent dependentiam à teſtamento, ne-
que requirunt tacitam, vel expreſſam confirmationem in te-
ſtamento, cum ſine teſtmento fiant, & vicem teſtamenti ob-
tineant, d. § non tantum, & d. l. conficiuntur, in princ. & l. ab
26 inteſtato, ff. eod. Et iſto caſu fidei hæredis legitimi, ab inteſta-
to ſuccedentis, committitur, vt faciat ea, quæ in codicillis cõ-
tinentur, d. l. conficiuntur, iuncta gl. in verb poſſunt. Et quia
in codicillis hæres inſtitui non poteſt, vt inf. dicetur, poſt tex.
in §. codicillis, ideo inteſtatus decedens, poteſt rogare ve-
nientes ab inteſtato ad præſtanda fideicõmiſſa, & legata, &c.
in codicillis relicta. Nam quando quis inteſtatus decedit, vi-
27 detur inſtruere illum hæredem, qui ei ab inteſtato eſt ſucceſ-
ſurus, vt notatur poſt tex. in d. l. ſi quis cum.
28 Tertio, principaliter notandum, quod codicilli poſſunt fie-
e ri in ſcriptis, ad ſimilitudinem teſtamenti ſolemnis: & ſine *e*
ſcriptura, ad ſimilitudinem teſtamenti nuncupatiui, quando
non redigit ſuam vltimam voluntatem in ſcripturam, ſed
tantum conuocatis quinque teſtibus exponit, & declarat,
quid poſt mortem ſuam fieri velit, ſecundum glo. & Doct.
ſuper Rub. tit. noſtri.
29 Quarto, notabitis, quæ requirantur ad hoc, vt codicilli va-
leant. Et I. Requiritur, quod is, qui fecit codicillos, habuerit
30 poteſtatem codicillandi. Poteſt autem ille ſolus, & illi omnes
f facere codicillos, qui & teſtamenta condere poſſunt. Vnde *f*
ſi de iure quis impediatur teſtari, vt quia furioſus, impubes,
&c. vel alias ob cauſas, de quibus in titul. quibus non eſt per-
miſſum facere teſtam dictum eſt: ſine dubio, nec codicillos
facere poterit, l. Diui 6. §. codicillos is demum, & leg. 2. §. fu-
rioſus, & l. Ariſto. 9. ff. eod. & leg. ne codicillos, 5. Cod. eod. Si
31 quis autem de facto impediretur condere teſtamentum, vt
quia non poteſt habere ſufficientem numerum teſtium, ha-
bet tamen quinque teſtes, qui in codicillis ſufficiunt; poterit
32 codicillari, d. l. conficiuntur. §. codicillis, ff. eod. II. Quòd ritè,
& ſecundum leges fuerint facti, argum. l. 4. ff. de teſtam. So-
33 lemnitas autem codicillorum in his conſiſtit. 1. Adhiberi
debent quinque teſtes, ſiue fuerint facti codicilli cum teſta-
mento, ſiue ab inteſtato: in ſcriptis, vel ſine ſcriptura. In om-
34 ni enim vltima voluntate, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis confe-
cta, requiruntur ad minus quinque teſtes, excepto teſtamen-
to, in quo ſeptem adhiberi debent, l. fin. Cod. eod. 2. Debent
iſti teſtes adhiberi vno, & eodem tempore, ſicut in teſtamen-
35 to, d. l. fi. in fi. ibi, (vno eodemq; tempore.) Non antẽ requiri-
tur, vt teſtes ad hoc ſint ſpecialiter rogati; ſufficit enim quod
36 fortuitò aduenerint, d. l. fin. in fi. ibi. [vel fortuitò.] Et poſſunt
adhiberi omnes teſtes, qui in teſtamento admittuntur. Exce-
37 pta fœmina, quæ licet in teſtamento non admittatur, in co-
dicillis tamen adhiberi poteſt, ſecundum gloſ. in d. l fin. ſuper
verbo, quinque teſtes, & gloſ. in l. qui teſtamento, 20. §. mu-
38 lier, ff. de teſtamẽtis. Sicut etiam in teſtamẽto patris inter li-
beros,

ADDITIONES.

a *Species vltimæ voluntatis, vt teſtamentum, & mortis cauſa donatio, & epiſtola fideicommiſſaria. Vltima autem voluntas dicitur, quod morte confirmetur, leg. 1. §. cum igitur, Cod. de caduc. toll.*

b *Vide Guidonem Papanum, quæſt. 323.*

c *Codicilli rumpuntur rupto teſtamento, l. 1. Cod. eod. Vide exceptiones apud Soc. regula, codicilli, 60.*

d *Confirmantur autem per aditionem hæreditatis factam à venientibus ab inteſtato, l. 2. ff. de fideic. liberi. §. hoc reſcripto, inſ. de eo, cui libertatis cauſa, l. vlt. C. de teſtam. manumiſſ. gloſ. in l. qui filio, §. 1. ff. de hæred. inſtit.*

e *L. vlt. C. de bonis quæ liber. l. generali, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. vlt. in fin. C. de codicill. gl. in Rub. C. eod.*

f *Qui iure teſtari non poteſt, codicillos facere non poteſt. Secus in eo qui de facto teſtamentum facere non poteſt. Quoniam hic rectè codicillos facit, & breuiter: Impotentia iuris, non facti, codicillis faciendis obſtat, d. l. Diui, §. codicillos.*

Digitized by Google

beros mulier adhiberi poteſt pro teſte, ſecundum gl. in Auth. Quod ſine, C. de teſtam. 3. Si codicilli facti fuerint in ſcriptis, neceſſaria eſt teſtium ſubſcriptio, non tamen requiruntur eorum ſigilla, vt eſt tex. in d. l. fin. verbo, ſubnotationem, & ibi D. Iaſ. num. 12. & facit textus in n d. l. Diui, §. codicillos. 1. in verbo ſignati, ff. eodem.

§. Codicillis.

1 *In quibus differant, teſtamentum, & Codicilli.*
2 *Iſta voluntas eſt potens ad exheredandum, quæ ad inſtituendum eſt ſufficiens.*
3 *Heres ſcriptus in teſtamento non cogitur parere conditioni adiectæ in codicillis; ſed reiecta, habebit hereditatem pure.*
4 *Quando codicilli ſunt contrarij, ſtatur poſterioribus.*
5 *Qui ſint effectus codicillorum.*
6 *Scripta in codicillos perinde habentur, ac ſi in teſtamento diſpoſita eſſent.*
7 *Heres in codicillis declarari poteſt.*
8 *Si teſtator dixit in teſtamento; Quem in codicillis nominauero heredem, is heres meus eſto, tunc adhuc ille intelligitur eſſe heres teſtamentarius.*
9 *Codicilli quomodo infirmentur.*
10 *Iiſdem modis codicilli infirmantur, quibus teſtamenta. Fallit, vt num. 11.*
12 *Iiſdem quoque modis codicilli ab inteſtato infirmantur quibus teſtamenta infringuntur. Fallit, vt num. 11.*
14 *Differentiam inter codicillos ab inteſtato, & codicillos cum teſtamento factos.*
15 *De clauſa codicillari, & quis ſit eius effectus.*
16 *Qua actione petatur fideicommiſſum in codicillis relictum.*

Differentia Codicilli, & Teſtamenti.

1 QVinto principaliter poſt text. hic, videndum, in quo differant teſtamentum, & Codicilli. Sunt enim multæ differentiæ, l. ſi idem, 7 C. eodem I. Codicillus non eſt ita ſolemnis vltima voluntas, ſicut teſtamentum, quia in codicillis ſufficiunt quinque teſtes, d. l. ſi in teſtamẽtis vero ſeptem requiruntur, l. ſi vnus, 12. C. de teſtam. II. In teſtamẽto teſtes debẽt eſſe ſpecialiter rogati, l. la ac conſultiſſima, 20. Cod. de teſtam. in Codicillis ſufficit eos etiam fortuito aduenisſe, d. l. fin. §. fin. III. In teſtamento mulier teſtis eſſe non poteſt, d. le. qui teſtamento, §. mulier, ff. de teſtam. In Codicillis poteſt, vt dictum eſt IV. In teſtamento ſolemni requiruntur ſubſcriptiones, & ſigilla teſtium d. le. hac conſultiſſima. In Codicillis ſufficiunt ſubſcriptiones abſque ſigillis teſtium, quando fiunt in ſcriptis, d. l. fin. in fi. V. In teſtamento fundamentum, & caput eſt inſtitutio hæredis, ſine qua teſtamentum eſt nullum, §. ante hæredis, 34. ſup. de legatis, l. fin. ff. eod. In Codicillis verò hæ-
2 res directo inſtitui *a* non poteſt. Veluti ſi dicat teſtator in codicillis (Titius hæres meus eſto,) text. eſt hic, & in le. 2. Cod.
b eod. Eſtque *b* ratio, ſecundum Imperatorem hic, ne ius teſtamentorum, & codicillorum confundatur. Adde d. l. ſi idem, C. eod. Et maiorem vim habent teſtamenta, quam codicilli, propter maiores ſolemnitates adhibitas, ſecundum Ang. hic. Licet autem directo hæreditas dari in codicillis non poſſit, exceptis codicillis militis l. militis codicillis, 36 ff. de teſtam. milit. per fideicommiſſum tamen poteſt, vt hic, & d. l. 2. Vnde ſi codicilli fuerint facti cum teſtamento, tunc hæres ſcriptus poteſt in codicillis rogari, vt retenta Trebellianica, hæreditatem reſtituat alteri, d. l. 2. C. eod. Si verò ab in inteſtato confecti fuerint codicilli, tunc licet hæres directo in eis non poſſit inſtitui, tamen legitimi hæredes, qui ab inteſtato per legem ad ſucceſſionem vocantur, rogati poſſunt, per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem ei, quem teſtator in codicillis nominauerit. Et tunc quicumque ab inteſtato ſuccedunt, retenta quarta, tenetur ad reſtituendam hæreditatem fideicommiſſario, d. l. ab inteſtato. Et quando directo hæres in codicillis inſtituitur, tunc non valet iſta inſtitutio directa, ita quod hæres poſſit adire hæreditatem, & eam integram retinere, ſed cogitur eam accipere per interpoſitam perſonam, & obliquatur illa directa inſtitutio, & trahitur ad fideicommiſſariam, ita vt legitimus hæres re tanta quarta, cogatur reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, leg. Scæuola, 76. ff. ad S. C. Trebell. & Bart. in l. 2. codicillorum, ff. eod. VI Hæreditas in teſtamento directo adimi poteſt. In codicillis vero non poteſt: ita quod pater exhæredando filium in codicillis, nihil
2 agat, vt hic, & d. l. 2. Cod. eod. iſta enim voluntas eſt potens ad exhæredandum, quæ ad inſtituendum eſt ſufficiens, ſecundum Agel hic. VII. In codicillis directo ſubſtitui non poteſt, vt hic, quod in teſtamento licitum eſt, vt ſupra de vulg. ſubſtit. dictum eſt. VIII. Hæres in teſtamento ſub conditione inſtitui poteſt, §. hæres, & puræ, 9. ſupr. de hæred. inſtit. In codicillis verò non poteſt adijci conditio hæredi, in teſtamento inſtituto, vt hic, & l. Diui, 6. in princ. ff. eodem. Vnde hæres ſcriptus in teſtamento non cogitur parere conditioni adiectę in codicillis, ſed ea reiecta habebit purè hæreditatem, ſecundum Plat. hic. IX. Teſtator non poteſt decedere compluribus teſtamenti, quia ſemper ſecundum ritè confectum, ipſo iure tollit primum, § poſteriore, 2. cum ibi not. ſupra quibus modis teſt. infir. Sed benè quis poteſt decedere cum pluribus codicillis, & omnes valent, vt hic, §. fin. & d. l. Diui, §. codicillos, & plures, ff. eodem. Et poteſt eſſe ratio, quia teſtamentum debet continere plenam, & vniuerſalem diſpoſitionem de omnibus bonis defuncti: idrò vnum teſtamentum non compatitur aliud. Codicilli verò non vniuerſalem, ſed particularem diſpoſitionem continent, ideo plures codicilli tollerantur.
4 Quod eſt verum, ſi non ſint contrarij. Nam quando ſunt contrarij codicilli, tunc ſtatur poſterioribus, le. cum propanatis, 3. Cod. eod.

Effectus Codicillorum.

5 Sexto, principaliter notabitis, quinam ſint effectus codicillorum, quod ex præcedentib. facilè colligi poteſt. Licet enim directo in eis hæreditas dari non poſſit: tamen fideicommiſſa vniuerſalia, & particularia rectè in eis relinquuntur,
6 text. eſt hic, in d. §. codicillis. Et ſcripta in codicillis perinde habentur, ac ſi in teſtamento diſpoſita eſſent, d. l. 2 §. codicillorum, ff. eod. & d. leg. ab inteſtato, in fine. Et quando codicilli facti ſunt cum teſtamento, tunc hæres ſcriptus in teſtamento cogitur preſtare, tam fideicommiſſa vniuerſalia, quam particularia in codicillis relicta. Si verò ſine teſtamento facti ſunt, tunc hæres ab inteſtato ſuccedens tenetur ad illa preſtãda, d. l. ab inteſtato. Et quamuis hæres non poſſit directo inſtitui in codicilli, tamen in eis declarari poteſt. Vt quia in te-
7 ſtamento inſtitutus eſt Titius hæres, & duo reperiuntur Titij, poterit declarare teſtator in codicillis, de vtro ſenſerit. Item ſi teſtator dixit in teſtamento; (Quem in codicillis nominauero hæredem, is hæres meus eſto:) adhuc intelligitur eſſe teſtamentarius, l. aſſe toto, 77. ff. de hęred. inſtitut. de quo vide Iaſ. in l. 1 Cod. eod.

De infirmatione Codicillorum.

9 Septimo, notetur qualiter Codicilli infirmentur. Et Azo.
10 in Summa C eod. dicit, iiſdem modis codicillos infirmari, quibus teſtamenta, de quibus ſup. in tit. quibus modis teſtam. infirm. dictum eſt, præſertim ſi fuerint facti cum teſtamento. Tunc enim ſi corruit principale, teſtamentum, ſ. corruit quoque acceſſorium, l. 1. Cod. eod. & gl. fin. in d. l. ab inteſt. Nam omne ius, ac robur codicilli ex teſtamento capiunt, vt ſup. declaratum eſt, poſt tex. in d l. ab inteſtato in fin. Itaque ſi hæreditas ex teſtamento non adeatur per ipſum hæredem ſcriptũ, neque legata in codicillis debentur, d. l. ſi quis cum, §. final. &
11 gloſ. fin. Excepto vnico caſu, *c* quia poſteriori teſtamento
c tollitur primum, ſed poſterioribus codicillis priores non tol-
12 luntur, vt iam dictum eſt. Et iiſdem quoque modis codicilli ab inteſtato infirmantur, quibus teſtamenta infringuntur, ni-
13 ſi in vnico caſu. Nam agnatione poſthumi codicilli ab inteſtato facti non rumpuntur, d. l. ab inteſtato. Et in hoc differũt
14 codicilli ab inteſtato, à codicillis cum teſtamento factis, ſecundũ gl. & Paul. de Caſt. poſt text. in d. l. 1. Cod eodem. Sicut
d enim agnatione *d* poſthumi rumpitur teſtamẽtum; ita etiam codicilli cum teſtamento facti, d. l. 1. C. eodem non autem codicilli ſine teſtamento; quia & tunc poſthumus ab inteſtato intelligitur rogatus præſtare legata in codicillis relicta, d. l. ab inteſtato.

De

ADDITIONES.

a *Poteſt tamen codicillis heres declarari, l. aſſe toto, & ibi Ang. & Imola, ff. de heredibus inſtit.*
b *Dic, ne per codicillos, qui ex teſtamento valent, ipſum teſtamentum (quod vires per inſtitutionem heredis acquirit) confirmari videatur, l. quod per manus, ff. de iure codicil.*
c *Non eſt vera exceptio, quoniam hoc caſu teſtamentum ſaltem vltimum valet, & ex eo aditur hereditas.*
d *Agnationem ſui heredis, an legatum in codicillis relictum pro parte an in ſolidum debeatur? Vide Concentualium 3. q. 12.*

Digitized by Google

De claſula Codicillorum.

15 Octauo,circa hunc titulum pauca dicenda ſunt de illa clau-
a ſula *a* codicillari, quæ hodie plerumque in fine teſtamento-
rum ſubijci ſolet, videlicet: (Si non valet iure teſtamenti, va-
let iure codicillõrum,& omni meliori modo,quo melius va-
lere poteſt. De quo plenè vide Bart.in l. 1. ff. eodem & Plat.
hic,& ita de codicillis factis in ipſo teſtamento, quando ſcili-
cet teſtamentum eſt minus ſolemne, propter defectum ſo-
lemnitatum. Et præcipuus effectus iſtius clauſulæ eſt, quod
venientes ab inteſtato per eam videntur rogari præſtare fi-
deicommiſſa vniuerſalia,& particularia,ſiue ſint in teſtamen
to minus ſolemni inſtituti hæredes, ſiue non, leg. ex ea ſcri-
ptura, 29. § fin. ff. de teſtamen. & l. ex teſtamento, 29. cum ibi
notat. C. de fideicomm. & l. ſi iore non ſubſiſtit, 11. C. de teſt.
manu. Ideo pone,quod quidam extraneus ſuit hæres inſtitu-
tus in teſtamento minus ſolemni, vbi fortè non ſunt adhibiti
ſeptem teſtes, vel non ſunt omni exceptione maiores, aut nó
ſunt rogati:& fuit adiecta illa clauſula codicillaris. Hic ſcri-
ptus hæres ex tali teſtamento,tamquam imperfecto,hæredi-
tatem adire non poteſt,l. ex imperfecto, 3. Co. de teſtamentis;
quia teſtamentum illud non valet, cum deſint ſolemnitates
requiſitæ,l. ſi vnus, 12. Cod. de teſtamentis. Ideo res redit ad
cauſam inteſtati, vt legitimi hæredes venientes ab inteſtato
ſuccedant. Et per hanc clauſulam conſeruatur vltima volun-
tas,non quidem, vt teſtamentum, ſed vt codicillis, ita quòd
hæres ſcriptus non capiat directò hæreditatem, ſed per in-
terpoſitam perſonam, ſcilicet legitimi hæredis, cui lex defert
hæreditatem ab inteſtato. Et is cenſetur rogatus per illam
clauſulam, ad adeundam hæreditatem, eamque reſtituen-
dam hæredi ſcripto,tamquam per fideicommiſſum. Et tunc
detrahit legitimus hæres Trebellianicam, ac dodrantem re-
ſtituit hæredi ſcripto. Et ſic iſta clauſula operatur circa teſta-
mentum imperfectum, vt valeat non quidem vt teſtamen-
tum,ſed vt codicillus. Et hoc eſt verum, quando teſtamen-
tum eſt imperfectum ratione ſolemnitatum requiſitarum:
ſecus ſi ſit imperfectum ratione voluntatis ipſius teſtatoris,
quia morte preuentus non potuit abſoluere teſtamentum.
Nam tunc iſta clauſula nihil operatur,de quo vide Bart. in d.
l. 1. ff. eod. Sicut nec per hanc clauſulam teſtamentum con-
ſeruatur, vt codicillus, quando teſtamentum non valet pro-
pter defectum teſtaotis. Qui enim teſtari non poteſt, neque
codicillos facere poteſt,d. leg. Diui,§. codicillos,ff. eod. De
quo latius vide Bart. in d. l. 1. & Doct. in l. fin. C. eod.

De actione ad fideicommiſſum in codicillis relictum.

16 Vltimo quæritur, qua actione petatur fideicommiſſum in
codicillis relictum? Et dic ſecundum gloſ. hic, in verbo, re-
b linquitur, vel condictione ex lege, vel *b* vtili *c* actione ex te-
c ſtamento. Cum codicilli vicem teſtamentorum obtineant,
ſecundum gloſ. penul. in d. l. ſi quis cum,§. fin. ff. eod. & Doct.
in d. l. fin. Cod. eod.

ADDITIONES.

a *Teſtamentum ſi non valet, iure codicillorum non valebit, niſi hoc teſtator expreſſerit, ita vt ab inteſtato venientes grauari videntur, l. vlt. Cod. de iure codicillorum. Quod tamen fallit fauore libertatis, & piæ cauſæ, l. inſtrumento, ff. de fideicom. libert. Alias quinque exceptiones, vide apud Soc. reg. 398. Adde Guid. Pap. quæſt. 323. Teſtamentum natiuitate poſthumi ruptum vtrum ſuſtineatur per clauſulam codicillarem, vide Gail. obſeru. 114.*

b *Vel ſecundum quoſdam per officium iudicis, l. vlt. C. eod. Quid: Nam ex codicillis agenti competit remedium, l. vlt. Co. de edicto D. Adr. tolt poſt Cin. negat Guid. Pap. q. 323. infr.*

c *Si codicilli non ſunt confirmati in teſtamento, alias petuntur actione directa ex teſtamento. Fabr. Numquam tamen directo hereditatis petitio competit ex codicillis agenti: quia hereditas directa codicillis dari non poteſt, l. hereditatem, C. eod. l. hereditas, ff. de his quibus vt indig. l. 2. in fi. ff. hoc tit. & gloſ. & DD. in c. Rainaldus de teſtam. Mirum autem videbatur ex relicto codicillis actionem ex teſtamento dari.*

Inſtitutionum Imperialium Libri Secundi, Finis.

Digitized by Google

IOANNIS OINOTOMI IVRISCONSVLTI, IN INSTITVTIONVM IMPERIALIVM LIB. III.

Commentarius.

DE HÆREDITATIBVS QVÆ ab inteſtato a deferuntur, Et de primo ordine ſuccedendi, &c.

TITVLVS I.

1 *Ordo eſt modus agendi, ſine quo nihil recte agitur.*
2 *Diuiſio ſeu partitio ad quæ conducat.*
3 *Quæ iura circa materiam ſucceſſionis ab inteſtato reperiantur.*
4 *Ordo quem in huius materiæ tractatione ſequi voluit.*
5 *Habens pro ſe regulam dicitur habere intentionem fundatam.*
6 *Continuatio.*
7 *Succeſſio ex teſtamento præfertur ſucceſſioni ab inteſtato.*
8 *Computatio graduum iuris ciuilis ſeruatur in ſucceſſionibus.*
9 *In ſucceſſionibus Iudæorum ſeruatur lex Moſaica.*
10 *Inter Iudæos iudicandum eſt ſecundum eorum legem niſi in his quæ ſunt prohibita.*
11 *Iudæi, an quibus iure ciuili vtantur.*
12 *Iudæi in veſtitu ſignum portare debent, per quod cognoſcantur à Chriſtianis.*
13 *An dominus terræ Iudæos poſſit expellere de ſuo territorio, & eis auferre bona.*
14 *Quando quis dicatur decedere inteſtatus.*
15 *Hæreditas legitima, quæ dicatur.*
16 *Tres ordines ſuccedendi ab inteſtato, & vnde hæc ſucceſſio cauſam trahat.*

OMiſſa commendatione tituli noſtri cuius
vtilitas quotidiana, & frequens eſt, ac ſeip-
ſam oſtendit, de ordine, quem in declaran-
da materia ſucceſſionis ab inteſtato ſerua-
1 turis ſumus paucis dicemus. Veriſſimum
enim eſt illud Baldi in tractatu ſchiſmatis,
quod ordo ſit modus agendi, ſine quo ni-
hil recte agitur, & ea quæ ordinate traduntur nõ ſolum per-
ſpicua, & facilia redduntur, quo dilucidius intelligantur, vt di-
citur in l. 1. ff. de doli exceptione, ſed etiam facilius memoriæ,
(quæ alias labilis eſt l. peregre. 44. ff. de acqu. poſ.) inhærent,
2 diuiſio enim, ſeu partitio materiæ animum legentis incitat,
mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè re-
formar, vt inquit gl. in § igitur, ſupr. in proœm. Inſtitutionum
præſertim quãdo materiæ latè patent, & diffuſè traditæ ſunt.
3 Sicut de hac materia varia, & diuerſa iura reperiuntur. Lex
enim duodecim tabularum vocabat primo ad ſucceſſionem
ſuos hæredes, id eſt, liberos in poteſtate exiſtentes excluſis
emancipatis, ſecundo agnatos, tertio cognatos. Poſtea ſuper-
uenit ius prætorium, quod tres iſtos ordines retinuit, ſed qui-
buſdam caſibus emendauit ius ciuile, diſponendo contrariũ
eius quod ius ciuile ſtatuerat, vt vocando liberos, emancipa-
tos ad ſucceſſionem parentum, per bonorum poſſeſſionem,
vnde liberi. In quibuſdam, vero adiuuit ius ciuile admittendo ad ſucceſſionem eos, qui alias de iure ciuili admittebantur, vt agnatos, & cognatos. Ideo quadruplicem bonorum poſſeſſionem introduxit. I. Vnde liberi. II. Vnde agnati. III. Vnde cognati. IV. Vnde vir, & vxor. Et ſecutæ, ſunt plures conſtitutiones Imperatorum, hinc inde corpori iuris inſertæ, per quas vetera iura in quibuſdam emendata, & quædam addita ſunt. Tandem conſtitutiones Nouellæ Imperatorum ſancitæ ſunt quas ius nouiſſimum Authenticorum appellamus, quod ſublata patria poteſtate, & emancipatione: item agnationis, & cognationis differentia, quo ad ſucceſſionem, alios tres ordine ſuccedendi conſtituit, in princ. Nouell. 118.
4 de hæred. ab inteſtato venien. Cum igitur leges poſteriores derogent prioribus, leg. ſed, & poſteriores, 28. ff. de legi, & Imperat. in d. princ. dictæ Nouellæ expreſsè ius Authenticorum in ſucceſſ. ſeruari præcipiat, nos quoque iſtum ordinem ab Imperat. traditum, ſequemur, & dicemus. 1. De ſucceſſione deſcendentium, liberorum ſcilicet, quos naturæ ſimul & parentum, commune votum ad ſucceſſionem vocat, vt dicitur in leg. ſcripto, ff. vnde liberi, 2. De ſucceſſione aſcendentium, parentum ſcilicet qui ordine mortalitatis turbato liberis ſuccedunt, leg. nam, etſi parentibus, 15. ff. de inoffic. teſtamen. 3. De ſucceſſionem collateralium, agnatorum ſcilicet, & cognatorum, cum hodie inter cognatos, & agnatos in ſucceſſione bonorum allodialium, nulla ſit differentia, cap. ex his. 5. dict. Nouellæ 118. 4. De ſucceſſione viri, & vxoris, &c. 5. De ſucceſſione fiſci. Et quia in multis caſibus ius Saxonicum, quo in his terris vtimur, à iure communi in hac materia diſcrepat, ſimul illud quoque indicabimus, & per certas regulas ac concluſiones hanc materiam comprehenſam declarabimus, quod & memoriæ prodeſt, & plures, alias habet vtilitates, de quibus per Dec. & alios in lege prima, ff. de regulis iuris. Vbi inter cætera traditur, quod in
b caſibus non determinatis, habens pro ſe b regulam, dicitur habere intentionem fundatam, ita vt allegans caſum eſſe exceptum à regula, teneatur probare, vt notatur. per gloſ. in leg. omnis definitio 202. ff. de regulis iuris, & probatur per caput ſecundum extr. de coniug. leproſ. &c.

Conti-

ADDITIONES.

a *De ab inteſtato ſucceſſionibus vide tractatus ſpeciales Mathesilani Nicolai Vbaldi, Rolandini, Cini. Antonij de Roſellis, Oliuerij Textoris, Didaci Couarruuiæ, Maturini Montani. Adde Craſſum lib. Sentent. §. ſucceſſio ab inteſtato.*

b *Legis vim an habeant regulæ Cancellariæ Romanæ, & à quo tempore obligent vide Capellam Toloſſanam, quæſt. 444. & an ſententia valeat contra regulas Cancellariæ vide Felin. capitulo 1. de re iudic.*

6 Continuatio autem huius tituli ſumitur ex §. finali, ſupra per quas perſonas nob. acquir. vbi dicitur, hæreditatum duplicem eſſe conditionem. Aut enim ex teſtamento aut ab inteſtato deferuntur. Et quia in præcedenti libro de hæreditatibus, quæ condito teſtamento ad ſucceſſore perueniunt, dictum eſt, ſubijcitur nunc titulus de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. Et ex hac continuatione, & ordine Ru-
7 bricæ, circa totam hanc materiam ſucceſſionis ab inteſtato, notanda eſt regula generalis: quod ſucceſſio ex teſtamento præfertur ſucceſſioni ab inteſtato. Quamdiu enim hæreditas ex teſtamento adiri poteſt ſucceſſio ab inteſtato locũ non habet, l. quamdiu, 39. ff. de acquirenda hæreditate, & l. quamdiu 89. ff. de reg. iur. & l. antequam, 8. C. communia de ſucceſſ. Cum enim quilibet rerum ſuarum ſit moderator, & arbiter, l. in re mandata, 21. C. mandati poterit, quis de bonis ſuis, ſi velit in teſtamento pro libito, diſponere. Nihil enim magis hominibus debetur, quam vt ſupremæ voluntatis, poſtea quam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtilus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, vt dicitur in leg. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. Vnde, & voluntas teſtatoris pro lege habetur cap. ſecundum 2. verſic. diſponat Nouell. 22. de nuptijs, dummodo diſpoſitioni iuris non contrarietur, & formam à lege præſcriptam non tranſgreſſa, l. nemo poteſt 55. & ibi Iaſ. in 2. lect. nu. 12. ff. de leg. 1.

8 Secundo circa hanc Rubricam præmittenda eſt alia concluſio generalis, cum ſecundum gradus prærogatiuam hæreditates deferantur, §. ſi plures, 5. infra de leg. agn. ſucceſſ. & alia ſit comparatio graduum iuris ciuilis, & alia iuris Canonici quod in ſucceſſionibus ſeruatur computatio iuris ciuilis in matrimonijs verò iuris Canonici, non ſolum in terris Imperij ſed etiam Eccleſiarum. Nam in hæreditatibus ius Canonicum approbat computationem ciuilem, vt patet ex capitulo ad ſedem, 15. quæſt. 3. & in glo. in § hactenus, 7. infr. de gradu, cog. & gloſ. l. Iuriſconſultus, 10. in verbo item liberi, ff. de grad. & affinit. Bart. & Iaſ. & alij in leg. ſi auiæ, 2. C. de ſucceſſ. edict. Vnd. ſi ſtatutum diſponat de gradu ſucceſſionum ſimpliciter tunc debet intelligi vt computentur gradus ſecundum ius ciuile ſicut viciſſim ſtatutum imponens pœnam contrahentibus in certo gradu ratione ſubiectæ materiæ debet intelligi de computatione Canonica vt refert Io. Andr. in add. ad Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. verſic. ſed an filij fratres, & add. tota, in c. 1. de noui oper. nunc. & in c. Clerici, 8. extra de iudic.

9 Tertio pro generali concluſione notandum, quod in ſuc-
a ceſſionibus Iudæorum *a* non ſeruatur ius ciuile ſed lex Moſaica de qua habetur Num. cap. 27. vbi filius excludit filiam à ſucceſſione patris: quod eſt contra l. maximum vitium, 4. C. de lib. præter l. inter filios, Cod. 3. famil. hercil. Sicut enim per
10 ſtatutum, ciuitatis derogatur iuri communi in loco, vbi viget ſtatutum lege omnes populi 9. ff. de iuſtitia, & iure, & ſtatuta mercatorum, & negotiatorum inter eos ſunt ſeruanda l. ſecunda in ſi C. de conſtit. pecul. ita, lex Moſaica, tanquam lex ſpecialis, inter ipſos Iudæos ſeruanda eſt, facit l. Iudæos, 1 t. in fin. Cod. de Iudæis ibi, (amiſſuri hactenus permiſſa, ſi ab illicitis non abſtineant.) Per quem text. colligit quòd Iudęi in ritibus, & lege ſua tolerantur per Imperatores, & etiam per Papam, in capitulo conſuluit, 7. & in capitulo Iudæis 3. extra de Iudæis. Ideo inter eos iudicandum eſt ſecundum eorum legem, niſi in his, quę ſunt prohibita. Et de huiuſmodi ſucceſſione Iudæorum dicitur in dicto capitulo vigeſimo ſeptimo. (Erit hoc filijs Iſrael ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit Dominus Moyſi, &c.) Nec obſtat text. in l. Iudæi 8. cum ſimilibus, Cod. de Iudæis, quòd Iudæi debent viuere Roman.
11 legibus, & vti iure noſtro Romano. Nam huiuſmodi iura procedunt, in his quæ ſpectant ordinem iudiciorum in quibus nihil per legem Moſaicam eſt ſtatutum, tũ enim recurrendum eſt ad ius commune. Idem ſi Iudæus litigaret cum Chriſtiano. Nam, & tunc ſecundum ius ciuile, non ſecũdum legem Moſaicam controuerſia determinanda eſt. Et ita in terminis quæſtionis noſtræ conſuluit in ardua cauſa Ioann. Calderinus, qui ab omnibus ad hoc allegatur, & eius ſententia approbatur. De quo vide Alexand. de Imola, numero trigeſimo ſecundo, & Iaſon numero trigeſimo quinto, in l. 1. ff. ſi certum petatur, & Iaſon in l. qui ſe patris 3. numero vigeſimoquarto, Cod. vnde liberi, & Felin in capitulo Iudæi, 5. de Iudæis, & Campegium in tractat. de dote in vlt. quæſt. tract. & Ioan. Le Cirier in tract. de primogenitura, in 16. quæſt. 1. lib. in duodecimo volumine tractatuum, mihi fol. 121. Et obi-
12 ter notandum, quòd Iudęi in veſtitu debent portare ſignum per quod cognoſcantur à Chriſtianis capitulo in nonnullis,
13 extra de Iudæis fac. text. in leg. Mimæ 5. C. de Epiſcopis, aud. Vbi poſt alios Paul. de Caſtr. inquit Iudæos, & meretrices, poſſe cogi, ad gerendum, habitum diſtinctum ab alijs hone-
13 ſtis mulieribus, & Chriſtianis. An autem dux, vel dominus terræ poſſit expellere Iudæos de ſuo territorio, & eis auferre bona breuiter ita concludit, ſi Chriſtianis imminet periculum, vel ſcandalum, ex cohabitatione Iudæorum, magiſtratus impune eos expellere poteſt de quo Oldradus in conſil. 87 & conſil. 264. Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. in verb. Carolus dux, verſic. vltimo quæro, & D. Iaſon in leg. apud Iulianum (al. eſt verſic. in princip. l. cum ſeruus 39.) §. conſtat, num. 20. ff. de leg. 1.

14 Quarto pro intellectu ſucceſſionis ab inteſtato quæritur quando quis dicatur decedere inteſtatus: Id vero declarat Imperator hic, in princip. tituli noſtri. I. Quando defunctus de cuius hæreditate agitur non fecit tantum, aut quia nõ voluit, & hi propriè dicuntur inteſtati, qui cùm facere poſſent teſtamentum teſtati non ſunt lege ſecunda in princip. ff. de ſuis, & legitimis aut, quia non potuit impeditus, vel de facto quia morte preuentus, vel de iure quia iure teſtari non
b potuit, vt pupillus *b* filiusfamilias, de quibus ſupra, in titul. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, dictum eſt. Et quamuis hi propriè inteſtabiles dicantur, tamen eos quoque pro inteſtatis accipere debemus, vt dicitur in dicta lege prima in princip. verſ. plane. II. Quando quis condidit teſta-
c mentum, ſed non iure fecit quia non adhibuit *c* ſolemnitates à iure requiſitas de quibus habetur in lege hac conſultiſſima 21. C. de teſtament. & ſup. in tit. de teſtamen. ordin. Paria enim ſunt aliquid omnino non fieri, aut fieri, ſed non idonee, aut legitime, lege quoties, 6 ff. qui ſatiſd. cogan. Hinc Iuriſconſultus in lege quarta, ff. de teſtament. docet, quando quæritur de validitate teſtamenti quod primo videndum ſit an is de cuius de teſtamento, quęritur, habuerit teſtamẽti factionem actiuam. Nam ſi eam non habuit, & ſi teſtamẽtum ſolenne ſit tamen ex eo hæreditas adiri non poteſt. Deinde ſi habuit, an ſecundum regulas iuris adhibitis, ſcilicet ſolemnitatibus teſtamentum condiderit. III. Quando teſtamentum legitime factum ruptum eſt agnatione poſthumi præteriti, vel arrogatione, dicta lege 1. in princip. ff. de ſuis, & legitimis, & hic in princip. IV. Quando teſtamentum legitimè conditum, irritum factum eſt per capitis diminutionem, vt
d hic in princip. iuncta gloſ. in verbo irritum, *d* vt quia teſtator cõdemnatus eſt ad mortem naturalem vel ciuilem, l. eius qui, 8 §. 1. ff. de teſtam. & l. ſi quis filio 6. §. irritum, & ibi Bart. ff. de iniuſto rupto, &c. V. Quando teſtamento ex omni parte eſt perfectum, ſed ex eo nullus hæres exiſtit vt hic, & dicta lege prima in princip. ff. de ſuis & legitimis, vt quia hæres inſtitutus non vult adire hæreditate aut viuo teſtatore mortuus eſt, aut conditio, ſub qua inſtitutus eſt defecit? nam tunc dicitur inteſtatus deceſſiſſe, §. poſteriore, 2. ſupra quibus modis teſtamenta infirmatur. VI. Quando filius nominatim, & cum cauſa legitima exhæredatus eſt, ſed poſt mortem patris propoſita querela inofficioſi teſtamenti, & hærede cauſam ingratitudinis non probante, teſtamentum per ſententiam reſciſſum eſt; vt ſupra de inofficioſo teſtamento. Nam tunc quo ad inſtitutionem hæredis, irritum eſt teſtamẽtum, legata vero, & cætera firma manent, Authent. ex cauſa, C. de liberis præter. Idem dicendum, quando per bonorum poſſeſſionem contra tabulas de iure prætorio reſcinditur te-
e ſtamentum de *e* quo in §. ſunt autem 1. infra de bonorum
15 poſſeſſione dicitur. His igitur caſibus quando quis inteſtatus ſic decedit, hæreditas non eſt teſtatoris ſeu hominis,

ſed

ADDITIONES.

a *De Iudæorum ſucceſſionibus vide Calder. conſ. 30. tit. de teſt. De eorum contractibus, & an poſſint cum Iudæis inire ſocietate vide Corſetum, in verb. ſocietas. Quo iure cauſæ Iudæorum decidendæ, vide Cepol. caut. 24. Et quod Iudæus Chriſtiani procurator non poſsit alium pro ſe ſubſtituere vide Minſing. 2. Obſeru. 13.*

b *Puberes dicuntur propriè inteſtati impuberes vero inteſtabiles, potius eſſe cenſetur quam inteſtati l. 1. in princ. verſ. plane, ff. de ſuis. gl. in l. cum in antiquioribus, in verbo fuiſſe, C. de iure deliber. Et ita verbum inteſtatus in ſtatutis interpretari oportet in propria ſui ſignificatione. vide Bolognetum in notis ad Matheſilanum tract. de ſucceſſ. ab inteſt. 3. memb. 1. art. nu. 5.*

c *Puta ſolemnem teſtium numerum, §. ſed cum paulatim, §. vlt. ſup. de teſtamen.*

d *Et §. alio quoque ſup. quib. mod. teſtam. infirmatur.*

e *Vide l. vt liberis, C. de collationibus.*

ſed legis diſpoſitione certo quodam ordine proximioribus
conſanguineis defertur, vnde proprie legitima hæreditas di-
citur, quæ ab inteſtato per legem defertur, vt eſt text. in l. 3. §.
de illo, ff pro ſocio. Licet, & illa, quę teſtamẽto defertur, pro-
pter confirmationem legis quoq. legitima dici poſſet, ſecun-
dum gloſ. in d. §. de illo. Improprie tamen, quia non fit a lege,
ſed ab homine, lege tamen approbante, inſtituti hæredes ad
ſucceſſionem vocantur, l. lege obuenire, 130. ff. de verb. ſign.
26 Quinto præmittendum, quòd hodie per ius Auth. tres or-
dines, ſeu gradus ſuccedendi ab inteſtato ſunt introducti, ad
quos omnes caſus referri, ſeo accommodari poſſunt. Succeſ-
ſio enim ab inteſtato ex naturali cognatione, ratione ſangui-
nis, cauſam trahit. Et quia cognatio ſanguinis alia ſupra nu-
meratur parentum ſcilicet, alia infra liberorum: alia ex late-
re, vt fratrum, & ceterorum collateralium, vt infra de gradi-
bus cognation. ideo tres enumerantur ordines ſuccedendi.
Primus eſt deſcendentium: ſecundus aſcendentium, tertius
collateralium, in princ. d. Nouell. 118. de hæred. ab inteſtato
ven. & gl. in §. fin. ſuper verbo, toties, infra de ſer. cogn. & de
iure Saxon. gl. in ar. 17. lib. 1.

DE PRIMO ORDINE SVCCEDENDI
deſcendentium ſcilicet.

1 *Donec ſuperſunt liberi, omnes alij conſanguinei à ſucceſſione excluduntur.*
2 *Filij propter crimen læſæ maieſtatis condemnatorum, neque patri, neque alijs extraneis ſuccedunt.*
3 *Item filij condemnatorum propter hæreſim.*
4 *Item filij naturales, vulgo quæſiti, & nati ex damnato coitu.*
5 *Liberorum ſex ſpecies.*

1 PRæmittendum, quòd iſte ordo omnes alios anteceſſit, &
ſicut primo loco ponitur, ita in ſucceſſione primũ locum
obtinet, donec enim ſuperſunt liberi, omnes alij cõſanguinei
excluduntur, ſiue ſint aſcendentes, ſiue collaterales. Prima
namq. cauſa eſt liberorum, vt hic, in princ. & in c. ſi quis, 1. d.
Nouell. 118. & in Auth. in ſucceſſione, Cod. de ſuis, & legit.
Ratio enim naturalis, quaſi lex quædam tacita, liberis, paren-
tum hæreditates adijcit, veluti ad debitam ſucceſſionem eos
vocando, vt dicitur in l. fin. ff. de bon. dam. & l. nihil intereſt,
50. §. ſed nunquid, in fin. ff. de bon. lib. vbi dicitur, quòd omnia
quæ noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paramus. Et filij viuo
etiam patre, quodammodo domini bonorum paternorum
dicuntur, l. in ſuis, 2. ff. de liber. & poſthumis. Limitantur au-
2 tem prædicta non procedere. I. In filijs *a* eorum parentum,
a qui propter crimen lęſę maieſtatis condemnati ſunt: nam eo-
rum filij non poſſunt, neque patri, neq. alijs extraneis, neque
ex teſtamento, neque ab inteſtato ſuccedere: ſed ipſis mors
eſt ſolatium, & vita ſupplicium, vt dicitur in l. quiſquis, 5. §. 1.
C. ad l. Iul. maieſt. Secus eſt in damnatis propter aliud delictũ
hodie enim bona damnatorum non confiſcantur, ſed deſcen-
dentibus, vel aſcendentibus, vel etiam collateralibus, vſq. ad
3 tertium gradum applicantur. Auth. bona damnatorum, C. de
bon. dam. II. Limitatur, non procedere in filijs eorum, qui
propter hæreſim condemnati ſunt, nam iſtorum bona quoq.
confiſcantur, c. excommunicamus, 13. §. damnati, extra de hę
4 reticis. III. Limitatur, non procedere in filijs naturalibus tan-
tum vulgo quæſitis, & natis ex damnato coitu, ſecundum ea
b quæ infra dicemus. Sunt enim ſex ſpecies *b* liberorum, vt no-
5 tatur per gl. in c. tanta. 6. ſuper verbo, repellendus, extra qui
filij ſint legitimi, & in c. liberi, 15. ſuper verb. liberi, cauſ. 32. q.
4. 1. Sunt filij ſpirituales, 2. Naturales, & legitimi ſimul. 3. Le-
gitimi tantum, 4. Naturales tantum, 5. Spurij, vel vulgo quæ-
ſiti, 6 Nati ex inceſtuoſo, & damnato coitu a iure ciuili. Se-
paratim igitur de ipſorum ſucceſſionibus dicemus.

ADDITIONES.

a *An idem sit eorum filiabus? Clarus § læſa maieſtatis, verſ. hæ autem pœnæ negat. Monetur tamen, quod d. l. quiſque. C. ad leg. Iul. maieſtatis, ſit odioſa. Et loquens de filijs, & ideo ad filias non ſit extendenda. Et an habeat d. lex locum in filijs, naturalibus, & in natis ante delictum patris, & plura alia.*
b *Liberorum ſpecies eadem referuntur ſup. tit. de adoptionibus.*

DE SVCCESSIONE FILIORVM
Spiritualium.

1 *Tres ſpecies cognatorum iure Canonico conſtituuntur.*
2 *Filiorum ſpiritualium duæ ſunt ſpecies.*
3 *Filij ſpirituales parentibus ſpiritualibus in nihilo ſuccedunt.*

1 IVra Canonica, quoad impediendum matrimonium in cer-
tis gradibus tres ſpecies cognationis conſtituerunt: primò,
ſpiritualem, de qua tit. in 4. lib. Decret. de cog. ſpir. deinde car-
nalem, de qua tit. de conſanguin. & affinitate, legalem, quę ex
adoptione a Lege ciuili inuenta oritur, de qua tit. ext. de cog.
leg. Et de priore cognatione, etiam iura ciuilia ſtatuunt, quòd
2 is, qui virginem de ſacro baptiſmate ſuſcepit, eã vxorem du-
cere prohibeatur, l. ſi quis alumnã, 26. in fi. C. de nup. Refert
autem Pan. in d. c. tanta, ext. qui filij ſint legit. duas ſpecies fi-
liorum ſpiritualium: vt ſint I. Filij ſpirituales tãtum, ſicut om-
nes Chriſtianos dicit eſſe filios Papæ, & omnes Diœceſanos,
3 filios epiſcopi, capitulo omnes, 8. cauſ. 30. q. 1. II. Filij ſpiritua-
les, & legitimi ſimul, & ſuſcepti ex Baptiſmate, vel Confirma
a tione. Et de his omnibus tenenda eſt regula, eos parentibus *a*
ſpiritualibus in nihilo ſuccedere, quia hoc non reperitur iu-
re cautum. Erubeſcimus autem abſque lege loqui, cap. conſi-
deremus, 5 Nouell. 18. de trien. & ſem. Et adducit Pan. in c.
tanta, etiam hanc rationem, quòd iſta cognatio cõſiſtit in ſpi-
ritu, ideo non debet extendi ad bona temporalia exteriora, de
qua vide Nicol. & Vbald. in tract. ſucceſ. ab inteſtato, in prin-
cip. in §. ſeptima, & vltima ſpecies nu. 13. Et de iure Saxon.
eſt glo. in art. 3. lib. 1. Quod affinitas, & compaternitas impe-
diant quidem matrimonia, nullum tamen ius ſuccedendi tri-
buant, &c. facit lex affinitatis, 7. C. communia de ſucceſſ.

ADDITIO.

a *Et vice verſa: Parentes huiuſmodi liberis non ſuccedunt, infra, de ſucceſſione parentum ſpiritualium.*

DE SVCCESSIONE FILIORVM
naturalium, & legitimorum ſimul.

1 *Filij naturales, & legitimi ſimul qui dicantur.*
2 *Filij naturales primi gradus tantum, quomodo parentibus ſuccedant.*
3 *Nepotes, quando pater eorum eſt ſuperſtes non ſuccedunt.*
4 *Olim filij in poteſtate exiſtentes inuiti cogebãtur eſſe hæredes.*
5 *Filij emancipati, an, & qualiter ſuccedant.*
6 *Liberi indiſtinctè ſublata ſexus differentia, ſuccedunt.*
7 *Liberi patri, & matri ſuccedunt.*
8 *Liberi, ſiue legitime nati, ſiue naturales tantum, & poſtea legitimati, indiſtinctè ſuccedunt.*
9 *Liberi legitimantur oblatione curiæ reſcripto principis, & per ſubſequens matrimonium.*
10 *Legitimati per ſubſequens matrimonium in feudo ſuccedunt.*
11 *An in feudo legitimè natis conceſſo, legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt.*
12 *Nepotes præmortuorum liberorum, cum auunculo, & patruo, auo in ſtirpem ſuccedunt.*
13 *Succeſſio in capita, item in ſtirpes, quomodo fiat.*
14 *Regula proximior in gradu, remotiorem excludit, quando locum habeat.*
15 *Nepotes ex filia, auo ſuccedunt æque cum nepotibus ex filio de iure communi, & Saxonico.*
16 *Pronepos ſuccedit defuncto auo cum ipſius filio in ſtirpem.*
17 *Abnepos, aut etiam vlterior deſcendens, ſuccedit cum ſuperſtite filio defuncti in ſtirpem.*
18 *Nepotes ex diuerſis filijs, & diuerſi numeri, ſuccedunt auo in ſtirpes.*
19 *Sic etiam pronepos.*
20 *Siue ſint in gradu æquali, ſiue inæquali.*
21 *Vbi etiam pluribus gradibus diſtant.*
22 *Quare ius repræſentationis in deſcendentibus, in infinitum locum habeat.*
23 *Nepotes ex diuerſis filijs diuerſi numeri, quomodo de iure Saxonico auo ſuccedant.*

1 FIlij naturales, & legitimi ſimul dicuntur, qui ex iuſtis *a*
a nuptijs, ſeu legitimo matrimonio nati ſunt, l. filium eum
definimus, 6. ff. de his, qui ſunt ſui, &c. Et dicuntur natura-
les

ADDITIO.

a *Quod adeo verum eſt, vt ex legitimis nuptijs legitimus, non an eum ſpurius cenſeatur. De quo vide Gayl. 2. obſer. 97.*

les, quia ſecundom naturam ex parentibus procreati ſunt: le-
gitimi vero; quia iſta coniunctio parentum, ex quibus nati
ſunt, a lege dioina, humana ciuili, & canonica approbata eſt,
vt conſtat ex tit. ſupra de nupt. & eſt gloſ. in princ. ſuper ver-
bo, matrimonium, ſupra de iure nat. Sed quia aliquando ex-
ſtant ſoli deſcendentes primi gradus, aliquando vero cum fi-
lijs primi gradus concurrunt nepotes, vel pronepotes ex filijs
præmortuis, & ita deſcendentes ſecũdi, vel vlterioris gradus
aliquando verò non extant liberi primi, ſed vlterioris gradus
tantum, vel ſoli nepotes, vel pronepotes, ideo pro diuerſitate
iſtorum caſuum, tres concluſiones circa hanc ſpeciem ſunt
conſtituendæ.

2 Prima, quod filij naturales, & legitimi ſimul, primi gradus
tantum, parentibus ab inteſtato æqualiter ſuccedunt, excluſis
omnibus aſcendentibus, & collateralibus, & alijs quoq. de-
ſcendentibus vlterioris gradus. Auth. in ſucceſſione, cum ibi
3 notatis, C. de ſuis, & legitimis. Si enim omnes primi gradus
ſuperſunt, & nullus ex eis mortuus eſt, qui reliquiſſet filium,
tunc licet ſuperſtites filij primi gradus quoque habeant libe-
ros, & ſic nepotes, tamen liberi primi gradus excludunt alios
vlteriores ex corporibus ſui deſcendentes. Nec enim ſucce-
dunt nepotes, quando pater eorum eſt ſuperſtes, vt declarant
Cin. in tractat. ſucceſſion. ab inteſt. numero 3. qui habetur in
quinto volumine tractatuum, mihi fo. 139. Et ampliatur hęc
4 concluſio. I. Quod olim filij in poteſtate exiſtentes, etiam
inuiti, vellent nollent, cogebantur eſſe hæredes, & ſe immi-
ſcere hæreditati paternæ, tam ex teſtamento, quam ab inte-
ſtato. Ideo ſui, & neceſſarij hæredes dicebantur, §. ſui autem,
2. ſup. de hær. qual. & differ. Sed prætor ei conceſſit beneficiũ
5 abſtinendi, vt hęreditate, ſi velint, abſtinere poſſint, d. §. ſui au-
a tẽ. II. Ampliatur, ſiue filij adhuc ſint in patria poteſtate, ſiue *a*
emancipati, d. Auth. in ſucceſſione. Olim enim de iure ciuili,
filius emancipatus patri ab inteſtato nõ ſuccedebat, §. eman-
cipati, in fi. eo. Sed Prętor naturali æquitate motus, videns fi-
lium emancipatum auxilio regum duodecim tabularum de-
ſtitutum, vocauit eum ad ſucceſſionem paternam per bono-
rum poſſeſſ. Vnde liberi, de qua in ff. & C. tit. Vnde liberi. Si-
cut ei quoq. conſuluit, quando pater in teſtamento eum prę-
terijt, per bonor. poſſeſ. contra tabulas: cum de iure ciuili pa-
ter non cogeretur filium emancipatum inſtituere hæredem,
vel exhæredare. §. emancipatos, 3. ſup. de exhæred. lib. Et hoc
ius prętorium fuit ſanè æquiſſimum. Licet enim patria pote-
ſtas emancipatione tollatur, quo ſcilicet ad alios effectus pa-
triæ poteſtatis, §. præterea, 6. ſupra quibus mod. ius patr. poteſt
tollat. iura tamen naturæ, & ſanguinis per eam mutari non
poſſunt. Nam etſi quis centies emancipetur, tamen naturali-
ter manet filius: quoniam iura ſanguinis nullo iure ciuili diri-
mi poſſunt, l. iura ſanguinis, 8. ff. de reg. iur. Hodie vero filius
emancipatus etiam de iure ciuili per conſtitutiones Impera-
torias, indiſtinctè tam ex teſtamento, quam ab inteſtato pa-
tri ſuccedit, quo enim ad ſucceſſionem, ſublata eſt differentia
emancipationis, & patriæ poteſtatis, & ſola naturali cauſa in-
ſpecta, ideſt, iure ſanguinis, parentibus liberi ſuccedunt, vt
dicitur in d. Auth. in ſucceſſione, in fi. Vnde hodie emancipa-
tus non indiget beneficio Prætoris, puta bonor. poſſeſs. Cum
recta via, iureque ciuili ad hæreditatem perueniat. Cuius rei
magnus eſt effectus, nam iure ciuili ſolo animo ſine præſen-
tia iudicis, & ad 30 annorum ſpeciem hereditatem adire po-
teſt; l. licet, 8. C. de iure delib. Quod non ſic eſſet, ſi per bonor.
poſſeſs. ad hæreditatem perueniret, tunc enim opus eſſet, vt
inf. annum adiret prætorem, ſeu iudicẽ, & declararet ſe vel-
let agnoſcere bonorum poſſeſs. & peteret eam a iudice ſibi
6 decerni, l. 1. §. largius, ff. de ſucceſs. edict. & inf. de bon poſſeſs.
dicetur. III. Ampliatur prędicta concluſio quòd liberi parenti
bus ſuccedunt indiſtinctè, ſiue ſint filij, ſiue filiæ, nam illa diſ-
ferentia ſexus quoque ſublata eſt, d. Auth. in ſucceſſione, & l.
inter filios, 2. C. famil. herc. Quod eſt verum, in ſucceſſione
bonorum allodialium, non autem feudalium, quia fęminæ in
feudis regulariter non ſuccedunt, §. hoc autem, capit. de his
7 qui feu. dare poſs. IV. Ampliatur, quod liberi ſuccedunt, ſiue
mater, ſiue pater decedat. Licet enim filij non ſint in poteſta-
te matris, §. fęminæ, 10. ſupra de adopt. vnde nec ſui hæredes
matris dicebantur, neque dominium bonorum maternorum
in eos continuabatur, neque ex lege duodecim tabularum
ad ſucceſſionem matris admittẽtur, vt not. in l. ſi fratris, 3. C.
de iure delib. tamen hodie quoque filij matri ſuccedunt, vt
patri, non ſolum de iure prætorio, per bon. poſſeſs. Vnde co-
gnati, l. 2. ff. Vnde cognati, ſed etiam de iure ciuili, per Sena-
tuſc. Officianum, de quo in ff & C. de Senatuſc. Offic. & l. ſi
8 matri, 1. Cod. de ſuis, & legit. &c. V. Ampliatur, quod liberi
ſuccedunt, ſiue ſint legitime nati, ideſt, poſt contractum ma-
trimonium ſuſcepti, & procreati, ſiue a principio ſint natura-
les tantum, & poſtea legitimati, § quibus connumerari, infra,
eodem. Sunt autem tres principales modi legitimãdi liberos
naturales, de quibus ſupra de patria poteſtate dictum eſt, &
in Authen. eſt Nouell. 74. quibus modis nat. effic. leg. & No-
9 uell. 89. quibus modis nat. effic. ſui 1. Eſt oblatio Curię, quan-
do ſcilicet filius naturalis tantum offertur a patre, vel a ſeipſo
ſeruitio Imperatoris, vel Curiæ, vt hic, d § quibus. Et talis le-
gitimatus ſuccedit patri ex teſtamento, & ab inteſtato, etiam
cum alijs legitimè natis: ſic tamen, vt non plus habeat, quàm
vere legitimus, capit. & quoniam, 3. Nouel. 89. quibus modis
nat. effic. ſui. Non tamen fratribus legitime natis, nec ceteris
agnatis ſuccedit, ſed ſoli patri cap. filium 4. d. Nouell. quibus
b modis nat. effic ſui, 2. Naturales legitimantur per reſcriptũ *b*
principis, capit. illud tamen 9. in d. Nouell. quibus modis na-
tur. effic. ſui, vel alterius ab ipſo principe poteſtatem haben-
tis, vt ſunt Comites Palatini. Quæ enim authoritate princi-
pis fiunt ab ipſo Principe facta videntur, l. 1. §. qui mandatum
iuncta l. etſi prætor, 3. ff. de offic. eius cui mand eſt iuriſdict.
Et tales legitimati tunc demum ſuccedunt patri, quando non
extant naturales, & legitimi ſimul. His enim extantibus, hoc
modo legitimati non ſuccedunt patri, multo minus alijs con-
ſanguineis patris, capit. ſit igitur licentia. 2. Nouell. 74. qui-
bus modis nat. effic. legit. De quo plene vide Nicol. de Vbald.
in dict. tractatu ſucceſs. ab inteſt. in prima parte, nu. 80. cum
aliquot ſeq. & c. 3. Legitimantur liberi naturales tantum, per
c ſubſequens *c* matrimonium, dict. §. quibus connumerari, inf.
eodem, & cap. reliqui, 8. verſic. ſi quis igitur dotalia in d. No-
uell. quibus modis natur. effic. ſui, & eſt optimus text. in dict.
cap. tanta, extra, qui filij ſunt legitimi. Tanta enim eſt vis ma-
trimonij, vt per id non ſolum filij ſint legitimi, qui conſtante
matrimonio naſcuntur, ſed etiam hi, qui ante matrimonium
procreati ſunt, & tales legitimati ſi ſoli ſunt, parentibus ab in-
teſtato ſoli ſuccedunt, cum naturalibus verò, vel legit. iam na
tis, vel naſcituris æqualiter ſuccedunt, d. §. quibus, & d. verſic.
ſi quis igitur dotalia. Et non ſolum in hæreditate parentũ, ſed
etiam aliorum agnatorũ, & cognatorũ parentum ſuccedunt,
vt concluditur per gl. in d. c. tanta, ſuper verbo, legitimi, quæ
dicit, eos legitimari, quo ad omnia tã quo ad honores, & or-
dines, quam ſucceſſiones. Matrimoniũ enim omnia antece-
dentia purgat, & ita quoque pronunciatur. Quod filij ſic legi-
timati ad ſucceſſiones, ordines, & dignitates admittantur, vt
eſt ſententia poſt (Vveichbild) ſup. Rub. (Vvie die vnehe li-
che Kinder durch volgende Ehe, auch ſonſten, durch Kaiſer
10 liche freiheiten Ehelich verden, &c.) Adeo, vt licet in capi-
tulo naturales, ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. dicatur,
natu-

ADDITIONES.

a *Hodie filij primi gradus ſi ſoli ſint æqualiter ſuccedunt patri, & matri iure ciuili nouiſſimo, ſublata qualibet differentia ſexus, & patriæ poteſtatis, & præferũtur omnibus aſcendentibus & collateralibus. Aut. de hæreditatibus ab inteſtato,* §. 1. *coll.* 8. *Auth. in ſucceſſione, de ſuis, & legitimis, & hunc quidem in modum liberi mancipati parentibus ſuccedunt iure ciuili. Intereſt tamen inter ſuum, & emancipatum, quod ille, vt ſuus, & neceſſarius ſuccedit; emancipatus, vt extraneus, & volũtarius* §. *ſui autem, ſupra, de hered. qualitate, vide Matheſilanum tract. de ſucceſſion. ab inteſt.* 1. *memb.* 1. *art.*

b *Legitimati per reſcriptum principis, aut eum cui princeps eam poteſtatem fecit patri tantum ſuccedunt, non alijs aſcendentib. deſcendentibus, aut cognatis patris ſicuti nec illis tales perſonæ ab inteſtato ſuccedunt,* § *filium. Nouell.* 89. *Imo, ita legitimati non ſuccedunt patri in feudis,* § *naturales, niſi de feud. defunct. Qui legitimatus per reſcriptum aut ab eo poteſtatem habente, vel per alium ciuilem modum, non excludit feminas filias excluſas ſtatuto extantibus maſculis, idque ita in Camera Imperiali ſeruari notat Gayl.* 2. *Obſeru.* 111. *n* 6. *reiecta opinione contraria. Quid? ſi unus naturalis, an in præiudiciũ legitimorũ naturaliũ legitimari poteſt, ijs non citatis poteſt, ſi modo parẽs in legitimatione impetranda mentionem legitimorum ſuorum fecerit, & principis in legitimando vtatur clauſula, non obſtante, quod ſint filij legitimi, vel de plenitudine poteſtatis. Tunc enim poſſunt etiam in præiudicium legitimorum legitimi fieri, ſic tamen, vt parens non poſſit legitimato plus relinquere quam legitimo naturali, cui minimum dederit, d. Nouell.* 89. *Vide Gayl.* 2. *Obſeru.* 142.

c *Legitimati per ſubſequens matrimonium eadem ratione feminis, & filiabus, quæ excluſa ſtatuta maſculis extantibus præferuntur, Gayl.* 2. *obſeru.* 141.

Google

Naturales etiam legitimatos non ſuccedere in feudis nibilo-
minus legitimari per ſubſequens matrimonium in feudo ſuc-
cedant, vt eſt communis, & vera concluſio feudi in dict. cap.
naturales, per text. in cap. tanta eſt vis. Et reſpondere ad text.
in d. cap. naturales, vt procedat in legitimato per reſcriptum
principis ſimpliciter, non expreſſo, quòd taliter legitimatus
in feudo ſuccedat. Si enim in reſcripto dictum fuerit, natu-
ralem ſic legitimatum etiam ad feudi ſucceſſionem admit-
tendum eſſe, communis eſt ſententia poſt gloſ. in d. cap. natu-
rales: legitimatum per reſcriptum principis: in feudo ſucce-
dere, propter ſupremam poteſtatem Imperatoris. Si ergo per
Imperatorem quis habilis ad ſuccedendum in feudo fieri po-
teſt, multo magis per ſubſequens matrimonium: cum matri-
monium ſit iuris diuini, Ciuilis, & Canonici. Imò talem legi-
timationem per ſubſequens matrimonium eſſe iuris Diuini,
probatur per text. Exod. cap. 22. vbi etiam præcipitur, vt ſi
quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, dormieritque
cum illa, teneatur eam dotare, & ducere vxorem. Se-
quitur ergo. quod concepti, & nati ex ſtuprante, & ſtuprata,
per ſubſequens matrimonium legitimantur. An autem legi-
timatus per ſubſequens matrimonium ſuccedat in feudo,
21 quando in literis inueſtituræ dicitur: (Concedo tibi prædium
N. in feudum pro te, & filijs tuis legitime natis;) de hoc di-
uerſæ reperiuntur opiniones. Communis tamen, ac æquior
eſt concluſio Canoniſtarum in d. cap. tanta; non obſtante illa
clauſula, etiam taliter legitimatos ad ſucceſſionem feudi ad-
mitti; cum appellatione legitimè natorum, veniant etiam le-
gitimati per ſubſequens matrimonium, vt eſt gloſſ. & ibi Ca-
noniſt. in ca. innotuit, 20. ſuper verbo, coniugata, ext. de elect.
Et Nicol. de Vbald in dict. tract. ſucceſſ. in prima parte, n. 65.
inquit, ab ea æquitate non eſſe recedendum, licet forte in
puncto iuris aliter ſit, ſicut tradit Ludou. à Sardis, in tract. de
naturalibus lib. in § 4 videndum quis ſit huius legitim. effe-
ctus, in quinto volum. tract. mihi folio 118.

22 a Secunda concluſio, circa ſecundam cauſam principalem,
quando ſcilicet cum filijs primi gradus, concurrunt nepotes
ex filijs primi gradus præmortuis, talis conſtituenda eſt con-
cluſio, quod nepotes ex filio, vel filia præmortua, aſſumunt
locum ſui patris, vel matris, & ſuccedunt auo cum filijs ip-
ſius in ſtirpes, id eſt, tantam de hæreditate aui accipiunt par-
tem, quotcumque fuerint, quantam parens eorum, ſi viueret,
accepiſſet, textus eſt hic, in §. cum filius, & in capitulo ſi quis
igitur, 1. d. Nouell. 118. de hęred. ab inteſt. venient. & in dicta
Authent. in ſucceſſ. & in lege 3. C. de ſuis, & legit. vbi dicitur,
etiam ex lege duodecim tabularum filium filij præmortui
ſuccedere æqualiter auo, cum ſuperſtite eius filio. Et concor-
dat ius Saxonicum in artic. 5. libro 1. in principio, vbi dicitur:
Si filius viuente patre vxorem ducit, & ex ea liberos procreat
ſed ante diuiſionem hæreditatis paternæ decedit, tunc filij eius
relicti loco defuncti patris, in hæreditate auita cũ alijs cognatis
liberis ſuccedunt, omnes tamen vnicam ſaltem partẽ accipiũt,
23 *& ita ſuccedunt in ſtirpes, &c.* Vnde obiter notandum, quod
a ſucceſſio in *a* capita dicitur fieri, quando hæreditas ſecundũ
numerũ perſonarum, quibus defertur, diuiditur in viriles, ſeu
æquales portiones, vt ibi ſint tot partes, quot capita, vel per-
ſonæ, & vnus tantum habeat, quantum alter. In ſtirpes vero
fit diuiſio hęreditatis etiam in portiones inæquales, quando
plures ſuccedunt in locum alterius, qui eam tantum partem
accipiunt, quam is, in cuius locum ſuccedunt, accepiſſet, &
non numerantur ſuccedentiũ perſonæ, ſiue capita; ſed vnius
tantum ſtirpis habetur ratio, cuius iure nituntur, qui ſucce-
dunt, etſi plures ſint, vt declarat poſt alios Mynſing. in d. §. cũ
24 filius. Nec obſtat prædictæ concluſioni regula, quod proxi-
mior in gradu, remotiorem excludat, §. ſi plures, 5. infra de
leg. agnat. ſucceſſ. per quam dicendum videtur, filium defun-
cti patris eſſe præferendum nepoti, cum filius patri ſit primo,
nepos vero in ſecundo gradu, §. 1. & 2. infra de grad. cogn. In
deſcendentium enim ordine, hæc reg. locum non habet, vt
dicitur hic in d. §. cum filius, nec in ordine gradum quæri vo-
lumus inquit Imperator, in d. c. ſi quis igitur, 1. verſic. in hoc
enim, d. Nouell. 118. quia ipſi nepotes in locum patris ſui in-
trant, eiuſque perſonam repręſentant, d. §. cum filius, ideoque
fictione iuris habentur in pari gradu, cũ filio defuncti patris.
Et hoc dicitur ius repręſentationis, ſecundum Angel. hic, d. §.
cum filius, vbi Plat. declarat iſtam regulam. Quod proximior
in gradu, excludat remotiorem, procedere, niſi vlterior in
gradu ſuccedat in locum alterius, tunc enim nõ venit ex ſua,
ſed eius perſona in cuius locum tranſit, d. §. cum filius. Am-
pliatur autem hæc concluſio procedere. I. Non ſolum in ne-
b potibus ex filio, ſed etiam in nepotibus *b* ex filia. Licet enim
olim nepotes ex filiabus auo materno non ſuccederent §. itẽ
vetuſtas, infra eodem, quia non ſunt in poteſtate aui materni,
§. ſi. ſupra de patria poteſtate, tamen in hoc ius vetus eſt cor-
rectum, & nepotes ex filia æque ſuccedunt auo, ſicut nepo-
tes ex filio, d. §. item vetuſtas, & d. c. ſi quis igitur, 1. d. Nouell.
118. & l. illam, 19. iuncta Authent. quæ tertiæ, C. de collat. &
c. neque illo, 4. Nouell. 18. de trient. & ſemiſſ. vbi dicitur, quòd
maſculus in ſe, neque fœmina ſola ad natiuitatis propagatio-
nem ſufficiens eſt, ſed ſicut vtrumque eorum coaptauit Deus
ad generationis opus: ita, & nos eamdem vtriſque ſeruamus
æqualitatem. Et dicitur in l. maximum vitium, 4. Co. de liber.
præter inducentes talem differentiam, quaſi accuſatores na-
turæ exiſtere, cum non totos maſculos generauerit, vt vnde
generentur non fiant. Et quamuis de iure Saxon. nepotes ex
filia quoque excludebantur, vt eſt tex. in d. articul. quinto poſt
princ. libro primo, tamen iſtud quoque eſt correctum, ſecun-
16 dum gl. ibi. II. Ampliatur procedere, non ſolum in *c* nepoti-
c bus, ſed etiam pro nepotibus, per text. in d. §. cum filius, & d. §.
item vetuſtas, infra eodem, ita quod ſi quis decedat relicto
filio, & pronepote ex filio pręmortuo, iſte pronepos ſuccedit
defuncto iure repręſentationis in ſtirpem, cum filio ipſius de-
functi, vt declarat Salic. in dicta Auth. in ſucceſſione. Appel-
latione enim nepotis, continetur quoque pronepos, ſicut ap-
pellatione nurus, includitur pronurus, l. nurus, 50. ff. de verbo-
17 rum ſignificat. Et quamuis Ang. hic, in §. cum filius, dicat, vl-
tra pronepotes, hoc non extendi, vt alter in alterius locum
ſuccedat, per text. noſtrum hic, qui de nepote, & pronepote
loquitur, tamen contrarium tenendum eſt, dicendumque, ſi
naturaliter contingeret, vt abnepos, aut etiam vlterior deſcẽ-
dens ſupereſſet, eum omnino ſucceſſurum vna cum ſuperſti-
te filio defuncti abaui. Idque probat textus in d. c. ſi quis igi-
tur, d. Nouell. 118. verſ. ſic tamen, ibi, (aut alios deſcendentes,
& ibi, in hoc enim ordine gradum quæri nolimus,) vnde per-
ſpicue, efficitur quantumcumque ſint diſpares gradus, idem
iudicium, vt inquit Cin. in d. tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. poſt
prin. num. 3. in fine.

18 Tertio caſu principali, quando quis decedit non relictis fi-
lij primi gradus, ſed pluribus nepotibus ex diuerſis filijs, vel
filiabus diuerſi numeri, in pari tamen gradu, vt quia Titius
eſt mortuus, & reliquit ex filio Caio prædefuncto vnum ne-
potem, ex Seio duos, ex Anna filia tres, aut plures nepotes,
qui omnes defuncto auo ſunt in pari gradu, ſecundo ſcilicet,
ita concludite: quod nepotes ſoli, ex diuerſis filijs diuerſi nu-
meri, ſuccedunt auo, non in capita, ſed in ſtirpes, ita vt in ca-
ſu prædicto hæreditas auita, non in ſex partes, & ita in capi-
ta, ſed in tres partes, & ſic in ſtirpes diuidatur, text. eſt hic, in
dicto § cum filius, in fine, & §. finali, infra eodem, & in lege
ſecunda, Cod. de ſuis, & legit. vbi dicitur. Nepotes ex diuerſis
filijs varij numeri, auo ſuccedentes ab inteſtato, non in vi-
rilibus portionibus, ſed ex ſtipitibus ſuccedere. Et hæc re-
19 gula. I Ampliatur procedere non ſolum in nepotibus, ſed e-
tiam in pronepotibus, & vlterioribus deſcendentibus, quan-
do ſoli extant in pari gradu, dicto §. cum filius, & §. finali in-
20 fra eodem. II. Ampliatur procedere, ſiue illi vlteriores de-
ſcendentes ſint in gradu æquali, vt ſoli nepotes, vel ſoli pro-
nepotes: ſiue in gradu inæquali, vt quia ex vno filio præmor-
tuo ſuperſunt tres nepotes, ex altero vero filio quinque pro-
nepotes. Nam tunc iure repræſentationis, pronepotes ſuc-
cedunt in locum ſui patris, & cum nepotibus defuncti hæ-
reditatem in ſtirpes diuidunt, non in capita, dicto §. cum fi-
lius infra eodem, dicto capitulo ſi quis igitur, ibi, (cuiuſli-
bet gradus,) & verſic. in hoc enim ordine, dicta Nouell. 118.
21 III. Pro ampliatione prædictæ reg. quod deſcendentes vlte-
riotis,

ADDITIONES.

a *Filij filiarum ſi ſoli ſint, in capita ſuccedunt, ſi filius, & ex alte-*
ro filio nepotes, in ſtirpes, non in capita, Caius 3. Inſtitut. apud
Rebuffum 16. Caius 2. Inſtit. 8. § pen. Vlp. tit. de legit. hęredibus.
26. §. 2. Adde Nouell. 118. cap. 3. in fin. & 127.

b *Repræſentatio locum habet in nepotibus etiam ex filia. De re-*
præſentatione vide plura apud Craſſum, lib. Sentent. §. ſucceſ-
ſio ab inteſtato, q. 2.

c *Repræſentatio locum etiam habet in pronepotibus, & deinceps.*
Pone igitur, defuncto filium eſſe ex altero duos nepotes: ex vno
tres pronepotes. Defuncti hæreditas in tres partes diuidetur:
vnam habebit filius, alteram duo nepotes, tertiam tres prone-
potes conſequentur. Mathe ſilanus tract. de ſucceſſionib. ab in-
teſtato, art. primo, memb. 2. num. 8.

Digitized by Google

riotis,quàm primi gradus,ſiue ſint in gradu æquali, ſiue inæ-
quali ſuccedant in ſtirpes,notandum eam non ſolum proce-
a dere quando vnus alio ſolum vno gradu *a* remotior eſt ſed
etiam vbi pluribus gradibus diſtat veluti,ſi Titius decedat,&
relinquat nepotem,qui ei coniunctus eſt in ſecūdo gradu, &
tres abnepotes,qui ſunt ei in quarto gradu,vel etiam vlterio-
res deſcendētes. Nam,& remotiores in infinitum cum proxi
mioribus,ſuccedunt in ſtirpem per tex.in d.c.ſi quis igitur,in
verſ. (cuiuslibet gradus,) & in verſ. in hoc enim ordine gra-
22 dum quæri nolumus,d Nouell.de hæred.ab inteſt. ven. Ratio
vero,cur in deſcendentibus ita in infinitum ius repreſentatio-
nis locum habet , vt remotiores ſuccedant cum proximiori-
bus in ſtirpes,non autem in collateralibus,(nam poſt fratrum
filios quilibet,propinquior , quemlibet vno gradu remotiorē
excludit Auth.poſt fratres,C.de leg.hæred.) talis aſſignatur,
quia deſcendētium ſucceſſio,eſt magis naturalis, ſeu iuris na
turæ,l.cum ratio,7.ff.de bon.dam Et quantumcūque deſcen-
dentes remoti ſint,traxerunt tamen ſuum ſanguinē ab aſcen-
dente. Ergo non debent eius hæreditate priuari cum ſint ſui
hæredes . Quod non ſic eſt in collateralibus vbi neuter ſuum
ſanguinem traxit ab alio. Ideo illorū ſucceſſio magis dicitur
ciuilis à iure ciuili ſcilicet inducta,ſecundum Myſing hic,in
d.§.cum filius,& adde Cin.in trac.ſucceſſ.ab inteſt.in fi.prin.
23 IV. Pro ampliatione prædictæ concluſionis quæritur, an ea
de iure Saxon. quoque locum habeat reperiuntur enim cir-
ca hunc caſum diuerſæ ſententiæ.Nam quidam dicunt nepo-
tes ſolum diuerſi numeri ex pluribus filijs , ſuccedere in capi-
ta,& non in ſtirpes, Et hanc opinionem,tenentes mouentur,
quod nepotes ſint in pari gradu,per text.iure Saxon.in artic.
17.lib.1. vbi dicitur:(Defuncto ſine fratribus,& ſororibus ſuc
cedunt æqualiter omnes collaterales proximiori gradu exi-
ſtentes . Et ita traditur,regul.poſt proceſſum iuris Teutſch.
Georg.à Rotſchitz. Et habetur conſilium poſt Landt.ſub.tit.
(von ſucceſſion auff Lehenguetet,)quod affirmat hanc regu-
lam procedere in ſucceſſ.bonor.allodialium, non autem feu-
daliū Alij, vero etiam de iure Sax.nepotes ſolos in ſtirpes ſuc
cedere affirmant cum contrarium expreſſe de iure Sax. non
ſit deciſum,& ita tamquam omiſſus debeat manere ſub diſpo-
ſitione iuris ciuilis vulg.l.ſi extraneus,ff.de condit.cauſa dat.
Et reſpondent ad iura Sax. in contrarium allegata , quòd lo-
cum habeant in ſucceſſ. collateralium,& non deſcendētium ,
ſicut etiam loquuntur de fratribus,ſororibus, & non de filijs ,
aut nepotibus ex filijs. Et pro hac opinione eſt ſententia poſt
Land.ſub Rub. (Von ſucceſſion auff. Erbgueteren , vbi dici-
tur: Lieſſeyner Kinder von treien oder vier Kindern,die vor
ihm geſtorben, auff dieſelbige Keine vom ihm ſein verlaſſen
Erbe , nachanzahil ſeiner vorhin verſtorbenen Kinder, vnd
muſſ alſo die erbſchafft nicht nach der perſonen zalh/ ſon-
dern nach der Vuurzel getheylet vverden.) Et hanc ſenten-
tiam quoque amplectuntur Scabini Magdeburgenſes, vt ha-
betur in eorum ſententijs,poſt Landr. in 3. parte in q. ſub tit.
(Von erbtheyl in des altern Vatter Gutter zunemmen) Et
ſecundum hanc poſteriorem opinionem , hodie in his terris
pronunciatur: ita,vt quidam pro regula tradant, quo ad ſuc-
ceſſionem deſcendentium nullam eſſe differentiam inter ius
commune, & Saxon. cum expreſſe de iure Sax. contrarium
de ſucceſſione deſcendentium non ſit deciſum , & ſtatuta ita
b ſint intelligenda , quo minimum lædant ius commune, *b*
ne iurium correctio facile admittatur, vulg.l.vnica, C de in-
offic.dot.

ADDITIONES.

a *Quid ſi vnus filius ſuperſtes repudiet , & ex eo ſint liberi : Hi*
vtique repreſentationis iure patruo ſuo concurrent , vt auo ſuo
ſuccedant, Cin. Auth. itaque C. communia, de ſucceſſion. Effe-
cta enim paria ſunt . Non eſſe vel Eſſe, ſed repudiare, l. 1. Cod.
quando non petentium partes.
b *Doct. l. ſi cum dotem, 22. & l. ſi vero, 64. §. de viro ff. ſolut. matr.*
l. 2. C. de noxal. action.

a DE SVCCESSIONE FILIORVM a adoptiuorum, ſeu legitimorum tantum.

1 *Adoptiui filij qui dicantur, & quotuplices ſint.*
2 *Filiusfamilias adoptatus ab extraneo , patri adoptiuo ab inte-*
ſtato ſuccedit, ſicut naturalis, & legitimus, & ſuus hæres.
3 *Et cum patris adoptiui liberis naturalibus , & legitimis ſimul*
ſuccedit æqualiter.
4 *Excluſis aſcendentibus, & parentibus ipſius adoptantis.*
5 *Eodem modo ſuccedit nepos filij adoptiui.*
6 *Filius adoptiuus licet patri adoptiuo ſuccedat nihilominus*
etiam ſuccedit patri naturali.
7 *Filius adoptiuus emancipatus à patre adoptante, ab inteſtato*
ei non ſuccedit.
8 *Non ſuccedit etiam patri adoptiuo , qui condidit teſtamen-*
tum eumque hæredem non inſtituit .
9 *Filius adoptiuus patri adoptiuo tantum , niſi ipſius agnatis ,*
aut cognatis ſuccedit.
10 *Filius adoptiuus non ſuccedit patri adoptiuo in feudo.*
11 *Filiusfamilias adoptatus non ab extraneo ſed aſcendente*
aliquo qualiter illi ſuccedat.
12 *Si emancipatur, ſuccedit patri naturali.*
13 *Quid emancipato poſt mortem patris naturalis ex vtriuſque*
parentis ſucceſſione ſperandum.
14 *Arogatus filius quis dicatur, & qualiter arogatori ſuccedat .*
15 *Quid cōſequatur ſi ab arrogatore in teſtamēto ſit præteritus.*
16 *Quid arrogato debeatur , ſi poſt emancipatus cum cauſa co-*
gnitione .
17 *Quando arrogatus arrogatori in feudo ſuccedat.*

1 ADoptiui dicuntur filij legitimi tantum, quia ſecundum
naturam non ſunt filij adoptantis, cum non ſint nati ex
adoptante ſed ſecundū legem tantum ſunt filij, quia lex illam
cognitionem adinuenit,vt conſtat ex Rubr.text. de cog. leg.
ff.& C.ſupra de adopt.Suntque duplices adoptiui,in ſpem, &
arrogati. Et quia ipſorum ſucceſſio non eſt vniformis , ſepa-
ratim quoque de eis dicemus.

Et primo de filio adoptiuo in ſpecie,qui dicitur, quando fi-
liusfamilias,qui ſcilicet adhuc habet patrem naturalem viuē-
tem,in cuius poteſtate exiſtit,cum eius conſenſu ab alio ado-
ptatur,vt ſup.in princ.de adopt. Et is, aut adoptatur ab extra-
neo in cuius poteſtatē non tranſit,aut ab aſcendente,in cuius
2 poteſtatem tranſit,nempe ab auo paterno, vel materno. Pri-
mo caſu,hanc conſtituatis regulam,quod filiusfamilias adop-
tatus ab extraneo, ſuccedit patri adoptiuo ab inteſtato , ſicut
filius naturalis,& legitimus,& ſuus hæres,§.inteſtatorum, in
fi.& §.ſed ea omnia,infra eodem,& l.pen.§. ſed ne articulum
3 C. de adopt. Et ampliatur. I. Quod filij adoptiui ſuccedant ,
etiamſi pater adoptiuus habeat etiam liberos naturales,& le-
gitimos ſimul, cum his enim etiam adoptiui filij ęqualiter ab
inteſtato ſuccedunt,ſiue filij naturales, & legitimi fuerint an-
4 te vel poſt adoptionem nati,l.ſi te,5.C.de ſuis,& leg.II. Am-
pliatur , quod filij adoptiui ſuccedant patri adoptanti ab inte-
ſtato,excluſis aſcendentibus, & parentibus ipſius adoptantis ,
l.2 §.liberi,ff.de Senatuſc. Tertulian.& gl.in §. pręferuntur 3.
in verſ.liberi infra de Senatuſconſult. Tertullian. & d.l.pen §.
ſed ne articulum,ante fin. vbi text. vult filios adoptiuos ſucce-
dere vt ſuos hæredes.Sed ſui hæredes preferuntur aſcenden-
tibus,d.§.inteſtatorum, ſupra eo.Et licet hoc,ſecundum Ang.
hic in §.ſed ea omnia videatur ſturum:tamē ſecundum eum,
ſi in duobus prædictis caſibus adoptio fieret in fraudem pa-
rētum,& filiorum naturalium,locum haberet remedium,l. 1.
C.de inoffic.don. vt ſaluam ſcilicet haberent parentes,& libe-
ri naturales.legitimam,quæ eis à iure naturæ debetur. cap. 1.
5 de teſtam.in 6.III. Amplius,quod dicta de filio adoptiuo,ha-
beant quoque locum in nepote filij adoptati , vt , & is ſucce-
b dat *b* auo d.l.penult.§ quæ in filio, Cod.de adopt.IV. Amplia-
6 tur,quod licet talis adoptiuus ſuccedat patri adoptiuo nihilo-
minus patri ſuo naturali ſuccedat, dicto §. ſed ea omnia infra
eod.& d.leg.penult.§.ſed ne articulum . Manet enim hoc ca-
ſu in poteſtate ſui patris naturalis,& omnia iura naturalia ei
integra reſeruantur perinde,ac ſi adoptio non fuiſſet ſubſecu-
ta,quia non tranſit in poteſtatem patris adoptiui extranei, §.
ſed hodie, 2. ſupra de adopt. adeo, quòd ſi acquirat bona ad-
uentitia, vſusfructus acquiratur patri naturali non legitimo
tantum,d.§.ſed ne articulum. Limitatur autem prædicta cō-
7 cluſ. 1. Vt locum habeat in filio adoptiuo , manente in ado-
ptione vſque ad mortem patris adoptiui.Si enim fuerit emā-
cipatus à patre adoptante ab inteſtato ei non ſuccedit , dicta
leg.penult.§.ſin autem C.de adopt.& §. minus infra eod. Et
in hoc filij legitimi tantum ſunt deterioris conditionis, quàm
naturales , & legitimi ſimul hi enim licet fuerint emancipati
tamen hodie non ſolum de iure Pretorio, ſed etiam Ciuili pa
rentibus ſuccedunt, vt ſupra dictum. Eſtq; ratio diuerſitatis.
Natu-

ADDITIONES.

a *Vide Matheſilanum tract. de ſucceſſ. ab inteſt. 3. memb. 1. art.*
b *Niſi pater eum præcedat, l. cum in adopt. §. cū filio, C. de adopt.*

Google

Naturales enim liberi licet emancipentur, tamen iure natu-
rali manent liberi. Nam iura ſanguinis ciuilis ratio perimere
non poteſt, l. iura ſanguinis, 8. ff. de reg. iur. Sed adoptiuus ſo-
lum per ius, ciu. factus eſt filius, quod illum modum filiatio-
nis introduxit. Non mirum igitur ſi per contrarium actum
ciuilem, puta emancipationem, viciſſim deſinat eſſe filius
cum nihil ſit tam naturale, quam eodem genere quoque
diſſoluere, quo colligatum eſt leg. nihil tam naturale, 45. ff. de
reg. iur. & leg. prout quidque 80. ff. de ſolut. Vnde cum ado-
ptiuus emancipatus. Efficiatur prorſus extraneus, nec aliqua
ratione naturali defuncto ſit coniunctus ab eius quoque ſuc-
ceſſione excluditur, d. §. minus, & d. l. pen. §. ſin autem, & cap.
8 2. limitatur, vt locum habeant quando pater adoptiuus dece-
dit ab inteſtato ſecus ſi condito teſtamento, quia tunc filius
adoptatus ab extraneo, tantum conſequitur, quantum ei in
teſtamento a patre fuit relictum ſi vero in teſtamento non
fuerit inſtitutus hæres, nec ei aliquid relictum, in nihilo ado-
ptanti extraneo ſuccedit neque ei aliquod remedium ſiue iu-
ris ciuilis, ſiue prætorij contra teſtametum competit, d. l. pen.
§. ſed, ne articulum, & dict. §. ſed ea omnia inf. eod. Legitima
enim debetur ratione ſanguinis, & iuris naturalis, d. cap. 1. de
teſtam. in 6. Sed ius ſanguinis in filio adoptiuo ceſſat. Ergo,
9 &c. 3. Pro limitatione notandum, quod filius adoptiuus a ſuc
a cedit patri adoptiuo tantum, non autem agnatus, aut cogna-
tis, ipſius patris adoptiui extranei, nec vxori patris adoptantis
10 d. l. pen. § ſed ne articulum verſic. & ideo iuncta gl. in verb.
tantummodo, & gloſ. in d. §. ſed ea omnia in verb. ab inteſta-
to, infr. eod. 4. limitatur quod filius adoptiuus in feudo patri
adoptiuo nõ ſuccedit, cap. adoptiuus ſi de feud. defunct. fuer.
controuerſ. &c. Nam ſi adoptiuus ſuccederet in feudo, tunc
ſola diſpoſitione vaſalli poſſet feudum ad extraneum tranſ-
ferri contra cap. 1. in princ. de ſucceſ. feud. & contra c. Imper.
de prohib feud. aliena, per Frider. Secundo caſu, quando fi-
11 liusfa. adoptatur, non ab extraneo, ſed ab aliquo aſcendente,
& ſic ab eo in cuius poteſtatem tranſit, veluti ab auo mater-
no, qui alias nepotem ex filia non habet in poteſtate, §. fin. ſu-
pra de adopt. Vel ab auo paterno, qui filium ex quo natus eſt
iſte nepos, quem adoptat, emancipauit, res plana, & facilis
eſt. Nam, vt talis adoptatus ſtatim tranſit in poteſtatem ado-
ptantis, ita etiam ei ſuccedit, ſicut filius naturalis, & legiti-
mus ſimul; & ſuccedit vna cum ſuo patre auo adoptanti, &
deſinit eſſe in poteſtate patris naturalis, adeo, quod & ab in-
teſtato non ſuccedit, nec pater naturalis cogitur, eum hære-
dem inſtituere, neque patri naturali aliquid acquirit, ſed ado-
ptanti, tex. eſt in d. l. pen. in med. princ. verſic. & vero pater na
turalis, C. de adopt. quia in tali adoptiuo concurrunt duę ſpe-
cies filiationis, ſeu duo vincula, quæ fortius ligant; iura natu-
ralia ſanguinis ſcilicet, quia talis nepos adoptatus iure natu-
rali, & ſanguinis auo iuncto eſt, & iura ciuilia adoptionis ſci-
licet d. verſic. ſi vero pater, & §. ſed hodie, 2. ſupr. de adop. Ha-
bet igitur illud ius in bonis patris adoptiui, quod habet filius
in bonis ſui patris naturalis. Et ideo debet inſtitui hæres, vel
exhæredari a patre adoptiuo, alias rumpit teſtamentum, ſe-
cund. Plat. hic, in §. ſed ea omnia. Ex prædicta limitantur, eſſe
vera, quando manet in adoptione vſque ad mortem ado-
12 ptantis. Si enim fuerit ab eo emancipatus, adoptanti non ſuc-
cedit ſed patri naturali, in cuius poteſtatem reuertitur, & re-
cuperat omnia, iura patris naturalis, & nullum ius retinet pa-
tris adoptiui, quia per emãcipationem omnia iura adoptio-
nis ſoluta ſunt, vt dicitur in dict. l. pen. verſ. ſi vero in fin. &c.
13 Numquid autem, eo caſu quando pater adoptiuus emanci-
pat filium adoptiuum, poſt mortem patris naturalir filius
amittat vtriuſque parentis ſucceſſionem vel an pater adopti-
uus teneatur ei relinquere quartam ad ſimilitudinem patris
arogatoris? In hoc gloſ. reperiuntur diuerſe. Nam gl. in d. §.
ſed ea omnia in verb. vocabantur: infr. eod. tenet, quod, ſit ei
relinquenda quarta, ſed in d l. pen. in fin. in princ. verſ. ſed &
hæc omnia in verb. reuerti, C. de adopt. videtur concludere
quòd adoptatus ſit deſtitutus omni remedio, & ſibi imputa-
b re debeat cur permiſerit ſe emancipari, cum inuitus *b* eman-
c cipari *c* non poſſit l. pen. C. de emancip. Et hanc ſententiam
ſequitur Salic. in d. l. pen. Plat & Angel. hic in d. §. ſed ea om-
nia. Sed iam Angel. in d. § ſed hodie ſupr. de adopt. videtur in
hoc ſibi eſſe contrarius. Dicit enim hodie differentiam ſexus,
& emancipationes eſſe ſublatam, iuxta auth. in ſucceſſione,
C. de ſuis, & l. & ideo iſtum nepotem adoptatum, & poſt mor
tem patris naturalis, mancipatum, nihilominus auo ſuccede-
re, cum maneat vinculum naturale licet emancipetur. Quę
ſententia, licet ſit æquior, de rigore, tamen iuris altera verior
videtur, per text. in d. verſic. ſed hæc omnia vbi dicitur quod
emancipationis interuentu, adoptio in quacumque perſo-
nam facta, diſſoluatur, vt in adoptione emancipationis effe-
ctus non reperiatur ſublatus. Quod intelligaris procedere, vt
tunc nepos ratione adoptionis, non ſuccedat auo ſed mor-
tuo patre, vel matre iure repræſentationis, & ſanguinis, auo,
& eius filijs ſuccedat, vt ſup. de ſucceſſ lib. natur. & l. ſimuli in
a & 3. concluſ. dictum eſt, & add gloſ. in d. l. pen. verſ. ſed hæc
omnia, in verb. reuerti ante fin &c.
14 Secundo principaliter nunc dicendum eſt de ſucceſſione
filiorum arrogatorum. Eſt autem filius arrogatus, quãdo pa-
terfamilias qui non habet parentes in quorum ſit poteſtate
ſed eſt ſui iuris, ſe arrogandum ſeu adoptandum cuidã dedit,
& is tranſit in poteſtatem arrogantis etiam extranei §. 1. ſup.
de adopt Et olim omnia bona arrogati efficiebantur arrogã-
tis ſed hodie arrogatori acquiritur tantum vſusfructus vt in-
fra de acquiſit. per arrogat. dicetur. Talis igitur arrogatus ſuc
cedit arrogatori ab inteſtato, ſicut filius naturalis, & legiti-
mus non ſolum in illis bonis quæ tranſtulit an arrogatorem,
ſed in omnibus alijs etiam bonis ipſius arrogantis, d. l. pen. §.
fi. C. de adop. Et ampliatur, eum ſuccedere, non ſolum ab in-
15 teſtato, ſed etiam ex teſtamento, ita quod ſi arrogator in te-
ſtamento præterea filium arrogatum, non inſtituendo eum
hæredem vel exhæredando eum ſine iuſta cauſa, non ſolum
arrogato ſint omnia ipſius bona quæ tranſtulit ad arrogato-
rem reſtituenda, ſed etiam quarta pars bonorum ipſius arro-
gantis. Et quamuis non habeat querelam inofficioſi teſtamẽ-
ti, tamen competit ei, condictio, ex lege Diui Pij, ad conſe-
quendam iſtam quartam, l. Papin. 8. §. ſi quis impubes, ff. de in-
offic. teſt. Limitatur non procedere. I. Quando arrogatus fuit
16 emancipatus cum cauſæ cognitione, nam tum reſtituuntur,
ei tantum ſua bona, & arrogatori non ſuccedit, ſi vero ſine
cauſæ cognitione eum emancipauerit arrogator, tunc vltra
ſua bona etiam quarta de bonis arrogantis, ei debetur §. cum
autem impubes 3. ſupr. de adop. II. Limitatur non procedere
in feudalib Nam arrogatus in feudo patris, arrogatoris non
ſuccedit, vt notatur in d. c. adoptiuus ſi de feudo defuncti ſu-
per controuerſ. Niſi eſſet arrogatus ab auo paterno, cui alias
in feudo ſuccederet, vel ta ab Imperatore admiſſa fuiſſet ar-
rogatio, vt etiam in feudo arrogatus ſuccedere poſſit ſecund.
Feudiſtas, in d. c. adoptiuus.

ADDITIO.

a *Idem arrogato. Nam & hic in feudis etiam non ſuccedit patri*
arroganti. Aluar. d. c. adoptiuus, Cur. tract. de feud. part. 4. num.
33. Aradzo tract. de feud. c. 137 verſ. adeptus.
b *Nouel. quib. mod. nat. effic. ſui. collat. 7. gloſ. in l. vlt. ff. de his qui*
ſunt ſui. l. nec alius C. de emanc. liberor. niſi aliqua cauſa, ſub-
ſit, l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig aut ſi filius non frugi
aut mali moris, cuius cauſa multam ſubire pater teneatur. Do-
ctor. in l. verum, ff. de verb. oblig. Vide Socin. regula, Filius vt a
patre. 158.
c *Per contrarium pater non cogitur, ad filium emancipandum, l.*
non poteſt, ff. de adoption. §. filij, ſup. quib. mod. ius pat. poteſt ſol-
ui. Vide tamen exceptiones nonnullas apud Socinum, regula,
Pater ad filium emancipandum, 186.

DE SVCCESSIONE LIBERORVM naturalium tantum.

1 *Naturales liberi largè, qui dicuntur.*
2 *De iure ciuili cõcubinatus nõ eſt prohibitus, ſecus de iure Can.*
3 *In ſucceſſione filiorum ex concubinatu natorũ, ſeruatur in cm.*
4 *Naturales liberi de quorum ſucceſſione hic agitur, in ſpecie, ſeu*
ſtricte qui dicantur.
5 *An filij naturales tantũ dicãtur de domo, & agnatione patris.*
6 *Quid requiratur, vt quis propriè ſit filius naturalis tantum, &*
capax paterne ſucceſſionis.
7 *Filij naturales tantum quando, & qualiter patri naturali, qui*
teſtamentum condidit ſuccedant.
8 *Si pater filios naturales non inſtituit in vncia, vel tota hæredi-*
tate qualia remedia habeant.
9 *Si pater naturales inſtitutus deceſſit, qualiter ſuccedant.*
10 *Quando patri naturali in duabus vncijs ſuccedant.*
11 *Nati ex ſoluta, & ſoluta ad ſucceſſione duarum vnciarum*
non admittuntur.
12 *Sic filij Clericorum nati ex concubina.*
13 *Item liberi naturales ſecundi vel vlterioris gradus.*
14 *Liberi naturales tantum matri ſuccedunt ab inteſtato ac ſi ex*
legitimo matrimonio eſſent procreati.
15 *Item alijs aſcendentibus per lineam maternam.*

Filij

Digitized by Google

16 *Filij naturales tantum cum filijs naturalibus, & legitimis ſimul matri æqualiter ſuccedunt.*
17 *Etiamſi mater ſit illuſtris perſona.*
18 *Filij naturales ſi à matre vel alijs aſcendentibus lineæ maternæ in teſtamento, non inſtituti ſunt, querelam inofficioſi teſtamenti habent.*
19 *Filij naturales matri, etiam in feudo fœmineo non ſuccedunt.*
20 *Illegitimè nati qualiter de iure Saxon. parentibus ſuccedant illiſque ſuccedatur.*

1 PRæmittendum primo, quod in genere, & largo modo liberi naturales tantum dicuntur, qui naturaliter procreãtur à parentibus ex coniunctione à lege non approbata ideoque nomen legitimorum non habent, ſeu, vt dicitur in cap. liberi, 15. cau. 32. q. 4. quos ſola natura genuit non honeſtas cõiugij. Vnde generaliter omnes poſſunt dici naturales tantum qui extra matrimonium naſcuntur ſec. gloſſ. in c. per venerabilem, 13. ſupr. verbo non naturalibus, extr. qui filij ſunt legit. Propriè vero, & in ſpecie dicuntur naturales tantum, qui ſunt nati ex concubina, d. c. liberi.

2 Secundo præmittendum quod aliquis coitus expreſſe à iure ciuili damnatus, & reprobatus eſt, quando ſcilicet per legẽ ſeu conſtitutionem iuris ciuilis imponitur pœna temporalis, adulterij, inceſtus, vel ſtupri, vt in § item lex Iulia, de adult. 4. inſ. de publ. iud. Aliquis verò concubitus extra matrimonium à iure ciuili non ſic eſt damnatus quia non imponitur pro eo pęna temporalis nec etiam approbatus, vt concubinatus, ff. de concub. & l. ſi ea. 22. & l. quæ adulterinm, 29. C. ad leg. Iul. de adult. De iure vero Diuino, & Canonico mortaliter peccant, qui cum alia, quam vxore propria conſuetudinem habent, c. nemo, 4. c. meretrices, 11. cau. 32 q. 4. Cui prohibitionem diuinæ, ſanctè obtemperandum eſt. Nota eſt enim vox Pauli. *Scortatores, & adulteros iudicabit Deus.*

3 Tertio præmittendum, quod ius ciuile inter natos extra matrimonium ex damnato, & nõ damnato coitu quo ad ſucceſſionem diſtinguit. Et licet de iure Canonico omnis cõcubitus extra matrimonium ſit prohibitus, tamen quia lex ciuilis quoſdam natos extra matrimonium ad ſucceſſionem admittit, ſi caſus contingat, ſeruandum erit in ſucceſſione ius ciuile, quod alias vbi de hæreditatibus agitur, obſeruatur, ſecun. Abb. in c. tanta, 6. qui filij, ſint legitimi, præſertim cũ ius can. expreſsè contrarium non diſponat, nec eos à ſucceſſione repellat ſec. Plat. & Doct. infr. in tit. de S. C. Offic. idque confirmatur per Abb. in d. c. tanta num. 12. Quia ſicut Imperator per ſcriptum poteſt filios naturales habilitatem, capit. illud, 9. Nouell. 89. quibus modis naturales effic. ſui ita quoque per generalem legem poteſt eos ad ſucceſſionem vocare.

4 Quartò præmittendum, quod naturales liberi tantum, de quorum ſucceſſione nunc quæritur, propriè, ſeu ſtrictè, & in ſpecie dicuntur, qui nati ſunt ex concubina, quam ſcilicet quis vnicam indubitato affectu domi loco vxoris habuit, d. capit. liberi, 32. quæſt. 4. & glo. in capit. niſi cum pridem, 10. ſuper verbo, manzeres, extra de renun. qui & Baſtardi appellã-
5 tur, ſecun. gloſ. ſuper Rub. ff. de concub. Et hi non dicuntur de
a domo, & agnatione patris naturalis, neque retinent nobilitatem generis nec poſſunt portare arma, & inſignia patris, ſeu agnationis, niſi eis concedantur, ſecundum Bald. in l. filium, 6. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris. Vel niſi ſit de conſuetudine, ſecundum Bart. in tract. de inſignijs, & armis. Et tunc debent portare cum aliquo ſigno denotante inſignia eſſe læſæ naturalitatis, vt eſt additio ad Ang. infra in tit. de cognatione ſeruili, & Nicol. de Vbal. in tract. ſuc. ab inteſtato, num. 53. De quo latius Doct. in d. l. filium, & in l. pronunciatio, 175. ff. de verborum ſignificat. Alex. in leg. ex facto, 17. §. ſi quis roga-
7 tus, ff. ad S. C. Trebel. Ad hoc igitur, vt aliquis propriè ſit naturalius filius tantum, & capax paternæ ſucceſſionis, requiritur quòd ſit natus, ex concubina, nec ſufficit eum natum ex ſoluto, & ſoluta, Abb. in dicto capit. tanta, Alciat. in 5. præſumptio ſecundæ regulæ vbi ſubijcit, quæ requirantur ad hoc, vt dicatur concubina, & quod filij quos aliqui habent ex ſeruitricibus licet non coniugatis, dicuntur ſpurij, non naturales, ſecundum Bald. in l. eam, quam, 14. C. de fideic. Et quando de huiuſmodi naturalium liberorum ſucceſſione quæritur, duo caſus principales diſtinguendi ſunt: aut enim volunt ſuccedere patri, aut matri.

Primo caſu ſubdiſtinguitur? Aut pater naturalis deceſſit teſtatus, aut inteſtatus. Quando deceſſit conditio teſtamento, tunc quatuor caſus principales diſtinguendi ſunt. I. Aut pater naturalis relinquit ſolos filios naturales, & olim poterat eis tantum tres vncias, de iure autem nouo Cod. 6. vncias hodie vero de iure nouiſſimo Authen. 12. vncias, & ſic totam hęreditatem relinquere, & eos in ſolidam reſtituere hęredes. cap. diſcretis, 12. ſi vero filios non habuerit, in d. Nouel. quib. mod natur. effic. ſui, & l. humanitatis, 8. Iunct. Auth. licet, C. de naturalibus liberis II. Aut reliquit vna cum naturalibus filijs tantum, etiam filios naturales & legitimos ſimul, & tunc non poteſt naturalibus liberis, eorumque matri vltra vnam vnciã relinquere aut, donare, & ſi concubina fuerit ſola, tantum dimidia vncia ei relinqui poteſt. Et ſi plus naturalibus aut concubinæ legatum, vel donatum fuerit, illud efficitur legitimorum liberorum, d. cap. diſcretis, §. ne igitur ſemper, 2. & capit. conſideremus, 5. Nou. 18. de trien & ſem. & l. 2. de nat. lib. III. Aut reliquit cum liberis naturalibus tantum ſuos parentes, & his cogitur relinquere legitimam, ideſt, tertiã partem bonorum, ſeu quatuor vncias, reliqua bona poterit in teſtamento reliquere filijs naturalibus tantum, d. cap. diſcretis, §. 2. verſic. ſi vero habuerint, & d. Authen. licet, C. de nat. liber. IV. Aut deceſſit non relictis, nec deſcendentibus legitimis, nec aſcendentibus, ſed liberis naturalibus tantum, & legitima vxore, & tunc videtur dicendum, quod poſſit relinquere naturalibus tantum quantum velit, dummodo relinquat vxori ſuę quantum ei debetur, iuxta conſuetudinem loci, vel diſpoſitionem authen. præterea. C. vnde vir, & vxor, quæ locum habet in filij naturalibus, & legitimis ſimul extãtibus, multo magis naturalibus tantum. Et circa prędicta pro limitatione. I. Notan-
8 dum ſi filius naturalis non inſtituatur à patre naturali in teſtamento in illa vncia, vel tota hæreditate, in caſu in quo poteſt inſtitui, quod non habeat querelam inofficioſi teſtamẽti, vel bonor. poſſ. contra tab. Licet enim pater poſſit liberis naturalibus aliquid relinquere in teſtamento, non tamen cogitur, d. l. humanitatis, iunct. Auth. licet, de naturalibus lib. & gl. in l. 1. in princ. ſup. verb. natur. ff. de bon. poſſ. contra tab. Pau. de Caſt. in l. ſi ſuſpecta, 29. §. de inofficioſo, ff. de inoffic. teſta.
9 Quãdo vero pater naturalis decedit inteſtatus, tres caſus principales ſunt diſtinguendi. Primum, aut reliquit liberos naturales, & legitimos ſimul, & his extantibus naturales tantum in nihilo patri naturali ab inteſtato ſuccedunt: ſed excluduntur a ſucceſſione paterna, per deſcendentes, ex iuſtis nuptijs procreatos: Alendi tamẽ ſunt naturales, a filijs legitimis, ipſius patris defuncti, ſecundum ſubſtantiæ menſuram a bono viro arbitraram d. cap. diſcretis, §. ſi quis autem habens, 6. Nouell. quib. mod. nat. effic. ſui. & d. Auth. licet C. de nat. lib. Deinde, aut pater non reliquit liberos, ex iuſto matrimonio procreatos, ſed legitimam coniugem, & tunc licet vxor prętermiſſa dotata de iure ciuili viro non ſuccedat, vt infra dicetur, tamẽ facit, ne liberi naturales tantum patri ſuccedant, ſed tantum alendi ſunt ab hæredibus defunctis patris naturalis d. Authen. licet iunct. gloſ. in verb. coniunx, & d. capit. diſcretis §. ſi quis autem habens 6. Eſtq; ratio, ſecundum Hoſtien. in Sum. qui filij ſint leg. nu. 4. fauor, & honor matrimonialis, propter quẽ noluit lex vt viuente vxore legitima: naturales ſuccedant, in memoriam præteriti matrimonij, & ne vxor ſcandalizetur,
10 arg. l. 2. ff. de rer. am. Poſtremo, aut neque naturales, & legitimi ſimul exſtant, neque vxor legitima: tunc naturales liberi tantum ſuccedunt patri naturali ab inteſtato, in duabus ſaltem vncijs, & ſic in ſexta parte hæreditatis, quam habebunt vna cum matre, quotquot fuerint liberi, & mater vnius filij portionem accepit, d. cap. diſcretis, §. ſi quis autem defunctus, 4. Omnis enim hæreditas à lege diuiditur in duodecim vncias, quæ continentur appellatione Aſſis, vt eſt text. in §. hæreditas, 5. ſupra de hæredibus inſtitit ita quod patri naturali decedenti, & relinquenti duodecim millia aureorum, filij naturales ſuccedant in 2000. & ſic in duabus vncijs. Quod eſt verum, tribus iſtis concurrentibus. Primum, vt non exſtent deſcendentes naturales, & legitimis deinde, vt non ſuperſit legitima vxor defuncti patris, tum vt mater eorum fuerit concubina, indubitato affectu loco vxoris à patre tractata, & in domo retenta. Si enim ſeorſim habitauerit, vel

pater

A D D I T I O.

a *Nihil horum ſeruatur in Delphinatu, & vicinis quibuſdam prouincijs in quibus baſtardi retinent nobilitatem generis, & portant nomen, & arma ſui generis (cum quodam tamen diſcrimine, & Linea quadam tranſuerſalia, addita ad conditiones ſuæ originem oſtendendam.) Fruuntur etiam omnibus prærogatiuis nobilium, vt ſunt immunes a ſubſidijs, & contributionibus. Et hoc vno tantum differunt, quod non eodem modo ſuccedant parentibus, agnatis, & cognatis vt teſtatur Guid. Pap. quæſt. 180.*

Google

pater plures eodem tempore habuerit concubinas, filij natu-
rales propter odium effuſæ libidinis ad ſucceſſionem duarũ
vnciarum non admittuntur, d.c.diſcretis, §. Si vero effuſa, &
11 d. Auth licet. Idem dicendum de natis ex ſoluto, & ſeruitrice,
vel alia fœmina ſoluta, non tamen domi pro concubina reten-
ta, ſecundum Alciat. in d.leg. præſump. in 2.reg. II. Limitatur
12 non procedere in filijs clericorum ex concubina procreatis,
in his enim concubinatus magis eſt deteſtandus, quam in lai-
cis, ſecundum Mattheſilanum in tract. de ſucceſſ. ab inteſt.
memb. 1.art. 1.num. 14. facit c.1. & tot tit.ext.de cohab.cler. &
13 mul. III. Limitatur non procedere in liberis naturalibus ſecũ-
di vel vlterioris gradus, vt nepotibus, & pronepotibus, quia hi
proauo paterno ab inteſtato non ſuccedunt: veluti, ſi quis ha-
bens ex filio legitimo nepotem naturalem tantum, is loco ſui
patris in duabus iſtis vncijs non ſuccedit. Idem ſi filius natu-
ralis tantum procreaſſet ex vxore filium naturalem, & legiti-
mum. Nam his nepos auo ab inteſtato quoque non ſuccedit
l.fin. C. de nat.lib. In teſtamento vero non poterit auus huiuſ-
modi nepoti relinquere quantum velit, non exiſtente legiti-
ma ſobole. d.l.fin. & add. And. in §. nouiſſ. 3. inf. de Sen. Orf.
14 Secundò caſu principali quando quæritur, qualiter liberi
a naturales tantum *a* ſuccedant, certa eſt concluſio, quòd natu-
rales tantum ſuccedunt matri ab inteſtato, perinde, ac ſi ex
legitimo matrimonio eſſent procreati, d. §. nouiſſimè, inſt. de
S.C. Orfic. & l. hac parte, 2. ff. vnde cog. Et ampliatur hæc re-
15 gula procedere. I. Vt non ſolum matri ſed etiam alijs aſcen-
dentibus per lineam maternam ab inteſtato ſuccedant l. Mo-
deſtinus, 8. ff. vnde co. II. Ampliatur, etiamſi extent filij natu-
rales, & legitimi ſimul cum his enim æqualiter naturales tã-
16 tum ſuccedunt, l. ſi qua illuſtris, 5. in fi. Co. ad S.C. Orfic. III.
Ampliatur, etiamſi mater ſit illuſtris perſona, nam & tunc na
turales tantum, in concubinatu ſcilicet ſuſcepti, ſuccedunt
cum legitimis, non autem ſpurij, & vulgo quæſiti, d.l. ſi qua il-
17 luſtris. IV. Ampliatur, vt naturales liberi matri, & alijs aſcen-
dentibus per lineam maternam, non ſolum ab inteſtato, ſed
etiam ex teſtamento ſuccedant, adeò, quòd ſi mater, vel auus
maternus eos non inſtituerit hæredes, vel ſine iuſta cauſa ex-
hæredauerit, competit eis querela inoffic. teſtam. ſec. gloſ. in
18 d.l. ſi qua illuſtris, in verb. cum legitimis, per leg. ſuſpecta, 9.
19 §. de inoffi. teſtam. ff. de inoffic. teſtam. Limitatur autem præ-
b dicta concluſio non procedere in *b* feudis. Nam matri etiam
in feudo fœmineo filij naturales non ſuccedunt, per c. natura-
les, ſi de feud. defunct. fuer. contr. inter dom. & agn. vaſ. vt re-
fert Curt. in tract. feud in 3. p. n. 3. in fi. Vbi illud ad limitatio-
nem d.l. ſi qua illuſtris, notare iubet. De iure Saxo. videtur di-
20 cendum, illegitimè natos, nec matri ſuccedere, nec è contra-
rio, ſed ipſorum bona tamquam vacantia adiudicari fiſco, per
text. in art. 38. iuncta gl. & in art. 51. iunct. gl. lib. 1. ita Mogde-
burg. pronunciant, vt ſunt eorum ſententiæ, poſt *Landrecht*,
in 1. part. in 14. diſt. 4. 5. & 8. Sed in hoc caſu, ſicut in multis
alijs, ius ſaxonicum propter eius iniquitatem non obſerua-
tur, ſed reſtringitur ſecundum ius commune, vt intelliga-
tur de illegitimè natis, ex damnato ſcilicet coitu à lege ciui-
c li, *c* & ita in his terris pronunciantur, vt eſt ſententia poſt
Vveichbild, ſub titul. *vnehlich Kinder auff yren vnd yre ſuſter
Erbe verſellen*.

ADDITIONES.

a *Naturales patri ſuo ex teſtamento quemadmodum ſuccedant.*
b *Gl. in l. cogi §. hic quis, ff. ad S.C. Trebellian. & in l. Lucius, ff. de
vul. per l. 2. C. de naturalib. lib. Quid tamen ſi pater naturalis
filijs ſuis naturalibus, & legitimis naturalem filium ſuum vul-
gariter ſubſtituat? Hic illis repudiantibus totam hæreditatem
capiet. Bar. in l. 1. ex quibus bonis, ff. de vulg. & pupil. Quia ſicut poteſt
naturalis filius nõ exiſtentibus naturalibus, & legitimis ſimul
capere vltra vnciam. Auth. licet, C. de naturalib. libata & illis
repudiantibus. Perinde eſt enim ac ſi non extarent, arg. l. 2. in
fine, §. ſi filius, ff. de bon. quæ liberis.*
c *His tamen alimenta debentur, vt paulo poſt ſubijcitur.*

DE SVCCESSIONE SPVRIORVM, SEV vulgò quæſitorum.

1 *Spuriorum appellatio duplex, generalis, & ſpecialis, & qui, &
quot modis ſpurij dicantur.*
2 *Spurij patri non ſuccedunt.*
3 *An ſpurius, ſi ſtatuto admitteretur ad ſucceſſionem, in bonis
paternis ſuccederet.*
4 *Spurij matri ſuccedunt ab inteſtato, ac ſi eſſent nati ex legi-
timo matrimonio, & ſi non fuerint inſtituti hæredes, compe-
tit eis querela inofficioſi teſtamenti.*
5 *Spurij in bonis maternis ſuccedunt vna cum liberis legitimis
ſed ſi mater fuerit illuſtris perſona, & haberet legitimos li-
beros, non per æque.*

1 PRæmittendum ſecũdum Ludouicum à Sardis in tract. de
naturalibus liberis, in §. de ſpuriorum appellatione, dupli-
cem eſſe ſpuriorum appellationem, generalem, & ſpecialem.
Indifferenter enim & generaliter ſpurij appellãtur, qui extra
matrimonium, & concubinatum procreantur, ſiue ex com-
plexu à iure ciuili damnato, ſiue non damnato, ita quod ince-
ſtuoſi, & adulterini filij a gl. & Doctoribus quoque ſpurij ap-
pellantur. Speciali verò, & propria appellatione ſpurij, ſecun-
dum Din. in tract. ſucceſ. n. 9. tribus modis dicuntur. I. Nati ex
libera, & ſeruo, qui patri non ſuccedunt, cum ſeruus non ha-
beat bona propria, l. ex libera 6. cum ibi notat. C. de ſuis, & le-
git. II. Qui habeant patrem certum, ſed talem, quem ſecun-
dum honeſtatem, demõſtrare non licet, l. vulgo concepti, 24.
ff. de ſtatu hom. quales ſunt ſecundũ Canoniſtas, & Legiſtas
filij monachorum, & præsbiterorum, cum ſecundũ antiquos
Conciliorum Canones, ac præſertim Niceni Concilij Cano-
nem, qui habetur c. Interdixit, 32. & de iure canonico, & ciui-
li, huiuſmodi perſonis cohabitatio mulierum, etiã matrimo-
nialis, fuerit prohibita, tot. tit. ext. de cohab. cler & mul & ca.
hæc autem de Deo. in 4. Nouel. 6. quomodo oportet. Epiſc.
III. Spurij magis propriè, & in ſpecie dicuntur, nati extra ma-
2 trimonium, & concubinatum, ex ſoluto, & ſoluta, ex concu-
binatu à iure ciuili non damnato; cui ſcilicet ius Ciu. pœnam
temporalem non imponit, vt ſunt filij publicarum meretri-
cum, qui vulgo quæſiti appellantur, qui patrem habent incer-
tum, licet aliqui ſecundum Ang. ita ſint fatui, vt illos tractent
pro ſuis filijs. Hinc dicitur in l. quia ſemper, ff. de in ius vocã-
do, quòd mater ſemper eſt certa, pater vero is eſt quem nu-
ptiæ demonſtrant. Et de hac ſpecie ſpuriorum, quando quæ-
ritur, qualiter parentibus ſuccedant, duo caſus principales di-
ſtinguuntur. Aut enim quæritur qualiter patri ſuccedunt, aut
qualiter matri.

Primo caſu tenenda eſt regula, quod patri, & filijs aſcen-
dentibus per lineam paternam ſpurij, ſeu vulgo quæſiti, cum
habeant patrem incertum, non ſuccedant, ſecundum gloſ. &
Doctores in d. § nouiſſimè, infr. de S.C. Orfic. per text. & ibi
3 not. in l. ſi ſpurius, 4. & in l. hac parte, 4. ff. vnde cognati. Limi-
a tatur autem nõ procedere, *a* ſi ſtatutum admitteret talem fi-
lium ad ſucceſſionem, etiam in bonis paternis, quia tunc ſuc-
cederet ſecundum Bald. in l. 1. C. de iure aur. annul. licet Bart.
& plures alij contrarium teneant, quaſi pater per hoc tacitè
inuitaretur ad delinquendum, contra l. illud cõuenire, 5. ff. de
pact. dotalibus. Et mouetur Bald. hoc fundamento quia ſi va-
let diſpoſitio iuris communis, vt huiuſmodi filij ſuccedant
matri, valebit quoque ſtatutum ciuitatis, quod ſuccedant pa-
tri, per l. omnes pupilli, 9. ff. de iuſt. & iur. cum mulier forni-
cando non minus peccet, quam vir, c. Chriſtiana religio, 13.
cauſ. 12 q. 5. De quo plenè vide Nic. de Vbald. in tract. ſuc. ab
inteſtato, n. 38. cum ſeq.
4 Secundo caſu eſt regula, quod ſpurij, ſeu vulgo quæſiti
matri, quæ ſemper eſt certa, ab inteſtato ſuccedant, non ali-
ter, ac ſi ex legitimo matrimonio nati eſſent, d. §. non nouiſſi-
me, inf. de S.C. Orfi & l. hac parte, 3 ff. vnde cog. l. 1. §. ſed &
vulg. ff. ad S.C. Tertul. Et ampliatur. I. Vt nõ ſolum matri, ſed
etiam auiæ maternæ, & alijs aſcendentibus per lineam ma-
ternam ſuccedant. d. leg. Modeſtinus, 8. ff. vnde cog. II. Am-
pliatur, vt etiam ex teſtamento matris ſuccedant, & ſi non
fuerint inſtituti hæres, vel ſine iuſta cauſa exhæredati, com-
petit eis querela inoffic. teſtam. contra teſtamentum mater-
5 num, l. ſi ſuſpecta, 19. § de inoffic. ff. de inoff. teſtam. III. Am-
pliatur, vt ſuccedant matri, etiam cum alijs liberis legitimis, ex
legitimo ſcilicet matrimonio editis, ſecundum Ang. & alios
in d. §. nouiſſimè, per text. d. l. hac parte, & §. vulgo, 4. inſt. de
ſuc-

ADDITIO.

a *Statuto poteſt fieri, vt baſtardi ſuccedant ab inteſtato. Bart. in
l. hæredibus, §. 1. verſ. tamen, ff. ad S.C. Trebell. Et vt appella-
tione domus, & familia contineantur, Bart. in l. ſuggeſtione, C.
de verb. ſign. Crimen eſt enim ſacrilegij de auctoritate ſtatuen-
tium (hoc eſt, eorum qui ius ſtatuendi & leges ferenda habent)
diſputare, l. diſputare, C. de crim. ſacr.*

ſuc.cogn.IV. Ampliatur, vt ſuccedat matris etiamſi mater eorum ſit illuſtris Quod eſt verum, quando non extant naturales & legitimi ſimul. Tum enim ſpurij etiam matri illuſtri ſuccedunt, ſec.gloſ & Doct.in d.l.ſi qua illuſtris, argumento ſumpto à contrario ſenſu. Si verò mater illuſtris habeat liberos ex iuſtis nuptijs procreatos, ſpurij non ſuccedunt matri, d.l.ſi qua illuſtris.

DE SVCCESSIONE LIBERORVM EX damnato coitu natorum,

1 *Qui dicuntur nati ex damnato coitu.*
2 *Nati ex damnato coitu, nec patri, nec matri, nec alijs aſcendentibus ſuccedunt, nec filij appellantur.*
3 *Alendi tamen ſunt à parentibus, de æquitate Canonica, & parentes filiabus dotem conſtituere poſſunt.*

1 NAti ex damnato coitu dicuntur procreati ex complexu
cui lex ciuilis etiam pœnam temporalem ordinariam,
adulterij ſcilicet, & inceſtus, vel extraordinariã imponit, ſec.
Ang.in d § nouiſſime, vt ſunt inceſtuoſi, qui ſunt nati ex col-
lateralibus, & affinibus in gradu, ſec.gloſ ſuper Rub.C.de in-
ceſt. nupt. Item nefarij, qui ſunt nati ex aſcendentibus, & de-
ſcendentibus in infinitum, ſec.gloſ in d. Rub. Item adulterini,
a nati ex adulterio. Et de his omnibus *a* firma conſtituenda eſt
regula, quod nec patri, nec matri ſuccedant, ſed ſunt inſucceſ-
ſibiles omnibus aſcendentibus per lineam maſculinam, & fœ-
mininam, c.ſi quid autem, fin. Nouel.4. quibus modis natural.
effic. legit. & in auth.ex complexu, C.de inceſ.nup. Et amplia-
tur. I Vt parentibus vtriuſque ſexus, neq; ab inteſtato, neq; ex
teſtamento ſuccedant, ſed tanquam indigni à paterna, & ma-
terna ſubſtantia repellantur, d.c.ſi. iuncta gl.ad c vltima, § in
verb. participium, Nouel.89. quib.mod. naturales effic.ſui, &
glo in §.legati, ſupra de leg. & no.in d. Auth ex complexu. II.
Ampliatur, vt nec filij appellentur, neque de iure ciuili à pa-
rentibus alendi ſint tex.eſt in d.c.fin. & in d.auth. ex comple-
xu. De æquitate tamen Canonica à parentibus alendi ſunt, c.
3 cum haberet, 5 & ibi Canoniſt. extra de eo, qui duxit quam
polluit per adulr. & Bart.in d Auth. ex complexu, inquit pa-
rentes huiuſmodi liberis in teſtamento ratione alimentorum
reliquere, & dotes filiabus conſtituere poſſe, cum dos ſucce-
b dat loco alimentorum. *b* Quod ſequitur Abb.in d.c.cum ha-
beret, & Ang.in princ. ſup.de iur.nat Et diſpoſitionem, d.c.cũ
haberet, non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam Imperij ſer-
uandam eſſe, communis eſt concluſio Doct. ibi, & in d. Auth.
ex complexu. Ius Can. enim hoc inducit ex quadam æquitate
naturali, cum educatio liberorum ſit iuris naturalis, in princ.
ſupra de iur. nar. & de filijs alimentis priuati pereant. Negare
autem alimenta eſt necare, l.necare, 4.ff.de lib.agn. & ca. pa-
ſce a 1.diſt. 85. Sed necare aliquem eſt peccatum mortale, &
quando tractatur de peccaro, ius Canonicum eſt ſeruandum
vbique, tam in terris Imp. quam Eccleſiæ, vt not.in c.clerici,
8.de iud. c. 1.de no.op.nunc & add. Nic.de Vbald. in d.tract.
ſuc.ab inteſt.nu.44.

ADDITIONES.

a *Excipe eos, qui nati ſunt ex ea, quæ putauit ſe legitimo marito nuptam eſſe cap.cum inhibito, ext.de clandeſt.deſponſ. Eam excipe quoque quæ per vim cognita fuit a cognato.Bal.in l.eam quam C.de fideicom.l.vim paſſam, C.de adult. l.fœdiſſimam, C.de adul.*

b *Dummodo non immoderata alimenta eis relinquantur. Modus autem intelligitur pro qualitate perſonæ, & alimentorum quantitate Bald.in Auth.ex complexu, C.de inceſt.nupt.*

DE SECVNDO GRADV, SEV ordine ſuccedendi ab inteſtato, Aſcendentium ſcilicet,

1 *Aſcendentes ſuccedunt, quando deſcendentes non exiſtunt.*
2 *Parentibus non ſic debetur hæreditas liberorum, vt liberis, parentum.*
3 *Ordo naturæ eſt, vt filius diutius viuat quam pater.*
4 *Duobus ſimul mortuis, præſumitur is, qui debilior eſt, prius deceſſiſſe.*
5 *Deficientibus deſcendentibus, aſcendentes ad ſucceſſionem defunctis ab inteſtato vocantur.*
6 *Tot ſunt ſpecies parentum, quot liberorum.*
7 *Parentes ſpirituales non ſuccedunt filijs ſpiritualibus.*
8 *Pater, & mater, ſi ambo ſuperſunt, & ſoli extant, æqualiter filio defuncto de iure ciuili ſuccedunt.*
9 *Iuſtinianus fauet ſexui muliebri.*
10 *De iure Sax pater ſolus ſuccedit liberis excluſa matre, ſed patre non exſtãte ſuccedit mater, excluſis omnib. collateralib.*
11 *In vtenſilibus filia, mater præfertur patri.*
12 *In bonis quæ a patre, vel aliquo de linea paterna prouenerunt ad filium, ſolus pater de iure ciuili ſuccedit.*
13 *In filijs diuerſorum matrimoniorum matri, vel patri ſuccedentibus, quilibet præfertur in bonis quæſitis patri ex matre ſua, & contra.*
14 *Per mortem filij defuncti, qui in poteſtate patris eſt, non extinguitur vſusfructus bonorum aduentitiorum, ſed penes patrem remanet.*
15 *Parentes tranſeuntes ad ſecundas nuptias, item peccantes in corpus ſuum luxurioſè viuendo, non ſuccedunt liberis.*
16 *Item mater infra annum non petens tutorem filio dari, illi defuncto in pupillari ætate non ſuccedit.*
17 *Quæ requirantur, vt hoc caſu mater ſucceſſione ſit indigna.*
18 *Pater, & alij aſcendentes filio in feudo non ſuccedunt, niſi aliud in inueſtitura ſit expreſſum.*
19 *Poſt diuiſionem feudi paterni de iure Saxon. nec frater fratri ſuccedit, niſi ſimultaneè fuerint inueſtiti.*
20 *Pluribus aſcendentibus extantibus qui in gradu ſunt diſpares proximior in gradu remotiorem excludit.*
21 *Ius repræſentationis in aſcendentibus locum non habet, ideò pater mortua matre excludit auum maternum a ſucceſſione filij, etiam quoad bona materna.*
22 *Quando ſunt plures aſcendentes in ſecundo, vel tertio gradu, aſſpares numero defuncto verò in pari gradu, quomodo ſuccedatur.*
23 *Sorores, & fratres vtrinque coniuncti ſuccedunt defuncto cum patre, & matre in capita.*
24 *Sublata omni differentia ſexus patriæ poteſtatis etiam emancipationis in vtraque perſona, defuncta ſcilicet, & eius quæ vult ſuccedere.*
25 *Auus, & aua & vlterius aſcendentes ſuccedunt cum fratribus, & ſororibus defuncti.*
26 *Proximus de iure quis dicatur.*
27 *Regula: Si vinco vincentem te, multò magis vinco te, quando non procedat.*
28 *Liberi ſororis, & fratris, vtrinque coniuncti præmortui, cum aſcendentibus, & fratribus ipſius defuncti ad ſucceſſionem patrui admittuntur in ſtirpes.*
29 *Sic quando tantùm exſtant fratrum filij, hi pariter cum patre, vel alijs aſcendentibus admittuntur in ſtirpes.*
30 *Liberi fratrum, vel ſororum ex vno tantum latere cum aſcẽdentibus non ſuccedunt.*
31 *Priuilegium conceſſum filijs fratrum, vt cum aſcendentibus, & fratribus defuncto ſuccedant, ad nepotes, & pronepotes fratres vtrinque coniuncti præmortui non extenditur.*
32 *Parens, qui tranſit ad ſecundum matrimonium, qualiter filio ſuccedat.*
33 *Pœnæ ciuiles inducta contra ſecundo nubentes, an hodie ſublata ſint.*
34 *De iure Saxon defuncto ſine liberis, ſoli pater, & mater, excluſis defuncti fratribus, & ſororibus, etiam vtrinque coniunctis, ſuccedunt.*
35 *De iure Saxon. quamdiu exſtant aſcendentes, collaterales a ſucceſſione excluduntur.*
36 *In caſibus, in quibus fratres, & ſorores, & eorum filij ſuccedunt defuncto cum eius parentibus, nunquam patri eius partis vſusfructus acquiritur.*
37 *Pater adoptans extraneus, filio adoptiuo mortuo nõ ſuccedit.*
38 *Si verò eſt ab auo paterno, vel materno adoptatus, tunc pater adoptans illi ſuccedit.*
39 *Pater arrogator quando filio arrogato ſuccedat.*
40 *Sicuti parentes proſpiciunt naturalibus liberis, ita & ipſi parentibus compenſare debent.*
41 *Filius naturalis teſtatus moriens, & relinquens filios naturales, & legitimos ſimul, patri naturali vltra vnam vnciam relinquere non poteſt.*
42 *Si mater exſtet patri naturali omnia relinquere poteſt, excepta legitima matri debita.*
43 *Filio naturali decedente ab inteſtato, & non relinquente deſcendentes naturales, & legitimos, vel vxorem, pater naturalis in duabus vncijs ſuccedit*
44 *Filius naturalis decedens teſtatus ſine liberis, matri legiti-*

legitimam relinquere cogitur.
45 *Mater qualiter filio naturali ſuccedat, ſi ab inteſtato ſine liberis deceſſerit.*
46 *Pater, & alij aſcendentes paternæ lineæ, filijs vulgo quæſitis non ſuccedunt.*
47 *Mater indiſtinctè filio ſpurio ſuccedit, ac ſi eum ex legitimo matrimonio procreaſſet.*
48 *Etiamſi ſit meretrix, aut illuſtris perſona.*
49 *Parentes indiſtinctè liberis ex damnato coitu natis non ſuccedunt.*
50 *Nec bona, ſi inter tales aſcendentes, & deſcendentes per 30. annos teneantur præſcribuntur.*
51 *Et ſi bona ab aſcendentibus data per conſanguineos ab huiuſmodi natis intra ſecundo annos non vendicentur, fiſcus exigere poteſt.*
52 *In caſu tamen neceſſitatis parentes alere tenentur.*

1 SEcũdus gradus ſucceſſ. ab inteſt. ſecund. Imper. in Nouel.
118 de hæred. ab inteſt. venient. eſt aſcendentium, paren-
tum, ſ. qui in linea aſcendente defuncto coniuncti ſunt, qui
tunc ſuccedunt, quando liberi, & ſic deſcendentes, non exi-
ſtunt. Supra enim dictum eſt, in ſucceſſione primam cauſam
eſſe liberorum in infinitum, quibus exiſtantibus non ſolum
collaterales, ſed etiã parentes excluduntur. Nec obſtat quòd
a pares *a* in gradu pariter admittantur, & verò pater defuncti
perinde ei ſit in primo gradu, atq; filius defuncti. Non enim
2 ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hære-
ditas: cum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis, vt,
ſ. habeant ſolatium, propter liberos amiſſos, admittat: liberos
verò naturæ ſimul, & parentum commune votum, ad hære-
ditatem parentum vocet, vt dicitur in l. ſcripto, 7. in fi. ff. vnde
liberi. Bona enim patris, filio quaſi debita iure ſanguinis, &
naturæ dicuntur, l. cum ratio, ff. de bon. damn. Item voti pater
ni eſt, liberis parare, & locupletare eos, l. nihil intereſt, 10. cir-
ca med. ff. de bon. libertor. & l. de emancipatis, 13. C. de legit.
hæred. Et Bal in Auth. quod ſanè, C. de teſt. inquit, naturalem
ſtimulum hortari, & vrgere ad cogitandum pro liberis. Hinc
dicitur, quod filij non debent theſaurizare parentibus, ſed pa-
rentes filijs, c. cum Apoſtolus, 6. §. prohibemus, extra de Ceſſ.
3 Item filius ſuccedit patri ſecundum ordinem naturæ. Eſt. n.
ordo naturæ, vt pater prius moriatur, quam filius, & ſi aliter
accidit, dicitur ordo naturæ turbari, iuxta illud. [Ordine tur-
bato, ſuccedis Bulgare nato,] l. nã etſi parentibus, 15. & ibi gl.
in verb. ordine, ff. de inoffic. teſt. Vnde ſi pater & filius, peſte
vel naufragio ſimul pereant, & explorari nõ poſſit, vter prius
extinctus ſit, in dubio præſumitur filium diutius vixiſſe. Quod
eſt verum, ſi filius ſit pubes, ſecus ſi impubes, nam tunc filius
prior necatus intelligitur. Duobus enim ſimul mortuis præ-
ſumitur, eum, qui debilior eſt, prius deceſſiſſe. Vnde in dubio
b *b* vxor præſumitur mortua ante maritum, cum fœminæ ſint
debiliores viris, l. cum pubere, 22. cum l. ſeq. & l. qui duos, 9. §.
4 cum bello, & § ſi maritus, ff de reb. dub & add. Alciat. in trac.
de præſumptionibus in 2. reg. præſumpt. 40. Sit igitur hoc lo-
co prima, & generalis regula, quòd deficientibus liberis, & ſic
deſcendentibus in infinitum, ſecundo loco parentes, & ſic a-
ſcendentes, ad ſucceſſionem defuncti ab inteſtato vocantur,
5 c. ſi igitur defunctus deſcendentes, 2. d. Nouel. 118. & accipiũ-
tur hoc loco parentes etiam in infinitum, l. quique, 4. §. paren-
tes, ff. de in ius vocand. & gl. in d. c. ſi igitur defunctus deſcen-
dentes, ſuper verb. parentes. Et quia pater, & filius ſunt cor-
6 relatiua, correlatiuorum autem eadem eſt natura, l. fin. C. de
indict. vid. toll. ſequitur, quòd etiam tot ſunt ſpecies paren-
tum, quot liberorum, ideo etiam ſeparatim de eorum ſuc-
ceſſione dicendum.

DE SVCCESSIONE PARENTVM ſpiritualium.

7 Breuiter notandum, quod ſicut filij ſpirituales *c* non ſucce-
c dunt parentibus ſpiritualibus: ita è contrario parentes ſpiri-
tuales non ſuccedunt filijs ſpiritualibus. Statutum enim in
d vno correlatiuorum, *d* cenſetur quoque ſtatutum in altero,
d. l. fin. C. de ind. vid. toll.

e ### *DE SVCCESSIONE e PARENTVM naturalium, & legitimorum ſimul.*

Circa hanc ſucceſſionem, duo caſus principales diſtinguẽ-
di ſunt, poſt text. in Auth. defuncto, C. ad S.C. Tertull. Aut e-
nim filius reliquit ſolos aſcendentes, aut cum aſcendentibus
8 reliquit etiam collaterales, fratres. ſ. & ſorores. Primo caſu a-
liquot concluſiones, pro diuerſitate caſuum, notandæ ſunt.
Prima eſt, quod pater, & mater, ſi ambo ſuperſunt, & ſoli
exiſtãt, pariter, & æqualiter filio defuncto ab inteſtato ſucce-
dunt, d. c. ſi igitur defunctus deſcendentes, in d. Nouel. 118. &
d. Auth. defuncto. Et circa hanc concluſionem notandum,
quod olim de iure veteri, pater in ſucceſſione filij præfereba-
tur matri, tamquam agnatus cognato, §. præferuntur, 3. verſ.
pater, inſ. de Senatuſc. Tertul. & l. 2. C. ad S.C. Tertul & l. 2. §.
9 obijcitur, ff. ad S.C. Tertul. Sed Iuſtinianus, qui fauit ſexui
muliebri, hoc correxit, reſpiciens ad naturam, puerperium,
periculum, & mortem, ſæpè ex hoc caſu matribus illata, vt di-
citur in §. ſed nos, 4. inſ de S.C. Tert. Vnde in l. aſſiduis 12. C.
qui pot. in pig hab. inquit Imp. Quis mulierum non miſerea-
tur, propter partus periculum, & liberorum procreationem?
facit tex. in c. ex literis, 2. de conuer. in fid. vbi dicitur, quòd in-
fans ante partum matri ſit onerofus, in partu doloroſus, poſt
partum verò laborioſus. Hodie igitur mater cũ patre ad ſuc-
ceſſionem filiorum admittitur, in d. §. præferuntur, & d. ca. ſi
igitur defunctus deſcendentes, & d. Auth. defuncto. De iure
10 vero Saxo. pater ſolus ſuccedit filio, excluſa matre; ſed patre
non exſtante, mater ſuccedit excluſis omnibus collateralibus
art. 17. lib. 1. Vbi dicitur; [*Si filius abſque liberis decedit*, tunc
pater relictam eius hæreditatem accipit: deficiente verò pa-
tre, in eiuſdem hæreditatis ſucceſſione mater defuncti fratri-
bus, & ſororibus præfertur, &c.] Primò autem ampliatur hęc
concluſio iuris ciuilis, ſiue defunctus ſit filius, ſiue filia: ſubla-
ta eſt enim hoc caſu differentia ſexus, d. Auth. defuncto, & d.
c. ſi igitur defunctus deſcendentes. De iure verò Saxon. ſi fi-
lia decedat, & relinquat vtenſilia, in his mater præfertur pa-
tri art. 27. lib. 1. Deinde ampliatur, ſiue defunctus fuerit in po
11 teſtate, ſiue non d. Auth. defuncto, & d. c. ſi igitur defunctus
deſcendentes, in fin. Limitatur autem procedere. I. In bonis
Caſtrenſibus, vel quaſi, & alijs aduẽtitijs bonis, acquiſitis vn-
12 decunque ab extraneo: in his enim ſine dubio mater, & pa-
ter æqualiter filio ſuccedunt: in bonis verò, quæ à patre, vel
aliquo de linea paterna peruenerunt ad filiũ ſolus pater ſuc-
cedit, excluſa matre: & è contrario in quæſitis à matre, vel de
linea materna, ſola mater, excluſo patre, ſuccedit. Ita tenet
Bart. in Auth. Itaq; C. communia de ſucceſ. per tex. in l. quòd
ſcitis, 2. in 2. Reſponſo, ſecundum vnam lecturam, C. de bon.
quæ lib. Bal. verò in d. Auth. defuncto, quem ſequitur Salic. in
d. Authen itaque, tenet contrarium, per text. ibi, & in d. cap.
ſi igitur defunctus deſcendentes, qui indiſtinctè loquuntur
nec inter res maternas, vel paternas diſtinguunt, ſed pariter
ad liberorum hæreditatem, quæ comprehendit vniuerſum
ius defuncti, parentes vocant; Bart. tamen ſententia videtur
f eſſe æquior, & communior, *f* quam ſequitur Paul. de Caſtr.
in d. l. quod ſcitis, & Authen. poſt fratres, l. 1. C. de leg. hæred.
Ang. in §. præferuntur, 3. inſt. de S.C. Tertul. Imol. in l. poſt
dotem, 40 ff. ſoluto matr. Et facit pro eo tex. in § 1. ibi. [Quę. n.
inuidia eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt hoc ad
g eum reuerti?] *g* ſupra per quas perſon. nob. acquir. Et ratio à
13 pari, quòd ſcilicet idem eſt in filijs diuerſorum matrimonio-
h rum, matri, vel patri ſuccedentib. *h* Quilibet enim præfertur
in bonis quæſitis patri ex matre ſua, & è contra, l. cum alijs,
4. C. de ſec. nup. Et idem in fratribus, l. de emancipatis, 13. ibi,
exceptis maternis. C. de leg. hæred. de quo vide add. ad Bald.
in d. l. quod ſcitis, & Rolandinum in tract. ſucceſſ. ab inteſta-
to n. 11. & Nicol. de Vbal. in tract. ſucceſſionum, in 2. p. nu. 4.
14 II. Limitatur, quod licet pater, & mater æqualiter filio ſucce-
dant, ſi tamẽ filius defunctus erat in poteſtate patris, per eius
mor-

ADDITIONES.

a *Pares in gradu non ſemper pariter ſuccedunt: vt ecce defuncto ſuccedunt filij, at non pariter parens defuncti, licet eodem gradu ſit, quo liberi defuncti.*
b *Præſumitur in dubio is, qui debilior fuit, prior deceſſiſſe. l. ſi mulier, ff. de reb. dub. l. inter ſocerum, de pact. dot. Qua de re vide Alciat. 1 præſumpt. 49.*
c *De ſpiritualibus filijs, vide plura ſupr. c. de ſucceſſ. filiorum ſpiritualium.*
d *De correlatiuorum vi effectu & natura vide Euerhardum in Topicis loco a correlatiuis. Poſito & deſtructo vno relatiuorum ponitur vel deſtruitur aliud; ſic vno correcto, corrigitur & aliud.*
e *An in feudis filiorum ſuccedant parentes, vide Mynſing. 3. Obſeru. 93.*
f *Imo altera verior, & vſu ſeruatur, iſta reiecta, facit conſtit. 17. & 31. part. 3.*
g *Valet hæc ratio, in profectitijs, quæ ſunt patris: hic agimus de ijs, quæ omni iure ſunt filij, in quorum ſucceſſione vterque parens æqualiter admittendus cum par ius habeant, & æqualis illis pietas debeatur etiam ex præcepto Deuterno. honora patrem, & matrem, &c.*
h *Hi non habent æquale ius, vt parentes.*

Google

mortem non extinguitur vſusfructus bonorum aduentitio-
rũ qui eſt penes patrem. Mortem.n. proprietarij non extin-
guitur vſusfructus, ſed morte vſufructuarij, §. finitur, 3. ſuprà
de vſusfruct. de quo latius Ang. in d. §. præferuntur, infr. de S.
C. Tertul. & Nicol. de Vbald. in d. tract. ſucceſſ. in 2. part. in
princip nu. 3. Roland. in d. tract. n. 12. III. Limitatur, ſi paren-
tes tranſierint ad ſecundas nuptias, l. fœminæ, 3. §. illud, C. de
ſecund. nupt. & l. mater, 5. vbi gloſ. C. ad S. C. Tertul. De qua
limitatione infra, circa ſecundum caſum principalem plenius
dicetur. IV. Limitatur, ſi parentes peccent in corpus ſuũ. Lu-
a xurioſè viuendo, id quod probatur argumento *a* à maiori,
quod in iure eſt validũ. Auth. multo magis. C. de ſacroſanct.
Eccleſ. Si enim excludũtur tranſeundo ad ſecunda vota pro-
pter iniuriam filiorũ, & mariti, c. deinceps autem, 20. §. ſoluto
1. in princ. Nouell. 22. de nuptijs, multo magis ſi luxuriantur,
quia tũc maior iniuria ipſis filijs, & marito infertur, vt notat.
poſt text. in gloſ. ſuper verbo, parit, in Auth. iiſdem pœnis, C.
de ſecund. nupt. De quo vide Nicol. de Vbald. in d. tract. ſuc-
16 ceſſionum, in 2. part. nu. 12. V. Limitatur quando mater infra
annum non petijt tutorem filio dari, qui poſtea in pupillari
ætate deceſſit, nam tunc eius ſucceſſione eſt indigna, l. ſciãt,
10. C. de leg. hæred. & §. ſed quemadmodũ, 6. inſ. de Senatuſ-
conſ. Tertul. Quod ampliatur, etiamſi mater intra annũ ſol-
licitè, & diligenter curauerit res pupilli, ſi non ſolenniter ſe
tutelæ immiſcuit, ſecundum Bald. in l. matres, 5. ad Senatuſ-
17 conſ. Tertull. Et priuatur hæreditate filij, nedũ delata a lege,
ſed etiam delata à ſtatuto, vel homine; veluti ſi eſſet a teſtato-
re ſubſtituta filio, d. l. ſciant, & Bart. in l. 2. §. & ſi forte 46. ff. ad
Senatuſc. Tertul. Sed ad hoc plura requiruntur, 1. Quòd mater
tempore mortis mariti ſit maior 25. annis, l. 2. C ſi aduer. de-
lic. & c. 2. Quod filius moriatur in pupillari ætate. Si enim pu-
bes factus deceſſerit excuſatur mater, ſi filius tutoré non pe-
tijt, d. l. matres, C. ad Senatuſc. Tertul. 3. Quod pupillo expe-
b diat dari tutorem: ſecus ſi nõ expediat, vt quia *b* relictum eſt
c filio magnum legatum, ſi tutorem nõ habuerit, vel quia *c* ſol-
uendo non eſt filius, vt minus inquietetur pupillus in defen-
ſus, l. 2. §. tractari 44. ff. ad Senatuſc. Tertull. 4. Quod matri nõ
præferantur alij in tutela. Si enim ex ſtatuto, vel diſpoſitione
teſtatoris, agnatis, vel alijs deferatur tutela, tũc nihil eſt; quod
imputetur matri, ſi ipſa non petijt tutorem, ſecundum Bal. in
d. l. matres, 5. Quòd nulla cauſa excuſari poſſit mater, ſecun-
dum Porc. inſtit. de Senatuſc. Tertull. circa finem. De quo ple-
nius vide Nicol. de Vbald. in d. 2. p. nu 14. & Rolandum, n. 12.
6. Limitatur, quando mater aſſumpſit tutelam, iuxta Authen.
Matri, & auiæ, C. quando mul. tutelæ offic. fungi poſſit, & po-
ſtea non petito alio tutore, nec reddita ratione adminiſtratio-
nis, tranſiuit ad ſecund. nupt. d. Auth. iiſdem pœnis, Co. de ſe-
cund. nupt. & add. Mattheſil. in tract. ſucceſſ. in 2. art. princ. n. 7.
18 Limitatur, quòd licet præter ſuccedat filio in bonis allodia-
libus in feudis tamen, neque pater, neque alij aſcendentes de-
ſcendentibus ſuccedunt, & hoc ex natura feudorũ, vt eſt tex.
& gloſ. in c. 1. de natura ſucceſſ. feud. in princ. Niſi aliud in inue-
ſtitura ſit expreſſum, cum etiam quilibet extraneus ex pacto
in feudo ſuccedere poſſit, vt no. c. 1. de feudo non habẽte pro-
19 priam naturam feudi. Idem de iure Saxon. quo diſponitur
[Dats nie mand Keyn leben vererbet, dann alleyn der Vatter
auff den Sonh. Hoc eſt, Quod nemo feudum hereditate cõſe-
quatur, niſi filius a parte, Hinc fit quod poſt diuiſionem feu-
di paterni, nec frater fratri ſuccedat in feudo, niſi ſimultanee
fuerint inueſtiti. [dais ſie ſamptlich vvidertumb damit beli-
hen. vnd die geſamte hand daran behalté haben. Lehẽrecht.]
cap 32. Quo caſu inter ius commune, & Saxon. maxima eſt
differentia.

20 Secunda concluſio, quando extant plures aſcendentes in
gradu diſpares, tunc proximior in gradu remotiorem exclu-
dit, dict. cap. ſi igitur defunctus deſcendentes, 2. Nouell. 118.
ibi, [qui proximi gradu reperiuntur,] & d. auth. defuncto,
ibi, [ſecundum gradus prærogatiuam] Et hæc concluſio du-
pliciter intelligitur, & verificatur. Primo, vt pater, & mater
ſoli æqualiter defuncto filio ſuccedant, excluſis auis paternis,
& maternis, tamquam in gradu remotiori exiſtentibus, ita
vt pater auum paternum, mater vero auum maternum ex-
cludat. Secundo, quòd matre mortua, pater excludat auum
21 maternum, etiam quo ad bona, quæ à aliena materna ad fi-
lium peruenerunt, & contra patre mortuo, mater quoq; ex-
cludat auum paternum à ſucceſſione filij, etiam quo ad bo-
na paterna, vt eſt gloſ. communiter approbata, in d. Auth. de-
functo ſuper verb. gradus, & in d. cap. ſi igitur defunctus de-
ſcendentes, 2. ſuper verb proximi. Iacob vero Butrigarius,
vt eum refert Bald. in dicta Authent. defuncto, tenet contra-
rium, motus per argumentum de natura correlatiuorum,
quod ſtatutum in vno, cenſetur quoque ſtatutum in alio, d. l.
ſi. C. de ind. vid. tollend. Sicut igitur ſe habet linea deſcendens
ad ſucceſſionem aſcendentium: ita contra dicitur ſe habere
linea aſcendens, ad ſucceſſionem deſcendentium: Sed ſic eſt,
Quando pater Titius moritur, & relinquit filium, & ex alte-
ro filio præmortuo nepotem; tunc iſte nepos non excluditur
per filiũ defuncti à ſucceſſione Titij, ſed tranſit in locum, &
gradum ſui patris prædefuncti; ita vt iure repræſentationis
cenſeatur eſſe in pari gradu, & ſic in primo cum filio ipſius
Titij. Ergo è conuerſo auus maternus quoque dicitur trãſire
in locum ſuæ filiæ prædefunctæ, & iure repræſentationis ne-
poti eſſe in primo gradu, eiq; ſuccedere cum patre defuncti
nepotis; atq; ita ſimiliter in auo paterno, idque ex natura cor-
relatiuorum. Sed reprobata opinione Butrigarij, prior ſentẽ-
tia gl. de iure eſt verior, & communior, per tex. in d. Auth. de-
functo, & d. cap. ſi igitur defunctus deſcendentes, 2. Neque il-
d lud *d* argumentum à correlat. procedit, quãdo eſt diuerſa ra-
tio in vno ex correlatiuis, ſec. Salic. in d. Authen. defuncto. Si-
cut in caſu noſtro non ita debetur hæreditas filiorum parenti-
bus, vt parentum hereditas filijs magis, & pleniori iure debe-
tur, l. ſcripto, 7. ff. vnde liberi. Item lex quantum poſſibile eſt,
naturam imitatur, §. minorem, 4. ſupra, de adoptio. Sed natu-
ræ conſentaneum eſt, nepotem ſubſtitui in locum ſui patris,
vt perueniat ad ætatem patris, at è cõtrario patrem ſubſtitui
in locum filij quodammodo eſt contra naturam, cum natura-
liter ſit impoſſibile, illum fieri filium, & iuniorem, qui eſt pa-
ter, & natu grandior, ſec. Salic. & alios in d. Authẽ. defuncto.
e Notandum igitur, in aſcendentibus ius repræſentationis *e* lo-
cum non habere de quo vide Ang. in d. §. præferuntur, inſ. de
S. C. Tertul. & Doct. in d. Auth. defuncto.

22 Tertia concluſio, quando ſunt plures aſcendentes in ſecũ-
do, vel tertio gradu diſparis numeri, qui tamẽ defuncto ſunt
in pari gradu, tunc hæreditas diuiditur in duas partes, vnam
habebunt aſcendentes ex linea paterna, & aliam parentes ex
linea materna, ſiue ſit vnus, ſiue plures, d. cap. ſi igitur defun-
ctus deſcendentes, 2. & d. Auth. defuncto, veluti ſi quis dece-
dat, relictis ex vna parte auia, & auo paterno, ex altera verò
parte auia materna tantum, & contra; tunc hereditas in duas
partes diuiditur; ita vt auia materna tantum accipiat, quantũ
auus, & auia paterna, ne diuiditur in capita, ſeu in numerum
perſonarum, d. Auth. defuncto. Hoc tamẽ fallit in quæſitis ex
vna linea tantum, quia tunc in illis bonis ſuccedunt tantũ pa-
rentes ex illa linea, ſecundùm Bart. in Auth. itaque, C. cõia de
ſucceſſ. per tex. in d. l. quòd ſcitis, 3. C. de bonis quæ lib. De
quo ſup. in 1. concluſ. in 1. eius limitatione dictum eſt, & add.
Matheſil. in tract. ſucceſſ. in 2. art. in princ. nu. 7. Secundo caſu
principali, quando defunctus reliquit aſcendẽtes, & collate-
rales ſimul, tunc vna principalis concluſio eſt inſtituenda vi-
delicet, quòd ſorores, & fratres vtrinque coniuncti ſuccedũt
defuncto cum eius patre, & matre in capita, ſecũdum nume-
23 rum perſonarum, vt parentes, & fratres defuncti viriles, ſeu
æquales habeant partes hereditatis, text. eſt in d. cap. ſi igitur
defunctus deſcendentes, verſic. ſi verò, Nouell. 118. & in d.
Authen. defuncto, quæ ponit ampliationem ad hanc regulã,
24 vt procedat. I. Sublata omni differentia ſexus; emancipatio-
nis, & patriæ poteſtatis. Quod dupliciter intelligi poteſt.
Primum de perſona ipſius defuncti, vt non diſtinguatur, an
fuerit filius, vel filia in poteſtate patria, vel emancipatus.
Deinde de perſona eius, qui vult ſuccedere cum paren-
tibus, ſiue enim ſit frater, ſiue ſoror, item ſiue ſit poteſta-
te patris, ſiue non, indiſtinctè ad ſucceſſionem defuncti fra-
tris, vel ſororis, vna cum parentibus admittitur, d. c. ſi igitur
defunctis deſcendentes, & dict. Authent. defuncto. II. Am-
plia-

ADDITIONES.

a *Argumentum à maiori ad minus ita formari ſolet. Si id quod magis videtur ineſſe non ineſt, nec etiam id quod minus, l. nec ex vera, C. de neg. geſt. in c. licet vniuerſis de teſt.*

b *Vide Romanum ſingulari 104.*

c *L. contra pupillum, ff. de re iudicata, l. cum minores, C. ſi aduer ſus rem iudicatam, l. 2. verſic. quod ſi penitus egens, ff. ad S. C. Tert. Rod. ſing. 104.*

d *De Correlatiuis vide Blaſianum in tractatu correlatiuorum, vbi centum, & amplius caſus enumerat, in quibus correlatiuorum regulæ locus eſt. Adde Euerrhardum in Topicis loco à correlatiuis.*

e *Repræſentationis ius in aſcendentibus locum non habet. Vide Craſſum lib. Sent. §. ſucceſſio ab inteſtato, q. 22.*

Digitized by Google

25 pliatur procedere, non ſolum quando pater, & mater deſun-
cti, & eius fratres concurrunt ſed etiam, poſt mortem patris,
& matris, auus, & auia, & vlterius aſcendentes ſuccedũt de-
functo, cum fratribus, & ſororibus ipſius defuncti ſimiliter
in capita, vt eſt vera & cõis concl. gl. & Doct. in d. c. ſi igitur
defunctus deſcendentes, & in d. Auth. defuncto, ſuper verb.
proximi: ita vt auus per fratrem defuncti à ſucceſſione non
excludatur. Nec obſtat text. in d. Auth. defuncto, & in d. c. ſi
igitur defunctus deſcendentes, vbi dicitur fratres admitti
cum parentibus in gradu proximis Sed proximus videtur ſo-
lus pater, & mater, non auus, vel auia. Nam proximus in iu-
26 re dicitur, quem nullus precedit, l. proximus 92. ff. de verb. ſi-
gnific. Deficientibus igitur patre, & matre, auus tunc dicitur
proximus parens, qui tempore delatæ hæreditatis ea ſtat, t. §.
proximus, ff. vnde cognati Deinde non obſtat regula. Si vin-
27 co vincentem te, multo magis vinco te leg. de acceſſionibus
14. circa medium, ff. de diuerſ. l. & temp. preſc. Sed frater ſimul
admittitur cum patre, pater autem excludit auum, vt ſupra
in 2 concl. dictum eſt. Ergo, & frater debet excludere auum.
Non obſtat inquam, illa regula quia frater hic non vincit pa-
trem, ſed cum eo admittitur, vt inquit Antonius de Roſel-
lis, in tract ſucceſſ. numero 88 Item, hæc regula ſecun. Bald.
Paul. de Caſt. & alios in d. Auth. defuncto, non habet locum
quando lex procedit vlterius, ſtatuendo ſcilicet contrarium.
Sicut in caſu noſtro lex generaliter vocat parentes, & aſcen-
dentes proximos, & parentum appellatione aſcendentes in
infinitum accipiuntur, l. quique 4. §. parentes, ff. de in ius vo-
cand. de quo vide Doctores in d. Authent. defuncto. Tãdem
non obſtat tex. in l in ſucceſſione 9. Co. de leg. hæred. vbi ſo-
ror præfertur auię, quia loquitur de auia, materna quæ de iu-
re veteri excludebatur per ſororem, vt agnatam, a ſucceſs.
fratris, ideo omnes poſt gloſ. dicunt, ibi iſtam legẽ eſſe corre-
ctam hodie per ius Auth in d. cap ſi igitur defunctus deſcen-
dentes, & d. Auth. defuncto. III. Ampliatur, licet olim etiam
28 de iure Auth. fratrum filij cum parentibus, & fratribus defun
cti non ſuccedebant, c ſi igitur defunctus neque, 3. verſ ſi au-
tem cum fratribus d. Nouell. 118. tamen hoc Imperat in lib.
Authent. per conſtitutionem ſequentem expreſsè correxit, &
ſtatuit vt etiam liberi ſororis, vel fratris vtrinque coniuncti
præmortui, cum aſcendentibus. & fratribus ipſius defuncti ad
ſucceſſionem patrui admittantur in ſtirpes, hoc eſt, vt eam
partem accipiant filij fratris præmortui, quam eorum parẽs,
ſi vixiſſet, accepiſſet, text. eſt expreſſus in princip. Nouel. 125.
29 vt fratrum filij ſuccedant, &c. IV. Ampliatur, quando cum
patre, vel alijs aſcendentibus non extant fratres vtrinque cõ-
iuncti defuncto, ſed tantum fratrum filij, tunc hi quoque pa-
riter cum patre, vel auo, aut alijs aſcendentibus admittuntur
in ſtirpes idque probatur ex dict. Rubr Nouel. vt fratrum fi-
lij pariter ſuccedant, ad imitationem fratrum, etiam aſcendẽ-
tibus extantibus, & adde Cin. in tract. ſucceſſ ab inteſtato, §.
30 nunc in hac, 2. par. num. 5. & 6. in fine. Limitatur autem hęc
concluſio procedere. I. Quando ſorores, & fratres ſunt de-
functo vtrinque coniuncti, id eſt, ex eodem patre, & matre
nati; ſecus, ſi eſſent ex vno latere coniuncti tantum, vt nati ex
vno patre, ſed diuerſis matribus, qui conſanguinei dicuntur:
vel qui ex eadem matre, ſed diuerſis patribus nati ſunt, qui
vterini appellantur. Nam hi, & eorum liberi cum aſcenden-
tibus non ſuccedunt, text. eſt in d Auth. defuncto, & in d. c. ſi
igitur defunctus deſcendentes, ibi [aut alij parentes omnibus
ex latere coniunctis præferuntur, exceptis ſolis fratribus ex
vtroque parente] & ad princ. Nouell. vt fratrum filij, &c. ibi.
Hoc vero ſancimus de illis filijs fratris, quorũ pater ex vtro-
que parente iungebatur. Nec obſtat text. in l. ſi quis, 7. Co. ad
S C. Tertul. quia iſta lex eſt correcta per ius Authen. in d. c. ſi
igitur defunctus deſcendentes, & in d. auth. defunct. De quo
31 Nicol. de Vbald. in 2. p. tract. ſucceſſionum ab inteſt. nu. 7. 2.
Limitatur, quòd priuilegium conceſſum filijs fratrum vtrin-
que coniunctorum, vt poſſint ſimul cum aſcendẽtibus, & fra
tribus defuncto ab inteſtato ſuccedere, ad nepotes, vel prone
potes fratris vtrinque coniuncti præmortui non extenditur:
ſed huiuſmodi nepotes per parentes, & fratres ipſius defun-
cti excludũtur, & ſolum filijs fratris illud priuilegium datum
eſt, vt conſtat ex Rubr. & Nig in d. Nouell. vt fratrum filij, &
facit regula; quod vltra fratrum filios repræſentatio in col-
lateralibus locum non habeat, auth. poſt fratres, cum ibi not.
C. de leg. hæred. & add. Angel. in dicto §. præferuntur, infra,
32 de Senatuſc. Tertull. 3. Limitatur, ſi parens qui vult ab inteſta
to ſuccedere, tranſiuit ad ſecundum matrimonium. Nã tunc
diſtinguitur Aut enim mater ex primo matrimonio habet ſo
lum vnicum filium, & ei ſuccedit ab inteſtato in omnibus bo
nis, tam à patre, quàm aliundè acquiſitis, pleno iure quo ad
vſumfructum. & proprietatem, etiamſi viuente filio nupſerit
ſecundo marito, l. fœminæ, 3. in fi. C. de ſecund. nupt. Aut ma-
ter habuit plures filios, ex primo marito, & tunc hodie de iu-
re nouiſſimo, ſiue tranſierit ad ſecundum matrimonium, an-
te, vel poſt mortem vnius ex filijs, itidem ſuccedit mater filio
pleno iure, quoad omnia bõna quæ ad filium peruenerunt
aliunde quam ex ſubſtantia paterna, in bonis autem paternis
a ſolum habet vſumfructum, non autem proprietatem, *a* cap. ſi
vero expectet, 23. & c. hinc nos alia, 36. §. ſi autem inteſtatus
Nouel. 22. de nupt. & l. mater 5. C. ad Senatuſc. Tertull. Et ita
trãſitus ad ſecunda vota hodie operatur priuationẽ propre-
tatis eorum bonorum tantum, quæ à marito tranſeuntis per-
uenerunt ad filium, non autem aliorum bonorum ipſius filij
mortui licet ab auo, vel ab alio aſcendente ad filium mortuũ
peruenerunt. Eſtque ratio ſecundum Matheſil. in d. tract. in
2. artic. princ. nu. 30. quia per tranſitum ad ſecundas nuptias,
principaliter filij afficiuntur iniuria, & anima ac memoria
mariti premortui, non aliorum aſcendentium dicitur contri-
b ſtari *b* c. proſpeximus. 1. Nouell. 2. de non eligen. ſecundo, nu-
bẽtes vxores, &c. deinceps autẽ 20. §. ſoluto in principio, &c.
ſi autem tutelam 40. verſ. nos autem miramur, d. Nouell. de
nupt Limitatur, tamen non procedere, primo, ſi filius cõſen-
ſiſſet matri, in tranſeundo ad ſecundas nuptias: quia tunc ſuc
cederet in omnibus bonis vndecumque quæſitis, etiam quæ
à patre defuncto filio obuenerunt, vt eſt gl. ſing. in fine prin.
ſup. verb. copulantur d. Nouel. 2. de non eligen. ſecundo nub.
Deinde limitatur procedere quando ſuperſtes alius filius prì
mi matrimonij. Si enim omnes filij premorerentur matris ſi-
ne deſcendentibus tunc mater ſuperſtes ſuccedit vltimo filio
etiam in bonis paternis quoad proprietatem, d. l fœminæ, in
fine. Eſtque ratio, quia tunc ceſſat cauſa impoſitionis pœnæ,
ſcilicet fauor, aliorum liberorum, ſecund. Angel. in d. l. fœ-
minæ §. fin. Porrò, ea quæ de matre dicta ſunt in patre: quo-
c que *c* tranſeunte ad ſecundum matrimonium, locum ha-
bent ſecun. gloſ. text. in d. l. fœmine, §. ſi ſuper verb. poſſeſſio-
ne delata, & ibi Bart. & Azo. in Summa iſtius tit per text. in d.
Nouell. de nup. c. ſi vero expectet. 23. ibi. [& hæc commu-
nis viri, & mulieris multa ſit,] & facit text. in cap. fin. Nouel.
126. vt fratrum filij ibi [ſimiles eſſe pęnas in viro, & mulie-
re] & in l. generaliter 5. in princip. C. de ſecund. nupt. & c. hoc
autem, 2. §. quia vero contra binubas, d Nouel 2. de non elig.
ſecundò, nub Et prædicta extenduntur quoque ad auum, &
auiam, non extante, patre, vel matre, & etiam ad proauum,
ſecundum Angel. in d. §. præferuntur infra de Senatuſc. Tert.
per text. iuncta gloſ. in d l. generaliter in princip. C. de ſecun.
nupt & Hoſt. in ſumm. de ſecund. in §. quare. Eſt enim tunc
maior ratio: nam hæreditas filij magis debetur patri, quam
auo, d. Authen. defuncto. Et quia talis pœna patri imponitur,
& matri ſecundo nubenti, multo magis auo, & auiæ talis pę-
na impoſita intelligitur. De quo latius Roland. in dicto tra-
ctatu ſucceſſ. num. 14 & Mattheſ. in dicto tractato in ſecun-
33 do articulo princip. num 28. Nec obſtat prædictis dictum
Apoſtoli, de quo in capit. penult. & ſi extra de ſecund. nupt.
quod mortuo viro vxor ſit ſoluta à lege viri: nubat igitur in
Domino cui voluerit, vbi gloſ. ſuper verb legaos infamiæ,
vult, pęnas ciuiles inductas contra ſecundo nubentes eſſe
hodie ſublatas. Quippe reſpondetur duplices eſſe pœnas.
Quædam enim ſunt inductæ contra mulieres intra annum
luctus nubentes, vt eſt pœna infamiæ, & aliæ de quibus in
lege prima C. de ſecund. nupt. & tales hodie ſunt ſublatæ, di-
cto capitulo penul. & fin. Quædam verò pęnæ ſunt impoſi-
tæ propter tranſitum ad ſecunda vota poſt annum luctus, vt
eſt ea de qua in tertia limitatione iam dictum eſt. Et huiuſ-
modi pęnæ non ſunt ſublatæ, vt tradunt Canoniſtæ in d. cap.
fin. de ſecund, nupt. Ferrar. in forma libelli ad reddendam ra-
tionem tutelæ, ſuper verb. in ſuo vltimo teſtamento, num. 4.
Mattheſil. in d. 2. articulo princ. numero 31. & Nicol. de Vbal.
in 2. parte tract. numero 8. 14. Limitatur hæc concluſio etiam
alijs modis, de quibus in primo caſu, in prima concluſione
34 Dictum eſt 5. Limitatur non procedere de iure Saxonico,
Defun-

ADDITIONES.

a *Non vidi ſeruari vnquam nec ſeruandum puta.*
b *Egregia ratio tali deciſione digna.*
c *Secundarum nuptiarum pęnæ patri imminent, vt matri di-
cta l generaliter C. de ſecund. nupt. §. quia vero contra binubas,
Nouell de non eligendo ſecundo nubentes ibi [Pœna commu-
nes ſunt, & viri, & mulieris.]*
Io. Oinotomi ſuper Inſtit.

Digitized by Google

Defuncto enim ſine liberis ſuccedunt ſoli pater,& mater ex-
cluſis defuncti fratribus, & ſororibus etiam vtrinque coniū-
35 ctis per text.in d. art.17.lib.1. Et licet text.ibi ſolum loquatur
de patre, & matre, tamen conſuetudine introductum,& re-
ceptum eſt, vt quamdiu extant aſcendentes collaterales, vt
frater,& ſoror, eiuſque filij,ad ſucceſſionem non admittan-
tur. Vnde ſicut pater,& mater fratres defuncti excludunt, ita
etiam auia, auus, & proauus, ſiue paternus, ſiue maternus,
fratribus vtrinque coniunctis defuncto præferuntur. Et ita
quotidie pronunciatur, vt eſt ſententia Scabin. Lipſenſium
poſt Vveichbilb. ſub Rubr. Groſſaltern ſeind naher Erbe zu-
nemmen, denn. Schvveſter oder Bruder. Vltimò notandū,
36 ſecundum Ang.in d. § præferuntur, infra de Senatuſc. Ter-
tull. quòd licet patri in bonis aduentitijs acquiratur vſufru-
ctus,leg. cum oportet, 6. C. de bon. quæ liber. tamen in om-
nibus iſtis caſibus in quibus fratres,& ſorores, & eorum filij
ſuccedunt defuncto, cum eius parentibus, numquam patri
vſusfructus eius partis,quam fratres capiunt,acquiritur, d.c.
ſi igitur defunctus deſcendentes,d. Nouell. 118. & Authent.
item hæreditas,Cod.de bon.quæ liber.

a *De ſucceſsione parentum legitimorum* a *tantum.*

Supra dictum eſt, Correlatiuorum eadem eſſe naturam
vulg.l.fin.C.de indict. vid.toll. Igitur,& hoc caſu diſtinguen-
dum eſt,inter patrem adoptantem, & patrem arrogatorem,
37 Primo caſu ſubdiſtinguitur. Aut pater adoptans eſt extra-
neus, in cuius poteſtatem non tranſit filius adoptiuus, & is
filio adoptiuo mortuo non ſuccedit, ſed pater naturalis, &
legitimus ſimul, in quo manet ius patriæ poteſtatis, & ſan-
38 guinis firmum, §. ſed hodie, 2. ſupra de adopt. Aut eſt ado-
ptatus ab auo paterno,vel materno, in cuius poteſtatem trā-
ſit,& quia,tunc effectus patriæ poteſtatis quodammodo tol-
luntur, & transferuntur in adoptantem, adeo quòd patri na-
turali non ſuccedat,neque ei acquirat, pater adoptans ei ſuc-
39 cedit ſec. Din.in tract. ſucceſſionum numer. 15 Altero caſu,
Pater arrogator regulariter filio arrogato decedenti ſine li-
beris ab inteſtato ſuccedit,§. nunc autem, 2. verſ. mortuo in-
fra de acquiſit. per arrogationem. Quod eſt verum,ſi pubes
decedat ſecus, ſi impubes, nam tunc alij cognati arrogatori
præferuntur,§ cum autem impubes,3. ſupr de adopt. Si vero
extant fratres,& ſorores vtrinque coniuncti hi cum patre ar-
rogatore etiam in capita ſuccedunt ſecūdum gl. & ibi Doct.
in d.verſ.mortuo,per d. Aut.defuncto Limitatur autem pro-
cedere, ſi arrogatus manſit in arrogatione vſque ad mortem
ſecus ſi fuit emancipatus d.verſ.mortuo, & add. Din.in dict.
tract.ſucceſſ.

b *De ſucceſsione parentum naturalium* b *tantum.*

40 Imperator in capit. in quibus 13. Nouell. 89. quibus modis
nat.effic. ſui inquit In quibus caſibus naturales filios vocaui-
mus ad ſucceſſiones,in his quoque,& ipſi decentem patribus
naturalibus deuotionem ſeruent, eademque menſura, ſicut
parentes proſpiciunt naturalibus liberis ſecundum noſtram
legem, & ipſi parentibus compenſent, ſiue in ſucceſſione, ſi-
ue in alimentis, vt ſic eadem, & par ratio pietatis ſeruetur in
eis vt dicitur in Authen.licet in fine,C.de natur. li.facit,l.nam
& ſi parentibus, 15.ff.de inoff. teſt. Diſtinguitur autem inter
41 patrem,& matrem. Primo caſu ſubdiſtinguitur. Aut enim
filius naturalis decedit teſtatus,aut inteſtatus. Cum teſtatus
moritur, tunc poteſt patre naturalem inſtituere hæredem in
totum,vel pro parte pro lubitu d. Auth.licet, in princ. iuncto
fi.Cod.de nat.liber.Quod limitatur,l.Niſi filius naturalis ha-
beat liberos naturales, & legitimos ſimul, nam tunc naturali
patri,tantum vltra vnam vnciam relinquere non poteſt cap.
42 diſcretis. 12.dict.Nouell.89.quibus mod.natu. eff.ſui.II. Niſi
mater adhuc extet. Nam tunc patri naturali omnia poteſt re-
linquere filius,excepta legitima, quæ matri relinquenda eſt,
argumento,l.ſi ſuſpecta,28 § de inoffic.ff.de inof.teſtam. &
d. Auth. licet. Aut decedit filius naturalis inteſtatus, & tunc
43 pater naturalis ſuccedit ei in duabus tātum vncijs. Quod eſt
verum quando filius naturalis, nō reliquit deſcendentes na-
turales,& legitimos vel vxorem. His enim exſtantibus pater
ei non ſuccedit ſicut,nec cōtra filius patri. In caſu tamen ne-
ceſſitatis ali debet vt ſupra in primo ordine ſucc.de ſucceſ. fi-
liorum naturalium dictum eſt. Perſonæ enim quæ excludunt
filium naturalem à ſucceſſione patris, de quibus d. Auth. li-
cet etiam patrem impediunt quo minus filio naturali ſucce-
dat cum maior tunc ſit ratio quia filius excluditur propter
delictum parentum. Vnde fortius,& magis pater debet ex-
cludi propter proprium delictum ſec. Nicol.de Vbal. in d.tr.
44 ſucceſſ. Secundo caſu quando loquimur de mater, & alijs a-
ſcendentibus per lineam maternam qualiter filio naturali
ſuccedant quoque diſtinguitur. An filius deceſſerit teſtatus,
vel inteſtatus,Si enim teſtatus obierit ſine liberis,tunc matri
ad minus legitimam relinquere cogitur argum. d. l.ſuſpecta,
45 §. de inofficioſo. Si vero inteſtatus deceſſerit ſine liberis tunc
tres caſus diſtinguendi ſunt. Aut enim mater ſola eſt ſuper-
ſtes,& tunc ſola in omnibus ſuccedit,§.fin. infr. de Senatuſc.
Tertull l.hac parte, 2.l.ſi ſpurius 4.ff. vnde cogn. Aut ſupereſt
cum matre etiam pater naturalis, & tunc pater ſuccedit in
duabus vncijs mater vero in decem vncijs. Aut extant cum
patre,& matre,etiam fratres,ex eodem concubitu nati,& pa
ter ſuccedit in duabus vncis, mater autem cum fratribus de-
functi in reliquis decem vncijs in capita ſec. Salic. in Auth.
defuncto in fi. C. ad Senatuſc. Tertull.

De ſucceſsione parentum vulgò quæſitorum.

Sicut in præcedenti, ita & hoc caſu diſtinguitur inter aſcē-
49 dentes ex linea paterna,& aſcēdentes,ex linea materna. Pri-
mo caſu quemadmodum filij ſpurij,vel vulgò quæſiti, patri
ſuccedere non poſſunt, cum pater ſit incertus ita è contrario
pater, & alij aſcendentes,per eadem lineam,ab hæreditate fi-
liorum vulgò quæſitorum excluduntur, vt not.in d.l. ſpurius.
47 Secundo mater in diſtincte filio ſpurio ſuccedit, non aliter
ac ſi ex legitimo matrimonio eum procreaſſet,d. § fin.infr.de
Senatuſc. Tertul.& d. §. vulgò quæſitos 4.infr. de ſucceſſione
cognatorum,& d.l.ſi ſpurius. Mater enim licet publicū ſcor-
tū ſit tamen ſemper eſt certa l.quia ſemper, 5 ff.de ius voc. Et
ampliate,quod mater meretrix vulgo quæſitis ſuccedit etiāſi
mater ſit illuſtris vt eſt communis ſententia Doctorum in d.
§ fi.infr.de Senatuſcon. Tertull.licet gl.ibi ſuper verb. vulgò
48 quæſitus,contrarium teneat ſed male. Vnde à Doctoribus
communiter repræhenditur,cum vulgo quæſiti matri illuſtri
ſuccedant quando non extant naturales, & legitimi ſimul l.
ſi qua illuſtris, 5. C. ad Senatuſc. Orfic. ergo, & mater illuſtris
vulgò quæſitis ſuccedet, nec filij legitimi, & naturales ipſius
matris illuſtris matrem hoc caſu, excludere aut ei præferri
poſſunt, cum, quo ad ſpurios ſint fratres vterini, & ſic ex vno
latere coniuncti tantum per d. Auth.defuncto. De quo vide
Mathes. in d.tract. ſucceſſ in 2. memb. 2. art. prin. nu.4. & 5. &
Ang.in d. §. præferuntur inf.de Senatuſc. Tertull.

De ſucceſsione parentum inceſtuoſorum.

49 Hoc caſu nō diſtinguitur inter patrem, & matrem, ſed in
diſtinctè natis ex damnato coitu, reprobato ad aliqua lege ci-
uili imponente, pœnam aliquam temporalem parentes tam
c ex linea paterna, quam materna, non ſuccedunt, ſicut c nec e-
contra, cum nec parētes, nec liberi nominandi ſint vt ſupr. dic
50 eſt per Auth. Ex complexu, C.de inceſt.nup & cap.fi. Nouel.
quibus modis naturales eff.ſui Et ideo prohibita eſt ſucceſſio
inter tales aſcendentes,& deſcendentes, vt ſi quis eorum te-
neret bona alterius,etiam per 30. ann. non poſſit ea præſcri-
d bere, d ſec. Bald. in l.id quod pauperibus 24 in pen. col. Cod.de
Epiſc.& Cler. Et inquit Bald.in leg. 1. C.de ſec.nup.& in l.cer-
51 tum 5. C. vnde legitimi, & vnde cognati, quod conſanguinei,
ad quos alias bona iſta pertinent, debeant eſſe cauti. Si enim
non vindicarent ab huiuſmodi natis ex damnato coitu bona
data ab aſcendent. & ſtarent per duos annos, tunc fiſcus po-
teſt exigere, & ab eis omnia auferre tamquam ab indignis vt
refert. Matth. in d. 2. memb. 2. art. princ. num. 2. & 3. Limitatur
autem quod tales filij, in caſu neceſſitatis parentes alere te-
nentur ſicut, & huiuſmodi filijs de æquitate Canonica à pa-
rentibus ſunt alendi, vt ſupra dictum ſunt per d.c. cum habe-
ret ex de eo qui dux quam poll.

A D D I T I O N E S.

a *Vide Matheſilanum tract. de ſucceſſ. ab inteſt. art. 2. membr. 3.*
b *Vide Matheſilanum tract. de ſucceſs. ab inteſt. art. 2. memb. 2.*
c *Nec enim meliores ſunt conditionis parentes quam liberi hoc caſu, Cæterum liberi in hac ſpecie parentibus ſuis non ſuccedunt: nec parentes itaque liberi Azor in ſumma, C. de legitim. hæred. Bart. in leg. 1. ff. de his quibus, vt indig. & in l. ſi quos ſub conditione, ff. de teſtam. tut. & in l. 1. ff. de bon. poſſeſs. contr. tab. Bald. in Auth. licet, C. de nat. lib.*
d *Si, aduerſus fiſcum præſcribuntur bona poſſeſſa, cur non contra alios præſertim temporibus legitimis præſcriptionum.*

D E

DE TERTIO ORDINE SVCCEDENDI
collateralibus ſcilicet.

1 Non relictis deſcendentibus neque aſcendentibus, collaterales ad ſucceſſionem vocantur.
2 Fratrum ſpiritualium nulla inuicem ſucceſſio.
3 Non exſtantibus deſcendentibus, & aſcendentibus, fratres, & ſorores vtrinque coniuncti excluſis alijs collateralibus, in capita ſuccedunt.
4 In bonis allodialibus ſcilicet, non feudalibus.
5 Siue fratres ſint legitime nati ſiue per ſubſequens matrimonium legitimati.
6 Nec diſtinguitur inter bona, tam in bonis maternis, quam paternis, & aliunde quaſitis.
7 Si ſoror moriatur, ſoror ſuperſtes præfertur fratri in vtenſili.
8 Frater, & ſorores vtrinque coniuncti fratris defuncto excluſis fratribus, & ſororibus ex vno latere ſuccedunt.
9 Idem de iure Saxonico diſponitur.
10 In feudis frater ex vno latere, paterno ſcilicet coniunctus, non excluditur.
11 Filij prædefuncti fratri, vel ſororis vtrinq. coniuncti ſuccedunt cum fratribus, & ſororibus defuncto vtrinque coniunctis in ſtirpes.
12 Repræſentatio in deſcendentibus in infinitum locum habet, in collateralibus vltra fratrum filios non extenditur in aſcendentibus prorſus locum non habet, & n.13.
14 Repræſentatio de iure Saxonico tantum in deſcendentibus non in collateralibus admittitur.
15 In feudis de iure Saxonico prædefuncti fratris filij cum patruo ſuccedunt ſi ipſorum pater cum fratre defuncto, ſimultaneæ fuit inueſtitus.
16 De iure communi filij fratris vtrinque coniuncti excludunt fratres ex vno latere defuncto fratri coniunctos tantum.
17 De iure Saxonico æqualiter ſuccedunt, in capita ſcilicet.
18 Filius fratre vtrinque coniuncto excludit, patruum.
19 De iure Saxonico ſecundum Curiales pariter admittuntur ſecundum Lipſenſes patruo filij fratris præferuntur.
20 De iure communi, non extantibus fratribus vtrinque coniunctis nec eorum filijs vocantur ad ſucceſſionem fratres ex vno, eodemque latere defuncto coniuncti.
21 Si fratres conſanguinei, & fratres vterini relicti ſunt, conſanguinei in bonis paternis, vterini maternis præferuntur, in alijs bonis pariter admittuntur.
22 Relictis, nepotibus ex vno latere coniunctis tantum, & eorum patruo, ſine diſtinctione bonorum pariter defuncto ſuccedũt.
23 Frater conſanguineus, & vterinus in bonis quaſitis a linea collaterali ſine diſtinctione pariter ſuccedunt.
24 Filij fratris ex vno latere cum fratribus, ex vno latere defuncto coniunctis in ſtirpes ſuccedunt.
25 De iure Saxonico filij fratris ex vno latere coniuncti excluduntur.
26 Fratres ex vno latere eiuſq; filij excludunt, patruũ, & amitã.
27 De iure Saxonico ſecundum Curiales, quando patruus, & defuncti pater fuerunt fratres vtrinque coniuncti pariter admittuntur ſecundum Lipſenſes patruus excluditur, & n.28.
29 Plurium fratrum vel ſororum filij ſoli diuerſi numeri ſuccedunt defuncto patruo in capita.
30 Filij ſororum æque ſuccedunt patruo, ſicut filij fratrum, etiam de iure Saxonico.
31 Poſt fratres fratrumque filios vocantur ad ſucceſſionem collaterales in gradu proximiores, & pares, in gradu pariter admittuntur in capita.
32 Nec diſtinguitur ſiue ſint maſculi, ſiue fœmina, ſiue agnati, ſiue cognati.
33 Siue ſint collaterales, ſiue inferiores.
34 Siue ſint vtrinq. ſiue ex vno latere tantum coniuncti.
35 De iure Saxonico contrarium pronunciatur.
36 Legitimati per ſubſequens matrimonium pariter admittũtur cum legitimè natis.
37 Legitimati per reſcriptum principis aut oblationem curiæ ſoli patri, non alijs cognatis ſuccedunt.
38 De iure ciuili ſucceſſio collateralium abſque vlla differentia extenditur vſque ad 20 gradum.
39 De iure Sax. etiam hoc caſu nulla videtur eſſe differentia.
40 Heres, agens petitione hæreditatis, probare debet ſe defuncto intra 10. gradum coniunctum.
41 Filius adoptiuus agnatis, & cognatis patris adoptiui non ſuccedit nec contra.
42 Fratres naturales tantum, & alij collaterales per lineam paternam coniuncti, ſibi inuicem ab inteſtato non ſuccedunt.
43 Ex teſtamento vero inuicem ſuccedere poſſunt.
44 Vulgo quaſiti inuicem ſuccedunt.
45 Etiamſi mater fuerit illuſtris.
46 Et in his etiam terris ſecundum, ius commune pronunciatur.
47 Inceſtuoſi, nefarij, & adulterini ſibi inuicem non ſuccedunt.

1 TErtius gradus legitimæ ſucceſſionis, quæ ſcilicet, a lege ab inteſtato defertur eſt collateralium quando ſcilicet quis moritur non relictis, neq. deſcendentibus, neque aſcendentibus nunc ceſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, & eius quę ſola eſt aſcendentis, tertio loco collaterales a lege ad ſucceſſionem defuncti ab inteſtato, ſecundum gradus prærogatiuam vocantur, cap. ſi igitur defunctus neque 3. Nouell. 118.
2 de hæred. ab inteſt. ven. & auth. ceſſante. C. de leg. hæred. Et
a omiſſis fratribus ſpiritualibus *a* quorum nulla eſt inuicem ſucceſſio principio, de ſucceſſ. fratrum naturalium, & legitimorum ſimul dicemus, de quibus ſequentes concluſiones ſunt notandæ.
3 Prima conclusio. Non extantibus, & deſcendentibus, & aſcendentibus, ſed ſolis collateralibus primo loco vocantur ad ſucceſſionem defuncti ipſius fratres, & ſorores, vtrinque coniuncti, ideſt, ex eodem, patre, & eadem matre nati in capita, & excluſis omnibus alijs collateralibus exceptis fratrum filijs, d. c. ſi igitur defunctus neque, d. Nouell. 118. & d. Auth. ceſſante. Sunt enim fratres defuncto inter collaterales in proximiori grado, & duplex vinculum, agnationis ſcilicet a patre, & cognationis a matre prætendunt. Ampliatur igitur hæc
4 concluſio. I. Vt non diſtinguatur inter fratres, & ſorores in hac enim ſucceſſione ſublata eſt differentia ſexus, d. Authent. ceſſante, in fine. Quod eſt verum in ſucceſſione bonorum allodialium, nō autem feudalium, quia fęminę regulariter ſunt
b incapaces *b* feudi, §. hoc autem, qui feu. dat. poſſunt in vſibus feud. Vnde licet appellatione fratris contineatur quoque ſoror l. tres fratres, 34. ff. de pact. tamen hoc eſt verum in caſibus vbi non conſideratur ſola agnatio, vt in feudi. Item niſi præceſſiſſet alicuius maſculi ſingularis expreſſio, nam tunc ſecundum ſubiectam materiã appellatione fratris, ſoror non comprehenditur vt notatur in d. l. tres fratres. II. Ampliatur
5 vt non diſtinguatur, an fratres ſint legitime ſcilicet conſtante matrimonio, nati, an per ſubſequens matrimonium legitimati. Quod enim legitimatus per hunc modum ſuccedat etiam agnatis, & cognatis ſicut legitimė natus decidit Bart. per tex. ibi, in capitulo ad hoc, Nouell. 117. vt licet matri, & auiæ cum text. ibi inquit, aliter legitimatum frui omni iure quod leges concedunt filijs legitimis, & naturalibus ſimul
6 III. Ampliatur, vt non diſtinguatur in bona: tam enim in bonis paternis, quam maternis, & aliunde quæſitis æqualiter ſuccedunt cum par ſit eorum conditio, & æquale ius Auth. itaque C. communia, de ſucceſſ. l. de emancipatis 13. in fin. C. de leg. hęred. Et cum hac concluſionem concordat in Sax. ar. 20. lib 8. vbi dicitur [Fratres, & ſorores ſuccedunt defunctæ ſorori ſeu fratri vtrinq. coniuncto.] Si tamen ſoror moria-
7 tur tunc de iure Sax. ſoror ſuperſtes prefertur fratri in bonis vtenſilibus, [Inder gerade.] art. 27. lib. 1.
8 Secunda concluſio, Fratres, & ſorores vtrinque *c* coniun-
c cti defuncto fratri ſoli ſuccedunt excluſis fratribus, & ſororibus coniunctis ex vno latere tantum, d. Authen. Ceſſante, & d. Authen. itaque, & tot Nou. 84. de conſanguineis, & vterini fratribus. Nec obſtat, quòd fratres ex vno latere ſunt coniuncti defuncto quoque in ſecundo, & ſic in pari gradu, quia vtrinq. coniuncti nituntur non ſolum pari gradu, ſed etiam duplici iure, ſeu vinculo coniunctionis, agnationis ſcilicet per patrem, & cognationis per matrem, cum alter habeat ſolum ius agnationis, quando eſt frater cõſanguineus tantũ; vel ius cognationis, quando eſt vterinus frater tantũ. Sed duo vincula fortius ligant quam vnum, & duæ rationes vincunt vnã, d. capit. igitur defunctus neq. 3. iunct. glo. in verb. natos, d. Nouell. 118. & c. quia igitur, 1 §. vult autem hæc lex. iunct. gl. in verb. meliores, in fi. d. Nouel. de conſang. & vterin. fratribus.
Idem

ADDITIONES.

a *Spirituales fratres inter ſe ſuccedendi ius non habent Doct. in c. tranſmiſſa ext. qui filij ſint legitimi, vt inter quos non ſit conſanguinitas ſed communio tantum quædam ſancta, c. inter 30. q. 3. An in ſubſidium alendi? Id inter parentes, & liberos quidem ſtatuunt Bald. Aut quidam, rogati C. ad* S.C. Trebel.
b *Feudorum in capaces femina: qua de re vide* Curtium *tract. de feudis, 2. n. 1. & ſeq. paſſim.*
c *Vide Craſſum lib. Sent. §. ſucceſſio ab inteſtato, q. 61.* Io. Oinotomi ſuper Inſtit.

Digitized by Google

Idem diſponitur de iure Saxon. in artic. 10. lib. 2. vbi dicitur
9 (Fratres,& ſorores,vtrinque coniuncti fratris,& ſororis reli-
ctam hæreditatem accipiunt excluſis fratribus, & ſororibus,
ex vno tantum latere,ſiue paterno,ſiue materno conexis)Et
ius Saxon.mouetur etiam alia ratione, ſcilicet quod frater ex
vno latere non eſt conſtitutus cum fratre vtrinq. coniuncto
in pari gradu ſed tranſit in gradũ remotiorem. [Nam frater
ex vno tantũ latere coniunctus cõſtituitur,vno gradu remo-
a tior.] *a* Itaque defuncto fratri cenſetur eſſe in tertio gradu,
& ſic excluditur per fratrem vtrinq. coniunctum,qui defun-
cto eſt in ſecundo gradu vt eſt tex.iunct.gl,in d.ar.20 & tex.
in ar.3.lib.1.& ita pronunciatur prout eſt ſententia poſt *Vvei
chbild*. ſup.tit. *vvie Bruder non voller Geburt, und Bruder nõ
halber Geburt Erbe nemmen*. Hoc eſt, Quomodo fratres ex
vno tantum latere coniuncti ſuccedant. Hinc tamen conclu-
ſionem notabiliter limitare, non procedere in bonis feudali-
b bus,*b* vbi frater ex vno latere,paterno ſcilicet coniunctis tan-
10 tum,ſuccedit cum altero fratre, qui defuncto vtrinque con-
iunctus fuit licet ſint nati ex diuerſis matribus quia in feudis
ſolum attenditur vinculum,& ius agnationis non cognatio-
nis,in prin.cum ibi not.de ſuccel.feud.Sed frater ex patre pa-
tris tantum quoq. dicitur agnatus lege finali §. cognationis
origo 6.ff.de grad.affi. Ergo,&c. De quo vide Bal.in l.1. C de
legit. hæred. & Aluar. in §. his vero de ſucceſs. frat. in vſibus
feudo,& Cur.in tract.feu.in 3.p.n.56.

Tertia concluſio licet de lege, 12. tab. & iure veteri etiam
huius libri inſtit. filius fratris præmortui excludebatur a ſuc-
ceſſione defuncti,per ipſius fratrem,propter regulam. Quod
proximior in gradu remotiorem excludat, vt eſt tex. expreſ-
11 ſus,in §.ſi expreſſus in §.ſi plures,5.infra de leg. agn. ſucceſs.
c hodie tamen de iure auth.filij *c* prædefuncti fratris vtrinque
coniuncti ſuccedunt cum fratribus, & ſororibus, defuncto
vtrinq. coniunctis in ſtirpes,id eſt, eam filijs fratris præmor-
tui quotcumque fuerint accipiunt partem, quam parens eo-
rum,ſi viueret accepiſſet. Authen.ceſſante. C. de leg. hæred.
& d.cap.ſi igitur defunctus neque d. Nouell. de hæred.ab in-
teſt.ven. Et hoc propter ius repræſentationis, cum filius hoc
caſu repræſentet perſonam ſui patris præmortui, & intret in
locum ſeu gradum ipſius, ita vt defuncto eſſe fingatur in ſe-
cundo grado,ſicut eius fratres d. c. ſi igitur defunctus neque.
Et ampliatur hæc concluſio, vt non diſtinguatur, an ſint filij
fratris,vel ſororis præmortuæ, d c.ſi igitur defunctus neque.
Limitatur autem vt procedat in filij fratris, vel ſororis vtrin-
12 que coniunctis d. Auth.ceſſante verſ. dico. Deinde limitatur
vt licet repræſentatio in deſcendentibus in infinitum locum
habeat(ſicut ſupra circa ſucceſſionem liberorum naturalium
& legitimorum ſimul,in 2.concl. dictum eſt) tamen in colla-
teralibus vltra fratrum filios non extenditur, d.capit.ſi igitur
defunctus neque. Et ratio diuerſitati,ſecundum Cin.in tract.
ſucceſs. in fin. princ. eſt, quod deſcendentes, licet ſint remoti,
traxerunt tamen ſanguinem,ſeu originem ab aſcendente, de
cuius ſucceſſione agitur Igitur nõ debent eius hereditate pri-
uari cum ſint ſui quoque hæredes,& a iure naturæ ad ſucceſ.
parentum vocentur,l.cum ratio,7.ff.de bon.damn. Aliud eſt
in collateralibus, quibus non ſic debetur hereditas,vt deſcen-
13 dẽtibus,& neuter ab altero traxit ſuum ſanguinem. Vnde vt
d *d* melius intelligatur ius repræſentationis quando procedat,
diſtinguite tres caſus. Aut enim loquimur de deſcendenti-
bus, & tunc repræſentatio valet in infinitum,vt ſupra de ſuc-
ceſs. lib. natur. & legit. ſimul in 2.concl.pluribus explicatum
eſt: Aut loquimur de aſcendentibus, & tunc repræſentatio
prorſus non habet locum vt ſupra de ſucceſs. parent.natural.
& legit.ſimul in 2.concl dictum eſt aut loquimur de collate-
ralibus, & tunc de iure communi repræſentatio in filijs fra-
trum,& ſororum tantum procedit,ad vlteriores vero nõ ex-
tenditur,d.cap. ſi igitur defunctus, neque vbi dicitur (Huiuſ-
modi vero priuilegium in hoc ordine ſucceſſionis, ſolis præ-
bemus maſculorum,& fœminarum filij,& filiabus, vt in ſuo-
rum parentum iure ſuccedant,nulli alij omnino perſonæ, ex
hoc ordine venienti hoc ius largimus,) & fac. auth poſt fra-
14 tres fratrumque, C. de leg. hæred De iure verò Sax. repræ-
ſentatio tantum in deſcendentibus locum habet arti.5. lib.1,
in collateralibus vero non admittitur. Vnde de conſuetudi-
ne iuris Saxon.contra hanc tertiam concl.fratris præmortui
filij excluduntur a ſucceſſione defuncti, per ipſius defuncti
e fratrem,aut ſororem, per reg. art.3. lib.1.*e* [Quanto propin-
quior cognatus,tanto proximior, hæres. Et per art.17.lib.1.
ibi. Quando quis decedit nullis relictis fratribus ſeu ſorori-
bus tunc illi omnes collaterales proximiori gradu exiſtentes
pariter ſuccedunt, &c.] Ergo extantibus adhuc fratribus, &
ſororibus cæteri collaterales excluduntur,&c. Et licet Dom.
Henning. Gog.in 6.vol.in conſil 9.mihi fol.198. contrarium
conſuluerit, videlicet, etiam repræſentationem de iure Sax.
in fratrum filijs locum habere tamen in his terris prior ſen-
tentia in practica,& pronunciando obſeruatur,vt eſt ſenten-
tia poſt Vveichbild ſub tit. [Bruder oder Schvveſter, vnd.
Bruder oder Schvveſter Kinder, vvie die Erbe nemen,] hoc
eſt. Quomodo fratres,& ſorores,& horum liberi ſuccedant
Et notandum quod licet Imp. Carol. V. ann. 21. in conuen-
tu Norimberg. fecerit conſtitutionem, vt non obſtante aliqua
conſuetudine loci filij fratris prædefuncti debeant admitti
ad ſucceſſionem patrui, cum defuncti fratribus in ſtirpem:
tamen Elector, & Duces Sax. contra hanc conſtitutionem
ſunt proteſtati, nec eam receperunt, neque ſecundum eam
in terris Ducum Saxon. pronunciatur, ſed ſeruatur diſpoſitio
iuris Saxon. cum ſit ius ſcriptum, & quaſi ſingulare priuile-
f gium huius prouinciæ. *f* Aiunt tamen hanc conſtitutionem
a quibuſdam alijs principibus qui iure Saxon. vtuntur, vt ab
Archiepiſc. Magd. Cardinali Alberto, fuiſſe receptam: ideo
15 ibi ſecundum eam contra ius Saxon.hoc caſu pronunciatur.
Vltimò circa hanc concl notandum,quòd ea, quę de iure Sa-
xon. dicta ſunt, procedunt in bonis allodialibus, vt frater ex-
cludat fratris filios,non autem feudalibus. Nam quando plu-
res fratres ſimultanee de aliquo feudo ſunt inueſtiti, & vnus
præmoritur, relictis tribus, vel pluribus filijs, & poſtea dece-
dit alter frater, ſine filio maſculo relicto fratre,& præmortui
fratris filijs, tunc frater ſuperſtes non excludit prædefuncti
fratris filios, ſed hi etiam de iure Saxon. ſuccedunt in feudo
ipſi defuncto,cum eius frater in ſtirpem,iure repræſentatio-
nis, quod in ſucceſſione feudi expreſsè a iure Saxo. hoc caſu
filijs fratrum tribuitur, vt text. in Lehenrecht, cap. 32. & ita
quoque ſeruatur, & pronunciatur.
16 Quarta concluſio: ſicut frater vtrinque coniunctus, ita &
filij fratris vtrinq coniuncti excludunt fratres ex vno late-
re defuncto fratri coniunctus tantum, dict. Auth. Ceſſante.
Nec obſtat, quod de iure communi frater ex vno latere ſit
defuncto in ſecundo gradu, filius vero fratris vtrinque con-
iuncti ſit defuncto in tertio gradu conſanguinitatis iunctus:
quia hoc fit propter ius repræſentationis, cum filius fratris
hoc caſu repræſentet perſonam ſui patris, & de iure fingatur
eſſe in ſecundo grado,ſicut ipſius pater,qui erat frater defun
cti. Et ſicut eius parens,ſi viueret,propter doplex vinculum
agnationis,ſcilicet,& cognationis,excluderet fratrem ex vno
latere tantum, vt ſupra in ſecunda concluſione dictum fuit;
ita quoque filij fratris vtrinq. coniuncti,qui in locum ſui pa-
17 tris tranſeunt dicto capitulo ſi igitur defunctus neque,& di-
g cta Authen.ceſſante. De iure *g* vero Saxonico contrarium
hoc caſu ſtatuitur, videlicet, quod frater ex vno latere con-
iunctus tantum,ſiue paterno,ſiue materno,pariter,& æqua-
liter ſuccedit cum filijs fratris vtrinque coniuncti, nec per
eos excluditur: quia de iure Saxonico repræſentatio in col-
lateralibus locum non habet, vt in præcedente concluſione
dictum, eſt ſed ſolum conſideratur proximitas graduum, &
pares in grado pariter admittuntur. Atqui ſecundum com-
putationem iuris Saxonici frater ex vno latere, eſt defuncto
in tertio gradu, quia tranſit in gradum remotiorem, quam
frater vtrinque coniunctus, vt ſup. in 2. concluſ. dictum eſt:
& filij fratris vtrinque coniuncti, defuncto patruo quoque
ſunt in tertio gradu. Ideo pariter, & æqualiter ad ſucceſſio-
nem defuncti admittuntur, text. eſt in articulo 20. libro 2.
vbi

ADDITIONES.

a *Et hoc in infinitum procedit iure Saxon. iure commum plura-
litas vel vnitas vinculorum vltra fratrum filios non attendi-
tur Caſt.& Doct.in Auth. poſt fratres. Cod. de leg. hered. &
Auth.itaque,C.comm.de ſucceſs.late Euerhar.conſil.44. caſus
per totum.*
b *Conſt. 29. par. 3. etiam in matrimonialibus non attenditur,
vtrum quis, ex vtroq. an altero latere coniunctus eadem enim
ſemper fit computatio.*
c *Filij fratris vtroq. latere coniuncti fratres defuncti vno tantũ
tum latere coniunctos excludunt, & multo fortius filio fratrũ
ex vno tantum latere,§.reliquum, Nouell.de hered.ab inteſt.*
d *De repræſentatione iuris vide Craſſum lib.Sent.§. ſucceſſio ab
inteſtato, q.2. & 21. in fin.*
e *Adde differ. iuris Saxon.25. & conſt.18. in fi.p.3.*
f *Confirmatum, nuper. d.conſt.18.p.3.*
g *An conſuetudo poſſit aliquid contra ius, commune ſuccedendi
inducere vide Mynſing.2. Reſponſ.13.paſſim.*

vbi dictur. [Filij fratrum vtrinq. coniunctorum, cum fratre
a ex vno parente cognato pariter ſuccedũt, *a* &c. Et quia hoc
caſu non attenditur de iure Saxon. repræſentatio diligenter
notandum eos tunc non ſuccedere in ſtirpes, ſed in capita.
Ideo ſi defunctus decedat,& relinquat fratrem ex vno latere
tantum,& pręmortui fratris vtrinq coniuncti quatuor filios
tunc iſti filij fratris non ſuccedunt cum fratre ex vno latere
in ſtirpem, ita vt hæreditas diuidatur in duas partes,& vnam
accipiat frater ex vno latere,alteram vero partem capiant fi-
lij præmortui fratris vtrinq. coniuncti: ſed ſuccedunt in ca-
pita,ita vt hęreditas pro numero perſonarum diuiditur in
quinq. partes ſunt enim in pari gradu, & ratione gradus ad
ſucceſſionem pariter vocantur. Et ita pronunciatur vt eſt ſen-
tentia Scabinorum Lipſenſ.poſt [Vveichbild.ſub tit. Vvie hal-
ber Bruder, vnd. voller Broder oder Schvveſter Kinder Erbe
nemen.] Hoc eſt, Quomodo fratrum ſororumve ex vno, vel
vtroque latere coniunctorum liberi ſuccedant.
18 Quinta conclusio. Quando defunctus relinquit filium ex
fratre vtrinque coniuncto, & patruum, ideſt fratrem ſui pa-
tris,vel ſimiles perſonas,vt amitam,ideſt ſororem patris,aut
auunculum,ideſt,fratrem matris:aut materteram,ideſt ſoro-
rem matris, tunc filius fratris excludit a ſucceſſione defun-
cti patruum,licet enim vterq. defuncto ſit in tertio,& ſic pa-
ri gradu coniunctus, tamen præmortui fratris filius excludit,
patruum propter ius repræſentationis,quo fingitur eſſe defun.
cto in ſecundo gradu ſicut frater defuncti. Et quemadmodũ
frater excludit patruum, ita quoque filius fratris. Auth. poſt
fratres autem in prin. verſ.hi autem iuncta gloſ.in verb ſimi-
lib. C.de leg. hæred. De iure vero Sax. hoc non videtur pro-
19 cedere cum ius repræſentationis in collateralibus de iure
Sax. non habeat locum vnde cum filius ex fratre, & patruus
ſint in pari gradu, videlicet tertio,pariter quoque ad hæredi-
tatem vocantur prout domini Iudices ſupremæ Curiæ pro-
nunciare ſolent, quamuis Scabili Lipſenſes diuerſum pronũ-
b cient, ac patruo filios *b* præferant, de quo vide 25. diff. int. ius
Sax.& ius ciu.

DE SVCCESSIONE FRATRVM EX VNO
c latere *c* tantum.

20 Sexta conclusio,de iure communi,non extantibus fratrib.
vtrinque coniunctis, neque fratrum vtrinq. coniunctorum
filijs vocantur ad ſucceſſionem defuncti fratres ex vno late-
re coniuncti tantum,qui æqualiter ſuccedunt defuncto quã-
do omnes ex vno eodemq. latere ſunt coniuncti, quia om-
nes ex vno patre, & diuerſis matribus qui dicuntur conſan-
guinei,& omnes ex vna matre,& diuerſis patribus,qui dicũ-
tur vterini fratres, in hoc caſu æqualiter admittuntur vnde-
cunq. bona prouenerint, c. quia igitur 1. §. vult autem hæc
iunct. gl.in verb.mulieres.Nou.84.de conſang.& vterin fr.&
d. c.ſi igitur defunctus neq. verſ. his autem non exiſtentibus
Nouell.18.de hæred.ab inteſt. & in auth. poſt fratres autem.
Et pro pleniori intellectu diſtinguendi ſunt tres caſus prin-
cipales,poſt gl.in d §. vult autem in verb. meliores, & gloſ.in
d.Auth.poſt fratres. Aut defunctus reliquit fratrem vtrinque
coniunctum,& fratrem conſanguineum tantum,& fratrem
vterinum tantum. Et ſecunda regula conſtat vtrinque con-
iunctum præferri cęteris ex vno latere coniunctis tantũ. Aut
reliquit plures fratres conſanguineos tantum, vel plures vte-
rinos tantũ,& hi omnes,quia ſunt in pari gradu, & idem ius,
vel agnationis, vel cognationis prætendunt pariter, ſucce-
21 dunt d. c. ſi igitur defunctus neq. verſ. his non exiſtentibus.
d Aut relinquit fratres conſanguineos *d* tantum, & ſimul fra-
tres vterinos tantum, & tunc in bonis paternis præferuntur
fratres conſanguinei tantum propter ius agnationis: in bonis
vero maternis præferuntur fratres vterini tantum, propter
ius cognationis: in alijs autem bonis aliunde quæſitis omnes
pariter,& ſimul admittuntur,nec conſanguineus excludit vte.
rinum,nec contra,vt notat in gl.in d.auth.poſt fratres autem
& in Authen. itaq. C. communia de ſucceſ. & probatur per
text. in l.de emancipatis,13.§ 2. verſ. exceptis,[C. de l.hæred.
22 Limitantur autem prędicta procedere.I. In fratribus,& filijs
fratrum tantum,vt inter bona paterna,& materna ita diſtin-
guatur non autem in vlterioribus cõſanguineis. Vnde ſi quis
decederet relictis nepotibus ex vno latere coniunctis tãtum,
vel relicto patruo,ideſt,fratre patris,vel auunculo, ideſt, fra-
tre matris hoc caſu non facta aliqua diſtinctione bonorum,
pariter defuncto ſuccedunt, nec patruus præfertur in bonis
paternis,nec auunculus in bonis maternis. De quo vide Pau.
23 de Caſt. in d. auth. poſt fratres autem. II. Limitatur proce-
dere in bonis quæſitis a linea paterna,& materna aſcenden-
te non collaterali. Ideo ſi defunctus habuiſſet bona a patruo,
tunc frater conſanguineus in iſtis bonis non præfertur fratri
vterino, nec contra. De quo vide plenius Matheſ. in d.tract.
ſucceſ.in 3.att.prin. num.18 & 21. & Cin. in tract. ſucceſ.
§.nunc in tertia, n.8.
24 Septima concluſio. Quemadmodum filij fratris vtrinque
coniuncti,cum fratre defuncti in ſtirpes ſuccedunt, vt ſup. in
3.concl. dictum fuit, ita quoq. filij fratris,ex vno latere cum
fratribus defuncto coniunctis in ſtirpes ſuccedunt, d. Auth.
25 poſt fratres autem. De iure vero Sax. frater ex vno latere,
excludit filio fratris ex vno latere coniuncti tantum, cum
ius repræſentationis de iure Sax. locum non habeat vt ſup. in
3.concl.dictum eſt.
26 Octaua concluſio. Fratre ex vno latere eiuſq. filij quoque
excludunt a ſucceſſione defuncti patruum, & ſimiles perſo-
nas, vt amitam, ideſt ſororem patris, auunculum, & mater-
tera,text.eſt in d.auth. poſt fratres autem, De iure vero Sax.
hoc caſu duæ videntur eſſe differentiæ. Prima, cum frater ex
27 vno latere,ſit defuncto coniũctus in tertio gradu,& patruus
defuncti etiam ſit in tertio gradu pronunciant Iudices ſupre-
mæ curiæ Ducum Saxoniæ eo pariter ſuccedere, & mouen-
tur paritate graduum quod pares ſcilicet in gradu, pariter ad
ſucceſſione admittuntur,per text.in artic.3.lib.1.[Omnes in
pari gradu exiſtentes æqualiter ſuccedunt, &c.] Scabini ve-
ro Lipſenſes contrarium pronunciant, videlicet fratrem ex
vno latere excludere a ſucceſſione defuncti patruum. Et pro
ipſorum ſententia, eſt gl. poſt Vveichbild. ar. 62. Et mouen-
tur ratione,ſanguinis,quod ſ. frater,ex vno latere ratione ſan-
e guinis ſit proximior,& magis coniunctus quam patruus *e* cũ
defunctus frater, vel ſit ex vno corpore matris natus cum
frater vterino, vel ex eiuſdem patris ſanguine procreatus, ſi-
cut frater conſanguineus tantum. Nam fratres vno tantum
latere coniuncti,vel ab vna eadem. matre, & ſic ex vno cor-
pore ſunt nati, vel ex eiuſdem patris, ſanguine procreati, &
propterea ratione ſanguinis ſibi inuicem magis coniuncti,
quam defunctus eiuſq. patruus, vel amita, &c. Hic .n. non
ex eadem, matre nati, vel ex eodem patre procreati ſunt. Et
quamuis ſententia, Scab. Lipſenſ. magis æqua videatur prior
tamen die rigore iuris Sax. (quod paritate graduum tantum
conſiderat)in puncto iuris videtur verior. De quo vide duas
ſententia poſt [Vveichbild.ſup.tit. Halber Bruder nimt. Erbe
vor des Vattern Bruder, & ſententiam ſeq. ſub tit. Zvviſpalt
auff den gemelten fall in Scopdenſtull Leiptzig vnd Oben
Hoff gericht, Et ſecundum ſententiam Iudicũ ſupremę Cu-
f riæ ſemper hoc pronunciatum eſt his verbis. *f* [Si N. deceſſit,
relicta poſt ſe ſorore ex vno parente cognata parte ex vna,&
patruo ſuo vtrinq. coniuncto ex altera, tunc totam hæredi-
tatem ad prędictam ſororem,ex vno latere connexã,& præ-
fatum patruum,vtrinq. coniunctum,vt qui defuncto,ſecun-
dum ius Saxonicum, in tertio, & ſic in pari conſanguinitati
gradu fuerunt) æqualiter tranſmiſit,ſicut & in ſuprema Lip-
ſenſi Curia pronunciatum fuit, &c. Et pro limitatione hu-
28 ius ſententię notandũ,quod tunc patruus, cum fratre ex vno
latere defuncto coniunctus ſuccedit, quando patruus,& de-
g functi pater fuerunt fratres vtrinque coniuncti *g* ſecus, ſi ex
vno latere tantum fuiſſet fratres, quia tunc patruus ſecun-
dum computationem,Saxon.eſſet defuncto in quarto gradu
frater vero ex vno latere in tertio,ideo hoc caſu frater ex vno
latere excludit patruum, tamquam in gradu remotiori exi-
ſtentem. Secunda differentia iur. Saxon. circa hanc conclu-
ſionem, eſt quod, licet de iure communi filius fratris ex vno
latere excludat patruum, propter ius repræſentationis, cum
fingatur defuncto eſſe in ſecundo gradu ſicut eius pater dict.
Auth. poſt fratres autem de iure Saxon. quo (repræſenta-
tio locum non habet) filius fratris ex vno latere patruum
h non excludit, ſed alia ipſo patruo excluditur, *h* quia patruus
eſt defuncto in tertio gradu filius verò fratris ex vno latere
ſecun-

ADDITIONES.

a *Cõfirmatur d.conſt.18. vbi vtiq; germans patris excluduntur.*
b *Item fratrem vnius lateris, & hac ſententia confirmatur d. conſt.18.par.3.*
c *Et non admittantur cum aſcendentibus vide Craſſum lib. Sent.§.ſucceſſio ab inteſtato, q.24.*
d *Hac diſtinctionem ſeruatur, ſed ſine bonorũ diſtinctione æqualiter fratres vterini,& conſanguinei ſuccedunt,* conſt.14.p.7.
e *Approbatum d.conſt. 18.p.3.*
f *Reprobata forma d.conſt.18.*
g *Aliter non ſeruatur.*
h *Comprobatum, d.conſt.18. par.3.*

V. 3

Secundum computationem Sax. ex defuncto in quarto gradus ideo tanquam remotior, repellitur, per regulam. [Ie naeher dem ſip, je naeher dem Erbe] ar. 3. lib. 1. Hoc eſt [Quanto propinquior cognatus, tanto proximior hæres.

29 Nona concluſio. Plurium fratrum vel ſororum filij ſoli, diuerſi numeri, ſuccedunt defuncto patruo in capita nõ in ſtirpes, exempli gratia. Titius moritur, & non relinquit fratrem, vel ſororem, ſex ex præmortuo, fratre Caio, vnum filium, & ex fratre Sticho quinque, filios quæritur, an iſtis fratrum filijs ſuccedant patruo Titio in ſtirpes, ita quod hæreditas diuidatur in duas partes, prout iſti fratrum fili habuerunt duos patre, vel, an in capita ita vt diuiſio hæreditatis fiat in ſex partes, ſecundum numerum perſonarum? De hac quæſtione inter Doctores magna fuit controuerſia, & repetiuntur duæ opiniones de quibus gl. & Doct. in d. auth. Ceſſante, & in l. lege 12 tabular. 14. & ibi gl. fio. C. de leg hæred. & l. 1. §. fi. ſuper verb. vendicationem, ff. ſi pars hæred. pet. & in §. hoc etiam 4. ſuper verb. ſuperſtites, in fine infra de leg. agnator ſucceſs. & in §. ſi igitur defunctus neque 3. verſ. huiuſmodi ſuper ver. parentem, d. Nouell. 118. Vna Accurſij tenentis, quod in ſtirpem ſuccedant quem Bart. in l. poſt conſanguineos, 2. §. hæreditas, ff. de ſuis, & legit. & maior pars Doctorum ſequitur & pro ea aducitur text. in d. cap. ſi igitur defunctus neq. §. ſi vero neque fratres, d. Nouell. 118. vbi textus vult, quando non ſunt fratres, neque filij fratrum vlteriores tranſuerſales ſuccedere in capita. Ergo quando ſunt filij fratris ſuccedunt in ſtirpes ſac. Authent. poſt fratres fratrumque. C. de leg. hæred. & facit text in l 2. C. de ſuis, & leg. hered. vbi nepotes ex diuerſis filijs ſuccedunt, auo in ſtirpes. Alia fuit opinio Azonis concludentis filios fratrum non extantibus patruis ſuccedere defuncto in capita quæ ſententia de iur. ff. & C. eſt veriſſima per text. in d. l. poſt conſanguineos, §. hereditas, ff. de ſuis, & leg hæred. & in l. 1. in fine, ff. ſi pars hæred. pet. Vbi expreſſis, verbis iſte caſus deciditur, & in d. l. lege 12. tabular. 14. verſ. illo proculdubio, & leg. meminimus, 15. §. cum autem 4. verſ. illo etiam, C. de leg. hæredibus, & facit ext. in d. Nouell. 118 in d. § ſi igitur defunctus neque verſ. huiuſmodi. Dicitur enim ibi quod tunc hoc priuilegium eſt datum filijs fratrum, vt ſuccedant in locum ſui patris in ſtirpes, quando ſuccedunt cum patruis. Si itaque eſt priuilegium, vt cum patruis iure repræſentationis ſuccedant ius commune in alijs caſibus eſt in contrarium, & non debent priuilegium extendi ad alios caſus. Ergo non extantibus patruis, filij plurium fratrum poſſunt ſuccedere ex perſona propria, & non tranſeunt in locum patris neque iure repræſentationis, ſed proprio iure ſuccedunt. Eſtque hæc vera, & fundamentalis ratio huius ſententiæ, cum ſoli patrueles inter ſe ſuccedant, vt tunc non conſideretur ius repræſentationis ſeu perſona patris a quo deſcendunt, ſed ſolum perſonæ ſuccedentium, qui idem ius agnationis, & cognationis, & æqualitatem, ac paritatem graduum prætendunt, & ex ſua perſona, & ſuo iure ſuccedunt. Neque obſtat huic opinioni d. §. ſi vero neque fratres, & d. Auth. poſt fratres autem, quia intelliguntur procedere, quando filij fratrum concurrunt cum patruis, vt tunc in ſtirpes ſuccedant. Nec obſtat text. in d. l. 2. quia loquitur in ſucceſſione deſcendentium non collateralium. Quamobrem cum expreſſè iſte caſus ſit deciſus in iure, ff. & C. iura iuribus ſunt concordãda vt vitietur iurium correctio. l. vnica. C. de inoff. dot. & hanc opinionem Azonis ad longum defendit Ant. de Roſelis, in tract. ſucceſs. ab inteſtato numero, 3. & Zaſ. in Epitome feudal. in 8. parte. & Bald. in Authent. ceſſante vbi inquit, hanc opinionem eſſe magis amicam naturæ. Et hodie iſta controuerſia per conſtitutionem Caroli Quinti Imper. in comitijs Spirenſibus ann. 29. promulgatam, ſublata, & opinio Azonius expreſſè approbata, eaque cautum eſt, vt filij fratrum inter ſe non in ſtirpes, ſed in capita defuncto patruo ſuccedere debeant, nullo ſtatuto, nullaque conſuetudine obſtante. Quod non ſolum in bonis allodialibus, ſed etiam feudalibus locum habere atteſtatur Gal. in d. 8. p. num. 18. & habetur hæc conſtitutio, [In des Reichsabſchied zu Sper. an. 29. ſub tit. Keyſerliche Conſtitutio, vnd ſatzung, vvie Bruder oder Schvveſter Kinder ihres Vatters Bruders oder Schvveſter verlaſſene Erbſchafft. vnter ſich theylen ſollen.] Hoc eſt Cæſarea conſtitutio, & ordinatio, quomodo fratrum, & ſororum liberi patris fratris, vel etiam ſororis hæreditatem inter ſe partiri debeant. Et cum hanc conſtitutione Imperat. concordat ius Saxon. vt eſt text. lib. 1. artic. 17. vbi expreſſè habetur, ſi hæreditas ad alios, quã ad fratres, & ſorores deuoluatur, quod tunc omnes. In gradu æquales præcipiant quoque æquales portiones hæreditatis non æſtantibus, fratribus, & ſororibus. Quicumque æquè propè cognati ſunt æquas hæreditatis partes accipiunt, & ita pronunciatur, vt eſt ſententia poſt Vvchib. ſub tit. Schvveſter vnd Bruder. Ki iders indeznander gleich nahe. Hoc eſt, [ſororum, & fratrum liberi æquè prope cognati ſunt.]

30 Decima concluſ. Licet olim filij fratrum, tamquam agnati a ſucceſſione patrui excluderent filios ſororum, tamquam cognatos, vt inſ. de leg. agn. ſucceſs. hodie tamen de iure Authenticorum, quo ad ſucceſſionem ſublata eſt differentia ſexus agnationis, & cognationis. Ideo filij ſororum æque ſuccedunt patruo, ſicut filij fratrum, c nullam vero 4. d. Nou. 118. & d. Auth. poſt fratres autem in fi. C. de leg hær. Et idem ſeruatur de conſuet. iur. Sax. vt conſtat ex d. ſentent. poſt Vveichb. Schvveſter vnd. Bruder Kinder ſeind gleich nahe.

31 Vndecima concluſio. Quando defunctus non reliquit fratres, vel ſorores vtrinque, vel ex vno latere coniunctos tantum, neque fratrum, vel ſororum filios tunc quo ad reliquos conſanguineos collaterales, traditur regula generalis, & infallibilis plurimorum, & diuerſorum caſuum deciſiua, videlicet poſt fratres, fratrumque filios vocari ad ſucceſſionem reliquos collaterales, quicumque in gradu ſunt proximiores remotioribus excluſis. Ita quod infallibiliter ſemper prior in gradu ſit potior in ſucceſſione, & pares in gradu pariter admittantur in capita, ſecundum numerum perſonarum, nõ in ſtirpes, tex. eſt in d. Authen poſt fratres fratrumque, C. de leg. hær. & in cap. ſi igitur defunctus neque, 3. §. ſi vero neque fratres in d. Nouell. 118. de hæred. ab inteſt. ven. Et amplia-
32 tur hæc regula. I. Vt non diſtinguatur inter maſculos, & fœminas agnatos, & cognatos. Siue enim per maſculi, ſiue fœminæ, perſonam defuncto iungantur, ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur, ſublata illa differentia ſexus, ſola namque cognatio in tabulis ſpectantur, vt dicitur in d. Auth. poſt fratres, fratrumque, d. cap. nullam, d. Nouell. 118. Vnde ſi quis moritur relictis patruis, ideſt fratribus patris, & auunculis, ideſt fratribus matris, omnes pariter ſuccedunt in viriles par-
33 tes. II. Ampliatur vt non diſtinguatur inter collaterales ſuperiores, & inferiores. Sola namque cognatio, & proximitas gradus ſpectatur, d. Authen. poſt fratres fratrumque, & Cin. in d 3. p. tract. nu. 15. Dicuntur autem collaterales ſuperiores, qui parentibus noſtris, in linea collaterali fuerũt coniuncti, vt patruus magnus, ideſt, aui frater, & propatruus, id eſt pro aui frater. Inferiores verò collaterales dicuntur frater
33 & ſoror, & eorum filij, nepotes, & pronepotes. III. Ampliatur, vt non diſtinguatur, an ſint vtrinq. vel ex vno latere coniuncti tantum, ſola namque cognatio, & proximitas, & paritas gradus etiam hoc caſu conſideratur, d. Auth. poſt fratres fratrumq. & Cin. in d. 3. p. num. 15. Hinc deciditur illa quæſtio, quando filius moritur relictis duobus patruis, ideſt fratribus ſui patris, quorum vnus erat patri ipſius defũcti vtrinque coniunctus alter vero ex vno latere tantum, an ambo ſuccedant, an verò ex vno latere coniũctus excludatur per vtrinque coniunctum (Hanc quęſtionem ad longum examinat, &
a declarat a Ant. de Roſell. in d. tract. ſucceſs. num. 154. & concludit, pariter eos admitti per ſupradictam rationem, quod in collateralibus vltro fratres fratrumque filios ſolum conſideratur proximitas, & paritas graduum, non duplex vinculũ coniunctionis, vt ſcilicet prior in gradu, ſit potior in ſucceſſione, & pares in gradu pariter quoque ſuccedant. Sed patruus ex vno latere quoq. defuncto eſt in tertio gradu ſicut patruus vtrinq. coniunctus, ergo pariter admittuntur. Idem tradit Nicol. de Vbald. in d. tract. ſucceſſ. in 3. parte prin. ver. quarto quæro, n. 6. De iure Saxon. Idem videtur dicendum, ſecund. Apollil. ad art. 20. lib. 1. quæ vlt. illam regulam [Daſs der halbe Bruder tritt in eyn Glid vveiter, denn der volbur-
35 gite Bruder.] habere tantum locum inter fratrem vtrinque coniunctum, & fratrem ex vno latere, & non vlterius. Contrarium, vero pronunciatur & in foro Sax. obſeruatur ſicut aliquoties pronunciatum ſcio. Et ita quoq. ſentit auctor differentiarum, iur. Sax. & iur. ciu. in 26. differentia cum inquit, quod iſta prærogatiua ſucceſſionis inter fratres vtroque vel altero tantum parente coniunctos extendatur ad quoſcumque agnatos, etiam remotiores ita ſcilicet vt ſemper in computatione graduum deſcendentes ex fratre ex altero tantum latere ſint remotiores, quam deſcendentes a fratre ex vtroq. parente coniuncti.

36 Duodecima cõcluſio. Ea quę dicta ſunt de ſucceſſione fratrum naturalium, & legitimorum ſimul, qui ſcilicet coſtante matri

ADDITIO.

a *Adde Entrher. conſil. 44. cum alijs ibi allegatis.*

matrimonio nati ſunt, habent quoq; locum in fratribus natu-
ralibus legitimatis per ſubſequēs matrimonium, & in eorum
liberis: nam, & hi pariter admittuntur cum legitimè natis, per
Bar. c. ad hoc, 2. Nouel. 117. vt lic. matri, & auiæ, & ſupra in t.
conel. dictū eſt. Sunt enim vere legit. per d. c. tanta eſt vis, ext.
a qui filij ſint leg. Non autē in fratribus legitimatis per *a* reſcri-
37 ptum principis, aut oblationem Curiæ. Hi enim ſoli patri ſuc
b cedunt, *b* non alijs cognatis patris, neq; aſcendentibus, neque
deſcendentibus, neque collateralibus patris: Neque cōtra co-
gnati patris huiuſmodi legitimatis ab inteſtato ſuccedūt, ſed
ex teſtamentu vnus alteri ſuccedere poteſt, cap. filium, 4. No-
uell. 89. quibus, mod. na. effi. ſui. Decimatertia concluſio Vlti-
38 mo circa tertium hunc ordinem ſuccedendi notandū, quod
hodie de iure ciuili ſucceſſio collateralium extenditur vſque
ad decimum gradum, non vltra, §. fin. infra de ſucceſſ. cog. vbi
tex. diſtinguit inter agnatos, & cognatos, vt agnati vſq; ad de-
cimum, cognati verò vſq; ad ſextum, vel ſeptimum gradum
(ſi nati ſunt è ſobtino) ad ſucceſſionem admittantur. Sed quia
de iure Auth. differētia agnationis, & cognationis eſt ſublata
d. c. nullam, 4. Nouel. eadem, ideò communiter acceptum eſt,
omnes, ſiue agnatos, ſiue cognatos collaterales abſq; vlla dif-
ferentia, vſque ad decimum gradum ad ſucceſſionem vocari,
2. gloſ. & Doct. in d. §. fi & addite Nic. de Vbald. in d. tractat.
39 ſucceſſ. in d. 3. parte prin. nu. 12 & Mattheſil in 3. art. prin. n.
39. De iure verò Saxon. talis ſucceſſio ſeptimum gradum non
excedit, art. 3. lib. 1. ibi. [Die ſip endet ſich im ſibenden glid.]
Sed quia de iure Saxon. aliter gradus computantur, ita, quòd
filij duorum fratrum ponatur in primo gradu, vt eſt tex in d.
art. 3. verſ. [Vngez vveyte Brunder Kinder.] de iure vero ciui
li in quarto gradu numerantur, l. Iuriſc. 10. §. quarto gradu, ff.
de gradibus & affin. Nulla videtur hoc caſu eſſe differētia in-
ter ius ciuile, & Saxonicum, vt tradit Author. differentiarum,
c in 30. differentia *c* Hic obiter notandū, quod hęres agens pe-
40 titione hæreditatis, debet probare ſe defuncto intra decimū
gradum coniunctum fuiſſe. Nam poſt hunc gradum collate-
rales ad ſucceſſionem non vocantur, ſed maritus, & vxor, &
his deficiētibus fiſcus ſuccedit, vt traditur poſt alios per Myn-
ſing. d. § fin. in fin. de ſucceſſ. cognat.

De ſucceſſione Fratrum legitimorum tantum.

41 Licet filius adoptiuus patri adoptiuo, etiam extraneo ſuc-
cedat, vt ſupra dictum eſt, tamen agnatis, & cognatis patris
adoptiui non ſuccedit; nec è contrario agnati, & cognati pa-
tris adoptiui ſuccedunt ipſis adoptiuis, leg. pen. §. 1. verſ. & 10.
ſancimus, C. de adopt. Nec diſtinguitur, ſiue ſint adoptati, ſi-
d ue arrogati, niſi ſint *d* adoptati ab aſcendente, in cuius pote-
ſtatem tranſeant. Nam tunc ſucce. ſunt collateralibus agnatis
tantum, nō autem cognatis; ex illo, ſcilicet capite, quòd natu-
rali etiā coniunctione coniuncti ſunt, vt not. in d. ver. & ideò
e *e* ſancimus, & in leg. qui in adoptionem, 23. ff. de adopt. Et hoc
caſu nō eſt ſublata differentia agnationis, & cognationis. Nec
obſtat c. nullam, d. Nouel. 118. quia tollitur ibi differentia, quo-
ad coniunctos vinculo naturali, De quo plenius videte Dyn.
in d. tract. ſucceſ. & Ang. in § eos, 2. & in §. infra de ſucceſ. co-
gn. & Mattheſ. in 3 memb. 3. art. prin.

f *De ſucceſſione Fratrum naturalium f tantum, item vulgo quæſitorum.*

Hoc loco diſtinguendi ſunt duo caſus principales. Aut. n.
loquimur de fratribus, & alijs collateralibus coniunctis ex li-
nea paterna, aut de coniunctis per lineam maternam.
42 Primo caſo tenenda eſt concluſio, quod fratres naturales
tantum, & alij collaterales per lineam paternam coniuncti,
ſibi inuicem non ſuccedant. Eſtque ratio, quia nulla inter eos
agnatio, vel cognatio de iure intercedit, §. vulgo quæſitos, 4.
infra de ſucceſſ. cognat. Et ampliatur hæc regula procedere.
I. Siue vnus ſit naturalis, & legitimus ſimul, & alter naturalis
tantum, veluti, ſi pater tuus, antequam duceret vxorē matrē
tuam, ſuſcepit ex concubina filium naturalem, tu non poteris
huic fratri ſuccedere, neque ipſe tibi, per tex. in cap. filium, 4.
Nouel. 89. quibus mod. nat. effi. ſui, vbi deciditur, quod filius
naturalis, etiā legitimatus per oblationem Curiæ, ſoli tantum
patri, non autē alijs eius agnatis, vel cognatis patris ſuccedit.
Multò minus ergo is, qui nullo modo factus eſt legitimus ſuc
cedere poterit coniunctis ex linea paterna. II. Ampliatur, ſiue
vterque ſit naturalis tantum, veluti, quando ſolutus habet ex
Berta filium naturale tantum, pone Caium, & ex alia concu-
bina procreauit Mæuium, hi inuicem ab inteſtato non ſucce-
dunt, quia inter eos nō eſt cognatio, quæ contrahitur per ma-
trem, ſunt enim hi diuerſæ matres. Neque agnatio, quæ per
patrem ex legitimo tantum matrimonio contrahitur, in d. §.
vulgo quæſitos. Naturales igitur ex diuerſis matribus inuicē
non ſuccedunt, vt eſt gl. in hac parte, 2. ff. vnde cogn. Limita-
tur autem prædicta concluſio procedere, in ſucceſſione ab in
43 teſtato, ex teſtamento verò inuicem ſuccedere poſſunt quā-
do frater naturalis eſt inſtitutus a fratre hęres, arg. d. c filium,
in fin. d. Nouel. 89. quibus mod nat. effic. ſui, quia hoc non re-
peritur prohibitum, imò a fratre naturalem hęredem inſti-
tuere poſſe voluit gl. poſt text. & ibi Doct. in l. ſi is qui, 6 ff. de
vulg. & pup. ſub de quo Lud. a Sardis in tract. de nat. lib. in §.
de ſucceſ. ſpuriorum, n. 11 & 12. &c.
44 Secundo caſu principali, quando quæritur de fratribus, &
alijs collateralibus naturalibus tantum, & vulgo quæſitis, qui
ſunt coniuncti ex linea materna tātum, planum eſt ſecundū
Ang. in d. §. vulgo quæſitos, eos inuicem ſuccedere, ſiue om-
nes ſunt naturales tantum ab vno Amaſio extra matrimoniū
à concubina ſuſcepti, ſiue mater, eos ex diuerſis Amaſijs ſuſce
pit, ſiue vnus ſit naturalis tantum, alter vero per matrem ex
legitimo matrimonio procreatus. Item ſint naturales in ſpe-
cie nati, ſcilicet ex cōcubina, ſiue vulgo quæſiti. Omnes, enim
ratione cognationis ad ſucceſſionem vocantur, d. l. hac parte
2. & l. ſi ſpurius, 4. ff. vnde cogn. & d. §. vulgo quæſitos Et am-
45 pliatur, etiamſi mater ipſorum fuerit illuſtris: lex enim Dige-
ſtorum ſimpliciter, & indiſtinctè matrem, & omnes coniun-
ctos ex linea materna vocat ad ſucceſſionem, non diſtinguē-
do, an mater ſit illuſtris, vel non, in d. l. hac parte. Sed ius Co-
dicis in l. ſi qua illuſtris, 5. C. ad S. C. Orfic. correxit ius Dige-
ſtorum tantum quoad huiuſmodi filios, & matrem illuſtrem
quando ſuperſunt filij legitimi, nihil diſponendo de alijs con-
iunctis. ergo in collateralibus ius Digeſtorum manet incor-
rectum. Quod enim non mutatur, quare ſtare prohibeatur?
l. ſancimus, 27 C. de teſtam. de quo videte Matthes. 2. memb.
46 3. par. prin. num. 10. & Nic. de Vbal. in 3. p. num. 8 Et licet ius
Saxon. hac in re diſcrepet à iure communi, dum diſponit, nul-
lum legitime natum ſuccedere illegitimo, nec contra, art. 51.
lib. 1. de conſuetudine tamen in hoc caſu, ſicut in alijs multis,
ius Saxon. propter ſuam iniquitatem non obſeruatur, ſed ſe-
cundum ius commune pronunciatur, vt habetur ſententia
poſt Vveichbild. Rub. vnehe liche Kinder auff vven vnd
vvieſſe jhre Erbe ver fellen,] in princip. & addite 27. differen-
tiam iure ciu. & Sax.

De ſucceſſione Fratrum inceſtuoſorum, & ſimilium.

47 De natis ex coitu à iure ciuili damnato, cui lex temporalis
etiam pœnam corporalem imponit, vt ſunt inceſtuoſi, nefa-
g rij, & adulterini, communis eſt concluſio, eos ſibi *g* inuicem,
nec ratione cognationis ſuccedere, ſiue vterque ſit functus ſ.
& ſuccedere volens, ſiue alter tantum ſit ex coitu a iure ciuili
damnato natus, quia nullum ius conſanguinitatis habere in-
telliguntur, nec liberi nominandi ſunt, neque ipſis parentibus
ſuccedere poſſunt. Auth. ex complexu, C. de inceſ. & nuul. b.
oupt. & §. fin. Nouell. 89. quibus modis natural. effic. ſui.

ADDITIONES.

a *De legitimatis per reſcriptum, vide ſup. hoc eod. tit. vbi tracta-
tur de primo ordine ſuccedendi, nu. 9. & 10.*

b *Ne patri quidem in feud §. naturales, ſi de feud. defunc. contr.
fuer. Zaſ. in epitome feud. par. 8. in fi.*

c *Hodie verò ſine vlla limitatione in infinitum, tam in allodiali
bus quam feudalibus admittuntur, etiam a latere, qui proximi
tatem gradus probare poſſunt.*

d *Alias ſi non tranſeunt in poteſtatem adoptātis. collateralibus
ſuis non ſuccedunt, l penul. §. ſed vt art. C. de adopt. Ratio ex eo
perſpici poteſt, quia ſi pater adoptiuus ſimplex filio adoptiuo ſim
plici non ſuccedit ab inteſtato d. l. pen. §. ſi vero paternalis mul-
to minus collateralis.*

e *Et §. nullam vero, Nouella de hereditatibus ab inteſtato.*

f *Vide Mattheſil. tract. de ſucceſ. ab inteſt. 2. memb art. princ. 3.*

g *Mortuo eo qui natus eſt ex damnato coitu ſine liberis non ad-
mittuntur eius fratres vterini, & ſorores, etiā ex legitimo ma-
trimonio procreati, ſed filius, aut alius temporalis, Mattheſil.
tract. de ſucceſ. ab inteſt. Ang. in §. vulgo quæſitos, Inſt. de ſucc.
cogn. Et ita iudicatū fuiſſe in Camera ſcribit Mynſing obſer. 3.
91. licet Nicol. de Vbald. in ſuo tract. contrarium doceat.*

DE SVCCESSIONE INTER virum, & vxorem.

1 *Si pacta dotalia inter coniuges facta ſunt, ſecundum ea ſuc-
cedi tur.*
2 *Deficientibus pactis dotalibus, ſuccedi tur ſecundum ſtatuta,
& conſuetudinem loci, vbi maritus habuit domicilium.*
3 *Quando tractatur de reſtituenda, vel lucranda dote, non lo-
cus*

eius contractus, ſed ſtatutum loci, vbi maritus domicilium habuit, attenditur.
4 *An ſtatutum domicilij, originis, vel habitationis mariti attẽdendum ſit, & nu. 5.*
6 *Deficiente pacto dotali, conſuetudine, vel ſtatuto loci domicilij mariti, recurrendum eſt ad ius commune.*
7 *Olim coniuges ſibi inuicem non ſuccedebant.*
8 *Maritus non lucratur dotem, nec vxor donationem propter nuptias, & nu. 9.*
10 *Quæ iura coniuges ad ſucceſſionem vocent.*
11 *In quibus caſibus, & quando hodie coniuges ſibi inuicem ſuccedant & nu. 12. 13. 17. & 18.*
14 *Coniunx inops, ſuperſtes, quomodo cum liberis communibus, vel etiam alterius matrimonij ſuccedat.*
15 *Et quæ ad hoc, vt ita ſuccedat, requirantur.*
16 *An, & quando coniunx dicatur inops.*
19 *Si ſtatuto cautum eſſet, vt maritus mortua vxore lucretur dotem, an iuuenis, qui contraxit ſponſalia de præſenti, cũ puella, ea ante nuptias mortua dotem lucretur.*
20 *Vxoris appellatione, quando ſponſa veniat.*
21 *Maritus ad ſucceſſionem vxoris in mobilibus ante conſummatum matrimonium non admittitur.*
22 *Coniuges, ſi matrimonium fuit illicitum, ſibi non ſuccedunt.*
23 *An hæc ſucceſſ. locum habeat in coniugibus diuortio ſeparatis.*
24 *Maritus interficiens vxorem, ei non ſuccedit.*
25 *Maritus non prouidens vxori de alimentis, & alijs neceſſarijs, perdit lucrum dotis, & ius ſuccedendi.*
26 *De iure Saxon. maritus ſiue ſit nobilis, ſiue ignobilis, ſuccedit vxori in omnibus bonis mobilibus exceptis vtenſilibus.*
27 *Nec attenditur, an coniunx præmoriens fuerit diues, & ſuperſtes maritus inops.*
28 *Nec diſtinguitur, an matrimonium fuerit ſine dote, vel an dos data ſit.*
29 *Nec, an vxor reliquerit liberos eiuſdem, vel alterius matrimonij, vel alios conſanguineos.*
30 *Modo ſalua maneat legitima liberorum, & parentum.*
31 *Vtenſilia ad quos tranſmittantur.*
32 *De iure Saxon. maritus vxori non ſuccedit in bonis immobilibus, niſi ſit inops.*
33 *Redditus annui computantur inter immobilia.*
34 *Item annui cenſus.*
35 *Item debitum hæreditarium nondum ſolutum.*
36 *Maritus quando redditus, & debitum hæreditariũ lucratur.*
37 *Pecunia ab vxore alteri mutuata pro annua penſione, reputatur inter bona mobilia.*
38 *Annui redditus, quando quem excuſent a ſatiſdatione.*
39 *Quæ de iure Sax. vxori dotata ex bonis mariti nobilis debeantur.*
40 *Quæ pertineant ad vtenſilia.*
41 *Sponſalitia largitas, quæ complectatur.*
42 *Cibaria domeſtica.*
43 *Donatio propter nuptias quid, & qualiter conſtituatur.*
44 *Aequalitas inter dotem, & donationem propter nuptias, an de conſuetudine ſeruetur.*
45 *Vxore ſoluente dotem poſt obitum mariti, tenentur eius ſucceſſores ad conſtitutionem donationis propter nuptias.*
46 *Non ſolum penſio de dote, ſed etiam de donatione propter nuptias de conſuetudine viduæ duplicata ſoluenda eſt.*
47 *Vxor ignobilis, quid, & quantum ex bonis mariti percipiat.*
48 *Vxor volens percipere tertiam, debet conferre bona viuente marito acquiſita a parentibus, vel conſanguineis.*
49 *Differentia inter ius commune, & Saxon. in materia ſucceſſionum.*
50 *De iure Saxon. diuerſa ſpecies bonorum, & perſonarum.*
51 *Mortuo viro nobili vxorato, diuiduntur ipſius bona inter triplices ſucceſſores.*
52 *Vxor quæ accipiat,*
53 *Filius, ſeu proximus agnatus quæ.*
54 *Legitimi hæredes quæ.*
55 *Vir nobilis tempore mortis non habens vxorem, quos ſucceſſores habeat, & quid quilibet accipiat.*
56 *Vir ignobilis moriens, non habens feudalia bona, quos ſucceſſores habeat, & quid quilibet percipiat.*
57 *Fœmina nobilis moriens, quotuplices hæredes habeat, & quid quilibet capiat.*
58 *Fœmina ignobilis moriens, quos hæredes habeat.*

1 SEquitur nunc quartus ſucceſſionis gradus, ſcilicet viri, & vxoris, de quo tit. in ff. & C. vnde vir & vxor. Et præmittendum, quando vnus ex coniugibus moritur, ita vt oriatur quæſtio, an, & qualiter ſuperſtes defuncto ſuccedat, tres caſus principales conſiderandos, & inquirendos eſſe.

Primus caſus: An inter coniuges facta ſint pacta dotalia, ſic enim plerumq; fieri ſolet, vt empore contracti matrimonij, ſeu ſponſaliorum fiant pacta, in quibus cauetur, quid maritus de dote, vel vxor de donatione propter nuptias, ſoluto matrimonio, lucrari, vel etiam de alijs bonis defuncti coniugis percipere debeat. Et quamuis huiuſmodi pacta de ſucceſſione, ſuper hæreditate ſaltem videantur non valere, per text. in le. hæreditas, 5. Cod. de pact. conuent. de conſuetudine tamen valent, & ſeruanda ſunt, ac ſecundum ea ſuccedendum.
a *a* Neque enim tunc curatur de diſpoſitione iuris communis.
b vel ſtatuti *b* municipalis, diſponentis de mutua ſucceſſione, viri, & vxoris. Prouiſio enim hominis tolit prouiſionem legis, l fi. C. de pact. conuent.

2 Secundus caſus. Deficientibus pactis dotalibus, conſiderari, & inquiri debet de ſtatuto, & conſuetudine loci, vbi maritus habuit domicilium. In pleriſque enim ciuitatibus certa ſunt ſtatuta, & conſuetudines, quæ diſponunt, qualiter, & in quibus rebus coniuges ſibi inuicem ſuccedant. Et licet huiuſmodi ſtatuta ſint contra ius commune, tamen ſeruanda ſunt, & ſecundum ea ſucceditur. Statutum enim, & conſuetudo derogant iuri communi in loco vbi vigent, vt not. in l. omnes populi, 9. ff. de iuſtitia, & iure, & in l. de quibus, 32. ff. de legib.
3 Et diligenter notandum eſt, quod hoc caſu attenditur ſtatutum loci, vbi maritus habuit domicilium. Quamuis enim regulariter in his, quæ ad litis deciſionem pertinent, attendatur locus contractus, l. c. ſi fundus, 6. ff. de euict. tamen hoc fallit in dote, quando tractatur de reſtituenda, vel lucranda dote. Et cum agitur de mutua ſucceſſione viri, & vxoris, tunc non attenditur locus contractus, vbi ſcilicet matrimonium contractum, nuptiæ celebratæ, & reſtitutio dotis promiſſa eſt: ſed ſolum conſuetudo, vel ſtatutum loci, in quo maritus habet ſuum domicilium, vt ex text. ſecundum intellectum communem in leg. exigere dotem, 65. ff. de iudic. per rationem in fine ibi poſitam: quia mulier eſt reditura ad domicilium mariti. Et ideò intelligitur ibi contrahere, & conſentire in ſtatuta illius loci, ſicut alias quoque vxor ſequitur forum ſui mariti, de quo Bal. in fi leg. ſi vxorem, 5. C. de cond. infert. Hinc infertur: ſi Lipſiæ eſſet ſtatutum, quod maritus mortua vxore lucretur tantum dimidiam dotem, & quidam Scholaris, vel ciuis Norimbergenſis duceret Lipſiæ diuitem vxorem, & celebratis nuptijs ſe conferret Noribergam, vbi natus eſt, & vbi habetur fortaſſe ſtatutum, de integra dote lucranda, ac deinceps mortua vxore, inter eius cugnatos, &
c ipſum maritum, de lucro dotis lis oriatur, attendi *c* debet ſtatutum

ADDITIONES.

a *Conſt. 20. p. 3. dummodo facta coram quinque teſtib. vt vltima voluntas, l. vl. C de codic. l. fi. C. de don. cau. mort. vel ad acta inſinuata ſecundum l. omnium, 19 C. de teſt. conſt. 3. p. 3. Sicut illud confirmatur conſt. 43. p. 2. in quo quæri poteſt, an conſt. 1. p. 3. Falcidiam excludens a donatione omnium bonorum, etiam futurorum obtineat etiam in iſtis pactis, quæ non ſunt donationes, propriè præſertim quia vniuerſales, quia neceſſariæ, quia reciproca, & quoniam certa tantũ portio coniugi relinqui ſolet, Et illam conſtitutionem non de his loqui patet ex eo, quod nolit donationem, de qua ibi, valere aliter quam ſi fiat ad acta. Atqui hæc pacta coram quinque teſtibus fieri poſſunt extra acta, d. conſt. 43 dici autem poſſet d. conſt. 1. tum obtinere in iſtis cum in caſum mortis omnia bona, etiam futura coniugi ſuperſtiti relicta ſunt. Tunc enim videntur ſolemnitatem actorum requirere ex vi dict. conſt. 1. non aliter, d. conſt. 43. quos ſic pute conciliandos. Quoniam tamen talia pacta non ſunt propriè donationes, non alienum eſſet de hoc aliquid certi conſtitui.*
b *Niſi ſtatutum ſit prohibitum, & ſuccedendi ius impediat, inter virum, & vxorem. Pacto enim ſuo coniuges ſtatuto prohibitorio detrahere quidquam non poſſunt, vt colligitur, & notatur ab interpretibus, C. ne fideiuſſ. dot. dent. Aut caſſa, & irrita, C. de ſacroſ Eccl. l. non eſt dubium, C. de legibus.*
c *Atqui ſtatutum Lipſenſe hic ponitur tale eſſe, vt maritus mortua vxore dimidiam tantum dotem lucretur: quod vt pactis priuatorum mutari non poteſt, l. 38. ff. de pact. ita nec domicilij nuda mutatione quæ vim maiorem non habet, quam pactum, & quidem tacitum. Quin, vt maximè ſpectetur in hoc caſu Norimbergenſe ipſum ſtatutum hoc tantum effici videtur, vt Lipſenſe ſtatutum Norimbergenſi non mutetur, l. extra territorium, ff. de iuriſd. Et quia par in parem non habet imperium l. 4 ff. de arbitr. Inanis deinde eum in modum legum, & ſtatut. authoritas redderetur.*

tutum domicilij ipſius mariti, vbi habitauit, vt ſcilicet lucre-
tur integram dotem ſecundum ſtatutum Norimbergenſe, li-
cet matrimonium Lipſiæ contractum, & dos ibi conſtituta
ſit d.l.exigere dotem, & adde Doct.in l.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.
a & in d.l.de quibus, ff.de legibus. Sed hoc *a* caſu oritur aliud
4 dubium. An ſtatutum domicilij *b* originis, vel habitationis
b mariti attendendum ſit? Nam pone, in marito concurrere
duo domicilia: quia origine eſt Norimbergenſis, & poſt con-
tractum matrimonium habitauit ibi per aliquod tempus, ſed
poſtea mutauit domicilium, & contulit ſe Auguſtum, & ibi
habitauit cum coniuge, quæ ibi quoque mortua eſt: ſed in lo-
co domicilij immutati non exſtet tale ſtatutum, quale erat in
loco domicilij originis, quodnam domicilium debeat atten-
di, ſtatutumne habitationis mutatæ, an originis? Canoniſtæ
in hac quæſtione tenent ſtatutum domicilij originis, nõ mu-
tati domicilij, attendendum eſſe, & mouentur per text.in l.li-
bertus, 17. §.ſed eodem, ff.ad municip. vbi dicitur, quod po-
tior ſit cauſa originis. Salicetus verò, quem communiter Le-
giſtæ ſequuntur in l.1.C.de Summa Trinitate, tenet præciſè
contrarium, debere nimirum, ſi concurrant duo domicilia,
hoc caſu attendi domicilium mariti habitationis, non origi-
nis: etenim lucrum dotis delatum à ſtatuto, vel conſuetudine
prouenit ex morte vxoris: ergo debet attendi ſtatutum loci,
in quo vxor habitauit cum marito, & mortua eſt. Et proba-
tur per text.in d.l.exigere, vbi locus domicilij mariti attendi-
c tur, in quem vxor erat reditura. Porro prædicta *c* concluſio
5 limitatur procedere. I. Quando *d* mulier tranſit ad domiciliũ
d ſui mariti, ſecus, ſi mulier non eſſet itura ad domiciliũ mariti,
ſed ipſe maritus ad domicilium ſuæ vxoris eſſet iturus tũc.n.
non attenditur ſtatutum loci originis mariti, ſed ipſius mulie
ris, quia tunc ceſſat ratio d.l.exigere. II. Limitatur procedere
in marito, & vxore, non autem ſponſo, & ſponſa. Si.n.eſſet ſta
tutum in loco domicilij ſponſi, quod ſponſus lucretur dotem
promiſſam, non attenditur ſtatutum domicilij ipſius ſponſi,
ſed ſponſæ, & ſic loci vbi contractus celebratus eſt. Eſtq; ratio,
quia ſponſa nondum ſe contulit ad domicilium ſponſi. Bald.
in Authen.omnes peregrini, nu.4.C.commu.de ſucceſſ.

6 Tertius caſus. Deficiente pacto dòtali, conſuetudine, vel
ſtatuto loci domicilij mariti recurrendum eſt aditus commu-
ne. Caſus enim omiſſus remanet ſub diſpoſitione legis com-
7 munis, l.ſi extraneus, 6. vbi Iaſ & Doct.ff.de cond. cauſ.data.
Sciendum autem, quòd olim de iure ciuili, & lege duodecim
tabularum, vir, & vxor, ſibi inuicem prorſus non ſuccedebãt,
cum nulla inter eos ſic ſanguinis coniunctio, nec conſangui-
nei, nec affines, ſed tantum cauſa, & principium affinitatis di-
cuntur, l.non facile, 4.§ ſed quoniam, iuncta glo.in verbo, ex
nuptijs, ff.de grad.affinit. Sicut nec alias affinitatis iure ſucceſ-
8 ſio permittitur, leg.affinitatis, 7.Cod.comm.de ſucceſſ. Vnde
nec hodie de iure communi maritus dotem, nec vxor dona-
tionem propter nuptias lucratur; ſed dos redit ad vxorem, &
patrem dotantem, l.dos à patre, 4 C.ſoluto matrim. & dona-
tio propter nuptias ad maritum, cap fin.extr.de don.inter vi-
9 rum, & vxorem, niſi pactis dotalibus aliud conuentum, vel
conſuetudine cautum ſit d.c.ſi. Neq; olim diſtinguebatur, an
ſuperſtes ex coniugibus eſſe inops, vel diues: item an exſta-
rent alij conſanguinei ipſius defuncti, vel non, ſed ſimpliciter
mortuo marito ſine liberis, & alijs conſanguineis, vxor ei nõ
ſuccedebat, ſed excludebatur per fiſcum, ita vt hæreditas ma-
riti deferretur fiſco, excluſa vxore, & contra, vt notat in l.1.
10 C.vnde vir, & vxor. Sed prætor *e* (qui ſemper æquitatem ha-
e bet, ob oculos, l.quod ſi Epheſi, 4.ff.de eo quod certo loco)
motus æquitate, cum inter coniuges ſit indiſſolubile conſor-
tium diuini, & humani iuris, l.1.ff.de ritu nup.& in matrimo-
nio quotidie caſus fortuiti emergãt, quorum alterutrum par-
ticipem eſſe oportet, vt dicitur in l.ſi cum dotem, 22.§ ſi ma-
ritus, 7.ff.ſolut.matrim.& ſocietas vitæ vxorem quodammo-
do rerum mariti dominam faciat, l.1.ff.rerum amotarum ex-
cluſo fiſco, vocauit coniugem ad ſucceſſionem mariti defun-
cti, per bonorum poſſeſſionem, quam appellauit, vnde vir, &
vxor. De qua in Rubrica, ff.& C.vnde vir, & vxor Poſtea ſu-
peruenit, ias nouiſſimum Authenticorũ, quod etiam exſtan-
tibus conſanguineis, vxorem in caſu inopiæ in certa bonorũ
parte ad ſucceſſionem mariti vocat, & contra. Sunt igitur cir
ca hanc ſucceſſionem de iure communi tres concluſiones
principales notandæ.

11 Prima concluſio, quòd ſicut olim, ita & hodie, coniuges de
iure communi regulariter ſibi inuicem non ſuccedunt, niſi in
duobus caſibus. Primum quando non exſtant conſanguinei
defuncti. Deinde quando coniux ſuperſtes eſt inops, vt in ſe-
cunda, & tertia concluſ.dicetur.

12 Secunda concluſio eſt, quod non exſtantibus *f* deſcenden-
f tibus, aſcendentibus, & collateralibus conſanguineis, defun-
cti coniugis maritus, & vxor ſibi inuicem ſuccedunt de iure
prætorio per bonorum poſſeſſionem, vnde vir, & vxo. Et am-
13 pliatur hæc concluſio procedere. I. Non ſolum quando om-
nino non exſtant conſanguinei, ſed extantibus etiam conſan-
guineis, vltra decimum tamen gradũ. Supra enim in decima
tertia concluſione de ſucceſſione collateraliũ dictum eſt, ho-
die de iure ciuili ſucceſſionem collateralium tantum extendi
ad decimum gradum, §.fin.inſ. de ſucceſſione cognatorum.
Quare hodie vxor excludit à ſucceſſione mariti eius conſan-
guineos, qui marito vltra decimum gradum coniuncti ſunt,
g contra *g* II. Ampliatur, vt hodie maritus, & vxor præferantur
h fiſco, *h* & in hoc ius ciuile correctum eſt per ius prætorium,
d.l.vnica, in fi.C.vnde vir, & vxor. III. Ampliatur procedere,
i etiam in ſponſa, *i* & ſponſo, cõtrahentibus per verba de præ-
ſenti, licet enim ſponſa non fuerit cognita, nec tranſducta ad
domũ, ſi tamen decedat ſine conſanguinitate, ſponſus ei ſuc-
cedet, excluſo fiſco, & contra. Eſt enim inter eos matrimoniũ
contractum, cum nuptias non concubitus, ſed conſenſus fa-
ciat, l.nuptias, 30.ff de reg.iur.c.cum initiatur, 5.cauſ.27.q.2.
l.cum fuerit, 15.iuncta gl.ibi, ff de condit.& demonſtr. & fa-
cit tex.in l.non ſine, 5.C.de bon. quæ lib. Et hanc ſententiam
tenet Bald.in l.Deo nobis, 56.C.de Epiſ.& Cler.& idem Bald.
in d.l.1.Co.vnde vir & vxor.& ibi Salic.& rep. Fabian.de Pe-
pis, n.6.Nicol.de Vbald in tract.ſucceſſionum, in quarta par-
te nu.3.& Matthe ſil.in d.tract.in 4.art.prin.n.2.& facit quod
in dubio contra fiſcum pronunciandũ ſit, l.non puto, 10.ff de
iure fiſ Nec obſtant ea, quæ Salic. in l.cum in te, 6.C.de don.
k ante nupt tradit. Loquitur.n.in diuerſis, & alijs terminis, & de
quibus

ADDITIONES.

a *Imo alio. Nam in hoc caſu duo tantum domicilia, in ſuperiore tria videntur originis ſcilicet Norimbergenſe, matrimonij contracti Lipſenſe, noua, & vltima habitationis idem quod ante, Norimbergenſe nimirum.*

b *Pone ſtatuto Norimbergenſi maritum lucrari dodrantem dotis præmortua vxore. Auguſtano vero dimidiam tantum. Pone Norimbergenſem migraſſe Auguſtam, & inibi ductã vxore, eaque poſt ibidem in matrimonio mortua lucrum dotis petere? An domicilium originis mariti, hoc eſt. Norimbergẽſe ſpectabimus, vt maritus dodrantem dotis lucretur? An potius habitationis, hoc eſt, Auguſtanum, vt dimidiã tantum habeat? Canoniſtæ originis domicilium ſpectari volunt. Salicetus, & alij habitationis domicilium, vt hic. Quid ſi Norimbergenſis Auguſta vxorem duxit, eamque Norimbergam deduxit habitandi cauſa, vbi, & eadem poſtea mortua ſit? Receptior eſt interpretum opinio in lucranda dote hoc caſu non cõtracti matrimonij ſed originis mariti domicilium attendendum. Fulgoſius, cum Placentinus eſſet vxorem duxit Papienſem. In lucranda eius dote pro eo iudicatum fuit ex ſtatuto Placentino ſuæ originis, vide Rolandum a Valle, tract. de lucro dotis, q.13.14.15.*

c *Hæc eſt prima eaque Canoniſtarum.*

d *Vide Rolandum a Vale, d.loco, q.16.*

e *Succeſſio vnde vir, & vxor, non eſt ex iure ciuili, ſed prætorio.*

f *Legitimis naturalibus ſcilicet. Nam coniunx ſuperſtes altero præmortuo in ſolidum ſuccedit, excluſo defuncti baſtardo, Textor, tract.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.95.*

g *Vide num deroget huic quod ſupra dictum eſt, de infinita ſucceſſione collateralium, niſi excipias hunc caſum fauorabilem.*

h *Et Exemplo fiſci præfertur curia, collegio, officialibus, magiſtratibus, & collegis mariti defuncti non tantum in dignitate poſitis, ſed artificij eiuſdem. Imo conſortem mariti in donatione Imperatoria, l.1.C.de hæredib.decur. l.1.C.ſi ſocius liberal. Imper. vbi Bart. Sal.in l.1 C.de apparit.præf prætor. Excludit etiam noſocomium, & hoſpitale, in quo maritus eſt defunctus. Authent.omnes peregrini, C.communia, de ſucceſ.*

i *Sponſus per verba de præſenti, ſponſa, ſine liberis deſcendentibus, & collateralibus intra decimum gradum mortua ſuccedit fiſco excluſo. Et ſic ſucceſſio vnde vir, & vxor, non tantum locum habet, quando matrimonium perfectum eſt concubinatu intercedente, ſed & eo deficiente. Neque eodem modo exigitur ad hoc ius ſuccedendi, vt vxor transducta ſit in domum mariti ſufficit enim matrimonium verbis præſentibus contractum fuiſſe, quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, l.conſenſu, C.de diuort. l.cum hic ſtatus, § ſi mulier, & maritus, ff de donat.inter virum, & vxorem, c.cum initiatur, 27.q.2. Bart. in l.nihil.ff.rerum amot. Iaſ.in l.ſi donatarius, §.ſi quis indebitam, ff.de condict.cauſa data. Panormit.conſil.1.*

K *Quare huic deciſione fauorabili non derogabit fortaſſe, quod iure Saxon. requiratur aſcenſio tori. Par.4.conſ.19.*

Digitized by Google

quibus in tertia cõcluſione dicetur. Hic verò loquimur in ca-
ſu, quando fiſcus concurrit cum ſponſa, vt tunc ſponſa præfe-
ratur fiſco. IV. Ampliatur, vt præferatur vxor ſocio liberalita-
tis Imperiali in ſucceſſione mariti, & contra, vt communiter
Doct. concludunt contra gl. in d. l. 1. ff. & C. vnde vir, & vxor
Maior enim eſt ſocietas viri, & vxoris, qui ſunt ſocij diuinæ,
& humanæ domus, & vna caro, l. aduerſus, 4. Cod. de crimin.
expil. hæred. & probatur per text. in l. vnica, C. ſi liber. Imper.
ſocius ſine hæred. deceſ. lib. 10. vbi ſocius ita demum admit-
titur, ſi alter ſocius ſine hærede moriatur. Nec obſtat quòd
vxor, & maritus non dicitur hoc caſu hæres, ſed bonorũ poſ-
ſeſſor: cũ non à lege ciuili, ſed à iure prętorio ad ſucceſſionem
vocantur, in prin. verſ. quos autem, inſ. de bonor. poſſeſ. Nam
quo ad effectum, ſatis dicuntur hæredes, & prætor bonorum
poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet, l. prætor, 117.
ff. de reg. iur. & l. hæreditatis. 119. ff. de verbor. ſignifi. de quo
Decius, & alij in d. l. vnica, C. vnde vir, & vxor, & Matheſ. in
d. tract. ſucceſſionum, in 4. art. prin. num. 5. & 6. V. Ampliatur,
quod licet collegium ſuccedat collegato decedenti ab inte-
ſtato, ſine alio hærede excluſo fiſco, toto tit. Co. de hæred. de
cur. tamen vxor præfertur huiuſmodi collegijs, ſec. gl. in l. 2.
C. de hæred. decur. & fac. tex. in l. ſi quis presbyter, 20. Co. de
Epiſ. & Cler. Ex quo text. colligitur. VI. Ampliatio, vt vxor
eius, qui poſtea fuit presbyter præferatur etiam Eccleſiæ, in
bonis patrimonialibus mariti, de quo Doct. in d. l. 1. Co. vnde
vir, & vxor, & Mattheſil. in d. n. 6. Limitatur autem non pro-
a cedere in *a* ſponſa de *b* futuro; vt Bald. Salic. & alij conclu-
b dunt vno ore, in d. l. 1. C. vnde vir, & vxor. Deinde pro limi-
tatione notandum, quòd vxor volens ſuccedere marito, vel
contra maritus vxori, de iure prætorio, in caſu ſcilicet tituli,
vnde vir, & vxor, quando non extant alij conſanguinei vxo-
ris, vel mariti, neceſſe habet, vt quoniam hæc ſucceſſio com-
petit de ſolo iure prætorio per bonorum poſſeſſionem, vnde
vir, & vxor, intra cẽtum dies vtiles poſt mortem mariti petat
& agnoſcat bonorum poſſeſſionem à iudice, nam poſt centũ
dies excluditur à ſucceſſione, ſiue fuerit vxor, ſiue maritus, l.
2. Co. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt. In hoc
enim differt bonorum poſſeſſio ab hæreditate, quæ de iure
ciuili vſque ad triginta annor. aditi poteſt, leg. licet 8. cum ibi
c notat, Co. de iure delib. *c* Ideò ſi vxor vult ſuccedere marito,
iuxta diſpoſitionem Auth. præterea, de qua in ſequenti con-
cluſione, tunc quia iſta ſucceſſio eſt iuris ciuilis, vſque ad tri-
ginta annos peti poteſt, de quo Matheſi. in d. tract. ſucceſ. nu.
4 art. prim. num. 2. & Antonius de Roſell. in d. tract. ſucceſ.
num. 173.

14 Tertia concluſio ſumitur ex iure nouiſſimo Auth. c. quia
verò legem dudum poſuimus 5 cum ſimil. Nouell. 117. vt li-
ceat matri, & auiæ, & habetur in Authent. præterea, C. vnde
vir, & vxor, quo corrigitur ius ciuile, & ius prętorium, vt ſci-
licet vxor ſuccedat marito, & contra, etiam exſtantibus con-
ſanguineis mariti, in vnico caſu hoc tantum, quando ſcilicet
matrimonium eſt ſine dote, vel donatione propter nuptias,
& coniunx præmoriens eſt diues, ſuperſtes verò inops. Tunc
enim ſuperſtes vna cum liberis communibus, vel etiam alte-
rius matrimonij ſuccedit in quarta parte bonorum defuncti,
ſi liberi ſunt tres, vel pauciores: ſi verò plures exſtent liberi,
ſuccedit cum eis in viriles portiones: ita tamen, vt tantum
habeat vſumfructum iſtius quartæ, vel virilis portionis: pro-
prietatem verò cenſetur liberis eiuſdem matrimonij, ſi ex-
tanti his verò non extantibus, potitur quoque dominio eius
portionis, in quam imputatur id, quod ei relictum, vel legatũ
eſt a coniuge, d. Authent. præterea. Et ratio diſpoſitionis d.
Authent. præterea, ſecundum Paul. de Caſt. & Doct. ibi, eſt,
ne coniunx ſuperſtes inops poſt mortem alterius coniugis
cogatur mendicare in opprobrium defuncti, quo viuẽte non
mendicauerat, & ſic in honorem, ac reuerentiam bene tran-
ſacti matrimonij, argumento, l. vnum ex familia, 67. §. fi ff. de
leg. 2. & ne afflicto addatur afflictio, l. Diuus. 14 iuncta gloſ.
ibi, ff. de offic. præſid. Ad hoc autem, vt d. Auth. præterea, lo-
cum habeat, tria ſecundum Paul. de Caſtr. ibi requiruntur.
15 Primum, quod matrimonium ſit ſine dote; ſi enim dos data
fuit, tunc ſoluto matrimonio vxor recuperat dotem, & mari
tus donationem propter nuptias, vnde viuere poſſunt, c. fi. de
donat. inter virum, & vxorem. Deinde quod præmoriens ſit
diues. Tum, quod ſuperſtes ſit pauper. His enim concurren-
tibus, etiamſi exſtent liberi eiuſdem, vel alterius matrimonij,
mutua ſucceſſio coniugum locum habet, ſecundum formam
16 in d. Authent. præterea. An autem, & quando coniunx dica-
tur inops, vel diues, relinquendum eſt arbitrio iudicis, ſecun-
dum gloſſ. ſupr. verbo, locuples, in d. Authen. præterea, qui
conſiderabit ſubſtantiam eius, qui dicit ſe inopem, an ſuffi-
ciat ei ad victum, & veſtitum congruum, pro qualitate perſo-
næ, & è contrario, vtrum ſubſtantia pręmorientis ſit ſufficiẽs
ad victum, & veſtitum hæredis, & coniugis ſuperſtitis, com-
putatis ſemper illius inopis bonis in quartam, ſec. Sal. & alios
Doct. in Auth. præterea, & ibi Fab. de Pepis, num. 72. qui ad-
dit, conſiderandam eſſe qualitatem perſonarum, quia nobilis
non dicitur diues, de eo, de quo ruſticus diceretur diues arg.
l. ſi filiæ, 43. ff. de leg. 3. Sicut & victus, & veſtitus ſecundum
qualitatem perſonæ æſtimandus eſt. Ruſtici enim non debẽt
vti pane albo pullis, & alijs delicatis cibarijs, ſed caſeo, cępis,
& fabis, vt eſt gl. in l. ſeruis vrbanis, 99. ſuper verbo cibarijs,
17 ff. leg. 3. Ampliatur 1. hæc concluſio procedere non ſolum
d quando matrimonium eſt ſine dote, ſed *d* etiam quando dos
e data eſt, ſed modica, & parua, quia eadem ſubeſt *e* ratio, &
æquitas, ne ſcilicet cogatur mendicare in opprobrium viri.
f Item, quid parum, *f* & nihil æquiparantur. Item, ne abſurdũ
ſequatur, quod dotata in vno aureo, repellatur à ſucceſſione,
quæ non repellitur per modicum legatum à viro relictum, d.
Authen. præterea, & ibi Salic. & alij, 2. Ampliatur procedere,
non ſolum in vxore, ſed etiam in marito inope, quando vxor
præmoriens fuit diues, ſec. gloſ. 1. & ibi doct. in d. Auth. præ-
terea 3. Ampliatur procedere non ſolum ab inteſtato, ſed etiã
condito teſtamento, 2. gloſſ. in d. Auth. præterea ſuper verbo,
vna, & probatur per text. ibi, in verbo, legatum, & gl. in c. hinc
nobis ingreſſa, 2. §. 2. verſ. ſi verò expreſſum, ſuper verbo, hæ-
redem Nouel. 1. de hæred. & Falc. Et hæc eſt communis opi-
nio. Hinc Paul. de Caſt. in d. Auth præterea, in fi. inquit, ſi vir
deceſſit teſtatus, & alios inſtituit hęredes, & coniugi nihil re-
liquit, tunc poterit coniunx petere hanc quartam, condictio-
g ne ex iſta lege, quam defunctus ei auferre nõ potuit *g* Et hæc
etiam in ſtatuto, & conſuetudine locum habent. Nam pone,
quod ſtatuto cauetur, virum ſuccedere vxori in dimidia par-
te bonorum, vel contra vxorem marito, certe hic vxor per te
ſtamentum, vel alio modo non poterit virum priuare iſta par
te bonorũ, debita ex ſtatuto nec contra, niſi aliud verbis ſta-
tuti eſſet expreſſum de quo vide Fab. de Pepis, in d. Auth. præ-
18 terea, nu. 39. Limitatur autem non procedere. I. In ſponſa, nec
de futuro nec de præſenti, vt per Salic. in l. cum in re, 6. C. de
donat. ante nup. Nec obſtat, quod ſupra in ſecũda concluſio-
ne còntrarium dictum eſt, quia ibi concurrit ſponſa de præ-
ſenti cum fiſco non mirum igitur tunc fiſcum excludi, argu.
l. non puto, 10. ff. de iure fiſc. in terminis verò d. Authent. præ-
terea concurrit ſponſa cum liberis, vel alijs conſanguineis
ſponſi defuncti, quo caſu olim etiam vxor poſt conſumma-
tum matrimonium non ſuccedebat, vt ſup. dictum eſt. Et hęc
19 extendatis etiam ad ſtatutum. Nam pone ſtatuto caueri, vt
maritus mortua vxore lucretur dotem, (ſicut de iure Saxon.
maritus ſuccedit vxori in omnibus bonis mobilibus, vt in-
fra dicetur,) & iuuenem contraxiſſe de ſponſalia, cum puella
per verba de præſenti, & ſponſam ante nuptias celebratas
20 mori, vtrum ſponſus lucretur dotem? Et quamuis videatur
h dicendum, quod ſic, quia ſponſa *h* de præſenti dicitur
vxor, etiam in materia odioſa, & pęnali, vt in l. ſi vxor. 13. §.
diui,

ADDITIONES.

a *Idem in ſponſa de futuro, l. falſus, § Iulianus, ff. quod cum falſo
authore: quia ſponſus proprie non eſt maritus, nec ſponſa pro-
prie eſt vxor. Et ita non eſt vlla bonorum poſſeſſio; vnde ſpon-
ſus, & ſponſa.*

b *Idẽ in concubina. Idem ſi iniuſtum matrimonium interceſſit.*

c *L. 4 vbi Caſt. C. in quibus cauſ. longi temp. præſcrip. Etiam iu-
re Saxenico, quando tantum mobilia ſunt in hæreditate, vt nu-
per concluſum eſt.*

d *Idem tenet Franciſcus de Rampombus in Authent. præterea,
C. vnde vir, & vxor, facit §. quod autem Nouel. vt licet matri
& auiæ. Quin hoc caſu non inſpicitur dotis datio, ſed inopia, d.
§. quod autem.*

e *Fit extenſio propter identitatem rationis, quando ratio eſt ex-
preſſa, gl. in c. 1. de elect. in 6. Bart. in l. liberorum, ff. de ver. ſign.*

f *Parum, & nihil comparantur, l. quamuis, ff. de cond. & demoſ.
gloſ. in l. vlt. C. ad l. Flauiam, de plagiarijs.*

g *Iaſ. d. Auth. præterea, n. 17. dicens hanc communem conſ. par.
3. & eadem ratione maritus nobilis non poterit vxori auferre
in teſtamento vſitatum dotalitium, ſecus tamen ſi vellet eius eſ-
ſe hæres, argum. l. cum a matre, 14. C. de rei vendic. & conſtit.
37 p. 3. Quia vt ibi diſponitur, volens ſuccedere non capit reli-
qua mulieris debita, & aliquis hæres cogitur ratum habere fa-
ctum defuncti, d. l. cum à matre.*

h *Statutum de ſponſa, an reſtringatur ad ſponſam de præſenti,
ſupra dictum eſt.*

Digitized by Google

dini ff. ad l. Iul. de adul. de tex. in l. cum, qui duos, 18. iuncta gl.
2. C. ad l. Iul. de adult. & in l. cui fuerit, 15. ff. de condit. & de-
monſtr. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit, l.
nuptias 30. ff. de reg. iur. Salic. tamen d. l. cum te, per plures ra-
tiones deficit contrarium, quem etiam ſequitur Panor. in c.
ex publico, 7. extr. de conuerſ. coniugat. Voluntas enim, &
mens ſtatuti vult maritum ſuccedere, in recompenſationem
onerum matrimonij, quæ ſubit, vnde etiam fructus dotis
percipit pro oneribus matrimonij, leg. pro oneribus 20. Cod.
de iure dot. quæ non dicitur ſubire ante matrimonium con-
ſummatum. Nec appellatione vxoris venire ſponſa de præ-
ſenti, quando ſubeſt ratio diuerſitatis, fac. text. & gl. in l. vxo-
res, 9. cum l. ſeq. ſuper verbo, non nocet, ff. de his qui notat. in-
fam. Sicut in quæſtione noſtra eſt ratio diuerſitatis, propter
onera matrimonij, quæ ſponſus nondum ſubijt: ſed in d. l. ſi
vxor, & d. leg. cum qui duas, extenditur adulterij crimen ad
ſponſam, propter identitatem rationis. Par enim eſt ratio, ſi-
ue vxor, ſiue ſponſa adulterium committat. Nec obſtat text.
in d. l. cui fuerit, quia teſtator ibi verbis minus largis, & gene-
21 ralibus vſus eſt, ſi ſcilicet nupſerit alicui de ſua familia. Sic
enim de cõſuetudine, in his terris Saxoniæ maritus, qui alias
vxori ſuccedit in bonis mobilibus, ad ſucceſſionem non ad-
mittitur, ante conſummatum matrimonium. [Er hab denn das
Brautbett beſchritten.] ita quotidie pronunciatur per text.
a in art. 45. lib. 1. & art. 31. eiuſdem libri, a II. Generaliter limi-
22 tabis totam materiam ſucceſſionis coniugum, ſiue de iure
prætorio, ſiue ciuili, ſiue ſtatuto, aut conſuetudine deferatur,
tunc ſolum locum habere, quando inter coniuges fuit iuſtũ,
& legitimum matrimonium. Si enim fuit illicitum, puta gra-
du prohibito contractum, vel propter alia impedimenta, non
habet locum hæc ſucceſſio, d. leg. 1. ff. vnde vir, & vxor, & leg.
qui contra, 4. Cod. de inceſt. nupt. Niſi vterque erraſſet, putã-
23 tes matrimonium tenere, de quo plene Nicol. de Vbal. in d.
tractat. ſucceſſ. in quarta parte, numer. 2. III. Generaliter limi-
tare procedere, quando matrimonium durauit in bona gra-
tia, vſque ad mortem alterius coniugis, cui ſuperſtes vult ſuc-
cedere. Si enim eſſet facta ſeparatio, vel diuortium, non ha-
bet locum hæc ſucceſſio, d. leg. 1. ff. vnde vir, & vxor. Et quã-
uis Anton. de Roſel. in d. tract. ſucceſſ. nu. 174. intelligat hanc
limitationem procedere in eo, qui dedit cauſam diuortij, vt
iſte à ſucceſſione excludatur, non autem quo ad innocentem
partem, cum nemo ſine ſua culpa, & ex mala actione con-
ſortis debeat priuari iure ſuo, c. delictum perſonæ, 76. & c. ſine
culpa, 23. de reg. iuris, in 6. Nicol. tamen de Vbald. in quarta
part. tr. nu. 6. contrarium tenet, cauſa enim huius ſucceſſio-
nis eſt illa indiuidua coniunctio maris, & fœminæ, & ſocie-
tas diuini, & humani iuris, d. leg. 1. ff. vnde vir, & vxor. Ceſ-
ſante igitur cauſa vocandi ad ſucceſſionem, ceſſat quoque
ipſa vocatio, cap. cum ceſſante, 60. extr. de appell. Nec obſtat,
quod nemo ſine ſua culpa debet priuari iure ſuo: quia multa
fiunt ſine culpa quæ non fiunt ſine cauſa, d. c. ſine culpa, & c.
b quoniam frequenter, 5. §. porro, in fi. extr. vt lite non conteſt. b
24 IV. Limitatur in marito interficiẽte vxorem: hic enim vxori
non ſuccedit, ſicut nec contra vxor, quæ maritum interfecit,
de ipſius bonis aliquid ſperare poteſt leg. ſi ab hoſtibus, 10. §.
ſi vir, ff. ſoluto matrimon. Nemo enim ex ſuo delicto præ-
mium reportare debet, d. §. ſi vir, & leg. relegatorum, 7. in fin.
c ff. de interdict. & relegat. adeo, vt nec c maritus, qui vxorem
in adulterio deprehenſam interfecit, ei ſuccedere poſſit, cum
de iure marito hoc impunè regulariter non permittatur, li-
cet mitius puniatur. Difficillimum eſt enim iuſtum dolorem
temperare, vt dicitur in l. ſi adulterium cum inceſtu 38. §. Im-
perator, & in leg. nec in ea, 22. in fi. cum duabus legibus ſeqq.
ff. ad leg. Iul. de adult. De quo Anton. de Roſell. in dict. tract.
ſucceſſ. nu. 79. Et ita pronunciatur, vt habetur ſententia Sca-
bin. Lipſen. poſt [Landrecht. ſub tit. Straff im Ehebruch ver-
ſic. zum vierden.] Sic generaliter is, qui interficit alium, ei
ſuccedere non poteſt, neque ex teſtamento, neque ab inteſta-
to, ſec. Paul. de Caſt. in l. ſororem, 10. nu. 2. C. de his quibus, vt
indig. Sicut, & vaſallus fratrem ſuum occidens, feudũ amit-
tit, cap. 1. An ille, qui interfecit fratrem domini ſui, feudum
25 amittat, in vſibus feud. V. Limitatur in marito non proui-
d dente vxori de d alimentis, & alijs neceſſarijs, ita quod vxor
e moriatur. Nam neq; is debet aliquid lucrari e de bonis vxo-
ris, ſec. Iaſ. poſt alios in d. l. ſi ab hoſtibus, §. 1. Vnde ſi non ad-
hibuit medicum, ad curandam coniugem ægrotam, cum poſ-
ſet, & per hoc mortua eſt vxor, maritus perdit lucrum dotis,
f f & ius ſuccedendi, ſec. gl. in d. §. ſi vir, ſuper verb. lucrifacere,
per tex. in l. 3. ff. de his quibus, vt indig. Item ſi adhibuit medi-
g cum g imperitum, ſec. gl. in d. §. ſi vir, & per text. in l. quod ſi
nolit, 31. §. ſi mancipium, ff. de ædil. edict.

DE SVCCESSIONE IVRIS
Saxonici, inter maritum, & vxorem.

Quarto principaliter hoc loco dicendum eſt, qualiter de
iure Saxon. vir, & vxor inuicem ſuccedant. Et diſtinguendi
ſunt duo caſus principales. Aut enim quæritur, qualiter mari-
tus ſuccedat vxori: aut qualiter vxor ſuccedat marito.
26 Primo caſu non diſtinguitur inter nobilem, vel ignobilem.
Siue enim maritus ſit nobilis, ſiue ignobilis indiſtinctè ſucce
dit vxori in omnibus bonis mobilibus, exceptis vtenſilibus,
art. 31. lib. 1. & art. 76. lib. 3. Et ampliatur hæc concluſio. I. Vt
27 non attẽdatur, an coniunx præmoriens fuerit diues, & ma-
ritus ſuperſtes inops, in hoc enim differt à iure communi. II.
28 Ampliatur, vt non diſtinguatur, an matrimonium fuerit ſine
dote, vel an dos data ſit. Indiſtinctè enim maritus vxori ſuc-
cedit non ſolum in dote, quam in pecunia numerata attulit
ad maritum, ſed etiam in omnibus alijs bonis paraphernali-
bus, mobilibus ſcilicet, quæ vltra dotem datã vxore reliquit.
Et in hoc quoque differt a iure communi. Nam ſecund iuris
Saxon diſpoſitionem ſuccedit maritus defunctæ vxori in om
nibus bonis mobilibus, exceptis vtenſilibus Item in promptu
pecunia, vaſisque argenteis, & cap. text. eſt in d. art. 31. & 76.
29 III. Ampliatur, vt non diſtinguatur, an vxor reliquerit libe-
ros eiuſdem, vel alterius matrimonij, vel alios cõſanguineos.
30 Maritus enim his omnibus præfertur in bonis mobilibus. Li-
mitabitis autem hanc concluſionem, & tertiam eius amplia-
tionem ita procedere, vt ſalua maneat legitima liberorum, &
parẽtum, Quando enim vxor moritur, & habuit tantum bo-
næ mobilia tunc licet maritus ea lucretur, tamen liberis ip-
ſius vxoris defunctæ, ex eodem, vel alio matrimonio natis
de illis bonis mobilibus legitimam præſtare cogitur. Idem,
quando mater reliquit quædam immobilia bona, ſed modi-
ca, ita vt de bonis immobilibus liberi integram legitimã con-
ſequi non poſſit, tunc maritus tenetur de bonis mobilibus le-
gitimam ſupplere. Legitima enim debetur à iure naturæ libe-
ris l. ſcripto, 7. in fin. ff. vnde liberi, & l. cum ratio, 7. ff. de bonis
damni. Ideo nullo ſtatuto, vel conſuetudine liberis auferri po
teſt, vt not. in Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. Idem di-
cendum eſt de legitima parentibus debita, quando filiafami-
lias nupta non reliquit liberos, neque bona immobilia, vt de
bonis mobilibus legitima à marito præſtando ſit parentibus,
cum & ea debeatur aſcendentibus iure naturæ, vt eſt text. in
prin. §. primum itaque, Nouel. 1. de hæred. & Fal. & in cap. 1.
31 de teſtam. libr. 6. Et ita pronunciatur. Excipiuntur autem ab
hac concluſione etiam bona vtenſilia, licet enim ſint res mo-
biles, tamen maritus eas non lucratur, ſed vxor tranſmittit
vtenſilia ad filias ſi habet, & non extantibus filiabus, excluſis
filijs, mater tranſmittit ad eas proximas cognatas. [Auff die
nechſte Spielmagen, das iſt, Vveibesbilder, ſo ihr von der
mutter angeboren ſein. Als ihr Schuueſten, Schuueſter
32 Tochter, oder Mutter Seuueſtern.] & ſimiles. Deinde cir-
ca hunc primum caſum notanda concluſio negatiua, quod
maritus vxori in bonis immobilibus non ſuccedit. Quare ſi
vxor habuit prædium fundos, domum, & alias res immobi-
les, & quæ immobilium loco habentur, tunc eas ad liberos,
vel alios ſuos hæredes tranſmittit, & maritus inde nihil con-
ſequitur, per text. in artic. 31. lib. 1. hanc tamen concluſionem
limi-

ADDITIONES.

a *Idem conſtitutum conſ. 19 part. 3.*
b *In vero, & legitimo diuortio poteſt admitti in ſeparatione quo ad torum, & menſam, non quoad vinculum, & conſequenter, & ius vinculi, ac ſucceſsionis donat, conſ. 26. par. 3. verſ. & vi uere denn der Eheſchrydung zwiſchen Mann vnd Dveib zu Recht er Kant.*
c *Quia ius ſibi dicere non debuit, l. interdum, § qui furem, inſ. de fur. Alias videtur dicendum pacto lucranda dotis non excide. re eum qui vxorem in adulterio interfecit, cum id homicidium legi ei permittatur, l. vlt. C. de adult.*
d *L. necare, ff. de liberis agnoſc. auth. ſi captiui, C. de Epiſc. aud.*
e *Siue ex pacto, ſiue ex ſtatuto oriatur, & deſcendat id lucrum, Bald. in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir, ff. ſoluto matrim. Bald. in l. 1. §. ſed ſcimus, C. de latina libert. tollen. leg. quod in vxorem, C. de neg. & in Auth. dos data, C. de donat. ante nupt.*
f *Etiamſi matrimonium non fuerit ſeparatum, dummodo probari poſsit, & idem in deſertione. Conſ. 26. part. 3.*
g *Par eſt enim culpa, adhibuiſse nullum medicum, & imperitum Bald. in d. §. ſi vir. Quid ſi excantatorem medicum adhibuit. Idem. Nec enim hi, qui excantant, medici appellandi, l. 1. ff. de var. & extraor. cogn. Soc. conſ. 278. par. 2. Bald. 4. conſ. 295.*

Digitized by Google

a limitandum cenſeo, niſi maritus ſit inops, *a* vt tunc ſuccedat
ſecundum diſpoſitionem dictæ Auth. præterea, de qua ſupr.
33 in tertia concluſione dictum eſt. Porrò circa hanc cõcluſio-
nem notandum, quòd annui redditus, qui debentur vxori ex
eius fundis, vel prædijs, cenſentur inter immobilia, vt eſt text.
in Clem. exiui, §. cumq; annui redditus de verborum ſignif.
& gl. in l. iubemus, 14. ſuper verbo, annonas, Cod. de Sacroſ.
Eccl. Idem de iure Sax. per text. in d. art. 76. in fin. libr. 3. Item
34 annui cenſus, cum iure redimendi in bonis immobilib. con-
ſtituti, [Vvider Kauffliche Zinſigelt, oder Kornzinſs.] im-
mobilibus æquiparantur, per text. in d. §. cumque annui Et de
iure Saxon. ita pronunciatur, vt eſt ſententia [poſt leg. Lan-
b drecht, ſub tit. *b* Von ſucceſſiõ auff Erbgutter, §. vnd die vveil
35 vvider Kauffliche Zinſe.] Item debitum hæreditarium non-
dum ſolutum, vulgo [vnuertaget Erbgelt,] d. artic. 76. in fin.
c *c* Ideò maritus in his vxori non ſuccedit, niſi vxor moriatur
36 poſt terminum, qui ad ſoluendum huiuſmodi annuos reddi-
tus, & debitum hæreditarium erat conſtitutus: tunc enim
maritus iſtos redditus, & debitum hęreditarium lucratur, per
text. in d. art. 76. in fin. per quem pronunciatur. Quòd debita
hæreditaria, & annui cenſus ſoluti, pertineant ad maritum:
debita verò, redditusq; annui ſoluendi ſpectent ad defunctæ
37 vxoris hæredes, &c. vt eſt additio in d. art. 76. Secus, ſi vxor
d mutaſſet alteri pecuniam pro annua penſione, ſeu vſuris *d*
tunc enim maritus poſt mortem vxoris conſequitur huiuſ-
modi pecuniam mutuatam, & reputatur inter bona mobilia.
Habuit enim vxor in iſta tantum actionem perſonalem cõ-
tra debitorem, pro re mobili, pecunia ſcilicet mutuata. Igi-
tur actio, quæ datur pro rebus mobilibus, computatur inter
mobilia, vt traditur per Alex. in l. à Diuo Pio, 15. § venditione
ff. de re iud. & Alc. in leg. mouentium, 93. ff. de verbor. ſignif.
e Iaſ. & alij, in leg. ſciendum, 15. ff. qui ſatiſd. cogn. *e* Vbi dicunt,
annuos redditus tunc demum excuſare aliquem à ſatiſdatio-
ne, tamquam poſſidentem immobilia, quando debentur ex
re immobili pro illis obligata: ſecus, ſi debentur ex obligatio-
ne perſonali, quia tunc pro mobilibus habentur.

Secundò caſu principali, quando quæritur, qualiter vxor
ſuccedat marito, ſubdiſtinguitur: Aut enim maritus fuit no-
39 bilis, aut ignobilis. I. Caſu, quando maritus fuit nobilis, ſeu
equeſtris ordinis, tunc de eius bonis debentur eius vxoris do-
f tatæ quatuor, *f* 1. Vtenſilia. Ad quæ pertinent omnia mulie-
40 ria veſtimenta, atque ornamenta, catenæ, anulli, zonæ, ar-
millæ mobilia aliaque clinodia, quibus vxor in vita via fuit.
Item omnis pannus lineus diuiſus, & indiuiſus, omnes lecti,
ceruicalia, & puluinaria. Item oues in quibuſuis viri, ouilibus
exiſtentes, exceptis tamen agnis. Landrecht, art. 24. lib. 1. &
41 Vveichbild, artic. 23. 2. Debetur viduæ ex boni viri nobilis
ſponſalitia largitas, quæ vulgo appellatur Morgengabe, illa
ſcilicet donatio, quam vir nobilis regulariter facit vxori, ma-
nè antequam ad prandium diſcumbat, licet etiam poſtea fie-
ri poſſit, quandocumque viro placuerit. Sicut eſt conſuetu-
do in his terris. Quod viri nobiles poſt cõcubitum manè pro
ſponſalitia largitate ſponſæ donant, ſeu conſtituunt catenam
auream, vel aliquod aliud clinodium, interdum etiam ali-
quam pecuniæ ſummam, &c. Et ex diſpoſitione iuris Saxon.
nihilominus debentur vxori poſt mortem mariti, vltra hanc
ſponſalitiam largitatem, aliæ quædam res, quas ius Saxoni-
cum ſponſalitiæ largitati annumerat. Vt ſunt omnia pecora
paſcualia, vaccæ, capræ, porci, & omnes equi ad labores ru-
ſticos nondum captati, & quotidieque foras ad paſcua excur-
rentes. Sed equi in currus, ſeu aratra apti, item boues, hirci,
aliaque animalia maſculini ſexus, pertinet ad hæreditatem,
42 & non ſponſalitiam largitatem, de quo art. 24. lib. 1. 3. Debẽ-
g tur vxori domeſtica cibaria, *g* vulgo dicta Muſſtheyl. *h* Quæ
h comprehendunt dimidiam partem omnium cibariorũ do-
meſticorum, poſt tricesimum diem, vel in domibus defun-
cti, vel quibuſuis alijs locis, vbi in vita habere conſueuit, re-
manentium, illa omnia pro parte dimidia debentur relictæ
viduæ, & pro altera parte, proximis defuncti hæredibus. An-
numerantur autem cibarijs domeſticis omnes carnes, ſalſæ,
& infulæ, lardum, farcimina, butyrum, caſei, ſal, mel, &c. Item
dimidia pars omnis generis potus, vini, ceruiſiæ, mulſi, &c.
Item dimidia pars omnis ſiliginis, & tritici, ſeu in granarijs,
ſeu horreis reconditi, exceptis tamen fructibus adhuc in her-
ba exiſtentibus, vel per maritum in vita ſua mutuo datis, &c.
Pertinet etiam ad cibaria domeſtica dimidia pars ſpeltę, Hor
deum verò, & auena cedunt hæreditati, &c. Sicut veteres
pronunciarunt, vt eſt ſententia poſt [Landrecht, ſub Rubr.
43 Vom Vihe vnd Getreyde aun Erbe gehorig.] 4. debetur vi-
duæ nobili, donatio propter nuptias, quæ vxori afferenti do-
tem in recompenſationem dotis conſtituta eſt, & vulgo di-

citur. [Eyn Gegen vermachung.] Et regulariter inter nobi-
les perſonas fit in feudis, ita vt vxori cõſtituatur vſusfructus
in certis bonis feudalibus, quibus vidua poſt mortem mariti
vtitur, & fruitur tempore vitæ ſuæ: proprietas verò eſt filio-
rum, vel agnatorum ſimultaneè inueſtitorum. Vnde mortua
vidua vſusfructus finitur, & bona feudalia reuertuntur ad fi-
lios, vel cognatos, & vſusfructus formalis conſolidatur cum
proprietatè, §. finitur, 3. ſupr. de vſufruct. Vnde vulgo dicitur.
[Eyn Leibzucht oder Leibgeding. artic. 32. lib. 1.] Et notan-
dum, ad conſtitutionem huiuſmodi dotalitij in bonis feuda-
libus requiri conſenſum domini, & proximorum agnatorũ,
ad quos feudum poſt mortem mariti eſt reuerſurum. Nã in
præiudicium agnatorum vaſſallus feudum alienare, & ſerui-
i tutem *i* ei imponere nõ poteſt, §. hoc quoque, de ſucceſs. feud.
& §. præterea, quibus mod. feud. amit. præſertim quando vl-
tra debitum modum vſusfructus conſtitutus eſt, ſecus ſi de-
44 bitus modus reſpectu dotis eſt ſeruatus. Sciendũ enim, quòd
K licet donatio propter nuptias doti æqualis eſſe debeat, tot. *K*
Nouell. 97. de æqual. dot. & donat. propter nupt. & §. eſt, &
aliud 3. ſup. de don. de conſuetudine tamen iſta æqualitas nõ
l *l* ſic ſeruatur, vt admonet D. Henning. God. in conſ. 8. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. Regulariter autẽ vſusfructus reſpectu dotis du-
plicatus conſtitui ſolet, ita quòd ſi vxor dedit mille in dotem,
conſtituatur 2000. loco donationis propter nuptias. Si iſte
modus eſt ſeruatus, tunc agnati de conſuetudine in his terris
huiuſmodi dotalium impugnare non poſſunt, etſi non con-
ſenſerint. Imo quando vxor marito dotem numerauit, licet
maritus nobilis decedat, antequam vxori cõſtituat donatio-
nẽ propter nuptias, nihilominus agnati reſpectu dotis datæ,
viduæ donationẽ hanc propter nuptias duplicatam in bonis
m feudalibus conſtituere tenentur, *m* iuxta gloſ. Vveichbild, art.
45 22. Idem ſi maritus decedat ante ſolutam dotẽ, & vxor poſt
eius obitum numeret dotem, tum ſucceſſores mariti, filij, vel
agnati, adhuc tenentur ad conſtitutionẽ huiuſmodi donatio-
nis propter nuptias. Vveichbild, art. 22. in gloſ. Quod ſucceſ-
ſor feudi teneatur de conſuetudine huius terræ in recompẽ-
ſationem dotis conſtituere in bonis feudalibus donationem
propter nuptias duplicatam. Si verò vltra hunc modum ma-
ritus vult conſtituere vxori dotalium in bonis feudalibus,
conſenſus agnatorum requiritur, quo deficiente, vſusfru-
ctus in eo, quo excedit modum prædictum, non valet, licet
conſenſus domini acceſſerit. Cum dominus hoc caſu agna-
to præiudicare non poſſit, c. 1. de alien. feud. par. Et ita de con-
46 ſuetudine ſeruatur, & pronũciatur. Et circa prædicta de cõ-
ſuetudine Saxon. notandum, non ſolum penſionem de dote,
ſed etiam de donatione propter nupt. duplicatam viduæ ſol-
uen-

ADDITIONES.

a *Aut vxor nihil reliquit in mobilibus. Non tamen vidi ſic pro-
nunciari, ſed ſimpliciter tantum marito mobilia adiudicentur
& cogitur immobilia reddere, conſt. 21. cum ſeq. part. 3. Quid
autem de ijs quæ donantur in feſto nuptiarum zapaldem vide
conſt. 19. part. 3. & an ſodane mobilia, conſtit. 25. par. 3.*
b *Vide conſtit. 24. par. 3.*
c *Vide conſtit. 21. part. 3.*
d *Conſtit. 23. p. 3.*
e *Quare mobile hereditarium, & debitum pro mobili habetur,
& marito cedat, etiamſi in vita vxoris ex feudo nondum fue-
rit ſolutum conſt. 21. par. 3 verſic. Da aber.*
f *Intellige niſi accipiat hereditatẽ ex ſtatuto, vel teſtamẽto cõſt.
37. p. 3. Quid ſi prælegata: Credo quod nihilominus illa capere
poſſit, niſi pro ijs eſſent diſertè relicta, vide tit. de dot. præleg.*
g *An hæc omnia propria authoritate, & vtrum ante triceſimum
diem ſumere poſſit, vide conſt. 33. par. 3.*
h *Von Gerſten, Hopffen, vnd beyden Korn, obs zu Muſztheyl ge-
horet, vide conſt. 34. p. 3. & dimidia pars omnium debetur, quæ
poſt triceſimum diem ſuperſunt, dato quod vltra annum ad vi-
ctum ſufficere poſſint conſt. 36. par. 3.*
i *Vide Ardizonem, c. 118. tr. de feud. Curt. tract. de feud. part. 4.
q. 14. Adde c. 1. §. quid ergo, de inueſt. de re aliena facta, gl. in c.
1. §. præterea, de capitulis Conradi.*
K *Auth. dos data, C. de don. prop. nup. Auth. æqualitas, C. de pact.
convent. tam ſuper dote, §. eſt aliud, Inſt. de donat. c. donatiſe. de
don. inter virum & vxorem.*
l *Adde Beroum deciſ. 22. Guidonem Papam, deciſ. 265. Gail.
1. obſeru. 36. nu. 10 & 2. obſer. 78.*
m *Eſt in optione mulieris vtrum dote repetere, an dotalitium
conſtitui velit, conſt. 44. par. 3.*

dendam eſſe, veluti. Si vxor dotem 1000. Florenorum deferat
tunc illa pecuniæ ſumma, vna cum 100. Floren. vſufructu, re-
lictæ viduæ ad vitam conſtitui, ſiniq; compenſationem do-
tis, antiphernā, ſed donatio propter nuptias eiuſdem quanti-
tatis deſtinari, & ex ijsquoq. annua penſio 100. Florenorum
47 perſolui debet, &c. Et ita pronunciatur. II. Aut maritus igno-
bilis moritur, ciuis nimirum, vel ruſticus, & tunc ſi vxori re-
ſpectu dotis eſt conſtituta donatio propter nuptias, eam tan-
tum accipit vna cum vtenſilibus ſponſalitiam verò largitaté
a iure Sax. ſtatutam, vxor viri ignobilis non percipit, neque
cibaria domeſtica: Si verò in pactis dotalibus non eſt con-
uentū, quantum vxor ex bonis mariti lucrari debeat, neq. in
loco domicilij mariti de hoc eſt ſtatutum, vel conſuetudo, tūc
Lipſen & Magdeburg. pronunciant, vxoré ſuccedere in quar
ta parte bonorum mariti, mobilium, & immobilium, vna cū
vtenſilibus iuxta d. Auth. præterea, non tamen attenta illa di-
a ſtinctione, an ſit diues, vel inops. a Curiales verò pronūciant;
vxorem ſuccedere in tertia parte abſq. vtenſilibus, quæ reci-
pientibus tertiā dari non ſolent, vt eſt gl. & ibi add. [Vveich-
bild,] d. ar. 22 & gl. in Landrecht, lib. 1. art. 24. §. [Diſs. iſt dir-
48 geſagt,] & ibi additio. Videte differentiam iure Sax. & ciu.
33. Et quando vult percipere vxor tertiam, tunc tenetur con-
ferre omnia ſua bona, quæ viuente marito a parentibus, vel
conſanguineis acquiſiuit, habet tamen electione, an velit re-
cipere tertiam partem bonorum mariti, facta illa collatione
ſuorum bonorum; an verò ea relicta, velit retinere ſuam do-
tem, & alia ſua bona mobilia, & immobilia, vna cum vtenſili
bus; De quibus vide vigeſimam differentiam iure Sax. & ciu.
49 Vltimo circa hanc materiam ſucceſſionis ab inteſtato, no-
tanda eſt differētia inter ius commune, & Sax. De iure enim
communi inter bona allodialia, ſiue mobilia, ſiue immobilia,
nulla eſt differentia, neq. inter perſonas defunctas, neq. ſucce-
dentes, quoad diuiſionem bonorum hæreditariorum, diſtin-
guitur, ſiue enim moriatur nobilis, vel ignobilis, ciuis, vel ru-
ſticus, maſculus vxoratus, vel ſolutus, fęmina maritata, vel ſo-
luta indiſtinctè ad defuncti ſucceſſionem vocantur eius con-
ſanguinei, maſculi, & fęminę, agnati, & cognati, ſublata diffe-
rentia ſexus, agnationis, & cognationis, eo modo, & ordine,
de quo hactenus dictū eſt, ita tamen, vt maſculi, & agnati in
feudis excludant fęminas, §. hoc autē de his qui feu. da poſſ. in
b vſib. feu. Et aliquando ſcilicet in caſu inopiæ, vxor ſuccedit b
50 marito, & contra, iuxta d. Aut. prętereà, C vnde vir, & vxor.
De iure vero Sax. diuerſæ ſpecies bonorum reperiuntur, ſci-
licet (Lehen, Erb, Heerge vvehr, Heergerade, Leibgedinge,
Gerade, Morgen gabe, vnnd Muſtheil.) Quæ qualiter Lati-
nē appellentur dictum eſt ſupra, & pro qualitate bonorū, di-
uerſæ quoque perſonæ ad ſucceſſionem vocantur. Vt autem
breuibus hæc materia ſucceſſionum ab inteſtato de iure Sax.
51 comprehendatur, diſtinguendi ſunt quatuor caſus principa-
les. Primus caſus eſt, quando vir nobilis moritur, & tūc diſtin
guitur, an tēpore mortis fuerit vxoratus, nec ne. Primo enim
caſu, omnia ipſius bona, tam feudalia, quam allodialia, mobi-
lia, & immobilia, diuiduntur inter triplices, ſucceſſores. I. In-
52 ter vxorem, cui debentur quatuor prædicta, donatio ſcilicet
propter nuptias, ſponſalitia largitas, vtenſilia, domeſtica ciba-
53 ria. II. Inter filium ad quem, excluſis filiabus, bona feudalia
pertinent, item res expeditoriæ. Et eo pertinent duæ pelues,
menſale, melioraque arma pro vno viro, item gladius, & vali-
dior equus inſtructus. Si verò defunctus filium non reliquit,
tunc ad eius agnatum, qui ſimultaneam habet inueſtituram,
feudum deuoluitur, cui etiam tunc res expeditorię debentur,
quos vulgo appellamus. [Die Lebens volger, vel Lebens Er-
54 ben.] III. Inter legitimos hæredes, (So man die Landerben
nennet.) quibus debentur reliquiæ res hæreditarię, ſeu allo-
diales, mobiles, & immobiles. Das Erb oder Erbguter, vnd
ſtuckloſzū. Erb vnd Erbgerechtigkeyt ge horig ſem.) Vnde ſi
nobilis reliquit filios, & filias ſimul, hi æqualiter diuidunt hę-
reditatem paternam, l. inter filios, 11. C. fam. herc. Si vero nō
reliquit liberos, tunc eius parentes, & his non extantibus cō-
ſanguinei collaterales ſuccedūt, eo modo, & ordine, vt ſupra,
55 dictum fuit. Secundo caſu quando vir nobilis tempore mor-
tis non habuit coniugem, tunc bona ipſius diuiduntur inter
duos ſucceſſores. Filijs enim vel his non extantibus, proxi-
mis agnatis debētur bona feudalia, & res expeditorię. Dein-
de filijs, & filiabus ſimul, vel his non extantibus, proximis
conſanguineis debentur bona allodialia. Et tunc vir nobilis
non dicitur relinquere vtenſilia. Sed pertinent illæ res alias
bonis vtenſilibus annumeratæ, ad hæreditatem, &c.
56 Secundus caſus principalis eſt, quando vir ignobilis mori-
tur, ciuis, vel ruſticus, qui non habet bona feudalia, tunc quo-
que diſtinguitur, aut enim tempore mortis fuit vxoratus, &
ipſius bona diuiduntur inter duplices ſucceſſores, ſcilicet vxo
c rem, & legitimos hæredes, c vxor enim percipit donationem
propter nuptias, ſi conſtituta eſt: ſi verò non eſt conſtituta,
tunc debetur ei quarta, cum vtenſilibus, vel tertia, ſine vtenſi-
libus, vt ſupra dictum eſt. Et notandum, quod vxor viri igno-
bilis non accipit domeſtica cibaria, ſed huiuſmodi res & aliæ
mobiles, & immobiles, indiſtinctè tranſmittuntur per defun-
ctum ad liberos ſuos, & his non extantibus, ad alios conſan-
guineos quę a lege ad eius ſucceſſionem vocantur. Aut tem-
pore mortis non habuit vxorem, & tunc omnia ipſius bona
pertinent ad proximum conſanguineum, & hæredem.
57 Tertius caſus principalis eſt, qđ fœmina nobilis moritur:
tunc etiam diſtinguitur. Aut. n. tempore mortis habuit mari
tū, tunc ipſius bona diuidūtur inter triplices hęredes. I Inter
maritum, qui lucratur omnia bona mobilia, exceptis vtenſili-
bus, vt ſupra dictū. II. Inter proximā cognatam, quę præ alijs
hæredibus percipit vtenſilia Vnde filię excludūt filios à perce
ptione vtenſilium, & non extantibus filiabus filius excluditur
a ſorore, vel alia cognata ipſius defunctæ fęminæ, & etiam a
fiſco, vt infra dicetur. Et percipientes vtenſilia, tenetur mari-
to parare lectū, quemadmodū vxore viuente parabatur. III.
Inter legitimos hęredes, filios, & filias, & his deficiētibus inter
alios proximos cognatos, & agnatos reliqua bona hęredita-
ria diuiduntur. Aut tēpore mortis non fuit maritata, & tunc
ipſius bona diuiduntur inter duplices ſucceſſores. Proxima
.n. cognata percipit vtenſilia, reliqua verò bona hęreditaria,
ad liberos, ſi quos habuit, vel alios conſanguineos pertinent.
58 Quartus caſus principalis eſt, qn̄ fęmina ignobilis moritur
& tunc idem dicendum, quod de tertio caſu principali dictū
eſt, & addite te. iur. Sax. Lendrecht, ar. 27. li. 1. Ad quem nota-
bitis, dum dicit proximam cognatā percipere vtenſilia quod
per hoc ius repræſentationis in deſcendentibus non excluda-
tur. Itaq. ſi mater moriatur, & relinquat filiam, & ex prēmor
tua filia tres, vel plures neptes, tunc filia nō excludit a ſucceſ-
ſione vtenſilium neptes ex filia præmortua, ſed neptes eam
partem de vtenſilibus accipiunt, quā mater earum, ſi ſuperui-
xiſſet, accepiſſet, & hoc iure repræſentationis, quod in deſcē-
dentibus de iure Saxo. non eſt ſublatum, vt in 2. concluſione
primi ordinis ſuccedendi dictum eſt. Et ita pronunciatur, vt
eſt ſententia poſt Landrecht, ſub Rub. [Von ſucceſſion auff
Erbgutten,] poſt prin Secus eſt in collateralibus. Nam ſi fęmi
na moriatur relicta ſorore, & nepte ex prædefuncta ſorore
tunc neptis per ſororem excluditur, quia in collateral. repræ-
ſentatio de iure Sax. locum non habet, vt ſup. in tertio ordine
ſuccedendi in 3. concluſione dictum eſt. Et ita quoq. pronun-
ciatur, vt eſt ſentētia poſt Land. ſub. tit. vom Leibgeding. in fi.

A D D I T I O N E S.

a *Verum quidem, hoc diſcrimen nō attendi, ſed tamen nouiſſimè*
conſtitutum, vt quando aliud pactum, vel ſtatutum non extat,
mulierque caſu conferre cogatur. Conſt. 20. part. 3. Multo ergo
magis relicta à marito legata imputare cogetur quarum poſte-
rius ius eſt contra l. in quartam, 91. ad leg. Fal. & qua not. ff. de
dot. præleg. quia non capit iure hæreditario. Prius, contra ipſā-
met conſtitutionē, quæ vult ante omnia deduci æs alienū vtro-
que caſu. Atque importata mulieris ſunt etiam æs alienum, &
quidem in cæteris magis priuilegiatum, l. aſſiduis, 12. C. qui por.
in pign. & apud Saxon. Conſt. 28. par. 1. Ideo etiam hæc ante
omnia erant deducenda. Alioqui ſæpe nihil lucratur vxor, præ-
ſertim diues & eſt deterioris conditionis, quam pauper, aut è
contrario maritus, contra analogiam.

b *Qua de re vide Doctores, & in his Fabrum d. Authen. præte-*
rea, C. vnde vir, & vxor.

c *Multis locis, vbi Geradam capiunt ignobiles fœmina neptes,*
ibi mares proximi contra capiunt Heergeuuehr, id eſt poſtulat
æqualitas, l. vlt. C. de ind. vid.

a DE SVCCESSIONE FISCI.

1 *Fiſcus quid.*
2 *Vnde dictus.*
3 *Sporeula quid.*
4 *Confiſcare.*

A D D I T I O.

a *Fiſcus ſuccedit defunctis inteſtatis, qui nullum relinquerunt*
heredem aut relinquere potuerunt, l. 1. l. vacantia, C. de bonis
vacantib. De quo iure ſuccedendi vnde plura apud Nic. Vbal.
tract. ſucceſſ. ab inteſt. p 5. Adde Gail. 2. Obſeru. 86. vbi quæ-
rit, an bonis mariti confiſcatis, vxor dotem ſuam ſaluam ha-
bere debeat.

Digitized by Google

5 *Redditus Romani Imperij quanti ſub Friderico Barbaroſſa fuerint, & quomodo diminui cœperint.*
6 *Fiſci, fiſcinæ, vel fiſcellæ, quid.*
7 *Papa etiam habet fiſcum.*
8 *An domini terrarum, & cōitatis ciuitatum, & collegia fiſcum habeant, vel ius confiſcandi, & alia priuilegij fiſci.*
9 *Fiſcus plura in iure habet priuilegia.*
10 *Priuilegium tacitæ hypothecæ fiſcus in bonis debitoris habet.*
11 *Confiſcatio bonorum propter delictum commiſſum, pro quo etiam pena confiſcationis imponuntur.*
12 *Fiſcus defuncto ſine heredibus ſuccedit in bonis vacātibus.*
13 *Bona vacantia, & hereditas iacens quid & quō differant.*
14 *Fiſcus quando, & quot modis ſuccedat.*
15 *Quando fiſcus manus ſibi ipſi inferente ſuccedat.*
16 *Heredibus, qui non vendicant necem defuncti, aufertur hereditas, tamquam ab indignis.*
17 *De iure Saxon. ſi fœmina non reliquit filiam, vel cognatam, vtenſilia deuoluuntur ad fiſcum: ſi maſculus ſine agnato, res expeditoria.*
18 *Fiſcus excluditur per vxorem, & maritum.*
19 *Per ſocium Imperialis liberalitatis.*
20 *Per collegium licitum.*
21 *Per legitimum tutorem in hereditate pupilli.*
22 *Fiſcus non ſuccedit peregrino, in peregrinatione decedenti.*

1 PRęmittendum, quod fiſcus propriè ſumptus, dicitur Camera Imperialij, vel Imperij, in qua receptatur quidquid
ad commodum pecuniarum Imperij pertinet, ſecundum
2 gl. & Plat. ſub Rub. C. de iure fiſci. Et dictus eſt fiſcus, ſecundum gloſ. ibi, quaſi fixus, firmus, vel ſtabilis, qui præſumitur
ſemper eſſe diues, & ſoluendo. l. 2. ff. de fun. dot. ideo à fiſco
non poteſt peti cauti, ſicut a priuato, l. 3. § item ſciendum, ff.
ſi cui plus, quam per leg. Falc. &c. l. 1. §. ſi ad fiſcum, ff. vt legati
nomine cau. Mynſing vero in §. res fiſci, 4. ſupra de vſucap.
inquit, quod fiſcus dicatur pecunia Imperatoris, ſeu Imperij.
Nam conſtituto principe, lege Regia ad ipſius decorem, &
maieſtatem retuādum, a Senatu populoq; Rom. decreta fuit
quædam publica pecunia, quæ dicta eſt fiſcus, à fiſcis, id eſt
3 ſportulis, quibus ea pecunia recondebatur, vt Aulonius Pedianus in ſecunda Vertina author eſt. Erat autem ſporta, vel
ſportula, vaſis genus, ab aſportando, vel à ſparta herba deductum vocabulum, ex qua contexebatur, vt tradit Mynſing. in
4 §. tripli, 24. infra de act. Ab hoc deinde nomine deſcēdit verbum confiſcare, id eſt, ad fiſcum principis deferre: & confi-
5 ſcata bona dicuntur, quæ fiſco adiudicata ſunt. Et obiter notandum, quod Imperij Romani redditus, ſub Friderico Barbaroſſa adhuc fuerūt ſexaginta ratione auri ex Germania, &
Italia. Colligebantur autem ex ciuitatibus, quarum maxima
pars ſub Imperatore immediatè erant: item ex portorijs vectigalibus, telonijs, quæ non erant principum, aut priuatorū,
ſed Imperatoris, ſeu Imperij. Vnde & Regalia dicta, quaſi
reſeruata Regi, ſeu Imperatori Romano, cap. 1. quæ ſint regalia, in vſibus feu. Rudolphus vero Haſpurgenſis primus,
cum metu Pontificum negligeret Italiam ciuitatibus Italiæ,
libertates, immunitates, iura, & redditus annuos vendere cœpit. Exemplum imitati ſucceſſores, idem non tantum in Italia, ſed Germania etiam fecerunt, vt in Italia nulla ciuitas libera Imperio reliqua ſit, nec ciuitates tantum, ſed & portoria, vectigalia, telonia, argenti ſodinæ. & ſimilia ab Imperio
alienarunt. Carulus Quartus, quod reliquum fuit, auro vendidit, quo ignauo & degeneri filio Vuenicesłao mercatus eſt
Imperium: ita vt hodie redditus ordinatij ex Imperio tanti
vix ſint, quanti diſponendis, & alendis poſtis eſt. Vnde nouis
vectigalibus, exactionibus, & ſuperindictis onerantur ſtatus,
& ſubditi Imperij. Erant igitur fiſci, fiſcinæ, vel fiſcellæ, ſportulæ ad maioris ſummæ pecunias recondendas, & cōſuetudo obtinuit, vt pro publica Imperatoris pecunia nomen fiſci
vſurpatum ſit, continens pro contento, per ſynecdochen. Et
notandum, Cameram Imperatoris non eſſe. Idem, cum Camera Imperiali, ſec. glo. & Rub. C. de iure fiſci, ſed eſſe came-
a ram proprij *a* patrimonij principis, tamquam priuati. Habet
enim Imperator proprias facultates, in quibus ante Iuſtinianum iure communi cum cæteris vtebātur Imperatores. Sed
Iuſtinianus lege a ſe lata, res patrimoniales cōparauit rebus
fiſcalibus, vt eadem haberent priuilegia, quæ fiſcus Imperij
habet, l. fin. C. de quadr. præſcr. Et quamuis fiſcus differat ab
ærario, cum fiſcus ſit publica illa pecunia, quæ ad maieſtatem
principis conſeruandam ſtatuta eſt: ærariū vero fuerit pecunia populi, dicta ab ære, quod condebatur in ęde Saturni, cuius fit mentio in §. fin. ſupra de vſuc. quandoque tamen iure
fiſcum pro ærario, & è contra ærarium pro fiſco accipi non
eſt dubium, ſecundum Mynſing. d. §. res fiſci.
7 Secundo præmittendum, quod ſicut Imperator in terris
Imperij, & nomine Imperij habet fiſcū ita Papa in terris Eccleſiæ nomine Eccleſiæ fiſcum habere dicitur. Clem. nolentes. 2. ext. de hæretic. vbi Eccleſia habet ſuum, cui applicantur
bona alicuius prælati delinquentis, de quo Plat. in d. Rub. C.
de iure fiſci, lib. 10. num. 13.
8 Tertio igitur præmittendū, quod Imperator proprie habet fiſcum; ideo domini terrarum, & cōmunitates ciuitatū,
municipiorum, & collegia, licet habeant burſam, ſeu arcam
communem, l. 1. §. quibus, ff. quod cuiuſque vni. nom. de iure
tamen fiſcum proprie non habent, vnde nec ius confiſcandi,
nec alia priuilegia fiſci habent, leg. ſimile, 10. ff. ad municip. &
l. 1. C. de bo. vacan. libr. 10. Fallit in Regibus, & alijs dominis
ac ciuitatibus liberis, & populus, qui ſuperiorem nō recognoſcūt. Quilibet enim Rex in ſuo Regno loco Imperatoris, vel
Monarchiæ habetur, vt notat. in l. poſtliminiū, 19. ff. de capt.
& poſtl. reuer. And. de Iſern. in tit. quæ ſint regalia, ſuper verbo, & bona committentium, num. 77. Idem dicendum eſt de
dominis, ciuitatibus, & populus ſuperiorē non recognoſcentibus, quibus ab Imperatore merum, & mixtum Imperium,
& talia iura fiſcalia, & regalia conceſſa ſunt, inter quę regalia
b continetur ius *b* confiſcationis & publicationis bonorum, vt
in d. tit. quæ ſint regalia. Idem de ciuitatibus, & dominis qui
iura fiſcalia pręſcripſerunt, & ſic de conſuetudine, & pręſcriptione ius confiſcandi habent. Nam, & regalia pręſcribi poſſe, traditur in c. ſuper quibuſdam, 26. §. pręterea, extr. de verb.
ſign. De quo latius videte Bar in l. 2. in princ. ff. de iure fiſci,
& in l. item veniunt, 10. §. ait Senatus, ff. de pet. hęred. & Bal.
in l. 1. in fi. C. de hæred. vel act. ven. & Io. de Plat. poſt alios,
ſup. Rub. C. de iur. fiſc. lib. 10. ou. 12. Iaſ. in §. rurſus, 5. num. 39.
infra de act. Hodie igitur vſu, & conſuetudine, Saxon. extenditur, vt illius confiſcandi habere intelligantur, qui merum,
& mixtum Imperium, ſeu ſuperiorem iuriſdictionem habent per tex. Lan. in art 28. lib. 1. & art. 31. & 37. lib. 2.
9 Quarto ſciendum, quod fiſcus in iure plura repetitur habere priuilegia, de quib. tit. in ff. & C. de iure fiſci, & in C. de
priu. fiſc. quæ partim enumerantur per Azon. C. de priu. fiſc.
& per Bal. in l. 1. C. de hęr. vel act. ven & Sal. in l. fi. C. de priu.
fiſ. & Franc. Lucan. in tract. de fiſco, & eius priuil. refert 140.
to priuilegia fiſci. Inter quæ notabitis. I. Quotidianum priui-
c legium, tacitæ *c* ſcilicet hypothecæ, quod fiſcus in bonis debitoris habet, l. aufertur, 46. §. fiſcus, ff. de iure fiſ. ita, vt bona
contrahentis cum fiſco, tacitè ſint fiſco obligata, etiam ſi ſpecialiter id non ſit expreſſum, l. 2. Cod. in quib. cauſ. pign. tacitè contrah. Sicut, & pro cenſibus, & tributis, omnia bona debitoris tacitè obligata ſunt, l. 2. C. in quib. cauſ. pign. tac. contrah. & l. 1. in fi. C. ſi propter public. penſitatio. vend. fuer. celeb. Item bona adminiſtratorum ciuitatis, pro adminiſtratione tacite ciuitatibus hypothecata ſunt, ſec. Alex in l. 1. § ſi hæres, ff ad S. C. Treb. refert, & ſequitur Neguſant. in tra. de pig.
in 4. memb. 2. par. prin. Et notandum, quod quando fiſcus, &
alius creditor habens hypothecam expreſſam, vel tacitā, cōcurrunt, tunc ſi priuatus eſt anterior, præfertur fiſco, & contra ſi fiſcus eſt prior, præfertur priuato, & habet locū vulgar.
Regula; Prior tēpore, potior eſt in iure, l. ſi fundum 4. C. qui
potiores in pign. habeantur, & l. res, 22. §. res autem, ff. de iure
fiſc. Et prædictum priuilegium habet locum in contractib. &
alijs iurib. fiſci, non autem in pęnis pecuniarijs ex aliquo delicto fiſco applicandis, ſecundum gloſ. in d. l. infertur, §. fiſcus,
ff. de iur. fiſci. Quare creditor agens etiā perſonali actione tārū ad perſecutionē rei ſuæ, vel debiti, licet non habeat hypothecā tacitam, vel expreſſam, tamen fiſco exigenti pęnā, pręfertur, vt habetur, & not. in tit. C. pœnis fiſc. cred. præferri, li. to imo ſi bona fuerint cōfiſcata, creditor debitū à fiſco ſummatim ſine ordinario iudicio petere pōt, vt notatur per Bar.
in d. l. res, § 1. ff. de iure fiſci, quia fiſcus capit bona publicata
cum

ADDITIONES.

a *Vide titulum de officio Comitis ſacrarum largitionum: item, titulum de officio Comitis rerum priuatarum, item, titulum de officio Comitis ſacri patrimonij.*

b *Confiſcādi, & publicādi ius per ciuitates, & dominos ſuperiorē iuriſdictionē habētes præſcriptione acquiri poteſt. De cōfiſcatione, & an pertineat ad proprietariū, vel fructuarium, vide Bar. in d. l. diuortio, §. interdū ff. ſol. mat. & in l. Imperator, ff. de iure fiſci. Adde Guidonē Papam q. 413. & 437. Plura vide apud Ang. tract. de maleſ. in verbo, & bona eius publicamus. Gandin. de maleſ. tit. de bon. maleſic. Marſil. ſing. 307. & 314.*

c *Tacita fiſci hypotheca.*

cum onere ſuo, vt ſatisfaciat creditoribus, l. ſi marito 31. ff. ſo-
lut. matrim. Et ratio prædictorum eſt, quia fiſcus tunc agit de
lucro captando, creditor vero de damno vitando. Sed fauo-
rabilior eſt cauſa eius, qui certat de damno vitando, quàm il-
lius, qui de lucro captando, d. Rubr. C. pen. fiſc. cred. præfer.
lib. 10. & l. fi. C. de acquir. poſſeſs. ante fi. Et de hoc priuilegio
fiſci, videte plene per Neguſ in d. tract. de pign. in 4. membr.
1. parte princip. numer. 113. & Plat. poſt alios in d. l. vnica, C.
11. pęn. fiſc. cred. præf. II. Priuilegium fiſci, eſt ipſa bonorum
a *a* confiſcatio, proter delictum commiſſum, pro quo etiam
pęnæ confiſcationis imponuntur. Olim enim regulariter bo-
na delinquentium confiſcabantur. Hodie verò de iure Au-
thenticorum illud eſt correctum, ita vt bona delinquentium,
& damnatorum ad mortem, nihilominus ad legitimos hęre-
des tranſmittantur, Auth. bona damnatorum, C. de bon. dam.
excepto crimine læſæ maieſtatis, pro quo non ſolum pœna
capitis, imponitur, ſed etiam omnia ipſius bona confiſcantur,
excluſis liberis, & alijs conſanguineis, l. quiſquis, 5. C. ad leg.
Iul. maieſt. Item excepto crimine hæreſis, l. Manichæos, 4. C.
de hæreticis, & cap. accuſatus, 8 §. in eo, ext. de hæret. lib. 6.
adeò quod etiã contra hæreticum defunctum procedi poſſit
vt bona fiſco applicentur, d. l. Manich. & d. cap. accuſatus, §.
in eo, extr. de hæret. lib. 6. Item res quæ propter non ſolutum
vectigal. incidunt in commiſſum, ipſo iure efficiuntur fiſci,
vel eius, cui vectigal ſoluendum erat, l. commiſſa. 14. cum ſi-
milibus, ff. de publ. & vectig. Et plures caſus vbi bona confi-
ſcantur, videte per Franciſ. Lucan. in dict. tract. de fiſco, §. ſu-
pereſt igitur. Et de forma confiſcandi, videte Plat. in l. prohi-
12 bitum, 5. in princip. C de iure fiſci, lib. 10. III. Priuilegium de
quo hic principaliter agitur, eſt, quod fiſcus defuncto ſine hę-
b redib. ſuccedit in bonis *b* vacantibus. Dicuntur autem bona
13 vacantia, quæ iacent propter defectum legitimorum ſucceſ-
ſorum. Eſt enim differentia inter hæreditatem iacentem, &
bona vacantia, quia hæreditas iacens propriè dicitur illa, quæ
nondum eſt adita, & in qua nondum apparet aliquis hæres,
ſed eſt ſpes, eam aditum iri per aliquem. Sed quando omnes
hæredes legitimi deficiunt, conſanguinei ſcilicet, quia l. ad
ſucceſs. vocantur, & nulla eſt ſpes adeundi, tunc dicuntur bo-
na vacantia, ſec. Plat. poſt alios in l. 1 in prin. C. de bon. vacan.
lib. 10. & Matth. de Affl. in verb. bona vacantia, n. 17. quæ ſint
Regalia in vſib. feu.

14 Eſt igitur hoc caſu notanda concluſio, quod defuncto ab
inteſtato, non exſtantibus legitimis hæredibus, deſcendenti-
bus ſcilicet, aſcendentibus, vel collateralibus, vel etiam con-
iuge, ſuccedit fiſcus. l. 1. & l. vacantia, 4. C. de bon. vac. lib. 10.
Hinc Plat. in d. l. 1. inquit: fiſcum duobus modis ſuccedere,
primum, quando ab ipſo defuncto eſt inſtitutus hęres deinde
quando deficit legitimus ſucceſſor d. l. vacantia. Ampliatur
autem hæc cõcluſio procedere. I. Etiamſi defunctus reliquiſ-
ſet coniunctos ſanguine, ſed ad ſuccedendum non idoneos,
veluti natos ex inceſtuoſo, nefario, & damnato coitu, quibus
nec de iure ciuili alimenta debentur, Auth. ex complexu, C.
de inceſt. nup. II. Ampliatur, etiamſi exſtarent quidem legiti-
mi hæredes, ſed propter crimen læſæ maieſtatis, perduellio-
nis, vel hæreſis, incapaces hæreditatis, d. l. quiſquis, C. ad leg.
Iul. maieſt. & §. interdum, ſup. tit. noſt. & addite gl. 1. in l. pri-
ma, ff. de iure fiſci. III. Ampliatur, etiamſi extarent conſan-
guinei collaterales, ijque & idonei, & capaces, ſed defuncto
vltra decimũ gradum coniuncti. Hi enim fiſcũ in ſucceſſio-
ne pręferri ſupra tertio ordine ſuccedendi, in vltima conclu-
ſione dictum eſt. IV. Ampliatur, etiamſi exſtarent affines ijs
enim fiſcus multo magis præfertur, quippe cũ affinitatis iure
nulla permittatũ ſucceſſio, vt dicitur in l. affinitatis, 7. C. cõ-
15 munia de ſucceſ. V. Ampliatur, etiamſi extarent hæredes, ſed
quorũ cognatus defunctus ſub ipſe mortem conſciuiſſet. Nã
& huius bona applicantur fiſco. In hac tamen quæſtione cõ-
muniter ita diſtinguitur: Aut interficiens ſeipſum hoc fecit
tædio vitæ, vel æris alieni pudore, vel propter impatientiam
doloris, aut rabiem furoris, vel quia incaute ſe proiecit in flu-
men, & tunc fiſcus ei nõ ſuccedit, ſed conſanguineus, & legi-
timus eius hæres, l. fi. §. ſi quis autem tædio, ff. de bon. eor. qui
ante ſententiam mortem ſibi conſciſcũt, & l. 2. C. qui teſt. fac.
poſ. l. ſi quis filio, 6. §. eius qui, ff. de iniuſt. rup. vel irrit. fac. teſt.
Aut metu pęnæ perpetrati criminis ſeipſum interfecit, & tũc
ſubdiſtinguitur. Aut erat tale crimen, de quo etiam poſt mor-
tẽ memoria damnatur, vt læſæ maieſtatis, hęreſis, & perduel-
c lionis, & bona ipſius ad *c* fiſcũ deuoluũtur, d. l. quiſquis, & d.
§. interdum, & d. l. fin. Aut non erat tale crimen, & tunc ſi eſt
priuatum, vel extraordinarium delictum, propter quod bona
alias non confiſcantur, veluti ſi fur. ſibi manus inſerat, fiſcus
ei non ſuccedit, ſed eius conſanguinei, d. l. fin. poſt prin. ff. de
bon. eo. qui ante, &c. Aut vero eſt publicum, & tale delictum
propter quod etiam bona confiſcantur, & tunc ſi ante depre-
henſionem, vel accuſationem, ſeipſum interfecit, non perdit
bona, ſed hæredẽ relinquit. Si vero in crimine fuerit depræ-
henſus, vel de eo accuſatus, hæredem legitimum non relin-
quit, ſed fiſcus ei ſuccedit, d. l. fin. in prin. niſi innocentia per
hæredes probaretur, d. l. fi. in fi. de quo poſt Azon. in Summa,
C. in tit. de bon. eo. qui ante ſen. &c. Videte ibi Salic. in l. 1. vbi
refert longam diſtinctionem, & Franciſ. Lucan. in d. tractat.
de fiſco, & eius priuilegijs, §. hinc tamen quæri, & dubitari, in
princip. vbi ſubijciunt, titulum de his, qui ſibi mort. conſciue
hodie eſſe correctum, per Auth. bona damnatorum, Cod. de
bon. dam. cum hodie bona iam damnatorum ad mortem, de
quibus ſumptum eſt ſupplicium, ad fiſcum non pertineant:
ſed ad legitimos hæredes tranſmittantur, excepto crimine
læſæ maieſtatis, & hæreſis De quo videte ius Saxon. art. 31.
lib. 2. vbi dicitur; *Qui metu iudicij ſeipſum interuenit, illius
bona ad proximum hæredem pertinent, &c.* Et cõſtitutionem
Caroli V. *In der peinlichen Halſſ. gerichts ordnung.* c. 135. vbi
ſtatuitur; *Si occidens ſeipſum commiſit delictum propter quod
eius bona confiſcanda, & pœna quoq. mortis imponenda erat,
tunc hæredes relictorum bonorum non ſunt capaces; ſi vero ſo-
lum mortis pœnam meruit, vel ex melancholia, ſeu furore in-
ſaniave ſibi mortem conſciuit, tunc hæredibus nihil obſtare de-
bet, quo minus hæreditatem occiſi capiant, &c.* Et adite ſentẽ-
tiã poſt *VVeichbild*, ſub tit. *auff den Lantherren fallen biſſ. v-
d veilen ver vvirkt vnd verledigte Gutter.* Et de canina *d* ſe-
pultura eorum, qui ſibiipſis mortem inferunt, videte text. &
gl. in cap. placuit, 12. cauſ. 23. q. 5. & additionem ad gl. iur. Sa-
16 xon. in dicto art. 31. lib. 2. VI. Ampliatur etiamſi exſtarent
hæredes, ſed qui non vendicarent necem defuncti, aufertur
enim ab eis, tamquàm indignis hæreditas, & applicatur fiſco
l. 1. in pr. de iure fiſc. & leg. 1. C de his, quibus, vt indig. Idem
ſi ex alia cauſa hæreditas aufertur ab hærede, vt ab indigno,
veluti ſi teſtamentum defuncti falſum, vel nullum accuſat.
Quod enim aufertur indigno, applicatur fiſco, l. Papinianus,
17 8. §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. & toto titul. ff. & Co. de
his quibus vt indig. VII. Pro ampliatione notabitis, quod de
iure Saxon. etiam exſtantibus conſanguineis defuncti, quæ-
dam res ex hæreditate defuncti, ad fiſcum, vel habentem ſu-
periorem iuriſdictionem, deuoluuntur; veluti ſi fęmina mo-
riatur, quæ non reliquit filiam, vel cognatam, licet habeat fi-
lios fratres, vel alios agnatos, tamen bona vtenſilia deuoluũ-
tur ad fiſcum excluſo filio, vel fratre, vel alio agnato fęminæ
defunctæ. Idem, ſi maſculus decedat, & non relinquat agna-
tum: tunc licet habeat cognatum, tamen res expeditoriæ, nõ
ad cognatum, ſed fiſcum, vel eum, qui habet ſuperiorem iu-
riſdictionem, tranſmittuntur. [Habens iuriſdictionem ſupe-
riorem, vel poteſtatem gladij, tenetur ex ijs bonis conſeruare
carcerem, neruum, & furcas, &c.] art. 28. lib. 1. & ibi additio.
& ar. 31. & 37. lib. 2. [VVeichbild,] ar. 59. iuncta gl. ibi, vbi dici-
tur [quod res illæ ad hæredes non pertinentes, deuoluantur
ad poteſtatẽ Regium. I. Et gl. ibi inquit, non tantũ hoc intelli-
gendũ eſſet de rege, ſed de omnib. qui habẽt poteſtatem gla-
dij, vt eſt tex. in d. art. 28.] Cum talis poteſtas eis a Rege pro-
pterea data, atque conceſſa ſit, vt iuriſdictionem conſeruent,
18 & delicta puniant, &c. Pro limitatione autẽ prędictę conclu-
ſionis ſciendũ, quod licet defunctus conſanguineos non re-
e liquit plures, *e* tamen ſunt perſonæ, quæ fiſcum a ſucceſſione
excludant. Et 1. Vxor, & maritus fiſco præferuntur, vt ſup. de
19 ſucceſ. viri, & vxor. dictũ eſt 2. Socius Imperialis liberalitatis
fiſcum

ADDITIONES.

a *De confiſcatione bonorum Adde Angel. & Gadin. dict. loco. De confiſcatione omnium bonorum, vide Clarum 5. Sent. §. vlt. q. 78. De confiſcatione certæ partis bonorum, vel aliquarum re-rum vide. Ibidem, q. 79.*

b *De vacantibus bonis, & quemadmodum fiſcus in iis ſuccedat.*

c *Lex iudicorum, ff. de accuſat. l. ſi quis, § proinde ff. de iniuſto, l. cum hic ſtatus, § ſi maritus, ff. de donat. inter virum, & vxo. l. 3. ff. de bonis eorum.*

d *Idem notatum in § ſumma autem diuiſio, n. 32. inf. de interd.*

e *Quæ perſona fiſcum a ſucceſſione defuncti excludant, & an tu-tor ſuccedat pupillo aliis deficientibus? Gloſſa ait in l. quo tute-la, ff. de regulis iuris. Quæ tamen in eo reprobata eſt, vt per Bar. in l. nutritoribus, C. communia de ſucceſſionibus. Et an do-minus ſuccedat propriis hominibus ab inteſtato decedentibus, vide Mynſing. 2. Obſer. 23.*

Digitized by Google

fiſcum excludit, C. ſi Imper. liber. ſoc. ſine hęred. deceſs lib. 10.
20 3. Collegium licitum *a* excludit fiſcum l. 1. & toto tit. C. de hę
a red. decur. Quod intelligatis ſec. Bar. poſt gl. in d. l. 1. in caſibus
a iure expreſſis, & enumeratis in illo tit. C. de hæred. decur.
non autem in alijs collegijs. Ideo ſi aliquis artifex exiſtens in
collegio honeſto ſuæ artis, decedat ſine hærede collegium ei
non ſuccedit, ſed fiſcus. Et licet Bald. in d. l. teneat contrarium
prior tamen ſententia eſt verior, & magis communis, quam
tenet gl. in d. l. 1. & ibi Bart. & Sal. & conſuetudo quoq. eam
approbat, ſicut videmus in ciuitatibus, in quibus ſunt mul-
ta collegia honeſtorum artificum, ſi moriatur collegiatus,
non habens hęredem conſanguineum, fiſcum ciuitatis ſucce-
dere, & non collegium. Item ſi ſcholaris, vel Doctor ſine hę-
rede decedat in Academia non ſuccedit ei, collegium Docto-
rum, neq. fiſcus ciuitatis, ſed vniuerſitatis, Seu Academiæ fi-
ſcus, de quo Ang. in l. 2. C. de bon. vac. lib. 10. 4. Tutorem quo-
21 que preferri fiſco, in hæreditas pupilli tenet gl. in l. quo tute-
la, 73. in prin. ff. ad reg. iur. ſed hoc in legitimo tutor defendi
poteſt, qui & ratione ſanguinis fiſco præfertur, non autem in
alijs teſtamentarijs, vel datiuis tutoribus, l. nutritoribus, 10. &
22 ibi Bar. C. com. de ſucceſ. 5. Excluditur fiſcus in *b* caſu Auth.
b omnes peregrini, C. comm. de ſucceſs. vbi dicitur, ſi peregri-
nus in peregrinatione deceſſerit, ipſius bona non ad hoſpitē
qui eum hoſpitio excepit, neque ad fiſcum, ſed Epiſcopum lo
ci peruenire qui hęredibus defuncti reſtituere vel pauperibus
erogare, & diſtribuere debet, de quo Nicol. de Vbal in tract.
ſucceſs. ab inteſt. in 5. par. n. 3. Et de hac quæſtione, quæ ſci-
licet perſonæ fiſcum excludant, videte Matth. de afflict. ſuper
d. ver. bona vacantia, quæ ſunt regalia in vſib. feu. Pla. in l. 1.
C. de bo. vac.

ADDITIONES.

a *Pone Eccleſiam, qua clerico ſuo dicitur ſuccedere excluſo fiſco, ut notatur c. vlt. 12. q. vlt. & ca. 1. & 2. de ſucceſs. ab inteſt. non tantum in quæſitis, & bonis Eccleſiæ (de his enim minus dubium, c quia nos de teſtam. cap. præſentis, de offic. ordin. in ſexto,) ſed, & in clerici ipſius patrimonialibus.*

b *An affines excludat fiſcum? Minime l. vitrico, l. affinitatis, C. commun. de ſucceſs,*

DE LEGITIMA AGNATORVM ſucceſſione.

TITVLVS II.

1 *Iure veteri tres fuiſſe ordines ſuccedendi, & n. 4. & 6.*
2 *Quæ requirantur, ut quis dicatur eſſe ſuus heres.*
3 *Suus heres unde dictus.*
5 *Agnati qui dicantur.*
7 *Differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, quo ad ſucceſſionem item differentiam ſexus in ſucceſſione ſublata.*
8 *Differentia cognationis, & agnationis in ſucceſſione ſublata.*
9 *Tribus modis non relabi ad ius vetus, ſcilicet, Pactis.*
10 *Statutis.*
11 *Conſuetudine.*
12 *Regula proximior in gradu remotiorem excludit, quando procedat.*
13 *Succedere, & ſucceſſorium edictum, quid, & n. 17.*
14 *Succeſſorium edictum quare inductum.*
15 *Quotupliciter locum habeat.*
16 *Caput quomodo hoc loco accipiatur, & quot ſint in capita ſuccedendi.*
18 *Succeſſorium edictum in quo capite locum habeat.*
19 *In quolibet capite, ſucceſſori edicti de gradu in gradum plures poſſunt eſſe gradus, excepto capite viri, & vxoris.*
20 *Si filius exiſtens in poteſtate abſtineat, ab hæreditate paterna an nepos illius admittatur.*
21 *In capite agnatorū ſi exiſtētes in primo gradu agnationis ſint excluſi an locus ſit ſucceſſorio edicto de gradu in gradum.*
22 *In cognatorum capite qualiter fuerit locus ſucceſſorio edicto.*
23 *In capite vnde vir, & vxor ſucceſſorium edictum locum non habet.*
24 *An in ſucceſſione ex teſtamento locus ſit ſucceſſorio edicto.*

1 AD intellectū huius tituli cum tribus ſequenti-
bus ſciendum eſt, de iure veteri tres fuiſſe or-
dine ſuccedendi. Primus erat ſuorū hęredum,
deſcendentium, ſ. ſeu liberorum, qui erant in
poteſtate patris defuncti, tempore mortis, ita
vt nulla alia perſona eos in gradu præcedere.
Hæc. n. duo requirebantur ad hoc, vt quis ſuus hæres dicere-
tur; primo, quod filius, vel filia erat in poteſtate patris, tēpore
mortis ipſius patris: deinde, quod nemo in gradu præcedat
vnde nepos non poteſt dici ſuus hæres aui, patre adhuc viuen
3 te, §. ſui, a. ſup. de hæredum qualitate. Et dictus eſt ſuus, quaſi
proprius ſeu domeſticus hæres, non aliunde accitus, ſed qua-
ſi ſui ipſius hæres cum viuo quoq. patre quodammodo do-
minus bonorum paternorum exiſtimetur, d. §. ſui, ſup. de hæ-
redum qualitate, & l. in ſuis, 11. ff. de liberis, & poſthumis. Vn-
de poſt mortem patris non de nouo per eum acquiritur, ſed
a in eum continuatur *a* dominiū, nec hæreditatem percipere,
ſed liberam bonorū adminiſtrationē conſequi dicitur, d. l. in
ſuis. Iuris enim fictione filius, & pater dicuntur vna, & eadem
perſona, l. ſi. in ſi. C. de impub & alij ſubſtit. Item vox patris, di
citur vox filij, & contra, §. ſi quis alij, 4 verſ. ei verò, infra de
inut. ſtip. Et ſuus hæres volens nolens cogebatur eſſe hæres,
tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, cui prætor tandē con-
ceſſit beneficium abſtinendi ab hæreditate, d. §. ſui, ſup. de hęr.
qual. His igitur ſuis hæredibus lege duodecim tabularū pri-
mo loco, excluſis filijs emācipatis, deferebat hæreditatem; ſi-
cut etiam hodie in ſucceſſione prima cauſa eſt liberorum, vt
ſub tit. præc. in primo ordine ſuccedendi, dictum eſt.
4 Secundus ordo erat agnatorum, ideſt, eorum, qui per ma-
ſculum, ſeu virilis ſexus perſonarum defuncto cōiuncti ſunt,
quaſi a patre cognati, vnde frater ex eodem patre, fratrum fi-
lij qui fratres patrueles, ſeu conſobrini dicuntur, item patrui,
agnati ſunt, §. ſunt autē infra eod qui ſcilicet retinent, & vſur-
pant, nomen familię, & gentis, & qui iiſdem imaginibus vtū-
5 tur. Et hi deficientibus ſuis hæredibus ſuccedebant defuncto
excluſis cognatis: ita vt nec mater filio, nec contra filius ma-
tri ſuccederet, vt conſtat ex duobus ſeq. tit. & de hoc ſecundo
ordine ſuccedendi agitur in hoc titulo.
6 Tertius ordo erat cognatorum, qui per fęminas nobis cō-
iuncti ſunt, & deficientibus agnatis tertio, & vltimo loco ad
ſucceſſionem defuncti admittebantur, vt inf. de ſucceſs. cog.
Et licet Imperator in hoc, & ſequ. tribus, tit. referat; qualiter
ius vetus circa ſucceſſionem in quibuſdam ſit correctum, ta-
men quia multa, quæ per Imperat. hic conſtituta ſunt, per ius
quoq. nouiſs. Auth. emendata, & correcta, & in tit. præced.
declarata ſunt, his tit. non erit immorandum, ſed I. Notandū
hodie tres alios ordines ſuccedendi per ius. Aut introductos
eſſe quorum primus deſcendentium, ſecundus aſcendentium
tertius collateralium, de quibus in præc. tit. diximus. II. No-
7 tandum illam differentiam emancipationis, & patrię poteſta
tis, quo ad ſucceſſionē, item differentiam ſexus in ſucceſſione
opportus eſſe ſublatam, ita quod liberi ſiue ſint in poteſtate pa
tris, ſiue emancipati, ſiue maſculi, ſiue fœmine, pariter, &
æqualiter ab inteſtato parentibus ſuccedunt, Auth in ſucceſ-
ſione, C. de ſuis, & legit. & ſup. in tit. præced. in primo ordine
8 ſuccedendi dictum eſt. III. Notādum differentia *b* agnationis
b & cognationis in ſucceſs quoque ſublatam eſſe, ita vt hodie,
tam agnati, quam cognati, maſculi, & fœminæ indiſtinctè, æ-
qualiter ſecundum gradus prærogatiuam ad ſucceſſionem
defuncti admittantur, c. ex his 5 Nou. 118 de hęred. ab inteſt.
ven. & Auth. poſt fratres autem cum Auth. ſeq. C de leg. hæ-
9 red. Pro limitatione autem ſciendum, ſecundum Myn. hic
quod etiam hodie in pluribus caſibus ad ius vetus quod agna
tionem conſiderauit, relabimur. Et 1. Hoc pacti fieri vide-
mus qui enim filia elocant, ſolent plerumque curare, vt filia
accepta dote renunciet ſucceſſioni paternæ, id quod inter
nobiles eſt frequentiſſimum. Sed quia huiuſmodi pacta de
futura ſucceſſione, a lege ciuili improbantur, l. pactum do-
tali. 3. C. de collationibus l. ſtipulatio hoc modo, 61. cum ibi
no. ff. de verborum obligat. neceſſe eſt hoc caſu vt iuramento
hęc renunciatio confirmetur. Nam pactum de futura ſucceſ-
ſione negatiuū, ſcilicet de non ſuccedendo, cū ibi non ſit vo-
tum captandæ mortis alienæ, iuramento confirmari traditur
in c. quamuis 2. de pact. in 6. Si vero renunciatio non ſit iura-
c mento *c* confirmata, filia poſt mortem patris, non obſtante
vlla renuntiatione, nihilominus ad ſucceſſionem paternam
11 admittitur d. l. pactum, & d. c. quamuis 2. Quando ſunt ſtatu-
ta vt extantib. filijs, vel agnatis filiæ, & fęmine excludantur.
Huiuſ-

ADDITIONES.

a *At non poſſeſſio. Quia exiſtentia ſui hæredis facit quam heredem ſed non poſſeſſorem. Tiraq. de retractu municip. §. 36. glo. 3. n. 3. Innoc. c. in præſentia de probat. vide Gail. 2. obſeru. 129.*

b *Adde Iaſonem in l. certum C. vnd. legitimi.*

c *Vide Nattam in rep. cap. 2. de pact. in 6. & ibi Archidiaconum Francum, & alios Adde Sec. regula, Filia renuncians, 150.*

Huiuſmodi enim ſtatuta de iure valere cōmunis, & vera eſt
ſententia, ſecū Doct. hic, in §. cæterum, vbi Ang. inquit, quod
communiter in Italia huiuſmodi ſtatuta vigeāt. Quæ ſenten-
tia confirmatur etiam authoritate legis Moſaicę, vbi filio ex-
ſtante, filia non ſuccedebat patri, n. 27. Et ratio iſtorum ſtatu-
torum eſt fauor Publicus. Publicè enim intereſt, vt ordinum,
a & familiarium *a* dignitas conſeruetur, l. 1. §. ſed, & ſi ſeruus,
ver. publice, ff. de ventr. inſpic. Familia autem proprie conſiſtit
in agnatione, leg. pronunciatio, 195. cum ibi not. ff. de verbor.
ſign. & agnatio conſeruatur per filios, non per liberos filiarū,
qui patris, nō matris familiam ſequuntur, l. familiæ 196. ff. de
verb. ſignific. Hinc Iaſ. in l. qui filiabus 18. num. 22. ff. de leg. 1.
inquit, a patre plus diligi filios, quam filias: quia per filios con-
ſeruatur, & dignitas, & familia. Honor aut, & decus in fami-
lijs conſeruatur per feuda, & diuitias diminutis .n. diuitijs,
diminuitur, & honor, §. hoc quoq. 2. ſup. per quas perſ. nobis
acquir. Imo egeſtate ſordentibus mors eſt ſolatium, & vita
ſupplicium, vt dicitur in l. quiſquis, 5. § filij, C. ad leg Iul. Ma-
ieſt. Prædicta tamen limitantur procedere, vt huiuſmodi ſta-
tuta valeant, quando ſcilicet filiæ ſunt dotatæ. Dos enim ſuc-
cendit loco legitimæ, ſec. Bart. in l. Titio centum, 71. §. Titio
genero, ff de cond. & demonſt. Nam per ſtatutum legitima,
cum ſit iuris naturalis, in totum tolli nequit, ſed minui poteſt
vt notatur in auth. noviſſima, C. de inoffic. teſtam. 3. in feudis
agnatos ſolos ſuccedere, excluſis cognatis, cōſtat ex §. his ve-
11 rò deficientibus, de ſucc. frat. vel gradibus ſucced. in feu. IV.
Ex §. ſi plures, notabitis regulam vulgatam: {proximior in
gradu remotiorem excludit,} addite l. 2. § legitima, ff. de ſuis,
& leg. Quod eſt verum, niſi remotior iure repræſentationis
admittatur, de quo ſup in 3. ordine ſucced. in 4. concl dictum
eſt. Vnde illud, quod hic dicitur, fratrem excludere fratris fi-
lium correctum eſt per ius Authenticorum. Auth. ceſſante,
C. de ſuis, & leg. de quo ſup. in 3. ordine ſucced. in 3. concl. di-
ctum eſt V. Pro declaratione, §. placebat, quædam de ſucceſ-
ſorio edicto dicenda ſunt.

DE SVCCESSORIO EDICTO.

13 Principio ſciendum, quod ſuccedere hoc loco dicitur, cum
gradu proximior non adit hereditatem, & alius ſe in eius lo-
cum trāsfert, de quo tit. in ff. & C. de ſucce. edicto. Vnde ſuc-
ceſſorium edictum dicitur, quo, prioribus non petētibus hæ-
14 reditatem, ſequentes admittuntur, l. 1. in fi. iunct. gl. fi. ibi. C.
eo. Deinde ſciendum poſt gl. & Bald. in Rub. C. eo. illud edi-
b ctum *b* principaliter eſſe introductum propter creditores, ne
diu bona hæreditaria eſſet vacantia, ſed vt maturæ ſcirent,
an haberent quem poſſent conuenire, an vero bona vacantia
fiſco eſſent delata, l. 1. in prin. ff. eo. Item in fauorem defuncti:
quia intereſt defuncti habere ſucceſſorem, ne iniuria afficia-
tur, §. 1. in fi. ſupra quibus ex cauſis man. non licet. Idem pro-
pter fauorem agnatorum, & cognatorum ſequētum, vt pro-
15 ximioribus repudiantibus ceteri admittārur. Poſtea ſciendū,
illud dictum dupliciter, locum habere aliquando de capite in
16 caput, aliquando verò de gradu in gradum. Accipitur autem
hoc loco caput pro ordine ſuccedēdi. Erant enim de iure ve-
teri capita, ſeu ordines ſuccedendi, vt refert I. C. in l. 1. in prin.
ff. ſi tab. teſt. null. extab. Primus ordo erat ſuorum hæredum,
ſeu liberorum, de quo tit. in ff & C. vnde lib. Secundus agna-
torum, de quo tit. vnde agnat. Tertius cognatorum, de quo
tit. vnde cognati. Quartus viri, & vxoris, de quo tit. in ff & C.
vnde vir, & vxor. Sicut hodie alij quatuor ordines ſunt indu-
cti, deſcendentium ſcilicet, aſcendentium, & collateralium,
item viri, & vxoris, vt ſupra dictum eſt.
17 Eſt igitur ſucceſſorium edictū de capite in caput, ſec. Bald.
in d. rub. C. eo. nihil aliud, niſi quędam digreſſio ab vno capi-
c te, ſeu *c* de vno ordine ſucceſ. in aliū ordinem, vt ſcilicet non
exiſtente aliquo de capite, ſeu ordine liberorum, ſuccedant
agnati ex ſecundo capite, vel ordine, & nō exiſtentibus agna-
tis, cognati ſuccedant, quibus non exſtantibus, ſuccedant vir,
& vxor, ſed Plat. & alios hic. Et notandum ſec. Iaſ. in l. qui ſe
18 patris, 3. C. vnde liberi, nu. 30. quod in omni capite, ad aliud
poteſt habere locum ſucceſſorium edictum, vt hic in prin. tit.
nullo etiam de capite ſuorum heredū ad aliud caput, ſeu or-
dinem ſuccedendi, quando ſcilicet ſui hæredes non exſtant,
nā tunc agnati admittuntur, vt hic in pr. tit. noſtri, ſecus, ſi ex-
ſtant ſui hæredes. Nam tunc de iure ciuili de capite ſuorum
hæredū in aliud caput, ſeu ordinem ſuccedendi, huic edicto
locus non eſt, l. 1. § ſciendum, ff. de ſuis, & legitimis, quia hi
de iure ciuili, etiam inuiti cogebantur eſſe hæredes, d. § ſui,
ſupra de hæred. qualit. Ideo tunc non poterat deficere caput
ſuorum hæredum, ſed quia prætor conceſſit eis beneficium
abſtinendi, vt inuiti non cogātur eſſe hæredes, ſequitur, quod
etiam hodie ſuis hæredibus exiſtentibus, ſed abſtinentibus,
vel repudiantibus hæreditatem paternam, locus ſit huic edi-
cto, de capite liberorum, ad caput agnatorum, text. eſt in leg.
defunctis, 6. C. de leg. hæred.
19 Secundo caſu, quando quæritur de ſucceſſorio edicto, de
d gradu in gradum, ſciendum, quòd in quolibet capite, ſeu or-
dine ſuccedendi, plures poſſunt eſſe gradus, excepto capite
viri, & vxoris, ſecundum Iaſ. in d. l. qui ſe patris num. 31. vt in
capite liberorum ſunt filij, nepotes, pronepotes, &c. qui om-
nes ſunt ſub vno, & eodem capite ſuccedendi, ſed in diuerſis
gradibus. Sic in capite agnatorum ſunt fratres, fratrum filij,
26 patrui, &c. Dubitatur itaque, an ſucceſſoriū edictum in quo-
libet capite, ſeu ordine ſuccedendi de gradu in gradum, ſeu
de perſona in perſonam, locum habeat, ac l. de ſuis hæredi-
bus, ſi filius in poteſtate exiſtens abſtineat ab hæreditate pa-
terna, an ſequens perſona, & ita eius nepos admittatur? & cō-
cluditur, quòd non, per text. in d. l. 1. §. ſciendum ff. de ſuis, &
legitimis. Quod eſt verum, attenta diſpoſitione iuris ciuilis,
qua ſuus hæres neceſſario cogebatur eſſe hæres, d. §. ſui, ſup.
de hæred. qualit. ſed quia hodie habet beneficium abſtinendi,
a prætore ei conceſſum, etiam in ſuis hæredibus locum eſſe
ſucceſſorio edicto, tenet gl. in d. l. qui ſe patris. in verbo, negat,
in fi. & gl. in Rubr. C. eodem. Et licet plures Doct. contra-
rium teneant, Plat. tamen hic dicit ſequendam eſſe opinio-
nem gl. quæ confirmatur per tex in d. l. defunctus, C. de legit.
21 hæredibus. II. in capite agnatorum, ſi ſint excluſi exiſtentes
in primo gradu agnationis, numquid ſequentes in gradu ad-
mittantur, & ſic locus ſit ſucceſſorio edicto de gradu in gra-
dū. Tria iura conſideranda ſunt ſecundum Iaſon, in d. l. qui ſe
patris, n 31. I. Eſt ius legis duodecim tabularum, confirmatum
a iure Digeſtorum, quo proximiore agnato hæreditatem re-
pudiante, ſequens in gradu non admittebatur, & ita ſucceſſo-
rium edictum inter agnatos non obtinebat, text. eſt hic, in §.
placebat, in prin. ſed fiſcus ſtatim ſuccedebat, excluſis etiam
cognatis, ſecundum Iaſon. in d. l. qui ſe patris, num. 31. Verum
illud ius erat valde rigoroſum, ideò ſuperuenit. 2. Ius præto-
rium ſcilicet, quo prætor diſpoſuit, vt excluſo agnato proxi-
mo, fiſcus non ſuccederet, ſed cognati: ita quod fratre repu-
diante hæreditatem fratris, non admittebatur ſequens agna-
tus, ſed fiebat tranſitus ad cognatos. & ſic de capite agnato-
rum ad caput cognatorum, ſecundum Iaſon. in d. l. qui ſe pa-
tris, num. 31. Sed quia hæc correctio inſufficiens videbatur
Iuſtiniano, & quodammodo iniqua, cum agnato in primo
gradu exiſtente, & hæreditatem repudiante, cognatus forte
in quarto, vel quinto gradu, præferebatur agnato in tertio
gradu defuncto coniuncto; ideò, 3. ſtatuit Imper. hic, in d. §.
placebat, vt hodie ſucceſſorium edictum etiam de gradu in
gradum, ſeu de perſona in perſonam, in agnatis ſequentibus
proximum recuſantem locum habeat, cum hoc in onere tu-
telæ obſeruetur, vt deficiente agnato primi gradus, ſequens
admittatur. Vnde etiam commodum ſucceſſionis ad ſequē-
tes agnatos pertinere debet. Vbi enim eſt onus, ibi quoque
22 commodum eſſe debet, ſupra de leg. patro. tut. in fin. III. In
capite cognatorū erat locus ſucceſſorio edicto, a primo gra-
du vſque ad vltimum, excluſo fiſco, ſecundum Iaſ. in d. l. qui
ſe patris, num. 31. Et ratio diuerſitatis, cur olim ſucceſſorium
edictum

ADDITIONES.

a *Et eam ob cauſam poteſt teſtator prohibere res ſuas extra fa-
miliam alienare, Intereſt enim reipublicæ familias conſerua-
ri, vide Romuleum, in l. filiusfamilias, §. Diui ff. de leg. 1. Ad-
de quæ de conſeruanda familia per agnatos ſcripſit Decian. 1.
conſ. 6. & 7. vbi notat regulariter maſculos præferri fœminis,
vt familiæ conſeruentur.*

b *Vide Menochium 2. de arbitr. iudic. 1. n. 17.*

c *Succeſſorium edictum de ordine in ordinem dicitur, quoties
vno ordine deficiente proximorum, alius ordo ſequens ſuccedit:
vt ſi deficiat liberi, ſuccedant agnati, ſi agnati, cognati: ſi co-
gnati, vir, & vxor l. 1. §. quibus, ff. de ſucceſſ. edicto.*

d *Succeſſorium edictum de gradu in gradum dicitur, quoties
proximo gradu deficiente liberorum, ſequentes liberi ſucce-
dunt, d. §. quibus. Idem dicendum in primo gradu agnatorum,
& cognatorum. In hoc tenenda eſt hæc regula, quod proximior
in gradu, idem ſit proximior in ſucceſſione l. 2. §. hæreditas, ff.
de ſuis. Qua voce proximioris proximiores intelligimus in eo-
dem gradu. Nam indefinita vim vniuerſalis habet: & ſin-
gularis, ſiue vnitatis numerus pro multitudinis numero acci-
pitur. Vide Bartolum in l. hoc articulo, ff. de hæredibus inſti-
tuendis.*

edictum in agnatis non ita habere locum, ſicut in cognatis,
aſſignatur talis, per Cin. in Rub C. eod. quod prætor vidit, ius
ciuile non proſpexiſſe cognatis in ſucceſſionibus, exſtantibus
agnatis; ideò in recompenſationé voluit pretor plenius pro-
ſpicere cognatis, vt in capite cognatorum de gradu in gradú
ſucceſſio admitteretur, addite Iaſ. in d. l. qui ſe patris, n. 31. IV.
23 In capite vnde vir, & vxor, ſucceſſorium edictum locú habe-
re non poteſt, cú in hoc capite plures gradus eſſe non poſſint
de quo Iaſ. in d. l. qui ſe patris, n. 31. Et predicta locum habent
24 in ſucceſſione ab inteſtato. An autem in ſucceſſione ex teſta
a mento *a* locus ſit ſucceſſorio edicto, traditur per Bart. ſuper
Rubr. C. eod. vbi diſtinguit duos caſus. Aut enim quæritur de
ſucceſſ. ex teſtamento, quæ eſt ſecundú voluntatem defuncti,
& non eſt locus ſucceſſorio edicto, niſi quatenus teſtator di-
ſpoſuit, ſubſtituendo aliú hæredem ſecúdùm naturam ſubſti-
tutionum. Exem. gr. Titius condidit teſtamentum, in quo in-
ſtituit Caium hæredem, qui ante aditã hæreditatem moritur
vel repudiat heredidaté, an frater ipſius Caij hæredis inſtituti
& non adeuntis hereditatem, per ſucceſſorium edictú admit-
tatur ad ſucceſſionem teſtatoris Titij? Et reſpódet Bar. quod
nõ, niſi ipſius Caij frater fuiſſet per teſtatorem Caio ſubſtitu-
tus: quia hæreditas non adita regulariter non tranſmittitur:
ideò res tunc redit ad cauſam inteſtati, cũ ex teſtamentu he-
res non exiſtat, § poſteriore, 2. ſup. quibus modis teſta infir. &
l. 1. §. in nouiſſimo, 5. C. de caducis tol. Aut quæritur de ſucceſ-
ſione, quę eſt contra voluntaté defuncti, vt per querelam in-
officioſi teſtamenti, & cómuniter concluditur, quòd ſucceſſo
rium edictum locú habeat, per tex. in l. ſi is qui, 31. ff. de inoff.
teſt. & ibi Bar. Veluti ſi auus exhæredauit filium, & filius non
vult agere de inofficioſo teſtamento patris, tunc nepos adi-
mitur, d. l. ſi is qui De quo videte Ang. hic, in d. §. placebat.

ADDITIO.

a *Proximitas inſpicitur tempore mortis defuncti, de cuius hære-
ditate quæritur, ſi factum non ſit teſtamentum, l. 2. §. interdum,
ff. de ſuis, & legit. Facto vere teſtamento proximitas ſpectatur
tempore deſtituti teſtamenti, §. ſi plures, hoc tit.*

DE SENATVSCONSVLTO Tertulliano.

TITVLVS III.

1 *Senatuſconſultum Tertullianum unde dictum.*
2 *Variatio iuris ciuilis, in deferenda matri ſucceſſione filij inte-
ſtati, & n. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
9 *Mater hodie filijs ſuccedit.*
10 *Filiafamilias quatenus ſit in poteſtate patris, quatenus in po-
teſtate mariti.*
11 *Mulier fæcunda eſt in maiori fauore, quam ſterilis.*
12 *Mulier ſterilis, an gaudeat priuilegijs dotis.*

1 HAbet hæc Rubrica titulos concordantes in ff. &
C. ad Senatuſ. Tertul quo matres ad ſucceſſio-
nem liberorum vocantur. Et Myns. hic refert
huius Senatuſc. ſuaſorem fuiſſe Iuriſc. Tertull.
quem Imperat. Iuſtinianus in l. fi. in fin. prin. C.
de curat. fur iuris antiqui interpretem appellat.
2 Et magna circa hanc ſpeciem ſucceſſionis fuit iuris noſtri va
riatio. Referuntur enim hic ſex diuerſa iura. Et I. Lex duode-
cim tabularum, ita ſtricto iure vtebatur, & maſculorum pro-
geniem preponebat, vt ne quidem inter matrem, & filiú vltro
citroq. hæreditatis capiendæ ius daret, ſed matrem omnino
repellebat a ſucceſſione filij inteſtati, vt dicitur hic in prin. II.
3 Ius prætorium deficientibus agnatis, ad excludendum fiſcú,
poſt agnatos demum admiſit matrem ad ſucceſſionem, per
bonorú poſſeſſionem vnde cognati, vt hic in Princ. III. Clau-
4 dius Imperator etiam exſtantibus agnatis, ad ſolatium libero-
rum amiſſorum in acié, matrem ad eorum ſucceſſionem vo-
5 cauit, vt hic, in princ. iuncta gl. in verb. amiſſorum. IV. Per Se
natuſc. Tertull. matri de triſti ſucceſſione liberorum, (vt dici-
tur hic in princ. quæ & luctuoſa hæreditas appellatur, in l. li-
beri, 28. C. de inoff. teſta.) cautum eſt, quod ſi mater ingenua
peperiſſet tres liberos, libertina quatuor, ad bona filiorú, ſine
liberis defunctorum, mater excluſis agnatis, admitteretur, vt
a hic in fi. prin. Et hoc dicitur ius *a* trium liberorum, ſecundum
6 Doct. ibi. V. Poſteriores Cæſares matri ius trium liberorum
habenti, aliquam hæreditatis portionem ademerunt, triẽtem
ſcilicet ſeu quatuor vncias, quas patruo defúcti, vel eius filio
vt agnato concedebant. Et quando mater ius trium liberorú
non habebat, túc defuncti patruus, vel eius filius octo vncias
ideſt duas partes hæreditatis capiebat, mater vero tantú ter-
tiam partem, ſeu triẽtem, § ſed cum antea, inf eo l. fi. in med.
verſ. patruo, iuncta gl. in verb. conſtitutionib. cum ibi not. C.
7 eo. VI. Superuenit conſtitutio Iuſtiniani, qua mater indiſtio-
b cté, licet tres, vel quatuor liberos, nõ pepetit ad ſucceſſioné *b*
filij mortui admittitur, l. 2. C. de iure liber. & §. ſed nos conſti-
tutione inf eo. Vbi Imperator primo ſuſtulit conditioné, ſeu
ius trium, vel quatuor liberorum reſpiciés ad naturam, puer-
perium, & periculú, & ſæpe mortem ex hoc caſu matribus il-
latam, ſicut etiam inquit in l. aſſiduis, 12. C. qui potio in pign.
hab. Quis mulierú non miſereatur, propter partus periculum
& liberorú procreationem, & obſequia, quæ maritis præſtãt?
fac. tex. in c. ex litteris, 2. ext. de conuerſat. infidel. vbi dicitur,
quod infans matri ante partú eſt oneroſus, in partu doloroſus
poſt partuum vero laborioſus Impium itaq. eſſet, caſum for-
tuitum, ſ. habere, vel non habere tot filios, in eius detrimen-
tum admitti, vt dicitur hic in d. §. ſed nos. Deinde ſublato nu-
mero liberorum, Imperator quoque ſtatuit, vt ſine vlla triẽ-
tis diminutione, mater preferetetur patruo, & eius filio; & ad
didit, ſi ſorores ſolæ eſſent, vt tunc mater dimidiam, ſorores
verò aliam dimidiam partem hæreditatis acciperent: ſi vero
ſupereſſent fratres, & ſorores defuncti ſimul, vel fratres tan-
tum, vt tunc defuncti filij hæreditas inter matrem, & fratres
8 defuncti in capita diſtribueretur, d. §. ſed cum antea inſ. eo. &
d. l. fin. verſ. patruo, cum ſeq. C. eod. Verum hodie nec illa lex
Iuſtiniani obtinet, ſed ſeptimum ius nouiſſimum, Authenti-
corum ſcilicet, conſtitutum eſt, quo cauetur, vt patet, & ma-
ter, ſi ſoli exſtent, æqualiter filio ſine liberis ab inteſtato dece-
denti ſuccedant: ſi vero defunctus reliquit vna cum paren-
c tibus ſorores, *c* & fratres vtrinq. *d* coniunctos, hi ſuccedent, *e*
d cum parentibus in capita, ſublata omni differentia ſexus, &
e patriæ poteſtatis, Aut. defuncto, C. eo. Hinc ſumpta occaſio-
ne Ang. hic in §. præferuntur, declarat, qualiter aſcendentes
ſuccedant deſcendentibus, de quo ſup. in ſecundo ordine ſuc-
ceſſionis diximus: ideo omiſſa eius repetitione, quædam no-
tabilia ex tex. noſtro colligemus.
9 Et primo notanda concluſio, quòd mater hodie filio ſucce
dit. Quam ampliate procedere, etiam ſi vulgò quæſitus ſit, §.
ſi hoc tit. noſtro. Limitatur autem, vt mater ab heredicate filij
f repellatur, ſi *f* infra annum filio impuberi non petierit dari
tutorem, vt hic, § ſed quemadmodum, l. 2. §. ſi mater, 23. ff. ad
Senatuſc. Tertull. & l. ſcient, 10. C. de leg. hære. De quo in ſe-
cundo ordine ſuccedendi, de ſucceſſione parentum natura-
lium, & legit. ſimul in 5. limit. primæ concl. dictum eſt.
10 Secundo notandum ex princ. tit. noſt. in verſ in poteſtate
g parentis, quòd *g* filiafamilias nupta, manet in poteſtate ſui
patris, tex. eſt hic, & in l. ſi vxorem, 5. C. de conditionib. inſer.
l. patri, 20. iuncta l. nec in ea, 22. ff. ad l. Iul. de adult. Quod eſt
verum, quo ad effectus patriæ poteſtatis, de quib ſup. de patr.
poteſt. dictum eſt. Itaq. nec teſtamentum condere poteſt, l.
qui in poteſtate, 6. ff. de teſtam. Nec ſine conſenſu patris po-
teſt mortis cauſa donare, tantis, 25. §. 1. ff. de mor. cauſa don.
Item acquirit vſumfructum patri, ex bonis adnentitijs, non
autem

ADDITIONES.

a *De in iure trium liberorum, adde l. 1. C. de leg. l. 2. ff. de vacat.
mun. § 1 ſup. de excuſ. tut. Plut. in Numa.*
b *Mater ſuo ordine ſuccedit filio, et ſi tres liberos non ſuſtulerit.*
c *Quid ſi vlteriores cognatos? Parens præfertur.*
d *Parens filio ſine liberis mortuo ſuccedit excluſis defuncti vte-
rinis fratribus. Auth. defuncto, C. ad S. C. Tertull.*
e *Et in illorum parte, pater vſumfructum non habet Auth. item
hereditas, C. de bon, quæ liberis.*
f *Aliud fuerit tamen, ſi filio relictũ ſit ſub ea conditione ſi tuto-
res non habuit. Tunc .n. mater tutoré filio nõ petens excuſatur
ſi legatum ita magnum eſt, vt excedat ipſius filij facultates, l. 2.
ff. de Senat. Tert. Eſt & idem ſi filius ſuis egenis, & multos cre-
ditores habentib. tutorem non petierit, ne conſumerentur, l. con-
tra pupillum, ff. de re iud. l. cum minores, C. ſi aduer. rem iudic.
d. l. 2. Roman. ſing. 104. Eſt & idem. ſi mater fortuito impedia-
g tur petere tutorem, aut ſi minor annis, l. cum matribus, C. qui
petant tut. aut ſi filius mortuus ſit pubes, l. matres, C. qui pet. tut.
g Patria poteſtas non tollitur nuptijs per filium contractis, ſicut
nec ætate (etiam quinquaginta, aut ſexaginta annorum) & eo-
dem modo non tollitur numero liberorum, aut malitia, vt ſup.
dictum eſt, quibus modis ius patr. poteſt. ſol.

autem ex boni mariti,d.l.ſi vxorem,cum ibi notat. In quibuſdam tamen vxor dicitur eſſe in poteſtate mariti,ſec.Doctor. poſt gl.hic,in verb.parentis. I. Quoad obſequia matrimonij, II.Quoad operas ,tenetur enim vxor pro cõditione ſuæ perſonæ marito operari,in his maximè, quæ ad ſuſtinẽdam rem domeſticam pertinent , text.& gl.in l.ſicut, 48.ff.de oper.lib. III.Quo ad reſidentiam,cap. vnaquæque, 3 & ibi gl. cauſ. 13. quæſt.2.IV. Quo ad iuriſdictionem,ſeu forum, l.exigere,65. ff.de iud.de quo ſup.in fin.tit.quib.mod.ius patr.pot.ſol.dictũ eſt. Et ratione poteſtatis maritalis , maritus vxorem à patre, vel alio ſine iuſta cauſa eam detinente , vendicare poteſt, l.ſi inuita,11 & ibi Cin.C.de nupt.& Abb. poſt gl.in cap.literas, 13.de reſt.ſpol.

11 Tertio ex principio tituli noſtri notandum , quòd mulier, quæ parit,eſt in maiori fauore,quàm quæ eſt ſterilis,eratque ſummus quidam numeroſæ ſobolis fauor ideoq; non pauca in iure noſtro fęcunditati priuilegia conceſſa ſunt, vt in prin. ſup.de excuſ.tu.& l.ſemper,5.§.demõſtratur, ff.de iur.immu. leg.nepotes,3.& leg.de perſonalib. 5.C.de his,qui num.liber. excuſ.meruer.lib.10.l.2.ff.de minorib.Et fauor dotis verſatur in procreandis liberis,cum interſit Reip.ciuitatem liberis repleri,l.1.ff.ſolut.matr.Et matrimonium humano generi , ex filiorum procreatione,immortalitatem artificioſè introducit

12 vt dicitur in princip.Nouel.22.de nupt.An autem mulier ſterilis gaudeat priuilegijs dotis, dicitur ſecundum communem opinionem Doct. in d.l.1.quod ſic , quia non ſolum propter ſobolem huiuſmodi priuilegia conceſſa ſunt , ſed etiam propter fragilitatem ſexus,& obſequia, quæ maritis præſtant, vt dicitur in l.aſſiduis , 12.C.qui po.in pig.hab. & probatur per text.hic in §.ſed nos ibi , [reſpicientes ad naturam ,] vbi not. Doct. mulieri non patienti non eſſe imputandum, ſed naturæ,& gl.hic in verb. fortuitum,piè ſubijcit: quòd liberos habere ex diuina gratia deſcendat; addite Pſal.127.

DE SENATVSCONSVLTO Orficiano.

TITVLVS IV.

1 *Continuatio, & argumentum huius tituli.*
2 *Liberi deſcendentes , matri , & alijs aſcendentibus in infinitum ſuccedunt.*

1 IN præcedenti titulo dictum eſt , qualiter mater filius ſuccedat,per S.C.Tertul. in hoc verò tit.declaratur, qualiter contra filij ſuccedant matri per Senatuſc.Orfic.quod Orficio,& Ruffo Conſulibus effectum eſt vt dicitur hic in princ.tit. noſtri, qui habet concordantes Rubr.in Cod ad S.C.Orfic. & in ff.ad S.C. Tert & Orfic.Et ad intellectum huius tituli ſciendum, quod l.12.tab.filius matris non ſuccedebat ab inteſtato : nec enim ex capite ſuorum hæredum filius ad ſucceſſionem matris admitti poterat,quia non erat in poteſtate matris:fęminę enim liberos in poteſtate non habent, § fęminæ , 10.ſup. de adopt. Deinde neque ex capite agnatorum filius ad ſucceſſionẽ matris vocabatur,cum non ſit agnatus matris ſed cognatus. Vnde dicitur in princ.tit.præcedentis quod lex 12.tabul.inter matrem , & filium vltrò citroque hæreditatis capiendæ ius non dabat , ſed quia hoc iniquum viſum fuit prætori, qui ſemper æquitatem ob oculos habere debet , l.quod ſi Epheſi, ff.de eo quod certo loco,&c.ideò correxit duritiem legis 12.tab.& vocauit liberos ad ſucceſſionem matris,per bonorum poſſeſſionem vnde cognati,vt dicitur in d.princ.tituli præcedentis Ac verò quia deficientibus tantum agnatis,filij de iure prætorio matri ſuccedebant ideò ſuperuenit tertium ius , S.C.Orficianum. ſ.per quod filij primi tantum gradus, excluſis agnatis , ad ſucceſſionem matris defunctę admittebantur: nepotes verò,& ceteri deſcendentes excludebantur,vt hic in prin. Vnde

a quartum ius introductum,& ab Imperatore Iuſtiniano *a* ſtatutum eſt,vt hodie etiam nepotes, & ceteri deſcendentes , auiæ,& alijs aſcendentibus ſuccedant, vt hic. Sicut , & liberorum appellatione nepotes, pronepotes , ceterique , qui ex his deſcendunt continentur , l.liberorum , 220.ff.de verb. ſignif.

2 Notanda igitur primum concluſio,quod hodie matri, & alijs aſcendentibus per lineam maternam liberi, & deſcendentes in infinitum ſuccedant ; quæ ampliatur procedere , etiamſi vulgò quæſiti ſint liberi, §.nouiſſimè, hoc titulo noſtro , vbi Angel.tradit, an & qualiter illegitimi , ſeu nati extra matrimonium,parentibus ſuccedant , de quo ſupra in primo ordine ſuccedendi dictum eſt.

ADDITIO.

a *Et ſic non ex legibus,ſed ex conſtit ut rombus nepotes ſuccedunt auiæ.*

§. Finalis.

1 *Portio deficiens accreſcit cæteris cohæredibus adeuntibus.*
2 *Etiamſi hæreditas illa deferatur ab inteſtato, aut de iure ciuili, aut prætorio.*
3 *Siue inter hæredes ſcriptos, ſiue collegatarios .*
4 *Accreſcit etiam hæredi cohæredis.*

1 SEcundò,ex §.finalis notabitis regulam generalem, in tota hac materia ſucceſſionum, ſec.gl.hic, in verb. ſi ex pluribus,videlicet , ſi pluribus hæredibus ab inteſtato venientibus deferatur hæreditas,& quidam ex illis hæreditatem adeant , quidam verò repudient , vel morte præuenti , vel alia cauſa impediti,hęreditatem non adeant: tunc eorum portio dicitur

a eſſe caduca , vel deficiens , & accreſcit *a* cęteris cohæredibus adeuntibus,vt hic,& leg.ſi ex pluribus 9.ff.de ſuis , & l.Et am-

2 pliatur hæc concluſio procedere. I. Siue illa hæreditas deferatur ab inteſtato,ſiue de iure ciuili,ſiue de iure prætorio , vt

3 hinc,iuncta, gloſ.in verb. ex pluribus II. Ampliatur procedere,etiam inter hæredes ſcriptos in teſtamentos,& inter collegatarios, vt ſcilicet tunc portin deficiens accreſcat cohæredi ſcripto,& collegatario , non autem hæred.ab inteſtato venientibus,leg vnica,§ his ita,10.& ibi Doct. Cod. de cad.toll. Exempli gratia: Titius habens fratrem moritur , & in teſtamento inſtituit duos extraneos hæredes, vnus adit hæreditatem,alter eam repudiat,quæritur , an tunc portio deficiẽs accreſcat cohæredi inſtituto, vel, an perueniat ad defuncti fratrem, qui à lege aliàs ad ſucceſſionem ab inteſtato vocatur . Et per hanc concluſionem deciditur , quod iure accreſcendi pertineat ad cohæredem ſcriptum in teſtamento, non ad fratrem venientem ab inteſtato,ne ſcilicet teſtator pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus decedere dicatur ,cõtra l.ius noſtrum,7.ff.de reg.iur.De quo plenius videre poteſt tex Doct.

4 in l.vnica,Co.quando non petent. partes petentibus accreſc. & in l.vnica,C.de cad.toll.III Ampliatur, vt portio deficiens etiam hæredi cohæredis accreſcat,quando .ſ.is,qui ſuæ partis nomine hæreditatem adijt moritur antequam cohęres partẽ ſuam hæreditatis repudiet: tunc enim portio cohæredis non adeuntis accreſcit hæredis adeuntis, vt hic, & d.l.ſi ex pluribus. Quod eſt verum,ſi moritur poſtquam adijt hæreditatem pro ſua parte,ſecus,ſi ante:quia tunc nec portionem.quæ ipſi obueniebat,ad hæredem tranſmittit , multo minus portio deficiens iure accreſcendi ad hęredem hęredis non adeuntis perueniat.Hæreditas enim non adita non tranſmittitur d.l.vnica,§.in nouiſſimo,C.de cad.toll.niſi ad liberos,d.§.in nouiſſimo,& l.vnica,C de his qui ante aperta tab hęred.traſmittũt. Et de iure accreſc.an,& quando locum habeat, videre plenè per Bart.& Doct.& in l.re coniuncti,89.ff.de leg.3. Bald.Iaſ. & alios in l.1. C.quando non petent partes peten. accreſc.& Doctor.in l.ſi mihi,& Titio,110.ff.de verbor.obligat.

ADDITIO.

a *Vide Craſſum lib. Sent. §.ius accreſcendi.*

DE SVCCESSIONE Cognatorum.

TITVLVS V.

1 *Lege duodecim tabularum cognati non ſuccedebant.*
2 *Hodie cognati, & agnati æquo iure ſuccedunt .*
3 *Vulgo quæſiti, cum agnatos non habeant , etiam cognati ſuccedunt .*

1 AD intellectum huius tituli primò ſciendum, quòd cognati ex lege 12.tabularum ad ſucceſſionem defuncti non admittebantur,ſiue extabant agnati,ſiue non.Immò agnatis non extantibus, cognati per fiſcum à ſucceſſione defuncti excludebantur. Quod Prætori iniquum viſum fuit ; ac proinde tres ordines ſuccedẽdi introduxit,l.1.poſt prin.ff.ſi tab.teſtam.non extab.

Digitized by Google

& ſtatuit, vt deficientibus agnatis tertio loco cognati ad ſuc-
ceſſionem admitterentur,&eos,per bonorum poſſeſſionem,
vnde cognati, ad ſucceſſionem vocauit, de qua agitur hic in
tit.noſt.& in ff.& C.vnde cognati.
2 Secundo ſciendum, quòd agnatis exſtantibus etiam de iu-
re prætorio cognati excludebantur. Sed hoc per conſtitutio-
nes Imperatorias, & ius nouiſs Auth. ſcilicet quoque muta-
tum,& correctum eſt, ita vt hodie etiam exſtantibus agnatis
a cognati ad ſucceſſionem *a* defuncti pariter, & ſimul cum
agnatis,ſecundum gradus prærogatiuam,admittantur. Sub-
lata eſt enim hoc caſu differentia ſexus,agnationis,& cogna-
tionis, & eadem eſt ratio ſuccedendi in cognatis, quæ eſt in
agnatis.ſalua ſemper gradus prerogatiua: ita,vt cognati pro-
ximiores excludant agnatos remotiores, & contra cap. nul-
lam,4.Nouell. 118 de hæred.ab inteſt. venient, & ſupra in 3.
3 ordine ſuccedendi declaratum eſt. Et pro ampliatione præ-
dictorum notandum,quod etiam vulgo quæſitis, cum agna-
tos non habeant, cognati ſuccedant per text. hic in §.vulgo
quæſitos,vbi Ang.& alij tradunt, qualiter vulgo quæſiti col-
laterales ſuccedant,& ipſis ſuccedatur,de quo ſupra in tertio
ordine ſuccedendi dictum eſt.

ADDITIO.

a *Et tutelam,vt dictum eſt ſupra §.penult tit.de legitima agnat. tut. Auth.ſicut hæreditas,C.de legit.tut. Adde quæ infra poſita ſunt in §.ſequens diuiſio,tit.de interdict.*

§. Finalis.

1 *Hodie agnati,& cognati ad decimum vſque gradum ſuccedũt.*

1 VLtimo,pro limitatione eorum,quę de ſucceſſione agna-
torum,& cognatorum dicta ſunt,ex § fin.notabitis con-
cluſionem generalem, quod agnati vſque ad decimum, co-
gnati verò vſque ad ſextum gradum admittantur, vt hic. Sed
quia differentia agnationis, & cognationis eſt ſublata, com-
muniter quoque receptum eſt cognatos hodie vſque ad de-
cimom gradum ſuccedere. ſec gl. & Doct. hic de quo in 13.
conclus.in tertio ordine ſuccedendi, plenius dictum eſt.

DE GRADIBVS COGNATIONVM.

TITVLVS VI.

CVm de hoc titulo dictum ſit ſupra, in tit. de nuptijs, eius explicatio hic eſt omiſſa, &c.

DE SERVILI COGNATIONE.

TITVLVS VII.

1 *Seruilis cognatio quid.*
2 *Gradus inter ſeruos, & ancillas computantur, ſicut inter liberos homines.*
3 *Computatio graduum propter duas cauſas introducta.*
4 *Circa matrimonium ciuilis cognatio de iure ciuili etiam attenditur.*
5 *Serui iure ciuili non contrahunt matrimonium, ſed contubernium, ſecus, lege Pontificia.*
6 *Seruilis cognatio ratione hæreditatis non attenditur.*
7 *Liberti ab inteſtato alijs ſuccedunt, & viciſſim eis ſucceditur, etiam ex cognatione, quæ contracta eſt ante libertatem conſecutam.*
8 *Libertus ſuo victu patrono operas præſtare cogitur.*
9 *An vaſallus proprijs ſumptibus teneatur ſeruire domino. Et quid de conſuetudine in his terris obſeruetur, & nu.10.*
11 *Regula, proximior in gradu, &c. quando non procedat, & n 12.*

CVm hodie inter Chriſtianos ſeruitus ſit ſublata, ſe-
cun. Bartol. in leg. hoſtes, 14.ff.de capt. & poſtlim.
reuerſ. conſtat præſentem hunc titul.cum duobus
ſeq. non ſic eſſe in vſu.
1 Primum, pro intellectu tituli noſtri ſciẽdum quod ſeruilis
cognatio accipitur pro ſanguinis neceſſitudine, ſed coniun-
ctione, quæ inter ſeruos, & eorum liberos, & alias perſonas
ſeruilis conditionis exiſtit. Licet enim iure ciuili ſerui pro
nullis habeantur,leg.quod attinet, 32.ff.de reg.iur. ius tamen
naturale ſanguinis immutabile eſt, & inter eos manet, l.iura
ſanguinis,8.ff.de reg.iur.Eodem igitur modo inter ſeruos,&
ancillas gradus ſanguinis computantur, ſicut inter liberos ho
mines,cum ſit idem ius naturale,& ratio ſanguinis inter iſtas
perſonas. Sed quia computatio graduum principaliter pro-
3 pter duas cauſas introducta eſt. I. Propter matrimonium, vt
in certis gradibus homines à coniunctione coniugali abſti-
neant. II. Propter hæreditates, quæ ab inteſtato ſecundum
gradus prærogatiuam deferuntur.
4 Secundo loco circa hunc tit.not.quod in primo caſu etiam
de iure ciuili ſeruilis cognatio attenditur. Sicut enim inter li-
beros homines matrimonium hodie vſque ad quartum gra-
dum prohibitum eſt c.non debet, 8.de conſang. & affinit.ita
quoque inter ſeruos cognatio ſeruilis nuptijs impedimento
eſt ſiue maneant in ſeruitute,ſiue manumiſſi fuerint. §.illud,
5 10.ſup.de nup.Quamuis enim de iure ciuili ſerui non dican-
tur contrahere matrimonium,ſed contubernium, l.cum an-
cillis,3.C.de inceſt.nupt. tamen quia manet ius ſanguinis,&
naturæ, ratio naturalis iudicat non eſſe honeſtum, vt hi, qui
tam arcto naturæ vinculo iuncti ſont, matrimonio copulen-
tur, de quo Doct.in d.§.illud. Itaque de iure Canon. durante
quoque ſeruitute, matrimonium inter ſeruilis conditionis
homines rectè contrahi dicitur, in c.1.de coniug.ſeru.
6 Tertio notandũ, quod ratione hæreditatis ſeruilis cogna-
tio non attenditur. Serui enim dum ſunt,& manent in ſerui-
tute ſucceſſorem habere non poſſunt,vt dicitur hic, & in leg.
ſeruus 4 C.communia de ſucceſſ.Succeſſio enim eſt iuris ci-
uilis ſec.gl.ordin.in l 1.ſup.verb.ciuitatis, ff.de acquir.rerum
dom.Serui autem de iure ciuili,pro nullis habentur,dict.leg.
quod attinet,item ſeruus non habet aliquid proprij,ſed quid-
quid acquirit, hoc domino acquirit, §.item vobis, 3.cum ibi
not. ſup.per quas perſ.nob.acquir.
7 Quarto notandum,quod ſerui,qui peruenerunt ad liberta-
tem ab inteſtato alijs ſuccedunt, & viciſſim ipſis ſuccedituur,
etiã ex cognatione quæ contracta eſt,quando fuerunt in ſer-
uitute vnde filij eorũ parentibus ſuccedunt, & contra exclu-
ſo patrono.tex.hic in princ. & inf.de ſucceſſione libertorum.
Et non extantibus liberis patronus admittitur,qui ſcilicet ſer-
uum manumiſit. Retinet enim is ius in nobis,& perſona li-
berti,de quo tit.in ff.de iur.patr. item de obſequis à lib. & lib.
parent.& patr.pręſtand.item de operis libertorum. Vnde etiã
8 libertus ſuo victu,& ſuis impẽſis patrono operas pręſtare co-
a gitur,l.ſuo victu,18.ff.de operis libertorum. *a* Quem tex.Feu
9 diſtę allegant ad illam quęſtionem. An vaſallus proprijs ſum-
ptibus teneatur ſeruire domino, cum in iure noſtros, cæteris
parib.bonum ſit argumentum a liberto ad vaſallum.Et in hac
quæſtione communiter ita diſtinguitur poſt Aluar.in c.1.de
form.fidei.Aut tenore inueſtituræ conſtat,cuius impenſis ſer
uitium ſit præſtandum, & illud obſeruari debet argumento,
§.præterea,quid ſit inueſtitura, in vſibus feudorum. Contra-
ctus enim ex conuentione legem accipiunt, l.1.§ ſi conuene-
rit,6.ff.de poſi.Aut ex tenore inueſtituræ hoc non apparet,&
tunc ſi vaſallus eſt diues, habens opulentum, & pingue feu-
dum, tunc proprijs ſumptibus ſeruire tenetur domino: ſecus
ſi ſit pauper, non habens feudum, ad iſtos ſumptus ferendos
ſufficiens,tunc ſeruit expenſis, & ſumptibus domini,argumẽ
to d.leg.ſuo victu,cum duabus legibus ſeqq.Idem dicendum
ſi dominus exeat de ſua prouincia, nam tunc dominus ſuis
ſumptibus debet vaſallum ſecum ducere,licet vaſallus habeat
feudum opulentum, argumento leg. quod niſi fiat, 20.ff.de
operis libert. cum ll.ſeqq De quo plenius videte Spec.in tit.
de feud. §. quoniam, verſic.26.quæro, & Iacob. de feu.ſup.
verb.& promiſerunt,in princip.& Zaſ.in 7.p.feud.verſ.an au-
b tem *b* vaſallus, *c* de conſuetudine in his terris ita obſeruatur,
c quòd dominus præſtat vaſallis ad ſeruitia conuocatis cibum,
10 equiſque pabulum, & ſoleas ferratas, ita vt indiſtinctè
vaſallus domini ſumptibus, & expenſis ſeruitium præ-
ſtet. Imò de iure Saxon. ſi vaſallus in expeditione, & ſerui-
d tio domini amiſerit equos,vel arma: *d* dominus tenetur va-
ſallo

ADDITIONES.

a *Etiam inuito domino, d.c.1. Quod ſi ſeruus non contradicente ſuo domino cum libera matrimonium contrahit ſit liber. Authent.ad hoc, C.de Lat.libert. tollenda.*
b *Cuius expenſis ſeruire debeat vaſallus,& in quo loco,& an abſentis, vide Ardizonem c.5.& 6.*
c *Vide Bal.c.1.nu.17.de Capitaneo qui cur. Aluar.nu.7.& alios, c.1.de non.for.fidel.*
d *Ergo magis, ſi feuda perdiderint hoc nomen, aut ædes, & prædia combuſta, vel vaſtata ſint.*

ſallo ad emendationem damni, & quamdiu dominus hoc nō facit vaſallus ei ſeruire non cogitur text.eſt. [im Lehenrecht] c.4.&c.67.gl.in c.24.poſt princ. Secus de iure communi. Si enim vaſalli conuocati à domino ad ſeruitiū, amiſerint equos vel arma, non habent egreſſum contra dominum, quia ex debito ad ſeruitia adſtricti ſunt, ideoque caſu fortuitus domino non imputatur, ſecun.Innoc.in cap.ſicut de iureiur.quem refer.& ſequitur Ferrar.in forma libel. ad reuocationem in feudi ſup.verb.contra debitum,num.9.

11 Quinto ex §.Repetitis notanda limitatio ad regulam quæ habet quod proximior in gradu remotiorem, excludit vt non procedat, exſtantibus deſcendentibus. Hi enim licet ſint in remotiori gradu, tamen excludunt aſcendentes,& collaterales proximiores. Prima enim cauſa in ſucceſſione eſt liberorum vt ſup.in primo ordin.ſucced.declaratum eſt.

Sexto ex § finali notanda alia limitatio ad prædictam regulam: vt ſcilicet agnatus etiamſi longiſſimo gradu ſit, cognatum proximiorem excludat. Quod eſt verum de iure veteri ſecus, de iure Authen. quo hæc differentia agnationis, & cognationis eſt ſublata, d.c.nullam 1.Nouell.118.de hæred. ab inteſt.venientibus,& dictum eſt ſupr.in 10.& 11.concluſ. in 3.ordine ſuccedendi.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM.

TITVLVS VIII.

1 *Continuatio, & argumentum huius tituli.*
2 *Quæ iura circa ſucceſſionem libertorum referantur.*
3 *Quid Iuſtinianus circa ſucceſſionem libertorum ſtatuerit.*
4 *Non ſolum ipſe patronus qui manumiſit libertum, ſed poſt eius mortem liberi ipſius ſuccedunt liberto.*
5 *His non extantibus etiā eius cognati,& agnati admittuntur.*
6 *Differentia liberti,& libertini ſublata.*
7 *Ius patronatus duplex.*
8 *Ius patronatus ſeculare vnde conſtituatur.*
9 *In quibus conſiſtat,& num. 11.*
10 *An valeat conuentio debitoris in inſtrumēto obligationis promittentis, ſi conſtituto tempore non ſolueret debitum, quod ſuper damnis velit ſtare iuramento, vel etiam ſimplici aſſertioni creditoris.*
12 *Eccleſiaſticum ſeu ſpirituale ius patronatus quid, & pro quo competat.*
13 *Ad quos tranſeant.*

1 ABſoluta ſucceſſione ingenuorum, Imperator occaſione ſeruilis cognationis (quam in titulo præcedenti non aliter admiſſam docuit, quam vbi quis ex ſeruo libertus factus eſt) de libertorum quoque ſucceſſione nunc tradit non qualiter liberti alijs ſuccedant, de quo in quarto notabili præcedenti titulo dictum eſt, ſed qualiter ipſis libertis ſuccedatur per patronos. Et quatuor diuerſa iura hic
2 enumerantur. I.Ius legis 12.Tabularum quo liberto ab inteſtato mortuo, tunc demum patronus ſuccedebat, cum libertus non reliquerat liberos,& ſuos hæredes. In teſtamēto verò libertus impunè patronū prçterire, poterat de quo hic in prin. tit.noſtri,& lege inteſtato 3 ff.de ſuis,& le. II.Ius prætorium quo cauebatur, vt ad remunerandum tātum beneficium manumiſſionis, libertus cogeretur in teſtamento relinquere patrono dimidiam partem bonorum. Idem ſi inteſtatus moriebatur. Nam, & tunc dimidiæ partis bonorum poſſeſſio patrono dabatur, niſi reliquiſſet libertus filios naturales, & legitimos. Nam hi patronum à ſucceſſione excludebant, vt hic §.qua de cauſa, & add.leg.1.ff.de bon.lib.III. Ius legis Papiæ, quo ius patroni habentis liberos locupletiores in ſuccedendo actum eſt. Si enim libertus reliquerat patrimonium centum millium ſeſtertiorum (quæ ſumma reddit illius ætatis aureos mille cum ſeſtertijs centenis aureus exiſtimaretur §.ſed noſtra, infr.eod.) & pauciores quam tres liberos, virilis portio patrono debebatur: ſi verò tres, vel plures relinquerat liberos patronus repellebatur, vt hic §.poſtea.IV. Conſti-
3 tutio Imperat.Iuſtiniani huic refertur in d §. ſed noſtra quia duo caſus principales diſtinguuntur. Primus caſus aut libertus minus 100.aureis habet, (quæ ſumma hodie efficit Rhenenſes ducentos decem cum tribus quartis, ſecund Mynſing. hic) & tunc ſi teſtamentum facit, patronum liberæ prçterire poteſt: ſi verò inteſtatus decedit ſine liberis patronus ei ſuccedit, exſtantibus verò liberis, patronus excluditur. Secundus caſus aut libertus patrimonium 100.aureorum, plus relinquit, & habet liberos, tunc patronus tam ex teſtamento, quam ab inteſtato excluditur, ſi verò non relinquit liberos inteſtatus moriens patronum in tota hæreditate ſucceſſorem habet teſtamentum verò faciens, tertiam partem patrono relinquere cogitur, qua non relicta datur patrono bonorum, poſſeſſio, contra tabulas liberti, ad conſequendam tertiam, vt hic, dict.§.ſed noſtra. Ampliatur autem hęc concluſio procedere. I. Vt non ſolum ipſe patronus, qui manumiſit liber-
4 tum, ſed & poſt eius mortem liberi ipſius ſuccedant liberto, vt hic, §.multis alijs. Nec diſtinguitur, vtrum ſint in poteſtate defuncti patroni, an emancipati leg. vt iuriſiurandi, 7.§ parui autem, ff.de oper.lib. Et quidem in infinitum liberi patronorum ſuccedunt liberto: ita tamen, vt proximiores liberi
a excludant remotiores. Neque *a* hoc caſu, quando de ſucceſ-
b ſione liberi agitur, etiam in linea deſcendenti locus eſt iuri *b* repræſentationis, & in hoc differt ſucceſſio libertina, à ſuc-
5 ceſſione ingenuorum d.§.multis.& ibi Doct.inf.eod.II. Ampliatur, vt non extantibus liberis ipſius patroni etiam eius cognati, & agnati admittantur ad ſucceſſionem liberi ſalua tamen ſemper gradus prærogatiua,& vſque ad quintum gra
6 dum tantum, d.§ multis. III. Ampliatur, vt prçterea in omnibus libertinis locum habeant ſublata eſt enim hodie differentia liberorum, & omnes liberti juſtam libertatem conſequuntur, vt hic, §.fin & ſup.poſt alios in §.ſi. de libert.dictum eſt.
7 Vltimò circa hunc, §.notabitis duplex eſſe ius patronatus.
8 Quoddam eſt ſæculare, ſeu temporale, quoddam Eccleſiaſticum. Sæculare dicitur illa poteſtas, quę a iure conceſſa eſt patrono, in perſona, & bonis liberti, propter beneficium manumiſſionis. Et conſtituitur illud ius ex ſola manumiſſione
9 ſerui, vel ancillæ, de quo hic agitur, & in tit.ff.de iure patron. & conſiſtit in pluribus ſec.gl.hic, in d § ſed noſtra ſupra verb. repellatur. Nam.I.patronus habet ius ſuccedendi in bonis liberti, ſecundum ea, quæ iam dicta ſunt. II. Libertus tenetur patrono præſtare operas tot. tit.ff.de op. lib. Nec tamen audiendus eſt patronus, ſi poſcit operas, quas vel ætas recuſat, & infirmitas corporis non patitur, leg.nec audiendus 17.ff.de oper.liber. Et licet libertus iurauerit omnes operas præſtare, quas patronus arbitratus fuerit, non tamen aliter erit ratum arbitrium patroni, quam ſi æquum arbitratus fuerit, leg.ſi li-
10 bertus ita iurauerit 30.ff de oper.liber. Per quem text. deciditur quotidiana illa quæſtio de debitore qui obligationis inſtrumento promiſit, in conſtituto tempore ſoluat debitum, ſe ſuper damnis, & intereſſe ſtatutum iuramento, vel ſimplici etiam aſſertioni, & dictis ipſius creditoris. Quamuis enim illa conuentio, & promiſſio valeat, ſecundum communem Doctorum ſententiam in leg iuſiurandū quòd ex conuentione, 17.in princip. ff.de iureiur.attamen ſi creditor iniquè dānum æſtimet, poterit peti reductio, ad arbitrium boni viri, id eſt, iudicis, quia talis promiſſio,& iuramentum habet in ſe tacitam conditionem, ſi æquè æſtimatum ſit, d.leg. ſi liber-
11 tus.III. Liberto,& filio ſemper ſancta,& honeſta perſona patris,& patroni videri debet, vt dicitur in leg.liberto, 9.de obſequ. à lib. & libert.pat.& patr.præſtand. Ideò actio famoſa, doli, iniuriarum,& ſimiles contra eos intentari prohibentur, & actio in factum verbis temperanda,& preponenda eſt.leg. bonorum,2.& l.parēs, 1 ff.de obſequ.a lib.& liber.pat.& patr. præſtan.IV. Libertus non poteſt vocare dominum in ius venia non petita, l.2.Cod.de in ius voc.V.Pro modo facultatum libertus patronum egente alere tenentur, le.ſi quis à liberis, 5.§.ſolent. 18.ff. de liber. agnoſc. VI. Liberta propter ingrati-
c tudinem, *c* à patrono in ſeruitutem reuocari poteſt, cap. illud verò,

ADDITIONES.

a *Repræſentationi (etiam in linea deſcendente) locus non eſt, cum agitur de ſuccedendo liberto. Et ſic filius patroni liberto patris ſuccedit, & fratris filium excludit. Differt ſucceſſione libertorū in hoc à ſucceſſione ingenuorum. Differt & in eo, quod iure patronatus non ſuccedunt collaterales, niſi ad 5 gradum hoc titulo iure, ingenuitatis etiam ad 10.§. vlt ſup.de cogn ſucceſ. Item iure patronatus omnes ſuccedunt in capita, vt hic iure ingenuitatis quidam ſuccedit in ſtirpes, §.cum filius ſup. de hered.que ab inteſt.def. Ad hæc patronus per contra tabulas non rumpit teſtamentum, niſi pro tertia parte iure ingenuitatis in vniuerſum gl.in l.1.C.de bon. poſſ.cont.tab. Poſtremo patronus excludit fratrem liberti, ſed pater ſuccedit cum fratre iure ingenuitatis. Auth.defuncto,C.ad S.C.Tertul.*

b *L.§.ſi libertus, ff.de bonis libertorum.*

c *De ingratitudine, & eius varijs effectibus vide Marſilium ſingul.413.& in l.vlt.C.de reuoc.donat. Doctores in §.aliud quoque capitulū Nouel.vt cum de appell. Auth.non licet C.de lib. preter.§.ingratitudine, Nouel. de nup.*

Digitized by Google

verò, 2. Nouell. 78. vt liberi de cętero aureo non indig. ann.
De quo vide gloſ. & Doct. hic ſup. verb. repleatur, vbi tradi
tur qualiter patronus hæc iura remittat.

De iure patronatus Eccleſiaſtico.

12 Eccleſiaſticum *a* verò, ſeu ſpirituale ius patronatus, dicitur
a poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium Eccleſia-
ſticum ſimplex, & vacans, competens pro eo, quod Eccleſiã
quis conſtruxit, fundauit, vel dotauit ipſe, velis, à quo cauſam
13 habet, ſecũ. Abb. in rub. & Hoſt. ibi in Sum. extra de iur. patr.
Nam hoc ius patronatus tranſit: non ſolum ad fundatoris
hæredes ſanguinis, ſed ad quoſcumque hæredes etiam extra-
neos, ſecun. Abb. poſt gl. ibi, in c. 1 nu. 2. de iure par. Et in hoc
differt à iure patro. ſæculari, quod ad hæredes extraneos non
tranſit, l. ſi operarum iudicio, 29. ff. de oper. lib. Item non ſolũ
ad hæredes maſculos, ſed etiam fęminas ius patr. ſpirituale
tranſit, quia iura hoc caſu non diſtinguunt inter maſculum,
& fęminam, ſec. Abb. in d. c. 1. nu. 3. per tex. in c. fin de conceſſ.
præb. Et quando ſunt plures hæredes, tunc poſſunt conueni-
re, vt alterius vicibus præſentet, Cle. fin. de iur. patr. & gl. in d.
ca. 1. de iure patr. & pluribus diſcordantibus in præſentando,
præfertur præſentatus a maiori parte, ſi eſt idoneus, cap. 3. de
iur. patr. & Epiſcopus non poteſt inſtituere Rectorem in be-
neficio, ſine præſentatione patroni, cap decernimus, 32. cauſ.
16. q. 7 De quo iure plenè tractatur in Decret. & Sexto in tit.
de iure patr. & ibi Hoſt. in Sum.

ADDITIO.

a *De iure patronatus Eccleſiaſtico vide Rochum de Curte tract. de iure patronatus.*

DE ASSIGNATIONE
Libertorum
TITVLVS IX.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Aſſignare libertum quid ſit.*
3 *Qualiter hæc aſſignatio fiat.*
4 *Aſſignatio quibus modis amittatur.*
5 *Ordinatio patris facta inter liberos de diuidendis bonis an poſt eius mortem valeat.*
6 *An, & quando pater feudum vni ex filijs aſſignare, vel vt inæqualiter filij feudo ſuccedant, diſponere poſſit.*

1 HAbet hæc Rub. concordantem tit. ff de aſſigna
tione lib. & continuatur ad præcedentes hoc
modo. Supra dictum eſt de ſucceſſione in
bonis liberti, quę defertur patrono iure patro
natus, & tranſmittitur ad omnes patroni li-
beros ęqualiter, qui eiuſdem gradus ſunt, §.
multis, ſup. tit. pręc. Sed quia patronus poteſt
hoc ius vni ſuis liberis aſſignare, vt is ſolus poſt mortem pa-
tris præ ceteris liberis habeat illud ius patr. ideò Imperator
hunc tit ſubijcit. Et aſſignare libertum, nihil aliud eſt, quam
2 cum patronus plures habens liberos teſtificatur & declarat,
quem ex ſuis liberis velit eſſe patronum liberti, & habet ius
pat. l. 1. ff. eo & l. aſſignare, 107. ff. de ver. ſig. Nam hoc parenti
licere, traditur hic in prin tit. noſtri. Et donec is filius, cui pa-
ter aſſignauit libertum, & eius deſcendentes viuunt, ſoli ha-
bent ius patr. Sed eo filio mortuo ſine deſcendentibus reliqui
3 liberi patroni ius patr. recipiunt, vt hic in princ. Et poteſt hæc
aſſignatio fieri à patrono, quibuſcumque verbis, vel nutu, te-
ſtamento, vel codicillis, per epiſtolam, vel chirographũ, pure,
& ſub conditione, vt hic in fi. tit noſtri, & l. 1. §. aſſignare, 3. &
4 l. aſſignare, 7. ff. eod. Exſpirat autem, & euaneſcit hæc aſſigna-
tio, per emãcipationem filij, factam ante aſſignationem. Vi-
detur enim pater tunc mutare volantatem, & reuocare aſſi-
gnationem liberti: ſicut per exhæredationem ſequentẽ quo-
que extinguitur hæc aſſignatio, vt hic, § datur. Sin verò poſt
emancipationem factam pater filio emancipato aſſignet li-
bertum, valet iſta aſſignatio, l. verum ei, 9. ff. eod. De quo poſt
5 alios vide hic Mynſing. in d §. ſi datur. Circa prædicta verò
a notandum, quod ordinatio *a* facta à patre teſtato, vel inteſta-
to decedente, de bonis ſuis poſt eius mortem inter liberos di-
uidendis, valet, licet ſolemnitate legum fuerit deſtituta, dum-
modo per ſcripturam patris liqueat ipſa diſpoſitio, vel alias
per teſtes probetur, text. eſt expreſſ in l. fi. iuncta, auth. fin. C.
fam. hereiſ. facit l. hac conſultiſſima, 11. §. ex imperfecto, C. de
teſt. Et hæc ſine dubio procedunt in bonis allodialibus vbi pa-
ter de ſuis bonis pro libito diſponere poteſt; dummodo relin
quat liberis legitimam, a iure naturæ eis debitam, quod nota-
tur in auth. nouiſſima. C. de inof teſtam. Itaq; pater poteſt di-
ſponere inter viuos, & in vltima voluntate, vt vnus ex filijs
retineat ædes, & alia bona paterna, & ſoluat reliquis fratribus
poſt mortem patris, certam quantitatem pecuniæ, etiam mi-
norem iuſto precio: dummodo reliqui filij legitima non de-
fraudentur, c. ſi. Nouel. 22. de nupt. per quem text. deciditur,
quod pater poſſit bona ſua vni filiorum prælegare, vel mino-
ri precio, quam alijs vendere, ſalua tamen legitima aliorum;
& ita quotidie pronunciatur, vt eſt ſententia Scabin Lipſenſ.
poſt Vveichbild, ſub tit. Ob ein Vatter ſeiner Kinder einem
b ſeine gutter ver Kauffen moge. An autem in feudis *b* hoc lo-
cum habeat, vt pater poſſit vni ex filijs totum feudum aſſi-
gnare, vel diſponere, vt filij inęqualiter in feudo ſuccedant, ac
v. g. vt vni filio duæ partes, alteri tertia pars feudi aſſignetur,
diuerſæ reperiuntur opiniones Docto. Paul. de Caſt. enim in
conſil. 163. tenet ſententiam affirmatiuam, videlicet patrem
non poſſe facere, & mouetur inter alia etiam per ea quæ tra-
duntur hic titulo noſtro, vbi licet ius patronatus deſcendat
in omnes liberos æqualiter, d. l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff.
de oper. lib. & §. multis ſup. de ſucceſ. lib. tamen vnum ex li-
beris pater prædiligere, poteſt, & ei ius patr. aſſignare, & alios
excludere, vt hic. Et pro hac ſententia, facit Theorica Bart. in
l. qui Romæ, 122. § Flauius ff. de verb. obligat. quando ex fa-
cto meo alicui tertio eſt ius quæſitum, ego poſſum huic iuri
renũciare etiam in præiudicium illius tertij per l. 3. ff. de ſeru.
export. Contraria verò, & ſic negatiua opinio eſt communis
& verior videlicet quod filij æqualiter in feudo patri ſucce-
dant, & quod pater non poſſit diſponere, vt vnus filius ha-
beat duas partes, alter verò tertiam partem feudi. Multo mi-
nus poterit vni ex filius totum feudum aſſignare, vel præle-
gare, & hæc concl. aperte fundatur in text. §. & quia vidimus
ibi, æqualiter, de his qui feud. dar. pot. & in capit. 1. de ſucceſſ.
feud. vbi dicitur vaſallo decedenti filios æqualiter in feudo
ſuccedere, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel
valente. Quare nec pro anima legari poteſt feudum, §. dona-
re, in cap. qual. olim feud. al. pot. Et ibi Doct. ſubijciunt hanc
rationem quia prouidentia legis, ſeu conſuetudinis feudalis
præſtat hoc priuilegium ipſis filijs, vt æqualiter omnes ſuc-
cedant, d §. & quia vidimus vnde id, quod lex tribuit, non
poteſt ab alio, niſi ab ipſa lege auferri, d. cap. fin. Nou. de nup.
Nec obſtat ratione Paul. de Caſtr. quæ in bonis allodialibus
procedunt non autem feudalibus præſertim cum de iure feu-
dali expreſſa reperiatur deciſio text. de hac, q. in d. ca. 1. de ſuc-
ceſſ feud. Limitatur autem hæc concl. procedere, I. Niſi reli-
qui filij patri conſenſiſſent vel ratificaſſent illam aſſignatio-
nem. Nam, & feudum antiquum de voluntate, & conſenſu
reliquorum filiorum, per patrem alienari, & vni ex filijs aſ-
ſignari poſſe, vera eſt ſententia Bal. in cap. 1. de probib. feud.
alien. per Frider. & probatur per tex. in cap. 1. in princ. in verb.
conſentientibus, & in verb. earum habentibus de alienatio-
ne paterni feudi, cum quilibet fauori, & iuri pro ſe introdu-
cto renunciare poſſit lege ſi quis in conſcribendo, 29. Cod.
de pact. II. Limitatur procedere in feudo antiquo, non au-
tem in feudo nouo. Vulgata enim eſt Theorica Doctorum
in feud. nouo factum patris nocere filio ſec. Alu. §. hoc quoq;
capitulum de his qui feu. da. poſſ. Nam, & vaſſallus feudum
nouum cum conſenſu domini in præiudicium filiorum alie-
nare poteſt ſecundum communem, & veram concluſionem
Doctor. in cap. 1 de alie. pater. feu. eadem igitur ratione pote-
rit pater relinquere feudum nouum vni ex filijs, cum con-
ſenſu domini vt refert Curtius in tractatu feudali, par. 4 nu.
132. verſic. ſecund. concordiam. Et in feudo nouo patris di-
ſpoſitionem per filios reuocari aut oppugnari non poſſe in-
quit Zaſ. de ſucceſſ. feudi, §. ſuper tertia particula, ante finem.
Dicitur autem feudum antiquum, quod à maioribus eſt ac-
quiſitum, nouum verò quod pater primo acquiſiuit. III. Li-
mitatur non procedere, in feudo hæreditario quod eſt con-
ceſſum vaſallo, & eius hæredibus, quia in tali feudo non po-
teſt

ADDITIONES.

a *De diuiſione feudi, & quemadmodum diuiſio feudi prohibita ſit, vide apud Ardizonem tract. feud. c. 132. & 133.*
b *An vaſallus vni ex filijs poſſit feudum aſſignare vide Ardiz. tract. de feud. c. 125.*

teſt qui ſuccedere niſi etiã ſit hæres illius, qui acquiſiuit feudum, ideo eius factum impugnare non poteſt, per regulam, l. cum à matre 14. C. de rei vend. Et dicitur feudum hæredita
a rium *a*. quod eſt conceſſum vaſallo, & eius hæredibus, & in quo agnati qui non ſunt heredes non ſuccedunt, IV. Limitatur non procedere etiam in feudo non hæreditario, quando filius adiuit hereditatem non confecto inuentario, tūc quippe tenetur diſpoſitionem paternam, factam etiam de bo. feu. ratam habere, per reg. d. l. cum a matre, quod hæres factum defuncti impugnare non poteſt ex qua enim perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare tenetur, l. ex qua perſona, 149. ff. de reg. iur. Item hæres repræſentat perſonam defuncti: imò hæres & defunctus vnà, & eadem perſona eſſe cenſetur, in prin. Nouel. 48. de iureiur. à morien. præſtito, & contra proprium factum, quis venire non poteſt, leg. poſt mortem, 25. in princ. iunct. gloſſ. ff. de adopt. Et de hac q. vide plene, Cur. in d. 4. par. feud. nu. 131. & Zaſ. de ſuc. feu. §. ſuper tertia, & Iac. in tract. feu. ſuper verb. & cum pacto quod de ipſo feudo, num. 2. Et ex his deciditur alia quæſtio feudalis, licet enim filius, l. & agnatus poſſint, feudum a patre, vel agnato ſine ipſorum conſenſu alienatum reuocare, vt traditur in capit. Titius ſi de feu. defun. fue. contro. tamen ſi fuerint hæredes alienatori repelluntur a reuocatione feudi per regulam d. l. cum à matre, vt oo. in d. cap. Tit.

ADDITIO.

a *Feudum hereditarium quid vide. c. 1. Qui ſucceſſores teneantur c. 1. de ſucceſſ. feudi & Camerarium in cap. Imperialem, de prohi. feud. alien. per Frider. præcipue vero poſt eum Thomam de Murtmi tract. de feud. tit. 5.*

a DE a BONORVM, poſſeſſionibus.

TITVLVS X.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Bonorum poſſeſſionis definitio.*
3 *Poſſeſſio bonorum, & bonorum poſſeſſio differunt.*
4 *Bonorum poſſeſſoria hereditatis petitio cui detur.*
5 *Prætor induxit bonorum poſſeſſionem, emendandi veteris iuris gratia, item, & confirmandi.*
6 *Bonorum poſſeſſio & hereditas in quibus conueniant.*
7 *In quibus differant.*

1 Titulus hic habet concordantes Rubr. in ff. de bon. poſ. cum aliquo ti. ſeq. & in C. qui admitti ad bo. poſ. poſſiot, cum plurib. ſeq. Rub. Et continuatio eius ſumitur, ex §. ſi ſup. per quas per nobis acqu. vbi Imperator quatuor modo preſcripſit, ſecundum quos per vniuerſitatem res nobis acquiruntur. Primus eſt de hæreditatibus qualiter ſcilicet de iur. ciuili ex teſtamento, & ab inteſtato ſucceditur, qui hactenus ſatis luculenter eſt expoſitus, Nunc, ergo tranſit ad ſecundũ modum videlicet, qualiter de iure prætorio, per bonorum poſſeſſionem ſuccedatur, & per vniuerſitatem res aquirantur. Pro intellectu igitur huius tituli primo quæritur.

Quid ſit bonorum poſſeſſio.

2 Vlpianus in l. 3. § bonorum igitur poſſeſſionem, ff. eod. ita eam deſinit, vt ſit ius perſequendi retinendiq. patrimonij ſiue rei, quæ cuiuſque, cum moritur, fuit, & add. gloſſ. 1. huc. In effectu, enim nihil aliud eſt, quam hæreditas quæ dicitur, ſucceſſio, in vniuerſum, ius quod defunctus tempore mortis habuit, l. hæreditas. 62. ff. de reg. iur. niſi quod hæreditas eſt iuris ciuilis bonorum poſſeſſio vero de iure prætoria inducta. Et
3 ponitur, pro vna compoſita dictione, ac proinde differt a poſſeſſione bonorum, quæ io duobus verbis, conſiſtit de qua loquitur tit. ff & C. de acq. poſſ. Poſſeſſio enim bonorum licet ſit iuris prcot in intellectu conſiſtit plurimum tamen facti habet vt dicitur, in l. denique, 19. in fin. ff. ex quibus cauſ. major &c. & conſiſtit in facto vnde a pedum poſitione dicitur in l. 1. in princip. ff. de acqu. poſſ. Bonorum poſſeſſio verò cōſiſtit io mero iure, eſtque nomen iuris, quod denotat beneficium prætoris conceſſum in ſucceſſionibus, ad conſequendũm matrimonium defuncti: adeoq. res eſt incorporalis, io iure ſine vllo facto conſiſtens, ſicut hæreditas, & obligatio.
4 Hinc dicitur in d. l. 3. §. hæreditas, ff eo. magis eſſe iuris, quã corporis poſſeſſionem, qua ſucceditur in ius mortui, & ſuſcipitur eius rei commodum, & incommodum, l. 1. ff. eod. Hinc oritur, actio, quę dicitur bonorum poſſeſſoria hereditatis petitio, quæ datur ei, cui de iure prætorio defertur patrimoniũ defuncti, ſicut per petitionem hæreditatis, de iure ciuili delatam hæreditatem petimus, to. ti. ff. de poſſeſſor. heredit. petitio, & gl. io Rub. C. qui admit. ad bon. poſſeſ. poſſunt, & Paul. de Caſt. in l. 2. C. qui admitti, &c.

b *Quare b bonorum poſſeſſiones ſunt introducta.*

5 Hæc quæſtio declaratur hic in princ. tit. noſtri, prętorem ſcilicet eas introduxiſſe, aliquando emendandi, aliquãdo verò confirmandi vel ſtabiliendi iuris ciuilis gratia. Lex enim ciuilis. 12. tab. diſponens de ſucceſſione, non ita plené prouidebat, tam in cauſa teſtati, quàm inteſtati. Itaque prætor in quibuſdam caſibus aliquid addidit, & correxit ius ciuile. Nã lege 12. tab. filius emancipatus patri ab inteſtato non ſuccedebat, §. emancipati, 9. ſup. de hæred. quæ ab inteſt. defer. ſed prętor naturali æquitate motus, vocauit filium emancipatũ ad ſucceſſionem paternam, per bonorum poſſeſſionẽ vnde liberi, de qua in ff & C. vnde liberi. Licet per emancipationẽ patria poteſtas tollatur, §. præterea, 6. ſup. quib. modis ius patriæ poteſt. ſolu. ius tamen naturale ſanguinis manet, l. iura ſanguinis, 8. ff. de reg. iur. Filio autem emancipatio præterito in teſtamento patris, conceſſit prætor bonorum poſſeſſionẽ contratabulas, de qua in ff & C. de bonorum poſſeſſ. contratab. Item lex. 12. tab. excludebat matrem a ſucceſſione filij, & contra: ſed prætor eos vocauit ad ſucceſſionem per bonorum poſſeſſionem vnde cognati, vt ſup. de Senatuſc. Tertul. dictum eſt. Itẽ lex 12. tab. prorſus excludebat cognatos à ſucceſſione, prætor verò tertio loco, non exſtantib. agnatis, tandem vocauit cognatos, toto tit. ff. & C. vnde cognati. In quibus verò caſibus prætor adiuuit, & cōfirmauit ius ciuile, vocans ad ſucceſſionẽ eos, qui alias de iure ciuili ad ſucceſſionem admittebantur. Nam hæredib. in teſtamento inſtitutis, prætor etiam conceſſit bonorum poſſeſſionẽ ſecundum tabulas, & ab inteſtato vocat etiam ſuos hęredes, item agnatos, per bonorum poſſeſſionem, vnde liberi, & vnde legitimi, qui omnes etiam de iure ciuili ad ſucceſſionem vocantur, vt hic in prin. De quo plenius videre, Cin. in l. certum, 5. C. vnde legitimi, & Paul. de Caſt. ſup. Rub. C. qui admitti ad bon. poſſeſ. poſſunt, Plat. & alios hic in princ. tituli noſtri.

Bonorum poſſeſſio, & hæreditas in quibus conueniant, & differant.

6 Quo ad effectum inter bonorum poſſeſſionem, & hęreditatem nulla eſt differentia: vtriuſque enim id eſt effectus. Nam quod de iure ciuili appellatione hæreditatis cōtinetur, hoc de iure prætorio venit appellatione bonorum poſſeſſionis, videlicet vniuerſum ius, quod defuncto tempore mortis habuit, iuxta, d. l. hæreditas, ff. de reg. iur. & l. 3. §. bonorum,
c ff. eodem. Et ſicut *c* hæres non ſolum poſſeſſionem, ſed etiam
d dominium *d* rerum hæreditarium conſequitur, ita quoque
e bonorum poſſeſſor, l. 1. *e* ff. eodem cum in omnibus vice hæredum bonorum poſſeſſores habeantur, vt dicitur in l. 2. ff. eodem. Et ſicut hæreditas habet commoda, & incommoda,
7 ita quoque bonorum poſſeſſio, l. 1. ff. eod. Differunt autem in multis, vt tradit Iaſ. in d. Rub. C. qui admitti ad bo. poſſ. I. Hęreditas eſt iuris ciuilis, ſtrictè accipiendo ius ciuile, vt ſumitur in princip. §. ſed iſtæ, 3. infra de action. Bonorum poſſeſſio vero eſt iuris prætorij, vt hic in princ. titul. noſtri, & §. quos autem. II. Hæreditas ſolo animo adiri poteſt, ſine præſentia, & auctoritate iudicis viuentis, neque neceſſe habet hæres adire iudicem, & coram eo declarare, quod velit eſſe hæres: ſed ſola animi deſtinatione, & ſolo facto, gerendo ſcilicet ſe pro hærede, vel verbis poteſt decla-

ADDITIONES.

a *De bonorum poſſeſſionibus, Vide, Vaſquium lib. 1. de ſucceſſionum reſolutione, §. 10. vbi longe lateque diſſerit de bonorum poſſeſſionibus, & Craſſum lib. Sen. §. bon. poſſ.*
b *Bonorum poſſeſſionibus introductis ius ſucceſſionum patuit latius. Ius enim ſuccedendi his ampliatum eſt leg. 1. ff. vnde cognati ſup. de ſucceſſ. cognat. impugnatum hoc titul. confirmatur, hoc eo. ti. Intereſt enim cuiuſq. cū hærede decedere l. & quia intereſt, ff. de interrog. act. §. 1. ſup. quibus manumis. non licet.*
c *L. cum heredis ff. de acq. poſſ.*
d *Idq. dominium proprium eſt ſecundum communē contra Paul.*
e *L. 2. ff. de bonor. poſſ. l. 1. ff. de poſſ. hæred. Pet.*

Digitized by Google

declarare, quod velit eſſe hæres, l. ſi anis, 6. C. de iure delibe-
randi, l. pro hærede in princ. ff. de acquir. hæred. Sed in bono-
rum poſſeſſione neceſſaria eſt præſentia iudicis, neque ſolo
animo quis poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem, ſed op-
portet prodire in iudicium, ibique à prætore ſeu iudice petere
ſibi decerni bonorum poſſeſſionem. Et licet olim neceſſariũ
erat decretum iudicis hodie tamen ſufficit declarare volunta
tem coram iudice, ſe nimirum velle agnoſcere bonorum poſ
ſeſſionem, l. 3. §. ſi cauſa ff. eod. & l. fin. C. qui admitti ad bon.
a poſſeſ. poſſ. III. Hæreditas a perpetuò, id eſt, vſque ad 30. an-
nos, adiri poteſt, l. licet, 3. C. de iu. delib. & l. hæreditatis, 7. Co.
de pet. hæred. Sed bonorum poſſeſſio delata liberis, infra an-
num coram prætore agnoſci debet ab agnatis vero & cogna-
tis infra 100 dies l. 2. l. emancipati, 4. C. qui admitti ad bono-
rum poſſeſ. poſſ. & l. 1. §. largius, ff. de ſucceſ. edicto. IV. Tem-
b pus adeundi hæreditatem, de iure ciuili currit etiam b igno-
c ranti, d. l. licet, cum ibi not. ſecus c in tempore agnoſcendi bo-
norum poſſeſſionem, d. l. 2. & l. quamuis, 6. C. qui admitti ad
bon. poſſeſ. poſſ. V. hæreditatem petimus per actionem, quæ
dicitur petitio hæreditatis bonorum verò poſſeſſionem, per
poſſeſſoriam hæreditatis petitionem, ff. de poſſ. hæred. pet.

A D D I T I O N E S.

a *Adde Bald. tract. de præſcr. p. 4. princ. p. 4. q. 20.*
b *Et eſt communem, l. licet, C. de iur. deliber. in verbo ignorantes, iuncta gloſſa communiter approbata. Adde §. cum igitur infr. eodem.*
c *Nam tempus petendæ bonorum poſſeſſionis non currit ignoranti, etiamſi ſtaret per centum annos, Bald. in d. l. licet, & in rub. qui admit. in 6. Corneus, 3. conſ. 321. Et ideo in hoc caſu ſucceſſio prætoria magis eſt vtilis, quam ciuilis, data ſcilicet ignorantia, data vero ſcientia ciuilis ſucceſſio magis eſt vtilis, quam prætoria.*

§. Sunt autem.

1 *Decem bonorum poſſeſſiones à prætore introductæ.*
2 *Ex his quatuor per imperatorum ſunt ſublatæ.*
3 *Bonorum poſſeſſio duplex.*
4 *Ordinaria bonorum poſſeſſio quæ.*
5 *Hodie ſex ordinariæ bonorum poſſeſſiones.*
6 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas cui detur, & quomodo tabulæ hic accipiantur.*
7 *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas cui, & quando detur.*
8 *Ab inteſtato quatuor bonorum poſſeſſiones locum habent.*
9 *Vnde liberi quorum cauſa inducta.*
10 *Vnde legitimi.*
11 *Vnde cognati.*
12 *Vnde vir, & vxor.*

Quot ſunt bonorum poſſeſſiones.

1 IMperator hic, in §. ſunt autem, enumerat decem bonorum
poſſeſſiones, quæ à prætore fuerunt introductæ, quarum
priores duæ ex teſtamento dantur, & vna dicitur bonorum
poſſeſſio contra tabulas, altera ſecundum tabulas reliquæ octo
ab inteſtato locum habent. Prima dicitur vnde liberi. Secun-
da, vnde legitimi. Tertia, vnde decem perſonæ, quia datur de-
cem perſonis, hic in tex. enumeratis quæ præferebantur ex-
traneo manumiſſori, id eſt, ei qui olim in emancipatione eme
bat familiam, & deinde eam manumittebat, § præterea, 6.
ſup. quibus mod. ius patr. poteſtatis ſoluit. Quarta vnde co-
gnati. Quinta tamquam ex familia per quam vocabantur col
laterales agnati ipſius patroni ad ſucceſſionem liberi, ſine ſo-
bole decedentis, tamquam ex familia patroni. Sexta vnde
patroni quæ datur patrono, & eius liberis in ſucceſſione li-
berti. Septima, vnde vir, & vxor. Octaua vnde cognati ma-
numiſſionis. Ex his decem per Imperatorem hic in §. ſed eas,
cum duobus §§. ſeqq. quatuor ſunt ſublatæ, videlicet, tertia,
quinta, ſexta, & octaua: ita vt hodie ſint tantum ſex bono-
rum poſſeſſiones ordinariæ, vt inquit Imperat. hic in §. aliam,
(quia l. eſt verſ. in §. ſed eas,) ad cuius intellectum ſciendum
poſt Cin. in l. certum, 5. C. vnde legitimi, & Azo. in Summ.
3 C. qui admitti ad bon. poſſeſ. poſſ. bonorum poſſeſſionem
aliam eſſe ordinariam, aliam extraordinariam, vt probatur
per tex. hic, in d. §. aliam, in verbo ordinariæ, iuncto §. ſeptima,
in verbo extraordinariam, infra eodem. Ordinaria bonorum
poſſeſſio dicitur, quæ eſt fundata in certa, & expreſſa parte
edicti prætoris, ac proinde certum nomen habet, & conce-
ditur cum plena cauſæ cognitione, vt dicitur leg. 3. §. ſi cau-
ſa iunct. gloſ. ibi. ff. eod. & per eam non ſolum poſſeſſionem
conſequimur, ſed etiam dominium, vt glo. in dict. l. 1. in verb.
commoda, & tex. ibi ff. eod.
5 Et hodie ſunt tantum ſex ordinariæ bonorum poſſeſſiones
duæ ex teſtamento, & quatuor ab inteſtato, d. §. aliam. I. Bo-
6 norum poſſeſſio, quæ ex teſtamento, datur dicitur bonorum
poſſeſſio contra tabulas de qua titul. in ff. & Co. de bonorum
poſſ. contra tab. Et accipiuntur hic tabulæ, pro ipſo teſtamen-
to, ſiue ſit ſcriptum in tabula lignæa, ſiue charta, ſiue mem-
brana, vel chorio animalis, l. 1. in princip. ff. de bon. poſſ. ſecun-
a dum tab. & datur a liberis in teſtamento b præteritis, & iniu-
b ſtè exhæredatis, contra voluntatem paternam, & principali-
ter inducta eſt propter liberos emãcipatos, quos pater de iu-
re legis. 12. tab. non cogebatur inſtituere hæredes, vel expreſ-
ſè exhæredare, ſed ſilentio præterire poterat, nec ſuccurreba-
7 tur eis à iure ciuili, quod iniquum eſt viſum prætori. Quare
hanc bonorum poſſeſſionem contra tabulas teſtamenti pater
ni ordinauit, qua poterant teſtamentum annullari, §. eman-
cipatos, 3. ſup. de exhæred. lib. Competit tamen quoque libe-
ris in poteſtate exiſtentibus, qui in teſtamento patris præteriti
ſunt l. 1. in princip. ff. de bon. poſſ. contra tabul. & gloſ. hic in §.
ſunt autem ſuper verb. præteritis. & ſupr. verb. contra tabu-
las. Secundum quam glo. liberi in poteſtate exiſtentes à pa-
tre in teſtamento præteriti duo habent remedia, contra teſta
mentum patris, I. A iure ciuili inductum per quod poſſunt di-
c cere teſtamentum ipſo iure c nullum vt ſup. de exhæred. lib.
in princ. 2. De iure prætorio, quo petunt teſtamentum reſcin
di per bonorum poſſeſſionem contra tabulas. II. Bonorum
poſſeſſio, quæ ex teſtamento datur, dicitur bonorum poſſeſ-
ſio ſecundum tabulas, quæ ſcilicet datur ſecundum diſpoſitio
nem, ſeu voluntatem teſtatoris in tabulis, ſeu in teſtamento
d expreſſam, his, d qui in teſtamento inſtituti, & ſubſtituti ſunt
hæredes, l. 2. §. defertur, 4. & tot. tit. ff. de bon. poſſeſ. ſecundum
tab. Et tunc datur, cum ſolemne teſtamentum factum eſt in
ſcriptis, de quo in l. hac conſultiſſima, 22. C. de teſtam. Si ve-
ro factum eſt teſtamentum in nuncupatiuũ, de quo in l. hære
des palam, 21. ff. de teſtam. & in § ſi. ſup. de teſt. tunc datur, v-
tilis bonorum poſſeſſio ſecũdum tabulas, vel bonorum poſ-
ſeſſio ſecundum nuncupationem, de quo Doct. poſt gl. hic in
§. ſunt autem in verb. ſecundum tabulas. Et in hoc caſu ius ci-
uile quoque adiuuatur à iure prætorio cum hæredes inſtituti
à teſtatore, etiam de iure ciuili hæreditatem adire queant, vt
hic in princ. tit. noſtri.
8 Ab inteſtato, vero quatuor tantum bonorum poſſeſſiones
9 hodie locum habent, de quibus hic in §. ſed eas. I. Appel-
e lata eſt, e Vnde liberi, quæ principaliter inducta eſt propter
f filios f emancipatos, qui lege 12. tabul. ad ſucceſſionem pa-
g ternam g ab inteſtato non admittebantur, §. emancipati, 9.
ſup. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Nam ipſis prætor hanc bo-
norum poſſeſſionem conceſſit, vt per eam patri ſuccedant.
Et in hoc prætor correxit ius ciuile, & partim etiam adiuuit,
cum per hanc bonorum poſſeſſionem vocentur ad hæredita-
tem paternam, etiam liberi in poteſtate exiſtentes, qui alias
de iure ciuili, vt ſui hæredes, primum locum in ſucceſſione
obtinent, § primo, ſupra, de hæreditatibus, quæ ab inteſtato
deferuntur, & de hac eſt tit. in ff. & Cod. vnde liberi. II. Bo-
h norum poſſeſſio dicitur. Vnde h legitimi per quam agnat.
vocantur etiam de iure prætorio ad ſucceſſionem defuncti.
Atque hoc caſu idem ius prætorium adiuuit legem 12. tab.
qua agnati non exiſtentibus ſuis hæredibus ad ſucceſſionem
admittuntur, de quo titul. in ff. & Cod. vnde legitimi, & ſup.
de legitim. agnat. ſucceſſ. III. Bonorum poſſeſſio dicitur. Vn-
de

A D D I T I O N E S.

a *Et aſcendentibus paternis præteritis per emancipatum filium, l. 1. ff. ſi quis a parente manumiſſ. non maternis l. illud, §. ad teſtamentum ff. de bon. poſſ. cont. tabul.*
b *L. maximum vitium C. de lib. præter.*
c *Hoc ius dicendi teſtamentum nullum præſcribitur ſpatio 30. annorum, vt ius adeundi, & ſe immiſcendi, Bart. in l. filio præterito ff. de iniuſt. rupt. Caſt. & Alex. in l. 1. C. quando non petent. par.*
d *Vide Vaſq. 2. de ſucceſſionum reſolutione, §. 15.*
e *L. 1. ff. ſi tabula teſtamenti nulla extabunt.*
f *Quia & quæ aſcendentibus paternis competit aduerſus tabulas filij emancipati contracta fiducia. Vnde legitimi eſt, §. vl. C. de legit. agnat. ſucceſſ. non. Vnde parentes, aut, Vnde liberi vtilis.*
g *Nam ad maternam vocantur per vnde cognati, l. vl. Co. de legit. hæredibus.*
h *Vide Vaſq. d. lib. 2. §. 16.*

Google

11 de cognati, in qua rurſum prætor correxit ius legis 12. tab.
Nam iſto iure deficientibus agnatis, cognati prorſus exclu-
debantur à ſucceſſione per fiſcum, vt in princ. ſup. de leg. agn.
ſucceſſ. Sed prætor excluſo fiſco non exſtantibus agnatis, ter-
tio loco cognatos ad ſucceſſionem vocauit, de quo tit. in ff.
& C. Vnde cognati, & ſupr. de ſucceſ. cong. Verum hodie illa
differentia agnationis, & cognationis eſt ſublata, c. nullam 4.
Nouel. 118. de hær. ab inteſt. venien. IV. Vocatur vnde vir, &
12 vxor, per quam deficientibus conſanguineis, agnatis, & co-
gnatis, vir ad ſucceſſionem vxoris vocatur, & contra excluſo
fiſco, de quo text. hic, in §. aliam, & tit. in ff. & C. vnde vir, &
vxor. Et de his ſex ordinarijs bonorum ſucceſſionibus tra-
ctatus hic in §. ſunt autem, vſque ad §. ſeptima.

---

§. Septima autem.

1 *Continuatio huius §.*
2 *Extraordinaria bonorum poſſeſſio quæ, & quotuplex.*
3 *Prima, extraordinaria bonorum poſſeſſio, vt ex legibus, vnde dicta, & quando detur.*
4 *Quæ requirantur vt hæc bonorum poſſeſſio locum habeat.*
5 *Exempla in quibus requiſita concurrunt.*
6 *De bonorum poſſeſſione Carboniana.*
7 *De bonorum poſſeſſione quæ ventris nomine datur.*
8 *Solemnitates quæ, de iure communi circa ventrem cuſtodiendum requiruntur.*
9 *De iure Saxon. quid ſeruetur.*
10 *De bonorum poſſeſſione quæ ordinandæ litis gratia datur.*

1 IN hoc §. ſecundum membrum diuiſionis ſupra traditę de-
claratur, & de extraordinarijs bonorum poſſeſſionibus di-
2 citur. Eſt autem extraordinaria bonorum poſſeſſio, quæ non
ſic cum plena cauſæ cognitione conceditur. Eſtque vaga,
quippe quæ, aliquando ex teſtamento, aliquando ab inteſtato
datur, & plerumque tantum poſſeſſionem non autem domi-
nium tribuit, excepta prima, vt traditur per Cyn. Iaſ. & alios
in d. l. certum, C. vnde legitimi.
3 Prima extraordinaria bonorum poſſeſſio, dicitur. Vt ex
legibus, vel, Quibus ex legibus, de qua dicitur hic in §. ſepti-
ma, & in tit. ff. vt ex legibus, & Senatuſconſult. bonorum
poſſeſs. detur, à primis verbis edicti ſic appellata; ſecundum
Cyn & Iaſ & in d. leg. cert. Et datur quoties ex nouis legibus
bonorum poſſeſſio in genere, non in ſpecie, ſeu indiuiduo
defertur ex teſtamento, vel ab inteſtato ſecundum gloſ. in d.
leg. cert. Vnde etiam extraordinaria dicitur, quia non habet
certam ſedem, ſed eſt vaga, nec ſtabilita certa parte edicti, &
aliquando ex teſtamento, aliquãdo ab inteſtato datur, vt hic,
4 & gl. in l. vnica, ff vt ex legibus. Et ad hoc vt locum habeat,
a quatuor *a* copulatiue requiruntur ſecundum Iaſ. in d. l. cert.
I. Quod, bonorum poſſeſſio deferatur, ex nouis legibus, ſeu
Principis conſtitutionibus. II. Quod tales nouæ leges ſint
ciuiles, & non prætoriæ. Si enim a prætore deferretur bo-
norum poſſeſſio hæc extraordinaria locum non haberet. III.
Quod per iſtas nouas leges ciuiles expreſſo deferatur bono-
rum poſſeſſio, non tamen in indiuiduo nominatim, quia ſi
nominaretur in ſpecie, iſta nominata, competeret, & non hęc
extraordinaria, quæ dicitur, vt ex legibus. IV. Quod iſte
bonorum poſſeſſor, non ſit alias vocatus per legem 12. tab.
5 ad hæreditatem. Et Iaſon reprobatis alijs exemplum ponit
in d. leg. certum, in quo prædicta requiſita concurrunt vt: ſi
Imperator ſtatuat quo Curialis bonorum poſſeſſionem vſ-
que ad duodecimum gradum, & vſque ad quadraginta an-
nos ſuccedere poſſit, 1. Hic defertur hæreditas ex noua le-
ge Imperatoris, 2. Ex lege ciuilis, non prætoria omnia enim
ſtatuta condita ab illis, qui non recognoſcũt ſuperiorem, ha-
bẽtur pro iure prætorio, de quo Iaſ. in d. l. certum, & in §. Sed
iſtæ, 3. infr. de actio, 3. per talem conſtitutionem defertur bo-
norum poſſeſſio, expreſſe in genere, non in ſpecie, 4. ille Cu-
rialis alias à leg 12. tab. non vocatur ad duodecimum ſed de-
cimum gradum, §. finali, ſup. de leg. agnat. ſucceſſione, & non
ad 40. ſed 30. annos l. licet, 8 C. de iure deliber. Idem fuerit,
ſi Cæſar facit legem, vt quoties ſtudioſus in aliqua Acade-
mia teſtatus vel inteſtatus decedat ſine conſanguineis. Re-
ctor vel ſenior Doctor. in Academia ei per bonorum poſſeſ-
ſionem ſuccedat. Quia enim hoc caſu Rector vtpote non
attinens defuncto aliqua ratione ſanguinis, neque de iure ci-
uili, neque prætorio, ſcolari ſuccedere poteſt certe, neceſſa-
ria eſt hæc ſeptima extraordinaria bonorum poſſeſſio de qua
Myn. hic in §. ſeptima.

6 Secunda extraordinaria bonorum poſſeſſio dicitur Car-
boniana de qua titul. in ff. & Cod. de Carbon. edicto dicta à
Carbone Prætore, ſicut actio Publiciana à Publicio Prætore
nomen habet ſecundum gloſ. ſup. Rub. ff. & Cod. de Carbon.
edicto, Quæ ideo extraordinaria dicitur, quod tam ex teſta-
b mento, quam ab inteſtato competit, & non *b* proprietatem,
ſed poſſeſſionem tantum tribuit, & tunc habet locum quan-
do filio impuberi mouetur quæſtio ſtatus, quia agnati dicunt
eum non eſſe filium defuncti, etiam ſi pater hoc in teſtamẽ-
to dicat. Nam tunc prætor concedit ei hanc bonorum poſ-
ſeſſionem, per quam mittitur filius impubes in poſſeſſionem
bonorum defuncti donec quæſtio ſtatus decidatur, & defer-
tur hæc quæſtio vſque ad tempus pubertatis, l. 1. in princ. ff.
de Carbon. edicto. Et ſic duo ſunt beneficia Carboniani edi-
cti. Primum, quod impubes conſequitur poſſeſſionem bo-
norum ipſius defuncti: alterum quod quęſtio ſtatus differtur
in tempus pubertatis, l. 1. ff. & Cod. eod. debet tamen præſtare
cautionem de reſtituendis bonis hæreditarijs, ſi apparuerit
eum non eſſe filium, d. l. 1. §. eum, qui iuncta gloſ. in verb. non
detur, & l. ſed ſi is, 5. §. finali, ff. eo. & leg. 1. iunct. gloſ. in verbo
impleta, C. eod. Si vero non ſatiſdat, erunt vna cum impube-
re in poſſeſſione illi, qui ſtatus controuerſiam mouent, d. leg.
1. iunct. gl. in verb. ab omnibus, Cod. eod. & d. l. ſed ſi in prin.
& §. quoties ff. eodem. Et quando pupillus, & aduerſarius in
ſatiſdatione ceſſant, cõſtituitur curator bonis, qui adminiſtrat
d. leg. ſed ſi § finali, ff. eod. Et ita demum locum habet ſi ſta-
tus, & hæreditatis quæſtio ſimul mouetur, ſi enim ſtatus tã-
tum, quia ſeruus eſſe dicitur, hoc caſu iudicium liberale ſta-
tim explicandum, eſt vt dicitur in leg. de bonis, 6. in fin. in
princ. §. ita demum, ff. eod. Et quia filius natus ex vxore præ-
ſumitur filius mariti, licet probetur matrem fuiſſe adulterã,
leg. miles 11. §. quæ propter, ff. ad l. Iuliam de adult. & Alc. de
præſumpt in 1. reg. præſumpt. 37. &c. ideo agnatis incumbit,
probatio, eum non eſſe filium defuncti patris quo non pro-
bato, filius non ſolum poſſeſſionem, ſed etiam proprietatem
bonorum hæreditariorum retinent, per regulam, l. qui accu-
ſare, 4. Cod. de edendo, de quo videte plenius Azor. in Sum.
Cod. de Carbon. edict.
7 Tertia extraordinaria bonorum poſſeſſio datur vxori no-
c mine ventris, vel vteri quem gerit, de qua tit. in ff. de ventre *c*
in poſſeſſionem mittẽdo, quando ſcilicet poſt mortem, mari-
ti mulier dicit ſe eſſe prægnantem, tunc. n. fauore partus (qui
etiam Reipubl. naſcitur, vt inquit Iuriſc. in leg 1 §. & generali-
ter, 15. ff. de vent. in poſſeſſ.) mittitur illa in poſſeſſionem bo-
norum mariti, & datur interim curator bonis, qui viduæ
præſtet alimenta, habitationem, & ad edendum partum alia
neceſſaria, pro facultatibus, & dignitate mariti defuncti, &
tamdiu venter eſt in poſſeſſione, donec pariat, vel omnino
conſtet, eam non eſſe grauidam, in dict. leg. 1 § mulier 19. &
§. fin cum leg. ſeq. ff. de vent. in poſs. mit. add. text iur. Saxon.
8 artic. 38. lib. 3. vbi dicitur. (Vxor prægnans non debet priuari
ante partum, poſſeſſionem bonorũ defuncti mariti, & Vvei-
chbild.) art. 94. & art. 33. libr. 1. Et notandum, quòd de iure
communi poſt mortẽ mariti, ſi vxor dicit ſe eſſe grauidã plu
res ſolemnitates circa ventrem cuſtodiendum requiruntur,
ne ſcilicet alienus partus, & hæres ſubijciatur. Quinque enim
liberi mulieres adhibendæ ſunt quas nõ per vxorem, ſed per
iudicem eligi oportet, vt ſimul inſpiciant, an ſit grauida vi-
dua, & debet certa domus honeſtiſſimæ fœminæ conſtitui,
vbi pariat, & ante dies 30. quã parituram ſe putet, ipſa denũ-
ciabit his quorum intereſt, vt mittant, ſi velint, qui ventrem
cuſtodiant, & in conclaui, in quo mulier paritura erit, plures
aditus quam vnus eſſe non debent, & ante oſtium tres liberi
homines cuſtodes apponendi ſunt, & tempore partus quinq;
mulieres liberæ, & duæ obſtetrices adſciſcendæ, quas om-
nes executi decet, ne qua alia in eo conclaui ſit pręgnans fœ-
mina

ADDITIONES.

a *Idem Craſs. lib. Sent. §. bonorum poſseſsio, q. 30.*
b *Sunt autem ſeptem bonorum poſseſsiones, quæ ius tribuunt, de quibus vide Craſs. d. §. bonorum poſſeſsio q. 19.*
c *Rei ſeruandæ cauſa in poſſeſsionem mittitur mulier ventris nomine, l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſ. mitt. vt, & filius qui hereditatẽ patris petit ex edicto Carboniano l. 5. §. miſſam, ff. de Carb. ed. Et eodem modo fidei commiſſarij, l. ſi quis miſſus ff. ne vis fiat ei. Item legatarij, & ex cauſa damni infecti, l. cum legatã, ff. ex quibus cauſ. in poſs. eat. l. Iulianus, §. ſi quis ff. de damno infecto, l. ex cuius §. 1. ff. vt in poſs. leg.*

mina, & de nocte tria lumina ad minus ibi debent eſſe, quia
tenebræ ad ſubijciendum partum ſunt aptiores, vt dicitur in
9 leg. 1. §. de inſpiciendo ff. de vent. in ſpic. Sciendum autem li-
cet non omnes iſtę ſolemnitates, ita ſtrictè ſeruentur debere
tamen etiam de iure Saxonic. vxorem intra triceſimũ diem
à tempore mortis mariti oſtendere ſe eſſe prægnantem, & ſi
poſtea edat partum viuum, etiamſi nõ fuerit baptizatus poſt-
humus, nihilominus patri defuncto ſuccedit. Et quando
ſtatim infans moritur, tota hæreditas per infantem defertur
ad matrem: dummodo probetur partum viuum editum eſſe
text. eſt in artic. 33. lib. 3. Et licet vbi dicatur, probandum hoc
10 eſſe per quatuor viros, qui eum plorantem audierũt, & per
duas mulieres quę patienti miniſtrarunt, tamen ne hæc qui-
dem ſolennitas ita ſtrictè ſeruatur. Nam ſi alij teſtes haberi
nequeunt; ſufficit teſtimonium mulierum, quę inter fuerunt
tempore partus ſecund. gloſ. art. Vveichbild. 35. Et quamuis
partus nõ emiſerit vocem attamen ſi alioqui viuus natus fue-
rit, rumpit teſtamentum patris, ei ſuccedit, & hæreditatem
ad matrem tranſmittit, licet illico in manibus obſtetricis de-
ceſſerit dummodo viuus ad orbem totus proceſſit, ad nullũ
declinans monſtrum, vel prodigium vt dicitur in l. 3. Cod. de
poſthum. hæred. inſtitut. ſicut etiam de iure Saxon. ad Her-
maphroditos, & homunciones hæreditas non deuoluitur, vt
dicitur in art. 4 lib 1.

11 Quarta extraordinaria bonorum poſſeſſio dicitur, Litis a
a agnoſcendæ gratia, quæ datur filio emancipato exhæredato,
vel pręterito, ad conſequendam facultatem intentandi quæ-
relam inoffic. teſtam. ad quam alias emancipatus de leg. 12. ta
bularum, nõ admittebatur, cum quęrelam inofficioſi teſtam.
ſit iuris ciuilis, & ius ciuile emancipatum non agnoſcat. Itaq;
hæc bonorum poſſeſſio, neque proprietatem, neque poſſeſ-
ſionem rerum hæreditariarum tribuit, ſed tantum licentiam
& facultatem intentandi quærelam æſtq; præparatoria quæ-
relæ inofficioſi teſtamenti, vt inquit Paul de Caſtr. in d. l. cer-
tum, poſt Cyn & alios ibi. De qua eſt text. & gl. in l. Papinia-
nus, 8 §. 1 ſuper verbo bonorum, ff de inoffic. teſtam.

ADDITIO.

a *De hac bonorum poſſeſſione vide Vaſq lib. 3 § 40. num. 146. & ſeq. & gl. l. 2. Cod. inoffic. de teſtam. Vide Craſſum libr. Sent. §. bonorum poſſeſſio, q. 31.*

§. Cum igitur iuncto §. fin.

1 *Quod tempus prætor præfinierit ad petendam bonorum poſ-ſeſſionem.*
2 *An illud ſit vtile vel continuum tempus.*
3 *Vtile, aut continuum tempus quod dicatur.*
4 *Bonorum poſſeſſio olim petitionem, & decretum exigebat, hodie ſola declaratio animi ſufficit, & num. 5.*
6 *In Carboniana, & quæ ventris nomine datur, neceſſarium eſt decretum iudicis.*
7 *Bonorum poſſeſſio duplex, edictalis, & decretalis.*
8 *Bonorum poſſeſſiones an hodie ſublata.*
9 *Hodie optio datur, vt quis de iure ciuili hæreditatem adeat, vel de iure prætorio bonorum poſſeſſionem agnoſcat*
10 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas quando hodie neceſſaria.*
11 *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas eſt voluntaria.*
12 *Bonorum poſſeſſio vnde liberi, hodie non neceſſaria.*
13 *Vnde legitimi nec olim, nec hodie neceſſaria.*
14 *Vnde cognati, olim neceſſaria.*
15 *Vnde vir & vxor, quando hodie neceſſaria.*
16 *Extraordinariæ bonorum poſſeſſiones ſicut olim ita, & hodie neceſſariæ.*
17 *Nolens de iure ciuili ſuccedere, poterit agnoſcere bonorum poſſeſſionem de iure prætorio.*
18 *Tempus, quo de iure ciuili quis hæreditatem adire poteſt currit contra ignorantem, ſecus in bonorum poſſeſſione.*

a *Infra a quod tempus bonorum poſſeſſio ſit agnoſcenda?*

1 Liberis, & parentibus anni ſpatium, agnatis vero; & co-
gnatis viro, & vxori centum dierum ſpatium ad agno-
ſcendam bonorum poſſeſſionem à iure pręfinitum eſt, vt hic
& l. 1. §. largius, ff. de ſucceſſorio edicto vbi dicitur, [Largius
ſempus parentibus, & liberis petendæ bonorum poſſeſſionis
tribuitur, in bonorum ſanguinis, & propioris neceſſitudinis.]
Ideo arctandi non erant, qui bene ad bona propria veniunt,
ſicut, & filij viuo patre quodammodo domini bonorum pa-
ternorum exiſtimantur, leg. in ſuis, 11. ff. de liber & poſthum.
Et quando infra aliud tempus non fuerit agnita bonorum
poſſeſſio videt tacitè repudiata, itaq; portio, non petentis, pe-
tenti in pari gradu accreſcit, vel ſi nullus in pari gradu exti-
terit, per ſucceſſionis edictum, ij, qui in ſequenti gradu ſunt,
admittuntur textus eſt hic in d. §. cum igitur. Et ſciendum, il-
2 lud tempus eſſe vtile, non continuum vt hic, §. fin. & leg. 2. in
princ. & § dies ff. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur.
3 Dicitur autem tempus continuum, quod continuum currit
diebus feriatis, & non feriatis in abſentia, & præſentia iudi-
cis. Vtile vero, quod diebus feriatis, & diebus abſentiæ, quã-
do iudicis copia haberi non poteſt, non currit, de quo gloſ. in
Clemen. 1. ſuper verb. continuum, de reſtitut. in integrum. Et
datur pro anno vtili plerumque quadriennium continuum, l.
fin. C. de tempo. in integr. reſtitui.

Quomodo petenda vel agnoſcenda ſit bonorum poſſeſſio.

4 Olim de iure veteri neceſſe erat, petere bonorum poſſeſ-
ſionem per libellum, cum certa ſolennitate verborum à iu-
dice ſedente pro tribunali, infra ſtatutum tempus, qui cum
cauſæ cognitione interponebat ſuum decretum, l. 3. §. ſi cau-
ſa, ff eod. ſed iſta ſolennitas verborum, & formula petendi, eſt
hodie ſublata, neque iudicis decretum neceſſarium eſt: ſed
ſufficit, ſi tempore a legibus ſtatuto, quis adeat iudicem cõ-
petentem, & coram eo quibuſcumque verbis declaret ſuam
voluntatem, atque ita agnoſcat bonorum poſſeſſionem, leg.
fin. Cod. qui admitti ad bon poſſeſſ poſſint Sciendum tamẽ,
& ſi libellus, & ſolennis petitio non ſit neceſſaria, neque de-
5 cretum iudicis, nec præſentia aduerſarij, neceſſe tamen eſſe,
vt quædam agnitio fiat coram iudice, quæ redigenda eſt a-
dacta, vt poſtea probari poſſit ſecundum Cin. in leg. certum,
9. in fine Cod. vnde legat. Neque enim ſufficit eam agnoſce-
ſe coram Notario, & teſtibus ſecundum Bal. in dict. leg fin.
6 In Carboniana tamen, & quæ vxori ventris nomine datur,
neceſſarium eſt decretum iudicis quia trahunt ſe cum exe-
cutionem facti, quæ non debet fieri, niſi citato poſſeſſore, ſe-
cundum Bald. Salic. & alios in dict. leg. fin. per text. in leg. 1. §.
ſi ea, 14. ff. de vent. in poſſeſſ. mitt. Et notabiliter gloſſa hic, in §.
7 fin. ſuper verbo petenda, duplicem fuiſſe bonorum poſſeſſio-
b ne: alia dicta eſt edictalis, alia decretalis. Edictalis *b* dicta
eſt, quæ ex edicto prætoris mortui conceditur, ſed à iudi-
ce viuo, nondũ petita eſt. Decretalis vero, quæ intra præſcri-
ptum tempus à iudice viuo petita, & petenti per iudicem
decreta eſt. Cæterum quia hodie decretum iudicis non eſt
neceſſarium, ſed ſufficit eam in iudicio tantum agnoſci, ideo
iudicialis hæc dici poteſt, ſecundum gloſſa in dicto verbo
petendæ.

An hodie bonorum poſſeſſiones ſint ſublatæ.

8 In hac, quæſtione de qua gloſſa penult. hic in fine videtur
dicendum, quod ſic. Hodie enim per ius nouiſſimum Au-
thenticorum, tres alij modi & ordines ſuccedendi ſunt in-
troducti, in Nou. 118. de hæred. ab inteſtat. venien. de quibus
ſupra in titul 1. huius libri dictum eſt. Item principaliter pro-
pter emancipatos, & cognatos, qui de iure ciuili à ſucceſſio-
ne excludebantur, bonorum poſſeſſiones fuerunt introdu-
ctæ. Sed emancipatio, & differentia agnationis, & cogna-
tionis, quo ad ſucceſſionem hodie non attenditur. Authen. in
ſucceſſione, C. de ſuis legitim & cap. nullam, 1. dict. Nouell.
118. de hæredibus ab inteſt. venient Communis tamen, &
vera concluſio. Doctorum poſt gloſſa hic, & in d. leg certum
C. vnde legitim. eſt, quod non, quia non reperiuntur corre-
ctæ bonorum poſſeſſiones, & correctio iurium eſt vitanda, l.
1. Cod. de inoffic. dotibus. Et quod non mutatur, quare ſtare
probi-

ADDITIONES.

a *De hac quæſtione ſupradictum §. 1. num. vlt. Porro ex quibus coniecturis videatur quis bonorum poſſeſſionem agnouiſſe, vide Mant. 12. de coniect. vlt. volunt. 15.*

b *De edictali, & decretali bonorum poſſeſſione, vide Menoch. 1. remed. adipiſcendæ poſſeſſionis, nu. 10. Craſſum d. §. bonorum poſſeſſio, q. 5.*

Google

prohibeatur? vt dicitur in l.ſancimus, 22. C. de teſt. Vnde &
9 hodie quis habet electionem, vtrum de iure ciuili hæreditatem adire, vel de iure Præt. bon.poſs.agnoſcere velit: plurimum tamen refert, quo iure ſuccedatur, propter differentias inter hereditatem, & bonorum poſſeſs.ſup.relatas.

a *Ad bonorum poſſeſſiones hodie ſint a neceſſariæ?*

Hæc quæſtio per Cynum, Baldum, Salicetum, & alios poſt Gloſ. in d. l.certum, Cod. vnde legitimi, plene examinatur, & communiter ita concluditur, de omnibus idem ſtatui non
10 poſſe. Nam prima bonorum poſſeſſio contra tabulas, ſicut olim, ita & hodie eſt neceſſaria filio emancipato. Nec obſtat quod emancipatio, quoad ſucceſſionem hodie non attendatur, d. Aut. In ſucceſſione. Quippe hoc eſt verum, quoad ſucceſſionem ab inteſtato, non autem quoad ſuccedendum cõtra teſtamentum, vt eſt gloſ. ſing. in l.Gallus, 29. §. & quid ſi tantum, 5. in verb. Emancipatus, ante fin.ff.de liber. & poſth. Nam filius conſtitutus in patria poteſtate præteritus in teſta. ex cauſa, vel ſine cauſa, dicit teſtam. ipſo iure nullum, in prin. ſup.de exhær.liber. In emãcipato vero diſtinguitur. Aut enim eſt præteritus ſine cauſa; & peræque dicit teſtamentum nullum: aut cum cauſa, & intentat hanc contra tabulas bonorum poſs de quo poſt gl. & alios. Salic. in d l.certum.
11 Secunda bonorum poſſeſſio, ſecundum tabulas, neq. olim neque hodie eſt neceſſaria: ſed voluntaria, ſecundum gloſ. in d. l.certum, cum hæres inſtitutus in teſtamento de iure ciuili poſſit adire hæreditatem, gl.tamen in d. l.certum, & Doctores ibi, referunt aliquot caſus, in quibus, & hodie neceſſaria eſt: veluti ſi pater condidit teſtamentum, in quo inſtituit extraneum heredem, & poſtea naſcitur ei poſthumus, qui in teſtamento eſt præteritus, & viuo patre decedit: nam de iure ciuili natiuitate poſthumi, ſtatim rumpitur teſtamentũ. Ideò hæres inſtitutus de iure ciuili ex teſtamento iam rupto non poteſt ſuccedere; ſed Prętor ei, per hanc bonorum poſſeſſionem, ſecũdum tabulas ſuccurrit, & teſtamentum ſuſtentatur de iur. Prætor. leg. poſthumus, 12. ff. de iniuſto, rupto, &c.
12 Tertia, Vnde liberi, olim filio emancipato ab inteſtato ſuccedere volenti, neceſſaria fuit, quia de iure ciuili erat incognitus, §. emancipati, 9. ſuper de hær. quæ ab inteſtato defer. Hodie vero non eſt neceſſaria, quia differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, quoad ſucceſſionem ab inteſtato eſt ſublata, d. Auth. In ſucceſſione, C. de ſuis, & leg.
13 Quarta, Vnde legitimi, ſecun. gloſ. in d. l.certum, nec olim neceſſaria erat, nec hodie eſt, cum agnati etiam de iure legis duodecim tabul. ſuccederent, vt ſup. de leg. agnat. ſucced.
14 Quinta, Vnde cognati olim neceſſaria erat, quia deficientibus agnatis, cognati non ſuccedebant, ſed fiſcus. Hodie verò agnati, & cognati etiam de iure ciuili ſimul ſuccedunt ſublata differentia agnationis, & cognationis, cap. nullam, 4. Nou. 118. de hæred. ab inteſt. veni.
15 Sexta, Vnde vir, & vxor, cum olim neceſſaria fuit, tum hodie eſt. Quod eſt Verum, ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l.certum, ſi alter coniugum, non extantibus conſanguineis, vult venire ad totam hæreditatem defuncti, excluſo fiſco, ſi vero extantibus liberis, vel conſanguineis defuncti, vult habere tantum quartam, non eſt hodie neceſſaria: quia de iure ciuili
16 ex conſtitutione Imperatoria tunc ſuccedit. Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor. Reliquæ verò quatuor extraordinariæ bonorum poſſeſſiones, ſicut olim, ita & hodie neceſſariç ſunt de quo Sal. poſt gl. & alios, in d. l.certum.

An bonorum poſſeſſiones hodie ſint vtiles?

Vltra caſus, in quibus ſunt neceſſariæ, etiam hodie adhuc ſunt vtiles, ſecundum Paul. de Caſt. in d. l.certum, poſt Bald.
17 in Rub. C. qui admit. ad bonor. poſſeſs. poſſunt. Primum, quando quis repudiauit hæreditatem de iure ciuilis, quod nolit ſuccedere de iure ciuili, poterit agnoſcere bonorum poſſeſſionem de iure prætorio ſicut contra, leg. ſuum hære-
b dem, 13. C. de iure delib. Renunciationes *b* enim ſunt odioſæ, igitur reſtringendæ, & ſtrictè accipiendę, cap. odia, 15. de regulis iuris in 6. Secus, ſi quis ſimpliciter repudiare hæreditatem, referendo ſe ad hęreditatem ipſam, non ad modum ſuccedendi, vt notat Bart. in l.nec is, 17. §. hæres, ff. de acq. hær.
18 Deinde de iure ciuili, licet quis poſſit adire hæreditatem
c vſque ad triginta *c* annos: tamen illud tempus currit etiam contra ignorantem, leg licet, 8. iuncta gl. in verbo, Longi, C. de iure deliberan. quibus elapſis, ſi quis demum compererit ſibi delatam eſſe ſucceſſionem, poterit a die ſcientiæ intra ſtatutum tempus a iure Prętorio agnoſcere bonorum poſſeſ-
d ſionem, quia illud tempus contra *d* ignorantem non currit, l. 2. & l. quamdiu, 5. Cod. qui admitti ad bon. poſs. vſq. adeò vt Iaſ. ſup. d. Rubr. C. qui admitt. ad bon. poſſ. poſs. dicat, quod ſi quis ſtaret ignorans ſibi delatam ſucceſſionem per mille annos, numquam a bonorum poſſeſſione excluderetur.

ADDITIONES.

a *Et quid apud Gallos iuris ſit in eo, vide Baronem ad hunc tit.*
b *Vt & exheredationes, l.cum quidam, ff. de lib. & poſthum.*
c *Hereditatis petitionis (licet ſit realis, leg. ſed ſi lege, §. petitio, ff. de petit. hered. l. ſin autem, §. ſed ii, ff. de rei vendic.) præſcribitur non 20. ſed 30. annis ad inſtar perſonalium, l. hereditatis, C. de petit. hered. vbi hæc actio mixta appellatur.*
d *Bonorum poſſeſſionis petendæ tempus nunquam currit ignoranti, Bald. in l.licet, C. de iur. delib. Et hoc reſpectu magis vtilis eſt ſucceſſio Prætoria, quam ciuilis.*

DE ACQVISITIONE per arrogationem.

TITVLVS XI.

1 *Continuatio.*
2 *Arrogatus ſe, & ſua ſubijcit arrogatori.*
3 *Arrogator in bonis aduentitijs arrogati hodie nudum vſumfructum habet.*
4 *Filius arrogatus in quibus æquiparetur filio naturali, & nu. 5. 6. & 7.*
8 *Et contractu filij duæ oriuntur actiones.*
9 *Ex mutuo filiifamilias neque pater, neque filius efficaciter obligatur.*
10 *Excepto Senatuſc. Macedoniani in pluribus ceſſat caſibus.*

Continuatio ponitur hic in principio tituli noſtri & ſumitur ex §. finali ſupra per quas perſ. nob.
1 acqu. Abſolutis enim duobus modis, per quos nobis res acquiruntur, per vniuerſitatem, ſeu titulum, vniuerſalem, aditionem, ſcilicet hereditatis de iure ciuili, & bonorum poſſeſſionem de Prætorio: ſequitur nunc tertius modus ab Imper. in d. § fi. præſcriptus, videlicet, qualiter per arrogationem dominium
2 rerum per vniuerſitatem acquiratur. Ad cuius intellectum ſciendum, quod filiusfamilias, qui ſcilicet ſui iuris eſt, quia pater eſt mortuus, vel ipſum emancipauit, ſi dat ſe in arrogationem alicui, non tantum ipſe poteſtati arrogatoris ſubijcitur, ſed etiam eius liberi, quos habet in poteſtate, §. illud enim, ſupra de adoptio. Sed & olim omnia quoque bona ipſius arrogati, mobilia, & immobilia, corporalia, & incorporalia pleno iure patri arrogatori per arrogationem acquirebantur, ita vt tam vſumfructum, quã proprietatem conſequerentur, vt hic in princ. Verum hoc hodie per Imperatorem hic correctum,
3 & emendatum eſt. Noluit enim arrogatorem plus iuris habere in bonis filij arrogati, quam iuſtum, ſeu naturalem, & legitimum patrem in bonis filij, ex ſuo corpore nati. Sicut igitur pater naturalis, & legitimus tantum habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij, remanente proprietate penes filium l.cum oportet, 6. C. de bo. quæ lib. & ſup. per quas perſ. nob.
4 acq. in princ. ita quoq. arrogator in bonis, quç aduentitio iure ad arrogatũ peruenerunt, nudum tantum vſumfructũ conſequitur, vt Plat. hic. Per quem notandum, filium arrogatum æquiparari filio naturali legitimo, in poteſtate patris exiſtẽti, in tribus, in acquiſitione, in ſucceſſione, in obligatione. I. Æ-
5 quiparatur, quoad acquiſitionem, nam ſicut per filium natu-
a ralem acquiritur patri in peculio profectitio vſusfructus *a* & proprietas, ita etiam arrogatori, per filium arrogatum, In Aduentitijs vero vſusfructus vtrique parenti, non autem dominium acquiritur. Et ſicut in caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio, pater naturalis nihil iuris habet: ita nec arrogator, per ea, quæ ſupra in titulo per quas perſon. nob. acqu. dicta ſunt.
6 II. Aequiparatur in ſucceſſione. Nam arrogatus tam *b* ex te-
b ſtamento, quam ab inteſtato arrogatori ſuccedit, etiam cum natu-

ADDITIONES.

a *Per arrogatos filios vſumfructum, & proprietatem parentes acquirunt, vt per naturales, & legitimos.*
b *Arrogati parentibus ſuis, & e contra an arrogatores arrogatis ſuccedant, dictum eſt ſup. tit. de hered. quæ ab inteſt. defer.*

Digitized by Google

naturalibus,& legitimis filijs ipſius arrogatoris, vt ſupra in
primo ordine ſucced.de ſucc. filiorum legit.tantum, ante fi.di.
ctum eſt,& contra arrogator filio arrogato ſuccedit,vt hic,§.
mortuo. Quod eſt verum,ſi non reliquit deſcendentes. Nam
hi arrogatorem excludunt,ſec gl.hic in verb.Aliæ. Et merito
quia enim liberi patri naturali, & legitimo preferuntur mul.
to magis patri legitimo tantum,cum in ſucceſſione vbiq. pri-
ma ſit cauſa liberorum, §.1. ſup. de hæred. quæ ab inteſt. de-
fer. Idem dicendum putat Fab.hic ſi a arrogatus relinquat fra
tres vtrioque coniunctos, vt hi quoque arrogatorem exclu-
dant per conſtit.Imperator. de qua hic mentio fit,& habetur
in l.ſi C communia,de ſucceſ.quaſi per Auth. defuncto, C.ad
S C Tertull.quo ad ſucceſſionem arrogati,d.l ſi.non ſit cor-
recta,Gl.tamen & pleriq. Doct. hic,& in d.Auth. Defuncto,
tenent contrarium,de quo ſup.de ſucc. parent. legit.tantum,
7 dictum eſt III. Æquiparatur,arrogatus filio naturali, & legi-
a timo quo ad *a* obligationem. Sicut,enim pater naturalis re-
gulariter non obligatur ex contractu filij, nec pro delicto,cõ,
tractibus, & obligationibus filij conueniri poteſt, toto tit. C.
ne filius pro patre,niſi peculio tenus,cum l. filio quid dedit in
peculium, l.1.ff.de pecul & §.actiones, to. inſ. de act ita nec
arrogator tenetur de geſtis per arrogatum ante arrogationẽ
ſed de his quæ poſt arrogationem geſta ſunt, tenetur quantũ
eſt in peculio,& in quibus ei acquiritur vſuſfructus,vt hic,§.
fi.& in l.arrogatorem,42.ff.de pecul.& ſi arrogator nolit de.
8 fendere arrogatum,mittuntur creditores in poſſeſſionem bo
norum arrogati,vt hic,in fi.tit.noſtri. Sciendum enim, quod
ex contractu filij duæ oriuntur obligationes; Vna contra ip-
ſum filiumfamilias in ſolidum,l.tam ex contractibus,57.ff.de
iudic.& quando non eſt ſoluendo detruditur in carcerem,ni-
ſi cedat bonis,l penult.& ibi Doct. C. qui bon. ced poſs. Al-
tera contra patrem de peculio, non quidem in ſolidum, ſed
peculio tenus, i. vſque ad vires peculij conceſſi a patre, d.leg.
9 tam ex contractibus. Sed hoc fallit in contractu mutui: Si
enim filiusſamilias mutuatus ſit pecuniam, neque pater, ne-
que filius efficaciter conueniri poſſunt,ſed repellitur creditor
per Senatuſconſ. Maced. quod inductum eſt in odium. Ma-
cedonis vſurarij,qui cum mutuat,& filijsfamilias, docuit eos
vi parentes interficere,quo hæreditatem conſequerentur,&
ſoluerent pecuniam mutuam,l.1.& per tot.tit.ff de Senatuſc.
10 Macedon. Non tamen locum habet, quando filiusſamilias
b ſcholaris *b* ſtudiorum cauſa abſens mutuam pecuniam acce-
pit, l.Macedoniani, C. ad S.C. Macedon. Quod eſt verum,
ſi probabilem modum in mutua pecunia non exceſſit, ſed
quantum pater ſolebat ſubminiſtrare, l.ſed Iulian. (al. verſic.
in l.item,7.)§.proinde,ff.de S.C.Maced.& d leg.Macedonia-
ni,& in pluribus caſibus ceſſat hæc exceptio, de quibus in Gl.
§.illud,7.infra quòd cum eo,qui in aliena poteſtate,&c Hinc
Innoc. in cap. Quis plerique,8.de immunitat. Eccleſ. inquit,
filium peccare mortaliter ſimul,& patrem, ſi vtantur ea ex-
ceptione contra creditores, qui ad neceſſarios vſus filijs mu-
tuo dederunt pecuniam. Et per hunc tex. Bar.in l.1. §.nec ca-
ſtrenſe,15.in fi.ff.de coll. bon. decidit; ſi aliquod debitum oc-
caſione ſtudij in vita patris per filium eſt contractum, dum-
modo honeſtè, & licitè factum ſit, poſt mortem patris, fra-
tres de communibus bonis ſoluere teneri, tamquam æs alie-
num,de quo Platea in § fin.ſupra de teſtam.ini Sicut & regu
lariter ſumptus a patre filio cauſa ſtudiorum ſuppeditati,poſt
mortem patris non debent computari filio in portionem
ſuæ hæreditatis,l.quæ pater,50.ff.famil.erciſc.& Iaſ.in §.fue-
rat,29.inf.de act.

A D D I T I O N E S.

a *Ex arrogati filij contractu, & delicto, an, & quemadmodum pater teneatur.*

b *Filiusfamilias, & ſi ignorante patre mutuum accepit ſtudiorũ cauſa obligatur, nec S.C. Macedon. vtitur l.5.C.de S.C. Maced. vbi vide Fabrum, & alios.*

DE EO, CVI LIBERTATIS. caoſa bona addicuntur.

TITVLVS XII.

1 *Summa huius tituli.*
2 *Quare addictio bonorum libertatis cauſa introducta ſit.*
3 *Petens huiuſmodi addictionem bonorum non eſt hæres, ſed extraordinarius ſucceſſor.*
4 *Quæ requirantur, vt addictio bonorum valeat, & n. 8.*
5 *Cautio idonea quæ dicatur.*
6 *Quando ſimpliciter cautionis fit mentio, an intelligatur de nuda, vel idonea, & n.7.*
9 *An dominus inuitos vaſallos poſſit alienare.*

1 TRaditur hic quartus modus quo per vniuerſitatem
rerum dominia conſequimur, quãdo ſcilicet alicui
bona defuncti addicuntur, libertatum conſeruan-
darum cauſa. Et pro intellectu,& ſumma huius ti-
tuli ſciendum, quando quis decedit condito teſtamento, in
quo ſeruis ſuis reliquit libertate directam, vel fideicommiſ-
ſariam,nec hæres inſtitutus in teſtamento vult adire hæredi-
tatem,quia metuit æs alienum, quo defunctus fuit oneratus
hoc caſu propter tuendas,& conſeruandas libertate,quę alias
nemine adeunte hæreditatem perirent,l.teſtamento,23.ff.de
man.teſt. per conſtitutionem D. Marci cuius verba referun-
tur hic in pr.ſtatutum eſſe vt quilibet extraneus,atq. adeo ip-
ſi ſerui,quibus libertas relicta eſt, vel etiam fiſcus a Iudice pe-
tere poſſunt ſibi addici bona defuncti, quæ hæres inſtitutus
non vult adire quo facta ſerui conſequuntur libertatem re-
lictam. Idem dicendum eſt ſi quis inteſtatus deceſſit, & reli-
quit in codicillis libertatem ſeruis,§.in primis, inſ eod. & l. 2.
ff. de fideic. lib. Et hæc principaliter introducta ſunt fauore
2 libertatis,quam Imp.hic in fi.prin.commodo pecuniario prę-
ferendam cenſet; ſicut, & libertas inæſtimabilis res dicitur,
leg.libertas,122.ff. de reg iur. Deinde etiam propter honorẽ
ipſorum defunctorum,ne ſcilicet bona eorum a creditoribus
ſub haſta,& voce pręconis vendantur,& poſſideantur, vt hic
§.hac reſcripto Quod apud veteres ignominioſum fuiſſe te-
ſtatur Cicero in Oratione pro Publ. Quin, inquiens [Her-
cle cuius bona ex edicto poſſidentur, huius omnis fama, &
exiſtimatio, cum bonis ſimul poſſidentur, vbi amici non cõ-
ueniunt ad exequias cohoneſtandas: ſed bonorum empto-
res vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas, & diſtribuen-
das.] de quo Minſ. in §. 1. ſup. quibus ex cauſ. man. non lic.
Et petens huiuſmodi adictionem bonorum, non eſt hæres
de iure ciuili,neque bonorum poſſeſſor de iure prætorio:ſed
3 anomalus, ſeu extraordinarius ſucceſſor dicitur ſecundum
gloſs.hic,in §.in primis. Vnde Imperator hic in princ.inquit,
hunc eſſe nouum caſum ſucceſſionis, & talis ſucceſſor pro-
pter interuentum iudicis, aſſimilatur bonorum poſſeſſori ſe-
cundum Minſing. hic. Ad hoc autem vt prædicta locum
4 habeant requiritur. I. Quod interueniant auctoritas iudicis
per text. hic in princ. [Is, cui de ea re notio eſt.] II. Quod
certum, ſit, & conſtet, nullum ſucceſſorem, neque ex teſta-
mento, neque ab inteſtato, velle adire hæreditatem, d. §. in
primis, inſ. eod. III. Quod is cui bona ſic addicuntur, idonee
caueat creditoribus de ſolido, quod cuique debetur ſoluendo
vt hic in princip. & d.§.hoc reſcripto, & leg. 2. in fin. iuncti,
5 l.3. ff.de fideicom. lib. Dicitur autem idonea *a* cautio quæ fit
a per fideiuſſores, vel per pignora ſecun glo. hic ſupra verb.
idoneæ, & gloſ. in c. Ex tranſmiſſa 8. de reſtitut. ſpol. & eſt
text.in l.ſi mandato Titij,59.§.fin.ff man. Quando autem fit
mentio ſimpliciter cautionis,an intelligatur de nuda vel ido-
nea cautione,diſtinguitur poſt text.gl. & Doct. in leg. ſanci-
9 mus, C.de verb. ſignific. Quandoque cautio preſertur a iure
prætorio,& intelligitur de idonea,quæ fit per pignora, vel fi-
deiuſs.l.1.§.iubet autem 9 ff.de col. bon. Quandoque profer-
7 tur a lege ciuili, & intelligitur de nuda cautione, quæ fit per
ſtipulationem dict. leg.ſancimus, & ibi gloſ. Bartolus,& alij.
Quandoque,ab homine vel teſtatore, & quoq. de nuda cau-
tione intelligitur, d.l.ſancimus iunct. gl. fin. ibi. Et hæc ſunt
vera,quando ſimpliciter præfertur cautio ſecus ſi cum adiun
cto,vt quia promiſit,quis idonee,aut ſufficienter cauere dict.
leg. ſi mandato, §.fin. & d. leg. ſancimus ibi poſt alios d. Iaſ.
8 & Ang.hic num.2. IV. Requiritur quod illi,quibus relicta eſt
libertas, conſentiant in ius patronatus iſtius, cui bona addi-
cuntur, vt hic, in principio ibi, [ſi ij, de quorum ſtatu agitur,
conſentiant.] Si enim nolint conſentire, manebunt in ſer-
9 uitute, & habebunt eum dominum, quem noluerunt habe-
re patronum,leg. final.§. ſin vero,Cod.de teſtam. manumiſs.
gloſſa hic, in verbo, Conſentiant. Et per prædicta decidit
b Angel. hic a domino *b* non poſſe vaſallum inuitum alienari,
de quo

A D D I T I O N E S.

a *Idonea cautio quæ dicatur, vide apud Rebuffum tract. de ſenten. exec. in verb. Bene, & ſufficiente cautio Gl.6.*

b *An dominus nolentes vaſallos alienare poſſit, vide apud Cur. tract.de feud. par.6.q.2.*

de quo eſt gloſ. 1. in leg. inuitus, 34. ff. de fideicommiſſ. lib. & textus in c. Imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. vbi expreſſe dicitur, dominum ſine voluntate vaſallorum, non poſſe ius ſuum ad alium transferre. Vaſallus enim, & dominus in omnibus fere iudicantur ad paria, c. 1. in ſi. de forma fid. Sed vaſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini, dict. cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. Ergo nec dominus proprietatem feudi ſine conſenſu vaſalli. Ideo nec princeps vnam ciuitatem ex ſuis ciuitatibus inuitis ciuibus alienare, & vendere poteſt, ſecundum Bald. in §. in generali, ſi de feud. defunct. fuer. controuer. Felinus, & Doctores in cap. dilecti, 13. de maiorita. & obedien. vbi Pan. inquit: [Si dominus alicuius loci vult illum locum ſubijcere alieno domino, homines illius loci poſſunt contradicere.] Sicut enim intereſt dominorum non amittere ſubditos, ita ſubditorum intereſt, non mutare dominos, ſecundum Aluar. & Feudiſtas, in cap. 1. Quo tempore miles. Limitatur tamen per Bald. in d. c. Dilecti, vt procedat, niſi imminentis neceſſitatis cauſa hoc faceret dominus. Refert, & ſequitur Curtius in 6. par. feud. n. 4. Deinde, niſi dominus totam curiam, vel territorium, & ita cum vniuerſitate vaſallos venderet, vel alienaret, ſecundum Iaſ. in leg. filius familias, 114. §. Diui, 14. ff. de leg. 1. & Felinus in d. c. Dilecti & de hoc eſt textus in c. 1. §. ex eadem lege, de lege Conradi, in viibus feud. Qui in fine limitat hoc procedere, ſi alienetur in æqualem, vel ſuperiorem: quia tunc vaſalli iuſte conqueri non poſſunt, ſecus, ſi fiat alienatio in inferiorem, de quo videte Matth. de Afflict. in dicto §. ex eadem lege, & Zaſ. in 7. p. feudali.

DE SVCCESSIONIBVS SVBLATIS quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatuſconſ. Claudiano.

TITVLVS XIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Olim ſi debitor citatus non comparebat, creditor in omnibus bonis, tanquam mortuo illi ſuccedebat.*
3 *Qualiter hodie creditoribus hoc caſu conſultum ſit de iure communi.*
4 *Qualiter de iure Saxonico.*

1 IMperator hactenus quatuor per vniuerſitatem acquirendi modos declarauit: ſed quia olim, & alij duo modi erant, quibus dominium rerum per vniuerſitatem acquirebatur, videlicet per ſucceſſionem, quæ fiebat per bonorum vēditionem, & quæ fiebat ex Senatuſc. Claudiano: hos certis ex cauſis hodie ſublatos eſſe, & reiectos, tradit Imperat. hic in titulo noſtro. Erat autem primus modus quando debitor in ſolutione
2 ceſſabat, & ſolemniter contra eum proponebatur actio, ipſe vero non comparebat, ſed fiebat contumax, ac deinceps propter eius contumaciam creditor in omnibus bonis debitori, tamquam mortuo ſuccedebat, & licebat ei vēdere iſta bona, vt declarat hic Azor. Sed hæc ſucceſſio hodie ſublata, & ali-
a ter creditoribus conſultum eſt, *a* Debitor *b* enim perempto-
3 rie citatus ſi non comparet, ſed fit contumax, iux. l. contuma-
b cia, 53. ff. de re iud. actor accuſans ipſius contumaciam, pro modo debiti, per primum decretū iudicis immittitur in poſſeſſionem bonorum ipſius debitoris, cauſa cuſtodiæ, & detentionis. Poſtea iterum citandus eſt reus, & quando ne tū quidem comparet, actor per ſecundum decretum iudicis conſequitur veram poſſeſſionem bonorum ipſius rei, pro modo, & quantitate debiti, de quo eſt ordinaria doctrina: Bar. in l. ſi finita, 15. §. Iulis. 16. de damn. infect. & auth. qui iurat, vbi Doc. C. de bon. auth. iud. poſ. & addite Speculatorem in tit. de 1. &
4 2. decreto. De iure vero Sax. reus contumax in primo iudicio ſtatim in pœnam contumaciæ condemnatur in totum: ita tamen, vt in proximo iudicio poſſit comparere, & allegare legitimum impedimentum, & iuſtas cauſas abſentiæ. Hinc ita pronunciari ſolet; [Super accuſata contumacia N. rei pronunciamus, & decernimus, quod actor dictum reum, ob contumacem eius emanſionem, vſq. ad legitimum impedimentum, & iuſtas exceptiones, expectarit, & impetrarit, &c.] Poſtea iterum citatur reus, & ſi comparet, & allegat legitimum impedimentum, non nocet ei prior ſententia. Si vero ſecūda vice fit contumax, vel deficit in probatione legitimi impedimenti: tunc in totum condemnatur, hoc modo, [Super contumacia ſecunda vice accuſata, decernimus, & declaramus, quod actor reum condemnatum ob ſecundam eius contumacem emanſionem, vſque ad executionem expectarit, & impetrarit, &c. & ſic in totum cadit cauſa, ſiue iuſte, ſiue iniuſte litigarit.] Fitque contra eum executio in pœnam contumaciæ, & contemptus iudicis.

ADDITIONES.

a *Vide conſtit. 32. 28. cum multis ſeq. q. 1. conſt. 22. p. 2.*
b *De pignore prætorio, quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto vide Neguz. tract. de pign. p. 3. memb. 2. in princ.*

§. Erat.

1 *Pœna mulierum, quæ ſeruis ſe coniungunt, ex Senatuſconſulto Claudiano, & n. 3.*
2 *Senatuſconſultum Claudianum hodie ſublatum.*
4 *Hodie de iure Canonico inter ſeruum, & liberam feminam matrimonium contrahi poteſt.*
5 *De iure Sax. mulier ſoluta, quæ fornicatur, non amittit bona, ſed adultera amittit dotem, & donationem propter nuptias.*
6 *Ebrius, & amator æquiparantur.*
7 *Amator æquiparatur furori.*

SEcundo tollitur in hoc titul. ſucceſſio, quæ olim fiebat per Senatuſconſ. Claud. per quod miſerabiliter bona per vniuerſitatem acquirebantur, miſerabilius vero libertas amitte-
1 batur. Mulier enim libera, capta amore *a* ſerui alieni, quo
a minus ſeruo ſe commiſceret, ſi tum per dominum ſerui denunciationem, tum per iudicem admoneretur, nec acquieſceret poſt trinam denunciationem, cum omnibus bonis addicebatur domino ſerui: ita vt mulier amitteret libertatem, & vniuerſa eius bona per vniuerſitatem ſic acquirerētur domino ſerui, vt ipſa efficeretur ancilla, & conſerua domini, quaſi conſenſiſſet in ſeruitutem domini, commiſcendo ſe cum ip-
2 ſius ſeruo. Quod indignum viſum fuit Imperatori, ideo per eum iſte modus ſublatus, & correctus eſt, vt hic, & C. de Senatuſconſ. Claud. toll. hodieque domino permittitur competens caſtigatio in ſuum ſeruum, & a libera muliere auulſio, quam ſi neglexerit, damno id erit domino, d. l. vnica, in fine,
3 C. de Senatuſconſ. Claud. toll. Et prædicta locum habent in muliere, quæ ſeruo alieno ſe commiſcuit: nam ſi cum proprio ſeruo conſuetudinem habuerit, femina decapitatur, & ſeruus comburitur, leg. vnica, C. de mulier. quæ ſe prop. ſeruo iunx.
4 Hodie vero de iure Canonico *b* inter ſeruum, & liberam
b feminam, & contra, matrimonium contrahi *c* poteſt, per
c tot. tit. ext. de coniug. ſeru. Et obiter circa hunc titul. notabitis de iur. Sax. mulierem, quæ fornicator, non propterea amittere ſua bona, quod eſt verum in ſoluta, quę non habet mari-
5 tum, & ita procedit text. in art. 5. lib. 1. vbi dicitur: [Poteſt quidem mulier per fornicationem debilitare muliebrem honorem: hæreditatem tamen, & ius ſuum propterea nō amittit.] Non autem in femina nupta, & maritata: nam ea propter adulterium amittit dotem, & donationem propter nuptias, & alia, quæ a marito percepit, cap. plerumque 4. de donat. inter vir. & vxor. de quo gl. in d. art. 3. & gloſ. in art. 21. lib. 1. & gl. Vveichbild. art. 22. in antepen. col.
6 Vltimo circa gloſ. hic, in verb. Bacchata, notabitis ſecundum Ang. & alios hic, ebrium, & amatorem æquiparari. Sicut .n. ebrius errat, & neſcit quid agat: ita & amans, qui ſecundum Sen. viuit in alieno corpore. Ex quo infertur, ſicut ebrij, & bibuli ſunt immemores legum, vt eſt gloſ. in l. fin. in verb. Quærere, ibi, Biberat Iuſtinian. C. in quibus cau. reſt. in integ.
7 non eſt nec, ita quoque amatores. Caueant igitur ſtudioſi ſibi ab ebrietate, & amore, qui, & furori æquiparatus, in cap. illud quoque, 4. iunct. gl. ibi, ſuper verbo, Vehementius, Nouell. 74. quib. mod. nat. effic. leg.

DE

ADDITIONES.

a *De pignore prætorio, quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto, vide Neguz. tract. de pig. par. 3. membro 2. in princ.*
b *Amore captus qua pœna afficiatur, vide Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 328. vbi plures ad hanc rem citat.*
c *Imo, & ciuilis nubere poteſt ſeruo, ſi non ignoret eius conditionem, vlt. C. de agr. & cenſit.*

DE OBLIGATIONIBVS.

TITVLVS XIV.

1 *Commenda vtilitatis huius tituli.*
2 *Duplex continuatio tituli, & n. 3.*
4 *Argumentum tituli.*
5 *Ad ſpecialem cognitionem, niſi cognitis generalioribus, non peruenitur*
6 *Obligationis verbum generale.*
7 *Verba in dubio in potiori ſignificatu accipienda.*
8 *Definitio obligationis, quæ & vnde ſumpta.*
9 *Qualis obligatio hic definiatur, & quis ſit eius effectus.*
10 *Ex contractu emptionis, qualis oriatur obligatio, & n. 11.*
12 *Sola naturalis obligatio, non habet effectum exigendi.*
13 *Nudum pactum obligationem non producit.*
14 *Explicatio definitionis, & n. 16. 17. 19. 22. & 24.*
15 *Contractus ſunt facti.*
18 *Iudicium redditur in inuitum.*
20 *Domo duobus vendita, poſterior emptor, cui eſt tradita, præfertur, & qualis contra venditorem competat actio, & n. 21.*
23 *Res nomen generale.*
25 *Principalis diuiſio obligationem.*
26 *Vtrum duplex ſit obligatio, an vero vna tantum.*

DE vtilitate huius tit. & ſequentium, vere dici poteſt, quod inquit Iuriſc. in l. 1. ff. de reſt. in integr.
1 quod ſe ipſam oſtendat. Quotidiana enim experientia, quæ rerũ magiſtra dicitur, in §. quę omnis 6. ibi Ang. inſ. de ſatid. ſatis oſtendit in tota vita noſtra nihil frequentius eſſe contractibus, atq. negotiationibus non tantum inter mercatores, ſed etiam inter homines cuiuſcunq. ſortis, & conditionis, ex quibus obligatio, & tandem actio oritur. Itaq. plenius etiam hæc materia, iuxta conſilium Iuriſconſ. in l. legaui, 25. ff. de lib. leg. erit attingẽda.
2 Continuatur autem hic titulus ad pręcedentes dupliciter. Prima continuatio ſumitur per gl. Rub. noſtrę, ex §. fi. ſup. de iur. nat. gen. & ciu. vbi dicitur, Omne ius, quo vtimur, aut ad perſonas, aut ad res, aut actiones pertinet. In primo lib. dictũ eſt de perſonis. In ſecundo, & tertio, vſq. ad hunc titulum de reb. & qualiter dominium rerum acquiratur, tam de iure gentiũ, quam ciuili. Reſtat igitur vt nunc de actionibus dicatur. Sed,
a quia obligatio eſt mater *a* actionum, l. licet, 42. § ea obligatio, ff. de procu. & ſecundum ordinem naturæ mater procedit filiam: ideò Imp. præmiſit hunc, & ſeq. titulos de obligationibus contractibus, & delictis, ex quibus obligatio, & tandem
3 actio oritur. Secũda *b* cõtinuatio ſumitur per Io Fab. & alios
b hic, ex 2. tit. 2. lib. vbi Imp. dixit, quaſdam res eſſe corporales, quaſdam vero incorporales, & inter incorporales enumerauit ſeruitutes, hæreditates, & obligationes. De prioribus duabus ſpeciebus rerum incorporalium, hactenus dixit, ideoque in hoc titulo incipit declarare materiam obligationum. Con-
4 tinet autẽ hic titulus nil aliud, quam *c* definitionem, & quaſ-
c dam diuiſiones obligationum. Et quia non niſi cognitis ge-
5 neralioribus ad ſpecialium cognitionem peruenirí poteſt, l. 1. & ibi Bart. & alij, ff. ſi cert. pet. Et ignoratis principijs, ignorantur ea, quæ ſequuntur, vt inquit Dyn. in capit. nullus pluribus 20. de reg. iur. in 6. ideo principio quæritur.

Quid ſit obligatio?

6 Ad intellectum definitionis traditæ per Imp. hic in princ. præmittendum, obligationis verbum generale eſſe eoque, & tam ciuilem ſolam, quam naturalem ſolam, quandoq. vtramque obligationem ſimul coniunctam, ſeu mixtam compre-
7 hendi. Et quia verba in dubio in potiori ſignificatu ſunt accipienda, leg. 1. §. qui in perpetuum, iunct. gl. in verb. Domini, ff. ſi ager vect. vel emph. pet. & c. pe. extra de ſent. excom. ideo definitio obligationis hic tradita in principio de potentiori,
8 Vtraq. ſcilicet obligatione ſimul iuncta, ſeu mixta, intelligi de
d bet: vt ea demum ſit iuris *d* vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura. Quæ definitio ſumpta eſt ab officio, & effectu obligationis, quod ſcilicet ea aſtringit hominem ad ſoluendum, quod debet. Et ſingula huius definitionis verba declarantur per gloſ.
9 noſtr. hic in princ. Vnde ex gl. 1. hic, dum quærit. Quænam obligatio hic definiatur? notabitis obligationem efficacem, naturalem, ſcilicet, & ciuilem ſimul coniunctam hic definiri, quæ oritur ex conſenſu partium, & approbatione legis ciuilis, & nedum actionem parit, ſed etiam effectum exigendi ha-
10 bet. Vt, v. g. in contractu emptionis, quando quis emit equũ, oritur tum naturalis obligatio inter omnes gentes, & homines, qui etiam hoc Romano iure non vtuntur, quia emptor obligatur ad numerandum pretium, & venditor ad tradendum equum, idque ex vtriuſque conſenſu, quippe qui natu-
11 ralis obligationis cauſa, & fons eſt, l. 1. ff. de pact. Tum ciuilis obligatio propter auctoritatem legis ciuilis, quæ approbat hunc contractum, leg. ex hoc iure, 5. ff. de iuſtitia, & iure, ex qua approbatione legis oritur ciuilis obligatio, leg. legitima, 6. ff. de pact. & hæc obligatio mixta actionem, & exactionem producit, ſic, vt per actionem empti venditor cogatur tradere rem venditam, leg. ex empto, 11. ff. de act. empt. & emptor per actionem ex vendito cogatur numerare pretium, leg. Iu-
12 lian. 13. §. ex vendito, 19. ff. de act. emp. Hunc effectũ exigendi, & neceſſitatem ſoluendi, ſola naturalis obligatio non habet. Nam is, qui naturaliter tantum obligatus eſt, ex ſolo cõſenſu, ſeu nudo pacto ad ſoluendum compelli nõ poteſt, cum nudum pactum actionem non producat, leg. iuriſgentium 7.
13 §. ſed cum nulla, ff. de pact. Item licet ſola ciuilis obligatio actionem pariat contra ciuiliter obligatum, tamen non habet effectum exigendi, quia ciuiliter obligatus tantum, ſoluere non cogitur, cum ſit tutus exceptione, vt patet in obligatione literarum ante biennium, §. 1. inſ. de excep.
14 Circa gloſ. in verb. iuris notandum, quod obligationis ge-
e nus *e* eſt ius, ac proinde res eſt incorporalis. Licet enim id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, corporale ſit, vt pecunia, fundus, &c. ipſum tamen ius obligationis eſt incor-
15 porale, vt dicitur ante fi. ſup. de reb. corp. & incorp. Et poni-
f tur ad differentiam contractuũ, qui ſunt facti *f* Emere enim, locare, & ſimilis, in facto, ſeu actu hominum conſiſtunt, ex quibus oritur quoddam ius, quod obligationem appellamus ſicut alias dici ſolet, ex facto ius oriri, leg. ſi ex plagis, 32. §. in
16 cliuo, ff. ad leg. Aquil. & tandem obligatio actionem producit, de quo gloſ. fi. hoc tit. noſtro. Item dicitur in definitione iuris vinculum, ideſt, ius vinciens, & ligans, ſec. gl. hic. Nam per obligationem, vnus homo alteri obligatur, & aſtringitur ad præſtandum id, quòd in contractum eſt deductum. Et ſicut boues funibus ligantur, ſic homines verbis, & contractibus, & ſi nolint ſeruare conuenta, compelluntur per remedia iuris, actiones, ſcilicet, vnde dicitur.

Verba ligant homines, taurorum cornua funes.
Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

17 Vt eſt in additione ad gloſ. hic. Dicitur, Neceſſitate, hoc *g*
g enim eſt officium, hic effectus obligationis, vt aliquem neceſſario, & inuitum aſtringat, & cogat ad ſoluendum, quod debet, l. debitor 108 ff. de verb. ſign. ſicut & iudicium redditur
18 in inuitum, l. inter ſtipulantem, 83. § ſi Stichum, ff. de verbor. obl. Ab initio enim liberum eſt contrahere, & ſe obligare: ſed poſt contractam obligationem, altera parte inuita non licet reſilire a contractu, vt dicitur in leg. ſicut, 5. C. de obl. & act.
19 dicitur, Aſtringimur, ad differentiam actionis, per quam ea, quæ virtute obligationis nobis debentur, petimus, & perſequimur, in princ. infr. de act. item ad differentiam modi, per quem transfertur dominium, quia nuda obligatio non transfert dominium, nec obligationum ſubſtantia in eo conſiſtit, vt aliquod corpus noſtrum faciat; ſed alium obſtringit ad dandum, faciendum, vel præſtãdum aliquid, vt dicitur in leg. 3. in princip. ff. de oblig. & act. Hinc dicitur in leg. traditionibus 20. C. de pact. Nudis pactis, ideſt, ſolis, & nudis obligationibus abſque traditione rei, dominium non transfertur.
20 Nam ſi vendo tibi meam domum mille aureis, tu ante traditionem virtute iſtius contractus, & obligationis, non ſtatim es dominus illius domus, ſed tantum habes me obligatum, vt
tibi

ADDITIONES.

a *Perſonalium maximè.*
b *Vel ita abſolutis rerum dominus tranſit ad obligationes, quæ ſunt altera rerum pars, de qua dominij modos ſe tractaturum promiſit §. vlt. ſup. de vſur.*
c *Sumptam a cauſa efficiente, & effectu.*
d *Ciuilis Romani, quod in ſe continet naturale Ius deniq. eſt generalis remota cauſa obligationum l. obligationum 27. ff. eo. l. 7. ff. de pac. Proxima vero factum hominis, ideſt contract. l. conſ. ff. de cu. furioſ.*
e *Aut hac verba Iuris vinculum. Proprium eſt enim obligationis, obligare, l. ſi fideiuſſor ff. de cond. indeb.*
f *Conſilio, 7. ff. de cur. fur.*
g *Nec eſt verus debitor, in cuius p̃ statẽ eſt ſoluere, vel non ſoluere.*

a tibi eam *a* tradam, l. exempto, 11. ff. de act. empt. Vnde ſi ante
traditionem pœniteat me tibi eam pro iſta precio vendidiſſe,
& vendam eandem domum Titio offerenti maius precium,
ſimulque tractam: ia ſecúdus emptor per titulum emptionis,
& ſecutam traditionem efficitur dominus, §. venditæ, 41. ſup.
de rerum diuiſ. & tibi primo emptori præfertur, leg. quoties,
C. de rei vendic. & tu poteris eam domum à Titio vindica-
re, cum non ſit dominus, & vindicatio ſoli domino compe-
b tat; *b* lege in rem, 23. ff. de rei vendic. ſed ſolum tibi compe-
21 tit actio perſonalis exempto, contra me venditorem, pro-
pter non ſeruata conuenta ad intereſſe, quanti ſcilicet tua
intereſt, me domum venditam tibi non tradidiſſe, leg. 1. ff. de
22 act. empt. Quod in definitione dicitur, [Soluendæ *c* rei,] ge-
c neraliter eſt intelligendum. Nomen enim Rei generale *d*
d eſt, l. rei. 23. ff. de verb ſignif. & l. 1. in fin. ibi Doct. ff. ſi cert. pe-
23 tat. Et comprehendit omnia, quæ in obligationem deduci
poſſunt, ita vt non ſolum ea, quæ ex contractibus, ſed etiam,
quæ ex delictis debentur, comprehendat, ſiue ex obligatione
dandi, ſiue faciendi debeantur. Omnis enim obligatio alte-
rum ex his, puta dare, vel facere, & aliquando vtrumque
mixtum comprehendit, d. l. 3. ff. de oblig. & act. l. 2. ff. de verb.
obligat. quaſi imperator hic dicat, obligatum debere, vel da-
re rem certam ſi eſt obligatio dandi, vel facere aliquid ſi obli
gatio factum continet.
24 Poſtremo dicitur, Secundum noſtræ ciuitatis iura, quem
verſic. gl. hic varijs modis declarat. Vos intelligit ſimpliciter,
quaſi dicat Imperator, quod quis per certas formas agendi
iure Romano inuentas, & ordinaria iudicia introducta, obli-
gatum debitorem ſuum conuenire, & ad ſolutionem compel-
lere debet. Qui enim ſibi deberi aliquid putat, non propria
authoritate, vi quadam, ſed legitimis actionibus id perſequi,
& petere debet iuxta l. extat, 13. ff. quod met. cauſ.

Quot ſunt ſpecies obligationis.

25 Præcipua, & principalis diuiſio obligationis eſt, quod alia
eſt obligatio naturalis tantum alia ciuilis tantum, alia natura-
lis, & ciuilis ſimul iuncta. Licet enim (vt Corraſius in repet.
l. frater a fratres, 38. ff. de cond. indeb. refert) non parua inter
26 antiquos fuerit diſſenſio, an duplex eſſet obligatio, naturalis,
ſ. & ciuilis, an verò vna tantum naturalis ſcilicet, quod pleri-
que putauerunt, exiſtimantes ciuilem obligationem non eſ-
ſe ſubſtantiam, ſed qualitatem qualificantem naturalem. Ho-
rum tamen ſententia reprobatur, & confunditur per textum
expreſſum, in l. fideiuſſor obligari, 16 §. fideiuſſor, ff. de fide-
iuſſ. gloſ. & Doct. in l ex hoc iure, 5. ſuper verb. obligationes
ff. de iuſtitia, & iure. Item confutatur etiam ratione. Si enim
ciuilis tantum eſſet qualitas obligationis naturalis, ſequere-
tur ciuilem per ſe, & à naturali ſeparatam eſſe non poſſe, cum
qualitas non ſit ſiue ſubiecto, l. a. ff. de vſufr. at huius contra-
rium verum eſt, vt infra dicetur. Separatim itaque de quali-
bet ſpecie obligationis nunc dicemus.

ADDITIONES.

a *Id exponitur plenius in §. actionum, c. De actione exempto, nu. 18 & 19. infra de actionibus.*

b *Idem ſi contra pactum retrouenditionis ſit alteri venditum, vt nuper placuit. Conſ. 32. p. 2. ex communi ſententia Doct in l. ſi cum vèderet, 23. de pig. act. l ſi a te, 7. C. de pact. inter emp. & vend. Raph. Cuman. poſt Bart. & alios l. 1. dicens hanc eſſe communem de don Zaſ. conſ. 12 nobilis, nu. 33. & 76. lib. 1. Vide tamen quæ contra diſputet Tiraq de retract. connub. § 1. gl. 7. nu 6. cum ſeq §. 3. glo. vnica per totum, qui tamen authoritate magis Gallicanæ conſuetudinis, quam firma iuris ratione niti videtur, vt extra illius conſuetudinis terminos illius diſputatio non idem momentum habere debeat.*

c *Hoc etiam verbum, Soluenda generale eſt, & pro qualibet preſtatione accipiendum l. ſolutionis, 54. ff. de ſolut.*

d *Et cõprehendit res & facta, l. rei, ff. de ver. ſig. l. 1. ff. de ver. cr.*

De obligatio naturalis tantum.

1 *Obligatio naturalis tantum vnde orta & quid.*
2 *Species naturalis obligationis tantum.*
3 *Naturalis obligatio primæua quæ.*
4 *An obligatio naturalis Antidoralis ex iure naturali primæuo oriatur.*
5 *Naturalis obligatio orta ex iure naturali ſecundario quæ.*
6 *Hæc obligatio ex quibus cauſis, ſeu capitibus naſcatur, & nu. 8. 9. 10. & 11.*
7 *Facta ſunt ſeruanda.*
12 *An, & quando naturalis, obligatio oriatur, & nu. 13. & 15.*
14 *Ius ciuile non poteſt perimere ea, quæ ſunt iuris natura.*
16 *Quot modis, ſola obligatio naturalis oriatur, & n. 17. & 22.*
18 *Qualis obligatio inter patrem & filium oriatur, & num. 19. & 20.*
21 *Qualis obligatio oriatur inter fratres in patria poteſtate conſtitutos.*
23 *Qui ſint effectus naturalis obligationis tantum nu. 25. 26. 27.*
24 *Proniores ſumus ad liberandum, quam ad obligandum.*

1 OBligatio naturalis à ſua inuentrice, natura, ſ. nomen hẽt,
& in genere dici põt ea obligatio, quam ius naturale in
troduxit. Ideò Corraſius in d. l. frater, nu. 11. inquit, eam eſſe
naturæ, & equitatis vinculum, quo ipſa natura aſtringimur
ad aliquid faciendum. Vnde in l. Stichum, aut Pamphilum,
95. §. naturalis, 4. ff. de ſol. vinculum æquitatis dicitur. Et ſicut
Doct cõiter ius naturaliter diuidunt in primæuum, & ſecun
datium, vt ſupr. in prin. de iur. nat. declaratum eſt, ita quoque
poſt gl. in l. ex hoc iure, ſuper verbo, Obligationes, ff. de iuſtit.
2 & iur. duas ſpecies obligationis naturalis conſtituũt. Vna eſt
3 naturalis obligatio, quæ primęua dici poteſt, propterea quod
ex iure naturali primæuo, & ſic ex ſolo, & mero inſtinctu na
turæ oritur, quam ferę communem cum hominibus habent:
Vt eſt in educatione propriæ ſobolis, ad quam natura auidiſ-
ſimæ impellente, non homines modo, ſed & bruta quæcun-
que trahuntur. Ideò parentes naturali iure, ſeu inſtinctu na-
turæ obligantur propriam ſobolem nutrire, quam lex ſcripta
naturam ſecuta ita moderatur, vt primis tribus annis, quibus
infans magis materno quam paterno indiget ſolatio onus e-
ducandi filios ad matrem, poſtea ad patrem pertineat, l. nec
filium, 9. C. de patr. pot. & cap. ſi. extr. de conuerſat. in fid. Item
4 obligationem Antidoralem *a* ex hoc iure naturali primæuo
a oriri plerique affirmant, cum omnis creatura naturaliter ex
inſtinctu naturę moueatur, ad benefaciendum ei, qui ſibi be-
nefacit. Sicut de ciconia, quæ infantiæ ſuæ vices rependens,
parentes ſenio confectos alere, humeriſque geſtare in volatu
creditur. Et de hac Antidorali obligatione eſt text. & ibi gloſ.
in l. ſed & ſi, 25 §. conſuluit, ff. de hered. pet. Et hæc obligatio.
niſi ad neceſſitatem iuris ciuilis redacta ſit, nullius, aut modi
ci eſt effectus. Licet enim donatarius naturaliter obligetur
ad beneficiendum donatori, tamen cogi non poteſt vt vicíſ-
ſim aliquid donet, neque actionem, neque exceptionem pro.
ducit, & tale debitum quocumque errore ſolutum, repetitur
ſecund. Bart. & alios in d. l. ex hoc iure, vbi Iaſ. refert nouem
b decim, *b* effectus Antidoralis obligationis ex neceſſitate iu-
ris ciuilis inductos.
5 Altera ſpecies naturalis obligationis eſt, quæ oritur ex iure
naturali ſecũdario, quod ſolis hominibus cõuenit, & primæ-
uum ius gentium dicitur, & non ſic ex ſolo naturę inſtinctu,
c aut effectu procedit, ſed ex *c* ratione naturali, ſeu inclinatio-
ne quadam naturali rõne exornata, qua homo à ceteris ani-
mantib. diſtinguitur. Et hæc propriè, & verè dicitur naturalis
obligatio, quę ex cõſenſu, & alia æquitate naturali, ſeu diſpo-
ſitione iuris gentium primęui oritur, ſec. Bart. in l. Iulianus ve
rũ, 60. verſic. Idemq; eſſe, ff. de cond. indeb. & equitatis vincu-
6 lum dicitur in d l. Stichũ, §. naturalis, ff. de ſolut. Et habet hæc
7 obligatio duas cauſas, ſeu duo capita principalia, ex quibus
naſcitur. I. Oritur ex naturali æquitate in ſpecie, puta ex con-
ſenſu, ſeu equitate illa naturali ſeruandæ fidei. Etſi enim lex
ſcripta non eſſet, naturalis tamen ratio ſuaderet pacta, & cõ-
uentiones ſeruare. Nihil enim tam fidei humanæ congruit,
quam ea, quæ placuerunt, cuſtodire, vt dicitur in leg. 1. ff. de
pact. & l. non minorem 10. C. de tranſactio. Et quocunque
igitur ſolo conſenſu, & pacto oriatur naturalis obligatio,
vt notatur in leg. iuris gentium, 7. §. ſed cum nulla, ff de pact.
8 II. Naſcitur ex naturalis æquitate in genere, quotieſcumque,
ſcilicet naturalis ęquitas ſuadet, quem obligari, etiamſi ex-
preſſe

ADDITIONES.

a *Antidoralis obligatio eſt, quæ ex ſolo naturæ inſtinctu naſcitur puta vt faciamus.*

b *Horum effectuum exempla poſſunt hæc afferri: Patrem ob benemerita poſſe filium ſpurium, vel nepotem ex eo heredem inſtituere, licet alias ſine meritis id facere non poſſit, l. vl. C. de nat. liber. vbi Salic. Bart. conſ. 118. Bald. 1. conſ. 66. Donatio facta ob benemerita non reuocatur ob ſuperuenientes liberos, vt notant Bald. Ripa, & alij interpretes in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. Miles poteſt ob benemerita donare concubinæ. Bart. & alij in l. affectionis, ff. de donatio. Et ita iudicatum fuiſſe refert. Afflict. deciſ. 202.*

c *L. cum amplius, §. in natura, ff. de reg. iur.*

preſſe non ſic conſenſit. Et hoc ſec. Bart.in d.l.Iulianus, ff.de
9 cond.indeb fit trib modis, 1. Et eo capite naturalis æquitatis,
quod vult maioribus,& magiſtratibus obtemperandum eſſe,
a l.a. a ff.de iuſt.& iur. vt eſt in ſententia condemnatoris, quæ
fertur pro actore contra reum, vbi reus condemnatus ad ſol-
uendum obligatur ex illa ſententia naturaliter, non quidem
ex conſenſu, cum iudicium reddatur in inuitum, l.inter ſtipu-
lantem,83.§.ſi.Stichum,ff.de verb.obl. ſed potius ex eo capi-
te æquitatis naturalis,ſeu iuris gentium primæui,quo natura
10 li ratione mouemur, vt maioribus obtemperemus, d.l.2.2.
Ex altero capite naturalis æquitatis,quo admonemur, iniquũ
eſſe aliquem cum alterius iactura, & detrimẽto fieri locuple
tiorem l.nam hoc natura, 14.ff.de cond.indeb. & l iure natu-
ræ, 206.ff.de reg.iur.& c locupletari, 48.de regul.iur.in 6. Vt
e 1 in quaſi contractibus, vbi obligatur quis aliquando igno-
rans,inuitus,& abſens, veluti ſi quis vtiliter gerat negotia do-
mini abſentis. Etenim tunc abſens obligatur gerenti negotia
ad reſtituendas impenſas,quas gerens expoſuit circa negotia
& res ipſius abſentis,§.1.inſ.de oblig.quæ quaſi ex contracti-
bus,& non tam ex conſenſu, quam propter naturalem æqui-
tatem quæ non patitur cum alterius iactura quem locupleta
11 ri,hæc naturalis obligatio oritur. 3. Ex alio *b* capite naturalis
b æquitatis quod prohibet delicta,ex quo delinquens naturali-
ter quoque obligatur ad pœnam,non tam,ex conſenſu,quam
ex illa æquitate naturali,quæ prohibet delicta & naturali ra-
tione æquum eſſe dicit,pœnas ob maleficia ſolui, vt dicitur in
l.ſi a reo,70.§.ſi.ff.de fidei,& l.1.§.1.ff.ſi is quis eſt,lib.eſſe iuſ.
ſec. Et de hac naturali obligatione, quæ vel ex conſenſu, vel
alia naturali æquitate oritur, & proprie naturalis obligatio
dicitur loquimur hic, & tunc ex ſola, quando lex ciuilis eam
neque approbat,neque improbat.

12 Pro declinatione igitur iſtius quæſtionis: An, & quando
naturalis obligatio oriatur, diſtinguendi ſunt tres caſus prin-
cipales. Primus caſus. Quandoque lex ciuilis expreſſe aſſiſtit
conuentionibus. & pactis, vt regulariter fit in omnibus con-
tractibus approbatis a iure ciuili, & tunc oritur efficax obli-
gatio naturalis,& ciuilis ſimul:naturalis,propter conſenſum:
ciuilis, propter approbationem iuris ciuilis.

13 Secundus caſus. Quandoq; lex ciuilis expreſſe reſiſtit con-
uentioni contrahentium,ideſt prohibet actum,ſeu contractũ
fieri, & tunc neque naturalis, neque ciuilis obligatio oritur.
Ea enim quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta,non ſo-
lum inutilia, ſed pro infectis habentur. Et nullum pactum,
nullam conuentionem, & nullum contractum inter eos vi-
deri volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere
prohibente, vt inquit Imperator in l.non dubium, 5.C.de le-
gibus. Vt eſt in prodigo, cui bonis per iudicem publice eſt
interdictum,nam is contrahendo neque ciuiliter,neque na-
turaliter obligatur,quia lex expreſſe eius contractui reſiſtit,l.
c is,cui bonis,6.cum ibi not ff.de verb. obligat. Idem in *c* pupil-
14 lo contrahente cum tutore,l.pupillus obligari, 5 ff.de autho-
ritate tutorum. Nec obſtat,ſi obijciatur, ius ciuile non poſſe
perimere ea,quæ ſunt iuris naturæ,§.fin.ſup.de leg.agnat.tut.
Licet enim lex ciuilis non poſſit impedire conſenſum, & ſic
tollere naturalem obligationem,quæ ex ſolo conſenſu oritur
poterit tamen remouere, & impedire effectus quos obliga-
tio naturalis producit,vt inquit Iaſ.in l.ſi non conſortem,26.
ff.de cond.indeb. Bart & in alij in l.cum lex, 46.ff.de fideiuſ.&
in d.l.non dubium,C.de legib.

15 Tertius caſus. Quandoque lex ciuilis non aſſiſtit neque
etiam expreſſe reſiſtit conuentionibus, & pactis contrahen-
tiũ tunc ſola,& nuda obligatio naturalis tatum naſcitur,pro-
pter conſenſum, ſ.vel aliam æquitatem naturalem interue-
nientem, non autem ciuilis, quia lex expreſſe non approbat
talem conuentionem. Et hoc ſi tripliciter, vbi ſola obligatio
16 naturalis oritur. I. Ratione nudæ promiſſionis, vt cum quis
aliquid promittit per nudum pactum, quod nulla iuſta cauſa
eſt veſtiturum, ſed ſtat in puris & meris finibus conuentio-
nis, ſeu placiti, nec tranſit in proprium nomen contractus,
neque formam,ſolemnitatem,vel cauſam habet,ibi ſola obli-
gatio naturalis oritur propter conſenſum, nõ ciuilis cum ius
ciuile illud pactum nudum expreſſe non approbet, neque
præbeat ei efficaciam agendi, d.leg.iuris gentium, §.ſed cum
17 nulla,ff.de pact. II Ratione conditionis quarundam perſo-
narum,vt eſt in patre, & filio conſtituto in patria poteſtate.
Licet enim hi celebrent aliquem contractum, alias iuſtum,
& legitimum,a iure ciuili approbatum, tamen ex eo naſcitur
naturalis obligatio tantum propter conſenſum, non autem ci
uilis, quia lex ciuilis huic contractui, non aſſiſtit propter pa-
triam poteſtatem,quam ius ciuile induxit, cuius effectus, vt
effectus eſt,vt quicquid filius acquirit, hoc patri acquirat. §. 1.
ſupra per quas perſonas nob.acquir.& propter omnimodam
coniunctionem iſtarum perſonarum cum pater, & filius de
iure ciuili vna,& eadem perſona eſſe cenſeatur, l.ſi C.de im-
18 pub. & alijs ſubſtit. Sicut igitur quis ſibi ipſi non poteſt eſſe
obligatus:ita nec pater,& filius in poteſtate conſtitutus inui-
19 cem obligantur, qua ratione nec inter patrem, & filium lis
eſſe poteſt,l.lis nulla, 4.ff.de iudic. Et pro limitatione notabi-
d tis hæc procedere 1. In *d* peculio profectitio. In Caſtrenſi
enim peculio,& naturalis,& ciuilis obligatio inter patrem,&
filium oritur,ſecundum gloſſam magnam, in d.l.frater à fra-
tre,poſt prin.quia in Caſtrenſi, & quaſi Caſtrenſi peculio, fi-
liusfamilias loco patrisfamilias habetur,leg.2.ff.ad Senatuſc.
Maced. & d.l.lis nulla. Sic item hodie de iure ciuili in bonis
20 aduentitijs inter patrem, & filium non ſolum naturalis, ſed
etiam ciuilis obligatio oritur,præſertim ſi pater in aduentitijs
non habeat vſumfructum,ſecundum gl.& Doct.in d.l.frater
à fratre, 2.In filio familias, non etiam in filio emãcipato, cum
ius patriæ poteſtatis per emãcipationem tollatur, §.præterea,
21 6. ſupra, quibus mod.ius pat.pot.toll. *Idem* dicendum eſt de
duobus fratribus in patria poteſtate conſtitutis, vt inter eos
tantum obligatio naturalis,non ciuilis oriatur,d.l.frater,pro-
pterea eandem rationem, videlicet, quod filius in poteſtate
patris exiſtens,quicquid acquirit hoc patri acquirat. Natura-
lis autem obligatio oritur propter conſenſum, & de iure na-
turali pater,& filius diuerſæ perſonæ facti,veritate inſpecta,
cenſentur, vt declarat poſt alios Corraſ.in d.l frater, num.61.
Item in contractu ſerui,qui naturaliter tantum obligatur,nõ
ciuiliter,cum ſerui de iure ciuili pro nullis habeantur, l.quod
attinet,32 ff.de reg iur.& in l.ſerui, 14.ff.de oblig.& act. Item
pupillus ſine tutoris authoritate contrahens, naturaliter tan-
tum obligatur,l.1.in ſi.ff.de nouatio.De quo ſupr.in tit.de au-
22 thor.tut.dictum eſt. III. Ratione *e* actus non ſolemniter fa-
e cti,oritur obligatio naturalis tantum, non ciuilis,vt eſt in te-
ſtamento minus ſolemni, in quo non ſunt adhibitæ ſolemni-
tates a iure ciuili requiſitæ,quæ enumerantur in l.hac conſul-
tiſſima,21.C.de teſtam. Ibi enim hæres ad legata præſtanda
obligatur tantum naturaliter, propter voluntatem defuncti
teſtatoris,non autem ciuiliter,cum lex ciuilis non aſſiſtat hu-
iuſmodi teſtamento minus ſolenniter facto, l.ex imperfecto,
3.C.de teſtam.gl.& Bart.in l.1.ff.de cond.indeb.

Qui ſunt effectus naturalis obligationis tantum?

23 Effectus obligationis naturalis tantum,plures enumeran-
tur per Doct.in d.l.ex hoc iure, ff.de iuſt. & iur. & in d.l.fra-
ter a fratre. Et primo, licet ſola naturalis obligatio nõ produ-
cat actionem,quia actio eſt iuris ciuilis, vt traditur per Doct.
poſt gl.in verbo. Ius,inſ.de action. in prin. Et ſicut mulier, ſe-
cundum Bart.ſine viro non parit: ita quoq; obligatio natura-
lis ſine auxilio,& aſſiſtentia legis ciuilis,tamquam ſui mariti,
actionem producere non poteſt exceptionem tamẽ producit
f d.l.iur.gent. *f* ſed cũ nulla, ff.de pac.id eſt, naturalis ſola obli-
gatio,quando conſtituitur ad obligandum,vti fit,ſi pacto nu-
do promitto tibi decem, ex quo ius ciuile ei non aſſiſtit, non
producit actionem,qua me cogere poſſis, ad ſoluẽda illa de-
cem promiſſa ex nudo pacto, cum ex nudo pacto nõ oriatur
actio.d.§.ſed cum nulla. Ita quoque non habes actionem ad
petendum legatum relictum in teſtamento minus ſolenni ex
quo ius ciuile non aſſiſtit, d.l.ex imperfecto. Ita nec habes a-
ctionem contra pupillum, cũ quo contraxiſti ſine tutoris au-
thoritate,d.l.1.in ſi.ff.de nouat.Sed quando inducitur nudum
pactum ad liberandum principaliter, vti ſi, ſi creditor faciat
debi-

ADDITIONES.

a *Vbi lex appellatur communis Reip.ſponſio,ideſt promiſſio.*
b *Et breuiter ex quacumque naturali obligatione naturalis ori-
tur obligatio Bart.in l.Iulianus,ff.de condict.indeb.*
c *Idem in cæteris quæ impoſſibilia ſunt. In his enim obligatio etiã
naturalis non oritur gl.in c.Nemo poteſt,de reg.iur.in 6.Bart.
in l.ſi ſub impoſſibili conditione,ff.de fideiuſſ.quia non videtur
habere animum ſe obligandi.l.non ſolum,ff.de oblig. l.cum he-
res,§.1.ff de ſtatu lib.Vide Decium ad l.impoſſibilium 144.ff.
de reg.iur.*
d *Inter patrem & filium obligatio interdum oritur.*
e *Oritur etiam naturalis obligatio ex ipſo, quod ex alieno
quis lucrum fecit, aut ſenſit, leg.nam hoc natura, ff.de cond.
indeb.*
f *Et l.ſi vnus §.pactus,ff.de pact.§.in perſonam inſ.de actio.*

debitori pactum nudum de amplius non petendo, tunc pa-
rit exceptionem. Nam ſi creditori poſtea agenti, contra te
debitorem, & petenti debitum obſtabit exceptio pacti de
non petendo, vt notatur, in l.ſi vnus 27.§.pactus ne peteret,
ff.de pactis, & ſic naturalis obligatio habet aliquam effica-
24 ciam in excipiendo, quam in agendo non habet. Eſtq; ratio,
quia proniores ſumus etiam naturali ratione ad liberandum
quam ad obligãdum vt dicitur in l.Arian.47. ff.de obl.& act.
Et ſic primus effectus naturalis obligationis eſt quod parit
exceptionem.

25 Secundus effectus eſt quod naturaliter tantum debitum ſi
a fuerit ſolutum, non *a* poteſt repeti, veluti ſi hæres ſoluat le-
gatum in teſtamento minus ſolemni relictum, vel ſi quis ſol-
uat hoc quod ex nudo pacto debet illud repetere non poteſt
l.naturales, 10.ff.de obl.& actio & in §.is quoque 1.infr. qui-
bus mod.re contrah.obl plenius dicetur.

26 Tertius effectus eſt, quod pro ſola naturali obligatione fi-
deiuſſor interuenire poteſt § in omnibus.1 inf.de fideiuſ.& l.
fideiuſſor obligari, 16.§.fideiuſſ.ff.de fideiuſſ. Et illius rei ma-
gna eſt vtilitas, nam pone principalem debitorem eſſe pupil-
lum qui contrahens ſine tutoris authoritate naturaliter tantũ
obligatur, l.1.in fin ff de nouation.ideoque ex iſto contractu
conueniri non poteſt, cum naturalis obligatio actionem nõ
producat, d.l.iuriſgentium §.ſed cum nulla ff de pact. Si quis
tamen pro pupillo fideiubeat, is efficaciter, naturaliter, & ciui
liter obligatur, & rectè conueniri poteſt l Marcellus 25 ff de
fideiuſſ.& in §.fideiuſſores 5.inſ de fideiuſſ.dicetur.

27 Quartus effectus eſt quod pro naturali debito tantum pi-
gnus conſtitui poteſt, l.quæſitum 14.ff.de pign.

Quintus effectus, eſt quod naturaliter tãtum debitum com
penſari poteſt cum debito efficaci, l.etiam 6 ff de compenſ.

Sextus effectus eſt quod ſola naturalis obligatio nouari, &
in conſtitutum deduci poteſt vt debitum exigi, & peti poſſit,
l.1.§.illud, ff de nouationibus, & leg.1 §.debitum autem, ff.de
conſtit pecun De quo plenius videte Doct.hic, & in d.leg.ex
hoc iure, ff.de iuſt & iur.& Crotum repet.d.l.frater, num.21.
cum ſeq.& ibi Corra.nu 36

ADDITIO.

a *Repetitionem ſoluti impedit naturalis obligatio, l.fideiuſſor, §.
fideiuſſor ff de fideiuſſor.*

a *De obligatione ciuili a tantum.*

1 *Ciuilis obligatio vnde orta.*
2 *Obligatio, ciuilis in genere quæ.*
3 *Et, quotupliciter conſideretur, & num.4.*
5 *Ciuilis obligatio aliquando ſola, aliquando coniuncta cum na
turali, quæ dicatur.*
6 *Effectus obligationis ciuilis tantum.*

1 QVemadmodum naturalis obligatio à ſua cauſa, ſeu in-
uentrice, natura ſcilicet nomen habet & oritur ab ipſa
æquitate naturali quandocunque æquum eſt aliquid fieri, ita
& ciuilis, obligatio nomen habet à cauſa efficiente ſeu inuen
trice, lege ciuili, ſcilicet quandocunque lex ciuilis diſponit
quem obligari. Nam cauſa producendæ huius obligationis
eſt ipſa authoritas, approbatio vel diſpoſitio iuris ciuilis, l.legi
tima, 6.ff.de pact. Hinc obligatio ciuilis in genere dici poteſt
2 ea, quæ ex diſpoſitione legis ciuilis oritur, vel quæ eſt iuris
ciuilis vinculum, quando ſolemnitate iuris ciuili aſtringimur
ad aliquid faciendum. Et poteſt dupliciter conſiderari. I.
3 Approbatione vt fit regulariter in omnibus contractibus à
iure gentium introductis, quos ius ciuile approbauit, de qui-
bus in dict. leg. ex hoc iure vbi naturalis obligatio oritur ex
conſenſu ciuilis verò ex approbatione iuris ciuilis, d.leg.legi-
4 tima. II. Intentione, vt eſt in contract.à iure ciuili inuentis,
quorum quatuor enumerat gl.in d.l.ex hoc iure ſup.verb qui
buſdam, & gloſ.in d.§.ius autem gentium in verb.plene, ſup.
5 de iure nat.gent.& ciuili. Sicut autem naturalis obligatio ali-
quando ſola ſine ciuili conſiſtit ita quandoque ciuilis ſola in-
ducitur ſine naturali, & ea deſcribitur per Bart.& alios in d.l.
ex hoc iure, & in d.l.Iul.ff.de condit.indeb. quod ſit iuris vin-
culum, quo quis non ex inſtinctu ſeu æquitate, & iure natu-
rali, vel gentium, ſed ex ſola diſpoſitione legis ciuilis obliga-
tur deficiente naturali æquitate, & conſenſu debitoris obli-
b gati. Veluti ſi *b* mihi opus ſit pecunia, & Titius fecit mihi
ſpem de mutuanda pecunia, & ſpe futuræ numerationis ſcri-
bam ſyngrapham, in qua confiteor me accepiſſe centum mu
tuo a Titio quæ tamen non accepi, hoc quidẽ caſu naturalis
obligatio non oritur, propter defectum conſenſus, nec enim
volui me obligare ad reſtitutionem iſtius quãtitatis ſine nu-
meratione pecuniæ ſed eatenus conſenſi quatenus pecunia
mihi numeraretur, & naturalis æquitas (quæ eſt in pactis ſer-
uanda) hoc caſu ceſſat, cum iure naturæ non ſit æquũ, vt quis
cũ alterius iactura locupletetur, l iure naturæ 206. ff.de reg.
iur. Ciuilis tamen hic oritur obligatio propter auctoritatem
l.ciuilis quia per illam ſolemnem obligationem literarum, &
chirographi, mei ius ciuile vult me teneri, & ciuiliter, ſaltem
obligatum eſſe, & propter hanc ciuilem obligationem com-
petit creditori contra me ſcribentem actio, exactionem ta-
men non habet. Poſſum enim intra biennium contra credi-
torem exigentem à me pecuniam opponere exceptionẽ non
numeratæ pecuniæ, ita vt actor cogatur probare numeratio-
nem eſſe factam vt infra de liter.obligat.& §.1.inſ.de except.
c & toto C.de non numer. pecun. Eodem *c* modo ciuilis obli-
gatio ſola dicitur quando ab initio fuit naturali obligationi
coniuncta, ſed naturalis obligatio poſtea eſt ſublata, quod fit
per pactum nudum de non petendo. Nam pone, te debere
mihi centum naturaliter, & ciuiliter ex contractu emptionis
vel alia conuentione iuris gẽtium à iure ciuili approbata, ne-
que tibi feciſſe pactum nudum de non petendo hoc caſu tol-
litur per nudum pactum naturalis obligatio, tantum, & re-
manet ſolam ciuilis obligatio, quæ per nudum pactum cui
lex ciuilis aſſiſtit non tollitur, §.præterea, 3.infra de except.l.
Stichum 95.§.naturalis 4.ff.de ſol.& liber.d.l.ſi vnus, §.pactus
ne peteret, ff.de pact. Item de iuriſiurandum voluntarium,
vel iudiciale, quod defertur à parte parti, tollitur naturalis
obligatio remanent ſola ciuili d.l.Stichum, §.naturalis glo.&
Bart. in l.vbicunque 60.ff.de fideiuſſ.

Qui ſunt effectus obligationis ciuilis tantum?

Effectus ſeu officium ciuilis obligationis tantum duplex
potiſſimum eſt. Primò, producit actionem, ſiue ab initio
fuit ſola ſiue coniuncta cum naturali. Nam ſublata naturali,
nihilominus producit actionem, non autem exactionem,
d quia in iudicio per *d* exceptionem non numer pecuniæ, item
pacti de non petendo actio excluditur vt nihil exigi poſſit, d.
§.præterea, inſ.de except.

Secundò huic ciuili obligationi, ſoli & fideiuſſor, & pignus
accedere poteſt, dict.leg.fideiuſſor obligari, 3 §.fideiuſſor.ff.
de fideiuſ. & §.in omnibus inſ.de fideiuſſ. & leg ſi ex cautio.
in verb. hipotheca data, C. de non numer. pec. In conſtitu-
e tum *e* verò deduci non poteſt leg.3. ff.de conſtit. pec. neque
eius prætextu compenſatio obijci poteſt, leg.quæcumque 14.
ibi gloſ.& Bartol. ff. de compenſat. Item res vel pecunia illo
modo debita quocunque errore ſoluta repeti poteſt l.ſi non
ſortem 26.§.indebitum, & § adeò, ff.de condict. indeb.gloſſ.
Bartol.& Doct.in leg.1 ff.de cond.indeb. & Panor.in cap.fin.
ext.de ſol.

ADDITIONES.

a *Quæ oritur ex diſpoſitione, ſeu ſolemnitate iuris ciuilis, gl. in
l.generaliter, C.de non num.pecun.*
b *Ciuiliter obligatur, non tamen naturaliter, qui ſpe futuræ nume
rationis chirographo ſuo cauit ſibi mutuam pecuniam numera
tam l.in contractibus, C.de non num.pec. & in tit de lit.obl.*
c *Ciuiliter tantum obligatur is, cui naturaliter, & ciuiliter de-
bitori factum eſt pactum de non petendo, aut cui delatum eſt
iuſiurandum.*
d *Ciuilis obligatio parit exceptionem, l.in contractibus, Cod.de
non num.pecun.*
e *Quæ res in conſtitutum poſſint deduci, vide §.in perſonam, Co.
de conſt.pec.inſ de action.*

De obligatione mixta, ſeu naturali, & ciuili ſimul.

1 *Mixta, obligatio quæ dicatur.*
2 *Effectus mixtæ obligationis qui ſint.*

1 MIxta obligatio dicitur quando naturalis eſt coniuncta
cum ciuili. Nam hę duæ ſpecies obligationis raro ſunt
ſolæ, id eſt vna ſine alia ſed plerumque ſunt coniunctæ vt re-
gulariter eſt in omnibus contractibus iuris gentium, qui à iu-
re ciuili ſunt approbati. & etiam in contractibus à iure ci-
uili inuentis, quando conſenſus accedit. Item in quaſi con-
tractibus delictis, & quaſi delictis vbi vel ex conſenſus, vel
alia æquitate naturali, oritur naturalis obligatio ciuilis ve-
rò ex approbatione vel intentione iuris ciuilis vt ſupra di-
2 ctum eſt. Et hæc dicitur efficax obligatio, de qua loquitur
Impe-

Digitized by Google

a Imperator hic, quod ſit iuris vinculum, quo neceſſitate a a-
ſtringimur ſoluere, quod debemus. Hic enim eſt effectus hu-
ius obligationis mixtæ vt non ſolum actionem pariat, ſed e-
tiam officium exigendi habeat iuxta definitionem traditam
hic in principio. Quamprimum enim quis naturaliter, & ci-
uiliter alicui obligatus eſt, parit illa obligatio actionem leg. li-
cet, 41. §. ea obligatio, ff. de proc. quæ eſt ius perſequendi in
iudicio, quod ſibi debetur, in principio infra, de Act. Atque
hæc de prima, & principali diuiſione obligationis quæ, & cla-
uis in tota materia obligationum, & contractuum dici poteſt,
ex qua reliquę diuiſione obligationis, quas Imperat. hic tra-
dit deſcendunt.

ADDITIO.

a *Interdum tamen competit exceptio reo, qui naturaliter, & ci-
uiliter obligatus. Sic filios familias Macedoniani exceptio
competit, l. quia naturalis, ff de Macedoniano. Mulieri uero
Velleiani l. ſi mulier ff. ad S.C. Velleia.*

§. Omnium.

1 *Secunda diuiſio obligationem a partibus iuris ſumpta.*
2 *Ciuilis a iure ciuili, Pratoria a Pratore introducta, & nu. 3.*
4 *Omnes obligationes a conſuetudine introducta, ſunt iuris ci-
uilis.*
5 *Obligationes conſtitutionibus principum introducta, ſunt iu-
ris Pratorij.*
6 *Actiones ciuiles ſunt perpetua Pratoria ſunt annales.*

Quæ eſt ſecunda diuiſio obligationis? Et de ciuilibus, & Pratorij obligationibus.

1 IMperator hic, in §. omnium, ponit diuiſionem obligatio-
nis, a partibus iuris ſumptam, videlicet, quod alia ſit ciui-
lis, alias verò Prætoria obligatio, quæ eſt ſubdiuiſio ſecundi
membri prędictæ primæ diuiſionis puta ciuilis obligationis.
2 In genere enim ciuilis obligatio dicitur ea quæ à iure ciuili in
genere (quod etiam ius Prætorium comprehendi) eſt intro-
ducta. In ſpecie verò dicitur ciuilis obligatio quæ ex Lege,
Plebiſcitis. S.C. Conſtitutionibus Principum, & Reſponſis
prudentum inducta, & approbata eſt. Nam hoc dicitur ius
ciuile ſtrictum, ſeu in ſpecie, ad differentiam iuris Prætorij l.
a ius autem, 7. ff de iuſtitia & iure. Vt a eſt legis Aquiliæ obli-
gatio, ab Aquilio Tribuno plebis, & ſic plebiſcito inducta,
3 leg. 1. ff. ad leg Aquiliæ. Item obligatio de pauperie, quam
quadrupes feciſſe dicitur à lege duodecim tabularum indu-
cta eſt, leg. 1. in princip ff. ſi quad. paup. fec. dic. de quo Gl. hic
in verbo, Legibus. Quædam verò eſt obligatio Prætoria, à
Prætore, ſcilicet introducta, de qua in §. Pretorum, 7. ſupra de
iur. nat. gent. & ciuili & in d. leg. ius autem, §. Prætorum, ff. de
iuſtitia, & iure. Vt eſt obligatio quæ oritur ex facto mani-
feſto, vel iniuria verbali, & vbicumque Prætor aliquam obli-
gationem induxit ſecund. gloſſ. vbi in verb. Conſtituit. Et cir-
4 ca hanc diuiſionem notandum, omnes obligationes a con-
b ſuetudine b inductas, vt eſt Feudorum Libellarius contra-
ctus, &c. iuris ciuilis, non Prætorij cenſeri. quia conſuetu-
5 do ius ciuile dicitur, leg. de quibus 32. ff. de legibus, & ibi Iaſo-
num, 83. Idem in obligationibus à ſtatuto ciuitatis, quæ ſupe-
riorem non recognoſcit, inductis quia etiam ſtatutum ius ci-
uile dicitur, §. ſed ius quidem ciuile, ſupra de iure natur. gent.
& ciuili. Obligationes vero introductæ. Cōſtitutionibus Du-
cum, Marchionum, & Comitum, qui ſuperiorem recogno-
ſcunt, iuris Prætorij eſſe cenſetur, quia cōſtitutiones illorum
c ius Prætorium dicuntur, c ſecundum Bart. & Iaſ. in leg. 5. in
princ ff de verb. oblig Angel. Iaſ. & alij in §. ſed iſtæ, 3. inſ. de
6 act. Porrò vtrum aliqua obligatio ſit iuris Prætorij, vel ciui-
lis, maximi eſt momenti, vt notat Iaſ. in d. l. 5. in princ. n. 8. Iaſ.
Gomeſius, & alij in d. § ſed iſtæ inſ. de act. Actiones enim de-
ſcendentes ex obligationibus ciuilibus ſunt perpetuæ, ideſt
durant 30. annis, l. ſicut, 3. & l. omnes, 4. C. de præſcript. 30. vel
40 annorum. Actiones verò quæ ex obligationibus Prętorijs
oriuntur, plerumque ſunt annales, præſertim pęnales vt eſt
actio iniuriarum, leg. ſi non conuitij, Cod. de iniur. Prætoris
enim magiſtratus tantum fuit annuus, de quo in princip. poſt
text. ibi, inſ. de perp. & temp. actio. dicetur.

ADDITIONES.

a *Pone etiam exemplum in furto non manifeſto § ſunt autem in
fra de noxal. action.*

b *Conſuetudine aut ſtatuto introductum, iure ciuili introductum
intelligitur.*
c *Non exiſtimo verum eſſe, nec Docto. id probat potius vim ha-
bent conſtitutionis in ſuo territorio l. formam 2. C. de offic. praf.
Prator vbi Doctores.*

§. Sequentes, cum § finalis.

1 *Tertia diuiſio obligationem à cauſa ex qua obligationes na-
ſcuntur ſumpta.*
2 *Quarta diuiſio obligationum.*

Quæ eſt tertia diuiſio obligationum.

1 IN hoc §. ponitur alio diuiſio obligationis, quæ à cauſa, ex
qua obligationes oriuntur, ſumpta eſt. Certum enim eſt,
omnes obligationes, tam naturalem, quam ciuilem. Præto-
riam, & ciuilem, naſci ex contractu, vel quaſi, ex beneficio,
vel quaſi, vt hic, & leg. 1. ff. de obligat. & actio. vbi Vlpia. ait,
Obligationem naſci ex contractu, aut ex maleficio, aut pro-
prio quodam iure, ex varijs cauſarum figuris. Quæ poſterio-
ra verba referenda ſunt ad quaſi contractus, & quaſi deli-
a cta, a ſecund. Minſing. hic. Ex hac tertia diuiſione Impe-
rator hic ſubijcit quartam diuiſionem obligationis, quæ eſt
ſub diuiſio obligationis ex contractu deſcendentis. Contra-
ctus enim, ex quibus obligatio oritur, nō ſunt vniformes, ſeu
vnius generis, ſed quatuor modis exiſtunt. Aut enim re con-
trahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, de quibus ordi-
ne traditur, in ſequenti titulo vſque ad titul. de obligat. quę ex
quaſi contract. naſc. Priuſquam autem declarationem titul.
ſequenti, aggrediamur, quædam de contractibus in genere
ſunt præmittenda.

ADDITIO.

a *Et in factum actionis, l. 1. 2. 3. & 4. ff. de praſcript. verb. poteſt
& exemplum poni in actione de pauperie. Eſt enim hac actio
neque ex contractu, neque ex maleficio vel quaſi, l. 1. §. ait, ff ſi
quadrupes poteſt, & rurſus poni exemplum in cateris obliga-
tionibus qua ex aquitate oriuntur, & in quibus alterum alteri
ex bona fide praſtare oportet, l. bona, §. 1. ff. depoſiti.*

DE CONTRACTIBVS.

1 *Origo contractuum.*
2 *Definitio contractus cauſalis.*
3 *Quot modis contractus in legibus conſiderentur, & num. 4.
5 & 6.*
7 *Statuta ſtricte, & ſecundum propriam ſignificationem ſunt
intelligenda.*
8 *Prima diuiſio contractuum.*
9 *Contractus nominati qui, & quare ſic dicantur, & nu. 10.*
11 *Innominati contractus qui.*
12 *Quatuor contractus innominati, ex quibus oritur actio pra-
ſcriptis verbis.*
13 *Differentia inter contractus nominatos, & innominatos, &
num. 14.*
15 *Secunda diuiſio contractuum.*
16 *Bona fides in iure varie accipitur.*
17 *In contractibus bona fides requiritur.*
18 *Contractus ſtricti iuris qui.*
19 *Tertia diuiſio contractuum.*
20 *Subſtantialia contractuum qua.*
21 *Solennia contractuum qua.*
22 *Naturalia contractuum qua.*
23 *Accidentalia contractuum qua.*

1 DE origine contractuum admonet Mynſing. hic in princ.
titul. noſtri, dum inquit, duo præcipua, & ſumma iuris
ciuilis eſſe capita, videlicet Dominium, & obligationem, ad
quæ reliqua omnia, quæ in legibus ſunt, referri poſſunt, quo-
rum prius actionem, realem, alterum vero actionem perſo-
nalem producit, quam, & ſummam diuiſionem actionum
Imper. eſſe tradit in §. omnium 1. infra de act. Cum enim iure
gentium diſtincta iam eſſent dominia rerum, & id, quod no-
ſtrum eſſet auferre inuitis nobis non liceret, l. id quod noſtrū
11. ff. de regul. iur. Et plerumque eueniat vt quod alteri ſuper
eſt, alteri deſit vt dicitur in l. 1. in princ. ff. de contrah. emptio.
ad inducendam mutuam omnium rerum communicatio-
nem, certæ formulæ rerum communicandarum à iure gen-
tium, & ciuili inuentæ ſunt quas contractus appellamus, ex
quibus inuicem obligamur ad aliquid dandum, vel faciēdum
l. 3. in princ. ff. de oblig. & act. Itaque prin. quæritur.

Quid

Digitized by Google

Quid ſit contractus? Et de contractibus proprijs, improprijs, & magis improprijs.

1 Contractus proprius ita deſcribi poteſt, vt *a* ſit duorũ plu-
a riumve in idem conſenſus, ſeu conuentio, ex vtraque parte
vltro citroq; obligatoria, qua alium nobis obſtringimus, ad
3 aliquid dandum, præſtandum, vel faciendum. Et hæc defini-
tio cauſalis ſumitur ex l Labeo, 19. §. contractum, ff. de verb.
ſignific. iuncta l. 3. in prin ff. de obl. & act. Pro cuius declara-
tione ſciendum eſt, poſt gl. hic in verb. ex contractu, & Plat.
hic in princip. tituli noſtri, & Porc. ſuper Rubr. noſtra, quod
contractus trifariam in legibus accipitur, & conſiderari ſo-
let. Proprie, improprie, & magis improprie.
4 Proprius *b* enim contractus eſt, qui hinc inde, vltro citro-
b que eſt obligatorius, id eſt, quando vtraque contrahentium,
obligatur, d. l. Labeo. Vnde & Mynſing. hic, in fin. titul. noſtri
ait: Contractum quaſi contra, ſeu viciſſim actum appellari,
vt eſt in emptione, & venditione, vbi emptor ad pretium, vẽ-
ditor ad rem tradendam obligatur. Item in locatione, & con-
dictione, ſocietate, & ſimilibus.
5 Improprius *c* verò cõtractus eſt, quando vnus tantũ con-
c trahentium obligatur, vt eſt in mutuo, vbi recipiens pecuniã
mutuam, obligatur tantum ad reſtituendum tantundem in
eodem genere, l. 2. in prin. ff. ſi cert. pet. Item in donatione, in
qua ſolum donans obligatur ad tradẽdum, & aliquando etiã
d de euictione *d* tenetur, vt ſup. de donatione declaratum eſt.
6 Magis improprius *e* contractus eſt, quando ex nulla parte
e oritur obligatio, ſed potius facta diſſoluitur, vt eſt in diſtra-
ctu & liberatione, quę fit per acceptilationem, infr. quib. mo-
dis toll. oblig. in princ. Item in tranſactione, nudo pacto facta,
7 de quo Bart. in l. ſiue apud acta, 18. C. de tranſact. Et hæc fa-
ciunt ſec. Plat. & alios hic, ad ſtatuta, quæ loquuntur de con-
tractibus, veluti ſi ſit ſtatutum, quod præſcribatur decennio
contra negligentem petere ſibi debitum ex contractu, vt in-
telligatur de contractu proprio. Statuta enim proprie, ſtri-
ctè, & ſecundum propriam ſignificationem ſunt intelligen-
da, vt not. in l. 3. § hæc verba, ff. de neg. geſt.

Quotuplex eſt contractus? Et de nominatis, & innominatis contractibus.

8 Præcipua diuiſio contractuum eſt, quod alius contractus
eſt Nominatus, alius Innominatus, Cõtractus nominati, ſec.
9 Bar. ſup. Rubr. C. eo. de rer. permut. & Doct. in l. iuris gentiũ,
7. in princ. ff. de pactis, dicuntur, qui habent proprium, & ſpe-
cificum nomen, à lege eis attributum, quod alteri contractui,
nec in genere, nec largo modo conuenit, neque aliud nomẽ
aſſumere poteſt. Veluti, ſi do tibi domum meam pro pretio
mille aureorum: iſtud negotium nominatur à lege emptio, &
venditio, d. l. iuris gentium, in prin & aliud negotium non
poteſt ſibi aſſumere iſtud nomen, neque iſtud negotium po-
teſt aſſumere aliud nomen. Vnde locatio nõ poteſt dici em-
10 ptio, neque emptio locatio. Et ideo nominati dicuntur, quia
non retinent ſolum nomen ſui generis, conuentionis, ſcilicet
ſed habent ſpeciale, & proprium nomen, d. l. iuris gentium, in
princ. Vt eſt mutuum, depoſitum, mandatum, ſtipulatio, &c.
Huc enim pertinent omnes contractus, qui vel re, vel ver-
bis, vel literis conſenſu contrahuntur. Hi namque omnes ha-
bent ſpecialia nomina.
11 Innominati vero contractus dicuntur, qui non ſic habent
ſpeciale, & proprium nomen, à iure impoſitum, l. 3 ff. de prę-
ſcrip. verb. ſed vtuntur cõmuni nomine ſui generis, quod plu-
ribus etiã contractibus nominatis, & innominatis conuenit.
Et ſic nomina eorũ ſunt ita generalia, & vaga, vt nõ vni ne-
gotio tantum, & ſpecialiter attribuantur, cuiuſmodi eſt per-
mutatio. Licet enim habeat elegans nomẽ, tamen quia in ge-
nere comprehendit omnem contractum, per quem res cum
re permutatur, vt eſt emptio, locatio, &c. dicitur innomina-
tus, & ſic caret nomine ſpeciali, vt notatur poſt gl. in Rub. C.
12 de rer. permut. Et regulariter quatuor contractus innomina-
ti recenſentur, de quibus in l. naturalis, 5. in prin, ff de præſcr.
ve. b. ſcilicet [Do vt facias: Facio vt facias: Facio vt des.] Ex
13 quibus oritur actio pręſcriptis verbis, de qua in §. actionum,
28. infra de actionibus dicetur. Principalis autem differentia
f inter hos contractus eſt, quod in contractibus nominatis *f*.
etiam re integra non eſt locus pęnitentiæ. Sicut enim ab ini-
tio liberum eſt contrahere, ita poſt obligationem contractã,
altera parte inuita, quis à contractu reſilire non poteſt, vt di-
citur in l. ſicut, 5. Cod. de oblig. & actio Veluti, ſi vendidi tibi
domum meam mille aureis, ſolo conſenſu perficitur iſte cõ-
tractus, nec mihi, etiam antequam tu numeres pretium, licet
pęnitere te inuito, quin oblato precio cogat tibi tradere do-
mum, etiamſi intereſſe tibi præſtare velim, quando ſcilicet
habeo facultatem tradẽdi, vt traditur in l. ex empto, 11. iunct.
l. 1. ff. de actio. empt. Sicut è contrario, nec tibi pęnitere licet,
etiam antequam tradam tibi domum, quin cogaris numera-
re pretium cõuentum, quamuis & tu offeras intereſſe, per re-
gulam, d. leg ſicut. Et ampliatur hæc regula procedere, quod
nec a parte eius, qui impleuit contractum, locus ſit pęnitẽtiæ
contra alterum non adimplentem neque enim agere poterit
adimplens, vt reſoluatur contractus, ſed vt ab altero quoque
contractus perficiatur, l. inciuile, 12. C. de rei vendic. Et Iaſ. in
l. ſi pecuniam, 5. nu. 12. vbi ponit ampliationes, ff. de condict.
14 cau. dat. cau. non ſec. In contractibus vero *g* innominatis, re
g integra locum habet pęnitentia, d. l. ſi pecuniam, in prin. ff. de
condict. cau. da. Imo & re non integra is, qui adimpleuit con-
tractũ, pro ſua parte, antequam alter adimpleat, pęnitere po-
teſt, veluti, ſi dedi tibi centum, vt pro me vadas Romam, ego
poſſum pęnitere, & repetere datum, priuſquam tu iueris Ro-
mam, & antequam inchoaueris illud, ſoluto tamen intereſſe.
Si enim ſumptus feceris, vt quia emiſti neceſſaria ad profe-
ctionem, habetur ratio tuæ indemnitatis, qua indemnitate
præſtita, poſſum condicere iſta cẽtum data. Sicut enim dam-
num ſentire non debes, ita nec lucrum, d. l. ſi pecuniã, in prin.

Quæ eſt ſecunda diuiſio contractuum? Et de contractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris.

15 Contractus alij ſunt bonæ fidei, alij ſtricti iuris, vt notatur
h in d. §. actionum, inf. de act. *h* Et pro intellectu eſt præmitten-
dum, varie bonam fidem in iure accipi. Quandoque enim ſi-
gnificat, quidquid à dolo, fraude, & calliditate alienum eſt.
16 Sicuti bonæ fidei emptor dicitur, qui ignorans rem alienam
emit, l. bonæ fidei, 109. ff de verb. ſign. & negotium bona fide
contractum dicimus, quando abeſt dolus, l. ſi cum fundum,
68. ff de contrah. empt. Nonnunquam vero bona fides vſur-
patur pro eo, quod nos bonum, & ęquum dicimus, vt in l. bo-
17 na fides, 31 ff de poſiti. Sic in propoſito noſtro contractus bo
næ fidei dicuntur, non quod alij contractus ſint malæ fidei (in
omnibus enim cõtractibus bona fides requiritur, leg. bonam
fidem, 4. C. de obl. & actio. 9.) ſed quia bona fides in his exu-
berat, & largius verſatur, & alter alteri obligatur de eo, quod
ex bona fide, id eſt, bono, & æquo quem præſtare oportet. li-
cet de eo inter contrahentes expreſſe non ſit dictum, nec co-
gitatum. Hi autem dicuntur contractus bonæ fidei, qui enu-
merantur in d §. actionum, infra de actio.
18 Contractus verò ſtricti iuris ſunt, Mutuum, Stipulatio, &
omnes alij, qui in d. §. actionum, non enumerantur, ſec. gloſ.
ſup. verb. bonę fidei, in prin. & ibi Doct. communiter In qui-
bus etſi dolus quoque abeſſe, & bona fides adeſſe debeat: ta-
men non bonæ fidei, ſeu largioris iuris, ſed ſtricti iuris dicũ-
tur, quia omnia ſtrictè in eis accipiuntur, & non veniunt in
eis, niſi quæ exprimuntur, & natura contractus ſtrictè exigit
vbi iudex ſtrictam iuris rationem, & corticem verborum ſe-
quitur, & non habet liberum ex æquo, & bono ſtatuendi ar-
bitrium, ſicut in bonę fidei iudicijs ſed ſtricto iure vtitur. Et
plures ſunt differentiæ inter hos contractus, de quibus poſt
alios dicemus in d. §. actionum.

ADDITIONES.

a *Theophilus hoc tit. contractum ita definit, duorum pluriumve in idem conuentionem, & conſenſum ad conſtituendam obligationem, & vt alteri ſiat obnoxius.*

b *Proprius, & ſtricte acceptus eſt, in quo vterque contrahentium obligatus eſt, vt in venditione, & emptione ex parte venditoris oritur obligatio ad tradendum rem vẽditam, ex parte emptoris ad pretium, l. ex empto, in prin. ff. de act. empt.*

c *Improprius, & late acceptus contractus eſt in quo vnus tantum obligatur. Præter duo exempla hic propoſita adde exemplum ſtipulationis. In ea enim ſolus promiſſor obligatur ad dandum, vel faciendum. Et tamen ſtipulatio dicitur contractus in §. vlt. inf. eod. l. 1. in fine, de pactis.*

d *Et tamen donatio dicitur contractus, leg. contractus, Cod. de fide inſtr.*

e *Improprijſſimus, & latiſſimè ſumptus contractus eſt omnis actus, ex quo oritur obligatio, leg. omnem, ff. de Iudic. Proinde hac latiſſima ſignificatione continetur diſtractus, §. 11 quoque infr. de verb. obl. quaſi contractus, l. ex contractibus, ff. eod. delicta, & quaſi delicta, inf. de oblig. ex delict. & tit. de obl. quæ ex quaſi delict.*

f *In contractibus nominatis etiam re integra locus pœnitentiæ non eſt.*

g *In contractibus innominatis re integra locus eſt pęnitentiæ. De pęnitentia vide tract. Guid. Pap.*

h *Loquitur de actionibus. At contractus negat ſic diuidi Duarenus tit. de pact. ſed illud aperte probat, l. cum, 22. de donat. cum ſimul.*

Qua

Quæ eſt tertia diuiſio contractuum, Et de contractibus, re, verbis, litteris, conſenſu.

19 Eſt ea, quæ traditur hic per Imperatorem in §. final. quod quidam contractus re contrahuntur, quidam verbis, quidam literis, quidam conſenſu. De quibus ordine in tit. ſeq. tractatur. Et vltimo circa contractus in genere quæritur.

a *Quæ dicantur ſubſtantialia, a ſolennia, naturalia, & accidentalia contractus?*

20 Subſtantialia contractuum ea ſunt, quæ ſecundum originalem naturam vniuſcuiuſque contractus dant eſſe, ſeu ſubſtantiam, formam, atque perfectionem ipſi contractui, ſine quibus contractus conſiſtere nequit, tex. & gl. in l. pacta conuenta, 72. ſuper verbo, noua emptio, & ibi Bald. de contrah. empt. vt ſunt in contractu emptionis, & venditionis, conſenſus, pretium, & merx. Nam ſine his contractus iſte nõ poteſt conſiſtere, & quando illa interueniunt, emptio, perfecta, & abſoluta dicitur, vt in princ. inſt. de emp. & vend. Si quid vero horum deſit, contractus omnino nullus eſt, l. 2. & l. nec emptio, 8. ff. de contr. empt. & §. pretium, inſ. de empt.

21 Solennia contractuum ea dicuntur, quę ad robur, ſiuè validitatem alicuius contractus, à lege, vel ſtatuto requiruntur, vltra, & pręter originalem formam, ſiue ſubſtantiam contractus, ſec. Bal. in l. ad exactionem, 6. nu. 3. C. de dot. prom. & in repet. leg 1. in 4. not. C. de SS. Eccleſ. veluti ſi pupillus, vel minor, abſque cõſenſu tutorum, & iudicis decreto, rem immobilem vendat, licet illa venditio habeat omnia ſubſtantialia, de quibus ſupra dictum, ſi tamen in ea non interueniat tutoris authoritas, & decretum iudicis, hic contractus à minore celebratus non valet, l. obligati, 9. in princ ff. de auth tut. & l. ſi prædium, 16. C. de præmin. ſine dec. iud. non alien. Et hoc tantum decretum, nempe iudicis, & tutoris authoritas, quæ vltra formam, atque perfectionem contractus venditionis, in venditione à minore celebrata requiruntur, ſolennia contractus dicuntur gloſſ. & Bald. in l. quæcumque, 13. §. fin. ff. de Publ. in rem act.

22 Naturalia vero cõtractus ea dicuntur, quæ ſecundum naturam vniuſcuiuſque contractus, tacite in vnoquoque veniunt, licet illa non fuerint expreſſa, & tamen pacto expreſſo vel tacito remoueri poſſunt ab illo contractu, circa eius corruptionem. Bal. in d. l. pacta conuenta, in lect. antiqua, & idẽ Bald. in l. 1. no. 1. C. commod. Iaſ. in l. cum quid, 3. in 1. not. ff. ſi cer. pet. Exempli gratia: Secundũ naturam venditionis obligatur venditor de euictione, etiamſi hoc non ſit expreſſe actum l. ex empto, 11. ff de actio. emptio. Et tamen in contrarium, abſque eo, quod contractus venditionis vitiatur, partes paciſci poſſunt, ne venditor de euictione teneatur, l. emptorem (al. eſt §. 12. in leg. ex empto, 11.) §. qui autem, ff. de act. amp. Itaque euictio dicitur naturale emptionis.

23 Accidentalia contractus ea dicuntur, quæ contractui prę ter illius naturam, pacto contrahentium accedunt, gl. & Bal. in d. l. pacta conuenta. Exempli gratia: Si quis vendit domum paciſcatur cum emptore, vt emptor domum emptam venditori pro certo pretio ad definitum tempus locet, l. fundi partem, 79. ff. de contrah. empt. Nam hoc non eſt ſubſtantia, vel natura emptionis, ideoque accidentale emptionis dicitur, de quo Doct. poſt gl. in d. l. pacta conuenta, & adde Zaſ. in tract. Feud. in fine primæ partis, & Curt. in tract. Feud in 6. quæſt. primæ partis prin. nu. 34. Hinc ſumpta occaſione quædam in genere etiam de pactis dicenda ſunt.

A D D I T I O.

a *Forma contractuum duplex: Vna pertinet ad ſubſtantiam, altera ad acceſſiones. Ad ſubſtantiam, vt ſubſtantialia, ſolennia naturalia ad acceſſiones accidentalia.*

D E P A C T I S.

1 *Pactum nomen generale.*
2 *Plura negotia, quam vocabula.*
3 *Pactum generaliter ſumptum quid.*
4 *Pactum vnde.*
5 *Principalis diuiſio pactorum.*
6 *Pactum nudum quid.*
7 *Effectus nudi pacti.*
8 *Regula, Nudum pactum nullam producit actionem, quomodo intelligenda, & numer. 9. & 10.*
11 *Veſtitum pactum quid?*
12 *Veſtimenta pactorum quæ, & nu. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*
19 *Pactum aliud expreſſum, aliud tacitum.*
20 *Pacta alia ſunt clara, alia obſcura, alia ambigua.*
21 *Pactum obſcurum, vel ambiguum prolatum interpretatur cõtra proferentem, & contra eum, pro quo fuit appoſitum.*
22 *Probatio debet eſſe neceſſario concludens.*
23 *Dictum teſtis dubium contra quem interpretandum.*
24 *Conciliatio, l. ſi quis intentione, ff. de iudicijs, & l. veteribus, ff. de pactis.*
25 *Pacta veſtita tam actionem, quam exceptionem pariunt.*
26 *Regula, pacta ſeruanda, quomodo intelligenda, & nu. 27.*
28 *Pacta quibus prodeſſe, vel nocere debeant.*
29 *Omnis contractus ſemper ita intelligitur celebratus, vt includantur hæredes.*
30 *Multiplicatio verborum non neceſſaria ſubſtantiam rei non mutat.*
31 *An excludantur hæredes non facta mentione eorum in contractibus.*

1 MAteria pactorum late patet, vt conſtat ex Rub. ff. C. & ext. de pactis. Quantum vero ad propoſitum noſtrum attinet, pro declaratione terminorum in iure noſtro principio ſciendum, pactum eſſe nomen generale, comprehendens in ſe omnem conuentionem, & contractum. Verum quando pactum aſſumit ſpecificũ nomen, tunc nõ denominatur à ſuo genere, ſed à ſpecie. Veluti ſi vendo tibi domum meam mille aureis quos debes mihi ſoluere proximis Kal. Maij, poteſt dici pactum, quia conuentum eſt inter nos, vt ipſe tradã tibi domum, & tu ſoluas mihi pretium: ſed quia iſta conuẽtio habet ſpeciale nomen, & appellatur emptio, & venditio, ideo relinquit nomen generis. Sed quando conuentio non habet ſpeciale nomen, quod ſępe ſit, cum plura ſint negotia, quam vocabula, vt dicitur in l. natura, 4. ff. de præſcrip. verb. nũc ſtat ſub nomine generis ſui, & appellatur ſimplici pactum, vt Abbas in cap. 1. ext. de pact. Et hoc modo accipitur in d. titul. ff. Cod. & ext. de pact. de tali, ſcilicet pacto, quod non tranſit in
aliud nomen contractos, ſec. Bal & Dec. in Rub. C. de pact. Et
3 pactum generaliter ſic ſumptum definitur à Iuriſcon. in l. 1.
in princ. iunct gl. ibi, in verbo, idem, ff. de pactis, quod ſit duorum pluriumve in idem, alteri ab altero paciſcentium dandũ
4 vel faciendum, placitum, & conſenſus. Et dicitur pactum à
pactione, vnde & pacis nomen appellatum eſt, vt dicitur in d.
l. 1. in princ. Et pactum quaſi ex pace factum dici, eſt text. in cap. pactum, 1 de verb. ſignific.

5 Secundo ſciendum, principalem diuiſionem pactorum eſſe, quia aliud eſt pactum nudum, aliud veſtitum, ſec. Bart. &
Doct. poſt tex. & gl. ibi, in l. iuris gentium, 7. §. ſed cum nulla,
ff. de pactis, & in l. legem, 10. C. de pact. & in d. c. 1. extr. de pa-
6 ctis, & gloſ. 1. inſt. quibus modis re contrah. obligat. Pactum
a nudum a eſt conuentio duorum, pluriumve quæ ſtat in puris, & meris terminis, ſeu finibus ſolius conuentionis, ſeu placiti, nec tranſit in proprium nomen contractus, neque formam, ſolennitatem, vel cauſam habet, vnde robur, & efficaciam ad producendam actionem aſſumere poſſit, ſecun. Bar. & Doct. in d. l. iuris gentium, §. ſed cum nulla, & Doctor. poſt gl. in d. princ. inſ quibus modis re contrah. oblig. Lex enim adinuenit certos modos, & ſolennitates quibus pacta firmantur inter homines, de quibus ſtatim dicetur, & quando pactũ vnũ non habet de veſtimentis à lege inuentis, dicitur pactum nudum, veluti ſi non continet iuſtam cauſam. Sicut enim confeſſio debiti ſine cauſa facta, nuda eſt, & non præiudicat, leg. cum de indebito, 15. §. final. ff. de probat. Item, vt traditio ſine cauſa nuda dicitur, & dominium non transfert, leg. numquam nuda, 31. ff. de acquir. rerum domin. ita ſi pa-
b cto aliquid promittatur ſine cauſa, b nudum pactum dicitur, quod

A D D I T I O N E S.

a *Pactum nudum ex cauſa ex eo dignoſcitur, quod ſecum nõ habeat dationem, factum vel ſtipulationem, gl. in l. ſi domnus, ff. de præſcr. verb. Adde in dubio pactum intelligi de nudo, l. legem, vbi Dec. Selec. & alij, C. de pact.*

b *Vbi non eſt cauſa ibi, nec eſt cauſatum, l. manumiſſiones, ff. de inſtit. Sed nudo pacto nulla ſubeſt cauſa obligandi, d. §. ſed cum nulla. Ergo nec obligatio ex eo oritur ita Bal. Rub. extr. de pact. Quæ rationem ita firmata eſt. Nam ex ea dicendum eſſet, ex donatione obligationem, & actionem non naſci, quod falſum eſt, l. ſi quis argentum, C. de donat.*

Digitized by Google

quod efficaciã agendi nõ præbet. Veluti ſi promiſit tibi abſq.
aliqua cauſa, & nulla præcedente interrogatione, & ſic abſq.
ſtipulatione, mutuare pecuniam commodare, vendere, vel
aliquid aliud, dicitur nudum pactum. Item quando ſtipulatio
præpoſtere concipitur, quod fit ſi interrogationem præcedit
reſponſio, tunc quia in forma ſtipulationis peccatum eſt, pro
nudo pacto habetur, vt notatur in l. 1. ff. de verb. oblig. Et plu-
ra exempla nudi pacti traduntur per Doct. poſt gl. in d. l. le-
gem, & in d. §. ſed cum nulla. De effectu autem nudi pacti no
7 tanda eſt vulg. regula, quod nudum *a* pactum regulariter a-
a ctionem non *b* parit d. §. ſed cum nulla. Veluti ſi conueni te-
b cum pacto ſimplici ſine ſtipulatione de permutando equo
meo cum tuo, ante traditionem, & interuentum rei, talis cõ-
uentio dicitur nudũ pactum, nec mihi antequam adimpleam
contractum a mea parte contra te actio competit, d. §. ſed
cum nulla. Exceptionem vero nudum pactum ad liberan-
dum producit. Veluti ſi per nudum pactum promiſi me non
petiturum debitum, & poſtea a te petam, mihi agenti obſta-
bit exceptio pacti, de non petendo, nec replicare, & me tueri
poſſum, quod per nudum pactum tantum promiſerim, vt no-
tatur in d. §. ſed cum nulla, & in l. ſi vnus, 27. §. pactus, & l. ta-
le pactum, 40. ff. de pact. Hæc tamen regula; Nudum pactum
8 actionem non producere, limitant in pluribus caſibus quos
referunt Doct. poſt Gl. in §. de conſtituta, 9. inſ. de act. & in d.
§. ſed cum nulla, 1. In dote per nudum pactum promiſſa, &
in hoc fauore dotis l. vnica in princ. C. de rei vxo. actio. 2. Si
nudo pacto aliquid donare conueniſti l. ſi quis argentum, 35.
§. fi. C. de don. 3. Si nudo pacto conſtituam me ſoluturum,
quod alius tibi debet, d. §. 4. de conſtituta. Si de nautico fœ-
nore quæſtio ſit, licet enim de iure quoque ciuili vſuræ non
debeantur niſi expreſſe per ſtipulationem fuerint promiſſæ,
leg. 3. C. de vſur. attamen ſi ratione pecuniæ mutuatæ vltra
mare portandæ, vſuræ nudo pacto promittantur, ex tali nu-
do pacto propter periculũ, quod in ſe mutuans recipit actio
ad vſuras competit, l. periculi 5. in fin. ff. de naut. fœn. Et plu-
res alios caſus vide poſt Gloſ. & alios per Salic. in d. l. legem
9 in d. §. ſed cum nulla & in d. §. de conſtituta. Et pro vltima *c*
c limitatione notandum, quod Canoniſtæ concludunt de iure
d Canonico indiſtincte ex nudo *d*. pacto oriri actionem per
e tex. in d. c. 1. De pactis *e* vbi dicitur, pacta obtinere ſuam fir-
mitatem, quia Deus inter ſimplicem loquelam, & iuramen-
tum non facit differentiam, c. iuramenti 12. cauſ. 22. q. 5. Le-
10 giſtæ tamen communiter tenent ius ciuile in hoc non eſſe
per ius Canonicum correctum, ſed iura iuribus eſſe concor-
danda, l. 1. C. de dot. promiſ. vt intelligatur d. capit. 1. De pact.
veſtito, non nudo, nec ibi nouum aliquod robur pactis tri-
buatur, ſed antiquum corroboretur, dum dicit, ſuam obti-
neant firmitatem, quam ſcilicet quodlibet pactum habet. De
qua poſt alios, vide Salic. in d. l. legem, n. 9. & Angel. in princ.
n. 5. inſ. quibus mod. re contrah. oblig. Veſtitum vero pactum
11 deſcribitur per Salic. in d. l. legem n. 10. C. de pact. quem re-
fert, & ſequitur Ang. in d. prin. inſ. quibus modis re contrah.
oblig. n. 3. Quod ſit conuentio duorum, vel plurium, quæ in
ſolius placiti finibus non ſtans, tranſit in proprium nomen
contractus, formam, ſolemnitatem, vel cauſam per quam
robur, & efficaciam aſſumit, vnde actionem producit, vt col-
ligitur ex princ. d. l. iuris gentium. Leges, enim (vt ſupra di-
ctum) quaſdam ſolemnitates introduxerunt, per quas pacta,
& obligationes inter homines firmantur, quæ ſolemnitates,
veſtimenta appellantur. Si igitur aliquod pactum inueniatur
quod ſolemnitatibus à lege inuentis vallatum ſit, illud dicitur
pactum veſtitum. Enumerantur autem per Doctores poſt
Gloſ. in d. princ. infra quibus modis re contrah. oblig. & in d.
l. iuris gentium, §. quinimmo, plura veſtimenta pactorum.
12 Et I. Veſtitur pactum re vt in contractibus; qui re contra-
huntur, de quibus in titulo ſequenti. Nam ſi promitto tibi
mutuare centum, ex ſola illa promiſſione non contrahitur
mutuum, ſed re interueniente, quia numero tibi iſta centum
illud pactum de mutuando veſtitur re, adeo quidem, vt licet
de reddendo nihil promiſeris, tamen ex numeratione pecu-
niæ facta, es obligatus ad reddendum tantumdem in genere
13 ſuo, l. 2. ff. ſi certum petat. II Veſtitur pactum verbis, ſeu ſo-
lemnitate verborum quam lex in ſtipulationibus, adinuenit,
vt præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, vt infra de
14 verb. oblig. dicetur. III. Veſtitur pactum literis, ſi quis confi-
teatur in ſcriptura, ſe accepiſſe a Titio centum mutuo, quæ
tamen non accepit (alias enim re eſſet obligatus) ex illis lite-
ris veſtitur confeſſio, & naſcitur obligatio, de qua infra de li-
15 te. oblig. IV. Ex ſolo conſenſum in quattuor contractibus e-
numeratis in tit. infra. De obligat. ex conſenſu, ſine alio ad-
miniculo oritur efficax obligatio, & actio. Licet enim in om-
nibus pactis requiratur conſenſus tamen in his quatuor con-
tractibus ſolus conſenſus efficit, & in eſſe deducit ſpecificum
contractum. Nam eo ipſo, quod conſentimus de danda re
pro pretio, eſt emptio, licet res nondum ſit tradita, nec pre-
cium numeratum, vt infra de obligat. & conſenſu dicetur.
16 V. Veſtitur pactum interuentu rei, vt in contractibus inno-
minatis, veluti ſi conuenit tecum de permutando meo equo
cum tuo talis conuentio ab initio nuda eſt, ideoque re etiam
integra liceat pœnitere, vt ſupra de contractibus innomina-
tis dictum eſt; ſed inuentu rei traditæ ab vna parte, veſtitur
illa conuentio a parte dantis, vt habeat actionem contra al-
terum, vt is pro ſua parte quoque adimpleat contractum
17 l. naturalis, 5. §. & ſi quidem, ff. de præſcr. verb. VI. Veſtitur
pactum nudum in ipſo contractu, vel incontinẽti appoſitum
cohærentia contractus, vt producat nouam actionem, & ve-
terem informet, d. l. iuris gentium, §. quinimo; Veluti ſi ven-
do tibi domum meam, appoſito pacto, vel liceat mihi in ea
morari per annum, velut quandocumque velim, poſſim pro
eodem precio redimere abs te illam domum, iuxt. l. 2. C. de
f pactis inter empt. & vendit. VII. Veſtitur *f* nudum pactum
iureiur. l. vt iuſiurandi, 7. ff. de operis libert. & Auth. Sacra-
18 menta puberum, C. ſi aduerſa, vend. VIII. Veſtitur nudum
pactum legis auxilio, vt eſt in omni nudo pacto, quòd actio-
nem producit, qui caſus notantur per Gloſ. in d. §. de conſti-
tuta, inſ. de actin. De quibus etiam ſup. de effectu nudi pa-
cti dictum eſt.
19 Tertio, circa materiam pactorum notandum eſt, pactum
aliud eſſe expreſſum, de quo expreſſe ſcilicet inter partes con-
uentum eſt; aliud tacitum de quo non fecerunt mentionem,
ſed ex vi, & poteſtate legis intelligitur eſſe factum. Veluti
ſi conduxit a te domum ad aliquod tempus, pro certa annua
penſione, omnia illata, & inuecta tacite obligata ſunt domi-
no ædium pro penſione, & deterioratione domus, licet de
hoc inter locatorem, & conductorem expreſsè nõ ſit actum
l. 2. ff. in quibus cauſ. pigno. vel hypoth. Item ex receptione
partis debiti ſoluti ab vno ex correis debendi, inducitur ta-
citum pactum diuiſionis debiti, l. ſi creditores, 18. C. de pa-
ctis. Nam pone: habeo tres, vel plures debitores correos
debendi in ſolidum, & recepi ab vno eorum partem debiti,
pro ſua rata, poſtea volo conuenire vnum ea reliquis debito-
ribus ad ſolidum reſiduum, is opponit exceptionem, quòd
fecerim pactum, me ab vno quoque partem ſibi contingen-
tem tantum petiturum. Ego replicando dico, me partem de-
biti quidem ab vno recepiſſe, ſed tale pactum me nunquam
feciſſe. Reus conuentus vero recte ſe tuetur exceptione pa-
cti, non quidem expreſſi, ſed taciti, a lege inducti. Ex quo
enim partem debiti ab vno recipi, videor a iure ſolidi receſ-
ſiſſe, & tacite feciſſe pactum, quod quemlibet debitorem
pro virili tantum portione conuenire velim, & hac exce-
ptione non tantum is, qui ſoluit ſuam partem, ſed etiam reli-
qui duo debitores ſe tueri poterunt, vt eſt tex. ſing. & Docto-
res in d. l. ſi creditores. Prędicta tamen limitantur non proce-
dere, ſi creditor ab vno debitore partẽ recipiendo, ſibi aduer-
ſus reliquos debitores ius ſuum ſolidi reſeruat, vel ſi in inſtru
mento debiti fuerit pactum, quòd creditori non debeat præ-
iudicare, ſi partem debiti ab vno debitore recipiat, quia liberũ
ei ſit, quemlibet ex alijs debit. pro reſiduo in ſolidũ conuenire
ſecundum Doc. in l. ſi creditores, & Petrum Vzolan. in pra-
ctica

A D D I T I O N E S.

a *Iaſon, & alij in d. §. ſed cum nulla idem in l. ſi quis maior, C. de tranſact. Ferran in rep. l. pacta conuenta, ff. de act. empt. Maranta tract. de iud. p. 6.*

b *Quid ſi promiſſor iuramento affirmauit nudum pactum interceſſiſſe? Idem putat dicendum Bald. l. vlt. C. de fideic. poſt Innoc. c. 1. Quod metus cauſa.*

c *Adde pactum geminatum producere actionem, l. 1. §. debitum ff. de conſt. pec. §. conſtituta inſ. de act. Iaſ. in l. 1. ff. de verb. obl. Canoniſta in cap. Per tuas ff. de arbiter. & c. Cum contingat, ff. de iure iur. adde plures limitationes, quæ apud Iaſ. in d. §. ſed cum nulla.*

d *Fallit iure etiam Canonico, ſi pactum quo de agitur, dolo, vel metu initum, c. 1. ext. De pact. Adde aliam exceptionem ex Iaſ. in d. §. ſed cum nulla.*

e *Hoc ius hodie ſeruatur, vt conſentaneum iuri diuino. Vide Fortu. Garz. c. 1. De pact.*

f *Iuramento, an veſtiatur pactũ nudũ, ſic, vt ex eo oriatur iure ciuili actio, vide Matth. nota. 37. Cuman. Rub. de ver. obl. & ibi Ro. in l. 1. Euerhard. in l. Topicis, in loco, an, & etiam* Io. Oinotomi ſuper Inſtit.

ctica artis Notariatus in 4. diuiſionem pactorum, num. 5. An
autem, ſi vnus, ex pluribus fideiuſſoribus, vel debitoribus in
ſolidum obligatis, velit creditori ſuam partem virilem ſolue-
re, creditor cogatur recipere iſtam partem? deciditur quod
non. Creditor enim inuitus non compellitur recipere parti-
cularem ſolutionem debiti liquidi l. tutor 41. §. Lucius, ff. de
vſuris, & notatur in l. quidam exiſtimauerunt 21. ff ſi cert. petat.
Particularis enim ſolutio multa habet incommoda, vt dicitur
in l. plane 3. ff. fam. herciſc.

20 Quarto ſciendum, pacta alia eſſe clara, alia vero obſcura,
& ambigua, leg. veteribus, 39. cum ibi not. ff. de pact. Clara di-
cuntur in quibus obſcuritas, vel ambiguitas non verſatur, &
quæ apud omnes vnum intellectum important. Obſcura ve-
ro, vel ambigua, quę duplicem poſſunt habere intellectum. Et
ſecun. gl. in d. l. veteribus, in verbo Obſcuram verſatur obſcu-
ritas circa dictionem aliquam, quæ multipliciter intelligi po-
teſt, ſed ambiguitas eſt circa orationem, vt, (Aio te Æacida
Romanos vincere poſſe;) plerumque tamen vnum pro alte-
ro ponitur. Nam etiam in vno verbo quandoque ambigui-
21 tas reperitur, l. verum, 23. ff. de petit. hæred. Et notandum, in
a dubio pactum *a* obſcurum, vel ambiguum interpretari con-
tra ferentem, in cuius eſt poteſtate legem conuentionis a-
pertius, dicere. Imputet igitur ſibi, qui eam apertius non di-
xit d. l. veterib. Item pactum obſcurum interpretatur contra
eum, pro quo fuit appoſitum ſecundum Bar. Paul. de Caſt. &
alios in d. l. veterib. Eſtque ratio, quia is pro quo pactum fuit
appoſitum, fundat intentionem ſuam ex iſto pacto, ideo illud
pactum de neceſſitate debet probare eius intentionem, alias
22 non ſequitur condemnatio puta probatio debet eſſe clara, &
concludens, vt traditur in cap. In pręſentia, 8. extra de probat.
& in l. nonnudis, 14. l. non epiſtolis 13. Cod. de probat vbi per
Doctor. traditur vulgata illa Theorica, quod probatio debeat
eſſe neceſſario concludens: Nec enim probat hoc eſſe quod
23 contingit abeſſe vnde, & dictum teſtis dubium ſemper con-
tra eum, qui produxit teſtem, interpretandum eſt. Qui enim
probat, & clare & apertè debet probare, quod ſi non faciat, nõ
prodeſt talis obſcura probatio, vt eſt gloſſ ſingularis in dicto
capit. In præſentia, ſuper verbo, Dubium, & ibi Doct. de pro-
24 bat Nec prædictis obſtat text. leg ſi quis intentione, 66. ff. de
iud. vbi dicitur. *Si* quis intentione ambigua, vel obſcura, vſus
ſit, illud quod ei vtilius eſt, accipiendum eſt; quia hoc eſt ſpe-
ciale in iudicijs, vt ſecundum proferentem interpretetur, alias
ſemper pars aduerſa negaret ſe ſic intellexiſſe, leg. inter ſtipu-
lantem, 83. §. 1. ff. de verbor. obligatio. *S*ed dict. leg. veteribus,
loquitur in contractibus, vbi gloſſ circa pactionem dubiã, vel
obſcuram, plenius ita diſtinguit. Aut conſtat, de quo partes
egerunt, & conſenſerunt, & tunc valet pactum, licet ſit ambi-
guum, leg ſemper in ſtipulationibus, 34 ff de regul. iur. & l in
ambiguo, 3. in princip. ff. de reb. dubijs. Aut certum eſt, quod
diſſenſerunt, & tunc non valet contractus, d. l inter ſtipulan-
tem, §. 1 & l. continuus, 137. § 1 ff de verbor oblig. Aut eſt du-
bium, & tunc, ſubdiſtinguitur. Si enim poteſt intelligi ſecun-
dum vnum ex contrahentibus tantũ, tunc intelligitur ſecun-
dum eum intellectum, ſecundum quem valere poteſt, l. quo-
ties, 12 ff. de reb. dubijs. *S*i vero ſecundum vtrumq; tunc quod
magis veriſimile eſt, intelligitur, leg. in obſcuris, 114. ff. de re-
gul. iur. Si vero dubitatur, quod ſit magis veriſimile, tunc ha-
bet locum regula, d. leg. veteribus, vt ſcilicet contra proferen-
tem, & cum, pro quo eſt appoſitum, pactum intelligatur.

25 Vltimò, de viribus pactorum ſciendum eſt; pacta veſtita
tam actionem, quam exceptionem parere, nuda verò regula-
riter exceptionem tantum, vt ſupra de nudo pacto dictum
26 eſt. Et l. Notanda vulgata regula. Pacta eſſe ſeruanda: nihil
enim magis fidei humanæ congruit, quam ea, quæ placue-
b runt, cuſtodire, l. 1. ff. de pact Et graue eſt *b* fidem fallere, l. 1.
in princip. ff. de conſt. pecun. Hinc Bald. in l 1. ff. de pact. refert
ab Ariſtotil. ſæpe admonitum eſſe Alexandrum Magnum, vt
promiſſa ſeruaret, & fidem coleret: alioquin eum infœlicem
futurum. Vnde conuentio, & pactum inter ipſos contrahen-
tes lex dicitur, leg. legem, 10 Cod de pactis, & l. 1. §. ſi conueni,
ff. depoſiti, vbi dicitur, (Contractus ex conuentione legem
27 accipiunt.) Sicut, & diſpoſitio teſtatoris lex appellatur, quæ
ab hæredibus ſeruanda eſt, cap. Secundum, 2. verſ. Diſponat,
Nouell. 22. De nuptijs. Hæc tamen regula limitatur non pro-
cedere, ſi pacta fiant ſuper eo, quod à lege fieri prohibetur.
Pacta enim, quæ contra leges, & bonos mores fiunt, nullam
habere vim, indubitati iuris eſt, vt dicitur in l. pacta, 6. Cod. de
pact. Imo nullum contractum, nullam conuentionem, nullũ
pactum inter eos videri ſubſecutum, qui contrahunt lege cõ-
trahere prohibente, & talia pacta non ſolum inutilia, ſed pro
infectis etiam haberi ſtatuit Imperator in lege non dubium,
5. C. de legibus. Veluti lege prohibentur bona immobilia mi-
norum, ſine decreto iudicis alienari, ideo non valet talis alie-
natio, quin etiam minor vendicare fundum, ſine decreto iu-
dicis alienatum, poſſit, l. non ſolum, 4. l. prædiorum, 10. & tot.
tit. C. de prædijs minor. ſine decreto iudicis non alienand. Sic
etiam pacta contra bonos mores, & quæ continent turpem
cauſam, vel inuitant quem ad delinquendum, non ſunt obli-
gatoria, nec ſeruanda, d. l. pacta, & leg illud conuenire, 5. ff. de
pact. dotal. Sicut & mandatum rei turpis non eſt obligatoriũ,
§ illud, 7. infra, de mand. Et flagitioſæ rei ſocietas coita nullã
28 vim habet, l. ſi à reo, 70. §. fi. ff. de fideiuſſor. II. De viribus pa-
ctorum notanda eſt alia regula, quod pacta inter aliquos fa-
cta, eis debent prodeſſe, & nocere, cum quibus facta ſunt, &
non alijs, l. ſi vnus 27 §. pacta, 4. verſ. Ante omnia, ff. de pact.
c Mihi enim cui factum eſt pactum, quæritur actio, cum *c* alte-
ri ſtipulari, vel paciſci nemo poſſit, § alteri, 18. infra de inutil.
ſtipul. Item tibi nocet, quod promiſiſti, quia te ſaltem obligat,
alteri autem non nocet. Certiſſimum enim eſt, ex alterius cõ-
tractu neminem obligari, l pen. C. ne vxor pro marito. Et res
inter alios acta, alijs non pręiudicat, tot. titul. C. res inter alios
d acta, & cæt. Hæc regula fallit in hæredibus ipſorum *d* paci-
ſcentium, quibus & nocet, & prodeſt pactum defunctorum,
etiamſi de hęredibus in pacto non ſit facta mentio, duplici ex
ratione, 1. Quia hæres, & defunctus, vna, & eadem perſona
eſſe cenſetur, c. 1. Nouell. 48. De iureiur. à moriente præſtito.
e 2. Quia *e* quilibet ſibi, & ſuis hæredibus intelligitur proſpexiſ-
ſe, vt dicitur in c. 1. De duobus fratribus à ca. inueſt. Et de hac
limitatione eſt text. expreſs. in l. ſi pactum, 9. ff. de prob. & in l.
veteris, 13. C. de contrahen. & commit. ſtipulat. & l. viam ve-
ritatis ignoras, 10. C. locati. Et facit huc dictũ Abbat. in cap. fi.
in 1. notab. de arbitris, omnem contractum celebratum ſem-
per ita intelligi, vt includantur hęredes Hinc eſt, quod clauſu-
29 la de hæredibus ſoleat apponi, (Fur mich, meine Erben, vnd
erbnemen.) Sed illa clauſula eſt ſuperuacanea, vt eſt text. in l.
eum qui ita, 56 §. 1. in verbo, Superuacanea, & ibi Iaſ. & Ca-
30 ſtrenſ. ff de verb. oblig. Sed quia multiplicatio verborum non
neceſſaria ſubſtantiam rei non mutat, vt dicitur in l. pediculis
32. § Labeo, ff. de auro, & argento legato, ideo conſultus eſt,
dubitationis tollendæ cauſa ſemper adijcere de hæredib. l. quæ
dubitationis, 81 ff de reg iur. Hinc dicunt pulchrum verbum
Ioan. Andreas Hoſtien. & Archidiac. in cap. Nimis iniqua, 16.
ext. de exceſſ prælatorum, quod ea, quæ ſunt deducenda in
contractibus litteris inſtrumentis, & priuilegijs, non poſſunt
ſatis frequenter repeti, propter ſophiſticam, & calumnioſam
quorumdam interpretationem tolendam, ne nobis eueniat,
& obijciatur id, quod dicitur in l. veteribus 39. ff. de pac. videli-
cet, imputetibi, cur legem conuentionis apertius, non dixe-
31 ris. Notandum tamen, licet omiſſa fuerit mentio hæredum
in contractibus, nihilominus hæredes includi, d. leg. ſi pactum
niſi ſpecialiter actum, ſit, vt pactum perſonas contrahentium
non excedat, tunc enim perſonale pactum eſſe intelligitur, de
quo habetur, in l. iuriſgentium, 7. § pactorum 8. ff. de pactis.

ADDITIONES.

a *Vide in hunc locum Dinum in cap. in obſcuris, de regul. iur. in 6. & Decium in l. ſemper in obſcuris, 9. ff. de regul. iur. in 6. vbi plura ad hanc regulam.*

b *Vide Marſil ſing. 148. Adde Socin. regula fidem frangenti regulariter fides ſeruari non debet 149.*

c *Pacta dari aut fieri vt ſint valida, quæ requiratur, vid. Mynſinger. 1 Obſeruat. 97.*

d *An in contractibus ius adimplendi conditionem, item priuilegium immunitatis ad hæredes tranſeat. Vide Gayl. 2. obſeruat. 2.*

e *Adde, & quia pactum in dubio intelligitur reale, & præſumitur perſona adiecta demoſtrationis cauſa. Bartol. in leg. qui in futurum, §. 1. ff. de pact.*

QVIBVS MODIS RE
contrahitur obligatio.

TITVLVS XV.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Nomina debent eſſe conuenientia rebus.*
3 *Obligationes re contrahi quare dicantur.*
4 *Aliud contractus, aliud promiſſio de contrahendo.*

5 *Enim.*

5 *Enumeratio contractuum, qui re celebrantur.*
6 *Mutuum, commodatum, depoſitum, ſunt contractus gratuiti.*
7 *Pignus gratia vtriuſque contrahitur.*
8 *Definitio mutui, & vnde ſumpta.*
9 *Mutui etymologia, & an argumentum ab etymologia valeat.*
10 *Subſtantialia quæ, & nu. 11. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. & 21.*
12 *An dicatur mutuum, ſi pecunia, quæ fuit mutuata reddatur in ſpecie.*
16 *Vindicatio requirit à parte agentis dominium.*
22 *Mutuum aliud naturale, aliud ciuile.*
23 *Subdiuiſio mutui naturalis, & mutuum mere naturale quid.*
24 *Mutuum naturale, cui ius ciuile cooperatur, quid.*
25 *Subdiuiſio mutui ciuilis.*
26 *Mutuum mere ciuile.*
27 *Mutuum quomodo reconcilietur.*
28 *An mutuanti poſſit opponi exceptio dominij.*
29 *Qualis actio ex contractum eis oriatur.*
30 *Condicere quid, & condictio vnde.*
31 *Condictio certi generalis, & condictio certi ſpecialis.*
32 *In contractibus quæ conſiderari ſoleant.*
33 *Caſus fortuitus quid.*
34 *An furtum ſit caſus fortuitus.*
35 *Dolus quotuplex.*
36 *Dolus manifeſtus, qui dicatur.*
37 *Dolus præſumptus qui, & in quo committatur.*
38 *Lata culpa quid.*
39 *Leuis culpa quid.*
40 *Leuiſſima culpa quid.*
41 *Quæ in mutuo præſtari ſoleant.*

In Rubricam, & principium tituli.

1 IMperator in hoc titul. primum membrum diuiſio-
nis, ſupra in §. fin. præcedentis tituli traditæ proſe-
quitur, declarans contractus, qui re contrahuntur.
2 Et qui nomina debent eſſe conuenientia rebus, vt
dicitur in §. eſt, & aliud, 3. ſupra de donationibus. Ideo in his
3 contractibus re contrahi obligatio, dicitur, quod in illis præ-
ter conſenſum partium, qui omnino adeſſe debet, neceſſe eſt,
vt res ipſa, quoque interueniat, nec enim ſufficit conuentio
partium, niſi res quoque, de qua conuentum eſt, actualiter
tradatur, & interueniat. Vt licet tu, & ego centies conuenia-
mus de mutuanda pecunia, vel deponenda aliqua re, ego ex
tali conuentione nunquam tibi obligor ex mutuo, vel depo-
4 ſitu, niſi pecuniam actualiter numeres, vel rem deponas.
Aliud eſt enim contractus, & aliud promiſſio de contrahen-
du, vt pulcher traditur per Iaſ. in leg. in bonæ fidei, 7. ff. de eo,
5 quod certo locu. Et in his contractibus ad plus obligari non
poſſumus, quam re vera acceperimus, l. ſi tibi decem, 7. ff. de
6 pact. & leg. cum vltra, 9. C. de non num. pecun. Enumerantur
autem hic quinque contractus, qui re celebrantur, Mutuum,
ſcilicet indebitum, Commodatum, Depoſitum, & Pignus. Et
horum contractuum quidam gratia vnius tantum celebran-
tur, vt eſt mutuum, & commodatum, qui contractus ſolius
debitoris, ſiue accipientis gratia celebrantur, vterque enim
debet eſſe gratuitus, cap. Conſuluit, 10. extr. de vſuris, & §. item
7 is cui, 6. inf. eod. Depoſitum vero ſolius deponentis vtilitatem
reſpicit. leg. ſi vt certo, 5. ff. nunc videndum, ff. commodati. Pi-
gnus autem vtriuſque contrahentis gratia interponitur, §. fin.
infr. eodem. Cæterum is qui ex indebiti ſolutione obligatur,
non proprie ex contractu, ſed ex quaſi contractu obliga-
tur, dictu §. Item is cui, infra de obligat. quæ ex quaſi con-
tract. naſc.

a DE a MVTVO.

Quid eſt mutuum?

8 Eſt contractus nominatus ſtricti iuris, qui celebratur datio-
ne vera, vel ficta rei conſiſtentis in numero, pondere, vel
menſura, cum ſpe recipiendi tantumdem in genere ſuo, eiuſ-
dem bonitatis, & qualitatis, ſecundum Bart. in l. 2. §. fin. in fin.
ff. ſi cert. pet. & colligitur hæc definitio ex principio titul. no-
ſtri, & l. 2. in princ. ff. ſi cert. petat. Cum enim habeat nomen
ſpeciale, quòd alijs contractibus non eſt communicabile, ſu-
pra in titul. præced. poſt glo. Bart. & alios ſupr. Rubr. Cod. de
rerum permut. dicta ſunt, & ſtricti iuris, quia non numeratur
inter contractus bonæ fidei, §. actionum, 28. infr. ne actio. Et
9 dictum eſt mutuum à meo, & tuo, quia ita me tibi datur, vt
ex meo fiat tuum, vt hic, & d. l. ſecun. §. appellata, ff. ſi certum
petat. vbi Doctor. tradunt, an argumentum ab Etymologia
vocabuli valeat. Et communiter concluditur, negatiue illud
procedere: veluti, de meo non fit tuum, ergo non eſt mutuũ:
non autem affirmatiuè, veluti, fit de meo tuum, ergo eſt mu-
tuum: quia poteſt eſſe donatio, vel alius contractus. De quo
plenè vide Nicol. Euerard. in locis legal. loco, ab Etymologia
vocabuli, & Doct. hic, & in d. l. 2. §. appellata.
10 Requiruntur autem ad ſubſtantiam mutui quatuor, ſecũ-
dum Bart. & communiter Doct. in d. l. 2. ff. ſi cert. pet.
11 Primum, quòd animus contrahentium mutuum ſit, vt non
idem corpus, quod traditur, reſtituatur, ſed aliud. Quandocũ-
que enim id agitur, vt eadem ſpecies, ſecundum Iuriſconſ. vel
idem indiuiduum, ſecundum Dialecticos, reddatur, tunc ca-
dit in aliam ſpeciem contractus, & erit, aut commodatum,
aut depoſitum, vel pignus, d. l. 2. in princip. Cuius occaſione
12 gloſſ. hic in verbo. Et quandoque, & in d. l. 2. quærit. Quod ſi
illa eadem pecunia, quæ fuit mutuata, in ſpecie reddatur, quia
forte accipiens mutuo, poſtea non indiget pecunia, ideo ean-
dem acceptam ſtatim reſtituit creditori, ſi ſit mutuum? Et de-
ciditur, quod ſic, per text. hic, ibi, (Quandoque nobis non ea-
b dem re, &c.) Quia hic magis attenditur principale *b* propo-
ſitum contrahentium, quam id, quod poſtea incidenter con-
tingit, adeo, vt etiam mutuatarius inuito creditore eandem
mutuò acceptam reddere poſſit, ſecundum commun. Doct.
ſententiam, in d. l. 2. in princ.
13 Secundum ſubſtantiale in mutuo eſt, vt illud aliud, quod
redditur, ſit eiuſdem generis; ſecus, ſi redderetur in genere
diuerſo, vt pecunia pro vino, vel vinum pro tritico. Tũc enim
potius eſſet venditio, vel permutatio. Debet igitur pecunia
pro pecunia, frumentum pro frumento ſolui. Hinc I. C. in d.
l. 2. §. mutui datio, inquit: Aliud pro alio inuito creditore ſol-
c ui non poſſe. Si *c* tamen acciperet quis pecuniam mutuo ex
cauſa neceſſitatis, ſi pecuniam non haberet, frumentum pro
pecunia reddere poſſet, & nihilominus eſſet mutuum, ſecun-
dum Bart. & Doct. in d. §. mutui datio, nu. 3. facit l. pretij cau-
ſa, 9. C. de reſcind. vend.
14 Tertium ſubſtantiale eſt, vt res, in quibus mutuum contra-
hitur, numero, pondere, vel menſura conſiſtant. In illis enim
concurrunt ea, quæ ſunt de natura mutui, videlicet quod re-
ſtituitur aliud corpus, in eodem tamen genere, quod reputa-
tur non aliud, ſed idem, cum propter omnimodam ſimilitu-
dinem, & vtilitatem, quam huiuſmodi res inter ſe habẽt, tum
quo ad affectionem, tum etiam quo ad vtilitatem. Et hæc di-
cuntur recipere functionem alterius in genere ſuo.
15 Quartum eſt, vt res accipientis fiat, adeoque dominium *d*
d rei in eum omninò transferatur, vnde etiam mutuum dici-
tur, vt hic, & d. l. 2. §. appellata. Et huius requiſiti magnus eſt
vſus; quoniam creditor deinde nummos forte apud tertium
exiſtentes, non poteſt vindicare, ex quo non eſt dominus,
16 quia dominium in mutuatarium tranſtulit. Vindicatio au-
tem à parte agentis dominium requirit, l. in rem, 23. ff. de rei
vindicat. vnde mutuans perpetuò cogitur inhærere perſonæ
debitoris, & actione perſonali ex mutuo deſcendente con-
tra eum experiri, vt notatur in leg. eum qui mutua, 13. & l. nõ
aduerſus, 15. Cod. ſi cert. petatur. Quando igitur iſta quatuor
non interueniunt, ſed vnum ex his deficit, non dicit mutuum,
ſecund. Paul. de Caſt. in d. leg. 2. in princip. Non tamen ſequi-
tur, omnibus iſtis concurrentibus ſemper eſſe mutuum. Imò
poteſt nunc etiam alios eſſe contractus, ſi hoc agatur, vt eſt
caſus in leg. Lucius, 24. & in leg. die ſponſaliorum, 25. §. 1. ff.
depoſitum, vbi poteſt eſſe depoſitum, licet egrediatur termi-
nos depoſiti. Termini namque depoſiti ſunt, vt dominium
in depoſitarium non transferatur. Item vt reſtituatur idem
corpus. Item, vt depoſitarius re non vtatur, ſed tantum cu-
ſtodiat, alias furtum committet: veruntamen ſi deponu pe-
nes te centum numerata in ſacculo non obſignatu, cum iſta
licentia, ſi opus habeas, vt vtaris pecunia, iſto caſu, ſecundum
Paul. de Caſtr. in d. leg. 2. in princip. transfertur dominium in
te: Item conceditur licentia vtendi, & contrahitur obligatio
ad

ADDITIONES.

a *De mutui actione, vide § ſequens illud diuiſio, inf. tit. De actio.*
b *Ideſt, in mutuo hoc à principio conueniri non poteſt, vt res ea-
dem reddatur, quod ſi conueneris, mutuum non erit.*
c *Adde cauſam, l. ſi vinum, in fin. vbi gl. ff. ſi cert. pet. l. ſi ſeruum,
ff. de verb. oblig. l. item veniunt, §. idem rationem, ff. de petit. he-
red. & Soc. reg. Salui vinum pro alio, 377.*
d *Interdum tamen ſufficit, ſi ex poſt facto dominium in accipien-
tem transierit, vt mox dicetur, num. 27. infr.*

ad aliud corpus in genere. Quæ omnia ſunt de natura mutui,
& in nõ eſt mutuum, ſed depoſitum, poſtquam expreſſe hoc
actum eſt, vt ſit depoſitum, licet fines eius tranſgrediatur. Et
hæc ſunt magni effectus, cum depoſitum ſit contractus bonę
fidei mutuum verò ſtricti iuris. De quo in §. actionum, 28. in-
fra de actio. dicetur. Item in mutuo pręſtetur caſus fortuitus,
17 non autem in depoſito. §. præterea, inſ. eod. Vltra prædicta
ſubſtantialia mutua, gl. hic, in verb. Mutui, alia quatuor requi-
ſita ponit. Idem tacit Gloſ. in d. l. 2. §. mutui datio. Neq; enim
ſufficit, vt illa, quæ dantur, poſſint numerari, ponderari, &c.
alias ſequeretur, mutuum non poſſe tantum celebrari in pe-
cunia, vino, &c. ſed etiam in aliis ſpeciebus cum & æqui, &
oues numerari, item libri, & alię res ponderari poſſint. Itaque
18 ſupplet gl. hic, etiam alia requiri At I. Conſideranda eſt natu-
ra, vt res, quæ data eſt ad numerum, ad hoc naturaliter inuẽ-
ta ſit, vt numeretur, vt pecunia. Quod tamẽ à Bart. & Paul. de
Caſt. in d. l. 1. §. mutui, reprehenditur, & ſufficit ſecundũ eos,
res eſſe vniformes bonitate, & qualitate & ſic in genere ſuo
recipere functionem, licet naturaliter ad hoc productæ non
ſint, vt numerentur, vt in pipere. Nam omnia eius grana ſunt
vniformis qualitas, & bonitatis, quare piper ad numerũ etiã
mutuari poteſt. Nec tamen poſſumus dicere, quod ad hoc ſit
19 inuentum, vt numeretur, ſed ponderetur, vel menſuretur. II.
Requiritur ſecundum gloſ. hic conſuetudo. Et hoc dupliciter
intelligi poteſt, vno modo, quod ſit conſuetudo, vt res in ſuo
genere recipiant functionem, vt vinum, frumentum. Secus, ſi
non eſt talis conſuetudo, licet reperirentur res eiuſdem gene-
ris, & omnino ſimiles, vt puta plures codices manu eiuſdem
ſcriptoris ſcripti in charta, forma, & per omnia ſimiles. Quã-
uis enim inter eas ſit omnimoda ſimilitudo: tamen quia non
eſt conſuetudo, vt in genere ſuo recipiat talem functionem,
non conſiſtit in eis mutuum Et hoc modo gl bene dicit. Al-
tero modo poteſt intelligi, quod ſit conſuetudo, hoc eſt, con-
ſueuerit mutuari, & hoc modo nõ bene ſequitur gl. quia mul-
ta ſunt, quæ non conſueuerint mutuari, ſi tamen naturaliter
recipere functionem poſſent. De quo latius Bart. & Paul. de
20 Caſt. in d § mutui. III Aptitudo rei attendenda eſt, vt res de
ſui natura ad numerum, ſeu pondus, vel menſuram adapte-
tur Dicit enim Imper. hic mutuum contrahi in his rebus quæ
bonitatem, & vtilitatem eandem retinet in pondere, nu. &c.
a quod non eſt in lib. *a* ouibus, & ſimilibus rebus in quibus non
conſiſtit, nec retinetur ſubſtantia eiuſdem bonitatis, & vtili-
tatis in numero, vel pondere. Licet enim numerari, vel pon-
derari poſſint, tamen magna eſt differentia inter vnam ouem
21 & aliam IV. Requiritur, vt actus contrahentium adaptetur
ad aptitudinem rei, vt puta pecunia, quę habet aptitudinem
numerandi, datur ad numerum, ſi enim daretur in ſacculo, vt
eadem pecunia reſtitueretur, non eſſet mutuum, de quo la-
tius Doct. in d. l. 2. §. mutui datio.

Quotuplex eſt mutuum?

Veriſſimum eſt, quod inquit Iaſ. in d. l. 2. §. ſi. propriè loquẽ-
do, non niſi vnicum tantum eſſe mutuum, quod ſcilicet re
interueniente celebratur. Doct. tamen purioris doctrinę gra-
22 tia, poſt gl. in d. l. 2. § ſi. duas ſpecies principales mutui conſti-
23 tuunt videlicet, vt mutuum aliud ſit naturale, aliud ciuile. Et
b naturale *b* ſubdiuiditur, quoddam enim eſt mutuum mere na-
turale, vt quando abſque ſtipulatione, vel litterarum obliga-
tione, & ſic nulla obligatione, vel iure cogente, ego actualiter
numero, & mutuo tibi pecuniã, & in te dominium eius tranſ-
fero. Et illud proprie dicitur mutuũ, quod ſimpliciter re con-
24 trahitur, de quo hic agitur. Quoddam vero eſt mutuum na-
turale, cui ius ciuile cooperatur per aliquã fictionem, vt quã-
du pecuniam, & ſic res verè interuenit, & innumerata eſt, ius
tamen fingit eum numeraſſe, qui non numerauit, vel eſſe do-
minum, qui non erat dominus, veluti, ſi meus ſeruus, vel filius
nummos peculiares alteri mutuet; nam tunc mihi quæritur
actio, licet nummi nõ fuerint mei, d. l. 2. §. in datione, ff. ſi cer.
pet. Et illa ſpecies mutui parit obligationem, ex quo poſtea na-
ſcitur actio quæ vocatur condictio certi ſpecialis ad repeten-
25 dum mutuum, de qua infra dicetur. Ciuile vero mutuum iti-
dem ſubdiuiditur. Aliud enim eſt mutuum ciuile, cui natura
cooperatur, quando ſcilicet per ſtipulationem promitto alte-
ri mutuo dare decem, & iſtam ſtipulationem in continẽti ſe-
quitur numeratio. Hoc inquam, erit mutuũ ciuile per ſtipula-
tionem, quæ eſt iuris ciuilis, qui natura per numerationem
cooperatur: vnde oritur actio non ex mutuo, ſed ex ſtipula-
26 tione, l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Chryſogonus, verſ. ſupereſt, ff.
de verb. oblig. Aliud eſt mutuum mere ciuile, in quo natura
non cooperatur, vt ſi quis non animo donandi, ſed ſpe futu-
ræ numerationis dat alicui ſuum chirographum, in quo con-
fitetur ſe centum mutuo accepiſſe quos tamen non accepit:
ex illa ſcriptura oritur, mutuum ciuile, cui natura non coope-
ratur, quia non eſt ſecuta numeratio, ſed adeſt tantum ciui-
lis obligatio, de qua infra titul. De litterarum oblig. dicetur.
Porro circa prædicta notandum eſt, licet ſupra dictum ſit,
mutuum non eſſe, niſi in accipiente transferatur dominium
rei mutuatæ: tamen ſunt quidam caſus, in quibus ab initio
non contrahitur, mutuum propter iſtum defectum, quod cre-
ditur non eſt dominus rei, & ſic dominium, quod ipſe non
habet, in accipientem transferre non poteſt, per reg. leg. nemo
plus, 54. ff. de regul. iur. ſed id ex poſt facto incipit demum cõ-
firmari, & valere. Et hoc eſt, quod dicitur mutuum reconci-
27 liari, de quo Gloſ. in verb. Tuum fiat. Et reconciliatur. I. Cõ-
ſumptione pecuniæ alienæ mutuatæ, leg. nam & ſi fur. 13. ff. ſi
cert. pet. II. Vſucapione, vt eſt gloſſ. in leg. indebiti, 15. §. ſed &
ſi nummi, in verb. Agerem, ff. de condict. indebiti. III. Condi-
tionis euentu, l. proinde, ff. ſi cert. pet. IV. Superuenientia do-
minii in mutuantem ex cauſa de præterito, d. leg. proinde,
28 verſic. Item ſi. V. Ratihabitione ſecuta. De quo latius Bart.
& Doct. in d. leg. 2. §. appellata. Sed iam quæritur, an mutuan-
c ti opponi poſſit exceptio *c* dominii? Tu non fuiſti dominus
rei mutuatæ, & ſic an ille, qui ex mutuo conuenitur, poſſit
referre quæſtionem dominii? Ad quod breuiter reſponde-
re, communem eſſe concluſionem Doctor. quod non: cum
recipiens habeat cauſam à mutuante, & mutuans in dubio
præſumatur dominus, ex quo non apparet alium eſſe domi-
num. De quo Bart. in d. l. nam, & ſi fur, & Iaſ. in l. ſi à furioſo,
12. ff ſi cert pet. Ioan. Fab & Iaſ. in §. ſequens. 16. inſt. de actio.
num. 13. vbi ſubiicit Iaſ. hoc approbari æquitate, & communi
vſu: alias agentem ex mutuo, vix aut nunquam obtentu-
29 rum. Vltra prædicta circa principio tituli noſtri notabitis,
ex contractu mutui oriri actionem, quæ vocatur condictio
certi ſpecialis, ad cuius intellectum præmittendum, quod om-
nis actio perſonalis appellatur condictio, §. appellamus, 15.
30 infra de act. Condicere enim priſca lingua eſt denunciare:
de iure enim antiquo, ſi quis habebat quem obligatum, priuſ-
quam eum conuenire poterat, cogebatur ei denunciare, vt
ſolueret. Vnde dicta eſt condictio à Con. & Dico, quaſi ſi-
mul dictio, & locutio. Hodie autem iſta denunciatio non
requiritur de neceſſitate, ſed tantum de vrbanitate, leg. debi-
tores, 10. ibi Gloſſ. Bart. & Doctor. Cod. de pign. & l. quidam
libertis 1. ff. de ſeruit. vrban. præd. de quo in d §. omnium, 1.
infra de actio. dicetur. Omnes itaque actiones perſonales
vocantur condictiones. Sed animaduertendum eſt ſecun-
dum Iaſ. in d. leg. certi condict. 9 ff ſi cert. petat. quod quæ-
dam tranſeunt in ſpeciale nomen, vt actio, ex vendito, loca-
to, &cæt & tales large dicuntur condictiones, vt eſt gloſ. in
leg actionum genera, 25. ff. de obligat. & action. Quędam ve-
ro remanſerunt ſub nomine generis, nec habent ſpeciale no-
men, verumtamen, vt vna ab alia diſcernatur non dicuntur
ſimpliciter condictiones, ſed cum aliqua adiectione, vt con-
dictio ob cauſam condictio indebiti, condictio triticaria, &c.
Quantum igitur ad propoſitum noſtrum attinet, licet variæ
ſint opiniones, an vna ſit condictio certi, vel plures: tamen
quia hæc res ſecundum Iaſ. in d. leg. certi condictio, eſt ſine
vtilitate, aut modica notabitis condictionem certi eſſe du-
plicem: condictionem certi ſpecialem, & certi generalem.
Condictio certi generalis datur ex omni contractu, & obli-
gationibus duris, vbi certum quid petitur, dict. leg. certi con-
dictio, in princ. Quando autem contractus dicatur continere
certum, declarat Iuriſc. in l. vbi autem, 75. de verb. oblig. Con-
dictio certi ſpecialis datur tantum pro mutuo, ad repeten-
dum id quod mutuo datum eſt, de qua in §. ſequens, 16. infra
de act. dicetur.

Vltimo circa materiã mutui, quæritur, quæ in mutuo præ-
ſtari ſoleant? ad cuius & omnium contractuum intellectum,
ordinaria doctrina Bartol. in leg. quod Nerua, 32. ff. depoſi-
ti, præmittenda eſt, quod in omnibus contractibus quinque
conſi-

ADDITIONES.

a *Nam eſt liber ad pondus tradatur non tamen mutuum erit.*
b *Naturale, ac vere mutuum eſt, cum ipſe creditor reipſa mutuũ numeraunt. Fictione vero naturale, & verum, quoties creditoris filius vel ſeruus, vel procurator nominauit.*
c *De exceptione dominii, & quod non poſſit agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis obiici, etiamſi in continenti ſe dominum probare efferat, vide l. ſi quis à ſe, fundum, C. ad l. Iul. de vi. Socin. regula. Exceptio dominii, 123. Gayl. 2. Obſeru. 75.*

conſiderari ſoleant, caſus fortuitus, dolus, lata, leuis & leuiſſi-
32 ma culpa. Caſus *a* fortuitus, eſt inopinatus rei euétus, quem
a nulla hominum prouidentia, vel cura cauere, aut præuidere
poteſt, ſecundũ Abb. in c. 1 ext Commodati. Hinc quæritur,
33 an furtum inter caſus fortuitos numeretur? Et communiter
34 diſtinguitur. Aut culpa poteſt imputari, quia præceſſit talis
actus, qui culpa poteſt adici ibi, & non eſt caſus fortuitus. Aut
nulla culpa imputari poteſt, quia nõ præceſſit actus cum cul-
pa coniunctus; & tunc caſus eſt fortuitus, vt quando aliquid
probatur, propter quod præſumptio culpæ tollitur: veluti, ſi
vxor, vel familiaris, è furto ſubtraxiſſet, in quibus eſt haben-
da confidentia. Item, ſi quis oſtium confirmaſſet, & noctu eſ-
ſet fractum. De quo vide not in leg. quę fortuitis, 6 C. de pig.
act. Dolus eſt duplex, manifeſtus, & præſumptus. Manifeſtus
35 eſt omnis calliditas, & machinatio, ad decipiendum fallen-
36 dumque alterum manifeſte adhibita, leg. 1. §. 1. ff de dolo. Et
Bart. in d. l quod Nerua, addit actionem, manifeſtè, ad diffe-
rentia doli præſumpti. Dolus enim verus, manifeſtis, & per-
ſpicuis indicijs perſpicitur, & probatur, l. dolum, 6 C. de dolo.
Et Ioan. de Imola, in d. c. vnico, ext. Commodati, ponit tale
exemplum in depoſitario, qui inſtigat aliquem, vt rem penes
ſe depoſitam ſuretur, eique indicat rem, & paciſcitur cum fu-
37 re de re participanda. Dolus *b* autem præſumptus, qui a Bar.
b in d. l. quod Nerua, latior culpa appellatur, eſt machinatio ad
decipiendum fallendumque alterum adhibita præſumptiuè.
Non enim conſtat ex apertis, & perſpicuis indicijs, ſed tantũ
ex præſumptione legis colligitur, quando lex ſiniſtre, & male
de aliquo ſuſpicatur, & præſumit doloſe eſſe factum, licet ma-
nifeſtè non conſtet. Et plerumq; committitur in omittendo,
ideſt non faciendo eo, ad quod quis obligatus eſt, ſcitque ſe
teneri, & tamen non facit, ſecũdum Paul. de Caſt. in d. l. quod
Nerua. Veluti ſi depoſitarius res ſuas probe incluſit, & cuſto-
diuit, dimiſſa re depoſita forte in loco ædium minus tuto, ita
vt facile ſubtrahi poſſit. Et differentias inter dolum verum, &
38 præſumptum, vide per Bart. & Doct. in d. leg quod Nerua.
c Lata *c* culpa eſt, non intelligere quod omnes homines intel-
ligunt, l. latæ, 223 ff. de verb. ſign. vel ſecun. Bar. in d. leg. quod
Nerua, eſt deuiatio incircumſpecta, ideſt improuida, ab ea di-
ligentia, quam communiter homines adhibent, qui ſunt eiuſ-
dem profeſſionis, & conditionis. Et ſic eſt in curia quædam
quæ tamen ex maligno animo non procedit ideſt craſſa, &
ſupina ignauia, & negligentia: veluti ſi commodatarius dimit
teret rem commodatam in ædibus, & aperta ianua abiret, ita
vt a fure ſurriperetur. Leuius culpa eſt, non adhibere eam di-
39 ligentiam, & cuſtodiam in rebus alienis, quam diligens pater
familias adhibet in ſuis: veluti, ſi depoſitarius dimittit rem in
cubiculo, ciſta, non occluſa, vel claue non exempta, quod di-
40 ligens paterfamilias facere non ſolet, &c. Leuiſſima culpa eſt
non adhibere tantam diligentiam in rebus alienis, quantam
adhibet diligẽtiſſimus paterfamilias in rebus ſuis, veluti, ſi de-
poſitarius dimittit rem depoſitam in cubiculo, occluditq; ia-
nuam probe, abiens tamen non reuoluit clauem, nec tentat
an ianua ſit rectè clauſa, ita vt deinde fur veniens tentanſque
oſtium non bene eſſe clauſum, ſurripiat rem, quod diligen-
tiſſimus non omiſiſſet. Iudex tamen ſecundum Fabr. hic de-
bet arbitrari ex circumſtantijs, & coniecturis, in qua culpa
quis fuerit, & latius de hac materia videte Bar. & Doct in d.
l. quod Nerua, & Bal. in d. l. quæ fortuitis, C. de pig. act. & Ca-
noniſtas in c. vnico, ext. Commodati. Pro concluſione igitur
principij noſtri quæritur, quæ in mutuo præſtari ſoleant? Ad
quod breuiter reſpondendum, omnia illa quinque præſtari.
41 Vtcunque enim pecunia mutuata caſu, dolo, lata, leui, vel le-
uiſſima culpa mutuatarij amiſſa fuerit, nihilominus tenetur
tãtundem in genere, quod mutuatum eſt, reddere: cum quia
factus eſt dominus rei mutuatæ, d l. 2. §. appellata, & periculũ
caſus fortuiti regulariter ſpectat ad eum, qui eſt dominus le.
pignus, 9. C. de pig. actio ideoque ipſi res perit: tum quia eſt
debitor generis, id quod perire non poteſt, l. incendium, 11. C.
ſi certum petatur. De quo Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam, 4. n. 26.
ff. ſi cert. pet. &c.

ADDITIONES.

a *De caſibus fortuitis, vide l. quæ fortuitis, C. de pign. actio. & in l. contractus quidam, 23. ff. de reg. iur. Et qui dicantur caſus inſoliti vide apud Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 80.*

b *Dolus præſumptus dicitur, quoties quis id non facit, quod iure facere tenetur, l. ſi per procuratorem, ff. mand.*

c *Lata culpa eſt, cum quis admittit quod nullus admitteret, vt hic, & l. cedere diem, 213. in fin. ff. de verb. ſignific. l. 7. §. 2. ff. de admin. tut. Leuis culpa eſt, cum quis id facit, quod nemo diligẽs paterfamilias faceret. Leuiſſima vero, cum id fit quod diligentiſſimo non fieret. Latam igitur culpam metimur ex omnium hominum ſenſu, leuem ex diligentis, leuiſſimam ex diligentiſſimi patrisfamilias vſu, & conſuetudine.*

DE INDEBITO.

§. Is quoque.

1 *Indebiti præſcriptio.*
2 *Indebiti ſpecies quæ, & n. 3. 4. & 5.*
6 *Exceptiones indebiti ope exceptionis, quadruplices, & num. 7. 8. & 9.*
10 *Actio per quam indebitum ſolutum eſt, quæ dicatur.*
11 *Condictio indebiti, vt competat, quæ requirantur, & nu. 12. & 14.*
13 *Qualiter in condictione indebiti error probetur.*
15 *Creditor ſcienter recipiens indebitum, furtum committit.*
16 *Condictio indebiti quando ceſſet.*

1 SEquitur nunc ſecundus contractus, qui re contrahitur, In-
debitũ, ſcilicet quando quis per errorem ſoluit quod non
debet, vbi recipiens propter interuentum rei, quæ ipſi ſoluta
eſt, per condictionem indebiti reſtituere, & hoc ex capite natu
ralis æquitatis, quod vult neminem cum alterius iactura lo-
cupletari, l. nam hoc natura, 14. ff. de cond. ind. Sed quia hoc
a indiſtinctè *a* non procedit, præmittendum eſt poſt Gl. Bart.
& Doct. in l. 1. ff de cond. indeb. Gl & Canoniſtas in c. fi. De
ſolutionibus: indebitum eſſe quadruplex. Primo, indebitum
ciuiliter, ſed naturaliter debitum: veluti, ſi quis ſoluit id, quod
ex ſola obligatione naturali, puta conſenſu ſiue approbatione
iuris ciuilis debet, vt in nudo pacto, quando quis ſoluit id,
quod per nudum pactum promiſit. Idem ſi quis ſoluit illud,
quod in teſtamento minus ſolenni alicui relictum eſt, vbi eſt
conſenſus defuncti, ac proinde oritur naturalis obligatio, &
fit naturaliter debitũ. Sed quia ius ciuile propter omiſſas ſo-
lemnitates, non aſſiſtit huic conſenſui, non oritur ciuilis o-
bligatio, & ideò eſt indebitũ ciuiliter. Hac in ſpecie ſi ſolutio
facta fuit errore iuris, quia hæres volens retinere Falcidiam,
legata ſoluit integra, credens ſe teneri, certè non poteſt repe-
tere, quia errauit in iure. Ius enim conſuluit hæredi, vt poſſit
quartam de hæreditate defalcare, & ſic illud eſt indebitũ ciui-
liter, quia de iure non tenetur ſoluere integra legata, ſed na-
turaliter debitũ, propter conſenſum defuncti. At vero, quia
hanc diſpoſitionẽ iuris hæres ignorat, & ſoluit omnia legata
errat in iure. Igitur non habet repetitionẽ, l. cum quis, 10. C.
de iur. & facti ignor. niſi ſit minor, vel alioqui perſona, quam
ignorantia iuris excuſat, ſec. Gl. & Doct. d. l. cum quis. Sin au-
tem fuit facta ſolutio errore facti, quia hæres integra legata
ſoluit, credens hæreditatem defuncti eſſe ſufficiẽtem, vt poſ-
ſit habere vltra legata ſuam quartam, & tamen non eſt ſuffi-
ciens: tunc poterit repetere quartam a legatario, quia errauit
in facto, d. l. cum quis & l. error 9. C. ad l. Falc. Errantis enim
nullus eſt conſenſus, l. non idcirco, 9 C. de iure, & fact. ignor.
3 Secundo, indebitum naturaliter, & ciuiliter debitum, ex di
ſpoſitione iuris ciuilis tantum, ſine obligatione naturali: vt eſt
in debito per chirographum facto ſpe futuræ numerationis.
Item in debito, puta ex cauſa mutui, quod creditor mihi re-
miſit per nudum pactum de non petendo: quo tollitur natu-
ralis obligatio, & remanet ſola ciuilis. Et hic ſi ſoluam, poſ-
ſum indiſtinctè repetere id, quod ſolui, ſiue fuerit facta ſolu-
tio per errorem iuris, ſiue facti, Gl. & Doct. in d. l. 1. ff. de cõd.
indeb. & Abb. in d. c. fin.
4 Tertio, indebitum naturaliter, & ciuiliter, vt quando ſolui-
tur id, quod nullo iure debetur, quia ſoluens, nec naturaliter,
nec ciuiliter, erat obligatus. Et tunc æquæ poteſt repeti, ex
quacunque ignorantia ſolutum fuerit, ſecundum Doct. hic,
& in prææallegatis locis.

Quartò,

ADDITIO.

a *Indebitum ſolutũ per errorem repeti poteſt, perinde vt id, quod mutuum datum eſt, §. vlt. infr. de oblig. quæ ex quaſi contract. Hoc tamen non obtinet, ſi indebitum ſoluitur ex cauſa quæ inficiatione creſcit, l. ea quæ, C. eod. Si ex cauſa pia, l. cum his, §. ſi mulier, ff. eod. Si ex cauſa tranſactionis, l. in ſumma, ff. eodem. Si ex cauſa rei iudicatæ, l. 1. C. eo. Si ex cauſa iuriſiurandi, l. 3. §. ſi quis poſtulante, infra, de act. Si ſciente, l. 1. ff. eod.*

Digitized by Google

Quarto. Eſt indebitum ope exceptionis: vt quando quis na
aliter, & ciuiliter obligatus eſt. competit ei tamen exce-
io. Et hoc caſu quadruplices ſunt exceptiones. I. Quædam
ſt exceptio temporalis, veluti ſi quis mihi debet centum an-
1.0 54 ſoluenda, ante aduentum illius anni ſi exegero, obſtat
exceptio temporalis: ſi tamen ſoluerit ante extantem diem,
non poterit repetere, l in diem, 10. ff. de cond indeb. II. Quæ-
a dam exceptio eſt *a* perpetua atque tunc, aut eſt fauorabilis,
& ſolutum repeti poteſt, vt eſt in Senatuſconſ. Velleian. Mu-
6 lier enim habet priuilegium, vt efficaciter non teneatur ex fi-
deiuſſ. ſeu interceſſione pro alienis debitis, ſin de facto fide-
iuſſit, obligatur naturaliter, & ciuiliter. Sed perpetuo com-
petit exceptio Senatuſconſ. Velleiani: ſemper enim eam op-
ponere poteſt, de qua per totum tit ff & C ad Senatuſ. Velle-
7 ian. Et hæc exceptio eſt fauorabilis, quia in fauorem mulie-
rum eſt introducta. Itaq. ſi indebite ſoluerit, vel errore iuris,
vel facti, repetit, l. qui exceptionem, 40 ff. de cond indeb. Aut
b eſt *b* odioſa exceptio, & ſolutum repeti non poteſt; vt eſt in
Senatuſc. Maced. Nam ea mutuo obligatur filiusfam. & na-
turaliter, & ciuiliter: ſed ex diſpoſitione legis habet perpetuã
exceptionem contra creditorem, quæ in odium creditoris
introducta eſt, & non principaliter in fauorem filijfamilias,
vt conſtat ex l. 1. ff. de Senatuſcon. Maced. Veruntamen ſi in-
debitè ſoluerit per errorem iuris, vel facti non poteſt repete-
8 re, dict. l. qui exceptionem. III. Quædam exceptio eſt dubia,
vt cum promitto tibi centum ſub conditione, & in interim
prius, quam conditio extet, ſoluam. Et hic poſſum repetere
ſolutum per condictionem indebiti, cum ſit dubium, an de-
bitum ſit; conditione vero extante repeti non poteſt, leg. ſub
9 conditione, 16 ff de cond. indeb. IV. Quædam eſt exceptio in-
ducta a rigorem iuris conſeruandum, vt eſt exceptio epiſt.
D. Adriani. Quando enim ſunt plures fideiuſſ. vnius debito-
ris, qui omnes ſunt ſoluendo, quilibet tenetur pro ſua parte,
& ſi vnus in ſolidum conueniatur, habet exceptionem epiſt.
D. Adr. ſi tamen ſoluerit in ſolidum, indebitum illud ope ex-
ceptionis non poterit repetere a creditore per conditionem
indebiti: confideiuſſores tamen conuenire poterit, de quo la-
tius vide Bart. in d. l. 1. & Doct. hic.

10 Actio autem, per quam repetitur id, quod indebitè ſolutũ
eſt, dicitur condictio indebiti. Et ad hoc, vt illa competat,
11 tria requiruntur. I Quod res actualis, ſcilicet ſolutio inter-
12 uenerit, cũ ille contractus non niſi re contrahetur. II. Quod
per errorem quis ſoluerit, putans ſe debere, cum tamen non
debeat, alioqui ſi ſcienter quis indebitum ſoluerit, videtur do-
nare, & repetitio ceſſat, l. 1. in fi. ff. eod. Cuius enim per erro-
rem dati repetitio eſt eius conſulto dati donatio eſt, l. cuius
per errorem, 53. ff. de reg. iur. Ideò ſecundum Bart. quem
refert Ang. hic, medium concludendi in libello eſſe debet,
13 quia per errorem ſoluit. Et qualiter hoc caſu error probe-
tur, tradunt Doctor. in leg. poſt diuiſionem, 4 & Bald. in leg.
14 error, 9. C. de iur. & facti ignor. III. Quod non ſolum error
ex perſona ſoluentis, ſed etiam recipientis interceſſerit. Cre-
15 ditor enim ſcienter recipiens indebitum, furtum committit,
ſecundum Gloſs. hic in verb. Condictio, in fin. per l. falſus, 53.
ff. de furt. & leg. quoniam, 18 ff de condict. furti. Quod eſt
verum, ſecundum Bart. ibi, quando falſus creditor ſimulat ſe
creditorem ex ſuo facto, quia inſtat, & vrget. & inducit de-
bitorem ad ſoluendum indebitum. Secus, ſi non ſimularet
creditor, ſed debitor abſque facto creditoris, ſine ipſius per-
ſuaſione ſua ſponte ſolueret, non actio furti, ſed condictio in-
16 debiti locum haberet. Quam dictionem, vt æquam, com-
modat hic Ang. ne quis tam facile actione famoſa conue-
niatur. Vnde pro concluſione diſtinguite, ſecundum Iaſ. ſu-
per Rub. ff. de cond. indeb 1. Quando vterque eſt ignorans,
tam ſoluens, quam recipiens indebitum, tunc ſine dubio hæc
actio locum habet. Quando vterq. eſt ſciens, tunc non habet
locum, quia eſt donatio, d. l 1. ff. eod & d. l. cuius per errorem,
3. Quando ſoluens ſcit non eſſe debitũ, recipiens vero igno-
rat, tunc etiam locum non habet, dict. l. cuius per errorem.
4. Quando ſoluens ignorat, eſſe indebitum, recipiens vero
ſcit, tunc diſtinguite, ſicut iam ea mente Bart. relatum eſt in
d. l. falſus, & in d. l. quoniam.

ADDITIONES.

a *Exceptionum aliæ ſunt fauorabiles, aliæ odioſæ. Fauorabiles ſunt, quæ in meritum alicuius fauorem inducta, l. qui exceptionẽ, ff. de condict. indeb. Præſumuntur autem fauorabiles, ſi inducta propter excipientis imbecillitatem. Tales autem eſt Velleiani exceptio, l. 1 ff. ad Velleianum.*

b *Odioſa eſt exceptio Macedoniani, quia in odium feneratorum i inducta principaliter, non vt iuuaret filiosfamilias, l. 1. & paſſim, ff. de Senatuſc. Macedoniano.*

a DE *a* COMMODATO.

§. Item is, cui.

1 *Commodati definitio, & vnde dicatur.*
2 *Vt ſit commodatum, quæ requirantur, & n. 3. 5. 6. 7. & 9.*
4 *Precarium, & commodatum differunt.*
8 *Commodatum eſt gratuitum.*
10 *Commodatum, & mutuum differunt.*
11 *In commodato, quæ præſtanda veniant.*
12 *Commodatum in quibus rebus conſiſtat.*
13 *Ad quem ſpectet periculum rei in commodato, & alijs contractibus.*
14 *Quando commodatarius, teneatur ſi res commodata caſu pereat.*
15 *An incendium ſit caſus fortuitus.*
16 *An is cuius culpa incendium ortum eſt, teneatur ad æſtimationem damni.*
17 *Actio commodati directa, & contraria.*
18 *Directa cui detur.*
19 *An quis inuitus teneatur recipere rem commodatam deterioratam a commodatario, oblato intereſſe deterior actionis.*
20 *Commodati actio contraria cui detur.*

1 TErtius contractus, qui re celebratur, dicitur commoda-
tum, cuius definitionem Gl. ponit in cap. Vni ext. com-
a modati, *a* videlicet, quòd ſit alicuius rei incertum vſum gra-
tuita conceſſio, vt eadem ſpecies, & non alia eiuſdem gene-
ris, nobis reddatur. Et dicitur ſec. d. Gloſ. commodatum, quaſi
2 ad commodum vtentis datum. Et ad hoc, vt ſit commodatũ,
plura requiruntur. Primo rem interuenire oportet.
3 Secundo, res illa concedetur ad certũ, & expreſſum vſum
certumque tempus expreſſum, vel tacitum. Quando enim ad
certum vſum conceditur, habet in ſe tacitum tempus anne-
xum. Si vero indefinite, non ad certum vſum, & in certum
tempus res datur, dicitur precarium, & poteſt reuocari quã-
4 docunque concedenti placuerit. Commodatum vero quia
in eo certus vſus præfinitus eſt, non poteſt ante tempus exple-
tum reuocari, l. in commodato, 17. § ſicut, ff. eodem. Ex qui-
bus differentiæ inter commodatum, & precarium colligi poſ-
ſunt, de quibus Gloſs. & Doct. in l. 1. ff. de precar. Iaſ. & Doct.
in l. 2. in princ. ff ſi cert. pet.
5 Tertio, debet quis vti commodato ſolum ad vſum, & vſ-
que ad locum determinatum, quem ſi quis tranſgreditur, &
b re commodata aliter vtitur, furtum *b* committit, §. placuit 7.
infr. de oblig. quæ ex delict. naſc. Secus tamen eſt de iure Sa-
xonico. Nam commodatarius accipiens rem commodato ad
certum tempus, ſi diutius eam retinet, non dicitur propterea
furtum commiſiſſe tea. eſt in art. 22. lib. 3
6 Quarto commodatum in certa ſpecie, ſeu indiuiduo con-
ſiſtit, & non in generibus, ſeu quantitatibus vt infr. dicetur.
7 Quinto principalis ſubſtantia huius contractus eſt, vt illud
quod commodatum eſt, in ſpecie, & non aliud in eodem ge-
nere reſtituatur, d. l. 2 in prin. ff. ſi cert. pet. & hic ibi, de ea ipſa
reſtituenda. Alias ſequeretur abſurdum, quod vnum pro alio
inuito creditore ſolui poſſet, contra d. l. 2. §. 1.
8 Sexto, commodatum debet eſſe, *c* gratuitum, vt hic, alias ſi
c merces in pecunia numerata pro vſu rei daretur, eſſet loca-
tio: ſi vero merces in alia re conſiſteret, non eſſet locatio,
neque commodatum, ſed contractus innominatus. Facio vt
des, l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff depoſ. per l. naturalis, 1. §. at cum
do, ff. de præſcriptio. verb Et de hoc, qualiter nempe agno-
ſcatur, quis contractus celebretur, vide ordinariam doctri-
nam Bart. in d. l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet.
9 Septimo, de natura commodati eſt, vt dominium, & poſ-
ſeſſio non tranſeat in commodatarium, ſed tam poſſeſſio,
quam dominium rei commodatæ penes commodantẽ ma-
10 neat, l. rei commodatæ, 8 ff. eod. Hinc Imperator hic refert
differentiam inter commodatum, & mutuum, licet prima fa-
cie

ADDITIONES.

a *De commodati actione, vide plura in §. fi. & ſeq. inf. de actionib.*

b *Furti quando teneatur commodatarius, qui ad alium vſum (quam commodatum fuit) re commodata vſus eſt, vide apud Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 198.*

c *Idem eſt in mandato, §. vlt. inf. mandati. Et tamen poſt mandatum perfectum ſalarium ſolui poteſt, l. 1. ff. mandati.*

cie nihil differre videantur cum vtroque caſu res vtenda concedatur, & Germanicè, [Heyſſent alle beyde leihen.] ſed proprie (heſſt auff Teutſch) mutuare, borgen, commodare, verleihen. Gloſſ. in art. 5. lib. 3. Differunt autem quatuor modis, I. Accipiens rem commodato, non fit dominus rei, ſed tenetur eandem rem reſtituere, & dominium ac poſſeſſio penes commodantem remanet, d. l. rei commodatæ. Secus in mutuo de cuius ſubſtantia eſt, vt dominium in accipientem tranſmittat. II. In mutuo præſtatur caſus fortuitus, de quo ſup. dictum eſt: in commodato vero non niſi in certi caſibus, de quibus ſtatim dicetur. III. In mutuo nõ redditur eadem ſpecies, ſed alia eiuſdem generis: in commodato vero eadem ſpecies reſtituenda eſt, vt hic. IV. In mutuo res, quę vſu conſumuntur, veniunt: ſecus autem in commodato.

11 Opportune igitur videndum eſt, in quibus rebus commodatum còntrahi poſſit. Et de hoc eſt text. in l. 1. §. inter commodatum, ff. eod. commodatum conſiſtere in rebus mobilibus, corporalibus, & incorporalibus, puta habitationes non autem in ijs, quæ vſu conſumuntur, l. 1. § fi. ff. eo. Eſtque ratio, ſecun. Pau. de Caſtr. ibi, quia in commodato contrahitur obligatio, vt eadem ſpecies, ſeu res commodata reſtituatur. Sed ſi res conſumeretur, non poſſet eadem ſpecie reddi. Non mirum igitur in huiuſmodi rebus, quę vſu conſumuntur, non contrahi commodatum. Hoc tamen recipit limitationem, niſi quis tales res, vt pecuniam, &c. Acciperet commodato
a ad pompam, vel oſtentationem, vt diues *a* appareret, dict. l. 3. §. finali, ſicut Hoſtien. in Summa, ex commodati, refert, à quodam iuuene factum eſſe, qui multum pecuniæ commodato acceperat, & in archa repoſitam amici; ue illæ oſtenderat. Nunc quæritur, quæ in hoc contractu præſtanda veniant, & ſic ad quid commodatarius tenetur? Et dic regula-
12 riter eum teneri de exactiſſima diligẽtia, & ſic leuiſſima culpa, non autem de caſu fortuito, leg. in rebus, 18. in princip. ff. eod. Et pro perfectiori doctrina, quando quæritur, ad quem ſpectet periculum rei etiam in alijs cõtractibus, ita diſtinguite, poſt text. in leg. ſi vt certo, 5. §. nunc videndum, ff. eod. &
13 ibi Doct. & gloſſ. in d. cap. Vnico, ext. eo. Aut commodatum vel alius contractus fit gratia ipſius commodantis, vel concedentis, veluti, ſi ſponſus commodat ornamenta, vt honeſtius ad ipſum ducatur, & tunc ſolus dolus, & lata culpa præſtatur, d. l. ſi, vt certo, §. interdum. Aut fit gratia vtriuſque, veluti in pignore. Item ſi Titius, & Caius pararent ſimul conuiuium in ędibus Titij Caiuſque commodaret pocula, & hoc caſu præſtatur dolus lata, & leuis culpa, vt exemplificat Iuriſconſul. in d. leg. in rebus, in prin. verſ. Hoc ita. Aut fit gratia commodatarij tantum, & tunc præſtatur dolus leuis, & leuiſſima culpa,
14 dict. leg in rebus. Sunt tamen tres *b* caſus, in quibus com-
b modatarius etiam tenetur, ſi res commodata caſu pereat, qui notantur in dict. cap. Vnico. I. Si expreſſe conuentum eſt inter partes de præſtãdo caſu, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, l. 1. §. ſi conuenit, ff. depoſiti; II. Si commodatarius interpellatus, non reſtituat rem commodatam. Hoc caſu propter moram tenetur, d. cap Vnico. III. Quando culpa commodatarij præceſſit, vt eſt in caſu §. noſtri, verſ. Alioqui, veluti, ſi alicui argenteum ſcyphum accommodauerim, & is ſe amicos ad cœnam inuitaturum dixerit, & peregre ſecum portauerit, ſine vlla dubitatione, latronum, & naufragij caſum præſtare debet, vt hic, & dict. leg. in rebus, in principio. Item ſi rem commodauerim per minus idoneam perſonam, l. eum qui, 10. §. fin. cum l. ſequ. ff. eo. Alias ſi non poſſet aliqua culpa imputari commodatario in electione perſonæ, vel núcij, rem commodatam referentis, perit res commodata periculo commodantis, leg. argentum 20. ff. eod. & vide Abb. in cap. Significante, 7. ext. de pig. & Bart. in l. eum qui ver. Sed & ſi dum ff. eod. Porro in textu noſtro enumerantur quatuor caſus fortuiti incẽdium, ruina, naufragium, latronum, vel hoſtium incurſio adde text. in d. leg. in rebus in princip. De pri-
c mo autem, *c* incendio ſcilicet an ſit caſu fortuitus dubitari poteſt, cum incendia plerunq; inhabitantium culpa fiant, l. e. 3.
15 §. 1. ff. de off. præfecti vigi. Quare in effectu communiter Doctor ita diſtinguunt vt ſi ignis ab alio in domum commodatari immiſſus eſt, vel vicini ædes fuerunt exuſtę, & violentia vẽti depulit ignem in domum commodatarij, vel ictu fulminis incendium eſt ortum tunc caſus ſit fortuitus. Alias verò in dubio, ſi incendium ſumit exordium in ędibus commodatarij præſumitur culpa inhabitantium ortum, & non caſu fortuito, dict. l. 3 §. 1. Hinc ſequitur practica quod probato in-
16 cendio probata ſit, intentio contra inhabitantes, *d* ita vt eis
d incumbat onus probandi, caſu fortuito incendium ortum eſſe, de quo Iaſ. in leg. domus 38. ff. de leg. 1. & no. in d. l. 3. An autem, is cuius culpa incendium ortum eſt, teneatur ad emẽdationem damni, vide conſi. D. Henning. God. de incendio, mihi fol. 319. Et tex. iur. Sax. ar. 38. lib. 2. [Vveichdild,] art. 123. Solet etiam dubitari. An furtum ſit caſus fortuitus, ſed de hoc ſupra circa fi. in princ. tit. noſtri dictum eſt Et videte Sal. in l. 1. C. depoſiti. Ang & Iaſ. §. ſed iſte 1. inf. de act.

17 Vltimo circa hunc contractum notabitis, duas actiones ex eo oriri directam, & cõtrariam de quibus in §. actionum, 28. inf d. actio. dicetur. Breui tamen ſciendum, quod directa datur commodanti, & eius hæredibus contra commodatarium, & eius hæredes, I. Ad reſtitutionem rei commodatę re-
18 gulariter finito vſu. II. Ad æſtimationem pretij, quando res non amplius extat ſed dolo, aut culpa commodatarij perijt,
e III. Ad intereſſe *e* ratione deteriorationis, quando ſcilicet res redditur deteriorata, l ſed mihi, 3. §. ſi reddita ff eodem, vbi Pau. de Caſt. hoc dicit eſſe verum, ſi commodator ignorauit deteriorationem, quia erat latens ſi autem ſciuit, videtur remiſiſſe cum intereſſe vtpote. qui non tenebatur rem recipere ſine intereſſe deteriorationis, vt notatur in l. qui ſibi 13 §. 1. ff.
19 de ſolutio. An autem quis inuitus teneatur recipere rem cõmodatam deterioratam à commendatario oblate intereſſe deteriorationis, vide Bart. & Doct. in l. & eleganter 7. §. non ſolum, ff de dolo, & in d. l. ſed mihi, §. ſi reddita, & Angel. in d.
20 §. non ſolum qui decidit, quod ſic vt refert Iaſ. in d. l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet. Adde tex iure Saxon. art. 5. lib. 3. vbi dititur: [Quicquid autem viro commodatur, idem indeterioratum reddere, vel, ratione deteriorationis emendare debet,] Contraria commodati actio datur ipſi commodatario ad repetendas magnas expenſas in re commodata factas paruas, vero expenſas alimentorum, & valetudinis, non repetit. Item ſi commodans ſciens vaſa vitioſa commodauit, & vinum infuſum corruptum vel effuſum eſt hac actione tenetur d. l. in rebus §. poſſunt, cum §. ſeq. ff. eo.

ADDITIONES.

a *Et qui tunc commodatur vt vſu non conſumatur, ſed vt oſtendatur.*
b *Vide Dec. in l. contractus, ff. de reg. iur.*
c *Incendium, an & quando, probetur vide in §. actionum Cod. de actione locati, nu. 24.*
d *Non tamen contra patremfam. Hennin conſt. de incend.*
e *Iuratur etiam in litem aduerſus commodatarium dolo malo, commodatum, nõ reſtituentem, aut ſi re commodata ad alium vſum, aut longius tempus vtatur. Per contrarium commodatarius aduerſus commodantem in litem iurabit ſi vaſa vitioſa commodauerit, l. 3. §. in hac, l. commodare, l in rebus, §. item, qui ſciens, ff. commodati.*

a DE DEPOSITO *a*

§. Prӕterea.

1 *Depoſiti definitio, & alluſio.*
2 *Depoſitum quotuplex.*
3 *Sequeſtrum quid.*
4 *Sequeſter quis.*
5 *Sequeſtratio quotuplex.*
6 *Depoſitum cauſa cuſtodiæ.*
7 *Depoſitum differt à ſequeſtro.*
8 *Depoſitum fit per verbum Depono, vel Commendo, vel Serues, vel Cuſtodias rem.*
9 *Requiſita depoſiti quæ ſint.*
10 *Depoſitum ſimplex in quibus rebus conſiſtat.*
11 *Depoſitarius vtens re depoſita furtum committit.*
12 *Priuilegia depoſiti.*
13 *Ad quid depoſitarius teneatur.*
14 *Quando dolus, & lata culpa equiparentur.*
15 *In delictis propoſitum, & voluntas delinquendi attenditur.*
16 *An depoſitarius teneatur de leuiſſima culpa, & caſu fortuito & nu. 17.*
18 *Quæ actiones ex depoſito competant.*
19 *Actio depoſiti directa cui, & ad quid competat.*
20 *Actio depoſiti contraria cui, & ad quid competat.*
21 *Actio depoſiti directa infamat ſecus in contraria.*

Quartum

ADDITIO.

a *Depoſiti actione plura vide infr. in §. ſic itaque Inſtitut. de actionib.*

1 QVartus contractus qui re contrahitur, dicitur Depoſitũ.
Niſi enim, & ibi res cuſtodienda tradatur, nunquam ce
lebratur iſte contractus Eſt autem depoſitum quod, ad cuſto
diendum alicui datum eſt dictum, ex eo quod ponitur Prepo
ſitio enim De, auget dictionem, poſitum quaſi dicas ſeorſim
poſitum à ponente apud alium, vt oſtendat totum eius fidei-
commiſſum eſſe, quod ad cuſtodiam rei pertinet, l. 1. in princ.
ff. Et idem eſt commendare, quod deponere l commendare
186. ff. de verb. ſign. Et propriè hic de Depoſito, quod cauſa
2 cuſtodiæ fit, dicitur. Pro cuius intellectus eſt præmittendum,
depoſitum eſſe triplex. Prima ſpecies depoſiti eſt, quando de-
bitor offert creditori ſuo debitam pecuniam, eamque credi-
tore accipere recuſante, ad euitandum curſum vſurarum cõ-
ſignat in præſentia teſtium, & auctoritate iudicis competen-
tis, in locum publicum deponit. Et videtur oblatio realis debi
ti quæ fit cum conſignatione, & depoſitione, de qua in l. acce-
ptam, 19. C. de vſur. Et habet illum effectum, quod impedit
curſum vſurarum, liberat a caſus fortuiti periculo pignora ſol
uit, ita vt pignoratitia actione ad repetendum pignus, contra
creditorem agi poſſit, & operatur effectum plenæ liberatio-
nis l. obſignatione, 9. C. de ſol. Et ad hoc, vt talis obligatio, ſeu
depoſitio nos effectus operetur iudicialis conſignatio ſit, &
in locum publicum depoſitio fiat neceſſe eſt, vt notatur per
Bart. & Doctor. in d. l. acceptam.
3 Secunda ſpecies depoſiti, dicitur Sequeſtrum. Eſt autem ſe-
queſtrum rei litigioſæ depoſitio, quando ſcilicet res aliqua de
qualis, & controuerſia eſt ſub hac conditione traditur ſeque-
ſtro, vt eam retineat, donec ex cauſæ cognitione conſtet, cui
4 debeatur, l. propriè 6. ff. eo. Vnde is, apud quem iſta res depo-
nitur, ſequeſter dicitur, ex eo quod vtraque pars fidem eius
5 ſequatur, l. ſequeſter. 11. ff. de verbor. ſign. & ibi A'c. Eſt quæ
a *a* duplex ſequeſtratio, quædam eſt voluntaria, quæ de par-
tium voluntate fit, & iſta ſemper eſt licita, & regulariter pri-
b uat poſſeſſorem ſua poſſeſſione. *b* Interim enim dum res eſt
penes ſequeſtrum, neque actor, neque reus poſſidet, leg licet,
17 ff. eod. Quædam verò eſt ſequeſtratio neceſſaria, quæ fit à
c Iudice parte inuita, & illa regulariter eſt *c* prohibita cum ne-
mo ſua poſſeſſione ſit priuandus, vt conſtat ex tit. Co. de pro-
hib. ſequeſt. pe niſi in certis caſibus notatis per Glo. in l. vnic.
C. de prohib. ſequeſtr. Vt quando eſt timor de dilapidatione
rei, quæ petitur ſequeſtrari. Item quando maritus vergit ad
inopiam, ipſius bona pro dote ſequeſtrantur, l. ſi cum dotem,
22. §. ſin autem, 8. verſ. Sin vero, ff. ſolut. matr. Et plures alios
caſus videte per Ferrar. in forma ſequeſtri, ſeu faximenti. De
his ſpeciebus hic non agitur.
6 Tertias ſpecies eſt Depoſitum voluntariũ, & ſimplex quan
do quis penes amicum rem aliquam tantum cuſtodiæ cauſa
deponit, ita vt dominium, & poſſeſſio rei depoſitæ penes ip-
ſum deponentem maneat, d. l. licet, §. depoſitę, ff. eo Et poterit
7 deponens, quandocumque libuerit, reuocare. cap. fin. tex. Eo.
Differt autem à ſequeſtro a Pau. de Caſt. in d. l. licet. Nam leg.
ſequeſtrum non conſiſtit niſi litigioſa, quod non eſt in ſimpli-
ci depoſito. II. Sequeſtrum non poteſt fieri niſi a plurib. inui-
cem litigantibus, ſimplex verò depoſitum etiam ab vno tan-
tum d. l. licet, in princ. III. In ſequeſtro regulariter transfertur
poſſeſſio rei in accipientem, l. intereſſe, 39. vbi Bart. & Doct.
ff. de acqu poſſ. ſecus in ſimplici depoſito, d. l. licet, §. rei depo-
ſitæ, IV. Sequeſter regulariter non poteſt deponere ſuum offi
cium, l. ei apud, 5. §. ſi ff eo. Depoſitarius vero poteſt rē depo-
ſitum, etiam inuito deponenti reſtituere, de quo latius vide
Paul. de Caſt. in d. l. licet, & d. l. ei, §. ſi Et de hoc depoſito ſim-
8 plici propriè hic loquimur. Pro cuius intellectu ſciendum eſt,
quod depoſitum debet fieri per verbum. Depono, vel Com-
mendo, vel Serues, vel cuſtodias hanc rem. Vnde ſecundum
Pau. de Caſt. in d. l. 1. in prin. ff. eod. Si ſcolaris deponat librum
in Camera alterius ſcholaris, ipſo ſciente, & patiente, non eſt
depoſitum, nec cuſtodia præſtanda. Ad hoc igitur vt ſit depo-
ſitum, requiritur. 1. Vt hoc a principio agatur à contrahentib.
9 vt eadem res reddatur in ſpecie, quæ deponitur, vt hic. 2. Vt
cauſa cuſtodiæ alteri tradatur. Si enim tradatur certa ſpecies,
vt recipiens vtatur, tunc ſi ad certam vſum conceſſa eſt, erit
commodum, ſi ad incertum, erit præcarium, vt ſupra de com
modato dictum eſt, 3. Vt pro cuſtodia nulla merces interue-
niat. Nam alias, ſi præſtatur merces in pecunia numerata, eſt
locatio, ſi verò in aliqua ſpecie eſt contractus innominatus,
10 Do vt des, l. 1 §. ſi veſtimenta, 8. cum § ſeq. ff eo Conſiſtit au-
tem ſimplex depoſitum non in rebus immobilibus (ſecus, ac
ſequeſtrum) ſed mobilibus, & ſe mouentibus, ſiue ſit certa
ſpecies, ſiue certa quantitas puta pecunia, quę quandoque de-
d ponitur, vt certa ſpecies, quandoque in ciſta *d* occluſa, vel in
ſacculo obſignato deponitur, d. l. 1. §. ſi ciſta, 41. & l. ſi. ſaccu-
lum, 29. eod. Quandoque verò, vt genus, quod fit cum pecu-
nia non obſignata deponitur, ſed depoſitario annumeratur,
hoc pacto adiecto, vt ſi opus habeat, ea vtatur. Licet enim tūc
terminos depoſiti egrediatur, tamē erat depoſitum, l. Lucius,
24. & l. die ſponſaliorum, 25. ff eo. de quo etiam ſup. circa mu-
11 tuum dictum eſt. Alias ſi depoſitarius vtatur re depoſita, fur
tum committit, d l. ſi ſacculum, §. furtum, infr. de oblig. quæ
ex delict. naſc. Item ſciendum, depoſitum in quibuſdam eſſe
12 priuilegiatum. Nam 1. Propter exuberantiam fidei à depo-
nente habitam erga depoſitarium, in depoſito non admitti-
tur compenſa. Vnde ſi debeam Titio decem, & deponam po-
ſtea penes eum ſcyphum argenteum, mihi agenti actione de-
poſiti ad reſtitutionem ſciphi, non poterit opponere excep-
tionem compenſationis l. fin. C. de compen. cap. Si ext. depoſ.
2. In depoſito non poteſt opponi exceptio dominij, l. pen. vbi
Bart. & Doctor C. eo. & Ang. hic, 3. Etiam latroni ſpolia de-
poſita reſtituenda ſunt, l. bona fides, 31. & l. 1. §. ſi prædo. 39. ff.
eod. Nunc quæritur.

Ad quid depoſitarius teneatur.

13 Et tex. noſter hic dicit, eum teneri ſolum de dolo. Idem di-
citur poſt tex. in d l. 1. §. ſi quis ſeruum, 9. io ſi. ff. eod. vbi Gl. &
Doct. ſubaudiunt etiam latam culpam, quam Iuriſconſultus
Nerua dixit eſſe dolum, id eſt dolum præſumi, l quod Nerua,
32. ff eo Et præſumitur dolus, & lata culpa quando depoſita-
rius in re depoſita non adhibet talem diligentiam, quam ad-
14 hibet in rebus ſuis. d. l. quod Nerua, & cap. Fin. ext. eo. Et cir-
ca hoc notatur, licet dolus, & lata culpa æquiparentur ita vt
perinde teneatur is, qui latam culpam commiſit, atq; qui do-
lum commiſiſſet, l. 1. §. ſi ff menſor falſ. mo. dix. cum ſimilibus,
tamen hoc verum eſſe quantum ad contractus, & quaſi. Nā
e quo *e* ad delicta, in quibus infligitur pęna corporali, lata cul-
pa non æquiparatur dolo. Vnde homicida dolo occidens ho-
minem pœna, corporali plectitur, iuxta dictum Imper. in l. 1.
C. de Epiſ. audien. Homicida, quod fecit expectet. Et hoc ca-
ſu locum habet titul. ad l. Cornel. de ſica. Sed quando quis ho
micidium committit lata culpa, non ponitur corporaliter ſed
tantum extraordinariè vt eſt Glos notab. & ordina. in leg in
actionibus. 5. ſuper verb. Non etiam, ff. de in litem iurādo de
quo Iaſ. in l. 1. nu. 18. ff. de leg. quia in delictis ſemper propoſi-
tum, & voluntas, delinquendi attēditur, l. qui iniuriæ, 53. ff. de
f fur. *f* De leui igitur, & leuiſſima culpa depoſitarius, nō tene-
15 tur text. eſt hic, quid dixit. Sibi imputet, *g* qui negligenti ami-
16 co rem cuſtodiendam tradidit. Multò minus igitur de caſu
17 fortuito tenetur. Sunt tamen aliquot caſus in quibus leuiſſi-
g mam culpam, & caſum fortuitum præſtare tenetur 1. Si hoc
expreſſe conuentum ſit, dict. leg 1. ſæpe, 35. & §. ſi conuenit, ff.
depoſiti, qui ſemper ad hoc allegari ſolet, quod contractus ex
conuentione lege accipiant ſecun Si fuit in mora reſtituen-
di, cap. Fi. ext. eo. & l. ſi in Aſia 12 §. ſi ff eo. 3. Si culpa præceſ-
ſit caſum, d. cap. Fi. 4. ſi depoſitarius ſe depoſito obtulit, d. l. 1.
§. ſæpe, 5. Si aliquid pro cuſtodia accepit. Nam his duobus
poſterioribus caſibus etiam de leuiſſima culpa tenetur d. cap.
Fi. non quidem actione depoſiti ſed actione conduct. ſi quan-
titas, pro mercede ſoluta eſt, vel actione præſcriptis verbis
ſi ali-

A D D I T I O N E S.

a *De ſequeſtratione duplici, voluntaria ſiue conuentionali, &
neceſſaria ſiue iudiciali. Vide Mynſing 6. obſer. 351.*
b *Non tamen commodum poſſeſſionis quod ante ſequeſtrationem
habebatur. Bald. c. 1. nu. 13. cum ſeq. ext. de ſequeſt. Cin. l. vnica
in fin. C. de prohib. ſeq & ibi Sal nu 2. Cur. num. 49.*
c *Sequeſtratio regulariter eſt prohibita cap. 2. extr. de ſequeſtrat.
poſſeſſ. & fruct. cuius regulæ quatuor exceptione vide apud So-
cin. reg. 371. Et an ſequeſtratio fructum pendente appellatio-
ne peti poſſit, vide ibid. regul. 372. An, & res tempore peritura,
vide Gayl. 1. obſeru. 148. An poſſeſſiones ibidem obſeruat. 148.
An poſſeſſio litigioſa ſequeſtrari poſſit ne partes ad arma ve-
niant, & an ſequeſtratione amittatur poſſeſſio, vide eundem 1.
obſeruat. 5. De ſequeſtratione vide plura apud Socin. regul. Se-
queſtratio regulariter prohibita eſt 371. & regul. Sequeſtratio
fructum 372. Adde etiam. Guid. Pap. q. 246.*
d *De depoſito ciſta occluſa vide plura apud Menoch. tractat. de
arb. iud. caſu 208. num. 18. & ſequ.*
e *Vide Socinum regula. Dolus lata culpa æquiparatur, 85. leg.
quod Nerua ff. depoſiti.*
f *Lege Cornelia tantum dolus vindicatur, l. in lege de ſicar.*
g *Vide Dec. l. contractus, 23. ff. de reg. iur. in princ.*

Digitized by Google

ſi aliqua ſpecies pro cuſtodia data eſt, de quo vide Azon. in
Sum C.eo.mihi num.22 & Gl. ord. in d.c. Fi.& in d.§.ſæpe,de
iure Saxon.addite text.in 5.art.lib.3. vbi dicitur, [Vvelcher
man den arden ſein guet thuer behalten, &c.]
18 Oriuntur autem ex hoc contractu quoque duæ actiones,
actio ſcilicet depoſiti directa, & actio depoſiti contraria. A-
19 ctio depoſiti directa, datur ipſi deponenti, etiam iuri, & la-
troni, d.l.1.§.ſi prædo ciuiq. hæredib.d.l.1.§. hæc actio. 19. ff.
eod. Contra depoſitarium eiuſque hæredes etiam ob dolum
defuncti ſi inde locupletiores facti ſint l.ex depoſiti, 12.ff.de
oblig.& act. Quandoque ad reſtitutionem depoſitæ non de-
terioratæ, d.l.1.§.ſi res 16 cum omnibus acceſſionibus, l.1.§.
quæ depoſitis, 5 iunct. Gl.& Sum Bald. ibi, ff.eo. Quandoq; ad
pretium rei ſi hæres neſciens rem eſſe depoſitam penes de-
functum, alienauerit, nec poterit redimere, d.l 1.& §.fi. Cum
l 2.& 3 ff.eo. Et regulariter competit in ſimplum, d.l.3.§ Præ-
tor ait; excepti; quatuor caſibus vbi duplum competit, quan-
do, ſcilicet incendij, ruinæ, naufragij, vel tumultus, cauſa res
fuerit depoſita, & depoſitarius negauerit. Conuictus enim de
mendacio tenetur ad duplum, l.1.§ 1.& 2.& l.quod tumultus,
(al.de eo, quod tumultus.) 18 ff.eo.& §.rei perſequendæ, 17.
infr. de action. Eſt quæ ratio diuerſitati, ſecundum DD. poſt
text.in d.iuribus. Qui enim de liberate deponit poteſt eligere
idoneam perſonam. Sibi igitur imputet, ſi, apud negligentem,
& infidele depoſuit, & ſimbolo contentus ſit. Sed qui ex ne-
ceſſitate, vt in prædictis 4. caſibus deponit, non poteſt facile
diligentem hominem eligere, maior itaque fides exigitur, &
20 quia crimen tunc creſcit, creſcit & pœna. Actio vero depoſit
contraria datur depoſitario, & eius hæredibus contra depo-
nentem, & eius hæredes de recuperandis expenſis in re depo-
ſita factis: factis aliquando etiam ad intereſſe, vt ſi furem
ſciens quis deponat, deponens tenetur, ad ſarciendum dam
num, quod à ſeruo iure depoſita paſſus eſt depoſitarius. De
quo vide Azo.in Sum. C.eod.in fin. Et de his actionibus in §.
ſeq. 16.infr.de act.plura videmus.
21 Vltimo notabitis, actionem depoſiti directam infamare.
a Quod verum eſt, ſi reus condemnatus fuerit a alias non l.1.
ff.de his, qui not.infra, & l.qui depoſitum, 10.C.eod. vbi Paul.
de Caſt. aſſignat rationem quia arguitur de fide rupt. Nam
recipiens depoſitum, videtur dare fidem ſuam de reſtituen-
do, denegans igitur perfidiam committit. Condemnatus au-
tem actione contraria depoſit. non efficitur infamis, quia nō
de fide rupta condemnatus, dict.leg. depoſitum, & ibi DD.

ADDITIO.

a *Nomine doli, alias ſecus, §. ſuſpecti ſupr.de ſuſpect.tutor.*

a DE a PIGNORE
§ Creditor quoque.

1 *Creditor accipiendo rem aliquam loco pignoris re obligatur.*
2 *Pignus quid & vnde.*
3 *Quæ res oppignorari poſſint, & nu.4.5.6.& 14.*
7 *Quæ res oppignorari non poſſint, & n.8.9.10.11.12.13.& 14.*
15 *Actio pignoratitia quotuplex.*
16 *Directa cui competat.*
17 *An in ſolutione computentur fructu percepti à creditore.*
18 *Contraria contra quem competat.*
19 *In pignore, quid præſtetur.*
20 *Periculum pignoris ad quem ſpectet.*

1 VLtima contractus, qui re cōtrahitur, dicitur Pignus. Cre-
a ditor a enim accipiendo rem aliquam à debitore loco pi
gnoris, quo magis ei in tuto ſit creditum, re obligatur, ita vt
ad eandem rem ipſi debitori reſtituendam, ſoluto debito, a-
2 ctione pignoratitia teneatur, vt hic, & l.ſi rem 9 §.omnis, ff.
de pact.act. Et proprie dicitur, pignus res mobilis quæ à debi-
tore ipſi creditori tradita, & donec ei debitum ſoluatur, obli-
gata eſt. Dictum à pugno ſeu manu cum res, quæ pignori
dantur, manu dantur, le.plebs, 238 §.pignus ff.de verb.l.ſign.
Principio igitur circa hunc. §. ſpecies pignoris declarandæ
ſent. Sed quia de his io §.item Seruiana, 7 infr.de actio.dice-
tur, hic non repeto.
Secundo, quæ ſit differentia inter pignus, & hipothecam,
de qua etiam in d.§.item Seruiana, poſt text.ibi dicitur.
3 Tertio quæ res pignori obligari poſſint de quibus tit.ff. &
C.quæ res pignor. obliga. poſſ. & conſtituenda eſt Regula,
4 quod omnia, quæ in bonis noſtris ſunt expreſſe obligari poſ-
5 ſunt, vt res quarum dominium habemus, leg quæ prædium
6 C.ſi al.res pign.dat.eſt. Qua regula includentur.1. Non ſo-
lum res præſentes, ſed etiam futuræ vt fructus, pendentes par-
tus ancillarum fetus pecorum, l & quæ nondum 25.ff.de pi-
gnor. Quod intellige, dūmodo res principales, ex quibus res
future ſunt naſciture ſint in bonis debitoris, vt notatur poſt
tex io l.potior 11.§.fi.de futura, ff.qui potio in pigno. habeant
6 II. Tam res corporales, quam incorporales, vt ſunt inſtru-
menta, & nomina debitorum, l nomē. 4.C.quæ res pign. obl.
poſſ. Item ſeruitutes perſonales vt vſus, & vſusfructus ideſt,
ille facultas, & commoditas vtendi, & fruendi, quæ apud de-
bitorem eſt l.ſi is, per 11.§. vſusfructus ff de pign. Res autem
communis, ab eo, qui habet rem, communem pro ſua parte
non autem pro parte ſocij. obligari poteſt l vnica C.ſi rem
commu pig.dat. ſit. Pro limitatione igitur Regulæ prædictæ
7 notandum, quod pignori dari non poſſint, 1. Res, quæ non
ſunt in commercio hominum, vt ſunt res ſacræ, ſanctæ, reli-
8 gioſes, l.3.C. quæ res pign.oblig. poſſ.l.ſancimus, 21. C.de ſa-
croſanct. Eccl.c.1.ext.de pignoribus 2. Liberi homines, vt fi-
lijfamilias l.qui filios, 6 C.quæ res pign.&c. cum limitationi-
bus, ibi per Gl.& DD.traditi. De quibus etiam ſup.de pat.po-
teſt dictum eſt.3. Res pupillares, vtpote quæ regulariter cum
9 decreto iudicis demum rectè obligantur l.1.in prin & ibi Gl.
10 ff quæ res pig.oblig poſſ 4. Res litigioſa. Nam hæc vt alienari
11 non poteſt, ita nec obligari, l.1.§.ſi res pign &c.5 Inſtrumen-
ta ruſtica, deputata ad agriculturam, l.pignorum, 8.cum Aut.
ſeq.C.quæ res pig.&c.6. Seruitutes vrbanorum prædiorum.
12 Nam mutatione illarum deformaretur aſpectus vrbis. Non
13 enim eſſet conueniens, vt ſoluto debito, is, qui immiſit tignū,
cogi poſſet ad tollendum illud, deformando ædificium. d.l.ſi
is.§.final.de pignor. Si tamen ceſſat ratio dictæ deformitatis,
etiam in illis hypotheca conſtitui poteſt veluti, ſi debitor con-
ſtituat hypothecam altius non tollendi, donec debitum ſol-
uat, quia hoc caſu ceſſat ratio deformitatis, valebit obligatio.
14 8 Res prorſus aliena, in qua debitor non habet aliquod ius.
Hæc quippe ſine voluntate domini obligari non poteſt, & ſi
de facto ſit, non tenet obligatio, l.aliena, 20.cum ibi nota, ff.
de pig.act.l.1.§.1 ff.de pig. Et gl. in l.rem, 20.cum ibi nota, ff.
de contrahen. empt. reddit rationem, quare res aliena ven-
di, at non obligari poſſit, quia in venditione venditor non te-
netur, niſi quandam aſininam poſſeſſionem tradere, & ſe de
euictione obligare, l.ex empto. 11. ff.de act.empt. Et ſic ibi eſt
ius, quod in perſona conſtituitur; ſed in pignore conſtituitur
ius in re, quod rem comitatur, ad quoſcunque res perueniat.
At vero hoc in re, aliena fieri non poteſt. Et plura ad intelle-
ctum iſtorum titulorum vide pulchre. Negu.in 3.membr.2.
tract.de pign.
15 Quarto principaliter circa hunc, §.quæritur de actione pi-
gnoratitia, quæ ex hoc contractu oritur, & illa quoq; eſt du-
16 plex directa, & contraria directa tenetur creditor ad reſti-
tuendam rem ipſam, quam pignori accepit, & ſic competit
debitori contra creditorem ad repetendum pignus traditum,
c vt hic. Et tale quidem c reddi debet, quale fuit illo tempore,
quo primo obligatum eſt. Vnde ſi creditor reddit pignus dete-
rius dolo vel culpa ſua factum, tenebitur pignoratitia l.credi-
tor.7.C.de pign.act. Et tunc competit demum illa actio, quā-
d do d debitum integrè ſolutum eſt, vel eo nomine ſatisfactum
creditori, vel alij ipſius voluntate l.ſolutum, 11.§.ſolutam, & l.
ſi rem, 9.§.omnis ff.de pign.action. & l.qui pignori, 19.ff.de
pign l.quamdiu, 6.C.de diſtract. pignor. vel denique oblata
pecunia & obſignata in loco publico depoſita quando credi-
tor eam recipere potuit, iuxta l.acceptam, 19.C.de vſur. & l.
17 nec creditore 10.C.de pign.actio. Et obiter notandum in
ſolutione computari fructus, quos percepit creditor vel per-
cipere potuit, l.1 & 2.C.de pign.actio. & l.2 C.de pact. pign.
adeò

ADDITIONES.

a *De actionibus pignoratitijs adde huc loco, quæ tradita ſunt, §. item Seruiana, tit.de action.*
b *Creditorem hunc intellige ex omni cauſ. Nouell. De fideiuſſ.§. vlt.collat.1. l.res hypothecata, ff.de pignorib. §.primo ff. de fideiuſſorib.*
c *Pignus idem reſtituendum eſt debitori in ſpecie quod acceptum eſt: & quidem cum fructibus. Quin ſi creditor ſit in mora, cum vſuris, & intereſſe, l.quamuis, §.ſi creditor ff. de pign. act.*
d *Sic actio tutelæ non naſcitur niſi finita tutela, leg.ſi tutor ff. de tutel. & ration.diſtrah.*

adeò vt creditor tantum ex fructibus percepit, quantũ eſt de-
bitum pignus ipſo iure liberatũ eſt l.1.Co.de diſt.ra.pign. Nec
enim fructus percepit ex pignore, lucro creditoris credere de
bent, ſed computari in ſortem, quod contra vſurarios notan-
dum. De quo vide Pau.de Caſt.in d.l.1.C.de pign.act. vbi di-
cit, vſurarios volentes lucrari fructus, nolle vt conficiatur in-
ſtrumentum mutui, aut pignoris, ſed vẽditionis, cum emptor
faciat fructus ſuos Contraria verò actio pignoratitia contra
18 debitorem competit creditori ad ſumptus neceſſarios, quos
in re pignorata fecit, l.creditor 7.in fi C.de pign.act. De qui-
19 bus actionibus plura in §.actionũ, 28 inſ. de actio.dicemus.
Vltimo notabitis, creditorem in pignore tantum teneri de
dolo lata, & leui culpa, non autem leuiſſima multo minus de
caſu fortuito, hic. & l.ſi cum venderet, 13.§ 1. ff.de pign.act.
quia contractus celebratur gratia vtriuſque tam dãtis, quam
recipiẽtis, vt hic. Leuis igitur culpa, pręſtatur l.ſi. vt certo, 5.§.
nunc videndum, ff.commo. Periculum enim pignoris regu-
20 lariter pertinet ad debitorem, cum ipſe ſit dominus, non au-
tem ad creditorem, l.pignus, 9.C.de pig act. niſi creditoris cul-
pa præceſſerit, vel creditor in ſe periculum caſus fortuiti rece
perit, l.ſi creditor, 5.& l.quæ fortuitis, 6.C.de pignor.act. Te-
netur tamen creditor caſum fortuitum probare manifeſtis
a probationibus *a* præſertim cum eſt talis caſus, qui citra eius
b culpam non præſumitur, vt furtum, *b* & incendium, d.l.ſi
creditor, & ibi Pau.de Caſt.C.de pignor.action. Ex quo dili-
genter notabitis, ſi pignus caſu perijt, quod creditor nihilo-
minus debitum de iure ciuili petere poteſt, d.l.quæ fortuitis.
c Secus de iure Saxon. *c* vt eſt text.in art.5.lib.3. vbi dicitur; Si
equus, ſeu iumentum pignoratum moritur abſque culpa eius
in cuius poteſtate eſt, atque is, ſuam innocentiam probat, &
iurat, non tenetur emendare, ſed pecuniam ob quam ſibi pi-
gnori datam fuit, perdit.

A D D I T I O N E S.

a *Etiam iure Saxon.*
b *Hic caſus accidunt plerumque culpa creditoris, & ideò furto rea miſſa, creditor probare cogitur cum caſum accidiſſe ſine culpa ſua, puta perſonam ſibi ſubiectam domeſticam, l.argentum, ff.commodati. Sin incendium ſuit ſufficit probare incendium aliunde (quam ex domo ſua) ortum habuiſſe, ſi quis ſumus, l.ff.ad leg. Aquil.*
c *Hoc ius ſublatum conſt.26.par.2.*

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

T I T V L V S XVI.

In Rubricam, & principium Tituli.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Concordantes tituli, in ff.&c.*
3 *Bene ſciens hunc titulum non poteſt eſſe niſi bonus Legiſta.*
4 *An ſtipulatio ſit contractus iuris ciuilis.*
5 *An ſtipulatio ſit contractus nominatus.*
6 *In ſtipulationem præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio.*
7 *Quare hic contractus ſtipulationis à iure ciuili ſit introductus, & nu.8 & 9.*
10 *Omnes contractus deducuntur in ſtipulatione.*
11 *An ſtipulatio mutet naturam actus ſuper quo interponitur, an vero reguletur ſecundum naturam actus.*
12 *An ſtipulatio alicui contractui interpoſita mouet contractũ.*
13 *Stipulationis definitio.*
14 *Stipulatio vnde dicta.*
15 *In ſtipulatione aliquid dari ſolitum fuit, in ſignum contractæ obligationis.*
16 *Requiſita ſtipulationis.*
17 *Quare in ſtipulatione neceſſe ſit præcedere interrogationem, & ſequi reſponſionem.*
18 *An præſumatur ſtipulatio contracta, ſi aliquis promiſit, nec appareat ad interrogatione præcedente.*
19 *Actiones ex verborum obligatione ortæ.*
20 *Diuiſio ſtipulatio.*
21 *Stipulatio certa quid.*
72 *An ſtipulatio rei incertè valeat.*

1 IN præcedenti tit.de prima ſpecie contractuum, qui re con-
trahuntur, dictum eſt, ſequitur nunc ſecunda ſpecies quali
ter ſcilicet, verbis obligatio contrahatur, & ita de verb.oblig.
quæ alias ſtipulatio dicitur. Nam ſicut in contractibus qui re
contrahũtur, neceſſe eſt, vt res actualiter interueniat: ita quo-
que in hoc contractu ad eius ſubſtantiam, certa ſolemnitas
verborum, quę in interrogatione, & reſponſione conſiſtit re-
a quiritur Et de hoc loquitur tit.in ff.de verb oblig. & in C.de
contrahen. & commit. ſtipul. in quibus titulis tota ferè mate-
ria contractuum ponitur, cum omnia pacta & cõuentiones
in hunc contractum deduci poſſint, ita vt D.Iaſ.ſuper Rub.ff.
3 eo dicat eum, qui bene ſciat iſtum titulum non poſſe eſſe niſi
optimum Legiſtam. Pro intellectu igitur iſtius, quædam poſt
Paul. de Caſtr. Iaſ. alios ſuper d.Rub. ff.eodem præmittenda
ſunt.
4 Et primo quod ſtipulatio eſt contractus iuris ciuilis à iure
a ciuili inuentus, & introductus vt eſt Gl *a* in §.ius autem gen-
tium, ſuper verbo, Penè, ſup. de iur. nat.gent. & ciuil. Et ita
ratione ſolemnitatis verborum, & inuentionis, obligatio ciui
lis ex ſtipulatione oritur, & ſimul naturalis, ratione cõſenſus
interuenientis, vt eſt Glo.in l.1.verſ. Adeò ſuper verbo.Con-
ſenſum, ff de pact.
5 Secundò præmittendum, quod ſtipulatio eſt contractus
nominatus quia habet eligans, & ſpeciale nomen, vt not. per
tex.in d.l.1.verſ Eſtque idem contractus, & ſtipulatio, & ver-
borum obligatio, & ideò potius à verbis, quàm à conſenſu
denominatur, quia ad ſubſtantia eius, ad hoc vt celebretur
iſte contractus, vltra conſenſum certa quædam ſolemnitas
verborum exigitur videlicet, vt præcedat interrogatio, & ſe-
6 quatur reſponſio, quæ ſi non interueniat licet adſit cõſenſus,
non tamen ſtipulatio contrahitur, l.1.in princ.cum aliquot,§.
ſeq.ff.eod.
7 Tertio, quęritur, quare hic contractus à iure ciuili ſit intro
ductus, cum à iure gentium alia ſint ſufficientes contractus
proditi, adeoque hic videatur ſuperfluus. Aut enim ſtipulatio
eſt, ſine cauſa, & non valet, l.2.§.circa, ff.de doli mali except.
quare hic titulus ſemper præſupponit cauſam ſtipulationi ſub
eſſe, ſec. Alex.& Ioan.de Imola in l.à Titio 108.ff.eo. Aut cõ-
tinet certam cauſam; veluti ſi quis per ſtipulationem ex cauſa
empti locati, &c. aliquid promittit, & non eſt opus ſtipulatio-
ne, cum alias ex contractu inito ſtipulatio oriatur. Ad hoc igi
tur reſpondere ſec.Pau.de Caſt.& DD.ſuper Rub.ſtipulatio-
8 nem eſſe introductam propter neceſſitatem, & vtilitatem, I.
Propter neceſſitatem, in caſibus à iure gentium non prouiſis
vt eſt, 1.in promiſſionibus fideiuſſorum. Nam fideiuſſor niſi
per ſtipulationem promittat, non tenetur, vt notatur per tex.
in l.5.§.ſatis acceptio, ff.eo.& l.panditus, 12.C.de fideiuſſo, 2.
In liberatione ipſo iure facienda. Nam per nullum actum ex-
tra ſolutionem debiti poteſt induci liberatio ipſo iure, niſi per
acceptilationem, quæ non poteſt fieri, niſi mediante ſtipula-
tione, vt in §.item per acceptilationem, 1.inſ.quibus mod.tol.
obl.dicetur, 3.In obligationum nouatione. Nam obligationes
iuris gentium non poterãt nouari, niſi prius in ſtipulationem
deducerentur, l.1.ibi, [nouari verbis poteſt,] ff.de nouatio.
9 II.Propter vtilitatem: quia interdum vtile eſt ſtipulationem
interuenire, ad confirmandam conuentionem iuris gentium,
quæ alias per ſe ad producendam actionem eſt inefficax, vt
in contracta permutationis, vbi ante implementum contra-
ctus ab vna parte, nulla oritur act. ſed quando ſtipulatio. in-
teruenit, efficax obligatio oritur, etiam ante implementum,
l.ex placito.3.Co.de rer.permut. Item non eſt locus pœniten-
tiæ in contractibus innominatis, quando ſtipulatio interue-
nit, ſed ſecundum Bald.in l.quamuis, 39.C.de tranſac. Et ſec.
Iaſ ſuper d.Rub.nu.24. ſtipulatio veſtis omnes conuentiones
alias per ſe nudas. Eſtque vſitatus ac frequens contractus, qui
cum vnoquoque contractu coniungi poteſt, ſec.Ale.in d.l.5.
10 in princ.verſ.Conuentionales. Imo de generali conſuetudi-
ne Notariorum omnes contractus deducuntur in ſtipulatio-
nem, tamquam in contractum firmiorem, & de iure fortio-
rem, ſec.Iaſ.in d, Rubr.in princ.
11 Quarto quæritur, quando ſtipulatio interponitur ſuper
aliquo contractu, vtrum ſtet per ſe principaliter, an acceſ-
ſorie, & ſic an ſtipulatio mutet naturam actus, ſuper quo in-
terponitur, an verò reguletur ſecundum naturam illius a-
ctus? Et D.Iaſ.ſuper d.Rub. arguit ad partes. Vos ex men-
te ipſius ſic concludere, communem & tritam eſſe regu-
b lam, quod ſtipulatio reguletur *b* ſecundum naturam contra-
ctus,

A D D I T I O N E S.

a *Adde aliam Gl.in l.ex hoc iure ff.de iuſtit.& iure.*
b *Stipulatio interpoſita, intelligitur ſecundum naturam actus cui interponitur. Iaſ.in l.nota, C.de tranſact.*

ctus, ſuper quo interponitur. Nam pendet ex negotio contra-
cto, d. l. 5. verſ. Conuentionales. Ideo regulatur ſecundum na-
turam ipſius, à quo pendet. At vero, quia ſtipulatio eſt contra-
ctus toto iure firmiſſimus, & fortiſſimus, habet illud ſuum pe
culiare, firmitatē, ſ. Ideo quando interponitur à partibus ſem-
per illud peculiare obtinet, vt contractum reddat firmiorem,
vnde ſtipulatio ſuper contractu innominato interpoſita facit
vt etiam re integra non ſit locus penitentiæ, adeoq; agi poſſit
ante implementum. Atque ita ſecund. Iaſ. reſponderi poteſt
ad omnia iura, quæ contra hanc regulam facere videntur.
12 Ex his quinta quæſtio oritur, quando ſtipulatio ſuper ali-
quo contractu interponitur, an nouet contractum, ideſt tráſ.
fundat obligationem prioris contractus in aliam obligatio-
nem ſtipulationis ſcilicet, ita vt impediat oriri actionem ex
contractu? Et Doctor. poſt Bar. in l ſingularis, 15 ff. ſi certum
petatur, in effectu ita diſtinguunt. Aut intercedit contractus
certitudinarius, vt emptionis, locationis, &c. & tunc ſiue ſti-
pulatio incontinenti ſequatur, ſiue præcedat, ſiue ſimul, & ſe-
mel interponatur, nunquam nouat contractum, neq; impe-
dit ex eo oriri actionem, ſed oriuntur duæ actiones, altera ex
contractu, altera ex ſtipulatu. Aut intercedit contractus, qui
non eſt certitudinarius, ſed poteſt eſſe, & non eſſe, vt numera-
tio, traditio, &c. Et tunc, ſiue ſtipulatio incontinenti ſequatur,
ſiue præcedat, ſiue ſimul, & ſemel interueniat, in dubio ſem-
per oritur actio ex ſtipulatu, & numeratio, ſiue traditio præ-
ſumitur interueniſſe ad implementum ſtipulationis de quo
Iaſ. in d. l. ſingularis, nu. 24. Quando vero ſequitur ſtipulatio
contractuum ex interuallo, olim præſumebatur nouatio con-
tractus: hodie autem non per æque niſi hoc expreſſe agatur, l.
fin. C. de nouatio.
His ſic præmiſſis, circa prim. titu. noſtri, prima definitio ſti-
pulationis notanda eſt, videlicet, quod ſit contractus iuris ci-
uilis, nominatus, qui conſtet quadam conceptione verborum
quibus ille, qui interrogatur, reſpondet ſe daturum, vel factu-
rum id, quod interrogatur, d. l. 5. §. ſtipulatio, ff. eodem & dicta
13 eſt ſtipulatio a ſtipulo, quod apud veteres firmum appellaba-
tur, fortè à ſtipite deſcendens, vt hic in fine primi. Vnde ſtipu-
14 latio quaſi firma obligatio, ſicut ſtipes dicitur, ſecūdum Plat.
hic. Et Gloſſ. ſuper verbo, Firmum, inquit, aliquid dari ſolitum
fuiſſe in ſtipulatione, in ſignum contractæ obligationis, ſicut
apud nos plerumque datio dextræ interuenire ſolet. Vnde
per Notarios plerumque, hæc verba inſtrumentis inſcribun-
15 tur: (Vnd habens mit handgebender trevve ei mander zuge-
ſagt. Sicut inueſtitura feudi fit per traditionem baculi, enſis
annuli, &c.) Et alibi bibere ſolent, vt eſt Gloſſ. hic quam An-
gel. multum notat, quod facto mercato, & concluſo negotio,
ſi apparet de hoc partes bibiſſe, videatur contractum ſorti-
tum eſſe omnem perfectionem. Et ſubijcit, Idiotas in par-
tibus Thuſciæ, quando volunt ſignificare venditionem cele-
bratam eſſe perfectam, & abſolutam, hoc ſermonis genere
vti, vt partes ſuper hoc bibiſſe dicant. Et ita habetis hic Gloſſ.
16 (Vom LeitKauff.) Deinde circa prædicta tit. noſtri nota-
bitis, ad ſtipulationem octo requiri, ſecundum Iaſ in d. l. 5. §.
ſtipulatio. I. Vt verba, & loquela interueniant, atque ita vter-
que loquatur. Vnde mutus, ſurdus, & infans ſtipulari non poſ-
ſunt, l. 1. in princ. § ſi quis ita, ibi, ſine verbis, ff eod. vbi dicitur,
non ſufficere, etiam ſi quis annuat. II. Vt præcedat interro-
gatio, & ſequatur reſponſio, ſecundum Gloſſ. 1. hic, & l. 1. Cod.
de vſur. & d. §. ſtipulatio, & hic in §. ſeq. Vnde ſtipulatio nulla
eſt, quando reſponſio, ſeu promiſſio interrogationem præce-
dit, propter peccatum formæ, ſecundum Porc. & alios hic in
princip. III. Vt reſponſio ſit conformis interrogationi, d. §. ſti-
pulatio, & d. §. ſeq. ibi, (congruenter ad interrogata reſpōdeat)
IV. Vt reſponſio incontinenti interrogationem ſequatur, aut
poſt modicum interuallum, d l 1 §. 1. cum ibi not. ff. eod. V. Vt
partes ſe inuicem exaudiant, & intelligant ſiue per ſe, ſiue per
interpretem, & perſonam verborum, non per ſigna, d. l. 1. in fi.
ff. eod. & d. §. ſeq. VI. Vt ſit facta inter præſentes. Nam inter
abſentes per nuncium, vel per epiſtolam ſtipulatio fieri non
poteſt, §. item verborum, 12. inſ. de inut. ſtipul. VII. Vt ſtipula-
tio contineat aliquid fieri, vel dari, dicto §. ſtipulatio. VIII. Vt
a quis promittat factum a ſuum, non alienum, l. ſtipulatio iſta,
38 in princ. ff. eo. Vos addite IX. requiſitum, quod præſuppo-
17 nitur, videlicet conſenſum. Sicut enim in omnibus cōtracti-
b bus, ita & in hoc neceſſarius eſt; alias non b valet, leg. 1. §. 3.
verſ. Adeo, ff. de pact. Sed quare ad ſubſtantiam, & formam
ſtipulationis requiratur, vt præcedat interrogatio, & ſequa-
tur reſponſio, alias vitietur, reſpondet Paul. de Caſtr. & Alex.
ſuper d. Rub. vt magis demonſtretur animus, conſenſus, &
deliberatio. Non enim præcedente interrogatione multi pro-
c mittunt, & c offerunt, non tamen animo obligandi, ſed grati-
ficandi, credentes alios non accepturos. Sed quando interro-
gatio præcedit tunc videtur reſponſio deliberata, vt interro-
gatio effectum ſortiatur, & non præcedente interrogatione,
videtur pactum nudum factum eſſe. Requirunt igitur verba
ſtipulationis, hunc ordinem, vt præcedat interrogatio, & ſe-
18 quatur reſponſio. Sed iam quæritur. Quādo quis aliquid pro-
miſit, nec apparet de interrogatione præcedente, an præſu-
matur ſtipulationem contractam eſſe? Et dic ſecūdum Doct.
hic, ſi verbum promiſit, proferatur à Notario in inſtrumento
intelligi de ſtipulatione: ſecus, ſi à teſte. Licet enim in is dicat,
quempiam promiſiſſe, nec ponat interrogatum reſpondiſſe;
non probat ſtipulationem, vt eſt Gloſſ. & ibi Bart. in l. 1. C. de
vſur & Doct. in d. l. ſciendum. 30 ff. eod.
19 Poſtremo notabitis, ex verborum obligatione oriri duas a-
ctiones, condictionem certi generalis, quæ datur, quando ali-
quid certi ſtipulationem deductum eſt: & actionem ex ſtipu-
latu, quando incertum venit in ſtipulationem. Ex quo colligi-
tur diuiſio ſtipulationem, ſec. Iuriſc in leg ſtipulationum, 74. ff.
20 eo. Quod ſtipulatio alia ſit certa, alia incerta: quę diuiſio indu-
cta eſt, vt conſtet qualis actio oriatur, vt hic. Stipulatio certa
21 eſt, quæ continet aliquid certum in ſubſtantia, quantitate, &
qualitate. Et illud eſt quod Iuriſconſul inquit, in d. l. ſtipulatio-
num, & in l. vbi autem, 75. ff eod. quando apparet, quid, quale,
& quantum in ſtipulationem deductum eſt, vt vini Rhenen-
ſis amphoræ decem, quæ tria ſemper requiruntur, cum ſtipu-
lamur quantitatem conſiſtentem pondere, numero, & menſu-
ra. Sed quoties ſpeciem ſtipulamur, ſufficiunt duo, vt ſcilicet
ſit certa in ſubſtantia, & qualitate, vt fundus Tuſculanus. Nec
enim requiritur certificatio quantitatis, quia totum quis ſti-
pulatus intelligitur. Et quando iſta concurrunt, competit cō-
dictio certi generalis, de qua Doctor. in l. certi condictio, 9. ff.
ſi certum petatur. Sed his deficientibus, dicitur ſtipulatio in-
certa. Sed contra ſtipulationem incertā opponitur poſt Glo.
in verbo. Si incerta, eam non valere, per regulam, l. ita ſtipula-
tus, 115. ff. eod. quæ habet, quod incertitudo vitiet ſtipulatio-
nem. Sed ad hoc reſpondere ex mente Glo & Doct. hic, & in
d. l. ita ſtipulatus, ſtipulationem rei incertæ non valere, quādo
22 promittitur ſub genere generaliſſimo, vel ſubalterno: veluti,
ſi quis in genere promittit aliquid, vt animal: nam tunc pro-
pter nimiam incertitudinem non valet, cum dando feſtucam
vel muſcam, promiſſor liberetur. Secus, ſi aliquid promittatur
in genere inferiori, dummodo ſit aliqua certitudo, quæ certis
finibus continetur: vt ſi promittatur in genere ęquus, bos, &c.
Secus, ſi non ſit aliqua certitudo, vt ſi promittatur in genere,
quod conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, nec apparet
de quantitate, & qualitate Id, inquam, non valet, niſi in certis
caſibus, not. per Iaſ & Doct. in d leg ita ſtipulatus, inter quos
refertur ille, quando promittitur dos, non expreſſa quantita-
te, quia debet conſtitui pro modo facultatum, & dignitate
naturalium viri, l. cum poſt 69. §. gener. ff. de iure dot. Adde
Appel. hic ante fin. in princip.

ADDITIONES.

a *Stipulari quoq; ſibi non alteri debet, l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. eo. Quid ſi quis alteri iuramento interpoſito ſtipulatus ſit? Firmabitur ſtipulatio. Alex. in c. Cum contingat de iureiur.*

b *Adeo, vt ne pactum in ſe contineat: & in hoc conuenit cum acceptilatione l. an inutilis, 8. in princ. ff. de acceptil. ſi tamen acceptilatio aliquid vitij in forma habet, & conſenſum deſtituatur, valebit, vt pactum, l ſi vnus, 27. §. ſi acceptilatio, 9 ff. de pact. ſecus, quam in ſtipulatione, l. 1. § ſi quis ita, ff de verb. oblig. l. 1. §. cum qui de conſtitut. cuius diuerſitatis ratio hæc eſt, quod leges magis fauent liberationi quàm obligationi, in l. Arrianus, 47. ff. de oblig. & actionib.*

c *Vel nulliter plerumq; quis promittit: & perfunctorie, non ex animo vt ſi quis ſe exaſſe, & totum Titij eſſe dixerit, & ſua omnia eiuſdem eſſe, ac fore, non propterea Titio ſe ſuaq; donaſſe intelligendus ſit, Gl. in l. 2. C. in quib. cauſ. col. 12.*

§. In hac re.

1 *Argumentum huius §.*
2 *An ſtipulatio contrahatur quibuſcumque verbis.*
3 *An diuerſitas linguarum vitiet ſtipulationem.*

1 IMperator in hoc §. declarat, quibus verbis. Stipulatio hodie contrahatur, reiecta ſolennitate verborum, quæ olim ad contrahendam ſtipulationem neceſſaria erat. Nam olim per

Google

per quæcunque verba fiebat interrogatio, per eadem oporte-
bat fieri reſponſionem, veluti, (promittis? promitto dabis? da-
bo, &c.) Nec poterat fieri per verbum æquipollens, 1. gloſ. in l.
omnes, 10. C. de contrah. ſtip. & Plat. hic. Sed hæc ſolemnitas
a hodie *a* ſublata eſt, vt hic, & d. l. omnes. Vnde ex hoc §. 1. nota-
2 bitis regulam, quod ſtipulatio contrahitur quibuſcunq; verbis
modo ſint apta, & congruentia ad interrogata, & reſpōſa, &
interrogatio præcedat, & ſequatur reſponſio vt hic, & d. l. om
b nes. Mentem enim potius, & intellectum quam *b* verba con-
ſiderare debemus, l. cum virum, 16. C. de fideicom. 11. Nota-
c bitis aliam regulam, quod diuerſitas *c* linguarum non vitiet
3 ſtipulationem, vt ſi quis Latinè interroget, & alter Græcè re-
ſpondeat, dummodo contrahentes ſe inuicem intelligant, vel
per ſe, vel per interpretem, vt hic, & d. l. 1. §. fi. ff. eod.

A D D I T I O N E S.

a *Stipulatio verbis aptis, & idoneis fieri poteſt, vt hic. Nec igitur
per notas, aut ſingulas literas (vulgus ciffras appellat) fieri poteſt
neque ita facta valebit, l. qui autem, §. vlt. ff de conſtit pecun. Et
ſtipulatores mutare rerum naturam poſſ. l. ſi quis in fundo vo-
cabulo, ff. de leg 1. Bar in l. quoties, ff. de hæred. inſtit. gl. in proœ-
mio Digeſ. §. illud autem in verbo Criminalem.*
b *L. 1. § qui præſens, ff. eod. Et ſic verbis inutilibus, & ſuperfluis,
non vitiabitur ſtipulatio, l. qua extrinſecus, ff. eod.*
c *Et ideo Notarius Italus inter Germanum, & Gallum inſtru-
mentum rectè conficiet, ſi modo vtriuſq; contrahentis linguam
nore per ſe, vel interpretem l. 1. in fi. ff. eod. Et credatur ſoli No-
tario ſi vtriuſq; linguam notitiam habebat, l. ſi quis decurio, C.
de falſ. Sin vtriuſq. linguam ignorat, duo teſtes adhibendi erūt
aut vnus ſaltem. Nouel. De reb. Eccleſ. non alie. §. quod autem.*

§. Omnis ſtipulatio.

1 *Omnis ſtipulatio, aut eſt pura, aut in diem, aut conditionalis.*
2 *Stipulatio pura quid.*
3 *In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præſenti die debetur.*
4 *An in pura obligatione tempus ad ſoluendum concedatur, & an illud tempus ſit determinatum.*
5 *In quibus caſibus requiratur tempus à lege expreſſum.*
6 *Stipulatio in diem quid.*
7 *In ſtipulatione in diem ceſſit dies, ſed non venit.*
8 *Quare dies in ſtipulatione apponatur.*
9 *Quando dies in fauorem debitoris adiecta intelligatur.*

1 EX hoc, §. ſecundam diuiſionem ſtipulationum notabitis.
Omnis enim ſtipulatio, aut eſt pura, aut in diem, aut cō-
2 ditionalis. Pura ſtipulatio eſt, quę purè fit, ſine adiectione diei
vel conditionis, veluti, (Promittis mihi dare decem ex cauſa
donationis?) & tu reſpondeas, Promitto. In hac ſtipulatione,
neque dies, neque conditio adiecta eſt ideo ceſſit, & venit
dies, ideſt nata eſt obligatio, & actio, ita vt confeſtim illa de-
cem peti poſſint, vt hic, & l. cedere diem, 213. ff. de verborum
3 ſignificat. in omnibus enim obligationibus, in quibus dies non
apponitur, præſenti die debetur, l. in omnibus, 14. ff. de regul.
iuris, & l. eum qui Kalendis, 41. § fi ff. eod. Non tamen ſtatim
cum ſacco creditor paratus venire debet, leg. quod dicimus,
105. ff. de ſol. & Gloſſ. hic, in verbo, Confeſtim. Sed miſera-
tionis gratia modicum debitori tempus ad ſoluendum con-
ceditur, quod a iure non eſt determinatum ſed eſt in arbitrio
iudicis, prout ſecundum perſonarum, & locorum varietatem
videbitur, ſecund. Bart. & Doct. in d. leg quod dicimus, & De-
cium in d. l. in omnibus Ang. & Doct. hic in tribus tamen caſi-
4 bus requiritur tēpus a iure expreſſum I. In conſtituto, vbi de-
bitor ante decimum diem non conueniri poteſt, leg. promiſ-
ſor, 21. §. 3. ff. de conſtit. pecu. II. In dote, quæ intra annum ſol-
uenda eſt, l. 1. §. cum autem, 7. ver. Exactio, C. de rei vx. act. III.
in re iudicata, quando quis per ſententiam condemnatur, di-
latio quadrimeſtris ad ſoluendum ei conceſſa eſt, l. fi. §. fi. C. de
5 vſur. rei iudic De iure vero Saxo. 14. dies hoc caſu concedū-
tur, art. 5. li. 2 vbi text. quod ad dic. l. fin. §. fin. diligēter not. Sti-
6 pulatio in diem dicitur, quando non pure, ſed adiecto die ali-
quid ad interrogationem præcedenē promiſſum eſt, veluti,
(Promittis mihi dare decem primo Ianuarij) Et tunc expreſ-
7 ſa dies adiecta eſt, & quidem bene ceſſit dies, ſed nondum ve-
nit dies, ideſt certa quidem eſt obligatio, ſed efficaciter ante
diei aduentum, decem promiſſa peti non poſſunt, vt hic, & l.
qui hoc anno, 42. ff. eo. Hęc enim dies appoſita eſt differendæ
8 ſolutionis gratia, in fauorem debitoris. Idem eſt in tacita die,
quæ etiam legalis dicitur, quando ſcilicet promiſſioni tantum
tempus ineſt, veluti, ſi quis per ſtipulationem promittit mihi
dare decem in certo loco, puta Norimbergæ. Nam tunc ineſt
tātum tempus, quo promiſſor eo peruenire poſſit, § loca, inſt.
eo. & l. interdum, 73. l. continuus, 137. § cum ita, l. eum, qui Ka
lendis, 41. §. quoties, ff. eo. Licet. n. hæc ſtipulatio, quoad verba
pura ſit, tacitam tamē temporis dilationem præſtat, d. §. quo-
ties, & d. § loca. Et ſicut ante diei aduentum non poteſt debitū
peti, ita quoq; nec ipſo die, qui ſolutioni deſtinatus eſt, ſeu tum
demum, vbi is dies finitus eſt; & hoc in quacunque temporis
parte locum habet, vt hic, & d. l. qui hoc anno, & d. l. eum qui
Kalendis, §. fi. & l. eum qui certarum, 138 ff. eo. vbi is, qui pro-
9 miſit ſoluere in nundinis, non poteſt conueniri, niſi vltimo die
nundinarum. Dies enim in fauore debitoris adiecta intelligi-
tur. Hoc tamen duobus modis limitatur, I. niſi hoc expreſſe
inter partes actum fuiſſet, ſecundum Bart. & Doct. in d. l. eum
qui certarum. II. Niſi dies eſt adiecta, vt præſens obligatio
oſtendatur, non cauſa differendæ ſolutionis, veluti (Promittis
a mihi hodie *a* dare decem?) l. liber homo, 118. §. decem, ff. eod.
Quid autem ſi quis promiſerit ſoluere iſtis diebus? Et hoc de
b duobus *b* intelligendum dicit Ang. hic, nu. 4.

A D D I T I O N E S.

a *Stipulatio. Hodie dari non eſt in diem, ſed pura, l. liber homo, §.
decem, ff. de verborum oblig. ſic tamen, vt totus dies cedat pro-
miſſori, & conueniri poſſit tranſacto die.*
b *Dierum appellatione biduum intelligitur, & ideo qui his die-
bus ſoluere promiſit, intra biduum ſe ſoluturum promiſiſſe in-
telligitur, l. inter illam, 217. §. 1 ff. de verb. ſignific. Adde l. 41. l.
109. ff. de verborum oblig.*

§. At ſi ita.

1 *Promittis decem aureos quoad viuā annuos, qualis ſtipulatio.*
2 *Promittis decem aureos quoad viuam qualis.*
3 *Promittis decem, qualis.*
4 *An ſtipulatio annua ſit tranſitoria ad hæredes.*
5 *In dubio quiſlibet non tantum ſibi, ſed etiam hæredibus proſpicere intelligitur.*

AD intellectum huius §. tres caſus principaliter notandi
ſunt poſt Doctor. in l. ſi Stichum, 16. §. 1. & l. eum qui ita,
1 4 ff. eodem. Primus eſt, quando quis expreſſe, & coniunctim
ſtipulatur, ſibi dari decem aureos annuos, quoad viuat. Et hic
eſt propriè caſus §. noſtri. Et tunc ſine dubio debentur, & ſin-
gulis annis, non vnica decem, donec ſtipulator viuit. Et licet
de rigore iuris tranſeat illa ſtipulatio quoque ad hæredes, vt
hic, quia tempus non eſt modus tollendæ obligationis, l. obli-
gationum fere, 44. §. 1. verſ. Placet, ff. de obligat. & actio. tamē
hæredes petentes, per exceptionem pacti repelluntur, vt hic.
Et hæc ſtipulatio eſt pura, neque dies differendæ ſolutionis,
ſed cauſa multiplicandæ obligationis adiecta eſt, quia ſtipula-
tor vult ſibi plura decem ſolui ſingulis, ſcilicet annis, quoad
viuat. Et ideo confeſtim decem illa in initio temporis adiecti
peti poſſunt, quia eſt ſtipulatio pura, & tempus adiectum à
fauorem creditoris, non debitoris. De quo vide Plat. & Ang.
hic, & Paul. de Caſtr. in d. l. qui hoc anno, niſi fructus ſingulis
annis de quodam fundo eſſent præſtandi: nam tunc expectā-
dum eſt, donec fructus ex fundo percipiantur, leg. Firmio He
liodoro, 26. §. pater, ff. quando dies leg. cedat, & plures caſus
vide per Plat. & Ang. hic.

Alter caſus eſt, quando quis ſtipulatur ſibi dari 10. quoad
viuat, non addito annuo, vel ſingulis annis, & tunc quando
non conſtat expreſſe de mente contrahentium, dicite, ſecun-
dum Iaſ. poſt alios in d. l. eum, §. qui ita, in dubio deberi vnica
10. tantum, in tota vita ſtipulatoris, & non plura. Et pro hac
ſententia facit ſecundum Iaſ. ibi, quod in dubio, id, quod mi-
nimum eſt, debetur, & ſemper in dubio fit interpretatio con-
tra ſtipulatorem, l. ſemper in ſtipulationibus, 34. ff. de reg. iur.
Nec hoc caſu illa decem annuatim præſtanda ſunt, ſed tota
confeſtim ſimul peti, & præſtari debent, ſecundum Iaſ. in leg.
eum §. qui ita, per text. ibi, in verbo, Confeſtim. Hanc tamen
concluſ. limitat ibi Bart. niſi eſſet homo pauper, cui ſic decem
ſimpliciter, quod viuat, promittantur. Nam tunc in dubio,
videtur cauſa alimentorum hanc promiſſionem eſſe factam.
Vnde ſingulis annis quoad viueret, illa decem deberentur. Et
hæc limitatio ab omnibus approbatur.

Tertius

Digitized by Google

3 Tertius caſus eſt, quando quis ſtipulatur à Caio decem aureos annuos, non adiecto, quoad viuat, ac tum ſine dubio nõ vnico: ſed ſingulis annis decẽ debebuntur, & quia pura eſt obligatio, peti poſſunt in initio anni, & pro illa ſtipulatione annua etiam pro futuris temporibus ſtatim agi poteſt, ita vt condẽnatio virtute eius fieri debeat pro omnibus annis. Executio tamen fieri non debet, niſi pro portione vnius primi anni, ſic ſucceſſiue de anno in annum, ſecundum Iaſonem in d. l. ſi Stichum, §. 1. n. 15. & 16 & ff. eo. An autem illa ſtipulatio annua ſi
4 tranſitoria ad heredes, ita vt poſt mortem ſtipulatoris, etiam eius heredes poſſint cum effectu petere, & exigere a promiſſore, & eius heredibus annuatim illa decem, contrariæ reperiuntur ſententiæ Doct. & D. Iaſ. poſt Dyn. Bald. Cumanum Ludouicum Rom. Ioan. Fab. & Alexan. de Imola, in d. l. ſi Stichum, §. 1. per multa fundamenta concludit, illam ſtipulationem annuam ſimpliciter ſic conceptam, eſſe perpetuam, & eum effectu tranſitoriam ad hæredes, per text. ibi, dum dicit, quod ſit perpetua, & per regulam l. veteris, 13. C. de contrah. & committ. ſtip. quod ſtipulationes, ſiue in dando, ſiue in faciendo, ſiue mixtim conſtant, in dubio cenſeantur eſſe reales tranſitoriæ ad hæredes actiuè, & paſſiuè, ſiue ſit ſpecialis hæredum facta mentio, ſiue non. Et quia ſtipulatio annua non eſt excepta ſufficit habere regulã pro ſe, vt dicit Bar. in l. quo-
a ties 13. ff. ſi quis cautionibus. Et quilibet *a* in dubio non tan-
5 tum ſibi, ſed etiam ſuis hæredibus paciſcendo proſpicere intelligitur, l. ſi pactum, 9. ff. de prob. niſi eſſet facta promiſſio ex
b cauſa, quæ non conueniret hæred. ſtipulatoris: *b* veluti, ſi nobilis promittit annua decem Doct. Iuris, vt ſibi ſit aduocatus, vel Medico, vt curet infirmos in familia ſua. Hæc promiſſio ad hæredes non eſt tranſitoria, ſec. Iaſ. in d. l. ſi Stichum, n. 3. Et iſta opinio in puncto iuris eſt verior, vt atteſtatur Pau. de Caſt. ibi n. 2. licet de æquitate opinio gl. ibi. quã ſequitur Bart. tolerari poſſit, quod in caſu dubio heredes ſtipulatoris per exceptionem excludantur, propter infinitatem præſtandi, quæ in dubio vitiari ſolet, l. fideic. 11. §. ſi quis decem, 17. ff. de le. 3.

ADDITIONES.

a *Stipulari etiam quiſque ſibi in dubio intelligitur non alteri, l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoq. §. ſi quis ita ff. de verb. obl. Quod tamẽ non obtinet in filiofamilias. Hic intelligitur patri ſtipulari, l. quicunque, in fi. ff. eod. tit. Fallit in ſeruo, & procuratore. Nam hi domino intelligitur ſtipulari, l. 1. ff. de ſtip. ſeru. l. poſt dotem, ff. ſol. mat. Fallit etiam in dote. Vide Bar. in d. §. ſi quis ita.*
b *Vt ſi alimenta annua promiſſa vide l. ſancimus, 34. §. penul. & vlt. C. de donat. Cuia, & Doctor. l. ſi Stichum, 16. §. 1 ff. de verbor. oblig.*

§. Sub conditione.

1 *Conditio quid.*
2 *Conditionis diuiſio.*
3 *Neceſſaria quid, & quotuplex.*
4 *Conditionis impoſſibilis ſub diuiſio.*
5 *Conditio poſſibilis quid.*
6 *Conditio poſſibilis quotuplex.*
7 *Poteſtatiua quid.*
8 *Cauſalis quid.*
9 *Mixta quid, & quot modis fiat.*
10 *Conditio alia expreſſa, alia tacita.*
11 *An conditio tantum fiat per dictionem, Si, an vero etiam per alias dictiones.*
12 *An ſtipulatio ſub conditione, vt in aliquem euentum differatur obligatio fieri poſſit, & quot modis concipiatur.*
13 *Effectus ſtipulationis ſub conditione quis.*
14 *An conditio impoſſibilis de facto, natura, iure, & perplexitate verborum, ſtipulatione vitiet.*
15 *An ſtipulatio ſine cauſa valeat.*

1 SEquitur nunc de conditionali ſtipulatione. Ad cuius intellectum ordinaria doct. Cyni, ad quam in dies recurritur in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. præmittenda eſt, quod conditio propriè eſt, quando aliquid confertur in caſum dubium qui poteſt ſe habere ad eſſe & non eſſe, & ſic in futurum euentum. Si vero conferatur in præteritum, vel præſens tempus certa eſt conditio, aut enim eſt, aut non eſt. Ideo non eſt propriè conditio, de qua Iaſ. in l. cum ad præſens, 37. ff. ſi cert. petatur,
2 & ibi Doct. Bart. in l. 1. ff de condit. & dem. Ang. & Doct. hic. Eſt autem conditio multiplex, ſecund. Cyn. & Bald. in d. leg. 1. quædam enim eſt neceſſaria, quædam impoſſibilis, quædam vero poſſibilis.

3 Conditio neceſſaria eſt, quæ habet certam, & infallibilem cauſam, & neceſſe, & certum eſt, eam aliquando extituram. Et illa eſt duplex, quædam eſt neceſſaria, quæ eſt certa omni certitudine, ita vt etiam conſtet de tempore, quãdo ita extabit veluti. Si ſol cras orietur. Quędam eſt neceſſaria, quę non eſt certa omni certitudine. Licet enim certum ſit eã aliquando extituram, tamẽ tempus ignoratur, vt. Si Titius morietur. Certum enim eſt hominem moriturum, l. Publica, 26. in pri. ibi, *ſi aliquid humanitus mihi contigerit*, quod exponit gl. ibi, *ſi mortar*, ff. depoſiti, & l. ſenatus, 35. § mortis, ff. de mot cauſ. donat. ſed ignoratur quando, cum nihil incertius hora mortis, l. 1. §. dies, ff. de cond. & demonſt.

4 Conditio impoſſibilis quoque ſubdiuiditur, Quędam eſt
a impoſſibilis impoſſibilitate *a* naturæ, veluti. *Si cælum digito attigeris*, &c. Hoc enim naturaliter impoſſibile eſt, vt in vita, quis cælum digito attingat. Quędam eſt impoſſibilis de facto, vt, *Si dederis mihi montem aureum, vel, ſi Alpes vltra mare deferes.* Quædam eſt impoſſibilis de iure, quę non congruit bonis moribus, quam lex improbat ratione turpitudinis veluti, *Promittis Caio decem ſi Titium occideris* ? leg. filius, 15. ff. de cond. inſtit. Quædam eſt impoſſibilis propter perplexitatem verborum: veluti, ſecundum Cynum, *Titius heres eſto, ſi Seius heres erit, & Seius heres eſto, ſi Titius heres erit*, l. ſi Titius, 16. cum ibi not. ff. de cond. inſtit.

5 Conditio poſſibilis *b* eſt, quæ habet ſe ad vtrumque, po-
b teſt contingere, & non contingere, cum pendeat a caſu, &
6 fortuna. Eſtque triplex. Quædam eſt poteſtatiua, quæ pendet ex mera voluntate eius, cui promittitur: veluti, *Promitto tibi decem, ſi illud, vel illud feceris, pone, ſi ſalutaueris Electorem.* Eſt enim in tua poteſtate, eum ſalutare, vel non. Nec obſtat, ſec. Cynum, quod hoc non ſit in tua poteſtate, cum omnis ſtatus noſter ex inſidijs fortunæ depẽdeat, & in perpetuo motu conſiſtat, l. 2. §. ſed quia, 18. Cod. de vet. iur. enucl. licet enim in aliquo caſu impediri poſſit, non tamen veriſimile eſt
7 te impeditum iri. Et notanter dicitur a Cyno, poteſtatiuam conditionem eſſe, quæ confertur in poteſtatem, & voluntatem eius cui promittitur. Si enim conferetur in voluntatem tertij, non eſſet poteſtatiua, ſed potius cauſalis veluti, *Promit-*
8 *to tibi decem, ſi Sempronius ſalutauerit Electorem.* Quædam eſt cauſalis, quæ pendet ex caſu, & fortuna: veluti, *Promitto tibi decem, ſi Imperator vicerit Turcam.* Hoc enim pendet ex futuro euentu, caſu, & fortuna. Quædam eſt mixta conditio, quę aliquid participat, de poteſtatiua, & de caſuali conditione. Et duobus fit modis, ſecundum Cynum. Vno modo dicitur mixta, quæ partim pendet ex facto tuo, vel tua voluntate, partim ex caſu, & fortuna. Et de tali conditione idem
9 ſeruatur, quod de caſuali: veluti promitto tibi decem ſi redieris ex Gallia. Hæc conditio eſt partim in voluntate tua, & partim pendet quoque ex inſidijs fortunæ cum multi caſus accidere poſſint, vt impediaris eo redire, vt eſt tex. in l. ſi pater, 4. C. de inſt. & ſubſt. Alio modo dicitur mixta, quæ pendet ex facto tuo, vel voluntate tua, & partim ex alterius volun-
10 tate, veluti, *Promitto tibi decem ſi duxeris filiam Sempronij.* Et de iſta iudicatur tamquam de poteſtatiua, vt eſt tex. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Item præmittendum, quod conditio alia eſt expreſſa: veluti, *Si nauis ex Aſia venerit*, alia tacita
c quando partes pure contrahunt, & tamen *c* contractus ex natura rei in ſtipulationem deductæ, tacitè in ſe conditionem continet, veluti. *Promitto tibi partum ancillæ pregnantis, vel fructus naſcituros in illo fundo.* Hic ineſt tacita conditio etiam præter voluntatem contrahentium ex natura rei, *Si ancilla pepererit, quia abortum facere poteſt. Si fructus naſcentur qui ex intemperie aeris perire poſſunt.* Et regulariter fit conditio per dictionem, Si. De quo, ff. de cond. & demon.

Ro-

ADDITIONES.

a *Impoſſibile aliud natura, aliud facti aliud iuris, aliud pugnantiæ, ſiue perplexitatis. Adde Doct. in l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. l. non ſolum, 31. ff. de oblig.*
b *Poſſibile aliud arbitrarium, aliud caſuale, aliud mixtum. Cæterum de promiſſione facta ſub hac conditione, ſi non fecero, an & quando committatur, & an ſtatim atque promiſſor facere potuerit, vide Alcia. Parad. 11. Menoc. de arb. iud. caſu 498.*
c *Tacita conditio promiſſionibus ineſt ex natura rei. Adde quæ infra dicentur in §. loca, hoc tit.*

12 Redeundo nunc ad textum, notabitis, quod ſtipulatio ſub
conditione, vt in aliquem euentum differatur obligatio, fieri
poteſt, & talis ſtipulatio conditionalis poteſt concipi affirma-
tiuè, & negatiuè. Affirmatiuè veluti, *Promitto tibi decem,*
ſi Cæſar hoc anno redierit in inferiorem Germaniam. Ne-
gatiue, veluti, Promitto tibi ſi Cæſar hoc anno non venerit in
inferiorem Germaniam. Et effectus huius ſtipulationis eſt,
13 vt antequam extet conditio, neque obligatio, neque actio
nata ſit, d.l. cedere diem, ff. de verbor. ſignific. Quod intelli-
gendum eſt de propria conditionali ſtipulatione, quæ ſcilicet
confertur in futurum tempus. Nam tunc differtur obligatio
in euentum conditionis. Sed quando confertur in præſens,
vel præteritum tempus veluti promitto tibi decem, ſi Cæ-
14 ſar hoc menſe fuit Auguſtæ, ſed iam eſt Auguſtæ, hic non ſu-
ſpenditur obligatio ſed habetur pro pura, l. cum ad præſens,
37. cum duabus legibus ſeq. ff. ſi cert. petat. Sic quoque ſtipu-
latio ſub conditione neceſſaria, habetur pro pura, l. ſi pupillus
9. §. qui ſub conditione: ff. de noua. Conditio vero impoſſi-
bilis de facto natura, iure, & perplexitate verborum, ſtipula-
tionem vitiat, de quo in §. ſi impoſſibilis, 10. infra de inutil. ſti-
pulat dicetur. Quod eſt verum in contractibus, non autem in
vltimis voluntatibus. Nam tunc conditio impoſſibilis habe-
tur pro non adiecta, & cenſetur inſtitutio pura §. impoſſibilis
10. ſupra, de hæred. inſtit. niſi ſit impoſſibilitas, perplexitatis.
Nam tunc, quia de voluntate teſtatoris non ita conſtat, vitia
tur vltima voluntas, d.l. ſi Titius, ff. de cond. inſtit.
15 Vltimo circa hunc §. notabitis, quod licet ſit regula, ſtipula-
a tionem *a* ſine cauſa non valere, l. 2. §. circa, ff. de doli excep.
tamen fallit in ſtipulatione conditionali, vbi conditio ſucce-
dit in locum cauſæ, vt pulchre per Alex. notatur, & alios in d.
l. a Titio, ff. eo. Bar. & Iaſ. in d. l. cum ad præſens, ff. ſi cer. pet. Et
dicit Alex. diligenter hoc notandum eſſe. Nam in magnis ci-
b uitatibus mercatores ſæpe ſic *b* concertant, & alter alteri per
ſolennem ſtipulationem aliquid promittit, ſi hoc vel illud fa-
ctum fuerit: veluti, *Promitto tibi decem ſi hoc menſe ſiuanteur*
comitia. Et habetur ſic iſta conditio loco cauſæ, ita vt ea ex-
tante efficaciter promiſſa peti poſſint. Et dicit Paul. de Caſt.
ſe pluries vidiſſe inter mercatores Florentiæ ita iudicari. De
iure Sax. *Vveichbild.* art. 101. *Nullus iudex ſuper ſponſionib.*
& concertationibus iudicare debet, &c. Quod intelligite, niſi
ſponſio, vel ludus de iure communi ſit permiſſus.

ADDITIONES.

a *Stipulanti promittens ſine cauſa, ſciens ſe non debere, donare videtur. Quod ſi dubitatur ſciuerit, vel non ſciuerit, non valet ſtipulatio. Cur. conſil. 131.*

b *Sponſiones mercatorum ſine cauſa an ſint prohibitæ, vide tractatum Petri Santerna Luſitani de aſſecuratione, & ſponſione*

§. Si quis ita.

1 *Exemplum ſtipulationis ſub conditione poteſtatiua negatiue concepta, & quando verificetur.*
2 *Cautio Mutiana a quo, & ad quem finem inuenta.*
3 *An cautio Mutiana locum habeat in contractibus.*

1 SVpra dictum eſt cōditionalem ſtipulationem poſſe etiam
negatiue concipi. In hoc igitur, §. ponitur exemplum ſti-
pulationis, quæ concepta eſt ſub conditione poteſtatiua ne-
gatiue: veluti, *Promittis mihi decem, ſi capitolium non aſcen-*
a *dero.* Et perinde eſt hac ſtipulatus fuero, mihi dari decem *a*
cum moriar. Itaque in vita mea non eſt nata obligatio, nec
actio, quia perfecte adimpleri non poteſt, donec viuam. Si
enim hodie non aſcendo, cras, vel poſt annum aſcendere poſ-
ſum. Vnde dicit Ang conditionem poteſtatiuam negatiue
conceptam, non dici verificari, niſi cum certum ſit, illam fie-
ri non poſſe. Quare ſi ad tempus concepta eſt, tranſactu illo
tempore dicitur, eſſe verificata, leg. quicquid aſtringendæ 99.
§. 1. ff. eodem. Si vero ſimpliciter, intelligitur verificata poſt
mortem, & quia talis ſtipulatio non ſortitur effectum in vita
ſtipulatoris, tranſit ad hæredem qui ex ea agere poteſt, per
totum titul. C. vt actiones ab hæred. & contra hæred. incip.
gloſ & Doct. hic, cuius occaſione Ang. & Doct. hic quærunt.
An ſtipulator poſſit cauere, ſe in vita ſua non aſcenſurum in
Capitolium, ita vt ipſe etiam ſtipulator in vita ſua poſſit age-
re ex conditionali ſtipulatione, & ſic an cautio Mutiana in
2 contractibus locum habeat? Ad cuius inueſtigationem ſcien-
dum, Mutianam cautionem a Mutio inuenta eſſe ad iſtum
finem, vt in vltimis voluntatibus actio, quæ nunquā nata eſt,
nec præcedente conditione naſci poterat, mediante iſta cau-
tione naſcatur, ita vt habeat vim purificatæ conditionis. E-
xempli gratia. Si alicui legatum relinquatur ſub conditione
poteſtatiua negatiue, ſcilicet ſi Capitolium non aſcenderit
hęc conditio ante mortem legatarij perfecte ab eo adimpleri
non poteſt. Sed conditione non extante, nec obligatio, nec
actio nata dicitur, vnde etiam legatum peti non poteſt, d. leg.
cedere diem, ff. de verb. ſign. Iam Mutius iſtam cautionem in
troduxit vt per legatarium promittatur de nunquam aſcen-
dendo, & ſi contingat eum aſcendere, ſimul cautionem præ-
ſtet per fideiuſſores de reſtituendo legato cum omnibus fru-
ctibus. Et ſic cautio iſta Mutiana habet vim impletæ, & pu-
rificatæ conditionis, ita vt ius fingat illam conditionem eſſe
impletam, & legatario actionem concedat, quæ alias ante
mortem nata non fuiſſet, l. Mutianæ, 7. & ibi Bart. & l. Titio
fundus, 73. ff. de conditio. & demonſtration. Iaſ. & Doct. in l.
3 ſiue apud acta 28 C. de tranſactio. Nunc ad propoſitum, quæ
rit. Ang. hic, An iſta cautio habeat quoque locum in contra-
ctibus: de quo ſunt variæ opiniones. Communis tamen ſen-
tentia eſt eam tantum in vltimis voluntatibus, & non in con-
tractibus in locum habere, vt eſt gl. & ibi Bar. in d. l. Mutianæ,
ſuper verbo neceſſitas. Et de rationibus diuerſitatis videte
Iaſ. & Doct. in d. l. ſiue apud acta.

ADDITIO.

a *Nec dicitur impleta niſi poſt mortem, quia mors certa l. nam ſi ff. de condictio. indeb. licet hora incerta, l. 1. ff. de conditio. & demonſtrat,*

§. Ex conditionali.

1 *Effectus conditionalis ſtipulationis.*
2 *An ſtipulatio conditionalis ſit tranſitoria ad hæredes.*
3 *In hæreditate, & legatis an conditiones ante euentum tranſeant ad hæredes.*
4 *Ratio diuerſitatis inter legata, & ſtipulationes.*

1 SVpra dictum eſt effectum conditionalis ſtipulationis eſſe,
quod antequam extet conditio, neque obligatio, neque
actio nata ſit, d. leg. cedere diem, & tantum ſpes ſit pendente
conditione, debitum iri, vt eſt text. hic, & in l. conditionales,
54. ff. de verb. ſign. Sed iam quæritur. Si ſtipulator decedat
a ante euentum conditionis, an tranſmittat *a* illam ſpem ad
hæredes? Et deciditur hic quod ſic, ſiue debitor pendente
conditione moriatur, ſiue creditor. Reliquit enim hæredem
2 ſuum obligatum, ſiue fuerit facta mentio hęredum, ſiue non
3 l. veteris, 13. C. de contrahen. & com. ſtip. & Ang. hic. In hæ-
reditatibus vero, & legatis conditiones regulariter ante euē-
tum non tranſmittuntur, ita vt ſi legatarius, cui legatum con-
ditionale relictum eſt ante euentum cōditionis moriatur, ni-
hil ad eius hæredem tranſmittat, l. vnica, §. ſin autem aliquid
ſub conditione, 7. C. de caduc. toll. Et ratio diuerſitatis inter
legata, & ſtipulationes hæc a Doctor. communiter hic, poſt
gloſs. in verb. contigerit, aſſignatur, quod legata nituntur ſo-
lius teſtatoris arbitrio, nec quicquam agit legatarius, ſed ſti-
4 pulatio duorum voluntate, & auctoritate conſiſtit. Validiora
itaque ſunt, quæ ſub contractu fiunt, vt notatur in l. 1. Co. de
pact. Et in ſtipulatione interuenit pactum contrahentis, quē
veriſimile eſt voluiſſe ſibi, & hæredibus ſuis proſpicere, d. leg.
veteris, & d. l. ſi pactum, ff. de probat. Et quis firmius retinet,
quod habet ex ſuo proprio facto, & prouiſione, quam ex fa-
cto, & prouiſione aliena, vt in vltimis voluntatibus vbi factū
legatarij plane non interuenit. Neque veriſimile eſt, teſta-
torem voluiſſe hæredibus legatarij proſpicere, præſertim
extranei, cui legauit ſub conditione, quam ſciebat euenire
poſſe, & non poſſe. Si enim etiam proſpectum voluiſſet hę-
redibus haud dubie etiam eius mentionem feciſſet, vel pure
legaſſet, maxime cum mens defuncti gubernet conditiones,
l. in conditionibus, 17. de condit. & demonſtr.

ADDITIO.

a *Conditionis cauſalis implendæ ius ad hæredem traſmittitur at non arbitrariæ, ſeu poteſtatiuæ, vnde Gayl. 2. obſeru. 1.*

§. Loca.

1 *Argumentum huius §.*
2 *An tempus itineris in contract. ſicut in iudicijs ſit expreſſum.*
3 *Vir bonus quis dicatur.*
4 *Si ſint duæ viæ, vna breuior altera longior, quæ conſideranda veniant.*
5 *Pro quibus rebus Cato per totam vitam pœnitentiam egerit.*
6 *An anguſtia temporis in contractu appoſita vitiet eum.*

1 SVpra in §.omnis, dictum eſt, ſtipulationem quandam eſſe
in diem. In hac poro quandoque dies eſt expreſſa, de qua
ſupra dictum eſt: quandoq; verò tacita, de qua loquitur text.
noſter hic,& in l.interdum,73 & l.continuus,137.§.cũ ita,ff.
eo. veluti,quando ſolutio collata eſt in certum quemdam lo-
cum,vt ſi promittis mihi dare decem Norimbergę.Nam hoc
caſu tacitè ineſt tempus, quo commodè eo perueniri poteſt,
ante quod conueniri non poteris. Qui enim ante diem agit,
male agit,l.1.in fi.ff.quando dies vſusfructus legati cedat. Et
2 licet in iudicijs ſit tempus itineris ordinatum,videlicet vigin
ti milliaria pro qualibet diæta,l.1 ff.ſi quis cautionibus:tamen
in contractibus hoc non eſt expreſſum, ſed committitur ar-
3 bitrio boni viri,ideſt iudicis,vt inquit text.in d.l.continuus,§.
cum ita. Et arbitrabitur iudex illud tempus,habita ratione di-
ſtantię loci,temporis ętatis,ſexus,& valetudinis,d.§.cum ita.
Et addite, quod in ſimili refert Iaſ.in d.l.1.ff.ſi quis cautioni-
bus,& qui citatus eſt,vt certo die compareat, vt continuatis
diebus veniat, nihilominus dandum eſſe vnum diem quietis
pro qualibet ſeptimana,vt eſt gl.ſingularis in c.cupientes,16.
§.in verbo,commode, de elect.in 6.& c.quamuis,in verb.cõ-
tinuatis,de offic.ord.in 6.Et elapſo tempore arbitrato, ſi non
fuerit ſolutio facta in loco deſtinato,poterit promiſſor in alio
conueniri,d.§.cum ita,vbi Bart.quærit.Quod ſi ſint duæ viæ,
4 & vna breuior altera,vtra conſideranda ſit in arbitrio à iudi-
a ce? Et reſpondet, ſecuriorem *a* ſpectandam eſſe, & quæ ma-
gis frequentatur.Idem dicitur in leg.1. ff ſi quis cautionibus.
Et ibi pulchre D.Iaſ.refert id quod Bart. & Bal.in leg.non ſo-
lum,ff.de excuſ.tut.in prin.per text.ibi, decidunt contra nun-
cios communes,quibus ſoluitur pro numero milliarum, de-
bere ſcilicet eos accipere mercedem, facta commenſuratio-
ne per viam rectam,& non per viam magis longinquam,ni-
ſi via recta eſſet periculoſa, l.2.§.ſi quis tamen, 8.verſ. quid
enim ſi quis, verbo periculoſum, ff.ſi quis cautionibus. Sicut
quoque citatus, qui habet duas vias, vnam per montes, quæ
eſt breuior,& aliam per planiciem, quæ eſt longior, excuſa-
tur, ſi per planiciem iter faciat, & tardius etiam veniat, de
quo poſt alios vide Iaſ.in d.leg.1.qui addit, quod ſi duplex ſit
b via, vna per mare breuior,& alia per terram *b* longior, nihil
cauſę eſſe,quominus per terram venire liceat.Et allegat Plu-
tarchum, qui refert in vita Catonis Cenſorij, eum pro tribus
rebus per totam vitam pęnitentiam egiſſe. Primum, ſi quid
5 per arcanum mulieri aliquando crediſiſſet; ſecundo, ſi per
aquam traieciſſet,quo poterat per terram proficiſci; tertio,ſi
aliquot dies per incuriam ſine ſtudio conſumpſiſſet. His ad-
dite D.Iaſ.poſt Bart.in d.l.1.§.1.ff.de his, qui deiecerint, vel
effu.&c.per tex.vbi dicit, qu.Florent.deciſam eſſe, cum inter
Florentinos, & Vbaldinos conuentum eſſet, vt Vbaldini te-
nerent vias ſecuras,quod hoc non niſi de vijs ſolitis intellige-
dum ſit,per quas homines frequenter ſoleant iter facere. Vn-
de ſi quis iret per viam inſolitam, & derobaretur Vbaldini
non tenerentur. Quod ad illam deciſionem Bald.in §.conuẽ-
ticula,de pace tenenda inter ſubd.in vſib.feudorum notabitis
c qui dicit, ius faſque eſſe, vt percipientes *c* vectigal, itinera ſe-
cura teneant,alias teneri eos ad reſarciẽdum damnum, quod
expreſſis verbis de iure Sax.ſtatutum eſt, art 27.lib.2.de quo
in §.item is, ex cuius cęnaculo, inſ.de oblig.quæ ex quaſi de-
lict. &c. dicemus, vt nimirum illud intelligatur, quando per
vias ſolitas,ſoluens vectigal.iter fecerit ſicut in ſimili Bart.in
l.cum proponas,3.per tex.ibi,C.de nautico fęnore,decidit: Si
mercator traderet mulioni merces qui in itinere deroberur,
non teneri mulionem, ſi iuit per viam ſolitam: alias ſi cauſa
fraudandi vectig. iter faceret per viam inſolitam, periculum
ad ipſum ſpectaret. Addite Iaſo.in d.l.1.§. ſi quis cautionibus.
Pro pleniori intellectu,§.noſtri,tres caſus diſtinguatis. I. Aut
quis ſimpliciter ſtipulatur dari ſibi in certo loco,non adiecto
die, vt in proximo exemplo §.noſtri, & tunc tacitè ineſt tem-
pus ex natura loci adiecti,quod relinquitur arbitrio iudicis,d.
l.continuus,§.cum ita.II. Aut quis ſtipulatur in certo loco,ex-
preſſo die & tunc ſi tãtum temporis eſt adiectum, intra quod
promiſſor eo peruenire, & iter abſoluere poſſit, non eſt du-
bium,quin valeat ſtipulatio,nec promiſſor cõſtituitur in mo-
ra, donec totum tempus elabatur,ſicut in quacunque alia ſti-
pulatione in diem. Et ita loquitur l.inſulam intra biennium,
124.ff.eodem. III. Aut tam anguſtum tempus adiectum eſt,
vt ſit impoſſibile promiſſorem intra illud ad locum deſtina-
tum peruenire poſſe, & talis ſtipulatio propter impoſſibilita-
tem vitiatur,vt hic,in fin.§.noſtri,& l.3.(al.2.) §.qui ita, 6.ff.
de eo quod certo loco. Eſt enim impoſſibile, vt hodie hic exi-
ſtens etas poſſit eſſe Romæ. Hoc tamen limitat gl.in verbo,
d impoſſibilis, *d* vt procedat, niſi vterque ibi haberet ſuum
Procuratorem, & egiſſet quilibet cum ſuo, vt eodem die fie-
ret ſolutio. Deinde limitatur, vt anguſtia temporis in contra-
ctu appoſita, vitiet eum,quando ſcilicet eſt contractus ſtricti
iuris:ſecus,ſi eſt bonæ fidei,de quo Ang hic,& Bart. & Doct.
in d.l.continuus, §.illud, 4.ff.eod.

ADDITIONES.

a *Arg.l.eos,in fi.ff.de falſ.l.2.C.de curſu publ. Et ideo promittẽs aliquem per viam ſecuram ducere, ſi per viam inuſitatam duxerit,tenebitur, ſi quid inter viator deductus damni ſenſerit. Vide tamen exceptiones apud Socin.reg.promittens.325.*
b *Via per terram tutio,quam via maris Vide Gayl.2.Obſer.64. paſſim.*
c *Vectigal percipientes viam ſecuram præſtare tenentur, & ex quaſi delicto tenentur eo caſu, maxime ſi ſaluum conductum, aut teſſeram ſecuritatis dederint. Iacob.de S.Georg.in ea. 1.in verbo,queritur Cepolla tract.ſeruit.vrb.c.de via,qu.25. Adde quæ infra dicta ſunt in § item is,inf.de obl.quæ ex quaſi delict.*
d *Adde l.vlt.§.ſi inter eos, ff.de verb.oblig.*

§. Conditiones.

1 *An ſtipulatio ſub conditione præteriti,vel præſentis temporis ſtatim valeat, vel non.*

1 SVpra dictum eſt conditionem propriè eſſe, quæ confer-
tur in futurum tempus,& ſic in euentum dubium,ſeu ca-
ſum,qui poteſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, & illa ſuſpendit
obligationem,d.l.cedere diem.Sed conditio de præterito, vel
pręſenti non dicitur propriè conditio, ideò non ſuſpẽdit obli-
gationem.Si enim falſa eſt,impedit actionem,& obligationẽ
oriri,vt nihil valeat ſtipulatio.Si autem vera eſt,ſtatim valet,
& producit actionem,licet contrahentes ignorent,vt hic,& l.
cum ad præſens,37.& ibi Doct.ff.cert.pet.

§. Finalis.

1 *Stipulationum aliæ in dando, aliæ in faciendo conſiſtunt.*
2 *Stipulatio dandi quæ.*
3 *Stipulatio faciendi quæ.*
4 *Dare eſt Dominium transferre.*
5 *Stipulationes dandi cuius ſint natura.*
6 *In ſtipulationibus faciendi promiſſor ſoluendo intereſſe liberatur.*
7 *Optimum conſilium Imperatoris, de pęna ſubijcienda in ſtipulationibus faciendi.*
8 *An quis compelli poſſit ad apponendam pœnam in contractu.*
9 *An pęna in ſtipulatione adiecta, ſemel exacta poſſit iterum exigi, ſi contra fiat.*
10 *An factum & pœna exigi poſſint.*
11 *Differentia inter fructus, pœnam, vſuras, & intereſſe,& nu. 12.13.& 15.*
14 *Quomodo differant pęna, & vſura ab intereſſe.*
16 *Intereſſe quid.*
17 *Intereſſe quotuplex,& nu.18.& 19.*
20 *Subdiuiſio intereſſe ſingularis.*
21 *Intereſſe ſingulare affectionis tantum quid.*
22 *Intereſſe ſingulare affectionis cum vtilitate quid.*
23 *In caſibus certis,qui habent certam naturam,& quãtitatem, intereſſe ſingulare non excedit duplum intereſſe communis, ſecus in caſibus incertis.*
24 *Qualiter intereſſe probetur.*
25 *Intereſſe commune ratione delicti, quomodo probetur.*
26 *Vt intereſſe per iuramentum probetur, quæ requirantur.*
27 *Intereſſe commune ratione contractus, quomodo probetur.*

1 AD intellectum iſtius §.primo, tertia diuiſio ſtipulatio-
num præmittenda eſt, quam ponit Iuriſconſ. in l.2.in
princ.ff.eodem, videlicet, aliam eſſe ſtipulationem dandi
a aliam faciendi. Stipulatio dandi dicitur, quæ in *a* dando
conſiſtit, & hoc inter contrahentes agitur, vt aliquid per
2 promiſſorem detur. Et hoc eſt,quod Imperator hic dicit,non
ſolum res, id eſt, certa corpora, quæ dari ſolent,vt bos, e-
quus, pecunia, & cetera, in ſtipulationem deduci poſſunt.
Stipu-

ADDITIO.

a *Stipulationes,aliæ dandi, aliæ faciendi.*

Stipulatio autem facti in faciendo conſiſtit quando aliquod
factum in ſtipulationem deducitur, ſiue conſiſtat in facien-
do,ſiue non faciendo. Hæc enim eſt materia obligationis,cir-
ca quam omnis obligatio verſatur,& cõtrahitur,vt quis obli-
getur,vel ad aliquid dandum,vel faciendum,l.obligationum,
44.ff.de oblig.& act.Eſt autem magna differentia inter ſtipu-
a lationem dandi,& faciendi. *a* Dare *b* enim dominij transla-
b tionem importat,l.vbi autem,75.§.fi.ff.eo. & §.ſic itaque,14.
4 inſ.de act. Qui ſtipulatur *c* ſibi aliquid dari, ſemper id petere
c cogitur,nec aliud petens,puta æſtimationem rei, vel intereſ-
ſe,dimiſſa re principali auditur adeo vt etiam rem, licet poſt
moram debitoris perempta ſit, nihilominus ſibi dari petere
cogatur,l.ſi ſeruum,91.§.fi.ff.eod. quamquam iſto caſu iudex
ex officio iubeat æſtimationem rei ſolui, dum videt rem ip-
ſam,quia perijt,præſtari tunc poſſe. Ita etiam debitor,qui cer-
tam rem dare promiſit, cogitur præciſe illam rem dare, nec
auditur,ſiue liberatur,ſi aliam rem,vel eſtimationem rei ſol-
uere vellet,idque per regulam.l.2.§.mutui datio,ff.ſi cert.pe-
tat.ne aliud pro alio inuito creditori ſoluatur. Et ſic obligatio
dandi, tam à patre debitoris, quam creditoris eſt præciſa, &
inuariabilis,ac proinde non eſt in poteſtate,nec debitoris,nec
creditoris, aliam rem,altera parte inuita, vel petere, vel ſol-
d uere,vt not.Bart.& Doct. in d.l.vbi autem, §.fin. Qui verò *d*
factum ſtipulatur,poterit poſt moram debitoris recta via pe-
tere,vel factum,vel intereſſe,ſi vult,idque ex natura obliga-
tionis faciendi, in qua poſt moram ſtatim ſuccedit obligatio
ad intereſſe,l.ſtipulationes non diuiduntur,72.ver. Celſus,ff.
eo.& l.ſi quis ab alio,13.§.fi.ff.de re iud. Sic quoque promiſ-
6 ſor in obligatione faciendi poteſt, vel facere, vel ſi non vult
præſtare factum poterit ſoluere intereſſe, idque ex natura
iſtius obligationis,quia facta ſunt incerta,d.l.vbi autem,§.qui
id,quod in faciendo 7. Et de ratione diuerſitatis, vide Bart. in
d.l.ſtipulationes,non diuiduntur,nu.12. Et quia in obligatione
faciendi, ſuccedit obligatio ad intereſſe,ita vt promiſſor præ-
e ſtando intereſſe liberetur, eius aut probatio *e* ſit difficilis,ideò
7 Imperator hic, & Iuriſconſ. in l.fi.ff.de præt. ſtip. tradunt hoc
f conſilium,vt is,qui ſtipulatur factum *f* certam pecuniæ quã-
titatem loco pęnæ adijciat,cum ne actor in probatione inte-
reſſe ſuccũbat, tum quia facti æſtimatio incerta eſt, eo quod
facta ab alijs pluris, ab alijs minoris æſtimari ſoleant, & vbi
pęna eſt adiecta, non curatur de intereſſe, ſed pęna peti po-
8 teſt, etiamſi nihil interſit. An autem quis compelli poſſit ad
apponendam pęnam in contractum, dic ſecundum gl. in d.l.
fi.& Doctor.hic,quod non,niſi ab initio hoc fuerit conuentũ
quamquam Ang.malit hoc relinquendum eſſe arbitrio iudi-
cis,referẽs aliquot caſus in quibus pars compelli poteſt, quos
9 ponit Paul.de Caſt. in d.l.ſi Item quæritur. An,pęna in ſtipu-
latione adiecta ſemel exacta,poſſit iterum exigi, ſi contra
fiat? Et dic,quod non,ſec.gl.fi.hic niſi ſit dictum, toties eam
commiſſum iri,quoties fuit contra factum, vt in d.gl.fin.per
tex.in l.ſi duos,34.§.fi.ff.de rece.arb.& in l.qui fidem,16 ff de
10 tranſ. Vnde nota ſecun Pla.hic,quod licet vtrumque exigere
poſſit,& factum,& pęnam tamen actor altero contentus eſſe
debet,niſi ſit dictum,rato manente pacto,d.l.qui fidem,& ibi
Bart. Et illud eſt notandum, quia ſec. Angel. hic quotidie fit,
vt quis promittat pęnam,rato manente pacto,quandoquidẽ,
& factum,& pęna peti poteſt,d.l.qui fidem,vbi gl.& Doctor.
& Bart.in l.ita ſtipulatus,115.§.fi.ff.de verb.oblig.

Vltimo circa hunc,§.notabilis gloſſ. hic ordinariam, ſuper
verbo probare qualiter intereſſe probetur. Ad cuius intelle-
11 ctum quædam ſunt præmittenda. Et primò quod diuerſi ſũt
12 termini, fructus,pęna,vſura,& intereſſe. De fructibus in §.ſi
g quis à non domino,35.ſupra,de rer.diuiſ.dictum eſt. Pœna *g*
13 verò eſt certa quantitas pecuniæ, quæ ſic promittitur loco
h intereſſe,*h* quoties non fit,quod promiſſum eſt,vt hic in tex.
i noſt. Vſura *i* autem *k* certum quoddam emolumentum,
k quod quis ex re mutuata percipit vltra ſortem, tantum pro-
pter officium mutationis, quæ de iure diuino, & Canonico
prohibita eſt, vt per tot.titul.de vſur. Et pulchre notatur per
Iaſonem poſt alios in dict.leg.1.C.de ſum. Trini. Et differunt
14 pęna, & vſura,ab intereſſe,ſecun Bald in l.vnica,Cod. de
ſententijs,quæ pro eo quod intereſt,&c. tanquam determina
tum ab indeterminato. Pęna enim,& vſuræ ſunt determina-
tæ,certæ,& taxatæ ſtatim ab initio per pactum,ſeu conuẽtio
nem,veluti. Si non ædificaueris mihi domum hoc anno,pro-
mittis mihi dare decem? Item. Promittis quinque ſingulis an-
nis de centum pro vſuris? Intereſſe autem ab initio non eſt
certum,& taxatum per conuentionem, ſed ex poſt facto, &
15 futuro euentu declaratur. Exempli gratia, mutuaui tibi de-
cem gratis, ſicut debet fieri, & promiſiſti mihi ea reſtituere
certo die,quod non facis hoc mea intereſt,forte ſum merca-
tor,& potuiſſem emere vinum,vel merces,& tantum veriſi-
militer lucratus fuiſſem, ſed quia non reſtituiſti, ceſſat illud
meum lucrum, & tanti mea intereſt, quanti fortaſſis lucrari
potuiſſem,quod ex futuro euentu declaratur. Eſt autem inte-
l reſſe *l* ſecundum gloſ.in d.l.vnica,damnum emergens, & lu-
16 crum ceſſans. Quaſi dicas, intereſſe nihil aliud eſt, quam ſi
quis damnum ſentit,vel in perdendo proprium,vel nõ acqui-
rendo lucrum. Et cum ita intereſſe conſideratur ſimpliciter,
& abſolutè in ſe,non prout petitur, procedit iſta definitio, ſ.
Dec. in d.l.vnica. Sed quando conſideratur prout petitur in-
tereſſe,alia definitio tradi ſolet,videlicet;vt eſtimatio intereſ-
ſe,ſit æſtimatio damni emergentis,vel lucri ceſſantis,contin-
gens ex eo quod aliquid nõ fit,quod fieri debuit, vel fit, quòd
fieri non debuit, vel non datur, quod dari debuit, vel datur,
quod non dari debuit. Et ſic ſecund. Bart. ibi eſt quantitas,quę
non debetur immediatè, ſed quæ ſuccedit in obligationem
ex eo quod non fit,quod fieri debuit,&c.
m Secundo premittendum,quod intereſſe eſt *m* triplex ſecũ-
dum cõem doctrinam gl.& Doct. in d.l.vnica,& in l.1.vbi gl.
17 ſuper verb.intereſt,ff.de act.empt. Quoddam eſt intereſſe cõ-
uentum,quoddam commune,quoddam ſingulare. I. Intereſ-
ſe conuentum, ſ. communè DD. ſententiã,eſt quantitas,par-
tium conuentione taxata,quæ propriè pœna dicitur, vt in §.
noſt. vbi quãtitas ſuccedit in locum eius, quod fieri debuit, &
18 dicitur intereſſe. II. Intereſſe commune dicitur, quod cõiter
ab omnibus ęſtimatur,ſic communis ęſtimatio rei,vel damni
quod apud vnum non plus valeat, aut minus, quam apud a-
lium,l.pretia rerum 63.ff.ad leg.Falcid.& leg.ſi ſeruum, 33.ff.
16 ad leg.Aquil. III. Inter eſſe ſingulare: eſt æſtimatio rei, quãti
quis rem facit,non attento cõmuni rei valore,ſed ex ſua pro-
pria affectione,quam erga rem habet,dato quod res alias cõ-
muniter tanti non valeat. Atq;ita eſt præciſe contrarium,cõ-
muni intereſſe, quia non tantum valet apud quemcunq; ſed
ſingu-

ADDITIONES.

a *Faciendi verbo, ſeu facti intelligitur etiam non factum, l. quod ſi tibi dari, ff. verb. obl. l. quoties, ff. eod. l. de dec, §. qui mulierem, ff. qui ſat. l. nec omiſſa, C. de liber. a cauſa, l. Labeo, ff. de controu. emp. l. 2. ff. pro ſoc. l. his verbis, ff. de adopt. De faciendi verbo adde l. 58. 175. 189. 219 ff. de verb. ſign.*

b *Dare proprie eſt dominium transferre, vide § ſic itaq; inf. de act.*

c *Dandi obligatio ex parte creditoris, & rei præciſa, & inuariabilis. Eſt faciendi obligatio ex parte creditoris variabilis eſt poſt moram.*

d *Nam poſt moram faciendi creditor poteſt agere, vel ad factũ vel ad id quod intereſt, ex parte vero rei ante moram variari poteſt. In eius enim eſt poteſtate facere, vel id quod intereſt præſtando liberari.*

e *Probatur tamen id quod intereſt per teſtes, l. 1. §. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Interdum iureiurando in litem, quoties id, quod intereſt, petitur ex dolo aduerſarij, l. ſemper, §. in hoc inter dicto ff. quod vi aut clam, l. ſi quando, C. vnde vi. Bar. in l. in actionibus, ff. de in litem iur. Iun. c, vel de eo quod vi metusve cauſa.*

f *In mutuo, & obligationibus pœna conuentionalis non æque recipitur, quia ſapit vſuram, vide Doctor. in l. ſtipulatio, 38. §. alteri, 17 ff de verb. oblig. Rero cap. dilecti, de arbit. Iaſ. §. actiones, 10. inſtit. de act. Afflict. deciſ. 135. Pariſ. conſ. 34. lib. 1.*

g *Pœna eſt, quicquid extra rei perſecutionem eſt, l. 2. ff. de tut. & ra. l. 12. §. 1. ff. ſi quis omiſſa cauſa l. 5. in fin. ff. de Publiciana, l. 5. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. leg 11. § ſed ſi plures ad leg. Aquil. Hinc pœnales actiones rei perſecutorijs opponuntur, §. ſequens diuiſio, infr. de act. l. 5. in fine, ff. de alien. iud. mutandi cauſ. leg. 32. ff. ad l. Falcid.*

h *Pœna ſumitur interdum pro eo quod intereſt, l. vlt. ff. de eo quod certo loco, l. 3 ff iudic. ſolu.*

i *Pœna tamen interdum ſumitur pro vſura, vt l. 40. ff. de rebus credit, l. 11. ff. de vſur. l. 32. §. fi. de hæred. inſtit.*

K *Vſura ex vſu, Pœna ex contumacia eſt. Vſura creſcit tempore, non pœna, l. 75. §. 6. ff. de verb. obl. l. 44. ff. de vſur. l. 13. ff. de pign.*

l *Id quod intereſt, ita definitur a Iuriſc. quantum mihi abeſt quãtumq; lucrari potui, l. ſi commiſſa, 13 ff. rem ratam haberi: vbi dixi, vt & in l. 2. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Porro, damni & lucri ceſſantis, quando ratio habenda, vide Gayl. 2. obſer. 6. Adde, & de eo quod intereſt Maſuer. in Praxi, rub. de expenſ. Molin. tract. de vſur. & eo quod intereſt, & alios ſimil.*

m *Intereſſe conuentum, commune ſingulare. Hanc tamen diuiſionem plerique non admittunt.*

ſingulariter ex vnius ſpeciali affectione æſtimatur. Et Bartol.
in d.l.vnica,in tertia oppoſitione ponit doctrinam, per quam
ſingulare intereſſe cognoſcitur ab alijs, & dicit ſingulare dici
quoties aliqua res plus valeat vni, quam alijs omnibus, eſt
tranſmiſſibilis ad alios. Et exemplificat hoc in ſcholari, qui
habet codicem valentem communi æſtimatione florenum,
ſed quia longo tempore in eo legit, & bonas apoſtillas manu
propria ſcribendo adiecit, eſtque in eo localis, non venderet
eum 12. florenis,hoc dicitur intereſſe ſingulare non commu-
ne,propter illam qualitatem, quæ ſcholari tantum competit,
& nulli alij, nec eſt tranſmiſſibilis ad alium. Et illud inter-
eſſe ſingulare eſt duplex, affectionis tantum, & affectionis
20 cum vtilitate. I. Intereſſe ſingulare affectionis tantum *a* di-
a citur, in quo de nulla agitur vtilitate,præter valorem rei, ſo-
21 lum de quadam affectione. Exempli gratia. Pone, quidam
ſcholaris habet Amaſiam, quæ dedit ei vnum iocale,quod in
rei veritate vix valet obolum, ſed ipſe habet talem affectio-
nem in eo,vt ne decem aureis quidem venderet, hic tantum
eſt affectio ſine vtilitate, quia non valet in rei veritate plus
quam obolum, & ratione illius intereſſe non augetur æſti-
matio: nec debet conuentus in plus condemnari, quam res
22 in rei veritate valeat,d.leg.pretia rerum, & d.l. ſi ſeruum. II.
b Intereſſe ſingulare affectionis cum *b* vtilitate, continet præ-
ter affectionem, & communionem rei valorem, etiam vtili-
tatem,vt eſt in ſcholari habente codicem valẽtem florenum,
in quo habet ſuam memoriam. Item,bonas apoſtillas manu
ſua ſcriptas,ita vt non venderet 20. florenis. Illa affectio con-
tinet etiam vtilitatem propter memoriam,& apoſtillas,& lo-
calitatem,quam habet in iſto libro, quæ non eſt tranſmiſſibi-
23 lis ad alium. Et propter tale intereſſe affectionis cum vtilita-
te,augeri debet æſtimatio,prout ſtatuit Imper. in d.leg.vnica,
videlicet,vt in caſibus certis, qui habent certam naturam, &
quantitatem, intereſſe ſingulare non excedat duplum inter-
eſſe communis:adeoque in exemplo relato de codice ſchola-
ris,non condemnetur reus ad 20. florenos reſpectu affectio-
nis quam habet ſcholaris erga librum,ſed tantum ad duplum
communis valoris ſeu intereſſe, & ſic ad duos florens. In ca-
ſibus autem incertis,vt in factis,quæ ſunt in certa,d.l. vbi au-
tem,§.quid,quod in faciendo, ff.eod. totum intereſſe præſtari
debet,quantum eſt in rei veritate.Et hoc debet liquide proba-
ri,d.l.vnica, & ibi DD.&c. Iam quæritur. Qualiter intereſſe
24 probatur? Et primo intereſſe conuentum probatur per in-
ſtrumenta contractus, item per teſtes, qui contractui inter
fuerunt,ſecund.gl. hic in verb.probare,& DD. in d.l.fin.ff.de
præt.ſtip.& in d.l.vnica.

25 Circa intereſſe vero commune,*c* diſtinguit Faber hic. Aut
c petitur intereſſe ratione delicti:aut ratione contractus. I.Ca-
d ſu *d* probatur intereſſe commune per iuramentum in litem,
non affectionis,ſed veritatis, quanti res in rei veritate ſecun-
dum communem æſtimationem,non ſingularem affectionẽ
valebat,l.cum furti,9 & l.in actionibus,5.§.plane in ſi. ff.de in
litem iurando,c.ſi.cum ibi not.de ijs,quæ vi met. cauſ. & leg.
ſi quando 9. C. vnde vi. Non aliter tamen æſtimatio rei, vel
damni fit per iuramentum, quam vbi delictum prius eſt legi-
timè probatum,d.l ſi quando,in prin. ibi. *patefacta*. & in d.c.
ſi.in verb.violentia per teſtes.Exempli gratia.Si dicam te mi-
hi ſurripuiſſe equum, in primis teneor probare illud furtum,
quo probato ſtatur iuramento meo circa æſtimationem equi
ablati. Vnde Bald.in d l. ſi quando dicit, principaliter debere
conſtare de delicto antequam perueniatur ad iuramentum.
Nam crimen per iuramẽtum non probatur,cum in crimina-
libus probationes debeant luce meridiana eſſe clariores,l.fin.
C. de probat. Sed crimine præſuppoſito.i.legitime probatio,
per iuramentum damnum & intereſſe probatur,d. l. ſi quan-
do,vbi eſt caſus.Si quis expellat me domo,& res meas mobi-
les auferat,probata violentia, probabuntur res amiſſę per iu-
ramentum meum,& niſi prius delictum fuerit probatum, nõ
habet locum iuramentum.Hinc Iaſ.poſt alios in d. l. ſi quan-
do,nu.36.& Abb.in d.c.ſi.nu.5. dicunt, duo cõcurrere ad hoc
26 debere, vt intereſſe per iuramentum probetur. I. Difficultas
probandi res amiſſas,quæ eſt,vbicunque ad oculum res amiſ-
ſæ demonſtrari non poſſunt,quia ſunt peremptæ, vel nõ ex-
tant vt tradit Bart.in d.l.in actionib.nu. 12.ff. de in litem iurã-
do.II Odium ſpoliantis,neque enim ſufficit difficultas probã-
di abſque delicto conuenti.Quod facit ad pulchram quæſtio-
nem motam per Bal.& DD in d l.ſi quando,& cap fin. Pone,
Statuto caueatur, ſi quis fuerit derobatus in villa, vt villa te-
neatur ad emendationem. Si nũc viator conqueratur de ſpo-
liatione, & petat emendationem damni à villa communiter
per Legiſtas, & Canoniſtas concluditur, licet difficultas ſit
probandi, cum fuerit ſolus, & nemo viderit quid habuerit in
marſupio,& violentia quoque fuerit probata,tamen quia ip-
ſa villa,quæ conuenitur, non commiſit delictum, ſed tenetur
de maleficio alterius,vigore ſtatuti nõ ſtatur iuramento ſpo-
liati Secus,ſi ageret contra ſpeculatorem. Et iſta eſt limitatio
ad d l.ſi quando,& d.c.fin.vt locum habeant, quando imme-
diate agitur contra ipſum delinquentem.Secus,ſi contra ter-
tium,qui pro delinquente tenetur. Et hanc ſententiam vſus
iudiciorum approbat, vt refert Iaſ. in d.l.ſi quando. His adde
quod licet per iuramentum probentur res amiſſæ, tamen hoc
eſt verum præcedente taxatione iudicis, d.l. ſi quando. Nam
de iure communi,actor ęſtimat quantum damni paſſus ſit,&
poſtea iudex talem æſtimationem taxat, & debet damnifica-
tus iurare, illatum ſibi damnum illa taxatione non fuiſſe le-
e uius. De *e* iure vero Saxonico, actor damnum ad certã ſum-
f mam æſtimat,quã damnificans,ſeu reus perſoluere tenetur, *f*
niſi præſtito iuramento æſtimatam ſummam extenuare poſ-
27 ſit art.47.libr.3. II. Caſu quando petitur intereſſe commune
g ratione *g* contractus,tunc debet probari, per teſtes, vt hic in
gl. ſi eſt res mobilis,ſi vero *immobilis*, tunc per iudicem æſti-
matur,vel per alios bonos viros iuratos,quibus iudex ęſtima-
tionem faciendam committit: item per alios modos,de quib.
Bar.in d.l.vnica,& l.2.C.de reſcind.vend.& in d.l.pretia rerũ
niſi dolus,& perfidia arguatur. Nã eo caſu probatur æſtima-
tio per iuramẽtum.Exempli gratia,ſecundum Abb. in d.c.fin.
& Iaſ.in d.l.ſi quando,nu.48.ſi aliquis intrat hoſpitium, & de-
ponit apud hoſpitem valliſiam clauſam, & ſigillatam, quæ ei
reſtituitur diſſigillata,ſtabitur iuramento deponẽtis, qui dicit
ſibi res ex valliſia ſubtractas: De quo Bart.& DD. in d.l. in a-
h ctionibus. Circa probationem intereſſe *h* ſingularis, breuiter
dicitur, ſi ſunt actiones bonæ fidei, vel arbitrariæ, probari il-
lud per iuramentũ in litem,d.l.in actionib præſertim quando
dolus aduerſarij, aut contemptus iudicis interuenit, ſi vero
ſunt actiones ſtricti iuris,tũc intereſſe ſingulare vere proban-
dum eſt per teſtes,d.l.vnica vbi DD.& addite Ioan.Fab.hic.

ADDITIONES.

a *Intereſſe ſingulare affectionis tantum.*
b *Intereſſe ſingulare affectionis cum vtilitate quemadmodum æſtimetur,& quid in æſtimatione damni illati artifici inſigni, quemadmodum ineatur, vide Menoch. de arb.iud.caſu 122.& de lucr. ceſſantis intereſſe eiuſq; probatio,vide eund.ibi.caſ.129.*
c *Intereſſe commune.*
d *Intereſſe commune ratione delicti probatur per iuramentum in litem aduerſus vulnerantem,vel homicidam doloſum gloſſ.vlt. in l.nummis,ff.de in litem iurando,c.delicti,vbi gloſ verb. cum iuſtis,vbi Abbas,& alij,de for comp.c.vlt vbi gloſ.de ijs quæ vi metuſve cauſ.l.1.vbi Gloſ C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Quid ſi hæres vulnerati vel occiſi iurare non poſſit, vel quia infans eſt,l.videamus,ff.de in litem iurando, vel quia non petit, vel quia homicidium culpa non dolo fuit admiſſum. Poteſt iudex,cognitis homicidæ facultatib. id ſtatuere. Maſuer.in praxi,rub.de expenſ.intereſſe,& dam. Sco.4 Sent.d.15 ibi Ric. & Landulphus Cagnol.l.1. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. Et hunc quidem in modum id,quod intereſt noſtra ex maleficijs ea probari poteſt iureiurando in litem. An illo caſu intereſſe extra rem etiã præſtetur? Ita definit tr.de in lit.iurand §.10.n.27.*
e *Vide conſtit.3.par.2.*
f *Obtinet hæc in cauſa violentia, quando ex delicto rei petitur damnum; alias probare legitimo modo ſuum intereſſe cogitur.*
g *Vide Plot.tract.de in lit iur.§.28.& paſſim.*
h *Intereſſe ſingulare quemadmodum probatur, vide Menoch. 2. de arbit.iudic.caſu 120.*

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI & promittendi.

TITVLVS XVII.

In principium Titul. & §. Duo pluresue.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Concordantes Rubricæ cum hoc titulo.*
3 *Rei ſtipulandi,& promittendi qui dicantur.*
4 *Vt plures rei debendi, & ſtipulandi dicantur, quæ requirantur,& num 6.7.& 8.*
5 *Correi vnde dicantur.*
9 *Explicatio quorundam vocabulorum in definitione poſitorũ.*
10 *Quot modis duo,pluresue rei ſtipulandi, & promittendi conſtituantur,& num 11.& 12.*

HActenus dictum eſt de ſtipulationibus quæ inter ſingulos, non plures contrahuntur. Sed quia ſæpe duæ, pluresve perſonæ interuenire ſolent, tam à parte ſtipulantium, quam promittētium, vt vnus pluribus inſolidum obligetur, & ecōtra plures vni inſolidum teneantur, ideo hunc tit ſubijcit Imperator. Licet enim in alijs contractibus etiam plures rei credendi, & debendi conſtitui poſſint, l. eundem, 9. ff. eod. tamen id magis per ſtipulationem fieri ſolet. Habet autem hęc Rub.
2 tit. concordantes in ff. de duobus reis conſt. & in Cod. de duobus reis promitten. & ſtipulan. & in Authent. Nouel. de reis promit. 99. Eius materia eſt ſatis difficilis, & diffuſa, vt inquit Ferrarienſ. in forma libelli, contra plures reos debēdi, in prin-
3 cip. Pro cuius intellectu ſecundum quod reus ſtipulandi is dicitur, qui interrogat, & ſibi aliquid dari ſtipulatur. Reus promittendi vero qui reſpondet, & promittit, l. 1. ff. eodem Bart. tamen in l. fin. in fin. ff. eodem plenius definit, & dicit, duos, vel plures, reos ſtipulandi, vel credendi dici, quando pluribus ex vna eademque cauſa principaliter, & voluntarie idem in ſolidum debetur vere, vel ficte. Exempli gratia ſecundum Imperatorem, hic in princip. Pone, me ſtipulari a Titio hoc modo. *Promittis mihi ſeruum Stichum?* Et Caium in continenti poſt meam interrogationem, & ante reſponſionem Titij, etiam interrogare, & poſtea Titium reſpondere. *Vtrique veſtrum Stichum dare ſpondeo. Hic ego & Caius effecti ſumus duo rei ſtipulandi, &c.* Duo autem rei promittendi vel debendi ſunt, quando plures ex vna eademque cauſa principaliter, & ſponte promittunt, ac debent idem vere, vel ficte. Exempli gratia, ſecundum Imperator hic in §. duo: *Si ſtipulor a Titio, promittis mihi centum,* & ipſe reſpondet, *Promitto:* Et deinde a Caio ſic ſtipulor: *Promittis mihi eadem* 100, *quæ ſtipulatus ſum a Titio?* & ipſe reſpondet. *Promitto.* Iam Titius, & Caius ſunt duo rei promittendi, ſeu debendi. Veluti, ſi duo vel plures, pro vna, eademque ſumma, ſe æque principales debitores conſtituunt, ac in ſolidum obligāt quod quilibet pro integra ſumma, vſque ad ſufficientem ſatisfactionem, obligatus manere velit. Nam quando alias plures in aliqua Apocha ſe obligant, non tamen in ſolidum, non dicuntur correi debendi, & tenetur quilibet pro ſua rata, & virili portione tantum.
4 Ad *a* hoc autem vt plures rei debendi, & ſtipulandi dican-
a tur, requiruntur plura, ſecundum Paul. de Caſtr. in l. 2. ff. eod. leg. Vt rei ſtipulandi ſtipulentur eandem rem, vel quantitatem pecunia, & rei debendi, vel promittendi promittant, & obligent ſe ad eandem rem, vel quātitatem pecuniæ. Si enim ſtipularentur diuerſas res, & etiam promitterent diuerſas, non ſunt duo rei ſtipulandi vel promittendi: veluti, ſi Titius mihi promitteret 100 & Caius promitteret mihi vinum, vel alia 100. non eadem quæ à Titio ſtipulatus ſum non dicuntur Caius, & Titius duo rei debendi. Idem à contrario: veluti. Si ergo à Titio ſtipulor 10. tu vero ſtipulatis, ab equum, vel alia decem, non dicuntur duo rei ſtipulandi, de quorum natura eſt, vt illud in obligationem deducatur, & diſparitas, & diuerſitas rei debitæ, vitiat conſtitutionem duorum eorum, dict. leg. 2. ibi, *eandem pecuniam*, & leg. ſi id quod, 15. ff.
5 eodem. Hinc quoque correi dicuntur, ſecundum gloſ. in l. 1. ff. eodem, & gloſſ ſuper Rubr. d. Nouel. 99. ab ipſa eademque re, quia eiuſdem ei, & obligationis ſunt creditores, & debitores, & ſic ab identitate rei, non a reatu, ſicut alias, reum pro debitore, vel conuento accipiunt, & allegatur ad hoc Cicer. in 2. de Orat. vbi inquit: *Reos appello, non eos tantum, qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur.* II. Vt ex vna eademque cauſa fiat, & ſtipulatio, & promiſſio à pluri-
6 bus. Nam & diuerſitas cauſæ in obligationem deductæ duorum reorum conſtitutionem vitiat. Vnde ſi ego ſtipulor à Titio decem ex cauſa mutui, tu vero ſtipularis ab eo decem ex cauſa emptionis, non ſumus correi ſtipulandi: Sicut nec Caius promittens mihi decem ex cauſa mutui, & Titius alia decem ex cauſa emptionis, correi debendi dicuntur, ſecundum Bart. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi id, quod, ff. eodem, & in dict. leg. fin. in 2. quæſt. III. Vt quilibet in ſolidum promittat.
7 Hic enim eſt principalis ſubſtātia, & natura duorum reorum debendi, vt quilibet in ſolidum ſit obligatus: alias ſi quilibet pro parte tantum ſe obligaret, diceretur ſeparatim debitor ſuæ portionis, d. l. 2. & l. reos, 11. §. cum tabulis, ff eodem. De
8 quo iuſr. plura dicentur. IV. Vt quilibet eorum principaliter ſit obligatus: ſecus ſi vnus principaliter, alter vero acceſſorie ſe obligaret. Nam tunc non eſſent correi debendi, ſed vnus diceretur principalis debitor, alter vero qui acceſſorie ſe obligaret, fideiuſſor, de quo Bart. in d. leg. eandem, 9. in 5. quæſtio. ff. eodem.

9 Præterea in definitione dictum eſt *Voluntarie*, ad differentiam eorum; qui in ſolidum obligantur, non quidem voluntarie, ſed neceſſarie, & inutili, ex quadam neceſſitate legali, vt ſunt plures tutores, vbi vnus obligatur pro alio, leg. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutel. & rat. diſtrahend. dict. leg. 3. & leg. plures, ff. de adminiſtrat. tutor. Et hi proprie non dicuntur correi, de quo Bart. in dict. leg. fin. in 4. quæſt. & dict. leg. eandem in 6. quæſt. &c. Item dicitur in definitione. *Vere vel ficte*, ſcilicet propter ea, quæ dicuntur per Bartol. & DD. poſt text. in leg. nemo eſt, 5. ff. eodem. Et vere quidem quando ex natura rei debite, & in rei veritate ſunt duo rei debendi: vt, ſi Titius, & Caius eundem ſeruum Stichum, vel eadem 10. promittant: Ficte vero, cum attenta veritate, & natura rei debitæ non videntur eſſe correi debendi, vt ſi duo promittant eaſdem operas fabriles, vel pictorias, &c. Hæ non videntur eſſe eædem, ſed diuerſa: quia operæ vnius multum differunt ab operis alterius: cum magna ſit inter artifices differentia, leg. inter artifices, 32. ff. de ſolutio, & tamen conſtituuntur in obligatione faciendi duo rei debendi, dict. leg. nemo eſt, propter fictionem iuris, quod ius fingat nullam eſſe diuerſitatem, propter duo ibi concurrentia. I. Quia hi duo rei debendi ſunt eiuſdem peritiæ ambo ſunt fabri, vel pictores. II. Quia tacite videtur actum, cum reus ſtipulandi accipiat correum debendi vt operæ vnius ſolui poſſint, & præſtari pro operis alterius de quo vide Paul. de Caſtr. poſt alios in d. l. nemo eſt, ff. eodem.
10 Secundo principaliter circa hunc titulum declarādum qualiter duo pluresve rei ſtipulandi, & promittendi conſtituantur. Ad quod poſt Bart. & Paul. de Caſtr. in leg. 2. ff. eodem & Bart. in Auth. hoc ita, Cod. eodem Angel. & Doct. hic dicendum eſt, duobus modis hoc fieri, expreſſe ſcilicet, & tacite. I.
11 Expreſſe, quando hoc in inſtrumento continetur, vel alias expreſſe inter partes actum eſt, vt ſint duo rei ſtipulādi, vel promittendi, d. l. reos, §. cum tabulis, & leg. 3. in fin. princ. ff. eod. & Authent. hoc ita, in princip. C. eo, quia contractus ex con-
12 uentione legem accipiunt, vulg. l. 1. §. ſi conuenit, 6. ff. de poſs. II. Tacite, quando id expreſſe non eſt actum, ſed alias apparet ex conceptione, & natura verborum: veluti, quando in inſtrumento continetur dictio, in ſolidum, dict. leg. reos, in fi. ff eo.
b III. Per dictionem *b* alternatiuam, vel diſiunctiuam, quæ cuilibet actum in ſolidum tribuit, vt ſi teſtator te, & Titium in teſtamento heredes inſtituat, & dicat: *Tu aut Titius des Sem. promo decem.* Ex natura huius diſiunctiuæ eſtis correi debendi, ita vt quilibet in ſolidum ſit obligatus, leg. ſi ex toto, 8.
c §. 1. ff de leg. 1. IV. per dictionem *c* diſtributiuam, quæ ſimiliter actum cuique in ſolidum attribuit: veluti, ſi tu & Titius, quilibet vterque veſtrum mihi eadem 10. promittat, vt in verſ vtrique, & l. ſi pluribus 44. in princ. iuncta gloſ. 1 ff. de l 2.
d V. Per dictione *d* copulatiuam, cum diſtinctione tamen. Aut enim ſunt diuerſi actus ſtipulandi, & diuerſa orationes promittentium, & tunc ſi eſt adiecta dictio. *Eadem* conſtituuntur rei debendi per dictionem. *Eadem* d. l. 2. in verb. eandem, & l. eandem, 9. ff. eod. vt ſi Titius promiſit mihi decem, & Caius in diuerſo actu eadem 10. promiſit nec refert an in continenti, vel interuallo hoc fiat l. in duobus, 3. ff. eo. Si vero non eſt adiecta dictio. *Eadem* non conſtituuntur duo rei debendi, ſed quilibet ſeparatim eſt debitor, & ad illud quod promiſit, tenetur. Aut non fiunt diuerſi actus ſtipulādi, & diuerſę orationes promittentium, ſed vnica tantum cōceptio verborum, & tunc diſtinguit Paul. de Caſtr. in d. l. 2. Aut res debita plures fuit repetita: veluti, ſi in inſtrumento contineatur, Titium promiſiſſe mihi decem, & Semproniū decem iſto caſu Sempronius eadem decem, quæ Titius promiſerat, promiſiſſe intelligitur. Aut res non fuit pluries repetita, nec adictum quod

ADDITIONES.

a *Rei promittendi fiunt, ſi hoc expreſſe actum ſit, leg. reus, §. cum tabulis, ff. eod. ſi idem promittant, l. 2. ff. eod. ſi in ſolidum ſe obligant, l. 3. §. vbi, ff. eodem, ſi quilibet obligatus ſit, l. ſi pluribus, ff. de leg. 2.*

b *Alternatiua cuilibet actum in ſolidum tribuit, vt hic. Porro de natura alternatiuæ vide Euerh. in Topicis, loco a natura alternatiuæ.*

c *Diſtributiua cuique in ſolidum actum attribuit Bart. in l. hoc articulo, ff. de hered. inſtit. Vide Bellonum conſil. 20. nu. 2. Curt. iuniorem conſ. 49. & 55. & Anch. conſ. 245.*

d *Copulatiua plures reos debendi quando faciat. Adde eundem Euerhardum in Topicis, loco, à natura copulæ.*

quod velint in ſolidum eſſe obligari veluti ſi inſtrumento Titius, & Sempronius confitentur ſe debere centum, tunc non ſunt duo rei debendi, nec quilibet tenetur in ſolidum, ſed quilibet cenſetur promiſiſſe pro ſua parte virili. Ita loquitur, d. l. reos, §. cum tabulis, ff. eod. Et de hoc vide latius Bart. & Doct. in prædictis locis. Et circa modum conſtituendi plures reos, per ius Auth. nihil innouatum, aut correctum eſt; licet enim glo. in d. leg. 2. contrarium teneat tamen ea communiter per Doct. reprobatur, quod etiam hodie, tam expreſſe quam tacite duo rei conſtituantur, non obſtante Authen. hoc ita, per quam in modo conueniendi, & exigendi, iura Codicis, & Digeſtorum correcta ſunt, vt ſtatim dicetur.

§. Ex huiuſmodi.

1 *Effectus conſtitutionis duorum reorum ſtipulandi, & debendi, num. 2.*
3 *Quid hodie in correis ſit innouatum, & quid Auth. hoc ita, C. de duobus reis ſtipul. operetur.*
4 *An quilibet ex correis debendi, hodie tantum pro ſua parte, & rata conueniri, & excuti poſſit.*
5 *An exiſtentibus duobus reis promittendi, qui in ſolidum conueniuntur, ſolutio vnius proſit alteri.*

Circa hūc §. de effectibus conſtitutionis duorum reorum dicendum eſt. Primo igitur quæritur quis ſit effectus
1 conſtitutionis duorum reorum ſtipulandi. Ad quod reſpondere, hodie in pluribus rei ſtipulandi, circa modum agendi, & conueniendi, nihil innouatum eſſe. Itaque ſicut olim, ita hodie pluribus rei ſtipulandi, ſingulis in ſolidum debetur, & poteſt quoque vnus ex his in ſolidum petere, & exigere, vt hic, & l. 2. ff. eo. & Bar. in d. l. 3. §. 1. verſ. 5. quæro, ff. eo. & in d. Aut. hoc ita, n. 21. Et hoc caſu vnus ex his ſolus agens, tenetur cauere ſe defenſurum debitorem, ſi forte denuo ab altero correo ſuper eadem re moleſtetur, & conueniatur, l. fideicommiſſa, n. 11. §. ſic euenit, 21. ver. vnus, ff. de leg. 3. Et quia vna
a eſt obligatio, vnus ex reis ſtipulandi debitum *a* accipiendo,
b perimit *b* obligationem reſpectu correi, qui poſtea petens repellitur cum vnius petitione, & acceptilatione tollatur obligatio d. l. 2. & hic.
2 Deinde quæritur quis ſit effectus conſtitutionis duorum reorum debendi. Et dic, olim quemlibet ex is potuiſſe in ſolidum conueniri, & excuti fuiſſeq. in electione creditoris, quem ex pluribus correis debendi in ſolidum conuenire vellet, leg. 1. C. eod. hodie vero per ius Authenticorum circa hæc
3 duo innouata ſunt, ita vt d. Auth. hoc, ita habeat duo capita. I. Commodum cauſæ communiter examinandæ. II. Commodum diuiſionis, ſeu actionis. Quando enim ſunt plures rei debendi tunc licet quilibet in ſolidum ſit obligatus, tamen creditor non poteſt vnum ex his ſolum conuenire, ſed omnes ſimul conuenire debet, ita vt cauſa ſimul, & communiter examinetur: poſtea actio, & obligatio inter eos diuidatur, non quidem ipſo iure, ſed ope exceptionis, atque ita quilibet ex correis debendi, hodie tantum pro ſua parte, & rata con-
4 ueniri, & excuti poſſit. Quod fallit, 1. Niſi alter correus ſit abſens. 2. Niſi alter ſit inops, & non ſoluendo. Nam tunc is, qui eſt præſens, & ſoluendo in ſolidum conueniri, & excuti poteſt, d. Auth. hoc ita, 3. Niſi per partes renunciatum ſit huic beneficio d. Auth. hoc ita. Quilibet enim iuri, & fauori pro ſe introducto renunciare poteſt, l. pen. C. de pact. & eſt
5 gl. fi. hic, & in d. Auth. hoc ita. Et quando ſunt duo rei promittendi, qui in ſolidum conueniuntur, ſolutio vnius prodeſt alteri, d. l. 2. & 3. in fi. ff. eo. & hic. Secus quando plures tenentur ex delicto etiam ciuiliter quia tunc pœna vnius non liberat alium l. Item Mela, 11. §. ſed ſi ſeruum, ff. ad legem Aquil. Ita Ang. hic poſt Bart. in d. l. fi. en. Et de hoc, an, & quomodo factum vnius ex correis debendi noceat, vel proſit alteri, vide Bart. in d. l. ex duobus, & in d. Auth. hoc ita.

ADDITIONES.

a *Solidum ſcilicet. Nam ſi partem debiti tantum recipit, poteſt alter correus ſtipulandi eam partem petere, l. ſi ex toto fundo, §. 2. ff. de leg. 2. Bar. in l. ex duobus ff. eodem. Et vice verſa, vno reorum debendi totum ſoluente, alter in ſolidum liberatur, pro parte vero ſoluendo alterum non liberat, l. qui hominem §. 1. ff. de ſolut.*
b *Non tamen acceptilando debitum, vel pacto de non petendo; nam cum acceptilatio ſit, ſpecies donationis, vt & pactum de non petendo, & ſocius ſocij conditionem (licet liberam adminiſtrationem habeat l. contra iuris, 28 §. fi. ff. de pact.) deteriorare non poſſit, conſequitur huiuſmodi acceptilatione, vel pactum de non petendo correo ſtipulandi, licet in rem concepta, ſit non nocere, l. ſi vnus, 27. in prin. & ibid. Doct. ff. de pact. vnus tamen pactum in rem conceptum, alteri correo debendi prodeſt, vt expreſſe deciſum eſt in l. & heredi, 21. §. fin. ff. de pact. cuius contrarietatis hæc ratio reddi poteſt, quod in re communi ſocius ſocij conditionem meliorem non autem deteriore facere poteſt, l. Sabinus, 28. ff. comm. diuid.*

§. Finalis.

1 *An diuerſitas cauſæ, item rei promiſſæ, vitiet conſtitutionem duorum reorum debendi.*
2 *In omnibus contractibus plures rei debendi conſtitui poſſunt.*

1 Breuiter circa hunc, §. notabitis, diuerſitate cauſæ, item rei promiſſæ, vitiari conſtitutionem duorum reorū deben-
a di, non *a* autem diuerſitatem temporis, ſiue conditionis adiectæ tex. eſt hic, & addite notata per Bar. & Doct. in d. l. fin. ff. eo. & Ang. hic. Vltimo circa hunc titulum poſt gloſ. hic, in
2 verbo, liberat, notabitis, in omnibus contractibus, ſiue re, verbis, literis, vel conſenſu contrahantur adeoq. etiam in teſtamento plures reos debendi conſtitui poſſe d. l. eandem, & ibi Doct. ff. eo.

ADDITIO.

a *Poteſt enim vnus reus pure accipi aliis in diem, vt hic, & l. ex duobus ff. eod. Diuerſum eſt in fideiuſſor, qui alter non poteſt obligari, quam reus cuius obligationi accedit, l. Græce, 7. §. illud ff. de fideiuſſoribus.*

a DE *a* STIPVLATIONIBVS ſeruorum.

TITVLVS XVIII.

In principium Tituli.

1 *Concordantes tituli cum hac Rubrica.*
2 *Argumentum Tituli.*
3 *An ſeruus ſtipulari poſſit, cum hic contractus ſit a iure ciuili introductus.*

1 COncordat cum hac Rub. tit. in ff. de ſtipul. ſeru. Sed quia ſecundum doctrinam Bartol. in l. hoſtes 24. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. ſeruitus inter Chriſtia-
b nos ſublata *b* eſt, materia huius tit. hodie ſic non
2 eſt in viu. Ideo in hoc, tit. non erit immorandum. Eſt autem ſumma huius tituli, quod non tantum liberi homines ſtipulari poſſint, ſed etiam ſerui. Dubitari enim poſſet, an ſeruus
3 hunc contractum celebrare poſſit, cum ſtipulatio ſit a iure ciuili introducta, vt eſt glo. in §. ius autem gentium 4. in verbo pene, ſupra de iure nat. gent. & ciu. Serui autem de iure ciuili pro nullis habentur, le. quod attinet, 32. ff. de reg. iur. &c. Verum hac ratione dubitandi non obſtante contrarium hic deciditur. Licet enim ex ſua perſona non habeat ius ſtipulandi tamen ex perſona domini hoc habet qui eſt caput ſerui, §. omnis, 5. infra de nox. actio, & perinde habetur ac ſi dominus ſtipulatus fuiſſet, l. quodcunque 45. ff. de verb. oblig. Et non ſolum habet hoc ius ex perſona domini viuentis, ſed etiam defuncti, tunc etiam iacenti hæreditati ſtipulatur, & acquirit, & In plериſq. perſonam defuncti repræſentat, vt hic, & l. hæreditas, 34. ff. de acqu. rer. domin. Quidquid igitur ſeruus acquirit hæreditati, & ſic futuro hæredi acquirit, l. in eo, 33. in fin. ff. de acqu. rer. dom. &c.

ADDITIONES.

a *Quid de promiſſione ſeruorum dicendum: Hi niſi naturaliter non obligantur, §. 2. infra de fideiaſſoribus, l. ſerui, 14. ff. de oblig. Dominus vero ſuos non obligat, niſi de peculio, l. 3. C. de pact. l. ei qui, 7. l. cum ancilla 11. l. penul. l. vlt. C. quod cum eo.*
b *De hoc dictum eſt plenius lib. 1. ſupra.*

§. Siue autem.

1 *An in ſtipulatione ſerui verba ſint attendenda.*
2 *An liberi in patria poteſtate exiſtentes per ſtipulationem patri acquirant.*

Ad

1 ADhoc, vt ſeruus ſtipuletur domino, non refert, qualiter verba ſtipulationis concepta ſint, ſiue in perſonam domini, ſiue ſerui, ſiue cōſerui, perſonaliter, ſiue imperſonaliter. Semper enim domino acquirit, vt hic, & l. ſiue mihi, 15. ff. eo.
2 Item notabiris ex hoc §. liberos exiſtentes in patria poteſtate, per ſtipulationem patri acquirere, dict. l. quodcumque, cum pater, & filius, vna eademque perſona eſſe cenſeantur, vulg. l. fi. in fi. C. de impub. & alijs ſubſt. & in §. ei vero, inf. de inut. ſtipu. Et de hoc, an, & quando ſeruus domino, & filius patri acquirat, ſup. tit. per quas perſ. nobis acqu. dictum eſt.

§. Sed cum factum.

An ſeruus ſtipulando ea acquirat domino, quæ ſunt iuris, & ſibi ipſi, quæ ſunt facti.

EX hoc §. notabitis, in ſtipulationibus dandi ſeruum acquirere domino ea, quæ ſunt iuris: ea autem, quæ facti ſunt, ſibi acquirere, licet domino commoditas quæratur, vt hic, in gl. Et procedit hic, §. ſec. Ang. quando ſeruus ſtipulatur
a factum expediendum ab *a* ipſo ſeruo. Secus autem, ſi eſt expediendum a promiſſore: veluti, ſi ſtipuletur ſeruus a Caio, vt ædificet domum. Nam tunc domino acquiritur, gloſ. & Doct. in l. s. ff. de verb. obl. Cetera hic in textu plana, & facilia ſunt nec ita in vſu, vt ſup. admonui.

ADDITIO.

a *Quid ſi ſibi iure agere liceret ſtipuletur ſeruus. Omnimodo perſona ſtipulantis continebitur hoc, §. l. ſtipulatio 38. §. hi qui ſunt ff. de verb. obl. Cur ita? Facta hæc perſonalia, ſunt eoque in dominium non tranſeunt, l. qui heredi, 24. ff. de cond. & demon.*

DE DIVISIONE ſtipulationum.

TITVLVS XIX.

1 *Quadruplex diuiſio ſtipulationum.*
2 *Stipulationes iudiciales quæ.*
3 *Stipulationes prætoriæ a quo inuenta.*
4 *Quæ ſit vtilitas, poſſe ſtipulationem eſſe iudicialem, vel prætoriam, & n. 5.*
6 *An cautiones, quæ introducuntur ex forma ſtatuti, ſint Prætoriæ, vel iudiciales.*
7 *Stipulationes communes quæ.*
8 *Stipulationes communes quotuplici reſpectu dicantur.*
9 *Stipulationes conuentionales quæ.*

1 IMperator in hoc titulo, proponit quadrimēbrem diuiſionem ſtipulationū in genere generaliſſimo, ſec. Plat. dic. quam tradit Iuriſconſ. in l. 5. in princ. ff. de verb. obl. Omnis enim ſtipulatio, ſiue ſit dandi, ſiue faciendi, ſiue diuidua, ſiue indiuidua, aut eſt iudicia-
2 lis, aut prætoria, aut eſt cōmunis, aut conuentionalis. Stipulationes iudiciales dicūtur omnes, quę a iure ciuili ex Legibus, Senatuſconſultis, vel Conſtitutionibus Principum, nō a iure Prętorio adinuentę ſunt, & per officium iudicis viuētis exercentur, vbicunq. æquū viſum fuerit, ſiue principaliter, ſiue incidenter, propter interponendam ſtipulationem, iudex accedatur, vt declarant. Doct. hic, & Iaſ. in d. l. 5. in princ. n. 5. Vbicunque igitur æquitas ſuggerit cautionem interponi, etiamſi ſit caſus, in quo per nullā legem ſtipulatio inducta eſt, iudex ex arbitrio a legibus ſibi conceſſo, poteſt facere eā interponi, vt inquit Paul. de Caſt. in d. l. 5. Vnde etiā hæ ſtipulationes nō ſic ordine enumeratæ, neque ſub certis titulis comprehendę,
a ſed per *a* vniuerſum ius ciuile ſparſæ ſunt. Vt eſt cautio de dolo, quando creditor conuentus pignoratitia, pignus reſtituit, & cauet debitori, nullam ſeruitutē, ſua, creditoris ſcilicet aut
b ceſſatione, aut dolo amiſſam eſſe, leg. creditor cum *b* pignus, 15. ff. de pign. act. Item cautio de perſequendo ſeruo, quando quis per metum ab aliquo ſeruum extorquet, qui poſtea aufugit, tenetur quippe metum inferens cauere, quod velit ſeruum perſequi, & ſi eum reſtituere non poſſit velit præſtare æſtimationem, vt hic, & l. item ſi cum exceptione, 14. §. quid ſi homo, t. verſ. pro eo autem, ff quod met. cauſ.
3 Prætorię ſtipulationes ſunt, quæ non a iure ciuili, ſed prætorio, per Prętorem mortuum in ſuis edictis adinuentę ſunt & per iudicem viuum exiguntur. Itaque ſi incidat nodus, vt inquit Iaſ. in d. l. 5. qui pendet ex edictis Prętorum tunc iudex iubebit cautionem a iure Prætorio introductam interponi, & illo non obſtante, quod a iudice viuo interponitur dicitur Prætoria: cuiuſmodi eſt cautio damni infecti. Enimuero, quando ædes, mei vicini ſunt ruinoſę, poſſum adire iudicem, & petere eum vt mittat apparitorem, qui videat qualiter ædes vicini minantur ędibus meis ruinam, tum vt faciat per vicinum præſtari cautionem de damno infecto, ita quod ſi ex ruina ædium vicini contingat ædibus meis aliquod damnum id ab eo reſarciatur de quo tit. ff. de dam. inf. Item cautio legatorum. Quando enim teſtator relinquit in teſtamento legata in diem legatarij poterunt petere, vt hęres caueat de pręſtando legato extante die, de quo tit. in ff. vt leg. nōt. caueat. Item
4 Ædilitiæ ſtipulationes. Nam venditor mancipij non ſolum emptorem certiorem facere debet quid vitij, vel morbi habeat, l. 1. ff. de ædil. edic. ſed etiam eo nomine cauere debet, l. ſi venditor, 28. ff. de ædil. edic. Et de plurib alij Prætorijs ſtipulationibus eſt tit. in ff. de Præt. ſtip. Sed iam quæritur. *Cuius vtilitatis ſit hæc inueſtigatio ſcire, vtrum ſtipulatio ſit iudicialis, vel Prætoria*. Et dic. ſec. Bar. Iaſ. & alios in d. l. 5. Primo iudiciales non requirere fideiuſſores, vel pignora ſed ſimplici cautione per promiſſionem regulariter contentas eſſe, leg. ſanci-
c mus, 3. *c* vbi pulchrę D. Iaſ. C. de verb. ſign. In prætorijs verò ſtipulationibus fideiuſſores regulariter requiruntur, l. Prętoriæ
5 ſtipulationes, 7. ff. de Pręt. ſtip. Deinde ſtipulationes Prætorias pęnales finiri anno, quia Prætoris poteſtas tantum an-
6 nalis erat iudiciales vero eſſe perpetuas, vt infra de perpet. &
d temp. act. Et addite Porc. hic, qui etiam alias differentias *d* refert. Iam quęritur, An cautiones quę introducūtur ex forma ſtatuti, ſint Prætoriæ, vel iudiciales? Et diſtinguitur per DD. hic, & Iaſ. in d. l. 5. Aut ſtatutum ſit a ciuitate, quæ non recognoſcit ſuperiorem, vel ab alio aliquo domino non recognoſcente ſuperiorē, & cenſentur ius ciuile, ita vt cautio deſcendens ex eo ſit iudicialis. Aut ſi ſtatutum a ciuitate, Marchione, Comite, vel alio domino, qui ſuperiorem recognoſcit, & tunc cenſetur ius Prætorium, ideo cautio ex eo deſcendens habetur pro Prætoria, de quo Doct. in d. l. 5. & Bart. in l. omnes populi, 9. in 5. q. prin. ff. de iuſtit. & iur. Et de hoc etiam in § iſtæ, 3. infr. de actio. dicetur.
7 Stipulationes cōmunes, ſec. Paul. de Caſt. in d. l. 5. ſunt, quæ reperiuntur in quibuſdam caſibus a iure prætorio in quibuſdam vero, a iure ciuili introductæ. Et ſecun. Iaſ. ibi dicuntur
8 boni publici reſpectu communes. Aliquando enim ſunt cōmunes, partim Prętorię partim iudiciales vt in cautione, rem pupilli ſaluam fore: Prætor enim in datione tutoris introduxit hanc cautionem, vt per tit. rem pup. ſal. fore. ideoque eſt Prætoria, quæ eadem alibi eſt iudicialis, a iure ciuili inuenta, videlicet, quando ſunt plores tutores vnius pupilli, & alter alteri offert cautionem quia tutor dicit ad conſtitutorem: Si vis adminiſtrare, caueto rem pupilli ſaluam fore, ceterum, ſi non vis cauere ego cauebo, & adminiſtrabo. Iſta inquam cautio eſt iudicialis de qua text. in §. ſed ſi ex teſtamento. ſup. de ſatiſd. tu. Aliquando vero ſunt communes, partim Prætoriæ, partim conuentionales, ſicut eſt ſtipulatio rati. Quando enim a procuratore extra iudicium peto, vt exhibeat procuratorium, vel caueat dominium ratum habiturum, ſi ei ſatiſfaciam, ſtipulatio erit conuentionalis. Sed quando in iudicio procurator cauet dominum ratum habiturum, quidquid in iudicio egerit ſtipulatio erit Prætoria de qua tit. in ff. rem ratam haberi.
9 Stipulationes conuentionales dicuntur, quæ nōn ex iure ciuili, vel Prætorio in certis caſibus introductæ ſunt ſed ex conuentione partium oriuntur, per quas contractus robur aliquod accipiunt, cum ſtipulatio ſit contractus firmiſſimus.
e Et earum ſtipulationum tot *e* poſſunt eſſe genera, quot ſunt contractus cum in omnibus contractibus ſtipulatio interuenire poſſit, de quo ſupra in titul. de verb. obligat. dictum eſt. Et plura ad intellectum huius tit. vide per Doctor. in d. l. 5. & in l. s. ff. de Præt. ſtipul.

ADDITIONES.

a *Vide tamen tit. inf. de ſatiſdat. lib. 4.*
b *Adde l. 3. ff. de petit. hered. l. ſi poſt. 18. ff. de rei vendic. l. ſi procuratorem, 8. §. vlt ff. mandati.*
c *Adde §. 2. inf. tit. proximo.*
d *Prætoriæ ſtipulationis forma mutari non poteſt, l. in conuentionalibus ff. de verborum oblig. iudicialis poteſt l. in omnibus ff. de iud.*
e *Vide l. vlt. ff. de contrah. empt.*

DE

Digitized by Google

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

TITVLVS XX.

In Rub. & princ. Tituli.

1 *Continuatio, & titulus concordans cum hac Rubrica.*
2 *Quid in effectu tractetur in hoc titulo, & num. 3.*
4 *Stipulatio ratione rei, quæ propter impoſſibilitatem naturæ præſtari non poteſt, vitiatur.*

1 HActenus dictũ eſt, qoid ſit ſtipulatio, & quo-
tuplex, item qualiter fiat. At vero quia mul-
tis modis inutiliter fieri ſolet, ita vt nõ valeat
ſed ſit inefficax, neque ex ea agi poſſit, ideo
Imperator hunc titulum ſubijcit, qui habet
concordãtem titulum in C. de inutilibus ſti-
2 pulationibus. Principio autem Imperator po
nit generalem concluſionem, quod omnes res, ſiue mobiles,
ſiue immobiles, quæ ſunt in commercio hominum, & domi-
nio noſtro ſubijci poſſunt, etiam in ſtipulationẽ deduci queãt;
3 Deinde docet, qualiter ſtipulatio ratione rei in ſtipulationem
deductæ, vitietur, quando videlicet impoſſibile eſt de natura
rem præſtari, vt quia promittitur. Hippocentaurus, vel alia
res, quę nunquam fuit, nec eſt, nec erit in rerum natura. Sicut
enim Dialectici de Chymera, ita Iuriſconſulti de Hippocen-
tauro exemplare dare ſolent, de quo Iaſ. poſt tex. in l. ſi ita ſti-
pulatus fuero 97. ff. de verb. oblig. Item quando quis ſtipula-
tur rem quæ fuit, quid in rerum natura, ſed tempore ſtipula-
tionis non eſt in rerum natura, veluti, ſi quis ſtipulatur ſeruũ.
Stichum qui mortuus eſt ſiue ſciens, ſiue ignorans ſtipuletur,
a text. eſt hic, iuncta gl. in verbo credebat. *a* Niſi ille ſeruus, vel
aliqua alias ſpecies, culpa debitoris, & propter eius moram pe
rijſſet. Nam tunc in odium debitoris ſecundum d. gl. & Ang.
hic, adhuc fingitur extare, l. nemo rem ſuam, 82. §. 1. ff. eodem
adeo, vt ſeruus mortuus in libello peti, & condemnatio in eo
fieri debeat, licet executio in æſtimatione rei peremptæ à iu-
dice ſit facienda, l. ſi ſeruum, 91. §. vltim. ibi gl. & Doctor. ff. de
verb. oblig.
4 Vitiatur igitur primo ſtipulatio ratione rei, quæ propter
impoſſibilitatem naturæ præſtari non poteſt. Res autem quæ
non extant, ſed tamen ſperantur, vt fructus naſcituri in tali
fundo promitti poſſunt, leg. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram. 5.
verſ. pro quo, ff. de verb. oblig.

ADDITIO.

a *Adde, l. promiſſor. ff. de conſt. pecun.*

---

§. Idem iuris.

1 *Res ſacra, publica, & liberi hominis ſtipulatio eſt inutilis, & num. 2.*
3 *Res ſemel mea, amplius mea fieri non poteſt.*

1 VItiatur etiam ſtipulatio ratione rei, quæ iuris impoſſibi-
litate præſtari nõ poteſt, vt ſunt res quæ dominio noſtro
non poſſunt ſubijci, quia earum commercium à lege prohibi-
a tum eſt, vt ſunt res *a* ſacræ, ſanctæ, & religioſæ. Item publicæ
2 quę vſibus populi perpetuo expoſite ſunt vt hic, & d. §. ſacram.
b Item nec liber *b* homo in ſtipulatione deduci poteſt, etiam in
euentum, quando ſeruus fuerit factus. Caſum enim fortu-
namque aduerſam hominis liberi ſpectari, neque ciuile, ne-
que naturale eſt, d. § ſacram. verſ. vini. Sic etiam non poteſt
3 quis rem ſuam ſtipulari. Res enim quæ ſemel mea eſt am-
plius, mea fieri non poteſt, l. & an eadem, 14. §. actiones, in fi. ff.
de except. rei iudicatæ, & §. ſic itaque, inſ. de actionibus.

ADDITIONES.

a *Vide §. vlt. infra de contrah. empt.*
b *Vide, l. & liberis, ff. de contrah. empt.*

---

§. Idem quis alium.

1 *Factum alienum nemo promittere poteſt.*
2 *Promiſſio facti alieni quando non valere, & nu. 3. 4. 5 & 6.*
7 *Promiſſio facti alieni quibus caſibus admittatur, & num 8. 9. 11. 12. 13. & 14.*
10 *Si venditor prædij promittat emptorem defendere de iure, & facto, an teneatur armata manu ipſum defendere.*

SEcundo vitiatur ſtipulatio ratione contrahentium, & pri-
mo ex parte promiſſoris, qui effectum promiſſionis con-
1 fert in tertium. Nemo enim factum alienum promittere po-
teſt, vt hic, & l. inter ſtipulantem, 8 .in princip. & l. ſtipulatio
2 iſta 38 in princip. ff. eo. Eſt igitur Regula text. noſtri, promiſ-
a ſionem facti *a* alieni non valere, quando ſcilicet quis dire-
ctè, & expreſsè confert verba in perſonam tertij extranei: ve-
luti, ſi promitto Titium tibi daturum centum, vel ædificatu-
rum domum. Talis enim promiſſio non valet, ita quidem, vt
3 nec ego promiſſor tenear, nec Titius, cum quo nihil actũ eſt.
Eſtque ratio, ſecundum Iuriſconſ. in d. l. inter ſtipulantẽ, quia
ad ſtipulationem requiritur, vt negotium geratur inter ipſos
4 contrahentes ſtipulantem, ſcilicet, & promittentem, quo re-
feratur, & hæc ratio, quod propter impoſſibilitatem talis ſti-
pulatio vitietur, quia quis non poteſt neceſſitate mẽbra alie-
5 na, vt inquit Pret. hic in princ. Et ampliatur hæc regula 1.
Quod etiam iſto caſu promiſſor non tenetur curare, vt ter-
tius det, vel faciat, quia peccatum eſt in forma cõtractus. Sed
quando circa formam contractus peccatum eſt, contractus
redditur inutilis, de quo Bart. & Doct. in dict. leg. 1. §. ſi quis
6 ita, ff. de verb. oblig. 2. Ampliatur, quod promiſſio facti alieni
non valeat, licet pœna ſubijciatur; quia pęna adiecta non po-
teſt ſtipulationem reddere validam, ſed hoc tamen efficit, vt
7 vel metu pœne pareatur. Fallit igitur prædicta regula. I. In
promittente factum alienum ſub pœna, quippe qui obliga-
tur, non quidem ratione facti, ſed pœnæ promiſſæ. Vnde Im-
perator in §. verſa vice, inſ. eod. tradit hoc conſilium, vt ſtipu-
lator faciat ipſum promiſſorem facti alieni deijcere pœnam,
vt, ſi non fiat à tertio promittens velit nomine pœnæ, vel in-
tereſſe, ſoluere centum, quia tũc videtur promittere factum
ſuum, videlicet ſoluere pœnam, de quo Iaſ. poſt text. in d. leg.
8 ſtipulatio iſta, num. 10. II. Fallit in promittente factum ſui hæ-
b redis d. l. ſtipulatio iſta, *b* quia, & *c* tunc non intelligitur quis
c promiſiſſe factum alienum cum hæres, & defunctus, vna, &
eadem perſona eſſe intelligãtur. Nouel. 48. de iurciur. à mor.
9 præſt. in princ. III. Fallit in ſtipulatione, habere licere, d. l. ſtipu-
latio iſta, qua communiter Notarij vtuntur in inſtrumentis,
quando ſcribunt, quod quis promiſit alteri defendere eum ab
omni homine, ita vt liceat ei iſta re vti frui, ſine moleſtia cu-
iuſcunque: quo caſu venit etiam factum extraneorum mo-
leſtantium. Quod eſt verum, ſi ſit talis contractus, de cuius
d natura venit *d* euictio, vt eſt in emptione. Nam in alijs con-
tractibus ſolum venit factum promittentis, & eorum, quos
10 prohibere poteſt d. l ſtipulatio iſta. Circa hoc quæritur, quan-
e do *e* venditor alicuius prædij promittit emptorem defendere
de iure, & facto, an teneatur armata manu ipſum defendere;
Portius hic dicit, quod non: quia non venit ex natura con-
tractus cum venditor, non teneatur emptorem de violentia
defendere, vi, potẽ, quæ ſit caſus fortuitus l. fi. C. de act. empt.
Et quia verba illa pluribus modis accipi poſſunt, debent ciuili
modo hoc loco etiam intelligi, & ita interpretari, ne conti-
neant aliquam iniquitatem, videlicet, quod venditor velit
eum in iudicio defendere, & ei preſentare iura, & inſtrumẽ-
ta, & de facto etiam ſolicitare cauſam quærere aduocatos,
& procuratores præſtare expenſas, &c. quæ etiam ſunt facta,
vide latius de hac quæſtione omnino Bald. & Doct. in d. l. fin.
vbi traditur vulgata illa regula, (A violentia nemo defende-
11 re tenetur. IV. Fallit in ſtipulatione Prætoria, vbi promit-
tere videtur ſe curaturum, & effecturum, & ſic factum pro-
prium, vt eſt in ſtipulatione iudicio ſiſti. leg. quoties qui, 81.
12 ff. eodem. V. Fallit, quando, quis iurauit alicui ſe facturum.
Nam tunc videtur pomiſiſſe omni meliori modo, & ita ſe
facturum, & curaturum, l. cum pater, 77. §. filius 23. ff. leg. 2.
VI. Fal-

ADDITIONES.

a *Promittens factum alienum regulariter non tenetur, vt hic, & l. ſi ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. obligat. vide tamen exceptione apud Soc reg. 326.*
b *L. vlt C. de contrah. emptio.*
c *Legendum eſt. Sed, tunc non intelligitur.*
d *L. inter ſtipulantem, ff. de verb. oblig.*
e *De hac promiſſione defendendi de iure & facto, vide Bart. & Alexan. in l ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig. Bald. in l. vlt. Cod. de actio. emptio. An faciat vt ſententia lata aduerſus emptorem noceat venditori? Facit Bald. illo loco. An teneatur eo caſu venditor ſi iniuria iudicis ſuperatus ſit emptor? Vide Bal. & Salic. ibid. Ang. conſ. 174.*

Digitized by Google

13 VI. Fallit, quando quis promittit alium daturum, vel factu-
rum, ad quod ipſe promiſſor, tenebatur quia intelligitur pro-
mittere ſe curaturum, leg. qui autem 14 §. ſed & ſi quis, ff. de
14 conſt. pecun. VII. Quando quis ſuper facto alieno refert ver-
ba ad ſuam propriam perſonam, vt quando quis promittit ſe
facturum, & curaturum, vt alius debet, vel faciat, tunc enim
ſine dubio obligatur, quia factum ſuum, & non alienum pro-
miſit, text. eſt hic. Et ſi facit quantum potuit liberatur niſi ſit
adiecta pœna, de quo vide Iaſ. & Zaſ. in d. l. ſtipulatio iſta, &c.

§. Si quis alij.

1 *Argumentum huius §.*
2 *Regula, neminem alteri ſtipulari poſſe, quomodo ſit eligenda, & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*
3 *Stipulationes quare inuenta.*

1 IMperator io hoc §. declarat, qualiter ſtipulatio vitietur re-
ſpectu ſtipulatoris conferentis ius agēdi, & obligationem
2 in tertium. Sicut enim promiſſio facti alieni non valet: ita
contra ſtipulatio facti alieni non tenet. Eſt igitur Regula:
neminem alteri ſtipulari poſſe, id eſt, ſtipulando acquirere vt
3 hic, & d. l. ſtipolatio iſta, §. alteri vbi Iotic. aſſignat rationem,
quia ſtipulationes ſont inuentæ, vt vnuſquiſque ſibi acquirat,
quod ſua intereſt, adde d. §. alteri, infra eodem vſque adeo
vt nec frater fratri ſtipulando acquirere poſſit, vt not. per Iaſ.
4 & Doct. in d. §. alteri. Hęc tamen Regula fallit. Primum, ſi
ſtipulas alterius iuri ſubiectus eſſet. Nam filius patri & ſer-
uus domino ſtipulari poſſunt, vt hic, & d. §. alteri. Eſtque ra-
a tio quia cenſentur eædem perſonæ, *a* & vox filij dicitur vox
patris, §. ei vero infra eodem. Non tamen hoc procedit io
ſubiectis ratione reuerentiæ, vt in vaſallo, & liberto, qui do-
mino, & patrono non ſtipulantur, vt declarat Paul. de Caſtr.
in d. §. alteri.
5 Secundo, ſi conſuetudine aliud eſſet introductum, per l. de
quibus, 32. ff. de legibus.
6 Tertio ſi promittens alteri dare, hoc iuramento confirmat.
Omne enim iuramentum, quod abſque interitu ſalutis æter-
ne ſeruari poteſt, ſeruandum eſt, cap. cum contingat, 28. extr.
de iureiur.
7 Quarto ſi quis pijs locis, & pauperibus ſtipulatur: veluti,
Dabis pauperibus in iſto loco centum, de quo Bald. io l. illud,
C. de ſacroſan. Eccl.
8 Quinto, ſi procurator domino ſtipuletur, l. ſi procuratori,
ff. eodem. Item de alio quolibet legitimo adminiſtratore, vt
b tutore, *b* Syndico, &c. qui ſtipulari poſſunt his, quorum admi-
niſtrationes gerunt de quo glo. & Paul. de Caſtr. in d. §. alte-
ri, num. 6.
Sextò ſi ſtipulantis intereſſit: veluti promiſit tibi ædificare
domum, & quia impedior poſſum ſtipulari à Caio, vt ædifi-
cet. Hoc caſu valet ſtipulatio quia mea intereſt, §. ſed ſi quis
ſtipulatur, inf. eod. & d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler, 20.
9 Septimo, *c* Fallit ſi quis cuius non intereſt, alteri ſtipulatu-
c rus, ſecundum Conſilium Iuriſconſ in d. §. alteri, curat adijci
pęnam, cuius metu promittens ſtipulationi pareat adde §. al-
teri, inf. eod. Et plures fallentias refert gloſ. magna hic, cui ad-
de, Doct. in d. l. ſtipulatio iſta, §. alteri.

ADDITIONES.

a *Deinde quia ſibi ipſis ſtipulando acquirere non poſſunt, ſi peculium non habent, nam qui in poteſtate eſt, nihil in poteſtate habere poteſt, niſi ex conceſſione patris, & hec ratio etiam efficit, vt pater filio paciſci, vel ſtipulari, cum effectu non poſſit, vt filio viuente ſe, proſit ſed tale factum ſoli patri prodeſt, & l. heredi, 21. §. 2. ff de pactis. Nam ſi filius patri poſſet ſtipulari, quia eadem perſona cum patre, & pater filio ſtipulari poſſet, quia eadem perſona cum filio. Adde que dicuntur in §. ei vero inf. eo.*
b *Sedecim caſus recenſentur hic à Doctoribus, in quibus nimirum alter alteri ſtipulari poteſt.*
c *Magiſtratus vtrum ſibi, vel Republica ſtipulari cenſeantur, vide Concennatum, 1. quæſt. 5.*

§. Planè ſolutio.

1 *In perſonam extranei ſolutio conferri poteſt.*
2 *In caſu §. noſtri aliquando mandati actionem, aliquando negotiorum geſtorum competere.*

1 LIcet extraneus non poſſit adijci ſtipulationi, vt ei aliquid
per ſtipulationem acquiratur, poteſt tamen adijci ſolu-
2 tioni, ita vt promiſſor ſoluendo ei liberetur. Stipulans vero
poteſt petere id, quod ſolum eſt ab ipſo adiecto, actione man-
dati, quando adiectus præſens fuit in ſtipulatione, alias con-
tra eum actio negotiorum geſtorum competit, ſecundum gl.
hic. Et pro fallentia obiter ſecundum Nicaſium hic notabi-
tis, quod ſi mercator habeat aliquem amicum Francofordiæ,
cui dedit poteſtatem recipiendi debita ſua, illeque poſtea effi-
ciatur prodigus ſcientibus debitoribus, debitores non liberari
ſoluendo tali prodigo, &c.

§. Quod ſi quis ſibi.

1 *Stipulatione ſibi, & extraneo copulatiue facta, an quid extraneo acquiratur.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur.*
3 *Ius accreſcendi in vltimis voluntatibus, non autem contractibus locum habet.*

1 QVando quis ſtipulatur ſibi, & extraneo copulatiue, tunc
extraneo nihil acquiritur, ſed ſtipulanti, pro media par-
2 te eius, quod promiſſum eſt. Et ſic ſtipulatio valet pro parte,
& pro parte non valet. Vnde dicit gloſ. hic, vtile per inutile
3 non vitiari, de quo vide c. vtile, 37. de reg. iur. in 6. Et licet ius
accreſcendi locum habeat in vltimis voluntatibus, vt notatur
in l. re coniuncti, 79. ff. de leg. 3. tamen io contractibus locum
non habet, text. eſt hic, & per Doct. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in
princ. ff. eod. Secus quando quis ſtipulatus eſt ſibi, aut alteri.
Nam tunc, quia illa disiunctiua tribuit cuilibet actum in ſoli-
dum, etiam in ſolidum ſtipulatori acquiritur vt etiam ſupra
de duobus reis ſtipulandi dictum eſt.

§. Ei verò.

1 *Patri filius, & ſeruus domino acquirit.*
2 *Pater, & filius vna, & eadem perſona cenſentur, & vox filij eſt vox patris.*

1 SIcut filius patri, & ſeruus domino ſtipulari poſſunt ita cō-
tra pater filio, & dominus ſeruo. Sed tunc, quando quis
ſtipulatur ei, qui ſuo iuri eſt ſubiectus, acquiritur ſtipulanti, &
ſic patri nō filio, vt l. dominus ſeruo, 39. cum l. ſeq. & l. quod-
2 cunque, 45. in princ. & in l. quod dicitur 130. ff. eodem. Pater *a*
a enim & filius vna, & eadem perſona eſſe cenſentur. Et vox fi-
lij vox patris eſſe dicitur, vt hic, &c.

ADDITIO.

a *Pater, & filius vtrum eadem perſona iure cenſeatur, pleniſſime tractat Concen. 1. quæſt. 10. Et an priuilegium patris ad filios tranſmittatur, vide ibid. q. 12. Pater vtrum pro filio teneatur, vide ibid. q. 13. & contra vtrum filius pro parte, ibid. q. 14.*

§. Prætetea.

1 *Quando ſtipulatio vitietur ratione diſſenſus, & nu. 2. 3. & 5.*
4 *Quæ in præfationibus dicuntur, repetita intelliguntur in contractibus ſubſecutis.*

1 TErtio vitiatur ſtipulatio ratione diſſenſus, quem diuerſi-
tas interrogationis, & reſponſionis inducit, vt hic, & l. fin.
§. ſi quis ſimpliciter, 3. ff eod. Et circa hoc diſtinguitur ſecun-
dum gloſ. hic in §. ſi quia ſimpliciter. Aut enim eſt diuerſitas
circa quantitatem promiſſam, aut circa qualitatem, & mo-
dum obligandi: aut circa ſpeciem promiſſam.
2 Primo caſu, quando ſtipulator dicit de decem, promiſſor
de quinque, & contra tunc non in totum vitiatur ſtipulatio,
vt, videtur innuere textus hic, in primo exemplo, qui eſt in-
telligendus ſecundum text. d. leg. 1. §. ſi ſtipulanti, vbi ſtipulatio
non in eo, in qoo reſponſio cum interrogatione non conue-
nit ſed in quo conuenit valere dicitur. Vnde ſi præceſſit in-
terrogatio de minori ſumma, & ſequitur reſponſio, de maio-
ri, non contrahitur obligatio vltra ſummam, de qua præceſ-
ſit interrogatio niſi diuerſitas illico placuerit, dicta leg. pri-
ma, § ſi quis ſimpliciter, in fine. Item ſi ſtipulor decem, & tu
promittis quinque. Valet enim quo ad illa quinque. Nam
qui decem ſtipulatur, vtique videtur, & quinque ſtipulatus
eſſe, cum maiori ſummæ in ſit minor, dicto §. ſi ſtipulanti
Se-

3 Secundò caſu, quando contrahentes circa qualitatem, ſeu
modum obligandi diſſentiunt, ſtipulatio prorſus non valet, vt
in altero exemplo hic, & in dict. §. ſi quis ſimpliciter. Fallit, ſi
ſubito diuerſitas placuerit ſtipulanti, dict. §. ſi quis ſimpliciter.
Item ſi promiſſor ſtipulanti in diem, vel ſub conditione ſim-
pliciter reſpondeat, promitto. Nam tunc per omnia in his,
de quibus ſtipulator interrogauit, conſenſiſſe, & promiſiſſe
4 videtur, vt hic. Eſtque ratio ſecundum glo hic, quod ea quæ
in præfationibus dicuntur, intelliguntur repetita in contracti-
bus ſubſecutis, l. Titia, 134. §. idem reſpondit, 1. vbi Doctores,
ff. eodem.
5 Tertiò caſu, quando adeſt diſſenſus, & diuerſitas circa ſpe-
ciem, vt quia quis ſtipulatur bouem, & alter promiſit equũ,
non valet ſtipulatio. §. ſi de alia, inf. eo. De quo latius vide gl.
hic, in verbo, non reſpondeat.

§. Item inutilis.

1 *Stipulatio qualiter ratione contrahentium vicietur.*
2 *Differentia inter filium, & ſeruum.*

1 IMperator redit ad ſecundum vitium ſtipulationis, qualiter
ſcilicet ratione contrahentium vitietur. Quãdo enim quis
cum eo, qui ſuo iuri ſubiectus eſt, ſtipulatur, redditur inutilis
ſtipulatiò. Itaque inter patrem, & filium, dominum, & ſer-
uum nulla conſiſtit ſtipulatio, vt efficax obligatio inde oria-
tur. Licet enim propter conſenſum naturalis obligatio iſto
caſu orta ſit: tamẽ non ciuilis, quia patria poteſtas eſt de iure
ciuili introducta, vt ſupra de patria poteſt. Sed de iure ciuili
pater, & filius vna perſona eſſe cenſentur, d. l. ſi. C. de impub.
& alijs ſubſtit. Vnde ſi oriretur ciuilis obligatio, ſequeretur,
patrem ſibi ipſi fore obligatum. Idem de ſeruis, qui de iure ci-
uili pro nullis habentur, l quod attinet, 32. ff. de reg. iur.
2 Deinde circa hunc, §. notabitis differentiam inter filium, &
ſeruum, cum extraneo contrahentium, videlicet, quod filius
efficaciter obligetur, non autem ſeruus. Licet enim filiusfa-
milias ex omni contractu, patri tantum naturaliter obligetur
vt not. in l. fratre à fratre, 38 ff. de condict. indebit. Extraneo
tamen efficaciter, id eſt, naturaliter, & ciuiliter obligatur vt
hic, niſi in voto, & mutuo, ſecundum glo. hic, de quo in §.
actiones, infr. eod. dictum eſt. Secus vero in ſeruo. Et ſi enim
in contractibus ciuiliter non obligetur tamen ex delicto effi-
caciter obligatur, l. ſerui. 14. ff. de obligat. & actio. ita vt noxa-
li actione dominus ex delicto ſerui conueniatur vt inf. de no
xal. actio. in princ.

§. Mutum.

1 *Qui contractus mutis, & ſurdis permittantur.*

1 QVia in ſtipulatione verbis opus eſt, vnde, & verborum
obligatio dicitur, vt alter alterum loquentem exaudiat:
ideo nec mutus, nec ſurdus, nec infans ſtipulari poſſunt, vt
a hic & d. l. 1. in princ. ff. eo. Poſſunt tamen alios a contractus ce
lebrare, qui ſolo conſenſu fiunt l. mutus, 73. in principio, ff. de
iure dot. vbi tex. etiam à mutuo matrimonium contrahi poſ-
ſe, adde tex. in cap. cum apud, 23. de ſponſ. Licet enim ſecun-
dum Ang. hic, in matrimonio verba requirantur, cap. penult.
de ſponſalibus, tamen hoc verum eſt in valentibus loqui: nam
alias ſufficit conſenſus certis ſignis declaratus 2. glo. in d. cap.
pen. & cap. cum apud, &c.

ADDITIO.

a *Nutu quæ conſiſtunt, ea poſſunt per mutum rectè expediri, leg.
obligamur 52. in fine, ff. de obl. Nutu autem conſiſtere dicuntur
ea, in quibus vero nutus ſufficit. Præterea quæ not. ad d. l. 52. in
fine, adde quæ de emptione, & venditione per mutum facta, §.
actionum, in verbo, de actione exempto, inf. traduntur.*

§. Furioſus.

1 *Furioſus, & prodigus promittendo non obligantur.*

1 QVia in ſtipulatione conſenſus requiritur, l. 1. §. 3. verſic.
adeò, in verbo, conſenſum, ff. de pactis. Furioſi autem
nulla eſt voluntas, l. furioſi. 40. ff. de reg. iur. ideo furioſus ſti-
pulari non poteſt, vt hic. Ita quoque ex delicto non obligatur
l. Diuus, 14. ff. de offic. præſid. de quo in §. præterea, 1. ſup. qui-
bus non eſt permiſ. fac. teſt. plura diximus. Et gl. noſtra exten-
dit hoc per d. l. furioſi etiam ad prodigum cui bonis interdi-
ctum eſt, vt ſcilicet ipſe alij non obligetur, ſed ſibi acquirere,
& alium obligare poſſit l. is cui bonis, 6. ff. eod.

§. Pupillus.

1 *An, & quando pupillus obligetur.*
2 *Infantia, & pubertatis proximus quis dicatur.*

1 MAteria huius §. ſupra in princ. in tit. de auth. tut. decla-
rata eſt. An, & quando pupillus obligetur. Et adde di-
2 ſtinct. Bar. in l. 1. ff. de nouat. quam refert Ang. hic, Et obiter
notabitis gl. hic, quis dicatur proximus pubertati, & infantiæ
cui addite ſimilem gl. in l. pupillum, 111 ff. de regul. iur.

§. Si Impoſſibilitas.

1 *Qualiter ſtipulatio ratione conditionis adiectæ vitietur, &
num. 4.*
2 *Conditio impoſſibilis vltimas voluntates non vitiat, ſed pro
non adiecta habetur.*
3 *Non eſt veriſimile aliquem in vltima, voluntate iocari.*

1 EX hoc §. notandum, qualiter, ſtipulatio ratione impoſſi-
bilis conditionis adiectæ vitietur. Et primo impoſſibi-
lis conditio de natura, & etiam, de iure affirmatiue concepta
& ſtipulationem, & ceteros contractus vitiat, vt hic, & l. non
ſolum, 31 ff. de oblig. & actio, & l. impoſſibilis, 7 ff. eo. & l. im-
poſſibilium, 187. ff. de regulis iuris. Eſtq; ratio, quod promit-
tens ſub conditione, impoſſibili, nõ videtur habere animum,
nec voluntatem ſe obligandi, vnde contractus tanquam eua-
2 cuatus conſenſu partium eſt nullus, d. l. non ſolum. Non ta-
men conditio impoſſibilis vltimas voluntates vitiat, ſed pro
non adiecta habetur, §. impoſſibilis, 10. ſup. de hæred. inſt. Et
hoc vltimarum voluntatum fauore, leg. in teſtamentis, 12. ff.
3 de regl. iur. Nec eſt veriſimile aliquem in vltima voluntate
velle iocari, aut actum inutilem facere, vt inquit Porc. hic.
Sicut etiam in matrimonijs pro non adiecta habetur cap. fin.
cum ibi not. de cond. appoſit. Denique notatur ex hoc, §. quod
4 conditio impoſſibilis negatiuè concepta, non vitiat, nec ſu-
ſpendit contractum, ſed habetur pro non appoſita, quia eſt
certa, & neceſſaria, & iam exiſtit. Ideò habetur illa ſtipulatio
pro pura, vt hic, & d. l. impoſſibilis, &c.

§. Item verborum.

1 *Stipulatio inter abſentes eſt inutilis.*
2 *An ſtipulatio, per epiſtolam, vel nuncium celebretur.*
3 *Si promiſſor negat ſe fuiſſe præſentem, inſtrumentum vero
contineat quod ſtipulatione ſolenni promiſerit, quid iuris.*
4 *Scriptura ſeu inſtrumentum quotuplex.*
5 *Publicum quid.*
6 *Requiſita publici inſtrumenti.*
7 *Priuata ſcriptura, quid, & quæ ſpecies, & nu. 8. 9. & 10.*
11 *Scripturæ ſtatur, donec contrarium probetur.*
12 *Teſtes idonei qui dicantur.*

1 VItiatur quoque ſtipulatio ratione abſentiæ, cum alter al-
2 terum loquentem exaudire, & intelligere debeat. Vn-
de etiam per epiſtolam, & nuncium ſtipulatio non celebra-
tur alias non eſſet differentia inter ſtipulationem, & alios cõ-
tractus, qui conſenſu contrahuntur, vt hic, & in l. 1. in princip.
ff. eo. & l. conſenſu, 2. ff. de oblig. & actio. Poteſt tamen ſtipu-
latio primo interpoſita per epiſtolam reiterari. Vnde quæri-
tur. Quando in aliquo inſtrumento continetur. Titium per
ſolennem ſtipulationem promiſiſſe Caio centum, & poſtea
Titius negat ſe tunc temporis fuiſſe præſentem ad infringen-
dam ſtipulationem ratione abſentiæ quid iuris ſit in hoc ca-
ſu. Et Imperator reſpondet hic, ſtandum ſcripturæ, donec
contrarium, manifeſtiſſimis documentis probetur, vt hic,
& leg. optimum, 14. C. de contrah. ſtipul. & l. cum precib.
18. Co. de probationib. Et hoc ſine dubio procedit in publica
ſcriptura, & priuata etiam, quæ contra ſcribentem probat.
Pro cuius intellectu ſciendum, ſcripturam, ſeu inſtrumen-
tum

a tum eſſe duplex, publicum, *a* & priuatum. Publicum inſtru-
4 mentum dicitur regulariter, quod manu Notarij confectũ
5 in publicam formam reductum eſt. Et quæ requirantur ad
ſubſtantiam huiuſmodi inſtrumenti, tradit glo. in leg genera-
6 li, 3. Cod. de tabellio, lib. 10. Nam I. ſecundum quoſdam re-
quiritur inuocatio nominis diuini, quod eſt verum, ſi ſit talis
conſuetudo, vt ſup. ſuper Rubr. Inſtitut. dictum eſt. II. Annus
Domini. III. Indictio. Et quid ſit Indictio, no. in ca. inter dile-
ctos, 6. de fide inſtr. IV. Menſis, & dies inſtrument. V. No-
men Imperatoris, vel Papæ. VI. Locus contractus, VII. Series
facti. VIII. Adſcriptio teſtium qui fuerunt præſentes. IX. Ap-
poſitio ſigni ipſius Notarij de quo videte plura per Abbas, &
Fel. in c. 1. de fid. inſtr. & Bart. in repet. § ſi initiũ 6. l. ſi quis ex
argentarijs, 6. ff. de eden & Spec. in tit. de inſtr. edit. § 1.
7 Scriptura *b* vero priuata dicitur quæ a priuato eſt conſcri-
b pta. Et eius tres ſunt ſpecies. Quædam enim dicitur Epiſtu-
8 la, *c* & illa ſi continet confeſſionem, contra ſcribentem pro-
c bat l. publica, 26. in fi. ff. depoſ. Quædam ſcriptura priuata ap-
9 pellatur liber rationem, *d* quem communiter ſolent facere exer
d centes aliquam negotiationem, & boni patres familias. Et
huic contra ſcribentẽ creditur, l. quædam 9. § nummularios,
ff. de eden. non autem pro ſcribente, l. exemplo, 7. & l. ratio-
10 nes, 6. C. de probat. Quædam verò dicitur Apocha, *e* quæ
e propriè dicitur, *Eyn ſchulabrieff*. ſcribiturque inter præſen-
tes. & etiam regulariter contra ſcribẽtem probat non autem
pro ipſo, per d. l publica, in fin. Quod eſt verum, quando cau-
ſam debiti continet, alias nec contra ſcribentem priuata ſcri-
f ptura probat *f* vt latius declarat Bart. in l. nuda 26. ff. de do-
nat. & omnino, Abb in c. 2. de fid. inſtru.
11 Notandum igitur ex textu noſtro hic quod ſcripturæ ſta-
tur, donec contrarium probetur: deinde, quod admittitur
probatio contra ſcripturam Quot vero teſtes requirantur ad
reprobandum inſtrumentum, tradit Bart. in l. 1. § fin. ff. quem-
admodum teſt. aper. Paul de Caſt. l. in exercendis, 15. Cod. de
fide inſtr. & Abb. in c. cum Ioannes, 10. de fide inſtr & Fab. hic.
12 Et obiter notabitis gl. hanc ord. in verbo, idoneos, qui teſtes
dicantur idonei, videlicet, omni exceptione maiores, quibus
nulla exceptio obijci poteſt, id eſt, ſecundum Iaſ. in l. admonẽ-
di, 31. ff. de iureiur. quibus nulla macula impingi poteſt, pro-
pter quam à teſtimonio prohibendo repelli poſſint, adde ſi-
milem gl. in cap. 1 in verbo, maiores, de conſanguin. & affin.

ADDITIONES.

a *Inſtrumentum publicum, quæ requirat, dictum eſt in præmio harum inſtitutionum ſupra.*
b *De ſcriptura priuata, an & quando probet vide Crauetam, li. de antiq. tempor.*
c *De epiſtola, an & quando probet, vide eundem Crauetã ver. deſcript. epiſtolæ, pag. 89. Iaſ. in l. admonendi, ff. de in lit. iuran.*
d *De libro rationum, an & quando probet, vide eundem Crauetam verſ. ſeptimo datur limitatio, fol. 69.*
e *Significat confeſſionem ſoluto pecunia, quam creditur ſcripto fatetur ſe accepiſſe l. 1. toto tit. C. de apoch. lib. 10 l. vlt. §. Titius, de cond. indeb. cui contraria Antapocha, l. plures, 19. C. de fide inſtrum.*
f *Niſi inter mercatores, & in his terris fieri ſolet executio* auff Sigel vnd Brieffe, *non conſiderato vtrum cauſa expreſſa, an nõ: niſi velis dicere eam conſtitutionem eſſe accipiendam, de publica ſcriptura, non priuata vide Doct. cap. ſi cautio, 14. de fide inſt. Bar. l. 2. § circa de excep. dol. mal. In liberatorijs indubitatum, eſt cauſam nullum requiri Iaſ. l. creditoris, 5. num. 2. C. de pact. Doct. l. tale pactum, 40 ff. de pact.*

§. Poſt mortem.

1 *Stipulatio poſt mortem ſuam cur olim non valuerit.*

1 STipulatio concepta poſt mortem ſtipulatoris, vel promiſ-
ſoris olim non valebat, ratione impoſſibilitatis, cum poſt
mortem nec ſtipulator agere, nec promiſſor cõueniri poſſit.
Hodie tamen valet, ita vt actiuè, & paſſiuè ad hæredes tran
ſeat, ſicut aliæ actiones, l. 1. Co. vt act. ab hære. & cont. hæred.
incip. Quod ampliatur procedere, ſiue ſit facta mentio hære-
dum, ſiue non. Quilibet enim ſibi, ſuiſq; hæredibus proſpicere
intelligitur, l. veteris, 13. C. de contrah. ſtipulat. & l. ſi pactum.
9. ff. de probat. Vnde Abb. in c. fin. in 1. nota, extra de arbit. di-
cit omnem contractum ita celebratum intelligi, vt includan-
tur hæredes, adde quæ ſupra de oblig. in fine dicta ſunt.

§. Item ſi quis ita.

1 *Si dies executionis præcedat diem obligationis, an ſtipulatio vitietur ratione præpoſterationis.*
2 *An, & quando ordo ſcripturæ ſit ſeruandus.*
3 *Prior tempore potior iure.*

a BReuiter ex hoc §. notabitis, licet ſtipulatio ratione *a* præ-
poſterationis, quoties reſpõſio præcedit interrogationem
vitietur, cum de forma, & ſolennitate eius ſit introductũ, vt
præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, vt magis de de-
liberata voluntate conſtare poſſit, vt ſupra, in princ. de verb.
oblig. circa requæſita ad ſtipulationem, dictum eſt: tamen ſi
dies executionis præcedat diem obligationis, ſtipulationem
1 valere, quia illic ordo præpoſterus reducitur ad ordinem, &
verba tranſpoſita idem ſignificant. ex quo de mente contra-
2 bentium conſtat. Hinc Angel. & alij notant hic, an, & quo-
b modo ordo *b* ſcripturæ ſit ſeruandus? Et breuiter dicatis: ſi
de prælatione perſonæ quæratur, tunc attendi ordinem ſcri-
pturæ: vt in l. quoties, 34. ff. de vſufruct. & l generaliter, 24. §.
quid ergo, ff. de fideic. liber. Si verò quæritur de iure, vt in te-
ſtamentis, & contractibus tunc potius ſenſus, & mens teſta-
toris, & contrahentium, quam ordo verborum ſpectatur, vt
hic, & l. 3. §. conditio, 9. ff. de adimen. legat. Quod eſt verum,
niſi lex det certum ordinem circa diſpoſitionem, vt eſt in or-
dine iudiciario, vbi prius libellus offerri, litis conteſtatio fieri,
& teſtes produci debent, quam ſententia definitiua feratur, vt
eſt gloſſ. ordinaria, in l prolatam, 4. Cod. de ſen. & interlocut.
3 omn. iudic. Idem, quando eſt ordo temporis, vt qui prior eſt
tempore, potior ſit iure. cap. qui prior, 54. de regul. iur. in 6. de
quo latius Ang. hic.
Secundo notabitis ex verſic. ita autem ſtipulationem poſſe
ita concipi, vt habeat effectum ſolum poſt mortem promiſſo
tis nec oriatur actio, niſi poſt eius mortem, adde l. 1. Cod. vt
actiõ ab hæred, & contra hæred. incip.

ADDITIONES.

a *Præpoſteratio ordinis, an & quando vitiet actum, item an, & quando attendatur vel præſumatur, vide Euerhardum in Topicis in loco ab ordine.*
b *De ordine vide Rauennatem in verbo, ordo.*

§. Si ſcriptum.

1 *Verbum promiſit, repertum in inſtrumento, an intelligatur de ſolemnitate.*

1 EX hoc textu notabitis regulam circa totam materiã ſti-
a pulationum, videlicet, quando verbum, Promiſit, *a* repe
ritur in inſtrumento, tunc intelligitur, de ſolennitate, vt hic,
& l. ſciendum, 30. vbi Doct. ff. eo. Et hoc procedit, ſiue ſcriptu-
ra ſit publica, ſiue priuata, l. 1. C. de contrahen. ſtipul. Secus ſi
à teſte proferatur. Nam tunc non intelligitur de ſtipulatione,
l. 1. & ibi gl. & Doct. Cod. de vſur. Nec obſtat quod teſtes, &
inſtrumenta paci paſſu ambulant, l. in exercendis, 15. C. de fid.
inſtr. Eſt enim ratio diuerſitatis, ſecund Paul. de Caſt. & Bart.
in d. l. 1. C de vſur. minimè obſcura. Nam inſtrumenta fiunt
de communi partium conſenſu. Ideò omnia, verba in ipſis
poſita, cenſentur prolata meliori, & efficaciori modo. Sed te-
ſtes producũtur ab vna parte contra alteram etiam inuitam,
ideoque verba eorum ſtrictè accipiuntur, & vbi poteſt eſſe
aliqua dubitatio, fit interpretatio contra producentem teſtes,
vt eſt gloſ. in verbo, dubium, in capit. in præſentia, 8. de pro-
bat. Sed verbum, Promiſit, poteſt intelligi de ſtipulatione, &
nuda promiſſione, l. ſciendum, 19. §. 1. ff. de ædil. edict. Ergo,
&c. Item teſtes debent deponere de his, quæ cadunt in ſen-
ſum corporeum, l. qui teſtamento. 20. §. penul. ff. de teſtamen.
Sed ſtipulatio potius percipitur intellectum, quã ſenſu corpo
reo, ideò teſtes debent deponere de facto, ſub ſenſum corpo-
reo, ideò teſtes debent deponere de facto, ſub ſenſum corpo-
reum cadente, ex quo reſultat ſtipulatio, videlicet quod audi-
uerint interrogationem præcedentem, & reſponſionem ſub-
ſecutam, de quo latius vide Doct. in d. l. ſciendum, & in d. l. 1.
C. de vſur. & Ang. hic.

ADDITIO.

a *Verbum,* Promiſit, *quam vim habeat.*

§. Quo.

§. Quod plures.

1 *Stipulatio ſi fiat de pluribus rebus, & promiſſor reſpondeat ſimpliciter, & indiſtinctè, an obligetur?*

1 QVando ſtipulator interrogat de pluribus rebus, & promiſſor reſpondet ſimpliciter, & indiſtinctè, tunc in omnibus obligatur promiſſor, ita vt ad omnes res in ſtipulationem deducta teneatur. Secus ſi ad vnam, vel aliquas ex rebus ſpecificatis reſpondeat, tunc non ad omnes, ſed ad illas, quas in ſpecie promiſit, obligatur, adde l. Titia. 134. §. idem reſpondit, 3. ff. eo. Bart. & Doct. in l. ſcire debemus, 29. in prin. ff. eo. & gl. in §. præterea, ſup. eo. in verbo, reſpondeat.

§. Alteri.

AD intellectum huius §. cum §. ſeq. videte Doct. in l. ſtipulatio iſta, 38. § alteri, 17. ff. eod. & quæ ſupra dicta ſunt in §. ſi quis alij, an, & quando alteri quis ſtipulari poſſit. Sicut etiam in §. verſa vice, & §. ſi quis alij, ſupra declaratum eſt.

§. Item nemo.

1 *Nemo poteſt ſtipulari rem ſuam ſibi dari, quæ iam ſua eſt.*

1 EX hoc §. notabitis, quod nemo poteſt ſtipulari rem ſuam
a ſibi dari, *a* quæ iam ſua eſt, vel in eum caſum, quo ſua eſt
futura, vt hic, & l. nemo rem, 82. ff. eo. Eſtque ratio: quia dare
importat dominij translationem, l. vbi autem, 75. §. fin. ff. de
b verb. obl. Sed dominium *b* rei non poteſt transferri in eum,
quia iam eſt dominus. Res enim mea, amplius mea fieri non
poteſt, l. & an eadem, 14. §. actiones, in final. de excep. rei iud.
§. ſit itaque 14. inf. de actio.

ADDITIONES.

a *Poteſt tamen quis ſtipulari rem ſuam ſibi tradi, de quo agitur Bart. in l. ſcire debemus, 29. §. ſi à fure, n. 1. ff. de verb. obl. quia hæc ſtipulatio factum tantum continet, non autem dominij translationem cuius cauſa etiam incerta dicitur, Bar. in l. certi condictio, 6. nu. 25. ff. ſi cert. pet. & in ea ſtipulatione, à tempore moræ venit intereſſe, & non fructus Bar. in leg. videamus, 38. §. ſi actionem, n. 2. ff. de vſur. & fruct. ratio tamen fructuum habetur poſt litem conteſtatam, d. n. 2.*

b *Sic res ſua neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio eſt, vide l. neque pignus, 45, vbi Decius, ff. de reg. iur. Adde l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. rerum dom. Dec. in l. nam vt ex pluribus cauſis, ff. de reg. iur.*

§. Si de alia.

AD intellectum huius §. videte, quæ ſupra, in § præterea, dicta ſunt: quod ratione diſſenſus circa rem, in ſtipulationem deductam, ſtipulatio vitietur, adde l. continuus, 137. §. 1. ff. de verb. oblig.

§. Quod turpi.

1 *An ſtipulatio ratione turpitudinis vitietur? & n. 3.*
2 *An fures, & prædones poſſit ſtipulari de diuidenda præda?*

1 STipulatio ratione turpitudinis vitiatur, vt hic, & l. generaliter, 26. ff. eod. Eſtq. ratio, quia tales ſtipulationes turpes
a cenſentur impoſſibiles *a* de iure, l. filius, 15. ff. de condit. inſt.
adde in c. malis, 5. cau. 22. qu. 4. Vnde fures, & prædones non
poſſunt ſtipulari de diuidenda præda, l. ſi a reo, 70. §. fin. de fi-
3 deiuſſ. Et ampliatur regula text. noſtri, primo, etiamſi pœna ſit
adiecta, vt not. in d. l. generaliter. Secundo etiamſi iuramentum ſit appoſitum, c. non eſt obligatorum, 58. de reg. iur. in 6. Porro materia §. ſequentis, ſupr. de verb. oblig. in §. ex conditionali, declarata eſt, & materia, §. pen. & fin. in §. omnis ſtipulatio, de verb. obl. expoſita eſt.

ADDITIO.

a *Contra turpe non eſt, aut cenſetur, quod iure permittitur, argu. l. Gracchus, C. de adult.*

DE FIDEIVSSORIBVS.

TITVLVS XXII.

1 *Concordantes Rubricæ cum hoc titulo, & continuatio tituli.*
2 *Intercedentium perſonarũ quinq. genera, & n. 3. 4. 6. 7. & 9.*
5 *Mandator à fideiuſſore in quo differat.*
8 *Sponſor differt à fideiuſſore.*
10 *Expromiſſor quomodo differat a fideiuſſore, mandatore, & ſponſore.*
11 *Fideiuſſores qui.*
12 *Fideiuſſores quare introducti.*
13 *Plena cautio dicitur cũ fideiuſſoribus, plenior cum pignoribus*

1 HAbet hæc Rubrica concordantes titulos in ff. C. & Nou. 4. de fideiuſſoribus. Et continuatur ad præcedentem hoc modo. Hactenus dictum eſt de ſtipulatione. Sed quia fideiuſſores ſine ſtipulatione non obligãtur, l. blanditus, 12. C. eo. & l. 5. §. ſatis acceptio, ff. de ver. obl. ideo nunc titulus de fideiuſſoribus ſubijcitur. Ad cuius intellectum præmittendum eſt poſt
2 Doct. hic, & Paul. de Caſt. ſuper Rubr. ff. eo. verbum intercedere generale eſſe, comprehendens ſub ſe quinque modos, ita vt ſint quinque genera perſonarum, quæ pro alijs fidem ſuam interponere ſolent, vt eſt gl. ordinaria in §. 1. d. Nou. 4. & in l. perſona, 30. §. 1. ſuper verb. putat, ff. de pact.
3 Primo Fideiuſſor, qui pro alio per ſolennem ſtipulationem intercedit, de quo tit. noſter.
4 Secundo Mandator, veluti, ſi mando tibi, vt mutues Titio decem, perinde eſt, ac ſi fideiuberem pro eo, habes enim me, & ipſum tibi obligatum, l. ſi mandato meo, 13 ff. eo. Et differt a fideiuſſore, quia ſine ſolennitate verborum ſolo conſenſu obligatur. Item fideiuſſor præteritæ, & futuræ obligationis
5 accipi poteſt, l. ſtipulatus ſum a reo, 6. ff. eo. Mandato vero regulariter ſemper præcedit obligationem, l. ſi vero non remunerandi, 12. §. ſi poſt creditam, 14. ff. mandati.
6 Tertio Conſtitutor, qui per nudum pactum conſtituit ſe ſoluturum, quod alius debet, & is ſemper ſequitur principalem obligationem iam contractam, & fit nudo pacto, vt in §. de conſtituta, 9. inſ. de actio.
7 Quarto Sponſor, qui ſec. Angel. hic, ſponte, & non rogatus pro alio intercedit, & ſimiliter acceſſorie obligatur, & habet mandati actionem contra principalem debitorem, ſi aliquid
8 eius nomine ſolui, l. qui patitur, 18 ff. mandati, & differt a fideiuſſore, quia is rogatu alicuius intercedere ſolet. Vnde in libello dicitur. Quia autem ſedulo rogatus fidem meam pro ipſo interpoſui, & debitum quoque perſolui, &c. Peto, &c.
9 Quinto. Ex promiſſor, qui principaliter ſe obligat pro non obligato, id eſt pro eo, qui non poterat efficaciter obligari, vt
10 pro ſeruo: licet aliquando impropriè pro fideiuſſore reponatur, vt in d. §. ſatis acceptio, vbi Iaſ. & Doct. Et differt a prioribus, quia ille acceſſorie obligatur, hic vero principalit. Nec habet expromiſſor beneficiũ excuſſionis, de quo gl. hic, & in d. c. 1. Nou. 4. Et inquit Pl. hic, in prin. eum qui intercedit, & obligat ſe pro alio in dubio intelligit fideiuſſorem, niſi appareat, quod alio modo interceſſerit. Eſt autem fideiuſſor, ſec.
11 Hoſt. in Sum. eo. qui alienã obligationẽ in ſuam ſuſcipit fidẽ,
a principali nihilominus manente obligato. Vel qui *a* rogatus pro aliquo principaliter obligato per ſtipulationẽ intercedit & acceſſorie obligatur. Nã, vt in principio dictum eſt, in obligatione fideiuſſoris requiritur ſtipulatione, d. § ſatis acceptio & d. l. blanditus. Ex quo ſec. Doct. ibi ſequitur, fideiuſſionem non poſſe fieri, niſi inter præſentes, cum inter abſentes, item per epiſtolam, & nuncium ſtipulatio non contrahatur, l. 1. in
12 prin. ff. de verb. oblig. Eſtque vſus fideiuſſorum a iure introductus, vt creditor reddatur ſecurior, eique magis de debito cautũ ſit, vt ſi principalis nõ ſit ſoluendo, vel cedat bonis, creditor habeat quẽ conuenire poſſit, vt hic, & §. fi. inſ. de replic.
Sicut

ADDITIO.

a *Fideiuſſor etiam cenſetur is qui pro alio nomen ſuum actis inſeri conſenſit, licet non loquutus ſit, l. cum oſtendimus, in fi. ff. de fideiuſſ. tutorum, Bar. in l. cum quis decedens, ff. de leg. 3. & in l. vlt. ff. de prætor. ſtipul. in l. vlt. ff. a quibus appell. non licet Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. & in l. ſtatutis, C. de ſent. ex peric. reci. in leg. ſi fideiuſſor, ff. qui ſatiſdare, leg. ſiue apud acta, C. de tranſact. l. filius, ff. de proc. in l. 2. § volunt autem ff. ſol. matr. Caſtr. in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. Roman. in leg. quæ dotis, ff. ſol. matr. Cyn. l. inuitus, C. de procur.*

13 Sicut etiam pignoris obligatio ad hoc introducta eſt,§.fi.ſup. quibus modis re contrah.oblig. Vnde ſubijcit Io. Fab. hic plenam cautionem dici cum fideiuſſoribus, pleniorem cum pignoribus,ſi quidem melius ſit pignori incumbere, quam perſonam perſequi,§.furti,13 inſ.de oblig.quæ ex del. naſc. Alias dictio Cautio,ſimpliciter prolata intelligitur ſine fideiuſſoribus,l.ſancimus,3.C.de ver.ſignif.de quo ſup.tit.de eo cui libr. cauſ.bo.addic iniur.&c.dictum eſt.

---

§.In omnibus.

1 *Qualiter principalis debeat eſſe obligatus, vt eius obligationi fideiuſſor accedere poſſit,nu.4.6.& 7.*
2 *In omni obligatione qualitercunque contracta, fideiuſſor interuenire poteſt.*
3 *An fideiuſſor in plus obligari poſſit,quam principalis.*
5 *An exceptiones competens principali debitori, competant quoque fideiuſſori.*
8 *An in cauſa criminali fideiuſſores recipi poſſint.*
9 *Quando reus traditus fideiuſſoribus in caſu,quo pœna mortis venit imponenda, aufugit, ita vt fideiuſſores eum exhibere non poſſint,an tunc puniatur pœna mortis.*
10 *An in omnibus cauſis,ſiue ciuilibus,ſiue criminalibus fideiuſſores interuenire poſſint.*
11 *An fideiuſſores pro dote conſeruanda recipiantur.*
12 *Soluto matrimonio dos reuertitur ad patrem, ſicut donatio propter nuptias ad maritum.*
13 *An in contractu cui lex expreſſe reſiſtit, & prohibet obligationem contrahi fideiuſſor interuenire poſſit.*

1 QVia in definitione dictum eſt, quod fideiuſſor pro alio principaliter obligato, intercedere ſoleat. Imperator iam declarat, qualiter principalis debeat eſſe obligatus, vt o-
2 bligationi poſſit accedere fideiuſſor. Et tradit regulam,in omni obligatione qualitercunque contracta,ſiue verbis,ſiue literis,ſiue conſenſu,ſiue ſit naturalis, & ciuilis obligatio ſimul, ſiue naturalis tantum, ſiue ciuilis tantum, fideiuſſorem interuenire poſſe,vt hic,& l.1.& 2.l.fideiuſſor,6.§.fideiuſſor,l.Grçce,8.§.1 ff.eo Et vt illa fiant clariora,ita concludite. Primum pro qualibet perſona naturaliter, & ciuiliter ſimul obligata, fideiuſſor ſuam fidem interponere poteſt, vt hic. Et de hoc non eſt dubium.

Secundo, Pro naturaliter tantum obligato poteſt quis fideiubere,vt pro ſeruo item pupillo,qui ſine tutoris auctoritate contraxit,d.l 2.& l.Marcellus,25. ff.eod. Et talis fideiuſſor tenetur indiſtinctè,naturaliter,& ciuiliter ſimul,ita vt ipſe efficaciter teneatur,& conueniri poſſit, non autem principalis.
3 Nec obſtat Regula fideiuſſorem in plus obligari non poſſe, quam principalem,§ fideiuſſores,inf.eo.quia in plus non obli-
a gatur,ſed durius & efficacius, *a* & ſibi imputet, quod pro naturaliter tantum obligato interceſſerit, adeo, vt nec habeat regreſſum contra naturaliter obligatum,pro quo fideiuſſit,vt eſt text.in d l.Marcellus,& ibi Paul.de Caſt.
4 Tertio,Pro ciuiliter obligato tantum fideiuſſor intercedere poteſt,vt hic,& d.l.fideiuſſor,§ fideiuſſor Circa quod Paul. de Caſtr.& Bart.in d.l.1.ff.eod.diſtinguunt. Aut eſt talis obligatio ciuilis, quæ habet effectum exactionis, vt in ſententia condemnatoria,ex qua ſecundum communem Doct.ſententiam,in l.Iulianus verum,60 ff.de condict. indeb naſcitur ciuilis obligatio non naturalis proprie ex conſenſu, cum iudicium reddatur in inuitum,l.inter ſtipulantè,83.§.1.ff.de verb. oblig Et pro tali ciuili obligatione fideiuſſor ſine dubio intercedere poteſt,vt eſt text.in l.4 §.ſi ex conuentione,4. ff. de re iud. Aut eſt ciuilis obligatio, quæ licet producat actionem, non tamen producat exactionem, vt in literarum obligatione, vbi ante biennium ſolum adeſt ciuilis obligatio, & agenti obſtat exceptio,non numeratæ pecuniæ,vt in ſeq.tit.declarabitur. Et quanquam poſſit adhiberi fideiuſſor, vt hic, in verbo, literis, tamen in effectu non tenetur, quia habet eandem exceptionem non numeratæ pecuniæ,quę principali competit,vt eſt gl.in d.l.fideiuſſor,§.fideiuſſor, & gloſ.in ver. ciuilis.
5 Hinc quærunt Doctor. an exceptiones competentes principali debitori,competant quoque fideiuſſori? Et iuriſconſ.in l. exceptiones reales, id eſt, ipſi rei debitæ cohærentes, vt exceptio doli mali, metus,&c Nam tales ipſam rem debitam tangunt,& concernunt,& fideiuſſori competunt, adeo, vt etiam reo principali inuito fideiuſſor eas opponere poſſit, l. ex perſona, 41.ff.eod. Aut ſunt exceptiones perſonales, quæ perſonam debitoris principalis concernunt, vt eſt exceptio ceſſionis bonorum, in quantum facere poteſt,&c. Et tales fideiuſſoribus non competunt,d.l.exceptiones.Et videte latius de hac materia omnino,Cyn.in l.quoties,2.C.de precibus Imp. offeren.& Doct.hic,& in §.fin.inf.de replic.
6 Quarto,Non ſolum principali,ſed etiam acceſſoriæ obligationi fideiuſſor,accedere poteſt, atque ita fideiuſſor fideiuſſoris accipitur. Et hoc quotidie fit, vt fideiuſſoribus conſtituantur à reo principali alij fideiuſſores, qui priores fideiuſſores ſeruent indemnes, & appellantur *Schadloſsburgen*, id eſt, fideiuſſores indemnitatis,d.l Græce,in fi.ff.eod. & gloſ.in verb. promittit,ſup eod.
7 Quinto,Non ſolum obligationi ex contractu deſcendenti, & ita in cauſis ciuilibus fideiuſſor accedere poteſt, ſed etiam obligationi deſcendenti ex delicto.vel quaſi,d.l.Græce,§.ſed,
8 & ſi ex delicto,& gl.hic,in verbo,conſenſu. Pro cuius declaratione quæritur. Primo. An in cauſa criminali fideiuſſores recipi poſſint? Nam pone,quod aliquis nobilis,vel alius committat delictum,propter quod eſt coniectus in carcerem, an ad petitionem agnatorum, qui pro eo fideiubere volunt, ſit relaxandus? Secundo,poſito,quod tales fideiuſſores recipiantur, ſi poſtea reus aufugit, an eadem pœna fideiuſſores affici debeant, quæ erat ipſe principalis reus plectendus. Ac de leg. quidem quæſtione reſpondetur ex mente Abbatis,& Canoniſt.ſuper Rubr.eodem fideiuſſores in cauſa criminali recipi, quãdo ex diſpoſitione iuris communis,vel ſtatuti,pro tali crimine pœna pecuniaria imponenda venit, & ſic quando maleficium non eſt graue,nec pœna corporali dignum, l.1. cum ibi no.& l.Diuus.ff.de cuſtod.& exhib.reorum, vbi text. non eſſe conijciendum in vincula, quia paratus eſt dare fideiuſſores,niſi delictum ſit graue. Nam tunc,ſi ex diſpoſitione iuris cõmunis,vel ſtatuti,pęna corporalis imponenda venit, vt pęna capitis, aut amputationis alicuius membri fideiuſſor nõ recipitur,d.l.Diuus.Alias enim reus tempore ſententię poſſet aufugere,& ſic pęna eſſet eluſoria,quod eſſe non debet, quia maleficia non debent manere impunita vulga. l. ita vulneratus, 51.§.æſtimatio,verſ.cum neque,ff.ad leg. Aquil. Et quoties criminoſi dimittuntur impuniti,turbantur lętitię,& gaudia hominum,vt eſt text.in l. 3.C.de Epiſcop.audien. vbi Paul. de Caſt. refert Senecam, dicentem quod ſanctiſſimum ſit de criminoſi facere iuſtitiam, nec poſſit pinguior victima mactari Deo,quam homo ſceleratus Et hoc indubitate verum eſt,cum quis eſt deprehenſus in flagranti crimine, ita vt conſtet maleficium,& ſit notorium,vt innuit tex.in d.leg.Diuus ibi,niſi tam graue ſcelus admiſiſſe eum conſtet.Secus autem, ſi non conſtet,ſed propter ſuſpiciones, & indicia, quis in carcerem contractus ſit.Etenim tunc attentis circumſtantijs, de quibus in d.leg 1. ff. de cuſtod. reor. credo fideiuſſorem de repræſentando reo,recipi poſſe. Et ita videtur velle Felin. in c. paſtoralis,28.§.quis verò,num.15.de offic. deleg. Ita quoque conſuetudine induci poteſt, vt in cauſa criminali, vbi pœna mortis venit imponenda, fideiuſſores idonei recipiantur, vt eſt gloſ.in cap cum homo,19.cau.2.q.5 & Bald. in verbo, damna,in fin. de pace Conſtan. in vſibus feud. Quod vero ad
9 II. Quæſtionem attinet, quando reus traditus fideiuſſoribus in caſu quo pœna mortis venit imponenda, aufugit, ita vt eum fideiuſſores exhibere non poſſint, an puniantur pœna mortis, qua reus principalis erat afficiendus de hac eſt aurea gloſ. in dict.cap.cum homo,quæ ſimpliciter vult, quod non. Eſtque concluſio communis Doct.vt inquit Abb.in d. Rubr. eod.& Bart.in l.ſi quis reum,4.ff de cuſtod.reor. neminem ſe per contractum poſſe ad pœnam corporalem obligare, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, l.liber homo 13. ff. ad leg.Aquil. Et ex hoc ſequeretur abſurdum, vt vltimo ſupplicio innocens afficeretur, cum ſanctius ſit nocentem dimmittere,quam innocentem condemnare,l. abſentem, 5.ff.de pœnis Et melius eſt propter miſericordiam reddere rationem,quam propter crudelitatem,cap.allegant,12 cau. 26. q. vlt Et pęnæ ſuos debent tenere authores,l.ſancimus,22.Cod. de pęnis. Qualiter autem tunc fideiuſſores ſint puniendi, diſtinguitur per Cynum,in leg ad Commentarienſem, 4.C.de cuſtod.reor.& glo.in d.cap. cum homo, & Abb. ſuper Rubr. eodem. Aut fideiuſſores erant tantum in culpa, quando reus aufu-

---

ADDITIO.

a *Vt ex cap.reſcripto,de iureiur.&* Landrecht,*libr.1.artic.11.&* Policeyordnung. *Annot* 48. *obligari poteſt* Zurieyſtung. *Eſt enim pœna facto adiecta,quæ valet Doct.l.ſtipulatio,* 8.§. *alteri,17.de verbor.obl. Sed quia hæc ſumptuoſa pœna non diſſoluit debitum,verum auget ſine cuiuſquam vtilitate,conſt.22. verſ. ante par.2.eſt ſublata.*

aufugit,& non puniuntur corporaliter,ſed pęna pecuniaria,
ad quem ſe obligarunt. Et ſi nõ fuit expreſſa quantitas,iudex
a cauſa arbitrabitur,d.l.ſi quis reum. Aut fideiuſſores *a* fuerunt
in dolo, & tunc licet eadem pęna corporali non afficiantur:
tamen extra ordinem,ſecundum arbitrium iudicis, puniũtur
non tamen cõdemnantur ad mortem, alias forte incarcerari
poterunt,vt iudici viſum fuerit,d.l.ſi quis reum. De iure Sax.
Quando quis in flagranti crimine comprehenditur, in cauſis
criminalibus fideiuſſorum interuentu non relaxatur, ar 9.li.
2. Quod vero dicatur flagrans crimẽ declaratur in ar. 35.li.3.
Et quia ſub fideiuſſoris obligatione nullus dimittitur, niſi ap-
pareat,ſeu præſumatur, quod iure ſe defendere poſſit, vel fi-
naliter abſoluendus ſit: fideiuſſor deficiente reo in defenſio-
ne tenetur ad conſtitutum *Vveirgeldum*, & reus iudicatur.
Quantus autem ſit *Vvbehrgeldus, vide Vveichbild*, art.17. in
gl. col. pen. Quod intelligite ſecundum prædicta, quando fi-
10 deiuſſor ad certam quantitatem ſe non obligauit. Ex prædi-
ctis igitur colligitur Regula, in omnibus cauſis, ſiue ciuilibus
ſiue criminalibus fideiuſſores interuenire poſſe, ſiue principa
lis ſit obligatus naturaliter, & ciuiliter ſimul, ſiue naturaliter
tantum, ſiue ciuiliter tantum, ſiue ex contractu, vel quaſi, ex
delicto, vel quaſi. Hanc tamen Regulam duobus modis limi-
11 tate. Nam 1. ſecund.gl.hic,in verb.in omnibus,non recipiun-
tur fideiuſſore pro dote conſeruanda, l.1.Cod.ne fideiuſſores
dot. dentur. Et hoc eſt ſpeciale, ne cauſa perfidiæ in coniugio
generetur. Si enim puella credit corpus ſuum marito, abſque
fideiuſſore, multo magis dotem abſque intereſſe ei credere
debet, l.2. C.ne fideiuſ.dot. dentur. Et quod idem etiam ſit in
reſtituenda dote, quod maritus conſtante matrimonio non te-
neatur præſtare fideiuſſores, ſe ſoluto matrimonio reſtituturũ
dotem, tenet Bart. & communiter Doct. in l.ſi conſtante,24.
§.quoties, ff. ſol.matr.cum ſit eadem ratio, ideoq.idem ius ſta-
tui debeat. Semper enim maritus poteſt obijcere vxori eam
eſſe perfidam. Et concordia maritalis omni lucro eſt præfe-
renda, l.reprehendenda,5.C.de inſt. & ſubſt. Si tamen mari-
tus vergat ad inopiam, tunc fideiuſſores non ſolũ recipi poſ-
ſunt,ſed & vxor licitè dotem repetit, etiam conſtante matri-
monio,d.l.ſi conſtante,in prin. & c.per veſtras,7. vbi pulchre
Abb.num.13 de donat.inter vir.& vxor. dicit,per iſtum text,
limitari tit.C.ne fideiuſſores dot.dent.vt non procedat,quan-
do vir vergit ad inopiam. Et circa prædicta obiter notabitis,
ſoluto matrimonio, dotem reuerti ad patrem dotantem, vel
filiam,ſicut donatio propter nuptias redit ad maritum, c. fin.
12 de donat.inter vir.& vxor.Quod eſt verum de iure commu-
ni: ſecus de iure Sax. Quam primum coniuges inuicem con-
cuberunt,maritus lucratur dotem,art.31.lib.1. & ibi add. tit.
b gloſ.2. *b* Non poteſt fideiuſſor interuenire in contractu, cui
13 lex expreſſe reſiſtit, & prohibet obligationem contrahi, ſec.
gl.hic, in verbo in omnibus, per l.cum lex, 46. ff.eod. Eſtque
ratio, quia vt dictum eſt fideiuſ.accedit pro alio principaliter
obligatio: Sed quia hac in ſpecie principalis. neq. ciuiliter, ne-
que naturaliter obligatur, ſequitur nec fideiuſſores obligari,
cum deficiente principali,corruat quoq. acceſſorium, l.ſi ho-
mo mortuus,69.ff.de verb.obl. De quo Doct. in d.l.cum lex.

ADDITIONES.

a *Fideiuſſor, reum criminis non exhibens, non capitaliter, ſed pe-*
cuniariter punitur, aut ſi dolo eum non exhibet, punitur arbi-
trio iudicis, l. ſi quis reum, ff.de exhib.reis, l.2. C. ad Sen. Tur-
pill. Guid.Pap.q.560. Quid tamen ſi conſuetudo contraria ſit,
vt quis in cauſa criminali intercedat. Valet conſuetudo, gl.25.
q.5.homo, Roman.ſing.128.
b *Imo non aliter, quam ſi mulier ante eum moriatur, conſtitut.*
21.& 22.cum ſeq.p.3. Nam ſi ſuperuenat, poteſt illata repete-
re, conſtit.20 par.3.

§. Fideiuſſor.

1 *An fideiuſſoria obligatio tranſeat ad hæredes.*

1 EX hoc §.notabitis Regulam, quod obligatio *a* fideiuſſo-
a ria eſt tranſitoria ad hæredes, vt hic, & l.fideiuſſoria, 24.
Cod. eodem. Quam Regulam ampliate concedere, primo,
actiuè in hæredibus creditorum, & paſſiuè in hæredibus fide-
iuſſorum, deinde ſiue facta ſit mentio hæredum, ſiue non, ſi-
cut in alio quolibet contractu, ſec.glo.hic, & de hoc in §.poſt
mortem,12. ſup. inutil. ſtipul dictum eſt. Limitatur autem
procedere, quando obligatio ſuapte natura eſt tranſitoria ad
hæredes, vt ex contractibus, vel quaſi, l.ex contractibus,46.
b de oblig. & actio. non etiam ex *b* delicto, vel quaſi vbi obli-
c gatio regulariter non eſt tranſitoria ad hæredes, *c* niſi fide-
iuſſor pro ſe ad certam quantitatem obligaſſet, nam tunc hæ-
redes eius tenentur. Ita Io. Fab. & Doct. hic.

ADDITIONES.

a *Vide Marſilium ſingulari 59.*
b *Hoc verum, quando fideiuſſor fideiuſſit, ſimpliciter pro furto,*
vel delicto, ſecus, ſi promiſiſſet pœnam centum pro furto, l.ad
diem, ff.de verb oblig. vide Marſil.ſing.159.
c *Etiam iure Sax, niſi aliter conuentum, conſtit.20.p.2.*

§. Si plures.

1 *Beneficia fideiuſſorum.*
2 *De iure C. creditor habet actionem conueniendi, primo fide-*
iuſſorem, vel principalem, quem volebat, ſecus de iure no-
uiſſimo.
3 *Beneficium Auth.præſente, C.de fideiuſſoribus, quando ceſſet,*
& n.4.5.8.9. & 10.
6 *Quis dicatur idoneus ad ſoluendum.*
11 *Quando quis fideiubendo ſe ſimul conſtituit principalem de-*
bitorem, an beneficium excuſſionis adhuc locum habeat, &
n.12. & 13.
14 *Cum fideiuſſor habeat exceptionem ordinis, ſeu excuſſionis,*
vt prius conueniatur principalis, verum illa exceptio ſit per-
emptoria, an dilatoria.
15 *Si propter abſentiam principalis fideiuſſor conuentus eſt, &*
lite cum eo conteſtata, principalis reuertitur, an pendente
proceſſu competat fideiuſſori illa exceptio.
16 *An beneficium Epiſtolæ Diui Adriani locum habeat inter*
debitorem principalem, & fideiuſſorem.
17 *Fideiuſſor ſemper obligatur in ſolidum ſicut principalis, & ſi*
plures ſunt fideiuſſores, omnes in ſolidum obligantur.
18 *Exiſtentibus plurib.confideiuſſoribus, an in facultate credito-*
ris conſiſtat, conuenire vnum ex his in ſolidum, quem velit.
19 *Vt beneficium Epiſt. D. Adr. competat, quæ requirantur.*
20 *Quando beneficium Diui Adriani ceſſet.*
21 *Quando vnus ex plurib. confideiuſſoribus conuentus non oppo-*
ſuit exceptionem diuiſionis, & totum debitum ſoluit, an poſſit
à creditore repetere id, quod ſuam portionem excedit.
22 *An fideiuſſor ſoluens ſolidum poſſit a confideiuſſore repetere*
id, quod vltra ſuam portionem pro debito ſoluit.
23 *Beneficium cedendarum actionum.*
24 *Beneficium illud quo tempore ſit petendum.*

1 AD intellectum huius §. in quo Imperator beneficium,
Epiſtolæ Diui Adr. declarat, præmittendum eſt fideiuſ-
ſoribus tria beneficia a iure eſſe indulta, vt not.Abb.in c.3.n.5
eodem. Primum eſt beneficium ordinis, ſeu excuſſionis, de
quo in Auth. præſente, C. eod. Alterum beneficium diuiſio-
nis, ſeu epiſtolæ D. Adr.de quo hic text. noſter. Tertium ce-
dendarum actionum.
2 Quod ad primum beneficium *a* ordinis, ſ.attinet, ſciendum
a quod de iuris codicis creditor habebat electionẽ conuenien-
di, primo fideiuſſorem vel principalem, quem volebat, l.non
rectè,3.& l.iure noſtro,5.& l.reos,14. C.eod. Hodie vero de
iure nouiſſimo, Auth.tenetur creditor prius conuenire prin-
cipalem debitorem, quam fideiuſſorem conueniat: & ſi ordi-
ne turbato prius conuenit fideiuſſorem, competit fideiuſſori
exceptio ordinis, ſeu excuſſionis. vt creditor prius conueniat
debitorem principalem, eumq. excutiat. Quod ſi is non fue-
rit ſoluendo, vel abſens, tunc demum fideiuſſor rectè conue-
niri poterit, d. Auth.præſente, C.eo.& c.ſi quis igitur, 1. Nou.
4. Et hoc ſumma æquitate nititur, ne fideiuſſor tam facilè, &
ſubito a creditore vrgeatur, cum ex mera beneuolentia pro
principali interceſſerit. Æquũ igitur eſt, vt prius bona princi-
palis excutiantur, an ſit ſoluendo, quæ ſi ſufficiant, fideiuſſor
moleſtari non debet. Et quæ ſit excuſſionis forma, vide per
Iaſ. in §.item ſi quis in fraudem, 6. n.86. infra de actio. Hoc
3 tamen beneficium Auth. præſente, ceſſat. I. Quando tem-
pore ſolutioni deſtinato, principalis eſt abſens, fideiuſſor ve-
ro præſens. Nam tunc fideiuſſor dicta Auth. præſente be-
neficio, ſe tueri non poterit. Et pro pleniori doctrina, qua-
tuor caſus principales diſtinguendi ſunt poſt Cyn. & Salicet.
in dict. Authent.præſente, & pulchrè Abb. in capit.1. eodem,
1.Quan-

ADDITIO.

a *Fideiuſſor non conuenitur quamdiu debitor principalis eſt ſol-*
uendo Auth.præſente, C.de fideiuſſor. de quo tamen vide Bart,
in l.vlt.ff.ſi cert.per.

a 1. Quando ambo ſunt preſentes, *a* fideiuſſor, & principalis tūc
prius debet conueniri principalis, 2. Quando ambo ſunt ab-
ſentes, tunc aut abſunt æquali abſentia, & iterum principalis
prior conueniri debet, aut inæquali abſentia, & tunc ſubdi-
ſtinguitur. Aut principalis eſt remotior, fideiuſſor prius recte
cōuenitur, quia reputatur præſens, reſpectu remotioris. Aut
fideiuſſor eſt remotior, & principalis prius conueniendus eſt,
3. Quando fideiuſſor eſt abſens, principalis vero præſens, &
tunc quoque non eſt dubium, quin a principali inchoandum
ſit, 4. Quando fideiuſſor eſt præſens principalis vero abſens,
tunc ſtatim fideiuſſor conueniri poteſt, conceditur tamen ei
dilatio ad preſentandum principalem, qua elapſa, compellitur
3 fideiuſſor ſatisfacere, d. Auth. præſente. II. Ceſſat beneficium,
b Auth præſente, quando notorie *b* conſtat de inopia principa-
lis, eum non eſſe ſoluendum, ſec. Doct in d. Auth. præſente,
Iaſ. & alios in §. item ſi quis in fraudem, 6. inſ. de actio. per gl.
fi. in l. decem, 116. ff. de verb. obl. & hoc ſine dubio verum eſt,
quando notorium, & manifeſtum eſt. Et qualiter hoc probe-
tur, & cui incumbat onus probandi, traditur per doct. in d. l.
decem, & Iaſ in d. §. item ſi quis in fraudem, n. 70. Alias ſi in-
5 certum, & dubium eſt, quia principalis poſſidet adhuc aliqua
bona, tunc prius excuti debet principalis, antequam fideiuſſor
6 conueniatur. III. Ex prædicta limitatione per Doct. poſt Bar.
in d. l. decem, infertur alia, quando ſcilicet notorium eſt, prin-
cipalem eſſe Tyrannum, vel magnum, & potentem dominū,
c vel alias *c* rixoſum, non conſuetum ſoluere ſine litigio Eſtq.
ratio, quia non tantum quis idoneus dicitur ad ſoluendum,
ex facultatibus, ſed etiam ex fide, & facilitate conueniendi. l. ſi
quis ſtipulatus ſit, 112. in fi. & ibi Iaſ. ff. de verb. obl. Quod dili-
genter notandum contra illos, qui pro Ducibus, & alijs ma-
gnis dominis fidem ſuam interponere ſolēt, poſſunt enim, vt
fideiuſſores conueniri, non excuſſo principali, etiamſi non re-
nunciarunt huic beneficio, vt eſt apoſt. ad Abb. in d. c. 2. IV.
7 Limitatur d. Auth. præſente, non habere locum, quando cre-
ditor, qui alias erat debitor fideiuſſoris, vult vti compenſatio-
ne contra fideiuſſorem. Nam tunc fideiuſſor non habet hoc
beneficium, ſec. Bald. in l. exceptione, 11. circa prin. C. de eui-
8 ctio. & apoſt. ad Abb. in d. c. 2. V. Non procedit, quando debi-
tor principalis non eſt efficaciter obligatus, ſed naturaliter tā-
tum. Nam tunc tenetur fideiuſſor, non excuſſo principali, l.
9 Marcellus, 25. & ibi Doct ff. eo. VI. Non habet locum, quan-
do quis negat ſe fideiuſſorem, & conuincitur mendacij. Hic
enim perdit beneficium excuſſionis. Ita Bal. in auth. contra
qui propriam, C. de non num. pec per tex. in l. ſi dubitet, 10. §
demum, ff. de fideiuſs. & Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem, n.
79. Et hoc eſt verum, quando quis ſimpliciter negat ſe fideiuſ-
ſorem, atque ita negat id, quod eſt cauſa beneficij, ſecus ſi ne-
garet ſub generalitate in litis conteſtatione, negando narrata
prout narrantur. Nam tunc non perdit beneficium, Bart. &
10 Paul. de Caſt. in d. § ita demum. VII. Silet d. Auth. adeo quod
præſente etiam principali fideiuſſor conueniri poteſt, quando
ſcilicet renunciauit huic beneficio, quod facere poteſt, per gl.
in Auth. hoc ita, C. de duobus reis ſtip. Quilibet enim fauori
pro ſe introducto renunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo
29. Co. de pact. Sint igitur creditores cauti, vt ſemper faciant
per fideiuſſores huic, & ceteris beneficijs renunciari, vt admo
net Ang hic, in fi. §. noſtri. Sed iam oritur quæſtio pulchra, &
quotidiana, quam mouet Ang hic, in fi § noſtri, Cynus, Salic.
11 & Doct. in d. auth. præſente, & Abb. in d. c. 2. num. 6. Quan-
do quis fideiubendo ſe ſimul conſtituit principalem debito-
rem, an illud beneficium excuſſionis adhuc locum habeat?
Et videtur dicendum, quod non, quia per hæc verba fideiuſ-
ſor fit potius obligatus, ita vt non excuſſo principali conue-
niri poſſit alias enim ſequeretur, illa verba ſuperflue appoſi-
ta eſſe, & nihil operari, quod eſſe non debet; cum verba ita
ſint interpretanda, vt operetur aliquem effectum, l. ſi quan-
do, 209. in princ. ff. de leg. 1. & ibi Bart. Vnde Bald. ſuper
Rub. Cod. de contrahen emption. in 9. quæſt. dicit, nedum
omnes clauſulas in contractibus appoſitas aliquod operari,
ſed etiam minimum verbum non debere eſſe ſine virtute
aliquid operandi, ſi poteſt, ita tamen vt intelligatur ſecun-
dum naturam rei in contractum deductæ. Sibi igitur im-
putet fideiuſſor, cur taliter ſe obſtrinxerit, præſertim cum
ex conuentione contractus legem accipiant, l. 1. §. ſi conue-
nit, ff depoſ. Sed circa hanc quæſtionem eſt gloſ. multum
notabilis, in verbo fideiuſſorem ante fi. d. cap. ſi quis igitur, 1.
d Nouell 4 ita diſtinguens. Aut fideiuſſor conſtituens ſe prin-
cipalem debitorem, facit hoc animo nouandi, ideſt, vt obliga-
tio in perſona principalis debitoris extinguatur, atque in ſe
per nouationem transferat, vt in l. fin. C. de nouatio. & tunc
indiſtinctè poterit conueniri fideiuſſor, & ceſſat hoc benefi-
cium, vt declarat Paul. de Caſt. in l. in perſona, 30. §. 1. ff. de
pact. Aut fideiuſſor non conſtituit ſe principalem animo no-
uandi, ſed celebrat contractum fideiuſſionis. Et dicit gloſ.
13 non *d* obſtante illa clauſula, locum habere beneficium excuſ-
d ſionis niſi expreſſe ei renunciauerit. Et hæc eſt æqua opinio,
e & communis *e* a qua non eſt recedendum, iuxta not. in ca-
pit. capellanus, 4. de ferijs. Eſt enim hoc beneficium indu-
ctum in merum fauorem fideiuſſorum. Ergo illud perpe-
tuo retinet, niſi expreſſe ei renunciatum ſit. Vnde Ang. hic
in fi. ſubijcit. Notarios debere eſſe cautos, vt ſemper expri-
mant fideiuſſorem renunciaſſe beneficio. Aut præſente Ep.
14 D. Adrian. & omni legum, & iurium auxilio. Vltimo cir-
ca hoc beneficium quæritur, cum fideiuſſor habeat exceptio-
nem ordinis, ſeu excuſſionis, vt prius conueniatur principa-
lis, an illa exceptio ſit peremptoria, vel dilatoria, & ita an
poſſit ante vel poſt litem conteſtatam opponi? & gloſ. fi. in
l. 4. ff. de excep. dicit, eſſe exceptionem anomalam quæ ante,
& poſt litem conteſtatam opponi poteſt. Sed communiter
per Doct. & Bart. ibi probatur, & concluditur per Cyn. &
f Salyc. in dic. Auth. præſente, eam eſſe *f* dilatoriam, ac pro-
inde tantum ante litis conteſtationem opponi poſſe. Vnde ſi
fideiuſſor ante principalem conuentus, eam non obijciat, ſed
taceat, litemque conteſtetur, poſtea opponens non auditur,
ſed ſoluere compellitur, præſertim quoniam ipſo iure prius
conueniri poterat, quam principalis, l. iure noſtro, 5. Cod.
eod. tametſi habeat hoc beneficium, quo cum debito tempo-
15 re non vſus fuit, ſibi imputare debet. Addite Cynum in leg.
exceptionem, 19 C. de probat. Quid autem iuris ſit, quando
propter abſentiam principalis, fideiuſſor conuentus eſt, & li-
te cum eo conteſtata, principalis reuertitur an pendente pro-
ceſſu, competat fideiuſſori hæc exceptio, quæritur? Et Sa-
lic. poſt Cyn in d. Auth. præſente concludit, quod non, per
tex. ibi, qui vult, iure fideiuſſorem conueniri abſente princi-
pali, ſed concedit fideiuſſor, vt dilationem petere poſſit, ad
præſentandum reum, quam ſi non petijt, vel ſi petijt, & tem-
pus eſt elapſum, nihil vetat quo minus compellatur fideiuſſor
ſatisfacere, & creditor teneatur ad ceſſionem actionum, d.
Auth. præſente.

g Secundum beneficium fideiuſſorum dicitur *g* diuiſionis,
h ſeu Epiſtolæ *h* Diui Adriani, de quo tex. noſter, hic, & in leg.
fi. C. de conſtit. pec. Et licet epiſtolam illam integram in iure
non habeamus, ſæpius tamen lex de ea mentionem fecit, vt
16 admonet gl hic in verbo ex epiſtola. Et hoc quidem benefi-
cium non habet locum inter debitorem principalem, & fide-
iuſſores, l. ſi plures, 27. §. fi. ff. eo. ſed inter plures confideiuſſo-
res, qui pro vno debitore, & pro vno, eademque ſumma fide-
17 iuſſerunt. Ad cuius intellectum primo ſciendum, quod fide-
iuſſor ſemper obligatur in ſolidum, ſicut principalis, & quan-
do ſunt plures fideiuſſores, quilibet in ſolidū, pro rata ſcilicet
ſumma obligatur, text. eſt hic adeo, vt Plat. hic dicat. Si eſſent
centum fideiuſſores pro vno debitore ſumente 110. mutuo,
quemlibet fideiuſſorem in ſolidum ad iſta centum obligatum
fore, non pro ſua parte virili, ideſt, pro vno natura enim plu-
rium fideiuſſorum eſt, vt quilibet in ſolidum teneatur etiamſi
hoc non exprimatur, textus eſt hic, & in lege non rectè, 3.
18 Cod. eodem. Secundo ſciendum, quando ſunt plures confi-
deiuſſores, quorum quilibet in ſolidum obligatus eſt, in fa-
cultate creditoris conſiſtere, vt conuenire poſſit vnum ex his
fide

ADDITIONES.

a *Sed qui dicuntur præſentes reſpectu abſentis. Vide gl. in Auth. de fideiuſſ. §. vlt vbi ſex modis præſentes dici, ait. Sed tu adde duos alios, vnum, vbi colonus in fundo ſitum reliquit, leg. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit. l. prædia, ff. de fun. inſtru. Alterum ſi fuerint ſerui ſub eodem tecto, l. 1. §. quæſtionem, ff. ad Syllan.*

b *Adde Bald. in l. 1. C. de his, quæ in fraud. credit. l. 2. C. ſi quis in fraud. par. l. 1. C. de conuenien. fiſci debitor. Ang. in l. eximus ff. de acq. poſſ. 2. l. ff. qui ſatiſd. §. ſed neque Nou. de fideiuſſ.*

c *Idem Imola in l. decem, ff. de verb. oblig.*

d *Fideiuſſor tametſi ſe obliget ad inſtar principalis debitoris, habet beneficium ordinis iuriuum, vt prius conueniatur principalis. Auth. de fideiuſſ. §. 1. vbi gl.*

e *Confirmatur conſt. 18. par. 1.*

f *Exceptio ordinis non eſt anomala, ſed dilatoria, quia ante litem tantum conteſtatam opponi poteſt. Bar. in l. 3. ff. de excep. Cynus in l. exceptionem, C. de probat. Guid. Pap. q. 570.*

g *Diuiſionis beneficium cur dicatur, mox dicetur.*

h *De epiſt. D. Adr. adde l. 26. & l. 27. §. 1. ff. de fideiuſſor.*

Digitized by Google

fideiuſſoribus in ſolidum, quem velit tex. eſt hic. Iſtó caſu ta-
men D. Adr. in ep. ſua conceſſit fideiuſſoribus beneficium di-
uiſionis, ex quo is qui de pluribus fideiuſſoribus ſolus conue-
nitur, petere poteſt, vt creditor compellatur actionem diui-
dere, & a quolibet fideiuſſore ſuam partem contingentem
petere, vt hic, & d. l. non recte, & l. fideiuſſor. 10. C. eo. & l. in-
ter fideiuſſores, 26. ff. eod. Et ad hoc, vt tale beneficium com-
19 petat, requiritur. I. Vt plures fideiuſſores pro vno debitore fi-
dem ſuam interpoſuerint; ſecus, ſi pro pluribus, leg. ſi a Ti-
tio, 44. ff. eod. II. Vt pro vna, & eadem ſumma fideiuſſerint: ſe-
cus ſi pro diuerſis, licet pro eadem perſona: veluti, ſi Titius fi-
deiuſſit pro decem, quæ Caius mihi debet, & Sempronius fi-
deiuſſit pro alijs decem, quæ etiam Caius debet Sẽpronio, vel
etiã mihi. His fideiuſſoribus hoc beneficium non datur, quia
non ſunt eiuſdẽ obligationis fideiuſſores. Non tamen requi-
ritur, plures fideiuſſores recipi ſimul. Licet enim de diuerſis
temporibus intercedant, vnus hodie, alter poſt menſam, pro
vna tamen, & eadem ſumma, & pro vno debitore, nihilomi-
nus hoc beneficium habent. Ita Bart. in d. l. ſi a Titio, ff. eo. &
20 Ang. hic. III. Requiritur, vt omnes ſint ſoluendo, vt hic, & d.
l. fideiuſſor, C. eo. Vnde gl. hic, in verbo, partes ponit aliquot
a *a* fallentias, quando hoc beneficium ceſſet. Ac 1. ceſſat quan-
b do vnus ex pluribus *b* fideiuſſoribus tempore litis conteſtatæ
non eſt ſoluendo, & ſic ante diuiſionem factam peruenit ad
inopiam, tunc enim pars eius ad reliquos fideiuſſores, perti-
net, vt hic, & d. l. inter fideiuſſores, ff. eod. & d. l. fideiuſſor, C.
eod. Secus, ſi diuiſione facta vnus deſierit eſſe ſoluẽdo. Nam
tunc periculum ad creditorem ſpectat, l. iter eos, §. cum inter
ff. eod. & l. liberum, 18. C. eod. 2. ceſſat, quando quis negat ſe
c fideiuſſorem. Propter *c* mendacium enim is perdit hoc be-
neficium, d. l. ſi dubitet, §. ita demum, ff. eod. Quod verum eſt,
ſi ſimpliciter ſe neget ſe eſſe fideiuſſorem, ſecus ſi litem ne-
gatiue conteſtetur, negando narrata prout narrantur, vt ſupra
dictum eſt, poſt Bart. in d. §. ita demum, 3. Ceſſat, quando ſunt
plures fideiuſſores diuerſorum debitorũ, licet eiuſdem ſum-
mæ, d. l. ſi a Titio, 4. Ceſſat in caſu, l. ſi plures, 27. §. fin. ff. eod.
Pone enim, quod debitor meus fideiuſſorem Caium conſti-
tuat, ſed quia metuo, vt ſit idoneus fideiuſſor conuento cum
Caio, vt ipſe quoque mihi conſtituat fideiuſſorem, puta Sti-
chum qui pro ipſo Caio fideiuſſor fideiubeat. Si poſtea con-
ueniam Caium, nõ poterit petere, vt inter ipſum, & Stichum
actio diuidatur, quia hoc caſu ipſe Caius eſt debitor princi-
palis, & Stichus fideiuſſor, ſed hoc beneficium inter princi-
palem, & fideiuſſorem locum non habet, d. §. fin. 5. Fallit in fi-
deiuſſoribus tutorum, l. fin. ff. rem pupil. ſal. fore, 7. Ceſſat, 6.
quando ſunt fideiuſſores plures quorum vnus efficaciter eſt
obligatus, alius vero non, vt quia pupillus, vel mulier, &c. Nã
tunc efficaciter obligatus ſe hac exceptione tueri non poteſt
l. ſi Titius, 48. & ibi Paul. de Caſt. ff. eod. 7. Ceſſat, quando per
fideiuſſores huic beneficio renunciatum eſt, per regulam, l. ſi
21 quis in conſcribendo, 29. C. de pact. Circa prædicta quæri-
tur, quando vnus ex pluribus confideiuſſoribus conuentus
non oppoſuit illam exceptionem diuiſionis, & totũ debitum
ſoluit, an poſſit a creditore repetere, id quod ſuam portionẽ
excedit? Et breuiter reſpondere, quod non: quia ipſo iure qui-
libet in ſolidum obligatus eſt: ſibi itaque imputet, quod hoc
beneficio non eſt vſus. Ita vult gl. hic, in verbo, partes in fi. &
eſt tex. in l. vt fideiuſſor, 39. & in l. ſi teſtamento, 49. §. ex duo-
22 bus, verb. quod ſi duo. ff. eod. Sed iam quæritur; An fideiuſ-
ſor, qui ſolidũ ſoluit poſſit a confideiuſſore repetere id quod
vltra ſuam portionem pro confideiuſſore ſoluit? Nam pone
quod ſint duo confideiuſſores, & vnus ex his ſolus conue-
niatur in ſolidum a creditore, ac negligat opponere hanc ex-
ceptionem, vel opponat, ſed confideiuſſor non ſit ſoluendo,
atque ita hoc beneficium ceſſet, an poſtea ſi confideiuſſor
perueniat ad pinguiorem fortunam, poſſit ab eo repetere? Et
ſimiliter reſponde, quod non adeo, vt nedum a creditore, ſed
d etiam a confideiuſſore repetere non poſſit, ſed ſibi *d* imputet
quod hanc exceptionem non oppoſuit, text. eſt hic, & in d. l.
fideiuſſor, & l. cum alter, 11. C. eod.
23 Sed quia hoc videtur nimis durum eſſe, quando fideiuſſor
fuit inops, & poſtea peruenit ad pinguiorem fortunam, quod
fideiuſſori ſoluenti non ſuccurratur contra confideiuſſorem
ideo tertium beneficium fideiuſſoribus iure conceſſum eſt:
videlicet cedendarum actionum, vt creditor actiones ſibi,
competens contra fideiuſſorem, cedat fideiuſſori ſoluenti.
Cum enim fideiuſſor nullam habet actionem contra confi-
deiuſſorem, quia nulla eſt inter eos obligatio, idcirco fideiuſ-
ſor in ſolidum conuentus, & ſoluens, poterit petere a credi-
tore ſibi cedi actionem, contra fideiuſſorem, d. l. vt fideiuſſor,
& l. fideiuſſoribus, 17. ff. eod. & d. l. cum alter, & pulchre Bart.
in l. Modeſtinus, 76. ff. de ſolut. Et antequam fideiuſſori tale
actiones cedantur, poterit denegare creditori ſolutionem
debiti, vt inquit Abb. in d. c. 2. eod. Eſtque petenda illa ceſſio
ante ſolutionem. Nam ſi poſt ſolutionem petatur, creditor
eam cedere non poteſt, quia nulla actio, & obligatio ipſi con-
24 tra confideiuſſores ſupereſt: cum ſolutione vnius cęteri libe-
rantur, vt hic, & d. l. Modeſtinus, & ibi D. Secus ſi ſolutionem
præceſſerit, pactum de cedendis actionibus, vt not. in d. l. Mo
deſtinus, & d. l. cum alter, & d. l. vt fideiuſſor, &c.

ADDITIONES.

a *Diuiſionis beneficium, quando competat, vel non competat.*
b *In ſolidum ſcilicet, alias ſecus, l. 2. §. ſi quis ff. ad leg. Rhod.*
c *Mendacij cauſa, vt ſi neget ſe fideiuſſorem fideiuſſor amittit*
beneficium diuiſionis, vt hic. Idem eſt in ſocio, qui propter men-
dacium conueniri in ſolidũ non poteſt, cum ſine mendacio con-
ueniri non poſſit, niſi in id quod facere poſſit, l. ſi vnus, ff. pro ſoc.
d *Fideiuſſor ſoluens ſolutum non repetit a reo, vt ſi non oppoſuit*
exceptionem, quam obijcere debuit, l. ſi fideiuſſor, ff. mandati. Si
fideiuſſit pro inuito, ſi habuit animum donandi, ſi in rem ſuam
fideiuſſit, l. ſi remunerandi, § ſi paſſus, ff. mandati. Si actum ſit
vt ne repeteret, d. §. Marcellus. Si mandatum non ſit obligato-
rium, §. illud inſ. mandati.

.§. Fideiuſſores.

1 *Fideiuſſor non poteſt obligari in plus, quam principalis.*
2 *Quot modis quis in plus obligari dicatur.*

1 EX hoc §. notabitis regulam, quod fideiuſſor *a* non poteſt
a obligari in plus, & ſic in duriorem cauſam, quam princi-
2 palis, adde l. Græce, 8. §. illud, ff. eod. Quatuor autem modis di-
citur quis in plus obligari, Re ſcilicet, Tempore, loco, & cau-
ſa, vt declarat Imperator in §. plus autem infr. de actio. Vnde
ſi principalis obligatus eſt ſub conditione, non poteſt accipi
fideiuſſor pure, quia in plus tempore obligaretur. Nec ob-
ſtant huic reg. tex. in l. Marcellus, 25. ff. eo. vbi fideiuſſor con-
ueniri poteſt, & non principalis, quia ibi non in plus, ſed effi-
cacius obligatur. Nam principalis tantum naturaliter obliga-
tus eſt, fideiuſſor vero naturaliter, & ciuiliter ſimul, de quo
latius vide Fab. & Angel. hic, Paul. de Caſt. in l. miles, 6. §. de-
cem, ff. de re iud.

ADDITIO.

a *De hac regula dictum eſt in §. in his omnibus, hoc tit. ſup.*

§. Si quis autem fideiuſſor.

1 *Continuatio huius §.*
2 *Fideiuſſor, quod pro principali ſoluit, repetere poteſt mandati*
actione.
3 *Fideiubenti pro abſente competit actio negotiorum geſtorum*
contra principalem.
4 *An fideiuſſor antequam ſoluat, habeat regreſſum, ſeu actio-*
nem contra debitorem principalem.
5 *Quando fideiuſſor habeat mandati actionem, & regreſſum*
contra principalem.
6 *An fideiuſſor ſponte ſoluere poſſit, vel an debeat expectare,*
donec ei a iudice mandetur, vt ſoluat.

1 EX prędictis conſtat teneri fideiuſſorem creditori ſatisfa-
cere, quando debitor principalis non eſt ſoluendo, vel ab-
ſens. In hoc igitur, §. declarat Imperator, ad quid teneatur de-
a bitor pro quo fideiuſſor ſuam fidẽ interpoſuit. Et dic, *a* eũ te-
neri fideiuſſorẽ indemnẽ ſeruare tã de debito principali, quã
de acceſſionib. expenſis, & intereſſe, c. 1. & 3. eodem cum offi-
ciũ ſuum nemini debeat eſſe damnoſum, l. ſi ſeruus cõis, 61. §.
2 quod vero, ff. de fur. Et ad hoc tenetur cõtraria mãdati actio-
ne, ſi ipſo mandante, vel patiente, aut ratum habente, fideiuſ-
ſor ſe obligauit, text. eſt hic, & in l. qui fide, 53. & in l. ex man-
3 dato, 20. ff. mandati, & l. mandati, 14. C. eo. Sed ſi pro abſente
quis fideiuſſit, cõpetit ei negotiorum geſtorum actio contra,
principalem, d. l. ex mandato. Et ſic inter principalem debito-
rem, & confideiuſſorẽ oritur actio mandati, vel negotiorum
geſto-

ADDITIO.

a *Debitor fideiuſſorem indemnem ſeruare cogitur.*

Digitized by Google

geſtorum, inter creditorem vero, & fideiuſſorem, actio ex ſti
pulatu, quia vt ſupra dictum eſt in princ. tit. noſtri, fideiuſſor
niſi per ſtipulationem non obligatur, l. blanditus, 12. C. eod.
4 Ex hoc igitur §. notabitis, primo regulam negatiuam, quod
a antequam fideiuſſor ſoluat, nō *a* habeat regreſſum ſeu actio-
nem contra debitorem principalem, vt hic, & l. pro ea, 10. C.
mandati. Eſtque ratio ſecund. Fab. hic, quia fideiuſſor regu-
lariter datur, vt principalis, non ita ſtatim a creditore mole-
ſtetur, ſed habeat dilationem, & pro hoc interponit fideiuſ-
ſor ſuam fidem. Perfide igitur ageret, ſi debitorem præcipita-
ret, antequam creditor ipſe. Hæc tamen Regula poſt gloſ. hic
in verbo ſoluerit multis modis limitatur, quibus fideiuſſor
habet mandati actionem contra principalem, antequam ſol-
uat. Quod intelligite ſec. Paul. de Caſt. in d. l. ſi pro ea, non vt
principalis cogatur ſatisfacere fideiuſſori, ſed ab obligatione
liberatur, vt probatur in l. ſi mandato, 45. §. quoties mandati.
Et I. Quando hoc dictum, & actum eſt, vt ad tempus teneatur
vel vt poſſit contra eum agere, quandocunque voluerit, d. l. ſi
pro ea. II. Quando fideiuſſor fuit condemnatus ad ſoluendū,
d. l. ſi pro ea. III. Quando principalis incipit bona ſua dilapi-
dare, quia tunc periculum eſt in mora, vt inquit Bal. in d. l. ſi
b pro ea. IV. Quando fideiuſſor diu *b* ſterit in obligatione l. Lu-
cius, 38. §. non abſimilis. ff. mandat, & c. ſi eo. Et hoc conſiſtit
in arbitrio iudicis, quando dicatur diu ſtetiſſe in obligatione,
vt eſt gl. in d. c. fin. & Bald. d. l. ſi pro ea. V. Quando adeſt tem-
pus fiendæ ſolutioni, ne fideiuſſor moleſtetur a creditoribus,
c. conſtitutus, 3. eodem. VI. Quando fideiuſſor vult ſe confer-
re ad longinquas partes. Nam & tunc agi poſſe a fideiuſſore,
vt liberetur, ſentit Abbas in d. c. ſi & addite Spec. in tit. de iu-
dicijs, §. 3. vbi ponit formam, qualiter libellus concipi debeat
a fideiuſſore agente, vt liberetur, & Ang. hic n. 3.
5 Secundo ex textu §. noſtri notabitis regulam affirmatiuā,
quod fideiuſſor tum habet mandati actionem, & regreſſum
contra principalem, ad repetendum, quod ſoluit, quando ſci-
6 licet creditori ſatisfacit, text. ex hic, & in d. l. ſi pro ea. An au-
tem fideiuſſor ſponte ſoluere poſſit, vel an debeat expectare,
donec ei a iudice mandetur, vt ſoluat, reſpondere gloſ. hic in
verbo, ſoluerit, quod etiam, ſponte ſoluere poſſit, interpella-
tus extra iudicium a creditore, l. idemque, 10. §. fideiuſſores,
11. ff. mandati. Hæc tamen Regula hic, ſec. gl. in verbo, ſolue-
rit, limitatur non procedere. I. Quando pro inuito fideiuſſit,
l. ſi pro te, 40. & l. ſi remunerandi, 6. §. ſi paſſus. III. Quando
hoc actum eſt, vt fideiuſſor non agat, 2. gl. hic, & in d. §. ſi paſ-
ſus. IV. Quando mandatum non eſt obligatorium, d. §. ſi paſ-
ſus. V. Quando neglexit opponere exceptionem debitori
competentem, l. ſi fideiuſſor, 29. ff. mandati, de quo vide Sali.
poſt gl & alios in d. l. ſi pro ea, & Ang. hic.

ADDITIONES.

a *Vide quatuor exceptiones apud Socinum, regula, fideiuſſor con-
tra principalem, 148.*
b *Fideiuſſor, qui in nexu fideiuſſionis ſuæ diu ſteterit, poteſt à reo
principali exigere, ſeu petere, vt à reo fideiuſſione eximatur, vt
hic, & l. ſi pro ea, Cod. mandati. Vide tamen plures exceptiones
apud Socinum regula, fideiuſſor qui in fideiuſſione, 147.*

§. Finalis.

1 *Obligatio fideiuſſoria in dubio præſumitur ſolenniter inita,
mediante ſtipulatione.*
2 *Qui fideiubere poſſint.*
3 *Quando Senatuſconſultum Velleianum in muliere fideiu-
bente locum habeat, & quando ceſſet, & n. 4.*

1 EX hoc text. breuiter notabitis obligationem fideiuſſoriā
in dubio preſumi ſolenniter initam, & mediante ſcilicet
ſtipulatione, quando ita inſtrumento continetur, quia ſcriptu-
ræ ſtatur, donec contrarium probetur, de quo in §. item ver-
2 borum, 11. ſupra de inutil. ſtipul. dictum eſt. Porro pro com-
plemento huius tit. breuiter dicendum eſt, qui poſſit fideiu-
bere. Et Azo. in Summa, C. eod tradit talem regulam, omnes
poſſe fideiubere, qui alias per ſtipulationem ſe obligare poſ-
ſunt. Vnde furioſus, l. in negotijs, 5. ff. de regul. iur. prodigus,
cui bonis interdictum eſt, l. is, cui bonis, 6. ff. de verb. obl. item
infans, mutus, & ſurdus fideiubendo non obligando, quia
nec ſtipulari poſſunt, l. 1. ff. de verb. obl. Ab hac tamen regula
excipiuntur primo milites, l. milites, 31. & ibi Doct. C. de lo-
cato. Sed an milites noſtri temporis gaudeant priuilegijs mi-
litum, ſup. de teſtam. milit. dictum eſt, & vide Doct. in l. 1. C.
de iuris, & facti ign. Deinde clerici, c. 1. de fideiuſſ. vbi Cano-
niſt. Et Abbas ibi ſubijcit, ſi obligatus ad dandum, producam
3 Clericum fideiuſſorem, ab aduerſario licite eū recuſari poſ-
ſe. Deniq. mulieres, quæ licet alias contrahendo pro ſe obli-
a gentur, tamen quando pro *a* alio intercedunt, ſeruantur illæ-
ſæ per Senatuſc. Vellein. Habet igitur hoc Senatuſc. Velleia.
locum quando mulier pro alio fidem ſuam obligat: ſecus, ſi
pro ſua perſona contrahat, & ſic negocium ad ipſam ſpectet,
l. ſi aduerſarius, 10. C. eod. Nam tunc licet vtilitas contractus
transferatur in alium, etiam creditore ſciente, tamen non iu-
uabitur Velleiano, l. ſi fenebris, 13. C. eod. Niſi color fuiſſet
quæſitus, ideſt, fraus facta, l. cum ad eas, 19. C. eod. Porro hoc
Senatuſc. ceſſat, in multis caſibus notatis per gl. & Doct. in l.
4 fin. C. ad Velleian. Et I. Quando interceſſit pro precio liberta-
tis dando domino manumittenti, l. veterum, 14. C. ad Sena-
tuſcon. Velleian. II. Quando pro dote fideiuſſit, d. l. fin. & l. ſi
dotare, 12. C. eod. III. Quando pro interceſſione precium ac-
cipit, l. antiquæ, 23. in princ. verſ. ſin autem ſine ſcriptis, C. de
eod. IV. Si elapſo biennio, computando a tempore fideiuſ-
ſionis, ſecunda ſponſione priorem confirmet, & ita ſecundo
fideiubeat, l. ſi mulier, 22. C. eo. V. Si decipiendi animo inter-
ceſſerit, l. ſi decipiendi, 30. ff. eo. & l. feminis, 18. C. eod. Infir-
mitas enim feminarum, non calliditas auxilium ſumit? & iu-
ra deceptis non decipientibus opitulantur, l. 2. §. verba, in fi. ff.
b eod. VI. Si *b* renunciauerit huic beneficio, l. fin. §. pen ff. eod.
Vtile igitur eſt, vt ſemper quis faciat per mulierem interce-
dentem renunciari huic beneficio, ita tamen, vt prius de eo
certioretur vide Ferrar. in forma libelli, contra plures reos
debendi, ſuper verbo, aliſque omnibus legibus.

ADDITIONES.

a *Vxorem quandoque pro marito obligari; & vice verſa mari-
tum pro vxore, vide Gayl. 2. obſeru. 90. An id fieri poſſit eodem
inſtrumento? Vide ibidem obſeru. 89.*
b *Mulier renunciando beneficio Senatuſc. Velleiani, quatenus
obligetur, vide Gayl. 2. obſeru. 77.*

DE LITERARVM obligationibus.

TITVLVS XXII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Literarum obligatio quæ.*
3 *Obligatio literarum vnde dicta.*
4 *Literas eſſe formam, & radicalem materiam, ex qua obli-
gatio emanat, &c. quomodo intelligendum.*
5 *A quo iure hic contractus ſit inuentus.*
6 *Qualis obligatio ex hoc contractu oriatur.*
7 *An biennium oriatur naturalis obligatio.*
8 *Quæ actio ex hoc contractu oriatur.*
9 *Quæ exceptio oriatur ex hoc contractu.*
10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in quo ſit priuilegiata.*
11 *An hæc exceptio poſt biennium opponi poſſit.*
12 *Qualiter per opponentem probari poſſit, pecuniam numera-
tam non eſſe.*
13 *Contra quam ſcripturam priuatam, vel publicam, hæc exce-
ptio, opponi poſſit, & n. 14.*
15 *In quibus contractibus hæc exceptio locum habeat.*
16 *An hæc exceptio etiam locum habeat in alia re, quam in pe-
cunia numerata.*
17 *An hæc exceptio locum habeat in creditore.*
18 *Quando hæc exceptio ceſſet.*
19 *An huic exceptione renunciari poſſit.*
20 *Cautela contra abutentes hac exceptione.*
21 *Pœna negantis contra propriam ſcripturam, numerationem
factam eſſe.*

1 COntinuatio huius tituli, patet ex gl. Rubricæ no-
ſtræ iuncto § fi. ſup de obl. vbi Imperator reſulit
quatuor eſſe ſpecies obligationis, & contra-
ctuū. Expeditis igitur duabus prioribus ſequi-
tur hunc tertiū; qualiter ſcilicet literarū obliga-
tio contrahatur. Et eius materia traditur in tit. C. de nō nume
2 rata pecunia. Eſt autē obligatio literarum, quādo quis ſpe fu-
turæ

Digitized by Google

raræ numerationis, dat alicui Chirographum in quo confitetur, ſe certam quantitatem pecuniæ ab eo mutuo accepiſſe, quam tamen, non accepit. Frequenter enim accidit (vt inquit Paul. de Caſt. ſuper Rub. C. de non numerata pecunia) vt indigens pecunia, conueniat alium puta mercatorem, de mutanda certa ſumma, & quò faciliùs eum ad mutuandum inducat, anxietate conſequendi pecuniam conficiat inſtrumentum, in quo confitetur, ſe certam quantitatem pecuniæ ab eo mutuo accepiſſe, quæ tamen ipſi adnumerata non eſt, neque poſtea adnumeratur. Ex hac ſcriptura oritur obligatio litterarum, quæ producit actionem contra confitentem ita vt ex ea conueniri poſſit: ſuccurritur tamen ei contra creditorem agentem, & repetentem, pecuniā tanquam numerantem, & producentem illam confeſſionem ad probandam numerationem, per exceptionem non numeratæ pecuniæ, qua non negat ſe illam confeſſionem in ſcriptis feciſſe, ſed dicit pecuniam ſibi actualiter, non numeratam fuiſſe, ſeq. ſpe futuræ numerationis confiſum de creditore, ſic fuiſſe confeſſum. Et quia propter tales confeſſiones ſępè fiebant extorſiones illicitæ, ideò introductum eſt, vt in hoc contractu mutui, propter frequentiam contractus & talium cōfeſſionum, talis ſcriptura numerationem non probet, ſed producens eam nihilominus numerationem probare teneatur, quando ſcilicet creditor infra biennium ex tali Chirographaria confeſſione agit, vt hic, & l. in contractibus, 14. in princ. C. eod. Ideò autem di-
3 citur obligatio litterarum, quia litteris contrahitur obligatio, ex qua oritur actio, licet pecunia non ſit numerata. Et ſic ad ſubſtantiam huius contractus neceſſaria eſt ſcriptura, vt inquit Fab. hic, nu. 2. in fine Literæ enim ſunt forma, & radicalis materia, ex qua obligatio emanat. Quod intelligite ſecund.
4 Pau. de Caſt. in l. ſi ex cautione, 3. C. eo. vt oriatur, non ex meris, & ſimplicibus litteris, ſed iunctis cum intellectu, & ſeoſim
5 verb. Et licet regulariter omnes contractus ſint iuris gētium, l. ex hoc iure, 5. cum ibi no. ff de iuſt. & iur tamen hic contractus, cum tribus alijs qui notantur per gl. in d. l. ex hoc iure, & in §. ius autem gentium, ſup. de iur. nat. gen. & ciui. à iure ciuili inductus eſt. Vide pulchrè, & latè, Chriſtoph. Porc. in tit. de oblig. nu. 3. circa medium.

6 Vnde pro declaratione huius materiæ primum quæritur, qualis obligatio ex hoc cōtractu oriatur? Et quamuis de hoc variæ ſint opiniones DD. vt refert Fab. hic, & Salic. in l. generaliter, 13. C. eodem, vera tamen, & communis ſententia eſt, ex hoc contractu ciuilem tantū obligationem naſci, propter rigorem, & auctoritatem iuris ciuilis introducentis iſtū contractum, ſecundum glo. hic in verbo obligetur. Naturalis autem obligatio ex hoc contractu non oritur, vt pulchre declarat Salic. in d. l. generaliter. Naturalis enim obligatio oritur, aut ex conſenſu, aut ex alio capite naturalis æquitatis, vt ſupr. dictum eſt, in tit. de oblig. Sed hoc caſu. I. Deeſt conſenſus. Nam ſcribens eatenus voluit ſe obligare, quatenus ſibi pecunia adnumeraretur, & ſine numeratione non conſentit. Vnde ea non ſecuta, ratione conſenſus qui defuit, non poteſt dici eſſe obligatus. II. Deeſt naturalis æquitas, quæ non ſuadet, vt id reſtituas, quod nunquam accepiſti, hoc enim eſſet contra regulam, l. nam hoc natura, 14 ff. de condictio. indebit.
7 An autem poſt biennium oriatur obligatio naturalis, diuerſæ
a quoque ſunt ſententiæ. Sed verior eſt, elapſo biennio non a naſci, cum tempus non ſit modus nec inducendæ, nec finiendæ obligationis, l. obligationis fere 44 §. 1. ff. de obligat. & act. Hoc tamen verum eſt, quòd ſola ciuilis obligatio poſt biennium incipit habere maiorem vim, & efficaciam, quam ante biennium, vt infra dicetur. Et hæc eſt opinio gl. & Docto. hic in verb obligetur, & Salic in d l. generaliter.

8 Secundò quæritur. Quænam actio ex hoc contractu oriatur? Et dic condictionem ex lege hinc oriri, vt hic, & iuncta gl. in verb. condictio, de quo tex. & ibi Bart. in l. 1. ff de cond. ex leg. Vel actionem ex ſtipulato ſi ſtipulatio interceſſit, de quo Plat. & DD. hic, & Salic in d. l. generaliter.

9 Tertio, quæ inde oriatur exceptio? Ad quod reſpondere: Si fuerit propoſita actio ex ſtipulatu, competit reo exceptio doli, vel in factum, ſi vero condictio ex lege, tunc competit exceptio non numeratæ pecuniæ, per quam reus non negat cōfeſſionem, ſed numerationem ſibi eſſe factam, & licet reus excipiens vicem actoris ſuſtineat, quantum ſcilicet ad onus probandi attinet, vt exceptionem probare teneatur, l. 1. ff. de exceptio. & in leg in exceptionibus, 19. ff. de probatio tamen
10 hæc exceptio à iure priuilegiata eſt, vt eam infra biennium à die inſtrumenti confecti opponens, non teneatur probare, ſed actor adhuc intentionem ſuæ actionis, numerationem, ſcilicet factam eſſe, non obſtante illa Chirographaria confeſſione debitoris probare compellatur, l. ſi ex cautione, 3. C. eo. Ante biennium enim illa confeſſio non probat contenta in ea, ſcilicet numerationem, ſed poſt biennium intentio actoria per talem ſcripturam probatur, idque in odium non repoſcentis cautionem ſuam. Nec enim præſumitur debitorem confitentem tam fuiſſe negligentem, vt infra biennium non repetierit Chirographum, ſi pecunia ei nō fuiſſet numerata, vt hic, & d. l. in contractibus in princip. C. eod. Hinc quæritur.
11 An hæc exceptio poſt biennium opponi poſſit. Et omiſſis ſuperfluis, veritas, eſt etiam poſt biennium ſemper eam opponi poſſe. Differentia tamen eſt vt inquit Plat. Nam ſi infra bienniū oppoſita fuerit tunc in hoc eſt priuilegiata, quod creditor teneatur probare pecuniam eſſe numeratam, non obſtante confeſſione rei, d. l. ex cautio. Si vero biennium præterire, tunc reus probare tenetur, pecuniam non eſſe numeratam, & talis exceptio reddit ad ius commune, & reaſſumit naturam priſtinam aliarum exceptionum vt, eam reus probare cogatur, cum intentio actoris iam ſit per cōfeſſionem fundata, d. l in exceptionibus, ff. de probat. Nec obſtat text. hic in fin. & in d. l. in contractibus ibi, *nullo modo*, quia intelligi debet ſecundum Pau. de Caſt. ibi, vt illa exceptio poſt biennium nullo modo opponi poſſit, ſcilicet in ſua propria natura, quæ eſt, vt transferat onus probandi in creditorem, ſed in natura non propria, ſcilicet vt opponens probet numerationem non eſſe factam a creditore, etiam poſt biennium opponi poteſt. Et hæc eſt communis opinio, quam tenet, hic Plat. & Paul. de Caſt. in d. l. in contractibus, & Salic. in d. l. ſi ex cautione, num. 18. & Iaſ. in l. qui pecuniam, 30. num. 7. ff. ſi cert. pet. Dinus in
12 cap. locupletari, 48. ff de reg. iur. in 6. & Dec. in l. iure naturæ, 206. ff. de reg. & iur. Canoniſtæ in cap. ſi. de ſolutio. Sed iam quæritur. Qualiter per opponentem probari poſſit pecuniam numeratam non eſſe; Et dicit ſecundum Plat. probari hoc per teſtes, qui inter fuerunt tempore confeſſionis, & cautionis confectæ de quo latius videre Sal. in d. l. ſi ex cautione num. 21.

13 Quartò, principaliter circa hunc titulum, quæritur, contra quam ſcripturam priuatam, vel publicam, exceptio hæc opponi poſſit. Et vera communis Doctor. concluſio, eſt poſſe eam opponi. I. Contra publicum inſtrumentum à Notario confectum. Licet enim alias publico inſtrumento credatur, donec contrarium probetur, leg. cum precibus, 18. C. de probatio, hoc caſu confeſſionem tantum probat non numerationem. Eſtque ſpeciale, propter frequentiam talium confeſſionum, cum tanta ſit fragilitas debitoris quærentis pecuniam, vt faciat inſtrumentum creditori qualecunque velit, vt
14 inquit Bartol. in d. l. ſi ex cautione, in prima lectura. II. Contra priuatam, ſcripturam, manu debitoris confectam, quæ licet pro ſcribente nunquam probet, leg. inſtrumenta, 5. & leg. exemplo, 7. Cod. de prob. ſed bene contra ſcribentem fidem faciet, l. publica, 26. §. fi. ff. depoſiti, dummodo cauſam debiti contineat, alias abſque cauſa etiam contra ſcribentem non probaret, leg. cum de indebito, 25. §. fin ff de probat. & cap. ſi cautio, 14. de fide inſtrum. Hoc tamen caſu infra biennium non probat numerationem contra confitentem etiamſi hæc ſcriptura ſignata fuerit ſigillo, quo caſu vim habet publici inſtrumenti tamen adhuc hæc exceptio competit, de quo Fab. hic num. 10. Item etiamſi confeſſus ſit, ſe centum recepiſſe mutuo, & pignus dediſſe, l. 1. C. eod. Et in ſumma contra omnem ſcripturam, quæ de iure, vel conſuetudine fidem facit, hæc exceptio opponi poteſt, vt inquit Fab. hic num. 10.

15 Quintò, principaliter quæritur, in quibus contractibus hæc exceptio locum habeat? Et pro declaratione huius materiæ diligenter notandum, hanc exceptionem tantum competere in contractu mutui, quando quis confitetur recepiſſe pecuniam mutuam, de qua gloſ. final. hic. Nam ſi quis ex alia
b cauſa puta ſi depoſiti, empti, &c. ſcriberet, & confiteretur ſe debere centum, tunc talis confeſſio ſtatim præiudicat, & contra ſcribentem probat. dict. leg. publica, §. fin. & dict. l. genera-

ADDITIONES.

a *Alij putant poſt biennium naſci, & eſſe ciuilem ſimul, & naturalem obligationem hac ratione, quod ſtipulatio (quæ eſt iuris ciuilis) producat effectum ciuilem ſimul, & naturalem. Poſſe tamen poſt biennium debitorem probare ſe pecuniam non recepiſſe, l. ſi ex cautione, C. de non numerata pecun.*

b *Et multo magis ſi quis ſine cauſa in ſcriptura confeſſus fuerit ſe debere, ſibi præiudicabit, leg. cum de indebito, ff. de probat.*

peraliter Co. eod. vbi Imperator ſubijcit pulchram rationem. Nimis enim indignum eſſe iudicamus (inquit) vt quod quiſq; ſua voce dilucidè pro teſtatus ſit id in eundem caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere. Neque habet locum hæc exceptio, vt deponens, vel alius creditor vltra confeſſionem à Depoſitario, vel alio debitore factam debitum probare cogatur, per regulam: *ſcripturæ ſtandum eſſe donec contrarium probetur*, d. l. generaliter, & d. l. cum precibus. Excepto vnico caſu, quando ſcilicet quis ex cauſa dotis confitetur ſibi dotem eſſe numeratam, quæ tamen in rei veritate non eſt numerata, l. ſi. & per tot. tit. C. de dot. caut. non numera. Ratio autem ſpecialitatis in his caſibus eſt quia in his contractibus frequẽtius quam, in alijs contingit, vt cautio fiat ante numerationem ideo iura quæ, aptantur ad ea, quę frequentius accidũt, l. nam ad ea, 5 ff. de legib. ſpecialiter in his duobus caſibus proſpexerunt. Item quia homines facilius, inclinant ad confitendum effrenatè in his contractibus, quam in alijs propter affectiones, quas habent ad conſequendas pecunias, & vxores. Debitor enim indigens pecunia, quid faceret facilius? Imò decies confeſſionem conficeret, ſi modo ſpes eſſet conſequẽdæ pecuniæ, & ſponſus facilimè ſcriberet, & confiteretur ſe dotem accepiſſe vt modo ſponſa potiatur. Vnde, & ipſe, & hæres eius hanc exceptionem dotis non numeratę intra certa tempora opponere poſſunt, de quo vide tit. Cod. de dote
16 cauta non nu. Sed circa hanc quæſtionem dubitatur, an hæc exceptio locum habeat etiam in alia re, quam pecunia numerata. Et communiter concludunt, quod ſic, dummodo ſit verum mutuum quod conſiſtit in numero pondere, vel menſura, & probatur per text. iuncta gloſ. in l. in contractibus 14.
17 in princip. in ver. & aliæ res de quo latius vide Fab. & DD. hic. Item aduertendum quòd hæc exceptio locum habeat tantum in debitore non autem creditore, qui confitetur ſibi debitum ex cauſa mutui ſolutum eſſe. Talis enim confeſſio præiudicat creditori poſt 30. dies infra tamen 30. dies exceptio non acceptæ, ſeu, non ſolutæ pecunię à creditore opponi poteſt, text. eſt in d. l. in contractibus §. ſuper ceteris, Co. eod. Eſtq; ratio diuerſitatis, quia rei ſunt fauorabiliores quam actores, l. Arianus, 47. ff. de oblig. & act.

18 Sextò quæritur, quando hæc acceptio ceſſet: Et text. in d. l. in contractibus, §. 1. ponit tres caſus, & gl. ibi ſuper verbo penitus, duos alios quoque caſus refert hic Plat. Vos adite textum, quando aliquis in teſtamento confitetur recepiſſe pecuniam mutuo, vt eſt glo. in l. 1. ſuper verbo errore, Cod. de falſa cauſa adiecta de quo vide Iaſ. in l. qui pecuniam, 30. num. 3. ff. ſi cert. pet. item ſeptimum quando geminata confeſſio ex interuallo interuenit, ſecundum Iaſ. in dicta leg. qui pecuniam,
a num. 4 qui ibi etiam plures caſus refert *a*.

19 Septimò, pro limitatione etiam quæri poteſt an huic exce-
b ptioni renunciari *b* poſſit? Et æquior videtur eſſe opinio. Quod non. Quia enim fragilitate quis inducitur ad confitendum ſe recepiſſe pecuniam mutuam, eadem induceretur quoque ad renunciandum cum tanta ſit fragilitas debitoris quærentis pecuniam, vt faciat inſtrumentum qualecunque creditor poſtulat. Et ita tenet Cyn. Bart. & Salic. in d. l. ſi ex
c cautione. *c* Quam ſententiam limitat Angel. hic ante finem, niſi ex interuallo huic exceptioni renunciaretur, quia tunc eſſet potius agnitio præcedentis verè debiti, quam renunciatio.

20 Vltimò, circa hunc titulum notandum, improbos, & obęratos debitores, & aduocatos, qui plerumque omnia mala norunt, vt inquit gloſ. in l. ab Anaſtaſio, 23. C. mandati, hoc beneficio iuris abuti ſolere. Sæpè enim contingit vt ignorantes naturam iſtius exceptionis, non adhibitis teſtibus, in rei veritate mutuent, & annumerent debitoris pecunia ſineque eius Chirografo contenti, qui poſtea callide negat pecuniam numeratam, eſſe ita, vt creditor infra biennium repetens mutuum, cogatur ſubito onus probandi, ex quo eſt in damno, quia per teſtes probare non poteſt cum remotis arbitris mutuauerit. Eſt igitur cautela ſecundum Paul. de Caſtr. ſuper d. Rub. vt mutuans non confidat Chirographo debitoris, ſed adhibeat teſtes, qui videant numerationem, vt ſi vſus veniat
21 actualem numerationem per teſtes probare poſſit. Pęna tamen in eum, qui contra propriam ſcripturã ſic negat numerationem eſſe factam, ſi conuincatur poſtea de mendacio, conſtituta hæc eſt, vt condemnetur in duplum à qua tamen pęna releuatur, & delato iuramento poſtea fateatur. Et quando primo negat numerationem, poſtea verò prætendit ſolutionem, adhuc ſolidum ab eo exigitur, nec ſolutio facta ei prodeſt. Authent. contra qui propriam, Cod. eodem. Hinc Salic. ibi colligit, pœnam mendacij eſſe hanc, vt etiam vera dicenti non credatur. E contrario autem improbi creditores quoque remedio iuris abutuntur, qui ſi confeſſionem extorqueant à debitore, nec tamen numerant ſæpè malitiosè differunt agere, ita vt biennium elabatur, & poſtea onus probandi, pecuniam, ſcilicet non eſſe numeratam, in debitorem rejciant, vt in probatione ſuccumbens ſoluere cogatur. Vnde eſt cautela ſecundum Paul. de Caſt. in d. Rub. Cod. eodem quando differt creditor agere, vt debitor, qui confeſſus eſt ſe recepiſſe, querelam non numeratæ pecuniæ agendo proponat infra bienniũ, & ſuum. Chirographum repetat, & ſic exceptio, non numeratæ pecuniæ, non ſolum excipiendo, ſed etiam agendo proponi poteſt, vt notatur poſt DD. in dict. l. in contractibus, §. final. & leg. ſi intra, 8. Cod. eodem. Caueant
d igitur tam debitores quam *d* creditores, & aduocati ipſorum, ne remedijs iuris contra conſcientiam abutuntur. Quicquid enim fit contra conſcientiam, hoc ædificat ad gehennam cap. literas, 13. §. nos autem, de reſt. ſpol. & c. omnes, 14. cauſ. 28. quæſt. 1.

ADDITIONES.

a *Vt quod in Curia mercatorum non obtineat, num. 6.*

b *Renunciare quibus iuribus quiſque poſſit, vide apud Soc. regul. renunciare iuri ſuo 339. Et an proteſtationi, vide eundem reg. proteſtans, 327. Et an renunciatio ſimplex iuri de futuro valeat, vide eundem reg. renunciatio, 338 Et quid ſi filia renunciet cum iuramento, vide eundem regula filia, 150.*

c *Niſi iuramentum acceſſerit, l. vlt. vbi Doct. C. eod.*

d *Vide d. l. in contractibus, § ſuper ceteris Cod. de non numerata pecunia, & gl. in l ſi ex cautione. C. eodem.*

DE OBLIGATIONIBVS. ex conſenſu.

TITVLVS XXIII.

1 *Diuiſio tituli in tres partes.*
2 *Plures caſus, in quibus ex ſolo pacto nudoque conſenſu actio oritur.*
3 *Licet in omnibus contractibus ſolus conſenſus requiratur, cum contractus non reddatur in mutuum, tamen ſolus ille conſenſus in alijs contractibus non ſufficit ita, vt ſine adminiculo producat actionem, & obligationem.*
4 *Differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtipulationem.*

1 SEquitur iam quarta ſpecies contractuum, qui ſolo conſenſu contrahuntur. Et diuiditur hic titulus per Angel. in tres partes. In I. numerat Imperator contractus in quibus obligatio ex ſolo conſenſu naſcitur. In II. quæ eſt (ideò autem) reddit rationem, quare in his contractibus dicatur obligatio oriri ex ſolo conſenſu. In III. ibi, (item in his) ponit differentiam inter hos contractus, & ſtipulationem. Et cum toto hoc titulo concordat l. conſenſu, 2. ff. de oblig. & act.

2 Quòd ad primam partem attinet, ſciendum etiam plures eſſe caſus, in quibus ex ſolo pacto, nudoque conſenſu actio oritur, de quibus gloſſam in §. de conſtituta: 9. infra de actionibus, quos Imperator breuitatis cauſa hic omiſit, ſecundum Fab.

3 De ſecunda ſciendum, quòd licet in omnibus contractibus conſenſus requiratur vt notatur per gloſſam, & Doctor. in lege prima, ff. de pactis cum contractus non reddatur in mutuum leg. 11. Cod. de contrahend. emptione, & leg. ſicut, 5. Cod. de obligatio. & action. tamen ſolus ille conſenſus in alijs contractibus, non ſufficit, ita vt ſine alio adminiculo producat obligationem, & actionem. In contractibus enim, qui re celebrantur, præter conſenſum partium, neceſſe eſt rem quoque interuenire, vt in mutuo. Et ſi enim centies tecum conuenit em de pecunia mutuanda, tamen ex tali conuentione nunquam tibi obligor, niſi pecuniam actualiter numeres, vt ſupra in principio quibus modis re contrahatur obligat. Sic in ſtipulatione licet neceſſarius ſit conſenſus, lege prima, §. tertio, verſicul. adeò autem & ibi gloſſa, ſuper verbo conſenſum, ff. de pact. tamen ille non ſufficit niſi verbis exprimatur, debita ſolemnitate obſeruata, vt præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, de quo ſupra dictum eſt, in titulo de verbo. obligat. Sed in his contractibus hic enumeratis

ratis, ſolus conſenſus *a* ſine vllo adminiculo, producit efficacem obligationem, & actionem etiamſi res non actualiter interueniat, vt hic nec requiritur ſcriptura, vt in literarum obligatione, nec preſentia contrahentium, vt in ſtipulatione quia etiam per abſentes, epiſtolam, & nũcium celebrari poſſunt, tex. eſt hic, quem Angel. notat ad hoc, vt quoties lex dicit inter abſentes aliquid fieri poſſe, quod intelligatur organo medio interueniente, epiſtola ſcilicet, vel nuncio, ad hoc ſpecialiter deſtinato, vt notatur in d. l. conſenſu, & d. l. 1. in ſi iuncta glo. ff de contr. empt. Item nec ſolemnitas verborum neceſſaria eſt, imo etiam ſine verbis hi contractus perficiuntur, dummodo per facta, & ſigna conſenſus declaretur. Itaque mutui, & ſurdi hos contractus celebrare poſſunt. Imo etiam non opus eſt verbis inter eos, qui loqui poſſunt, ſecundum Fab. hic, qui ſubiungit, illos qui ad portant piper de terris Orientalibus, quia nec intelligunt, nec intelliguntur, nutu, & ſignis vendere, quando non habet interpretes.

4 Quod ad tertiam partem attinet, ponitur differentia inter hos contractus tanquam bonæ fidei in quib. & non expreſſa veniunt, & de quibus nihil actum eſt ex bono tamen, & æquo præſtanda ſunt inter ſtipulationem tanquam contractu ſtricti iuris, quo tantum, ea quæ deducta, & expreſſa ſunt veniunt de quo in §. actionum. 28. infr. de act. dicetur.

ADDITIO.

a *Non tamen nudus conſenſus, aut nudum pactum ſufficit ad producendam obligationem, aut actionem, l. iuris gentium, 7 §. ſed cum nulla, 4. ff. de pact. quare, non male quis dixerit, conſenſum aliquid adminiculum requirere, nimirum cauſam, ob quam conſenſus interponitur, d. l. 7 §. 2. & 4. in verbo, ſubſit tamẽ cauſa, & cum nulla ſub eſt cauſa nam certiſſimi iuris eſt contractus hos bonæ fidei nudo, & ſolo conſenſu non iniri, adeo vt nudo de pacto ſublati, per nudum pactum ne renouari quidem poſſint l. ſi vnus, 12. § pactus ne peteret verſ. idem dicemus, in verb. nõ enim ex nouo pact. prior obligatio reſuſcitatur, ff. de pact. Quod ergo dicitur ſolo conſenſu contrahi, ſit reſpectu cæterorum contractuum, qui verbis litteris res contrahuntur, ex quibus actio non datur etiamſi conſenſus interuenit, niſi ſolemnia verba ſcriptura, vel res acceſſerit. In his aut contractibus, res traditio, vel ſcriptura neceſſaria non eſt hoc tamen requiritur, quod de re vendenda, & precio conuenerit quæ duo efficiunt, vt conſenſus nudus, id eſt ſine cauſa non ſit. Diſtinguendum itaque quam diligentiſſime hic, & cauendum, ne ſolus conſenſus pro nudo pacto ſumatur, nam ſolus ille conſenſus cauſam conuentionis adiunctam habere debet, vt ſupra ſcriptum fuit. Quare autem obligatione conſenſu contracto nudo pacto tollantur, & cõtra nudo quoque pacto renouari, aut reſuſcitari nequeant ratio eſt in l. Arianus 47 ff. de obl. & act in qua dicitur quod magis fauatur liberationi quam nouæ obligationi.*

a DE EMPTIONE a ET VENDITIONE.

TITVLVS XXIV.

1 *Quo modis contractus emptionis celebretur.*
2 *Emptio ſine ſcriptis quomodo fiat, & quãdo perfecta dicatur.*
3 *Emptionis perfectio triplex.*
4 *Emptio ſcriptis quomodo celebretur.*
5 *Quando dicatur hæc ſpecies emptionis conſumpta.*
6 *Quando ſcriptura dicatur conſummata.*
7 *An paria ſint, manus propria ſcribere, vel ſe ſcripturæ manu alterius ſcriptæ ſubſcribe, & nu. 9. & 10.*
8 *Subſcriptio principis idem operatur, ac ſi totam epiſtolam ſcripſiſſet.*
11 *In dubio ſubſcribens præſumitur habuiſſe notitiam contentorũ in ſcriptura ita vt allegans ignorantiam probare debeat.*
12 *An locus ſit pœnitentiæ ante ſcripturam abſolutam.*
13 *An venditor à contractu recedens, ad arrhas duplicatas emptori teneatur, & quot modis arrhæ dentur.*

SEquitur iam primus contractus qui ſolo cõſenſu contrahitur, cuius originem pulchrè declarat Iuriſt. in l. 1. ff. eod. Et ex principio huius tituli notabitis contractum emptio-
1 nis bifariam celebrari, ſine ſcriptis, & in
2 ſcriptis. Emptio ſine ſcriptis ſolo conſenſu perficitur ſtatim, quando inter partes con-
a uentum eſt de precio, & merce, licet nihil datum ſit, & ſic neque traditio re, neque precij, neque arrharum, interuenerit, quod eſt contra communem opinionem vulgarium,
b vt inquit, Angel. hic. Et dicitur emptio ob caſu *b* perfecta, quo ad obligationem, & actionem, vt altera parte inuita quis non poſſit reſilire ex emptione, l. ſicut. 5 C. de oblig. &
3 act. Non tamen ita eſt perfecta vt res non debeat tradi, & precium ſolui Eſt enim triplex perfectio huius contractus ſecund. gl. hic. Vna reſpectu pœnitentiæ, alia reſpectu periculi, & commodi rei venditæ, tertia reſpectu traditionis rei, &
4 precij, tunc dicitur contractus perfectiſſimus, & completus, in ſcriptis autem celebratur emptio, quando inter partes in principio actum eſt vt inde fieret ſcriptura ſiue hoc additum ſit, vt aliter contractus non valeat, ſiue non dummodo appareat de mente contrahentium, quod noluerint obligari priuſquam ſcriptura perficeretur ſecundum gloſ. hic in verb. ſcriptura, & nota, poſt text. in l. contractus 17. Co. de fide inſtrum Et ſubiungit hic Fab. ſæpè hoc ſe didiſſe inter formidoloſos obſeruari, qui contrahentes metuunt, ne verbis alter ex iis decipiatur ac proinde habito tractatu ad euitandam deceptionem, volunt, ſuper fieri ſcripturam, quę poſtea in præſentia partium legatur, & concorditer, & hac ita lecta & cõcordata, tandem tradunt, ſibi fidem hic inde. Et ita dicit intelligendam dictam, l. contractus, vt contractus non dicatur in ſcriptis celebratus, quando ſuper eo perfecta eſt ſcriptura, niſi appareat, noluiſſe partes ſe efficaciter obligare, quouſque ſcriptura eſſet perfecta, de quo vide Salic. in Authent. ſed nouo iure, C. ſi cer. pet. Vnde partes ſunt concordes, & poſtea adhibent Notarium, qui conficiat inſtrumentum ſuper iſto contractu, ſicut hodie, pręſertim in venditione rerum immobilium fieri ſolet, tunc non dicitur contractus in ſcriptis celebrari, quia non fuit actum vt non obligarentur, ſine ſcriptura ſed tantum, vt eo facilius veritas rei geſtæ per ſcripturam
5 probaretur, l. contraitur, 4. de pign. Notabitis igitur ante ſcripturam conſumatam, & approbatam non dici hanc ſpeciem emptionis in ſcriptis perfectam, ideoque locum eſſe pœnitentiæ, quia partes, prius non obligantur ſed impunæ, & licite à contractu recedere poſſunt. vt hic, & d. l. contractus. Sed iam quæritur.

Quando ſcriptura dicatur conſumata?

6 Hoc pulchrè declarat Pau. de Caſt. in d. l. contractus, quando ſcilicet, Notarius conficit inſtrumentũ, vel ſcripturam, & illam partib. tradit, vt legant, addant, & remoueant quod illis videbitur, & quælibet, pars facit apoſtillas, & poſtea per Notarium redigitur in mundum, interſerendo apoſtillas, & remouendo ea quæ voluerunt remoueri, poſtea his factis, & recitatis à Tabellione, ſi partes remaneant concordes, laudant, & approbant ſcripturam tunc dicitur illa ſcriptura cõſumata, & contractus perfectus vt amplius non ſit locus pœnitentiæ. Et procedunt, quando publicum inſtrumentũ per Notarium conficitur. Si verò eſt priuata ſcriptura, partes debent eã propria manu ſcribere, vel cum ab alio ſcripta eſt ſufficit contra-
7 hentes ſe ſubſcribere text. eſt hic, quem ad hoc no. Angel.
c quod paria *c* ſint, vel manu propria ſcribere, vel ſe ſcripturæ manu alterius ſcriptæ ſubſcribere. Cenſentur enim contenta in ea approbare, ideò ſibi præiudicat, ac ſi totam ſcripſiſſet, adde tex. in l. ſicut, 8. §. non videtur 15. ff. de quib. mod. pig. vel
8 hyp. ſol. & l. 1. in verb. ſubſcriptionem, ff. de conſtit. Princ. vbi tex ſolam ſubſcriptionem Principis, idem operari, ac ſi totam epiſtolam ſcripſiſſet Add. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus, 126 §. Chry-
9 ſogonus ff. de verbor. obligat. & Bal. in Aut. contra, qui propriã, C. de non nu. pec. Hoc tamen intelligendum, eſt eſſe ve-
d rum, 1. Quando quis ſe ſubſcribi vt principalis, ſecus, *d* ſit vt teſtis

ADDITIONES.

a *De actione exempto, vide §. actionum infra, de actionibus.*
b *Perfectio emptionis multiplex ſtatuitur ab interpretib. Vna eſt ἀδιάλυτος, i. indiſſolubilis, quod accidit, quoties contrahentes à contractu diſcedere non poſſunt, l. ſicut, C. de oblig. Altera obligatione, vt ſi vel pure vendita ſit. Tunc. n. res periculo eſt emptoris, l. neceſſario ff. de peric. & commod. Tertia executoria, quoties dominium, res tranſlatum eſt in emptorem per traditionẽ,*
c *l. ſi quis alienam, C. de actio. empto. Nouella de fide inſtrum. §. 1. glo. in l. fideiuſſor, § pater ff. de pig. & in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig. niſi ſubſcribens erauerit, l. ſicut*
d *§. non videtur, ff. quib. mod. pignor. vel hypot. ſolui. Subſcribens ſe inſtrumento vt teſtis ſe obligare non intelligitur, l. Titia, §. Lucius, ff. de leg. 2. idem ſubſcripſit ſe non per lecto inſtrumẽto Bal. in l. vlt. C. plus valere quod agitur. Idem ſi mixta ſunt capita in inſtrumento, puta, quædam vtilia quædam, quæ damno præſcribenti eſſe poſſint. Tunc enim horum ratione ſe obligaſſe non intelligitur, l. diuus, §. item Senatuſ. ff. de falſ.*

teſtis ſubſcribit. Nam tunc talis ſubſcriptio, non præiudicat.
Ita Bart. in d.l.ſicut,§.non videtur. Pau.de Caſt. & Iaſ.in d.§.
Chryſogonus.Et facit,tex.in l.ſi pater.6. Co.de fide iuſ. Vnde
ſolent teſtes hodie adijcere illam clauſulam: *Quod ego N.tel.*
tis in idrequiſitus ac rogatus, ſic actum , & factum eſſe confi-
teor: ſalua tamen meo, meorumque ſucceſſorum iure. II. Limi-
tatur,quando ſubſcribens legit , & intellexit contenta in ſcri-
ptura , cui ſubſcripſit. Nam alias ſibi non præiudicat,;l.fin.&
ibi Bal.C.plus vel quod ag,&c.quod diligenter notandum ſe-
cund.Iaſ.in d.§.Chryſogonus pro dominis & principibus,qui
ſchedulis vacuis ſubſcribere ſolent,quia non intelliguntur cō
11 firmaſſe ea,quæ poſtea ſcribuntur, niſi habuerint eorum no-
titiam. Et in dubio ſubſcribens præſumitur habuiſſe notitiam
contentorum in ſcriptura, adeò vt allegans ignorantiam,cum
12 probare debeat ſecund.Iaſ.in d.§.Chryſogonus. Porro quod
dictum eſt,locum eſſe pœnitentiæ ſcripturam abſolutam quā-
do emptio in ſcriptis celebratur , ita vt emptor , & venditor
impune poſſint recedere: limitatur per Imperatorem hic,
niſi aliquid nomine arrharum datum, ſit. Nam tunc, ſiue in
13 ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis venditio celebrata fuerit , ſi emptor
recedit à contractu , perdit arrhas quas dedit : venditor vero
à contractu recedens, arrhas duplicatas emptori reſtituit tex.
eſt hic,& in d.l.contractus.Quod eſt verum,& quando arrhę
ſimpliciter datæ fuerint . Solent enim arrhæ duobus modis
dari, vno modo,vt ſint argumentum,& probatio emptionis,
vt cum annulus datur l.quod ſæpę,35.ff.de contrah.empt. Et
hoc caſu vterque poteſt recedere a contractu cum amiſſione
arrhatum,vt dictum eſt,& re tradita emptori, & ſoluto pre-
tio venditori , poterit emptor arrhas datas condicere , & re-
petere , l.ex empto, 11.§.is qui vinum,ff.de act. empt. Idem,
quando communi partium conſenſu diſſoluitur emptio , d.§.
is qui vinum. Altero modo dantur arrhæ pro parte præcij,
ſeu in defalcationem preci, & tunc non licet diſcedere à con-
tractu. Ita Pla. poſt gloſ.hic, ſuper verb. compellitur, qui al-
legat verſus: *Arrhæ cum dantur pro ſe precioque tenentur par-*
tes ſeruare,quæ promiſere viciſſim.Cum dantur nude,tunc nil
niſi pœna emenda. Et obiter nota,arrhæ dationem non eſſe de
ſubſtantia contractus emptionis quaſi ſine arrhis non valeat,
ſed eſſe argumentum emptionis , vt facilius probentur , d.l.
quod ſæpè in princ.

§. Precium autem.

1 *Emptionis ſubſtantia ex tribus conſiſtit.*
2 *An precium in emptione poſſit conferri in arbitrium alicuius*
tertij.
3 *Arbitrator quis dicatur.*
4 *An emptio valeat,ſi in ſpecie non dicatur , quis debeat arbi-*
trari.
5 *Quando dicatur iniquum.*
6 *An is,cuius arbitrium, eſt electum, cogatur arbitrari .*

1 PRimo ex hoc §.notabitis, quod emptio non poteſt eſſe ſi-
ne certo precio. De ſubſtantia enim iſtius contractus tria
requiruntur I. Conſenſus, l.in venditionib.9.ff.eod.& l.2.C.
eod. II. Res ſeu merx,quæ venditur , l.nec emptio.8. ff eod.
III. Precium certum , & determinatum , quo in pecunia nu-
merata conſiſtere debet,vt hic, & §.ſeq.& l.2.ff.eod.
2 Deinde notabitis , quod precium in emptione poteſt con-
ferri in arbitrium alicuius tertij,text.eſt hic & in l.fin.C.eod.
Sicut quilibet alius contractus in tertium conferri poteſt, eſt
notatur,in l ſi quis arbitratu 43 ff.de verb.oblig. quemadmo-
dum matrimonium, veluti ducam te in vxorem, ſi parentib.
3 meis placuerit, c.ſuper eodem de cond.appoſit.Et is,in quem
ſic defertur declaratio precij dicitur arbitrator , de quo in §.
omnium, t.infra de actio.dicetur . Et ad hoc , vt valeat em-
ptio, quando precium in tertium confertur,neceſſe eſt,vt ille
tertius ſit certus , & ſpecifice nominatus velut . Vendo tibi
equum Titius æſtimabit.Secus,ſi ille certus non exprimatur,
& quod ſæpe numero,inquit Ang.hic faciunt vulgares quan-
do non poſſunt de precio conuenire,dicunt.faciamus rem æ-
ſtimari , & quod æſtimatum fuerit dabo tibi nomine precij.
4 Nam non valet emptio.niſi in ſpecie dicatur, quis debeat eſſe
arbitrator Text.eſt hic iuncta glo.in verb.nominatus , & d.l.
fin. Eſtque ratio ſecundum DD.in l.merces 27. in princip.ff.
locat , quia ſemper diſceptarent in eligendo æſtimatore , &
ſic cōtractus redderetur eluſorius, cum homines ſint natura
liter ad diſſentium faciles,l.item ſi vnus,17 §.principaliter, ff.
de recept.qui ab recept. Et hoc caſu venditio non dicitur pu-
ra, ſed conditionalis ſub iſta conditione : *Titius fuerit arbi-*
tratus vt hic , & d.l.fi.itaque ſi declarat , quod non vult , vel
non poteſt, non valet venditio tanquam conditione non ex-
tant,& d.l.fin. Nec recurritur ad arbitrium boni viri,qui de-
claret precium cum ſit Ragula:In contractibus à perſona ar-
bitratoris non recedit, d.l.ſi quis arbitra. Sin vero ille tertius
arbitratus fuerit omnino eius declarationi ſtabitur , ita vt ſe-
cūdum eius æſtimationem precium ſoluatur,& res tradatur,
vt hic,& d.l.fi. Quod eſt verum ſoluatur,ſi ęque fuerit arbitra
tus;ſecus,ſi inique nam tunc recurritur ad arbitrium boni vi-
ri, ideſt iudicis,l.continuus,137.§. cum ita ff.de verb. obligat.
Qui reducet arbitramētum ad æquitatem,ſecund.opin.Bart.
5 in d.l.ſi quis arbitratu. Quando autem arbitrium dicatur ini-
quum, variæ ſunt opiniones, de quibus vide DD.in d.l.fin.&
Ang. hic,nu.4.Qui tandem concludit cum gl.hic. in verb.de-
finierit , hoc eſſe in arbitrio iudicis , qui non ſolum concedit
reductionem , quoties vltra dimidium iuſti precij pars læſa
eſt, de quo non eſt dubium , per tex.in l.2.C.de reſcind. vend.
ſed etiam,ſi in ſexta parte,vt Bart. ſentit , aut etiam in minori
ſumma,prout iudici æquum videbitur, propter modicam ta-
men læſionem arbitramentum tanquam iniuſtum , non cor-
rigendum ſecundum Paul.de Caſt.in d.l.fi.nu.2.cum Prætor
6 de minimis non curet,l.ſcio,4.ff.de in integr.reſt. An autem
is,cuius arbitrium eſt electum, cogatur arbitrari , reſpondet
gl fi.& ibi Bal.in d.l.fin.ſi acceptauit arbitrarium . Cogi enim
poſſe, alias non , cum officium arbitratoris voluntarium , vt
probatur per tex hic, in verb.noluerit . Item circa hunc §.no-
tabitis, licet precium poſſit committi in arbitrium tertij , non
tamen poſſe conferri in poteſtatem alterius contrahentium,
d.l.quod ſæpe,§.1.ff.eod.& l.in vendentis 13.C.eod.

§. Item precium.

1 *In emptione precium debet eſſe certum , & in pecunia nume-*
rata conſiſtere.
2 *Emptio, & permutatio in quibus conueniant,& in quibus dif-*
ferant, & nu.3.4.& 5.
6 *Qualiter cognoſcatur quis ſi cōtractus permutationis,vel em-*
ptionis quando ex vna parte vna ſpecies tantum datur,& ex
altera parte ſpecies quoque,& pecunia, & nu.7.8.& 9.
10 *An per dicta Philoſophorum, Medicorum, & Poetarum poſ-*
ſint cauſa decidi,& nu.11.& 12.
13 *Opinio allegans validiores ratione eſt tenenda.*
14 *Gloſſa referens plures opiniones , videtur vltima tenere , niſi*
aliqua expreſſè approbata.

1 EX hoc §.primo notabitis,in contractu emptionis non tā-
tum precium certum,& determinatum , interuenire vt
in §.præcedente dictum eſt, ſed precium illud in pecunia nu-
merata conſiſtere debere non in ſpecie, alias enim permuta-
tio eſſet , l.1.§.ſed an ſine ff.eod. Quod tamen ita intelligen-
dum eſt, vt precium in pecunia numerata determinetur. Nā
a in a ſolutione bene poteſt res ſolui pro pecunia , volente ta-
men venditore non autem eo inuito l.precij.9. C.de reſcind.
vendit.& facit, l.1.§.2.de reb.credit.
2 Deince notabitis, emptionem, & permutationem eſſe di-
uerſos contractus , vt hic, & l.1.ff.eod. Permutatio enim
propriè eſt , quando ſpecies certa pro ſpecie certa datur , ve-
luti, hic bos pro equo , & ita quandò ab vtraque parte certa
ſpecies eſt præſtanda , emptio verò , quando pro ſpecie da-
tur precium in genere, vt not.per glo. in verb. poſtulabis , &
ibi Doctor.in l.1.C.de re.per. Differunt igitur multis modis.
3 Nam I. In emptione , & venditione variatur nomen alter e-
nim dicitur emptor,alter venditor, & ex vna parte certa ſpe-
cies traditur,ex altera precium. In permutatione vero quali-
bet dicitur permutare,& ab vtraque partes res dicitur permu
tata, l.1.ff.de rer.per. II. Emptor tenetur transferre in ven-
ditorem dominium præcij venditor verò tantum ad rem tra-
dendam, & præſtandam euictionem tenetur,l.ex empto,11.
in princip.ff.de actio.& empt. In permutatione vero ab vtra-
que parte opus eſt,vt dominium transferatur , d.l.1.ff.de rer.
4 per. III. Emptio ſolo conſenſu perficitur,vt ſupra dictum eſt.
Per

ADDITIO.

a *Solui aliud pro alio volenti poteſt , inuito non poteſt , l.2.ſi cert.*
pet. Et eodem modo aliud pro alio ſoluitur in caſu legis ſi ſer-
uum, ff.de verbor.oblig. l.ſi vinum , ff.ſi cert.pet. Idem ſi plura
ſint in obligatione , & vnum eorum in electione , vt in noxali-
bus, & ſimilibus , Litem videndum, eadem ratione , ff.de
pet.hered.

Permutatio autem ad hoc vt valeat,& ex ea agi poſſit,rei io-
terueſtum exigit,dict.l.1.§.item emptio, ff.de rer.permut.IV.
Emptio eſt contractus nominatus: Permutatio vero innomi
natus,l.iuris gentium,7.in princ.ff.de pact. & no.in l.natura-
lis,5.ff.de præſc.ver cuius eſt maximus effectus.Nam in con-
tractibus innominatis admittitur pœnitentia reintegra, non
autem in nominatis,l.ſi pecuniam, 5.cum ibi not. ff de cond.
cauſ.dat.cauſ.non ſecuta,& l.ſicut, 5.Cod.de oblig.& act. In
permutatione adimplens contractũ pro parte ſua, poteſt age
re præſcriptis verbis, vt contractus ab alterius parte quoque
adimpleatur,& ſi contractus ab altera parte non fuerit adim
pletus, poteriꝗ quis rem, quam dedit,repetere per condictio-
nem ob cauſam tanquam cauſa non ſecuta,d.le.ſi pecuniam,
& d.l.1.in fi.ff.de rer.permut.Secus in venditione, vbi vendi-
tor rem vendita,& traditam,non poteſt repetere,quãdo em-
ptor pretium non ſoluit,ſed tantum competit actio ei vendi-
to contra emptorem,ad ſoluendum pretium,l.in ciuile,12.C.
de rei vend.Et plures alias differentias vide per gl.& Doctor.
5 in l.2.C.de rer.perm.& in d.l.1.ff.de rer.perm. Ang & Doct.
in §.actionum,28.inſ.de act.Conueniunt autem in multis,I.
Vterq;enim contractus eſt bonæ fidei, d.§.actionum, & le.2.
C.de rer.perm.2. In vtroque præſtatur euictio, d.l.exemplo,
& not.in d.l.iuris gentium,ibi Iaſ in 4.not.ff.de pact.3.In vtra
a que habet locum *a* remedium,l.2.Co.de reſc.vend.& ibi not.
6 add.gl.& Doct.in l.2.C.de rer.permut.Sed iam quæritur per
Doct.hic qualiter cognoſcatur, quis ſit contractus permuta-
tionis,vel emptionis, quando ex vna parte vna ſpecies ſtatum
datur,& ex altera parte ſpecies quoq;& pecunia, ſicut hodie
frequenter contingit.Pone enim quod ego tibi dedi domum
meam,& tu dediſti mihi tuam domum, & ſimul etiam 100.
flor.an ſit permutatio,vel emptio? Et in hac quæſtione ita
concluditur,a Batt.& Doct in d.l.1.ff.de rer. perm.& in l.ſi in
empt.34.ff eo & in l.Ariſt.48 ff.de don. & Iaſ.in l.2 ante fin.
7 prin.ff ſi cer.pet.l.Quòd debeat inſpici, quid inter partes prin
cipaliter actum ſit Nam ſi expreſſe fuerit conuentum, vt res
vendatur, licet ex altera parte detur rea & pecunia, certũ eſt
emptionem eſſe non obſtante, quod res præualeat pecuniæ,
quæ vna cum re datur,l.tenetur,6 §.1.ff.de act.empt.Si verò
b principaliter actum ſit, vt res *b* permutetur cum alia re, erit
permutatio,licet ſimul data fuerit pecunia,cap.ad quęſtiones,
8 6.de rer.perm.II Quando non conſtat apertè quid principa-
liter ſit factum,tunc debet inſpici quid plus valeat, vtrum pe-
cunia,quæ ab vna parte ſoluitur præualeat rei,quæ ab eadem
parte ſoluitur,& erit emptio. An verò præualeat res pecunię,
& erit permutatio, argum.l.quæritur, 10.ff.de ſtatu hom.III.
9 Quando non poteſt cognoſci, an res præualeat pretio, cum
vtrumq;ſit ęquale,tunc in dubio intelligitur contractus inno-
minatus,vt inquit Bar.in d.l.1.ff.de rer.perm.& facit Regula
tradita in l.1 ff.de ęſti.act. qua dicitur:quotieſcumq; eſt dubiũ
an ſit contractus nominatus, vel innominatus, præſumitur
potius eſſe contractum innominatum, tex.& ibi DD.in d.l.1.
Tertiò, notatur ex textu,iuncta gl.in verb. Poeta, licitum
eſſe allegare Poetas ad deciſiones cauſarum. Facit, l.in talum
6.in fi.ff.de rer.diuiſ.Et de hoc, An per dicta Philoſophorum,
10 Medicorum,& Poetarum poſſint decidi cauſę.Ita concludit
poſt Batt.& Doct.in l.1.ff.ſi cer.pet.libris authorum approba
tis in vniuerſitatibus eſſe credendum, l.ſeptimo menſe, 12.ff.
de ſtat.ho.& l.antiqui, 3.ſi pars hær. pet. & l.ſi pater, 26.ff.de
ſolu. Quod verum eſt,quando de ipſorum dictis eſt facta lex:
Nã tunc poſſunt talia dicta allegari ad deciſiones cauſarum,
non propter authoritatem ipſam authorum, ſed propter au-
thoritatem legis, vt in dictis iuribus. Deinde, etiamſi de illis
nõ ſit facta lex:tamen propter authoritatem ipſorum aucto-
rum ad deciſiones cauſarum allegari poſſunt, ſecund.Paul.de
11 Caſt.in d.l.1.Quod limita procedere I.niſi lex ſit expreſſe cõ-
12 traria,vel aliqua ratio ex iure in contrarium,ſecund.Paul.de
Caſt.ibi II. Limita, vt credatur talibus authoribus in ſua arte,
ſicut dici ſolet,peritis in arte credendum. Vnde inquit Faber
hic pulchrum,& elegans eſt allegare Poetas,& Philoſophos,
ad confirmationem dicendorum, non tamen eis neceſſario
creditur,niſi in ipſorum arte. Sic quoq;prouerbia ad lites de-
cidendas allegari poſſunt,vt in cap.etſi Iudęus, ibi Canoniſtæ
de Iudæis. Add.Iaſ in d.l.1.ff.ſi cert.per.nu.36.
Quartò notabitis ex textu noſtro,ibi,ſed Proculi, ſecũdum
Ang.hic caſum expreſſum per glo.fin.in l.qui filium, 74.ff.de
13 S.C.Treb.quod illa opinio,quę validiores allegat rationes,ſit
tenenda, ſicut vbi ſunt plures rationes impares, illæ obtinet,
quæ pro ſe habent plures rationes,cum duę rationes, vincant
vnam,cap.quia igitur,1.verſ.hæc igitur. Nou.48.de conſang.
14 & vteri frat.Et allegatur etiam gl.ad hoc quod cum in gl.re-
ferũtur plures opiniones,nec aliquã expreſſe approbatur,tũc
c gl.videatur tenere vltimam,*c* Quod limita ſecundum Iaſ.per
tex.ibi in l.placuit, 8.C.de iudic.niſi prior ſapiat ęquitatem ſe
d cunda verò rigorem,&c.Nam tunc prior tenenda eſt,&c. *d*

ADDITIONES.

a *Venditio, in qua deceptus eſt venditor vltra dimidiam iuſti pretij non valet,vt hic cuius regulæ duodecim,exceptiones vide apud Socinum regula 436.*

b *Emptio & venditio,vbi mentio pretij fit, ibi ſemper præſumitur gl.in l.vl.C.de præd.decur.& in l.libertas, ff.de off.præſi.in l.apud Celſum,in fin.ff.de doli excep.l.ſi inter virum, l.ſi cum dotem ff.de iure dot. Quid tamen ſi hoc non eſt actum in contractu,vt dominium transferatur? Aeſtimatio eo caſu non facit emptionem,ſed vnum præſtat, vt periculum rei tranſeat in accipientem,Bar.& in l.ſi paciſcenda,Cod.de pact. & in d.l.ſi cum dotem.*

c *Gl.l.qui cum,§.Sabinum,ad S.C.Treb.Bal Auth.ex teſtamẽto,C.de collat fac.l.bona fides,31.vbi Bar ff.de poſ.*

d *Gl l.item ſi cum exceptione,14.§ ſed etſi,verbor. omni modo, ff.quod met. cauſ.quam vt ſingularem ad hoc ponderat Iaſ.l.1. ſi tibi pecuniam, 20.in 5.notab.ſi cer pet. Aret. conſ.163. Diligenter, in fine.*

§. Cum autem emptio.

1 *Argumentum huius §.*
2 *Perfecta emptione rei empta,periculum ſtatim ad emptorem pertinet.*
3 *Quibus caſibus hæc regula non procedat, & n.4.5.6.7.8.& 9.*
10 *Quando vterque eſt in mora,tunc eius eſt periculum,qui vltimam moram commiſit.*
11 *Sicut ad emptorem ſpectat periculum, ita quoque commodum ad eum pertinet.*
12 *Ante traditionem emptor non eſt rei dominus.*
13 *Traditionibus, non nudis pactis, transfertur dominium.*
14 *Ante traditionem re ſubtracta, cui detur vindicatio,& condictio.*

1 TRaditur in hoc § ad quem ſpectet periculum, & com-
modum rei venditæ,de quo titu.in ff.& Cod.de peric.&
2 com.rei vendit. Et primo nota hic concluſionem, venditio-
ne perfecta,vbi ſcilicet de pretio, & merce conuentum eſt,
ſtatim etiam antequam res tradatur, vel pretium ſoluatur,
a periculum rei venditæ ad emptorem *a* ſpectare. Exempli
gratia:

ADDITIO.

a *Non velut ad dominum propriè, quia nõ pactis,ſed traditionibus,& vſucapionibus dominia rerum transferuntur,l.traditionibus 20.C.de pact.ſed velut ad creditorem ſpeciei. Eius enim interitum debitor ante moram liberatur,l.ſi ex l.cauſa, 23.vbi Doct. ff de verb.obl. Cur aut periculum rei vendita ad emptorem pertineat ſtatim ac emptio perfecta ſit,non ea ratio eſt,quã auctor noſter hic ſubijcit,nimirum, quod etiam commodum ad eundem ſpectet. Nam & hæc ipſa ratio in controuerſia eſt, & controuerſum aut dubium per æque dubium non probatur. Hoc ergo diſpiciatur,cur commodum,& periculum, emptione contractus ſtatim ad emptorem pertineat. De legis auctoritate nõ dubitatur(nam hoc expreſſiſſimi iuris eſt) ſed de ratione. Eam vero talem eſſe exiſtimo,quod emptione perfecta,res aut ſpecies apud venditorem eſſe incipit,tanquam obligatum actione perſonali ad ſpeciei traditionem, dominio iam iuris intellectu in emptorem translato, qui eius etiam iuris reſpectu, rem ipſam ſtatim ſibi tradi petere poteſt, vnde etiam is qui actionem habet ad rem,ipſam rem habere videtur,l.52.ff.de acq.rer do.l.is qui 15.ff.de reg.iu.Habetur enim vt inquit Vlpianus,quod peti poteſt,text.eſt in l.ius apud ſe,143.ff.de ver.ſig. Cum itaq; emptor in mora petendi ſit, mora emptoris, idest negligentia ipſi nocere debet,l.in condemnatione,173 §.vnicuique, 2.de reg.iu. l.3.in fi ff.de act.emp.& vend.non aduerſario,l.factum,155.in pr ff de re.iu. Quemadmodum autem emptor in mora eſſe dici poteſt,expreſſe decidit in d.l.3.vbi dicitur. Mora autem(ſupple emptoris) eſſe videtur ſi nulla difficultas venditorem impediat, quo minus traderet, præſertim ſi omni tempore paratus fuit tradere. Quare cum debitor ſpeciei ante moram eius interitu liberetur, merito dicemus caſum fortuitum ad emptorem pertinere,eumque nihilominus pretium ſoluere debere. Nec obſtat,quod dicitur rem non niſi domino perire,emptorem autem dominum ante traditionem non eſſe. Nam intelligendum eſt, emptorem quidem iure gentium ante traditionem dominum non eſſe,ſed tamen intellectu iuris pro domino haberi ex d.leg. 143 ff.de ver.ſignif.& ob id,cum in mora petendi fuerit,debitore omni tempore ad ſoluendi parato exiſtente, caſum ad ipſum pertinere, ſicut eadem iuris fictionem etiam commodum rei ad ipſum pertineat, vt probatum eſt.*

gratia: Pone quod eques venditus moriatur,vel domus vendita incendio pereat,antequam à véditore tradatur,certè periculum erit emptoris,adeò vt nihilominus, precium ſoluere cogatur. Et ampliare regulam,ſecundum Ang. hic, ſiue in totum,ſiue pro parte pereat res,ſiue ledatur. Semper enim periculum ad emptorem ſpectat, vt hic,& d.l.1. Cod.de peric. & com.rei vend.& l.neceſſario ff.de periculo, &c. Diligenter itaque notabitis, ante traditionem periculum ad emptorem reſpicere,ſcilicet quandu res in ſpecie eſt vendita, vt hæc domus,&c. Cuius contrarium videbatur dicendum, per text.in l.pignus,9.C.de pign actio. vbi traditur, caſum & periculum
3 rei ſpectare ad eum,qui eſt dominus. Sed ante traditionem véditor adhuc eſt dominus,vt hic,in fi.§.noſtri,&c.Ergo,&c. Ergo,&c. Verum hac ratione dubitandi non obſtante, contrarium hic deciditur, & ratio deciſionis ponitur hic in textu, quia commodum rei venditæ,& ante traditioné contingens, ſpectat ad emptorem,vt hic,& l.id quod,7 ff.de peric.& commod.rei vend.& l.1. C.eod.tit. Non mirum igitur ſi & incómodum ad ipſum ſpectet,per regulam,l.ſecundum naturam, 10.ff.de reg.iur. Nec obſtat,d l.pignus. Nam creditor in pignore non ſentit commodum, quoad fructus rei opignoratæ, quia omnes eius acceſſiones,& fructus ſpectant ad debitorem,& ſi a creditore percipiantur, extenuant ſortem,l.1.& 2.C.de pig.act. Secus eſt in venditione,vt dictum eſt. Hęc tamen regula recipit multas fallentias, de quibus hic in gl.magna. Nam I. Periculum rei venditæ ante traditionem ad emptorem ſpectat,quando in ſpecie ſecundum Iuriſc. ſe in indiuiduo,ſecundum Dialecticos, res eſt vendita, vt hic æquus, hæc domus, &c. Secus,ſi venditur res in genere, vt puta,vendo tibi equum, non in ſpecie: vel decem amphoras vini,in genere. Nam tunc ante traditionem periculum eſt venditoris,gl.in l.quod ſi neque,14.ff.de peric.& commod.rei vendit.
4 Eſtque ratio,quia genus perire non poteſt,l.incendium,11.C. ſi cer.pet. II. Fallit Regula, in emptione celebrata in ſcriptis, vbi ante ſcripturam confirmatum periculum rei ſpectat ad venditorem,vt notantur in l.cum inter, 4.C.eo. quia ad hoc, vt periculum ad emptorem ſpectet,ſequitur emptionem eſſe perfectam, vt hic. Sed ante ſcripturam conſummatam, em-
a ptio non dicitur perfectam in ſcriptis, vt ſupra, *a* in princ.tit.
5 noſtri dictum eſt. Ergo,&c. III. Fallit in venditione conditionali. Nam pendente conditione, ſi tota res perit, periculum
b ad venditorem: ſi vero *b* deterioratur,ad emptorem ſpectat, l neceſſario, 8 in princ. ver. quod ſi pendente, ff.de peric. &
c com. rei vend. IV. Fallit in venditione *c* alternatiua: veluti ſi
6 vendo tibi Stichum aut Pamphilum. Nam túc interitus prioris,ad venditorem poſterioris verò ad emptorem ſpectat: ſicuti ſi pariter deceſſerint, vtriuſque periculum ad emptorem
7 pertinet,l.ſi in emptione,34.§ ſi emptio,ff.de contrah. V. Fallit quando venditor in ſe periculum caſus ſuſcepti, vt ſic verſ. ſane. Ex natura enim huius contractus venditor,etſi non ſuſceperit cuſtodiam, tamen tenetur emptori de cuſtodia lata, ſcilicet,& leui culpa,l.cuſtodiam, 3.ff.de periculo, & comod.
8 rei vendit & l.quod ſæpe,35.§.ſi res.ff.de contrah.empt. Si verò per pactum in ſe recepit cuſtodiam, tenetur de exactiſſima diligentia,& cuſtodia. non tamen de caſu fortuito.niſi ex
9 preſſe eius fuerit facta mentio, ſecundum glo. & DD.hic in verb.is caſus. VI. Ex quo ſexta fallentia colligi poteſt, ad ven-
d ditorem pertinere periculum,quando res vendita,eius *d* do-
e lo,lata, vel leui culpa perijt,text.eſt *e* hic VII. Fallit *f* quando
f venditor fuit in mora *g* tradendi, ita vt per eum ſteterit,quo
g minus traditio fieret,quia interpellatus rem nó tradidit. Etenim hic periculum venditoris eſt,non attenta diſtinctione, vtrum res vendita eodem modo apud emptorem perijſſet, quo apud venditorem moroſum,idque in odium moram cō-
10 mittentis,de quo Bar.& DD.in leg quod te, 5.ff.ſi cer.pet. Et quando vterque fuit in mora,tunc eius eſt periculum,qui vltimam moram commiſit,cum poſtrema mora noceat,l.illud 17.ff.de peric & commod rei vend.

11 Deinde ex §.noſtro notabitis,quod ſicut ad emptorem ſpectat periculum, ita etiam commodum ad eum pertineat, ſi rei venditæ ante traditionem aliquid accedat, text.eſt hic, & in l.id quod,7.ff.de periculo, & commod.rei vend. Facit Regula l ſecundum naturam,10.ff.de reg.iur.

12 Vltimo ex fine §.noſtri notabitis, quod quamuis emerit quis rem,non tamé eius rei dominus eſt, antequam res ei tra-
13 datur. Ex hoc eſt, quod dicitur in l.traditionibus, 20. C.de pact. Traditionibus, & vſucapionibus, non nudis pactis, id eſt,nudis titulis, ſeu contractibus rerum dominia transferun-
14 tur. Itaque ſi interim res emptas, per alium ſubtraheretur furto, ſiue dolo, & leui culpa venditoris, emptor à fure non poteſt eam vendicare,neque condicere,&c.quia vendicatio-
num datur niſi domino, l.item, 23.ff.de rei vend. Et ſimiliter condictio, leg.2.ff.de condict. furt. Quare iſto caſu venditor tenetur emptori cedere rei vendicationem,& condictionem furtiuam, nec tenetur venditor ad aliud. Nam quoties quis tenetur ex eo, quia habet actionem illam, cedendo liberatur,vt notantur in l quod te, 5.ff.ſi cert. petat.niſi culpa venditoria res fuiſſet ſubtracta, quia tunc cedendo actionem, non liberaretur, ſed teneretur rem vendicare, & emptori præſtare, aut ſoluere intereſſe, ſecundum Plat.hic, poſt gloſ. in verb.exhibere.

ADDITIONES.

a *Adde l.contractus, C.de fide inſtr.*

b *Ratio differentiæ in eo eſt,quod priore caſu (quando ſcilicet res perijt) obligatio nullum ſubiectum (in quo conſiſtat) habeat: poſteriori vero habeat.*

c *Tunc cenſetur venditio ſpeciei incertæ, propter naturam alternatiuæ quæ rem incertam efficiet,l.vbi,75.§.que illud aut illud ſtipulatur, 8 ff.de verb.oblig.*

d *L.ſi fundus ff.locati.*

e *L.cuſtodiam, ff de peric. & commodo.*

f *L.illud, ff.de peric. & com.*

g *Adde hunc caſum: ſi res deguſtationem requirat.*

§. Emptio.

1 *Emptio purè, & conditionaliter contrahitur.*

1 EX hoc §.notabitis, quod emptio dupliciter celebrari poteſt: pure,quando ſimpliciter ſine adiectione qualitatis, ſeu conditionis contrahitur: & conditionaliter, veluti ſi iſte equus inf.octo dies tibi placuerit, ſit tibi emptus florenis decem. Nec obſtat l.in vendentis,13.C.eod.quia iſta lex procedit, quando ſubſtantia contractus in arbitrium contrahentes confertur, vt eſt precium: veluti,vendo tibi fundum,quanti æſtimaueris. Sed in caſu noſtro qualitas,ſeu accidens rei tantum in arbitrium emptoris collatum eſt, ſi ſcilicet intra certum tempus res ei placuerit, de quo latius vide DD.hic,& in d.l.vendentis.

§. Finalis.

1 *Ignoranter emens rem non exiſtentem in commercio hominum, poteſt agere contra venditorem ad intereſſe.*

2 *Quæ res vendi poſſint.*

3 *Emens rem furtiuam, tenetur eam ſine confuſione precij reſtituere domino, nec poteſt eam retinere pro precio.*

4 *Qui poſſint emere, vel vendere.*

5 *An tutor poſſit emere res pupilli.*

6 *An quis inuitus poſſit cogi ad emendum vel vendendum, & num.7 & 10.*

8 *An nobilis, tempore caritatis annonæ, habens frumentum poſſit cogi ad vendendum.*

9 *Iuſtum precium quid.*

11 *An quis prohiberi poſſit, ne emat.*

12 *An proximiores de genere vel familia in emptione,pane bonorum immobilium, prærogatiuam habeant.*

13 *Iuſtis menſuris, & ponderibus utendum.*

14 *Pena iuris Canonici, ciuilis, & Saxonici, ſtatutæ erga corrumpentes menſuras, & pondera, & nu.15.& 16.*

17 *Menſura conſueta in loco contractus attendi, & ſeruari debet.*

1 EX hoc §.notate,quod emens ignoranter rem, quæ non eſt in commercio hominum, poteſt agere contra venditorem ad intereſſe, add.tex.in l.qui officij, 62.in ſi.princip. ff. eod. Secus ſi ſciens emit. Damnum enim, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alijs imputare debet, cap. damnum
2 86 de regul iuris, in 6. Hinc quæritur: Quæ res vendi poſſint? De quibus eſt tit. in C.quæ res vendi non poſſint. Omnes enim res, ſiue ſint mobiles, ſiue immobiles, corporales, ſiue incorporales, ſiue ſint propriæ, ſiue alienæ,leg. rem alienam, 28.ff. eodem,regulariter vendi poſſunt, niſi expreſſe à lege ſint prohibitæ, vt ſunt res,commercio hominis exé-
a ptæ:res ſacræ, *a* ſanctæ,religioſæ,publicę,vt hic,& addite §.2. ſup.

ADDITIO.

a *De pœna vendentis iuriſdictionem & Sanctorum corpora, vide Menoch.de arbitr.iudic.caſu 488.*

Digitized by Google

ſup.de inutil.ſtipul. Item liberi homines, l.liberi hominis, 70.
ff. eod. Sic etiam prohibentur vendi arma hoſtibus Imperij
propter publicam vtilitatem, ſub pęna capitis, & confiſcatio-
nis bonorum, l.2.C.quæ res exportari non debeant. Item
frumentum exercitui miſſum, ab alijs emi non poteſt, l.fi.C.
quæ res vend.non poſ. Sic etiam rem propriam nemo emere
poteſt, l.ſuæ rei, 19.ff.eo. Item rerum furtiuarum inter ſcien-
tes nullum eſt commercium, l. ſi emptione, 34. §. item ſi &
emptor, ff.eo. adeoq. emens rem furtiuam tenetur eam ſine
refuſione precij reſtituere domino, nec poteſt eam retinere
pro precio, ſed diſcat cautius mercari, l.in ciuilem, 2.C.de fur
tis. Add.tex.iuris Sax.in ar.36.lib 2. Et plura de hac materia,
quæ res vendi non poſſint, videte per Hoſt.in ſumma tex eo.
4 n 2.& Bald.ſup. Rub. C.quæ res vendi non poſſint. Succeſſi-
ue quæritur: Qui poſſint emere, vel vendere? Et regulari-
ter contractus celebrari poteſt ab omnibus, qui alias obliga-
ri poſſunt, & liberam habent ſuorum bonorum adminiſtra-
tionem. Vnde I. Regulariter inter patrem filium emptio,&
venditio non contrahitur, niſi in caſtenſi, & quaſi caſtrenſi
peculio, l.2.ff.eod.de quo Bar.& DD. in l.frater a fratre, 38 ff.
de cond. indeb. II. Furioſus propter defectum conſenſus, nec
emere, nec vendere poteſt, niſi tempore dilucidi interualli, l.
2.C.eod. III. Nec prodigus, cui bonis interdictum eſt, vt not.
in l.is, cui bonis, 6. ff.de verb.oblig. IV. Inter tutorem, & pu-
pillum venditio valet, d.l.ſi in emptione, §.fi.ff.eo. Regulari-
5 ter enim res pupilli, præſertim immobiles, & quæ ſeruando
ſeruari poſſunt, niſi ex cauſa neceſſitatis, & præcedente in-
quiſitione, & decreto iudicis, alienari prohibentur, vt per to-
tum titulum, C.de prædijs minorum, &c. Et iſto caſu neceſſi-
tatis, poteſt tutor pupillo interueniente authoritate ſui con-
tutoris, & bona fide, & iuſto precio, rem pupilli emere, l.cum
ipſe, 5.cum ibi notat.C.eod. Idem eſt in quolibet alio admini-
ſtratore publico, & priuato, vt ſcilicet non poſſit emere res,
quarum adminiſtrationem habet, d.l. ſi emptione, §. fi.d.l.qui
officij, & l.non licet, 46.ff eo. Alioqui non tantum rem amit-
tit, ſed etiam in quadruplum conuenitur, quod applicatur fi-
ſco, d.l.non licet. Dubitari autem poteſt. An quis inuitus co-
gi poſſit ad emendum, vel vendendum, de quo eſt tex.in l.in-
uitum, 11.C.eo.& in l.nec emere, 16. C.de iure deliber.quod
6 non quia contractus ab initio ſunt voluntatis, licet poſtea
ſint neceſſitatis, l.ſicut, 5. C.de oblig. & actio. Et pro pleniori
doctrina circa hanc quæſtionem duas conſtituatis Regulas
cum aliquot fallentijs.

a Prima regula eſt: quod inuitus *a* quis non cogi poteſt ad
7 vendendum, d.l.inuitum. Quæ regula limitatur pluribus mo-
dis. Nam I. Is qui emit filium venditum a patre tempore fa-
mis ſoluto precio cogitur eum relaxare, l.2.in fi. C.de patrib.
qui filios diſtrax. II. Dominus propter nimiam ſeuitiā ſeruum
vendere compellitur, §.fi.ſup.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.
III. Tempore caritatis annonæ, quis a magiſtratu compelli
poteſt, ad vendenda victigalia, ſec. Bal. Paul.de Caſt. & DD,
in l.1.C.de Epiſ.aud.per tex.in l.1.§ cura carnis, ff.de offi.pręfect.vrb. & Abb.in c.1.ext.eo.vbi apoſt. ad eum quod nobilis
habens annonā poteſt tali tempore inuitus compelli ad ven-
dendum, & iuſſus vendere a ſuperiore, ſi nō obtemperauerit,
poteſt puniri, ſec.Bar.in l.annonā, 6.ff.de extr.crim & ſubiun-
git Abb.tempore caritatis annonę ita ſeruari, probans hac ra-
tione, qua tempore neceſſitatis victualia debēt eſſe commu-
nia. Vnde quis excuſatur a furto, qui tempore famis panem
furatus eſt, ſi quis propter neceſſitatem, 3. ext. de furtis per
quem tex. Abb.in d.c.1. concludit, licet indigentib. non cum-
petat actio contra diuites ad victualia communicanda, poſſe
tamen implorari officiū iudicis, vt eos compellat ad venden-
dum, & communicandum. Non tamen etiam quis cogitur
tempore cariſtiæ vendere, quandu habet frumētum, quo pro
familia ſua ſuſtentanda opus habet. Ita Aluar. in c.poſt nata-
lem, de pace tenen.& eius violat.in vſib.feudo, &c.quia ordi-
nata charitas incipit a ſeipſo, vulgata, l. præſes prouinciæ, 6.
b C.de ſeruit. & aqua. IV. Quando *b* quis expoſuit rem vena-
lem, tunc inuitus cogitur vendere iuſto precio, taxato a iudi-
ce. Ita Hoſt.in Summa ext.eod.num. 1. & Abbas in c. 1.extra
eod.per text.ibi ſecuti, quem ita breuiter diſtinguit: Aut quis
expoſuit res venales, & tunc ſi ſunt victuales, ad communem
vſum hominum neceſſariæ, & carnes frumentum, & ſimiles,
& cogitur iuſto precio taxato vendere, d.cap. 1 & d.l.1.§.cu-
ra carnis. Si vero ſunt aliæ res, vt gemmæ, veſtes precioſæ, &
regulariter quis compelli non poteſt, vt certo pretio vendat,
d.l.inuitum, cum quilibet rerum ſuarum ſit moderator, &
arbiter, l.in re mandata, 21. Cod. mandati. Aut quis non ex-
ponit rem venalem, & tunc nulla exiſtente neceſſitate etiam
ſi ſint res victuales, tamen non poteſt cogi vendere eas, per
regulam d.l.inuitum. Sed cum ſub eſt neceſſitas, ac ſuppetit
abundantia rerum victualium, Magiſtratus cogere poteſt, vt
iuſto precio vendantur. Et Bald. in l.1. C.de Epiſ. aud. infert,
cum verbo Victus contineantur etiam veſtes, & habitatio, l.
verbo Victus, 43.ff.de verb. ſignif. poſſe ſuperiorem etiam
certum precium ſtatuere mercatoribus vendentibus pannū,
& hoſpitia taxare, vt vltra penſionem a magiſtratu ſtatutam,
locatores non poſſint exigere a conductoribus penſionem,
add. Abb.in d.c.1, qui dicit id Paduę factum eſſe, quemadmo-
dum, & anno 1540. Vvittebergæ per aliquot viros, a Recto-
re Vniuerſitatis, & magiſtratu ciuium ad hoc deputatos pen-
ſiones habitationum taxatæ ſunt. Dicitur autem iuſtum pre-
9 cium, ſecundum determinationem ſuperioris, qui æſtimabit
illud ſecūdum fertilitatem, & ſterilitatem temporum, & qua-
litatem rerum, l.precia rerum, 63.§.fi.ff.ad l Falc. & opt.text,
in d.c.poſt natalem, de pace tenen. in vſib feu. Plures limita-
tiones ad hanc Regulam videte per DD. in §. fin. ſup.de do-
natio.& in d.l.1. C.de Epiſcop. aud.& in d.l.inuitum, & in d.
c.ext.de empt. & vend.

10 Secunda Regula eſt, quod inuitus quis *c* non poteſt cogi
c ad emendum, d.l.nec emere. Hæc autem regula, I. Fallit fa-
d uore vltimæ *d* voluntatis, vt quando hæres grauatus eſt a te-
ſtatore, emere fundum legatarij, l.c.& ſi æquo, 66.ff.de leg. 1.
cum voluntas teſtatoris ſit lex cap.2.ſecundum, 2.verſ.Diſpo-
nat, Nouel.22.de nupt. II. Fallit in eo, qui emit partem fundi
pro indiuiſo. Nam is compellitur etiam emere alteram par-
tem, interim venditor, adiudicatam in iudicio communi di-
uidundo, l.Iulianus, 13.§. idem Celſus, 17.ff de act.empt. III.
Fallit, ſi metus cariſtiæ ſubeſt. Nam pro ea euitanda poteſt
quis compelli a Magiſtratu ad emendam frumentum, & alias
res neceſſarias, ſecund. Ang.in §.fi.de don. & ibi Plat. An au-
11 tem quis prohiberi poſſit, ne emat, dic poſt Angel. in d.§.fin.
regulariter quem prohiberi non poſſe, niſi ex cauſa hoc fiat,
veluti ne vltra indigentiam emat, ne alijs reddat res cariores
vel incommoditatem habendi inducat, & ſubiungit Ang. ab
illis, quibus cura rerum victualium demandata eſt, poſſe ſta-
tui, ne quis emat in foro vltra certam quantitatem, & menſu
ram frumenti, vt ſic alij poſſint commodius habere frumen-
tum, de quod Salic. in d.l.1. C.de Epiſc. aud. Et dicit Angel.
in d.§.fi.eos, qui in foro pro frumento plus debito offerunt
vt alij carius, & pluris emere cogantur, vel in detrimentum
alterius plus debito promittūt committere crimen ſtelliona-
12 tus. Portò circa hanc materiam quæritur. *e* An proximio-
e res de genere, vel familia in emptione, pone bonorum im-
mobilium, habeant prærogatiuam, vt extraneos emptores
excludant? Exempli gratia, Titius, & Sempronius ſucceſſe-
runt patri, & in diuiſione hæreditatis, domus paterna obue-
nit Titio, qui lapſa aliqua parte temporis, eam vult vendere
alicui extraneo; an poſſit, vel an frater, vel alius de familia
iſta, poſſit extraneum emptorem remouere. Et videbatur di-
cendum, quod ſic, per tex.in l.lex quæ tutores, 22. Co. de ad-
miniſt.tut. vbi domus pupillaris vendi prohibetur, cū ſit valde
lugubre alienari domum, in qua pater defecit, minor creuit,
& in ea non videre imagines maiorū fixas, aut auulſas videre
facit l.ſi in emptione, 35.ff.de minoribus Contrarium tamen
deciditur per Imp. in l.dudum, 14. C.eo. & dicit grauem eſſe
iniuriā quæ inani honeſtatis colore velatur ſi homines cogā-
tur aliquod facere de reb.ſuis inuiti, cū quilibet rerū ſuarū ſit
moderator, & arbiter d.l in re mādata, C.mādati. Limitabis
tñ hanc deciſionem, ſecundū gl & DD. in d.l.dudū non pro-
cedere, i. Si teſtator prohibuit alienationē extra conſortes, vel
proximos, vel familiam fieri. Nam tunc ſi extraneū res alie-
nata.

ADDITIONES.

a *Vendere rem ſuam nemo compellitur, l. nec emere, C. de iure delib. cuius regula vide 58. exceptiones apud Soc.*

b *Et eodem modo, qui aquas ducere volunt per agros alienos ſtatutis interdum poſſunt cogere proprietarios vendere loca, per quę aqua ducatur, propter neceſſarium vſum aquę, & eius publicam vtilitatem. Couar. 3. reſol. cap. 14. Menoch. de arbitr. iud. caſu 462.*

c *An ad vendendum? Minime. Vide tamen exceptiones Soc. regula. Vendere rem ſuam 435. vide Menoch. d. loco, & Couarruuiam.*

d *Vide quę ad eam rem notata ſunt in §. non ſolum, nu. 5. ſupra de leg.*

e *Vide l. dudum, C. de contrah. empt.*

nata eſt, poteſt per omnes de familia reuocari, & proximior in gradu præferendus eſt,l.peto,69.fratre,ff de leg.2.& videte Iaſ.in l.filiusfamilias,14.§.diui,11.ff.de leg.1.& 2.Si eſſet in aliquo loco contrarium,per ſtatutum,vel conſuetudinem introductum,c.conſtitutus,8.extra de reſtit.in integr.3. Si contrarium,inter cohæredes in diuiſione eſt conuentum,arg. legis 1.§.ſi conuenit,ff depoſiti.

13 Vltimo circa hunc titulum notabitis, quod iuſtis *a* menſu-
a ris,& ponderibus ſit vtendum. Et qui pondera,& menſuras
14 lucri cauſa mutauerint, vel corruperint,de iure Canonico,coguntur pœnitere per 30.dies in aqua,& pane, cap. 2. de empt.
15 Et pœnitentiam agere noluerint, poſſunt excommunicari, ſecundum Abb.ibi.De iure vero ciuili corrumpens pondera, & menſura punitur, leg. Corn de falſ. & in inſulam relegatur, tex.eſt in l pen ff.de falſ.& in l.annonam,6.§.fi.ff. de extraor.
b criminibus *b* Et poteſt agi contra vtentes falſis ponderibus,& menſuris dupliciter: vno modo criminaliter, ad pœnam relegationis:& alio modo ciuiliter,ad intereſſe,& ad duplum eius an in quo pars per falſa pondera læſa eſt, de quo vide Ferrar. in forma libelli,in cauſa venditionis, in verb.Perticarum cen-
16 tum,ante finem,& addite,dict.l.pen.de iure Saxon. (Mueſſen ſie vverten, id eſt, Geſtraffet vverden zu haut vnd haaren; oder ſolches lœſen mit dreiſſig ſchilling. Vveichbild.) art.43. vbi Gloſ.ibi in iſto caſu intelligit,(zu haut vnd haaren, nicht daſs man ſie zur ſtaupe ſchlage, ſondern an den Pranger ſetzt
c oder der gleichen,&c.) *c* Eſt tamen in arbitriu contrahentiũ, quibus ponderibus,& menſuris vti velint. Et quando hoc inter partes expreſſe non eſt conuentum,tunc ſeruari,& attendi debet menſura, quæ conſueuit ſeruari in loco contractus, vt not.per text in l.Imperatores,17.ff.eod.& in c.ex parte,18.
17 ibi gl.in verb paruiſſimam extra de cenſibus. Et ad Ferrar. in d.forma libelli,ſuper verb.Perticarum,in fin.

A D D I T I O N E S.

a *De pœnis eorum qui menſuris vel ponderibus falſis vtuntur, vide Menoch lib.de arbitr.iudic.caſu 317.*
b *L.arbitrio,18 §.de eo,ff.de dolo malo.*
c *Diſtinguitur vt ſi fecerint falſas menſuras, fuſtigentur: ſi tantum vſi ſunt, relegentur, aut arbitrarie puniantur,lib.2.art.13, vbi Gloſ.*

a DE *a* LOCATIONE,
b & *b* conductione.

TITVLVS XXV.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Locatio quid.*
3 *Locator,& conductor differunt.*
4 *Subſtantialia huius contractus.*
5 *In quibus emptio,& conductio conueniant.*
6 *Emptio,& conductio dicuntur fraternizare.*
7 *Emptio,& conductio in quibus differant.*
8 *Quando emptor metuit ne res euincatur, an poſſit compellere venditorem ad præſtandum fideiuſſorem euictionis.*

1 CVm in titulo præcedenti de primo contractu, qui ſolo conſenſu celebratur,dictum ſit,& ad eius ſimilitudinem locatio contrahatur, ſubijcit nunc Imperator titulum de locatione. Eſt autem locatio ſecundũ Azonem in ſumma, C.de locato perſonæ,vel rei ad vſum fa-
2 cta conceſſio, pro mercede in pecunia numerata conſtituta. Ex quo etiam patet,quid ſit conductio,cũ correlatiuorum ſit eadem natura. Vnde locator propriè dicitur dominus,qui recepta mercede permittit alium vti re ſua
3 vel opera. *c* Conductor vero qui opera, vel re alterius pro
c mercede de ſoluenda,vel ſoluta vtitur. Vel breuitas, ſecũdum Hoſtien.in Summa extr.eodem is locator dicitur,qui mercedem & penſionem recipit: conductor vero,qui mercedem, vel penſionem ſoluit. Et ad hoc, vt iſte contractus celebretur neceſſe eſt mercedem interuenire, l.2.ff.eod. Si enim alicuius rei ad certum vſum gratuita fieret conceſſio, eſſet commodatum, quod debet eſſe gratuitum,§ Item is cui,2.in fin.ſupr. quib.mod. re contrah. oblig Tria enim ſunt ſubſtantialia huius contractus. Primo conſenſus,l.1.ff.eod. Secundo, Merces ſeu penſio.l.5.in princ ff.eod.Tertio,Res quæ locatur, leg. ex conducto,15.cum ſimil.ff.eod.

5 Ex principio autem huius tituli notandum,emptionem,& conductionem in multis conuenire: Nam I. hi duo contractus,ſicut plerique alij,à iure gentium ſunt introducti, d.l ff. eod.& l.ex hoc iure,5 ff.de iuſt. & iur. II, Sicut emptio ita locatio conſenſu contrahitur,d leg.1.III.Sicut in emptione neceſſe eſt, vt ſi de pretio conuentum,ita in locatione certam mercedem interuenire neceſſe eſt,vt hic,& d l.2. Vnde ſi ſartori veſtimenta quis facienda dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta,ſed poſtea daturus quantum inter eos conuenerit, non proprie conductio intelligitur, ſed cõtractus innominatus, Do vt facias. Ideo tunc non actione locati,ſed præſcriptis verbis agitur,vt hic.IV Sicut in emptione pretium in pecunia numerata conſiſtere debet, § Item precium,2.ſupra de emptione:ita in locatione merces,§.1 infra eod.V.Sicut precium in emptione conferri poteſt in arbitrium tertij, d.§.precium,de empt.ita in locatione,vt hic, in princ. VI. Vterque contractus eſt proprius vltro citroque obligatorius, de quo
6 vide Plat.in princip. ſupra de obligat. Dicuntur itaque hi duo contractus fraternizare,ſecundum Ang.hic,adeo,vt ſtatutum in vno,habeat etiam locum in altero,& l 2.C.de reſcind.vẽd. habeet etiam locum in locatione,vt not.gl in l. ſi olei, 21. C. eod de quo Docto.in d.l.2. Differunt autem hi contractus in
7 multis. Nam 1. In emptione ante traditionem periculum rei ſpectat ad emptorem,§.cum autem,3.ſupra titul. præced. ſed caſus fortuitus,& vis,cui reſiſti nõ poteſt, ad locatorem ſpectat,leg ex conducto,15.§. 1.ff eod 2,Venditor poſt venditionẽ præcise tenetur rem tradere,ſi habet facultatem eius reddendæ,ita vt præſtando intereſſe non liberetur,vt notatur per text in l.1.ff.de actio.empt Sed locator aliquando excuſatur à præſtatione rei, veluti, ſi poſt locationem ſuperueniat rei neceſſitas retinendi rem locatam pro ſuo vſu, l.æde,3. C.eod.3. Milites contractum emptionis celebrare poſſunt, quia à iure non prohibentur:non autem poſſunt conducere prædium ruſticum,ne omiſſo vſu armorum,ſed ad opus ruſticum conderant,l.milites,31.C.eod.4. Per contractũ locationis non trãſfertur dominium rei locata in conductorem, l non ſolet, 39. ff.eod. Venditio vero eſt titulus habilis ad tranſlationem dominij.Nam quando venditor eſt dominus rei venditæ, transfert per traditionem rei dominium eius in emptorem. Si vero nõ eſt dominus, vſucapiendi conductionem in emptorem trãsfert,& de euictione emptori interim tenetur,l.ex empto 11.in princ.ff.de act.empt. Circa quod,præcipuè autem ad titulum de emptione notabitis diligenter, venditorem de euictione teneri ex natura contractus,etiamſi de ea inter partes
8 non fuerit conuentum, d.leg.ex empto. Sed dubitatur,quan-
d do emptor metuit, ne res *d* euincatur, an poſſit compellere venditorem ad præſtãdum fideiuſſorem euictionis? Et diſtinguitur hoc modo. Aut in principio contractus inter eos conuenit de dando fideiuſſore,& venditore cogi poteſt. Aut non conuenit,& tunc aut in limine contractus imminet periculũ euictionis,& tenetur venditor dare fideiuſſorẽ, l. ſi poſt perfectam,24.cum ibi nota.C.de euict.& l.pen. §.ſi ff.de peric.& commod.rei vend. Aut nullum periculum imminet, & tunc poſt perfectam emptionem venditor non tenetur offerre fideiuſſorem,vt in l.emptori,37.in princ.ff.de euict. De quo vide pulchre Ferr. in forma libelli in cauſa venditionis, ſuper verb.promittens,de euictione.

A D D I T I O N E S.

a *De actione locati vide infr.§.actionum, Inſt.de act.*
b *De actione ex conducto videte d.§ actionem,inſ.de act.*
c *Non ſemper qui mercedem recipit eſt locator: nam & conductor ſæpiſſime is appellatur, qui mercedem accipit. Rectius itaque ex mente Cuiacij enim locatorem dicemus, qui dat vtendum,vel faciendum aliquid,qui accipit conductorem.Cuiac.obſeru.lib.2.cap.28.*
d *Quid emptor euictionis cauſam, quando venditori denunciare cogitur? Ante litem conteſtatam Bart.in leg.renunciatio, ff.de adul.in l.non ſolum,ff ſol.mat.l.empti,C.de euict.l.non eſt,Cod. quæras pign.l non ſolum,§.morte,ff.de oper.noui nunc. Vide tamen ſex exceptiones apud Soc.regula,emptor,117.*

§. Præterea.

1 *Sicut in emptione precium conſiſtit in pecunia numerata, ita & in locatione conſtitui debet.*
2 *Si preciũ in ſpecie conſtituatur, qualis ſit contractus, an locatio, vel*

vel contractus innominatus, & quæ actio competat.
3 *Coloni qui dicantur.*
4 *Species colonorum.*
5 *Conuentio bouum qualis contractus.*

1 EX hoc §. notabitis, quod ſicut in emptione pretium debet
conſiſtere in pecunia numerata, ita in locatione merces,
ſeu penſio in pecunia numerata conſtitui debet, l. 1. ſi quis ſer-
2 uum, 9. ff. depoſiti. Si enim in ſpecie conſtitueretur, veluti in
vino, vel frumento, non eſſet locatio, ſed contractus innomi-
natus. Facio vt des, ideo non actio locati, ſed præſcriptis ver-
bis competeret. Et hoc ſane ſecundum Pla. ſic intelligendum
eſt, vt penſio in princip. certa determinari debeat in pecunia,
ſed poſtea in ſolutione facienda bene poteſt ſolui ſpecies, vo-
lente tamen creditore, vt ſup. de empt. dictum eſt. Sic etiam
inter dominum, & colonum partiarium non actio locati, ſed
pro ſocio locum habet leg. ſi merces 25. §. vis maior. 6. ff. eod.
Pro cuius declaratione ſciendum, colonos propriè dici, qui
3 prædium ruſticum vtendum, & fruendum conduxerunt. Et
a horum ſunt quatuor *a* ſpecies. Quidam enim in perpetuum,
non ad modicum tempus conducunt, & emphyteutæ dicun-
4 tur, de quibus in §. ſeq. dicemus. Quidem vero conducunt ad
modicum tempus, quorum tres ſunt ſpecies; Quidam enim
dicuntur coloni conducticij: qui colunt agros, & dant inde
mercedem non in pecunia numerata, ſed in alia materia, vi-
delicet aliquot modios frumenti, non inſpecto eo quod ex
fundo percipitur, & tunc non actio locati ſed præſcriptis ver-
bis locum habet, cum ſit contractus innominatus, Facio vt
des. Quidam vero dicuntur coloni partiarij, qui colunt fun-
dum ad partem, ſeu medietatem fructuum, & cum domino
lucrum, & damnum partiuntur, vt ſic inter eos ſit quædam
ſocietas. Ergo actio pro ſocietas competit, d. l. ſi merces, §. vis
maior, ff. eo. Quidam vero dicuntur nummarij, qui nummis
colunt, & ſoluunt penſionem in pecunia numerata, qui pro-
priæ dicuntur conductores. Ideo actio locati, & conducti
tunc locum habet. Et de iſtis ſpeciebus colonorum, vide Bar.
in l. ſi apes, 26. §. 1. ff. de furtis, Ang. in §. is vero ad quem, 36.
ſup. de rer. diuiſ. Et de octo ſpeciebus colonorum, vide gl. ſu-
per Rub. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Item nota hic caſum quo-
tidianum inter Ruſticos, qui ſolent, coniungere boues, & al-
ternis diebus eis vti, in ea ſcilicet ſpecie non eſſe locationem,
ſed contractum innominatum, Facio vt facias. Nec, etiam
5 commodatum, quod gratuitum eſſe debet. Itaque ſi bos tuus
apud me pereat, ex culpa dabitur tibi actio præſcriptis verbis
vt hic, & l. ſi rem tibi inſpiciendam (alias eſt, §. 2 in l. ſi gratui-
tam) 17. ſi cum vnum, ff. de præſcript. verb.

ADDITIO.

a *Colonorum plures ſpecies poſt Gloſſam enumerat Chaſſaneus in conſuet. Burgun. Rubrica, (des mains mortes) Sunt enim alij adſcriptitij, cenſiti, perpetui, conditionales, inquilini, originales ſimplices, ruſticani liberi, de quibus vide eundem.*

§. Adeo autem.

1 *Contractus emphyteuticus quo iure introductus, & quid.*
2 *Emphyteuſis quare dicatur melioratio.*
3 *Emphyteuſis in quibus differat a locatione, & emptione, n. 5.*
4 *Feudum in quo differat ab emphyteuſi.*
6 *Contractus emphyteuticus quot modis celebretur.*
7 *Emphyteuſis ſcripturam requirit.*
8 *Emphyteuſis quotuplex.*
9 *Periculum rei emphyteuticæ ad quem ſpectet.*
10 *Ex quibus cauſis emphyteuta poſſit re emphyteutica priuari.*
11 *An dominus elapſo trienniò recipiens penſionem, nihilominus poſſit emphyteutam eijcere.*
12 *An emphyteuta ſuum vendere, vel alienare poſſit.*

a IMperator in hoc § emphyteuticum *a* contractum, qui alio
nomine locatio perpetua dici poteſt, declarat, de quo eſt
tit. in Cod. de iure emph. Et non per Canoniſt. in c. ponit, 4.
1 ext. loc. Eſtque hic contractus non a iure gentium, ſed ciuili
introductis ſec. gloſ. in §. ius autem gentium, 4. ſup. de iure
nat. &c. & l. ex hoc iure, 5. ff. de iniuſt. & iur. Et hoc modo per
Aluar. in prælud. feu. definitur, vt ſit locatio rei immobilis fa-
cta in perpetuum pro annua penſione hac leg. vt quamdiu
penſio ſoluatur, non poſſit auferri ab emphyteuta leg. 1. ff. ſi
2 ager vec. vel empt. Et dicitur emphyteuſis melioratio, quia
ab initio tantum ſteriles agri concedebantur colonis, vt eos
colerent, & redderent meliores, & fertiles, & inde quotannis
penſio ſolueretur. Hodie vero non tantum ſteriles ſed etiam
fertiles agri emphyteuticantur, vt inquit Az in Su. C. de iure
emph. & gloſ. hic, in verb. emphyteuticos.
3 Et d ffert hic contractus locatione. Primum, quia locatio
etiam rei mobilis fieri poteſt, vt ſupra dictum eſt. Hic vero
contractus conſtituitur tantum in reb ſoli ſeu immobilibus.
Secundo Dominium rei locatæ non transfertur in condu-
b ctorem, l. non ſolet, 39. ff. eo. Sed in hoc contractu vtile *b* do-
minium in emphyteutam tranſit d. l. iuncta, gl. & quæ ibi no.
ff. ſi ager vectig. Itaq. is poterit etiam vendere, vel alio mo-
do alienare ius ſuum ſeruata, forma tradita in l. fi. Cod. de iu-
4 re emph. Ita differentiam a feudo quod ſine conſenſu domi-
ni, & agnatorum alienari non poteſt vt per no. tit. De prohib.
feu. alie. per Frid.
Tertio in locatione penſio conſtitui debet in pecunia nu-
merata, vt in præc. §. habetur. Sed in hoc contractu in num-
mis, & in ſpecie, vel quantitate, veluti vino, vel frumēto, pen-
ſio conſtitui poteſt, 2. glo. hic in verb. Neque ad locationem
quę etiam plures differētias refert quas videre. Sic etiam dif-
5 fert ab *c* emptione, Nam l. in emptione res libere tranſit, ad
c emptorem, ſed in hoc cōtractu quotannis penſio ſoluitur, vt
hic. II. Res emphyteutica non ſoluto Canone ab emphyteuta
per dominum reuocari poteſt, vt inf. dicetur Res vero ven-
dita etiam, non ſoluto pretio per venditorem reuocari non
poteſt, l. in ciuile, 12. C. de rei vend. III. Per venditione ſecuta
traditione directum, & vtile dominium transfertur in em-
ptorem vt notatur, §. in venditæ, 41. & §. per traditionem, 40.
6 ſupra de rer. diuiſ. Sed in hoc contractu vtile dominium tan-
tum, vt iam dictum eſt vt vide gl. hic in verb. Neque ad ven-
ditionem. Tripliciter autem hic contractus celebrari poteſt
ſecund. gloſ. hic in verb. Auferre, 1. ad certum tempus vt ad
10. annos 2. In tertiam, vel quartam generationem, 3. In per-
petuum, vt quamdiu penſio ſoluatur, non poſſit auferri ab
7 emphyteuta, & hæredibus, vt hic. Et debet hic contractus fie-
ri in ſcriptis l. 1. C. de iure emphyt. Licet ſecundum Bart. ibi
etiam ſine ſcriptura fieri poſſit, & hoc ſine dubio, quando eſt
talis conſuetudo regionis alias ſecundum Doctor. tutius eſt,
ſcripturam interuenire. Et poteſt eſſe ratio, ſecundum Ang.
hic, quia res datur in emphyteuſim vt perpetuo ſit apud reci-
pientem, quam de facili poſſit accipiens vel eius hæredes di-
cere eſſe ſuam, niſi introductum eſſet, vt ſcriptura interueni-
8 ret. Et dicit Ang. hic, quod ſemper viderit, ita practicari. *d*
d Eſtque duplex emphyteuſis, ſecundum Az. C. de iure emph.
& Hoſt. in Summa locati, nu 9. Priuata, quando aliquis pri-
uatus, & laicus concedit rem propriam in emphyteuſim: &
Eccleſiaſtica, quando res Eccleſiaſtica immobilis ab Oecono-
mo, & alijs adminiſtratoribus cum cauſæ cognitione, an ſci-
licet Eccleſiæ expediat, emphyteuticatur; vt notat. in Auth.
Si quas ruinas, C. de ſacroſ. Eccl. & c. potuit, extra locati.
9 Sed iam quæritur: Ad quem *e* ſpectet periculum rei em-
e phyteuticę? Et Imperator in fi. §. noſtri diſtinguit hoc modo:
Aut eſt conuentum, cuius debeat eſſe periculum, & ſtabitur
pacto. Aut non eſt conuentum, & tunc ſi tota res perit, do-
mino perit: ſi vero eſt particulare damnum, ad ipſum em-
phyteutam ſpectat. Vnde periculum in fructibus contingens
ad emphyteutam ſpectat, ſecund. Cyn. in d. l. 1 C. de iure em-
phy. & addite Fert. in forma libelli, qua agitur ad ficti præſta-
tionem, ſuper verbo, Recuſauit. Item quæritur; Ex quibus
f cauſis emphyteuta re emphyteutica priuari *f* poſſit? Et dicto,
quod ſi eſt emphyteuſis Eccleſiaſtica, emphyteuta infra bien-
nium

ADDITIONES.

a *De emphyteuſi vide Alc. 1. Parergon. 26 29. Maſuer. in prax. tit. de locato, & iure emphyteutico. Specul. eod. titul. Clarum, 4. Senten. §. emphyteuſis.*
b *Emphyteuta rei vtile dominium habet, & agit rei vendicatione, & omni interdicto, l. 1 d. 5. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. l. 1. §. 1. § quod ait Prætor. ff. de ſuperficiebus.*
c *Emphyteuſis vt a contractu libellario, & cenſuali differat, vide Clar. 4. Sent. §. emphyteuſis, q. 1. in princ. & quid ab allodijs, ibi q. 49. & an argumentum de feudo ad emphyteuſim valeat, & contra vide eundem, ibid. q. 50.*
d *Ita eſt. Sed tamen altera eſt receptior opinio, ſcripturam de ſolennitate non requiri.*
e *Vide Clar. in d. loco, q. 8.*
f *De caducitate emphyteuſis vide Clarum ibid. q. 8. 9. 10.*

nium non ſoluens Canonem amittit eam d. c. potuit ex locati. Si vero eſt emphyteuſis priuata, & emphyteuta per triẽnium ceſſat ſoluere penſionem expelli poteſt l. 2. Co. de iur. emph. Sed dubitatur, quando elapſo triennio dominus recipit penſionem, an nihilominus, poſſit emphyteutam deijcere.
11 Et dic, quod, non exceptis his caſibus. I. Si dominus fuerit in contrarium proteſtatus, vt notatur per gl & Doct. in d. l. 2. Et plures quæſtiones, videre per Ferrar. in d. forma libelli, qua agitur ad ficti præſtationem, ſuper verb. Fictum dicti temporis. II. Si emphyteuta rem emphyteuticam deteriorem reddat, arg. l. æde. 3. C. de locato, & vide Ferr. ſup. verb. Fictum in fi. III. Si irrequiſito domino rem emphyteuticam alienauit, l. fi. in fi. C. de iure emph. Licet enim emphyteuta ius ſuum vendere, & alienare poſſit, tamen prius debet denunciare
12 domino, & eum requirere, an ipſe velit emere pro tali pretio quod alius ſoluere vult, & expectandus eſt dominus per duos menſes quibus elapſis ſi noluerit emere, poterit emphyteuta prohibito alteri vendere ius ſuum, etiam ſine conſenſu domini perſonæ non prohibitæ. Et pro inueſtitura noui emphyteutæ debentur domino quinquageſima pars pretij, vel æſtimationis loci, quia ad aliam perſonam transfertur. Et ſi hac forma non obſeruata, emphyteuta alienauerit emphyteuſin, cadit iure ſuo d. l. fi. Et nota de iure domino deberi tantum quinquageſimam de bonis emphyteutici, & vocari illam partem, [Die Lehenvvahr] De quinquaginta Florenis, vnum. Poteſt tamen de conſuetudine induci, vt vigeſimus, vel decimus Florenus domino pro parte ſua (Zur Lehenvvahr) ſoluatur. De quo vide poſt Iaſ. & Doct. in l. fi. ſententia Scabinorum, Lipſenſium. [Vveibsbild,] mihi fol. 100.

§. Item quæritur.

1 *Differentia inter venditionem, & locationem.*
2 *In contractu facta ſunt ſeruanda.*
3 *An locator intereſſe conductore non ſoluente mercedem petere poſſit, & an conductor teneatur reficere oſtia, & feneſtras.*

1 IMperator redit ad declarationem locationis temporalis. Et notabitis ex hoc §. differentiam inter venditionem, & locationem. Si n. res fabricatur ex materia artificis, & ſoluitur precium in pecunia numerata eſt venditio. Si vero ex materia petentis opus fit, & merces ſoluitur dicitur locatio, &
2 ibi ſimilis eſt tex. in l. 2. §. adeo, ff. eodem. Deinde nota, in hoc contractu ſeruanda eſſe pacta, d. l. 2. §. ſi conuenit ff. depoſiti, & omnia alia, quę veniunt ex cõtractus natura. Eſt enim bonę fidei, in quo venit, omne id, quod æquum, & bonum eſt, licet, non fuerit dictum, de quo in §. actionum, 28. inf. de act.
3 dicetur. Ideo locator petit intereſſe a conductore nõ ſoluente, mercedem, l præſes 17. C. eod. Sic contra conductor non
a tenetur reficere a oſtia, feneſtras, &c. ſed agit contra locatorem, vt reficiat, l. ex conducto, 15. §. 1. ff. eodem. Quod eſt verum, niſi ſint deteriorata, & deſtructa per conductorem, l. eum conductorem, 29. C. eod. Alias ſi locator non reficiat, vel quando obſcurantur lumina domus aut alio modo, redditur habitatio incommoda poterit conductor recedere, & pro rata temporis tantum ad penſionem tenebitur, l. ſi merces 25. §. ſi vicino, ff. eod. Quod eſt verum, niſi modica ſit incommodatio l. habitatores, 27. in princip. ff. eod. vel ſi magna eſt & inquillinus non receſſit, nam nihilominus tunc tenetur ad integram penſionem. Sit ergo inquillinus cautus ne taceat ſec. Pau. de Caſt. in d. §. ſi vicino. Tenetur autem conducto reficere viam ante domum, expenſis tamen locatoris, l. vnica, §. conſtruat, verſ. quicunque, ff. de via publica. Item tenetur ſoluere tributum dare conducta ſed poterit hoc defalcare locatori, ſicut facit creditor pignoria ſec. Plat. hic per tex. in l. in ſumma 6. C. de pig. Et generaliter conductor expenſas vtiles in re conducta factas repetere poteſt, l. debes, 45. §. 1. & l. colonus 61. in prin. ff. eod.

ADDITIO.

a *Refectio ad quem pertineat vide Bartol. in quæſtionibus, qu. 4. verſ. 2. Videndum eſt.*

§. Qui pro vſu.

1 *Conductor, præſtat, dolum latam, & leuem culpam.*
2 *Vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum.*
3 *An conductor de caſu fortuito teneatur.*

1 EX natura huius contractus ſpectatur dolus lata, & leuis culpa, & cuſtodia, l. in iudicio, 28. C. eodem, non autem leuiſſima, quia hic contractus celebratur gratia vtriuſque, id eo exactiſſima diligentia non præſtatur per reg. l. ſi vt certo, 5. §. nunc videndum 2. & ibi Bart. ff commodati. Nec obſtat tex. noſter, quia ſecundum gloſſam hic hoc eſt ſpeciale in rebus hic enumeratis propter earum fragilitatem, maior itaque diligentia, & cura adhibenda eſt. Nam vbi eſt maius periculũ ibi cautius eſt agendum, vulgato, c. vbi periculum 3. de elect.
2 in 6. Multo minus igitur conductor de caſu fortuito tenetur.
3 textus eſt hic, & in d. l. in iudicio, niſi in ſe ſuſceperit periculum caſus, vt not. in d. l. in iudicio, &c.

§. Finalis.

1 *An morte conductoris finiatur contractus locationis.*
2 *An morte locatoris finiatur locatio.*
3 *An conductor a locatore ante præfinitum tempus expelli poſſit, & n. 9.*
4 *Quomodo ſuccurratur conductori, ne ante præfinitum tempus a locatore expellatur.*
5 *An conductor poſſit rem conductam alteri locare.*
6 *An faber apud ſcholas malleans, poſſit repelli à Doctoribus, & ſcholaribus.*
7 *Domini ædium poſſunt compelli ad locandas ædes ſcolaribus.*
8 *Scholaris vagus non ſit magiſter.*
10 *Quando conductor dicatur male verſari in re locata.*
11 *Quo tempore penſio ſit ſoluenda.*

1 PRo declaratione huius §. duas notabitis concluſiones I.
a Quod contractus locationis morte a conductoris non finitur, ſed hęres infra tempus conductionis ſuccedit, ſiue eſt temporalis locatio, ſiue perpetua, l. viam veritatis, 10. C. eod. & §. adeo, ſupra eodem. Alias ſi tempus conductionis eſt finitum, non tenetur hęres reconducere, ſicut neq. defunctus,
2 l. inuitos, 11. C. eo. Quod, nec ex morte locatoris locatio finitur, ſiue ſit temporalis, ſiue perpetua, dicta l. viam veritatis,
b vbi pro Regula b traditur, hæredem obligari ex locatione, & conductione defuncti, tam perpetua, quam temporali. Secus tamen eſt in iure Saxonico, quo hæres non tenetur ſtare locationi factæ colono per defunctum art. 77. lib. 3. Et quamuis de iure communi hęres, & ſic ſucceſſor vniuerſalis teneatur habere ratam locationem factam per defunctum, dicta l. viam veritatis tamen ſingularis ſucceſſor, vt emptor, non tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem, ſeu venditorẽ text. eſt in l. emptorem, 9. C. eod vbi fundatur illud vulgatum dictum, [Kiuff gehet vor miethe.] Id eſt; [Emptio præponde-
3 rat locationi.] Vnde ſi dominus locauit tibi ædes ad quinquẽnium, & interim illas vendat Sempronio, Sempronius non cogitur obſeruare illam locationem vſq. ad tempus præfixũ, ſed te expellere poteſt, tex. eſt in dicta l. emptorem. Ad quod notabitis cautelam, quam tradit Ioan. de Imola in l. filius familias, 114. §. Diui, ff. de legat. primo, & eam refert Iaſ. in l. quo-
4 ties, 15. C. de rei vendicat. & in effectu eſt Bart. in d. l. emptorem, qualiter ſuccurratur cõductori, ne ab emptore ante pręfinitum tempus expelli poſſit: videlicet, vt ſuper hoc contractu conficiatur inſtrumẽtum, in quo locator promittet ſe alij non venditurum ſub obligatione omnium bonorum, pręſertim autem illius domus locatæ. Nam tunc propter ius hypothecæ in re conducta conſtitutum, quod ad quemcumq. ſucceſſorem tranſit, non poterit conductor antè tempus præfinitum expelli, etiam ab emptore, & addit Ferra. in dicta forma libelli, ſuper verbo, Soluere.
5 Porro circa hunc titul. notabitis, quod conductor c poſſit
c rem conductam alteri locare, niſi aliud dictum ſit, l. nemo, 6. C. eod. Quod intellige, æque idoneo, & ad eundem vſum, ſecund. gloſſam in dict. l. nemo. Vnus tamen ſocius recedens, & abiens forte in patriam, non poteſt alium ſubſtituere inuitis ſocijs

ADDITIONES.

a *Morte conductoris, non finitur locatio, vt hic. Et in eo conductor differt a fructuario, vt dictum eſt in §. is vero ſupra, de rerum diuiſione.*
b *Succeſſor an teneatur ſtare locationi authoris, vel prædeceſſores, vide Fabrum in l. emptorem C. locati.*
c *Adde, l. ſi tibi, ff. eod. l. vniuerſas, §. vlt. ff. de acq. poſſeſ. Et eod. modo ſtudioſus re locare conductum muſæum poſſe dicitur. Fab. in l. nemo, C. eodem.*

ſocijs, & hoc ratione ſocietatis, vbi induſtria perſona electa
intelligitur, ſec. gl. ſi. hic. Hinc Pla. hic refert, ſi vnus ex ſcho-
laribus ſocijs turbet alios, vel alta voce legẽdo impediat alios
6 poſſe illum de illa habitarione expelli, vel cogi, vt taceat. Si-
cut faber, qui inuenitur apud Scholas malleãs poteſt per Do-
ctores, & Scholares repelli, ne eos impediat: quia eſt fauor
publicus, habere doctos viros, & Scholares, per quorũ ſcien-
tiã totus mũdus illuminatur, vt inquit Imper. in Auth. Habi-
ta, C. ne filius pro patre, vide Iaſ. in l. 1. in pen. col. ff. ſol. matr.
7 Vnde etiam domini ædium cõpelli poſſunt ad locandas ędes
ſcholaribus, alias commodas habitationes non inuenientib.
vt refert hic Pla. & Iaſ. in d. l. 1. & ſubijcit hic Angel. diligenti
ſcholari coeundam eſſe ſocietatem cum bonis & doctis, alle-
gans Catonem, [Cum bonis ambula,] &c. Scholaris enim
vagus non ſit Magiſter, ſec. glo. in l. 1. C. de tyron. lib. 12.
9 Deinde circa hunc §. notabitis, quod ante finitum tempus
a conductionis, inquilinus de domo expelli non *a* poteſt, d. l.
æde, & l. ſi de fundo, C. eo. etiam ſi alius inquilinus, vel colo-
nus maiorem penſionem offerat, l. ſi olei, C. eod. niſi in qua-
tuor caſib. I. Quando conductor penſionem non ſoluit, d. l.
æde, etiam fuerit factũ pactum de non expellendo, l. quæro,
b §. inter locatorẽ, ff eo. II. Si de nouo emerſerit neceſſitas *b* lo-
catori habitandi in ipſa domo. Nam tunc quia ad proprios
vſus opus habet ædibus, inquilinum expellere poteſt, d. l. ędc.
c III. Quando conductor vult reficere *c* ædes, d. leg. æde. IV.
10 Quando conductor in re locata male verſatur, d. l. æde. Di-
citur autem male verſari, quando rem reddit deteriorem, ſe-
cund. Balb. ibi. Item ſi conductor ad vſum improbatum, & in
honeſtum, puta ad exercendum fęnus, ca. 1. de vſuris in 6. Itẽ
Scholaris inducendo ganeas, & meretrices, male dicitur vti
re locata, gl. in l. non aliter, 7. ff. de vſu, & habitat. Et obiter ad
d. l. æde, notabitis, ſi quis conduxit domum ad triennium, &
ſoluit penſionem totius temporis in principio locationis an
poſſit in prædictis caſibus expelli. Et Ferrarius in forma li-
belli, ſuper verbo, inueſtiuit, n. 7. decidit, quod non, & locato-
rem ſibi imputare debere, qui recipiendo penſionem totius
temporis, ſe a iure deijciendi excluſit, argum. d. l. æde, & d. l.
quæro, §. inter locatorem.
11 Vltimo circa hunc tit. quæritur, quo tempore penſio ſit
d ſoluenda? Et diſtinguite. Aut *d* quis conduxit in perpetuum
& licet infra triennium penſionem non ſoluat non tamen
prius expelli poteſt, vt in §. adeo, dictum eſt. Aut quis condu-
xit ad quinquennium, & infra biennium non ſoluens quo-
que expellitur d. l. quæro, §. inter locatorem. Aut quis ſimpli-
citer conduxit ad modicum tempus, & tunc ſec. gl. in d. leg.
æde, ſubdiſtinguendum. Aut enim eſt actum inter partes,
quo tempore ſolutio fieri debeat, & tunc penſio ſtatuto, &
conuento tempore præſtari debet Aut non eſt expreſſe con-
uentum, & tunc attendenda eſt conſuetudo regionis, quæ
non apparet, regulariter in fine anni ſolui debet. Semper
enim in obſcuris id, quod minimum eſt, ſequimur, l. ſemper
in obſcuris, 9. ff. de reg. iur. Porro de actionibus competenti-
bus, ex hoc contractu, in §. actionum, 28. inf. de act. dicetur.

ADDITIONES.

a *Quid ſi expulſus ſit? an competat interdictum, Vnde vi? Vide Fabrum in l. ſi defuncto, C. eod.*
b *Secus ſi prouideri potuit Bald. l. 3. n. 2. C. de loca.*
c *Quid refectis ædib. poteſtne conductor conductionẽ ſibi aſſerere, eamq; repetere? Poſſe videtur, l. ſi duo, vbi gl. & Bart. l. ſi inquilinus, in verb. Teſtari, C. vti poſſidetis Roman. ſing. 12.*
d *Quid de remiſſione penſionis, & an propter peſtem, incendium, & ſimiles cauſas ſit facienda? Vide Guid. Pap. q. 630. Gayl. 2. obſer. 13.*

DE SOCIETATE. TITVLVS XXVI.

1 *Concordantes Rubricæ cum hoc titulo.*
2 *Definitio ſocietatis.*
3 *Societas quare introducta.*
4 *Quot modis ſocietas contrahatur, & nu. 5. 6. & 7.*
8 *An in ſocietate omne lucrum, & damnum inter ſocios ve-niat communicandum.*
9 *Lucrum intelligitur omni ære alieno deducto.*
10 *Quales debeant eſſe partes damni lucri.*
11 *Societas habet vinculum fraternitatis.*
12 *Partes æquales dicuntur ratione, & reſpectu ſortis.*
13 *An vnus poſſit ponere operas, alter pecuniam.*

1 Tertius contractus, qui ſolo conſenſu perficitur,
ſocietas dicitur, de quo Imperator in hoc titulo
differit, qui habet concordantes Rubr. in ff. &
C. pro ſoc. Et hoc modo per Gloſſam Rubr. no-
ſtrę definitur, vt ſit duorum pluriumve conuen-
2 tio boneſte contracta, ad vberiorem quæſtum, & commo-
diorem vſum. Licet enim de iure gentium dominia rerum
ſit diſtincta, l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iur. vnde quoque
bella inducta: cum ſec. Ferrar. in forma libelli, in cauſa ſocie-
tatis, inter Meum, & Tuum nunquam fuerit pax bona, adeo
vt Tullius dicat: [Quietiſſime homines viuerent, ſi duo de
medio tollerentur, Meum, & Tuum:] tamen ſi quando ali-
3 quando neceſſitas, vel vtilitas ſuadet, bona inuicem in to-
tum, vel pro parte in communione ponere, vt vberior quæ-
ſtus inde percipiatur, & commodius quis re ſua poſſit, vt in-
troductæ ſunt ſocietates, ſec. Ferrar. in forma libelli, in princ.
& neceſſe eſt animum contrahendæ ſocietatis interuenire.
Nam alias ſi duo, vel plures habeant rem communem, vt
quia duobus hæreditas eſt delata, non dicuntur ſocij. Itaque
nec actio pro ſocio, ſed familiæ erciſcundæ locum habet.
Ex principio autem tit. noſtri, iuncta glo. in verb. emendi,
primo notabitis, ſec. Doct. hic, ſocietatem quatuor modis ex-
4 preſſe contrahi, l. 5. ff. eo. I. Contrahitur ſocietas omnium bo-
a norum, quando expreſſe *a* agitur ſub nomine, & ſigno vni-
uerſali, quod ſit generalis, & vniuerſalis ſocietas, l. 1. & 3. §. 1.
ff. eo. Et ideo Notarij ſapienter faciunt quando dicunt in in-
ſtrumento ſocietatis, inter partes eſſe actum, vt præſens ſo-
cietas ſit generalis ſuper omnibus bonis præſentibus & futu-
ris, quocumque modo acquiſitis, & acquirendis, tam ex indu
ſtria, quam à fortuna, tam ex contractibus inter viuos, quam
vltimis voluntatibus, vt inquit Ferrar in d. forma libelli, ſuper
verb. Societatem. Nam in tali ſocietate ſunt communicanda
omnia, quę tẽpore ſocietatis poſſidentur à ſocijs, & ipſo iure
talium bonorum dominium, & poſſeſſio tranſit de vno ad
alium pro æqualibus portionibus, ita vt ſine aliqua traditio-
ne dimidia pars omnium meorum bonorum transferatur in
ſocium meum, & è contrario, l. 1. & 2. ff. eod Eſtque ratio ſe-
cundum Angel. hic, poſt gl. in d. l. 2. quia traditio fingitur fa-
cta. Nam quod primum poſſidebam in ſolidum meo nomi-
ne, iam meo, & ſocij nomine poſſideã, & ſic poſſeſſio in eũ
eſt translata, iuxta l. quod meo, 18 in principio, ff. de acq. poſ-
ſeſſ. & etiam dominium per contractum præcedentem, d. l.
1. in fin. Item veniunt communicanda omnia alia bona cor-
poralia, & incorporalia per ſocios acquiſita, ſiue ex induſtria,
& labore perſonæ, ſiue à fortuna, ſiue ex contractibus, ſiue
vltima voluntate, vt ex delatione hæreditatis, vel legato, ſiue
ex titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, d. l. 3. §. 1. ff. eo. dũmodo ſint
quęſita ex honeſta cauſa. Secus, ſi ex inhoneſta, quia delicto-
rum turpis, & fęda eſt communio, l. quod autẽ ex furto, 53.
cum 4. legibus ſeq ff. eo. facit l. à reo, 70. § fin. ff. de fideiuſſor.
Vnde Ferrar. in d. forma libelli infert, quæſita per prauitatem
vſurariã non eſſe communicanda, cum vſuræ de iure diuino,
& Canonico prohibitæ ſint, & graues pęnę contra vſurarios
ſtatutæ, cap. quia in omnibus, & per tot. ti. Extra de vſuris. II.
5 Contrahitur ſocietas ſimplex, non adiecto ſigno vniuerſali
omnium bonorum. Et quando ſimpliciter ſine diſtinctione
facimus ſocietatem, nõ expreſſo certo genere negotiationis
nec etiam omnium bonorum, talis ſocietas non refertur ad
omnem negotiationem, ſed tantum intelligitur cõtracta re-
ſpectu eius, quod ex operis, non ex fortuna, & vltimis volun-
tatibus acquiritur. Ideo ſolum ea communicãda veniunt, &
hæreditas legata, & donationes nõ communicantur, l. coiri,
7. cum l. legibus ſeq. & ibi Bal. ff. eo. III. Contrahitur ſocietas
6 alicuius ſpecialis negotiationis, vt vini, frumenti, lanæ, &c. Et
in ea omnia, quæ ex illa negociatione proueniunt, cõmuni-
cãda veniũt, ſed aliunde quęſita, ſiue ex induſtria, perſonę, ſi-
ue ex fortuna, non communicantur, lege cum duobus, 52. §.
fin.

ADDITIO.

a *Tacite etiã contrahi poteſt ſocietas, Sic ſolo vſu inter fratres cõtrahitur ſocietas in eo, ſcilicet in quo vſus interceſſit, vt quia ambo artifices erant, & ambo communicabant lucrum artificij. Hoc enim caſu cõtracta intelligitur ſocietas in illa arte tãtum, & fructibus inde prouenientibus, non in alijs ſimptionib. Cyn. Oldr. Bar. in l. ait, § ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priuato, Bart. in l. Titium, §. altero, ff. de admin. tut. l. ſi partus, C. communia vtriuſque iud. l. cum duobus, §. Papinianus, ff. pro ſoc. Adde Maſuer. in prax. tit. De ſocietate, numer. 14. 15.*

Digitized by Google

7 fi.ff.eo.IV. *a* Contrahitur ſocietas vnius rei tantum, vt in vno
8 æquo vendendo, &c. d.l.5. Et clarum eſt vltra illam rem ſocietatem non extendi, ſec. Pla. hic.

8 Deinde principaliter notabitis ex pr.tit.noſtri in ſocietate omne lucrum, & damnum inter ſocios eſſe communicandũ, l. ſi non fuerint, 29. in pr. & l. plane ſi ambo, & d.l. cum duob. §. damna, in fi. ff. eod. Et in lucri computatione debet fieri de-
b ductio, damni, & expenſarum *b* factarum occaſione iſtius ſocietatis. Dicitur autem lucrum, omni damno, & expenſis deductis, & e contrario damnum omni lucro deducto, l. Mu-
30 tius, 30. ff. eo. Et pro pleniori doctrina quando quæritur, quales debeant eſſe partes damni, & lucri? Ita diſtinguit poſt Imperatorem, & Doct. hic. Aut non eſt conuentum inter ſocios de partibus lucri, & damni, & tunc in dubio partes debent eſſe æquales, tex. eſt hic quia ſocietas habet vinculum fraterni-
31 tatis, l. verum, 63. in prin. ff. eo. Quod eſt verum, quãdo capitale fuit æquale, quia vterque eandem, quantitatem pecuniæ contulit, & etiam eaſdem operas. 2. glo. hic in verb. Æquales. Idem quando capitale eſt inæquale. Nam, & tunc partes lucri, & damni debent eſſe æquales, iuxta ſcilicet quantitatem capitalis. Nam ſi vnus, poſuit 12. & alter 8. licet nullum pactum interuenerit, tamen qui plus poſuit quam alter, plus etiam damni, & lucri ſentiet, quod tacite actum intelligitur
32 dicuntur partes æquales, ratione, & reſpectu ſortis, & ita intelligitur d.l. ſi non fuerint, in prin. ff. eo. Item, quando vnus poſuit operas tantum, alter vero pecuniam, quod fieri poteſt vt in §. ſeq. dicetur. Nam, & tunc, ſi aliud expreſſe non eſſe actum, partes lucri erunt æquales, ſecund. gl. in l.1. C. eod. Aut inter ſocios eſt conuentum, quales debeant eſſe partes, lucri, & damni, & illud regulariter ſeruandum eſt, text. eſt hic. Et quando conuentum eſt de altero tantum, veluti de lucro, ac de altero, damno videlicet nihil dictum, vel è contrario, tunc conuentio de vno, intelligitur etiam facta de alio, ita vt pars in lucro adiecta videatur, & contra, §. illud, inf. eod.

ADDITIONES.

a *Adde alium modum ſocietatis contrahendæ. Nam tacita quoque (vt expreſſe) ſocietas contrahitur, vt puta inter fratres idque ex ſolo vſu, vt ſi duo fratres inter ſe eiuſdem artificij quæſtum conferunt Cyn. & Oldr. quos refert Bar. in l. aut, §. ſi quis hoc interdicto ff. de itin. actuque priua. & eodem modo tacite diſſoluitur, l. itaque, ff. eo. Adde Bart. in l. Titium, §. altere, ff. de admin. tutor. in l. ſi partus, Cod. communia vtriuſque iud. leg. cum duobus, §. Papinianus ff. hoc titulo.*

b *Quid? ſi ſocius ſocio, qui refecit communem domus expenſas, cum vſuris, & eo quod intereſt, intra quatuor menſes non refuderit? Dominio partis ſuæ priuatur l.4. Cod. de ædific. priuat. l. ſi duob. § idem reſpondit, ff. pro ſocio neque eo caſu opus eſt literis Regijs, vt ſocius compellatur expenſas refundere, cum ſocius, qui refecit, dominium ita nactus ſit. Vide Cepol. cau. 85.*

§. De illa,

1 *An pactum inter ſocios, vt partes ſint in ſocietate inequales valeat.*
2 *An alter ſociorum totum damnum, alter vero partem lucri, & nihil de damno ſentiat.*
3 *Societas coiri non poteſt, vt vnus totum lucrum ſentiat.*
4 *Societas contrahi poteſt, vt alter pecuniam, alter operas conferat.*
5 *An pecunia æqualiter veniat diuidenda finita ſocietate, in qua vnus operas, alter pecuniam contulit.*
6 *Si capitale eſt perditum, vel aduerſa fortuna diminutum, an ponens opera teneatur aliquid conferre illi, qui pecuniam contulit.*
7 *An conferens operas teneatur operari ſuis expenſis.*

1 EX hoc §. iũcto fi. pr. ti. noſtri, primum notabitis, pactum inter ſocios, valere vt partes in ſocietate, ſint inæquales, & plus lucri, vel damni percipiat alter ita vt ad vnũ due partes lucri, & vna damni pertineat, vt hic in fi. princ. d.l. ſi non fuerint, in prin. Quod intellige ſec. gl. in verbo. Et adeo, procedere, quando quis plus rei contulit, vel operæ, alias tale pactum non valeret, tex. eſt in d.l. ſi non fuerint, in prin.

2 Secundo, notabitis poſſe *a* conueniri, vt alter ſociorum to-
a tum damnum *b* ſuſtineat, alter vero partem lucri, & nihil de
b damno ſentiat. Quod ita intelligendũ eſt vt non poſſit petere medietatem lucri de rebus ex quibus lucrum perceptũ eſt & nõ damnum de rebus, ex quibus damnum ſecutum eſt, ſed vt facta compenſatione damni, & lucri, ſi quid ſupereſt, eius
c partem accipiat, ita eſt tex. hic, & addite l. Mutius, 30. ff. eod.

3 Tertio, notabitis non valere pactum, vt vnus capiat totum lucrum, & alter totum damnum ſentiat, alias eſſet leonina ſocietas, d.l. ſi non fuerint, §. fin.

4 Quarto notabitis, ſocietatem ita contrahi poſſe, vt ex parte vnius conferatur pecunia ex parte vero alterius tantum opera, & tamen lucrum inter eos commune, ſit quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet tex. eſt hic, in l.1. C. eo. & in
5 d.l. ſi non fuerint Sed iam quæritur, quando vnus poſuit pecuniam, alter vero contulit operas, an finita ſocietate, illa pecunia capitalis ſit æqualiter diuidenda. Et omiſſa diſtinctione, gl. in d.l.1. communiter reprobata, reſpondere poſt Bal. &
c Doctor. ibi Pl. & Ang. hic ab illo ſolo retineri pecuniam capitalem, ſeu ſortem, qui eam contulit. Quare enim (inquit Bal.) meam ſocius debet habere meam pecuniam. Et ſi tu dicis, quia contulit operas, reſpondet Bal. & Pau. de Caſt. licet is perdiderit operas ſuas tamen, & ego perdidi commodum pecuniæ, quæ ſtetit otioſa, & ſine fructu, cuius commodi lo-
6 co ſuccedit pretium operarum, non loco proprietatis alias ſequeretur inæqualitas, vt præſtans operas habeat lucrum, & alius damnum. Et ex his patet etiam reſponſio ad aliam quæſtionem, qua quæritur, ſi illud capitale eſt perditum, vel aduerſa fortuna diminutum an ponens operas teneatur aliquid conferre illi, qui pecuniam contulit: Nam reſpondet Bal. in dict. l.1. perire illud periculo ponentis pecuniam nec enim conferens operas intelligitur ſe obligare ad damnum ſortis cum ſufficiat damnum operarum. Et quia in caſu præcedenti de capitali nullum lucrum cæpit, ideo nec aliquod
7 damnum eius ſentire debet iuxt. le. ſecund. naturam, 10. ff. de reg. iur. de quo latius vide Bal. & Doct. in d.l.1. C. eo. Sed dubitatur an conferens operas teneatur operari ſuis expenſis.
d Et dic de communibus expenſis *d* eum operari, cum lucrum non dicatur, niſi deductis expenſis, niſi tacite actum eſſet contrarium, ſicut etiam excipiuntur expenſæ quotidianæ cibi, & potus quas alias domi facturus fuiſſet, de quo vide hic Chriſtophorum Porcium.

ADDITIONES.

a *Societas quomodo inæqualitatem lucri, & damni ſentiat, vide Gayl. 2. obſer. 34.*
b *Subaudi pecunia.*
c *Idem tenet Gail. 2. obſer. 34. num. 6. poſt multos alios.*
d *Has autem expenſas deducere non ex ſorte principali ſocij, ſed ex lucro, ſi quod factum fuerit.*

§. Illud expeditum.

1 *Natura ſocietatis quæ.*
2 *Regula, cõtrariorum eadem eſt ratio, quomodo intelligenda.*
3 *Si quis ex ſocijs altero inuito eat Venetias pro mercantijs ſuo periculo, an lucrum, quod inde percepit, communicandum veniat.*

1 NAtura contractus ſocietatis eſt, vt conuentio facta ſuper lucro, intelligatur repetita ſuper damno, & contra: quia illa duo dijudicantur ad paria, ita vt ſtatutum, & determinatum in vno, intelligatur etiam ſtatutum in alio, cum
a contrariorum *a* eadem ſit ratio, 2. gl. hic. Quæ regula tribus
2 modis intelligi poteſt ſecund. Ang. hic, vt eandem ſit natura contrariorum I. Quantum ad cognitionem, vt cognito vno de contrarijs cognoſcatur, & aliud, leg. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. II. Quantum ad iuris diſpoſitionem, vt hic. III. Quantum ad contrariam efficientiam, quia contraria operantur contrarium effectum, c. qui ſentit, 55. de reg. iur. in 6. Vnde Bartoli per text. noſtrum, in l. quia, poterat, 4. ff.
3 ad S. C. Treb. infert, ſi vnus ex ſocij vult ire Venetias pro mercantijs inuito altero ſocio, & ſic ſuo tantum periculo, & ſi aliquod lucrum illa profectione conſequatur, non teneri eum ad communicationem, cum ſocius noluerit eſſe particeps damni: adde Pla. & Ang. hic, in fi. §. noſtri.

ADDITIO.

a *Diſpoſitum in ſenſu directo an oppoſitum arguat à contrario, vide Concennatium, 4. q. 5.*

§. Manet autem.

1 *Societas quomodo finiatur.*
2 *Communio parit diſcordiam.*
3 *Renunciatio debet fieri bona fide.*
4 *Pœna calliaæ malitioſæ, & intempeſtiuæ renunciantis ſocietatem, & n. 5.*

Hacte.

HActenus dictum eſt de ſocietate côtrahenda, nunc ve
rò Imperator aliquot modos ſubijcit, quibus ſocietas
1 finitur. Et primo ſoluitur ſocietas renunciatione. Sicut enim
conſenſu contrahitur, ita diſſenſu ſoluitur, vt hic & l. actione,
a 65. §. diximus, 3. ff. eo. facit l. prout quidque, 80. a ff. de ſolutio.
Licet igitur vni ſociorum alio etiam inuito renûciare ſocie-
2 tati. Cum enim communio pariat diſcordiã, l. cum pater, 77.
§. dulciſſimis fratribus 20 ff. de legat. 2. nemo inuitus in cô-
munione cogitur, l. fin. ff. comm. diuid. Et quęſita poſt renun-
ciationem, non communicantur, ſed, ſunt acquirentis, vt hic,
3 & d. §. diximus verſ. Quod ſi quid poſt. Sed ad hoc, l. Requiri
b tur, vt talis renûciatio fiat bona fide. Si enim callide, b & ma-
4 litioſè, quis renunciaret, vt qui inſtitutus eſt hæres, & vt hęre
ditatem, quæ in vniuerſali ſocietate venit communicanda,
ſolus retineat, ſocietati renunciat, tunc pateretur hanc pæ-
nam vt omne damnum inde ſecutum ſit ipſius renunciantis
proprium, commodum vero inde præceptum, ſit commune.
Et omne lucrum, quod acquirit, ille cui ſocietas renunciata
eſt, ſuum proprium eſt damnum vero cum ſocio malitioſè
renunciante, eſt commune. Ita eſt tex. hic, & in d. §. diximus,
& in le. ſed, & ſocius, 17. §. ſi abſenti, ff. eo. II. Requiritur, vt
fiat renunciatio ſocio præſente, d. §. ſi abſenti, vel eius procu-
ratore, lege actione, 65. §. item ſcriptum, 8. ff. eod. Si enim, fiat
ſocio abſente, & ignorante, lucrum poſtea perceptum à re-
nûciante eſt commune, & detrimentum ſolius renunciantis,
d. §. ſi abſenti. Eandem pęnam patitur, qui intempeſtiuis re-
nunciat, ideſt ante tempus finitum in ſocietate appoſitum, d.
l. actione, §. Labeo, 5. ff. eod. Quod eſt verum, ſi ſocio ſeruen-
tur promiſſa: habet enim iſtam tacitam conditionem, vt ante
tempus non poſſit renunciari, quando ſcilicet conuenta ſer-
uantur, l. ſi conuenerit, 14. in fi. ff. eod. facit tex. in l. quæro, 54.
§. inter locatorem, ff. locati. III. Habet & aliam conditionem,
dummodo ſocius non ſit rixoſus, vel damnoſus, d. l. ſi conue-
nerit, in fi. ff. eo. vel niſi renûcians ex iuſta, & neceſſaria cau-
ſa longo tempore ſit abſuturus, de quo latius vide hic Ang.

A D D I T I O N E S.

a *Facit lex nihil, tam naturale, vbi Dec. 35 ff. de reg. iur. & c. 1. extr. De reg. iur. §. vl. inf. quibus modis tollitur oblig. l. 1. Cod. quando liceat ab emptione diſcedere.*
b *Adde l. actione, §. diximus, ff. pro ſocio.*

§. Soluitur.

1 *Societas morte alterius ex ſocijs finitur.*
2 *An ſocietas pacto ad hæredem tranſire poſſit.*
3 *Societas ſoluitur finito negotio.*
4 *Item publicatione bonorum.*
5 *An hodie bona damnatorum confiſcentur.*
6 *Finitur ceſſione bonorum.*
7 *Ceſſio bonorum ad quid proſit.*
8 *Finitur interitu rerum.*

1 SEcundo ſoluitur ſocietas morte vnius tantum ex ſocijs
etiam inter plures alios ſocios ſuperſtites, niſi cautum ſit
vt vno decedente inter ſuperſtites ſocietas durare debeat, vt
hic, & d. l. actione, §. morte. Sed pone, inter duos eſt contra-
cta ſocietas certæ alicuius negociationis, veluti æquorum e-
mêdorum, & cum vnus peregre proficiſcerentur ad emêdos
æquos alter qui domi manſit deceſſit priuſquam ęqui ęme-
rentur, an finita ſit ſocietas. Et, dic quod non ſi peregre profi-
ciſcens ignorauit alterius mortem ſecus ſi ſciuit, vt eſt tex. in
d. l. actione, §. 1. & §. Item ſi alicuius rei ſocietas contracta ſit.
2 Notandum itaque ſocietatem morte ſocij finiri, nec tranſire
ad hęredes, etiamſi ab initio conuentum eſſet inter ſocios,
& pactum initum vt hęredes ſuccedant, d. l. actione, §. morte
iuncta l. adeo, 59. ff. eod. quia in ſocietate electa eſt induſtria
perſonæ, quæ nô ſic tranſit ad hæredes, neque poteſt, quis ſci-
re, an hæres, ſit futurus bonus diligês, & induſtrius ſicut erat
ipſius pater. Et Fab. hic, inquit, ſe non poſſe certam rationem
reddere, quare ſocietas ad hęredes non tranſeat ſaltê ex pa-
cto, & conuentione, cum omnes côtractus actiue, & paſſiue
ad hæredes tranſeat, & vnuſquiſque ſibi, & ſuis hæredibus
proſpicere poſſit, & hoc in dubio etiã, præſumatur l. ſi pactû
9. ff. de prob. Et contractus ex conuentione legê accipiant, l.
1. §. ſi conuenit, ff. depoſiti, niſi quod ideo leges hunc contra-
ctum reſtrinxerint, vt lites euitarentur, quas cômunio parit,
l. cum pater, 77. §. dulciſſimis fratribus, ff. de l. 2. Itê, ne liber-
tas ſuprema reſtringatur, & impediatur teſtamenti facio. l. ſi
fratres (alia eſt, §. 6. in l. cum duobus, 52.) §. Itê reſpondit ſo-
cietatem, ff. eod. Fallit tamen prædicta concluſio. I. In ſocieta-
a te vectigalium, d. l. adeo. II. Si a quis contraxiſſet ſocietatem
b pro ſe, & ſuis hæredibus, b iuramento hinc inde appoſito:
nam tunc ſecundum Fab. hic, de iure Canonico forte ſocie-
tas valeret, etiam in perſona hæredis, per c. cum contingat,
28. extra de iureiur. Aduertendum tamen ſecundum Ang.
hic, licet ſocietas ad hæredes non tranſeat, emolumentorum
tamen, & damnum ſocietatis, & actionem pro ſocio ad hæ-
redes tranſire, l. verum, 63. §. in hæredem. 8. ff. eod.
3 Tertio, ſoluitur ſocietas finito negocio, cuius cauſa con-
tracta eſt, vt hic, verſ. Item ſi alicuius, d. l. actione, §. Item ſi
alicuius rei. Finita enim cauſa alicuius rei, ceſſat effectus, ſe-
cundum Plat. hic.
4 Quarto. finitur ſocietas publicatione bonorum, quando
vnus ex ſocijs commiſit delictum, propter quod vniuerſa
eius bona publicantur, & confiſcantur. Tunc enim quia alius
fiſcus ſcilicet, in eius locum ſuccedit, habetur pro mortuo ci-
5 uiliter, & ſocietas ſoluitur, d. l. actione, §. publicatione, 12. ff.
eod. Regulariter autem hodie bona damnatorum non con-
fiſcantur Authen. Bona damnatorum, Cod. de bo. damn. niſi
quis propter crimen læſæ Maieſtatis, vel hæreſis ſit con-
demnatus, vt not. in d. Auth. Bona damnatorum. Ad cuius
intellectum vide Iaſ. in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. & Bald. in
c. 1. num. 9. De pace tenen. in vſibus feud.
6 Quinto, finitur ſocietas ceſſione bonorum. Quando enim
c ſocius obrutus ære alieno, ad hoc, vt euitet carcerê, cedit bo-
7 nis: ſtatim ſoluitur ſocietas, vt hic. Prodeſt autem ceſſio bo-
norum ad hoc, ne cedens bonis in carcerê detrudatur, l. 1. C.
de ceſſio. bon. non vt à debito liberetur: quia ſi poſtea perue-
d niat ad pinguiorem fortunam, cogitur creditoribus d ſatisfa-
cere, vt notatur per text. in cap. Odoardus, 3. extra de ſolutio.
8 Sexto, finitur ſocietas, peremptione rei, in qua contracta
eſt ſocietas, l. verum, 63. §. penult. ff. eod.

A D D I T I O N E S.

a *Valet hoc pactum, & hac adiectio de conſuetudine, vt notatur in l. nemo cum l. ſeq. ff. eod.*
b *Hæc adiectio, & hæredibus, facit, vt quod natura ſua perſonale eſt, & extinguitur cum perſona tranſeant ad hæredes, l. ſtipulatio iſta, §. ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. Bar. in l. non ſolum, §. morte, ff. de non. op. nunc l. cum precario, ff. de precario. Et regulariter cedens bonis à debito liberatur, ff. & C. qui bonis cedere. Vide tamen exceptiones apud Socinum regula, cedens bonis à debito, 46. Et quando teneatur vltra quam facere poſſit vide eundem an cedens bonis non teneatur, 47.*
c *In quantum facere poteſt, de quo vide plura, in §. Item ſi quis in fraudem, infra, de actionibus.*

§. Finalis.

1 *Ad quid ſocius teneatur.*
2 *Eligens ſocium negligentem ſibi imputet.*
3 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

1 EX hoc, §. notabitis, ad quid, ſocius ſocio teneatur. Venit
a enim in hoc contractu præſtandus a dolus, lata, & leuis
culpa, non autem leuiſſima, multo minus caſus fortuitus, atq.
ita requiritur, vt ſocius adhibeat talem diligentiam in rebus
communibus, quam ſolitus erat adhibere in rebus ſuis tem-
2 pore quo ſocietas erat contracta. Vnde qui elegit ſocium, ne-
gligentem, ſibi imputare debet text. eſt hic. Si igitur damnum
dolo, aut culpa ſocij contingit, ipſe ſolus cuius culpa, & dolo
accidit, illud ferre, cogitur, vt hic, & l. non ob eam 25. cum l.
ſeq. & l. cum duobus, 52. §. 1. & l. ſocius ſocio, 72. ff. eod. Et
quando vnus facit lucrum ex vna re, & in alia ipſius culpa
damnum contingit, non fit compêſatio lucri, & damni, dict.
l. non ob eam, cum l. ſeq. ff. eo. Si autem vterque ſociorum
committat dolum, vel culpam, dolus cum dolo, & culpa, cum
b culpa b compenſatur, vt hic Gloſ. ſuper verb. Teneri, & leg. ſi
3 ambo, 10. §. quoties ff. de compenſat. Paria enim delicta, mu-
tua compenſatione tolluntur quando videlicet ciuiliter, non
criminaliter agitur, cap. pen. & vltra ext. De adul. Porro de
actione pro ſocio, in §. ſequens, 16. inſ. de act. dicetur.

DE

A D D I T I O N E S.

a *Iuratur etiam in litem in hac actione aduerſus doloſum ſocium de quo vide Platum tractatu de in litem iurando §. 13.*
b *Vide quæ dicta ſunt inſ. §. in bonæ fidei, c. de côpêſatione, n. 22.*

DE MANDATO.

TITVLVS XXVII.

1 *Contractus mandati unde oriatur.*
2 *Concordantes Rubricæ in ff. & C. & quomodo iſti tituli inter ſe differant.*
3 *Mandatum quid, & vnde.*
4 *Vſus procuratorum.*
5 *Mandatum quibus verbis fiat.*
6 *An litteræ credentiæ ſcribentem obligent, & nu. 7. 8. & 9.*
10 *Mandatum gratuitum eſſe debet.*
11 *Mandatum quot modis contrahatur.*

1 SEquitur quartus contractus, qui ſolo conſenſu
perficitur, qui in ff. & C. primum locum obti-
net inter contractus, qui conſenſu celebrãtur,
propterea, quod eſt excellentior cæteris, cum
trahat originem ex officio, & amicitia, ſecun-
dum Bal. ſuper Rub. ff. eo. per text. in l. 1. ff. eo.
Habentur autem, in ff. & C. duo tituli concordantes, de man-
2 dato, & Procuratoribus. Procurator enim nõ poteſt eſſe ſine
mandato, & qui aſſerit ſe procuratorem alterius, & non facit
legitimam fidem de mandato habetur ſuſpectus, & ei non
creditur, cap. 1. De procurator. Differunt autem iſti duo ti-
tuli quia titulus de procuratoribus loquitur de procuratori-
bus iudiciorum, titulus vero mandati de procuratoribus ne-
gociorum. Item titulus de procuratoribus loquitur de officio
procuratorum: titulus vero mandati, de actione mandati
3 principaliter loquitur ſecundum Gl ſuper Rub. ff de procur.
Eſt autem mandatum contractus, quo quis aliquid officium
gratuito expediendum ſuſcipit ſecundum, Gl. hic ſuper Ru-
bri. ff. eo. Et dicitur mandatum, ſecundum Azonem in Sum.
Cod. eod. quaſi mandatum, quod enim quis per ſe facturus
4 erat, alteri gerendum committit. Eſtque maximus à vſus
procuratorum ſecundum Iuriſc. in l. 1. ff. de procuratoribus
vt qui ipſi ſuis rebus ſuper eſſe, vel nolunt, vel impediti non
poſſunt, ſaltem per alios expedire ſua negotia poſſint. Et in
ſolo contrahentium conſenſu conſiſtit. Ideo quoque inter
5 abſentes per nuncium, vel epiſtolam mandatum ſuſcipi po-
teſt l. 1. ff. eod. Nec intereſt quibus verbis fiat: poteſt enim fie-
ri per verbum, rogo, ſupplico, mando, volo, peto, & per quæ-
cunque verba ſimilia, & idonea, d. l. 1. iuncta Gl. 1. ff. eo. Non
a autem inducitur mandatum per verba commendatoria, ve-
luti, ſi quis mihi commendaret Titium, vt haberem ipſum
commendatum, & ego poſtea ipſi mutuarem pecuniam, nõ
competeret mihi actio mandati contra commendantem,
tex eſt in l. ſi vero non remunerandi, 12. ff eo. & in l. fin. Cod.
quod cum eo, qui in aliena, &c. Et Doct. in d. l. fi. concludunt,
b idem eſſe in literis credentiæ *b* quando quis ſcribit: Offeren-
6 tibus literas dabitis plenam fidem, quia propter earum gene-
ralitatem & obſcuritatem non obligant ſcribentem, ſecun-
7 dum Bart. in l. Lucius, 24. ff. de fideiuſ. Bal. & Salic. in d. l. fin. &
Angel. hic Hoc tamen I. Fallit, quando quis ita ſcripſit. Adhi-
bere ei plenam fidem ſuper me, & meo periculo, vt inquit
Bar. in d. l. Lucius, per tex. in d. l. ſi vero non remunerandi, §.
8 ſi quis mandauerit, 13. in fi. eo. II. Fallit, quando ex qualitate
perſonæ ſcribentis aliud apparet, ex quo generalitas illa cer-
tificatur, vt ſi ille, de quo ſcribit erat inſtitor ſcribentis in ali-
qua negociatione; tunc enim videtur velle, adhibendam ei
9 fidem eſſe in tali negociatione. Ita Bar. in d. l. Lucius. III. Fal-
lit, quando literæ ſunt magis ſpeciales, veluti: Tali latori de
intentione noſtra plenariè informato dabitis plenam fidem.
Et plura de talibus literis vide per Bar. in d. l. Lucius, & Bal. in
tit. De pace Conſt. in vſibus feu. verſ. In nomine Chriſti. Sic
etiam per verba admonitoria, exhortatoria, & conſultoria
10 regulariter mandatum non inducitur, ſecund. Gl. in d. l. 1.
Porro ex definitione mandati hic poſita per Gl. notabitis, ſe-
cundum Doct. de natura contractus mandati eſſe, vt ſit gra-
tuitum, d. l. 1. ff. eod. Si enim datur pecunia, erit locatio, d. l. 1.
Si vero ſpecies datur eſt contractus innominatus, [Do vt fa-
cias,] ideo tunc actio præſcriptis verbis competit, de quo in
§. fi. inf. eod. dicetur. Et poteſt hic contractus, tum expreſſis
verbis contrahi, tum tacite, veluti, quando tu es præſens, &
11 pateris quem negocia tua gerere, nam tunc mandare vide-
ris, l. ſi remunerandi, 6. §. ſi paſſus, ff. eo. Sic etiam poteſt purè,
12 & in diem, & ſub conditione mandatum contrahi, d. l. 1. §.
pen. ff. eod. Item mandatum ſex modis contrahitur, ſecun-
dum Imper. hic, in princ. & Glo. in verbo, Quinque modis, &
Iuriſconſ. in l. 1. ff. eod. 1. Mea tantum gratia, 2. Aliena tantum
gratia, 3. Mea, & aliena gratia, 4. Tua, & mea gratia, 5. Tua
& aliena gratia, 6. Tua mea, & alienam gratia: veluti, ſi man-
do tibi, vt emas fundum pro me, & pro te, & pro Titio, ſe-
cundum Gl. hic.

ADDITIONES.

a *Commendatoria epiſtola non obligat ſcribentem, vt hic, exhor-
tatoria tamen inducit conſenſum ſcribentis, vt per Cravetam
tracta. de antiqu. temp. c. Videmus, nu. 43. & ſeqq.*
b *Literis credentiæ, an fides adhibenda, & an tales literæ præ-
iudicent domino. Adde Bar. in l. cuicunque, num. 3. ff. de inſti.
act. & in l. ſi pupilli, §. item ſi, ff. de nego.*

§. Tua tantum gratia.

1 *Quid inſpiciendum vt cognoſcatur cuius gratia mandatum fiat.*
2 *An quis ex conſilio teneatur.*

1 AD cognoſcendum, cuius gratia mandatum fiat in ſpe-
ciendum eſt cuius vtilitatem concernat, illud quod
mandatur. Vnde mandatum, quod ſit mandatarijs gratia
2 tantum, non eſt obligatorium, quia eſt conſilium. Ex conſi-
a lio, autem dummodo illud fraudulentum, non ſit, quis non
obligatur, c. Nullus 62. de reg. iur in 6. & l. conſ. 47. ff. de reg.
iur. Eſtque ratio, quia conſilium non neceſſitat, ita vt quis
illud cogatur ſequi. Et vnuſquiſque poteſt ac debet diligenter
explorare, an expediat ſibi conſilium, vt hic, & l. 2 in fi. ff. eod.
De hoc tamen quando quæritur. An quis ex conſilio oblige-
tur vide Cynus in d. c. Nullus, & Dec. in d. l. conſilij, & Bart.
in l. non ſolum, 11. §. ſi mandato, ff. de iniur. Bal & Iaſ. in l. 1. C.
de ſer. fug. Ab in cap. Nuper, 29. extra de ſent. ex com. Iaſ. &
Doct. in §. in duplum, 23. inf. de actionibus, DD. hic qui vno
ore diſtinguunt inter contractus, & delicta. Aut enim datur
conſilium contrahenti, aut delinquenti.

Primo caſu in contractibus ita diſtinguitur. Aut datur
conſilium alias non contracturo, & conſulens tenetur, d. l. ſi
remunerandi, §. planè, 5. ff. eo. Et idem cum amicus tuus te
conſuluit de contractu ineundo, caueas ſecundum Pla. vt
non conſulas niſi videas eum ad contrahendum diſpoſitum
alias eſt periculoſum conſulere, quia ſi patitur poſtea ali-
quod damnum, teneris mandati, quamquam bona fide con-
ſulueris ex quo alias non erat contracturus, niſi tua perſuaſi
interueniſſet. Aut datur conſilium alias contracturo, & tunc
ſubdiſtinguitur, aut interuenit fraus in conſulente, & tenetur
conſulens, veluti, cum ſcires eum, cui mutuabam, facultati-
bus labi, & tamen lucri tui cauſa eum idoneum affirmaſti,
quia tunc teneris de dolo, leg. quod ſi cum ſcires, 8. ff. de dol.
& d. c. Nullus, & d. leg. conſilij. Aut non interuenit fraus ex
parte conſulentis, & licet res poſtea male ſuccedat, non ta-
men conſulens, tenetur, d. l. conſilijs & d. c. Nullus.

Secundo caſu, quando datur conſilium delinquenti, tunc
licet variæ ſint opiniones Doctorum, tamen verior eſſe vi-
detur, & communior quod conſulens indiſtinctè teneatur,
ſiue alter aliàs commiſſurus erat delictum, ſiue non. Si enim
non erat facturus, de bono facit malum: ſin facturus erat, de
malo facit deteriorem. Nec enim laudando oportet mali-
tiam augeri, l. 1. §. ſed vtrum, verſic. Non enim, ff. de ſer. cor-
rup. Conſulens tamen non tenetur mandatario, quia is pa-
rere non debuit, §: ſequens, inſ. eod. ſed illi tenetur, in cuius
perniciem conſulitur, ſecund. Plat. hic. Et plura de hac quæ-
ſtione, vltra prædicta, videre per Angel. in tractat. maleficio-
rum, ſuper verbo. Et Sempronium mandatorem, verſicul.
Vigeſimo ſecundo quæro.

ADDITIO.

a *Qui conſilium dat, an teneatur, repetitur inf. §. interdum quo-
que num. 14. tit. de oblig. quæ ex delict. & in §. in duplum, nu. 4.
inſ. de actionibus, vbi plures retuli.*

§. Illud quoque.

1 *Rei turpis nullum eſt mandatum, & num. 3.*
2 *An pacta contra bonos mores iuramento confirmari poſſint.*

1 EX hoc §. notandum, quod mandatum rei turpis ſeu cõ-
tra bonos mores non eſt obligatoriũ addite d. l. ſi remu-
nerandi, §. rei turpis, & l. ſi mandauero, 22. §. qui ædem, 6.
ff. eodem. Quæ enim contra bonos mores fiunt impoſſibilia
de

de iure repetantur, l.filius,15.ff.de condit. inſtit. Impoſſibi-
a lium *a* autem nulla eſt obligatio, l.impoſſibilium, 185.ff.de
b regulis iuris. Tunc autem dicitur eſſe contra *b* bonos mores,
ſecundum canones, quando ex eius obſeruantia peccatum
ſequitur. Secundum leges vero, quando lex hoc dicit, & re-
putat eſſe contra bonos mores, licet ſine peccato fieri poſſit,
ſecundum Bald.in d.l.ſi quis inquilinos, 112.§.fi.ff.de leg.1.&
2 Ang.hic. An autem talia pacta contra bonos mores confir-
mari iuramento poſſint? diſtinguite poſt Dynum, in ca.Non
eſt obligatorium, 54.de reg.iur.in 6. Aut ſunt talia pacta, quæ
ſunt prohibita propter ſui turpitudinem ita vt peccatum ſe-
queretur, & nihil operatur iuramentum. Nec enim iuramē-
tum contra bonos mores præſtitum, eſt obligatorium, d.cap.
Non eſt obligatorium. Aut ſunt pacta, quæ reprobantur ra-
tione publicæ vtilitatis principaliter, & quoque iuramento
non confirmatur c.Si diligenti, 12 extra de foro compet. l.iu-
ris gentium.7.§.ſi paciſcar, 14.ff de pactis. Aut ſunt talia pa-
cta quæ reprobantur ratione publicæ vtilitatis ſecundario, ſi-
cut alienatio fundi dotalis prohibita eſt, & alia quæ ſunt pro-
hibita in fauorem perſonarū, & iſta confirmantur iuramen-
to, c.Cum contingat, 28.extra de iur iur. Et Auth. Sacramen-
ta puberum, C.ſi aduerſus vend. Et de hoc latius vide Bar.in l
3 Seius & Angerius, 27. ff.ad l.Fal.& Ang hic. Porrò hoc quod
dictum eſt, mandatum rei turpis non eſſe obligatorium, verū
eſt, quo ad mandantem & mandatarium, ſed ei, qui ex man-
dato turpis læſus eſt, actio contra mandantem, & mandata-
rium competit, vt etiam in §.præcedenti dictum eſt.

ADDITIONES.

a *Vide Decium in l.verum eſt neque pacta in leg.impoſſibilium, 144.in l.quod nullius, l.ea quæ ad dandum, 177.ff.de regul.iur. Dyn.in c.Nemo poteſt ad impoſſibile,6.de reg.iur.in 6.*
b *Adde Dyn.in c.Non eſt obligatorium, 58.de reg.iur.in 6.*

§. Is qui exequitur.

1 *Fines mandati diligenter cuſtodiendi.*
2 *Mandatarius excedens fines mandati non agit pro eo, quod exceſſit.*
3 *Mandatum quotuplex.*

1 TRaditur hic vulgata regula, fines *a* mandati diligenter
a eſſe cuſtodiendos. Si mandatarius exceſſerit fines man-
2 dati, non agit mandator pro eo, quod exceſſit. Concordat l.
cum mandati, 12.C.eod.& l.diligenter, 5.ff.eod. Quod eſt ve-
rum, ſecundum Gloſs. quando mandatum habet certam for-
3 mam. Eſt enim duplex mandatum. Quoddam habet certam
formam, & certos terminos quos ſi mandatarius excedat, nō
habet mandati actionem pro eo, quod exceſſit, licet vtiliter
b etiam negocium geſſerit, d.leg.diligenter. Quoddam *b* vero
einſmodi formam, ac terminos non habet. Et pro intellectu
tex.noſtri plenius ita diſtinguite poſt Ang.hic. Quando alteri
quis mandat, vt certam, & determinatam rem emat, iam ille,
aut eandem ipſam emit, aut aliam emit. Si aliam emit, certē
mandans emendo excedit fines mādati, nec cogitur emptio-
nem ratam habere, d.l.diligenter, in princip. Si eadem ipſam
emit, tum aut expreſſa non eſt quantitas precij, & videtur a-
ctum eſſe, vt iuſto precio emit: aut quantitas precij eſt expreſ-
ſa & ſi quidem mandatarius hanc in emendo obſeruauit: res
plana eſt. Si non obſeruauit: nam aut pluris emit, aut minoris
c Si pluris emit, non cogitur mandatis refundere *c* ſuperfluum
vt hic, & l.præterea, 3.cum l.ſeq.ff.eod. Habet tamen manda-
tarius exceptionem, & retentionem antequam tradit, cum
non ſit iuſtum, vt mandans locupletetur cum aliena iactura,
cap. Locupletari, 48.de reg.iur.in 6. Sed quod traditione fa-
cta dicendum? Hic mandatario in omnes partes proſpectum
eſt. Nam ſi mandatarius in traditione rei notificat quantita-
tem precij tunc mandans recipiendo rem, videtur emptio-
nem ratam habere: atque ita ad ſuperfluum refundendum ſe
adſtringere. Si verò precium non notificat mandanti man-
dans cum reſciuerit, cogitur totum contradictum approba-
re, vel improbare, atque ita vel integrum precium ſoluere,
vel rem reſtituere, ſecundum Salic. quem refert Angel. hic,
Si verò mandatarius minori precio emerit, tenetur tradere
rem mandanti, & reſiduum reſtituere, vt hic, & d.l diligenter,
in fine. Eſtque ratio, quia maiori ſummæ ineſt minor, l.1.§.ſi
ſtipulanti, ff.de verbor.oblig. Idem ſi quis iuſſus eſt vendere
rem Florenis, 50.& ipſe vendidit eam, 60.valet venditio, &
cogetis mandanti illa ſuperflua reſtituere, nec inde lucrum
ſperare debes, cum officium debeat eſſe gratuitum, leg.ita vt
omnes, 36.in princip ff.eod. Si vero minoris rem vendidit,
d dominium in emptorem translatum non eſſe, *d* ſed mandans
poteſt rem vendicare niſi emptor paratus eſſe reliquum, pre
cij ſoluere, d l.diligenter, §.itēm, ff.eo.& d.l.mandati, C.eod.
de quo latius Ang.hic.

ADDITIONES.

a *Fallit hæc regula in connexis actibus quia vno mandato aliud quoque mandatum eſſe intelligitur, vt not. in l.qui procuratorem, ff.de procur. Fallit quoque ſi procurator mandatum excedit præſente domino, eoque contradicente Bal.in Auth. Quæ in prouincia, C vbi de criminibus. Adde alium caſum ex Baldo, in cap.1. De litis conteſt.*
b *Factum, & contumacia procuratoris in quib.noceat domino, vide apud Soc regula, Procuratoris factum 320. & in regula. Procuratoris contumacia, 321.*
c *Hoc caſu diligenter ſubdiſtinguendum eſt: vt ſi, qui pluris emerit ſuo nomine emerit, etiam non teneatur ad rem tradendam, neque mandati, quia mandatum exceſſit, neque negotiorum geſtorum quia ſuo non alieno nomine emit. Silu.ad hunc §. Si vero nomine mandantis emerit, tunc procedit, vt hic dicitur ab Auctore.*
d *Cur pluris vendendo, & excedendo mandatum hoc caſu dominium transferatur, minoris autem vendendo dominium non transferatur cum contrariorum eadem ſit ratio? Reſpondetur, quod inuiti, & ignorantis conditionem meliorem facere poſſimus, deteriorem vero non, l.non debet, 74. ff.de regul.iuris, cum ſimilibus.*

§. Recte quoque.

1 *Mandatum extinguitur reuocatione.*
2 *Quando res dicatur eſſe integra.*
3 *Mandatum ſoluitur morte mandantis.*
4 *Quibus caſibus mandatum morte mandantis non perimatur.*
5 *Item morte mandatarij.*

1 IMperator iam declarat qualiter mandatum finiatur. Et pri
a mo per reuocationem extinguitur, quando mandans *a* re
integra reuocat mandatum. Licet enim mandati pœnitere ve-
luti, ſi do tibi pecuniam, vt Lipſię mihi emas equum, antequā
proficiſcaris, poſſum mandatum reuocare. Neceſſe autem
2 eſt, vt fiat reuocatio re integra, vt hic. Quando autem dicatur
b res integra, *b* declarat gloſs. hic, ſuper verbo. Item ſi adhuc
quando videlicet nondum cæpit mandatarij intereſſe, argu-
mento, leg.ſi procuratorem, 8.§.mandati, ff.eod. Et circa hoc
Doct. latius hic diſtinguunt. Aut enim loquimur de procu-
ratore conſtituto ad iudicia, & dicitur res integra ante litem
conteſtatam, adeo, vt etiam ſine cauſa reuocari poſſit, l.ante
litem, 16.ff de Procur. Poſt vero conteſtatam non dicitur res
integra, quia tunc procurator eſt factus dominus litis: ideò
reuocari non poteſt, niſi interuenerit iuſta cauſa, l.poſt litem,
17.cum 6.legibus ſeq ff.de procur.& c.2.extr. De procur.in 6.
Aut loquitur de procuratore conſtituto ad negotia, & dicitur
res integra, quæ nondum cępta eſt, quo ad præparamentum
ſubſtantiale intrinſecum, & neceſſarium. Veluti, ſi mandaui
Titio, vt mihi ædificet domum, quamdiu lapides, & ligna non
parantur, res integra dicitur, ſec.Doct. poſt gl.in l mādatum,
15.C.eo.Pau.de Caſt.in l.pen.ver.Secundo principaliter quę-
ro, ff de ſol. Quoad præparamentum intrinſecum, inquam:
nam etſi factū eſt præparamētum extrinſecum, nihilominus
res manet integra. Veluti, ſi mandati tibi, vt pro me eas Ro-
mam, & emiſti calceos, res adhuc eſt integra, vt declarat hic
Nicaſius. Aut loquimur de iuriſdictione mādata, & licet gl.in
l.& quia, 6.ſuper verb. Antequam, ff.de iuriſd.omn. iud.dicat,
per litis conteſtationē, rem deſinere eſſe integram Bart. tamē
& com-

ADDITIONES.

a *Et ſi enim regulariter duorum conſenſu contracta, vnius voluntate non infirmetur, l.nihil tam naturale, 35.l.fere, 153.ff.de reg.iur. ſpecialiter tamen in mandato receptum eſt, vt re integra vnius voluntate reuocetur. Ratio eſt, quia beneficium inuito non datur, mandati executio in beneficio, & officio conſiſtit. Ergo à mandante reſpui poteſt, l.inuito, 69.ff.de reg.iur. neque hic prætendi poteſt aliquod intereſſe, quia ex obligationib. quæ factum continent, non naſcitur actio, niſi cæperit facere, leg.ſi procuratorem, 8.§.mandati actio, 6 ff.mandati.*
b *Res quando dicatur integra, vt mandatum non expiret mandantis, vide Gmd.Pap.q.491.*

& commu. Doct. ibi concludunt, citatione facta rem non di-
ci amplius integram, cap. Gratum, 40. ext. de offic. deleg.
3 Secundò, finitur mãdatum morte *a* mandantis re integra,
a vt hic, & l. inter cauſas, 26. ff. eod. & d. l. mandatum, C. eod. Si
tamen procurator ignorans dominum eſſe mortuum, man-
datum executus fuerit, ſuccurrit ei ex æquitate, vt habeat a-
ctionem mandati, ne ſit in damno ex iuſta, & probabili igno-
4 rantia, vt hic, & d. l. inter cauſas. Fallit, quando mandatur ali-
quid, quod debet expediri poſt mortem mandantis, veluti ſe-
pulchrum, d. l. ſi verò non remunerãdi, §. fi. ff. eo. Et plures fal-
lentias videre per Doct. hic, & Paul. de Caſtr. in d. l. mandatũ.
5 Tertiò, finitur mandatum morte mandatari, ſeu procura-
toris re integra, vt hic, & l. quis alicui, 27. §. morte, ff. eod.

ADDITIO.

a *Vide Mynſi. 44. Sot. in regula. Mandatum regulariter.*

§. Mandatum.

1 *Mandatum finitur renunciatione mandatarij re integra.*
2 *Renunciatio, vt fiat quæ requirantur.*
3 *An procurator poſſit alium ſubſtituere, & per eum manda-*
tum expedire.
4 *Quid in mandato præſtandum veniat.*
5 *An domini ſi mittunt legatos, qui poſtea in itinere capiuntur*
damna eis reſarcire teneantur.

1 QVarto finitur mandatum renunciatione mandatarij re
integra, vt hic. Licet enim ſit regula. Quod ſicut ab ini-
tio liberum eſt mandatum ſuſcipere, ita mãdatum ſuſceptum
omnino exequendum eſt, l. ſi mandauero, 22. §. fin. & l. ſi quis
alicui, 27. § qui mandatum ſuſcepit, ff. eod. cum contractus ab
initio ſint voluntatis, ex poſt facto vero neceſſitatis, l. ſicut, 5.
C. de oblig. & actio. tamen mandatarius pœnitere, & manda-
to renunciare poteſt, re ſcilicet integra, vt hic, & d. l ſi man-
dauero, 5. ſi. Eſtque ratio: quia ex mandato tunc demum ori-
tur actio, quando cœpit intereſſe mandantis, l. ſi procuratore,
8. § mandati, ff. eod. Sed re integra mandantis nihil intereſt.
2 Ergo, &c. *a* Ad hoc igitur, vt valeat renunciatio, requiritur,
a vt integra fiat, & ita tempeſtiue, vt mandans poſſit ſibi æquè
benè prouidere, niſi iuſta cauſa excuſetur, veluti propter ad-
uerſam valetudinem, vel inimicitias capitales ſuperuenien-
tes, de quibus in d. l. ſi mandauero, §. ſi. cum 3. legib. ſeq. ff. eo.
3 Sed iam quæritur poſt Ang. hic, an procurator poſſit alium *b*
b ſubſtituere, & per eum mandatum expedire? Et diſtinguite
poſt eum. Aut loquimur de procuratore ad iudicia, & ante li-
tem conteſtatam qui non poteſt ſubſtituere, niſi in mandato
habeat expreſſam poteſtatem ſubſtituendi, l. quod quis, 8. &
ibi Doct. Co. de procur. Poſt litem verò conteſtatam poteſt,
quia tunc factus eſt dominus litis, cap. 1. de procur. in 6. l. ne-
que, 11. & l. procuratoribus, 22. & d. l. quod quis, C. de procur.
& l. ſi procuratorem, §. ſi quis mandauerit, ff. eod. Aut loqui-
mur de procuratore ad negotia, & is ſi habet mandatum ge-
nerale à domino ſubſtituere poteſt, l. 1. §. magiſtrum autem,
ff. de exercito. actio. Si verò habet ſpeciale mandatum, & qui-
dem tale, quod habet certam formam, itidem ſubſtituere po-
teſt, quia tunc non videtur electa eſſe induſtria perſonæ. Sin
eiuſmodi, quod non habet certam, & limitatam formam non
habet poteſtatem ſubſtituendi, quia tunc videtur electa indu-
ſtria perſonæ, cap. Is qui, 3. de procur. in 6. Quod intelligi ſe-
cundum Salic. in d. l. ſi procuratorem, §. 1. ff. eod. quando eſt
tale quiddam, in quo induſtria, requiritur, alias liberè quem-
cumque procurator negociorum ſubſtituere poteſt, dict. l. ſi
procuratorem, §. ſi quis mandauerit, & ibi vide latius Bald. &
Angel. hic.
4 Ad intellectum autem Gloſs. hic, ſuper verbo. Iuſta cauſa,
c in qua quæritur: quid *c* in mandato veniat præſtandum? ita
diſtinguitur ſecundum Bart. in l. eum qui, 14. §. fi. ff. de fur. &
Doctor. poſt Glo. in l. à procuratore, 13. C. eod. & Angel. hic.
Quandoq; venit in mandato aliquid in quo exactiſſima dili-
gentia requiritur, vt in procuratore ad iudicia, & tunc tene-
tur procurator de leuiſſima culpa, quia videtur ſe aſſerere, pe-
ritum ea peritia, quæ in iudicio requiritur, & ita loquitur d. l.
à procuratore, & ibi Doctor. Quandoque mandatur aliquid,
quod exactam diligentiam requirit, vt ſoluere pecuniam, &
tenetur de lata, & leui culpa. Videtur enim ſe aſſerere ita dili-
gentem, prout illa res, cuius mandatum ſuſcepit, exibit, l. in re
mandata, 21. in fi. C. eo. Quandoque mandatur aliquid, quod
nullam, aut modicam diligentiam requirit, quia quilibet il-
d lud expedire poteſt, vt portare *d* epiſtolam, vel librum de vno
ad alium, & ſolum de dolo, & lata culpa tenetur niſi procu-
rator expreſsè ſuſceperit cuſtodiam, vel mercedem, quia tũc
de leui culpa tenetur, & ſimul etiam de caſu fortuito quando
in ſe eius periculum recepit, d. l. eum qui, §. fi. & ibi Bart. ff. de
furtis. Alias regulariter mandatarius de caſu fortuito non te-
netur, d. l à procuratore. In actione autem mandati contra-
ria venit etiam leuiſſima culpa, l. ſi ſeruus communis, 61. §.
Quod verò, ff. de vbi text. procuratori regulariter reſarcien-
da eſſe omnia damna, quæ non fuiſſet paſſus, ſi mandatum
non ſuſcepiſſet, quem text. Ibi inducit Bart. ad quæſtionem
5 de Ambaſciatoribus, vel Legatis in itinere captis, quod do-
mini mittentes eos tenentur reſarcire damna, cum nemini
officium debeat eſſe damnoſum, dict. §. quod verò. Et de hoc
in §. rurſus, infra de action. latius dictum eſt, & addit *e*
Fore. hic.

ADDITIONES.

a *Eſt & alia ratio quod mandatarius non debeat eſſe deterioris*
conditionis quam mandans, ex regula. Quo quis aduerſus a-
lium iure vtitur, fruitur, eodem vtatur fruatur. Deinde, vt
beneficium inuito non datur ſic etiam ab inuito non præſtatur.
b *Procurator procuratorem alium ſuo loco ſubſtituere regulari-*
ter, non poteſt, l. quod ſibi Cod. de proc. niſi procurator in rem
ſuam ſit, l. illam, Cod. de collat niſi poſt litem conteſtatam in
cauſa ciuili. Ita intelligenda eſt Gloſ. in d. l. quod ſibi, aut niſi
ſit procurator ad negotia, leg. ſi procuratorem, in fin. manda-
ti vide alias tres exceptiones apud Soc. regula procurator, re-
gulariter.
c *Vide Decium in l. contractus, 23. ff. de regul. iur. vbi pleniſſime*
explicat, quid in ſingulis contractibus præſtetur.
d *L. ſi fideiuſſor, §. 1. ff. mandati Bart. in l. quod Nerua, ff. eod. &*
in l. eum qui, ff. de furt. Bald. in l qua fortuitus, C. de pig. actio.
Caſtrenſis in l. in rebus, ff. commod.

§. Finalis.

1 *Mandatum debet eſſe gratuitum, & nu. 3.*
2 *Si à principio procuratori ſalarium conſtituatur, quæ actio*
competat contra mandantem.
4 *Mandatum quot modis conſideretur.*
5 *Quando, & qualiter ab aduocato, vel procuratore ſalarium*
peti poſſit, & num. 6.
7 *Salarium conſtitutum aduocato ſub quota litis ſi victoriam*
obtinuerit, peti non poteſt.

1 EX hoc §. notabitis, de natura mandati eſſe, vt ſit gratuitũ,
a *a* alias tranſire illud in aliam ſpeciem cõtractus. Si enim
dicatur pecunia numerata, eſt locatio: ideò actio locati com-
petit: ſi verò certa ſpecies datur, eſt contractus innominatus
2 à parte mandatarij. Facio vt des. Ideò actio præſcriptis verbis
locum habet, d. l. 1. cum ibi not. ff. eo. Et intelligite, mandatum
debere gratuitum eſſe à principio, ita vt mandatarius ſit illius
propoſiti, quod mandatum velit gratis exequi, licet mandans
ex poſt facto poſſit mandatarium remunerare l. ſi remunerã
3 di, 6. in prin. ff. eo Si autem à principio conſtituatur procura-
tori ſalarium, non competit actio mandati contra mandan-
tem, ſed ex locato, vel præſcriptis verbis, ſec. gl. hic, ſuper ver-
bo, Interueniente mercede. Reſpectu autem aduerſarij, &
eius, contra quem conſtitutus eſt procurator, eſt mandatum,
ſiue ſalarium à principio, ſiue ex poſt facto ſit conſtitutum,
ſecundum Bart. in l. 1. § 1. ff. eo. vbi dicitur dupliciter conſide-
4 rari mandatum. I. Reſpectu mandatis, & mandatarij. Et iſto
caſu ſi non à principio eſt gratuitum, non dicitur mandatum,
ad hoc, vt actio mandati competat. II. Reſpectu illius, contra
quem eſt conſtitutus procurator, & tunc curatur, an manda-
tum ſit gratuitum, vel non, ſec. Bar. in d. l. 1. §. 1.
5 Vltimo circa hunc tit. notabitis Gloſs. ordinar. ſuper verb.
Mercede, quando, & qualiter ab aduocato, vel procurato-
b re ſalarium *b* peti poſſit? Et diſtinguendi ſunt duo caſus prin-
cipales. Aut enim nullo modo promiſſum eſt ſalarium, aut
promiſſum eſt. Primo caſu ſubdiſtingue. Aut enim conſtat,
quod

ADDITIONES.

a *Gratuitum eodem modo commodatum eſſe ſolet, §. Item is cui,*
ſupra quibus modis re contrahitur oblig.
b *De ſalario adde Mynſing. 3. Obſer. 7. vbi quærit, an ſalarium*
debeatur aduocato initio litis, & Obſeru. 8. an ſalarium aduo-
cati tranſmittatur ad heredem.

quod erat gratis facturus, & tunc licet recipiens teneatur ad
antidora leg. ſed, & ſi lege, 25. §. conſuluit, 11. ff. de hæred. pe-
tit. tamen mandatarius nihil petere poteſt, ſecundum Angel.
hic. Aut conſtat, quod non gratis erat facturus, & tunc offi-
cium iudicis implorare poteſt, vt ſibi ſalarium congruum cō-
ſtituatur. Aut non conſtat an gratis erat facturus, & tunc in
dubio affectio, & amicitia inter mandantem, & mandatariū
6 attendi debet, ſecundum Angel. hic, Altero caſu, quando ſala-
rium promiſſum eſt, itidem ſubdiſtinguitur. Aut ſalarium fuit
incertum, genere, & ſpecie quia dixit, [Bene retribuam, tibi
hoc officium,] & tunc eſt tali promiſſione incerta ſalariū peti
non poteſt, l. ſalarium, 17. C. eod. Quod eſt verum per actio-
nem mandati, ſed officium iudicis etiam iſto caſu bene implo
rati poteſt perinde ac ſi talia verba non interueniſſent. Aut
ſalarium certum promiſſum eſt, & tunc aut eſt mandatū per
illicite, & ſalarium peti non poteſt, cum rei turpis nullum ſit
mandatum, vt ſupra dictum eſt. Aut eſt mandatum rei licite,
& tunc ſi per ſtipulationem promiſſum eſt ſalarium petitur,
actione ex ſtipulatu, vel condictio certi generalis, ex ſtipula-
tione, vt in principio, ſup. de verb. oblig. dictū eſt. Si verò per
pactum promiſſum eſt ſubdiſtinguitur. Aut enim pactum in-
continenti eſt appoſitum, aut ex interuallo. Primo caſu ſub-
diſtinguitur. Aut enim certa ſpecies loco ſalarij promiſſa eſt,
& quia eſt contractus innominatus, Do vt facias, competit
actio præſcriptis verbis. Aut pecunia promiſſa eſt, & tunc ſi
eſt tale factum, quod locari ſolet, & talis perſona, quæ cōſue-
uerit operas ſuas locare, actio locati dicitur, alias præſcriptis
verbis. Secundo caſu quando ex interuallo appoſitum eſt pa-
ctum, id quod regulariter actionem producere non poteſt
officium, iudicis implorandū, eſt qui ad ſimilitudinem aduo-
cati, ſecundum conſuetudinem fori, & eius facundiam pro-
curatori ſalarium conſtituere debet, l. 1. §. in honorarijs, 10. ff.
7 de var. & extraord. cogn. Hoc tamen obiter notabitis, ſalariū
a conſtitutum aduocato ſub quota *a* litis, ſi victoriam obtinue-
rit, peti non poſſe, imò eiuſmodi redemptores litium, ab offi-
cio aduocationis repelli, d. §. in honorarijs, cum §. ſi cui cautū,
& l. item, 15. C. de procur. Et vide latius hic Chriſt. Porc.

A D D I T I O.

a *Paciſci de quota litis aduocatus, vel procurator non poteſt, l. ſi remunerandi, ff. eod. l. ſi quis, C. de poſtulando ſicut nec Medicus iniquum paciſci honorarium ab ægroto, leg. Medicus, ff. de varijs, & extraord. cogn.*

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ EX QVASI
contractu naſcuntur.

TITVLVS XXVIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quaſi contractus unde appelletur.*
3 *Dictio quaſi denotat improprietatem.*
4 *An bonum ſit in iure argumentum, a ſufficienti partium enumeratione, & quando procedat, & num. 5.*

1 HVius tituli continuatio ſumitur ex §. fi. ſupr.
de obl. Huc vſque enim dictum eſt de obli-
gationibus quæ ex contractu oriuntur. Se-
2 quitur nunc de obligationibus, quæ ex quaſi
contractu naſcuntur, ſicut Imperator hic ſex
quaſi contractus enumerat. Dicūtur autem
3 quaſi contractus, non propriè contractus,
a Dictio enim [Quaſi] denotat *a* improprietatem, l. id tempus
14. in fi. ff. de vſucapio, & notatur per Iaſ. in §. ſed iſtæ 3. nu. 26.
inf. de act. In alijs enim contractibus, quis ex ſuo proprio fa-
cto ſponte obligatur, & neceſſarius eſt ab vtraq. parte conſen
ſus licet etiam aliquando vltra cōſenſum requiratur, vt aliud
quid interueniat, vt in contractibus, qui re celebrantur, neceſ-
ſarius eſt rei interuentus. Item in verborum obligationibus
præſentia partium, & ſolēnitas verborum requiritur, &c. Sed
in quaſi contractibus obligatur quis etiam ignorans, aliquan-
do etiam inuitus, & abſens, licet ab vtraque parte non inter-
ueniat conſenſus expreſſus leges tamen interim pro vna par
te conſentiunt præſumentes neminem eſſe tam ſtultum, qui
etiam abſens, & ignorans non velit conditionem ſuam me-
liorem fieri vt notatur in §. 1. inf. eod. Ex principio itaq; tituli
b noſtri notabitis, bonum eſſe argumentum *b* in iure à ſufficiēti
partium enumeratione, veluti, tibi non competit actio per-
ſonalis contra me quia tecū non contraxi, nec quaſi contraxi,
nec deliqui, nec quaſi deliqui. Et enim actio perſonalis ori-
tur ex obligatione l. licet, 42. §. ea obligatio, ff. de proc. Et obli-
gatio præſupponit contractum, vel quaſi aut delictum, vel
quaſi, §. final. ſup. de oblig. Et ad hoc ſemper allegatur hoc
principium. Adde leg. more, 5. & ibi Bart. ff. de iuriſd. om. iud.
5 Procedit autem illud argumentum quādo omnes partes or-
dine enumerantur. Nam ſi in enumeratione partium ali-
quid fuerit omiſſum argumentum non concludit, ſecundum
Bald. in l. conuenticula, 15. C. de Epiſcop. & cler. vbi 33 argu-
mentorum ſpecies refert.

A D D I T I O N E S.

a *Quaſi denotat improprietatem, vt hic imperfectionem, l. in facto, ff. de condit. & demonſt. interdum veritatem, l. 1. ff. de tranſlat. qui Roma, §. duo fratres ff. de verb. oblig.*
b *De argumento a partium enumeratione ſufficienti, vide l. 1. ff. de reg. iur. & in Topicis loco a partibus integralibus, quantitatis ſubiectiuis, & in modo.*

§. Igitur.

1 *Negotiorum geſtio, vnde actio negotiorum geſtorum oritur, explicatur.*
2 *Quot modis dicatur negotium ad aliquem ſpectare.*
3 *An actio negotiorum geſtorum locum habeat, quando quis aliena negotia, gerit vt non cedat in ſpeciale nomen actionis.*
4 *Verba pluraliter à lege prolata verificantur in vno tantum.*
5 *Actio negotiorum, directa, & contraria, & quibus dentur, num. 6. & 8.*
7 *Ad quid negotiorum geſtor teneatur.*
9 *Contraria negotiorum geſtorum actio ad quid competat.*
10 *Negotium quando dicatur vtiliter geſtum.*
11 *Caſus in quibus vtiliter gerens hac actione deſtituitur.*

1 PRima ſpecies quaſi cōtractus & dicitur negotiorum ge-
ſtio, vnde actio negotiorum geſtorum oritur, de qua tit.
in ff. & Co. de neg. geſt. quando ſcilicet quis aliena negotia in
alicuius abſentia ſponte, & ſine, mandato vtiliter gerit. Nam
interueniente mandato ſi quis rogatus aliena negotia gerat,
non hæc actio, ſed mandati locum habet, l. ex mandato, 20.
in fin. ff. mandati. Idem quando in præſentia domini quis a-
liena negotia gerit nam, & tunc ex mādato, gerere videtur, l.
ſi remunerandi, 6. §. ſi paſſus, ff. mandati. Dicitur autem ne-
gotium ad aliquem ſpectare octo modis, ſecundum Glo. fin.
in l. ſi pupilli, 6. §. Item quæritur, 9. & ibi Bart. & in l. manda-
2 ſti, 46 ff. eod. & Ang. in §. actionum, 28 inf. de actio. I. Dicitur
negotium geſtum ad aliquem ſpectare, cura & ſolicitudine,
vt quando ea negotia geris quæ ad, me ſpectant tanquam
ad tutorem competit tibi actio negotiorum geſtorum con-
tra me, & Pupillum, &c. d. l. ſi pupilli in princ. ff. eod. I. Reipſa,
quando, in rem meam aliquid impendij contuliſti, d. l. ſi pu-
pilli, §. Titij, ff. eod. III Ratihabitione, veluti, ſi aliquid meo
nomine geſſiſti, quod poſtea ratum habeo, d. l. ſi pupil. §. item
a quæritur. Et hæc ratihabitio; *a* retrotrahitur, & mandato æ-
quiparatur, cap. Ratihabitionem, 10. de reg. iur. in 6. Si autem
non eſt, meo nomine geſtum non poſſum illud ratum habe-
re, cap. Ratum, 11. de regul. iur. in 6. IV. Ipſo geſtu veluti ſi
meo creditori meo nomine ſoluiſti, l. ſoluendo 39. ff. eod. V.
More ciuitatis, veluti, ſi nomine pupilli munera ſecundum
morem ciuitatis conſueta data ſunt magiſtris pupilli, vel con-
iunctis perſonis de quibus donis ex tex. in l. cum plures, 12. §.
pen. ff. de adminiſtr. tut. VI Naturalis ratione veluti, ſi tui cō-
templatione redemi ab hoſtibus, vel latronibus tuum filium,
aut alium conſanguineum, ad quem redimēdum naturali ra-
tione teneri, l. ſed, & ſi ideò 21 cum l. præced. ff. ſolut. matrim.
VII. Virtute conſequentiæ, vt ſi mittaris in poſſeſſionem bo-
norum debitoris noſtri ex primo decreto. Iſta enim miſſio in
conſequentiam, etiam mihi creditori prodeſt ad recuperan-
dum meum debitum, & ego contra obligor tibi ad reſtituen-
das expēſas, pro tali miſſione factas actione negotiorum ge-
ſtorum, l. fi. C. de bon. auth. iud. poſſid. VIII. Præambula vo-
luntate, veluti ſi mandaui Titio vt emeret mihi certum fun-
dum, & tu ſciens, hoc emiſſi mihi fundum iſtum quod forte
commodius emere poteras quam Titius, de quo vide Barr.
in d. §. item quæritur, & Ang. in d. §. Actionum. Quotieſcun-
que

A D D I T I O.

a *Vide exceptionem apud Marſilium, ſingularis ratihabitio, 184.*

Digitized by Google

3 quę igitur quis aliena negotia gerit ſine mandato, ita vt non
cadat in ſpeciale nomen actionis, toties actio negotiorum
geſtorum locum habet, ſecundum Axonem hic. Et hoc eſt ve
rum licet, vnum negotium tantum ſit geſtum, ſecundum Gl.
hic, ſuper verbo, Negotiorum, per l.3.§.negotia ff.eod. atque
ita verba pluraliter á lege prolata, verificantur in vno tantum
quia pluralis locutio geminat ſuas ſingularitates, ſecundum
4 Porc.hic. Quod facit ad ſtatutum punies producentem falſos
a teſtes, vt habeat etiam locum in producente vnum a falſum
teſtem, de quo vide Doct. hic. Ex hoc igitur quaſi contractu
5 duæ oriuntur actiones, directa, & contraria. Directa datur
6 ei cuius, negotia geſta ſunt, & eius hæredi contra gerentem,
vt reddat rationem ſuæ adminiſtrationis, & reſarciat ſi quid
malè adminiſtrauit, tex.eſt hic. Vnde gl.fi.hic, & gl.in d.l.3.§.
7 interdum, ff.eo. quærit, ad quid geſtor teneatur. Et regulari-
ter ſolum tenetur de dolo lata, & leui culpa, l.tutori, 20.C.eo.
Eſtque ratio ſec. Ang. vt facilius cedant homines ad negotia
aliena abſentium gerenda quę alias negligerentur, & perirēt,
b vt hic. Aliquando tamen etiam *b* de leuiſſima culpa tenetur,
quando videlicet alius diligenter commodius adminiſtratu-
rus negotia fuiſſet, text.eſt hic, in fi.§.noſtri. Quandoque etiā
tantum de dolo, & lata culpa tenetur, quando ſcilicet acceſ-
ſit negotia deſerta, d.l.3.§.interdum, & ibi Glo. ff.eod. Et prę-
dicta procedunt in geſtis. In neglectis autem ita diſtinguit
Ang.hic, num.6. Aut in principio gerere cępit, poſteaque di-
miſit, & tenetur de non geſtis, l.in commodato, 17.§.ſicut, ff.
commodati. Aut non incepi, & tunc, aut acceſſit a princip. vt
omnia geſturus, nec fecit, & tenetur. Aut acceſſit, vt geſtu-
rus aliqua, & tunc aut alius non erat geſturus, & non tenetur
niſi de geſtis. Aut alius erat geſturus, & tunc ſi is erat diligēs,
tenetur de neglectis, alias non. Adde Bar.in d.l.ſi pupilli, §. vi-
8 deamus, 12.ff.eo. Actio vero contraria negotiorum geſtorū
competit geſtori, & eius hæredibus ad repetendum quod de
9 ſuo impendit in negotiorum geſtionem. Et ad hoc, vt com-
petat illa actio opus eſt, negotium vtiliter geſtum eſſe, vel vti
liter inceptum, licet effectum non habuerit. Veluti, ſi Medi-
cus curaret abſentis cuiuſdam filium, & is nihilominus more
retur, Medico actio negotiorum geſtorum contra patrem
competeret, l.ſed an vltro, 10.§.1.ff.eod.

Non enim eſt in Medico ſemper vt leuetur, vt æger.

Secundum Gl. in l.illicitas 6.§.ſicuti, ff.de offic.præſid. Et dici-
10 tur vtiliter geſtum, quando dominus idem erat facturus, ſe-
cus, ſi non facturus, ſed potius rem dimiſſurus, quia erat im-
par impenſis. Nam tunc hæc actio, geſtori non datur, ſiue
11 ſciat, ſiue ignoret, d.l.ſed an vltrò, §.1.poſt princ. Sunt & plu-
res caſus, in quibus vtiliter gerens, etiam hac actione deſtitui
tur, qui notantur per Docto.hic, & Ang. in d.§.actionum, nu.
37.& Gl.fi.in l.ſi paterno, 15.C.eo. 1. Quando quis cauſa pie-
tatis, & ex paterna, actione negotium geſſit, vt quia vitricus
dedit alimenta ſuo priuigno, d.l.ſi paterno, niſi fuerit proteſta
tus, vel confecerit librum rationum, ex quo declaretur ipſius
animus, ſe vellet expenſas repetere, d.l.ſi paterno, & l.1.& le.
alimenta, 11.C.eo.& l.Neſennius, 34.ff.eod. 2. Quando mari-
tus maritali affectione expendit aliqua procuratione ſuę vxo
ris, nam tales expenſas non poteſt á ſocero repetere, neque in
dotem computare, l.quod in vxorem, 13.& ibi Doct.C.eod.
Ita quoq; dominus famulum infirmum curare tenetur, ſi ſint
modicæ impenſæ, ſecundum Bart.in l.ſi cum dotem, 22.§.ſin
autem, & ſol.matr. 3. Quando quis prohibuit quem ſua nego-
tia gerere, l.ſi C.eod. niſi pro conſeruatione ipſius vitæ quis
etiam inuito eo, aliquid ſoluere: nam tunc non obſtante pro-
hibitione repetere poſſet à ſoluente: quia intereſt Reipub. ho-
mines conſeruari: cum partus Reipub. naſci dicatur, l.1.§.&
generaliter, 15.ff.de vent.in poſſeſſ. mitten. Adde Ang. in d.§.
actionum.

ADDITIONES.

a *Pluralis enim oratio interdum reſoluitur in ſingularem, leg.in*
vſu iuris, 158 l.etiam, 159.ff.de verb ſign.
b *Vide, l.contractus & ibi Dec.ff.de reg.iur.*

§. Tutore.

1 *Secunda ſpecies quaſi contractus eſt adminiſtratio tutelæ.*
2 *Vnde actio tutelæ naſcatur tam directa quam contraria, &*
quibus dentur & nu.3.& 4.

1 SEcunda ſpecies quaſi contractus eſt Tutela vbi ad hoc, vt
a *a* pupillos, & tutor inuicem obligentur circa adminiſtra-
tionem tutelę, conſenſus pupilli non requiritur, cum & igno-
ranti, & inuito tutor pupillo dari poſſit, l.nec nō 6 ff.de tutor.
2 & curat. dat ab his, &c. Ideo quaſi contrahere dicuntur, &
b oritur inde actio *b* tutelæ directa, & contraria. Directa datur
quondam pupillo finita demum tutela, contra tutorem, vt
reddat rationem ſuæ adminiſtrationis. Item ad reſtituendas
res minores, quæ ſunt penes ipſum tutorem. Et de hac actio-
ne loquitur tit. C arbitrium tutel. Et obiter notabitis per con-
ſtitutionem Caroli V. in Comitijs Aug. ann. 48. promulga-
tam, etiam durante tutela, ſingulis annis tutorem ad red-
dendam rationem teneri, vt in §.fin.ſup.de Attil.tut. dictum
eſt. Contra verò actio datur tutori contra pupillum ad re-
petendum id, quod de ſuo impendit in res, & negotia pupil-
li. Et de his actionibus, in §.actionum, 28.inf.de actio.plura
dicemus.

ADDITIONES.

a *Videbatur, cum pupillus ex contractu obligari non poſſet, mul-*
to minus ex quaſi contractu poſſe obligari, quia conſentiendo
ne naturaliter quidem obligari poteſt. Reſpondetur, hanc pupil-
li obligationem non ex conſenſu vel quaſi oriri ſed ex lege, qua
& pupillus obligari poteſt, l.1.in princip. in dictione. Ciuiliter,
ff.de contrariæ tutel.act. ex qua obligatione. Prætor Actionem
propoſuit, induxitque in vſum, hoc enim modo tutores ad admi
niſtrationem erant procurandi, vt promptius de ſuo aliquid im
pendant, dum ſciunt ſe recepturos ad id, quod impenderent alio
quin nemo ad tutelæ onus accedere vellet d.l.1.in princip.
b *De iis actionibus dictum eſt, §.vl.ſup.quib.modis tutela finia-*
tur.

§. Item ſi.

1 *Tertia ſpecies quaſi contractus eſt communio rerum.*
2 *Inter cohæredes ex quaſi contractu obligatio naſcitur, ex qua*
oritur familiæ herciſcundæ actio.
3 *Hæres cum legatario quaſi contrahere dicitur ideo tenetur*
ad præſtanda legata.
4 *Quæ actio ex hoc quaſi contractu detur.*

1 TErtio, quaſi contrahitur inter duos vel plures, habentes
a rem aliquam communem, non *a* quidem ex ſocietate,
quæ expreſſo conſenſu contrahitur, & eſt proprius contra-
ctus vt ſup.in tit.de ſocietate dictum eſt, ſed ex accidēti præ-
ter ſpem, & propoſitum, ita vt inter ipſos, quo ad acquiſitio-
nem iſtius rei communis, nihil actum, vel conuentum ſit. Vt
quando Titio, & Mæuio ſimul eadem res legata, vel donata
eſt, & Titius ſolus forte ex illa re fructus colligit: aut Męuius
ſolus impenſas in ea rem neceſſarias facit. Hoc caſu æquitas
ipſa loquitur. Titium Mæuio obligatum eſſe ad diuidendam
rem communem, & diuidendos fructus inde perceptos, &
refuſionem expenſarum pro ſua parte. Sed quia hic non eſt
proprius contractus, neque delictum aut quaſi admiſſum, ex
quaſi contractu actio communi diuidundo oritur, de qua in
§.quædam, 20.infr.de actio.dicetur.
2 Quarto oritur quaſi contractus inter cohęredes ita vt actio
b familiæ *b* herciſcundæ pro diuiſione hæreditatis inter cohæ-
redes volentes à communione diſcedere, locum habeat. Ne-
mo enim inuitus in communione manere cogitur, l.fi.Cod.
commun. diuid. Et de hac actione etiam in d.§.quædam, di-
cetur. Cum his magnam cognationem habet finium regun-
dorum actio, quatenus perſonales præſtationes complectitur
vt ex quaſi contractu oritur, ſec.Gl. hic ſuper verbo intelligi-
tur, in fin. Nec enim in iudicio finium regundorum id ſolum
agitur vt fines diuidantur, ſed vt ijs diuiſis eius etiam, quod
intereſt à ratio habeatur, l.ſed & loci 4.§.1.ff. finium regund.
de quo etiam in d.§.quædam dicemus.
3 Quintò, quia nullum negotium inter hæredem, & legata-
rium, & etiam defunctum geſtum eſt, nec etiam delictum,
aut quaſi interuenit, oritur obligatio ex quaſi cōtractu vt hę-
res ad præſtanda legata teneatur, cum hæres adeundo hære-
ditatem, quaſi contrahere dicatur l.3.§.fi.ex quib. cauſa poſ-
4 ſeſſ.ea.tut. Ideò actio perſonalis ex teſtamento legatario, co-
tra hæredē, ad conſequenda legata competit. Et de hac actio-
ne, in §.ſed olim, 2.verb. Noſtra ſupra de legat. dictum eſt.
Item

ADDITIONES.

a *Vide §.quædam actiones, infra de actionibus, cap.de actione*
communi diuidundo.
b *Adde, & vide quæ plenius tractantur in §.quædam actiones,*
infra de actionibus cap. De actione familiæ herciſcundæ.

§. Item is cui.

1 *Alias ſpecies quaſi contractus ſolutio indebiti.*
2 *Quæ actio ex hoc quaſi contractu naſcatur.*
3 *Indebitum quare fuerit inter iſtos contractus non numeratū.*
4 *An in debitum per errorem ſolutum repeti poſſit, & n. 5.*

1 SExto, ſoluens indebitum per errorem ignoranter, licet ma
gis faciat animo diſtrahendi, ideſt diſſoluendi obligatio-
nem, quam ſubeſſe putat, quam animo obligandi, vt hic ta-
men quia facere aliquid dicitur habet, recipientem ex quaſi
contractu obligatum ad teſtituendum id: quod indebite ſo-
2 lutum recepit, ex quo prodita eſt actio, quæ dicitur. Condi-
ctio indebiti, vt in §. 1. ſup quibus modis re contrah. oblig. di-
ctum eſt Et ibi fuit inter iſtos contractus enumeratum in de.
3 bitum, quod ſit proprie contractus, vt ibi text. expreſſe dicit
ſed quia ad ſimilitudinem mutui datur hæc condictio, nec o-
ritur obligatio, niſi etiam res verè, & actualiter interueniat,
ſicut in mutuo, & depoſito. Et quamuis eius materiam ſup.
declarata ſit, notabitis tamen hic in §. fi. duos caſus enumera.
tos, qui a Regula hac quod indebitum per errorem ſolutum
4 repeti poſſit, excipiuntur I. Quaodo aliquid indebite ſolutum
eſt ex cauſa, quæ per inficiationem creſcit vt in actione, leg.
Aquiliæ, quæ contra inficiantem creſcit in duplum, l. contra
negantem, 4. C. ad l. Aquil. V. g. eſt tibi damnum datum a Ti-
tio, id ego emendaui, & ſic cum non eſſem obligatus, igno-
ranter indebitum ſolui, non competit, mihi repetitio indebiti
ſoluti, quia ſoluere videor ex cauſa tranſactionis, ſec. Pla. hic
Circa quod obiter notabitis, eum qui confitetur ſe delictum
commiſiſſe, quod alius perpetrauit, præiudicare ſibi quo ad
Intereſſe pecuniarium, non autem quo ad pœnam corpora-
lem, ſi criminaliter accuſatus fuerit, cum nemo ſit dominus
ſuorum membrorum vulg. l. liber homo, 13. ff. l. Aqui. de quo
5 latius vide Porc. hic II. Quando legata relicta pijs locis, vel
ad pias cauſas indebite ſoluuntur. Hæc non repetuntur, cum
fauore piarum cauſarum, tum etiam, quod inficiatione cre-
ſcunt, vt hic, iuncto §. ſed furti, 26. inf. de actionibus add. gloſ.
hic ſuper verbo, Quod per errorem, quæ refert ſex alios ca-
ſus in quibus indebitum ſolutum non repetitur.

PER QVAS PERSONAS NOBIS obligatio acquiritur.

TITVLVS XXIX.

1 *Quæ ſit differentia inter hunc titulum, & eum qui in ſecundo libro ponitur eadem inſcriptione, & à titulo de ſtipulatione ſeruorum.*
2 *Quot modis acquiratur nobis obligatio.*

1 COntinuatio huius tituli ponitur hic, in prin. tit. no-
ſtri qui a ſuperiori titulo in ſecundo libro, per quas
perſonas cuique acquira. ſec. gl. hic in hoc differt,
quod tibi tractatur, qualiter per alios res ſeu domi
nia rerum acquiruntur, hic vero qualiter per alios obligatio-
nes nobis acquiruntur. Item differt à tit ſup. de ſtipul ſeruor.
quia ibi tractatur, qualiter per alios nobis acquirantur obli-
gationes ſtipulatione tantum, hic autem de omni obligatio-
ne acquirenda agitur, ſec. gl. 1. hic. Acquiritur igitur, obligatio
2 I Per noſmetipſos II. Per filios noſtræ poteſtati ſubiectos cir-
a ca peculium, ſcilicet profectitium, quo a ad proprietatem, &
vſumfructum, In aduentitijs vero quo ad vſumfructum pa-
tri tantum, & quo ad proprietatem ipſi filio in Caſtrenſi vero
vel quaſi obligatio ſoli filio acquiritur. III. Per ſeruos noſtros
a quibus tota obligatio nobis acquiritur. IV. Per ſeruos alie-
nos bona fide poſſeſſos, & liberos homines, & hi acquirunt
poſſeſſori ex eius re, & opera ſerui, ſed aliunde vero domino
acquirunt, vt hic, in gloſ. ſuper verb. Acquiritur V. Per ſeruos
communes. VI. Per ſeruos vſufructuarios. Et quia mater hu-
ius tit. ſup. in d. tit. Per quas perſonas, &c. declarata eſt, diu-
tius hic non erit inſiſtendum.

ADDITIO.

a *Patre in peculio profectitio liberorum proprietatem, & vſumfructum habet, in aduentitio ſolum vſumfructum, in Caſtrenſi, vel quaſi, nihil, & ſic nec proprietatem, nec vſumfructum. Ex his conſtat in profectitio omnem obligationem patri acquiri, in aduentitio proprietatem obligationis ad filium pertinere, exercitium vero actionis ad patrem.*

QVIBVS MODIS OBLIGATIO tollitur.

TITVLVS XXX.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Diuiſio tituli in quatuor partes.*
3 *Solutione eius, quod debetur ipſo iure tollitur obligatio, tam naturalis, quam ciuilis.*
4 *Limitatione regulæ, & n. 5. & 6.*
7 *Soluens pro inuito nihil repetit, & n. 8.*
9 *An debitor poſſit ſoluere creditori creditoris.*
10 *Solutio principalis liberat fideiuſſorem & contra, & ita vna ſolutio duas liberationes parit.*
11 *Fideiuſſores ſoluens, an liberet debitorē principalem, & n. 12*

1 HActenus dictum eſt, qualiter obligationes ex
contractibus, vel quaſi naſcantur, & per quas
perſonas nobis acquirantur. Sed nihil tam na-
turale, eſt quam eodem modo vnum quod-
que diſſolui, quo colligatum eſt l. nihil tam na-
turale, 35. ff. de reg. iur. Itaque Imperator ſubij-
cit hunc titulum in quo docet per quos obligatio tollatur. Et
2 diuiditur titulus, ſecundum communem Docto. ſententiam
in quatuor partes. In I. parte traditur, qualiter ſolutione obli-
gatio tollatur. In II. qualiter acceptilatione. In III. qualiter no-
uatione. In IV. qualiter conſenſu.
Quod autem ad princ. tit. noſtri attinet, illud primum mo-
dū, quo obligatio tollitur, nobis definit, ſemperq. ad hoc alle-
3 gari ſolet, quod ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis
obligatio. Quā concluſionem I. Ampliare 2. gl. hic, vt ſolutio-
ne tollatur obligatio, ſiue ea ſit naturalis, & ciuilis ſimul, ſiue
naturalis tantū, ſiue ciuilis tantum, ſiue ſit re, ſiue verbis, ſiue
litteris, ſiue conſenſu contracta. Nec obſtant iura per gloſ. in
contrarium adducta, quia per ea reſtringitur, vel limitatur
prędicta Regula, quod omnis obligatio ſolutione tollitur. 1.
4 Quādo legitime a perfecteq. facta eſt ſecus ſi illegitime, vel l.
a prohibente, vel ratione iuris in re ſoluta deficiēte, vt eſt in cre
ditore, vel debitore pupilli, qui dum fuit datus tutor tacuit ſe
debitorem, vel creditorem eſſe. Nam ſi eſt creditor perdit de
bitum, ſi vero debitor, non liberatur ſoluendo, donec admi-
niſtra. Auth. minoris, C. qui tut. dar. poſſunt. 2. Quando ſolui-
tur res quæ antea alteri fuit obligata, l. ſi rem meam, 20. ff. de
5 ſoluti. 3. Quando res redditur deterior, l. 3. §. ſi reddita, ff. com
modati. II. Ampliatur hæc concluſio, vt etiam obligationes ex
b delicto, vel quaſi, ſatisfactione b pœne tollantur, vt declarat
Faber hic, alias ſoluendo, & emendando damnum ciuiliter
quis videtur confiteri crimen, l. athletas, 4. §. fi. cum leg. ſeq.
ff. de his qui not. infra. Nec ſolutio ciuilis criminalem tollit l.
6 1. Cod. quando ciuilis actio criminali præiudicet. III. Am-
pliatur hæc concluſio vt ſolutione etiam alterius rei debitor
liberetur, creditore volente, alias ſecus per regulam vulgatā,
c quod illud c pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, leg. 2.
§. 1. ff. ſi cert. pet. Quæ Regula etiam ſuas limitationes recipit
Nam fallit, 1. Quando in obligatione factum eſt deductum
in quo poſt morā ſuccedit obligatio ad intereſſe, l. ſtipulatio-
nes non diuiduntur, 72. in princ. verſ. Celſus, ff. de verb. oblig.
& leg. ſi quis ab alio, 12. §. fi. ff. de re iud. de quo in princip. §.
fi. ſup. de verb. oblig. dictum eſt 2. Quando res, quæ debet re-
ſtitui eſt perempta, quia tunc, ex cauſa neceſſitatis, ſoluitur
æſtimatio, licet res petatur leg. in re furtiua 8. ff. de condictio.
furt. 3. Quando debitor non poteſt ſoluere pecuniam, quia
tunc creditor cogitur recipere meliora bona debitoris in ſolu
tum, ſi non reperitur emptor. Authen. hoc niſi, C. de ſolutio.
Et. 1

ADDITIONES.

a *Debitor poteſtne ſe a creditore liberare, etiam ante tempus ſoluendo? Poteſt l. ſtipulatio iſta, 38. §. ſi quis dolum, 16. ff. de verb. oblig. Vide tamen duas exceptiones apud Soc. regul. Debitor, 77. Poteſtne creditori ſoluere debitū, ſi creditor id alteri ceſſit Vide l. 3. C. de nouation. & Soc. reg. 79. Poteſtne ſolutio fieri in pecunia mutata? Vide Guid. Pap. q. 493.*
b *Debitor, non habens vnde ſoluat in corpore luere debet, & ita luendo liberatur, l. ſi id quod, ff. de iuriſd. l. mancip. C. de ſeruis fugit. l. ult. ff. de in ius vocando. Vide tamen quatuor exceptiones apud Socinum reg. 81.*
c *Quid ſi debitor creditori ſuo cedat actionem, & nomen contra ſuum debitorem. Non liberatur debitor ea nominis ceſſione l. 3. C. de dona.*

Et plureſalias fallẽtias vide poſt Bar. & alios, omnino autem
per Iaſ. in d.l.2.§.1. ſi cer.pet. Plat.& Ang. hic. Et addite ord.
doct. Bar. in l.Paulus 101.ff.de ſol.ſi tempore contractus erat
in vſu certa moneta,quæ poſtea tẽpore ſolutionis mutata eſt
an ſoluendo poſteriorem debitor liberetur. Et Can.poſt text.
in c.olim,20.ext.de cẽſibus,& in c.quanto,18.ext.de iureiur.
7 IV.Principaliter prædicta concluſio ampliatur,vt ſolutione
tollatur omnis obligatio,etiamſi alius pro alio inuito,& igno
8 rante ſoluat. Vnde principaliter etiam ex text.noſtro notabi-
a tis,quod pro inuito, *a* & ignorante debitore quis ſoluere po-
teſt,& debitorem liberare, vt hic, & l.ſoluendo,39.ff.de nego.
9 geſt. Soluens tamen pro inuito,ſolutum repetere non poteſt,
propter prohibitionem,l.fi.C.de neg.geſt. An autem debitor
10 poſſit ſoluere creditori creditoris, diſtinguitur: Etenim hoc
fit, aut inuito primo creditore,& poſt prohibitionem nõ libe-
raretur,d.l.fi.aut ignorante creditore, & non liberatur quidẽ
ipſo iure,ſed ope exceptionis,l.ſi opera,6.in fi ff.de doli exce,
Vide plenius Bar.in l.ſolutum,11.§ ſolutum,ff de pig.act. Vl-
timo circa princ. tit. noſtri,quod ſolutio principalis liberat fi-
b deiuſſorem, & contra, & ita vna *b* ſolutio duas liberationes
11 parit. Aduertendum tamen,quod ſi fideiuſſor ſoluit nomine
principalis, tunc ipſo iure liberatur principalis, & non poteſt
fieri ceſſio actionis pro creditorem fideiuſſori, contra debi-
torem principalem, cum eum amplius non habet obligatum
12 per primam concluſionem text.noſtri. Si vero fideiuſſor ſuo
c *c* nomine ſoluit, non liberatur principalis ipſo iure, ſed ope
exceptionis. Ideo etiam ex interuallo ceſſio actionis contra
debitorem fieri poteſt, de quo vide Bart. in l. Modeſtinus,76.
ff. de ſolutio,& Doct.hic.

ADDITIONES.

a *At inuito beneficium non datur? Verum eſt: atqui aliquem libe-
rare ab obligatione beneficium eſt? & hoc verum eſt. Sed obſer-
uandum eſt,quædam fieri poſſe oblique, & ciuiliter, ſeu fictione
ciuili,quæ naturaliter nullo modo conſiſtunt. Fictione ciuili libe
ratur hic debitor ab obligatione creditoris,quia ſolutione omnis
tollitur obligatio, & contra bonã fidem faceret creditor. ſi quia
inuito debitore ſibi ſolutum ſit,iterum petere,l.bona fides,57.ff.
de reg.iur. Hoc tamen caſu inuito beneficium nõ datur proprie
loquendo: Dare enim eſt accipientis facere,vt inſ. de act. §.ſic
itaq. diſcretis, 14. & l.vbi autem,75 §.fi ff.de verb. oblig. Hic
autem nihil directo in debitorem transfertur, ex regula l. non
videtur,167.ff.de reg.iur. ſed ſaltem in conſequentiam ex ſolu-
tione creditori, facta liberatur, ne ſcilicet creditori permitta-
tur bis idem exigere. Proprie itaque inuito beneficium dari
non poteſt, improprie, & per conſequentiam poteſt.*
b *Solutio vna interdum parit duas liberationes, l.in numeratio-
nibus, ff. de ſolution.*
c *Quod in dubio præſumitur, l.Papinianus,ff.mand.*

§ Item per acceptilationem.

1 *Acceptilatione tollitur obligatio. Et quod vera ſolutio opera-
tur, hoc idem operatur, & acceptilatio.*
2 *Acceptilatio differt a ſolutione.*
3 *Acceptilatio quid.*
4 *Acceptilatio vnde dicta.*
5 *Qualiter acceptilatio fiat.*
6 *Nihil intereſt quibus verbis fiat acceptilatio.*
7 *Effectus acceptilationis.*
8 *Acceptilatione tollitur ſolum verborum obligatio, non autem
cetera, eiuſque ratio, & n 9. & 10.*
11 *Stipulatio Aquiliana vnde dicta, & quid, & n.12.*
13 *An ſolutio particularis fieri poſſit, cum multa incommoda
habeant.*
14 *Generalis acceptilatio,ſeu liberatio,aut quietatio,in dubio ad
quid referatur.*

1 SEcundus modus, quo obligatio tollitur, eſt Acceptilatio,
quę imaginaria ſolutio dicitur,& æquiparatur ſolutioni,
Quod enim operatur vera ſolutio ad perimendam obligatio-
2 nem,hoc idem operatur,& acceptilatio,& ita habet effectum
veræ ſolutionis,ex conſenſu creditoris,& iuris artificio. Sed
a in hoc *a* differunt,quia alia eſt vera,& realis ſolutio,quando
realiter res debita ſoluitur: ſed hęc ficta, & imaginaria, nec
requiritur pecunia numerata, ideo nec exceptio non nume-
ratæ pecuniæ opponi poteſt,l.ſi acceptum,19.§.inter,ff.de ac-
ceptil. niſi probetur per accepto ferentem,ſe futuræ numera-
tionis ſpe ſic liberaſſe,ſec.Ang. Peruſinum in d.§.inter,vt eum
3 refert hic Plat.n.1. Et hoc modo definiri poteſt, vt ſit diſtra-
ctus obligationis,ſeu liberatio,quæ ad ſimilitudinem ſtipula-
tionis fit per mutuã interrogationem debitoris,& reſponſio-
nem creditoris, qua obligationis vinculũ,quod inter eas par-
tes verbis conſtitutum erat,alijs,& contrarijs verbis diſſolui-
tur,l.cum ibi notatis,ff.de acceptil. Et habet nomen ab accep-
tum ferre,quaſi creditor dicat,habeo pro recepto,quod mihi
4 debebas,licet nulla ſolutio interceſſerit. Et ex hac definitione
5 colligi poteſt. I.Qualiter fiat acceptilatio. II. Quis ſit eius effe-
ctus. Sicut enim ſtipulatio fit per interrogationem creditoris
& reſponſionem debitoris ad hoc, vt debitor efficacius obli-
getur creditori: ita acceptilatio ẽ contrario fit per interroga-
tionem debitoris,& reſponſionem creditoris,vt debitor a na-
turali,& ciuili obligatione liberetur: hoc modo,quando debi
tor dicit ad creditorem. [Quod ego tibi promiſi,habeſne ac-
ceptum?] Et creditor reſpondet, [acceptum habeo] id eſt,ha-
6 beo pro recepto,licet nihil ſolutum ſit. Et ſicut ad ſtipulationẽ
contrahendam nihil intereſt,vtrum Latinis,vel Gręcis verbis
ſtipulatio concipiatur,vt ſup.de ver.obl.dictum eſt: ita etiam
de acceptilatione dicendum eſt,dummodo partes ſe inuicem
intelligat,ſiue per ſe,ſiue per interpretem,vt hic. Effectus au-
7 tem acceptilationis eſt, *b* vt per eam tota obligatio naturalis,
b ſcilicet in ciuilis tollatur, quod non ſic in pacto nudo de non
petendo,per quod tollitur naturalis obligatio tantũ,ciuili in-
tegra remanente,a qua tamen ope exceptionis reus quoq. li-
beratur. Licet enim ciuilis obligatio producat actionem,non
tamen exactionẽ,vt ſup.in tit.de obl.dictum eſt. Sed accepti-
latio continet vtrũq. & vim pacti propter conſenſum credi-
toris,vnde,& naturalis obligatio tollitur, & vim actus ciuilis
quia a iure ciuili introducta eſt,l.& vno,18.§.1.ff.de acceptil.
Itaq. etiam ciuilẽ obligationem tollit, vt declarat hic Fab. Et
non tantum præſens,ſed etiam pręterita,& futura,item pura
& conditionalis obligatio per acceptilationem tolli poteſt,vt
hic. Item non ſolum obligatio perſonalis,ſed etiam actio rea-
lis ad ſtipulationem Aquilianam, reduci, & per acceptilatio-
nem deinde tolli poteſt,& tunc loco rei ponẽda eſt eius æſti-
matio,quia alias nemo rem ſuam ſtipulari poteſt, vt declara-
8 tur per Doct.poſt gl hic,ſuper verb. Stipulatus. Tertio princi-
paliter hic notandum, acceptilatione ſolum tolli obligatio-
9 nem verbis contractam,ſeu per ſtipulationem. Cum enim ac
ceptilatio ſit quędam ficta verbalis ſolutio,a iurẽ ciuili intro-
ducta, ſolum etiam verbalem obligationem per ſtipulationẽ
tollit non autem ceteras obligationes,re,literis, aut conſenſu
c contractas. *c* Eſtque ratio, quia prout quidq. contractus ini-
tus eſt,ita & ſolui debet,l.prout quidque,80.ff.de ſolutio. Vn-
de ſicut conſentaneum eſt obligationem re contractam, re
diſſolui,& quod conſenſu contractum eſt,contrario diſſenſu
ſolui. Ita verbis contracta obligatio,alijs verbis aptiſſime diſ-
ſoluitur,iux.l.nihil tam naturale,35.de reg.iur. Et ideo cęte-
ræ obligationes in alijs contractibus initæ, per acceptilationẽ
non tolluntur,text.eſt hic,iuncta gloſ.in verb. Ceteræ. Quod
eſt verum,niſi illi contractus nouetur,& de prima obligatio-
10 ne in Aquilianam ſtipulationem deducantur, poſteaque per
acceptilationem tollantur, nempe qualiſcunq. ſit obligatio,
ſiue re,ſiue literis,ſiue conſenſu cõtracta,deducatur in ſtipu-
11 lationem Aquilianam (quæ ſic ab authore Aquilio dicta eſt)
atque ita verborum obligationis naturam aſſumat,quo facto
ſtatim peruentum eſt ad acceptilationis interponendæ facul-
tatem,ita vt quod verbis ligatum eſt,verbis quoque diſſolua-
tur. Veluti, ſi Titius debet mihi centum ex cauſa mutui,vel
ex alia cauſa, illa obligatio non poteſt tolli per acceptilatio-
nem,quia non verbis,ſed re contracta eſt,iuxta dict. l.prout
quidque, ff. de ſolut. Si vero animo nouandi dicam ad Ti-
tium,[Promittis mihi ex cauſa ſtipulationis illa centum,quæ
12 ex cauſa mutui,vel alia cauſa mihi debes?] & ipſe reſpondeat,
Promitto: hæc dicitur Aquiliana ſtipulatio, per quam prior
obligatio re contracta nouatur,& transfunditur in ſtipulatio
nem

ADDITIONES.

a *Solutio fit re intercedente acceptilatio verbis,l.ſi acceptilatum
§.inter,ff.de acceptil.*
b *Vtilis. Quid ſi inutilis? Si res ratione in acceptilationem dedu-
cta inutilis eſt acceptilatio,vim pacti habet,& ita poteſt Man-
tica opinio admitti. Sin ratione formæ,ſolennitatis,& verbo-
rum,vim etiam pacti non habet, & ita Bulgari opinio defendi
poterit. Vide l.ſi vnus,§.ſi acceptilatio,ff.de pact.1. Adde l.an
inutilis acceptilatio,8.ff.de accept.*
c *An,& eodem modo obligationes ex maleficio contrario conſen-
ſu tolli poſſint? Plane iniuriarum actio diſſenſu, aut diſſimula-
tione tolli poteſt,l.ſi tibi decem,§.quædam actiones,ff.de pactis.
Quin pœnam ſibi non Reipublicæ debitam quis læſus remittere
poteſt,l.ſi vnus,§.pactus,ff.de pact.*

nem adeo, vt illa centum magis ex cauſa mutui ſed ex ſtipu-
latione iam debeantur. Si deinde Titius dicat ad me: [Acce-
ptane fers illa centum, quæ per ſtipulationem tibi promiſi?]
Et ego reſpondeam: [Acceptum fero, iam illa obligatio ſub-
lata eſt, ita vt Titius ſit liberatus text. eſt hic, qui ita breuiter
ſummari poteſt. Per acceptilationem tollitur obligatio verbis
contracta, non autem aliæ obligationes, quæ tamen poſſunt
deduci in Aquiliam ſtipulationem, & deinceps per acceptila-
tionem tolli in totum, vel pro parte, cuiuſcumque formę, vel
13 materiæ exiſtant. Vnde quærit Gloſ. hic, ſuper verb. Rectè
ſoluitur, an ſolutio particularis fieri poſſit, cum multa habeat
incommoda, l. planè, 13. ff. fam. ercíſc. Et ita diſtinguit: Aut ſit
ſolutio particularis volente creditore; & non eſt dubiũ quin
a valeat. Aut inuito creditore, & ſubdiſtinguit re: Aut *a* ſunt plu
ra debita, & tunc debitor poteſt vnum integrè ſoluere, & cre-
ditor cogitur acceptare, l. ſi ff. quibus mod. pign. &c. Aut ve-
ro eſt vnum debitum, & tunc aut pars debiti liquida, & pars
non & hoc caſu ſi pars liquida tota offertur, tunc creditor co
gitur acceptare particularem ſolutionem, l. quidam exiſtima-
uerunt, 21. iun gl. ff. ſi cer. pet. aut totũ debitum eſt liquidum
& tunc ad particularem ſolutionẽ recipiendam creditor co-
gi non poteſt, l. tutor, 41. Lucius, ff. de vſu. de quo latius vide
Iaſ. & alios, in d. l. quidam exiſtimauerunt. Vltimo notabitis,
quod Ang hic nu. 6. inbijcit, generalem acceptilationẽ, ſeu li-
14 berationẽ, aut quietationem, in dubio referri ad id, quòd ſpe-
cialiter actũ eſt, l. ſi de certa, 21. & ibi Doct. C. de trãſ. niſi ali-
qua verba ſubijciantur, quæ non poſſunt ſalua ratione recti
ſermonis referri tantum ad ſpecificata, ſed vltra ea aliquid im
portant; ideo tunc regulariter etiam ad alias cauſas & obliga-
tiones generalis liberatio extenditur. De quo Bart. & Doct.
in d. l. ſi de certa, & not. l. pecuniã, 79 ff de ſolutio. vbi dicitur,
melius eſſe dare apocham, quã reddere chirographum, &c.

ADDITIO.

a *Alij ita diſtinguunt. Aut debitor integrũ debitũ fatetur, & par*
tẽ debiti offert, & tunc nõ poteſt inuitũ cogere, vt partem tantũ
accipiat l. tutor, § Lucius, ff. de vſur. aut partẽ debiti agnoſcit,
alterã negat, & tunc agnitã partem offerre poteſt. l. quidã exi-
ſtimauerant, ff. de reb. cred. Quin alij ex æquo, & bono credito-
rem cogendum dicunt partem accipere, l. planè ff. fam ercíſ.

§. Præterea.

1. *Nouatione tollitur ipſa obligatio.*
2. *Nouatio quid.*
3. *Quæ obligatio nouari poſſit.*
4. *Nouatio quomodo differat ab acceptilatione.*
5. *Vt nouatio teneat quæ requirantur, & n. 8. & 9.*
6. *Quæ cum infante, vel ſeruo nouatio fieri poſſit.*
7. *Cum pupillo poteſt fieri nouatio.*
10. *Quæ iura circa nouationem conſideranda, & n. 11. & 12.*
13. *In quibus caſibus olim nouatio fiebat ipſo iure, in illis hodie fit ope exceptionis.*
14. *Nouatio exceptionis.*
15. *Quis poſſit nouare.*

1 TErtius modus, quo obligatio tollitur, dicitur Nouatio,
quæ proxima eſt acceptilationi Nam & hanc per inter-
rogationem, & promiſſionem fieri oportet, vt hic, in prin. in
verb Stipulatus, & Gl. in l. 1. ſuper verb. Ciuile, ff. de nouatio.
2 Eſt aũt Nouatio prioris debiti, ſeu obligationis in aliam obli-
gationem, vel naturalem, vel ciuilem transfuſio, & tranſlatio
vt prior obligatio perimatur, & noua cõſtituatur, d. l. 1. in pr.
ff. e. veluti, quando id, quòd debes ex cauſa empti, deducitur
in ſtipulationẽ. Vnde etiam nouatio dicta eſt a nouãdo, quia
noua obligatio cõſtituitur, d. l. 1. in pr. ff. eo. Quæri itaque ſo-
3 let, quænam obligatio poſſit nouari? Et dic, non reſpici qualiſ.
nam obligatio præceſſerit, vtrũ naturalis, an ciuilis, vtrum re,
litteris, an conſenſu ſit contracta. Omnis tantũ obligatio ver-
bis nouari poteſt, d. l. 1 § ſi. non ſolũ iuris ciuilis obligatio, ſed
4 etiam ea, quæ a iure gentium introducta eſt. Et in hoc differt
ab acceptilatione. Eſtque ratio diuerſitatis, quia natura acce-
ptilationis eſt, radicitur tollere obligationem, quæ cum ſit in-
troducta a iure ciuili, non poteſt tollere obligationes cauſa-
tas a iure gentium, ſed natura nouationis eſt, non penitus, &
radicitus tollere obligationem, ſed illã potius in aliam tranſ-
fundere. Non mirum igitur, ſi obligationes iuriſgentium ſol-
lantur, per nouationem, nõ autem per acceptilationem, cum
facilius aliquid transferatur in alteram ſpeciem, quam in to-
5 tum perimatur, vt declarat hic Porc. ad hoc autem, vt noua-
tio teneat, requiritur I. Quod ſequens obligatio teneat, aut ci-
uiliter, aut naturaliter tantũ, d. l. 1. §. ſi. Si enim neutro modo
teneat, inutilis eſt nouatio, & rata, & firma manet prior obli-
6 gatio, cum non habeat in quam tranſeat. Vnde ſi cum infan-
tes, vel ſeruo celebrata ſit nouatio, ita vt promiſerit ſoluere
id, quod alius debeat, nullius eſt in momenti. Neuter enim il-
lorum, nec ciuiliter, nec naturaliter intercedendo, propter le-
gis prohibitionem obligatur, vt notatur per Doct. poſt gl. hic,
ſuper verb. Nulla, circa ſi. Sed quia pupillus, etiam naturaliter
a *a* ſine tutoris authoritate obligatur, poteſt cum eo nouatio
7 fieri, ita vt prior debitor liberetur, licet poſterior obligatio
nulla ſit id eſt inefficax: quia naturalis obligatio actione non
producit, tex. eſt hic, iunctis notatis per Doct. II. Requiritur,
quòd fiat nouatio per ſtipulationem, text. eſt hic, in prin. iun-
cta Gloſ. ſuper verbo. Nouatione, & in d. l. iuncta Gloſ. ſuper
8 verbo Ciuilem, & l. 2. ff. eo. Si enim fieret per nudum pactum
tunc prius debitum deduceretur, in conſtitutum, de quo in §.
9 de conſtituta, 7 inſt. de act. dicetur. III. Requiritur, quod hoc
expreſsè agatur, vt obligatio nouetur, vt hic in ſi. ſi enim hoc
non agitur, duæ ſunt obligationes, vt hic in ſi. & d. l 2. in fin. &
ex vtraq. dabitur actio creditori veluti quando debitor plu-
ries idem promittit Et licet tunc vtraque maneat obligatio,
ſemel tamen tantum ſit exactio. Bona fides enim nõ patitur,
vt idem bis exigatur, l. bona fides. 58. ff. de reg. iur. ad d. Gl. fin.
10 hic. Et pro pleniori intellectu, D. poſt Gl. hic, ſup. verbo, No-
uatione, diſtinguunt tria tempora, ſeu iura in materia noua-
tionis. Primum fuit ius antiquiſſimũ, quo nouatio fiebat, quo
ties aliquid addebatur, ſeu detrahebatur priori obligationi, &
etiam interuentu nouæ perſonæ, & de hoc fit mentio in d. l.
11 ſi. in prin. C. eo Secundum fuit ius antiquum tempore Dige-
ſtorum, quo in dubio ipſo iure inducebatur nouatio in duo-
bus caſibus, 1. Quando ſtipulatio continebat plus re, quam pri
ma: veluti, ſi promiſi tibi centum ex cauſa certa, & deinde de
ex eadem cauſam promitto tibi 200. Florenos. Secus ſi ſtipu-
latio plus continebat in tempore, vt quia promiſi tibi dare
decem prima Decembris, ac deinde promitto tibi ea de te
prima Octobris, vt declaratur hic, per Plat. nu. 15. 2. Quando
ſecunda ſtipulatio tantũ continebat, quantũ prima, ſed inter-
ueniebat noua perſona, niſi actũ eſſet, vt duo rei conſtituerẽ-
12 tur, l. 3. in prin. ff. de duobus reis. Et illis caſibus nouatio fiebat
ipſo iure, etiam ſi hoc expreſsè non agebatur. Tertium eſt ius
nouum, quo nũquam præſumitur nouatio fieri ipſo iure, niſi
hoc expreſsè inter contrahentes agatur, quod priorem obli-
gationem nouare velint: alias manet priſtina obligatio, & ſe-
cunda, & accedit, ſiue idem debitor pluries promittat, ſiue
alius pro eo, tex. eſt hic, & in d. l ſi. C. eo. Dicunt tamen com-
13 muniter Doct. in caſibus, in quibus olim fiebat nouatio ipſo
iure, hodie eam fieri ope exceptionis, adeo vt licet nõ valeat
iure actionis valeat tamen ad excipiendum, quando, ſcilicet
ex verbis colligi poteſt, quod voluerint nouare obligationem
licet hoc non expreſſum ſit. Et hæc eſt communis Doct. ſen-
tentia, cuius tamen contrarium de iure per tex. in d. l ſi. & hic
videtur eſſe verius, de quo Ang. hic, poſt Gl. Bar. & D in d. l e.
14 2 ff. eo. Vltra prædicta notandum. Nouationem eſſe duplicẽ,
Quædam enim eſt voluntaria, de qua iam dictũ eſt: quædam
neceſſaria, quæ ſit in iudicio, non quando quia pro alio inius
vocato iudicium ſuſcipit, (nam tunc etiam voluntaria dicitur)
ſed quę ſit per litis conteſtationem. Prior enim nouatio quæ
erat temporalis, iam ſit perpetua. Et de hac loquitur, l. aliam,
29. ff. de nouatio. Et dicitur hæc impropriè nouatio, nõ prio-
ris obligationis per emptio, ſed nouæ qualitatis adiectio. Si-
cut etiam illa eſt impropria nouatio, quæ ſit per ſententiam,
& dicitur nouæ actionis cumulatio, de quo latius vide Porc.
15 hic, n. 5. Vltimo quæri poteſt, quis poſſit nouare? Et dic om-
nes poſſe, qui habent liberam bonorum ſuorum adminiſtra-
tionẽ, & ſtipulari poſſunt. Vnde pupillus, furioſus, mutus, ſur-
dus, & omnes, quibus bonis interdictum eſt, nouare priorem
obligationẽ prohibentur, l. cui, 10. & l. nouare, 20. ff. de noua-
tio. Et effectus nouationis proprius eſt, quòd prior obligatio
tollatur ipſo iure, quando hoc expreſsè agitur, vt fiat nouatio
vt hic, & d. l. ſi. C. eo. Aut ſaltẽ ope exceptionis, quando tacitè
hoc agitur, vt ſup. dictum eſt, poſt Gloſ. in d. l. 2. ff. de nouatio.

§. Fi-

ADDITIO.

a *Quia hic de naturali pupillorum obligatione agitur paucis eius*
quæſtionis difficultatem ſoluam, quod vt apertius, & planius ſiat
ea quæſtionem mouẽt ex legibus ſigillatim, & ordine in mediũ
adducã. Primum in noſtro dicitur, quod qui a pupillo, ſine tuto-
ris auctoritate, animo nouãdi ſtipulatur, rẽ amittat, quia prior
obligatio nouatione extinguitur, altera cũ pupillo contracta in-
efficax eſt, cum. n. alius nouæ perſonæ conſenſus interuenit, noua

naſcitur obligatio quæ nouatio dicitur. Sed inquiet aliquis ibi, dicitur, quod poſterior obligatio nulla ſit, ergo ex ea nō eſt nouatio. Reſpon. nulla quidem effectu eſt, quia non parit in pupillum actionem ac ne quidem exceptionem ſed tamen aliqua obligatio eſt: ſi cauſa inſpiciatur, id eſt conſenſus. Nam vt ſubſiſtat nouatio ſufficit quod, ſequēs obligatio, aut ciuiliter teneat, aut naturaliter, l. 1. §. 1. ff. de nouat. Pupillus autem ſine tutore promittens naturaliter obligatur, d. l. 1. in fi. ergo nouatio valet, neque vt opinor, regreſſus eſt, cōtra priorem debitorem, licet poſterior obligatio prorſus contra pupilli perſonam inefficax ſit: cum ſibi imputare debeat, qui vtilem obligationem in inutilem transfuderit: maxime, cum ille, qui cum aliquo contraxit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius, l. qui cum alio, 19. in pr. ff. de reg. iur. Pupillus ne ergo naturaliter obligatur? ita eſt, §. noſt. item l. vlt. ff. de iureiur. vbi dicitur, quod naturalis obligatio, quæ ex mutuo, quod pupillo datum fuerat, nata fuerat pactione de non petendo tollitur, item l. ſi pupillus, 21. in prin. ff. ad l. Fal. vbi pupillus ex mutuo ſine tutoris auctoritate accepto naturaliter obligatus dicitur. Quod iiſdem prope verbis cōfirmatur in l. cum illud, 25. § 1. ff. quando dies l. vel fideic. ced. & in l. in numeratonib. 44. & in l. Stichum, 95. § naturalis, 4. ff. de ſolut. Hoc licet veriſſimum ſit, contrariatur tamen quaſi ex diametro, quod dicitur, in l. quod pupillus, 41 ff. de condict. indebit. minirum ſi pupillus ſine tutoris auctoritate, ſtipulanti promiſerit & ſoluerit, repetitio eſt, ratio eſt quia nec natura debet, verba ſunt d. l. 41 addatur, lex. 1. §. 2. ff. de pecun. conſtit. & verba illa, quia nec natura debet, quomodo conciliãda cum leg. 1. in fin. ff. de nouat. vbi dicitur pupillus, ex promiſſione naturaliter obligari? An ergo quædam differentia ſit inter natura debere, & naturaliter obligatum eſſe? Hoc ita dici poteſt. Nam qui natura debet, eum iure gentium dare oportet, leg. cum amplius 74. §. 1. ff. de reg. iur. quem autem, iure gentium dare oportet is ſolutum repetere non poteſt, le. 13. 14. & 19. in princ. l. 40. in princ. ff. de cond. in deb. Pupillum ergo licet naturaliter obligatum, non tamen natura debere conſtat, cum ſi ſoluat, repetere poſſit, vt ante dictum eſt, d. l. 41. ff. de condict. ind. Hac tamen ſubtilitate vix, antinomia ſatisfactum exiſtimo, quia pupillo non propria ob id datur condictio tanquam ſi natura nō deberet, ſed quia ſoluerit, quod natura quidem debebat, ſed tamen ſoluere non poterat, l. ſolutionem prohibente tanquam alienationem. Quod ergo in d. l. 41. dicitur quia nec natura debet fictio iuris eſt tanquam ſi pupillus ne natura quidem debere dici poſſet, cum in illum naturalis obligationis effecta non operentur. Quod fortiore argumento probo. Certiſſimi iuris eſt pupillum ex ſolemni contractu tutori naturaliter, & ciuiliter obligari ſi tamen is ſine tutoris auctoritate ſoluerit, competet ei condictio indebiti, l. interdum perſona 29. ff. de cond. ind. dici, quidem pupillus poſſet, neq. natura, neq. lege debere, propterea, quod ceſſent effectu illarum obligationum, ſed tamen verum eſt eum obligatum eſſe. Ratio vniuerſalis eſt quia ſiue pupillus natura debeat, ſiue natura, & l. ſimul, poteris tamen cum l. ſoluere prohibetur, ſemper ſolutum condicere quaſi priuilegiū repetitionis non ex qualitate debiti pupillo competit, ſed perſonæ beneficio locum facit tex. expreſ. eſt in d. l. 29. indictione perſona. Hoc intuitu Neratius Iuriſ. in d. l. 41. fictionem a perſona ad rem induxit, tanquam ſine natura quidem a pupillo deberetur, quod ille l. prohibetur ſoluere, quia ſi verum eſſet, vt propterea pupillus repetere poſſet quia natura nō deberet, conſequeretur, vt eum hoc beneficium ex qualitate debiti eſſe, & conſequenter intuitu rei conuerteret illud etiam fideiuſſori, & heredis prodeſſet ex natura beneficij realis. Quod enim neq; natura dentur, neq. l. id omnino non detur deq. id ſine noue conſenſu, ex ſola, perſonarum, mutatione poteſt fieri natura debitam cū perſona mutatio ſola ſine conſenſu, non ſit modus introducendæ obligationis. Cum itaq. fideiuſſor, & heres ſoluentes repetere non poſſint conſequens eſt antea natura debitum fuiſſe, cum fideiuſſoria obligatio, vtpote acceſſoria, ſine principali non poſſit ſubſiſtere hereſq. repetere poſſet ſi defunctus non debuiſſet. Pari ratione etiam intelligenda, eſt l. pupillus, 59. ff. de obl. & act. in qua pupillus, mutuam pecuniam accipiens fingitur, ne naturali quidem iure obligatur, propterea, quod obligatio illa ordinario naturalis obligationis defectu deſtituatur, & notando ſunt in illa l. verba, iure naturali obligari, contra eos qui diſtinguunt inter natura debere, & naturaliter, vel iure naturali obligari cum hæc omnia eadem ſint. Atq. ita duas has leges ex diametro ſuperioribus contrarias conciliari poſſe exiſtimo minirum ideo Iuriſ. in duabus legibus contrarijs pupillum naturaliter obligatum negare, quia effectus naturalis obligationis ea ætate durante penitus ſepulti ſint. Cæterū hoc Iuriſc. non volunt, nec poſſunt velle, vt pupillus qui infantiam exceſſit, & conſenſum præbere poteſt, naturaliter non obligetur cum ad naturalem obligationem ſolus conſenſus ſufficiat, quam nec Iuriſ. nec vlla lex tollere poteſt, aut prohibere. [Factum. n. lex tollere non poteſt, neq; quæ naturalis facultates ſunt quã fictione quadē ciuilis lex adumbrare poteſt, totam autem immutare non poteſt. Hæc pro ſcholaſticis.

§. Finalis.

1 *Contrario diſſenſu ipſo iure tollitur obligatio (venditio*
2 *Quando res retrotraditur, & precium reſtituitur, an ſit noua*
3 *An datio arrharum faciat deſinere rem eſſe integram.*
4 *Quomodo obligationes, quæ ſolo conſenſu non contrahuntur, (tollantur.*
fiſcali, vel publica.
5 *An vulnerans tranſigens cum vulnerato ſit liberatus a pena*
6 *Compenſatio ipſo iure tollit obligationem.*
7 *Compenſatio quid.*
8 *Quando compenſatio admittatur.*
9 *Confuſione rerum tollitur ipſa obligatio.*
10 *Item, & oblatione, conſignatione, & depoſitione rei debitæ.*
11 *Oblationum duæ ſpecies.*
12 *Verbalis quæ.*
13 *Realis quando dicatur fieri.*
14 *Realis quotupliciter fiat, & n. 15. & 16.*
17 *An oblationem quæ requirantur.*
18 *Interitu ſpeciei tollitur obligatio.*
19 *Item chirographi redditione.*
20 *Quando inſtrumento reperitur penes debitorem, an præſumatur liberatus.*
21 *Ad quæ teneatur creditor.*

1 QVarto obligationes, quę ſolo conſenſu contrahuntur, re
integra, contrario diſſenſu ipſo iure diſſoluuntur, vt hic
& §. recte, 9. ſup. de mandat. Et ratio huius concluſionis ſumi
tur ex Regula, l. nihil tam naturale, 35. ff. de reg. iur. & ex leg.
prout quidque, 80. ff. de ſolut. Ad hoc autem vt hæc concluſio
procedat, requiritur, quod res ſit integra. Vnde ſi vendita eſt
res eaq. tradita, aut precium ſolutum eſt totum vel eius pars,
non poteſt ſimpliciter contraria voluntate recedi a cōtractu
emptionis, niſi interueniat actus priori ſimilis, ita vt precium
reſtituatur, & vltra diſſenſum res vendita retro tradatur le. 1.
2 C. quando lic. ab emp. diſced. Et eius ratio quoq. ſumitur ex
d. l. nihil tam naturale. An autem iſto caſu quando res retro-
traditur, & precium reſtituitur, ſit noua venditio? Dic, quod
non ſit nouus cōtractus ſed prioris diſtractus, ac ideò de eo
non traditur noua gabella, 2. gl. & Bal. & alios in l. 2. C. quan-
do lic. ab emp. diſc. Item datio arrhatum non facit deſinere rē
eſſe integram, quoties ſcilicet ſimpliciter arrha data eſt vt ſit
argumentum, & probatio emptionis ſecus ſi etiam nomine
3 precij data ſit. Nam & tunc arrha retrotrahi debet ad hoc, vt
contraria voluntate obligatio ipſo iure tollatur, d. l. 2. ibi gl. &
Doct. Idem de alijs contract. qui ſolo conſenſu perficiuntur,
4 dicendum eſt. Ex quo ſequitur, quod aliæ obligationes quæ
ſolo conſenſu non contrahuntur, ſed re, vt mutuum, vel ver-
bis, vt ſtipolatio, ſola contraria voluntate non tollũtur, ſed de-
beat interuenire actus retro ſimilis priori, vel æquipollens, vt
transferre obligationem in Aquilianam ſtipulationem, & po-
ſtea liberare per acceptilationem, vt ſup. dictū eſt. Et adde gl.
1. hic, quę ad tex. noſtrum hic: addit ampliationem, quod qui-
buſdam actio. famoſis ex maleficio deſcendent. quæ ab vtra-
que parte ſunt penales, & competunt ad id, quod actori non
abeſt, & reo nō adeſt, vt eſt iniuriarum, & furti, actio ipſo iu-
re obligatio cōtrario diſſenſu tollatur, tex eſt expreſſus in l. ſi
tibi decem, 17. § quædam, ff. de pact. Quia enim ſunt debiles
obligationes, in contrahendo, & etiam odioſę, ideo etiam fa-
cile tolluntur, vt inquit hic, Pl. n. 5. Et tales obligationes ita tol
li poſſe vero eſt, quo ad præiudicium ipſius partis, non āt fiſci
vel reip. qua tū, ſcilicet ad pœnā publicā, ſi q̄ fiſco dētur, l. iuris
5 gentiū, 7. §. ſi paciſcat, 14 ff. de pact. Vnde notabitis tex. Ang.
hic, ſi quis eſt vulneratus, & tranſigit, aut pacē facit cū vulne-
rāte, quod tamē vulnerãs, & delinquēs nō ſit liberatus a pęnā
publica, & fiſcali, ſicut è contrario princeps faciendo gratiam
malefactori, non poteſt tollere ius pęnæ quęſitę parti priuatę
l. venia, 2. iũcta, gl C. de in ius voc. Adde notata in l. tranſige-
a re, 18. C. de tranſ. a Vltimo circa hūc modū notabitis, licet ma
trimonium etiam ſolo conſenſu perficiatur, l. nuptias, 30. ff. de
reg. iur. tamen contrario diſſenſu illud non diſſolui, cū in iſto
contractu non ſit, locus pęnitentiæ, nec in partium voluntate
conſiſtat pro lubito a ſponſal. recedere, ſicuti nec propterea
parti ſponſalia negāti eſſe cōtracta iuramentū iudiciale, & vo
luntarium deferri poteſt, propter illud quod dicitur: [Quos
Deus coniunxit, &c.] de quo ſupra in tit. de nupt. dictum eſt

Vltra

ADDITIO.

a *Vbi vult Ieſ. ex eo pœnam mitigari, ſed hoc eſt arbitrium.*

Vltra prædictos modos gloſ. noſtra finalis hic plures alios
6 refert, quibus obligatio ipſo iure tollitur. A. primo quidem
a tollitur *a* per compenſationem. Eſt autem compenſatio, de-
biti, & crediti inter ſe contributio, l. 1. ff. de compen. & ideo eſt
introducta, quia intereſt, noſtra prius non ſoluere, quam ſo-
7 lutum repetere, l. 3. ff de comp. Tunc autem admittitur com-
8 penſatio. I Quando hinc inde debetur quantitas, ita vt quan-
titates recipiant functionem in genere ſuo, id eſt, vna fungatur vice alterius, propter omnimodam ſimilitudinem, quę eſt inter eas. Vnde ſpeciei ad ſpeciem regulariter non fit compenſatio, nec ſpeciei ad quantitatem. II. Quando debitum compenſandum eſt liquidum, vel de proximo liquidandum. Iniquum enim eſt ab altera parte, quæ iam pene conuicta eſt compenſationem opponi certo, & indubitato debito, & ſic moratorijs ambagibus ſpem propinquæ condemnationis excludi, vt inquit Imper. in l. 6. C. de compens. Et de hac materia plura dicemus in §. bonæ fidei, 30. inſ. de act.
9 Secundo, per confuſionem tollitur obligatio: veluti, quando debitor fit hæres creditoris, vel contra, tunc enim confunduntur bona, & tolluntur obligationes, quę inter eos contractę erant, l. debitori, 7. C. de pact. & l. debitori creditor, 50. ff. de fideiuſs. quia hæres, & defunctus vna, & eadem perſona eſſe cenſentur, in princ. Nou. 48. de iure iurat. præſt.
b Tertio, per *b* oblationem, conſignationem, & depoſitio-
10 nem rei debitæ obligatio tollitur, ita vt debitor plene liberetur, & periculum rei ſpectet ad creditorem, l. obſignatione, 9. C. de ſolut. & l. acceptam, 19. C. de vſur. Et pro intellectu huius materiæ ſciendum, oblationem duas eſſe ſpecies. Vna di-
c citur verbalis, altera realis. Verbalis *c* eſt, quando quis non
habens pecuniam, vel aliam rem, quam vult pręſtare, pręſen-
11 tem, verbo tantum offert ſe paratum ſoluere. Et in hac obla-
12 tione pro Regula traditur, eam non releuare, nec ſufficere ad tollendam obligationem, aut impediendum curſum vſurarum, ſecund. Bar. & Doct. in d. l. acceptam, & pulchrè Alexand. de Imol. in l. ſi mora, 9. ff. ſol. matrim. vbi aliquod limitationes refert, inter quas notabitis illam, quod ſufficiat verbalis oblatio rei immobilis, fundi, vel domus. Cum enim impoſſibilis ſit, tales res offerre manu, ſufficit verbalis oblatio.
13 Add. hic Ang. num. 6 circa medium. Realis *d* vero oblatio
d tunc dicitur fieri, quando pecunia, vel res, quæ offertur, eſt
14 præſens, d. l. acceptam, & ibi Doct. Et talis oblatio realis tri-
pliciter fieri ſolet. Aliquando extra iudicium, præſentibus teſtibus, & Notario, & per eam purgatur mora commiſſa ante iudicium: ſecus commiſſa poſt litem conteſtatam, ſecundum Doct. in l. ſi inſulam 84. ff. de verbor. oblig. Item conſtituit eum in mora, cui differtur, ſi non accipiat, quia vltima mora nocet, l. illud, 17. ff de peric. & commo. re vend. Item per eam impeditur curſus vſurarum, quando vſuræ nondum ſunt inchoatæ: alias talis oblatio non ſufficit. ſecundum Doctor. in
15 d. l. acceptam. Aliquando talis oblatio realis fit in iudicio, &
tunc ſiue fiat ante litem conteſtatam, ſiue poſt, coram ordinario iudice habet omnes effectus, qui oriuntur ex oblatione extraiudiciali, de quibus iam dictum eſt. Item ex ea oritur actio pignoratitia directa debitori, ad repetendum pignus
16 contra creditorem, l. ſi rem alienam, 9. §. fi. ff. de pig. act. Ali-
quando vero fit hæc oblatio realis cum conſignatione, & depoſitione, quando ſcilicet res mobilis, quę offertur, in pręſentia teſtium conſignatur, & auctoritate iudicis in publicum locum deponitur, vt in d. l. acceptā. Et vltra pręd ictos effectus habet vim totalis, & plenæ liberationis, ita vt impediat curſum vſurarum, liberet a caſus fortuiti periculo, ſoluat pignora, &c. d. l. obſignatione, & d. l. acceptam. Sed ad hoc, vt talis oblatio pariat ſuos effectus, requiritur. I. Quod fiat congruo
17 loco, & tempore, d. l. obſignatione. II. Quod fiat purè & non
contineat extrinſecam conditionem: veluti, ſi in depoſitione requiratur aliquid fieri per aduerſarium, ad quod de iure nō tenetur, ſec. Bald. in d. l. acceptam. III. Quod fiat de toto debito, l. tutor, 41 §. Lucius, ff. de vſu. IV. Quod res ſic depoſita conſignetur penes depoſitarium: quia ſi reuocatur, & debitor eam recipit, nunquam fingitur depoſita, aut conſignata fuiſſe, de quo latius vide Doct. in d. l. acceptam, & omnino Neguzant. in tract. de pign. in 3. memb. 5 partis principalis.
18 Quarto tollitur obligatio per interitum ſpeciei debitę, niſi
mora debitoris præcedat, l. ſi ex legati 23. ff de verb. oblig.
19 Quinto, *e* per chirographi redditionem. Nam creditor re-
e ſtituendo debitori chirographum, videtur facere pactum de
non petendo, l. 2. ff. de pact. Secus in reſtitutione pignoris, quia creditor reſtituendo pignus, non videtur remittere debitum, l. 3. ff. de pact. Eſtque ratio diuerſitatis, quia reſtitutio inſtrumenti non poteſt importare aliam commoditatem, quam remiſſionem debiti, quod ſecus eſt in pignore, ſecun-
20 dum Doct. poſt gl. in d. l. 3. Sed iam quæritur, quando inſtru-
mentum reperitur penes debitorem, an præſumatur liberatus? Et in hac quæſtione ita diſtinguitur. Aut debitor habet penes ſe inſtrumentum cancellatum, & allegat ſe per creditorem liberatum pacto de non petendo: & non præſumitur liberatus, niſi probet inſtrumentum ſibi a creditore eſſe redditum, ſecundum gloſ. in d. leg. 3. Aut allegat ſe liberatum ſolutione, & tunc ſubdiſtinguitur. Aut enim eſt perſona domeſtica, quæ facile potuit inſtrumentum auferre, & ſolutio facta non præſumitur. Aut non erat talis domeſtica perſona, & præſumitur debitor liberatus ſolutione, l. ſi chirographum 24. ff. de prob. de quo Bar. & Doct. in d. l. 2. Pl. & Ang. & Porc. hic. Vnde in practica notabitis creditorem, cui ſoluitur debi-
21 tum, teneri ad duo. I. Ad reddendum inſtrumentum debiti
ipſi debitori. II. Ad faciendum inſtrumentum plenæ liberationis, ſeu quietationis, ſecund. Bart. poſt text in l. huiuſmodi, 84. §. ſi ita, 7. ff. de legat. 1. quia melius eſt habere euidentem liberationem, quam chirographi redditionem, leg. pecuniæ, 14. C. de ſolutio.

ADDITIONES.

a *De compenſationibus vide § in bonæ fidei, infra de actio.*
b *De oblatione debiti, & qui offerre poſſint, & de forma oblationis, vide omnino Neguzantium tract. de pign. p. 5. memb. 3.*
c *Vide eundem Neguzant. ibid. p. 5. memb. 3. p. 3.*
d *Vide Neguzantium ibid. par. 5. memb. 3. par. 3. vbi pleniſſime de oblatione reali diſſerit.*
e *Inſtrumentum ſi penes debitorem repertum fuerit, creditor ipſum liberaſſe præſumitur, Bald. in leg. 3. ff. de pact. Vide tamen quinque exceptiones apud Soc. reg. inſtrumentum, 138.*

Inſtitutionum Imperialium Libri Tertij finis.

IOANNIS OINOTOMI IVRISCONSVLTI, IN INSTITVTIONVM IMPERIALIVM LIB. IV.

Commentarius.

DE OBLIGATIONIBVS, QVÆ ex delicto naſcuntur, & de furt. a

TITVLVS I.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Quæ obligatio ex delicto oriatur.*
3 *Criminoſi ſunt puniendi.*
4 *An ex delicto oriatur obligatio naturalis.*
5 *Delicta quotuplicia.*
6 *Publicum iudicium quot modis dicatur.*
7 *Delicta priuata, quæ dicantur.*
8 *Ex quocumque maleficio duplex iudicium naſcitur ciuile; & criminale.*
9 *Quando ciuiliter agi dicatur, & quando criminaliter.*
10 *An ciuilis actio tollatur per criminalem, & contra.*

1 CОntinuatio huius Rubricę ad pręcedentes materias, patet ex principio tituli noſtri, & ex § pen. ſup. de obl. vbi Imp. docuit obligationū cauſas eſſe contractus, quaſi contractus, delicta & quaſi delicta. Abſolutis igitur duabus prioribus cauſis, nūc per aliquot titulos, in hoc li. de poſterioribus, delicto ſcilicet, & quaſi delicto tradit. Cum autem alia obligationum ſit naturalis, alia ciuilis tantum, alia vero naturalis, & ciuilis ſimul, ſecundum gl. & Bar. ac Doct. in l. ex hoc iure, 5. ff. de iuſtitia, & iure, & in d. §. d. tit. ſup. de obl. & in l. Iul. 60. ff. de cond. ind. Oportunæ circa Rub. quæritur, quænam obligatio ex delicto oriatur? Et omiſſis ſuperfluis, breuiter ex communi, & vera ſen-
2 tentia Doct. dicendum eſt, vtramq. ſcilicet naturalem, & ciuilem ſimul hinc naſci. De ciuili nullum eſt dubium, nomina enim & pęnas delictorum in ſpecie a iure ciuili inuentas eſſe, ex titulis, ad leg. Iuliam Maieſtat. de l. Pompon. de parricid. & ſimilibus conſtat. Ac leges expreſſis verbis ſancte ſta-
3 tuunt, maleficia puniri debere, vulgatā leg. ita vulneratus, 51. §. 2. verſic. quod ſi quis, ff. ad l. Aquiliam, & l. congruit, 13. ff. de offic. præſid. addit. text. in l. 3. C. de Epiſc. aud. vbi Paul. de Caſt. Sanctiſſimum (inquit) officium eſt, ſi fiat iuſtitia de criminoſis, nec poteſt pinguior victima mactari Deo, quam homo ſceleratus, ſecundum Senecam. Hinc etiam dicunt, quod
b iudex *b* non debeat criminoſum concedere puellæ, petenti eum in maritum, per tex. in l. ſeruos, 8. in fi. ibi. [impunitate donauerit,] C. ad legem Iuliam de vi publ. cum ſolus princeps remittat pœnam, l. diui fratres, 27. ff. de pœnis. Licet de conſuetudine, vt inquit Bald. contrarium ſeruetur. Et quamuis gl. in § ius autem gentium, 4. ver. pęnæ, ſup. de iur. natur. gent. & ciu. neget ex maleficio obligationem naturalem naſci,
4 propter defectum cōſenſus, ex quo illa regulariter oritur tamē eius opinio, quod ſcilicet, ad delicta attinet, fere vno ore a Doctor. ibi, & in dicta lege ex hoc iure, & in dicta leg. Iulianus, reprobatur, per text. l. prima, ff. de furt. & in §. 1. hoc titulo noſtro, vbi habetur, furtum lege naturali prohibitum eſſe. Imo Doct. in dicta lege ex hoc iure, etiam in delinquente conſenſum eſſe affirmant, cum delinquendo voluerit ſe ad pęnam delicti obligare, l. Imperatores, 34. ibi [ipſe te huic pęnæ ſubdidiſti,] ff. de iure fiſci, &c. quia vero Leonis, 5. verſic. Amatores periculi, in Nouel. 7. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. Preterea etiam ex alia ratione delinquens naturaliter tenetur. Obligatio enim naturalis non ſolum oritur ex conſenſu, ſed etiam ex naturali æquitate iuris gentium, adeo, vt deficiente conſenſu, quotieſcumq. ſaltem æquitas naturalis ſuadet, quem obligari, ſecundum Paul. de Caſt. in dicta le. ex hoc iure, per tex. in l. cum amplius, 84. §. is natura, ff. de regulis iuris. Hinc etiam dicimus, eam ex ſententia condemnatoria naſci, licet condemnatus non conſentiat. Iudicium enim redditur in inuitum, l. e. inter ſtipulantem, 83. §. 1. ff. de verborum obligationibus, ex illa ſcilicet æquitate iuris gentium, quæ vult magiſtratibus obtemperandum eſſe, l. veluti, 2. ff. de iuſtitia, & iure, & plenè notatur per Bartol. & Doctor. in dicta l. Iulian. Sic etiam ſubeſt alia æquitas naturalis iuris gentium prohibens delicta, & dictans neminem lædendum eſſe, alias ſocietas humana conſiſtere non poteſt, facit, l. ſi a reo, 70. §. id quod, 5. §. ibi [nam pęnas ob maleficia ſolui, magna ratio ſuadet,] ff. de fideiuſſ.
5 Secundo circa Rubricam noſtram, in verb. Delicto, præmittendum eſt, delicta eſſe duplicia, priuata, & publica. De priuatis agitur in titulo noſtro, cum tribus ſequentibus in tit. ff. de priu. delict. de publicis infra titul. fio. & ff. de pub. iudic.
c Dicitur autem publicum *c* iudicium, ſecundum Bartolus In leg. 1 ff. de pub. iudic. Ioan. de Plat. & Angel. in princ. infra, de public. iudic. tribus modis. I. Largiſſime, quando agitur de maleficijs vltione propter vtilitatem reipublicæ, cuius intereſt maleficia puniri. Tunc enim, quia concernit vindictam, & vtilitatem publicam, etiamſi de crimine priuato intentetur, tamen largiſſime dicitur iudicium publicum. II. Capi-
6 tur large, quia plerumque ad accuſandum quilibet de populo admittitur, vt infra, de public. iudic. in principio. III. Sumitur ſtrictè, de eo crimine, de quo cauetur aliqua lege publicorum iudiciorum, vt in lege prima, ff. & infra de pub. iud. Et ſunt illa atrocia delicta, quæ aut morte, aut alia pœna corpo-

---

ADDITIONES.

a *De furti actione, vide infra §. ex maleficijs, tit. de actio.*
b *Hoc tamen factum fuiſſe a Senatu Pariſienſi, refert Paponius 24. Arreſtorum, 10. art. 34. Adde Tiraquel. de pœnis tempe. cau. 56. Dicitur etiam in l. ad beſtias, ff. de pœnis.*
c *Publica iudicia, quæ dicantur, vide Clarum, 5. Sentent. §. 1. qu. 1. Dictum eſt quoque ad Rub. de publicis iudicijs.*

corporali,& infamia,cũ damno pecuniario puniuntur. Sunt
enim publicorum criminum quædam capitalia,quædam ve-
ro non capitalia,l.2.ff & in princip.inſ de publ.iud & notatur
7 per DD.in §.ex quibuſdam, 2.inſ.de public.iud. Priuata verò
delicta dicuntur,ſecund Bar.ſup.Rub ff de priuat.del.ex qui-
bus oritur obligatio, & actio ad priuatam vtilitatem,quia pę
na pecuniaria plerumq; cedit actori, ita vt priuati talia deli-
cta perſequantur, & nemo ex his agere poſſit, niſi ad quem
res propriè,& omnino pertineat,& cuius intereſt,vt notatur
in l fi.ff.de priuat.delict. Et regulariter omne crimen intelli-
gitur priuatum,niſi lex exprimat,quod ſit publicum, l 3.in fi.
ff.de præuaric.de quo Bar.in l.1.ff.de pub iud.in princ.& Ang.
in tract.malefic ſup.gl.in verbo. Nec non ad querelam, verſ.
Quæritur tamen pro declaratione.
8 Tertio,& vltimo præmittendum,ex quocumq;maleficio,
a ſiue priuato,ſiue publico,duplex iudiciũ naſci , ciuile & *a* cri-
minale,d.l.fi.& ibi Bar.ff.de priuat.del & in l.fi.ff.de furt. & l.
licitatio,(alias locatio 9.§.quod illicite,) ff.de publicanis, Bart.
in l.ſi iudex,6.in fi.ff.de vsr.& extraord.cog.In ciuili intenta-
tur actio ad reor familiarem pertinens, ſeu ad commodum
iniuriati,& læſi,in criminali vero agitur ad vindictam delicti
9 & ad pęnam applicandam fiſco. Tunc enim dicitur agi ciui-
liter, quando illud quod petitur eſt applicandum parti, licet
ſit pęna,& ex delicto agatur. Quando verò ad pęnam fiſco
applicandam agitur, licet ſit pęna pecuniaria,tunc criminalis
actio dicitur,gl.ord.in l.3.in ve b.Centum, ff.de ſepulc. viol.
& in l.1.C.eo.tit.Bar.in d.l.fi ff de priuat.del. DD.in prin.inſ.
de publ.iud.D.Iaſ.in prin.inſ.de actio. An autem ciuilis actio
10 tollatur per criminalem,& contra,vide poſt tex.& gl.Bart.in
l.1.§.1.ff.de vi bon.rapt.& in l.Prætor edicit,7.§.1.ff.de iniu-
rijs.Et ſciendũ,ab Imperatore in præſenti tit.& trib. ſeq.prin-
cipaliter de ciuili iudicio priuatorum delictorum tractari.

A D D I T I O.

a *Criminales,& ciuiles cauſæ quæ dicantur, vide eundem Cla-
rum,5.Sent.§.vlt.qu.1. Marantam in praxi criminali, par.4.
iudiciorum,diſtinct.1.*

Argumentum tituli primi.

1 *Diuiſio huius tituli.*
2 *Rubrica aliquando generalior nigro.*
3 *Obligationes ex contractibus naſcuntur ex diuerſis generib.*

1 HIs pręmiſſis,diuiduo poſt Ang.tit.noſtrum (in quo po-
tiſſimum agitur de obligatione furti, qua fur tenetur
ad duplum & quadroplum,)in nouem partes.In quatũ. I.Im-
perator ponit continuationem. In II. quæ eſt ibi, [furtum,]
tradit definitionem,alluſionem,& diuiſionẽ furti. In III.ibi,
[manifeſtos,] declarat duo genera furtorum, & eorum pœ-
nas. In IV.ibi, [furtum autem fit,] edocet quibus rebus fiat
furtum, & quando furtum excuſetur. In V.ibi, [interdum
furti,] dicit de eo cuius ope, & conſilio furtum factum eſt.
In VI.ibi, [hi qui,] agit de illis qui ſunt in alterius poteſtate,
& domino, vel patri furantur. In VII. ibi [furti,] docet cui
competat actio furti. In VIII.ibi, [in ſumma] in impubes
furtum committens teneatur furti. In IX.in §.fi.de actioni-
bus ex furto competentibus.
De prima parte continuatione ſcilicet ſupra dictum eſt.
2 Circa quam notanda eſt concluſio gloſ.hic,in ver. ex malefi-
a cio,quod Rubrica *a* eſt aliquando generalior nigro,vel textu
facit tit in Cod. de reb.cred. & iureiur. & tit.de ſponſ. arrhis
ſponſalitijs,& proxeneticis. Et ſicut verba generalia nigri nõ
reſtringuntur per tit.ſpecialiter loquentem, vt eſt gloſ ordin.
Sancimus,1 in ver.Illicitas. Nouel.12.de inceſt. & ineſ.nupt.
ita quoque Rubric. generalior nigro non debet reſtringi per
nigrum ſpecialiter loquens. Quod eſt verum,ſi habet oratio-
nem omnimodo perfectam: ita vt ex Rubr. poſſit percipi
certa diſpoſitio, Tunc enim licet in nigro nihil dicatur, tamẽ
poterit ad deciſionem cauſarum talis tit.allegari, de quo vide
3 Alex.Iaſ.& Dec.poſt alios in l.1.ff.ſi cert. pet.&c. Deinde no-
tandum eſt ex principio noſtro,obligationes ex contractibus
naſci ex diuerſis generibus,vt patet, ex §.fin.ſupr de obligat.
Obligationes,vero ex delictis,oriri ex vna cauſa,ſeu vno me-
dio,generali ſcilicet ex ipſa re, ideſt ex ipſo facto, quod cadit
in nomen maleficij late ſumendo. Nec obſtat, quod iniuria
aliquando fiat verbis, aliquando litteris, de quo in tit.inſr.de
iniurijs dicetur. Nõ enim oritur obligatio ex verbis iniurioſis
& litteris diffamatorijs, vt ſunt verba,& litteræ,ſed in talibus
verbis, vel litteris maleficium conſiſtit, de qua gloſ.hic, in
verb. Iniuria.

A D D I T I O.

a *De Rubrica & argumento a Rubric. ſeu titulo, vide Euerhar-
dum in Topicis loco ab ordine Rubricarum ſeu titulorum.*

§.Furtum eſt.

1 *Furtum quid.*
2 *Vt quis dicatur furtum commiſiſſe,quæ requirantur, & num.
3.4.5.6.& 8.*
7 *Si pendente proceſſu inquiſitionis dominus fateatur coram
iudice,rem ipſius voluntate fuiſſe contrectatam, an inquiſi-
tio tollatur.*
9 *Etymologia vocabuli furti, & an argumentum ab etymolo-
gia valeat.*

1 SEcunda pars tit.noſtri. Primo autem notanda eſt ex hoc,
§ definitio furti,quod ſcilicet ſit contractatio fraudoloſa
rei alienæ mobilis,& corporalis, inuito domino lucri faciẽdi
gratia,vel ipſius rei,vel vſus etiam eius, vel poſſeſſiones,add.
2 l.1.in fin.ff.de furtis. Hinc colligit Plat. ſex eſſe neceſſario ad
hoc vt quis dicatur furtum commiſiſſe,adeoque actione fur-
ti conueniri,& de futuro puniri poſſit,I. Requiritur cõtrecta
tio,quod ſcilicet amoueat rem de loco ad locũ, l.3.§.ſi rẽ, 18.
a ff de acq poſ.Sola enim *a* cogitatio furti faciendi furem non
facit,l.1.§.inde ſola, ff.eo.nec verbo, nec ſcriptura quia furtũ
committit,l.ſi quia vxori,52.§.neque verò,19.& l.inficiendo,
67.in princ.ff. Ex quo ſequitur, ſi quis ingrediatur in domum
alienam animo furandi, & deprehenſus fuerit,antequam in-
cipiat aliquid contrectare,furti eum non teneri extra ordinẽ
tamẽ plus quam furem puniri debere,l.ſæcularij.7.in princ.
ff.de extraord.crim.Bar.in l.vulgaris, 21.§.ſi qui furti,7.ff.eo.
Iaſ.in d.l.3.§.ſi rem & Ang.In tract.malefic.in glo.ſuper verb.
Et veſtem cęleſtem,verſ. Quæro, aliquis acceſſit ad bancum
nu.41. Accipitur tamen contrectatio aliquando etiam genẽ-
raliter,vt cum furti teneri dicitur debitor,qui tamen nõ amo
uit inſtrumentũ,ſed interleuit:amouiſſe enim videtur,qui cor
3 ripit,l.qui tabulas,27.in fi.ff.de furt.& gl hic,in verb.Contre-
b ctatio.II. Requiritur dolus vel *b* fraus: furti enim ſine dolo,
c & animo furandi fieri nõ *c* poteſt,l.furtum, 37.in princ.ff de
vſucap.& de hoc in §.placuit,infra tit. noſtro clarius dicitur.
III.Requiritur ſecundũ gl.noſtram,in ver.rei,vt ſit res mobi-
lis,& corporalis. Immobilis enim rei propter ſui immenſita-
tẽ furtum fieri non dicitur,§.quod autẽ (al.eſt verſ.In §.furti-
uæ,2.)ver. Abolita, ſup.de vſuc. Vnde fodiens cretam, & eam
auferens,fur eſt,nõ qui fodit,ſed qui eam abſtulit,l.ſi cretæ,
57.ff.eo.Sic etiam incorporalium rerum nõ fit furtum, cum
tangi, & contrectari non poſſint, vt ſupra de reb. corp. & in
corporal.Et circa hoc notandum,furtum etiam committit in
vſu, & poſſeſſione rei corporalis, vt ex definitione conſtat.
4 In vſu, veluti ſi creditor vtatur pignore, vel depoſitarius re
depoſita, & qui rem ad certum vſum vtendam accipit, in a-
lium vſum cauſa trãſferat,de quo in §.furtum autem ſit, inſ.
eodem poſſeſſione, veluti ſi debitor rem pignori datam ſurri
piat creditori, qui dignus poſſidet, l.ſi ſerui nomine, 16.ff de
vſucap.& §.aliquando, inſr.eod. Et hoc caſu in actione furti
non duplicatur ipſa proprietas rei,ſed æſtimatio & valor vſus
& poſſeſſionis,ſecundũ veram opinionẽ gl hic,in verb.Vſus,
& in verb.poſſeſſionis, & Bart.poſt gl.in l.qui iumenta, 40.ff.
5 eod.IV.Requiritur,vt rẽs ſit aliena. In re enim propria quia
furtum non committit,ſecund gl.hic,in verb.rei.Quod limi-
ta,

A D D I T I O N E S.

a *Aut aſſertio. Pone Titium tibi dediſſe pignus,quod aureum eſſe
affirmabat,cum tamen eſſet æneum? Furtum non commiſit,l.cũ
æs, ff.de furtis.Seruus ſe liberum dixit. Furtum non fecit, l ſi
quis vxores, §.neque verbo, ff.eod.*
b *Quid enim ſi quis contrectat ſe putet vti iure? §. quia tamen
infra tit.proximo. Quod ſi domini voluntate vti ſe exiſtimet?
§ placuit, infra.*
c *In dubio tamen fraus præſumitur,l qui vas, §.vetare, ff.eodem
niſi contrarium conſtet,vt ſi conſanguineus ſit, vel amicus do-
mini, Bar.in l.inter omnes.*

Digitized by Google

a ta, niſi ratione *a* poſſeſſionis, vt iam dictũ eſt, debitore ſubtra
hente creditori rem oppigneratam, d. §. Aliquando. Idem in
re communi, licet. n. ſocius in dubio præſumatur, vti iure ſuo
l. Merito, 51. ff. pro ſocio, quãdo ſcilicet vtitur re ad eum vsũ,
b ad quem deſtinata *b* eſt, ſec. Bart. in leg Si ſocius, 45. ff. eod. Et
Ang. hic: tamen ſi contrectat rem communem cauſa priuãdi
ſocium parte ſua, vel vſu partis ſuæ, furti tenetur, d. l. Si ſocius
& d. l. Meritò, iuncta l. Rei communis, 45. ff. pro ſocio. Ex quo
infert. Ioan. Fab. quem etiam ſequitur Ang. hic, licet colonus
partiarius portauerit omnes fructus ad domum ſuam, nõ ta-
6 men præſumi eam furari, quia ſocius eſt in fruct. l. Si merces,
25 §. Vis maior, ff. locat. V. Requiritur, vt res contrectetur in-
uito domino, vel quaſi domino, vel eo cuius intereſt, d. l. 1. in
fin. iuncta gloſ. l. Is cuius intereſt, 85. ff. eod. Et l. Manifeſtiſſi-
mi, 12. In princ. C. eo. §. Furti autem actio, inf. eod. Diſcrepat
hic ius Saxonicum, vbi domino rei commodatæ, quæ furto
ſubtracta eſt, tantum contra commodatarium actio compe-
tit tex eſt in ar. 60. lib. 2. Si enim volente domino fiat, etiam ſi
7 contrectans ignoret, tamen reus furti, non eſt, § Sed & ſi cre-
dat ioſ eo. Hinc mouetur per Bal. Ang. & Plat. hæc quæſtio: Si
Iudex maleficiorum inquitat contra aliquem de furto, & pẽ-
dente proceſſu dominus coram iudice fateatur, rem de ipſius
voluntate contrectatam fuiſſe, nunquid per talem confeſſio-
nem domini tollatur inquiſitio? Et communis eſt contra Iac.
Butr. concluſio, quod niſi appareant aliqua iudicia de conſen-
ſu domini, puta quia erat conſanguineus, vel amicus, vel par-
ua res, alias multi fures, cõtra reg. l. Ita vulneratus, 51. §. Æſti-
matio, verſ. Quod ſi quis, ff. ad l. Aquil. impuniti euaderẽt. De
8 quo latius Bart. in l. Inter omnes, 46. §. Recte, 7. ff. eo. VI. Re-
quiritur, vt contrectet animo lucri faciendi, vel ipſam rem,
vel poſſeſſionem, vel vſum rei, d. l. 1. in fi. ff. eo. Vel ſibi, vel al-
teri, vt in eo, qui delet chirographum, ne creditor poſſit pro-
bare contra debitorem: item in caſib. enumeratis, in §. inter-
dum furti, infra eo. Ex his Plat. colligit ſubſtantiali libelli, in
actione furti, infra eo. Ex his Plat. colligit ſubſtantialia libelli,
in actione furti de quibus infra de actione dicetur.

Secundo principaliter ex §. noſtro, notanda eſt etymologia
c ſeu deriuatiuo nominis furti, cuius occaſione quæritur, an *c*
argumentum ab etymologia vocabuli valeat. Et ex commu-
9 ni, & vera ſententia DD. ita concludit debet, argumentũ ab
etymologia nominis proprij non procedere, imponuntur. n.
nomina propria de beneplacitum, & poſſunt mutari, quando-
cunque ceſſante tamen fraude, leg. 1. cum ibi not. C. de mut.
nom. Vnde nõ ſequitur. Vocatur Bonifacius: ergo eſt bonus.
Ex bono nomine tamen bona oritur præſumptio, & contra,
ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpicio, de quo Abb. in c. 1. de
iud. Sicut etiam paritas nomine generat quandam affectio-
nem, l. cum filius, 76. §. Pater, ff. de leg. 2. An autem ab etymo-
logia nominis appellatiui argumentum procedat communi-
ter ita diſtinguitur. Aut formatur affirmatiuè, aut negatiuè.
Primo caſu non procedit. Non enim ſequitur. De meo factũ
eſt tuum, ergo eſt mutuum: poterit enim eſſe donatio. Item,
eſt teſtatio mentis, ergo eſt teſtamentum, poterit enim eſſe
codicillus. Et ratio eius eſt: quia etymologia eſt generalior
etymologiato, & habet ſe tanquam genus ad ſpeciem. Sed à
genere ad ſpeciem ſecundum Dialecticos, argumentum af-
firmatiuè non procedit. Veluti. Eſt animal ergo eſt homo Se-
cundo caſu negatiuè regulariter procedit. Veluti, non fiet de
meo tuum ergo non eſt mutuum. Item. Non eſt mentis te-
ſtatio, ergo non eſt teſtamentum. Et hoc eſt verum, quando
etymologia ſumitur ab eſſentiali, ſeu ſubſtãtiali natura ipſius
rei, vt in prædictis exemplis. Teſtamẽti enim propria, & ſub-
ſtantialis natura eſt, vt ſit teſtatio mentis, vt in princ ſupr. de
teſta. Item in mutuo eſſentialis natura eſt, vt de meo fiat tuũ,
l. 2. appellata, ff. ſi cert. pet. Secus eſt, quando alluſio vocabuli
non eſt ex ſubſtantiali, ſeu eſſentiali natura vocabuli, ſed ab
aliquo initio, vel à communiter accidentibus ſumpta. Tunc
enim non procedit tale argumentum, etiam negatiue, vt in
l. 1. ff. de acq. poſſ. Poſſeſſio dicitur quaſi pedum poſitio, quia
ita fuit ab initio, cum dominia rerum acquirerentur. Nõ igi-
tur ſequitur: Non eſt pedum poſitio, ergo non eſt poſſeſſio,
per l. quod meo, 18 §. ſi venditorem, ff. de acq. poſ. vbi per ſo-
lum aſpectum rei nanciſcitur quis poſſeſſionem, ſine omni
pedum poſitione, item per l. clauib. 74. ff. de contrah. emp. vbi
per traditionem clauium poſſeſſionem quis adipiſcitur. Sic
etiam in §. noſtro non procedit argumentum negatiue, velu-
ti. Non fit de nocte, ergo nõ eſt furtum non enim eſt ſumpta
alluſio à ſubſtantiali natura furti, ſed à communiter acciden-
tibus, quod fures communiter conſueuerunt de nocte, & clã
furari. Et de hac materia vide plenè DD. in d. l. 2. §. Appellata,
& in l. 1. ff. de acqu. poſſ. & ſupr. in princ. de teſtam. & pulchra
Euerard, cum multis conc. in locis legalibus in loco, ſcilicet de
etymologia vocabuli.

ADDITIONES.

a *Sic ratione poſſeſſionis fur aduerſus furem agere poteſt, actione tamen trutecaria. Auth. de reſtitutione ſpoliatorum, cap. In literis, verſ. Hoc patet.*
b *Adde l. Sabinus, ff. communi diuidundo.*
c *Vide Euerardum in Topicis, loco ab etymologia. Adde interpretes ſupra de teſtam. in princ.*

§. Furtorum.

1 *Species furti qua.*
2 *Fur manifeſtus quis dicatur.*
3 *Quæ faciant furem manifeſtum.*
4 *An quilibet poſſit capere malefactorem, & delinquentem.*

1 TErtia pars tituli huius. Propoſita enim definitione, & ety
mologia furti, Imper. nunc duas ſpecies furti conſtituit,
2 manifeſtum, ſcilicet & occultum add. l. 2. ff. eo. Fur manifeſtus
dicitur, qui in ipſo flagranti crimine deprehenditur, veluti in
loco, vbi maleficium commiſerat, vel etiam in alio loco pu-
blico vel priuato, antequã eo perueniat, vbi deſtinauit eo die
manere cũ furto, l. 3. cum l. ſeq. ff. eo. Idem eſt etiamſi non de-
prehendatur, ſed conſpiciatur à domino, vel ab alio, & accla-
metur, licet abiecta re furtiua aufugerit, vt hic, & l. ſi quis in
ſeruitute, 7. ff. eo. Duo igitur ſecundum Plateam hic, faciunt
3 manifeſtum furem I. Locus furti, vel quicunque antequã per
ueniat fur, ad locũ deſtinatum, vt dictum eſt. II. Apprehenſio
a ita vt vel deprehendatur, vel *a* conſpiciatur, & acclametur. Si
enim dominus ſe occultaſſet, licet furem vidiſſet, non tamen
fur manifeſtus diceretur, d. l. ſi quis in ſeruitute, §. ibid. Põpo-
nius cũ §. ſeq. Neque refert, vtrum deprehendatur à domino
4 rei, an ab alio, vt hic, & d. l. 3. & d. l. ſi quis in ſeruitute. Ex quo
infertur, à quolibet poſſe capi malefactorem, & delinquentẽ
ita tamen vt eum ad iudicem ducat, & vltra 20. horas nõ de-
tineat: alias enim committeret priuatum carcerem, & vltimo
ſupplicio puniendus veniret, l. vnica, C. de priuatis carcer. De
quo latius vide Bart. in d. l. ſi quis in ſeruitute, & l. capite quin
to, 25. ff. ad l. Iul. de adult. & DD. in princ. inf. de act. Angel. in
tract. malefic ſup. Glo. in verb. Quod fama publica, precedẽte
vet. Nono not. quod cuilibet iudici. Nõ manifeſtum furtum
quid ſit ex prædictis colligi poteſt, quando ſcilicet tunc de-
mum deprehendunt, cum per latum eſt ad locum deſtinatũ, l.
ſiue igitur, 5. ff. eod. Contrariorum enim eadem eſt diſcipli-
na, ita quidem vt cognito vno de contrarijs, cognoſcatur &
reliquum, ſecund. Gl. hic in ver. Nec manifeſtum, add. text. &
ibi Doct. in princ. ſup. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Bart.
in l. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram. ff. de verb. oblig. & Angel.
in §. illud, 3. ſup. de ſocietate.

ADDITIO.

a *Fur manifeſtus dicitur is etiam, qui viſus eſt furari, licet non ſit apprehenſus. Albericus in l. fur manifeſtus, ff. de furtis.*

§. Conceptum.

1 *Species actionem furti quæ.*
2 *An perſcrutatio res furtiua in domo aliena admittatur.*
3 *Scienter ſuſcipiens rem furtiuam, eamque celans, tenetur furti.*
4 *Simplicater celans furem qua pœna teneatur.*
5 *An is, apud quem reperitur res furtiua, præſumatur fur.*
6 *Diſpoſitio l. ſi cuilem, C. de furtis.*
7 *Pœna furti manifeſti, & occulti quæ ſit.*

1 EX hoc §. primum notabitis quatuor ſpecies actionũ furti,
quas Imper. hic declarat, concepti ſcilicet oblati, prohi-
biti, & non exhibiti, ſublatas eſſe, propterea quod hodie re-
gulariter perſcrutatio, & requiſitio rei furtiuæ in domo alie-
a na an ibi ſint res furtiuæ, non *a* admittatur, vt hic. Nam hoc
præ-

ADDITIO.

a *Imo admittitur, miſſis tamen executoribus iuſtitiæ, at non ab eo cui furtum factum eſt. Boerius deciſ. 175. Papomus 23. Arreſto 6. Arreſt. 3. Alc. conſil. 462. Quin edicta, & litera monitoria proponi plerumq. ſolent, quibus ſub pœna excommunicationis comperatur ſcientibus rem furtiuam eſſe, vt illam indicent,*

a prætextu omnium curioſitati ſeruiret ædes noſter,quæ nobis
tutum,& liberum præbere debent domicilium,l.plerique,18.
ff.de in ius vocan. Et leges tum durum, & iniquum iudica-
runt aliquem inuito domino in domum alienam introire,ita
vt actio iniuriarum hoc nomine detur,l.qui domũ 2. ff.de in
iurijs,cũ periculoſum inuito domino ſecreta domus perſcru-
tari cum expediat patrifamilias ne ſecreta ſui patrimonij pen
dantur,graue namque eſt vel rei familiaris vtilitatem detege
re, vel diuitias inuidiæ ſubijcere,l.2.in princ.verſ.Quid enim
tam durum,C.quando,& quibus quarta, pars lib.10. Hoc ta-
men fallit.I.In ſeruo fugitiuo,quem licet in alienis edib. per-
quirere,l.1.§ Hoc autem,ff.de ſer.fug. & l.requirendi 2.C.de
ſeru fug. Vbi Paul.de Caſt.hoc etiam extendit ad vxorem, &
Ioann.Fabr.hic ad Monachum. II. Quando perſona eſſet ſu-
ſpecta, ita vt apparerent indicia in tali domo res eſſe nã tunc
cum perſona etiam capi poſſet,l.1.in princ.ff.de quæſt. Pote-
rit etiam implorari iudicis officium, vt concedat ſuam fami-
liam ad requirendas res furtiuas. De quo Barto. in d.l.requi-
rendi,& Doct.hic add.text.iur. Saxon. [Vveichbild;] art.90.
Et Ang.in § pęnales;12.inf.de act.

3 Secundò ex §.noſtro notandum quod licet prędictæ actio
nes ſublatæ ſint, tamen quis ſciente ſuſpicit rem furtiuam,
eamque celat, ita vt illa duo copulatiue concurrant actione
furti tenetur,& furti non manifeſti obnoxius eſt,vt hic, & le.
eos, 14.Co.eod.vbi Bal.dicit ſe vidiſſe ex hoc ſemel ſuſpendi
4 mulierem. Sed celans furem ſimpliciter, tenetur pęna de re-
5 ceptatoribus ſecundum Bartol. in l.qui vas 48.§ qui furem, ff.
a eod. Et Plat.hic Hinc quæritur. Nunquid a ille pęnes quem
reperitur res furtiua, præſumatur fur. Et Plat.hic dicit quod
non,per text.noſtrum qui remouet actionem furti concepti.
Idem tenet Gl.in l.in ciuilem,2.verb.Incidatis, Co.eod.& ibi
Bald.in dubio enim præſumimus in minorem partem ſic o-
mirum vt delictum non præſumatur l.Merito 52. ff.pro ſoc.
præſertim quando eſt perſona honeſta,& grauis argumento,
l.non omnes,5.§.à Barbaris,ff de re mil. Ad euitandam tamen
ſiniſtram ſuſpicionem apud bonos viros iudicare debet ven-
ditorem ſecundum Plat.hic per text.in l.ciuile 5.C.eod. Alias
ex qualitate perſonæ, frequentia,actus & alijs iudicis,vt quia
emit dum clam, item modico precio emens à fure præſumi-
b tur ſciens,& particeps fraudis,adeoq, contra eum ad b tortu-
ram procedit poteſt,& ſi fatetur ſe ſciuiſſe illas res furto ſub-
tractas per venditorem condemnabitur, tãquam opem præ-
ſtans furi,& receptator furti, de quo poſt Bart. & Bald. Vide
4 Paul.de Caſt.in d.l. In ciuilem. Ex qua notandum, qui emit
rem furtiuam,etiam bona fide, teneri illam domino reſtitue
re,abſque refuſione precij. Idem diſponitur de iur.Sax. in
art. 36.lib.2.ibi[Scine Pfenninge verleuret,] id eſt, [nummos
ſuos,perdit,] licet de iur. Sax. ſecus ſit in Iudæo, li.3.art.7.

7 Vltimo ex § noſtro notabitis, manifeſti furti pęnam eſſe
quadruplum occulti vero duplum,de quo in §.fin. Hoc titul.
noſtro plura dicemus.

ADDITIONES.

a *Vide Capellam Toloſanam q.151.*

b *Non tamen ad condemnationem. Idem tenet Angel.tractatus de malefic.in verbo,& veſtem caleſtem Clarus,5.Sent.§.Furtum,verſ.Sed nunquid idem ibid.§.vl.qu.21. Si res furata.*

§. Furtum autem ſit.

1 *In quibus rebus fiat furtum.*
2 *Differentia inter ius commune,& Saxoni,quoad in furtum.*

1 QVarta pars tit.noſtri,in qua Imp.declarat,in quibus reb.
fiat furtum. Non enim conſiſtit ſolum in amotione rei
alienæ,ſed etiam in quacunque cõtrectatione ipſius rei,vſus,
vel poſſeſſionis, inuito domino, veluti, ſi creditor vtitur pi-
gnore,depoſitarius re depoſita, commodatarius re commo-
ta ad alium vſum. Item ſi longius habeat cum re commoda-
ta,vel eam vlterius alteri accommodato det. De alieno enim
largiri, & debitorem beneficij ſibi acquirere ſpecies furti eſt
ſecundum Glo.hic in verb.Produxiſſet,facit tex.in l.ſi pigno-
re,54.poſt princip.ff.eo.Et in hoc furto duplicatur non ipſa
proprietas rei ſed ſolus, vſus ſine intereſſe domini concernẽs
vſum,vt ſupra,poſt.Gl.§.1.verſ.Vſus diximus.Et in hoc vide-
2 tur eſſe differentia inter ius commun.& Saxon.quo cauetur,
quod is, qui vltra conſtitutos dies, equum, vel veſtimentum
commodatum retinet,& propterea accuſatur,ſtatim reſtitue
re,& ſi deteriorauit precium, ſeu æſtimationem reddere te-
neatur, furti tamen accuſari non poſſit. Et hæc ſuos verba
a art.22. lib.3. a

ADDITIO.

a *Art.19.lib.2 Nam hodie pœna furti capitalis eſt,non pecuniaria,vt iure communi. Et ſi igitur hi pęna furti teneantur ciuiliter,& pecuniariter,l.inficiando,67.l.Qui re ſibi commodata,79.de fur.non tamen ſequitur, quod criminaliter pęna capitis puniuntur,& igitur arbitrarie vt nuper placuit. Sicut illi qui oſtentantes frumentum, aut aliud quid venale, & multos eius generis modios vendentes,quos non habent,tantum vt ad manum aliquem arrham accipiant,non tenentur furti. Nec enim ſubtrahunt inuito ſed accipiunt à volente, quanquam decepto. Quæ res incidit in crimen ſtellionatus,quod ad ſummum fuſtigatione punitur,ex l.2 de crim.ſtellion, Excipiuntur quæſtores & adminiſtratores,& mincij pecunia aliena,in quos etiam capitaliter animaduertitur ob fraudem maiorum. Conſt.41.p.4.*

§. Placuit.

1 *Quatenus vtens re commodata furti teneatur.*
2 *In dubio præſumitur contra vtentem re aliena de furto.*
3 *Scholaris vtens equo conducto vltra tempus conductionis, an teneatur furti.*

1 TRaditur in hoc §. Limitatio ad præcedentẽ deciſionem,
quod ſcilicet tunc demum vtens re ad alium vſum,quã
fuerit ſibi commodata, furti teneatur,ſi non putauerit domi-
num permiſſurum. Si verò in ea fuerit opinione dominum
conceſſurum,ſiue verè,ſiue falsò ſibi hoc perſuadent,furti nõ
tenetur,cum deſit ibi vnum ſubſtantiale ad furtum requiſitũ
l.affectus furandi,vt hic,& l.Furtum,37 in princ.ff.de vſuc.&
l.qui re,76.& l.inter omnes,46.§.rectè ff.eod. Et hæc procé-
dunt in caſu,quando ſcilicet conſtat,quod credidit dominum
permiſſurum. Nam tunc etiam ſtultè, & falſo opinando fur-
tum non facit,cum per hoc ſolum committat culpam,& non
dolum,ſine quo non fit furtum, ſecund Io.Fab.hic, qui ſubij-
cit cautelam,vt recipiens,& vtens proteſtetur teſtibus de ſua
2 voluntate, & animo. In caſu vero dubio, quando non con-
ſtat de ipſius animo, non attenta diſtinctione, quam ſecund.
Doct.videtur tradere Gloſ.hic in verb. Permiſſurum, vtrum
habuerit rem ab initio domini voluntate, vel nõ, communis
eſt opinio, contra vtentem eſſe præſumptionem iuris, quod
ſcilicet credat dominium non permiſſurum,leg.Qui vas,48.§.
quod ſi, verſ.Vetare, ff.eo. Niſi oſtentat aliqui indicia veriſi-
milia,propter quæ aliter præſumendum ſit. vt quia dominus
3 rei ſuit ſuus amicus,& vtẽs homo honeſtus, ſecus ſi ignotus
& inimicus. De quo latius poſt Bart. in d.l.inter omnes, §.re-
ctè,vide Ioan.Fab.& DD.hic. Et circa prædicta obiter nota-
bitis,quod Plat.hic ex Bart.in l.item quæritur,13 §.qui imple-
to,ff.locati,refert. Si ſcholaris, vel alius cuiuſcunque condirio
nis homo, retineat equum vltra tempus conductionis, eum
non committere furtum,ſi equus ſolebat conduci. Videtur,
enim reconduxiſſe pro eodem precio, alias committeret fur-
tum vſus.l.Qui iumenta,40 & d.l.qui re,ff.eod.

§. Sed & ſi credat.

1 *Contrectans rem alienam volente domino licet ipſe credat inuito domino hoc fieri, an committat furtum.*
2 *Speciale in quo ſit furtum volente domino.*
3 *Perſuadens filio,vt patri aliquid ſurripiat, tenetur furti.*
4 *Affectus punitur,quamquam non ſequatur effectus.*
5 *Quomodo in puniendis delictis diſtingui debeat.*
6 *An contra cogitantem, & agentem, ſed non perficientem, inſtitui poſſit actio furti.*
7 *Impeditus impedimento facti punitur ac ſi perfeciſſet.*
8 *Quando quis agit,& perficit ſed non cogitat quid ſuris.*
9 *Putator arborum,ſi deijciens ramum,& non proclamans,occidit prætereuntem an teneatur pęna legis. Corn. l.de ſicarijs.*

1 SIcut in caſu præcedentis, §.furtum propter defectum ſe-
cundi requiſiti, effectus ſcilicet furandi,non ſit: ita etiam
in princ.huius,§.propter defectum, quinti requiſiti non dici-
tur furtum committere, qui volente domino rem alienam
contrectat, licet ipſe credat inuito domino hoc fieri. Pro-
pria enim natura furti eſt,quod inuito domino fiat,textus eſt
hic

hic, & in d.l. inter omnes, §. rectè, ff. eod. Ab iſta tamen con-
cluſione excipit Imp. hic caſum, ſi quis ſuadet ſeruo, vt domi-
no ſuo aliquas res ſurripiat, & ad ſuadentem deferat licet, ſer-
2 uus hoc faciat voluntate ſui domini, qui hoc permiſit, vt ſua-
dentem in delicto deprehenderet, tamen ſuadens tenetur nō
a ſolum de furto, a ſed etiam de ſeruo corrupto. Et hoc primo
propter malum conſili. Licet enim ſeruus deterior non ſit fa-
ctus, tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis
ſerui introductum eſt. Deinde vt pœna vnius ſit metus alio-
rum, l. 1. C. ad leg. Iul. repetund. Et ne ex eiuſmodi impunita-
te in alienum ſeruum, qui facile corrumpi poſſet, hoc quis fa-
cere pertentet, ſic cogitans. Vt cumque res acciderit, nihil
damni facto. Si enim res proceſſerit, lucrum inde capio, ſint
minus, tamen impune fero vt hic, & l. Si quis ſeruo 20. C. eo.
Prædicta etiam locum habent in filio, cui ſimiliter perſuaſum
3 eſt, vt res patri ſurriperet. Intereſt enim noſtra, animum libe-
rorum noſtrorum non corrumpi l. vt tantum, 14. §. 1. ff. de ſer.
corrup. Et hanc extenſionē facit Gl. fi. in d.l. ſi quis ſeruo, quæ
ſemper ad hoc allegatur, quod quotieſcunq; à lege antiqua
duo æquipatantur, ſi poſtea aliquid reperiatur de nouo ſtatu-
tum in vno, intelligatur etiam ſtatutum in alio. Cum autem
per d. l. vt tantum, ſeruus, & filius, quoad corruptionem, æqui-
parentur, conſequens eſt diſpoſitionem d. l. ſi quis ſeruo, & §.
noſtri, qui de ſeruo loquitur, etiam in filio locum habere, de
quo in §. duplum 23. infra de act. plura dicemus. Hinc Glo. in
4 verb. A quibuſdam, notat puniri b affectum, licet non ſequa-
b tur effectus, l. ſi quis non dicam rapere, 5. C. de Epiſc. & Cler.
5 Et de hoc Brocardo cōmuniter DD. poſt Glo. & Cyn. in d.l. ſi
quis, talem diſtinctionem tradunt, quam etiam referunt Bal.
& Ang. hic diſtinguentes quinq; caſus principales, vbi quæri-
tur de delicto puniendo. I. Quando quis non cogitat delin-
quere nec agit: nec perficit. II. Quando quis tantum cogitat,
non tamen agit, nec perficit. III. Quando cogitat, & procedit
ad aliquem actum, ſed non perficit. IV. Quando cogitat, agit,
& perficit. V. Quando agit, & perficit, ſed non cogitat.

Primò caſu regulariter quis puniri non debet quia pœnæ
ſuos debent tenere authores, l. ſancimus, 22. C. de pœn. Et ſan-
ctius eſt nocentem dimittere, quam nocentem condemnare
l. abſentem, 5. ff. de pœn. Facit huic dictum Chryſoſtomi, quod
habetur in cap. Alligant, 12. cau. 26. qu. vlt. Melius eſſe propter
miſericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatē.
Fallit hoc in crimine læſæ maieſtatis, vbi propter delictū pa-
tris, filius etiam punitur, l. quiſquis, 5. C. ad legem Iul. maieſt.

Secundò caſu, quando ſolum, cogitat, & non procedit ad
aliquem actum, ſi manet in terminis ſolius cogitationis, iure
fori non punitur. Cogitationis enim pœnam nemo patitur,
l. cogitationis, 18. ff. de pœnis, licet ſit ſecus de iure poli, cum
cogitationes hominum Deo omnipotenti nequeant occulta-
ri, c. In ciuitate, 6. ext. de vſuris.

6 Tertiò caſu principali, quando cogitat, & agit, ſed nō per-
ficit, ita diſtinguunt DD. Aut quæritur. An ex illo actu detur
actio ciuilis, contra cogitantem, & agentem, non tamen
perficientem, & concluditur quod non per text. in l. vulgaris
21. §. qui furti & ibi Bart. ff. eod. vbi dicitur, cum qui furti fa-
ciendi cauſa conclaue alterius intrauerit, nōdum eſſe furem,
ita ſcilicet vt actione furti conueniri poſſit. Sed hoc fallit, niſi
delictum de facili tranſeat in exemplum, vt in caſu, §. noſtri,
& d. l. Si quis ſeruum. Aut quæritur de actione criminali dan-
di, & iterum diſtinguunt DD. Aut quæritur de puniendo de-
licto, quod facit acceſſorie. Aut de principali delicto, quod
perpetrare propoſuerat, non tamen perfecit. I. Caſu punitur
de delicto acceſſorie commiſſo. Veluti. Quidam volens fura-
ri, fregit oſtium, & domum intrauit, non tamen furatus eſt,
certè licet de furto, quod nondum commiſerat, puniri non
poſſit de fractura tamen ianuæ, & introitu domus quod vo-
lens furari acceſſoriæ fecit, criminaliter punitur, d. l. vulgaris,
§. qui furti, & ibi Bar. inquit extraordinariè talem furem pu-
niri debere, per l. pen. in princ. ff. de variis, & extraord. crim.
II. Caſu quando agitur de puniendo delicto quod quis prin-
cipaliter facere cogitauit, vt pote, ſi quis voluit rapere Monia-
lem, vel homicidium committere, & oſtia fregit, vel cum gla-
dio euaginato quem inſecutus eſt, ita ſubdiſtinguitur: Aut
quæritur de puniendo actum remotum, quia iuit cum gla-
dio, &c. Et illo caſu non de principali delicto punitur: Aut
de puniendo actum proximum, & tunc aut non conſumma-
c uit quia pœnitentia ductus noluit, c & non punitur de atten-
tato delicto, ſed benè de præambulo, l. Qui falſam, 19. ff. ad
l. Cornel. de falſis. Aut non perfecit, quia non potuit, &
tunc ſi fuit impeditus impedimento iuris, non punitur hac ſi
perfeciſſet, d. l. inter omnes, §. rectè, vbi contrectans rem alie-
nam domino volente credens tamen inuito domino hoc fie-
ri furtum non committit propter impedimentum iuris, quod
diſponit furtum domino volente non fieri, vt in princip. §. no-
7 ſtri. Si verò fuit impeditus impedimento facti, hoc caſu quia
eſt actus proximus ipſi delicto, & quaſi de eſſe eius, & pars
intrinſeca eius delicti (vt ſecutus Bal. in d.l. ſi quis non dicam,
eſt proſtratus in terram in actu carnali,) ſecundum commu-
d nem opinionem de rigore iuris perinde punitur d ac ſi perfe-
ciſſet delictumque commiſiſſet, d. l. ſi quis non dicam, & l. is,
qui cum telo, 7. C. ad leg. Corn. de ſicar. Aliqui tamen dicunt
hoc caſu quem etiam mitius puniri, per text. in l. 1. §. fin. ff. de
extraord. crim. vbi dicitur quod perfecto flagitio capite puni-
tur, imperfecto verò deportatur niſi eadem pœna in vtroque
caſu à lege ſit expreſſa ſecund. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis &
ibi Cyn. qui eam tamquam æquiorem tenet, & idem Bald. &
Angel. hic. Sicut etiam Bal. in d. l. is qui cum telo, dicit, diſpoſi-
tionem iſtius legis de rigore iuris eſſe veram, ſed de conſue-
tudine non obſeruari. Et idem refert Specu. in tit. de accuſ. §.
1. verſ. Quid ſi primo. Præterea limitatur hoc procedere in
atrocioribus non autem in non grauibus delictis, ſecund.
Gloſ. & communiter DD. in d. l. ſi quis non dicam. Item no-
tabitis iur. Saxon. etiam in atrocioribus delictis aliter pro-
nunciari per text. in iur. Sax. feudali, in capit. 39. vbi habetur,
[Voluntas, & verba non attenduntur, niſi ſequatur effe-
ctus.]

Quarto caſu principali, quando quis cogitat, agit, & perfi-
cit, non eſt dubium quin ſit puniendus, cum interſit Reipub.
ne delicta maneant impunita, vulga l. ita vulneratur, 51. ff. ad
legem Aquil. Neque hoc caſu locus eſt pœnitentiæ, leg. qui ea
mente, 65. ff. eod.

8 Quintò caſu, quando quis agit & perficit, ſed non cogi-
tat, diſtinguitur: Aut hoc contingit caſu, aut culpa. Primo
caſu, aut præceſſit culpa, & punitur: aut non præceſſit, &
non punitur, argumento, l. fluminum, 24. § hæc ſtipulatio, 3.
& § item apud Viuianum, 9. & §. idem ait, ff. de damn. in-
fect. vbi dicitur Si damni infecti ædium mearum nomine,
tibi cautionem præſtiterim, deinde nè ædes vi tempeſtatis in
tua ædificia ceciderint, eaque diruerint, nihil ex ſtipulatione
præſtari, quia nullum damnum vitio mearum ædium tibi cō-
tigit. Cum violentia ventorum (ſecundum I.C. in d. l. flumi-
num, §. Seruius, 4.). vim diuinam habeat, niſi ita fortè vi-
tioſæ meæ ædes fuerint, vt qualibet vel minima tempeſtate
fuerint. Secundò caſu, quando quis lata culpa delinquit, li-
cet cogitauerit, tamen punitur, ſed mitius, quando ſi dolo de-
9 liquiſſet, leg. in lege, 7. ff. ad leg. Corn. de ſicar. vbi habetur, ſi
putator ex arbore, cum ramum deiiceret, non proclamauerit,
& prætereuntem occiderit, pœna leg. Cornel. de ſicar. cum
non coerceri, teneri tamen leg. Aquil. l. Si putator, 31. ff. ad
leg. Aquil. & de hoc in §. Si putator. inf. de leg. Aquil. dicetur.
Si verò leui vel leuiſſ. culpa delinquit, adhuc mitius punitur,
ita vt ciuiliter, & non criminaliter puniendus veniat, vt pul-
chre declarant Cyn. Bart. & Bal. in l. data opera, 11. C. de his
qui accuſare non poſſunt.

ADDITIONES.

a *Hoc ſpeciale eſt, vt quis etiam volente domino furti teneatur,
quod notandum contra definitionem.*

b *Conatus, cogitatio, & affectu ad delictum, quando; & qua pœ-
na puniatur, vide Menoch. 2. de arbit. iud. caſu 360.*

c *Conſtit. 32. in fin. par. 4.*

d *Eſt contra l. 1. ext. de crim. & conſtit. 31. p. 4. requirit perfectio-
nem ſtupri, ſed in atrociſſimis, vt incendiarijs procedere hoc
poteſt. conſtit. 17. par. 4.*

---

§. Interdum.

1 *An committatur furtum in homine libero.*
2 *Matri non competit actio furti pro filio furto ſubtracto.*
3 *Subtrahens filium, vel alium liberum hominem vel ſeruum,
animo celandi, & priuandi, qua pœna teneatur.*

1 IMper. in hoc §. docet, etiam liberi hominis, filiorum, ſci-
licet in patria poteſtate exiſtentium, furtum fieri, ita vt pa-
tri contra furem actio furti, ad duplum vel quadruplum com-
petat. Concordat text. in leg. cum qui 14. § ſi filiusfamilias,
13. ff. eod. Et licet Gloſa hic, intelligat furtum fieri, vt fur pu-
niatur criminaliter extraordinariè, non autem vti pater poſſit
agere ciuiliter ad pœnam dupli tamen hoc cōmuniter à DD.
repro-

reprobatur. Nec obſtant argumenta per eam adducta, & pri-
mo, quod dicitur patrem non habere dominium, nec poſſeſ-
ſionem filij, l. cum heredes, 23. §. fin. ff de acq. poſ. Habet enim
ſecundum Bar. in d. §. ſi filiusfamil. & DD. hic, pater quaſi do-
minium in filio, adeò vt adiecta cauſa, ſi iure Romano poſſit
eum vendicare ad ſimilitudinem rei, in qua vere habet domi
nium, le. 1. §. 1. ff. de rei vend. Item non obſtat, non eſſe in hoc
caſu, quod duplicari poſſit, cum liberum corpus non recipiat
æſtimationem, l. liber homo, 13. ff. ad l. Aquil. Nam ſecundum
Glo. & Bar. in d. § ſi filiusfamilias, & Cyn. in d. l. Si quis ſeruo,
& DD. hic duplicabitur æſtimatio operarum, quib. caruit pa-
ter propter furtum filij. Sicut enim vxor tenetur operari ma-
rito, l. ſicut, 48. ff de oper. lib. ita filius patri. Si verò neſciat ope-
rari eſtimabûtur ſeruitia, & operæ communes, quas quilibet
pręſtare poteſt ſecundum DD præſertim Plat. hic. Ex quo in-
2 fertur per DD. hic, cum non habeat filium in poteſtate, nec
filius teneatur matri ad operas, actionem furti non compete
re, l. mater, 38. ff. eod. Similiter nec fratri, qui minus ius habet
3 in frater, eſtq; remotior matre, ſecundum Ioan. Fab. & DD.
hic. Circa prædicta notandum, quod ſubtrahens filium, vel a-
lium hominem liberum, vel ſeruum, animo celandi, & priuá-
di, incidit etiam in pęnam capitalem, l. legis Fauiæ, 3. ff. de pla-
giarijs, & l. ſi per totum tit. C. ad l. Fau. de plag. l. 1. & pen. §. le.
Fauia, ff. eod. vbi Bart. refert eo tempore, quo fuerat in ſtudio,
quoſdam fuiſſe condemnatos, le. Fauia, 4. de plag. ex eo quod
vnum iuuenem ſub traxerant: ſicut anno 44. hinc duo adole-
ſcentes natione Dani adducti dicebantur.

§. Aliquando.

1 *Debitor ſurripiens rem oppignoratam, committit furtum.*

1 Dominus ſurripiens rem, quam creditori oppignauerat,
furtum committit, add. tex. ſi in l. in actione, 19. §. qui rē
pignori, ff. eod. Creditor enim habet poſſeſſionem pignoris,
præterquam ad vſum, l. ſerui nomine, 16 ff. de vſucap. Debitor
igitur ſubtrahendo pignus, dicitur furtum cōmittere. Primo
reſpectu poſſeſſionis, de quo ſupra, deinde reſpectu cautionis
ſiue ſecuritatis, quam creditor, habebat, incumbendo in ipsā
rem oppigneratam, l. itaque, 12. § ſi ff. eo. Et hoc caſu duplica-
tur ſolum ius poſſeſſionis, quanti ſcilicet intereſt creditoris, rē
non fuiſſe ſubtractā: non autem tota res. Licet ſecus ſit, quan-
do pignus per extraneum aufertur, l. creditoris, 15. ff eod. Ad
intellectum antem Glo. hic in verb. Subtraxerit, videte ſimilē
Glo. in l ſequitur, 4 §. Si rem, 21. in ver. Poſſe. & ibi DD. ff. de
vſucap. & notata. in §. furtiuæ, 2. ſupra de vſucap.

§. Interdum quoque.

1 *Præſtans opem & conſilium ad committendum furtum, an teneatur furti.*
2 *Laſciui qui ſua laſciuia damnum dant, qua actione conueniri poſſint.*
3 *Præſtans opem tantum, quando teneatur furti.*
4 *Præſtans opem de quo furto teneatur.*
5 *Præſtans opem quomodo puniatur.*
6 *Supplicans pro reo criminis læſæ maieſtatis, fit infamis.*
7 *An præſtantes opem quocunque modo vniformi pęna puniantur.*
8 *An præſtans opem, eadem pęna afficiantur cum faciente.*
9 *Faciens ſpem euadendi, pari pæna punitur cum perpetrante.*
10 *Præſtans auxilium, & dans cauſam maleficio, ſimili pæna cum principali punitur.*
11 *Media quomodo intelligenda.*
12 *Vbi multitudo eſt in cauſa, principaliores in delicto pæna ordinaria affici debent.*
13 *Ex ſolo conſilio ad faciendum furtum, an & quando quis teneatur.*
14 *Differentia inter furtum, & delictum ſerui corrupti.*

1 Eſt hæc quinta pars tit. noſtri, in qua Imper. de eo a cuius
2 ope b & conſilio furtū factum eſt, loquutur, tres deciſio
b nes in effectu ponendo, prima eſt, quod præſtans conſilium,
& ope ad committendum furtū, furti teneatur, veluti, ſi quis
2 excutiat nummos de manu tua, vt alius eos apprehendat. Si
enim apprehenſio à tertio non fiat, excutiens non tenebitur,
tex eſt hic. Idem eſt, ſi fiat per laſciuiam, ſecundum Imp. hic,
quod Ang. notat contra laſciuos, qui neſciunt ſe continere, &
iocando alteri damnum inferunt, licet enim actione furti cō-
ueniri non poſſint, tamen actione in factum ad intereſſe re-
nentur, ſecundum Glo poſt text hic, in verb. In factum, & de
hoc inſ. de l. Aquil. dicetur. Secunda deciſio eſt, quod opem
tantum præſtans etiam furti teneatur, concordant text. in le.
furti, 50. §. ope, & in l. is qui opem, 34. ff. eod. Et hæc ſunt vera
3 duob. concurrentibus. I. Quod præſtans opem ſciat, ſi enim,
ignorat, ad quid principalis ſua ope, vti velit, furti non tenebi-
tur, vt hic, in verſ. Sciens cuius rei gratia facit quoque text. in
l. ſi quis perferendum, 35 ff. eod II. Quod furtum ſequatur ſi
enim quis commodauerit ſcalas ad committendum furtum
c non tenetur, c niſi illud ſequatur ſecundum Plat hic. Cū præ-
dictis concordat tex. iur. Saxon. in art. 13 & 25 lib. 2 vbi habe-
tur. [Receptans furem, ſeu rem furtiuam, aut furi auxilium
præſtans, ſi conuincitur pari pœna cum fure plectitur.] Item
notabitis circa §. noſtrum, eum qui opem præſtat, teneri de
4 furto occulto, & ita ad duplum, non autem de manifeſto, d.
l. is qui opem, licet in ipſo actu opem præſtandi deprehenda-
tur. Quod fallit in caſu d. l. ſi quid perferendum, vbi deprehen
ſus cum re furtiua, quam aliò perferendam à fure ſcienter ac
ceperat, furti manifeſti tenetur, de quo latius vide hic Io. de
Plat. Hinc opportunè quæritur. An & qualiter opem præſtās
5 puniatur. Et pro declaratione diuiduo húc paſſum in tres quę
ſtiones, I. An præſtatio opis ſemper ſit punibilis II. An pœna
inter præſtans opem ſit vniformis. III. An faciens, & præſtans
opem ad faciendum, pari pœna afficiatur.

Quod ad primam quęſtionem attinet, duo caſus poſt Salic.
in l. 1 C. de rap. vir. diſtinguendi ſunt. Primus eſt, quando quis
ad delictum committendum ignorans præſtat opem, & tunc
non punitur, text. eſt hic, in verſ. Sciens cuius rei Ignorantia
enim facti excuſat à delictis, l. eum qui duas, 18 ibi, [vxorē re
eſſe credebas,] C. ad l. Iul de adul. Hinc Bal. in l. quicunque 4.
ver. not. 6. C. de ſer. fug. inquit, ſi commodaui æquum, arma,
vel famulum alicui dicenti, ſe velle ire in villam, cum iret ad
occidendum hominem, me non teneri, cum delictum nō ve-
nerit in mētem meam. Voluntas enim & propoſitum diſtin-
guunt maleficia, l. qui iniuriæ, 53. in princip ff. eo. adeo, vt idē
Bald. in l. fędiſſimam, 20. C. de adult. dicat. Tolle voluntatem,
& omnis actus erit indifferens. Secundus caſus eſt, quando
quis ſcienter præſtat auxilium, quod ſecundum Bart. in d. l. an
furti, §. ope, principaliter ſit tribus modis, primum ante male-
ficium, deinde, in maleficio, tum, poſt maleficium. I. Quando
quis ante maleficium commiſſum fert opem, vt præſtans fer-
ramenta, vel ſcalas, cauſa faciendi furtum. Item ſcienter mu-
tuas pecuniam ad delictum perpetrandum, punitur. Dicitur
enim opem præſtare maleficio, vt hic, & in d l. ſi pignore, §.
qui ferramenta, ff. eod. & l. ſi ſcienter, ff. ad leg. Pomp. de par-
ricid. II Quando quis fert opem in ipſo actu, & tempore quo
maleficium committitur aſſiſtendo, ſcilicet malefactori, vt
commodius, & abilius committat, tunc quoque punitur, d. l.
vnica, C. de rapt. virg. non longe à princip. verſ. Et qui eis au-
xilium inuaſionis tempore præbuerint. Et hęc vera ſunt, ſi aſ-
ſiſtens eſt particeps fraudis, ſicut etiam is dicitur præbere
opem, qui armatus aſſiſtit, licet nihil faciat. Nam ex eius præ-
ſentia magis redditur timidus inſultatus, & animatur inſultās
de quo Felin. in cap. 1. nu. 14. ex de offic. de legat. Alias ſi quis
ſimpliciter eſſe præſens, & aſſiſteret, non diceretur opem fer-
re, ſecundum Bartol. poſt text. in leg. 1 §. ſed in eo, 5. ff. ad Se-
natuſconſ. Syllan. vbi inducit ad quæſt. vt ſi aliquis occidat
Titium me præſente, non teneat, niſi alias ſim conſcius, vel
particeps ſceleris. III. Quando quis fert opem poſt malefi-
cium commiſſum, tunc ſecundū Salic. in d. l. vnica C de rap.
virg. quatuor modi conſiderandi ſunt. Nam I Si quis præ-
ſtat opem crimino ſo, ad euadendum per viam fugę, tunc pu-
nitur, vt in 3. quæſtion. dicetur. II. Si ad euadendum per
viam iuſtitiæ, vt faciunt aduocati, tunc ſecundum Salic. non
punitur, etiamſi ſuccumbat. III. Si ad euadendum per mi-
ſericordiæ, vt puta ſupplicando Principi pro malefactore

tunc

ADDITIONES.

a *De pœnis eorum, qui opem delinquentibus tulerunt, vide Clarum 5. Sentent. §. vltim. qu. 90. & Menoch. 2. de arb. iud. caſu 346. 350.*

b *Opem referre videtur is, qui miniſterium atq. adiutorium ad ſurripiendas res præbet, conſilium autem dare videtur, qui perſuadet, & impellit, atque inſtruit conſilium ad furtum faciendum. Vlpianus in l. in furti, 50. §. 3. de furt.*

c *Vide Ang. & Augu in pract. crim. & Conſtit. 39. par. 4.*

tunc quoque non punitur, niſi in caſu l. quiſquis, C. ad legem Iulia, maieſt. vbi ſupplicans Principi pro reo criminis læſæ
6 maieſtatis, notatur perpetua infamia. IV. Si præſtando alimenta ſimpliciter: tunc etiam non punitur, cum & poſt condemnationem alimenta debeantur, lege legatum, 10 ff. de c. Diminut.

7 Secunda quæſtio eſt. An illis caſibus, in quibus præſtans opem puniendus eſt, pœna in ipſos præſtantes ſit vniformis, ita vt vniformi pęna ſint afficiendi, quocunque modo opem tulerint? Et ad hoc hanc reſpondet Salic. in d. l. vnica, de iur. Can. ſecundum varietatem auxilij præſtiti, & prauam intentionem præſtantis, pęna eſſe difformes, per c. Sicut dignum, 6. ext. de homicidio & idem eſſe de iure ciuili affirmat, quod ex ſequenti quæſt. clarius patebit.

8 Tertia igitur quæſtio eſt. An in illis caſibus, in quibus opem præſtans puniendus venit, eadem pęna affici debeat, qua ipſe principalis, & faciens punitur? Ad quam reſpondetur tertio caſu principali, quando ſcilicet quis fert opem poſt maleficium commiſſum, ſecundum communem, & veram concluſionem Bart. in d. leg. furti, §. oper. auxiliatorem non puniri ſimilitudine ſupplicij, quo principalis afficitur. Non enim tulit opem ad operandum delictum, ſed ad euadendum. Itaque ſi cadit in ſpeciale nomen maleficij, punitur pœna illius, vt patet in eo, qui fecit concurſum, quo minus quis in ius produceretur, incidit enim in pęnam legis Iuliæ de vi priuata, leg. legis Iuliæ, 4. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. Item in eo, qui confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum emiſerit: incidit enim in crimen læſæ maieſtatis, l. cuiuſque dolo, 4. verſ. Item qui confeſſum, ff. ad leg. Iul. maieſt. Si verò non cadit in ſpeciale nomen delicti, tunc pęna punitur generalius iſtius tit. Co. de his qui latro, vel alterius criminis reos occultauerunt, vbi qualitas opis præſtitæ, & inten-
9 tio præſtantis inſpicitur. Hæc tamen limitatur per Bart. in d. §. ope. non procedere, quando præceſſit conſilium: veluti, Facias hoc, curabo vt poſſis euadere, quia tunc illa ſpes euadendi data, eſt auxilium ad maleficium committendum. Quando vero quæritur de puniendo eo, qui præſtitit opem ad committendum delictum, ſiue in ipſo maleficio, ſiue ante maleficium, vtroque enim caſu dicitur opem tuliſſe maleficio, ſecundum Bart. in dict. § ope, hoc caſu duæ ſunt opiniones principales. Vna Dyni negatiua, videlicet, quod minori pœna, quam faciens puniri debeat, per d. leg. is qui opem, ff. eod. niſi cauſam dediſſet ipſi delicto, tunc enim pari pęna
10 afficiendus eſſet, leg. nihil intereſt, 55. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. atque ita in effectu Dyn. hoc modo diſtinguit. Aut præſtans auxilium dedit cauſam maleficio, & punitur ſicut principalis, d. leg. nihil intereſt, vbi dicitur, nihil intereſſe, vtrum quis occidat, an cauſam mortis præbeat. Aut non probauit cauſam delicto, licet opem ferat, & media pęna puniri debet, d. l. is, qui opem, vbi fur cum re furtiua deprehenſus tenetur de furto manifeſto, & ſic ad quadruplum, ſed opem præſtans, de occulto, & ita ad duplum. Et intellige ſecundum Salic. in l. vnica media pęna, id eſt minori, quæ media dici poteſt, ha-
11 bito reſpectu ad minorem, & grauiorem pęnam. Et pro hac diſtinctione facit bona ratio: vbi enim maior eſt culpa ibi maior pęna debet infligi, cum pęna debeat commenſurari delicto, l. Diuus, 31. ff. ad leg. Corn. de falſ. Sed maior culpa eſt in eo, qui opem præſtando præbet cauſam mortis, vel alterius delicti, quam in eo, qui non præbet cauſam, licet opem ferat, facit d. c. Sicut dignum, ext. de homicid. Item pro hac ſententia adducitur, tex. in l. vnica, Co. de Nili aggeribus non compen. vbi rumpentes aggeres Nili concremantur, & eius criminis participes deportantur, d. l. vnica, §. pęnas autem, 2. C. de rapt. vir. vbi ſolum concomitantem, & non alios conſocios delicti eadem pœna coercet. Præterea facit text. in l. ſi mulie, 6. ff. de Publ. ibi, (nam inter criminis reos, & fraudis participes, multum intereſſe conſtituerunt.) Et hanc opinionem tenet Salic. in d. l. vnica, C. de rap. virg. & Angel. in tract. malefic. ſuper glo. in verb. Dicto maleficio ſemper aſſtitit, verſic. Quæro qua pęna, & eam in effectu videtur etiam tenere Bald. in d. l. vnica, C. de Nili ag. &c. & in l. vnica. Co. de crim. pecul. Contraria vero ſententia affirmatiua pro regula ponitur a Bar. in d. l. is qui opem, & in d. l. furti, §. ope. ff. eodem, videlicet, facienti & opem præſtanti parem pęnam infligi, ſed hoc fallere in caſu d. l. vnicæ, §. pęnas, & d. l. vnica, Co. de Nili ag. &c. Item in d. l. is qui opem, vbi principalis grauius punitur, propter qualitatem, quæ præter propoſitum ſuperuenit in perſona delinquentis, extra ipſum delictum, vt declarat Bart. in d. l. is qui opem. Sed de hoc latius infr. dicetur. Et pro hac opinione Bar. facit tex. in d. l. nihil intereſt, & d. l. vnica, §. pęnas, in princ. & leg. vtrum, 6. ff. ad leg. Pomp. de parric. vbi non ſolum hi, qui parentes occiderunt, ſed etiam conſcij eadem pęna parricidij afficiuntur. Item text. in leg. qui domum, 8. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi is, qui ſciens domum ſuam præbuit, vt adulterium cum aliena materia, fieret, vel quæſitum ex adulterio vxoris ſuæ fecit, quaſi adulter punitur, & l. ſi quemquam, 31. Cod. de Epiſc. & cler. vbi ad Epiſcopatum nemo debet promoueri per ſimoniam, & ſi eſt promotus, debet à gradu remoueri, & conſentientes pari pęna afficiuntur. Sic etiam in l. quiſque, 5. §. id quod de prædictis, 6 ad leg. Iul. maieſt. cunicij ſatellites, & miniſtri in pęna ſunt ſimiles delinquenti Præterea adducuntur plures alij text. videlicet, in l. 2. §. Diuus, 5 ff. de iur. fiſc. & in l. 3. §. item is, 4. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & in leg. 1. §. incidit, 15. ff. ad Senatuſconſul. Turp. & in d. leg. vnica, Cod. de crim. pec. Et licet Salic. in d. l. vnica, teneat priorem ſententiam Dyni, conetur reſpondere ad illa iura pro opinione Bartol. adducta, in effectu duobus modis, ſcilicet quod in enormi delicto loquantur, text. in d. leg. vtrum, & in d. leg. quiſquis, § id quod de prædictis, alia vero iura de præſtante talem opem, quę ſit cauſa delicti, ſubijciens opinionem Bart. quam iudices imitantur, occidere animas ipſorum, tamen non videtur ſatisfacere, præſertim text. in d. leg. is, qui opem, ff. eod. iuncto, §. noſtro, vbi ille, qui præſtitit ferramenta, vel ſcalas ad delictum committendum, præſtitit auxilium remotum à facto, ita vt licet actione furti teneatur, non tamen propriè dicatur fur, ſecundum Glo & Bart. in d. l. is qui opera, & Ang. in d. tract. malef. ſuper Glo. in d. verb. Dicto maleficio ſemper aſſtitit, & nihilominus incidit in ipſam pœnam furtum facientis, niſi fur cum re furtiua deprehendatur. Nam tunc propter illam qualitatem poſt delictum ſuperuenientem in perſona delinquentis, grauius punitur principalis. Item textui in d. leg. vnic. Cod. de rap virg. vbi is, qui committatur raptorem, eadem pęna plectitur, & tamen is non præbet cauſam delicti. In puncto igitur iuris Bartol. opinionem veram eſſe arbitror, ſicut eam ſequuntur communiter Canoniſtæ in cap. 1. de offic. de leg. limitando eam non procedere, quando ex pęna opem præſtantium ſequeretur ſtrages multorum. Tunc enim principales ſoli, vel magis puniendi eſſent, per text. in cap. Latores, 4. extra, de cleric.
12 exc. Ex quo not. hic Abb. ibi multitudinem eſſe in cauſa, vt propter ſcandalum, vel aliam cauſam parcendum ſit multitudini, principalioreſque in delicto pęna ordinaria affici debeans, in alijs verò pęna mitiganda ſit. Quod ſecundum eum ſæpè contingit, quoties in ciuitate ſit aliqua coniuratio, proditio, vel ſeditio, vt principaliores puniantur pęna condigna, & in alijs pęna mitigetur. Vnde Gloſ. ibi refert verſiculum. [Ob populum multum crimen pertranſit multum.] Deinde limitatur opinio Bart. ab ipſemet in d. l. is, qui opem, ff. eod. quando ſcilicet qualitates, propter quas pęna debet augeri vel minui, reperiuntur diuerſæ in pęna facientis, & opem præſtantis. Diſtinguit igitur hoc modo. Aut qualitas, ex qua augetur pęna, ſuperuenit præter propoſitum delinquentium ex poſt facto extra ipſum delictum, vt deprehenſio, in d. leg. is qui opem, & tunc quilibet punit, ſecundum quod illa qualitas eſt in eo. Vnde ſi principalis eſſet contumax, opem verò præſtans præſens, certe præſens non condemnabitur in plus, propter contumaciam principalis, quia in eo illæ qualitates ceſſant. Aut illæ qualitates inſunt ab initio, tempore delicti ſecundum propoſitum, & in perſonis delinquentium, vt in d. leg. vtrum, vbi principalis erat filius, opem vero præſtans, extraneus, & propter qualitatem ab initio inhærentem filio principali, punitur opem ferens etiam pęna parricidij, qui alias, ſi ipſe manibus ſuis occidiſſet: non tanquam parricida, ſed extraneus punitur. Per quod idem dicendum eſt, ſecundum Bart. ibi. Si ex ſtatuto nobilis grauius punitur, quam ignobilis, & ignobilis opem ferat nobili, eadē pęna hunc eſſe afficiendū, quia nobilis punitur, de quo vide latius Abb. in c. 1, de offic. de leg. Et licet Ang. Peruſ. in d. l. vnica, C. de Nili agg. &c. hæc dict. Bart. reſtringat tunc locum habere, quādo opem præſtans ſciuit illam qualitatem inhærere delinquenti, puta ſciuit eſſe filium, vel nobilem, alias non, ſubiungens, cum hæc quæſtio alias Peruſij fuiſſet de facto, contra doctrinam Bart. iudicatum fuiſſe, tū vos tenere contra Ang. per regulam, quę habet ignorantiā nunquam eſſe in conſideratione, vbicunque quis dat operam rei illicite ſecundum Bar. per text. ibi in l. cum qui nocentem, 18. § pen ff de iniurijs. Sed negari non poteſt, quin hic præſtans opem det operam rei illicitæ: Ergo, &c. De quo videre additionem Aug & Angel. in tract. malefic. ſuper Glo. in dicto verbo, & dicto maleficio, vbi plures alias limitationes ad opinionem Bart. refert. Verum enimuero quamuis Bar. opinio de rigore iuris ſit verior, ego tamen in iudicando non recederem à ſententia Dyni opem, & ſuppetias ferentem pari-

Digitized by Google

pari pęna cum faciente eſſe puniendum, in illis caſibus, quibus expreſſe lex, vel ſtatutum diſponit, eos ſimili pęna affici debere, in alijs vero caſibus, in quibus hoc non eſt expreſſum attendendam eſſe diſtinctionem Dyni, ita nimirum vt ſi præbuit cauſam maleficio, pariter puniatur cum faciente, ſi vero non dederit cauſam, mitius debeat puniri opem preſtans, quã principalis, quo pęna commenſuretur delicto. Et vltra prędicta moueor ad hoc per vulgatam doctrinã, quod in pęnalib. quando contrarię opiniones reperiuntur, tenenda, & eligenda ſit mitior pœna, per l. interpretatione, 24. iũcta l. hodie, 13. & l. perſpiciendum, 11. cum ſimilibus, ff. de pœnis. Et malo cum Chryſoſtomo, propter miſericordiam reddere rationem quam propter crudelitatem, c. alligant, 12. cauſ. 26. q. vlt.

13 Tertia deciſio §. noſtri eſt, quod ex ſolo conſilio ad faciendum furtum, quis non tenetur furti. Verbo enim furtum nõ committitur, l. ſi quis vxori, 42. §. neq. verbo, 19. ff. eo. Quod eſt verum, niſi ſequatur furtum, d. §. neq. verbo. Et ex his col-
14 ligitur differentia inter furtum, & delictum ſerui corrupti, nam ſuadens tantum actione ſerui corrupti tenetur, cũ laudando non oporteat malitiam hominũ augeri, l. 1. §. ſed vtrũ, ff. de ſeruis corrupt. Et cadit ibi conſilium in proprium nomẽ delicti. In furto autem ex ſolo conſilio actio non naſcitur, niſi delictum ſequatur d. §. neq. verbo. Et de hac materia, an, & quando ex conſilio quis obligetur poſt Iaſ. & DD. in d. §. in duplum, 23. infr. de act. dicemus, & vide Dyn in cap. nullus, 62. de reg. iur. in 6. Dec. in l. conſilij, 47. ff. de reg. iur. Bart. in l. non ſolum, 11. §. ſi mandato, ff. de iniur. & famo. lib. Bald. & DD. in l. 1, C. de ſeru. fug.

ADDITIO.

a *Qui conſilium dat vtrum obligetur, vide in §. in duplum, nu. 4. infra, de actionibus, vbi plura loca retuli.*

§. Hi in parentum.

1 *Filius, vel ſeruus, exiſtẽs in patria, vel domeſtica poteſtate ſurripiendo patri, vel domino rem aliquam, furtum committit.*
2 *Vxor quæ furatur marito, conſtante matrimonio furti non tenetur: ſed poſt diuortium poteſt actione rerum amotarum conueniri.*
3 *Furtum quando graue, & leue dicatur.*
4 *Filius qui habet peculium caſtrenſe, vel quaſi, actione factum conueniri poteſt.*
5 *Patri, & domino modica caſtigatio permiſſa eſt.*
6 *Opem ferens filio, vel ſeruo, vel vxori furtum facientibus, furti tenetur.*

1 EX hoc §. in quo ſecundum diuiſionem Angeli ponitur ſexta pars tit. noſtri. Primo notabitis, quod filij, & ſerui in patria, vel dominica poteſtate exiſtentes, ſi ſurripiũt res ali-
2 quas patri, vel domino, furtum committunt, & res efficitur furtiua, & ita vitioſa, vt vſucapi non poſſit, niſi redeat in poteſtatem patris, vel domini, vel niſi dominus recipiat æſtimationem rei, vel is, cui vendatur, l. quamuis, 84 ff. eod. Caueas igitur ſecund. Ang. hic, ne emas rem patri ſubtractam a filio: ſi enim hoc facis ſcienter, furti teneris, arg. leg. eos, 14. C. eod. Si vero ignoranter, non potes vſucapere, vt notatur in §. furtiuæ, 2. ſup. de vſucap.

Secundo notandum, quod licet in caſu §. noſtri furtũ in rei veritate committatur, tamen contra committentẽ actio furti non datur concordat tex. in l. ne cum filiofamilias, 16. & in l. ſerui, & filij, 17. item in l. ſi libertus, 89. ff. eod. Actio enim famoſa inter patrem, & filium non datur, lege non debet, 11. ff. de dolo. Et regulariter inter patrem, & filium, & inter dominum, & ſeruum lis nulla eſt, l. lis nulla, 4. & vix certis, 53. ff. de iudicijs. Idem eſt in vxore faciente furtum de rebus mariti, l. ſi quis vxori, 52. in princ. ff. eod. Lex enim tam atrocem actionem dare in perſonas, ſibi coniunctas erubuit, vt inquit Imp. In l. fi. §. cum autem, 4. verſ. tam enim apertiſ. C. eod. add. tex. l. 2. C. rer. amot. Licet igitur conſtante matrimonio vxor fure-
2 tur, non tamen furti tenetur, ſed diuortio facto, actione rerũ amatorum conuenitur, niſi poſt diuortium contrectet, l. 1. cũ duabus legib. ſeq. ff. de act. rer. amator. Vnde ſecundum Ang. hic notandum, ſi vxor conſtante matrimonio, aliquid furatur, vt ſecundum eum ſæpe faciunt mulieres, quando viri laborant in extremis, & poſtea ſoluto matrimonio contrectat, teneri eam hæredibus viri actione furti, l. 3. in prin. ff. de act. rer. amotar. Item diſpoſitio §. noſtri locum habet in quolibet domeſtico, ſecundum DD. hic, in tex. in d. leg. ſi libertus, ſicut eam Ioa. Fab. hic, etiam ad Abbatem, & Monachos extendit. Et prædictum notabile adeo verum eſt, vt nec iudex ex officio enumeratas perſonas de furto criminaliter punire poſſit, ſecund. DD. hic, & Bar. in d. l. ff. de act. rer. amotar. Quod eſt verum, ſi furtum eſt modicum, & leue, ſecus, ſi eſt magnum, & graue, leg. perſpiciendum, 11. §. furta, ff de pęnis. Et dicitur graue, & leue, ſecundum qualitatem perſonarum, & rei ſubtractæ, authore Bar. ibi, & Ang. hic. Porro limitabitis hęc poſt gl. noſtram hic. Nam I. Licet actio furti in caſu, §. noſtri non oriatur, tamen ſi furtus habet peculium caſtrenſe, vel quaſi,
4 vel etiam bona aduentitia, ſec. Ang. hic actione in factũ conueniri poterit, d. l. ſi quis vxori, poſt prin. & tunc in libello non fit mentio furti, ſed ſolum, quod amouit, & exportauit res. Et concluſione fit mentio bonæ fidei, quod ſcilicet bonæ fidei non congruat, quem locupletari cum aliena iactura: ideo petitur reſtitutio, de quo Bar. in d. l. 1. ff. de act. rer. amot. per tex. in d. l. non debet, ff. de dolo. II. Si domeſtici eſſent inobedientes, & res furtiuas reſtituere nollẽt, nihil vetat, quominus pater, & dominus poſſint adire iudicem, & eius officiũ implorare, qui ſeuerius hoc vindicabit, l. ſi filius, 3. & l. congruẽtius, 4. C. de pat. poteſt. Præterea patri & domino modica caſtigatio permiſſa eſt, l. vnica, C. de emend. ſeru. & l. vn. C. de emen.
5 propinq. ita pater poſſit facere filium inobedientem incarcerari, ſecundum arbitrium, & voluntatem ſuam, vt inquit Pla. & Ang. in §. in poteſtate, 1. ſup. de his, qui ſunt ſui, &c. per tex. in d. l. ſi filius. Ita etiam marito ex iuſta, & legitima cauſa vxorem caſtigare, & corrigere permiſſum eſt: ſi vero ſine legitima cauſa vxorem flagellis, & fuſtibus percuſſerit, tertiã partem ante nuptialis largitatis vxori dare cogitur, l. conſenſu 8. iunct. Auth. ſeq. C. de repud. ſicut etiam vxor, quando propter nimiam ſæuitiam, & verbera mariti aufugit, non eſt cogẽda, vt redeant, ſeq. volens coniiciat in periculũ, & vitæ diſcrimẽ, niſi pręſtet cautionẽ maritus de ea non ſic crudeliter tractãda tex. eſt notab. in c. litteras, 13. in fi. & ibi Pan. ext. de reſt. ſpol.

6 Vltimo ex §. noſtro notabitis, eum, qui filio, vel ſeruo, vel vxori furtum facientibus opem fert, furti teneri, quamuis ipſi furti actione non conueniantur, concordat text. in l. qui ſeruo, 36. §. item placuit, & d l. ſi quis vxori, in princ. ff. eod. Ceſſant enim rationes ſupr. adductæ, ſed vbi non eſt eadem ratio, nec idem iuſtus ſtatui debet, vulg. leg. a Titio, 108. ff. de verbor. oblig.

ADDITIO.

a *Ratio eſt, etſi enim fictione iuris filius, & pater eadem perſona cenſeantur, cum tamen furtum, vt inquit Iuriſconſultus, natura turpe, ſit magis veritas naturalis, quam ciuilis fictio attenditur. Cum ergo furtum dici poſſit, cur non etiam furti actio? ratio rationis, actio ex iure ciuili eſt ius autem ciuile fingit patrem, & filium eandem perſonam eſſe ideoque patri in filium actionem non dat, ne quis cum ſemetipſo agere videatur, l. ne cum 16. ff. de furt.*

§. Furti autem actio.

1 *Cui competat actio furti.*
2 *Fur, & malæ fidei poſſeſſor, furti non agunt.*

1 SEptima pars præſentia tit. in hoc autem §. Imp. docet, cui actio furti competat, tradendo regulam, quod non ſolum domino rei cuilibet, cuius intereſt, furtum perpetratum non eſſet, actio furti detur, add. tex. in d. l. fin. in prin. C eod & in l. cuius interfuit, 10. cum quatuor legib. ſeq. & in l. is, cuius intereſt, 85 ff. eod. Competit I. Ratione dominij, ipſi ſcilicet do-
2 mino. II. Ratione quaſi dominij, l. creditoris, 15. §. 1. ff. eo. III. Ratione poſſeſſionis, creditori, ſcilicet cui expedit pignori potius, quam perſonæ incumbere, vt hic, & l. itaque 12. §. ſed, & ſi res, ff. eod. & §. aliquando ſup. eod. IV. Ratione cuſtodiæ, de quo in §. ſeq. dicemus. Quando autem alicuius non intereſt, licet ſi dominus, tamen furti actionem non habet, vt hic, & in d §. ſeq. Præterea requiritur ſecun. gl. noſtram hic, & in d. l. fi. in princ. vt interſit ratione noſtrę, & probabilis cauſæ, ſecus, ſi non ex honeſta cauſa, vt in fure, & malæ fidei poſſeſſore, qui furti non agunt, d. l. itaque, §. ſed furti, ff. eod. Vbi inquit Iuriſconſul. neminem de improbitate ſua actionem conſequi fecit lex prima, ff. de exceptio. doli mali. Hoc tamen fallit in caſu, l. qui vas, 48. §. ſi ego tibi, 4. ff. eod. vbi is, qui committit furtum vſus, contra tertium ſurripientem rem furti actionem habet quia ab initio rem voluntate domini habuit.

Digitized by Google

§. Item ſi fullo.

1 *Fulloni, & ſarcinatori contra furem actio furti datur.*
2 *Emptor bonæ fidei, cui res tradita eſt hanc actionem habet.*

1 FVlloni,& ſarcinatori ratione cuſtodię,quam pręſtare te-
a neptur,contra furem hęc actio competit,& non a domi
no, cuius non intereſt. Poteſt enim per actionem locati ius
ſuum conſequi, d.l.itaq. & l.Fullo,82. ff.eo. Et hoc procedit,
quando Fullo,& ſarcinator ſunt in totum ſoluendo,alias do-
b mino furti actio datur,vt hic, & d.l.itaque. Inanis enim *b* eſt
actio, quam inopia rei excludit, l.nam is, 6.ff. de dolo malo.
2 Idem ex tex. noſtro notabilis,emptori bonæ fidei,cui res tra-
dita eſt, & deinde ſubtracta, furti actionem dari, licet adhuc
dominus non ſit, quia venditor forte non fuit dominus,ideo-
que non potuit transferre in eum dominium, quod ipſe non
habuit,per vulg.reg.l.nemo plus,54. ff.de reg. iur. Ante vero
traditionem rei, non emptori, ſed venditori hæc actio com-
petit,de quo hic,& not.in l.eum qui,14. in prin.ff. eod.

ADDITIONES.

a *Licet hoc caſu domino furti actio non datur(vt cui fullo ſoluen-
do obligatus ſit l.ſi fullo, ff. de condict. ſine cauſa) actionem ta-
men realem,& condictionem furtiuam intendere poteſt, l.cum
in plures, §. veſtimenta,ff.locati.*
b *Et qui nihil habet, eius periculo nihil eſſe poteſt, l. itaque fullo,
ff. de furtis.*

§. Quæ de Fullone.

1 *Differentia inter commodatarium,fullonem,& ſarcinatorem,
circa actionem furti.*
2 *De iure Saxon. domino tantum actio commodati contra com-
modatarium competit.*

1 EX hoc §.notabilis,hodie inter commodatarium,fullonem
& ſarcinatorē,circa furti actionem hāc eſſe differentiam
quod fullo,& ſarcinator agant furti, quando ſunt ſoluendo,
& dominus,vt in §.præced. Et licet olim idem fuerit in com-
modatario,tamen Imp. in l.fin. poſt princ. C.eod. hoc emen-
dauit,ſtatuens,vt dominus ſtatim habeat electionem agendi
vel actionem commodati contra commodatarium, cui res
commodata ſunt culpa ſubtracta eſt,vel actione furti contra
furem,non conſiderato hoc,an commodatarius ſit ſoluendo
necne.Et gl.in d.l.fi.§.ſin autem neſcius,verſ.tunc etenim,aſ-
ſignat rationem, quia in commodato regulariter celebratur
contractus gratia commodatarij: plus igitur debet ſubuenir[i]
domino,qui exercuit liberalitatem, commodando rem alteri
a *a* gratis,quam in caſu pręc.§.vbi contractus fit gratia vtriuſq.
Dominus tamen alterutra actionū electa,ad aliam redire nō
poteſt. Quod eſt verum,ſi ſciens vtranq. ſibi competere,vnā
b *b* elegit: ſecus,ſi hoc fecit ignorans, vel dubitans, vt hic, & in
2 d.l.fi.De iure vero Sax.contrarium ſtatutum eſt,videlicet,do-
mino non competere actionem furti, ſed tantum actionem
commodati contra commodatarium; tex. eſt in ar.90. lib.2.

ADDITIONES.

a *Gratuitam tamen cuſtodiam præſtans minus tenetur, quam,
qui accepta mercede cuſtodit. Sed hic commodatarius gratui-
tam cuſtodiam non præſtat, cum commodatare vtatur.*
b *Eligens ſcienter vnam actionem ex duabus ſibi competentibus
ad aliam redire non poteſt, l.nonnunquam ff. de coll.bon. Secus
ſi ignorans, vel dubitans. His enim caſibus nemo præſumitur
iuri ſuo renunciaſſe, l.mater,ff.de inoff.teſt. l.manifeſtiſſimi,§.
ſi autem, C. de furtis.*

§. Sed is, apud quem.

1 *In re depoſita ſubtracta, domino actio furti competit.*

ADintellectum huius §.ſciendum, quod depoſitarius ſo-
lum tenetur de dolo,& lata culpa,vt not.hic, & per Do-
1 ctor.in §.Præterea,3.ſup.quibus mod.re contrah.obl. Quan-
do igitur res depoſita furto ſubtrahitur,actio furti non depo-
ſitario,ſed ipſi domino competit. Regulariter quippe depoſi-
tarij non intereſt:aut enim eſt abſque dolo, & omni culpa,&
non tenetur de reſtituēdo depoſito,per furtum amiſſo,in d.§.
præterea. Aut eſt in dolo,& licet domino actione depoſiti te
neatur,tamen actio furti depoſitario a lege denegatur, ne ex
improbitate ſua lucrum conſequatur,d.l.eum qui,§.is autem
apud quem,ff.eo. Aut eſt ſolum in lata culpa(de leui enim,&
leuiſſima non tenetur,d.§.pręterea,)& licet dolus,& lata cul-
pa æquiparentur, vt notatur in l.quod Nerua, 32. ff. depoſiti,
tamen hoc caſu furti actioné haber, quia dolus furis prępon-
derat latæ culpæ depoſitarij,ſecundum Doct.hic,& Bar.in d.
§.is autem apud quem,ff.de furtis. Quod tamen intelligendū
puto,ſecun.diſpoſitionem,§.pręcedentis, vt ſcilicet dominus
electionem habeat, & tunc demum depoſitarius furti agere
poſſit, quando dominus ſcienter elegit actionem depoſiti.

§. In ſumma.

1 *Impubes pubertati proximus, & doli capax, furti tenetur.*
2 *Maſculus, & femina quando pubertati proximi dicantur.*
3 *Pupillus committens homicidium, decollari non debet.*

1 OCtaua pars tit.noſt.qua deciditur impuberem pubertati
proximum,& doli capacem furti teneri,adde l.impube-
2 rem,22 ff.eo. Dicitur autem maſculus pubertati proximus a
decimo anno,& dimidio ſup. Fęmina vero ſi exceſſit nonum
& annum,& dimidium ſecund.gl.hic,& in §.pupillus, ſup.de
inut.ſtip.& not.in l.1.ff de nou.impubes igitur pubertati pro-
ximus,& doli capax,ex furto,homicidio, & omni delicto te-
netur,l.impunita,7. C.de pœn. & l.excipiuntur,14.ff.de S.C.
Syl.& l.pupillum.111.ff.dę reg.iur.excepto adulterio,quod an
te pubertatem in ipſum non cadit, leg.ſi minor,36.ff ad l.Iul.
de adulterijs. De iure autem ciuili maſculus ante 14.annum
vxorem habere non poteſt,vt in princ. ſup. de nupt. Non po-
teſt igitur crimen adulterij committere, licet ſecus videatur
dicendum de iur.Canon.ſecund. Sa.in d.l.impunitas. Et re-
a gulariter minor *a* aduerſus delictum commiſſum non reſti-
tuitur,l.ſi ex cauſa,9.§.nunc videndum.ff de minor.& nota-
tur in tit.C.ſi aduerſus delictum,&c.Notandum tamen,licet
impuberes ex delicto obligentur, tamen non debere ita ſeue-
re delicta in eis puniri,ſicut in maioribus.tex. eſt in c.1.in fin.
de delict.puero,& in l.fere in omnibus,108. ff.de reg.iur.& in
l.auxilium,37.§.1.verſ.in delictis,ff.de min.ibi,[niſi quatenus
interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem
perduxerit,] & hoc in arbitrio iudicis, attenta qualitate per-
3 ſonæ,conſiſtit. Hinc Bal.in l.etſi ſeuerior,3.n.10. C. in quibus
cau.inf.irrog.inquit,pupillum committentem homicidium,li
cet ſit doli capax,non debere decollari,de quo Dec.in d.l.fere
in omnibus.infans vero,qui dicitur vſq.ad ſeptimum annum
ex delicto non tenetur,l.infans,12.ff.ad legem Corn. de ſica.
Caret enim intellectu,& ignorat quid agat,l.1.verſ.impube-
res;C.de falſ.mon. ſed etſi quemcunque,5.verſ. Sed,etſi in-
fans,ff.ad leg. Aquil. ad tex.in c.aliquos,5.cauſ.15.q.1.vbi di-
citur: Quomodo enim reus conſtituitur,qui neſcit,quod fa-
cit? Hæc tamen Abb.in d.c.1.de delict.puer.videtur limitare,
niſi ſit doli capax. De quo vide latius Doct.in præced. locis.

ADDITIO.

a *Pœnas ordinarias temperari ob teneram ætatem, vel ſenium,
multis explicat Tiraq. de pœn.cauſa 7.Clem. ſent.§.vlt.qu.60.
Menoch.2.de arbit.iud.caſu.329.*

§. Finalis.

1 *Ex furto, ſicut ex omni delicto, dupliciter agi poteſt.*
2 *Quæ, & quæ actiones contra fures à lege introductæ.*
3 *Speciale in condictione rei furtiuæ, quod contra heredes datur*
4 *Furtum manifeſtum quare grauius puniatur, quam occultum.*
5 *Actio furti cui, & contra quos competat.*
6 *In criminali iudicio furti, de iure communi pœna furti regu-
lariter eſt pecuniaria.*
7 *Diſpoſitio iuris Saxonici de furibus.*
8 *Ad quem res furtiua ſpectet fure deprehenſo.*
9 *An hominibus debeant inuri ſtigmata.*

1 VLtima pars tituli,in qua pro concluſione huius materiæ
& intellectu §. præſentis, præmittendum, ex furto du-
pliciter agi poſſe,ſicut ex omni delicto,vt circa Rubric.titu-
li noſtri ſup. dictum eſt. Primo ciuiliter ad rem,& pœnam du-
pli, vel quadrupli, parti applicandam. Secundo criminaliter.

Primo

2 Primo caſu ſciendum eſt odio furum, quatuor actiones contra furem a lege introductas eſſe, l. ſi pro fure, 7. §. furti actio, ff. de cond. furtiua. I. Eſt ad exhibendum, quæ eſt præparatoria rei vendicationis, de qua in §. præterea, 31. infra de actio dicemus. II. Rei vendicatio, quę datur contra ipſum furem, & quemcumque poſſeſſorem rei, non quidem ad pęnã, ſed ſimpliciter ad recuperandam ipſam rem furto ſubtractam à quocumque poſſeſſore. Requiritur enim in rei vendicatione à parte rei poſſeſſio, l. vnica, C. de alien. iud. mutan. cauſa fac. Nec refert an bona, vel mala fide poſſideat, vt notatur in §. omnium 1. infr. de actio. A parte vero agentis, dominium, l. in rem, 23. ff. de rei vend. Soli igitur domino, & hęredibus hęc actio datur, & non alijs, quorum intereſt furtum non eſſe factum, propter defectum dominij, l. 1. cum ibi not. ff. de cond. furti. III. Actio eſt condictio furtiua, quæ etiam non pęnam, ſed ipſam rem perſequitur, ita vt ſi res extet, condicatur cum omni intereſſe, l. 3. de cond. furt. Si vero non extat, æſtimatio petitur, l. in re furtiua, 8. ff. de cond. furt. Et ſoli domino eiuſque hæredibus datur, d. l. iuncta l. ſed nec, 11. ff. de cond. furt. contra ipſum furem eiuſque hæredes, licet ad eos nihil per-
3 uenerit, d. l. ſi pro fure, §. fin. quod eſt ſpeciale. Sicut in multis condictio odio furum degenerat, de quibus in §. ſic itaque 24. infr. de actio. dicemus. Et in hoc differt a rei vendicatione, quod contra quemcumque poſſeſſorem competat, hæc vero contra furem tantum, eiuſque hęredes. IV. Eſt actio furti, qua agitur ad pęnam dupli, ſi furtum eſt occultum vel quadrupli, ſi eſt manifeſtum, vt hic, & §. conceptum, in fin. ſupr. eodem.
4 Quæ autem ſit ratio, quare furtum manifeſtum grauius puniatur, quam occultum, cum alias occulta plus puniantur, quã aperta, l. non exiſtimo, 54. ff. de adminiſtr. tut. vbi ſi tutor cum tutore occultè negotietur, de rebus pupilli, ſuſpectus redditur, ſecus ſi palam facit, l. data, 27. C. de don. Reſpondetur ſec. Zaſ. poſt alios in §. ex maleficijs, 18 infr. de act. quod aliquando res poteſt eſſe licita, & illicita: & tunc ſi occultè ſit, illicitè fieri præſumitur, vt in d. l. exiſtimo, ac proinde hoc caſu grauius puniuntur occulta, quam manifeſta. Aliquando autem res eſt illicita ex primo fonte, & ipſo ſtatu: & tunc grauius peccat, qui manifeſtè perpetrat rem illicitam, quam occulte faciens, vt in propoſito noſtro, furari ſemper eſt illicitum, grauius itaque manifeſtum furtum punitur, quam occultum, d. §. conceptum. Eſt autem hæc actio mere pęnalis, quæ nõ rem furto ſubtractam, ſed ſolum pęnam legitimam perſequitur, & hæc in duplum vel quadruplum pęna eſt, nec res ſubtracta eis ineſt, vtpotè quæ per ſup. d. leg. actiones codici, & peti poteſt. Et illa pęnalis non tollitur per rei perſecutorias, nec contra ſed vna rei perſecutoria bene tollit aliam, d. l. ſi pro fure, §. furti. Et licet videatur ad ſonum ſobrijs auribus, aliquem vltra non illeſam, etiam duplum, vel quadruplum cõſequi, cum regulariter in pœnis includatur res, l. hoc edicto, 5. §. fin. ff. de public. vbi in duplo, ad quod publicani tenentur ineſt damnũ ab ipſis datum: tamen poteſt alia ratio reddi, ſec. Zaſ. in d. §. ex maleficijs, quam ſeruens odium contra fures, quod & omnes condictiones degenerare facit, vt in d. §. ſic itaque, infra de actio. notatur. Complet autem hęc actio non ſolum domino, ſed cuilibet, cuius intereſt rem non ſurripi in d. §. furt. autem actio. ſup. eod. Et datur etiam hæredibus furtum paſſis, §. non
5 autem omnes, 1. infr. de perpet. & temp. action. Sed ſolum cõtra furem, & non eius hæredes competit, niſi lite conteſtata, dict. §. non autem, & leg. 1. Cod. ex delict. defunct. &c.

6 Secundo caſu, quando loquimur de criminali iudicio furti, ex vera, & communi ſententia DD. in d. §. ex maleficijs, & in Auth. ſed nouo iure, C. de ſeruis fugit. firmam conſtituatis cõcluſionem, quod iure communi pęna furti regulariter eſt pecuniaria, non corporalis mortis, ſcilicet vel amputationis mẽbri, ſed hodie fuſtium caſtigatio, d. Auth. ſed nouo iure. Hoc tamen fallit. I. In caſu l. pen. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecuta, propter vtilitatẽ perſonæ ſeruilis. II. In caſu, §. ſi quis quinque, vbi ſi quis, quod quinque ſolidos valeat, furatus fuerit, laqueo ſuſpendatur, ſin minus, ſcopis, & forcipe excorietur, & tondatur, tit. de pace tenen. & eius violat. in vſibus feud. Et hoc ideo, quia ibi aliud delictum eſt connexum, violatio, ſcilicet pacis, vt conſtat ex Rub. quæ eſt optima interpres nigri, vt plane tradit Iaſ. in princ. tit. inſ. de act. Idem dicunt eſſe in fure cõſueto furari, ſicut in ſimili Bal. inquit in l. 3. Cod. de epiſcop. aud. qui geminat delictum, veniam non meretur. III. In famoſo fure, latrone, & graſſatore, l. capitalium, 28. §. graſſatores, & §. famoſos, ff. de pœnis. Hic DD. in prædictis locis quatuor ſpecies furum referunt, quas breuitatis cauſa omitto. Notiſſima enim eſt conſuetudo totius orbis, ſecundum Zaſ. in d. §. ex maleficijs, quæ ſuſpendit fures, quam licet quidam improbent, fruſtra tamen nituntur. Quotieſcumque enim multis graſſantibus exemplo opus eſt, pęnæ augeri poſſunt, l. aut facta, 16. §. fin. ff. de pen. vt pœna vnius ſit metus aliorum, l. 2. C. ad l. Iul. repetund. Debent tamen iudices multum cauti eſſe, & meticuloſi, ne incidant in præceptum, [Non occides,] ſecund. Zaſ. in d. §. ex maleficijs, vbi ſubijcit, omnes DD. quãtum per honorem poſſunt excuſare debere pęnam mortis in caſibus à iure non expreſſis. Et licet in ſtricta diſputatione de iure communi defendi poſſit, fures ob ſimplex furtum vltimo ſupplicio non eſſe afficiendos, de quo etiam vide Bart. in d. §. famoſos, & Ang. in trac. maleſ. ſuper verbo. Etiam veſtem celeſtem, verſ. Et not. De iure tamen Saxon. nullum eſt dubium. Expreſſis enim verbis, & generaliter ſtatuitur, vt fur ſuſpendatur, artic. 13. lib. 2. Quod etiam in vſu quotidiano obſeruari conſtat, ita tamen vt generalitas reſtrigatur, iuxta diſpoſitionem, §. ſi quis quinque ſolidos. Nam ibi inter paruum & magnum furtum quo ad pęnas differentia cõſtituitur, & etiã
a ita pronunciatur. *a* Quod ſi furtum excedat ſummam quinque aut eorum ſolidorum, illud committens laqueo ſuſpendatur, ſi vero dictam ſummam non attingat, virgis cæſus relegetur. Et accipitur de conſuetudine hoc caſu ſolidus pro aureo Vngarico. In pęnis enim debet mitior interpretatio fieri, l. interpretatione, 42. cum ſimilibus, ff. de pen. Et eadem pœna imponitur de iur. Sax. his, qui ſcienter res furtiuas receperant,
b *b* aut furibus opem præſtant, *c* vt in artic. 25. & ibi Gloſ. libr. 2.
c Quod etiam de iure communi procedit, ſecundũ ea quæ ſup. in §. interdum, dicta ſunt. Prætérea non diſtinguitur hoc caſu, vtrum fur ſit maſculus, vel fęmina, facit huc quod Bald. dicit in d. l. eos, C. eod. In quibuſdam tamen locis de conſuetudine mulieres, propter furta commiſſa, culeo inſutæ proijciuntur in flumen. Sed quęri ſolet, ſi fur cum re furtiua deprehendatur, & à iudice ad mortem condemnetur, à quem res furtiua pertinet, an fiſcum, vel ad eum cui res ſubtracta eſt? re-
8 ſpondere, domino eſſe reſtituendam, argumento, l. ſi captiuus, 20. ff. de cap. & poſtl. reuer. vbi dicitur expulſis hoſtibus ex agris, quos cęperant, dominia agrorum ad priores domino redire, & non publicari debere. Per quem text. probanda videtur conſuetudo, quia fiſcus rem furtiuam retinet, nihil enim dominus rei admiſit, ac proinde nec propter delictum furis re ſua priuari debet, l. ſancimus 22. C. de pęnis. De iur. Sax. iudex rem furtiuam ſeruat per annum & diem, & domino infra illud tempus petenti eam reſtituit. Si vero infra annum, & diem non venerit, iudex rem furtiuam in vſum proprium vertit, art. 31. & 55. lib. 2.

9 Vltimo notabitis ſecund. Plat. hic in fi. eos, qui ob furta, vel alia crimina admiſſa relegari & deportari ſolent, non eſſe ſigno aliquo inuſtionis, vel alios, in fronte notandos, ne facies ad ſimilitudinem Dei, figurate maculetur, l. ſi quis in metallũ 17. C. de pęn. De iur. Saxon. ex vſu contrarium ſeruatur. Plerumque enim homines iſtos, quos magiſtratus virgis cędi ac deportari iubet, ferro candenti in maxillis, vel alio ſigno no-
d tari videmus, *d* vt per hæc ſigna malitia eorum, etiam extraneis pateſiat, de quo vide Gloſ. iur. Sax. (Vveichbild.) cap. 38.

ADDITIONES.

a *Vide conſtit. 32. par. 4. vbi not. §. pen. decidi, plures fures non puniri morte, niſi ad ſingulos quinque ſolidi peruenerint, etſi Iſernia, & alij contra teneant, in d. §. ſi quis quinque ſolidos.*
b *Hoc minus durum, nec ſeruatum memini.*
c *Conſt. 39. par. vlt.*
d *Raro hoc fieri ſolet, niſi in crimine falſi, quando dubius eſt caſus, & tantum non capitales.*

a DE VI *a* BONORVM raptorum.

TITVLVS. II.

1 *Continuatio.*
2 *Quot, & quæ ſint ſpecies violentiarum de iure Cano. & ciuili.*
3 *Rapina quotupliciter contingat.*
4 *Pęna ſacrilegorum.*
5 *Quomodo, & contra raptores agi poſſit, & de pœna eorum, & num. 6.*
7 *Quot ſint furum ſpecies, & quomodo puniantur.*

8 *Rapina*

ADDITIO.

a *De vi bonorum raptorum actione adde §. ex maleficijs, infra, de actionibus.*

Digitized by Google

8 *Rapina quid.*
9 *Pluralis locutio huius edicti tenet etiam in ſingulari.*
10 *Raptor an de furto manifeſto, vel occulto conueniendus ſit.*
11 *Ex delatione armorum malus animus præſumitur.*
12 *Actio vi bonorum raptorum, tollitur per actionem furti manifeſti, & contra.*
13 *Actio contra raptorem infra annum datur ad quadruplum, poſt annum ad ſimplum.*
14 *Res rapta connumeratur in pœnam quadrupli.*

1 IMperator in prin. tit. præcedentis quatuor ſpecies priuatorum delictorũ enumerauit. Abſoluta igitur prima ſpecie, ſecundam nunc in hoc tit. declarat. Pro intellectu autem præſentis materiæ, tria potiſſimum circa Rubr. noſtrã ſunt præmittenda I. Quod de iure canonico, & Ciuili quinque ſunt ſpecies violentiarum Gl. ord. in l. extat, 13. ff & in l. 1. Cod. & in c. ad audientiam, 4. extra de his quæ vi, met. cauſ. 1. eſt violentia compulſiuo, quando, ſ. quis per vim, & metum cadentem in conſtantem virum, compellitur ad aliquid dandum, tradendum, faciendum vel alienan-
a dum: & tunc actio, quod *a* metus, cauſa cõpetit. Prætor enim ait, quod metus cauſa geſtum erit, tantum non habebo, l. 1 ff. quod metus cauſa. Et hæc vox Prætoris eſt vox Dei, quam poſuit in ore Prætoris, ſecundum Irnerium, vt refert Bald. in c. 1. de controuerſia inueſt. & de hac in §. quadrupli, 25. inſ. de actio dicemus. 2. Eſt violentia turbatiua, quę committitur, quãdo duo pluresue prætendunt, ſe poſſeſſores eiuſdem rei, & vnus turbat alium, & tunc, ſi cadit in rebus immobilibus proditum eſt interdictum. Vti poſſidentis: Si vero in rebus mobilibus, interdictum. Vtrobi competit, de quibus in § retinendę, 4. & §. ſeq. inſ interdictis dicemus, 3. Eſt violentia inquietiua, quando aliquis, qui non eſt poſſeſſor, nec prætendit ſe eſſe poſſeſſorem tamen, vi aut clam inquietat, nec ſinit alium vti re ſua quiete, quo caſu interdictum. Quod vi aut clam, competit. 4. Eſt violentia expulſiua, quæ proprie cadit in rebus immobilibus vel ſoli, quando ſcilicet quis ex poſſeſſione fundi, vel ędium vi expellitur, & datur interdictum. Vnde vi, de qua in §. recuperandæ, 6. infr. de interdictis, 5. Eſt violentia ablatiua, quæ circa res mobiles committitur, quando per vim ali-
b cui res mobilis *b* aufertur, de qua loquitur tit. noſter, & in ff. & C. de vi bon. rap. II Præmittendum eſt, quod in hoc tit. traditur de rapina bonorum ſeu rerum, vt conſtat ex Rub. noſt. & hoc ad differentiam raptus perſonarum. Rapina enim contingit dupliciter. Aliquando circa perſonas, & tunc proprie dicitur raptus, de quo non dicitur in tit. noſtro, ſed in C. de rap. virg. & extra de rapto. & in §. Item lex Iulia, de vi pub. & 8.
3 inſ. de pub. iud. Aliquando autem circa res, & tunc proprie dicitur rapina, quæ ſi contingit circa res Eccleſiaſticas, appellatur ſacrilegium cuius pęna de iure comuni regulariter eſt capitalis ita vt pro qualitate perſonæ, & conditione rei, ſacrilegi
4 aliquando damnetur ad beſtias, aliquando ad furcam, aliquãdo ad ignem, de quo in l. ſacrilegij, 6. ff. ad l. Iul pecul. & in §. itẽ lex Iulia peculatus, 9 inſ. de pub. iud. De iure vero Saxon. rota ſacrilegos concuriendos eſſe ſtatuitur art. 3. lib. 2. Quando aut rapina contingit circa alia res profanas, ſcilicet tunc locum ha-
5 bet tit. noſt. III Notandum eſt quod contra raptorem rerum ciuiliter, & criminaliter agi poteſt, l. 2. § hoc edicto, ff. eod. De ciuili actione loquitur tit. noſt. De criminali verò in d. §. item lex Iulia, de vi pub. inſ. de pub. iud. notatur. Si enim fit rapina per vim priuatam, ſine armis ſcilicet punitur rapto in amiſſione tertiæ partis bonorum. Si vero per vim publicam cum armis, ſ. deportatur, niſi ex illa violẽtia ſequatur homicidium,
6 quia tunc talem vim inferentes capite plectuntur, l. quoniam 6. C. ad l. Iul. de vi pub. Idem, ſi fuerint graſſatores, qui in via publica ferro homines aggredi, & ſpoliare ſolẽtnam & hi capite plectuntur. Si vero, ſine armis hoc fecerint deportantur,
7 l. capitalium, 28. §. graſſatores ff. de pœnis. Circa quod obiter notandum, quatuor eſſe ſpecies furtum ſecũdum DD. in aut. Sed nouo iure, C. de ſeru fugit. & §. ex maleficijs 18. infr. de actio. 1. Quidam ſunt improbi, qui clam, ſine armis, & effractura furantur, & de iure communi pro tali furto regulariter non imponitur pęna mortis, vt in §. fin. præced. tit. 2. Quidam ſunt improbiores quia cum effractura furãtur, & fures atrociores appellantur, qui grauius ſecundum arbitrium iudicis puniuntur, l. 1. §. 1. ff. de effract. & expilator. 3. Quidam ſunt improbiſſimi, qui in ſtrata publica furantur, ſine tamen interfectione, & vocantur graſſatores, qui puniuntur pęna capitis, ſi cum armis homines aggrediuntur, ſi vero ſine armis, deportantur, d. §. graſſatores, 4. Quidam ſunt plus quam improbiſſimi, qui in ſtrata publica cum interfectione furantur, & appellantur publici latrones, & hi furcæ figendi ſunt, in his locis, vbi graſſati ſunt vt in conſpectu alij deterreãtur ab iiſdem facinoribus, d. l. capitalium, famoſos. De iure Saxon. latrones etiam rota concutiuntur, d. art. 13. lib. 2.

Omiſſa autem diuiſione tit. noſtri quam videre per Angel. hic, definitio rapinæ primo colligi poteſt ex princ. tit. noſt. vi-
8 delicet quod ſit contractio fraudulosa, & violenta rei alienæ mobilis & corporalis. Nam in primis, dolus requiritur, vt cõſtat ex ſeq. & ex l. 2. hac actione, 8. ff. eod. Deinde neceſſe eſt rem eſſe mobilem, violentia enim ablatiua in res immobiles cadere non poteſt, vt ſup. dictum eſt. Idem ſi res eſt communis, & ſocius inuito ſuo ſocio per vim vtatur illa re ad aliũ vſum, quam deſtinata fuit ſecund. gl. 1. hic, per tex. in l. ſi ſocius 45. ff. de furtis Vltimo requiritur interuentus violentiæ, vt hic in princ, Si enim clam res auferuntur abſque, vi furtum propriè committitur, vt ſup. in tit. præced. dictum eſt. Neceſſe itaque eſt in libello actionis vi bonor. rapt. vim exprimi, vt not. per
9 DD. in dict. §. ex maleficijs. Porro licet hoc edictum loquatur per verba pluralis numeri, tamen etiam locum habet in rapiente vnam rem, licet minimam, vt hic. Quod Plat. inducit ad ſtatutum loquens in plurali numero de puniendo producente falſos teſtes, vt etiam locum habeat in producente vnũ falſum teſtem, de quo vide Bart. in d. leg 2. homines, 4. ver. Si vnus, ff. eod. Plat. in prin. ſup. de iur. perl.

Secundo, ex prin. tit. noſtri notabitis, quod rapiens res alienas, Actione, & vi bon. rapr. & furti teneatur. Raptor. n. im-
10 probus fur dicitur, vt hic. An autem de furto occulto, vel manifeſto conueniatur, reſpondere ſec. Plat. & DD. poſt gl. hic, in verbo Comprehendatur, licet videatur dicẽdum, ipſum ſemper furti manifeſti teneri, cum rapere ſit de manu auferre, l. ſed eximendi verbum, 4. ff ne quis eum, qui in ius vocatus eſt &c. tamen hoc caſu debere inſpici eius animum. Si enim habet propoſitum auferendi rem per vim, & reperiat perſonam à qua violenter rapiat, dicitur raptor, & fur manifeſtus. Si vero non reperit perſonam quia armatus ingreditur ædes alienas & nemine ibi exiſtente res aliquas auferr: tunc etiam eſt raptor, ſed fur non manifeſtus, l. ſi quis ex domo al. eſt §. vlt. in l. ſi quis vxori, 52. ff. de furt. & ita ſec. Plat. hic verbũ Rapere, verificatur, non ſolum quo ad factum, ſed etiam, quo ad animum, pręſumitur enim habere animum rapiendi per vim, ex
11 eo quod quis vadit armatus, eiuſque intentionem eſſe, ſi reſiſtentem inueniat, quod violenter auferre velit. Nam ex delatione armorum, præſumitur quis habere malum animum, vt eſt Gloſ. notabilis in § ſi quis ruſticus, 5. verſ. Mercator, in verbo. Non vt quem lædat, de pace tenenda, & eius violat. in vſibus feud. Vnde ex eo ipſo, quod quis ſtat armatus cum occiſoribus alicuius, præſumitur eis opem ferre, ſecund. Innoc. in c. Continentia, 4. extr. de Cler. percuſſore De quo latius vi-
12 de DD. in d. §. ex maleficijs. Præterea notãdum, ſi agatur furti manifeſti, actionem vi bonorum raptorum tolli, & contra. Si vero agatur occulti, tunc quia illa ad duplum competit, nihilominus poſſe actione vi bon. rapt. ad reſiduum agi, infra annum, ſcilicet, ad aliud duplum, l. 1. ff. eod. Gloſ. hic in verb. Furti. Ex quo colligit Plat. hic minori pęna à ſtatuto illata, nõ tolli maiorem pęnam à iure communi ſtatutam, niſi hoc in ſtatuto exprimatur, l. quoties 41. ff. de oblig. & act. de quo vide Bart. in d. l. 1. ff. eod. Bald. & Ang hic.

13 Tertio notabitis, quod hæc actio datur contra raptorem; infra annum ad quadruplum, poſt annum vero ad ſimplum, vt hic, & l. 1. ff. eo. Hoc l. Fallit ſi quis Chriſtianus Iudæo, vel Pagano vim intulit tenetur. n. quocũq; tẽpore, duplum, eius, quod rapuit, reſtituere l. Chriſtianus 6. C. de Paganis. II. Hoc procedit in 1 & 2. capite huius edicti non autem in 3. Habet enim hoc edictum. Prætoris tria capita, quorum duo ponuntur in l. 2. in princ. ff. eod. & tertium in l. 4. ff. eodem 1. Caput eſt

ADDITIONES.

a *Aliquando directa, aliquãdo vtilis & eo caſu probato dolo eius qui metum, & vim intulit, & iis compulit, vt aliquid ei darem facerem, traderem, ſtatur iuramẽto meo de quantitate, & æſtimatione rerum traditarum vel datarum Iaſ. & alij in leg. ſi quando. Cod. vnde vi Probatur hoc ex cap. vltimo extra, quod metus cauſa.*

b *Et ſic in perſequenda vi ablatiua rei mobilis locum habet hoc actio vi bonor. rapt. Nam vt paulo poſt dicetur, Vis ablatiua locum non habet in rebus immobilibus. Pro hac vi perſequenda locum etiam habet l. ſi quando C. vnde vi vt ibi colligi poteſt in verbis. Super rebus abreptis, & inuaſis. Nam vt inuaſio ad immobiles ita abreptio ad mobiles pertinet. Et ita quoque notat Iaſon in d. l. ſi quando. Ripa in cap. ſæpe de reſtit. ſpol.*

Digitized by Google

eſt, quando quis coactis, ſeu coadunatis hominibus alteri dãnum infert. 2. Quando non coadunatis hominibus alteri ſolus quis per vim res capit alienas, & pro iſtis duobus capitib. eadem pœna, quadrupli, ſcilicet infra annum ſtatuta eſt, etiam in primo caſu contra eum, qui collegit homines, ſiue ipſe collector, ſiue collecti damnum dederint, d. l. 2. in prin. vbi Gloſ. in verb. Hominibus, differentias inter duo iſta caſtita ponit, 3. Caput eſt quando damnũ datum eſt in turba, ad hoc principaliter non congregata, ſed quæ ad curſum, & clamorem alicuius contracta eſt, tunc propter dolum exclamantis ipſe ad duplum infra annum tenetur, poſt annum verò ad ſimplum, d. l. 4. in prin. & § 6. ver. Eritque hæc differentia, ff. eod. Et intelligitur de anno inutili, qui continet 365. dies, in quibus poteſtatem habet experiundi contra raptorem, & iſte annus vtilis adhuc hodie durat, nec eſt per l. ſi C. de temp. in integr. reſtitutio, correctus, vbi Imp. loco vtilis anni præfixit quadriennium continuum. Illud enim locum habet in concedendis reſtitutionibus, & non in alijs, ſec. Gloſ quam ibi ſequuntur DD. in §. rurſus, 5. in verbo, Annum, infra de actio.

14 Vltimo ex principio tit. noſtri notandum, quod actio vi bonorum raptorum datur in quadruplum, ſed res rapta connu-
a meratur in hoc quadruplum, ac proinde aliquando mitius *a* agitur cum raptore, quàm cum fure manifeſto, vbi totũ quadruplum eſt pœna, quod eſt plus quam mirabile, cum rapere, ſit improbius, quam furari. Nam raptor, improbus fur dicitur, vnde omnis raptor eſt fur, & fure improbior, vt hic in pr. Variæ autem hic, & in d. §. ex maleficijs, a DD. aſſignantur rationes, quarum illæ videntur eſſe ſuaſibiliores, quod raptor criminaliter ex l. Iul. de vi pub. & priu. de violentia accuſari poteſt, cuius pœna eſt aliquando deportatio, aliquando vero vltimum ſupplicium, vt notatur in d. §. item lex Iul. de vi pub. iud. & in l. quoniam, 4. per totum C. ad l. Iul. de vi pub. Et in hoc magis grauatur, quam fuit, cuius pœna de iure ff. & C. regulariter eſt pecuniaria, & arbitraria, ſicut in d. §. fin. ſup. tit. prox. diximus. Non mirum agitur raptorem in alio alienari, per reg. l. eum qui 30. in princ. iuncta Gl. in verb. probandi, ff. iureiur. Item prætor grauauit raptorem etiam furti crimine. Videtur igitur introduxiſſe pœnam raptus, mitiorem pœna furti ne afflictio adderetur afflictio, vt hic, & facit l. Diuus, 14. cum ſimil. ff. de offic. præſ Item pœna rapinæ ſemper vniformis, & perpetua eſt, tripl. ſcilicet ſiue ipſe raptor in ipſo delicto comprehendatur, ſiue non; quod non eſt in furto, vt hic, de quo latius vide DD præſertim Iaſ. & Zaſ. in d. §. ex maleficijs, qui dubitantes de prædictis rationibus, ſubijciunt. Cogitabitis. Videtur itaq. hoc caſu locum habere, quod alias dicitur, non omnium, quæ a maioribus conſtituta ſunt, reddi rationem poſſe, l. non omnium, 20. ff. de legibus.

ADDITIO.

a *Mitius hic cum raptore non agitur, quam cum fure, nam rapina ſemper per tripli pœnam vendicatur furtum aliquando dupli. prætor autem cum videret, rapinam vt plurimum manifeſtam eſſe, certam pœnam ſtatuit, quod in furto manifeſtum plus erat detraxit, quod minus in nec manifeſto, ſuppleuit, vt ita, velut in vno releuatur, minimum ſi cum rapto non deprehenderetur, ita in alio grauetur, ſi cum rapto, quod aliquando fieri poteſt, deprehenderetur, in hac enim prætoria vi bonorum raptorum, & pœnali actione non tam vis, vel violentia, quæ criminali iudicio punitur, quam ipſum damnum ex rapina datum, cuius prætor ſemper rationem habet, conſideratur.*

§. Itatamen.

1 *Ad actionem vi bonorum raptorum, requiritur vis, & dolus.*
2 *Auferens violenter res ſuas mobiles, penes alium exiſtentes, ad quid teneatur.*
3 *Diſpoſitio l. ſi quis in tantã, C. vnde vi, quando locum habeat.*
4 *Commodans locans, deponens, auferendo rem commodatam, conductam, depoſitam, an incidat in pœnam l. ſi quis.*
5 *Inuaſor auferens rem debitam, vel pignoris iure obligatam, an incidat in hanc pœnam.*
6 *Conſtitutio l. ſi quis, C. vnde vi an locum habeat in expulſione quocunque tempore facta.*
7 *Conſtitutio l. ſi quis, in quibus perſonis locum habeat.*
8 *Conſtitutio l. ſi quis, non habet locum de iure Saxonico.*

1 EX princ. huius §. notabitis, quod ad hoc, vt actio vi bonorum raptorum competat, requiritur, rapientem eſſe in dolo, adeoque vim & dolum concurrere text. eſt hic, & in l. 2. §. doli, 8 & §. hac actione, 18. ff. eo. Vbi I. C. inquit, hac actione eum teneri, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur aliquo errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans, & imprudentia iuris, eo animo rapuerit, quaſi domino liceat rẽ ſuam per vim auferre, ab actione vi bon. rapt. abſolui debet, vt hic: & aliter mulctabitur, d. §. hac actione. Ex quo Plat. & Ang. hic notabilem caſum colligitur, quando propter aliquod delictum dolo commiſſo, imponitur pœna, eo caſu quamlibet ignorantiam, credulitatem, & errorem excuſare ab iſta pœna: ceſſat enim dolus, propter quem delictum dolo commiſſum, punitur, l. igitur, 12. §. 1. ff. de lib. cauſ. & l. 1. in fi. & ibi Gloſ. & Bart. ff. de abigeis, & Gl in l. plagijs, 14. C. ad leg. Flau. de plag. Alter tamen multabitur, pecuniariter, ſcilicet & criminaliter, d. §. hac actione. Nec ſtatur ſimplici aſſertioni dicentis, ſe ignoraſſe, vel putaſſe ſibi licere, niſi appareãt aliqua indicia, & cõiecturæ, vt in rapiente rem ſuam, de quo latius vid. DD. in prædictis locis. Deinde ex §. noſtro principaliter notandum, quod licet rapiens per vim res ſuas penes alium conſtitutas, vel alienas, putans eſſe ſuas, actione vi bonorum raptorum propter dolum ceſſantem non teneatur, tamẽ ne per hoc via aperiatur auaritiæ raptorum, & vt homines ab omni rapina abſtineant, per conſtitutiones Imperiales cautum eſt, vt violenter auferens res ſuas mobiles penes alium exiſtentes, & in-
2 uadens violenter poſſeſſionem rei ſuæ immobilis apud alium conſtitutam, teneatur reſtituere ei à quo violenter rapuit, & ſit rapiens aut inuadens eſt dominus dominum ipſius rei amittat? ſi verò non eſt dominus rei ſed rem alienam abſtulit, aut inuaſit violenter, etiamſi exiſtimet eſſe ſuam, teneatur non ſolum ad eandem rem reſtituendam, ſed etiam æſtimationem eius reſtituere compellatur, text. eſt hic, & in leg. ſi
a quis in tantam, 7. Cod. vnde vi. *a*

3 Pro cuius declaratione, primo ſciendum eſt, quod iſta conſtitutio procedat in vi expulſiua, & ablatiua, & nõ in alijs generibus violentiarum, de quibus in princ. tituli noſtri dictum eſt. Ex quo ſequitur eam habere locum I. In rebus immobilibus, quando quis per vim earum poſſeſſionem inuadit, text. eſt hic, & in dicta leg. ſi quis in tantum. II. In rebus mobilibus, quãdo quis per vim eas aufert, vt hic, vt hic. III. In rebus incorporalibus, ſecund Gloſ. & DD. in d. l. ſi quis, Licet enim res incorporales vere & proprie non poſſideantur, vt ſupr. de rebus corp. & incorp. qua de cauſa etiam directa actio non datur, tamen quia quaſi poſſidentur, vtilis condictio ex mẽte leg. ſi quis locum habet ita vt ſi expellat de quaſi poſſeſſione alicuius ſeruitutis, mihi competat condictio ex d. l. ſi quis, qua peto me reponi in quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium, ſicut in rebus corporalibus. Veluti in iure ſeruitutum realium, quãdo ſum in quaſi poſſeſſione ſeruitutis eundi per fundum tuum, & cum mitterem pedem in fundum tuum ratione ſeruitutis, tu per vim deiecisti me, tũc ſi reuera fundus tuus debebat ſeruitutem itineris, nõ ſolum reſtituor in quaſi poſſeſſionem ſeruitutis, ſed etiam ad æſtimationem eius condemnaberis. Si vero non debebat iſtam ſeruitutem, per hoc amittit libertatem, adeo, vt mihi deinceps competat vera ſeruitus itineris. E contrario quando tu es in quaſi poſſeſſione libertatis, & ego per vim inuado fundum tuum ratione ſeruitutis, tunc ſi reuera ſeruitus mihi debetur, perdo eam, ſi vero non competebat mihi, condemnabor in æſtimationem ſeruitutis, quam occupare volui. Ita etiam in ſeruitutibus perſonalibus & alijs iuribus incorporalibus, propter quæ ipſa res poſſidetur, vt in vſufructuario, emphyteuta, & ſimil. de quibus latius vide DD. in d. l. ſi quis, & ibi gloſ. fin.

Secundo ſciendum eſt, quod hæc conſtitutio locum habet, quãdo quis inuadit poſſeſſionem rerum mobilium apud alium conſtitutarum, & per vim aufert res mobiles poſſidente, & ita vult alium ſua poſſeſſione priuari; ſecus, ſi is à quo aufert, rem non poſſideat, tex. eſt hic, & d. leg. ſi quis. Ex quo inferunt Gloſſ. & Doct. ibi, auferentem rem ab eo, cui commodauit, locauit, vel penes quem depoſuit, in hanc pœnam non incidere, quia neminem vult ſua poſſeſſione priuari: cõmodatarius enim, conductor, depoſitarius, non dicuntur poſſidere, ſed rem detinere, l. malo, 2. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. rei commodatæ, 8. ff. commodati, & l. licet 17 §. rei, ff. depoſiti. Idem eſt, ſi quis rapiat res ſuas à fure, nam hoc ſi fiat in continẽti, non incidit in hanc pœnam ſecus ſi ex interuallo, ſicut in rebus immobilibus quia vim vi propulſare licet

ADDITIO.

a *Vide late Menoch. in indic. poſſeſ. recup. remed. 9. fol. 354. & ſeq. vbi multis legem explicat.*

Digitized by Google

licet, l. 1. C. vnde vi. Idem ſi creditor a debitore cum re debita fugiente rem auferat, ſecund. Gloſ. & DD. in d. l. ſi quis, &
5 l. ait prætor, 30, §. ſi debitorem. 16. ff. de his quæ in fraud. cred. Sed iam quæritur. Si res erat inuaſori debita, vel jure pignoris obligata, in dict. pœna locum habeat? Et DD. poſt gloſ. in leg. ſi quis, decidunt quod ſic, niſi hoc faciat ex pacto, vel iudicis authoritate, l. 3. C. de pign. l. iuſtè poſſidet, 11. ff. de acq. poſs.

Tertiò notandum, quod d. conſtitutio non exigit dolum, ſicut actio vi bonorum raptorum, ſed locum habet, quando quis inuadit, & aufert poſſeſſionem rei, ſiue credat ſibi licere, ſiue ſciat ſibi hoc non eſſe permiſſum; atque ita ſiue dolus verè interueniat, ſiue præſumptiue, ſiue lata culpa, vt hic, & not. per DD. in d. l. ſi quis.

6 Quartò pro intellectu iſtius materiæ quæritur, vtrum iſta conſtitutio puniat expulſionem quocunq. tempore factam? Ad hoc reſpondere poſt gl. & DD. ibi, locum eam habere, ſiue aliquis inuaſit poſſeſſionem violenter ante litem motam ſiue poſt pendente, ſcilicet lite ſiue ea finita per ſententiam, dum tamen iniuſtè inuadat. Ideo DD. hic clarius diſtinguunt; Aut enim quis occupat poſſeſſionem nullo præcedente decreto iudicis, & ita antequam lis eſſet mota, vel pendentes lite, & ſine dubio pœna d. l. ſi quis, locum habet. Aut eſt interpoſitum decretum iudici perperam, ordine ſcilicet iuris prætermiſſo, parte non citata: & tunc locum habet, l. meminerint 6. C. vnde vi, ita vt occupans omni ſuo iure cadat: aut interuenit decretũ iuſte, & tunc neque pœna, l. ſi quis neque l. meminerint, locum habet. Iuſte enim poſſidet, qui authore Prætore poſſidet, d. l. iuſte, ff. de acq. poſs.

7 Quintò, paucis declarandum eſt, in quibus perſonis dicta conſtitutio procedat. Et I. An in fœmina? ad quod dicendum eſt, cum ſit materia indifferens, quæ congruit maſculis, & fœminis, & eadem ratio ſit in fœminis, quæ in maſculo, & tractetur de odio rationabili etiam in fœmina locum habere Nam in his caſib. maſculinum concipit fœmininum, de quo plene vid. DD. & Bart. in d. l. ſi quis, & Cyn. in l. quicunque, 4. Cod. de ſer. fug. II. Idem eſt in Hermaphrodito, quicunque ſexus in ea præualeat, iuxta l. quæritur, 10. ff. de ſta. ho. III. Procedit etiam in milite, & in ruſtico, ſi inuadant poſſeſſionem rei alienæ. Nam hoc eſt contra ius naturale, quod illos ignorare non licet, ſcilicet venia, 2. C. de in ius voc. & no. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. Secus, ſi per vim inuadant poſſeſſionem rei ſuæ, & credant ſibi hoc licere. Nam tunc ſec. DD. in d. l. ſi quis, excuſantur, argumento text. §. noſtri in princ. vbi non tenentur actione vi bonorum raptorum, occupantes res ſuas per vim & hoc caſu etiam fœminis ſuccurritur ſecun. DD. in d. l. ſi quis. IV. Valet quoque in pupillo pubertati proximo, nam & hic ad pœnam, d. l. ſi quis, tenetur, ſecus, ſi eſt infantiæ proximus, de quo in § in ſumma, ſup tit. prox. dictum eſt. Nec reſtituitur minor in integrum, ſec. Glo. in d. l. ſi quis, per text. in l. ſi ex cauſa, 9 §. nunc videndum, ff de minor. Quod eſt verum ſec. Bar. & Doct. quando dolo inuaſit, ſecus, ſi abſq. dolo, quia putauit ſibi licere res ſuas per vim auferre, nam tunc reſtituitur, l. 1. C. ſi aduerſus delict. &c. V. Idem dicendum eſt ſec. DD. in dict. l. ſi quis, in prodigo, contra Gloſ. ibi Prodigus enim adulto æquiparatur, l. ſi curatorem, 3. C. de in integ. reſt. Curioſus autem, & mente captus non tenentur, l. infans, l. 12. ff. ad l. Corn. de ſicar. & l. pen. §. ſi ff. ad l. Pomp. de parricid. & de his vid. latius per DD. in d. l. ſi quis, poſt Gloſ ibi.

8 Vltimo circa materiam, d leg. ſi quis, diligenter notabitis, quod eius conſtitutio de iure Saxon. locum non habeat, ſed in eius locum ſuccedat, [Die vvette vnd die buſſe, ideſt multa,] ita vt occupantes aut rapientes violenter aliena bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia, non aliter puniantur, niſi vt reſtituant bona ablata, & iudici multam ſoluant, & pœnam 30. ſolidorum ei, cui vim intulerunt, luant, per text. Landr. lib. 3. ar. 47. in princip. iuncta Gl. & text. in art. 43. eiuſd. lib. Et licet de iure communi violenti inuaſores, & raptores amittant ius quod in re ablata vel occupata habent, tamen ſoluta multa & pœna, de iur. Saxon. poſſunt per viam actionis ius ſuum petere, & conſequi, de quo vide longam add. ad Gloſ. artic 27. [Vt Vveichbild.]

§. Finalis.

1 *Ex quibus cauſis furti agitur pro re clam ſurrepta, ex iiſdem vi bonorum raptorum agi poteſt.*
2 *An dominus agens actione vi bonorum raptorũ, agat ad quadruplum ipſius rei per vim ſubtractæ vel ipſius intereſſe.*

1 Ex hoc §. qui ſumptus eſt ex l. 2. §. in hac actione, 27. ff. eodem breuiter notanda eſt regula, ex quibus cauſis furti agitur, pro re clam ſurrepta, ex iiſdem vi bon. rapt. agi poſſe.
2 Nec requiritur, vt agens ſit dominus, ſed ſufficit, ſi eius interſit, rem non eſſe ſurreptam, quo caſu non agitur ad quadruplum ipſius rei per vim ſubtractæ, ſed ad quadruplum ipſius intereſſe. Exempli gratia. Sunt mihi rapti ſcyphi argentei volentes 100. qui mihi oppignerati ſunt pro 20. aureis, agendo hac actione non conſequor 400 aureos, ſed ſolum 80. Viginti enim aurei hoc caſu quadruplicantur, text. eſt hic, & de his vide latius ea quæ in titul. præced. præſertim in §. furti autem actio, dicta ſunt.

a
DE LEGE a AQVILIA.
TITVLVS III.

1 *Continuatio.*
2 *Actio l. Aquilia à quo inuenta, & vnde dicta.*
3 *Damnum dupliciter accipitur.*
4 *Differentia inter actionem furti, & l. Aquiliæ.*
5 *Damnũ duplex, & quomodo pro quolibet damno dato agatur.*
6 *Lex Aquilia tria habet capita.*
7 *Diuiſio tituli.*
8 *Requiſita ad hoc vt actio legis Aquiliæ ex primo capite locũ habeat.*
9 *Pecudes quæ dicantur.*
10 *Aeſtimatio debet fieri ſecundum communem æſtimationem non ſingularem affectionem.*
11 *Precium rei triplex.*
12 *Secundum quæ loca æſtimatio rei fiat.*
13 *Cui hæc actio competat.*

1 Continuatio Rub. noſtræ patet ex eius Gl. In hoc enim tit. Imp. tertiam ſpeciem priuatorum delictorum, damnum ſcilicet iniuria datum, proſequitur, pro quo actio legis Aquiliæ competit, quæ ab Aquilio Tribuno plebis, populo iubẽte,
2 & approbante introducta eſt, & nomen habet leg. 1. ff. eo. & per eam ſuccurritur illis, qui iniuſte damna patitur ab aliis.
3 Præmittendum autem I. damnum accipi dupliciter, vno modo large, & generaliter, pro quocunq. diminutione patrimonij, l. 3. ff. de damno infecto, & ita comprehendit furtũ, & rapinam, raptor enim, & fur quoq. damnũ inferre dicuntur. Alio modo ſpecialiter, & ſtricte, pro corruptione, & deterioratione rei ſec. gl. l. qui occidit, 30. §. in hac in verb. Feciſſe in fi. ff. eod. Et ſic non comprehendit furtum, & rapinam, quæ cum amotione rei fiunt Damnum vero cum corruptione, l. ſi ſeruum, 27. §. ſi oliuam, 25. ff. eo. Vnde DD. poſt Gloſ. 1. hic hanc differentiam inter furti actionem, & l. Aquil. conſti-
4 tuunt, quod furti, & vi bon. rap. actio datur, quando in rem meam tecum aufers, quando vero eam deſtruas, vel occidis, actio l. Aquil. locum habet. Præterea ſciendum, duplex eſſe
5 damnũ. Quoddam enim nondum illatum eſt, ſed quod futurum veremur, & illud, & damnum infectũ appellatur, l. 1. ff. de damn infect. & de hoc non loquitur, noſter, ſed tit. in ff. de dam. infect. Quod dam. eſt damnum reb. alicuius iam illatum & pro illo ſec. DD. in §. ex maleficiis, 18. inf. de act. igitur diuerſis modis. Aut enim datum eſt ab animali irrationabili, idque ex laſciuia, vel furore, contra naturam ſui generis, & locum habet actio. Si quadrupes pauperiem, de qua loquitur tit. infr. & ff. ſi quadr. paup. fec. dic. Si vero dat damnum iuxta naturam ſuam, veluti ſi bos depaſcatur gramina, actio de paſtu pecoris competit, l. qui ſeruandarum, 14. § ſi glans, & ibi Glo. ff de præſcr. verb. & Gl. in l. fi. C. eod. Aut eſt datum a libero homine, vel a ſeruo, domino ſciente, & nõ prohibente, & locum habet tit. noſter. Aut a ſeruo domino ignorante vel ſciente, ſed prohibere non valente, & agitur noxaliter, vt inf. de noxal. act. II. Præmittendum, ſecun. Plat. hic poſt Gloſ. in l. de pecoribus, 5. C. eo. pro damno dato non iure, ſed iniuſtè in rebus alterius, actionem leg. Aquil. inuentam eſſe, cum tri-
6 bus capit. ſeu membris, quorum 1. punit damno afficientem res alterius, perimendo, vel occidendo, pone ſeruos, vel animalia quæ pecudum numero continentur. 2. Receſſit ab aula, & non eſt in vſu, §. caput ſecundum, inf. eo. 3. Quod ſecun. Gl. 1. in l. 2. ff. eo. hodie ſecundum eſt punit non accidentem ſed vulnerantem, vel aliter lædentem ſeruum, aut animal numero

ADDITIO.

a *De actione l. Aquiliæ adde §. ex maleficiis, inf. tit. de actionib.*

mero pecudum contentum, vel etiam occidentem animal,
quod appellatione pecudum non continetur, & in ſeretem
damni in alijs rebus, quæ anima carent, de quo in §. capite
7 tertio, inf. eo. His ſic præmiſſis, diuido poſt Plat. hic titul. no-
ſtrum, in tres partes: In prima traditur de primo cap. l. Aqui.
quod Imperator exemplis declarat, & amplificat. In ſecunda
ibi (cap. tertio) de tertio capite, l. Aquil. In tertia, ibi, (cæterum)
de actione, quæ ex damno dato naſcitur. In principio itaque
tituli noſtri verba primi capitis l. Aqu. ponuntur, quo cauetur
vt occidens iniuſtè ſeruum alienum, alienamvè quadrupedē,
quæ ex pecudum numero eſt, teneatur domino tantum reſti-
tuere, quanti plurimi valuit ſeruus, vel animal inf. annum re-
tro computandum à tempore quo occiſio facta eſt, id eſt, toto
illo anno præcedente, vt hic, & l. 2. ff. eod. & § hic autem ver-
bis, inf. eod.
8 Notandum igitur primo, quod ad hoc, vt actio l. Aq. ex pri-
mo capite locum habeat, requiritur. I. Vt iniuſtè quis occidat
ſeruum, vel pecudem: ſi enim vulnerauerit, alio modo læſe-
rit, ex tertio capite agitur, d. §. cap. 3. inf. eodem, & gloſ. hic in
verb. Occiderit. II. Vt occidatur ſeruus vel animal, quod nu.
9 pecudum continetur. Dicuntur autem pecudes, quæ grega-
tim paſcuntur, vt oues, æqui, muli, boues, ſuos vt hic, & d. le. 2.
ff. eod. add. l. legatis ſeruia, 65. § pecoribus, ff. de leg. 3. Feras igi-
tur, beſtias, & canem occidens non ex primo, ſed tertio c. te-
netur, vt inf. dicemus, niſi animalia fera operam iumētorum
præſtent, vt cameli, quia tunc pro manſuetis computantur, d.
l. 2. § ſi Propria. n. ſignificatio huius nominis. Pecudis, eſt no-
tanda, ſec. Doct. hic, ad ſtatuta, quæ ponunt, damna à pecorib.
illata, & ad legatum pecoris, de quo text. in d. §. pecoribus.
10 Secundò notandum, quòd in primo capite leg. Aquil. fit
æſtimatio, quanti plurimi res valuit anno præterito, à tempo-
re damni dati. Hic dicitur Aquil. habere oculos retro, quia
reſpicit tempus præteritum, d. l. 2. & l. ait, lex. 21. in prin. ff. eo.
Vnde etiam pœnalis actio dicatur, vt not. in d. §. ex maleficijs,
18 inf. eo. Debet autem æſtimatio, ſecundum gl. hic, in verbo
Plurimi, fieri ſecundum æſtimationem communem, & non
11 ſingularem affectionem, l ſi ſeruum meum, 33 ff. eodem. Eſt
enim triplex valor, ſeu precium rei. I. Precium conuentum,
quod ſcilicet conuentione partium expreſſum, & taxatum
eſt. II. Precium commune, quod communiter æſtimatur,
& à quolibet ſcilicet ſciente qualitatem rei, datur, ita vt apud
vnum non plus valeat, quam apud alium. Vnde dicitur rem
tantum valere, quanti vendi poteſt, ſcienti ſcilicet conditio-
nem rei, ſecundum gl in l. precia rerum, 63. in verbo fungun-
tur, ff. ad leg. Falcid. & gl. in d. l. ſi ſeruum meum. III. Precium
ſingulare, quod ſingulariter æſtimatur ex aliquo ſpeciali affe-
ctu, propter certam qualitatem inhærentem rei, quæ non eſt
trāſmiſſibilis ad alios, vt quia res mihi eſt charior ex affectio-
ne, quod fuit meorum maiorum, vt eſt caſus in l. ſi in emptio-
nem 35. ff de minor. facit, text in leg. lex quæ tutores 22. verſ.
Nec verò domum, Cod. de adminiſt. tut. Et de his latius vide
poſt tex. Bat. & Doct. in d. l. præcia. rerum, & l. 2. C. de reſcin.
vend. & in l. vnica, Co. de ſent. quæ pro eo. &c. & Doct. in §.
plus autem (al. eſt verſ. in §. ſi quis agens, 33.) inf. de actio. In
hac igitur actiones res æſtimatur non affectione, ſed ſecun-
dum communem valorem rei dict. l. præcia, & d. l. ſi ſeruum
meum, ff. eo. vbi quis occidit ſeruum meum qui erat meus fi-
lius naturalis, ex ſerua, ſcilicet natus, & communi æſtimatio-
ne valuiſſet 100. ſed propter affectionem ſingularem, quam
erga ipſum tanquam filium habebam cum nullus affectus
vincat paternum l. fin in prin. C. de cura. furioſo redemiſſem
illum 200. aureis, quæritur an occidens, actione l. Aquil. ad
illa 200. conueniri poſſit. Et decidimt ibi quod non. Precia
enim rerum, non ex affectione, neque vtilitate ſingulorum,
12 ſed communiter æſtimantur. Deinde debet fieri æſtimatio,
vt poſt gl. in d. l. ſi ſeruum meum, ſecundum conſuetudinem
loci, in quo occidens poteſt conueniri, vel vbi cogitur reſpon-
dere. Precia enim rerum variantur, ſecundum varietates re-
gionum d. l. precia, §. ſi. Denique, poſt tex. & gloſ. hic in verbo
Domino, videndum eſt, cui hæc actio competat. Et I. Datur
13 domino directo, l. item Mela, 11. § legis, ff. eo. II. Datur domi-
no vtili, vt emphyteutæ, & Vaſallo, l. cedere, 5. §. 1. & ibi not.
ff. arb. fut. cæſ. III. Datur vtilis Actio. l. Aqu. vſufructuario, d. l.
item Mela, §. fi. & ibi gl. & Bar. poſt gl. in d. l. cedere §. 1. Quod
autem domino eam competere diximus hoc intelligendum
eſt de domino vero, & non ficto ſcilicet iuris fictione, & ſic
legatario, in quem dominum rei legatæ fictè à morte teſtato-
ris tranſit, l. à Titio 64. ff. de furti, ante. ſ. agnationem legati l.
liber homo, 13. §. ſi cum duabus legibus ſequ. ff. eod. & l. & ele-
ganter, 7. §. item ſi ſeruum, 5. ff. de dolo. Bonæ fidei igitur poſ-
ſeſſori quoque, non datur eum non ſit dominus directus, nec
vtilis ſed actio in factum propter operas amiſſas d. l. item Me
la, §. ſed niſi ſeruus. Sic etiam commodatario non datur, pro
re commodata, damnificata d. l. item Mela, §. cum cui ff. eod.

§. Iniuria.

1 *Dolus vel culpa interuenire debet vt Aquilia locum habeat.*
2 *Animalia irrationabilia iniuriam inferre non poſſunt.*
3 *Homicidium tripliciter committitur.*
4 *Latro, inſidiator, & fur an impune occidi poſſint.*
5 *Inſidiator, & latro qui dicantur.*
6 *Furem nocturnum qualiter occidere liceat.*
7 *Furem diurnum, an, & quando occidere liceat.*
8 *Res ciuiles quæ dicatur.*
9 *Caſu occidens ſeruum vel animal pecudum numero conten-
tum an teneatur l. Aquilia.*
10 *Si aliquis in ludo occidatur, quid iuris.*
11 *An occidens aliquem lata culpa teneatur l. Corn. de ſicarijs.*

EX hoc § notabitis tertium requiſitum, ad hoc vt actione
l. Aquil. ex primo capite, quis teneatur, videlicet, quod in
iuria, id eſt, non iure, occidat. Nec enim ſufficiat ſeruum occi-
ſum eſſe, ſed oportet id iniuria eſſe factum, vt inquit Iuriſ-
conſ. in l. 3. ff. eo. Accipitur autem iniuria. in l Aquil. pro dam-
no illato non iure, ſiue per dolum, ſiue per culpam leuem, &
leuiſſimam l. 5. § iniuriam, & l in leg. Aquilia, 44. ff. eodem. In
titul. autem ſeq. accipitur pro quadam contumelia, vt ibi di-
1 cetur. Neceſſe eſt igitur, dolum vel culpam interuenire alias
Aquillia locum non habet, ideo furioſus, & infans cum non
habeant animi iudicium, Aquilia non tenentur, dict. 5 §. iniu-
riam verſ. Igitur iniuriam, ff. eo. Sic quoque animal in irratio
2 nabilia dicuntur pauperiem facere, & non damnum propriè
inferre cùm in ea non cadit iniuria, ideoque dominus ipſo-
rum nō actione l. Aquilia, ſed de pauperie conueniri poteſt,
d. l. 5. §. & ideò, verſicul. Quemadmodum, & infra in titul. ſi
quadr. paupe. fec. dic notatur. Ita etiam iure occidens ſeruum
latronem, Aquilia non obligatur vt hic, & l. 4. ff. eod. Quod
enim lege permittente fit, pœnam non meretur, vulg. l Grac-
chus, 4. cum l. ſeq. Cod. ad le. Iul. de adul. Item ſi caſu fortuito
quis occidatur, vt hic. Ad cuius intellectum permittendum
poſt Gloſ. ordin. in cap. Sic dignum, § fin. ext. de homicidio,
3 homicidium tripliciter committi. I. Voluntate ex propoſito
ſcilicet & dolo, quando quis ſuo facto conſilio, vel præcepto
quem occidit, & is per l. Corn. de ſic. gladio punitur Homici-
da enim quod facit expectet, l. 3. Co. de Epiſc. aud II. Neceſſi-
tate quando quis ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, de-
fenſionis cauſa alium occidit, & is non punitur vulg. l. vt vim
3. ff. de iuſt. & iure, & l. ſcientiam, 45. §. qui cum aliter ff. eod.
III. Caſu fortuito, quando non ex propoſito quis occiderit:
& tunc ſi eſt opera data rei licitæ, & omnia obſeruata ſunt,
quæ ſunt circa talem actum obſeruanda non punitur homi-
cidium, vt hic, &c. Dilectus, 13. cum c. ſeq. extra de homicid.
Si vero dedit operam rei illicitæ, quia volens percutere vnum
& percuſſit alium punitur, l. eum qui nocentem, 18. §. ſi iniu-
ria, ff. de iniur. Poteris igitur addere IV. modum, ſcilicet quan
do quis non dolo, neque ex neceſſitate, aut caſu fortuito, ſed
culpa præcedent ſeruum occiditi, & is extra ordinariè puni-
tur, & le. Aquil. tenetur de quo vide Doctorum in § Item le.
Cornel. de ſicar. 5. infr. de pub. iud. de iure Saxonic. bonam
Gl. art 38. lib. 2. & Gl art. 38. [Vveichbild.] art. 38. Pro decla-
4 ratione igitur textus noſtri quæro. An liceat latronem, inſi-
diatorem, & furem impune occidere. Eſt enim inter furem,
& latronem differentia, vt habetur in c. fin. verſ. Si vero cri-
minis Nouel. 134. Vt nulli iudicium. &c. ita vt fures occulte,
& ſine armis delinquant graſſatores vero, & latrones cum
armis violenter, aliquando etiam cum interfectione hominū
5 in itinerib. aut etiam domib. Sed & inſidiator, & latro inter ſe
differūt Nam generaliter inſidiator dicitur quicūq. periculū
vitæ noſtræ intentat. Latro vero propriè dicitur qui obſidet
vias vt ex improuiſo ſecutum opprimat viatorem de quo lo-
quitur tex. in l. cap. 28. §. graſſatores, & §. famoſos, ff. de pœnis
a & hunc impunè occidere licet. a Nam aduerſus periculum
ſe defendere, & vim vt repellere, naturalis ratio, omnes le-
ges

ADDITIO.

a *L. 1. & 2. C. quando liceat vnicuique.*

ges,omniſque iura permittunt, d l.4.& d.l.ſcientiam, §.qui
cum aliter ff.eo.cum ſimilibus.Sed huic videtur obſtare text.
hic in verſ.Itaque qui tunc concedit latronem interficere,
quando aliquis aliter periculum effugere non poteſt, ita vt
nihil ſpeciale ſit in inſidiatione,quod tamen innuere tex. vide
tur in d.l.4. Quare Io.Fab. hic duobus modis reſpondet: Pri-
mo poſt Gl.hic,quod latro accipiatur hic impropriè pro fure,
ſcilicet diurno. Deinde quod text.noſter ſit intelligendus in
caſu,quo latro quem nō aggrediebatur. Itaque ſic diſtinguit,
Aut poteram tranſire ſine periculo vitæ, & rerum, quia non
aggrediebatur me, & impune eum occidere non poſſum, vt
hic. Aut non poteram ſine periculo præterire: quia latro ten
tabat mihi vim inferre, vel meas res auferre, & poſſum occi-
dere nō adhibita diſtinctione, vtrum alias quem euadere, vel
a a non: item,an moderamen adhibeant, nec ne, d.l.4. & facit
l.1. & 2.C.quando licet vnicuique ſine iud. ſe vind. Quod au-
tem ad furem attinet,diſtinguitur inter nocturnum, & diur-
6 num, Nocturnum enim licet occidere, vt tamen idipſum
cum clamore teſtificetur, d.leg 4.&c ſi per fodiens, 3.extr.de
homicidio,quia nox aggrauat delictum,l.e.aut facta, 16.ff.de
pœnis, nec ſcire quis poteſt, an animo furandi, vel occidendi
venerit,d.cap.Si perfodiens. Quod eſt verum, ſi tute, & ſine
periculo rerum,aut perſonæ capi non poteſt;quod colligitur
ex modo,& qualitate facti, vt exemplificat hic Io.Fab. Si ve-
ro cognoſci,& deprehendi poterit,impune non occiditur. Ita
loquitur ſecundum Io.Fab. hic text.in leg.furem, 9.ff.ad leg.
Corn.de Sicar. & eſt optimus text. in l.ſed etſi quemcunque
5.poſt princ.ff.eod. Quem Bald.ibi ad hoc notat, quod is, qui
poterat capere malefactorem, non debet eum occidere, vel
aliter offendere,niſi malefactor reſiſteret;tunc enim impune
occidi poſſet,leg.ſi ſeruus, 4.Cod.de his, qui ad Eccleſ.confu.
Quem text.diligenter notabitis poſt Bart.ibi, ad hoc, vt cum
aliquis licite poteſt capi,& is ſe defendit, & in certamine oc-
ciditur à familia, occidens non veniat puniendus. Vbi enim
offenſio eſt permiſſa, ibi defenſio eſt prohibita, ſecundum
Pau.de Caſt.hic Diurnum autem furem occidere non licet,
7 niſi telo ſe defendat, d.leg.4.& d.cap. Si perfodiens; poteſt
enim cognoſci,& deinde accuſari.Idem ſi diurnus eſſet igno-
tus, & fugeret, ita vt dominus ſine periculo rerum parcere
non poſſet,tunc etiam impune occideretur, de quo vide Ioa.
Fabr. hic. Et prædicta limitabitis procedere in furto rei ma-
gnæ,ſecus ſi ſit furtum rei vilis, vt eſt caſus notabilis ſecundū
Doct in leg.ſi ex plagis,52.§.tabernarius,ff.eod.Et dicitur res
vilis,quæ eſt infra precium duorum aureorum, leg.ſi oleum
(alijs eſt §.3.in leg.ſi quis adfirmauit, 9.) §.fin.cum leg. ſeq.ff.
de dolo.Et aſſignatur ratio,quia cauſa vitæ,& famæ æquipa-
8 rantur l.iuſta cauſa,9.in princ.ff.de manumiſ.vend. Sed actio
doli ad parcendum famæ, propter rem vilem non datur, d.l.
Si oleum,§.fi. Multo magis igitur parcendum eſt vitæ homi-
nis propter furtum rei vilis, facit text.in l.Si adulterium cum
inceſtu,38.§.liberto,ibi,[cuius famæ multo magis,quam vitæ
parcendum,] ff.ad l.Iul.de adult. Et de his vltra prædicta vide
Doct.in præced.locis,& Inſtitut.in princ.inſ.de act.

9 Secundo principaliter ex §.noſtro notandum, quod caſu
occidens ſeruum alienum, vel animal peculium numero cō-
tentum,ex primo capite l Aqu.non teneatur, ſi dedit operam
rei licitæ, ſecundum Canon, & non præceſſit aliqua culpa,
tunc enim propriè dicitur caſus fortuitus,qui iuſtiſſimam ha-
bet excuſationem, & impunitatis rationem, cum præuideri
non poſſit, leg.quæ fortuitis,6.C.de pign.actio. Si autem de-
dit operam rei illicitæ,& præceſſit aliqua culpa,etiam leuiſſi-
ma,qui propriè dicitur caſus improuiſus,ſecundum Bald.in l.
1.C.ad l.Corn.de Sicar.tunc Aquil.tenetur, vt hic,& d.l.in le-
10 ge.44.ff.eod.Exercens itaque ludum, non tenetur de homi-
cidio caſualiter commiſſo, duobus tamen concurrentibus. I.
Quod ſit homo ad certum ludum deputatus. II. Quod ludat
in loco conſueto,& ordinato, vt hic,& leg.qua actione,7.§.ſi
quis in colluctatione,& d.l.Si ex plagis,§.fin & l.Item Mela,
11.in prin.ff.eod. Si igitur in colluctatione, vel publico cer-
tamine,per conſuetudinem, vel ſuperiorum permiſſu, vel dū
pugiles inter ſe certant, alius alium occiderit, Aquilia ceſſat
cum cauſa virtutis,& gloriæ,non iniuriæ grata damnum da-
tum ſit,d.§.Si quis in colluctatione. Huiuſmodi tamen tor-
neamenta, cum exinde mors hominum, & periculo anima-
rum ſæpè proueniant,de iure Canon.reprobantur, vt per to-
tum tit.ext.de torneamentis. His autem deficientibus, ludus
noxius in culpa eſt,l.nam luſus, 10.ff.eo.Quare Plat.hic ſubij-
cit, cauendum ne quis exerceat ludum ſibi incognitum, ſi
enim alium perimat, tenetur de culpa: idem, ſi hoc faciat in
loco non deputato. Similiter periculoſum eſt ire, ibi baliſta-
rij exercent ludum; ſi enim ibi aliquis interficiatur, ſibi ipſi
imputare debet, niſi interueniat dolus, quia ille præponderat
culpæ,l.item ſi obſtetrix,9.§.fin.ff.eod.Circa prædicta quærit
11 Pla.hic,An caſu occidens ſeruum, vel etiam liberum homi-
nem,præcedente,culpa etiam lata, teneatur l.Corn.de Sicar.
& reſpondet, quod non, quia in illa exigitur dolus, nec ſuffi-
cit culpa,l.in lege Corn.7.ad l Corn.de Sicar.Punitur tamen
alias criminaliter ſed mitius & extraordinarie,arbitrio iudi-
cis de quo vide Bar.in l.perſpiciendum.11.§.deliquitur, ff.de
pœnis,& l.1 ff.de legibus, & Angel.in tract. maleſ. ſup.verbo,
ſcienter 3.& doloſe & ſuper verbo, appenſare. De iure vero
Saxon.etiam pro caſuali homicidio certa pœna vnius ſcilicet
Vvergeldi,expreſſa,& ſtatuta eſt in art.38.lib.2.adde gl.ar.38.
Vveichbild.Et quid ſit Vvergeldus habetur in art.45. lib. 3.

ADDITIO.

a *Hæc diſtinctio gloſſæ videtur mihi paulo licentius cuiuis per-
mittere homicidium ſine cauſa cognitione,lex quæ ſequenda eſt,
tanquam certior paulo prudentius, & certius videtur ſtatuere,
non enim lex de fuga tantum loquitur,ſed de effugio. Effugere
aliud eſt quam fugere, fugere enim quis etiam ſi periculum nō ſi
dicitur effugere,non aliter niſi ex imminēte periculo, iubet ergo
lex non ſtatim latronem interficiendum, ſed tum demum cum
aliter periculū effugere non poſſit, fugiet ergo, ſi quis à latrone,
petitus fugere poſſit, antequam occidat l.4. §. 52.§.1.ff.eodem.*

§. Item ſi putatur.

1 *Putans arbores prope viam publicam aut vicinalem,ſi deijciē-
do ramos prætereuntem occidat an teneatur lege Aquil.*
2 *Limitationes præcedentis quæſtionis.*

1 SVmptus eſt hic.§.ex l.ſi putator, 31.ff.eo. & ex eo notabi-
tis, quod putans arbores prope viam publicam aut vici-
nalem,ſi deijciendo arbores, vel ramos, occidat ſeruum, vel
animal numero pecudum contentum, tenetur actione leg.
Aquil. ex primo capite. Quod ampliatur per Io.Fab. & Ang.
hic procedere,etiam in via priuata d.l.ſi putator, quando per
eam eſt frequens tranſitus, & omnibus licitum eſt per eam
tranſito,propter idētitatem rationis. Quæ autem dicatur via
publica,priuata;& vicinalis habetur in l.2.§.viam 21.& §.ſeq.
ff.ne quid in loco pub. Deinde non ſolum habet locum in de
ſectione arborum vel ramorum, ſed etiam in omnibus alijs
ſimilibus caſibus veluti,ſi quis tegeret domum,& ex caſu la-
2 pidum,vel lignorum aliquis occideretur,ſecūdum Doct.hic.
Hæc tamen limitantur non procedere. I. Quando deijciens
tempeſtiuè proclamauit & admonuit, ita vt tranſiens potue-
rit euitare,ſiue hoc faciat verbo, ſiue ſigno aliquo conſueto,
attēta conſuetudine.& more religionis ſecundum,Doct.hic.
Nec ſufficit, proclamationem fieri in ipſa protectione, ſed
debet ea tempore, & loco congruo fieri ita tempeſtiue, vt
quilibet poſſit,præcauere, d.l.ſi putat. Vnde Doct.hic notant
quod volens regere domum, debet ponere aliquem, qui ad-
moneat homines,ne tranſeant per iſtum locum, vel aliquod
ſignum vſitatum quod homines videant: aliat ſi ex caſu la-
pidum, vel lignorum aliquis lædatur, tegens domum eſt in
culpa, adeoque de damno dato tenetur. Si vero admonuit
tempeſtiue,& aliquis eſt negligens in euadendo, ſibi imputa-
re debet. II. Limitantur prędicta, quando quis deiecit ramum
vel aliquid aliud in loco,per quem non eſt iter. Is enim de
homicidio caſuali non tenetur, vt hic, niſi ſtudioſè proieciſ-
ſet, dum videret prætereuntem,l.ſi putator.

§.Præterea.

1 *Quomodo quis ob culpam lege Aquilia teneatur.*
2 *Medicus ſuſcipiens ſeruum ægrotum,& poſtea eum deſerens,
ad quid teneatur.*
3 *Imperitia annumeratur culpæ.*
4 *Quando mors defuncti medico non imputetur.*

1 IMper. pergit exemplis declarare, quomodo ob culpam
quis l. Aqu.teneatur.Secundum enim poſt Gloſ.in l.idem
iuris,8.in prin.in verbo culpæ reus,ff.eo. quod culpa aliquan-
do præcedit factum non prouidendo, vt in caſu § præced.
& leg.qui fouens,28.ff.eo.ſi quis facit foueas, vrſorum, vel
luporum capiendorum gratia in eo loco, per quem publi-
cam iter eſt. Aliquando culpa ipſi facto ineſt, veluti, ſi me-
dicus imperite ſecuti ſeruum alienum, vt hic, in fine, & leg.
qua

Digitized by Google

qua actione, 7. §. 6. ff. eo. Aliquando culpa interuenit poſt factum, vt in medico qui bene ſecuit, ſed poſtea dereliquit curationem ægroti, vt hic.

2 Duo igitur præcipuè ex §. noſtro ſunt notāda. Primo, quod medicus, qui ſuſcepit cura ſerui ægroti, non poteſt derelinquere ipſius curam ſi enim hoc fecerit, & ob id ſeruus mortuus fuerit, eſt in culpa, & videtur præbere cauſam mortis ita vt actione l. Aquil. conueniri poſſit text. eſt hic, & in d. l. idē iuris, in princ. Et hæc ampliantur procedere etiamſi gratis ipſum ab initio curandum ſuſceperit vt eſt glo. in d. l. idem iuris in d. verb. Culpæ, & Io. Fab. hic, qui hęc extendit etiam locum habere quando non gratis curat quod etiam ob defectum ſolutionis non poſſit deſerere, ſed pro ſuo ſalario agere debeat pro quo facit deciſio. Bart. in l. Archiatri, 9. per text. ibi. Co. de prof. & med. lib. 10. medicos non poſſe, nec debere recipere ſalariū ab infirmis, niſi quando ægrotus fuit reſtitutus priſtinæ valetudini, facit l. ſi medicus. 3. ff. de varijs, & extraord. cogn. Imo medicus etiam gratis tenetur curare pauperem. Plus enim debet apud ipſum valere vita proximi, quam amor pecuniæ, vt eſt gl. in c. 1. d. 83. quæ ſubijcit, à medico licite poſſe recipi, & exigi mercedem, etiamſi æger moriatur, ſufficit enim quod, vtiliter cępit gerere, licet affectus non ſit ſecutus, & de hoc vide poſt alios Zaſ. in §. tripli. 24. infr. de actio.

3 Secūdo notabitis ex § noſtro regulam, quod imperitia culpæ annumeratur vt hic, & d. l. qua actione, §. fin. & l. imperitia 132. ff. de re. iur. Quare ſi ex imperitia medici mors ſecuta eſt, vt quia imperite ſecuit ſeruum, vel perperam ei medicamentum dedit medicus Aquilia tenetur vel etiam ex conducto, d. l. qua actione, §. 6. cum princ. l. ſequ. ff. eo. Excuſatur autem ſi diligentiam adhibuit, ſecundum præcepta artis: vt not. in c. ad aures, 7 ext. de ætat. & qual. & pulchræ Abb. in c. Tua nos. 19. ext. de homicidio vbi ponit quatuor requiſita ad hoc

4 vt mors infirmis non imputetur medico I. Vt illud officium ſibi conueniat, quia clericis eſt interdictum, c. Sententiarum 9 & c. Nō magnopere 3. ext. ne Clericus, vel Monachus, &c. II. Vt ſit peritus III. Vt adhibeat omnem diligentiam ſecundum artem ſuam. IV. Vt informet ægrotum de his, quæ ſunt contraria ægritudini. Hinc Hoſtien. vt eum refert Felin. in d. capit. Tua nos, dicit medicum excuſari ſi ordinauit regimen vitæ, nec oportet eum continuè aſſiſtere. Et his obſeruatis, inquit Abb. euentum mortis medico non imputari, nec imperitiæ ſtatim adſcribemus triſtiores euentus curationis. (Non eſt) enim (in medico ſemper releuetur, vt eget. Interdum docta plus valet arte malum,) addite text. in l. illicitas, 6. §. ſicuti medico, ff. de offic. præſid. Et prædicta non ſolum, in medico, & obſtetrice, ſed etiam in Iudice, Aſſeſſore, Doctore, Aduocato, & quocunque artifice locum habent, vſque adeò, vt Angel. hic dicat, hæc eſſe intelligenda non ſolum de literatis hominibus, ſed etiam de illiteratis, aliquod artificium profitentibus vſque ad caprarum, vel vitulorum cuſtodem, leg. ſi quis fundum (al, §. 1. in leg. ſi quis domum, 9.) § Celſus, ff. locati, & vide Angel. in §. fin. ſup. ex quibus cauſ. manum. non licet.

§. Imperu quoque.

1 *Infirmitas enumeratu culpæ.*
2 *Facientes currere equos, qui ſunt difficiles bucca, ex damno alteri illato tenentur.*

IN princip. huius §. Imperit. ponit adhuc vnum exemplum prædictæ regulæ, quod Imperitia culpæ annumeratur, quādo ſcilicet, mulo, vel æquitas propter imperitiam, impetum mularum, vel æquorum retinere, aut dirigere non poſſunt. Si enim ex hoc damnum alteri inferatur Aquil. tenētur con-

1 cordat text. in d. l. idem iuris §. 1. ff. eod. Deinde notabitis, & infirmitatem culpæ annumerari, d. §. 1. Quoties enim mulio, & is, qui æquo vehebatur propter infirmitatem mulas, & æquos retinere non poſſunt, cum alius firmior eos retinuiſſet, ex damno illato Aquil. tenentur. Quia infirmitas ſua non debet alijs nociua eſſe nec affectionate, quis debet in quo intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam alijs periculoſā

2 futuram d. l. idem iuris, §. 1. & hic. Quod notabitis poſt Ang. contra illos, qui faciunt currere æquos, qui ſunt duri & difficiles bucca, ita vt non benè poſſint regi, tenentur enim ex damno illato, ſi alius fortior eos retinuiſſet. Idem eſt, ſi ſciebatur natura æqui, licet fortior non retinuiſſet ea. Significaſti, ex de homicidio. Idem notabitis contra illos, qui ponunt pueros paruos ſupra equos robuſtos, quia intelligere debent à pueris tales æquos retinere non poſſe. Prædicta tamen limitabitis procedere, quando ab initio mulio erat infirmus, tunc enim eſt in culpa: ſecus, ſi infirmitas ſuperuenit itinere, tunc enim actione, l. Aquiliæ non conuenitur. Ceſſante enim culpa, Aquilia locum non habet, vt in caſu cap. Dilectus extra de homicidiio.

§. His autem verbis.

1 *Actio legis Aquiliæ pœnalis eſt.*
2 *Hac actio ad heredes tranſit.*
3 *Per inficiationem Aquilia creſcit in duplum.*
4 *Actiones ex maleficijs non tranſeunt ad heredes, niſi lis ſit conteſtata.*

1 EX hoc §. duo principaliter notanda ſunt. Primo, quod actio legia Aquiliæ ſit pęnalis. Secundo, quod ea de cauſa ad hæredes non tranſeant. Quoad primum attinet ideò pęnalis dicitur quia in primo c. l. Aquiliæ res non tātum ęſtimatur ſecundum præſens tempus, ſed etiam retro quāti plurimi valuit anno præterito ſecundum communem valorem rei, vt ſupra in principio tit dictum eſt, Ita reus aliquando in plus condemnatur, quam in ſimplum, & verum pretium rei æſtimatio enim hominis occiſi ad id tempus refertur, quo plurimi eo anno fuit. Itaq; ſi precioſo pictor pollex fuerit præciſus, & intra annum, quo præcideretur, fuerit interfectus, dominus Aquilia agere poteſt, & eo prætio ſeruus pictore occiſus ęſtimandus eſt, quam fuerat prius quam artē cum pollice amiſiſſet, vt inquit Iuriſ. in l inde Neratius, 33 §. idem Iulianus, 3. ff ad l. Aquil. Itē pone, quod ante decē menſes emerim æquum 100. aureis, & is ante menſem ſi effectus cæcus ita vt vltra 20. aureos vendi non poſſet, & hodie occidatur certè occidens conueniri poteſt, non ſolum ad illa 20. & ita ad prætium quod tempore occiſionis valebat, ſed quan i in eo anno plurimi fuerit, & ita ad 100. hic & l. ait lex, 21. ff. eod. Et licet aliquando actio leg. Aquil. non competat in plus, reſpectu temporis præteriti, quia res perempta toto anno non pluris valuit, quam tempore occiſionis, tamen non deſinit eſſe pęnalis, quia inſpicitur eius origo, quod apta nata eſt eſſe pęnalis Iura enim loquuntur ſecundum aptitudinem, facit le 1. §. quotidiana, 2. iunct. § ſeq. verſ. Ego ff de aqua quotid. & æſt. & Gl. hic, in verbo Æſtimaretur, Pręterea dicitur pęnalis ſecund. gl. in d. l. item Mela, §. ſed ſi ſeruum in verbo. Cum ſit pę

3 na, ff. eo. quia per inficiationem creſcit in duplum, §. ex maleficijs, infr. de action. & l. cōtra negantem, 4. C. eod. & d. l. indè Neratius, ff. eod. Et hoc propter odium mendacij ſicut in ſimili vaſallus negans feudum, conuictus de mendacio, priuatur iure feudi, §. vaſallus, 4. in cap. Si de feu. defun. fue. runt. inter dom. &c. audit tex. in Auth. contra, qui propriam. Co. de non num. pec. vbi Salic. inquit pęnam mendacis eſſe quod etiam vera dicenti, non credatur. Et plura de pœna negantium, vide per Iaſ. & Doct. in §. omnium, 1. infr de act. & per eund. Iaſ. in l. ſi. C. de fideic. Duplicatur autem hoc caſu totum intereſſe, 2. gl. in d. l. contra negantem. Quod, eſt verum quando actor probat damnum à reo illatum per teſte, ſecus, ſi per iuramentum ſibi à reo delatum. Nam tunc quia releuatur ab onere probandi ſit condemnatio in ſimplum, l. eum, qui 30. in prin. ff. de iureiur.

4 Quod verò ad ſecundum pertinet, certiſſima iuris regula eſt, ex maleficijs pęnales actiones in hæredem rei non competere niſi lite cum defuncto conteſtata, §. non autem om-

a nes, a infra, de perpet. & tempor. action. Item tranſit ad hęredem, ſi factus eſt locupletior, quantum ad ipſum peruenit, d. l. inde Neratius: hanc actionem, 8. & l. vnica, C. ex delict. defunctorum.

§. Illud

ADDITIO.

a *Ex regula eiuſdem textus ſequitur, & hanc generalem eſſe, ideo reſtringitur Aquilia ad id intereſſe, quanti plurimi res eo anno fuit. Contra tamen puto, quia textus ille loquitur de actionibus etiam ex parte agentis pœnalibus, nec tranſitorijs. Hæc autem eſt rei perſecutoria & tranſmiſſibilis reſpectu agentis, l. inde, 22. §. hanc actionem, 6. ad l. Aquil ex cuius iure actionem æſtimamus, leg 1. ſi pars hæred. pet. Quamquam igitur non poteſt iniuriarum de vulnere, aut verbere vltra annum agere, l. ſi non conuicij, 5. C. de iniur. tamen poterit ad damnum ſi quod datum ſit, ad 30. annos ex l. Aquil. arg. leg. vlt. §. vlt ff. naut. caup. ſtab. quam etiam de Aquilia interpretatur, & per hoc conſtit. 48. par. 4. licet olim forte cum Aquilia daretur ad damnum, quanto res plurimi eo anno fuiſſet, annalis fuerit.*

Digitized by Google

§. Illud non ex verbis.

1 *In actione legis Aquiliæ attenditur ratio lucri ceſſantis, & intereſſe extrinſecè.*

AD intellectum huius §. videre tex. in l. proinde, 22. & d. l.
inde Neratius, §. 1. & 2. §. ſed & ſi ſeruus, ff. eodem. In
actione enim l. Aqu. nō ſolum corporis occiſi ratio habetur,
atque ita non ſolum venit damnum rei peremptæ, ſed etiam
quanti interfuit noſtrum animal, vel ſeruum nō eſſe occiſū.
Nam omnis vtilitas, quæ propter rem peremptam percipie-
batur, etiam in alijs rebus, vt quia alię res, propter mortem il-
lius, ſunt deterioratæ, venit in ęſtimatione, quod exemplis de
claratur hic in tex & in d. l. Neratius. Et licet regulariter alias
1 non habeatur ratio lucri ceſſantis, & intereſſe extrinſeci. l. Si
ſterilis, 21. §. cum per venditorem, ff. de act. empt. In hac tamē
actione illud attenditur, ita vt & damnum extrinſecum emē
dari debeat, vt not. poſt gl. in dict. §. cum per venditorem, per
Bar. & DD. in d. l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter, &c.

§. Liberum.

1 *Dominus in l. Aquil. pro ſeruo occiſo, ciuiliter, & criminaliter agere poteſt.*
2 *Actio ciuilis, & criminalis, ex vno delicto orta non poteſt ſimul, & ſemel principaliter intentari.*

SIcut ex quocumque delicto, ſiue priuato, ſiue publico, du-
plex iudicium naſcitur, ciuile, & criminale, l. fi. ff. de priuil.
delict. & l. fi. ff. de fur. & ſupr. circa Rubr. de obl. quæ ex deli-
1 cto naſc. præmiſſum eſt; ita quoque in l. Aqu. pro ſeruo occiſo
competit domino tam ciuilis actio l. Aquil. ad emendationem
damni, & intereſſe, quam criminalis accuſatio, leg. Corn. de
Sicar. ad vindictam publicam, ſi ſcilicet dolo occiſus eſt, text.
eſt hic, & in d. l. Inde Neratius, §. ſi dolo, ff. eo. & l. ex morte. 3.
C. eo. quia lex Corn. requirit dolum, d. l. In leg. Corn. ff. de Si-
car. Et ſicut pro homine libero occiſo quis l. Corn. tenetur: ita
& pro ſeruo, l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de Sic. Si vero fuit occiſus
culpa, poteſt occidens accuſari, ex tit. de extraord. crim ad pę-
nam pecuniariam, vel etiam aliam arbitrio iudicis imponen-
dam, de quo vide Doct. hic, & in d. l. ex morte, & Bar. in l. fi. ff.
de priu. delict. & in leg. proſpiciendum, 11. §. delinquitur ff. de
2 pęnis. Sciendum autem poſt, gl. & Doct. hic quando ex vno
delicto oritur actio ciuilis, & criminalis eas non poſſe ſimul,
& ſemel intentari principaliter in eodem, libello, l. interdum,
4. vbi Bart. ff. de pub. iud. licet in conſequentiam poſſint, ita ſe-
cund. Bar. in l. 1. §. 1. de verborum raptorum, poteſt quis inten-
tare accuſationem criminalem principaliter, & petere reſti-
a tutionem rei ablatæ incidenter, per officium iudicis, *a* facit l.
interdum, 56. §. qui furem, §. de fur. Sed vno iudicio peracto,
poteſt aliud intentari, & eſt liberum à quo quis velit incho-
re, ſiue à ciuili, ſiue à criminali, l. 1. C. quādo ciu. act. crim. prę-
iud. Quod eſt verum, quando ciuilis actio perſequitur rem
familiarem. Si vero vtraque tam ciuilis, quam criminalis tē-
dat ad vindictam ſententiam lata in vna actione, parit exce-
b ptionem rei iudicatæ in alia *b* l. Prætore dixit, 7. §. 1 ff. de in-
iurijs. Et de hac materia videte plenè per Bart. in d. l. 2. §. 1. ff.
de vi bonorum rapt. & poſt alios Sal. in d. l. 1. C. quando ciuil.
actio. crimin. præiud. & nos de ea re in §. ſi minus 34. infr. de
act. plura dicemus.

ADDITIONES.

a *Vide Maran. in Specu. aureo, & conſ. 42. p. 4. in actione iniuriarum indiſtinctè, permittit cumulationem.*
b *Et proinde non rectè cumulantur Doct. l. vlt. de iniu. quare dicendum d. conſ. 42. actionem ad palinodiam non dari ad vindictam, ſed ciuiliter ad ſatisfactionem partis.*

§. Capite tertio.

1 *Tertium caput l. Aquiliæ quid.*
2 *Vocabulum, Ruptum, quid contineat.*
3 *An ex vaſis vinum, vel Cereuiſia pro vectigali capi poſſit.*
4 *Quando quis ex incendio teneatur.*
5 *Incendiarius quare igne comburatur.*
6 *In quibus conueniant primum, & tertium caput l. Aquil.*
7 *Dominus qui habet canem mordacem, an teneatur pro damno a cane dato.*
8 *Dicta in præfationibus, in contractibus repetita intelliguntur.*
9 *Diſpoſitio iuris Saxonici de æſtimatione damni ex primo capite legis Aquiliæ.*

ABſoluto primo cap. l. Aquil. quod Imp. hactenus exemplis
declarauit, nunc tertium proſequitur ſecundum enim
receſſit ab aula, vt hic & l. ſi ſeruus ſeruum, 27. §. huius autem
legis, 4. ff. eod. cuius ne verba quidem habemus, & ſecundum
Ioan. Fab. hic, forte faciebat mentione de aliquibus quæ iam
ſunt ſub tertio, ſed non de omnibus ſub tertio comprehenſis,
& poſtea totum hoc tertio attributum fuit. Tenetur autem
hoc ca. leg. Aquil. l. is, qui vulnerat ſeruum, vel quadrupedem
1 numero pecudum contentam, vt hic, & d. l. ſi ſeruus ſeruum,
l. tertio autem capite 5. ff. eo. II. Qui quadrupedem, quæ pe-
cudum nomen non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam, vul-
nerauerit, aut occiderit, vt hic III. Is, qui iniuria damnum de-
dit in omnibus alijs rebus, quæ anima carent, vt hic, & d. §.
2 tertio capite, veluti, ſi quid vſtum, ruptum, fractum eſt. Et in-
telligitur ruptum, quoquo modo quid corruptum eſt, vnde
ſciſſa, colliſa, effuſa, & quoquo modo perempta, & deteriora
facta, hoc verbo continentur, vt hic, & d. l. ſi ſeruus §. inquit
lex. 13. Quare ſi quis immittat acetum, vel aliquid aliud vino,
aut alij immiſceat propter quod eius naturalis bonitas corrū
pitur, ex hac parte, l. Aquil. tenetur, text. eſt hic, & in d. l. ſi ſer-
uus, §. cum eo planè, 15. Per quem D. Hen. Ged. in conſ. 7. & 8.
de vectigalibus dicit, cum ex apertione, & euacuatione vaſo-
rum ſequatur corruptio potus, quia educto vino, vel cereui-
ſia, alterum eorum ſequitur, quod vel potus hinc inde ad late-
ra vaſis concuſſionem patiatur, vel alieni liquoris mixturam
ſuſcipiat atque, ita vtrouis modo prioris vini, & cereuiſię na-
turalis bonitas corrumpatur, de iure nō poſſe exigi vectigal
a *a* de vino, aut cereuiſia, ita vt vaſa aperiantur, & pars de vino,
3 aut alio potu loco vectigalis percipiatur ſed vtroque caſu de
corrupto agi poſſe affirmat. Et talem conſuetudinem tanquā
contra naturalem æquitatem, de iure non ſubſiſtentem, pluri
bus alijs rationibus impugnat, & tria remedia contra talē pu-
blicanum refert, de quibus eum in prædictis locis videre po-
teſtis. Similiter ex tertio, c. l. Aquil. tenetur is cuius dolo, & cul
pa aliquid igne conſumptum vel exuſtum eſt, vt hic, & in d. l.
ſi ſeruus, §. ſi fornicarius, 9. cum §. ſeq. ff. eo. Sed quia leges va-
b rias pœnas incendiarijs *b* imponunt: ideò pro pleniori do-
ctrina diſtinguendum eſt, ſecundum Cyn. Bald. Salyc. & alios
in l. data, 21. Co. de his, qui accuſa. non poſ. & Bar. in l. 1. ff. de
offic. præfect. vig & Ang. in tractat. malefic. ſup. verbo, incen-
diario, quod incendium aliquando committatur dolo, aliquā-
do culpa, aliquando caſo fortuito.
4 Primo caſu, quando quis ex propoſito, data opera, dolo ſci-
licet quid combuſſerit, tunc aut in ciuitate committitur incē-
dium, aut extra mœnia in villa. I. Quando in ciuitate com-
mittitur, tunc ſi incendiarius eſt humilis vitæ, & conditionis,
& incendium eſt magnum; igne concrematur, vel ſecun-
dum arbitrium iudicis beſtijs obijcitur? quia iſtæ duæ pœnæ
æquiparantur, leg. qui ædes, 9. & le. 1. §. 1 ff. de incend. iur. nau.
&c. & l. Capitalium, 28. § incendiarij, 12. ff. de pœnis. Eſtque
ratio ſecundum Bald. in dict. l. data, quare igne comburantur,
quia incendium in ciuitate mortem ignis multis præparat:
ideò mortem, quam alijs præparauit, recipiat, argum. l. Sacri
larij, 7. ff. de extraord. crim. Si verò non eſt magnum capite
plectitur, d. l. capitalium, §. incendiarij & dict. leg. data. Si ve-
rò incendiarius eſt conſtitutus in aliquo gradu, ſeu dignitate,
tunc ſi magnum eſt incendium capite punitur: alias deporta-
tur, dicta lege finali, ff. de incend. ruin. II. Quando in villa
committitur, tunc ſi incendium eſt magnum, & incendia-
rius eſt humilis perſona, plectitur pœna capitali; ſin eſt par-
uum, tunc damnatur in metallum. Si vero incendiarius eſt
conſtitutus in gradu, & incendium eſt magnum, deportatus,
ſin eſt paruum, relegatur in perpetuum. Leuius enim punitur
incendium commiſſum in villa, quam in ciuitate, dic. §. incē-
diarij

ADDITIONES.

a *Vectigal plus debito exigentis quæ pœna vide Menochium 2. de arbitr. iud. caſu 443.*
b *De incendijs, & incendiariorum pœna, adde quæ ſupra poſita ſunt. quibus modis re contrahitur obligatio, C. de commodato, & l. actionum vbi de actione locati, num. 24. infra de actionibus Cepol. tract. ruſticorum prædiorum, cap. vlt. Gayl. 2. obſeru. 22. Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 350.*

Digitized by Google

diarij. De iure vero Sax. indiſtinctè cauetur, vt incendiarijs
conductitijs (den mordbrennent) membra contundantur ro-
ta ceteri verò ſimplices incendiarij (die ohnemordbrant ge-
brent) decapitentur, text. eſt in art. 13. lib. 2. Sed de conſuetu-
dine etiam in terris Saxonic. incendiarij igne necari iubentur
a ſicut experientia hoc teſtatur *a*.

Secundo caſu principali, quando incendium committitur
culpa, tunc aut interuenit lata culpa, & vltra æſtimationem
damni, etiam criminaliter ſecundum arbitrium iudicis puni-
tur, ſed mitius, quam in caſu ſuperior, ſecundum Doct. in d. l.
data per text. in l. in l. Cor 7. ff. ad l. Cor. de ſicat. Aug. interue-
nit leuis culpa, & dicit Cyn. eum cuius, leui culpa incendium
ortum eſt criminaliter puniri non poſſe, niſi quando non eſt
ſoluendo, d. l. qui ædes ante fin. ita vt tunc demum locum ha-
beat regula. Qui non habet in æres luat in corpore, vulg. l. fin.
cum ſimilibus, ff. de in ius voc. tamen communior eſt opinio,
etiam pro leui culpa puniri criminaliter, pena ſcilicet pecunia
ria fiſco applicanda, non autem capitali, & pro hac ſententia
facit, text. in l ſi fortuito, t 1. ff. de incend. vbi criminaliter pu-
nitur culpa dolo proxima quæ dicitur culpa, & etiam ea, quæ
luxuriæ id eſt latæ, culpæ ſecund. Gl. ibi, proxima eſt, quæ di-
citur leuis ſecund. Bal. in d. l data nu 8. Aut interuenit leuiſſi-
ma culpa, & illa criminaliter non punitur, ſecundum Bald. &
alios in d leg. data, ſed tenetur leg. Aquil. ad emendationem
damni, in qua leuiſſima culpa venit ſecundum Salic. in d. leg.
data: per text. in d. l. in lege 44. ff. eod.

Tertiò caſu principali quando incendium caſu fortuito or-
tum eſt, vel ex ictu fulminis, vel quia factum à latronibus, vel
hoſtibus, vel ſubita vis ventorum ignem longius produxit, at-
que ita culpa non poteſt imputari, tale incendium eſt impuni
bile, adeo, vt nec ad aliquam emendationem teneatur ille in
cuius domo incendium ortum eſt ſecund. Doct in d. le. data,
facit d. l. ſi fortuito. Alias regulariter poteſt conueniri de æſti-
matione damni ciuiliter is, cuius dolo, vel culpa incendium
ortum eſt nec per criminalem actionem ciuili præiudicatur,
tex. eſt in d. l. 1. C. quando ciu. acti crimi. præiud. Et vltra præ-
dicta, an, & quando ex incendio quis teneatur ciuiliter, vid.
opt. tex. in le. 3. §. 1. ff. de offic. præf. vig. & l. ſi venditor, 11. ff. de
per. & com. rei vend. & omnino Salic. in l. quæ fortuitis, 6. C.
de pig. act. D Iaſ. in l. domos, 58 ff. de l. 1. & in l. ſed, & ſi quis,
4. §. quæſitum, 41 ff. ſi quis caut. & conſilium. D. Hen. Cod de
incendio, 2. mihi fol. 319.

Porro ex §. noſtro notandum, omne damnum datum ali-
ter, quam occidendo ſeruum, vel quadrupedem, quę pecudũ
numero continetur, æſtimari ex tertio ca. l. Aquil. non quanti
res valuit, infra annum præteritum, ſicut ex primo capit. ſed
quãti plurimi valuit inf. 30. dies proximos præteritos, text. eſt
hic, & in d. l. ſi ſeruus, §. tertio autem capite innexa Gl. in ver-
bo, Proximis ff. eo. Eſtque ratio quare breuius tempus ſit pre-
fixum in tertio, quam primo capite, ſecund. Gl. hic in verbo.
Triginta, & in l. 2. ff. eo. quia pęna debet commenſurari, dele-
cto, vulg l. diuus, 32. ff. ad l Com. de falſ. Grauius autem delin-
quit, qui hominem occidit vel animal quod pecudum nume-
ro cõtinetur, quam qui vulnerat hominem, vel pecudem aut
aliud animal, quod in pecudum numero non eſt veluti, ſi ca-
nem occidat vel aliud Ergo, &c. De quo latius vide Angel. &
Doct. hic. Ex prædictis igitur conſtat, in quibus, primum, &
6 tertium, c. l. Aquil. differant. In hoc autem conueniunt, quod
ſicut in primo requiritur dolus, & culpa, ita quoque ad hoc,
vt ex tertio capite quis conueniatur, requiritur, quod damnũ
deſierit, dolo, vel culpa, vt hic, & ſufficit etiam leuiſſima, d. l.
in lege 44. ff eo. Vnde ſi caſu fortuito, qui præuideri non po-
tuit, nulla præcedente culpa, damnum datum ſit, Aquilia ceſ-
ſat. Idem, ſi iure ſeruus alienus vulneretur, d. l. 4. & leg. ſcien-
7 tiam 51. §. qui cum aliter, ff. eo. & tex. hic, in verbo, Per iniu-
riam. Ita quoque canem mordacem impune occidere licet,
imò Dominus tenetur pro damno, quãdo canem mordacem
non ſeruat ligatũ, l. 1. §. ſed & ſi canis, 5. & l. 2. ff. ſi quad. paup.
fecił. dic. Idem diſponitur de iure Saxon. in art. 62. lib. 2. & in
art. 48. in fin. lib. 3.
8 Vltimò ex tex. hic, in ſi notandum ſi lex, vel ſtatutum plura
habet capitula, tunc clauſulam poſitam in vno intelligi repeti
tam in alio quando ſcilicet eadem ratio, vel æquitas repeti-
tionis hoc inducit, de quo vide poſt Bald. Angel. hic. Et facit
vulgata regula ſecundum Gloſ. hic quod ea, quæ dicuntur in
præſtationibus, intelliguntur repetita in contractibus, l. Titia,
134. §. idem reſpondit, 1. cum multis concordantijs hic, in Gl.
alleg. ff. de verb. obligat. Exempli gratia: Pone tractatum eſt
inter nos, vt donec ſoluam tibi vſuras, nõ velis petere ſortem:
poſtea ſtipulor à te; promittis non petere ſortem: & certè cẽ-
ſeris promiſiſſe non petere: donec vſuras ſoluam, licet de vſu-
ris non facta ſit intentio in ſtipulatione, & Notarius in inſtru
mento hoc comiſerit. Hoc tamen procedit in his in quibus
partes conueniunt, & ſe firmant: multa enim tractantur in-
ter partes, quæ poſtea non concluduntur. Vnde Bart. in l item
quia, 4. §. ſi. ff. de pact. dicit, per præfationes intelligi tractatus
conuentionales firmatos à partibus, antequam perueniatur
ad ipſum contractum, ſeu eius conſummationem. Item pro-
cedit, ſi contractus in continenti ſecutus eſt: ſecus, ſi ex inter-
uallo, l. per retentione, 4. cum ibi notatis, C. de vſuris. Præte-
rea, non habet locum, ſi per executionem contractus vitiare-
tur, d. §. idem reſpondit, vbi de pluribus limitationibus vide
Doct. & Io. Fab. & Ang. in §. preterea, 5. ſupr. de inutilibus ſti-
9 pul. Reſtat nunc videndum, qualiter de iure Saxonic. damni
æſtimatio fiat. Quando enim agitur ex primo capite legis
Aquil. pro pecude occiſa, tunc de iure Saxon. non attenditur,
quãti plurimi fuit anno preterito, ſed quia pleraque animalia
habent expreſſum Vvergeldum, de quo in art. 51. lib. 3. occi-
dens iniuſta tale animal, ſoluendo Vvergeldum liberatur, ar.
48. lib. 3. in princ. Si vero non eſt ſtatutum Vvergeldum pro
eiuſmodi pecude, tunc pars læſa damni accepit æſtimationem
ſimpliciter iurat, ac deinde reus ad eam quantitatem condẽ-
natur, niſi mediante ſuo iuramento minuat, ac moderetur æ-
ſtimationem ab actore factam, tex. eſt in art. 47. poſt princ. &
in art. 51. in fin. lib. 3. Ita ſimiliter quando agitur ex tertio c. l.
Aquil. pro animali, quod pecudum numero non continetur,
tunc reus ſoluendo Vvergeldum quoque liberatur, ſed ſi ani-
mal non habet expreſſum Vvergeldum, tenetur ſoluere æſti-
mationem, vt iam dictum eſt, vel ſimile animal eiuſdem va-
loris, & bonitatis præſtat. Sic enim inquit tex. Aues cantantes
caneſque venaticos poteſt quis compenſare alijs ſimilibus,
& ęquè bonis. Et glo. ibi hoc intelligit etiam de alijs animan-
tibus quæ magis voluptatis, quam vtilitatis cauſa aluntur, Si
verò mutilatur animal pecudum num. contentum, & quod
homines manducare ſolent, tunc dominus animalis retinet
illud animal, & mutilãs præſtat eius dimidium Vvergeldum,
de quo tex. ibi ar. 48 li. 3. Et de damno dato in rebus, quæ ani-
ma carent, addite text. in art. 38. lib. 2. vbi dicitur. Ille ex cuius
negligentia ſeu culpa alijs damnum infertur, illud emendare
ſeu reſarcire tenetur, ſiue aqua, ſiue igne id contingat.

A D D I T I O.

a *Conſtitutione decimaſeptima, parte quarta.*

§. Finalis.

1 *Actiones quæ dantur ex damno dato.*
2 *Actio directa, & vtilis, quo ad effectum idem important.*
3 *Damnum de corpore in corpus datum quando dicatur.*
4 *Damnum de non corpore in corpus datum quando dicatur.*
5 *Pecudes damnum facientes in agro an poſſint includi, & pi-
gnoris loco retineri.*
6 *Cuſtos carceris, qui propter miſericordiam alleuat debitorem
captiuum, ad quid creditoribus teneatur.*
7 *Qui dat occaſionem damni, ipſum damnum dediſſe videtur.*

1 AD intellectum huius §. ſciẽdum primo quod damno da-
to competat aliquando actio l. Aquil. directa, aliquando
vtilis, aliquando in factum ſubſidiaria, textus eſt hic. Dicitur
autem directa, quæ competit ex mente, & ex verbis le. 12. ta-
bu. vtilis verò, quæ non expreſſe conſtat ex verbis leg. 12. tab.
ſed per Iuriſconſ. ex interpretatione introducta eſt, le. penult.
2 ff. ſi quad. paup. fecił. dicat. Et licet ſit differentia inter actio-
nem directam, & vtilem, quo ad verba, tamen quo ad effe-
ctum, idem important idem enim quis conſequitur per vti-
lem, quod per directam l. antepe. ff. de neg. geſt. Actio vero
in factum eſt inuenta à prætore in ſubſidium, l. Aquil. in caſi-
bus, qui l. Aquil. non comprehenduntur, ſecundum Gloſſ. hic,
in verbo, In factum, Vbi l. 12. tabul non prouidit, neque alij
Iuriſconſ. per aliquam interpretationem, vtilem dederunt, &
tamen æquum eſt dare actionem ſecundum Plat. hic. Et de
hac actione in factum quotuplex alias ſit, in §. actionem, 18.
infra de actio. dicemus.
3 Secundò ſciendum poſt tex. & Gloſ. fin. hic, & Gl. in d. l. de
pecoribus, C. eo. quod damnum aliquando datur de corpore
in corpus, ita vt ex vtraque parte corpus immediatè interue-
niat: veluti, ſi manu tua occidas ſeruum meum, vel deijcias
eum de ponte in flumen, hic damnum dicitur datum corpo-
re proijciens in corpus ipſius ſerui proiecti. Et hoc caſu datur
directa actio, leg. Aquil. vt hic, & leg. qua actione 7. § ſed ſi
quis,

Digitized by Google

4 quis,ff.eod.Et notanda ſunt verba Bald. in d.leg de pecoribus damnum dicit datum de corpore,quãdo corporalis actus facientis eſt immediata cauſa damni, & in corpus, quando ex tali damno res immediatè efficitur deterior, vt in exemplo iã prędicto. Sed vbi actus corporalis non inducit detrimentum rei immediatè,vt eſt incluſio pecorum, per quam ſolam non deteriorantur pecora, tunc dicitur damnum datum de non corpore in corpus, conſiderato euentu, quod pecora fame necata ſunt. Sic quoque compellens animal alterius ad præcipitandum,ita vt non directè manibus ſuis præcipiter,ſed prę ſter cauſam præcipitandi, vtili Actione conuenitur, text.eſt hic. Aliquando è contrario à parte agentis ſolum interuenit corpus,& tunc damnum dicitur datur à corpore in non corpus: veluti,ſi quis ex manu alterius excutiat annulum,qui cadat in aquam,& quoque vtilis actio competit, l.ſi ſeruus, 27. §.ſi quis de manu,21.ff.eo. Et his duobus caſib.etiam actio in factum ſubſidiaria,locum habet, ſecun.Gl.fi. hic,& text.in l.ſi item obſtetrix,9.§.ſi quis hominem,& in l quemadmodum, 29.§.magiſtratus 7.ff.eo. Hinc Glo. in d.l.de pecoribus dicit, vbi locum habet vtilis Aquilia,ibi dari etiam in factum ſubſidiarium,ſed non cõtra quia, in caſu ſequenti competit actio in factum, ſed non vtilis Aqui. Aliquando enim datur damnum de non corpore in non corpus: veluti,ſi quis ex miſericordia liberat ſeruum alienum,quem Dominus ad caſtigandum poſuit in compedibus,qui poſtea aufugit,tunc nec directa,nec vtilis Aqu. locum habet ſed actio in factum ſubdiaria vt hic,& d. l.ſi ſeruum meum,§.fi.ff.eo.Porro circa tex. in

5 verb.Pecus incluſerit. I. Notabitis, quod ſi inueniam pecudẽ alienum in meo agro damnum dantem, de iure communi mihi non licet eam includere,& loco pignoris retinere,donec Dominus eius de damno mihi ſatisfacit, ſed cogor eam expellere, ſicut meam ac ſine lęſione, deinde pro damno accepto Dominum competentibus actionibus conuenire poſſunt, l. quamuis Cal.§.1.in l.quintus Mutius,39.ff.eo. Ita etiam poſſum eam capere & tenere, donec ſciatur Dominus, de quo vide Plat.hic.De iure autem Saxon. contrarium obſeruatur, per text.lib.2.at 47.ibi.[Pfeden oder eintreiben,]& ſi eiuſmodi animalia ſunt,quæ pignori capi nõ poſſint, permittit idem ius,ea adhibitis canibus abigere non obſtant,etiamſi à canibus

6 interficiantur,text.eſt in art.40.lib.2. II. Notabitis ex text.hic in fin poſt Ang.contra cuſtodes carcerum, qui propter miſericordiam aliquando alleuiant debitores captiuos, quia tenẽtur creditoribus ad intereſſe: nam qui ductus, miſericordia alium damnificat,tenetur actione in factum ad intereſſe textus,eſt hic,& in l.Si hominem,7.in prin.ff depoſ.Et de alieno non licet facere eleemoſinam, ſed potius dicitur ſpecies furti de alieno largiri.l.ſi pignore, 54.ff.de fur. Itaque ſi dolò quis ſeruum alienum vt fugeret, liberauit furti actione tenetur l.

7 & eleganter,7.§ idem Labeo.7.ff.de dolo.III. Notanda vulg. reg quam Glos.hic in verbo.mortuus, colligit ex text. noſtro, quod is qui occaſionem damni dat, ipſum damnum dediſſe videtur,l.cui occidit,30.§.in hac quoque euictione, ff.eo.& l. nihil, 15.ff.ad l.Corn.de ſica. Quod eſt verum, quando occaſio conſiſtit in actu propinquo ipſi damno,alias non item, vide Gloſs.in cap ſicut nobis ext.de teſtibus, quæ ita diſtinguit. Aut quis dat operam rei licitæ,aut illicitæ. Primo caſu ſi adhibet illam diligentiam, quam poteſt, non tenetur, de his, quæ poſtea ſequuntur, vt in d.§.in hac quoque actione in fi. Si verò non,adhibet illam diligẽtiam tenetur, d.§.in hac. Secundo caſu,quando dat operam rei illicitæ, ſeu per ei imputantur, quæ ſequuntur, vnde teſtis corruptus,& falſum deponẽs non ſolum puniendus eſt periurio,& falſo,ſed etiam de omni eo, & ex depoſitione ſua in qua proceſſit ſecundum Abb. nu.2. in d.c.ſicut nobis ext.de teſtibus.

DE INIVRIIS. TITVLVS IV.

1 *Iniuria quot modis, & qualiter in hoc titulo accipiatur.*
2 *Vt actio iniuriarum competat, dolus requiritur.*

IMperator in preſenti tit.quartam ſpeciem priuatorum delictorum,ſup.in princip.titu.de obliga. quæ ex delict. naſc.enumeratam proſequitur Iniuriam ſcilicet. Sed quia iniuria eſt verbum generale ideò in prin.quot modis,& qualiter in titu.noſtro accipiatur dice-

3 mus. Dupliciter enim vt genus, & ſpecie,capitur. Et iniuria generaliter ſumpta dicitur omne id,quod non iure fit, vt hic, l.1.in pri.ff.de iniurijs. In ſpecies verò trib. modis accipitur.I. Pro cõtumelia reali,vel verbali alteri illata, & ita ſumitur hic ſecund. gl.in d.l.1.ſuper verb.contumelia. II. Pro damno,culpa,& non iure dato,ſicut in tit.pręced.Et obiter notanda differentia inter has actiones,ſecund.Doct § iniuria, 2.ſup.de l. Aquil.quod etiam leuiſſima culpa in l.Aqu. ſufficit a l.in lege 44.ff ad l.Aquil.Sed in actione iniuriarum,ad hoc,vt competat,dolus requiritur ſeu animus iniuriandi,l.3.§.1.ff.eo.Ita in l.Aquil.agitur ad emendationem damni, ſed in hac ad vindictam,ſapit inſtar criminalis cauſæ,l.Prætor edixit,7.§.1.ff.eo. III.Accipitur Iniuria pro iniquitate,& iniuſtitia quadam, quando iudex iniuſtæ, & iniq; contra aliquem fert ſententiam de quo in princ. titu. ſeq.dicemus.

ADDITIO.

a *Ideo percutere volens ferrum,ſi percutiat alium, Aquilia tenetur,l.ſcientiam,45.§.qui cum,3.ad l.Aqu. iniuriarum non tenetur,l.5.de iniur. Aquilia enim factum iniuria, id eſt non iure factum perſequitur, etiam ſi animus contumeliæ faciendæ abſit,l.4.& 5.ad l.Aq. At iniuriæ actio contumeliam, & ideò animum iniuriandi vindicat,l.1.l.qui iniuriæ,13.l.vlt. & paſſim tot tit. de iniur. l.ſi non conuicijs, 5.C.eod.tit. vnde Iaſ.l.ſi per errorem, 15.nu.17.de iuriſd.*

§.Iniuria.

1 *Iniuria principaliter tribus modis fit.*
2 *Pœna condemnati in actione iniuriarum ciuili.*
3 *Criminaliter accuſatus in actione iniuriarum capite punitur.*
4 *Diſpoſitio iuris Canon. de compoſitione famoſi libelli.*
5 *Pandens famoſum libellum, an puniatur ſi auctorem indicet.*
6 *An infamans puniatur, ſi verum dixit.*
7 *Quod dicatur verbum iniurioſum, ſecundum Bartolum.*
8 *Tu mentiris, eſt verbum iniurioſum.*
9 *Vtens hoc verbo ad defenſionem ſuæ innocentiæ non tenetur iniuriarum.*
10 *Tu dicis falſum, non eſt verbum iniurioſum.*
11 *Verbum indifferens, in quam partem interpretandum.*
12 *Iniuriæ verbales, an compenſetur.*
13 *Porro iniuria verbali competit iniuriarum actio, ſiue præſente, ſiue abſente fiat.*
14 *An, & quando verum dicens iniuriarum teneatur.*
15 *Probans in iudicio crimen obiectum, an teneatur.*
16 *Vocans quem in iudicium. & ſuccubens, tenetur.*
17 *Reus obijciens turpem exceptionem, & non probans, an iniuriarum teneatur.*
18 *Cautela pro reo excipiente.*
19 *Diffamans aliquem de paupertate, qui eſt diues, iniuriarum tenetur.*
20 *Recuſans accipere idoneum fideiuſſorem, tenetur iniuriarũ.*
21 *Affectans matrem familias, iniuriarum tenetur.*
22 *Vtens turpibus verbis iniuriarum tenetur.*
23 *Prætextatus, & prætextata, quomodo hic accipiantur.*
24 *Prætexta qualis fuerit veſtitus.*
25 *Indutus veſte aliena, quam ei portare non licet; ſi faciat in alterius ignominiam, iniuriarum tenetur.*
26 *Iudæi & meretrices notam in veſte portare debent, qua agnoſci, & diſcerni ab alijs poſſint.*
27 *Ruſticus vtens veſte longa ſubancta varijs in deriſionem Doctorum, iniuriarum tenetur.*

1 TRibus principaliter, modis iniuriã fieri Imperato. in hoc §.tradit, re ſcilicet, verbis, & literis, in effectu autem duplex eſt iniuria, realis, & verbalis. Realis dicitur, quando manus inferuntur, ita vt corpus verberibus afficiatur, & de hic in §.ſed; & lex Corn.infr. eodem dicetur. Verbalis dupliciter fit. Primo verbis, quando quis ad ignominiam alterius verba contumelioſa profert. Secundo literis, quando quis librum ad infamiam alicuius ſcribit, vt hic. Et hoc procedit

a I Non ſolum in conficiente librum famoſum, a ſed etiam in compo-

ADDITIO.

a *Diſtinguendum inter famoſum libellum, & iniuriam ſcriptam, l.5.§.ve de iniu. Sicut, & conſt.44.8. vl. diſtinguit ab iniuria de qua conſt.42.& poſt conſt.46.vult famoſi libelli eſſe perpetuam actionem. Scripta vero iniuria annalem. Famoſus libellus eſt, quo obijcitur ſpeciale certum, & famoſum, & ſi, verum ſit crimen, vt latrocinij, cadis adulterij, &c. incerto auctore. Iniuria qua nullum tale crimen obijcitur, ſed contumelia aliqua qua exiſtimatio læditur, vt ſi quis ſpurius in ſcripto nominetur, aut in genere criminis arguatur, vt ſi appelletur criminoſus, ſceleſtus, nebulo. Maior itaque eſt pœna famoſi libelli quia maius crimen, conſt.54.par.2.*

Digitized by Google

componente carmen, cantilenam, hiſtoriam, vel aliam ſcri-
pturam infamatoriam, l. lex Corn. 5. §. ſi quis librum 9. & l.
item apud Labeonem, 15. §. generaliter, 29. verſ. Hæc autem
fere, ff. eod. II. In eo, qui non compoſuit, ſed ſolum ſcripſit, ſe-
cundum Io. Fab. hic. III. In eo, qui ſolum reperit, legit & non
corrupit, ſed doloſè manifeſtauit, l. vnic. C. de famo. libel. IV.
In eo, qui emendum, vel vendendum famoſum libellum cu-
rauit, d. l. Cornelia, §. eadem pœna, 10. ff. eod. V. Non diſtin-
guitur, ſiue ſuo, ſiue alterius nomine quis ſcripſit, vel edidit, d.
§. ſi quis librum. Item ſiue exprimatur nomen diffamati, ſiue
non, quia forte dicit, ſunt aliqui proditores in ciuitate, qui fu-
rantur communes pecunias, & hoc caſu cũ difficilis ſit pro-
batio, publica accuſatio cuilibet de populo cõpetit, l. quod Se-
natuſc. 6. ff. eod. Quando vero nomen diffamati eſt expreſsũ,
tunc ciuiliter, & criminaliter diffamatus pro libitu agere po-
teſt, & quando ciuiliter agit, æſtimari iniuriam illatam, ad cer-
tam quãtitatem pecuniæ, quam petit ſibi applicari, vt in §. pœ-
na, inſt. eod. dicetur. Et hoc caſu efficitur condemnatus inte-
2 ſtabilis, d. § ſi quis librum, adeo, vt nec teſtis eſſe, l. ob carmen
21. ff. de teſtibus nec teſtamentum condere poſſit, l. is cui, 18.
§. 1. ff. de teſta. Quãdo autem criminaliter agit diffamatus cu-
ius nomen eſt expreſſum, pœna capitis imponitur, d. l. vnica.
3 Idem, quando nomen non eſt expreſſum, & aliquis de popu-
lo agat: quia is ciuiliter iniuriarum agere nõ poteſt, ſed com-
petit publica accuſatio criminalis ad pœnam capitalem, d. leg.
quod Senatuſc. Quod eſt verum, ſecundum Gloſ. fin. & Gloſ.
in verbo. Si quis, in d. l. vnica, quando crimen, quod in libel-
lo, vel carmine famoſo alteri obijcitur, eſt tale, pro qua pœna
4 capitalis imponitur, alias ſcribens famoſum libellum non pœ-
na capitis, ſed ſimilitudine ſupplicij puniri debet, quod etiam
ſequitur Salic. ibi, & Plat. hic, num. 11. & Gloſ. in cap. Si quis,
3. cauſ. 5. q. 1. De iure vero Canon. famoſum libellum confi-
ciens flagellis cæditur, & excommunicatur, d. c. Si quis, & c.
Qui in alterius, 1. cauſ. 5. q. 1. Sed circa prædicta quærit Sal. in
5 d. l. vnica. An is qui pandit libellum famoſum, puniatur, ſi au-
thorem demonſtret? Et concludi, vtrumq; puniri, tam autho-
rem, qui compoſuit, quam propolatorem, per text. in d. l. vni-
ca. Sicut vtens ſcienter inſtrumento falſo punitur, licet con-
ſtet de authore, l. ſi falſos, 8. C. ad leg. Cornel. de fal. Quod di-
ligenter notabiris cõtra conuentum actione iniuriarum, pro
qualibet iniuria verbali, quia non iuuatur, etiamſi dicat, ſe ex
6 alio audiuiſſe, & authorem indicat. Nam hoc caſu, autho-
rem indicare nihil prodeſt, & ita pronunciatur. Porro prædi-
cta procedunt, quando conficiens libellum famoſum falſum
ſcribit: ſecus, ſi dixit, quod Reipubl. intereſt manifeſtari. Nam
tunc non ponitur, nec iniuriarum tenetur, Gl. eſt hic in ver-
bo, fuerit. Et licet Gloſ. in d. l. eum, qui in princ. ff. eod. contra-
rium velit, teneri ſcilicet eum, ſiue verum, ſiue falſum dicat,
per tex. in d. l. vnica. Communior tamen eſt opinio, nõ teneri
ſi verum dixit, & intereſt Reipubl. Secus, ſi falſum dicat, vel
a etiam verum, quod tamen non intereſt Reipubl. *a* in lucem
proferri, ita vt d. l. vnica intelligatur, ſecundum d. l. eum qui.
Et hæc opinio, tanquam æquior tenenda eſt, per leg. interpre-
tatione, 14. ff. de pœn. & facit opt. tex. in d. cap. qui in alterius,
cauſ. 5. quæſtio. 1. vbi dicitur: Qui in alterius famam publicè
ſcripturam, aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus
ſcripta non probauerit, flagelletur, & qui eam primus inue-
nerit, rumpat, ſi non vult authoris facti cauſam incurrere, &
ſubijcit ibi Gloſ. poteſt tamen probare crimen ſi vult, alle-
gans ad hoc ibi d. leg. eum qui in princip. Et hanc ſententiam
ſequuntur. Cyn. & Salic. in d. l. vnica, & Angel. in d. leg. eum
qui, & Plat. hic.

Tum porrò committitur iniuria verbalis ſolis verbis, ſine
interuentu literarum, quando, ſcilicet quis aduerſus aliũ pro-
fert verba contumelioſa, quæ bonis moribus improbantur,
& ad infamiam, iniuriam, & inuidiam alicuius ſpectant, ſe-
cundum Iuriſc. in d. l. item apud, §. ſed quod adijcitur, 5. ff. eo.
7 Et ſecund. Bart. in d. l. item apud §. ait Prætor, dicitur verbum
iniurioſum, per quod, ſiue in genere, ſiue in ſpecie obijcitur
aliquod delictum commiſſum, veluti, ſecund. eundem Bart. in
l. etſi pepercerit, 3. in princ. ff. de lib. & poſth. Si quis dicat, tu
fur, latro, homicida, &c. licet non deſcendat ad ſpeciem, ex-
primẽdo, cui furatus ſit, vel quem occiderit, per taliam enim
verba, quodammodo redditur quis infamis infamia facti,
cum eius opinio apud bonos, & honeſtos viros multum læ-
datur, & grauetur, ſecundum Alex. de Imol. in d. l. & fin. Nec
intereſt, ſiue proferantur in cœtu hominum in eum vociferatio-
ne, quo caſu proprie conuitium dicitur, ſiue non, d. leg. item
apud. § conuitium, 7. & § ex his apparet, 11 Ita quoque dice-
8 re. Tu mentiris, eſt verbum iniurioſum, quia improperat ma-
leficium, ſecun. Bart. in d. § ait Prætor. Et hoc procedit, etiam

b ſi quis vtatur *b* proteſtatione, & dicat: Tu mentiris, ſaluo ho-
nore tuo, vt inquit Bart. in leg. ſi quis extraneus, 11. princ. per
text. ibi, ff. de acq. hær. Quoties enim proteſtatio eſt actui cõ-
traria, qui geritur, tunc illam non releuat, c. Solicitudinem,
54 de appell. & not. in c. Cum M. Ferrarienſis 9. ext. de conſt.
& per Bart. d. l. non ſolum, §. morte, ff. de noui oper. nunc. Sed
cum quis ad defenſionem ſuæ innocentiæ, & honoris conſer-
uandi gratia, alicui obijcienti crimen dicat: Tu mentiris, iniu-
9 riarum actione non tenetur, ſec. Bart. in l. quæ omnia, 25. §. 1.
c per tex. ibi, ff. de procur. Item prouocatus *c* ſi ita reſpondet, ei
ignoſcendum eſt, l. qui cum maior, 14. ſi libertus, ff. de bonis li-
ber. & facit doctrina Doct. in l. 1. C. vnde vi, vbi afferunt lici-
tam eſſe defenſionem cum armis, ſi cum armis ſit offenſio, &
ſi ſine armis quis offenditur, par eſſe, vt quoque ſine armis ſe
defendat: quia æqualitas armorum requiritur, vt notatur in
l. 1. vt vim, 3. ff. de iuſtit. & iure. Et de his vide plura per Alex.
& Doct. in d. l. etſi pepercerit, Iaſ. & alios in l fi. ff. quod quiſ-
que iuris. Abb. in cap. cum te, 23. extr. de ſent. & re iud. & An-
10 gel. de malefic. ſupr. verb. verba iniurioſa, verſ. quid autem ſi
dixerit verbum iniurioſum. Notandum tamen, per illa verba
tu dicis falſum, non inferri iniuriam, quia non intelligitur,
quod ex certa ſcientia, & ſic doloſè tu falſum dicas: ita nota-
biliter determinat Salic. in l. de tutela, 7. C. de integrum reſtit.
ſubijciens, elatos, & ſuperbos in continenti talia verba aſſu-
mere, in ſuam iniuriam victa, quod ſecundum Iaſ. in d. l. etſi
pepercerit, diligenter notab. Falſum enim largiſs. ſignificat
omne, quod non eſt verum, ſiue doloſè dicatur, ſiue ſine do-
lo. De quo Bart. in l. quid ſit falſum, 23 ff ad leg. Corn. de falſ.
11 Succedit igitur optima theoria. Bartol. in conſ. 108 Quando
verbum aliquod profertur, quod eſt indifferens, & poteſt ſo-
nare iniuriam, vel non tunc debere in mitiorem partem ac-
cipit, allegatque Bart. ad hoc text. in d. l. interpretatione, cum
ſimil. ff. de pœn is, & facit opt. text. in c. is autem, 4. cauſ. 2. q. 2.
vbi dicitur. Nemo mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum,
quod patet verum quia quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe,
12 ſed fallitur: Circa prædicta opportune quæritur. [An iniu-
riam verbalem liceat alia iniuria verbali repellere?] Exempli
gratia, pone, vocaſti me latronem, & ego viciſſim à te pro-
uocatus, appellaui te furem vel etiam latronem, quæritur, an
cuilibet noſtrum competat actio iniuriarum, ita vt nos inui-
cem accuſſare poſſumus? Et videtur dicendum, quod nõ quia
vita, & fama æquiparantur, l. iuſta, 9. in princ. & ibi Gloſ. ff. de
manu. vind. Sicut igitur ad defenſionem vitæ, vim vi repelle-
re licet, ita quoque ad defenſionem honoris iniuriam iniu-
d ria retorquere permiſſum videtur. *d* Item vulgata eſt regula
iuris, paria delicta mutua compenſatione tolli, c. fin. extra de
adul. & l. viro, atque vxore, 39 ff ſol. matrim. Præterea facit
id, quod ſupra ex Bart. in l. quæ omnia, 25 §. 1. ff. de procurat.
adductum eſt, quod ſcilicet quis ad defenſionem ſuæ inno-
centiæ, poteſt dicere alteri, tu mentiris. Contrarium tamen
affirmat Spec. in titul. de accuſatore, §. primo. Videlicet, quẽ-
libet de iniuria ſibi illata agere poſſe, licet par ſit iniuria, alle-
gans ad hoc leg. neganda, 19. C. qui accuſari non poſſunt, quæ
eſt Canonizata in cap neganda, 2. cauſ. 3. quæſt. 11. & text. in
capitulo veniens, 16. in princip. extra, de iureiur. ibi, [alterna-
tim.] Vbi iniuria fuit reciproca, & tamen non compenſatur.
Et facit ſecundum Panormit. in d. cap. cum te, alia ratio, quia
non licet mihi percutere eum, qui me percuſſit, ſi hoc non
facio ad defenſionem, ſed ad vindictam, vt notat in d. leg. vt
vim, & in d. leg. Cod. vnde vi, & per Abb. in cap. olim, 17. ext.
de reſtit. ſpoliat. Hic enim efficitur eodem modo, nec licere
inferre iniuriam verbalem ad vindictam inferenti. Nemini
quippe licet propria authoritate ſe vlciſci, vt per totum tit.
Cod. quando licet vnicuique ſine iudice ſe vindicare. Et per
hæc reſpondetur ad primum fundamentum, ſec. Dec. in d. l.
vt vim, in fi. hoc arg. in terminis noſtris de defenſione corpo-
ris, ad defenſionem honoris non procedere, quia termini nõ
ſunt pares. Pro vita enim tuenda agitur de defenſione vitæ,
ſed in iniuria verbali agitur de vindicta. Si enim mihi iudic is
iniuriam verbalem, illi eſt iam illata, & remoueri non poteſt.
Qua-

ADDITIONES.

a *Boer. conſ. 4. & ſic pronunciatur.*

b *Iniuria verbis facta, an honoris præfatione tollatur, vide Gayl. 2. Obſeru. 101.*

c *Prouocatus an iniuriam retorquere poſſit, vide Gayl. 2. Obſeru. 100.*

d *Purgandi, & defendendi cauſa, ſicut in dubio præſumitur, Gã. tract. de maleſic. de deſen. reo. nu. 5. & ita ſeruatur.*

Quare ſi infero tibi allam iniuriam verbalem, videtur dicta,
non ad defenſionem ſed ad vindictam, quod nō licet, vt iam
relatum eſt. Nec obſtat dictum Bartol. in d. l. quæ omnia, § 3.
quia agitur ibi de defenſione, vt repellatur delictum obiectū,
& negatur in effectu, quod dictum eſt, nec fit ad vindictam,
quare etiam illud in alia iniuria verbali, quæ ad vindictam
tendit, locum non habet, & ita reſpondet Decius in dicta l. vt
vim. Preterea non obſtat, quod paria delicta mutua compen-
ſatione tolluntur: quia illud ſecundum Bart. in d. l. viro, proce-
dit, quoties crimina circa idem factum committuntur, veluti
mutuum adulterium vxoris, & mariti, idem matrimonium
concernit, & ad eundem finem ciuiliter agitur, ſcilicet ad diſ-
ſoluendum matrimonium, & lucrandum dotem: ſi ſunt di-
uerſa facta, vt in d. l. neganda. At hic ſunt ſeparatæ iniuriæ, &
verſantur circa diuerſa facta, nec iniuria iniuriam proſequē-
do propulſatur, de quo plura vide poſt Specul. in tit. de accu-
ſatore, §. 1. Iaſ. & Dec. in d. l. vt vim, in fin. & Abb. in dicto c,
Cum te, ex de ſent. & re iud. vbi ita diſtinguit. Aut dixi tibi
iniuriam potius animo purgandi, & defendendi cauſa me ab
iniuria, quam inferebas, qua vindicandi, & non teneor actio-
ne iniuriarum: veluti, ſi obijcienti mihi crimen, dicā, tu men-
tiris. Aut conuitium meum concernit aliud factum, ita vt nō
veniat ad innocentiam meam defendendam, & vterque po-
teſt agere de iniuria illata, per prædicta. Ex ſupradictis igitur
13 conſtat, pro iniuria verbali illata, & actionem iniuriarum
competere, quod ampliatur procedere. I. Siue abſenti, ſiue
præſenti conuitium fiat. Quare ſi quis te abſente ad domum
tuam, vel tabernam veniat, & contra te vociferetur, dicitur
tibi feciſſe conuitium, adeoque iniuriarum tenetur, text. eſt
in d. leg. item apud §. conuitium, ff. eodem. II. Ampliatur,
etiamſi verum dicat De hoc tamen ſunt variæ opiniones Do-
ctor. quas refert Abb. in d. cap. Cum te. Et licet Canoniſtæ, vt
hic refert. Io. Fabr. teneant regulariter, iniuriantem, ſiue ve-
rum, ſiue falſum dicat, ſiue interſit Reipubl. ſiue non teneri.
14 Tamen à Doct. ita communiter diſtinguitur. Auth. id quod
obijceretur, eſt verum, & expedit Reipubl vt detegatur, &
obijciens non tenetur iniuriarum, nec curandum eſt verum
ſit tale quid, quod prouenit culpa eius, cui obijcitur, vt hoc
nomine publicè accuſari poſſit: vt quia vocatur quis homici-
da, intereſt enim Reipub. vt maleficia puniantur, vulg. leg. ita
vulneratus, 51. ff. ad l. Aquil. & homicida quod facit expecter,
leg. 3. C. de Epiſc. aud. an vero ſit tale, quod non prouenit ex
culpa, ac proinde nec publicę accuſationi locum facit, vt quia
vocatur leproſus, vel ſpurius intereſt enim Reipubl. ne lepro-
ſi conuerſentur cum alijs, cap. 1. ext. de coniug leproſ. Quare
obijciens non punitur, per text. in leg. eum, qui condemnari;
peccata enim nocentium nota eſſe oportet, & expedit, & fa-
cit leg. quod Reipublicæ, 35. ff eodem. Aut id quod obijcitur
non intereſt Reipubl. vt quia eſt pauper, claudus, cæcus, &
tunc licet hoc verum ſit, tamen obijciens iniuriarum tenetur
argumento d. l. eum qui, & l. 2. in princ. §. quid enim tam du-
rum, Cod. quando, & quibus quarta pars, libr. 10. De quo la-
tius vide Cyn. in d l. ſi non conuitij, & Bart. in d. leg. eum qui,
Sal. in l 3 C. eod. Bald. Plat. Ang. hic, & Ioan. And. in addit. ad
Spec in tit. de iniurijs. Alexand. & Iaſ. in d. l etſi pepercerit, ff.
de liber. & poſthum vbi D. Iaſ. hanc communem opinionem
eſſe atteſtatur, num. 7. III. Ampliatur, ſiue extra iudicium, ſi-
ue in iudicio injuria verbalis inferatur, ita tamen, vt primo
caſu attendatur, an verum ſit conuitium, & Reipubl. interſit,
15 vel non. Secundo vero caſu, quando obijciens in iudicio pro-
a bat *a* crimen obiectum ſiue agendo, ſiue excipiendo, iniu-
riarum non tenetur, quia iuris executio non habet iniuriam,
l. iniuriarum, 13. §. is, qui de iure, ff. eod. Exempli gratia, ſe-
cundum Ioan. Fab. hic, quando quis agit petitione hæredita-
tis, poteſt ei obijci, quod ſit ſpurius, & mater meretrix. Spu-
rij enim, cum incertum habeant patrem ei non ſuccedunt,
vt notatur in § nouiſſimè, 3. ſupra de Senatuſc. Orfic. Et obi-
ter notate pulchrum dictum D. Hieronym. quod refert Ioā.
Andr. in add. ad Specul. in tit. de iniur. ſuper verbo, Meretri-
cis. Bene eſt liberis, quibus nec de matre erubeſcendum, nec
de patre dubitandum eſt. Quando vero non probat, tunc
16 pro pleniori doctrina. I. Quæro de actore, An vocans ali-
quem in ius, & ſuccumbens, iniuriarum conueniri poſſit? &
text. eſt in d. l. iniuriarum, §. ſi quis per iniuriam, & in d. leg.
item apud, §. ſi quis libello, ff. eod. quod ſic, ſiue ciuiliter, ſiue
criminaliter agatur, ſecundum Gloſ. in d. §. ſi quis libello. Et
hoc ſecundum Ioan. Fabr. hic indubitate verum eſt, quoties
trahit aliquem in iudicium ſuper tali facto, ex quo æſtimatio
lædi poteſt, etiam in ciuili iudicio: veluti, ſi dicat cum ſer-
uum, vel debitorem magnę quantitatis, leg. ſi quis de liberta-
te 12. & l. ſi creditor, 19. ff. eod. Item hoc procedit, quando fa-
cit animo iniuriandi, d. §. ſi quis per iniuriam, & d. l. ſi quis de
libertate, & d. l. ſi creditor, & hoc præſumitur, ſi ſuccubuit, &
nulla iuſta cauſa vocationis ipſum excuſans apparet, quo ca-
ſu etiam victus victori condemnatur in expenſis ſicut nota-
tur in leg. properandum, 13. § ſiue autem, 6. Cod. de iudic. &
in cap. Finem litibus, 5. extr. de dolo, & cont. Alias ſecus, quā-
do non animo diffamandi quem vocat in ius, quia apparet
iuxta cauſa litigandi. Nam etiamſi ſuccumbat, tamen iniu-
riarum non tenetur, ſecundum Ang. Peruſ. in d. §. ſi quis per
iniuriam, & in d. §. ſi quis libello, per l. mater, 2. & leg. qui non
probaſſe, 3. Cod de cal. Sicut etiam hoc caſu non condemna-
tur in expenſis, vt not. in d. §. ſiue autem & d. cap. Finem liti-
17 bus, extr. de dolo, & contr. II. Quæro de reo, qui obiecit tur-
b pem exceptionem, *b* & eam non probauit, an teneatur iniu-
riarum? Et in effectu eodem modo diſtinguitur. Aut enim
excepit animo diffamandi, & hoc conſtat, & tunc iniuriarum
conueniri poteſt, aut dubitatur, & licet Ioan. Fabr. hic dicat,
non præſumi calumniam, & excipientem intelligi obieciſſe
ad ſui defenſionem, tamen communiter à Doct. contrarium
tenetur, ex defectu probationis inſurgere præſumptionem
calumniæ, quæ cum qualitate verborum contumelioſa vin-
cit præſumptionem, quæ faciebat pro excipiente. Ideoque
iniuriarum tenetur, niſi alia appareant, quæ præſumptionem
illam excludant, de quibus vide Ioan Andrea in add. de Spe-
cul. in d. tit. ad accuſ. §. 1. mihi num. 35. Sal. in d leg. ſi non con-
uitij, in fin. Ang. in tract. de maleſi ſupr. d. verb Verba contu-
18 melioſa, verſic. Quid ſit turpis exceptio, & Bald. in leg fin. ff.
quod quiſ. iur. vbi dicit bonum eſſe, ſi excipiens proteſtetur,
ſe non facere animo iniuriandi ſed ſui iuris conſeruandi cau-
19 ſa, vt ſupra, in ſimili dictum eſt, de eo, qui dicit. Tu menti-
ris. Porro circa text. § noſtri notandum eſt, quod diffamare
aliquem de paupertate, qui eſt diues, non ſit minima iniuria,
leg ſi creditores, 16. in fin. ff. de priuil. cred (al. eſt leg. 31. in
tit. de rebus act. iud. poſſit) & leg qui quis, 5. §. in verſic. Ege-
ſtate ſordentibus, Cod. ad l. Iul. ma. Itaque is, qui ſcienter facit
ſe mitti in poſſeſſionem bonorum alicuius abſentis, quaſi ſit
debitor ſuus, cum tamen non ſit, iniuriarum tenetur, licet iu-
dicialiter hoc factum ſit quia per hoc diffamauit abſentem,
quaſi non ſit ſoluendo, & oſtendit vtilitatem rei familiaris
ipſius, quod inhumanum eſt, & durum d. l. 1. Cod. quando,
& quibus quar. par. libr. 10. Secus, ſi erat verus debitor, & in-
trauit iudicis authoritate, tunc enim, quia iure ſuo vtitur, nul-
lam facit iniuriam, ſecundum Gloſ. hic, in verbo intelligebat.
Alioqui ſi propria authoritate occuparet bona debitoris, te-
neretur nedum actione iniuriarum, leg ſi iniuriæ, 20. ff. eod.
verum etiam amitteret ius ſuum, puta debitum, leg. extat, 13.
20 ff. quod metus cauſa. Ita quoque is, qui recuſat recipere
idoneum fideiuſſorem, tenetur iniuriarum, non ſolum ei qui
obtulit, ſed etiam fideiuſſori, leg ſi vero, 5 §. 1. ff. qui ſatiſ cog.
quem text. notabitis, ſecundum Paul. de Caſtr. & Doct. ibi
contra iudices, qui retinent in carceribus pro pęna pecunia-
ria illum, qui vult idoneę ſatisfacere, quia tenentur in Syndi-
catu de iniuria.
21 Vltimo ex §. noſtro notandum, quod actione iniuriarum
teneatur is etiam, qui matrem familias, id eſt, notę authorita-
tis fęminam, leg. 1. §. fin. ff de lib. exhib. & leg. pronunciatum,
46. § 1. ff. de verbor. ſignifi vel prætextatum, vel prætextatam
affectatur, id eſt, qui tacitus eam frequenter inſequitur, quo-
cunque vadat. Aſſidua enim frequentia præbet quaſi non-
nullam infamiam, d. l item apud Labeonem, §. aliud eſt appel
22 lere, 22. Item & is, qui eam appellat, id eſt, blando ſermo-
ne eius pudicitiam attentat, d. leg. item apud, §. appellare, 20.
& quoque is, qui turpibus verbis vtitur, licet non tenet pu-
dicitiam, tamen quia contra bonos mores facit, iniuriarum
teneatur, d. §. appellare. Quod eſt verum in muliere hone-
ſta, ſecus in inhoneſta, vel etiam in honeſta, in veſte tamen
ancillari, vel meretricia incedente. Talis enim quis eſſe præ-
ſumitur, in quali habitu reperitur, dicta l. item apud §. ſi quis
23 virgines, 15. Accipimus autem hoc loco prætextatum, &
prætextatam ſecundum Budæum in annotat. ad Pandectas,
ſuper leg fin. de Senat. pro adoleſcentib & puellis, ipſo habitu
ingenuitatē præ ſe ferentibus, ſic vt omnis excuſationis occa-
ſio præcidatur delinquenti. Dicebatur. n. prætextata ea toga,
cuius

ADDITIONES.

a *Veritas conuicij, an excuſet iniuriantem, vide Gayl. 2. Obſeru. 99. Mynſing. 4. Obſeruat. 4.*

b *Vide Boer. conſil. 4.*

cuius circuitus purpura prætextus erat, & erat nota pupilla-
ris, ſiue impuberis ætatis, leg. 3. §. fin. ff. de liber. exhib. Vnde
24 apud Mar. prætextata amicitia dicitur, quæ in pueritia cæ-
pta eſt, & erat quoque ingenuitatis indicium, quo generoſi
pueri donabantur. Affectari igitur prætextatum, eſt pudo-
rem pueri ingenui, vel puellæ ſugillare, & notam infamiæ,
tanquam ſcorto inutere. Solent enim ſecundum Budæ. ho-
die perditiſſimi homines, dum ſugillare volunt puella, aut
mattone opinionem, improbiore petulantia in publico eis
ad ambulare, quaſi ſcortum ad locum conſtitutum affectan-
tes, & hi iniuriarum tenentur, de quo vide etiam hic Baldui-
num. Et ex his ſequitur, interpretationem Accurſij hic, ſup.
25 verbo. Prætextatum non ſatis aptam eſſe. In effectu tamen
quo ad res eſt vera per tex. in d. l. item apud §. generaliter, 27.
26 cum § ſeq. Indutu enim veſte, quam non licet ei portare,
ſi hoc facit ad ignominiam alterius, iniuriarum tenetur, di-
cto §. generaliter, & l. veſtem, 39. ff. eod. Veluti ſi meretrix,
vtatur veſte honeſtarum matronarum. Hinc ſumpſit occaſio
nem ſtatutum in quibuſdam ciuitatibus, quod meretrices te-
nentur portare aliquod ſignum de panno in humeris, vt di-
ſcernantur ab honeſtis fœminis. Iudæi enim, & meretrices
cogi poſſunt ad portandum habitum diſtinctum à Chriſtia-
norum, & honeſtarum mulierum habitu, ſecundum Paul. de
27 Caſtr & Doctor. in l. minimè, 4. per text. ibi C de epiſcop.
aud. Ita quoque Ruſticus ſi vtitur veſte longa ſubducta va-
rio, in deriſionem Doctorum, iniuriarum tenetur Ioan. Fab.
& Ang. hic iubent hæc notari contra eos, qui tempore bac-
chanalium vtuntur Cappa Eremitarum, vel Religioſorum,
quod Monachi contra eos iniuriarũ agere poſſint facit text.
in cap. fi. Nou. 123. de Sanctiſ. Epiſcop. adde Gloſ. in cap. cum
decorem, 12. extra de vita, & honeſtate cleric. Et pro conclu-
ſione huius §. notandum, pluribus alijs modis iniuriam fieri
poſſe. Quodcumque enim quis fecerit, & dixerit, vt alium in-
famaret pro hoc actio iniuriarum competit d. l. item apud §.
generaliter, ff. eod.

§. Patitur autem.

1 *Quibus, & pro quarum perſonarum iniuria, actio iniuria-
rum competat.*
2 *Iniuria aliquando mediatè, aliquando immediatè infer-
tur.*
3 *Patri competit actio iniuriarum ex iniuria filio illata.*
4 *Secus in filio emancipato.*
5 *An pater naturalis tantum poſſit agere iniuriarum nomine
filij naturalis tantum.*
6 *Iniurians filium familias quem ignorabat eſſe filium fami-
lias, patri non tenetur actione iniuriarum.*
7 *Exercitium actionis, non filio familias, ſed patri compe-
tit.*
8 *An pater inuito filio poſſit remittere iniuriam, in præiudiciũ
filij.*
9 *Actio iniuriarum competit marito pro iniuria vxori illata.*
10 *Contumelia facta ſponſæ, fit ſponſo.*
11 *Pro iniuria illata filiæfamilias nupta, quotuplex actio na-
ſcatur.*
12 *Pater naturalis filiæfamilias nuptæ, præfertur ſocero in hac
actione exequenda.*
13 *Diſpoſitio iuris Saxon. in hoc caſu.*
14 *Vxori pro iniuria viro illata, actio non competit.*
15 *Frater pro iniuria fratri illata, ciuiliter agere non poteſt.*

1 HÆc eſt ſecunda pars tituli, noſtri in qua Imper. ſubijcit,
quibus, & pro quarum perſonarum iniuria, actio iniu-
riarum competat. Paſſo enim iniuriam ſiue per ſe, ſiue per
2 alium hæc actio datur. Infertur enim iniuria, aliquando im-
mediatè, in alicuius propriam perſonam, veluti cum patrifa-
milias, vel domino directo fit iniuria. Aliquando mediate,
quando quis in conſequentiam patitur iniuriam, per alias per
ſonas, ratione poteſtatis ei ſubiectas, vt per filios, & ſeruos
vel affectus, vt per vxorem, & nurum, vt hic, & l. 1. §. item aut
ff. eo. Patri igitur ex iniuria illata filio, naſcitur ẽt ciuilis actio
iniuriarũ, ita vt, & filij, & ſuo nomine iniuriarum agere poſ-
3 ſit, etiamſi filius ſit impubes, l. 3. § 1. ff. eo. Et vſque adeo iniu-
ria, quæ fit liberis noſtris, ad nos pertinet, vt licet etiam volẽ-
tibus ijs fiat, nobis tamen actio competat, non autem filij nõ-
mine, cum volenti non fiat iniuria, d. l. 1. §. vſque adeo, 5. & l ſi
quis ſeruum meum 26. ff. eod. Et hæc I. limitatur procedere
quando filius adhuc eſt in patria poteſtate; ſecus, ſi eſt eman-
cipatus. Tunc enim pater pro iniuria filio emancipato illata,
agere non poteſt. Aut enim agere ex perſona filij, & non
poteſt quia nõ habet eum in poteſtate, l. ſed ſi vnius, 17. §. vlt.
iuncta Glo. in verbo, emancipatus ff. eod. Aut vult agere no-
mine proprio, ex ſua perſona, & quoq; non poteſt, quia hoc
caſu non intelligitur, pater iniuriatus, ſecundum Cyn. in d. l. ſi
non conuicij, num. 7. Et licet Gloſ. hic in verbo Patris, con-
trarium teneat prædicta tamen ſententia eſt verior, & com-
munior, quæ fundatur hic, & in text. in verbo poteſtate, &
confirmatur per text. & Gl in d. leg. Si vnius, §. vlt. & tenetur
à Doct. hic, etiam per hanc rationem, quia actio iniuriarum
5 patri proprio nomine non competit, quando filius eſt affe-
ctus iniuria, & creditur eſſe pater familia cum non ſit l. eum
qui 18. § 6. ff. eod. Multò minus quando filius, eſt verè pater-
familias, de quo latius Doct. hic. Ex quo etiam ſequitur, pa-
trem naturalem tantum. Pro iniuria illata filio naturali, in-
iuriarum non agere, quia non habet eum in poteſtate, vt ſu-
pra, de patria poteſtate, in princip. II. Limitatur prædicta
6 procedere, quando iniurians ſcit eum, cui infert iniuriam,
eſſe filium familias: licet ignoret in cuius poteſtate ſit, tunc
enim, præſumitur habere animum iniuriandi, etiam patri.
Secus ſi ignorabat eum eſſe filium familias tunc enim non
poteſt videri iniuriam patri facere, cum affectus iniuriam fa-
cientis in hunc, tanquam in patrem familias conſiſtat text.
7 eſt in d. l. cum qui, §. fin. ff. eod. Ex quibus colligitur, quod licet
filio familias actio iniuriarum competat, exercitium tamen
actionis non ipſe, ſed pater eius habet, & præfertur etiam
filiofamilias procurator patris generalis, vel ſpecialis niſi ip-
ſe pater, vel procurator ſit abſens, vel non idoneus, d. l. ſed
ſi vnius, §. ait Prætor, 10. cum aliquot, §§ ſequ. ff. eod. Sed
8 iam quæritur. At poſſit pater filio inuito iniuriam remittere
in præiudicium filij. Et de hoc eſt text. in d. l ſed ſi vnius §.
planè 12. vtriuſque nomine patrem, iniuriam remittere poſſe.
Præſumitur enim non ſine cauſa hoc facere, cum iniuria
quodammodo plus ſpectat ad patrem, quam filium arg. l. ſi l
8. § ſi. iuncta Gloſ. final ff. quod met. cauſ Niſi honeſtior per-
ſona ſit filij quam patris. Noſtri enim prudentes iudicarunt,
ſordidum patrem non debere generoſo filio quandam de ge-
neris humiliſque animi notam inurere, facili remiſſione in-
iuriarum, d §. planè. Semper tamen ſancta, & honeſta perſo-
na patris filio videri debet, l. Liberto, ff. de obl. ſequ. parent. &
patro. præſt. De quo vide Bart. in l in perſona, 30. ff. de pact. &
in d. §. planè.
9 Secundo ex §. noſtro notandum, quod ratione affectionis
actio iniuriarum competat, marito ſcilicet pro iniuria, vxori
illata, d. l. 1 §. item aut, ff. eod. Et facit huc dictum quod Bald.
in l. 1. C. de in ius vocand. ex tex. ibi notauit, eum nempe, qui
facit honorem vxori, exhibere illum etiam marito, quique
iniuriam vxori facit, etiam marito eam inferre. Et hoc etiam
10 in ſponſa procedit. ſpectat enim ad ſponſi contumeliam, quæ
cumque iniuria ſponſę eius fiat, d. l. item apud §. ſpõſum, quo-
que, 14. Sicut etiam ſponſa de præſenti dicitur vxor, ſecundũ
Abbat. ext. in Rubr. de ſponſ. facit l. cum fuerit, 15. ff de cond.
& dem. Et lex Iulia prohibens alienari fundum dotalem ha-
bet etiam locum in ſponſio. l. 4. ff. de fundo dotali Hoc tamen
notabile procedit, quando iniurians ſciebat eam nuptam eſſe
ſecus, ſi ignorabat, d. l. eum qui §. fin.
11 Tertio notabitis, quod pro iniuria illata filięfamilias nuptæ
poteſt naſci, quadruplex actio iniuriarum. I. Ipſi vxori, ſeu
filiæ familias nuptæ. II. Eius marito. III. Eius patri, licet enim
nupta ſit, tamen manet in patria poteſtate, l. ſi vxorem, C. de
condit in ſerm & ibi D. & notatur ſupra in tit. de Senatuſc.
Tertul. IV. *Socero*, qui maritum habet in poteſtate, nec vna
tollitur per aliam, vt hic, & d. l. 1. § ſi ff eod. Sed iam occurrit
dubium, quando verus pater vxoris tuæ, & pater tuus, & ita
12 ſocer ad agendum, nomine vxoris concurrunt, quis eorum
præferatur? Et Ioan. Fab. hic concludit, quod pater naturalis
vxoris. Licet enim ſocer loco parentis, ſit verus tamen pater
non eſt, l. quia parentis, 16. ff. ſolu. matr. Quod Ang. hic intelli-
git verum, quando agit pro iniuria nomine filiæ, ſeu nurus, ſe
cus, cum ſocer vult agere pro iniuria ſibi illata in perſona nu-
rus, tunc enim, vnus non excludit alium, ſed vnuſquiſque ad-
mittitur ad vindicandam iniuriã propriam, d. l. 1. in ſi & nota-
13 tur per Bar. in d. l. eum qui, §. fin. De iure tamen Sax ſecus vi-
detur dicendũ poſt guarandam pręſtitam. Eſt enim eius effe-
ctus, [Daſſ der klager nach beſtellter geuuch dem be Klagẽ
die Klage dermaſſen geuuehren muſſ, vuo, ihn andere ob di-
ſer ſachen ius Recht zichen vnd be Klagẽ vuoltẽ, das er ihm
mulſuertetreo] text. eſt & Gl. in art. 14 lib. 3. & in art. 15 lib. 2.
Eſt igitur cautela, vt ſimul omnium nomine actio iniuriarũ
proponatur, ſicut in fin. tit. talem formam libelli ſubijciemus.

Digitized by Google

14 Quarto notandum, quod vxori pro iniuria marito illata actio iniuriarum non competat. Defendi enim vxores à viris & non viros ab vxoribus æquum, eſt l. 2. ff. eo. Quod eſt verum ſecundum Io. Fab. & An. hic, niſi ipſa pariter iniuria afficeretur veluti, ſi alicui obijceretur, eum eſſe maritum meretricis. Tunc enim mulier pro iniuria propria agit, licet verba iniurioſa principaliter obiecta ſint marito cum etiã abſenti iniuria fieri poſſit, d. l. item apud §. conuitium, 7. Ex quibus infertur, licet iniuria illata vni ex cognatione, toti cognationi intelligatur facta, vt in l. lex Cornelia, 5. poſt prin. in verbo, eorum, ff. eod. & facit. l. 1. 2. & 3. ff. de liberali cauſa tamen non quemlibet, de cognatione iniuriarum ciuiliter agere poſſe, cum certe, & determinatæ ſint perſonæ, propter quas ex in-
15 iuria eis illata alteri actio iniuriarum ciuilis quæritur, vt filius, ſeruus, nurus & vxor vt hic, & d. l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. eo. Vnde frater pro fratris ſui iniuria ciuiliter agere non poteſt. Quod probatur etiam per tex. in cap. 1. an ille, qui interfecit fratrem ſui domini, feudum amittat, in vſibus feud. Vbi dominus non poteſt agere ciuiliter, ad priuationem feudi, contra vaſallum interficientem fratrem domini. Quod igitur dicitur iniuria toti cognationi facta procedit, quo ad vindictam publicam, ita vt frater, & alij de cognatione occiſi poſſit homicidam criminaliter accuſare, & contra eum ad vindictam publicam, ſicut quilibet extraneus, agere, non autem ciuiliter ad commodum proprium, de quo latius vide Bar. in d. l. lex Cornelia.

§. Seruis,

1 *An, & quando domino competat actio pro iniuria ſeruo illata ratione dominicæ poteſtatis*

1 EX tex. noſtro (qui planus, & facilis eſt) breuiter notabitis domino ratione dominicæ poteſtatis, pro iniuria ſeruo illata actionem iniuriarum competere, in duobus caſibus, I. Quando atrox iniuria ſeruo facta eſt, vt quia vulneratus, vel verberatus eſt, II. Quando iniuria illata eſt, in contumeliam domini, licet enim ſeruus de iure ciuili pro nullo reputetur, ita, vt ipſe actionem non habeat, nec manumiſſus pro iniuria quam in ſeruitute paſſus eſt agat l. ſeruo autem, 30. ff. eod. tamen in prædictis duob. caſib. dominus illata iniuriam ſeruo, proſequitur, & exceptis illis dominus non agit, ſed ne maleficia impunita maneant iudex ex officio iniuriantem punire poteſt, d. l. item apud, §. ſi quis ſic fecit, 35. cũ §. ſeq ff. eo.

§. Si communi,

1 *Pro iniuria illata ſeruo communi vterque dominus agit,*
2 *Quomodo iniuria hoc caſu æſtimetur.*
3 *Lex, ſed non eſſe equum, ff. de iniurijs, quomodo intelligenda,*

1 PRo iniuria illata ſeruo communi, vterque dominus agit
2 d. l. item apud, §. ſi. Aeſtimatur autem iniuria adhibita diſtinctione dignitatis, & qualitatis vtriuſque ita vt non pro ea parte qua dominus quiſque, eſt iniuriæ æſtimatio fiat ſed ex dominorum perſona, quia ipſis fit iniuria tex. eſt hic. Cui videtur, obſtare l. ſed non eſſe æquum 16. ff eod. vbi dicitur, non eſſe æquum pro maiore, parte quam pro qua dominus eſt, damnationem, fieri, & officio iudicis portiones æſtimandas eſſe. Sed eius ſolutio ponitur hic, & ibi in Gl. cui addite
3 ſolutionem Bart. exiſtimantis d. l. ſed, non intelligi quando ſeruo non in contumeliam dominorum, ſed ſimpliciter reſpectu ſerui iniuria illata eſt, tunc enim vindicatur iniuria per dominum, ſecundum partes quas habet in ſeruo, & idem ſi par, & ſimilis fuerit dominorum, perſona, & conditio quia vterque nobilis, vel ignobilis. Textus autem noſter loquitur quando ſeruo communi illata eſt iniuria, in contumeliam vnius, vel plurium dominorum, tunc enim, quia ipſis dominis fit iniuria, æſtimabitur ea ſecundum cuiuſlibet qualitatem de quo latius videre Doct. hic.

§. Quod ſi vſusfructus cum §. ſeq.

1 *Pro iniuria illata ſeruo vſufructuario, an proprietarius, vel vſufructuarius agat.*
2 *An hodie competat hæc actio pro iniuria illata famulo, vel procuratori.*
3 *Princeps iniuriam circa latus ſuum militantibus illatam reputat propriam.*
4 *An dominus, Epiſcopus, Abbas, vel ciuitas poſſit agere pro iniuria ſubditis ipſorum illata.*

1 EX hoc, §. iuncto, §. ſeq. notabitis, pro iniuria ſeruo vſufructuario illata, proprietariũ, cui iniuria facta intelligitur, non agere vſufructuarium, niſi in eius cõtumeliam iniuria à ſeruo facta, ſit, tunc enim, & ipſe actionem iniuriarum habet, ſecundum Glo. hic in verb. Mæuio, & eſt text. in d. l. item apud §. ſi vſumfructum, 47. & §. item ſi liberum, ff. eodẽ. Ergo, & in fructuario idem diſtingui poteſt. Ita quoque pro iniuria, libero homini bona fide poſſeſſio facta, non competit actio poſſeſſori, ſed ipſimet libero homini, cum limitatione prædicta, vt hic, & d. §. item ſi liberum. Similiter pro iniuria ſeruo alieno bona fide poſſeſſo dominus, ſerui, & nõ poſſeſſor actionem habet, niſi quoque illata ſit in contumeliam poſſidentis vt hic, & d. §. item, ſi liberam. Et quia hodie inter Chriſtianos inhumana illa veteris ſeruitutis conditio ſublata eſt, ſecun Bart. in l. hoſtes, 24 ff. de capt. & poſtl. reuer. diutius
2 circa hanc materiam non inſiſtam, & de ea poteſtis videre Hoſtienſ. in Sum. de iniurijs, verſic. Cui detur hæc actio Circa prædicta opportune tamen quæritur. An pro iniuria lata non ſeruis ſed liberis hominibus, qui pro mercede ſeruiunt, veluti famulo, procuratori, mercenario, illi cui, ſeruiunt, vel cuius negotia gerunt, competat actio ciuilis iniuriarum? Et reſpondetur, quod ſic, quando infertur illius iniuria, dum exequuntur officium, & gerunt negocia domini, & ita in contumeliam domini, quia repræſentant perſonam dominorum: alias ſecus, d. l. item apud, §. ſi quis virgines, & §. comitem, & leg. quiſquis, 5. in prin. C. ad l. Iul. maieſt. Vbi princeps
3 iniuriam illatam circa latus ſuum militantibus reputat propriam, & de hoc vid. Cyn. in d. l. Si non conuitij, in 4. quæſt. & Salic. in l. 1. C. eod. & Ioan. Fab. hic. Idem diſponitur de iure Saxon. vt ſcilicet inferens iniuriam famulo alterius, tam domino, quam famulo emendam præſtare teneatur, niſi ſuo iuramento confirmet, ſe in domini contumeliam non feciſſe tunc enim ſoli famulo teneretur, text. eſt in artic. 34. li. 2. An
4 autem dominus, Epiſcopus, Abbas, vel ciuitas, poſſint ciuiliter agere pro iniuria facta ſubdito, Vaſallo, Monacho, vel ciui, concluditur regulariter, quod non, niſi ſit illata in contumeliam domini, vel Epiſcopi. Sicut quoque hoc caſo, magiſter, & artifex, pro iniuria diſcipulo facta actionem habet, arg. tex. d. §. item ſi liberum. Et dicitur illata in domini contumeliam, ſecundum Plat. hic, quando iniurians alias non feciſſet, niſi iniuriatus fuiſſet, ſubditus, vel vaſallus. Item ſi in præſentia domini hoc facit, & plura de his vid. In Gloſ. fin. cap. authoritate, 4. de priuileg. in 6. Innoc in cap. dilectus, 56. ext. de appel. Abb. in cap. licet, 9. de probat. Bart. in leg. 1. §. fin. & ibi Ang. Peruſ. in §. 1. ff. eod. Bald. in §. iniuria, de pace iura. fir. in vſibus & feud. & Gloſ. iure Saxon. in d art. 54. lib. 2. ante finem.

§. Pœna autem,

1 *Pœna quæ fuit impoſita ex l. 12. tab. propter membrum ruptũ.*
2 *Membrum quid dicatur.*
3 *Qualis hodie ſit actio iniuriarum.*
4 *Quando ciuiliter agitur ad intereſſe, qualiter hodie æſtimatio fiat.*
5 *Iudex quantitatem expenſarum à parte pronunciatam taxat, delato parti iuramento.*
6 *Actor, an debeat, ſe referre ad damnum, vel ad lucrum.*
7 *Reus conuentus, ſi non eſt ſoluendo an poſſit puniri pœna corporali.*
8 *Paſſus plures iniurias, an omnes teneatur vno eodemque libello proponere.*
9 *An plures iniuriæ debeant ſpecifice, & ſigillatim æſtimari.*
10 *Quando quis dixit plura verba iniurioſa, an ſit vna iniuria vel plures.*
11 *Quando iuris in ſtatuto, quo cauetur vt pro qualibet vice ſeu pro quolibet verbo iniurioſo quis certa pœna puniatur.*
12 *Quomodo ciuiliter agatur.*
13 *Gaſtaldus quis dicatur.*
14 *Medeaſtinus quis.*
15 *Quomodo de iure Saxon. ciuiliter agatur.*
16 *Quælibet vxor recipit, & ſoluit dimidiam pœnã ſui mariti.*
17 *Solidus de iure Saxon. quid dicatur.*

1 SEquitur tertia pars tituli noſtri, in qua Imp. de pœna iniuriarum tradit. Et notabitis ex princ. pœna iniuriarum in legib. 12. tab. pro membro, rupto, fuiſſe talionem, id eſt, ſimili-

litu-

Digitized by Google

litudinem ſupplicij, ſecundum Glo.hic, & l.fin. C.de calumn. & l.3.C.qui accuſare non poſ.pro membro vero fracto, pę-
2 nam pecuniariam impoſitam fuiſſe. Quid autem dicatur me-
a brum, a vide per Bart.in l.a. ff de publ.iud. & in l.non ſunt libertis, 14.ff de ſtatu homin. Sed hæc pęna per prætores ſublata,& actio mutata eſt,adeo,vt hodie ſit Pretoria,& non ciuilis,niſi in tribus caſibus,de quibus in §. ſequ. dicemus. Per-
3 mittebant enim prætores, ipſi qui iniuriam paſſi ſunt,eam ęſtimare,vt iudex,vel tanti reum condemnet, quanti iniuriatus æſtimauerit,vel minoris,ſecundum qualitatem,& dignitatem perſonæ iniuriatæ,prout ei viſum fuerit,tex.eſt hic. Et pro eius declaratione. I.Quæritur, quando agitur iniuriarum
4 ciuiliter ad intereſſe,qualiter hodie æſtimatio fiat? An de neceſſitate certa æſtimatio iniuriæ in libello exprimi debeat, vel ſufficiat in genere peti intereſſe, & deinceps per iudicem æſtimari? Et licet quidam diſtinguant,an agatur actione iniuriarum Prætoria, vt tunc actor æſtimet per iuramentum, vt hic,in Glo.in verbo,Aeſtimauerit. An ciuili, vt in tribus caſibus,qui notantur, d.§.ſeq.vt tunc iudex æſtimet, per leg.Cõ-
b ſtitutionibus,37 § 1 ff eod. Communior *b* tamen eſt opinio, à patre ſemper æſtimari iniuriam, ac certam quantitatem in libello peti,ſalua taxatione iudicis iudex enim immoderatam taxat,& vſque ad taxatam ſummam iuramentum defert, & in quantum ſuper taxatione facta actor iurat, in tantum iudex reum condemnat,per text.in Gloſ.hic, & in d.leg. Conſtitutionibus,§.1. & in d.l.ſed ſi vnius,17. §.ſeruus meus, qui
5 loquitur in Pretoria actione,ff.eod. Sicut ſecundum Ang.hic
c dicimus in ſimili de expẽſis, *c* vbi pars exprimere debet quantitatem expenſarum, quam iudex taxat, & poſtea defert iuramentum parti,vt iuret ſe non minus expendiſſe, & ſecundum illud iuramentum fit condemnatio expenſarum, l.ſancimus,15.iuncta Auth.ſequ.Cod. de iud. & de hoc vide plenius Cyn.in d.leg.ſi non conuicij, in 9.quæſt. & Sal.in d.leg. atrocem,Bart.in l.iniuriarum, 21.ff.eo.Ang.in d.l.item apud, §.ſi quis ſeruo,46 & D.Iaſ.inſ.in pr.in.tit.de act. num.51. vbi ſubijcit,ad tollendas dubitationes, in libello certam æſtimationem peti debere,poſteaque adijci verba. Et plus, vel mi-
6 nus,prout taxationi iudicis videbitur. II Quæritur,retenta illa opinione,iniuriam æſtimari per iuramẽtum actoris, vtrũ debeant actor ſeſe referre ad damnum, ideſt, vt dicat ſe maluiſſe perdere 100.de bonis ſuis, quam talem iniuriam ſubire: vel ad lucrum,quia nollet lucrari,vel accipere 100.potius, quam talem iniuriam perpeti? Et quamquam de hoc quoque ſint opiniones Doct.in prædictis locis, verior tamen eſt ſententia,poſſe fieri relationem,vel ad luctum,vel ad damnum, ſecundum Bart.poſt Gloſ. ibi in d l.iniuriarum, 11.Angel. & Iaſ.in d princ. Sed Cyn.in d.l ſi non conuitij, & Ioan Fab.hic dicunt,de rigore iuris etiam procedere libellum, in quo ſimpliciter actor iniuriam æſtimat, dicendo ſe paſſum eſſe talem iniuriam,quam tanti æſtimat, petendo reum in iſtam quantitatem condemnari,ſalua legitima taxatione iudicis. Io:Fab. hic ſubijcit,obſeruandum eſſe vſum cauſarum,& ſtylum Curiarum, ne iudices propter omiſſionem iſtorum verborum lucri,vel damni,libellum reijciant. De quo vltra prædicta vide Spec.in tit.de iniurijs,numer.7. & Hoſt. in Sum. de iniur.
7 §.& in quantum demt.III.Quęritur,quando reus conuentus non eſt ſoluendo, an iudex poſſit conuertere pœnam pecuniariam incorporalem. Et breuiter reſpondere,quod ſic, per tex.in l.ſi quis iniuriam,35.iunct.gl.fi.ff.eo.& facit vulg.reg.
d Qui non habet in ære,luat in corpore,l.fi. *d* cum ſimilibus ff. de in ius voc.de quo vide latius Sal.in d.l.atrocem, in fi.Cyn.
8 in d.l.ſi non conuitij,in 16. & 17.quæſt. IV. Quæritur, an is, qui paſſus eſt ſimul plures iniurias,quia verberatus,item conuitium ei factum eſt,omnes teneatur in vno eodemque libello proponere? De hoc eſt text.in d.l.Prætor edixit, §.ſi mihi plures,ff.eod.quod ſic,cauſa abbreuiandarum litium, poſtulante ſcilicet reo, ex qualibet tamen ſequitur condemnatio, perinde ac ſi in diuerſis libellus proponerentur, Secus autem reo non poſtulante, nam tunc iniuriatus poteſt vnam proſe-
9 qui,& poſtea,ſi vult,aliam,ſecundum Bart. & Angel. in dict. §.ſi mihi.Ex quo oritur.V.Quæſtio,An paſſus plures iniurias ſimul,teneatur vnamquamque ſpecificè,& ſigillatim ęſtimare,vel an ſufficiat vna æſtimatio generalis pro omnibus? Ad quam reſpondere,actorem pro lubito vtrunque facere poſſe, vnde etiam iudex ferendo ſententiam, poteſt dicere: Condemno te pro omnibus iniurijs in 100.vel, pro tali iniuria cõdemno te in 50.pro tali in 30. & pro alia in 20. ita Bartol. & Ang.in d §.ſi mihi,Cyn.in d.l ſi non conuicij,in 2.quæſt. Sal. in d.l.atrocem,pro text.in l.1.§.1.ff.quæ ſentent. ſine app.re-
10 ſcin. Sed iam quæritur? Quando quis vno impetu dixit plura verba iniurioſa,an ſit vna iniuria,vel plures,ita vt quęlibet ſpecificè æſtimari poſſet? Et concludite vnicam tantum iniuriam eſſe,per text.in dict.leg.item apud §.conuitium, 7.& ibi Bart.vbi licet ſit pluralitas,& multiplicatio verborum, vnam tamen vociferationem,& vnum conuitium faciunt. Et facit doctrina Bald.in leg.ſi familia,9.ff.de iuriſd.omn.iud. vbi inquit: Quando delictum habet nomen collectiuum, & illud ex pluribus actibus reſultat,& vnus titulus criminis, vt in iniuria;tunc dicitur vnum delictum,& vid.add. Angel.in tract.
11 malef.ſuper verb. Verba contumelioſa, verſic. Tu autem in hac materia adde. Secus videtur dicendum in ſtatuto, quo cauetur,vt pro qualibet vice, ſeu pro quolibet verbo iniurioſo,quis certa pęna puniatur. Nam tunc ad cognoſcendum quodlibet verbum iniurioſum,an ſit vnum, vel plura, diſtinguendi ſunt tres caſus. 1. Aut vnum verbum iniurioſum idẽ ſignificans,in eadem inſtantia temporis pluries repetitur; & dicitur vnum verbum iniurioſum,vna vice dictum,facit leg. vnum,24.ff.de teſta.& Gloſ.in leg.ſi conuenerit,18.in verbo, Niſi ei,in princ.ff.de pign. act. Hinc etiam in ſententijs plerumque illa verba inferuntur: Quod de iure Saxon.reus conuentus, ob illatam iniuriam, toties perſoluat pęnam 30.ſolidorum,quoties illam,alio tempore,vel loco reiterauit.2. Aut in vna oratione proferuntur plura iniurioſa, ſignificantia idem, vel quorum vnum venit ad qualificationem alterius: veluti,tu latro interfeciſti Titium in via publica proditorie, & peræque eſt vnum verbum iniurioſum, ſic qualificatum, argumento,l.illud,32 ff.ad l. Aquil. vbi plura vulnera tendebant ad vnum effectum,ſcilicet homicidij.3. Aut ſunt diuerſæ orationes, ſignificantes diuerſa, vel eſt vna oratio continens plura crimina,tendentia ad diuerſos effectus,tunc dicãtur plura verba iniurioſa, ita vt iniurias virtute ſtatuti pro quolibet expreſſam pęnam ſoluere cogatur,argumento l. Titia, 134.§.fi. & l.pluribus, 140. in princ. ff.de verb.oblig. Et de his vide Bart.in conſ.108.& in d.l.item apud §.ait Prætor,25. & Pla.in §.iniuriarum,num.9.ſup.eod.

12 Vltimo, & concluſiuè ex noſtro §.notabitis prædictam practicam agendi,quod actor,qui ciuiliter ad pęnam ſibi applicandam actione ciuili, vel Prætoria agit, æſtimat iniuria ſalua moderatione iudicis, qui delato iuramento actori, taxat iniuriam,ſecundum circumſtantias, & qualitates iniuriæ & perſonarum. Nam ſecundum gradum dignitatis vitæque honeſtatem,creſcit,aut minuitur æſtimatio iniuriæ. Qui gradus condemnationis,ſecundum Imperat.hic,etiam in ſeruili perſona obſeruatur,vt aliud ſit in ſeruo actore,ideſt, Gaſtal-
13 do,ſecundum Gloſ. hic dicitur autem Gaſtaldus cui res Domini committuntur gubernandæ,ſecundum Glo. & D.in tit. de feudo Guardiæ, & Gaſtaldiæ aliud in medij actus homines, ideſt,mediaſtino,cuius vilem operã fuiſſe, indicat Vlp.l. 1.§.caupones autem,5.verſ.Cęterum, ff.naut.c & arguit ipſa
14 nominis notatio. Dictus enim eſt mediaſtinus ex eo, quaſi mediũ ſtatum teneat,paratus ad omnium imperia,ſecun.Bal.
15 duinum hic. Portò hæc practica agendi procedit,quoties agi
e tur de iure communi: ſecus de iure Sax. Licet enim in tertis *e* quando ciuiliter agitur pro iniuria verbali, itidem habeatur reſpectu dignitatis circa æſtimationem iniuriæ, art. 16.lib 2. vbi dicitur: Qui aliquem pulſat,ſeu mendacij redarguit, ille habito reſpectu natiuitatis ſuæ puniatur. Tamen non neceſſe,imo ſtuſtraneum eſt iniuriæ ęſtimationem maiorem in libello exprimere,& petere,cum per ius Sax.ſecundum vniuſ-

cuiuſ-

ADDITIONES.

a *Membri appellatione,an intelligatur digitis, an vero manus, etſi manus, an quæ debilitata, & cætera eiuſmodi, vide apud Ang.tract.de malefic.in verbo, Membrum. Bald. in leg data opera C.qui accuſare non poſſunt.*

b *Cuius meminit Bertrand. 8.conſ.74. Clarus 5.Sent §. iniuria, q.10.verſ.ſed nunquid in libello iniuriarum.*

c *De expenſis,& earum æſtimatione,adde de qua inf.relata §.actionum,tit.de action.vbi de actionibus bonæ fidei, & de actione ex conducto Add: Gayl.1.Obſeru.151. Et an appellatus in cauſa appellationis ſuccumbens in expenſis condemnandus ſit vide ibi.Obſeru.152.*

d *Vide Clar. 5.Senten.§ vlt.q.97.verſ. Sed quid ſi reus non habeat modum ſoluendi.*

e *Hoc ius Saxonicum mutatum propter petulantiam,& temeritatem hominum in iniuriando conſtit.42.par.4. Et qua agitur tam ad ſatisfactionem, hoc eſt palinodiam ciuiliter, Mynſin. Obſeru 98.Cen.2.(etiamſi Maranta,part.4. d.1.putat ſic criminaliter agi) quam ad pœnam arbitrariam criminalem.*

Digitized by Google

cuiuſque ſtatum,& conditionem, certa pęna expreſſa & ſta-
tuta ſit, vltra quam pars rea, quando ciuiliter conuenitur, nō
poteſt condemnari, art.45.libr.3. vbi habetur de pęnis ciuili-
bus homini læſo cuiuſque ſtatus perſoluendis, & ea pęna, vt
a plurimum,& maxima eſt .o.ſolidorum. *a* Quæ Principibus,
Baronibus,Scabinis, alijſque ſimilibus perſonis emendari cō-
ſueuit. Ruſticus verò perſolueretur 15. ſolidi, quorum dimi-
16 diam partem vxor iniuriari conſequitur. Vnde vxoribus ru-
ſticorum ſoluunt 7. ſolidi cum dimidio,cæteris vero 15.ſolidi.
Et hoc actiue,& paſſiue locū habet,ſiue vxori inferatur iniu
ria,ſiue ipſa alijs inferat,vt pronunciatur. Virginibus vero ſol
uitur dimidia pęna,ſecundum conditionem natiuitatis ſuæ.
Idem & viduis, & non ſecundum dignitatem mariti ſui de-
functi,d.art.45.Ex quo iterum colligitur differentia inter ius
Saxon.& commune.De iure enim Saxon. vxor mortuo ma-
rito iura,& ſtatum ſuæ natiuitatis recipit, art.45.libr.1. ſecus
de iure communi,l.filij,22 §.vidua,ff.ad municip.iunct. Gloſ.
ſuper verb Domicilium,vbi dicitur,mulieres viduas caſte vi-
uentes retinere domicilium,& priuilegium mariti defuncti,
eo vſque donec alteri inferioribus ordinis nubant, l.cum te,
17 10 C.de nup.& l fęminæ,8 ff.de Senat. Et circa prædicta obi
ter notabitis,Solidum de iure Sax.dici [Eyn Schilling, pfen-
ning.] qui continet 12.denarios antiquos, vel 16.nouos, 30.
igitur ſolidi conficiunt 40. groſſos argenteos, id eſt [Silber
groſchen.] quos regulariter agens iniuriarum ciuiliter con-
ſequitur.Quando vero pęnam in iudicio promiſit, & poſtea
maiorem habere intendit,tunc nullam conſequitur,ſed vtra-
que priuatur,art.6.in prin.lib.2.& art.16.lib.1. Petit igitur a-
ctor in concluſione libelli ciuiliter inſtituti, vt reus illatam
ſibi iniuriam conſtituta pęna, emendare teneatur.

ADDITIO,

a *Videtur ducta ex l.12.de qua Gel lib.20, cap.1,*

§. Sed & lex Cornelia.

1 *Differentia inter actionem iniuriarum,prætoriam & ciuilem.*
2 *Annus in hac actione eſt continuus.*
3 *An ciuilis actio iniuriarum,in tribus exceptis caſibus ſit perpetua vel annalis.*
4 *Actio iniuriarum prætoria, & ciuilis, in quibus conueniant.*
5 *Pena iuris Saxon.quando pro iniuria reali ciuiliter agatur.*
6 *Pluribus vulneribus in vna rixa ab vno inflictis,vno Vuergeldo praſtando inſtigans liberatur.*
7 *Integer Vuergeldus quantum contineat.*
8 *Expilare alicui crines, aut barbam, realis iniuria eſt.*
9 *Pro violento introitu in ædes alienas, ciuilis iniuriarum actio competit.*

PRo declaratione huius §.ſciendum eſt, regulariter omnē
actionem iniuriarum eſſe prætoriam,quia à prætore in-
troducta eſt,§.præcedenti,ſup.eod. & l.prætor edixit, 7.ſ.eo.
Exceptis tribus caſibus hic enumeratis, in quibus eſt ciuilis,
quia ex l.Corn deſcendit,quæ à Cornelio Sylla lata eſt, l.hos
accuſare,12.in fi ff.de accuſ.t. quando ſcilicet quis pulſatus,
verberatus,vel per vim in domum eius introitum eſt, vt hic,
& d.l.lex Corn in princ.ff eodem, poterit tamen quis in illis
caſibus etiam prætoriam iniuriarum actionem intentare,ſe-
cundum gl.1.in l.Corn.& Doct hic. Sed non contra. Ex quo
apparet differentia inter actionem ciuilem, & prętoriā iniu-
riarum,I Ciuilis ſolum pro iniuria reali, quæ manu infertur,
1 competit: Prætoria vero eſt generalior, quæ pro quacunque
iniuria,ſiue verbali,ſiue reali intentari poteſt. II.Prætoria pa-
tri competit pro iniuria filio illata, & ſuo, & filij nomine; vt
ſup.in § patitur,dictum eſt.Ciuilis verò ex l.Cornel.ſoli filio,
& non patri datur,d.l.lex Corn.ſ.illud quæritur, 6.ff.eodem.
a III.Prætoria eſt *a* annalis, ciuilis autem perpetua. Et pro eij-
cienda veritate, ſciendum, ſine omni contradictinne præto-
riam iniuriarum,ſicut alias prætorias pœnales actiones, eſſe
annalem,d.l.ſi non conuitij,C.eod & notatur in princ.inſ.de
perp.& temp.act Sed dubium eſt, vtrum ille annus ſit conti-
nuus,pro continuo currit, diebus feriatis, & non feriatis, an
vtilis, qui diebus feriatis non currit? Iacob. de Rauen.ſentit
iſtum annum eſſe vtilem,cum lege caueatur, quod in dubio
debemus recurrere ad conſuetudinem loquentis, l.ſi ſeruus
plurium,50 §.fin.ff.de leg.1. Sed prætor in edictis ſuis cōſue-
uit loqui de anno vtili, vt notatur poſt Gl.in verb.intra annū,
in dicto princ.Inſ. de perp.& temp.actio. Ergo, &c.Item per
tex.in l.ſi cum exceptione,14.(al.incipit,item ſi,)§.in cauſa,
verſic.Et ſanè,ff.quod numerus cauſa, vbi dicitur, actionem
a iniuriarum vtili anno durare. Verior tamen,& communiter
b eſt ſententia Doctor. hunc annum eſſe *b* continuum, quam
tenet Gloſ.& Ioan.Fabr.hic,ſup.verbo, Introduxit, & Gloſ.in
d.l.ſi non conuitij,& ibi Cyn.& Salic.primo per regulā,quod
in dubio dilationes intelliguntur continui temporis, l.1.C.de
ferijs,& l.ſiue pars 3.in fi.C.de dilat.Deinde,quia dilationum
materia eſt amputanda,l.2.in princ C.de temp.appel. Tertio,
quia actio iniuriarum eſt odioſa, & pęnalis, minorem igitur
ſententiam amplecti debemus,vulgata l.interpretatione, 42.
ff.de pęnis, nec obſtat d.§.in cauſa, quia ſecundum Gloſs. &
Bar.ibi,eſt ſpeciale,odio violentiarum, & Cin.in d.leg.ſi non
conuitij,inquit text.ibi non loqui de iniuria,prout eſt contu-
melia, ſed vt violentia compulſiua, quæ non iure fit. Iniuria
enim multis modis capitur, vt ſup.in prin.tit.dictum eſt. Nec
obſtat etiam ſecunda ratio, quia Prætor. etiam de continuo
tempore loquitur, l.Genero,8.ff.de his,qui in fam.no. Prętc-
rea d.l.ſi non conuitij,ſimpliciter loquitur de anno,de conti-
nuo igitur intelligi debet,per regulam, quam tradit Panorm.
in cap.quærenti,26.extra de offic. de leg quod vbicumque à
iure conceditur annus, intelligitur de 365. diebus continuis.
3 per tex.in l.cum heres,4.§.Stichus,5.ff.de ſtatu liber.Sed nūc
quæritur,an ciuilis actio iniuriarum in tribus iſtis caſibus ſit
perpetua,vel annalis? Et licet Gl.in verbo, Conſtitutionibus.
in fin.in dicto princip.infra,de perpet. & temp.actio. expreſ-
ſe teneat eam quoque eſſe annalem,quod etiam videtur ſen-
tire Gl.noſtra,in verbo introduxit,per vulgatam theoricam,
quæ habet,quod quoties Gloſ.refert duas opiniones, & nul-
lam expreſſe approbat vltimam tenendam, & approbandam
videri,ſecundum notabilem Glo.in d.l qui filium,74.ſ.fin.ſu-
per verbo. Et alia,ff.ad Senatuſcon. Trebellia, & mouetur per
text.in d.l.ſi non conuitij,qui indiſtinctè loquitur. Sed vbi lex
non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus, ſecundum Glo.
in l.3 ff.de offic.præſid.cum ſimil.Contraria tamen ſententia
eſt communior,& de iure verior, per reg.ciuiles actiones eſ-
ſe perpetuas,d princip.inſr. de perpet.& temp.actio.Nec ob-
ſtat d.l.ſi non conuitij, quia loquitur de iniuria verbali, non
reali,vt aperte conſtat ex verbis legis,non igitur locum habet
in actione ciuili,ex leg.Cornel.deſcendente, quæ pro iniuria
reali competit. Et hanc opinionem text. Gl.in princip. d.leg.
lex Corn.ſupra verbo, dicat, Cyn. Bald. & Salyc.in d.l.ſi non
conuitij, & Doctor.hic, in d.princip.inſr. de temp. & perpet.
actio De iure vero Saxonico contrarium dicendum videtur
per tex.in art.31.lib.3. Iniuriatus igitur poſt annum continuū
iniuriarum actionem non habet, obſtat enim exceptio præ-
ſcriptionis annalis actionis iniuriarum, quæ eſt mixta, & in
vim dilatoriæ, & peremptoriæ opponi poteſt, dicta l.ſi non
4 conuitij. Conueniunt autem hæ actiones. 1. Quod Prætoria
locum habet in tribus iſtis caſibus, in quibus ciuilis introdu-
cta eſt,vt ſup.in princ § noſtri dictum eſt.2. Quod eadem eſt
vtrobique forma libelli,& petitionis: in vtraque enim narrā-
dum, petendum & circa intereſſe concludendum eſt,vt in §.
præcedenti declarauimus 3. Quod idem eſt officium iudicis
circa æſtimationem iniuriæ, quia pars hoc caſu etiam æſti-
mat iniuriam realem,referendo ſe ad damnum, vel lucrum,
& deinde iudex conſideratis circumſtantijs taxat immodera-
tam æſtimationem,& actori iuramentum deferr, ſecundum
quod poſtea reum condemnat Neque circa hoc differentia
eſt inter ciuilem, & prætoriam, vt in dicto §.præcedenti di-
ctum eſt: reiecta opinione Gl.hic,in verbo, introduxit, & in
d.l.ex Cornel.in princ. ſecundum Bart.in d.l.iniuriarum, 24.
& Ang.in d.l.item apud,§ ſi quis ſeruos 46.ff.eod.Ioann.Fab.
& Doct.hic.

De iure autem Saxon. quando pro iniuria reali ciuiliter
agitur,tunc quoq; prædicta pęna 30 vel 15.ſolidorum,ſecun-
dum vniuſcuiuſque natiuitatem,& ſexum locum habet, quā
c reus ſoluendo liberatur. *c* Quod eſt verum, quando quis pri-
uatus, vel leuiter vulneratus eſt, vulgo (Blutroſtig gemacht
oder daſſ er mit Knutteln braun vndblavv geſchlagen,) tex.
in art.16.lib.2.ante fin.qui in hoc caſu facit æquiparationem
in-

ADDITIONES.

a *Annus in actione iniuriarum prætoria, quando currere incipiat, vide Gayl.2.Obſeru.105.*
b *Conſtit.46. par.4. vult eum demum computari à tempore quo iniuriatus ſcire cœpit iniuriam ſibi factam eſſe, vti & Gayl. lib.2.Obſeru.105.*
c *Nunc aliter conſtitutum, conſtit.42.p.4.*

Digitized by Google

inter iniuriam realem, & verbalem quoad iſtam pęnam dici-
tur enim ibi. Qui aliquem leuiter pulſat, vel mendacē appel-
lat, ille ſecundum natiuitatem ſuam puniatur, & add. tex. art.
68. lib. 2. ibi [oder zubeſ ſern nach recht. iuncta Gl. ibi in ver.
Dān die buſſe Komt nach vnſerm Recht nicht hoder denn
auff 30. ſchiling.] & Gl. in d. art. 16. in fi. pro limitatione ſubij-
cit. Qui in domo alicuius viri honeſti aſſidet vino ſeu cereui
ſiæ, & impudenter indeſinenterq; verbis immodeſtus, eſt illū
bene poteſt alius vir pacificus, in extincto titione caſtigare, &
titionem poſtea in ignem reponere, nec in eo delinquit. Quā-
do autē pro grauioribus iniurijs realibus ciuiliter agitur tunc
rē certa, & grauior pęna ſecundum atrocitatē delicti, & vul-
neris à iure Saxon. ſtatuta eſt. [Dann von eyner Kampeſters
vvunden, vvelche des mittel ſten fingers nagelglieds ti eff,
vnnd deſſelbigen fingers len glien glids lang ſeind. Item vor
verleunbdung vor beyniſchrottig vvunden, durch den hirn-
ſchattel deſſgleichen vorichandmal, vvelches ſeind alle vvun
den, vo der dem Angeſicht, ſo das haar oicht bedecKen Kā,
muſſderbe Klagre geben eyn halbs vveliſrgelt, nach eynes je-
dens geburt. d. ar, 16. §. Vvelcher man ohn ſeine vvunden, je-
glicher finger aber vnd zehen hat ſeine beſonderliche buſſ,
6 nemlich das zehende the yl des vveher geldes,] d. art. 16. Vbi
additio idem eſſe in dentibus affirmat Ex quo text. etiam di-
ligenter notabitis, ſi in vna rixa plura talia vulnera infugan-
tur, reum non teneri pro quolibet vulnere ſoluere dimi-
dium Vvergeldum: ſed pro omnibus vno eodemque tempo-
re illatis vnum dimidium præſtando Vvergeldum liberari.
Hæc enim ſunt verba tex. [Die vveil der mann oicht ſtirbet,
vuie oſſomao jhn auch lehmer in eyner that man beſſert es
jhme doch nieb hoher, denn mit, eynen halben vvehrgelte.]
Et gl. ibi ſubijcit rationem, quam vide. Et hoc limitabitis pro-
cedere, quando ab vno plura vulnera ſimul illata ſunt; ſecus,
ſi à pluribus quia tunc quilibet pro vulnere ab ipſo illato ſol-
uit dimidium vvergeldt ſicut hoc ſæpe pronunciatum ſcio,
& optime probatur, per text. io l. ſi plures, ff eo. obiter autem
notabitis, vnico Vvergeldo contineri 24. ſexagenas anti-
7 quas, id eſt, 24. [alte ſchotK, computando 20. groſſos argen-
teos, pro vna ſexagena Ex eo enim id patet, ſummam vnius
Vvergeldi aſcendere vſque ad 18. libras, dict. art. 45. lib. 3. ibi.
Den Schoffenbar freint,] Sed vna libra conficit viginti ſoli-
dos, vt colligitur ex Gl. Vveichbild, art. 47. ſuper verb. [Des
Burggrauen ge vvetthe. quia viginti ſolidi conficiunt, 26.
argen. groſſos, & octo denarios. Facta igitur computatione
vlteriori apparebit integro Vvergeldum excurrere ad ſupra
dictam ſummam pecuniariam ſcilicet, 24. ſexagenas anti-
quas, & 20. partem Vvergeldi eſſe duas ſexagenas, & 8. groſ-
ſos argen. pro digito. [Den Baurgul dren aber vvebergekiſt
10. perſund] d. art. 45. quæ ſecundum prædictam computa-
tionem conficiunt, 13. ſexagenas antiquas 6. groſſos argen-
teos & 8. denarios nouos.
8 Porro circa tex. §. noſtri notandum, iniuriam quoque rea-
a lem eſſe, quando quis crines aut barbam *a* alterius expilaue-
rit, §. ſi quis aliquem, de pac. ten. & eius viol. in vſibus feu. hīc
non ſolum pulſato, & verberato iniuriarum actio competit,
verum etiam ſi quis non eſt pulſatus, ſed manum ſolum ad-
uerſus eum leuatæ ſunt, & ſæpè territus eſt, quaſi vapulatu-
rus, non tamen percuſſus eſt, ex ſola comminatione vtilem
iniuriarum actionem habet, d. l. item apud, §. ſi quis pulſatus,
1. ff. eod. & vide Iaſ. in l. 1. § hæc autem verba ver. vltimo no-
ta, ff. quod quiſ. iur. &c.
9 Vltimo ex §. noſtro notabitis, pro violento introitu in ędes
b *b* alienas inuito ſcilicet domino actionem ciuilem iniuriarū
competere, etſi prætexatur cauſa in ius vocandi, l. qui in do-
mum, 13 ff eo. Domus enim cuiuſque tutiſſimum refugium
& receptaculum, eſt leg. plerique, 18. ff. de in ius voc. Ex hoc
procedit, non ſolum quando domus eſt propria, ſed etiam
conducta, vel gratis conceſſa, vel ſi hoſpitium, non tamen ad
momentum tex eſt hic, & in d. l. lex Cornel §. domum, cum
§. ſeq. & ibi Bart. ff. eod. & add. Glo. iur Saxon. in art. 66. libr. 2.
[Landr. vbi dicitur, Der miether geneuſſt auch des friges in
ſemen gemietem vier pfelen. Hoc eſt. Etiam conductori do-
mus conducta portum, ac perfugium præbet.

ADDITIONES.

a *Iniuria realis ſine facto committit, ſi alius alium alapa, vel manu percutiat. Gramaticus deciſ. 14. vel cubito Pariſ. 4. conſil. 167. vel cum manu ſub mente Papaus conſ. 224. vel baculo Bertrand. 6. conſ. 161. & 142. & 7. conſ. 164. Nata conſ. 254.*

b *An, & pro violento introitu in agrum meum venando cauſa competat mihi iniuriarum actio? Conſuetudine id ita vſurpatum ait Ananias in c. omnibus, de clerico venatore.*

§. Atrox.

1 *Quot modis fiat, & dicatur atrox iniuria.*
2 *Quando veſtes lacerantur, dicitur atrox iniuria.*
3 *Libertus, & filius non agunt iniuriarum contra patronum, & patrem.*

DVplicem ob cauſam Imper. in hoc § declarat, quæ ſit a-
trox iniuria, prima, quòd ea grauius puniatur, quam le-
uis §. ſeruis, §. pęna ſup. eo. add. l. aut facta; 16. ff. de pęnis: alte-
ra quod quibuſdam perſonis actio iniuriarum non datur, niſi
pro atroci iniuria, d. §. ſeruis, & d. l. Prætor §. præterea, ff. eodē
quam Iuriſcon. quaſi contumelioſiorem, & maiorem accipit
in d. l. Prætor, §. atrocem, 7. Dicitur autem, & fit atrox iniuria
1 principaliter quatuor modis. I. Ratione facti quando ſcilicet
quis etiam ignobilis vulneratus, vel fuſtibus cæſus eſt, vt hic
& d. l. Prætor, in fi. & l. vulneris, 8 ff. eod. II. Ratione perſo-
næ, idque dupliciter, I. Ex perſona iniuriata, leuis enim iniu-
a ria facta à plebeio, dicitur atrox, illata *a* homini in dignitate
conſtituto, vt l. atrocem, 4. C. eod II. Ex perſona iniuriantis,
quando ſcilicet filius, vel libertus, patri, vel patrono iniuriam
infert, quę ab extraneo, facta diceretur leuis, l. ſed ſi vnius, 17.
2 §. quædam iniuriæ, ff. eod III. Ratione loci quoque dupliciter
atrox æſtimatur. 1. Ratione loci, in quo fit iniuria, veluti ſi in
conſpectu iudicis, in foro, in templo iniuria infertur, vbi eſt
frequentia hominum. 2. Ratione loci, in corpore perſonæ
iniuriatæ, vt quia leuiter quis pulſatus eſt in facie, quæ iniu-
3 ria diceretur leuis, ſi in dorſo facta eſſet, vt hic. IV. Ratione
temporis, veluti ſi fiat tempore conuiuij, vel ludorum, d. leg.
Prætor, §. atrocem. Ita quoque atrox iniuria dicitur, quando
alicuius veſtes lacerantur, vel ſcinduntur l. ſed quæſtionis, 9.
ff. eod Bart. in l. licitatio (al. incipit locatio) 9. § quod illicite,
ff. de publica. Et generaliter atrox iniuria dicitur ſecundum
conſuetudinem loci, vbi fit, de quo vide Ang. in l. non ſolum
11. ſi mandato, ff. eod. & Plat. & Gloſ. iuris Saxo. art. 68. lib 1.
Tandem circa Gl. in verb. Libertus, notandum à libero iniu-
riarum non agi contra patronum, niſi pro atroci iniuria, ſicut
nec à filio contra patrem d. l. Pretor. §. præterea, cum §. ſeq. ff.
eo. Sed quando atrox iniuria illata eſt, actio in factum locum
habet, ſec. Gl. in d. §. præterea, in verbo. Atrocitas, & nō actio
iniuriarum, quæ infamat, l. 1. ff. de his qui no. infam. Atqui libe
ris actio famoſa non datur contra parentes, l. non debet, 11.
ff. de dolo. Et hæc procedunt in filio emancipato, & non in
patria poteſtate conſtituto, d. § præterea in fin. Si tamen atrox
iniuria exiſtenti in patria poteſtate infertur à parentibus co-
guntur parentes eum emancipare ſecundum Gl. in d. §. prętę-
rea, in verb. Fuerit. Patria enim poteſtas in pietate, & non in
atrocitate conſiſtere debet l. Diuus 5. ff. de l. Pomp. de parr.

ADDITIO.

a *Vel iudici: quam vtrum ipſa punire poſſit vide apud Gayll. 1. obſeruat. 39.*

§. In ſumma.

1 *Pro quacunque iniuria ciuiliter & criminaliter agi poteſt.*
2 *An vna actio tollat aliam.*
3 *Aeſtimatio datur pro quanto quis nollet eſſe paſſus.*
4 *Extincta actione iniuriarum elapſo anno, adhuc locum habet lex Aquilia ad emendationem damni.*
5 *Vuergeldus, non intereſſe ſed pena dicitur.*
6 *Pena iniuriarum quando criminaliter agitur, eſt arbitraria.*
7 *Ad quid iudicis arbitrium ſeſe extendere poſſit.*
8 *An & quando iudex arbitrium ſuum poſſit extendere vſque ad mortem.*
9 *Diſpoſitio iuris Sax. hoc caſu.*
10 *In actione iniuriarum criminaliter intentata, procurator interuenire nequit.*
11 *Condemnatus actione iniuriarum fit infamis.*
12 *Duo remedia in actione ciuili ad euitandam infamiam.*

1 PRincipaliter ex hoc text. primo notandum pro quacunq;
a iniuria ciuiliter, & *a* criminaliter agi poſſe, ſiue realis,
ſiue

ADDITIO.

a *Ciuiliter iniuriarum nomine agitur, quoties petitur æſtimatio iniuriæ, criminaliter vero, quando petitur iniuriantem puniri pœnis iuris. Clarus 5. Sent. § iniuria.*

§. Illud non ex verbis.

1 *In actione legis Aquiliæ attenditur ratio lucri ceſſantis, & intereſſe extrinſecè.*

AD intellectum huius §. videte tex. in l. proinde, 22. & d. l.
Inde Neratius, §. 1. & 2. §. ſed & ſi ſeruus, ff. eodem. In
actione enim l. Aqu. nõ ſolum corporis occiſi ratio habetur,
atque ita non ſolum venit damnum rei peremptæ, ſed etiam
quanti inter fuit noſtrum animal, vel ſeruum nõ eſſe occiſũ.
Nam omnis vtilitas, quæ propter rem peremptam percipie-
batur, etiam in alijs rebus, vt quia aliæ res, ptopter mortem il-
lius, ſunt deterioratæ, venit in æſtimatione, quod exemplis de
claratur hic in tex & in d. l. Neratius. Et licet regulariter alias
1 non habeatur ratio lucri ceſſantis, & intereſſe extrinſeci. l. Si
ſterilis, 21. §. cum per venditorem, ff. de act. empt. In hac tamẽ
actione illud attenditur, ita vt & damnum extrinſecum emẽ
dari debeat, vt not. poſt gl. in dict. §. cum per venditorem, per
Bar. & DD. in d. l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter, &c.

§. Liberum.

1 *Dominus in l. Aquil pro ſeruo occiſo, ciuiliter, & criminaliter agere poteſt.*
2 *Actio ciuilis, & criminalis, ex vno delicto orta non poteſt ſimul, & ſemel principaliter intentari.*

SIcut ex quocumque delicto, ſiue priuato, ſiue publico, du-
plex iudicium naſcitur, ciuile, & criminale, l. ſi. ff. de priuil.
delict & l. ſi. ff. de fur. & ſupr. circa Rubr. de obl. quæ ex deli-
1 cto naſc. præmiſſum eſt; ita quoque in l. Aqu. pro ſeruo occiſo
competit domino tam ciuilis actio l. Aquil. ad emendationem
damni, & intereſſe, quam criminalis accuſatio. leg. Corn. de
Sicar. ad vindictam publicam, ſi ſcilicet dolo occiſus eſt, text.
eſt hic, & in d. l. Inde Neratius, §. ſi dolo, ff. eo. & l. ex morte. 3.
C. eo. quia lex Corn. requirit dolum, d. l. In leg. Corn. ff. de Si-
car Et ſicut pro homine libero occiſo quis l. Corn. tenetur: ita
& pro ſeruo, l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de Sic. Si vero fuit occiſus
culpa, poteſt occidens accuſari, ex tit. de extraord. crim ad pœ-
nam pecuniariam, vel etiam aliam arbitrio iudicis imponen-
dam, de quo vide Doct hic, & in d. l. ex morte, & Bar. in l. ſi. ff.
de priu. delict. & in leg. proſpiciendum, 11. §. delinquitur ff. de
2 pœnis. Sciendum autem poſt, gl. & Doct. hic quando ex vno
delicto oritur actio ciuilis, & criminalis eas non poſſe ſimul,
& ſemel intentari principaliter in eodem, libello, l. interdum,
4. vbi Bart. ff. de pub. iud. licet in conſequentiam poſſint, ita ſe-
cund. Bar. in l. 1. §. 1. de verborum raptorum, poteſt quis inten-
tare accuſationem criminalem principaliter, & petere reſti-
a tutionem rei ablatæ incidenter, per officium iudicis, *a* facit l.
interdum, 56. §. qui furem, §. de fur. Sed vno iudicio peracto,
poteſt aliud intentari, & eſt liberum à quo quis velit inchoa-
re, ſiue à ciuili, ſiue à criminali, l. 1. C. quãdo ciu. act. crim. præ-
iud. Quod eſt verum, quando ciuilis actio perſequitur rem
familiarem. Si vero vtraque tam ciuilis, quam criminalis tẽ-
dat ad vindictam ſententiam lata in vna actione, parit exce-
b ptionem rei iudicatæ in alia *b* l. Prætore dixit, 7. §. 1. ff. de in-
iurijs. Et de hac materia videte plenè per Bart in d. l. 2. §. 1. ff.
de vi bonorum rapt. & poſt alios Sal. in d. l. 1. C. quando ciuil.
actio. crimin. præiud. & nos de ea re in §. ſi minus 34. infr. de
act plura dicemus.

ADDITIONES.

a *Vide Maran. in Specu. aureo, & conſ. 42. p. 4. in actione iniuriarum indiſtincte, permittit cumulationem.*

b *Et proinde non recte cumulantur Doct. l. vlt. de inmu. quare dicendum d. conſ. 42. actionem ad palinodiam non dari ad vindictam, ſed ciuiliter ad ſatisfactionem partis.*

§. Capite tertio.

1 *Tertium caput l. Aquiliæ quid.*
2 *Vocabulum, Ruptum, quid contineat.*
3 *An ex vaſis vinum, vel Cereuiſia pro vectigali capi poſſit.*
4 *Quando quis ex incendio teneatur.*
5 *Incendiarius quare igne comburatur.*
6 *In quibus conueniant primum, & tertium caput l. Aquil.*
7 *Dominus qui habet canem mordacem, an teneatur pro damno a cane dato.*
8 *Dicta in præfationibus, in contractibus repetite intelliguntur.*
9 *Diſpoſitio iuris Saxonici de æſtimatione damni ex primo capite legis Aquiliæ.*

ABſoluto primo cap. l. Aquil. quod Imp. hactenus exemplis
declarauit, nunc tertium proſequitur ſecundum enim
receſſit ab aula, vt hic & l. ſi ſeruus ſeruum, 27. §. huius autem
legis, 4. ff. eod. cuius ne verba quidem habemus, & ſecundum
Ioan. Fab. hic, forte faciebat mentione de aliquibus quæ iam
ſunt ſub tertio, ſed non de omnibus ſub tertio comprehenſis,
& poſtea totum huic tertio attributum fuit. Tenetur autem
hoc ca. leg. Aquil. l. is, qui vulnerat ſeruum, vel quadrupedem
1 numero pecudum contentam, vt hic, & d. l ſi ſeruus ſeruum,
l. tertio autem capite 5. ff. eo. II. Qui quadrupedem, quæ pe-
cudum nomen non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam, vul-
nerauerit, aut occiderit, vt hic III Is, qui iniuria damnum de-
dit in omnibus alijs rebus, quæ anima carent, vt hic, & d. §.
2 tertio capite, veluti, ſi quid vſtum, ruptum, fractum eſt. Ex in-
telligitur raptum, quoquo modo quid corruptum eſt, vnde
ſciſſa, colliſa, effuſa, & quoquo modo perempta, & deteriora
facta, hoc verbo continentur, vt hic, & d. l. ſi ſeruus §. inquit
lex. 13. Quare ſi quis immittat acetum, vel aliquid aliud vino,
aut alij immiſceat propter quod eius naturalis bonitas corrũ
pitur, ex hac parte, l. Aquil. tenetur, text. eſt hic, & in d. l. ſi ſer-
uus, §. cum eo planè, 15. Per quem D Hen. Ged. in conſ. 7. & 8.
de vectigalibus dicit, cum ex apertione, & euacuatione vaſo-
rum ſequatur corruptio potus, quia educto vino, vel cereui-
ſia, alterum eorum ſequitur, quod vel potus hinc inde ad late-
ra vaſis concuſſionem patiatur, vel alieni liquoris mixturam
ſuſcipiat atque, ita vtrouis modo prioris vini, & cereuiſiæ na-
turalis bonitas corrumpatur, de iure nõ poſſe exigi vectigal.
a *a* de vino, aut cereuiſia, ita vt vaſa aperiantur. & pars de vino,
3 aut alio potu loco vectigalis percipiatur ſed vtroque caſu de
corrupto agi poſſe affirmat. Et talem conſuetudinem tanquã
contra naturalem æquitatem, de iure non ſubſiſtentem, pluri
bus alijs rationibus impugnat, & tria remedia contra talẽ pu-
blicanum refert, de quibus eum in prædictis locis videre po-
teſtis. Similiter ex tertiò, c. l. Aquil. tenetur is cuius dolo, & cul
pa aliquid igne conſumptum vel exuſtum eſt, vt hic, & in d. l.
ſi ſeruus, §. ſi fornicarius, 9. cum §. ſeq. ff. eo. Sed quia leges va-
b rias pœnas incendiarijs *b* imponunt: ideò pro pleniori do-
ctrina diſtinguendum eſt, ſecundum Cyn. Bald. Salyc. & alios
in l. data, 21. Co. de his, qui accuſa. non poſ. & Bar. in l. 1. ff. de
offic. præfect. vig. & Ang. in tractat. malefic. ſup. verbo, incen-
diario, quod incendium aliquando committatur dolo, aliquã-
do culpa, aliquando caſu fortuito.
4 Primo caſu, quando quis ex propoſito, data opera, dolo ſci-
licet quid combuſſerit, tunc aut in ciuitate committitur incẽ-
dium, aut extra mœnia in villa. I. Quando in ciuitate com-
mittitur, tunc ſi incendiarius eſt humilis vitæ, & conditionis,
& incendium eſt magnum; igne concrematur, vel ſecun-
dum arbitrium iudicis beſtijs objicitur? quia iſtæ duæ pœnæ
æquiparantur, leg. qui ædes, 9. & le. 1. §. 1. ff. de incend. iur. nau.
&c. & l. Capitalium, 28. § incendiarij, 12. ff. de pœnis. Eſtque
ratio ſecundum Bald. in dict. l. data, quare igne comburatur,
quia incendium in ciuitate mortem ignis multis præparat:
ideò mortem, quam alijs præparauit, recipiat, argum. l. Saccu
larij, 7. ff. de extraord. crim. Si verò non eſt magnum capite
plectitur, d. l. capitalium, §. incendiarij & dict. leg. data. Si ve-
rò incendiarius eſt conſtitutus in aliquo gradu, ſeu dignitate,
tunc ſi magnum eſt incendium capite punitur: alias deporta-
tur, dicta lege finali, ff. de incend. ruin. II. Quando in villa
committitur, tunc ſi incendium eſt magnum, & incendia-
rius eſt humilis perſona, plectitur pœna capitali; ſin eſt par-
uum, tunc damnatur in metallum. Si vero incendiarius eſt
conſtitutus in gradu, & incendium eſt magnum, deportatur,
ſin eſt paruum, relegatur in perpetuum. Leuius enim punitur
incendium commiſſum in villa, quam in ciuitate, dic. §. incẽ-
diarij

ADDITIONES.

a *Vectigal plus debito exigentis quæ pœna vide Menochium 2. de arbitr. iud. caſu 443.*

b *De incendijs, & incendiariorum pœna, adde quæ ſupra poſita tit. quibus modis re contrahitur obligatio, C. de commodato, & l. actionum vbi de actione locati, num. 24. infra de actionibus Cepol. tract. ruſticorum prædiorum, cap. vlt. Gayl. 2. obſeru. 22. Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 350.*

Digitized by Google

diarij. De iure vero Sax. indiſtinctè cauetur, vt incendiarijs conductitijs (den mordbrennent) membra contundantur rota. ceteri verò ſimplices incendiarij (die ohnemordbrant gebrent) decapitentur, text. eſt in art. 13. lib. 2. Sed de conſuetudine etiam in terris Saxonic. incendiarij igne necari iubentur
a ſicut experientia hoc teſtatur *a*.

Secundo caſu principali, quando incendium committitur culpa, tunc aut interuenit lata culpa, & vltra æſtimationem damni, etiam criminaliter ſecundum arbitrium iudicis punitur, ſed mitius, quam in caſu ſuperior, ſecundum Doct. in d. l. data per text. in l. in l. Cor 7. ff. ad l. Cor. de ſicar. Aug. interuenit leuis culpa, & dicit Cyn. cum cuius, leuj culpa incendium ortum eſt criminaliter puniri non poſſe, niſi quando non eſt ſoluendo, d. l. qui ædes ante fin. ita vt tunc demum locum habeat regula. Qui non habet in ære luat in corpore, vulg. l. fin. cum ſimilibus, ff. de in ius voc. tamen communior eſt opinio, etiam pro leui culpa puniri criminaliter, pena ſcilicet pecuniaria fiſco applicanda, non autem capitali, & pro hac ſententia facit, text. in l ſi fortuito, 11. ff. de incend. vbi criminaliter punitur culpa dolo proxima quæ dicitur culpa, & etiam ea, quæ luxuriæ id eſt latæ, culpæ ſecund. Gl. ibi, proxima eſt, quæ dicitur leuis ſecund. Bal. in d. l data no 8. Aut interuenit leuiſſima culpa, & illa criminaliter non punitur, ſecundum Bald. & alios in d leg. data, ſed tenetur leg. Aquil. ad emendationem damni, in qua leuiſſima culpa venit ſecundum Salic. in d. leg. data: per text. in d. l. in lege 44. ff. eod.

Tertiò caſu principali quando incendium caſu fortuito ortum eſt, vel ex ictu fulminis, vel quia factum à latronibus, vel hoſtibus, vel ſubita vis ventorum ignem longius produxit, atque ita culpa non poteſt imputari, tale incendium eſt impunibile, adeò, vt nec ad aliquam emendationem teneatur ille in cuius domo incendium ortum eſt ſecund. Doct. in d. le. data, facit d. l. ſi fortuito. Alias regulariter poteſt conueniri de æſtimatione damni ciuiliter is, cuius dolo, vel culpa incendium ortum eſt nec per criminalem actionem ciuili præiudicatur, tex. eſt in d. l. 1. C. quando ciu. acti crimi. præiud. Et vltra prædicta, an, & quando ex incendio quis teneatur ciuiliter, vid. opt. tex. in le. 3. §. 1. ff. de offic. præf. vig & l. ſi vendita, 11. ff. de per. & com. rei vend. & omnino Salic. in l. quæ fortuitis, 6. C. de pig. act. D Iaſ. in l. domos, 58 ff. de l. 1. & in l. ſed, & ſi quis, 4. §. quæſitum, 41 ff. ſi quis caut. & conſilium. D. Hen. Cod de incendio, 2. mihi fol. 319.

Porro ex §. noſtro notandum, omne damnum datum aliter, quam occidendo ſeruum, vel quadrupedem, quę pecudū numero continetur, æſtimari ex tertio ca. l. Aquil. non quanti res valuit, infra annum præteritum, ſicut ex primo capit. ſed quāti plurimi valuit inf. 30. dies proximos præteritos, text. eſt hic, & in d. l. ſi ſeruus, §. tertio autem capite iuncta Gl. in verbo, Proximis ff. eo. Eſtque ratio quare breuius tempus ſit præfixum in tertio, quam primo capite, ſecund. Gl. hic in verbo. Triginta, & in l. 2. ff. eo. quia pęna debet commenſurari, delicto, vulg l. diuus, 32. ff. ad l Corn. de falſ. Grauius autem delinquit, qui hominem occidit vel animal quod pecudum numero continetur, quam qui vulnerat hominem, vel pecudem aut aliud animal, quod in pecudum numero non eſt veluti, ſi canem occidat vel aliud Ergo, &c. De quo latius vide Angel. & Doct. hic. Ex prædictis igitur conſtat, in quibus, primum, &
6 tertium, c. l. Aquil. differant. In hoc, autem conueniunt, quod ſicut in primo requiritur dolus, & culpa, ita quoque ad hoc, vt ex tertio capite quis conueniatur, requiritur, quod damnū dederit, dolo, vel culpa, vt hic, & ſufficit etiam leuiſſima, d. l. in lege 44. ff eo. Vnde ſi caſu fortuito, qui præuideri non potuit, nulla præcedente culpa, damnum datum ſit, Aquilia ceſſat. Idem, ſi iure ſeruus alienus vulneretur, d. l. 4. & leg. ſcien-
7 tiam 55. §. qui cum aliter, ff. eo. & tex. hic, in verbo, Per iniuriam. Ita quoque canem mordacem impune occidere licet, Imò Dominus tenetur pro damno, quādo canem mordacem non ſeruat ligatū. l. 1. §. ſed & ſi canis, 5. & l. 2. ff. ſi quad. paup. fecil. dic. Idem diſponitur de iure Saxon. in art. 62. lib. 2. & in art. 48. in fin. lib. 3.

8 Vltimò ex tex. hic, in ſi notandum ſi lex, vel ſtatutum plura habet capitula, tunc clauſulam poſitam in vno intelligi repetitam in alio quando ſcilicet eamdem ratio, vel æquitas repetitionis hoc inducit, de quo vide poſt Bald. Angel. hic. Et facit vulgata regula ſecundum Gloſ. hic quod ea, quæ dicuntur in præſtationibus, intelliguntur repetita in contractibus, l. Titia, 134. §. idem reſpondit, 1. cum multis concordantijs hic, in Gl. alleg. ff. de verb. obligat. Exempli gratia: Pone tractatum eſt inter nos, vt donec ſoluam tibi vſuras, nō velis petere ſortem: poſtea ſtipulor à te; promittis non petere ſortem: & certè cēſeris promiſiſſe non petere: donec vſuras ſoluam, licet de vſuris non facta ſit intentio in ſtipulatione, & Notarius in inſtrumento hoc comiſerit. Hoc tamen procedit in his in quibus partes conueniunt, & ſe firmant: multa enim tractantur inter partes, quæ poſtea non concluduntur. Vnde Bart. in l item quia, 4. §. fi. ff. de pact. dicit, per præſtationes intelligi tractatus conuentionales firmatos à partibus, antequam perueniatur ad ipſum contractum, ſeu eius conſummationem. Item procedit, ſi contractus in continenti ſecutus eſt: ſecus, ſi ex interuallo, l. per retentione, 4. cum ibi notatis, C. de vſuris. Præterea, non habet locum, ſi per executionem contractus vitiaretur, d. §. idem reſpondit, vbi de pluribus limitationibus vide Doct. & Io. Fab. & Ang. in §. preterea, 5. ſupr. de inutilibus ſti-
9 pul. Reſtat nunc videndum, qualiter de iure Saxonic. damni æſtimatio fiat. Quando enim agitur ex primo capite legis Aquil. pro pecude occiſa, tunc de iure Saxon. non attenditur, quāti plurimi fuit anno preterito, ſed quia pleraque animalia habent expreſſum Vvergeldum, de quo in art. 51. lib. 3. occidens iniuria tale animal, ſoluendo Vvergeldum liberatur, ar. 48. lib. 3. in princ. Si vero non eſt ſtatutum Vvergeldum pro eiuſmodi pecude, tunc pars læſa damni accepit æſtimationem ſimpliciter iurat, ac deinde reus ad eam quantitatem condēnatur, niſi mediante ſuo iuramento minuat, ac moderetur æſtimationem ab actore factam, tex. eſt in art. 47. poſt princ. & in art. 51. in fin. lib. 3. Ita ſimiliter quando agitur ex tertio c. l. Aquil. pro animali, quod pecudum numero non continetur, tunc reus ſoluendo Vvergeldum quoque liberatur, ſed ſi animal non habet expreſſum Vvergeldum, tenetur ſoluere æſtimationem, vt iam dictum eſt, vel ſimile animal eiuſdem valoris, & bonitatis præſtat. Sic enim inquit tex. Aues cantantes caneſque venaticos poteſt quis compenſare alijs ſimilibus, & ęquè bonis. Et glo. ibi hoc intelligit etiam de alijs animantibus quæ magis voluptatis, quam vtilitatis cauſa aluntur, Si verò mutilatur animal pecudum num. contentum, & quod homines manducare ſolent, tunc dominus animalis retinet illud animal, & mutilās præſtat eius dimidium Vvergeldum, de quo tex. ibi ar. 48. li. 3. Et de damno dato in rebus, quæ anima carent, addite text. in art. 38. lib. 2. vbi dicitur. Ille ex cuius negligentia ſeu culpa alijs damnum infertur, illud emendare ſeu reſarcire tenetur, ſiue aqua, ſiue igne id contingat.

ADDITIO.

a *Conſtitutione decimaſeptima, parte quarta.*

§. Finalis.

1 *Actiones quæ dantur ex damno dato.*
2 *Actio directa, & vtilis, quo ad effectum idem important.*
3 *Damnum de corpore in corpus datum quando dicatur.*
4 *Damnum de non corpore in corpus datum quando dicatur.*
5 *Pecudes damnum facientes in agro an poſſint includi, & pignoris loco retineri.*
6 *Cuſtos carceris, qui propter miſericordiam allenat debitorem captiuum, ad quid creditoribus teneatur.*
7 *Qui dat occaſionem damni, ipſum damnum dediſſe videtur.*

1 AD intellectum huius §. ſciēdum primo quod damno dato competat aliquando actio l. Aquil. directa, aliquando vtilis, aliquando in factum ſubſidiaria, textus eſt hic. Dicitur autem directa, quæ competit ex mente, & ex verbis le. 12. tabu. vtilis verò, quæ non expreſſe conſtat ex verbis leg. 11. tab. ſed per Iuriſconſ. ex interpretatione introducta eſt, le. penult.
2 ff. ſi quad. paup. fecil. dicat. Et licet ſit differentia inter actionem directam, & vtilem, quo ad verba, tamen quo ad effectum, idem important: idem enim quis conſequitur per vtilem, quod per directam l. antepe. ff. de neg. geſt. Actio vero in factum eſt inuenta à prætore in ſubſidium, l. Aquil. in caſibus, qui l. Aquil. non comprehenduntur, ſecundum Gloſſ. hic, in verbo, In factum, Vbi l. 12. tabul non prouidit, neque alij Iuriſconſ. per aliquam interpretationem, vtilem dederunt, & tamen æquum eſt dare actionem ſecundum Plat. hic. Et de hac actione in factum quotuplex alias ſit, in §. actionem, 28. infra de actio. dicemus.

3 Secundò ſciendum poſt tex. & Gloſ. fin. hic, & Gl. in d. l. de pecoribus, C. eo. quod damnum aliquando datur de corpore in corpus, ita vt ex vtraque parte corpus immediatè interueniat: veluti, ſi manu tua occides ſeruum meum, vel deijcias eum de ponte in flumen. hic damnum dicitur datum corpore proijciens in corpus ipſius ſerui proiecti. Et hoc caſu datur directa actio, leg. Aquil. vt hic, & leg. qua actione 7. § ſed ſi quis,

Digitized by Google

4 quis,ff.eod.Et notanda ſunt verba Bald. in d.leg de pecoribus damnum dicit datum de corpore,quādo corporalis actus facientis eſt immediata cauſa damni, & in corpus, quando ex tali damno res immediatè efficitur deterior, vt in exemplo iā predicto. Sed vbi actus corporalis non inducit detrimentum rei immediatè,vt eſt incluſio pecorum, per quam ſolam non deteriorantur pecora, tunc dicitur damnum datum de non corpore in corpus, conſiderato euentu, quod pecora fame necata ſunt.Sic quoque compellens animal alterius ad præcipitandum,ita vt non directè manibus ſuis præcipiter,ſed præſtet cauſam præcipitandi, vtili Actione conuenitur, text.eſt hic. Aliquando è contrario à parte agentis ſolum interuenit corpus,& tunc damnum dicitur datur à corpore in non corpus: veluti,ſi quis ex manu alterius excutiat annulum,qui cadat in aquam,& quoque vtilis actio competit, l.ſi ſeruus, 27. §.ſi quis de manu,21.ff.eo.Et his duobus caſib.etiam actio in factum ſubſidiaria,locum habet, ſecun.Gl.fi. hic,& text.in l.ſi item obſtetrix,9.§.ſi quis hominem,& in l quemadmodum, 29.§.magiſtratus 7.ff.eo. Hinc Glo. in d.l.de pecoribus dicit, vbi locum habet vtilis Aquilia,ibi dari etiam in factum ſubſidiarium,ſed non cōtra quia, in caſu ſequenti competit actio in factum, ſed non vtilis Aqui. Aliquando enim datur damnum de non corpore in non corpus: veluti,ſi quis ex miſericordia liberat ſeruum alienum,quem Dominus ad caſtigandum poſuit in compedibus,qui poſtea aufugit,tunc nec directa,nec vtilis Aqu. locum habet ſed actio in factum ſubdiaria vt hic,& d.l.ſi ſeruum meum,§.fi.ff.eo.Porro circa tex. in
5 verb.Pecus incluſerit. I. Notabitis, quod ſi inueniam pecudē alienum in meo agro damnum dantem, de iure communi mihi non licet eam includere,& loco pignoris retinere,donec Dominus eius de damno mihi ſatisfacit, ſed cogor eam expellere, ſicut meam ac ſine læſione, deinde pro damno accepto Dominum competentibus actionibus conuenire poſſunt, l. quamuis Cal.§.1.in l.quintus Mutius,39.ff.eo. Ita etiam poſſum eam capere & tenere, donec ſciatur Dominus, de quo vide Plat.hic.De iure autem Saxon. contrarium obſeruatur, per text.lib.2.ar 47.ibi.[Pfeden oder eintriben,]& ſi eiuſmodi animalia ſunt,quæ pignori capi nō poſſint, permittit idem ius,ea adhibitis canibus abigere non obſtant,etiamſi à canibus
6 interficiantur,text.eſt in art.40.lib.2. II. Notabitis ex text.hic in fin.poſt Ang.contra cuſtodes carcerum, qui propter miſericordiam aliquando alleuiant debitores captiuos, quia tenētur creditoribus ad intereſſe: nam qui ductus, miſericordia alium damnificat,tenetur actione in factum ad intereſſe textus,eſt hic,& in l.Si hominem,7.in prin.ff depoſ.Et de alieno non licet facere eleemoſinam, ſed potius dicitur ſpecies furti de alieno largiri.l.ſi pignore, 14.ff.de fur. Itaque ſi dolò quis ſeruum alienum vt fugeret, liberauit furti actione tenetur l.
7 & eleganter,7.§ idem Labeo.7.ff.de dolo.III. Notanda vulg. reg quam Glo.hic in verbo.mortuus, colligit ex text.noſtro, quod is qui occaſionem damni dat, ipſum damnum dediſſe videtur,l.cui occidit,30.§.in hac quoque euictione, ff.eo.& l. nihil, 15.ff.ad l.Corn.de ſica. Quod eſt verum, quando occaſio conſiſtit in actu propinquo ipſi damno,alias non item,vide Gloſ.in cap ſicut nobis ext.de teſtibus, quæ ita diſtinguit. Aut quis dat operam rei licitæ,aut illicitæ.Primo caſu ſi adhibet illam diligentiam, quam poteſt, non tenetur, de his, quæ poſtea ſequuntur,vt in d.§.in hac quoque actione in fi.Si verò non,adhibet illam diligētiam tenetur, d.§.in hac. Secūdo caſu,quando dat operam rei illicitæ, ſeu per ei imputantur, quæ ſequuntur,vnde teſtis corruptus,& falſum deponēs non ſolum punitodus eſt periurio,& falſo,ſed etiam de omni eo, & ex depoſitione ſua in qua proceſſit ſecundum Abb. nu.2. in d.c.ſicut nobis ext.de teſtibus.

DE INIVRIIS. TITVLVS IV.

1 *Iniuria quot modis, & qualiter in hoc titulo accipiatur.*
2 *Vt actio iniuriarum competat, dolus requiritur.*

IMperator in præſenti tit.quartam ſpeciem priuatorum delictorum,ſup.in princip.titu.de obliga.quæ ex delict.naſc.enumeratam proſequitur Iniuriam ſcilicet. Sed quia iniuria eſt verbum generale ideò in prin.quot modis,& qualiter in titu.noſtro accipiatur dice-
1 mus. Dupliciter enim vt genus, & ſpecie,capitur. Et iniuria generaliter ſumpta dicitur omne id,quod non iure fit, vt hic, l.1.in pri.ff.de iniurijs. In ſpecies verò trib. modis accipitur.I. Pro cōtumelia reali,vel verbali alteri illata, & ita ſumitur hic ſecund. gl.in d.l.1.ſuper verb.contumelia. II. Pro damno,culpa,& non iure dato,ſicut in tit.præced.Et obiter notanda dif-
a ferentia inter has actiones,ſecund.Doct.§ iniuria, 2.ſup.de l.
a Aquil.quod etiam leuiſſima culpa in l.Aqu. ſufficit a l.in lege 44.ff ad l.Aquil.Sed in actione iniuriarum,ad hoc,vt competat,dolus requiritur ſeu animus iniuriandi,l.3.§.1.ff.eo.Ita in l.Aquil.agitur ad emendationem damni, ſed in hac ad vindictam,ſapit inſtar criminalis cauſæ,l.Prætor edixit,7.§.1.ff.eo. III.Accipitur iniuria pro iniquitate,& iniuſtitia quadam, quando iudex iniuſtæ, & iniq; contra aliquem fert ſententiam de quo in princ. titu. ſeq.dicemus.

ADDITIO.

a *Ideo percutere volens ferrum,ſi percutiat alium, Aquilia tenetur,l.ſcientiam,45.§.qui cum,3.ad l.Aqu. iniuriarum non tenetur,l.5.de iniur. Aquilia enim factum iniuria, id eſt non iure factum perſequitur, etiam ſi animus contumeliæ faciendæ abſit,l.4.& 5.ad l.Aq. At iniuria actio contumeliam, & ideò animum iniuriandi vindicat,l.1.l.qui iniuriæ,13.l.vlt. & paſſim tot tit.de iniur. l.ſi non conuicijs, 5.C.eod.tit. vnde Iaſ.l.ſi per errorem, 15.nu.17.de iuriſd.*

§.Iniuria.

1 *Iniuria principaliter tribus modis fit.*
2 *Pœna condemnati in actione iniuriarum ciuili.*
3 *Criminaliter accuſatus in actione iniuriarum capite punitur.*
4 *Diſpoſitio iuris Canon. de compoſitione famoſi libelli.*
5 *Pandens famoſum libellum, an puniatur ſi auctorem indicet.*
6 *An infamas puniatur, ſi verum dixit.*
7 *Quod dicatur verbum iniurioſum, ſecundùm Bartolum.*
8 *Tu mentiris, eſt verbum iniurioſum.*
9 *Vtens hoc verbo ad defenſionem ſuæ innocentiæ non tenetur iniuriarum.*
10 *Tu dicis falſum, non eſt verbum iniurioſum.*
11 *Verbum indifferens, in quam partem interpretandum.*
12 *Iniuria verbales, an compenſetur.*
13 *Porro iniuria verbali competit iniuriarum actio,ſiue præſente, ſiue abſente fiat.*
14 *An,& quando verum dicens iniuriarum teneatur.*
15 *Probans in iudicio crimen obiectum, an teneatur.*
16 *Vocans quem in iudicium & ſuccubens, tenetur.*
17 *Reus obijciens turpem exceptionem, & non probans, an iniuriarum teneatur.*
18 *Cautela pro reo excipiente.*
19 *Diffamans aliquem de paupertate, qui eſt diues, iniuriarum tenetur.*
20 *Recuſans accipere idoneum fideiuſſorem, tenetur iniuriarū.*
21 *Affectans matrem familias, iniuriarum tenetur.*
22 *Vtens turpibus verbis iniuriarum tenetur.*
23 *Prætextatus, & prætextata,quomodo hic accipiantur.*
24 *Prætexta qualis fuerit veſtitus.*
25 *Indutus veſte aliena, quam ei portare non licet, ſi faciat in alterius ignominiam, iniuriarum tenetur.*
26 *Iudæi & meretrices notam in veſte portare debent,qua agnoſci, & diſcerni ab alijs poſſint.*
27 *Ruſticus vtens veſte longa ſubaucta varijs in deriſionem Doctorum, iniuriarum tenetur.*

1 TRibus principaliter,modis iniuriā fieri Imperato. in hoc §.tradit, re ſcilicet, verbis, & literis, in effectu autem duplex eſt iniuria, realis, & verbalis. Realis dicitur, quando manus inferuntur, ita vt corpus verberibus afficiatur, & de hic in §.ſed; & lex Corn.infr. eodem dicetur. Verbalis dupliciter fit. Primo verbis, quando quis ad ignominiam alterius verba contumelioſa profert. Secundo literis, quando quis librum ad infamiam alicuius ſcribit, vt hic. Et hoc procedit
a I Non ſolum in conficiente librum famoſum, a ſed etiam in compo-

ADDITIO.

a *Diſtinguendum inter famoſum libellum,& iniuriam ſcriptam, l.5.§.ut de iniu.Sicut,& conſ.44.p. vi.diſtinguit ab iniuria de qua conſ.42.& poſt conſ.46.vult famoſi libelli eſſe perpetuam actionem.Scripta vero iniuria annalem. Famoſus libellus eſt, quo obijcitur ſpeciale certum,& famoſum, & ſi, verum ſit crimen, vt latrocinij, cædis adulterij, &c.incerto auctore. Iniuria qua nullum tale crimen obijcitur, ſed contumelia aliqua qua æxiſtimatio læditur, vt ſi quis ſpurius in ſcripto nominetur, aut in genere criminis arguatur, vt ſi appelletur criminoſus, ſceleſtus, nebulo. Maior itaque eſt pœna famoſi libelli quia maius crimen, conſ.54.par.2.*

componente carmen, cantilenam, hiſtoriam, vel aliam ſcri-
pturam infamatoriam, l. lea Corn. 5. §. ſi quis librum 9. & l.
item apud Labeonem, 15. §. generaliter, 29. verſ Hæc autem
fere, ff. eod. II In eo, qui non compoſuit, ſed ſolum ſcripſit, ſe-
cundum Io. Fab. hic. III. In eo, qui ſolum reperit, legit & non
corrupit, ſed doloſè manifeſtauit, l. vnic. C. de famo. libel. IV.
In eo, qui emendum, vel vendendum famoſum libellum cu-
rauit, d. l. Cornelia, §. eadem pœna, 10. ff. eod. V. Non diſtin-
guitur, ſiue ſuo, ſiue alterius nomine quis ſcripſit, vel edidit, d.
§. ſi quis librum. Item ſiue exprimatur nomen diffamati, ſiue
non, quia forte dicit, ſunt aliqui proditores in ciuitate, qui fu-
rantur communes pecunias, & hoc caſu cū difficilis ſit pro-
batio, publica accuſatio cuilibet de populo cōpetit, l. quod Se-
natuſc. 6 ff. eod. Quando vero nomen diffamati eſt expreſſū,
tunc ciuiliter, & criminaliter diffamatus pro libito agere po-
teſt, & quando ciuiliter agit, æſtimati iniuriam illatam, ad cer
tam quātitatem pecuniæ, quam petit ſibi applicari, vt in §. pœ-
na, infr. eod. dicetur. Et hoc caſu efficitur condemnatus inte-
2 ſtabilis, d. § ſi quis librum, adeo, vt nec teſtis eſſe, l. ob carmen
21. ff. de teſtibus nec teſtamentum condere poſſit, l. is cui, 18.
§. 1. ff de teſta. Quādo autem criminaliter agit diffamatus cu
ius nomen eſt expreſſum, pœna capitis imponitur, d. l. vnica.
3 Idem, quando nomen non eſt expreſſum, & aliquis de popu-
lo agat: quia is ciuiliter iniuriarum agere nō poteſt, ſed com-
petit publica accuſatio criminalis ad pœnam capitalem, d. leg.
quod Senatuſc. Quod eſt verum, ſecundum Gloſ. fin. & Gloſ.
in verbo. Si quis, in d. l. vnica, quando crimen, quod in libel-
lo, vel carmine famoſo alteri obijcitur, eſt tale, pro quo pœna
4 capitalis imponitur, alias ſcribens famoſum libellum non pœ-
na capitis, ſed ſimilitudine ſupplicij puniri debet, quod etiam
ſequitur Salic. ibi, & Plat. hic, num. 11. & Gloſ. in cap. Si quis,
3. cauſ. 5. q. 1. De iure vero Canon. famoſum libellum confi-
ciens flagellis cæditur, & excommunicatur, d. c. Si quis, & c.
Qui in alterius, 1. cauſ. 5. q. 1. Sed circa prædicta quærit Sal. in
5 d. l. vnica. An is qui pandit libellum famoſum, puniatur, ſi au-
thorem demonſtret? Et concludi, vtrumq; puniri, tam autho-
rem, qui compoſuit, quam propolatorem, per text. in d. l. vni-
ca. Sicut vtens ſcienter inſtrumento falſo punitur, licet con-
ſtet de authore, l. ſi falſos, 8. C. ad leg. Cornel. de fal. Quod di-
ligenter notabitis cōtra conuentum actione iniuriarum, pro
qualibet iniuria verbali, quia non iuuatur, etiamſi dicat, ſe ex
6 alio audiuiſſe, & authorem indicat. Nam hoc caſu, autho-
rem indicare nihil prodeſt, & ita pronunciatur. Porro prædi-
cta procedunt, quando conficiens libellum famoſum falſum
ſcribit: ſecus, ſi dixit, quod Reipubl. intereſt manifeſtari. Nam
tunc non punitur, nec iniuriarum tenetur, Gl. eſt hic in ver-
bo, fuerit. Et licet Gloſ. in d. l. eum, qui in princ. ff. eod. contra-
rium velit, teneri ſcilicet eum, ſiue verum, ſiue falſum dicat,
per tex. in d. l. vnica. Communior tamen eſt opinio, nō teneri
ſi verum dixit, & intereſt Reipubl. Secus, ſi falſum dicat, vel
a etiam verum, quod tamen non intereſt Reipubl. *a* in lucem
proferri, ita vt d. l. vnica intelligatur, ſecundum d. l. eum qui.
Et hæc opinio, tanquam æquor tenenda eſt, per leg. interpre-
tatione, 14. ff. de pœn. & facit opt. tex. in d. cap. qui in alterius,
cauſ. 5. quæſtio. 1. vbi dicitur: Qui in alterius famam publicè
ſcripturam, aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus
ſcripta non probauerit, flagelletur, & qui eam primus inue-
nerit, rumpat, ſi non vult authoris facti cauſam incurrere. &
ſubijcit ibi Gloſ. poteſt tamen probare crimen ſi vult, alle-
gans ad hoc ibi d. leg. eum qui in princip. Et hanc ſententiam
ſequuntur. Cyn. & Salic. in d. l. vnica, & Angel. in d. leg. eum
qui, & Plat. hic.

Tum porrò committitur iniuria verbalis ſolis verbis, ſine
interuentu literarum, quando, ſcilicet quis aduerſus aliū pro-
fert verba contumelioſa, quæ bonis moribus improbantur,
& ad infamiam, iniuriam, & inuidiam alicuius ſpectant, ſe-
cundum Iuriſc. in d. l. item apud, §. ſed quod adijcitur, 5. ff. eo.
7 Et ſecund. Bart. in d. l. item apud §. ait Prætor, dicitur verbum
iniurioſum, per quod, ſiue in genere, ſiue in ſpecie obijcitur
aliquod delictum commiſſum, veluti, ſecund. eundem Bart. in
l. etſi pepercerit, 3. in princ. ff. de lib. & poſth. Si quis dicat, tu
fur, latro, homicida, &c. licet non deſcendat ad ſpeciem, ex-
primēdo, cui furatus ſit, vel quem occiderit, per taliam enim
verba, quodammodo redditur quis infamia infamia facti,
cum eius opinio apud bonos, & honeſtos viros multum læ-
datur, & grauetur, ſecundum Alex. de Imol. in d. l. & fin. Nec
intereſt, ſiue proferantur in cætu hominum cum vociferatio-
ne, quo caſu proprie conuitium dicitur, ſiue non, d. leg. item
apud. § conuitium, 7. & § ex his apparet, 11 Ita quoque dice-
8 re. Tu mentiris, eſt verbum iniurioſum, quia improperat ma-
leficium, ſecun. Bart. in d. § ait Prætor. Et hoc procedit, etiam
b ſi quis vtatur *b* proteſtatione, & dicat: Tu mentiris, ſaluo ho-
nore tuo, vt inquit Bart. in leg. ſi quis extraneus, 11. princ. per
text. ibi, ff. de acq. hær. Quoties enim proteſtatio eſt actui cō-
trari, qui geritur, tunc illam non releuat, c. Solicitudinem,
54 de appell. & not. in c. Cum M. Ferrarienſis 9. ext. de conſt.
& per Bart. d. l. non ſolum, §. morte, ff. de noui oper. nunc. Sed
cum quis ad defenſionem ſuæ innocentiæ, & honoris conſer-
uandi gratia, alicui obijcienti crimen dicat: Tu mentiris, iniu-
9 riarum actione non tenetur, ſec. Bart. in l. quæ omnia, 25 §. 1.
c per tex. ibi, ff. de procur. Item prouocatus *c* ſi ita reſpondet, ei
ignoſcendum eſt, l. qui cum maior, 14. ſi libertua, ff de bonis li-
ber & facit doctrina Doct. in l. 1. C. vnde vi, vbi aſſerunt lici-
tam eſſe defenſionem cum armis, ſi cum armis ſit offenſio, &
ſi ſine armis quia offenditur, par eſſe, vt quoque ſine armis ſe
defendat: quia æqualitas armorum requiritur, vt notatur in
l. 1. vt vim, 3. ff. de iuſtit. & iure. Et de his vide plura per Alex.
& Doct in d. l. etſi pepercerit, Iaſ. & alios in l fi. ff. quod quiſ-
que iuris. Abb. in cap. cum te, 23. extr de ſent. & re iud. & An-
10 gel. de maleſic. ſupr. verb. verba iniurioſa, verſ. quid autem ſi
dixerit verbum iniurioſum Notandum tamen, per illa verba
tu dicis falſum, non inferri iniuriam, quia non intelligitur,
quod ex certa ſcientia, & ſic doloſè tu falſum dicas: ita nota-
biliter determinat Salic. in l. de tutela, 7. C. de integrum reſtit.
ſubijciens, elatos, & ſuperbos in continenti talia verba aſſu-
mere, in ſuam iniuriam victa, quod ſecundum Iaſ in d. l. etſi
pepercerit, diligenter notab. Falſum enim largiùs ſignificat
omne, quod non eſt verum, ſiue doloſè dicatur, ſiue ſine do-
lo. De quo Bart. in l. quid ſit falſum, 23 ff ad leg. Corn. de falſ.
11 Succedit igitur optima theoria. Bartol. in conſ. 108 Quando
verbum aliquod profertur, quod eſt indifferens, & poteſt to-
nare iniuriam, vel non tunc debere in mitiorem partem ac-
cipi, allegatque Bart. ad hoc text. in d. l interpretatione, cum
ſimil. ff. de pœnis, & facit opt text. in c. is autem, 4. cauſ. 2. q. 2.
vbi dicitur. Nemo mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum,
quod patet verum quia quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe,
12 ſed fallitur: Circa prædicta opportune quæritur. [An iniu-
riam verbalem liceat alia iniuria verbali repellere?] Exempli
gratia, pone, vocaſti me latronem, & ego viciſſim a te pro-
uocatus, appellaui te furem vel etiam latronem, quæritur, an
cuilibet noſtrum competat actio iniuriarum, ita vt nos inui-
cem accuſſare poſſumus? Et videtur dicendum, quod nō quia
vita, & fama æquiparantur, l. iuſta, 9. in princ. & ibi Gloſ. ff. de
manu. vind Sicut igitur ad defenſionem vitæ, vim vi repelle-
re licet, ita quoque ad defenſionem honoris iniuriam iniu-
d ria retorquere permiſſum videtur. *d* Item vulgata eſt regula
iuris, paria delicta mutua compenſatione tolli, c. fin. extra de
adul. & l. viro, atque vxore, 39 ff ſol matrim. Præterea facit
id, quod ſupra ea Bart. in l. quæ omnia, 25 §. 1. ff. de procurat.
adductum eſt, quod ſcilicet quis ad defenſionem ſuæ inno-
centiæ, poteſt dicere alteri, tu mentiris. Contrarium tamen
affirmat Spec. in titul. de accuſatore, §. primo. Videlicet, quē-
libet de iniuria ſibi illata agere poſſe, licet par ſit iniuria, alle-
gans ad hoc leg. neganda, 19. C qui accuſari non poſſunt, quæ
eſt Canonizata in cap neganda, 2. cauſ. 3. quæſt. 11. & text. in
capitulo veniens, 16. in princip. extra, de iureiur. ibi, [alterna-
tim.] Vbi iniuria fuit reciproca, & tamen non compenſatur.
Et facit ſecundum Panormit in d. cap. cum te, alia ratio, quia
non licet mihi percutere eum, qui me percuſſit, ſi hoc non
facio ad defenſionem, ſed ad vindictam, vt notat in d. leg. vt
vim, & in d. leg. Cod. vnde vi, & per Abb. in cap. olim, 17. ext.
de reſtit ſpoliat. Hic enim efficitur eodem modo, nec licere
inferre iniuriam verbalem ad vindictam inferenti, Nemini
quippe licet propria authoritate ſe vlciſci, vt per totum tit.
Cod. quando licet vnicuique ſine iudice ſe vindicare. Et per
hæc reſpondetur ad primum fundamentum, ſec. Dec. in d. l.
vt vim, in fi. hoc arg. in terminis noſtris de defenſione corpo-
ris, ad defenſionem honoris non procedere, quia termini nō
ſunt pares. Pro vita enim tuenda agitur de defenſione vitæ,
ſed in iniuria verbali agitur de vindicta. Si enim mihi iudicis
iniuriam verbalem, illi eſt iam illata, & remoueri non poteſt.

Qua.

ADDITIONES.

a *Boer. conſ. 4. & ſic pronunciatur.*
b *Iniuria verbis facta, an honoris præfatione tollatur, vide Gayl.*
2. Obſeru. 101.
c *Prouocatus an iniuriam retorquere poſſit, vide Gayl. 2. Ob-*
ſeru. 100.
d *Purgandi, & defendendi cauſa, ſicut in dubio præſumitur, Gā.*
tract. de maleſic. de defen. reo. nu. 5. & ita ſeruatur,

Quare ſi infero tibi aliam iniuriam verbalem, videtur dicta,
non ad defenſionem ſed ad vindictam, quod nō licet, vt iam
relatum eſt. Nec obſtat dictum Bartol. in d. l. quæ omnia, § 3.
quia agitur ibi de defenſione, vt repellatur delictum obiectū,
& negatur in effectu, quod dictum eſt, nec fit ad vindictam;
quare etiam illud in alia iniuria verbali, quæ ad vindictam
tendit, lo. um non habet, & ita reſpondet Decius in dicta l. vt
vim. Præterea non obſtat, quod paria delicta mutua compen-
ſatione tolluntur: quia illud ſecundum Bart. in d. l. viro, proce-
dit, quoties crimina circa idem factum committuntur, veluti
mutuum adulterium vxoris, & mariti, idem matrimonium
concernit, & ad eundem finem ciuiliter agitur, ſcilicet ad diſ-
ſoluendum matrimonium, & lucrandum dotem: ſi ſunt di-
uerſa facta, vt in d. l. neganda. At hic ſunt ſeparatæ iniuriæ, &
verſantur circa diuerſa facta, nec iniuria iniuriam proſequē-
do propulſatur, de quo plura vide poſt Specul. in tit. de accu-
ſatore, §. 1. Iaſ. & Dec. in d. l. vt vim, in fin. & Abb. in dicto c,
Cum te, ex de ſent. & re iud, vbi ita diſtinguit. Aut dixi tibi
iniuriam potius animo purgandi, & defendendi cauſa me ab
iniuria, quam inferebas, quā vindicandi, & non teneor actio-
ne iniuriarum: veluti, ſi obijcienti mihi crimen, dicā, tu men-
tiris. Aut conuitium meum concernit aliud factum, ita vt nō
veniat ad innocentiam meam defendendam, & vterque po-
teſt agere de iniuria illata, per prædicta. Ex ſupradictis igitur
13 conſtat, pro iniuria verbali illata, & actionem iniuriarum
competere, quod ampliatur procedere. I. Siue abſenti, ſiue
præſenti conuitium fiat. Quare ſi quis te abſente ad domum
tuam, vel tabernam veniat, & contra te vociferetur, dicitur
tibi feciſſe conuitium, adeoque iniuriarum tenetur, text. eſt
in d. leg. item apud § conuitium, ff. eodem. II. Ampliatur,
etiamſi verum dicat De hoc tamen ſunt variæ opiniones Do
ctor. quas refert Abb. in d. cap. Cum te. Et licet Canoniſtæ, vt
hic refert. Io. Fabr. teneant regulariter, iniuriantem, ſiue ve-
rum, ſiue falſum dicat, ſiue interſit Reipubl. ſiue non teneri.
14 Tamen à Doct. ita communiter diſtinguitur. Aut id quod
obijceretur, eſt verum, & expedit Reipubl. vt detegatur, &
obijciens non tenetur iniuriarum, nec curandum eſt vtrum
ſit tale quid, quod prouenit culpa eius, cui obijcitur, vt huc
nomine publicè accuſari poſſit: vt quia vocatur quis homici-
da, intereſt enim Reipub. vt maleficia puniantur, vulg. leg. ita
vulneratus, 51. ff. ad l. Aquil. & homicida quod facit expectet,
leg. 3. C. de Epiſc. aud. an vero ſit tale, quod non prouenit ex
culpa, ac proinde nec publicè accuſationi locum facit, vt quia
vocatur leproſus, vel ſpurius intereſt enim Reipubl. ne lepro.
ſi conuerſentur cum alijs, cap. 1. ext. de coniug lepros. Quare
obijciens non punitur, per text. in leg. eum, qui condemnari;
peccata enim nocentium nota eſſe oportet, & expedit, & fa-
cit leg. quod Reipublicæ, 35. ff eodem. Aut id quod obijcitur
non intereſt Reipubl. vt quia eſt pauper, claudus, cæcus, &
tunc licet hoc verum ſit, tamen obijciens iniuriarum tenetur
argumento d l. eum qui, & l. 2. in princ. §. quid enim tam du-
rum, Cod. quando, & quibus quarta pars, libr. 10. De quo la-
tius vide Cyn. in d l. ſi non conuitij, & Bart. in d leg. cum qui,
Sal. in l 3 C. eod. Bald. Plat. Ang. hic, & Ioan. And. in addit. ad
Spec in tit. de iniurijs Alexand. & Iaſ. in d. l etſi pepercerit, ff.
de liber. & poſthum vbi D. Iaſ. hanc communem opinionem
eſſe atteſtatur, num. 7. III. Ampliatur, ſiue extra iudicium, ſi-
ue in iudicio iniuria verbalis inferatur, ita tamen, vt primo
caſu attendatur, an verum ſit conuitium, & Reipubl. interſit,
15 vel non. Secundo vero caſu, quando obijciens in iudicio pro-
a bat *a* crimen obiectum ſiue agendo, ſiue excipiendo, iniu-
riarum non tenetur, quia iuris executio non habet iniuriam,
l. iniuriarum, 13. § is, qui de iure, ff. eod. Exempli gratia, ſe-
cundum Ioan. Fab. hic, quando quis agit petitione hæredita-
tis, poteſt ei obijci, quod ſit ſpurius, & mater meretrix. Spu-
rij enim, cum incertum habeant patrem ei non ſuccedunt,
vt notatur in § nouiſſimè, 3. ſupra de Senatuſc. Orfic. Et obi-
ter notate pulchrum dictum D. Hieronym. quod refert Ioā.
Andr. in add. ad Specul. in tit. de iniur. ſuper verbo, Meretri-
cis. Bene eſt liberis, quibus nec de matre erubeſcendum, nec
de patre dubitandum eſt. Quando vero non probat, tunc
16 pro pleniori doctrina. I. Quæro de actore. An vocans ali-
quem in ius, & ſuccumbens, iniuriarum conueniri poſſit? &
text. eſt in d. l. iniuriarum, §. ſi quis per iniuriam, & in d. leg.
item apud, §. ſi quis libello, ff. eod. quod ſic, ſiue ciuiliter, ſiue
criminaliter agatur, ſecundum Gloſ. in d. §. ſi quis libello. Et
hoc ſecundum Ioan. Fabr. hic indubitate verum eſt, quoties
trahit aliquem in iudicium ſuper tali facto, ex quo æſtimatio
lædi poteſt, etiam in ciuili iudicio: veluti, ſi dicat cum ſer-
uum, vel debitorem magnæ quantitatis, leg. ſi quis de liberta-
te 12. & l. ſi creditor, 19. ff. eod. Item hoc procedit, quando fa-
cit animo iniuriandi, d. §. ſi quis per iniuriam, & d. l. ſi quis de
libertate, & d. l. ſi creditor, & hoc præſumitur, ſi ſuccubuit, &
nulla iuſta cauſa vocationis ipſum excuſans apparet, quo ca-
ſu etiam victus victori condemnatur in expenſis ſicut nota-
tur in leg. properandum, 13. § ſiue autem, 6. Cod. de iudic. &
in cap. Finem litibus, 5. extr. de dolo, & cont. Alias ſecus, quā-
do non animo diffamandi quem vocat in ius, quia apparet
iuſta cauſa litigandi. Nam etiamſi ſuccumbat, tamen iniu-
riarum non tenetur, ſecundum Ang Perul. in d. §. ſi quis per
iniuriam, & in d. §. ſi quis libello, per l. mater, 2 & leg. qui non
probaſſe, 3. Cod de cal. Sicut etiam hoc caſu non condemna-
tur in expenſis, vt not. in d. §. ſiue autem & d. cap. Finem liti-
17 bus, extr. de dolo, & contr. II. Quæro de reo, qui obiecit tur-
b pem exceptionem, *b* & eam non probauit, an teneatur iniu-
riarum? Et in effectu eodem modo diſtinguitur. Aut enim
excepit animo diffamandi, & hoc conſtat, & tunc iniuriarum
conueniri poteſt, aut dubitatur, & licet Ioan. Fabr. hic dicat,
non præſumi calumniam, & excipientem intelligi obiiciſſe,
ad ſui defenſionem, tamen communiter à Doct. contrarium
tenetur, ex defectu probationis inſurgere præſumptionem
calumniæ, quæ cum qualitate verborum contumelioſa vin-
cit præſumptionem, quæ faciebat pro excipiente. Ideoque
iniuriarum tenetur, niſi alia appareant, quæ præſumptionem
illam excludant, de quibus vide Ioan Andrea in add. de Spe-
cul. in d. tit. ad accuſ. § 1. mihi num. 35. Sal. in d. leg. ſi non con-
uitij, in fin. Ang. in tract. de maleſi ſupr. d. verb Verba contu-
18 melioſa, verſic. Quid ſit turpis exceptio, & Bald. in leg fin. ff.
quod quiſ. iur. vbi dicit bonum eſſe, ſi excipiens proteſtetur,
ſe non facere animo iniuriandi ſed ſui iuris conſeruandi cau-
19 ſa, vt ſupra, in ſimili dictum eſt, de eo, qui dicit. Tu menti-
ris. Porro circa text. § noſtri notandum eſt, quod diffamare
aliquem de paupertate, qui eſt diues, non ſit minima iniuria,
leg ſi creditores, 16. in fin. ff de priuil. cred (al. eſt leg. 31 in
tit. de rebus act. iud. poſſir) & leg qui quis, 5. §. in verſic. Ege-
ſtate ſordentibus, Cod. ad l. Iul. ma. Itaque is, qui ſcienter facit
ſe mitti in poſſeſſionem bonorum alicuius abſentis, quaſi ſit
debitor ſuus, cum tamen non ſit, iniuriarum tenetur, licet iu-
dicialiter hoc factum ſit: quia per hoc diffamauit abſentem,
quaſi non ſit ſoluendo, & oſtendit vtilitatem rei familiaris
ipſius, quod inhumanum eſt, & durum, d. l. 1. Cod. quando,
& quibus quar. par. libr. 10. Secus, ſi erat verus debitor, & in-
trauit iudicis authoritate, tunc enim, quia iure ſuo vtitur, nul
lam facit iniuriam, ſecundum Gloſ. hic, in verbo intelligebat.
Alioqui ſi propria authoritate occuparet bona debitoris, te-
neretur nedum actione iniuriarum, leg ſi iniuriæ, 20. ff. eod.
verum etiam amitteret ius ſuum, puta debitum, leg extat, 13.
20 ff. quod metus cauſa. Ita quoque is, qui recuſat recipere
idoneum fideiuſſorem, tenetur iniuriarum, non ſolum ei qui
obtulit, ſed etiam fideiuſſori, leg. ſi vero, 5 §. 1. ff. qui ſatiſ cog.
quem text. notabitis, ſecundum Paul. de Caſtr. & Doct. ibi
contra iudices, qui retinent in carceribus pro pœna pecunia-
ria illum, qui vult idonee ſatiſfacere, quia tenentur in Syndi-
catu de iniuria.
21 Vltimo ex §. noſtro notandum, quod actione iniuriarum
teneatur is etiam, qui matrem familias, id eſt, notæ authorita-
tis feminam, leg. 5. §. fin. ff de lib. exhib. & leg. pronunciatum,
46. § 1. ff. de verbor. ſignif. vel prætextatum, vel prætextatam
affectatur, id eſt, qui tacitus eam frequenter inſequitur, quo-
cunque vadat. Aſſidua enim frequentia præbet quaſi non-
nullam infamiam, d. l item apud Labeonem, §. aliud eſt appel
22 lare, 22. Item & is, qui eam appellat, id eſt, blando ſermo-
ne eius pudicitiam attentat, d. leg. item apud, §. appellare, 20.
& quoque is, qui turpibus verbis vtitur, licet non tenet pu-
dicitiam, tamen quia contra bonos mores facit, iniuriarum
teneatur, d. §. appellare. Quod eſt verum in muliere hone-
ſta, ſecus in inhoneſta, vel etiam in honeſta, in veſte tamen
ancillari, vel meretricia incedente. Talis enim quis eſſe præ-
ſumitur, in quali habitu reperitur, dicta l. item apud §. ſi quis
23 virgines, 15. Accipimus autem hoc loco prætextatum, &
prætextatam ſecundum Budæum in annotat. ad Pandectas,
ſuper leg fin. de Senat. pro adoleſcentib & puellis, ipſo habitu
ingenuitatē præ ſe ferentibus, ſic vt omnis excuſationis occa-
ſio præcidatur delinquenti. Dicebatur. n. prætextata ea toga,
cuius

ADDITIONES.

a *Veritas conuicij, an excuſet iniuriantem, vide Gayl. 2. Obſeru. 99. Mynſing. 4. Obſeruat. 4.*

b *Vide Boer. conſil. 4.*

cuius circuitus purpura prætextus erat, & erat nota pupilla-
ris, ſiue impuberis ætatis, leg. 3. §. fin. ff de liber. exhib. Vnde
24 apud Mar. prætextata amicitia dicitur, quæ in pueritia cæ-
pta eſt, & erat quoque ingenuitatis iudicium, quo generoſi
pueri donabantur. Affectati igitur prætextatum, eſt pudo-
rem pueri ingenui, vel puellæ ſugillare, & notam infamiæ,
tanquam ſcorto inurere. Solent enim ſecundum Budæ. ho-
die perditiſſimi homines, dum ſugillare volunt puella, aut
matrone opinionem, improbiore petulantia in publico eis
ad ambulare, quaſi ſcortum ad locum conſtitutum affectan-
tes, & hi iniuriarum tenentur, de quo vide etiam hic Baldui-
num. Et ex his ſequitur, interpretationem Accurſij hic, ſup.
25 verbo. Prætextatum non ſatis aptam eſſe. In effectu tamen
quo ad res eſt vera per tex. in d. l. item apud §. generaliter, 27.
26 cum § ſeq. Induitu enim veſte, quam non licet ei portare,
ſi hoc facit ad ignominiam alterius, iniuriarum tenetur, di-
cto §. generaliter, & l. veſtem, 39. ff. eod. Veluti ſi meretrix,
vtatur veſte honeſtarum matronarum. Hinc ſumpſit occaſio
nem ſtatutum in quibuſdam ciuitatibus, quod meretrices te-
nentur portare aliquod ſignum de pannu in humeris, vt di-
ſcernantur ab honeſtis fœminis. Iudæi enim, & meretrices
cogi poſſunt ad portandum habitum diſtinctum à Chriſtia-
norum, & honeſtarum mulierum habitu, ſecundum Paul. de
27 Caſtr. & Doctor. in l. minimè, 4. per text. ibi C de epiſcop.
aud. Ita quoque Ruſticus ſi vtitur veſte longa ſubducta va-
rio, in deriſionem Doctorum, iniuriarum tenetur Ioan. Fab.
& Ang. hic iubent hæc notari contra eos, qui tempore bac-
chanalium vtuntur Cappa Eremitarum, vel Religioſorum,
quod Monachi contra eos iniuriatū agere poſſint facit text.
in cap. fi. Nou. 123. de Sanctiſ. Epiſcop. adde Glo. in cap. cum
decorem, 12. extra de vita, & honeſtate cleric. Et pro conclu-
ſione huius §. notandum, pluribus alijs modis iniuriam fieri
poſſe. Quodcumque enim quis fecerit, & dixerit, vt alium in-
famaret pro hoc actio iniuriarum competit d. l. item apud §.
generaliter, ff. eod.

---

§. Patitur autem.

1 *Quibus, & pro quarum perſonarum iniuria, actio iniuria-
rum competat.*
2 *Iniuria aliquando mediatè, aliquando immediatè infer-
tur.*
3 *Patri competit actio iniuriarum ex iniuria filio illata.*
4 *Secus in filio emancipato.*
5 *An pater naturalis tantum poſſit agere iniuriarum nomine
filij naturalis tantum.*
6 *Iniurians filium familias quem ignorabat eſſe filium fami-
lias, patri non tenetur actione iniuriarum.*
7 *Exercitium actionis, non filio familias, ſed patri compe-
tit.*
8 *An pater inuito filio poſſit remittere iniuriam, in præiudicium
filij.*
9 *Actio iniuriarum competit marito pro iniuria vxori illata.*
10 *Contumelia facta ſponſæ, fit ſponſo.*
11 *Pro iniuria illata filiafamilias nupta, quotuplex actio na-
ſcatur.*
12 *Pater naturalis filiafamilias nupta, præfertur ſocero in hac
actione exequenda.*
13 *Diſpoſitio iuris Saxon. in hoc caſu.*
14 *Vxori pro iniuria viro illata, actio non competit.*
15 *Frater pro iniuria fratri illata, ciuiliter agere non poteſt.*

1 HÆc eſt ſecunda pars tituli, noſtri in qua Imper. ſubijcit,
quibus, & pro quarum perſonarum iniuria, actio iniu-
riarum competat. Paſſo enim iniuriam ſiue per ſe, ſiue per
2 alium hæc actio datur. Infertur enim iniuria, aliquando im-
mediatè, in alicuius propriam perſonam, veluti cum patrifa-
milias, vel domino directo fit iniuria. Aliquando mediate,
quando quis in conſequentiam patitur iniuriam, per alias per
ſonas, ratione poteſtatis ei ſubiectas, vt per filios, & ſeruos
vel affectus, vt per vxorem, & nurum, vt hic, & l. 1. §. item aut
ff. eo. Patri igitur ex iniuria illata filio, naſcitur ēt ciuilis actio
iniuriarū, ita vt, & filij, & ſuo nomine iniuriarum agere poſ-
3 ſit, etiamſi filius ſit impubes, l. 3. § 1. ff. eo. Et vſque adeo iniu-
ria, quæ fit liberis noſtris, ad nos pertinet, vt licet etiam volē-
tibus ijs fiat, nobis tamen actio competat, non autem filij no-
mine, cum volenti non fiat iniuria, d. l. 1. §. vſque adeo, 5. & l ſi
quis ſeruum meum 56. ff. eod. Et hæc I. limitatur procedere
quando filius adhuc eſt in patria poteſtate, ſecus, ſi eſt eman-
cipatus. Tunc enim pater pro iniuria filio emancipato illata,
agere non poteſt. Aut enim agere ex perſona filij, & non
poteſt quia nō habet eum in poteſtate, l. ſed ſi vnius, 17. §. vlt.
iuncta Glo. in verbo, emancipatus ff. eod. Aut vult agere no-
mine proprio, ex ſua perſona, & quoq; non poteſt, quia hoc
caſu non intelligitur, pater iniuriatus, ſecundum Cyn. in d. l. ſi
non conuicij, num. 7. Et licet Gloſ. hic in verbo Patris, con-
trarium teneat prædicta tamen ſententia eſt verior, & com-
munior, quæ fundatur hic, & in text. in verbo poteſtate, &
confirmatur per text. & Gl in d. leg. *Si* vnius, §. vlt. & tenetur
à Doct. hic, etiam per hanc rationem, quia actio iniuriarum
5 patri proprio nomine non competit, quando filius eſt affe-
ctus iniuria, & creditur eſſe pater familia cum non ſit l. eum
qui 18. § fi. ff. eod. Multò minus quando filius, eſt verè pater-
familias, de quo latius Doct. hic. Ex quo etiam ſequitur, pa-
trem naturalem tantum. Pro iniuria illata filio naturali, in-
iuriarum non agere, quia non habet eum in poteſtate, vt ſu-
pra, de patria poteſtate, in princip. II. Limitatur prædicta
6 procedere, quando iniurians ſcit eum, cui infert iniuriam,
eſſe filium familias: licet ignoret in cuius poteſtate ſit, tunc
enim, præſumitur habere animum iniuriandi, etiam patri.
Secus ſi ignorabat eum eſſe filium familias tunc enim non
poteſt videri iniuriam patri facere, cum affectus iniuriam fa-
cientis in hunc, tanquam in patrem familias conſiſtat text.
7 eſt in d. l. cum qui, §. fin. ff. eod. Ex quibus colligitur, quod licet
filio familias actio iniuriarum competat, exercitium tamen
actionis non ipſe, ſed pater eius habet, & præfertur etiam
filiofamilias procurator patris generalis, vel ſpecialis niſi ip-
ſe pater, vel procurator ſit abſens, vel non idoneus, d. l. ſed
ſi vnius, §. ait Prætor, 10. cum aliquot, §§ ſequ. ff. eod. Sed
8 iam quæritur. At poſſit pater filio inuito iniuriam remittere
in præiudicium filij. Et de hoc eſt text. in d. l ſed ſi vnius §.
planè 12. vtriuſque nomine patrem, iniuriam remittere poſſe.
Præſumitur enim non ſine cauſa hoc facere, cum iniuria
quodammodo plus ſpectat ad patrem, quam filium arg. l. ſi ſi
8 § fi. iuncta Gloſ. final ff. quod met. cauſ Niſi honeſtior per-
ſona ſit filij quam patris. Noſtri enim prudentes iudicarunt,
ſordidum patrem non debere generoſo filio quandam de ge-
neris humiliſque animi notam inurere, facili remiſſione in-
iuriarum, d §. planè. Semper tamen ſancta, & honeſta perſo-
na patris filio videri debet, l. Liberto, ff. de obl. ſequ. parent. &
patro. præſ. De quo vide Bart. in l in perſona, 30. ff. de pact. &
in d. §. planè.
9 Secundo ex §. noſtro notandum, quod ratione affectionis
actio iniuriarum competat, marito ſcilicet pro iniuria, vxori
illata, d. l. 1 §. item aut, ff. eod. Et facit huc dictum quod Bald.
in l. 1. C. de in ius vocand. ex tex. ibi notauit, eum nempe, qui
facit honorem vxori, exhibere illum etiam marito, quique
iniuriam vxori facit, etiam marito eam inferre. Et hoc etiam
10 in ſponſa procedit. ſpectat enim ad ſponſi contumeliam, quæ
cumque iniuria ſponſę eius fiat, d. l. item apud §. ſpōſum, quo-
que, 14. Sicut etiam ſponſa de præſenti dicitur vxor, ſecundū
Abbat. ext. in Rubr. de ſponſ. facit l. cum fuerit, 15. ff de cond.
& dem. Et lex Iulia prohibens alienari fundum dotalem ha-
bet etiam locum in ſponſio. l. 4 ff. de fundo dotali Hoc tamen
notabile procedit, quando iniurians ſciebat eam nuptam eſſe
ſecus, ſi ignorabat, d. l cum qui §. fin.
11 Tertio notabitis, quod pro iniuria illata filięfamilias nuptæ
poteſt naſci, quadruplex actio iniuriarum. I. Ipſi vxori, ſeu
filiæ familias nuptæ. II. Eius marito. III. Eius patri, licet enim
nupta ſit, tamen manet in patria poteſtate, l. ſi vxorem, C. de
condit. in ſerm & ibi D. & notatur ſupra in tit. de Senatuſc.
Tertul. IV. Socero, qui maritum habet in poteſtate, nec vna
tollitur per aliam, vt hic, & d. l. 1. § ſi ff eod. Sed iam occurrit
dubium, quando verus pater vxoris tuæ, & pater tuus, & ita
12 ſocer ad agendum, nomine vxoris concurrunt, quis eorum
præferatur? Et Ioan. Fab. hic concludit, quod pater naturalis
vxoris. Licet enim ſocer loco parentis, ſit verus tamen pater
non eſt, l. quia parentis, 16. ff. ſolu. matr. Quod Ang. hic intelli-
git verum, quando agit pro iniuria nomine filiæ, ſeu nurus, ſe
cus, cum ſocer vult agere pro iniuria ſibi illata in perſona nu
rus, tunc enim, vnus non excludit alium, ſed vnuſquiſque ad-
mittitur ad vindicandam iniuriā propriam, d. l. 1. in fi & nota-
13 tur per Bar. in d. l. eum qui, §. fin. De iure tamen Sax ſecus vi-
detur dicendū poſt guarandam pręſtitam. Eſt enim eius effe-
ctus, [Daſſ der klager nach beſtellter gewehr dem be Klagtē
die Klage dermaſſen gewehren muſſ, wo, ihn andere ob di-
ſer ſachen ins Recht ziehen vnd be Klagē wolltē, das er ihn
muſſ vertretten] text. eſt & Gl. in art. 14 lib. 3. & in art. 15 lib. 2.
Eſt igitur cautela, vt ſimul omnium nomine actio iniuriarū
proponatur, ſicut in fin. tit. talem formam libelli ſubijciemus.

14 Quarto notandum, quod vxori pro iniuria marito illata actio iniuriarum non competat. Defendi enim vxores à viris & non viros ab vxoribus æquum, eſt l. 2. ff. eo. Quod eſt verum ſecundum Io. Fab. & An hic, niſi ipſa pariter iniuria afficere. tur veluti, ſi alicui obijceretur, eum eſſe maritum meretricis. Tunc enim mulier pro iniuria propria agit, licet verba iniurioſa principaliter obiecta ſint marito cum etiã abſenti iniuria fieri poſſit, d. l. item apud §. conuitium, 7. Ex quibus infertur, licet iniuria illata vni ex cognatione, toti cognationi intelligatur facta, vt in l. lex Cornelia. 5. poſt prin. in verbo, eorum, ff. eod & facit, l. 1. 2. & 3. ff. de liberali cauſa tamen non quemlibet, de cognatione iniuriarum ciuiliter agere poſſe, cum certe, & determinatæ ſint perſonæ, propter quas ex in-
15 iuria eis illata alteri actio iniuriarum ciuilis quæritur, vt filius, ſeruus, nurus & vxor vt hic, & d. l. 1. io ſi. cum l. ſeq. ff. eo, Vnde frater pro fratris ſui iniuria ciuiliter agere non poteſt, Quod probatur etiam per tex. in cap. 1. an ille, qui interfecit fratrem ſui domini, feudum amittat, io vſibus feud. Vbi dominus non poteſt agere ciuiliter, ad priuationem feudi, contra vaſallum interficientem fratrem domini. Quod igitur dicitur iniuria toti cognationi facta procedit, quo ad vindictam publicam, ita vt frater, & alij de cognatione occiſi poſſit homicidam criminaliter accuſare, & contra eum ad vindictam publicam, ſicut quilibet extraneus, agere, non autem ciuiliter ad commodum proprium, de quo latius vide Bar. in d. l. lex. Cornelia.

---

§. Seruis,

1 *An, & quando domino competat actio pro iniuria ſeruo illata ratione dominicæ poteſtatis*

1 EX tex. noſtro (qui planus, & facilis eſt) breuiter notabitis domino ratione dominicæ poteſtatis, pro iniuria ſeruo illata actionem iniuriarum competere, in duobus caſibus, I. Quando atrox iniuria ſeruo facta eſt, vt quia vulneratus, vel verberatus eſt, II. Quando iniuria illata eſt, in contumeliam domini, licet enim ſeruus de iure ciuili pro nullo reputetur, ita, vt ipſe actionem non habeat, nec manumiſſus pro iniuria quam io ſeruitute paſſus eſt agat l. ſeruo autem, 30. ff. eod, tamen in prædictis duob. caſib. dominus illatã iniuriam ſeruo, proſequitur, & exceptis illis dominus non agit, ſed ne maleficia impunita maneant iudex ex officio iniuriantem punire poteſt, d. l. item apud, §. ſi quis ſic fecit, 35. cũ §. ſeq. ff. eo,

---

§. Si communi,

1 *Pro iniuria illata ſeruo communi vterque dominus agit,*
2 *Quomodo iniuria hoc caſu æſtimetur.*
3 *Lex ſed non eſſe æquum, ff. de iniurijs, quomodo intelligenda,*

1 PRo iniuria illata ſeruo communi, vterque dominus agit
2 d. l. item apud, §. ſi. Aeſtimatur autem iniuria adhibita diſtinctione dignitatis, & qualitatis vtriuſque ita vt non pro ea parte qua dominus quiſque, eſt iniuriæ æſtimatio fiat ſed ex dominorum perſona, quia ipſis fit iniuria tex. eſt hic. Cui videtur, obſtare l. ſed non eſſe æquum 16. ff eod. vbi dicitur, non eſſe æquum pro maiore, parte quam pro qua dominus eſt, damnationem, fieri, & officio iudicis portiones æſtimandas eſſe. Sed eius ſolutio ponitur hic, & ibi in Gl. cui addite
3 ſolutionem Bart. exiſtimantis d. l. ſed, non intelligi quando ſeruo non in contumeliam dominorum, ſed ſimpliciter reſpectu ſerui iniuria illata eſt, tunc enim vindicatur iniuria per dominum, ſecundum partes quas habet in ſeruo, & idem ſi par, & ſimilis fuerit dominorum, perſona, & conditio quia vterque nobilis, vel ignobilis. Textus autem noſter loquitur quando ſeruo communi illata eſt iniuria, in contumeliam vnius, vel plurium dominorum, tunc enim, quia ipſis dominis fit iniuria, æſtimabitur ea ſecundum cuiuslibet qualitatem de quo latius videre Doct. hic,

---

§. Quod ſi vſusfructus cum §. ſeq.

1 *Pro iniuria illata ſeruo vſufructuario, an proprietarius, vel vſufructuarius agat.*
2 *An hodie competat hæc actio pro iniuria illata famulo, vel procuratori.*
3 *Princeps iniuriam circa latus ſuum militantibus illatam rep utat propriam,*
4 *An dominus, Epiſcopus, Abbas, vel ciuitas poſſit agere pro iniuria ſubditis ipſorum illata.*

1 EX hoc, §. iuncto, §. ſeq. notabitis, pro iniuria ſeruo vſufructuario illata, proprietariũ, cui iniuria facta intelligitur, non agere vſufructuarium, niſi in eius cõtumeliam iniuria à ſeruo facta, ſit, tunc enim, & ipſe actionem iniuriarum habet, ſecundum Glo. hic in verb. Mæuio, & eſt text. in d. l. item apud §. ſi vſumfructum, 47. & §. item ſi liberum, ff. codẽ. Ergo, & in fructuario idem diſtingui poteſt. Ita quoque pro iniuria, libero homini bona fide poſſeſſio facta, non competit actio poſſeſſori, ſed ipſimet libero homini, cum limitatiõne prædicta, vt hic, & d. §. item ſi liberum. Similiter pro iniuria ſeruo alieno bona fide poſſeſſo dominus, ſerui, & nõ poſſeſſor actionem habet, niſi quoque illata ſit in contumeliam poſſidentis vt hic, & d. §. item, ſi liberam. Et quia hodie inter Chriſtianos inhumana illa veteris ſeruitutis conditio ſublata eſt, ſecuo Bart. in l. hoſtes, 24. ff. de capt. & poſtl. reuer. diutius
2 circa hanc materiam non inſiſtam, & de ea poteſtis videre Hoſtienſ. io Sum. de iniurijs, verſic. Cui detur hæc actio Circa prædicta opportune tamen quæritur. An pro iniuria lata non ſeruis ſed liberis hominibus, qui pro mercede ſeruiunt, veluti famulo, procuratori, mercenario, illi cui, ſeruiunt, vel cuius negotia gerunt, competat actio ciuilis iniuriarum? Et reſpondetur, quod ſic, quando infertur illius iniuria, dum exequuntur officium, & gerunt negocia domini, & ita in contumeliam domini, quia repræſentant perſonam dominorum: alias ſecus, d. l. item apud, §. ſi quis virgines, & §. comitem, & leg. quiſquis, 5. in prin. C. ad l. Iul. maieſt. Vbi princeps
3 iniuriam illatam circa latus ſuum militantibus reputat propriam, & de hoc vid. Cyn. in d. l. Si non conuitijs, io 4. quæſt. & Salic. in l. 1. C. eod. & Ioan. Fab. hic. Idem diſponitur de iure Saxon. vt ſcilicet inferens iniuriam famulo alterius, tam domino, quam famulo emendam præſtare teneatur, niſi ſuo iuramento confirmet, ſe in domini contumeliam non feciſſe tunc enim ſoli famulo teneretur, text. eſt in artic. 34. li. 2. An
4 autem dominus, Epiſcopus, Abbas, vel ciuitas, poſſint ciuiliter agere pro iniuria facta ſubdito, Vaſallo, Monacho, vel ciui, concluditur regulariter, quod non, niſi ſit illata io contumeliam domini, vel Epiſcopi. Sicut quoque hoc caſu, magiſter, & artifex, pro iniuria diſcipulo facta actionem habet, arg. tex. d. §. item ſi liberum. Et dicitur illata in domini contumeliam, ſecundum Plat. hic, quando iniurians alias non feciſſet, niſi iniuriatus fuiſſet, ſubditus, vel vaſallus. Item ſi in præſentia domini hoc facit, & plura de his vid. In Gloſ. fin. cap. authoritate, 4. de priuileg. in 6. Innoc in cap. dilectus, 56. ext. de appel. Abb. in cap. licet, 9. de probat. Bart. in leg. 1. §. fin. & ibi Ang. Peruſ. in §. 1. ff. eod. Bald. in §. iniuria, de pace iura. fir. in vſibus & feud. & Gloſ. iure Saxon. in d art. 54. lib. 2. ante finem.

---

§. Pœna autem.

1 *Pœna quæ fuit impoſita ex l. 12. tab. propter membrum ruptũ.*
2 *Membrum quid dicatur.*
3 *Qualis hodie ſit actio iniuriarum.*
4 *Quando ciuiliter agitur ad intereſſe, qualiter hodie æſtimatio fiat.*
5 *Iudex quantitatem expenſarum à parte pronunciatam taxat, delato parti iuramento.*
6 *Actor, an debeat, ſe referre ad damnum, vel ad lucrum.*
7 *Reus conuentus, ſi non eſt ſoluendo an poſſit puniri pœna corporali.*
8 *Paſſus plures iniurias, an omnes teneatur vno eodemque libello proponere.*
9 *An plures iniuriæ debeant ſpecifice, & ſigillatim æſtimari.*
10 *Quando quis dixit plura verba iniurioſa, an ſit vna iniuria vel plures.*
11 *Quando iuris in ſtatuto, quo cauetur vt pro qualibet voce ſeu pro quolibet verbo iniurioſo quis certa pœna puniatur.*
12 *Quomodo ciuiliter agatur.*
13 *Gaſtaldus quis dicatur.*
14 *Medeaſtimus quis.*
15 *Quomodo de iure Saxon. ciuiliter agatur.*
16 *Qualibet vxor recipit, & ſoluit dimidiam pœnã ſui mariti.*
17 *Solidus de iure Saxon. quid dicatur.*

1 SEquitur tertia pars tituli noſtri, in qua Imp. de pœna iniuriarum tradit. Et notabitis ex princ. pœnã iniuriarum in legib. 12. tab. pro membro, rupto, fuiſſe talionem, id eſt, ſimilitu-

litudinem ſupplicij, ſecundum Glo.hic, & l.fin. C.de calumn.
& l.3.C.qui accuſare non poſ.pro membro vero fracto, pę-
2 nam pecuniariam impoſitam fuiſſe. Quid autem dicatur mē-
a brum, *a* vide per Bart.in l.2. ff de publ.iud. & in l.non ſunt li-
beris, 14.ff.de ſtatu homin. Sed hæc pęna per prætores ſub-
lata, & actio mutata eſt, adeo, vt hodie ſit Pretoria, & non ci-
uilis, niſi in tribus caſibus, de quibus in §. ſequ. dicemus. Per-
3 mittebant enim prætores, ipſi qui iniuriam paſſi ſunt, eam ę-
ſtimare, vt iudex, vel tanti reum condemnet, quanti iniuria-
tus æſtimauerit, vel minoris, ſecundum qualitatem, & digni-
tatem perſonæ iniuriatæ, prout ei viſum fuerit, tex.eſt hic. Et
pro eius declaratione. I. Quæritur, quando agitur iniuriarum
4 ciuiliter ad intereſſe, qualiter hodie æſtimatio fiat? An de ne-
ceſſitate certa æſtimatio iniuriæ in libello exprimi debeat,
vel ſufficiat in genere peti intereſſe, & deinceps per iudicem
æſtimari? Et licet quidam diſtinguant, an agatur actione iniu-
riarum Prætoria, vt tunc actor æſtimet per iuramentum, vt
hic, in Glo.in verbo, Aeſtimauerit. An ciuili, vt in tribus caſi-
bus, qui notantur, d.§. ſeq. vt tunc iudex æſtimet, per leg. Cō-
b ſtitutionibus, 37 § 1 ff eod. Communior *b* tamen eſt opinio,
à patre ſemper æſtimari iniuriam, ac certam quantitatem in
libello peti, ſalua taxatione iudicis iudex enim immoderatam
taxat, & vſque ad taxatam ſummam iuramentum defert, &
in quantum ſuper taxatione facta actor iurat, in tantum iu-
dex reum condemnat, per text.in Gloſ. hic, & in d.leg. Con-
ſtitutionibus, §.1. & in d.l.ſed ſi vnius, 17. §.ſeruus meus, qui
5 loquitur in Pretoria actione, ff.eod. Sicut ſecundum Ang.hic
c dicimus in ſimili de expēſis, *c* vbi pars exprimere debet quan-
titatem expenſarum, quam iudex taxat, & poſtea defert iu-
ramentum parti, vt iuret ſe non minus expendiſſe, & ſecun-
dum illud iuramentum fit condemnatio expenſarum, l.ſan-
cimus, 15. iuncta Auth.ſequ.Cod. de iud. & de hoc vide ple-
nius Cyn.in d.leg.ſi non conuicij, in 9.quæſt. & Sal.in d.leg.
atrocem, Bart.in l.iniuriarum, 21.ff.eo. Ang.in d.l.item apud,
§.ſi quis ſeruo, 46 & D. Iaſ.inſ.in prin.tit.de act. num.51. vbi
ſubijcit, ad tollendas dubitationes, in libello certam æſtima-
tionem peti debere, poſteaque adijci verba. Et plus, vel mi-
6 nus, prout taxationi iudicis videbitur. II Quæritur, retenta il-
la opinione, iniuriam æſtimari per iuramētum actoris, vtrū
debeant actor ſeſe referre ad damnum, ideſt, vt dicat ſe ma-
luiſſe perdere 100.de bonis ſuis, quam talem iniuriam ſubi-
re: vel ad lucrum, quia nollet lucrari, vel accipere 100. potius,
quam talem iniuriam perpeti? Et quamquam de hoc quoque
ſint opiniones Doct.in prædictis locis, verior tamen eſt ſen-
tentia, poſſe fieri relationem, vel ad lucrum, vel ad damnum,
ſecundum Bart.poſt Gloſ. ibi in d l.iniuriarum, 11. Angel. &
Iaſ.in d princ. Sed Cyn.in d.l ſi non conuitij, & Ioan Fab.hic
dicunt, de rigore iuris etiam procedere libellum, in quo ſim-
pliciter actor iniuriam æſtimat, dicendo ſe paſſum eſſe talem
iniuriam, quam tanti æſtimat, petendo reum in iſtam quan-
titatem condemnari, ſalua legitima taxatione iudicis. Io:Fab.
hic ſubijcit, obſeruandum eſſe vſum cauſarum, & ſtylum Cu-
riarum, ne iudices propter omiſſionem iſtorum verborum
lucri, vel damni, libellum reijciant. De quo vltra prædicta vi-
de Spec.in tit.de iniurijs, numer.7. & Hoſt. in Sum. de iniur.
7 §.& in quantum detur. III. Quęritur, quando reus conuentus
non eſt ſoluendo, an iudex poſſit conuertere pœnam pecu-
niariam in corporalem. Et breuiter reſpondete, quod ſic, per
tex.in l.ſi quis iniuriam, 35. iunct.gl.fi.ff.eo.& facit vulg.reg.
d Qui non habet in ære, luat in corpore, l.fi. *d* cum ſimilibus ff.
de in ius voc.de quo vide latius Sal.in d.l.atrocem, in fi.Cyn.
8 in d.l ſi non conuitij, in 16. & 17.quæſt. IV. Quæritur, an is,
qui paſſus eſt ſimul plures iniurias, quia verberatus, item con
uitium ei factum eſt, omnes teneatur in vno eodemque libel
lo proponere? De hoc eſt text.in d.l.Prætor edixit, §.ſi mihi
plures, ff.eod.quod ſic, cauſa abbreuiandarum litium, poſtu-
lante ſcilicet reo, ex qualibet tamen ſequitur condemnatio,
perinde ac ſi in diuerſis libellus proponerentur, Secus autem
reo non poſtulante, nam tunc iniuriatus poteſt vnam proſe-
9 qui, & poſtea, ſi vult, aliam, ſecundum Bart. & Angel. in dict.
§.ſi mihi. Ex quo oritur. V. Quæſtio, An paſſus plures iniurias
ſimul, teneatur vnamquamque ſpecificè, & ſigillatim ęſtima-
re, vel an ſufficiat vna æſtimatio generalis pro omnibus? Ad
quam reſpondere, actorem pro lubito vtrunque facere poſſe,
vnde etiam iudex ferendo ſententiam, poteſt dicere: Con-
demno te pro omnibus iniurijs in 100. vel, pro tali iniuria cō
demno te in 50 pro tali in 30. & pro alia in 20. ita Bartol. &
Ang.in d §.ſi mihi, Cyn.in d.l ſi non conuicij, in 2.quæſt. Sal.
in d.l.atrocem, pro text.in l.1.§.1.ff.quæ ſentent. ſine app.re-
10 ſcin. Sed iam quæritur? Quando quis vno impetu dixit plu-
ra verba iniurioſa, an ſit vna iniuria, vel plures, ita vt quęlibet
ſpecificè æſtimari poſſet? Et concludite vnicam tantum iniu-
riam eſſe, per text.in dict.leg.item apud §.conuitium, 7.& ibi
Bart.vbi licet ſit pluralitas, & multiplicatio verborum, vnam
tamen vociferationem, & vnum conuitium faciunt. Et facit
doctrina Bald.in leg.ſi familia, 9.ff.de iuriſd.omn.iud. vbi in-
quit: Quando delictum habet nomen collectiuum, & illud
ex pluribus actibus reſultat, & vnus titulus criminis, vt in in-
iuria; tunc dicitur vnum delictum, & vid.add. Angel.in tract.
11 maleſ.ſuper verb. Verba contumelioſa, verſic. Tu autem in
hac materia adde. Secus videtur dicendum in ſtatuto, quo
cauetur, vt pro qualibet vice, ſeu pro quolibet verbo iniurio-
ſo, quis certa pęna puniatur. Nam tunc ad cognoſcendum
quodlibet verbum iniurioſum, an ſit vnum, vel plura, diſtin-
guendi ſunt tres caſus. 1. Aut vnum verbum iniurioſum idē
ſignificans, in eadem inſtantia temporis pluries repetitur; &
dicitur vnum verbum iniurioſum, vna vice dictum, facit leg.
vnum, 24 ff.de teſta.& Gloſ.in leg.ſi conuenerit, 18.in verbo,
Niſi ei, in princ.ff.de pign. act. Hinc etiam in ſententijs ple-
runque illa verba inferuntur: Quod de iure Saxon.reus con-
uentus, ob illatam iniuriam, toties perſoluat pęnam 30.ſoli-
dorum, quoties illam, alio tempore, vel loco reiterauit. 2. Aut
in vna oratione proferuntur plura iniurioſa, ſignificantia
idem, vel quorum vnum venit ad qualificationem alterius:
veluti, tu latro interfeciſti Titium in via publica proditorie,
& peræque eſt vnum verbum iniurioſum, ſic qualificatum,
argumento, l.illud, 32 ff.ad l. Aquil. vbi plura vulnera tende-
bant ad vnum effectum, ſcilicet homicidij. 3. Aut ſunt diuer-
ſæ orationes, ſignificantes diuerſa, vel eſt vna oratio conti-
nens plura crimina, tendentia ad diuerſos effectus, tunc dicū-
tur plura verba iniurioſa, ita vt iniurias virtute ſtatuti pro
quolibet expreſſam pęnam ſoluere cogatur, argumento l. Ti-
tia, 134.§.fi. & l.pluribus, 140. in princ. ff.de verb.oblig. Et de
his vide Bart.in conſ. 108. & in d.l.item apud §.ait Prætor, 25.
& Pla.in §.iniuriarum, num.9.ſup.eod.
12 Vltimo, & concluſiuè ex noſtro §.notabitis prædictam
practicam agendi, quod actor, qui ciuiliter ad pęnam ſibi ap-
plicandam actione ciuili, vel Prætoria agit, æſtimat iniuria
ſalua moderatione iudicis, qui delato iuramento actori, ta-
xat iniuriam, ſecundum circumſtantias, & qualitates iniuriæ
& perſonarum. Nam ſecundum gradum dignitatis vitæque
honeſtatem, creſcit, aut minuitur æſtimatio iniuriæ. Qui gra-
dus condemnationis, ſecundum Imperat.hic, etiam in ſeruili
perſona obſeruatur, vt aliud ſit in ſeruo actore, ideſt, Gaſtal-
13 do, ſecundum Gloſ. hic dicitur autem Gaſtaldus cui res Do-
mini committuntur gubernandæ, ſecundum Glo. & D. in tit.
de feudo Guardiæ, & Gaſtaldiæ aliud in medij actus homi-
nes, ideſt, mediaſtino, cuius vilem operā fuiſſe, indicat Vlp.l.
1.§.caupones autem, 5. verſ. Cęterum, ff nau. c & arguit ipſa
14 nominis notatio. Dictus enim eſt mediaſtinus ex eo, quaſi
mediū ſtatum teneat, paratus ad omnium imperia, ſecun. Bal.
15 duinum hic. Porrò hæc practica agendi procedit, quoties agi
e tur de iure communi: ſecus de iure Sax. Licet enim in terris *e*
quando ciuiliter agitur pro iniuria verbali, itidem habeatur
reſpectu dignitatis circa æſtimationem iniuriæ, art.16. lib 2.
vbi dicitur: Qui aliquem pulſat, ſeu mendacij redarguit, ille
habito reſpectu natiuitatis ſuæ puniatur. Tamen non neceſ-
ſe, imo fruſtraneum eſt iniuriæ ęſtimationem maiorem in li-
bello exprimere, & petere, cum per ius Sax. ſecundum vniuſ-
cuiuſ-

ADDITIONES.

a *Membri appellatione, an intelligatur digitus, an vero manus, existimamus, an quæ debilitata, & cætera eiuſmodi, vide apud Ang.tract.de maleſic.in verbo, Membrum. Bald. in leg data opera C.qui accuſare non poſſunt.*

b *Cuius meminit Bertrard. 8.conſ.74. Clarus 5.Sent §. iniuria, q.10.verſ.ſed nunquid in libello iniuriarum.*

c *De expenſis, & earum æſtimatione, adde de qua inf.relata §.actionum, tit.de action.vbi de actionibus bonæ fidei, & de actione ex conducto Adde Gayl.1.Obſeru.151. Et an appellatus in cauſa appellationis ſuccumbens in expenſis condemnandus ſit vide ibi.Obſeru.152.*

d *Vide Clar. 5.Senten.§ vlt.q.97.verſ. Sed quid ſi reus non habeat modum ſoluendi.*

e *Hoc ius Saxonicum mutatum propter petulantiam, & temeritatem hominum in iniuriando conſtit.42.par.4. Et qua agitur tam ad ſatisfactionem, hoc eſt palinodiam ciuiliter, Mynſin. Obſeru 98. Cen.2.(etiamſi Maranta, part.4. d.1.putat ſic criminaliter agi) quam ad pænam arbitrariam criminalem.*

cuiuſque ſtatum,& conditionem, certa pęna expreſſa & ſta-
tuta ſit, vltra quam pars rea, quando ciuiliter conuenitur, nō
poteſt condemnari, art. 45. libr. 3. vbi habetur de pęnis ciuili-
bus homini læſo cuiuſque ſtatus perſoluendis, & ea pęna, vt
a plurimum, & maxima eſt . 0. ſolidorum. *a* Quæ Principibus,
Baronibus, Scabinis, aliſque ſimilibus perſonis emendari cō-
ſueuit. Ruſticis verò perſolueretur 15. ſolidi, quorum dimi-
16 diam partem vxor iniuriati conſequitur Vnde vxoribus ru-
ſticorum ſoluunt 7. ſolidi cum dimidio, cæteris vero 15. ſolidi.
Et hoc actiue, & paſſiue locū habet, ſiue vxori inferatur iniu
ria, ſiue ipſa alijs inferat, vt pronunciatur. Virginibus vero ſol
uitur dimidia pęna, ſecundum conditionem natiuitatis ſuæ.
Idem & viduis, & non ſecundum dignitatem mariti ſui de-
functi, d. art. 45. Ex quo iterum colligitur differentia inter ius
Saxon. & commune. De iure enim Saxon. vxor mortuo ma-
rito iura, & ſtatum ſuæ natiuitatis recipit, art. 45. libr. 1. ſecus
de iure communi, l. filij, 22 §. vidua, ff. ad municip. iunct. Gloſ.
ſuper verb Domicilium, vbi dicitur, mulieres viduas caſte vi-
uentes retinere domicilium, & priuilegium mariti defuncti,
eo vſque donec alteri inferioribus ordinis nubant, l. cum re,
17 10 C. de nop. & l femınæ, 8 ff. de Senat. Et circa prædicta obi
ter notabilis, Solidum de iure Sax. dici [Eyn Schilling, pfen-
ning.] qui continet 12. denarios antiquos, vel 16. nouos, 30.
igitur ſolidi conficiunt 40. groſſos argenteos, id eſt [Silber
groſchen.] quos regulariter agens iniuriarum ciuiliter con-
ſequitur. Quando vero pęnam in iudicio promiſit, & poſtea
maiorem habere intendit, tunc nullam conſequitur, ſed vtra-
que priuatur, art. 6. in prin. lib. 2. & art. 16. lib. 1. Petit igitur a-
ctor in concluſione libelli ciuiliter inſtituti, vt reus illatam
ſibi iniuriam conſtituta pęna, emendare teneatur.

A D D I T I O.

a *Videtur ducta ex l. 12. de qua Gel lib. 20, cap. 1.*

§. Sed & lex Cornelia.

1 *Differentia inter actionem iniuriarum, prætoriam & ciuilem.*
2 *Annus in hac actione eſt continuus.*
3 *An ciuilis actio iniuriarum, in tribus exceptis caſibus ſit per-*
petua vel annalis.
4 *Actio iniuriarum prætoria, & ciuilis, in quibus conueniant.*
5 *Pęna iuris Saxon. quando pro iniuria reali ciuiliter agatur.*
6 *Pluribus vulneribus in vna rixa ab vno inflictis, vno Vuergel-*
do præſtando inſtigans liberatur.
7 *Integer Vuergeldus quantum contineat.*
8 *Expilare alicui crines, aut barbam, realis iniuria eſt.*
9 *Pro violento introitu in ædes alienas, ciuilis iniuriarum actio*
competit.

PRo declaratione huius § ſciendum eſt, regulariter omnē
actionem iniuriarum eſſe prætoriam, quia à prætore in-
troducta eſt, § præcedenti, ſup. eod. & l. prætor edixit, 7. §. eo.
Exceptis tribus caſibus hic enumeratis, in quibus eſt ciuilis,
quia ex l. Corn deſcendit, quæ à Cornelio Sylla lata eſt, l. hos
accuſare, t a. in fi ff. de accuſ r. quando ſcilicet quis pulſatus,
verberatus, vel per vim in domum eius introitum eſt, vt hic,
& d. l. lex Corn in princ. ff eodem, poterit tamen quis in illis
caſibus etiam prætoriam iniuriarum actionem intentare, ſe-
cundum gl. t. in l. Corn. & Doct hic. Sed non contra. Ex quo
apparet differentia inter actionem ciuilem, & pręętoriā iniu-
riarum, l. Ciuilis ſolum pro iniuria reali, quæ manu infertur,
1 competit: Prætoria vero eſt generalior, quæ pro quacunque
iniuria, ſiue verbali, ſiue reali intentari poteſt. II. Prætoria pa-
tri competit pro iniuria filio illata, & ſuo, & filij nomine; vt
ſup. in § patitur, dictum eſt. Ciuilis vero ex l. Cornel. ſoli filio,
& non patri datur, d. l. lex Corn. §. illud quæritur, 6. ff. eodem.
a III. Prætoria eſt *a* annalis, ciuilis autem perpetua. Et pro eij-
cienda veritate, ſciendum, ſine omni contradictione præto-
riam iniuriarum, ſicut alias prætorias pœnales actiones, eſſe
annalem, d. l. ſi non conuitij, C. eod & notatur in princ. inſ. de
perp. & temp. act Sed dubium eſt, vtrum ille annus ſit conti-
nuus, pro continuo currit, diebus feriatis, & non feriatis, an
vtilis, qui diebus feriatis non currit? Iacob. de Rauen. ſentit
iſtum annum eſſe vtilem, cum lege caueatur, quod in dubio
debemus recurrere ad conſuetudinem loquentis, l. ſi ſeruus
plurium, 50 §. fin. ff. de leg. 1. Sed prætor in edictis ſuis cōſue-
uit loqui de anno vtili, vt notatur poſt Gl. in verb. intra annū,
in dicto princ. Inſ. de perp. & temp. actio. Ergo, &c. Item per
tex. in l. ſi cum exceptione, 14. (al. incipit, item ſi,) §. in cauſa,
verſic. Et ſanè, ff. quod numerus cauſa, vbi dicitur, actionem
a iniuriarum vtili anno durare. Verior tamen, & communiter
b eſt ſententia Doctor. hunc annum eſſe *b* continuum, quam
tenet Gloſ. & Ioan. Fabr. hic, ſup. verbo, Introduxit, & Gloſ. in
d. l. ſi non conuitij, & ibi Cyn. & Salic. primo per regulā, quod
in dubio dilationes intelliguntur continui temporis, l. 1. C. de
ferijs, & l. ſiue pars 3. in fi. C. de dilat. Deinde, quia dilationum
materia eſt amputanda, l. 2. in princ C. de temp. appel. Tertio,
quia actio iniuriarum eſt odioſa, & pęnalis, minorem igitur
ſententiam amplecti debemus, vulgata l. interpretatione, 42.
ff. de pęnis, nec obſtat d. §. in cauſa, quia ſecundum Gloſs. &
Bar. ibi, eſt ſpeciale, odio violentiarum, & Cin. in d. leg. ſi non
conuitij, inquit text. ibi non loqui de iniuria, prout eſt contu-
melia, ſed vt violentia compulſiua, quæ non iure fit. Iniuria
enim multis modis capitur, vt ſup. in prin. tit. dictum eſt. Nec
obſtat etiam ſecunda ratio, quia Prætor etiam de continuo
tempore loquitur, l. Genero, 8. ff. de his, qui in fam. no. Pręte-
rea d. l. ſi non conuitij, ſimpliciter loquitur de anno, de conti-
nuo igitur intelligi debet, per regulam, quam tradit Panorm.
in cap. quærenti, 26. extra de offic. de leg quod vbicumque à
iure conceditur annus, intelligitur de 365. diebus continuis,
3 per tex. in l. cum hęres, 4 §. Stichus, 5. ff. de ſtatu liber. Sed nūc
quæritur, an ciuilis actio iniuriarum in tribus iſtis caſibus ſit
perpetua, vel annalis: Et licet Gl. in verbo, Conſtitutionibus.
in fin. in dicto princip. infra, de perpet. & temp. actio. expreſ-
ſe teneat eam quoque eſſe annalem, quod etiam videtur ſen-
tire Gl. noſtra, in verbo introduxit, per vulgaram theoricam,
quæ habet, quod quoties Gloſ. refert duas opiniones, & nul-
lam expreſſe approbat vltimam tenendam, & approbandam
videri, ſecundum notabilem Glo. in d. l qui filium, 74. §. fin. ſu-
per verbo. Et alia, ff. ad Senatuſcon. Trebellia, & mouetur per
text. in d. l. ſi non conuitij, qui indiſtinctè loquitur. Sed vbi lex
non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ſecundum Glo.
in l. 3 ff. de offic. præſid. cum ſimil. Contraria tamen ſententia
eſt communior, & de iure verior, per reg. ciuiles actiones eſ-
ſe perpetuas, d princip. inſt. de perpet. & temp. actio. Nec ob-
ſtat d. l. ſi non conuitij, quia loquitur de iniuria verbali, non
reali, vt aperte conſtat ex verbis legis, non igitur locum habet
in actione ciuili, ex leg. Cornel. deſcendente, quæ pro iniuria
reali competit. Et hanc opinionem text. Gl. in princip. d. leg.
lex Corn. ſupra verbo, dicat, Cyn. Bald. & Salyc. in d. l. ſi non
conuitij, & Doctor. hic, in d. princip. infr. de temp. & perpet.
actio De iure vero Saxonico contrarium dicendum videtur
per tex. in art. 31. lib. 3. Iniuriatus igitur poſt annum continuū
iniuriarum actionem non habet, obſtat enim exceptio præ-
ſcriptionis annalis actionis iniuriarum, quæ eſt mixta, & in
vim dilatoriæ, & peremptoriæ opponi poteſt, dicta l ſi non
4 conuitij. Conueniunt autem hæ actiones. 1. Quod Prætoria
locum habet in tribus illis caſibus, in quibus ciuilis introdu-
cta eſt, vt ſup. in princ § noſtri dictum eſt. 2. Quod eadem eſt
vtrobique forma libelli, & petitionis: in vtraque enim narrā-
dum, petendum & circa intereſſe concludendum eſt, vt in §.
præcedenti declarauimus 3. Quod idem eſt officium iudicis
circa æſtimationem iniuriæ, quia pars hoc caſu etiam æſti-
mat iniuriam realem, referendo ſe ad damnum, vel lucrum,
& deinde iudex conſideratis circumſtantijs taxat immodera-
tam æſtimationem, & actori iuramentum defert, ſecundum
quod poſtea reum condemnat. Neque circa hoc differentia
eſt inter ciuilem, & prætoriam, vt in dicto §. præcedenti di-
ctum eſt: reiecta opinione Gl. hic, in verbo, introduxit, & in
d. l. ex Cornel. in princ. ſecundum Bart. in d. l. iniuriarum, 24.
& Ang. in d. l. item apud, § ſi quis ſeruos 46. ff. eod Ioann. Fab.
& Doct. hic.

De iure autem Saxon. quando pro iniuria reali ciuiliter
agitur, tunc quoq; prædicta pęna 30 vel 15. ſolidorum, ſecun-
dum vniuſcuiuſque natiuitatem, & ſexum locum habet, quā
c reus ſoluendo liberatur. *c* Quod eſt verum, quando quis pri-
uatus, vel leuiter vulneratus eſt, vulgo (Blutrüſtig gemacht
oder daſs er mir Knutteln braun vndblavv geſchlagen,) tex.
in art. 16. lib. 2. ante fin. qui in hoc caſu facit æquiparationem
in-

A D D I T I O N E S.

a *Annus in actione iniuriarum prætoria, quando currere inci-*
piat, vide Gayl. 2. Obſeru. 105.
b *Conſtit. 46. par. 4. vult eum demum computari à tempore quo*
iniuriatus ſcire cępit iniuriam ſibi factam eſſe, vti & Gayl.
lib. 2. Obſeru. 105.
c *Nunc aliter conſtitutum, conſtit. 42 §. 4.*

inter iniuriam realem, & verbalem quoad iſtam pœnam dicitur enim ibi. Qui aliquem leuiter pulſat, vel mendacẽ appellat, ille ſecundum natiuitatem ſuam puniatur, & add. tex. art. 68. lib. 2. ibi [oder zubeſ ſern nach recht. iuncta Gl. ibi in ver. Dan die buſſe Komt nach vnſerm Recht nicht hoder denn auff 30. ſchiling.] & Gl. in d. art. 16. in fi. pro limitatione ſubijcit. Qui in domo alicuius viri honeſti aſſidet vino ſeu cereuiſiæ, & impudenter indeſinenterq; verbis immodeſtus, eſt illũ bene poteſt alius vir pacificus, in extincto titione caſtigare, & titionem poſtea in ignem reponere, nec in eo delinquit. Quãdo autẽ pro grauioribus iniurijs realibus ciuiliter agitur tunc rẽ certa, & grauior pœna ſecundum atrocitatẽ delicti, & vulneris à iure Saxon. ſtatuta eſt. [Dann von eyner Kampeſters vvunden, vvelche des mittel ſten fingers nagelglieds ti eſſ, vnnd deſſelbigen fingers ſen gſlen glids lang ſeind. Item vor ver leumbdung vor heyuſchrottig vvunden, durch den hirnſchattel deſſgleichen vorſchandmal, vvelches ſeind alle vvunden, vn der dem Angeſicht, ſo das haar nicht bedecKen Kã, muſſ derbe Klagte geben eyn halbs vvelſſgelt, nach eynes jedens geburt. d. ar. 16. §. Vvelcher man ohn ſeine vvunden, jeglicher finger aber vnd zehen hat ſeine beſonderliche buſſ,
6 nemlich das zehende the yl des vveher geldes,] d. art. 16. Vbi additio idem eſſe in dentibus affirmat Ex quo text. etiam diligenter notabitis, ſi in vna rixa plura talia vulnera infugantur, reum non teneri pro quolibet vulnere ſoluere dimidium Vvergeldum: ſed pro omnibus vno eodemque tempore illatis vnum dimidium præſtando Vvergeldum liberari. Hæc enim ſunt verba tex. [Die vveil der mann nicht ſtirbet, vvie offoman jhn auch lehmet in eyner that man beſſert es jhme doch nieh hoher, denn mit, eynen halben vvehrgelte.] Et gl. ibi ſubijcit rationem, quam vide. Et hoc limitabitis procedere, quando ab vno plura vulnera ſimul illata ſunt; ſecus, ſi à pluribus quia tunc quilibet pro vulnere ab ipſo illato ſoluit dimidium vvergeldt ſicut hoc ſæpe pronunciatum ſcio, & optime probatur, per text. in l. ſi plures, ff eo. obiter autem notabitis, vnico Vvergeldo contineri. 24. ſexagenas anti-
7 quas, id eſt, 24. [alte ſchotK, computando 20. groſſos argenteos, pro vna ſexagena Ex eo enim id patet, ſummam vnius Vvergeldi aſcendere vſque ad 18. libras, dict. art. 45. lib. 3. ibi. Den Schoffenbar freint,] Sed vna libra conficit viginti ſolidos, vt colligitur ex Gl. Vveichbild, art. 47. ſuper verb. [Des Burggrauen ge vvettht. quia viginti ſolidi conficiunt, 26. argen. groſſos, & octo denarios. Facta igitur computatione vlteriori apparebit integro Vvergeldum excurrere ad ſupra dictam ſummam pecuniariam ſcilicet, 24. ſexagenas antiquas, & 20. partem Vvergeldi eſſe duas ſexagenas, & 8. groſſos argen. pro digito. [Den Baurgul dren aber vvehergeltiſt 10. perſund] d. art. 45. quæ ſecundum prædictam computationem conficiunt, 13. ſexagenas antiquas 6. groſſos argenteos & 8. denarios nouos.

8 Porro circa tex. §. noſtri notandum, iniuriam quoque rea-
a lem eſſe, quando quis crines aut barbam *a* alterius expilauerit, §. ſi quis aliquem, de pac. ten. & eius viol. in vſibus feu. Itẽ non ſolum pulſato, & verberata iniuriarum actio competit, verum etiam ſi quis non eſt pulſatus, ſed manum ſolum aduerſus eum leuatæ ſunt, & ſæpè territus eſt, quaſi vapulaturus, non tamen percuſſus eſt, ex ſola comminatione vtilem iniuriarum actionem haber, d. l. item apud, §. ſi quis pulſatus, 1. ff. eod. & vide Iaſ. in l. 2. § hæc autem verba ver. vltimo nota, ff. quod quiſ. iur. &c.

9 Vltimo ea §. noſtro notabitis, pro violento introitu in ędes
b *b* alienas inuito ſcilicet domino actionem ciuilem iniuriarũ competere, etſi prætexatur cauſa in ius vocandi, l. qui in domum, 13. ff. eo. Domus enim cuiuſque tutiſſimum refugium & receptaculum, eſt leg. plerique, 18. ff. de in ius voc. Et hoc procedit, non ſolum quando domus eſt propria, ſed etiam conducta, vel gratis conceſſa, vel ſit hoſpitium, non tamen ad momentum tex eſt hic, & in d. l. lex Cornel §. domum, cum §. ſeq. & ibi Bart. ff. eod. & add. Glo. iur Saxon. in art. 66. libr. 2. [Landr. vbi dicitur, Der miether geneuſſt auch des friges in ſemeu gemietem vier pfelen. Hoc eſt. Etiam conductori domus conducta portum, ac perfugium præbet.

ADDITIONES.

a *Iniuria realis ſine facto committit, ſi alius alium alapa, vel manu percutiat. Gramaticus deciſ. 14. vel cubito Pariſ. 4. conſil. 167. vel cum manu ſub mente Papeus conſ. 224. vel baculo Bertrand. 6. conſ. 161. & 142. & 7. conſ. 164. Nata conſ. 254.*

b *An, & pro violento introitu in agrum meum venando cauſa competat mihi iniuriarum actio? Conſuetudine id ita vſurpatum ait Ananias in communibus, de clerico venatore.*

§. Atrox.

1 Quot modis fiat, & dicatur atrox iniuria.
2 Quando veſtes lacerantur, dicitur atrox iniuria.
3 Libertus, & filius non agunt iniuriarum contra patronum, & patrem.

DVplicem ob cauſam Imper. in hoc, §. declarat, quæ ſit atrox iniuria, prima, quòd ea grauius puniatur, quam leuis §. ſeruis, §. pœna ſup. eo. add. l. aut facta; 16. ff. de pœnis: altera quod quibuſdam perſonis actio iniuriarum non datur, niſi pro atroci iniuria, d. §. ſeruis, & d. l. Prætor §. præterea, ff. codẽ quam Iuriſcon. quaſi contumelioſiorem, & maiorem accipit in d. l. Prætor, §. atrocem, 7. Dicitur autem, & fit atrox iniuria
1 principaliter quatuor modis. I. Ratione facti quando ſcilicet quis etiam ignobilis vulneratus, vel fuſtibus cæſus eſt, vt hic & d. l. Prætor, in fi. & l. vulneris, 8. ff. eod. II. Ratione perſona, idque dupliciter, I. Ex perſona iniuriata, leuis enim iniu-
a ria facta à plebeio, dicitur atrox, illata *a* homini in dignitate conſtituto, vt l. atrocem, 4. C. eod II. Ex perſona iniuriantis, quando ſcilicet filius, vel libertus, patri, vel patrono iniuriam infert, quę ab extraneo, facta diceretur leuis, l. ſed ſi vnius, 17.
2 §. quædam iniuriæ, ff. eod III. Ratione loci quòque dupliciter atrox æſtimatur. 1. Ratione loci, in quo fit iniuria, veluti ſi in conſpectu iudicis, in foro, in templo iniuria infertur, vbi ęſt frequentia hominum. 2. Ratione loci, in corpore perſonæ iniuriatæ, vt quia leuiter quis pulſatus eſt in facie, quæ iniu-
3 ria diceretur leuis, ſi in dorſo facta eſſet, vt hic. IV. Ratione temporis, veluti ſi fiat tempore conuiuij, vel ludorum, d. leg. Prætor, §. atrocem. Ita quoque atrox iniuria dicitur, quando alicuius veſtes lacerantur, vel ſcinduntur l. ſed quæſtionis, 9. ff. eod Bart. in l. licitatio (al. incipit locatio) 9. § quod illicite, ff. de publica. Et generaliter atrox iniuria dicitur ſecundum conſuetudinem loci, vbi fit, de quo vide Ang. in l. non ſolum 11. ſi mandato, ff. eod. & Plat. & Gloſ. iuris Saxo. art. 68. lib 1. Tandem circa Gl. in verb. Libertus, notandum à libero iniuriarum non agi contra patronum, niſi pro atroci iniuria, ſicut nec a filio contra patrem d. l. Prętor. §. præterea, cum §. ſeq. ff. eo. Sed quando atrox iniuria illata eſt, actio in factum locum habet, ſec. Gl. in d. §. præterea, in verbo. Atrocitas, & nõ actio iniuriarum, quæ infamat, l. 1. ff. de his qui no. infam. Atqui liberis actio famoſa non datur contra parentes, l. non debet, 11. ff. de dolo. Et hæc procedunt in filio emancipato, & non in patria poteſtate cõſtituto, d. §. præterea in fin. Si tamen atrox iniuria exiſtenti in patria poteſtate infertur à parentibus coguntur parentes eum emancipare ſecundum Gl. in d. §. præterea, in verb. Fuerit. Patria enim poteſtas in pietate, & non in atrocitate conſiſtere debet l. Diuus 5. ff. de l. Pomp. de patr.

ADDITIO.

a *Vel iudici: quam vtrum ipſa punire poſſit vide apud Gayll. 1. obſeruat. 39.*

§. In ſumma.

1 Pro quacunque iniuria ciuiliter & criminaliter agi poteſt.
2 An vna actio tollat aliam.
3 Aeſtimatio datur pro quanto quis nollet eſſe paſſus.
4 Extincta actione iniuriarum elapſo anno, adhuc locum habet lex Aquilia ad emendationem damni.
5 Vuergeldus, non intereſſe ſed pœna dicitur.
6 Pœna iniuriarum quando criminaliter agitur, eſt arbitraria.
7 Ad quid iudicis arbitrium ſeſe extendere poſſit.
8 An & quando iudex arbitrium ſuum poſſit extendere vſque ad mortem.
9 Diſpoſitio iuris Sax. hoc caſu.
10 In actione iniuriarum criminaliter intentata, procurator interuenire nequit.
11 Condemnatus actione iniuriarum fit infamis.
12 Duo remedia in actione ciuili ad euitandam infamiam.

1 PRincipaliter ex hoc text. primo notandum pro quacunq;
a iniuria ciuiliter, & *a* criminaliter agi poſſe, ſiue realis, ſiue

ADDITIO.

a *Ciuiliter iniuriarum nomine agitur, quoties petitur æſtimatio iniuriæ, criminaliter vero, quando petitur iniuriantem puniri pœna iuris. Clarus 5. Sent. §. iniuria.*

ſiue verbalis,ſiue leuis,ſiue atrox,per text.hic,in ver. Omni.
Qui enim dicit omne,nihil excludit, le.Iuliano 68.cum ſimil.
ff de leg.3 Quantumcunque igitur leuis fuerit iniuria, actio
hæc locum habet, vt probatur per text in d.c.cum te, 24.&
ibi Abb num.6.de ſent.& de iud.& Iaſ.in l.turpia, 54.ff.de
leg.1.Dicitur autem intentari ciuiliter,quando actor æſtimat
iniuriam,& petit pęnam ſibi applicari: criminaliter autē quā-
do ſimpliciter petit reum puniri, & tunc pęna eſt arbitraria;
adeò vt iudex poſſit reo imponere, vel pœnam corporalem,
conſideratis circumſtantijs, vel pecuniariam applicandam
fiſco,ſecundum Gl.& Doct.hic,& Gl.ord.in l.3.in verb.Cen-
ſum, ff de ſepul. viol. Sed quando ciuiliter, fuit actum, non
poteſt criminaliter amplius agi, & contra, vtraque enim a-
ctio tēdit ad vindictam, quare etiam vna aliam tollit, l.quod
S C.6.in fi.ff eo.&Gloſ.1.hic.Pro cuius declaratione ita diſtin
guitur poſt DD hic. Aut plures actiones competunt ex vno
facto pro re familiari proſequenda, & vna tollit aliam regu-
lariter,vt notatur poſt Glo.& §.fin ff ſi quad.pau.fec.dic. Aut
plures competunt ex eodem facto ad vindictam, & licet v-
na ſit ciuilis, & alia criminalis, tamen actor habet electio-
nem, & vna electa præiudicat ſibi in alia, vt hic. Aut ſunt
plures actiones ex eodem facto deſcendentes, quarum vna
eſt ciuilis, & alia criminalis, ſed non tendunt ambæ ad vin-
dictam, ſed vna eſt perſecutoria, rei familiaris, alia vero pę-
nalis, & licet regulariter non poſſint ſimul proponi, tamen
per electionem vna non tollitur per aliam, de quo in §.libe-
rum, 11.ſup.de leg. Aque diximus. Ex quibus ſequitur, ſi a-
ctor egit iniuriarum ciuiliter, pro iniuria reali atroci, poſſet
etiam contra eundem agere ex l Aqu.ad emendationem dā-
ni, intereſſe, & contra, ſecundum Gloſ.hic, in verb Agere.
Alia quippe eſt æſtimatio damni, alia contumeliæ, l.ſed, &
ſi quemcumque,& iniuria, ff ad leg.Aqu.& d.leg. Prætor,§.ſi
dicatur, verſ.quid ergo,& d.l.item apud, §.ſi quis ſeruo, 46.
ff.eod.principaliter actio iniuriarum competit ad vindictam
contumeliæ, non damni, licet in conſequentiam in ea dam-
num petit poſſit. Datur enim ad æſtimationem iniuriæ pro
3 quanto quis nollet eſſe paſſus talem iniuriam. In quo po-
teſt etiam conſiderari damnum intrinſecum, vt debilitatio
membri, & expenſæ factæ in curando. Eſt igitur in actoris
electione, an velit petere aliam æſtimationem damni in a-
ctione iniuriarum, quod ſi fecerit, Aquilia locum non ha-
bet. Si verò damnum non fuerit æſtimatum in actione iniu-
riarum, poterit agere Aq ad id, quod plus eſt in Aquilia, &
contra:& ita loquitur tex.in l.qui ſeruum,34.ff.de obl.& act.
de quo Bartol.in d §.ſi quis ſeruo, & ſpec. in tit.de iniurijs in
fin princ.num.37 Salic.in leg.Dominum,8.C.eo.& DD.hic.
4 Ex quibus etiam infertur, ſi forte per lapſum anni iniuria-
rum actio extincta ſit, nihilominus ex eodem facto poſſe
agi actione l.Aquiliæ,ad damnum, & inter eſſe, videlicet,
ad mercedes medicorum, & alias expenſas in curatione fa-
ctas, item ad æſtimationem operarum, quas actor amiſit,&
quibus tempore vitæ ſuæ cariturus eſt; quia forte eſt pictor
qui propter debilitatem manuum amplius artem ſuam exer-
cere non poteſt, argumento, l.ex hac, 3.ff.ſi quad. paup fec.
dica.& leg fin.ff de his qui deiec. vel effu. Vnde ſi vulneratus
remitti iniuriam, & recipi pro ea pecuniam, non extenditur
illa remiſſio ad hoc intereſſe. Nihilominus enim pro dam-
nis, & expenſis agere poteſt, de quo vltra prædicta vide
Spe. in tit.de iniurijs, §.ſequitur videre de ſecunda parte, in
princ.& Pan.in cap.1.& cap.olim, 7.in fi.ext.eod. & Petr.de
Rauenna, in ſumma,de iniurijs, & D.Hen. God.in conſil.1.
de iniurijs,in pen. col.mihi fol.280. qui in contingentia facti
ita conſuluit. Et licet quidam teneant vltra expenſas medi-
corum prædicta de iure Saxon.non procedere, quia loco in-
tereſſe ſit introductus Vuergeldus, contraria tamen ſenten-
tia eſt verior & communior, quia hæc pęna dimidij Vuer-
geldi à iure Saxo.ſtatuta eſt,in locum incertæ,ſeu arbitrarię,
pęnæ iuris ciuilis, & Vuergeldus non intereſſe, ſed pęna di-
5 citur. Hoc igitur iure etiam ratio damni haberi debet,& hęc
opinio conſuetudine firmata eſt. Hodie enim plerumque
ſententijs iſta verba ponuntur.Si Petrus vulnerauit Ioannem
in brachium, vt aliquot ſeptimanas ſub cura medicorum
decubuerit, & poſtea claudus factus ſit: tunc quoque illi di-
midiam Vuergeldum, ideſt, 12. ſexagenas antiquas emen-
datę, nec non impenſas medicinales, alioſque ſumptus refi-
cere: item operas,quam iam amiſit,& poſt hac amiſſurus eſt,
ſecundum æſtimationem iudicis, actionum vulnerati noti-
tiam habentis, reſarcire tenetur, de quo vide plenè poſt
Land.Rub.(von buſſ der vvunden, die auſſerhalb eynes ge-
vuit Krē fridens augefuget vverden.) Porro prædicta proce-
dunt, quando ciuiliter pro iniuria atroci actum eſt: ſecus,
ſi criminaliter, quia tunc eſt pęna amputationis manus,vt ſta
tuto dicetur, vltra quam reus conueniri non poteſt, de quo
vide Rub. [Von buſſ der vvunden.] poſt princ.
6 Secundo principaliter circa §.noſtrum declarandum eſt,
quæ ſit pęna iniuriarum,quando criminaliter actio iniuriarū
intentatur? Et breuiter per tex.noſtrum hic dicendum eſt,ſi-
ue pro verbali,ſiue reali iniuria agatur, pœnam eſſe arbitra-
riam. Vbicunque enim pęna à iure non eſt determinata, ibi
relinquitur illa arbitrio iudicis, qui ex officio ſuo conſiderati
circumſtantijs, poteſt imponere interdum pęnam pecunia-
riam fiſco applicandam,quòd regulariter fit, quando pro iniu
ria verbali agitur: interdum corporalem,quod etiam regula-
riter fit,pro iniuria atroci reali,l fi.ff.eod. Et licet iure nouiſſ.
in certis caſibus etiam ſpeciales pęnæ expreſſæ ſint pro iniu-
ria reali, veluti pro vulnere amputatio manus, §. ſi quis a-
lium intra pacis edictum vulnerauit,cum §.ſeq.in med.prin.
de pace tenen.& eius viol.in vſib.feud.tamen hoc non obſtā-
te,hodie pro eiuſmodi iniurijs criminaliter intentatis, po-
terit iudex pro arbitrio ſuo conſideratis circumſtantijs, pœ-
nam imponere, vedictum eſt.Sed iam quæritur, Ad quid ar-
bitrium iudicis poſſit ſe extendere? Et Gl.noſt.hic,in verb.Ex-
traordinaria,quę ab omnibus reputatur ſingulari,tenet quòd
etiam vſque ad mortem.Quod eſt verum,conſideratis circū-
ſtantijs,& penſata qualitate, & atrocitate facti,ſecūdū Ang.
hic,per tex.in l.Pedius,4.§.1.ff de incend rui.& c.vbi dicitur,
ex perſonarum conditione,& rerum qualitate diligenter pę-
nas æſtimandas eſſe, ne quid aut durius, aut remiſſius conſti-
tuantur, quam cauſa poſtulat. Item per l.perſpiciendum, 11.
ff.de pęn.Hinc Ioa.de Imol. in l.2.ff.de pub.iud.in ſua diſtin-
ctione,quam refert hic Ang. Si,inquit, expreſſe, & ſimplici-
ter in lege vel ſtatuto dicitur,pęnam eſſe arbitrariam,tunc iu-
dex tanquā bonus vir arbitrari debet,& poterit propter enor
mitatem delicti extēdere ſuum arbitrium vſque ad mortem.
Si verò qualitas facti non ſuadet imponi pęnam mortis,
& iudex fuerit arbitratus, poterit ab eius arbitrio appellari,
vel vt reducatur ad arbitrium boni viri, ſecundum Gloſ.in c.
ſuper his, 15 in verb.Arbitrium, & in verb.Aſtringendus,
extr.de accuſ.de hoc etiam vide Bald. in §.iniuria, in prin.de
pace ten.inter ſubſt. & iur firm.in vſibus feu. & in l.1. Co de
his qui latro.occulta. De iure autem Sax quādo criminaliter
9 actio iniuriarum inſtituta eſt, in effectu ita diſtinguitur, Aut
agitur pro graui, & atroci iniuria reali, aut pro iura verbali,
vel reali leui.l.Caſu,quando vulnera ex dolo inflicta ſunt, &
criminaliter pro ijs vindicandis agitur, punitur reus amputa-
a tione vnius manus,a d.art 16.l.2.& [Vveichb.l 1.]art 80. De-
bet autem amputari ea manus, cum qua dilectum perpetra-
uit, de quo vide Aluaro. in d.§.ſi quis alium, de pace ten. &
eius viol. in vſib. feud.II.Caſu duæ ſunt opiniones. Quidam
enim per bonas rationes tenēt etiam de iure Sax.quoties pro
iniuria verbali criminaliter agitur,æſtimationem iniuriæ cō-
ſiſtere in ſolo arbitrio iudicis,ita vt is grauiorem pęnam, quā
30.ſolidorum,prout ſibi viſum fuerit, reo inferre poſſit, quæ
b certè ſententia ęquior, & de iure verior eſſe poteſt. *b* Altera
tamen opinio magis communiter in practica obſeruari,& ſe-
cundum eam pronunciari ſolet,videlicet, quòd ab accuſatio-
ne criminali iniuriarum verbalium, reus poſſit ſe redimere,
ſoluendo 39.ſolidos adeò vt loco regulæ ſit,de iure Saxonico
pęnam iniuriæ verbalis, non excedere 30.ſolidos, ſiue ciuili-
ter,ſiue criminaliter actum fuerit.Hinc etiam pronunciatur.
c *c* Vltra conſtitutam emēdam 30.ſolidorum,non teneri reum
actori,illatam iniuriam reuocare. De quo vide ſententiam
Scabinorū Lipſenſium poſt (Vvichbild)in Rub. (So die iniu-
ria nicht auſſ freuel, vnd gemut zuſch maben geſchehen iſt.)
Tertio principaliter circa § noſtrum notādum,quod ſicut
in criminalibus iudicijs publicis, quando maior pęna rele-
gatione imponitur, regulariter procurator interuenire non
poteſt, ne iudicium reddatur eluſorium, vulg.l.penult. §.
ad

ADDITIONES.

a *Magis vſurpatur in cæde facta per exceſſum, Cæterum vulne-
ratio ſolet fere fuſtigatione puniri. Sane qui ſcelerate vulneraſ-
ſet parentes magiſtratus,paſtorem poſſet ita puniri. Iaſ.leg.qui
iuriſdictionem,10.nu.3 de iuriſdict. Quanquam & hic fuſtigatio
nem vt temorem vſurpatam memini, vide Iaſ. l.1.de legibus,
n.17.l.ſi per errorem, 15.ff.de iuriſd.nu.17.*
b *Hæc approbat conſt.42.par.4.*
c *Et huius contrarium ſancitum d.conſt.42. quod eſt æquiſſimū,
non enim pœna,ſed reuocatione redintegratur æſtimatio læſa.*

ad crimē,ff. de publ iud. & l. 1. ff. an per alium cauſæ app. red-
10 di poſſint, & not. in l. ſeruum, 33. §. publicè, ff. de procu. & in l. reos, 3. & ibi Doct. C. de accuſ. & in cap. nuæ 5. ext. de proc. & in c. veniens, 15. extra de accuſat. Ita etiā in crimine priuato iniuriarum criminaliter intentato, neque à parte accuſantis, nec accuſati procurator interuenire poteſt, tex. eſt hic, iuncta d. l. fi. C. eod. Pœna enim eſt arbitraria, ita vt iudex etiam pœnam corporis afflictiuā imponere poſſit, vt dictum eſt. Fallit tamen in illuſtribus perſonis quibus a iure permiſſum eſt, ſiue agendo, ſiue defendendo cauſam iniuriarum per procu-
11 ratores exercere. In ipſos tamen fertur ſentētia, vt hic, & dicta l. fin. C. eod. Ex quo ſequitur cautelam de conſtituendo procuratore, tunc locum non habere. Pro cuius declaratione ſciendum eſt, quod condemnatus in actione iniuriarum
a ſiue ciuili, a ſiue criminali, efficitur infamis, b l. 1. poſt pr. ff. de
b his qui not. infam. & dicta lege Prætor, in princip. ff. eodem, & l. infamem, 7. & ibi Bar. nu. 11. ff. de publ iud. & d. cap. cum
12 te & ibi Abb. de ſenten. & re iud. Ad euitandam tamen infa-
c miam, c duo remedia introducta ſunt. I. Eſt, vt conſtituatur procurator, ſecundum Gl. 1. in d. cap. cum te, per l. furti, 6. §. ſi quis alieno, ff. de his qui not. infam. vbi dicitur, condemnatum alieno nomine non effici infamem, atque ita nec procuratorem, nec principalem infamiam notari. Quæ cautela locum habet in actione iniuriarum ciuiliter intentata, l. non ſolum, 11. §. agere, ff. eodem, & l. licet, 42. §. ad actionem, iuncta Gl. in verb. Publice, ff. de procur. & Gl. in d. l. fi. in verſi. ita tamen nullus, ideo vt procurator admittatur, etiamſi non habeat ſpecialem mandatum, d. l. ſed & ſi vnius, §. procuratorem, 16. In criminali autem actione iniuriarum hæc cautela non reſeruat cum procurator interuenire non poſſit, d. l. fin. in fin. De iure autem Saxo. de hoc quoque ſunt diuerſæ opiniones, ſed quia ſupra dictum eſt, ſecundum communem practicam, etiam reum in actione iniuriarum criminali, pro iniuria verbali intentata, ſolutione 30. ſolidorum libera-
d ri, & ita de iur. Saxon. non imponi pœnam corporalem, d ſed pecuniariam pro verbali iniuria: ideo quoque in his terris communiter tenetur & pronunciatur procuratorem etiam in criminali iniuriarum actione, tam a parte agentis, quam rei conuenti admitti, facit huc notabilis doctrina Ang. Peruſ. d. l. fin. ff. eodem. Quando agitur iniuriarum criminaliter, & de ſtylo, & conſuetudine ſemper pœna pecuniaria imponitur; tunc licet pœna ſit arbitraria, non debet tamen excedi modus, ex conſuetudine, & ſtylo curiæ regionis introductus, & procurator item admitteretur. II. Cautela eſt, vt conuentus actione iniuriarum ſoluat æſtimationem iniuriæ ante condemnationem, vel litis conteſtationem, quod eſt tutius: tunc enim propter ſolutionem factam non condemnatur, ſed potius abſolui debet, ab inſtantia: infamia igitur non notatur, quæ condemnato irrogatur, de quo latius vide Bar. in d. l. infamem, n. 10. Abb. in d. c. cum te, & Bal. poſt tex. in leg. ſi reus 74. ff. de procur. & cautelam Cępol. 12. & 51. Vnde in terris Saxon. ſecundum communem practicam, poterit reus criminaliter de iniuria verbali accuſatus, pro redimenda vexatione ante litis conteſtationem ſoluere 30. ſolidos, & per hoc ab infamia, & accuſatione ſe liberare, & redimere. Et pro maiori, & tutiori cautela, notabitis conſil. Ang. in l. non poterit, 63. ff. de furtis, vt non ipſe reus ſed alius ſoluat pro reo, abſque tamen mandato rei, quod etiam commendatur à Cępol. in d. cau. 12.

ADDITIONES.

a *Siue magna fuit iniuria, ſiue modica & ita Ang. in leg. infamem, ff. de publ iudic. Fel. in c. cum te, de re iudic.*

b *Infamia in actione iniuriarum quomodo euitari poſſit, vide Gayl. 2. Obſeruat. 102.*

c *Actione iniuriarum conuentus ſi ante ſententiam æſtimationē iniuriæ ſoluat, an infamiam euitet? Vide Gayl. 2. obſer. 105.*

d *Hæc cum ſint mutata d. conſtit. 42. dicendum eſt procuratorem non admitti, quoties pœna relegationem excedere poteſt, per regulam traditam a Gloſ. & DD. in leg. 1. An per alium cauſ. appell. Far. l. ſeruum quoque, 33. §. publicè, ff. de procurator, l. abſentem, 5. ff. de pœn. & l. pen. §. ad crimen, ibi Gloſ. de publ. iud. Panor. cap. veniens, 5. n. 8. extra de accuſ.*

§. Non ſolum.

1 *Non ſolum faciens iniuriam, ſed etiam fieri procurans, iniuriarum actione tenetur.*
2 *Contra quem hæc actio competat.*
3 *Mandans, conducens perſuadens, qui dicantur, & nu. 4. & 5.*

1 SIcut quis iniuriam patitur, non ſolum per ſe, ſed etiam per interpoſitam perſonam, §. patitur, ſup. eo. ita quoque non ſolum faciens iniuriam hac actione tenetur, ſed etiam is, qui curauit iniuriam fieri, vt hic, & l. non ſolum, 11. in prin. & d. l. item apud, §. feciſſe conuitium, 8. ff. eod. Quem tex. ibi Ang. notare iubet, contra concitantes pueros ad vociferationem iniurioſam contra alios. Competit igitur hæc actio. I. Con-
2 tra inferentem iniuriam. II. Contra mandantem. III. Contra eum, qui alium conduxit, vt iniuriam alteri faceret. IV. Contra perſuadentem, d. l. non ſolum, in princip. & §. ſi mandato,
3 cum §. ſeq. Et dicitur mandans, ſecundum Bar. in d. §. ſi mandato, qui mandat delictum committi propter ſeipſum, ad ſatisfactionem ſuæ voluntatis, nulla data pecunia. Conductor
4 vero dicitur, qui illud facit data pecunia. Perſuaſor autem,
5 qui perſuadet alteri propter ipſum, cui fit perſuaſio. Et licet inter mandantem & mandatarium nulla actio oriatur, cum rei turpis nullum ſit mandatum, l. ſi remunerandi, 6. § rei turpis, ff. mandati, tamen oritur obligatio, qua mandans tenetur rei, in cuius perniciem mandatur, de quo Bar. in d. §. ſi mandato. Prædicta autem limitantur non procedere in furioſo, & impubere. Hi enim ſolent pati iniuriam, ſed non facere, l. 3. §. 1. ff. eod.

§. Finalis.

1 *Actio iniuriarum diſſimulatione tollitur.*
2 *An ad hoc vt actio iniuriarum competat, neceſſe ſit, vt iniuriatus dicat; Reuoco ad animum.*
3 *Quot modis iniuria tollatur.*
4 *Seruitium ſubſequens, facit præſumi remiſſionem iniuriæ.*
5 *Actio iniuriarum ſemel remiſſa, amplius intētari non poteſt.*
6 *Ingratitudo non reſuſcitat actionem iniuriarum.*
7 *Quando conſtitutus in periculo mortis remittit iniuriam, an videatur remiſiſſe actionem iniuriarum, ſi reualeſcat.*
8 *In dubio remittitur rancor animi.*
9 *Ex quibus libellus conſiſtere debeat.*
10 *Quare in narratione libelli certum genus iniuriæ exprimi debeat. Item locus, tempus, dignitas, ſeu ſtatus perſonæ.*
11 *Forma libelli in hac actione.*

1 EX hoc §. primo notandum, diſſimulatione actionē iniuriarum aboleri, & ſemel remiſſam non poſſe per pœnitentiam reſuſcitari, vt hic, & d. l. non ſolum, poſt princ. Poteſt autem tex noſter ſecundum Plat. intelligi dupliciter. Primò, quod propter diſſimulationem nō naſcatur actio, & eius natiuitas impediatur, ſi nimirum alicui fit iniuria & is nō reputat pro iniuria, ſed ridet, & non curat, ita vt appareat, ſibi nō diſplicere illud quod fit, facit leg. 1. §. vſque adeò, vbi dicitur, [Volenti nō fit iniuria.] Deinde, quòd nata fuerit actio iniuriarum, ſed paſſus iniuriam, ex interuallo diſſimulatione re-
2 miſerit. Circa quod Gloſ. 1. hic quærit. An ad hoc, vt competat actio iniuriarum, neceſſe ſit, ab iniuriato ſtatim, cū iniuria infertur, eam reuocari ad animum? Et cōcludit, quòd nō. Ex ipſo enim actu, quo fit contumelia, & iniuria & non ex talibus verbis actio hæc naſcitur. Licet igitur non dicat: Reuoco ad animum, tamen ſi iniuriatus oſtendit ſe iratum, nec facit aliquos actus remiſſionis iniuriæ, nata eſt iniuriarū actio, de quo latius vide Plat hic, & Ang. in d. l. 3. in prin ff. eo.
3 Porro actio iniuriarum, ſecūdum Plat hic, tollitur principa-
a liter ſeptem modis. I. Per lapſum a anni d. leg. ſi non conuitij, de quo ſupra in §. ſed & lex Cornelia, dictum eſt. II. Per pactum, l. ſi tibi decem, 17. § quædam, ff. de pactis. III. Per tranſactionem, d. l. non ſolum. §. 1. verſ proinde. Hinc Spec. quem refert Mat. de Aff. in §. iniuria, 1 de pace tenenda inter ſubd. & iura fir. nu. 98. inquit, in actione iniuriarum ſemper iudici elaborandum, vt partes redigantur ad cōcordiam, etiamſi criminaliter agat, facit cap. ſtudendum, 7. diſt. 90 & vulgatus tex.

ADDITIO.

a *Anni lapſu tollitur iniuriarum actio criminalis, de quo intelligendus hic locus videtur. Nam ciuilis eſt perpetua. Balbus tract. de præſcr. in 4. p. quæſt. 4. Rolan. 2. conſil. 39. Hoc etiam loco notandum eſt, annum actionis criminalis iniuriarum eſſe continuum. Cumanus conſil 74. Cur. iunior in l. 1. ff. quod quiſque iuris. Cæterum annus in actione iniuriarū prætoria quādo currere incipiat, vide Gaylum 2. Obſeru. 105. Iniuria ſcripta an ſit verbalis, & an anno tollatur, vide ibidem, cap. 104.*

Digitized by Google

tex. in l. æquiſſimum (al § 3. in l. ſi cuius rei vſusfructus 13.)
a in princ. ff. de vſufr. IV. Per iuramentum *a* delatum reo, qui
iurat ſe non feciſſe iniuriam, vel non animo iniuriandi feciſ-
ſe, ſed, vel ioco, vel calore iracundiæ, vt notatur in d. l. ſi non
conuitij, & in d. l. non ſolum, §. 1, verſic. Proinde, & facit, l. 3.
§. 1. in fin. ff. eod. Hinc opportune quæritur, an neceſſe ſit, vt
actor in libello dicat, animo iniuriandi verba quædam a reo
prolata eſſe? Ad quod reſpondete, ſi verbum per ſe eſt iniu-
rioſum, tunc non eſt neceſſe: præſumitur enim animo iniu-
riandum dictum eſſe. Hinc Bald. poſt Gl. in d. l. ſi non conuitij,
inquit: Sicut ſe habent verba, ita præſumitur eſſe animus, adeo
vt incumbat onus probandi reo, ſed non animo iniuriandi
dixiſſe. Sicut etiam præſtito iuramento, ſe liberare poteſt, d.
verſ. Proinde. Et de iur. Saxon. artic. 34. lib. 2. Si vero eſt di-
ctum indifferens, tūc in libello non ſolum exprimi debet ani-
mo iniuriandi dictum eſſe, ſed etiam ab actore probandum
eſt, de quo vide Cyn & Sal. & DD. in d. l. ſi non conuitij, An-
gel. in tract. malef. ſup. d. verb. Verba contumelioſa, poſt pr.
& Iaſ. infra in princ. tit. de act. nu. 50. V. Per ſatisfactionem,
qui enim accepit ſatisfactionem, iniuriam ſuam remiſit, d. l.
ſed ſi vnus, §. ſi ante iudicem, 6. ff. eodem. VI. Per mortē iniu-
riantis & iniuriati, ante litem conteſtatam, d. l. item apud, §.
iniuriarum, 14. & l. iniuriarum 13 ff. eod. & l. ſi eum, 10. §. qui
iniuriarum, ff. ſi quis caut. VII. Per diſſimulationē, ſiue a prin-
cipio, ſiue ex interuallo interueniat, vt quia ſecundum Gl. hic
b iniuriatus poſtea riſit, luſit, bibit, *b* vel comedit cum iniurian-
te. Quod eſt verum, ſecundum Io. Fab. & Ang. hic, ſi hoc fa-
ciat motu proprio: ſecus, ſi ambo inuitati ad conuiuium, &
poſiti ad vnam menſam: tunc enim non intelligit remiſiſſe
iniuriam, cum ex quadam honeſtatis neceſſitate hoc fecerit.
Item ſi fuerint confabulati, facit c. Nec aliqua, 4. cauſ. 27. q. 1.
Sic etiam per oſculum, quod in platea dari ſolet, iniuria diſſi-
c mulatur. Oſculum *c* enim eſt indicium charitatis, amicitiæ,
& conſenſus, vt inquit Matth. de Affl. in d. §. iniuria, nu. 118.
Item ſi iniuriatus dedit dexteram iniurianti, de quo Iaſ. in l.
1. nu 15. ff. de pact. Dextera enim eſt teſtis fidei, & pignus pa-
cis, vt inquit Ioan. And. in cap. Fundamenta, 17. de elect. in 6.
Item ſi amice ſcripſit iniurianti, arg. l. 1. ante fin. C. ad l. Iul.
d maieſt. Item ſi ſalutauit, quia ſalutatio eſt ſignum *d* reconci-
liationis, ſicut & ſubtractio ſalutationis ſolitæ, eſt ſignum ini-
e micitiarum, *e* vt notat Glo. in cap. Cum Adrianus, 19. diſt. 63.
& vide Abb. in prooem. Decret. num. 6. & in cap. Olim, 7. an-
te fin. ext. de iniur. Item ſeruitium ſubſequens, facit præſumꝑ
4 remiſſionem iniuriæ præcedentis, leg. in ipſius, 5. & ibi Bald.
C. fam. herciſ. & Iaſ. l. ex hoc iure, 5 num. 69. ff. de iuſt. & iur &
adde Gloſs. iur. Sax. in art. 31. lib. 3. § (Diſez vuo inſtantien:)
vbi dicitur: Ludendo, comedendo, & bibendo, omnibuſque
actionibus familiaribus, quibus quis in amicum vtitur, iniu-
ria tollitur.

5 Secundo, ex §. noſt. notabitis, pro iniuria ſemel remiſſa,
actionem iniuriarum amplius intentari nō poſſe: actio enim
extincta non reuiuiſcit, l. qui res, 98. §. aream, ff 8. de ſolut. Et
obligatio ſublata in perpetuum non reſtituitur, d. l. qui res, §.
nec admiſſum, ff. de ſolut. Quod ampliatur ſecundum Plat.
hic procedere, ſiue ſit remiſſa ſine cauſa, ſiue ex cauſa, quæ
poſtea non ſecuta eſt. Exempli gratia: pone, iniuria vocatus
in iudicium, petijt ab iniuriato remiſſionem iniuriæ, promit-
tens aliquot aureos, ſi iniuriam paſſus ex cauſa prædicta hoc
facit, & poſtea reus non ſoluit aureos promiſſos, certe iniu-
riatus, licet ex promiſſione facta reum ad præſtandus aureos
conuenire poſſit, actionem tamen iniuriarum extinctā re-
ſuſcitare, & intentare nō poteſt. Remittentibus enim actio-
nes ſuas, non eſt dandus regreſſus ad eas, l. quæritur, 14. §. ſi
venditor 9. ff. de ædil. edi. Ita quoq. licet ingratitudo ſit ma-
ximum vitium, de quo beatus Bern. inquit, vt eum refert Pa-
nor. in c. fin. extra de donat. dicitur eſſe ventus vrens, ſiccans
6 fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fructum gratiæ: ta-
men actio iniuriarum ex cauſa ingratitudinis reſuſcitari non
poteſt, ſecund. Plat. hic, per Gloſ. in l. ſi donationis, 18. C. de
donat. Circa prædicta quæritur poſt Gl. fin. hic, quando con-
ſtitutus in periculo mortis, in confeſſione facta ſacerdoti re-
7 mittit iniuriam, an per hoc ſit actio iniuriarum perēpta, ita
vt ſi reualeſcat, eam non poſſit intentare? Exempli gratia, ſe-
cund. Bart. in d. l. non ſolum, §. iniuriarum, ff. eod. Ego con-
uentus actione iniuriarum, feci ad mei defenſionem talem
poſitionem, te poſt illatam iniuriam fuiſſe confeſſum ſacer-
doti peccata tua, & vt ea tibi remitterentur, ſecundum ora-
tionem dominicam, & alijs remiſiſſe debita, an per hoc ſit
probata remiſſio iniuriæ. Et omiſſis ſuperfluis, iſte eſt veri-
tas: Aut quis remiſit ſolum rancorem, quem habet animo
ad offendendum, quod etiam alias quilibet Chriſtianus face-
re cogitur, de quo Glo. in cap. Si quis contriſtatus, 10. diſt. 90,
& non intelligitur remiſiſſe actionem iniuriarum, vel ſatiſ-
fact. omnem. Aut expreſſe remiſit actionem iniuriarum, vel
fecit plenam remiſſionem, & intelligitur non ſolum remi-
8 ſiſſe rancorem ſed etiam actionem, ad quam poſtea redire
non poterit, per text. hic. Aut ſumus in caſu debito, & con-
cluditur commun. per DD. contra Gl. fin. hic, non intelligi
eum remiſiſſe actionem iniuriarum, ſed ſolum rancorem
f *f* animi, alias nullus Chriſtianus, vt inquit Io. Fab. hic, iniuria-
rum agere poſſet, de quo pulchre vide Bart. in d. l. non ſolum,
§. iniuriarum, ff. eod. & eund. Bart. Bald. Iaſ. & DD. in l. ſi tibi
decem, 17. §. quædam, ff. de pact. & DD. hic.

Vltimo circa præſentem tit. pauca de formatione libelli in
actione iniuriarum dicenda ſunt. Et primo animaduerten-
dum quod ſicut apud Dialecticos Syllogiſmus conſiſtit ex
9 maiore, minore, & concluſione: ita quoque omnis bonus li-
bellus effectualiter debet conſtare ex tribus. I. Ex narratione
facti, quæ habetur pro maiore. II. Ex cauſa ſeu medio con-
cludendi, quæ cauſa eſt loco minoris. III. Ex concluſione de
quo plene in §. omnium, 1. inſ. de actione, dicetur. Quod igi-
tur ad narrationem in libello iniuriarum attinet, ſciendum,
ab actore certum genus iniuriæ: item locum, tempus, digni-
tatem ſeu ſtatum perſonæ ſuæ, & iniuriantis, exprimi debere,
ob duplicem cauſam. I. Quod hæc actio eſt famoſa, d. l. Præ-
10 tor edixit, & notatur per Salic. & alios in d. l. atrocem, Cod.
eo. II. Quod ex iſtis circumſtantijs pœnæ augentur, & mi-
nuuntur, vulg. l. aut facta, 16. ff. de pœn. de quo ſup. in §. atrox,
& §. pœna, dictum eſt. Et ex hac narratione facti reſultat cau-
ſa ſeu medium concludendi; reum ſcilicet ex hoc delicto eſſe
ad pœnam obligatum, & ſic ciuiliter agitur, actor debet æſti-
mare iniuriam, referendo ſe ad damnum vel lucrum, vt in
d. §. pœna autem, dictum eſt, vel in his terris, ad pœnam iuris
Saxon. ſtatutariam; & in concluſione petere, vt reus ad illam
pœnam actori applicandam condemnetur. Si vero crimina-
liter agitur, debet relinquere arbitrio iudicis, & petere vt
pro qualitate, & atrocitate delicti, vel pœna corporalis reo
imponatur, vel pecuniaria fiſco applicanda vt in §. in Summ.
ſupr. eod. declaratum eſt. Et poteſt hoc modo libellus conci-
pi, quando agitur criminaliter iniuriarum, ad pœnam pecu-
niariam applicandam fiſco, ſicut hodie in his terris, propter
vtilitatem pœnæ à iur. Saxon. ſtatutæ, plerumque fieri ſolet.

g *Forma g libelli.*

11 *Reſeruatis omnibus iuris remedijs, ac præmiſſis præmit-
tendis. Nobilis & ſtrenuus vir N. N. eques auratus, primum
nomine ſuo, deinde nobilis, & honeſtæ vxoris ſuæ N. N. &
h tertiu filij ſui Friderici, hunc libellum h contra N. exhibet,
dicendo: Etſi (quod circa iactantiam dictum vult) ipſe
cum ſuis domeſticis toto vitæ ſuæ tempore, omni honeſta-
ti atque virtuti ſtuduerit, & tanquam probum atque hone-
ſtum nobilem decet, ita ſe geſſerit, vt pro inculpato ac in-*
[illegible] tegro

ADDITIONES.

a *Iuramentum purgationis in actione iniuriarum poteſtate reo deferri. Vide Gayl. 2. Obſer. 106.*

b *Adde quæ ſcripta ſunt ſuperius lib. 1. tit. de excuſ. tutor. §. item propter inimicitias. Denique tollitur iniuriarum actio criminalis conuerſatione habita cum eo, qui iniuriam intulit. Communem refert Plaza lib. 1. delict. c. 6.*

c *De oſculo vide quæ ſcripta ſunt ad l. ſi à ſponſo, 16. C. de donat. ante nupt.*

d *Adde 24. q. 1. c. Omnis, & c. Olim, de iniur.*

e *Et ideo poteſt vt ſuſpectus recuſari arg. cap. Cum ſuper Abbatia, de offi. deleg. quod verum, ſi ante ſolitus erat ſalutare, Barb. in prœmio Clem. in §. ſalutem.*

f *Poſſit itaque viri boni, & Chriſtiani officio fungi, ſi iniuriæ odium, & memoriam remiſerit, licet multam pœnam, & (vt loquuntur) ſatisfactionem non remittat. De quo vide Gl. 23. q. 4. c. ſi is qui, & 23. q. 3. c. 1. diſt. 45. c. qui emendat, diſt. 90. cap. ſi quis contriſtatus, c. 1. de maledict. c. Ad Apoſtolica, de re iud. in 6.*

g *De iniuriarū libello, & eius requiſitis, vide Gayl. 1. obſer. 64.*

h *Quid? Iniuriarum libello num. annum, menſem, & locum illatæ iniuriæ inſeri oportet? Communiter ita receptum tradit Alexand. 1. conſil. 211. Bertr. 6. conſil. 257. An agens iniuriarum iniuriam ſibi illatam æſtimare debeat, interpoſito iureiurando? Minime enim ſuper qua eſt, ſi æſtimationem qualemqualem faciat quam, & iudex moderabitur, aut augebit, prout ei conſtiterit Bertr. 8. conſ. 74.*

cogro nico ſit habitus, nec quiſquam, occaſioné habuerit, vel adhuc habet, actoris eius coniugis, vel liberorum famam, & nomen lędendi, denigrandi, vel iniuriandi, eo tamen non attento, & quod ſcripto iure ſub grauiſſimis pœnis a prætore infugiendis, cautum atque prohibitum ſit ne quis alterius famam exiſtimationem, & nomen lędat proſcindat, iniuria ve afficiat dictus reus N. actoris legitimæ cõiugis & filij Friderici falsò honorem, & nomen verbis iniurioſis grauiſſimè, & attrociſſimè lædere non erubuit, in die S. Viti huius currẽtis anni, Vvitembergæ in foro, præſentibus multis mobilibus. & alijs honeſtis hominibus, dicendo, Fridericum ad N. actoris filium, non eſſe ex legitimo thoro natum, & cum eodem anno, & menſem iniurians Torgam veniſſet, eiuſmodi verba iniurioſa publicè in cęnaculo Ducali reiterauit nec eo contẽtus in die S Bartolomæi proximè præteriti in hoſpitio N. loco tali, eadem denuo repetijt, publicè dicendo, Fridericum ab N. non eſſe legitime natum. Quo non ſolum Præfati Friderici, ſed & actoris N. iniuriati parentis, & matris actoris vxoris honeſtum nomẽ grauiſſimè læſum, & iniuriatum eſſe appareт. Quas quidem iniurias, vt attrociſſimas ſtatim, citra procraſtinationem ad animum reuocarunt, prout adhuc reuocant. Cumque illibatam, atque illęſam æſtimationem, lõge precioſiſſimum, & optimum theſaurum ducat, ineuitabilis neceſſitas ipſi pro conſeruatione nominis ſui huius actionis inſtituendæ, impoſita eſt. Quandoquidem ergo dicto actori ab N. non ſolum ſuo, ſed & vxoris, ac filij in patria poteſtate adhuc conſtituti nomine iniuriarum actio competit, vt iniuria clare teſtantur leg. prima, ff. eo. tit §. patitur Inſt. eod. Idcirco actor petit reum ad puræ reſpondendum libello compelli, & poſtea iudiciali veſtra ſententia pronunciari, dicto reo non licuiſſe, nec licere actorem & ſuos dicto modo iniu-
a riare, cumque id faciendo iniuſte egiſſe. Ad hæc cum pro a illatis iniurijs quæ diuerſis locis, & tẽporibus ſæpius reiteratæ ſunt pro natura huius iudicij pęnalis, & qualitate circumſtantiarum, perſona actoris eiuſdem familiæ nobilitate numero perſonarum atrociſſime læſarum, & multitudine iniuriarum in multam inſignem fiſco, vel gazophylacio pauperum applicandam, in terrorem aliorum condemnari: cum refuſione expenſarum. Id quod cum imploratione nobilis officij qui poteſt diligentia rogat. Super omnibus, & ſingulis petens ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari. De hac clauſulam vide Canon. in cap. Cum dilectus de ord. cognit. & Iaſ. in §. omnium, nu. 147 inſ. de act.

ADDITIO.

a *Poteſt quis etiam ab inimico ſuo cautionem exigere ut ne offendat in poſterum. De qua re vide Bar. in l. illicitas, §. ne potiores, ff. de offic. præſid. l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ. l. qui bona, §. ſi quis, ff. de damno l. capitalium, §. ad ſtatuas, ff. de pœnis Bald. in l. 1. C. de Epiſcopis. Poteſt, & eundem a teſtimonio, & accuſatione repellere l. 3. ff. de teſtibus, c. Repellantur, cap. cum oporteat, ext. de accuſationibus.*

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ EX QVASI delicto naſcuntur.

TITVLVS V.

1 *Continuatio.*
2 *Quaſi delictum impropriè delictum dicitur.*
3 *Quaſi delictum quare dicatur.*
4 *Diuiſio tituli.*
5 *Iudex per imperitia male iudicans, tenetur ex quaſi delicto.*
6 *Specialia quæ concurrunt in actione contra filium familias iudicem pronunciantem.*
7 *Iudex delegatus, arbiter compromiſſarius, male iudicantes quoque ex quaſi maleficio tenentur, & num. 8.*
9 *Proxeneta de dolo, & lata culpa tenetur.*
10 *Notarius imperite conficiens inſtrumentum tenetur parti læſæ ad intereſſe.*
11 *Iudex nolens adminiſtrare in iuſtitiam.*
12 *Vbicunque quis criminaliter accuſari poteſt, ex eodem facto datur etiam contra eum ciuilis actio ad intereſſe.*
13 *Iudex non poteſt obijcere parti læſæ, quare non appellauerit.*
14 *Ab electoribus Imperij non poteſt appellari.*
15 *Iudex ob imperitiam condemnas hominem ad mortem, ad quid teneatur.*
16 *Iudicans ſecundũ communẽ opinionem, litem non facit ſuã.*
17 *Pœna iudicis doloſè iudicantis.*

1 COntinuatio huius tituli ad præcedentes ponitur in Gl. Rub. noſtræ, & ſumitur ex principio tit. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur, iuncto §. pen. ſupr. de oblig. Hactenus enim dictum eſt de obligationibus quę ex contractu, quaſi contractu, & ex delicto oriuntur. Reſtat igitur nunc quarta ſpecies obligationis, quæ ex quaſi delicto naſcitur, quam Imperator in hoc tit. tribus exemplis declarãdo proſequitur. Dicitur autem quaſi
2 delictum impropriè delictũ (dictio enim quaſi denotat impropriętatem, l. id tempus, 14. in fi. ff. de vſucap. de quo Iaſ. in §. ſed iſtæ, 3 num. 26. infra de act.) ex eo, quod quis obligatur
3 aliquando ignorans ob alterius culpam ex facto ſcilicet alieno, vt in §. 1. & in §. pen. infr. eod. dicetur. Aliquando verò ex imperitia ſiue negligentia propria, quo caſu propter dolum ceſſantem non oritur propriè delictum, ſed quia aliquid peccaſſe intelligitur ex quaſi maleficio teneri videtur, vt inquit Imper. hic, in princ. & hæc faciunt ſecundum Ang. hic, & in pr. ſup. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc. ad ſtatutum pœnale, vel correctorium, diſponens de contractibus & delictis, illud ſcilicet, non extendi ad quaſi contractus, & quaſi delicta, cum ſtatuta ſtrictè & propriè accipi, & intelligi debeant, vt
4 notatur in l. quicquid aſtringendæ, 99. ff. de verbor. oblig. Diuiditur autem hic tit. per Ang. in duas partes principales, ita vt in prima ponantur caſus in quibus quis obligatur ex quaſi maleficio. In ſecunda, quæ eſt ibi (in his autem caſibus) doceatur de actione, quæ in caſibus prædictis competit.
5 In principio igitur, tit noſtri ponitur primus caſus, quod. ſ. iudex, qui per imperitiam male iudicat, facit litem ſuam, & tenetur ex quaſi maleficio. Imperitia enim culpæ aſcribitur, l. imperitia, 132. ff de reg. iur. Et eo ipſo, quod acceptat officiũ, videtur ſe aſſerere ſufficientem & peritum, ſecundum, Gl. in l. 2. ff. quod quiſque iur. Quare ſi poſtea per ignorãtiam male pronunciauerit, tenebitur parti læſæ, in quantum ęquum iudici videbitur, cõſiderato eius errore, & imperitia, tex. eſt hic, & in l. ſi qui abſentis, 5. §. ſi iudex, 4 ff. de obl. & act. & in l. fin. ff. de varijs & extraord. cogn. Et hoc ampliatur. I. Procedere, etiam in filiofamilias iudice, qui & ipſe ſi per imperitiam iniuſtè iudicauerit, tenetur, ſed peculio tenus, id eſt, non vltra peculium. Cum enim hæc actio detur, in quantum iudici æquũ viſum fuerit, vt hic, in principio, non debet ei æquum videri, vt puniatur filius id plus, quam habeat in peculio, quando per imperitiam male pronunciauit ſecus, ſi dolo, l. filius familias al. incipit, ſi filius familias 15. & ibi Bart. ff. de iud. Et hoc ca-
6 ſu tria ſpecialia concurrunt, 1. Quod actio de peculio, quæ alias contra patrem regulariter competit, §. actiones, infr. de act. datur contra filium, vt tenet Gl. 1. hic in fi. & Gl. in d. l. ſi filiusfamilias, 2. Quod habetur reſpectus, quantum fuerit in peculio, tempore, quo filiusfamilias fecerit litem ſuam, d. leg. filiusfamilias, cum alias tempus ſententiæ ſpectetur, leg. quęſitum, 30. in princip ff. de peculio, 3. Quod actio de peculio competit ex quaſi maleficio, quæ alias ſolum ex contractu, vel quaſi contractu datur, leg 1. §. ſi filius familias cum §. ſeq. ff. de his qui eff. vel deie. de quo latius vid. DD. in d. leg. ſi filiuſ-
7 familias, & Plat. hic. II. Ampliatur procedere in iudice delegato, qui à iudice ordinario poteſtas cognoſcendi tanquam vicaria commiſſa eſt, ſecundum Glo. & DD. in d. l. fin. ff. de
8 var. & ext. cogn. III. In arbitrio compromiſſario, qui male iudicando etiam facit litem ſuam, ſecundum Gl. in d. leg. fin. per tex. in l. pen. in fi. C. de pact. Sunt enim arbitraria redacta ad inſtar iudiciorum, leg 1. ff. de recep. qui arbit. recep. IV. In arbitratore, ſeu amicabili compoſitore ſecundum Bart. in d. l. fin. Arbitrator enim eſt quodammodo Proxeneta, adhibitus ad componendas partes, l. ſi de meis, 13. (alias incipit, idem
9 Pomponius,) §. recepiſſe, ff. de recept. qui arb. recept. Proxeneta autem tenetur de dolo, & lata culpa, leg 2. ff. de proxen. Igitur & arbitrator tenebitur, quia lata culpa eſt ignorare iura. l. latæ, 223 cum ibi nota, ff. de verbor. ſignifi. Hoc tamen limitatur per Bald. & Doct. in d. l. penult. procedere, quando immodice læſit partem, ſecus, ſi modice, hoc enim videtur ei permiſſum, argumento eorum, quæ notantur in d. §. recepiſſe & adde Bart. in leg. final. ff. ſi menſ. fal. mod. dixe. V. In examinatore teſtium, ſecundum Ioann Fab. hic, & licet iudex regulariter committat examinationem teſtium Notario, tamen poteſt etiam eligere duos alios viros approbatos, qui teſtes examinent, & dicta ipſorum ſcribant, vt habetur per Spec. in tit. de teſt. §. nunc tractandum, qua-
10 liter in teſtium examinatione, poſt princip. VI. In Notario qui imperite conficit inſtrumentum, & ſi per hoc damnificauit partem, tenetur propter ſuam imperitiam ad intereſſe parti læſę. ita Doct. hic per text. in l. fin. C. de magiſt. conuenien.

uenien. Tenetur enim Notarius ſcire ſaltem iura ad eius offi
cium ſpectantia, vt à contractibus illicitis ſeſe abſtineat ſecun
dum Gl. in l. generali 3. in vero Seruit. tit. C. de tabelarijs, lib.
10. Idem dicendum eſt de aſſeſſore, & conſiliatio, ſecundum
11 Doct. per tex. in d. l. 2. ff. quod quiſque iuria & add. Spec. in tit.
de requiſitione t 1. conſilij mihi nu. 5. VII. Prædicta ampliantur
a tur procedere, non ſolum quando iudex male pronunciat, a
ſed etiam, quando requiſitus negligit adminiſtrare iuſtitiam,
vt quia non admittit probationes, vel exceptiones partis, aut
non expedit, quod eius officio incumbit, tenetur enim actio-
ne in factum ad intereſſe, ſecundum Bart. in dicta lege fin. ff.
de var. & extraord. cogn. per text. in cap. Si tamen contigerit
4. verſ. Si vero reſutauerit. Nouel. 86. vt differētes iudices, in
12 qua imponitur pena criminalis iudici negligenti. Vbicunque
autem quis poteſt accuſari criminaliter, ex eodem facto da-
tur etiam contra eum ciuilis actio ad intereſſe, per reg. tradi-
tam à Bart. in d. l. fi. & fundatum in l. qui nomine, 25. ff. de falſ.
in quibuſdam tamen caſibus ſunt ſpeciales actionea proditæ
contra iudicem negligentem expedire id, quod ab eo petitum
eſt de quibus vide Bart. in dicta lege final. & quod nedum iu-
dex negligens facere iuſtitiam, teneatur parti, ſed etiam ciui-
13 tas, vel Princeps, qui conſtituit eum, VIII. Prædicta locum
habent in tantum, vt nec iudex poſſit obijcere parti læſæ, cur
non appellauerit ſecundum Plat. hic. Idem videtur tenere
Ioan. ſi pars appellauit, & appellatione non eſt proſecuta. Si
vero in appellatione ſuccubuit, iudex non tenetur cum eius
ſententia maneat firma, le. à Proconſulibus, 19. C. de appel.
Si autem in appellatione obtinuit, iudex ſolum tenetur ad dā-
na, & ſumptus, ita Doct. hic. (A præfectis Prætorio non ap-
14 pellatur) add. legem primam, ff. de offic. præfect præt. Et no-
b ta, hodie hoc priuilegio gaudere Electores Imperij, b a qui-
15 bus appellare non licet. De quo vide auream bullam ſub ti-
tulo. [Von der heyt,] IX. Ampliate prædicta etiam procede-
re, quando iudex per imperitiam iniuſte condemnauit homi
nem ad mortem, & ſententiam capitalem executioni man-
dauit, quod ſcilicet atque iudicis puniatur, vt inquit Io. Faber
hic. Prædictis, enim caſibus iudex punitur, in quantum reli-
gioni iudicantis ęquum viſum fuerit, habita ratione intereſſe
partis, quam per ſententiam læſit, & conſiderato eius errore.
Sic enim errauit in lege facili, veluti ſecundum Gl. fin. hic. cir-
ca correctionem legis Fuſiæ Caniniæ, punitur grauius, quam
ſi circa legem difficilem erraſſet, vt circa Intellectum legis
Gallus, 29. ff. de liber. & poſthu. Idem ſi fuerit ſecutus intelle-
ctum multorum Doct. in vna lege, quæ habet plures intelle-
ctus, qui tamen non eſt communis ſecundum Bart. in le. cum
16 prolans, 32. in fi. ff de re iud. & Ang. hic. Pro limitatione au-
tem prędictorum 1. l. ſciendum, quod iudicans ſecundū com-
c munem c opinionem licet non facit ſuam. Vulgata enim
theorica eſt, tam in iudicando, quam cōſulendo communem
opinionem ſequendam eſſe. De qua Canon. in c. 1. extra de
conſtit. Et hoc eſt verum, niſi euidenter, & notoriè comunis
opinio ſit falſa, vel poſſit bonis, & probabilibus rationibus cō-
uinci, ſecundum Doct. in d. c. 1. & in c. Capellanus, 4. per text.
ibi, extra de ferijs, & optimum text. in cap. Nicena. 12. diſt. 31.
2. Excuſatur iudex, qui ſequitur opinionem ſui Præceptoris, de
quo Abb. in c. 1. de poſtbum. prael. Ang. in l. terminato 3. C. de
fructibus, & litium expenſis: quia diſcipulus tenetur defende-
re ſententia ſui magiſtri, facit, l. dicere, (al. eſt §. 1. in l. qualem
autem 19.) ff de recept. qui arbitr. recept. Quod eſt verum
ſecundum Doct. in d. c. 1. niſi veritati repugnet, vel ſit com-
muni opinioni contraria, iuxta illud: [Amicus Plato, amicus
Socrates, ſed magis amica veritas,] 3. Prædicta locum habet
quando per imperitiam iudex iniuſtam tulit ſententiam, ſe-
cus, ſi per dolum tunc enim ex delicto, & non ex quaſi deli-
17 cto obligatur. Quare in ciuilibus cauſis ſi corruptus pecunia
vel alias dolo malę iudicauit tenetur ad expenſas, & totum
intereſſe patris. l. filiusfamilias, 1. ff. de iud. & amiſſa dignitate,
vel cingulu efficitur infamis l. fi. C. de pen. iud. qui male iud. &
ſi quid accepit eo nomine, vt male pronunciaret damnatur
læſæ parti in triplum eius, quod datum eſt, & in duplum eius
quod promiſſum eſt, Auth. nouo iure C. de pęn iud. qui male
iud. In criminalibus verò omnibus bonis confiſcatis, mittitur
in exilium, d. Auth. Nouo iure.

*tia tranſierit in rem iudicatam, & appellans ei acquieuiſſe
credatur, l. ab ea. 3. C. quomodo & quando iudex. ea tamen deſer-
tio appellatio tantum prodeſt non iudici, qui cum iniquam ſen-
tentiam tulerit, litem ſuam fecit, & parti ad intereſſe obliga-
tur item in c. Sæpe, 44. extra de appel. c. Sacroſancta, 48. extra
de ſenten. excom l filiusfam. de iudic. l. fi. de var. & extraord.
cog. Quare licet pars ab appellatione excludatur, non tamen
impeditur agere contra iudicem ratione iniquæ ſententiæ, & iu-
dex condemnabitur ab intereſſe, ſi apparebit illum iudicaſſe.
Et notabiliter voluit Innocen. in d. c. Sæpe, & in c. Paſtoralis,
28. extra de officio delegati. Idem etiam voluit Gl. notabilis, &
Bart. 3. ff. de appellat.*

b *Tanquam prætorio præfecti.*

c *Opinio Doctorum an excuſet ab expenſis, item Gloſſa opinio
iudicando quando ſequenda, vide Guidoncm Pap. 477.*

§. Item is.

1 *Si ex domo aliquid deijcitur vel effunditur, quo tranſiens læ-
ditur, quis & ad quid teneatur.*
2 *Præcipientes vectigal debent ſeruare itinera tuta, & ſecura.*
3 *Diſpoſitio iuris Saxonici hoc caſu.*
4 *An dominus territorij, qui non percipit vectigal, teneatur de
robaria ibi facta.*
5 *Inhabitator, non dominus qui ædes locauit, tenetur.*
6 *Hoſpite gerente gladium in loco vbi eſt prohibitum non ipſe,
ſed hoſpes actiuus tenetur.*
7 *Pluribus in vna domo habitantibus, quis & ad quid tenea-
tur.*
8 *Pœna effundentis, & per hoc veſtes tranſeuntis lædentis.*
9 *Quando damnum in perſona datum ſit.*
10 *Aeſtimatio operarum qualiter fieri debeat.*
11 *Habens aliquid ſuſpenſum in loco vbi iter eſt tenetur.*
12 *An liceat habere viridaria vel herbas in ollis ante feneſtras.*

AD intellectum iſtius, § qui ſecundum caſum, vbi quis
ex quaſi delicto obligatur, continet, vide tot. tit. in ff. de
his qui deiect. vel effud & text. concordant, in l ſi quis abſen-
1 tis 5. § is quoque. ff de oblig & act. Primò igitur notandum,
ſi ex domò aliquid deijcitur, vel effunditur, quo tranſeuntem
lædit, in perſona, rebus, vel veſtibus, inhabitantem teneri ad
pœnas hic expreſſas, ſiue ſit Dominus ędium, ſiue cōductor,
ſiue gratis inhabitet domum, tex. eſt hic, & in d. l. ſi quis abſē-
tis, §. is quoque ſiue ipſe, ſiue eius familia aliquid deiecerit, vt
hic. Vnde etiam ex quaſi maleficio obligatus dicitur; cum
plerumq; ob culpam alterius teneatur, veluti maritus pro v-
xore, pater pro liberis, hoſpes pro hoſpitibus deijciētibus, ma-
giſter pro diſcipulo, l. ſi vero, 5. poſt princ. & §. ſi horrearius,
ff. eod. Quod eſt ſpeciale contra titulos in C. ne filius pro pa-
tre, item ne vxor pro marito. Ratio autem ſpecialitatis eſt pu
blica vtilitas, l. 1. §. 1. ff. eod. Vbi Vlpia. id ſumma cum vtilitate
Prætorem conſtituiſſe ait, cum publice interſit, ſine metu, &
2 periculo per itinera commeari. Vnde etiam percipiētes a ve-
a ctigal, debent tenere itinera tuta, & ſecura, ita vt ſi mercato-
res in ipſorum territorio, ſeu diſtrictu, vbi à tranſeūtibus exe-
gerunt pedagia, fuerint deprædati, teneantur ad reſarciendū
damnum, vel exhibendum malefactorem. Ita notabiliter de-
cidit Bald. in §. conuenticula, 2. de pace tenent. inter ſubd. &
3 iur. firm. in vſibus feud. & ibi Mart. Aff. Et expreſſe hoc caue-
tur de iure dict. Saxo. in art. 47. libr. ſecundo, vbi dicitur. [Qui
ſaluum conductum concedit, caueatne itinerantibus dam-
num inferatur, aut illud damnificatis reſarciat. Facit text. in l.
ne quid, 7. ff. de incend. rui. nau. Vbi Bart. poſt Gloſ. exami-
nat. An Dominus territorij, qui ſcilicet non percepit vecti-
4 gal teneatur de robaria ibi facta: Et dicit communiter teneri
poſt Gloſ. ibi quod ſic ſi fuit ſciens, & potuit prohibere, &
non prohibuit, nec etiam ferre debet, vt in ſuo territorio
maleficium committatur, argumento, l. 1. Cod. de falſa mo-
neta, vide Bart. in l. fin. C. de veteris numiſ. poteſtat. lib. 1. add.
Alex. in conſil. 104. in 1. vol. & de iure Saxon. artic. 26. libro
2. Secus autem, ſi fuit ignorans, vel ſciens, ſed prohibere
non

ADDITIONES.

a *Notanda hic eſt notabilis praxis, qua appellans, qui appellatio-
nem non eſt proſecutus, & per id beneficio appellationis eſt pri-
uatus, & contra ipſum iudicem a quo qui nunquam ſententiam
tulit, iuuatur. Et ſi enim per deſertionem appellationis ſenten-*

ADDITIO.

a *Item ſuprà inculcatum in §. loca. tit. de verb. oblig. vide Spei-
num regula, Promittens, 323.*

Digitized by Google

non potuit,de quo etiam vide Abb.in cap.1. de reſtit. ſpoliat.
5 Redeundo nunc ad materiam,§. noſtri,aduertendum,inha-
bitatorem domus teneri,non dominum, qui eam locauit,in
dict. leg. 1. §. hæc in factum actio,ff.eod. Et libellum contra
eum inſtitui, non contra viatorem, qui ab eo in hoſpitium
receptus eſt,dict.leg.1.§. fin. verſic. Hoſpes vero,& Gloſ. 1.
hic. Poterit tamen inhabitator per actionem in factum ab
hoſpite, & viatore, qui effudit recuperare id, quod propter
ipſius effuſionem præſtare coactus eſt,dict. leg. ſi vero,§.cũ
autem.Hinc Fab.& Angel.notant Gloſ.1. hic in fine ad hoc.
6 Si ſtatuto ciuitatis ſub certa pœna prohibitum ſit,ne quis ge-
ret gladium, & quidam forenſis veniat, & inter hoſpitiũ,&
poſtea vadat per plateas cum gladio, quod ipſe ignorans ſta-
tutum non teneatur, ſed contra hoſpitem actiuum ſit agen-
dum qui forenſem de hoc non reddidit certiorem,facit, leg.
fin.ff.de decr.ab ordin.facien.Et hoc ampliatur,etiam ſi plu-
7 res in vna,& eadem domo habitent, attenta tamen diſtinct.
Aut plures in eadem domo æqualiter, & pro indiuiſo habi-
tant,ex qua aliquid deiectum eſt,& tunc ſi conſtat quis deie-
cerit,is ſolus tenetur,ſecundum Gloſ.in leg.cum ſane,2.ff.eo-
dem,facit vulgar regul. qua dicitur,quod pœna ſuos debeat
tenere authores,l.ſancimus, 22. Cod. de pœnis. Si vero non
apparet quis deiecerit, in dubio omnes tenentur, & quilibet
in ſolidum,leg 1.§.fin.cum duabus legibus ſequentibus,ff.eo.
Vno tamen ſoluente,cæteri liberantur, qui repetit partes ab
alijs, leg. & quidem in ſolidum, 4. cum leg. ſequentibus, ff.
eodem. Aut ſunt plures habitantes in eadem domo,ſed inter
ſe diuiſo cœnaculo, & tunc quilibet tenetur pro ſua habita-
tione,dict.leg.ſi vero,in principio,ff.eodem. Quod autem ad
8 pęnam attinet,ad quam effundens vel deijciens tenetur, di-
ſtinguitur. Aut damnum eſt datum in rebus, vt quia effuſa
eſt aqua putrida,per quam veſtes tranſeuntis ſunt lęſæ,& te-
netur effundens ad duplum damni dati, textus eſt hic. Et
hoc procedit,ſi interdiu aliquid fuerit deiectum,vel effuſum,
9 non ſi de nocte:niſi eſſet talis locus, per quem etiam de no-
cte homines iter facere ſolent,leg.penult.§.1.ff. eodem. Aut
damnum datum eſt in perſona,& tunc ſubdiſtinguitur. Aut
enim liber homo tranſiens occiſus eſt,& pęna 50.aureorum
ſtatuta eſt, pro culpa deijcientis, ne hoc impune ferat, non
pro æſtimatione hominis occiſi,cum corpus liberum nullam
recipiat æſtimationem, leg. fin. ff. eodem. De iure vero
Saxonico pro tali homicidio caſuali, ſtatura pœna eſt vnius
Vvergeldi quam reus præſtando liberatur artic. 38. lib. 2. ad
Gloſ.[Vvergebbild]artic.38. Et quid ſit Vvergeldus in §. ſed
& lex Cornelia,ſuper de iniurijs, dictum eſt. Aut liber homo
ſolum eſt vulneratus, & de iure communi certa pœna non
eſt expreſſa,ſed condemnatur reus ſecundum arbitrium iu-
dicis,in quantum ei æquum viſum fuerit,ad expenſas,ſcilicet
factas in curatione, & ſalarijs medicorum, & in operibus
quibus caruit ſtante infirmitate,& quibus in poſterum cari-
turus eſt,& cætera damna,d.l.ſi. De iure vero Saxonico vul-
nera quoque certam habent pęnam,vt artic. 16. libro ſecun-
10 do,dicto §. ſed & lex Cornelia,declarauimus. Sed iam quæ-
ritur, qualiter æſtimatio, operarum fieri debeat? Quæ ſe-
cund. Gloſ. fin. hic eſt difficillima,cum ſit dubium,quamdiu
vulneratus viuat? Et licet quidam in d. l fina. teneant æſti-
mandus eſſe operas ad 100 annos,quod tamdiu præſumitur
homo viuere poſſe,l.ſi.C.de SS Eccl.Plat.tamen & Ang hic
æſtimationem fiendam cenſent ſecundum id, quod habetur
in l hæreditatum,68. ff. ad leg. Fab. & adde Azon. hic in fin.
tit. noſtri.
11 Secundo principaliter ex §. noſtro notabitis, eum qui ha-
bet aliquod poſitũ vel ſuſpenſum in tali loco, vbi ſi caderet,
poſſet alicui nocere,teneri quoque ex quaſi delicto actione
in factum ad pęnam 10.aureorum,add.tex.in d. l. ſi quis ab-
ſentis,§.is quoq. verſic.Cui ſimilis.& in d l.ſi vero,§. Prętor
ait. Tenetur enim ex ſola retentione appenſi, licet non no-
cuerit,attenditur enim ſolum an nocere poſſit,ſcilicet facile,
vt limitat Gloſ.in d verſic. Cui ſimilis, in verb. Quod poteſt,
& in d § Prætor ait,in verb.Nocere,& facit tex.in §. ſeq.hoc
tit.noſtro,in verb.Periculoſus, quem ibi Ang.notat ad hoc,ſi
ita eſt affixum,vt non ſit periculoſum quod non teneatur.Et
ampliatur prædicta locum habere, ſi eſt appenſum in loco
per quem vulgo iter fieri ſolet,ſiue ſit via publica,ſiue priua-
ta,quia iter facientibus proſpicitur, non vijs publicis. Sem-
per enim ea loca,per quę vulgo iter fieri ſolet,eamdem ſecu-
ritatem habere debent,d.l.1. §. fin.ff. eod. Et idem eſt,ſiue in
villa,ſiue in ciuitate,quis ſuſpenſum habeat,l.penult. in prin-
cip ff.eod. Hinc An.hic notat,quod mulieres ſub prædicta
pęna non poſſunt habere aliquid appẽſum ad feneſtas, ſuper
vias publicas, vel priuatas, vbi homines tranſire ſolent, nec
ibi tenere viridaria, vel herbas in ollis, cum limitatione ta-
men, niſi tam firmiter, & ſolide ſint affixa, vt veriſimiliter
cadere non poſſint,per d.Gloſſ.in verb.Quod poteſt,& verb.
Nocere, & text.in d §.ſeq.

§.Si Filiusfamilias.

1 *Quomodo,& quando paterfamilias pro tota familia,filijs,& ſeruis teneatur.*
2 *An filio condemnato,qui non habet peculium pater cogi poſſit ad dandum legitimam*
3 *An id,quod pater ſoluit pro filio condemnato,debeat computari in legitimam.*

1 TRaditur hic quædam limitatio ad ea, quæ in §. præce-
dẽti dicta sũt. Licet enim paterfamilias pro tota fami-
lia, filijs,& ſeruis hoſpitibus quoque deijcientibus,vel effun-
dentibus aliquid ex domo,actione in factum teneatur; hoc
tamẽ intelligendum eſt,quando filiusfamilias cum patre ha-
bitat ſecus, ſi ſeorſum a patre habitationem habeat, & ali-
quid ex eius cęnaculo deiectũ, vel effuſum fuerit,tunc enim
pater neque de peculio tenetur cum filiusfamilias hoc caſu
non ex contractu, nec quaſi, ſed ex quaſi maleficio obliga-
tus ſit,ſed ipſe filiusfamilias, ff. eod. Sicut etiam in caſu, quo
per imperitiam iniuſtam tulit ſententiam, pater actione de
peculio non conuenitur, ſed filius, qui tunc ſolum conueni-
tur per unio tenus,d.l.Si filiusfamilias,ff.de iud.de quo etiam
ſupra in principio tituli noſtri dictum eſt. Porro circa hæc
2 mouetur pulchra quæſtio. Quando ſententia condemnato-
ria eſt lata contra filium familias, qui nõ habet peculium,an
committatur executioni contra patrẽ,ita vt cogatur dare le-
gitimam filio iure naturæ debitam, aut alimenta, quæ filio
præſtare tenetur. Et breuiter concludite, quod ſiue filius ex
contractu,ſiue delicto condemnatur, pater regulariter non
tenetur,l. tam ex contractibus 57 de iud Nec poteſt cogi ad
ſoluendam legitimam. Licet enim ſit regula, filium in bo-
nis paternis etiam iure naturæ habere legitimã, lege ſcripto
7.in fin. ff. vnde libe.& viuo etiam patre quodammodo Do-
minus bonorum paternorum exiſtimetur,l.in ſuis,11 ff.de li-
ber. & poſthum. tamen legitima non debetur filio, niſi mor-
tuo patre ſecundum Glo.ſi.& DD.in Auth.Si qua,C.de SS.
Eccleſ. & nullum ius habet filius in legitima viuo patre, neq;
eam petere poteſt. De quo eſt Glo.tex. ibi Bar. in l.1.§ ſi im-
puberes,21.ff. de collatio. adeo vt pater poſſit omnia ſua in
mare iactando filium legitima defraudare, vt inquit Spec. in
tit.de executio.ſententiæ,§ ſequitur.Sed & poſſibile eſt, vt fi-
lius prius decedat,quam ipſe pater argumento,l.Status,48.§.
fin. ff. de iure fiſc. Nec obſtat, quod filius prodigus Luc. 15.
petijt à patre portionem ſubſtantiæ, quia hoc factum eſt à
patre volente,ſecundum Iaſ.in dict.l in ſuis,nu. 18. quæ lex
etiam non obſtat. Quod enim filius quodammodo bonorũ
paternorum Dominus exiſtimatur, ideo fit ſecundum Bart.
ſuper Rubr.ff.de pecul.quia de illis alitur,& ſpem futurę ſuc-
ceſſionis habet. Præterea nec pater de alimentis filio debitis
tenetur ſoluere condemnationem, cum pater indiſtinctè ad
ea non teneatur, quando, ſcilicet filius poteſt operari,l.ſi quis
à liberis,5 §.ſed ſi filius,7.ff.de agnoſcend.& alend.lib. Et ali-
menta etiam poſt condemnationem debentur,l.is cui,11. ff.
de alimen.& cib.leg.pro hac ſententia facit optimus tex. in l.
ſi filius,3.Cod.de bon. damn. & plura de hac quæſt.vid.per
Bartol.in dict.§.ſi impubere.Paul.de Caſt.in d.leg ſi filiusfa-
milias, Abb.in dict.cap.2.de lib.puero. & Spec.in d. §.ſequi-
tur,mihi,num.11. Sed iam opportune quæritur:Si pater ſol-
uit pro condemnatione filij, an illud debeat computari in le-
gitimam. Et ex cõmuni ſententia Doct. ita diſtinguitur:Aut
ſoluit pro filio virtute ſtatuti,atque ita ex neceſſitate,& ſolu-
tum computatur in legitimam.In neceſſitatibus enim nemo
liberalis exiſtimatur,l.rem legatam,18.ff.de adimen.leg. Aut
3 pater ſoluit ex mera liberalitate,cauſa pietatis,vel miſeratio-
nis,& non computatur in legitimam,ſicut etiam quando pa-
ter redemit filium captum ab hoſtibus videtur hoc factum
cauſa pietatis, nec id, quod ſolutum eſt repeti poteſt, leg. li-
ber captus, 17. De poſtlim. reuerſ. Hæc tamen vera ſunt,
quando filius non habet peculium,ſi habet,tunc enim in du-
bio pater videtur ſoluiſſe de illo peculio,argumento,leg.Ne-
ſennius,34. ff. de neg. geſt. & de hac quæſt vide Bald.in leg.
omnimodo,30.in §.imputari,C.de inoffic.teſtam & Bart.in
l.Stichus,16.ff.de pecul.leg.& Ang.in §. actiones,10. infr. de
actio.nu.9.

Digitized by Google

§. Item exercitor.

1 *Exercitor nauis ex quaſi delicto tenetur.*
2 *Quot, & quæ actiones competant deponenti rem ſuam in naui pro re ſubtracta.*
3 *Quando nauta pro re ſubtracta teneatur ad duplum.*
4 *Quando hoſpitans tradidit claues hoſpiti, quid iuris.*
5 *Si hoſpes tradit cauponi valiſiam an ſtetur iuramento hoſpitis ſuper rebus ex valiſia amiſſis.*
6 *Dolus quando non præſumatur.*
7 *An quis cogatur recipere hoſpites.*

1 a POnit hic vltimum exemplum obligationis ex quaſi delicto videlicet, quod exercitor *a* nauis, ad quem quotidianus quæſtus nauis pertinet, § Si igitur, infra, quod cum eo qui in alien. poteſt, item caupo, qui viatores hoſpitio recipit, l. natura, 5. ff. naut. caupo. & ſtabularius, qui permittit iumenta apud ſe ſtabulari, d. l. nauta, ex furto facto in naui, caupona, vel ſtabulo, per eos, quorum opera nauim cauponam, aut ſtabulum exercent, ex quaſi delicto obligantur. Aliquatenus enim culpæ rei ſunt, quod opera malorum hominum vſi ſunt. Secus, quando ipſemet exercitor, caupo, vel ſtabularius furtum committunt, tunc enim non ex quaſi, ſed proprio delicto tenentur, tex. eſt hic, & in l. ſi quis abſentis, 5. §. fi. & addit. tot. tit. ff. naut. caup. &c. & tot. tit. ff. furti aduerſus
2 nautas, caupones, &c. Et pro pleniori doctrina poſt Pla. hic, & Spec. in tit. de furtis, ſciendum, deponenti rem ſuam in naui, caupona, vel ſtabulo, triplicem actionem pro re ſubtracta competere, quorum tamen vna electa, ea contentus eſſe debet, l. licet, 6. §. In factum, ff. nautæ, caupones, &c.

Prima eſt actio in factum Prætoria ex quaſi maleficio, de qua tex. noſter hic, & iſta competit ad ſimplum, cui ineſt rei perſecutio, l. vnica, poſt princip. ff. furti aduerſ. naut. & l. fin. §. hæc actio, ff. nautæ, caupo. & datur contra exercitores, quando ipſorum familia res ſubtraxerit, d. l. vnica, in princ. Et huius edicti maximam eſſe vtilitatem inquit Vlp. in d. l. 1. §. 1. ff. nautæ, caupones, &c. quia neceſſe eſt plerumque eorumdem fidem ſequi, & res ipſorum cuſtodiæ committere, & niſi hoc eſſet ſtatutum, materia daretur cum furibus, aduerſus eos, quos recipiunt, coeundi. Et hoc I. Ampliatur procedere in quibuſcumq. rebus, ſiue ſint merces, ſiue veſtes, ſiue noſtræ, ſiue alienæ, dummodo noſtra interſit ſaluas, eſſe. d. l. 1. §. ait Prætor. II. Ampliatur procedere, ſiue exercitor, ſciat res eſſe immiſſas, ſiue non, per text. in dict. leg. 1. §. fin. qui dicit: [Recepit res ſaluas fore,] ſiue ſint ei aſſignatæ, ſiue non, eo enim ipſo, quod in nauim miſſa ſunt, receptæ videntur. Et licet Gloſ. ibi reſtringat ad ſcientem, communiter tamen à Doct. reprobatur: eſſet enim exemplo pernicioſiſſimum, ſi hoc hoſpitantes non tenerentur periculo bonorum, quæ ſuſcipiunt niſi oſtendantur bona, multis quippe per hoc immineret periculum vitæ, & multi exponerentur inſidijs latronum vel aliorum, argumento, leg. 2. Cod. quando, & quibus quarta pars, libr. 10. de quo vide poſt alios pulchrè Doct. Iaſ. & Zaſ. in § item Seruiana, 7. numer. 46 infr. de actio. III. Ampliatur procedere nō ſolum in furto, ſed etiam in alio damno dato, d. l. nauta, in fin. Prædicta tamen limitantur eſſe vera, 1. Quādo furto res ſubtractæ ſunt, ſecus, ſi caſu fortuito, vt per vim pyratarum, aut naufragio perierunt, l. 3. §. 1. verſ. At hoc edicto, ff. naut. caup. 2. Quando à familia furtum factum eſt, ſecus, ſi ab extraneo, dict. leg. vnica, § fi. verſ. Viatorum autem & dict. leg. licet, §. in factum, ff. nautæ, cap. Nec obſtat text. in d. l. 1. §. fin. cum leg. ſequ. quia Gloſ. ibi & in d. l. fin. vnica, §. fi. in verb. Non præſtat, duobus modis reſpondet, quam videre, 3. Quando eſt factum in hoſpitio, ſecus, ſi extra hoſpitium, l.
3 fin. in fi. princip. ff. naut. caup. 4. Quando furtum eſt factum à ſeruis alienis, vel liberis hominibus quorum opera exercitor vtebatur, ſecus, ſi à proprijs ſeruis, nam tunc dando ſeruum pro noxa, liberatur, dict. leg. vnica, & d. l. fin. 5. Quando non ſecus, ſi prædixit, vt vnuſquiſque res ſuas cuſtodiat, & hoſpites prædictioni conſenſerunt, d. l. fin. in princip. verb. Item ſi
4 prædixerit. Quid autem iuris ſit, quādo hoſpitans tradidit claues hoſpitij, vide Gloſ. in d. §. item ſi prædixerit, quæ ita diſtinguit. Aut tradidit à principio claues, aut poſtea. Primo caſu, ſi quidem dando eas, ſimiliter fecit prædictionem, non tenetur. Si vero non prædixit, tenetur, præſumitur enim claues traditæ, vt poſſit res ſuas, quando velit, accipere. Minus tamen hoc caſu cum Domino agendum eſſet cenſet Gloſs. vt ſcilicet de leuiſſima culpa non teneatur. Secundo caſu, vult etiam cum prædictione cum non teneri, per l. ſicut, 5. Cod. de obligatio. & actio. & hanc Gloſ. ſequitur ibi Bartol. & vide Cyn. & Bart. in l. ex diuin. 4. locat. & Bal. ſuper Rub. Cod. depoſiti, Specul. tit. de furt. mihi ou. 19. ite non tenetur, quando hoſpes dimiſit valiſiam ſuper dorſum equi, vel in alio loco incongruo, conſiderato eo quod erat in valiſia, de quo Bald. in l. certi iuris, 5. C. loca. & Iaſ. in l. in actionibus, 5. ff. de in litem iurando.

Secunda, eſt actio furti competens deponenti contra eum qui res furto ſubtraxit, ſiue exercitor, ſiue eius familia, ſiue extraneus eas ſurripuit, l. 5. §. fi. & d. l. licet, §. in factum, ff. nautæ caup. & d. Rub. furti aduerſus naut. caup. & § furti actio, 19. ſup. in tit. de oblig. quæ ex delic. naſc. dictum eſt.

Tertia, eſt actio Prætoria in factum de recepto, quæ dato contra ipſum exercitorem ex quaſi contractu, & quidem in ſimplum, ad perſecutionem, ſcilicet rei, ſiue exercitor ipſe, ſiue familiaris, ſiue extraneus res ſurripiat, ex quo enim recipit, tenetur ad cuſtodiam, d. l. 1. § fin. cum l. ſeq. ff. naut. caup. Et habet etiam deponens, non ſolum illam ſpecialem actionem de recepto, ſed etiam generalem ex locato vel depoſito. In ſpeciali tamen leuiſſima culpa venit præſtanda, quod non eſt in generali depoſiti actione, d. l. 3 §. 1. ver. Et quia in locato, ff. eo. Et differt à prima actione, in factum, quia etiam habet locum quando per extraneum res ſubtracta eſt, ſed illa non item, vt ſupra dictum eſt. Item hæc datur contra hæredem, ſed priores duæ actiones, quia pœnales ſunt, contra hæredem non dantur, d. l. 3. § hæc autem actio, & d. l. fin. §. hæc iudicia, & text. noſter hic in d. l ſi quis abſentis, §. fi ff. de obli-
5 gat. & actio. Circa materiam, §. noſtri mouetur quotidiana,
b & pulchra quæſtio. Si hoſpes *b* cauponi traditur valiſiam, vel ciſtam clauſam, & ſignaturam, & de mane dicit, ex valiſia, vel ciſta aliquas res eſſe ſubtractas, an credatur iuramenta hoſpitis, ſuper rebus amiſſis? Et pro elicienda veritate diſtinguite tres caſus principales. I. Caſus eſt, quando valiſia vel ciſta reſtituitur ſigna, & ſigillata, ſicut cauponi fui tradita, ita vt ſigna non ſint mutata, nec appareant aliqua ſigna in contrarium, & tunc quia ceſſat ſuſpicio, & probati doli, non ſtatur iuramento dicenti, tot vel tales res fuiſſe in ciſta. II. Caſus eſt, quando valiſia reſtituatur aperta & diſſigillata, & cōſtat depoſitarium, vel cauponem fuiſſe in dolo, & tunc iuramentum deponentis vel hoſpitis admittitur, ita vt ſtetur ipſorum iuramento, de æſtimatione rerum ablatarum, l. ſi quādo, 9. C. vnde vi, & c. fin. ext. de ijs, quæ vi met. cauſ. III. Caſus eſt, quando ſumus in dubio, veluti ſi depoſui penes cauponem valiſiam bene ſignatam, & ſigillatam? & hoc ipſemet caupo fatetur, vel negante ipſo ego poſſum probare per teſtes, caupo vero reſtituit mihi illam diſſigillatam, ſed negat ſe diſſigillaſſe, atque ita ſumus in caſu dubio, an ipſe diſſigillauerit, nec ne, nunquid hic res amiſſæ probentur per iuramentum hoſpitis? Et Bartol. in hac quæſtione contra morem ſuum eſt ſibi contrarius. Nam d. l. vnica, in vlt. q. ff. furti aduerſ. naut. vult, hoc caſu non admitti iuramentum hoſpitis, ſed plene probari debere, tot res in valiſia fuiſſe. Et reſpōdet ad d. l. quando, & d. c. fi. ea loqui de eo, qui commiſit dolum, & conſtat, quod commiſerit. Item ibi quis conuenitur ex ſuo proprio delicto. In terminis autem noſtra quæſtionis hoc nō conſtat quis diſſigillauerit, caupo, vel alius, item eſt dubium, an ex proprio, vel alieno delicto conueniatur, & Alexand. de Imol. in d. l. in actionibus ff. de in litem iorando, dicit, illam opinionem Bartoli videri æquiorē, & ſuſtineri poſſe per rationem. Vbicunque enim requiritur dolus, neceſſe eſt eum probari, quia dolus non præſumitur, l. quoties 18. §. qui dolo, ff de prob. In caſu autem noſtro ad hoc, vt iuramentum locū habeat requiritur dolus, d. l. ſi quando, & d. c. fin. Ego probari debet. Sed idem Bart. in d. l. in actionibus, poſt Innoc. in d. c. fi. tenet contrarium, videlicet, eo ipſo, quod caupo reddit valiſiam diſſigillatam, vel ciſtam apertam, argui ipſius dolum, ideoq; merito ſtari iuramento deponentis ſuper reb. amiſſis, quas dicit fuiſſe in tali valiſia, per d. l. ſi quando, & d. c. fin. Et hanc opinionem cōem eſſe teſtatur Doct. Iaſ. in d. l. in actionibus, ff. de in litē iur. & Abb. in d. c. fi. inquit Si nō eſſent iura hoc diſponētia, tamen hoc aſſerendū fore naturali rōe, à qua eſt arguendū, quotieſcumq. lex deficit, c. ſecūdo requiris, 41.

exc.

ADDITIONES.

a *Quod exercitor (ſi enim legendum eſt, pro executioni) De hac eadem exercitoria actione vide quæ inf. dicta ſunt in § eadem 2. tit. quod cum eo qui in aliena eſt poteſtate.*

b *In hanc quæſtionem vide plura apud Plotum tractatu de in litem iurando, §. 10.*

extr. de app. in fin. ibi (ratio enim dictat.) Nec obſtat funda-
6 mentum Alexandri, quod dolus non præſumatur quia ad hoc
reſpondet D. Iaſ. in d. l. in actionibus, hoc eſſe verum, ſi non
apparent coniecturæ arguentes dolum. Et ſufficit dolum
probari coniecturis, l. dolum, 6. C. de dolo. Qualiter vero pro-
betur dolus, vide Bart. & Iaſ. & DD. in l. ſi quis cum aliter 36.
ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. licet, 74. ff. de leg. 1. & DD. in l. 2. C. de
reſcind. vend. Plat. & Ang. in §. præterea, 31. infra de actio. &
Alex. conſ. 140. in 7. vol. Prædicta tamen ſanè ſunt intelligen-
da ſecundum Iaſ. in d. l. in actionibus, atteta, ſcilicet qualitate
perſonarum, & alijs circunſtantijs, quas iudex conſiderare
debet. Si enim valiſia ſua natura potuit diſſigillari, quia ibi ſo-
lum erat ſigillum ceræ, & perſona depoſitarij ſit fide digna, &
vir bonus, tunc nòn præſumitur dolus, nec iuratur contra
7 eum in litem. Et plura de hac quæſt. videte cum multis cócor-
dantis D. Iaſ. in d. l. in actionibus. Vltimo quæritur. An quis
cogatur recipere, hoſpites. Et reſpondere, ab initio hoc eſſe
liberum, & in cuiuslibet arbitrio, an velit retinere hoſpitium,
ſtabulum, vel ſimilia, d. l. 1. in princip. ff. nau. caup. Regulariter
enim quis ad hoc cogi non poteſt, niſi in caſu aduenićtis mul
tæ militiæ, l. 1. C. de metatis, lib. 12. quo tamen ipſo caſu etiam
medici, aduocati, & pictores, ingenui non ſunt grauaodi cum
hoſpitibus, l. archiatros, 8. cum ibi not. C. de meta. lib. 12. de
quo Zaſ. in para tit. ff. de procur. Sed quãdo ſigna hoſpitij vel
cauponæ oſtenta, tunc cogitur omnes viatores recipere d. l.
vnica, §. vlt. verſ. Namque viatorem, ff. furti aduerſus naut.
niſi ex cauſa recuſauit videlicet, propter multitudinem ho-
ſpitum, de quo vide Bart. in d. §. ſerui.

DE ACTIONIBVS.

TITVLVS VI.

In Rubricam, & princip. Tit.

1 *Titulus de actionibus plenus auro & honore.*
2 *Modus explicationis.*
3 *Iaſon in tit. de actio præcipue cognoſcendus.*
4 *Multitudo librorum animum diſcentis diſtrahit.*
5 *Titulus de actionibus in tres partes diuiditur.*
6 *Continuatio tituli.*
7 *Alia continuatio.*
8 *Regula obligationem eſſe matrem actionum, quomodo intel-ligenda.*
9 *Rubrica legum, & decretalium ſunt authenticæ.*
10 *Dicta doctorum non neceſſaria, ſed probabilia tantum.*
11 *An Rubrica poſſint allegari ad deciſionem cauſarum.*
12 *Ex ordine Rubricarum ſumitur argumentum.*
13 *Ex Rubricis imperfectis licet arguere ad declarationẽ nigri.*
14 *Quando lex habet plures intellectus, tunc præfertur ille, qui congruit cum Rubrica.*
15 *Quando nigrum contradicit rubro, ſtatur nigro tanquam poſteriori.*

CVm præfationes, teſte Iureconſulto, in l. 2. ff. de
orig. iu. libentius nos ad lectionem propoſitæ
materiæ perducant, & cum eo venerimus, eui-
dentiorem præſtent intellectum, vnde plerique
repetitionem alicuius tituli ſuſcipientes, aut ad
eius dignitate, & vtilitate declamare, aut de ra-
tione legendi præfari ſolent: nos quoque ne illotis quaſi ma-
nibus ſolemnem hunc titulum de actionibus aggredi videa-
mur, paucis, qua ratione in declarando eo verſaturi ſimus, o-
miſſo prolixiore eius encomio exponemus. Sol enim facibus
illuſtrari non debet c. ſi omnia, 7. cauſa 6. quæſt. 1. De commu
ni DD. ſententia, præſentem tit. inter reliquos huius libr tit &
materias, primum locum obtinere conſtat. Omnia enim quæ
hactenus dicta, & in cæteris partibus iuris latiſs. hinc inde
quaſi ſparſa & diſiecta ſunt veluti compendio quodam hic
comprehenduntur, & per DD. hic ad practicam quaſi dedu-
cuntur, ita vt rectè huc accomodari poſſit, quod Alex. de
1 Imol. ſub tit. de iure iudi. inquit. Hunc tit. eſſe plenum auro,
& honore. Aliquanto igitur plenius, iuxta conſilium I.C. in l.
legaui, 25. ff. de lib. leg. eum attingemus ita tamen, vt ne in ip-
ſo vltra quam ſat eſt, & audictorium vtilitas exigi immore-
mur. Sed tex. & gl. principaliores, & ex illis iunctis his quæ,
per DD. hic traduntur certas concluſiones ad intellectũ ma-
teri arum magis quotidianarum, præſertim autem ad forma-
2 tionem libellorum facientes, reſecatis ſuperfluis colligemus
atque notabimus, & vbi a Gloſſis, vel DD. quæſtiones extra-
ordinariè mouebuntur ad locos ordinarios vos remittemus.
Si quis enim vellet ſingula, quæ à DD. hic tanguntur plene in
medium adducere, contingeret ei (cum omnes fere materiæ
iuris in hunc tit. incidant) quod ſæpè D. Iaſ. hic inquit, vt, &
calamus, & papyrus non ſufficerent, & per hoc nedum alijs
titulis dos debita detraheretur, ſed etiam concluſione, & cu-
mulatione materiarum auditores onerarentur. Principaliter
autem in hoc tit. veſtigia D. Iaſ. ſequenda, & imitãda, & quaſi
adoranda eſſe duco. Sicut enim Ang. de Aret. ſuper tit. de ex-
3 cept. & Io. Fab. ſuper tit. de interd. ita D. Iaſ. præ alijs ſuper hoc
tit. diligenter & præcipuè legendus, relegendus & cognoſcẽ-
dus eſt. Non tamen alios interim negligendos eſſe arbitror,
ita tamen, vt ſemper ab oculos habeatur præceptum Io. Fab.
ſup. in proœm. vbi inquit: Diſtrahit librorum multitudo pro-
batos itaq; ſemper lege, & ſi aliquando ad alios diuertere vo-
lueris, ad priores redi: faſtidientis enim ſtomachi multa degu
ſtare, quæ vbi ſunt varia & diuerſa, inquinant non alunt. Vn-
de & Speculator noſter inquit. Multitudo librorum acumen
4 ingenij debilitat, & magna ſæpe ſtudiorum commoda impe-
dit. Porro, quia ex inuocatione nominis diuini, ſequitur bo-
num initium, melius medium, & optimus finis, vt eſt Glo. ſu-
per Rub. generali huius li. in verb. Ieſu Chriſti: ideo implora-
to diuino auxilio, omiſſa Gl. ſuper Rubr. noſtra, quæ modicæ
eſt vtilitatis, niſi quod DD. hic materiam de Gerundijs tra-
ctant, diuido hunc tit. poſt alios in tres partes princ. In qua-
rum prima ponitur continuatio iſtius tit. de præced. In ſecun-
5 da, definitio actionis: In tertia, diuiſio actionum, quæ pars
ſubdiuiditur, vt in § omnium, 1. infr. eod. videbimus.
6 Quo ad primam partem, ſciendum eſt, licet legis ad le-
gem continuatio non ſit neceſſaria, vt eſt Gloſ. in l. Gallus,
29. in princ. in ver. Poſthumus, ff. de lib & poſth. cum quæli-
bet lex per ſe certa eſſe debeat, niſi gratia clarioris & com-
modioris doctrinæ leges coniungantur, communem tamen
eſſe opinionem, tituli ad titulum de neceſſitate continua-
tionem faciendam eſſe per leg. 2. ff. de ſtat. hom. Duobus igi-
tur modis poſt Imperatorem & Gloſ. hic, in verb. Super eſt,
præſens hic tit. præcedentibus coniungitur, & quia conti-
nuatio Rubricarum etiam ad remota fieri poteſt, quando
materiæ intermediæ non ſunt difformes, ſec. Iaſ. hum. 8. per
text. in l. 1. in princ. ff. ſi tabulæ teſtam. nullæ extabunt. Ideo I.
Continuatio ſumitur ex §. fin. ſupra de iure nat. gen. &c. Vbi
Imperator poſuit generalem quandam diuiſionem iuris,
quod omne ius, quo vtimur, vel ad perſonas, vel actiones
pertineat. Abſolutio igitur tractatu perſonarum & rerum,
nunc tertiam partem, tanquam finalem, de actionibus ſci-
7 licet, ſubijcit. II. Ratio ordinis eſt, cum actiones habeant
ſuas cauſas efficientes, veluti reales, dominium, vel quaſi, leg.
in rem 23. ff. de rei vendicat. Et perſonales obligationes quia
obligatio eſt mater actionum, leg. licet, 42. §. ea obligatio, ff.
de procurat. & Imperator in ſecundo libro præmiſerit re-
rum diuiſiones, & modos acquirendi rerum dominia. Item
obligationes, ex quibus actiones manant, & producuntur.
Ideò quaſi ordine ſucceſſorio de vtraque filia tam reali,
quam perſonali actione hic titulus ſubijciendus fuit. Per
quam continuationem remouetur illud, quod de reali act.
contra Gloſ. hic obijcitur. Hæc enim regula, obligationem
8 eſſe matrem actionum, duobus modis hic limitatur per
Iaſ. 1. Quod procedat in perſonali actione non reali, quæ ex
parte agentis regulariter dominium, vel quaſi, & ex parte
rei conuenti poſſeſſionem vel, quaſi, requirit, vt in §. om-
nium, infra eodem dicetur. 2. Quod procedat in actione na-
tiua non autem datiua, de qua diuiſione actionum infra eo.
§. omnium, dicemus. Hinc ſumpta occaſione D. Iaſ. hic more
ſuo multa de Rubricis comportat, & examinat, ex cuius di-
ctis, iunctis his quæ notantur per Bart. & DD. in l. 1. ff. ſi cer-
9 tum petatur, certas aliquas doctrinas colligemus. Primo
pro generali regula notabilis, omnes Rubricas legum, & De-
cretalium eſſe authenticas. Gl. eſt notabilis in proœm. libr 6.
Decret. ſuper verb. titul. quia ſunt factæ ab habentibus pote-
ſtatem legis condendæ, Imper. videlicet, & Papa. Ex quo ſe-
quitur, cum Rubr. decretorum, ſint compoſitæ à quodam
diſcipulo Gratiani, ſecundum Iaſ. hic, qui non habebat po-
teſtatem condendi canones eas non eſſe authenticas, exce-
pta vna, de qua, vide remiſſiuè Iaſ. nu. 12. Nota enim eſt vul-
10 gata Theorica, Doctorum dicta non eſſe neceſſaria, ſed
probabilia tantum de quo Gloſ. in l. 1. C. de legibus, & Abb.
in cap ſicut, 16. extr. de ſenten. & re iudicat. An autem aliæ
11 Rubricæ, legum ſcilicet, & Decretalium, itemque ſtatu-
torum, poſſit allegari ad deciſiones cauſarum, vt textus,
diſtinguendum eſt inter Rubricas habentes perfectam
orationem, & alias imperfectam orationem continentes,

Qui.n.bene diſtinguit, proximus eſt veritati: ſec. Sal.in præfat. C.de prioribus communis DD.concluſio eſt tenenda, cũ habeant perfectam orationem, eas poſſe allegari ad deciſiones cauſarum, ſicut ipſos textus, vt patet per Rubr. C.ne fidei iuſ, vel mand.dotium dentur. Item, quod quiſque iuris in aliũ ſtatuerit, eodem ipſe vtatur. Item, vt nemo inuitus agere vel accuſare cogatur, cum ſimil. Regulariter autem cognoſcitur, Rubricam habere perfectam orationem, quando incipit per dictionem, VT. Item per dictionem, NE tunc.n.decidit, vt alius textus. Sed quando incipit per dictione AN, vel SI Imperfectam habet orationem quia tunc format quæſtionem, & à nigro deciditur poſtea, ſecundum Bald. ſuper Rubr. C.an ſeruus pro ſuo facto. Nec hoc caſu, Rubr. generalis reſtringitur per nigrum ſpecialiter loquens, ſicut nec contra, vt eſt Gl.Ord.in c.1.in verb.Illicitas, Nouel.12.de inceſt. & nefar, nupt. De quo etiam ſupr.in prin.tit.de oblig.quę ex de l.natc. dictum eſt Rubricæ autem imperfectam orationem habentes, veluti, de ſtatu hominum, de locato, de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.non poſſunt ſolæ per ſe, pro deciſione allegari, quia ſolum tendunt ad demonſtrandum naturam nigri. Idem eſt in Rubricis habentibus orationem perfectam per modum quæſtionis. Sed licet tales, vt imperfectæ, non habeantur pro textu, ex ijs tamen ſecundum DD. multipliciter argui poteſt.
a Et primo ſumitur argumẽtum a ex ordine Rubricarum hoc
12 modo: Tutor teſtamentarius præfertur in adminiſtratione legitimo, & datiuo, quia titulus teſtamentaria tutela, in ff. & C. ponitur ante tit.de legitima tutela. Et circa hoc obiter notabitis, licet de iur.comm. nouiſſ. tutela legitima tam cognatis, quam agnatis proximioribus a lege deferatur, Auth. ſicut C.de leg.tut. De iur.Sax tamen agnatos præferri cognatis in tutelis, text. eſt in art.23.li.1.vbi dicitur (Der Elteſte Schvverdimagen iſt Vormund.) quod intelligendũ eſt de proximiore, per text. in artic.40. (Vveichbil) vbi dicitur: Proximior agnatus tutor ſit. Si verò ipſe legitimam ſuam ætatem nõdum compleuit, ita vt tutelam adminiſtrare nequeat, tunc ſibi adiutor detur ſequens proximior agnatus, qui tam diu tutor maneat, donec, vel pupilli maiores fiant, vel legitimus tutor eis præeſſe poſſit. Quod poſterius ad l nemo, 5. C.de leg.tut.notetur. Deinde licitum eſt arguere ex Rubricis imperfectis, ad declarationem nigri, veluti ad cognoſcendum qualitatem illius de cuius officio agitur in ipſo nigro, & allegatur ad hoc
13 text.iuncta Gl.in c.1.de offic.de leg.lib. 6. vbi Papa conſtituit quibuſdam perſonis conſeruatores, qui eos defendant ab iniurijs & violentijs, & quęritur in Gl quam poteſtatẽ habeant tales conſeruatores? Ad quam reſpondet, Gloſ a.eos habere poteſtatem delegatam a Papa, quia materia illorum conſeruatorum eſt poſita ſub tit.de offic. & poteſt.iud. deleg addite opt.Glo.in l.vnica, C.ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare, in verb.Retractare, quę vult, ſi quando verba tex. ſunt dubia, debere ea declarari per Rubr. & ſecundum illam intelligi. Poſtea poteſt ex Rubrica argui, pro elicienda verio-
14 ri lectura, quando Lex, vel Decretalis habet plures intellectus, vt ille approbetur, & verior videatur qui magis conuenit Rubricæ, ſub qua lex poſita eſt. De quo vide poſt Iaſ.hic, DD. l. , ff. ſi certum pet. Denique notabitis quando nigrum contradicit rubro, quod nigro (cum ſit poſterius & magis deliberatum) ſtandum ſit, ſecund. Salicet. & Doct. in l.1.& Iaſ.hic, num.20.

ADDITIO.

a *Ab ordine Rubricarum argumentum ſumi poteſt, l.2.ff.de ſtatut. hom.Cl. in Rubr. de eo per quem factum, & in §. pœnales infr.de act. & in cap.1. de iuramento calumniæ. Adde Euerhardum in Topicis legalibus, in loco ab ordine Rubricarum ſiue titulorum.*

§ Actio.

1 *Vocabulum Actionis quot modis accipiatur.*
2 *Quando dicatur agi ciuiliter quando criminaliter.*
3 *Hæredes necem defuncti vindicare debent.*
4 *Vindicatio ſanguinis de iure Saxon.ad agnatos tantum pertinet.*
5 *Actio, & cauſa an ſint idem.*
6 *Actio hodie eadem eſt, quæ fuit olim.*
7 *Quid adhuc hodie in actionibus proponendis ſit obſeruandũ.*
8 *Ea quæ iuris ſunt, ad hæredes tranſeunt, non quæ facti.*
9 *Quo iure actio introducta ſit.*
10 *Officium iudicis duplex, nobiles, & mercenarium.*
11 *Actio, & officium iudicis ſunt diuerſa.*
12 *Officium iudicis implorari debet.*
13 *Differentia inter officium iudicis, & actionem.*
14 *Creditor non poteſt propria authoritate debitum à debitore auferre, vel rem ſuam ab alio poſſeſſam occupare.*
15 *Caſus, in quibus propria quis authoritatem debitorem perſequi poteſt.*
16 *Quæ requirantur, vt debitor ſuſpectus de fuga capi poſſit.*
17 *Quando cauſa eſt publica, ſicut quilibet admittitur ad agendum, ita etiam ad capiendum.*
18 *Verbum debere generale eſt, & tam realem, quam perſonalem actionem comprehendit.*
19 *Vocabulum Actionis in definitione tripliciter accipitur.*
20 *Statutum quo cauetur, vt creditores intra quadriennium debeant petere debitum, non includit debitum reale.*

ABſoluta prima parte. Imperator nunc ſecundã perſequitur, ponens definitionẽ actionis, cui addite, l.nihil aliud, 51.ff.de oblig. & act. & ſingula verba definitionis declarant Gloſſę, quas ordine examinabimus, & primum Gloſ. in verb. Actio, quæ duo potiſſ. tract. Primo quot modis actio in legibus accipiatur. Secundo an cauſa & actio ſint idem.
1 Quod ad primum attinet, ſciendum eſt, vocabulum Actionis, quatuor modis in iure accipi. I. Pro actu quodam, vt dici ſolet de actionibus humanis: & ita ſumitur in iurib.per gl.hic allegatis. II. Pro accuſatione criminalis, vt in l.vnica, C.quando ciuil.actio, crim.pręiud. ſed impropriè ſecundum Iaſ. hic, quia in ciuilibus propriè dicitur Actio, & agere, (Klagen.) In criminalibus vero Accuſatio & Accuſare, (An Klagen.) vt conſtat ex Rub.ff.C.& extr.de accuſationibus. Aliquando tamen contra impropriè accuſatio ponitur pro actiones, vt in l.qui Accuſare, 4.C.de edendo, & ibi gl. Et obiter notabitis ſecundum Iaſ.hic, n.15.quod propriè dicitur agi ciuiliter, quando illud, quod petitur, eſt applicandum actori, etiamſi ſit pę-
2 na, & non ſolum ſi ex contractu, ſed & ſi ex delicto ad pęnam, ſiue corporalem, ſiue pecuniariam, fiſco tamen applicandam Gl.eſt notabilis in l.3.in princ.in verb. Centum aureorum, ff. de ſepulch.viola, & in l.1.C.de ſepulchr.viol.Bar.in d.l.3.& in l.fin.ff.de priuati. deli. & de hoc ſuper Rubr. de oblig.quæ ex delict naſc & in §.in ſumma.10.ſup.de iniurijs dictum eſt. Et hęc præcedunt ſecundum Bart. in d.l.quando pœna eſt fiſco applicanda, ex accuſatione propter delictum, ſcilicet quia tũc dicitur cauſa criminalis, ſecus, ſi aliqua actio ciuilis intẽtetur nomine fiſci, vt in petitione hęreditatis, facit, l.1.cum ibi not. C.de his, quibus vt indig.&c vbi ab hærede, qui non vindicauit necem defuncti, tanquam indigno aufertur hæreditas, & fiſco applicatur, ad l.hæredem, 17. ff.de his, quibus, vt indig. &c. Ad cuius intellectum obiter, ſed diligenter in prædicta
3 notabitis, de iure communi hæredes defuncti necem vindi-
a care poſſe, & a debere, ſiue ſint ſui, ſiue ſint extranei hęredes, l.2.§.non tamen tantũ, 29.& l.neceſſarios, 5.ff.de S C.Syllan. nec refert ſiue ſint maſculi, ſiue ſint fęminæ, l.ſororem, 10.C. de his, quibus vt indig &c & l.propter, 21. §.neptis ff.de SC. Syllan & l.mater, 2.C.de calumnia. Vnde ſequitur, quod ſi ne retranſactionem ſiue compoſitionem, ratione homicidij, eq; ſpectat ad filias, & cognatos interfecti, ſicut ad agnatos, vt tenet per ſup.allegat. iura, Romanus in l.pro hærede, 29.§.fi.de acquir hęr. Et cum eo videtur tenere finaliter D.Iaſ.in l.cum filiofamilias, 11.n.100.ff.de leg Verum de conſuetudine iur. Sax. filiab. & ceteris cognatis nullum ius vindicandi necem defuncti competit. Sed vindicta ſanguinis ſolum ad agnatos
4 pertinet, per text.in art.16.lib.2.in princ.iuncta Gl.in verbo, [Schvverdtmagen.] Vnde fit, vt cognati nihil etiã ex compoſitione ob huiuſmodi homicidium facta, lucri conſequantur, ſed illud totum, vel agnati, vel filij ipſius occiſi recipiant. Et ita aliquoties, In his terris pronunciari, & obſeruari vidi, & habetis ſententiam poſt [Vveich, Mangelt, vven das geburt. vnd vvie ſicht vererbet,] III. Accipiatur actio pro iure agendi ciuiliter, & petendi, quod ſibi ex contractu, vel quaſi: item ex delicto, vel quaſi debetur, vt hic. IV. Et vltimo præter Gl. capitur actio ſecund.DD.pro adminiſtratione, vt in c.Ius iurandum, 14.Nouel 8 vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant.
In ſecunda parte gloſ.noſtræ refert Accurſ.controuerſiam Placentini, & Azonis, Vtrum cauſa & actio ſint idem, & ſubſcribit

ADDITIO.

a *Et inuitus quis cogitur accuſare, vt hic. Idem in cauſa diffamationis. De quo vide, l.diffamari, & ibi Blarerum, C.de ingenuis manumiſſis, Gayl.1.Obſeru.9.10.11.12.*

ſcribit Azo, preceptoris ſui ſententiæ, tanquam veriori, & tãquam diſcipulus, iuxta l. dicere (quæ al. eſt §. 1. in l. qualem autem, 19.) ff. de recep. qui arb. recep. ſ. non eſſe idem. Et quia hæc queſtio. ſec. Iaſ. hic, nullius aut modicæ eſt vtilitatis: ideo circa eam non inſiſto, ſed poteritis de ea videre DD. precipue autem Io. Fab & Do. Iaſ. nu. 23. in verb. Supereſt.

Gl. in verb. Nihil aliud.

Diuiditur hæc Gl. per Iaſ. hic in tres partes. In I. Infert ex tex. In II. Quærit, quæ fuerit olim differentia inter actiones, & interdicte. In III Concludit, hodie nullam eſſe differentiã inter ea, ſed in hoc Gl. per Bar. & DD. ff. ſuper Rub. de interd. communiter reprobatur. Et de poſterioribus partibus Gl. inf. de interdictis commodius, ſec. Gl. hic dicetur. Quod autem ad primam partem attinet, dum Gloſ ex text. infert actionẽ olim aliam fuiſſe, quam hodie communiter, per DD. reprobatur, & merito. Actio enim hodie non eſt alia aut diuerſa, atque olim erat, ſicut patet ex d. l. nihil aliud, vbi I. C. tempore
6 Digeſtorum ante Imper. hanc definitionem poſuit Ne cobſtat, quod Gl. de formulis antiquis, actionum proponendarũ admiſcet. Vera enim eſt DD. ſententia, etſi olim Pontificum erat officium declarare, quę cuique negocio actio competeret, & mores recepti ita ferebant, vt non antea agere liceret, quam agendi formula impetraretur, & certę formulæ actionum tradite extabant, quas actor obſeruare tenebatur, adeo vt ſi vel in vna ſyllaba errabat, caderet tota cauſa, l. 2. §. deinde, 6. & ibi Zaſ. ff. de orig. iur. & illa ſuperſtitioſa forma agẽdi hodie ſublata eſt, vt conſtat ex rubro, & nigro, C. de form. & impet. act. ſublatis, tamen eãdem adhuc remanere, & durare actionem, ſi non accidentia, hoc eſt, vulgarem illam formolã agendi certis verbis conceptam conſideres, quę ſolemnitates vtpote qualitates, non faciunt differẽtiam ſpecificam, ſecun. Bart. in l. 1. in 3. col. ff. de acq. poſſ. Accidentia enim non mutãt ſubſtantiam, ſed abeſſe, & abeſſe poſſunt, pręter ſubiecti corruptionem. Notandum tamen, quod licet illa curioſa, & ſubtilis forma impetrandi, & proponendi actionem ſublata ſit, per d. tit. C. de form. & c. tamen adhuc hodie actio cum debita cauſa, medioque concludendi, & apta concluſione inſtitui & ſic congrue cum ſua vſitata forma & ratione libellus iudici proponi debet: alias contra libellum, vt ineptum, opponi poteſt, vt not. in c. Examinata, 15. ext. de iud.

Gl. in verb. Quam Ius.

Diuiditur hæc Gl. in duas partes principales. Cum enim ſingula membra poſita in definitione habeant ſua myſteria, vt inquit Accur. hic, ideo in prima diſputat, quale, & cuiuſmodi ſit ius, quod hic definitur In ſecunda quęrit ad cuius differentiam iuris vocabulo vſus ſit Imperator. Ex prima autem parte duo potiſſimũ notabitis. I. Quod ſit ius, & ſic res incorporalis, ſicut obligatio & ſeruitus, licet eius exercitium in facto conſiſtat, ſicut ſeruitus itineris eſt ius, & ire eſt facti, & hoc confirmatur per Iaſ. & DD. hic bona ratione: quia ea quę
8 ſunt iuris, tranſeunt ad hæredes, non autem ea, quæ facti sũt l. cum hæredes, 23. in princ. ff. de acq. poſſ. Sed omnes actiones regulariter pręter pęnales, actiuè, & paſſiuè ad hæredes tranſeunt, vt inf. de perp. & temp. act. &c. Ergo, &c. II. Cum hinc ſumpta occaſione Gl & DD hic quærãt, quo iure actiones introductę ſint, an à iure gẽt. vel ciu. notabitis, quod ſint iuris ciuilis, adhibita tamen diſtinctione communiter recepta hic, & in l. ex hoc iure, 5. ff. de iuſt. & iur. Aut enim loqui-
9 mur de actionibus deſcendentibus ex contractibus iuris gẽtium (ſicut omnes penè contractus, exceptis quatuor, à iure gent. ſunt introducti, vt notatur in d. l. ex hoc iure, & in §. ius autem gentium, ſup. de iur. naturali, &c.) & tunc reſpectu materię, puta, contractuum, ex quibus oriuntur, poſſunt dici ius gentium, ſed reſpectu formæ, ſunt iuris ciuilis, quippe per ius ciuile in certam formã redactæ. Aut loquitur de actionibus competentibus ex contractibus a iure ciuili inuentis, qui notantur per Gl. in d. §. ius autem gentium, & in d. l. ex hoc iure & tunc quo ad materiam, & formã ſunt iuris ciuilis. Cuius autem vtilitatis ſit hæc inueſtigatio, declarant Bar. & DD. in d. l. ex hoc iure, & Iaſ. hic, n. 35. Aduertendum tamen obiter, hoc caſu ius ciuile largo modo accipi pro omni conſtitutione ciuili, ita vt etiam ius Prætorium comprehendatur, reſpectu actionum à Prætoribus introductarum, ſecun. Gl. hic, cui addite, l. ius autem ciuile, 7. cum l. ſeq. ff. de iuſt. & iure.

Ex ſecunda parte notandum, quod ius inter cætera ponatur etiam ad differentiam officij iudicis, ita vt officium iudicis, ſiue mercenarium, ſiue nobile, & actio, non ſint idem, ſed diuerſa. Pro cuius intellectu pręmittendum, officium iudicis
a a ſecundum communem DD. ſententiam in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & Canon. in c. fi. de offic. iud. eſſe duplex. Nobile, &
10 Mercenariũ Nobile dicitur, quod per ſe ſtat, non deſeruiens alicui actioni, ſed à iudice iuris authoritate exercetur, etiamſi nulla proponatur actio. Et illud aliquando exercetur ex mero iudicis facto, quia iudex motu proprio, nemine petẽte, ob publicam ſolum vtilitatem, ſuam authoritatem interponit, vt in cauſis criminalibus, in inquirẽdis & puniẽdis ſceleratis, vt notatur in c. Qualiter, 24. de accuſ. Ad eius enim officiũ ſpectat, per ſe talia inquirere, l. congruit, 13. ff. de offic. pręſ. quod interſit Reip. vt delicta puniantur, l. ita vulneratus, 51. ff. ad l. Aquil. Aliquando vero exercetur ad inſtantiam, & petitionẽ partis, veluti quãdo iudex officium ſuum impertit alicui priuatim ad imploranti, qui nullam habet iuris actionem ordinariam, & loco actionis principaliter interponit, vt cum petitur reſtitutio in integrum. Itẽ ſi filius grauatur à patre impio, & negãte id, quod iure naturę debetur. Is enim quia nullam habet actionem, iuxta l. lis nulla, 4. ff. de iud recte confugit ad nobile iudicis officium, l. ſi & per totum tit. C. de alen. lib. & l. ſi. quis à liberis, cum ibi notatis, ff. de agnoſc. & alend. lib. Sic aduocatus, & medicus, qui per ſtipulationem ſibi non proſpexit de ſalario, non habet aliam viam quam vt confugiat ad iudicem. Eſtque ratio, quia huiuſmodi profeſſores ob excellentiam non habent actionem locati, ſicut aliæ locatorum operæ, l. 1. ff. de varijs & extraord. cog. Mercenarium iudicis officium dicitur, quod per ſe nõ ſtat, ſed actioni ſeruit, vnde etiam mercenarium dictum eſt. Quemadmodũ enim is, qui operas ſuas locat bona fide, & libens eas pręſtet eo modo, ſicut præſcribit: ita iudex actionibus in iudicium perductis, aut perducendis, impartitur ſuum officium vltro quidẽ ſed non niſi ad normam actionis, eaq. ceſſante, eius officiũ ceſſat quoque. Et illud aliquando deſeruit præparando iudicio, vt in decernendis citationibus, & in omnibus, quæ fiunt ante litem conteſtatam. Aliquando deſeruit Actioni propoſitæ, vt in omnibus admittendis & examinandis teſtibus, & in omnibus alij poſt litem conteſtatam occurrentibus vſque ad ſententiam definitiuam. Aliquando deſeruit actioni propoſitæ terminandæ per ſententiam definitiuam. Omnes enim ſententias iudex officio mercenario pronunciat, tam ſuper re petita, qua ſuper fructibus damnis, expẽſis litis, &c. Executionem tamen non mercenario, ſed nobili iudicis officio fieri, communiter concludit per Alex. Iaſ. & alios, in d. l. 1. poſt Bar. in l. iubere, 4 num. 12. ff. de iuriſd. omn. iud.
11 Redeundo nunc ad Gl. notabitis concluſionẽ, quod actio, & officium iudicis nõ ſint, idem ſed diuerſa. Poteſt enim ſec. Bar. in d. l. 1. officium iudicis conſiderari dupliciter. I. Prout cohæret perſonæ iudicis, & tunc fatuum eſſet dubitare vtrũ ſint idem, quia actio competit patri, eſtque ius petendi, quod ſibi debetur officium vero iudicis competit ipſi iudici eſtque eius faciendi, quod ſibi incumbit. II. Prout adhæret parti, id eſt prout à patre petitur, & imploratur. Et ex prędictis cõſtat, mercenarium iudicis officium non eſſe actionem, quia deſeruit actioni, nec etiam nobile, licet aliquando improprie & largo modo actionis vocabulo contineatur, l. actionis verbo, 24. iuncta Gloſſ. ff. de verb. ſignific. Actio enim competit patri contra partem ex debito, & obligatione, & quia perſequitur, quod ſibi debetur, vt hic, ſed officiũ iudicis nullã præſupponit obligationem, l. qui per colluſionẽ 40. § fi. ff. de acq.
12 emp. Hic etiã humiliter, ex miſericorditer implorari debet, ſec. Gl. ſuper Rub. ff. de interrog. ac. quia illud quod pars, ipſi non debetur, ſed iudex ex ſuo officio poteſt ſua gratia, & miſericordia facere, vt illud patri petenti detur, ſec. Iaſ. hic enim
b 65. ſicut in fin. libelli ſemper illa clauſula adijci ſolet. *b* Cum humili

ADDITIONES.

a *De officio iudicis plura vide tit. de officio iudicis.*

b *Item, & alia, petens ſibi ius & iuſtitiam adminiſtrari, quæ eſt omnium ſaluberrima, cuius de effectu vide Iaſon, l. petens, 27. num. 5. C. de pact. c. 2. de ord. cog. vbi DD. c. 2. de offic. ord. Pan. c. vlt. in fi. ext. de iureiur. Crauet. conſ. 7. nu. 25. lib. 2. Soc. conſil. 128. & paſſim lib. 1. Dec. conſ. 221. num. 4. Adde etiam Fel. in c. Licet Heli. 31. num. 44. de ſimon. Solet etiam addi clauſula, Vvolches. oder vvas ſonſt rechet iſt. Cæterum non eſt eiuſdem efficaciæ ſed tantum reſtringitur ad præmiſſa, vt vide iudicari de inſ. § ſeq. n. 129. Quamquam & ſuperiorem illam clauſulam plerique tantum ad ſpecificata reſtringunt, Dec. d. l. petens n. 5. Iaſ. poſt Ang. hic, in §. omnium. Gozad. conſ. 93. n. 15. Crauet. conſ. 151. nu 4. & conſilio progenero, n. 215. Kuin. conſ. 19. nu. 2 lib. 4. Neuizan. conſ. 79. De qua re & alijs huius clauſulæ effectus vide Menoch. in tract. de recuper. poſſeſ. in princ. num. 10. cum multis ſeq.*

Digitized by Google

humili imploratione nobilis veſtri officij ad id competentis. Ex quibus Bart. in d. l. infert aliam differentiam, inter officiũ
13 iudicis, & actionem. In his enim quæ iure, actionis veniunt etiam per interpellationem extra iudicialem pars in mora conſtituitur, l. Qui Romæ 121 §. cohæredes, & ibi Gl. in ver. Teſtator, ff. de verb. obl. Sed in his, quæ debentur officio iudicis per extraiudicialem interpellationem, pars non cõſtituitur in mora, l. Cum poſtulaſſem, 44. in prin. ff. de dam. in inſe. Et rationem videte per Iaſ. hic, nu. 64. Et plura de hac q. Vide Bar in d. l. 1. & Spec in d. §. & DD. hic. Et quamuis hic, poſt Gl. DD. tradant quædam circa formationem libelli in actione iniuriarum, tamen quia iſta ſupra in tit. de iniurijs, copioſe declarata ſunt, ea hic non repeto.

Glo. in verb. In iudicio.

14 Ad cuius intellectũ præmittendũ, quod iure quis prohibetur propria auctoritate perſequi debita, adeo vt vis etiã ſit, ſi quis id, quod deberi ſibi putat, per iudicẽ non repoſcit. Itaque ſi quis putat ſe habere petitiones, actionib. experiri debet, l. Extat, 13. ff quod metus cauſa, & l. pe. ff ad l. Iul. de vi priuat add. Gl. in l. nullius, 14. C. de Iudæis. Vnde etiam grauiſſimæ pęnæ conſtitutæ ſunt cõtra creditores propria auctoritate, vi quadam oblatiua, vel expulſiua extorquentes res debitas, & occupantes poſſeſſionem rei, etiã penes alium conſtitutã. De quib. poſt tex. in d. l. Extat, & in l. Si quis in tantam, 7. C. vnde vi, & §. ita tamen, ſup. de vi bon. rapt. diximus. Et hoc propter publicã tranquillitatem. Neq; enim ſingulis concedendũ eſt, quod per magiſtratũ publice fieri poteſt, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi, l. Non eſt ſingulis, 176. ff. de reg. iur. Ad iudicis enim officium pertinet concordare diſcordes, & pacificare, c. Diſcordantes, 1. diſtinct 90. l. Aequiſſimum, (al §. 3. in l. ſi cuius rei, 13.) in princ. ff. de vſufr. Et Imper. dicit ſe noctẽ ducere in ſomnes, vt quietẽ ſubditis præparet, in pręfat. No-
15 uell. 8. Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. Hoc tamen fallit in quibuſdã caſib. qui notantur in l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuiq; ſine iudic. ſe vind. & per Gl. hic, quę dicit. Hæc verba in iudicio, ſ. poni ad differentiam quorundam caſuum, vbi ẽt extra iudicium quis licite propria auctoritate debitum perſequi poteſt, idq. trib. exemplis declarat. Nec obſtat iudicis copia haberi poteſt, ſecus, d. l. Extat, quod locum habet, ſecundum DD. hic, quando haberi non poteſt, & imminet, vel periculum perſonarum, vel rerum, argumento legis generali 54. C. de Decurionibus lib. 10. Tunc enim melius eſt in tempore currere, quam poſt exitum vindicare, d. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iudic. &c. facit, l. fin. C. in quibus caſib. reſtit. in integr. non eſt neceſſaria.

a Primo igitur, ſecund. Gl. his, quis propria authoritate *a* poteſt perſequi, & capere furem diurnum, & nocturnam. Neque enim vitæ noſtrę tantum defenſio cum moderamine inculpatę tutelæ licita eſt, vulgata, l. vt vim, 3. ff. de iuſti. & iure, ſed, & rerum & poſſeſſionum noſtrarũ, tex. eſt in l. 1. C. vnde vi, cum res & bona, vita, & ſecũdus ſanguis hominis dicatur ſecund. Glo. iunctam tex. in l aduocati, 14. C. de aduocat, diuerſ. iud. Non tamen vltra 20. horas eũ detinere poteſt, alias cõmitteretur, priuatum carcerem, de quo tit. C. de priuat. carcere. Capiens tamen propria auctoritate, & illum ad iudicẽ ducens, perdit cõmodum pęnæ legalis, dupli. ſ. vel quadrupli, tex. eſt in l. in l. interdum, 56. §. qui furem, & ibi Bar. ff. de furtis, ſecus autẽ, ſi rem à iure propria auctoritate auferat, quia tunc commodum pœnæ legalis non perdit, text. eſt in l. Qui vas, 48. in princ. ff. de furt. Et hanc concluſionem Gl. DD. hic extendunt, vt non ſolum liceat caperem furem, ſed etiam, occidere, de quo in §. 1. ſupra d. l. Aquil. dictum eſt.

Secundo, miles deſerens militiam, & ſe ad hoſtes transferens, impune capi poteſt, & ſi reſiſtit, impune etiam occidi poteſt, ſicut publicus latro, d. l. 2. Cum ibi nota, C. quando lice. vnicuiq. ſin iud. &c. Quando enim quis licite capi poteſt, & is reſiſtendo in certamine occiditur, occidens non venit puniendus, vt inquit Bart. per tex. ibi in l. 3. C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt. Vbi enim offeoſa eſt permiſſa, ibi defenſio eſt prohib. ſecund. Pau. de Caſt. hic.

Tertio, à debitore fugiente, res quas ſe cum portat, propria auctoritate auferri poſſunt, tex. ff. eſt, & ibi Bart. l. 1. ait. Prætor, 10. §. ſi debitorem, 16. ff. quæ in fraud. credit. Imo etiã ipſius perſona capi, & ad iudicem duci poteſt, ſecund. Gl. hic, & Bartol. in d. §. ſi debitorem. Et hoc I. Ampliatur, quod debitor fugitiuus, ne dum die feriata, ob neceſſitatem hominũ introducta, capi poſſit, ſecun. Canoniſtas in c. fin. de iud. ſed etiam die feriata in honorem Dei conſtituta, ſecund. Bar. in d. §. ſi debitorem ad hunc, ſcilicet finem, non vt iudex cognoſcat, ſed vt debitor caueat de ſtando in iudicio, facit gloſ. leg. fin. In verb. Fideiuſſionis, C. de ferijs II. Ampliatur, quod debitor fugitiuus etiam ante diem ſolutionis capi poteſt, ſecun. Iaſ. hic, numer. 77. per text. in leg. quæſitum, 14. ff. de pig. III. Ampliatur, quod etiam debitor ſolum ſuſpectus de fuga capi poteſt, quando, ſ. eſt in præparatione fugæ, licet non ſit in actu fugiendo, Gl & D. in d. leg. quæſitum, in verb. Intereſt. An autem iudex debeat concedere creditori, habenti debitorẽ ſuum ſuſpectum de fuga familiam ſuam ad capiendum eum, traditur per Bart. in dict. §. ſi debitorem, & pulchre per
16 Ang. & Iaſ. hic. Et ex doctrinis DD. hinc inde colligit Ang. quatuor eſſe neceſſaria, antequam iudex talem licentiam concedat. 1. Quod debitum ſit liquidum & debitor ſummariam ſaltem fidem ei faciat de debito, ſecundum Bart. in leg. apertiſſimi. 16. in fin. C. de iud. 2 Quod creditor fidem faciat iudici, tempore contractus, debitorem idoneum fuiſſe ad ſoluendum, & à die debiti contracti deterioraſſe conditionem. Si enim illa cauſa non de nouo emergat, ſed ab initio ſubeſt, non poteſt tanquam ſuſpectus de fuga capi, argumento, leg. ſi ab arbitro, 10 § qui ex cauſa, ff qui ſatiſdare cogãtur, vt notatur poſt Bartol. & DD. per tex. in dict leg. ſi creditores, 16. §. planè, ff. de priuil. cred. (al. eſt 31. in tit. de reb. auctor. iud. poſs.) 3. Quod debitor non habeat bona immobilia in iuriſdictione iudicis: alias ceſſa præſumptio fugæ, leg. ſciendum, 15. & ibi DD. ff. qui ſatiſd. cog. 4. Quod creditor probet debitorem ſuſpectum de ſuga, nec ad probationem ſuſpicionis fugæ ſufficit ſolum iuramentum creditoris, ſed debet allegari cauſa puta, quod ſit vagabundus, non poſſidens immobilia. Iſtis cauſis veriſimilibus ſummatim probatis, ſufficeret iuramentum, alias non item, ſecund. Bald. in dict. leg. apertiſſimi, adeo vt Ang. hic ſubijciat ſuſpicionem fugæ probandam per duos teſtes idoneos, dum tractetur de magno præiudicio, ſ. de verecundia, & honore perſonæ in capiendo, de quo latius videte DD. & Iaſ. hic.

b Quarto, vltra Gl. & DD. hic prædicta concluſio in *b* creditore, ſi ex conuentione, & pacto habet poteſtatem propria auctoritate ingrediendi, & occupandi bona debitoris, & ac-
17 quirendi poſſeſſionem. Poteſt enim hoc facere ſine iudice, licet ex vrbanitate iudicem implorare debeat, tex. eſt in l. pe. in fin. C. de pign. act & in l. creditores, 3. vbi Bar. hanc materiam plene examinat, C. de pign.

Quinto, omnes homines, qui debent perpetuam obedientiam, poſſunt propria auctoritate capi, & ad obedientiam reduci, vt monachus, qui aufugit à monaſterio, & vxor à viro, vt ex tex. ſecundum Bal. ibi, in l. 1. Co. vbi quis de curiali, alia vt conditione conueniatur.

Sexto, quilibet propria authoritate homicidas, & alios maleſactores capere poteſt, & generaliter quando cauſa eſt publica, ſicut quilibet admittitur ad agendum, ita etiam ad capiendum, ſecundum Bart. in l. generali, 54. C. de Decur. li. 10. Et ad intellectum tit. C. quan. lic. vnicuiq. ſine iudic. ſe vind. omnino Matth. de afflict. poſt Bal. qui 38. caſus refert, quando liceat propria auctoritate ſine iudice aliquid perſequi, capere, vel facere in princip. de pace inter ſubd. tenen. & iuram. firm. in vſib. feud.

Glo. in verb. Debetur.

In prima eius parte declarat, ad cuius differentiam hoc verbum definitione actionis ponatur, videlicet, ad differentiam accuſationum criminalium, vbi ad vindictam publicam agitur, non ad aliquid, quod accuſatori debeatur. Et licet Gl. in effectu videtur inclinare in hanc ſententiam, quod etiam ad differentiam actionum realiũ ponatur, quaſi hic ſola actio perſonalis definiatur: vera tamen, & communis cõcluſio DD. eſt vtramque actionem hic deſcribi. Actio enim hic definitur in genere, & cum actio realis ſit ſpecies actionis §. omnium, inf. eod neceſſario ſequitur, eam tunc quoq. definiri. Regula enim eſt. Cui non competit definitio, nec ipſum definitum debitum, l. 1. §. 1. verſ. Labeo, vbi Gl. ff. de dolo

Bar.

ADDITIONES.

a *Propria authoritate quas perſonas, & res occupare liceat, notabiter plenius in verſ. Quarto infra eod.*

b *An & in herede, & legatario, cui ea poteſtas à teſtatore facta ſit? Vide Concenat. 3. q. 13. An creditori liceat propria authoritate hypothecam occupare? Vide infra, in §. Item Seruiana, nu. 77. hoc tit. An emptori rem emptam? Vide in §. Actionum, num. 28. infra hoc tit.*

Bart. in l. 1. ff. de teſtam. Nec obſtat, quod verbum, Debetur, propriè perſonalē actionem reſpiciat cum debitum præſupponat obligationem quæ eſt mater actionis perſonalis, d. l. li-
18 cet, §. ea obligatio, ff. de procur. Non obſtat, inquam quia largo modo quoq. dicitur eſſe obligatus is qui reali actione tenetur ad reſtituendam rem cum verbū, Debere, ſit generale, ſicut Credere, l. Creditore, 10. cum l. ſequ. l. pecuniæ. 178. in fi. ff. de verb. ſign. Actio enim prout in propoſito noſtro accipitur, poteſt ſecundum Gl. hic in prin. tripliciter intelligi. Primo
19 ſtricte, pro actione perſonali. Deinde large, vt etiam realem comprehendat. Tertio largiſſime, pro officio iudicis nobili, quod loco actionis interponitur, cui tamen hæc definitio nō competit, vt ſupra in Gloſ. ſuperbo, Quam ius, dictum eſt. Et
20 hæc inducuntur à Doct. hic ad quæſtionem. Pone, Statuto cauetur creditores debere infra quadriennium petere debitū niſi ius crediti amittere velint (quod ſtatutum an valeat, vid. remiſſiuè hic Iaſ. num. 101.) Nam tali ſtatuto reale debitum non excluditur, quin elapſo termino res actione reali vindicari poſſint. Statuta enim propriè, & ſtricte intelligenda ſunt, vt notatur per D. in l. quidquid aſtringendę 99. ff. de verb. obl. Is autem, qui reali actione tenetur debitor propriè, & ſtricte loquendo non eſt, ſecundum Gl. In ſecunda parte Glo. noſtra quinque oppoſitionibus impugnat textum, & ſoluit, quam vid. Vos ipſi, & pro declaratione add. Ang. & Iaſ. hic.

§ Omnium.

1 *Tertia pars huius tituli diuiſiones actionum continet.*
2 *Sex ſunt actionum diuiſiones ſecundum Imperatorem, ſecundum Gl. vero 15.*
3 *Quid ſit actio ſingularis, quid generalis, quid vniuerſalis.*
4 *Quomodo cognoſcendum ex vno contractu duas oriri actiones: vnam directam, alteram contrariam.*
5 *Quid ſit actio directa quādo opponatur vtili, et quid ſit vtilis*
6 *Vtilis actio ſecundum Bart. quid.*
7 *Quid ſit actio natiua, quid datiua.*
8 *Quid ſint actiones reales, quid perſonales, quid mixtę.*
9 *Heres adeundo hereditatem efficitur dominus.*
10 *Quid ſint actiones perſonales in rem ſcripta.*
11 *Quomodo differant actiones perſonales in rem ſcripta à mixtis.*
12 *Actiones perſonales quare ita dicantur.*
13 *Si heredes faciunt inter ſe pactum, vt vnus heres ſoluat omnia debita, an illud pactum præiudicet creditoribus, quo minus cæteros conuenire poſſint.*
14 *Quando mercator, qui fidem habuit de pretio, vendidit alicui merces, qui poſtea non eſt ſoluendo, non habet actionem ad repetendas merces contra tertios poſſeſſores, quibus ſecundo merces ſunt vendita.*
15 *Actio realis competit ratione rei, vel iuris, quod actor habet in re per alium poſſeſſa.*
16 *Actio realis competit, contra quemcumque poſſeſſorem.*
17 *Quomodo differant actio perſonalis, & realis.*
18 *In reali actione cauſa proxima exprimenda eſt, dominium ſcilicet, vt proponatur etiam remota.*
19 *Iudex dicitur quaſi ius dicens.*
20 *Iudex debet timere Deum.*
21 *Iudex debet fungi officio boni, & innocentis viri.*
22 *Iudex debet habere duplicem ſalem.*
23 *Quidam ſunt iudices ordinarij quidam delegati, quidam arbitri.*
24 *Quod ſint ſpecies arbitrorum.*
25 *Qui dicantur arbitri iuris.*
26 *Ordinarius iudex non poteſt remoueri, vt ſuſpectus: ſed petitur vt adiunctus ei aſſocietur.*
27 *Quare à ſententia arbitrio iuris, & non à ſententia arbitri compromiſſarij appellari poſſet.*
28 *Sententia arbitri dicitur laudum.*
29 *Qui dicantur arbitratores.*
30 *Coram arbitratore non proceditur ordine iudiciario ſeruato.*
31 *Arbitramentū parte læſa pōt reduci ad arbitrium boni viri.*
32 *Qui dicantur arbitri compromiſſarij.*
33 *Arbitraria ad inſtar iudiciorum redacta ſunt.*
34 *In quibus conueniant arbiter, & iudex.*
35 *Debitoribus poſtulantibus competens terminus ad ſoluendum conſtituitur.*
36 *De iure ciuili debitor habet quatuor menſes ab iudicatum ſoluendum de iure Saxon. dies 14.*
37 *In quibus differant iudex, & arbiter.*
38 *Nemo poteſt cogi ad compromittendum.*
39 *Mixtum comprehenditur ſub ſuo ſimplici.*
40 *Appellatione ſimplicis mixtum non continetur niſi in tribus caſibus.*
41 *Verba in textu hic poſita. Et alijs quibuſdam modis quomodo ſint intelligenda.*
42 *Sequentia declarant antecedentia.*
43 *Statutum loquens in contractu, non habet locum in quaſi contractu.*
44 *An ſtante ſtatuto: quod mulier ſine conſenſu conſanguineorum non poſſit contrahere hereditatem ſine conſenſu eorum adi poſſit.*
45 *Ex identitate rationis ſtatutum extēditur ad ſimilē caſum.*
46 *Ex præſentia conſanguineorum in contractu, qui geritur cum pupillo præſumitur abeſſe dolus, & culpa*
47 *Stante dicto ſtatuto, mulier hereditatem opulentam, & lucroſam adire poteſt ſine conſenſu conſanguineorum.*
48 *Prædictum ſtatutum, quomodo ſit intelligendum.*
49 *In contrahendis matrimonijs non requiritur conſenſus conſanguineorum, vel tutorum.*
50 *Statutum, quod puella non debeat contrahere matrimonium ſine conſenſu curatorum non valet.*
51 *Realis actio non præſupponit obligationem.*
52 *Verbum teneri generalis eſt quam verbum obligari.*
53 *In actione reali largo modo reus obligari debet.*
54 *Quaſi dominium aliquando pro vtili dominio ponitur.*
55 *Actio in rem, tanquā genus, multas ſub ſe cōprehendit ſpecies.*
56 *Quæ requirantur in actione reali generaliter accepta a parte agentis.*
57 *Quare Imperator prius tradat de actionibus realibus, & non perſonalibus.*
58 *Actiones reales quare cenſeantur digniores perſonalibus.*
59 *Rei vindicatio quid.*
60 *Vindicare.*
61 *In rei vindicatione à parte agentis requiritur dominium, à parte rei poſſeſſio.*
62 *Agens rei vindicatione in concluſione libelli ſemper petere debet, vt declaretur dominus.*
63 *Cui competat rei vindicatio.*
64 *Omnis habens plenum dominium, habet directum, & vtile.*
65 *Si actor in principio libelli porrecti non erat dominus, & poſt litem conteſtatam ſuperuenit ei dominium an debeat ſequi condemnatio per ſententiam.*
66 *Actoris eſt probare.*
67 *Reus conuentus rei vindicatione, non opus habet dicere de ſuo titulo, ſed lite negatiue conteſtata expectare debet donec actor intentionem ſuam prius probet.*
68 *Reus habet duo iura, & ſi deficiat, in vno non amittit aliud.*
69 *Si reus ideò recepiſſet in ſe onus probandi, vt actorem releuaret ſuccumbens poſtea in probatione condemnatur.*
70 *Dominij probatio eſt difficillima.*
71 *Qui deſtinauit rem petere debet animaduertere, an aliquo interdicto poſſeſſionem nanciſci poſſit.*
72 *Quomodo dominium probetur.*
73 *Dominium etiam probatur per publicam famam, quando allegatur de longiſſimo tempore.*
74 *An ex poſſeſſionem quis præſumatur dominus.*
75 *Inuaſor violentus non poteſt replicare quæſtionem dominij.*
76 *Probatio vera tollit fictam.*
77 *Olim dominus præualet titulo.*
78 *Dominium præualet titulo.*
79 *Contra quem competat rei vindicatio.*
80 *Sententia lata contra ciuiliter poſſidentem, non præiudicat naturaliter poſſidenti.*
81 *Res etiā cōmodatario, & depoſitario vindicari poteſt niſi vero poſſidens offerat ſe liti, vel detentor nominet dominū rei.*
82 *Quomodo fiat executio contra nudum detentorem.*
83 *An ſententia lata contra detinentem alieno nomine præiudicet domino.*
84 *Verbum, quaſi poſſeſſio dupliciter intelligitur.*
85 *Actor tria habet remedia, quando reus dolo deſijt poſſidere.*
86 *Dolus alienantis, habetur pro poſſeſſione.*
87 *Quādo reus dolo alienauit poſſeſſione actor hēt electionem an velit conuenire alienantem, vel in quem facta ſit alienatio.*
88 *Quomodo probetur reum dolo deſiiſſe poſſidere.*
89 *Reo neganti poſſeſſionem, & conuicto de mendacio, poſſeſſio in continenti auferri debet & in actorem transferri.*
90 *Pœna negantium quæ.*
91 *Quæ neceſſaria vt poſſeſſio in dicto caſu in actorem transferri poſſit.*
92 *Cautela, vt reus neget narrata prout narrantur.*
93 *Similis cautela Baldi in fideiuſſore negante.*
94 *Rei vendicatio datur, & aduerſus eum qui ſe liti offert, & falſo poſſidere ſe dicit.*
95 *Cautela Angeli, vt actor in initio litis reum interroget, an poſſideat rem, quā vult eam vindicare.*

Digitized by Google

96 *Quomodo probanda ſit poſſeſſio.*
97 *Poſſeſſio ſemel acquiſita continuata præſumitur.*
98 *Libellus quid.*
99 *Libellus in ſcriptis offerri debet.*
100 *Conſuetudo fori derogat iuri ſcripto.*
101 *Verborum prolixitas a iure reſpuitur.*
102 *Claritas amica legibus.*
103 *Ordo in libello ſeruandus eſt.*
104 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
105 *Libellus duplex eſt conuentionalis, & accuſatorius.*
106 *Libellus inſtar ſyllogiſmi dialectici debet cõſtare ex tribus, ex narratione, medio concludendi, & concluſione.*
107 *In narratione quæ conſideranda.*
108 *Factum clarè perſpicue, & congruenter narrare debet.*
109 *Quæ in medio concludendi obſeruentur.*
110 *Quæ dicatur cauſa propinqua, quæ remota.*
111 *In actione reali cauſa propinqua, dominium ſcilicet, de neceſſitate exprimi debet, vtile tamen eſt vt etiam cauſa remota exprimatur.*
112 *Reus non debet petere actorem cogi, ad exprimendam cauſam remotam in actione reali.*
113 *In actione perſonali non eſt neceſſe, exprimere cauſam proximam ſed remotam.*
114 *Allegans ſolutionem probare eam tenetur.*
115 *Quare in Actione perſonali cauſa remota, exprimenda ſit, & non in reali.*
116 *Actio realis eſt vniformis, perſonalis non.*
117 *Iudex non interponit officium ſuum, niſi rogatus.*
118 *Concluſio ampliat, reſtringit, & declarat actionem.*
119 *Caſus in quibus concluſio omittatur.*
120 *Clauſula, Coram vobis, & quare libello inferenda.*
121 *Clauſula, Non aſtringens ſe ad probandum non neceſſaria, & quid proſit.*
122 *An denunciatio, vel extraiudicialis interpellatio ſit neceſſaria antequam quis agat.*
123 *De vrbanitate reus prius interpellandus, eſt antequam in iudicio conueniatur.*
124 *In quibus caſibus hodie denunciatio ſit neceſſaria.*
125 *Bellum denunciandum eſt hoſti.*
126 *Clauſula, qua actor petit reum condemnari, & compelli an ſit neceſſaria.*
127 *Qui vult conſequens, videtur velle antecedens.*
128 *Clauſula, Peto reum condemnari in expenſas, an neceſſaria.*
129 *Clauſula, Super quibus omnibus, & ſingulis, & quid operetur.*
130 *Clauſula, Saluo iure addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi libellum, an habeat locum.*
131 *An & quando mutatio libelli ſit permiſſa.*
132 *Quis ſit effectus guarandæ de iure Saxonico.*
133 *Quæ ſit pœna frangentis guarandum.*
134 *Quæ veniant in rei vindicatione.*
135 *An etiam incorporalia veniant in rei vindicatione.*
136 *In rei vendicatione etiam veniunt fructus.*
137 *Quomodo, quoad fructus reſtituendos diſtinguatur inter bonæ, & malæ fidei poſſeſſorem.*
138 *Leges diſponentes, bonæ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtituendos fructus extantes, intelligenda ſunt, niſi de iure ciuili triennium poſſederit de iure Saxon. annum.*
139 *Agens rei vendicatione quid narrare in libello debeat.*
140 *Libellus in rei vendicatione.*

1 ABſolutis duabus partibus prioribus huius tit. Imperator nunc tertiam ſubijcit, quæ prolixa eſt, & durat vſque ad finem tituli, in qua varias actionum diuiſiones tradit, Eſtq; illud lõge veriſſimum quod, Sal. in prælat. C. inquit. Proximũ illũ veritati eſſe, qui bene diſtinguit, & ea, quæ diuiſim tradũtur cõmodius, & facilius percipiuntur, ſ. ſed nõ vſque 12. ſup. de leg. Diuiſio namq. animũ legentis incitat mente intelligẽtis præparat, & memoriam artificioſè reformat, vt inquit Gl.
2 in ſ. igitur, 4. in verb. Partiri ſup. in proœmio. Subdiuiditur autem hęc pars in ſex partes principales, ex quo Imperator ſex diuiſiones actionum ordine proſequitur, licet Gloſ. in ſ. ſunt præterea, 31. inf eo. duodecim diuiſiones actionum referat.

Prima igitur, diuiſio ſec. Dy. Bal. & Ang. ſup. in prin. tit. noſtri reſpicit cauſam materialem. Quædam enim ſunt actiones reales, quædam perſonales. Omnium enim actionum, quibus vtimur, materia hæc eſt, vt aut in perſona dirigantur, aut in rem. Vnde etiam Imperat. hic ſummam hanc diuiſionem nominat. & de hac re dicitur vſque ad ſ. ſed iſtæ.

Secunda diuiſio continet cauſam efficientem. Quædam enim actiones ſunt ciuiles, à l. 12. tab. inuenta quædam verò prætoriæ, à Prætoribus introductæ & de his a ſ. ſed iſte vſque ad ſ. ſequens traditur.

Tertia reſpicit cauſam finalem. Quædam enim ſunt rei perſecutoriæ, quædam pęnales, quædam mixtæ. Hinc enim eſt finis actionum, vt per eas conſequamur partim rem noſtram, vel nobis debitam, partim pęnam tantum, partim vero tam rem quam pęnã, & de his dicitur à ſ. ſequens, vſque ad ſ. omnes.

Quarta continet cauſam formalem. Quædam enim ad ſimplũ, quædam ad duplũ, quædã ad triplum, quædam ad quadruplũ competit, de quibus habetur in ſ. omnes vſq; ad ſ. actionum.

Quinta ſumitur, ex cauſa ſubſtantiali. Quædam enim ſunt bonæ fidei: quædam ſtricti iuris de quibus in ſ. actionum vſq; ad ſ. præterea dicitur.

Sexta perſecutionis effectum reſpicit aliquæ enim perſequũtur ſolidum, quod petunt, vt plerę que omnes actiones aliquæ nõ perſequuntur ſolidum, propter priuilegia, & alias cauſas, & hæc pars durat vſque ad fin. tit. noſtri. Porrò cum hinc inde poſt Gl. in d. ſ. ſunt præterea, Doct. plures ſpecies actionum referatur, & ſecundum Angel. Peruſ. quem refert Iaſ. in l 1. ff. de iuſt. & iure, expediat illi principia artis tenere, qui vult artem aliquam perfectè cognoſcere, ideò breuibus aliquot diuiſiones antequam ad declarationem huius ſ. perueniamus, præmittemus.

Septima igitur diuiſio actionum ſit, quam ordinariè ponit Glo. in l. 1. & ibi Bart. & Doct. ff. de edendo, videlicet, quod actio
3 alia eſt ſingularis, vel particularis, quæ res particulares perſequitur, & non ad aliquid vniuerſum, vel generale competit: veluti ſi actione reali vendico veſtem, equum, vel fundum meum, qui ab alio poſſidetur, vel actione perſonali, puta ex ſtipulatu peto 10. mihi debita. Quædam verò actio eſt vniuerſalis, quæ datur ad aliquid, quod ſua ſignificatione multa vniuerſaliter in ſe comprehendit, vt eſt petitio hæreditatis, qua agitur ad hæreditatem, cuius nomine comprehenditur vniuerſum ius defuncti, quod tempore mortis habuit. l. Hæreditas, 62. ff. de reg. iur. Ita Actione familiæ herciſcundæ agitur ad totam hæreditatem defuncti diuidẽdam, de qua in ſ. quædam, inſ. eod dicitur. Quædam denique actio eſt generalis, quæ competit ad id, quod ſub ſe continet plura capitula, non tamen vniuerſum ius, vt actio negotiorum geſtorum, tutelæ directa actio. De quo latius vide Doct. in d. l. 1. & Abb. in ca. Si ſignificantibus, 2. nu. 18. ext. de libelli oblat. & Azo. in Sum. C. de eden. quam Bal. in l. contractus, 17. C. de fide inſtr. fontem legis appellat, & Cæpol. in cant. 143. refert, ſtatutum eſſe Veronæ, vt nullus poſſit intrare collegium Doctorum, niſi inter alia habeat. Summam Azonius, & omnes lecturas Bart.

Octaua diuiſio actionũ eſt, quod alias actio dicitur directa, alia contraria de qua Glo. ord. in l conſenſu, 2. verb. Conſentire, ff. de obl. & act. qua Bar. & Doct. in l. curatoris. 17. C. de neg.
4 geſt. pulchrè declaratur. Quandoque enim nomina contrahentium, & ipſi contractus etiam variantur, vt in emp. eũ tibi vendo equum, variantur nomina contrahẽtium, tibi enim nomen emptoris, mihi vero venditoris conuenit. Item contractus variatur, à parte enim mea dicitur vẽditio. a parte tua emptio. Et oriuntur duæ actiones, mihi ex vendito, tibi exẽpto. Nec diſtinguitur actio per directam, & contrariã. Quandoque nec nomina contrahentium, nec contractus variantur, vt in ſocietate. Vterque enim dicitur ſocius, & ex vtraq; parte competit actio directa pro ſocio. Quandoque variantur nomina contrahentium, non autem nomen contractus, & tunc diuiditur actio directam. & contrariam iſto caſu. Quandoque autem huiuſmodi variatio contingit vt nomen deſcendat à nomine, vt mandans, & mandatarius, & tunc directa actio competit ei, qui habet nomẽ proprium, à quo ſcilicet aliud deſcendit. Contraria vero ei, qui habet nomen deriuatiuũ. Quandoq; vero vnum nomen non deſcẽdit ab alio, & tamen nomina contrahentiũ variantur, vt in contractu pignoris, vbi vnus dicitur creditor, alter debitor. Item in quaſi contractu tutelæ, alter dicitur tutor, alter pupillus, & tunc quoque actio diuiditur in directam & contrariam. Directa competit ei, ad quem res pertinet. Contraria vero alteri. De quo vltra Doc. in prædictis locis. vide An. in ſ. fi. ſup. de ſocietate.
5 Nona diuiſio actionum eſt, quod alia dicitur directa, alia vtilis actio, Directam appellat Accurſ. in d. l. curatoris, Co. de neg. geſt. eam, quam & verba ipſius legis præſtant, non mẽs, atque voluntas ſola. Exempli gratia. Si quadrupes, vt puta bos cornupeta, vel equus calcitroſus fecerit pauperiem, id eſt, occiderit, ruperit, vel fregerit aliquid, is, qui patitur pauperiem, habet aduerſus quadrupedis dominum directam actionem in factum de pauperie, quæ ſic al. duodecim tab. nuncupata eſt. Vtilem vero actionem Accurſ. dicit eſſe,

quæ

Digitized by Google

quæ non ex verbis, ſed mente legis in alio caſu datur, veluti, ſi non quadrupes, ſed bipes, nempe grus, vel ciconia hoc admiſerit, cum puerum forte eluſcauerit. Et quia lex duodecim tabularum tantum mentionem facit quadrupedis, dici nõ poteſt, vt detur directa actio. Sed quia quilibet colligere poteſt, bipedem quoque atque omnem beſtiam manſuetam, & cicutem complecti, & propter communem vſum loquendi, quadrupedis tantũ fit mentio, fit vt detur ſaltem vtilis actio, ea, ſcilicet, quam ex mente, & voluntate legis elicimus, l. pen. ff. ſi quadr. paup. &c. Bart. tamen in d. l. curatoris, C. de negot. geſt. & ibi communiter DD. affirmant, etiam tunc, cum ex mente, & voluntate legis colligimus, directam dari, non vti-
6 lem. Vtilem vero, cum legiſlator poſterior, vtpote I. C. vel Prætor, legem olim ſcriptam ex rationis paritate atque ſimilitudine ad alios caſus extendit, d. l. penult.

7 Decima diuiſio actionum eſt, quod alia eſt natiua, alia datiua, vt probant ex l. iuris gentium, 7. inſ. prin ff. de pact. Natiua dicitur actio, quę habet materiam pręexiſtentem, eamdemque ſufficiẽtam, & efficacem, vt ex ea naſcatur actio, ſicut ſunt contractus, & conuentiones legitimæ. Nam vt mater prolem perfectam, ita hæ producunt actionem natiuam, quæ ex contractibus naſcitur perfecti. Exempli gratia: Vendidi Titio equum 50. aureis, & tradidi, competit actio ex vẽdito contra Titium, ad pretium ſoluendum, illa dicitur actio natiua, quia habet materiam pręexiſtentem, & ſufficientem ad producendam actionem, contractum ſcilicet vẽditionis, qui eſt cauſa remota; & obligationem, quæ ex contractu oritur, & ſic cauſa eſt propinqua. Actio vero datiua dicitur, quæ inſtar imperfectæ prolis materiam habet præiacentem, at nõ ſufficientem ad producendam perfectam actionẽ, niſi aliorum auxilio adiuuetur, nempe lege, vel Prętoris ęquitate, vel conſuetudine. Vbicunque igitur actio habet materiam inſufficientem, matrem debilem, & fragilem, niſi lex opituletur, tunc dicitur actio datiua ab auxiliatoribus, lege ſcilicet vel prætore, & non natiua à matre fragili, quia non ſubeſt materia ſufficiens, ex qua naſci poſſit, vt eſt in nudo pacto, quod actionem non producit, d. l. iuris gentium, §. ſed cum nulla, 4. ff. de pact. Si autem lex adiuuerit, & matri fragili aſtiterit, cõcedendo actionem, dicitur actio datiua à lege, & non à matre, ſicut olim ex pacto nudo donationis non dabatur actio, ſed hodie Imperator opem tulit, vt iſta donatio nudi pacti producat actionem, l. ſi quis argentum, 35. §. fin. Cod. de dol. Vnde talis actio erit datiua, non natiua, de quo vide Bart. & DD. in l. 1. ff. de obl. & act. in l. cum mota, 6. C. de tranſact. & Ang. in princ. ſup. de oblig. & Zaſ. in princ tit. noſtri.

8 Vndecima diuiſio eſt, quod quædam ſunt actiones merè reales, quæ ad rem vendicandam, & contra quemcunque poſſeſſorem competunt. Quædam ſunt merè perſonales, quę ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi, mediante obligatione naſcuntur, & ſemper contra eandem perſonam ſcilicet obligatam, vel eius ſucceſſorem vniuerſalem, qui eadẽ perſona cum defuncto reputatur, competunt, de quibus ſtatim plura dicemus. Quædam ſunt actiones mixtæ quæ habent mixtam cauſam & naturam, realium ſcilicet, & perſonalium, actionum de quibus in §. quædam, 20. in fr. eod. dicetur. Per actionem enim realem agimus ad id quod noſtrum eſt, vel in quo ius habemus, ſed per actionem perſonalem cõmuniter agimus ad id quod noſtrum non eſt, ſed nobis debitum, & per has mixtas actiones vtrumq; perſequimur. Exẽpli gratia: Ego hæres ago familiæ herciſcũdæ aduerſus cohęredem meum, vt tota hęreditas inter nos diuidatur, quia nolo in communione manere iuxta, l. fin. Cod. Comm. diu. non ignarus ſcilicet communionem parere diſcordiam l. cum pater, 77. §. dulciſſimis fratribus, 30. ff. de legat. ſecundo. Ex eo, quod peto partem meam virilem, dicitur realis, peto enim id quod meum eſt, cum hæres adeundo hæreditatem ipſo iure efficiatur dominus, l. cum hæredes 23. in princip. ff. de acquir.
9 poſſ. Ex eo vero, quod includitur petitioni portio cohæredis, dum peto totam hæreditatem diuidi, ago ad id quod meum non eſt. Verum, quia fit, vt aliquando mihi ex parte ſocij aliquid adiudicetur, & in ea veniunt etiam; perſonales præſtationes puta fructus, reditus expenſæ, &c. in hoc perſonalibus actionibus immiſcetur, quia ex quaſi contractu oritur, §. itẽ ſi inter, 3 ſupra de obl. quæ ex quaſi contractu naſc. de quo
10 Ia. hic numer. 5. & infra in d. §. quædam. Quædam denique ſunt actiones perſonales in rem ſcriptæ, quæ reſpectu ipſius contractus, vel quaſi maleficij, vel quaſi, ex quibus oriuntur, dicuntur perſonales, at vero quia competunt contra quemcunque poſſeſſorem, vel detentatorem dicuntur in rem ſcriptæ, vt actio ad exhibendum, quæ ex quaſi contractu oritur, & ſic perſonalis, ſed quia competit contra ex poſſeſſorem quemcumque, dicitur in rem ſcripta, leg. 3. §. eſt autem perſo-
11 nalis, 3. iuncta gloſ. ibi, ff. ad exhib. Et differunt perſonales in rem ſcriptæ à mixtis, quia mixtæ non competunt contra quemcumque poſſeſſorem, ſed ſolum inter eos, qui rem habent communem, de quo Iaſ. & Doct. in d. §. quædam, & Bart. in leg. ſi ſeruus, 6. §. ſi quis, ff de aqua plu. arcen. His præmiſſis, diuido poſt alios §. noſtrum in duas partes in prima ponitur bimembris diuiſio actionum, in ſecundo membro diuiſiones declarantur.

Prima igitur, & ſumma diuiſio actionum eſt quod alia eſt perſonalis alia realis, vt hic, adde l. actionum genera 25. ff. de obl. & act. Actio perſonalis dicitur illa: quia agimus cõtra eum, qui ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi nobis obligatus eſt ad aliquid dandum, vel faciendum, & ſemper aduerſus eundem locum habet d. l. actionum. Prodit enim ex contractu mediante obligatione. Contractus nam, & quaſi, delictum, & quaſi obligationem inducunt, § pen. ſup. de obligat. quæ poſtea actionem parit, d. l. liceat, §. ea obligatio, ff. de
a proc. Et dicuntur perſonales, quia omnino a infixæ ſunt perſonis litigantium. Et primo ex parte actoris, ita appellatur a-
12 ctio, quia hęc pręſertim directa perſonalis actio, actoris perſonæ veluti oſſibus tenaciſſime inhæret, & infixa eſt, tanquã character baptiſmi in anima ita vt ab ea auelli non poſſit, ſecund. Gl. 1. in l. 3. ff. pro ſoc. Et licet actor poſſit ius ſuum alteri cedere, iſta tamen ceſſio vtiles actiones reſpicit, quæ in alium transferuntur, non directas, quæ numquam ab actore ſeparatur, de quo Gloſ in d. leg. 3. & hæ quoque de vniuerſali ſucceſſore, hęrede, ſ actoris, intelligenda ſunt. Fictione enim iuris, hæres vna. & eadem perſona eſſe cenſetur cum defuncto, vt in Nou. 48. de iureiu. à moriente præſtito, in prin. Deinde etiã ex parte rei dicitur perſonalis actio, quia nunquam egreditur perſonam obligati, ſed ſemper aduerſus eum locũ habet, quippe qui reo ſemper obligatus eſt quocunque vadat, quemcumque conſtituat procuratorem. Vnde vulgo perſonales actiones, dicuntur ſequi, & comitari reum, ſicut lepra leproſum, ſecund. Iaſ hic, num. 2. quod etiam de hærede ipſius rei intelligendum eſt diſtinguendo tamen inter actiones deſcendentes ex contractibus & delictis iuxta §. non ſolum, 1 infra de perp. & temp actio. Exempli gratia. Pone ſunt duo debitores principales, vel plures hæredes vnus debitoris, principalis clarum eſt, quemlibet debitorem teneri pro rata, l. reos, 11. § fin. ff. de duobus reis. Et lex duodecim tabularum, ipſo iure diuidit inter cohæredes obligationes hæreditarias, actiue, & paſſiue, pro rata, leg. pacto ſucceſſorum, 26.
13 C. de pactis, & gl. fi. l. cum à matre, 14. C. de rei vend. Si nunc tales debitores, vel hæredes faciant inter ſe pactum, vt aliter eorum ſoluat omnia debita hoc ſane pactum licet inter ipſos debitores ſeruandum ſit tamen nõ pręiudicat creditori quo minus vnumquemque pro rata ſua, non obſtante pacto, conuenire poſſit, nihilominus enim omnes debitores, & hęredes obligati ſunt, text. eſt notabilis in l. debitorum, 25. cum l. ſeq. C. de pactis. Sic etiam habetis pulchrum caſum in l. pen. C. de obl. & act. vbi Bald. tex. ibi inducit ad aliam notabilẽ, & quotidianam quęſtionem. Pone Titius mercator vendidit Sem-
14 pronio aliquas merces, & ea nondum ſoluto pretio emptori tradidit, qui poſtea eaſdem merces alij vẽdidit, & incipit inopia laborare, & minus ſoluendo eſſe quęro vtrum Titius primus venditor poſſit ab illis tertijs poſſeſſoribus merces iſtas vendicare. Et dicit Bald quod non primo enim ei non competit perſonalis actio. Nam inter Titium, & tertios poſſeſſores non eſt celebratus aliquis contractus, nec quaſi, Item nec interuenit delictum, nec quaſi. Deinde nec realis actio datur. Nam hæc dominium à parte agentis præſupponit, quod in Sempronium tranſlatum eſt per titulum habilem, emptionem, ſcilicet. Sed ſolum parata eſt actio perſonalis ex vẽdito contra Sempronium, nec ipſius perſonam egreditur. Et pro hac deciſ. facit tex. in l. in ciuile, 12. C. de rei vend. Tum autem procedit, 1 cum Titius habuit fidem de pretio ſoluendo alias non, ſecundum Gloſ. in d. leg. in ciuile, & declaratur per DD. poſt text. in §. venditæ 41. ſupra de rer. diuiſ. Et pulchre per Paul. de Caſtr. in leg. procuratores, 5. §. ſi plures, 15. poſt text. ibi in verſic. Enimuero, ff. de tributo actio. Actio vero realis dicitur, quæ non ratione obligationis, quæ ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi, oritur contra certam per-

ſonam

ADDITIO.

a *Perſonalis actio an cum perſona extinguatur, vide Conent. 4. quæſt. 3.*

15 ſonam obligatam, ſed ratione rei, vel iuris, quod actor habet
in re per aduerſarium poſſeſſa contra quemcumque poſſeſ-
ſorem competit, vel hic, & d. l. actionum, & ſic ſecund. Iaſ. hic
num. 3. perſonali actioni, quę non reſpicit poſſeſſores rerum,
ſed perſonas ex contractu, vel quaſi obligata, d. leg. pen. C. de
16 oblig. & act. appoſita eſt. Non enim inſeparabiliter cohæret
perſonæ; neque actoris neque rei, ſed ſimpliciter rem perſe-
quitur, nec certam perſonam obligatam habet ſed competit
contra poſſeſſorem qualemcumque qui rem habet, etiamſi
per mille manus res ambulauerit non diſtinguendo, vtrum
rem poſſideat, an tantum detineat, dummodo habeat facul-
tatem eius reſtituendæ, l. officium, 9. ff. de rei vendic. Vnde
etiam realis actio, [Eyn dingliche Klage] dicta eſt, quia ad
rem vendicandam competit. I. Vel ratione directi dominij,
quando actor eſt directus dominus leg. in rem 23. ff. de rei
vend. II. Vel ratione vtilis dominij, quale habet vaſallus em-
phyteuta quo caſu vtilis rei vendicatio datur, l. 1. iuncta gl. ff.
ſi ager vect. &c. III. Vel ratione quaſi dominij, de quo in §.
ſed iſtæ infr. eod. IV. Vel ratione ſeruitutis, de quo in §. æquę,
infr. eod. V. Vel ratione alterius iuris, vt hypothecæ, de quo in
17 §. item Seruiana, 7. infr. eod. Differunt igitur perſonalis &
realis actio ſecundum Zaſ. hic, principaliter quatuor modis.
1. Origine, perſonalis enim ex contractu, vel quaſi: ex deli-
cto, vel quaſi, mediante obligatione oritur, realis vero ex iu-
re, quod quis habet in re per alium poſſeſſa 2. Natura, perſo-
nalis enim ſolum contra perſonam obligatam competit, nec
illam egreditur, d. l. pen. & ſupr dictum eſt Realis vero con-
tra quemcunque poſſeſſorem, d. l. actionum, & d. l. officij. 3.
18 Proceſſu, aliter, enim proceditur in reali, vbi cauſa proxima,
dominium ſcilicet, vel ius in re exprimi, & non omitti debet:
aliter in perſonali, vbi de neceſſitate, non cauſa propinqua,
ſcilicet obligatio, ſed remota ſcilicet cõtractus, vel quaſi ex-
primenda, & nunquam omittenda eſt, de quo inſt. circa ma-
teriam libellorum dicemus, 4. Effectu in reali enim declara-
tur rem eſſe actoris, in perſonali vero, rem actori debitam
eſſe de quo Bart. in leg. & ex diuerſo, 35 §. vbi autem, ff. de rei
vend. Et ad vtriuſque actionis diſcrimen melius diſcernen-
dum, Bal. in l. ſi certis annis, 28. C. de pact. quem refert Iaſ. hic
nu. 4. talem theoricam tradit, vt reale ius proprie ſit, vbicum-
que id ſine vlla obligatione reperitur. Ius autem perſonale,
quod nunquam niſi in ipſa obligatione conſiſtit.

Gl. in verb. Iudicis.

Porro priuſquam ad materiam actionis in rem, quæ rei
vendicatio dicitur, & poteſt text. hic, in verbis finalibus à Gl.
& Doct. hic declaratur, perueniamus, Gloſ. noſtras explicabi-
19 mus. Et primum circa text. & gloſ. in verbo iudices arbitroſ-
ue) notabitis, quod iudex dicitur, quaſi ius dicens populo, ſi-
ue quod iure diſceptet. Iure autem diſceptare eſt iuſte iudi-
20 care. Non eſt ergo iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia, c. Forus 10.
§. in omni, ext. de verb. ſing. Nam debet timere Deum, l. 1. §.
optamus, 5. C. de offic. præf. præt. Afri. cul add. opt. Gloſ. iuris
Saxon. (Vveichbild,) art. 16 & gloſ. (Landrect) artic. 30.
21 lib. 3. Nec debet flecti ira, odio, precibus, aut amicitia, vt eſt
tex. in cap. Iudicet, 4. cauſ. 3. quæſt. 7. Sed fungi officio boni, &
innocentis viri, l. 4. ff. fam. herciſc. Vnde etiam in iure noſtro
vir bonus dicitur, l. continuus, 547. §. cum ita 2. ff. de verb. obl.
22 Hinc Bald. inquit in l. 2. C. de ſent. ex breuiculo recitandis, Iu-
dicem debere duplicem ſalem habere: ſalem ſcientiæ ſine
quo eſt inſipidus, & ſalem conſcientiæ, ſine quo eſt diaboli-
23 cus. Sunt autem multæ ſpecies iudicum. I. Quidam ſunt iu-
dices Ordinarij, qui à Papa, vt ſunt Epiſcopi, vel Eccleſiaſtici
magiſtratus vel ab Imper. vt ſunt ſęculares principes, vel à le-
ge, vel vniuerſitate, ordinariam, ſeu legitimam iuriſdictionē,
vel poteſtatem habent, c. à Iudicibus, 23. cauſ. 2 q. 6. de quibus
eſt tit. in Dec. de offi. iud. ord. & notatur in l. more, 5 ff. de iur.
omn. iud. II. Quidam ſunt iudices delegati, quibus ab ordina-
rio iudice vna, vel plures cauſæ cognoſcendæ, & terminan-
dæ committuntur. Habet enim delegatus poteſtatem co-
gnoſcendi, tanquam vicariam ab alio ſibi comiſſam, & de-
bet formam ſibi mandatam exacta diligentia obſeruare, &
ſecundum eam procedere, leg. diligenter 5. ff. mandati. Et ſo-
lent hodie iudices delegati, alio nomine. Commiſſarij, appel-
lari. De quorum officio vid. tit. & ibi Canoniſt. de officio, &
poteſtate iud. de leg. & Legiſtas in ti. de officio eius cui mand.
24 eſt iuriſdict. III. Quidam iudice dicuntur arbitri, & hi ſunt
triplices. Quidam dicuntur arbitri iuris, quidam arbitrato-
25 res, quidam compromiſſarij. I. Arbitri iuris dicuntur quan-
do hi, quibus aliqua cauſa cognoſcenda committitur, tan-
quam ſuſpecti recuſantur, vt quia capitaliter inimici ac dein-
ceps quia periculoſum eſt ſub ſuſpecto iudice litigare cap.
Quod ſuſpecti, 15. cauſ. 3 quæſt. 5. & lites ſine ſuſpicione pro-
cedere debent, l. apertiſſimi, 16. C de iud. Per partes eliguntur
arbitri, qui de cauſa ſuſpicionis, adeoq; cauſa principali iudi-
cant, ſic vt illorum ſentẽtia per primum delegatum iudicem
recuſatum, executioni mandãda ſit, ſi modo ab illorum ſen-
tentia non appellatur ad delegatum, d. l. apertiſſimi, & leg. 6.
Cod. de iud. & c. ab arbitris, 11. de officio, & poteſtate, iudicis
delegati, lib. 6. Et dicuntur arbitri iuris quia ex neceſſitate iu-
ris, ſecundum diſpoſitionem, & formam iuris eligi debent,
ſec. gl. 1. in d. cap. ab arbitris. Et hæc in iudice delegato locum
26 habent, non autem in iudice ordinario. Ordinarius enim iu-
dex, ſecundum veram, & communem Doct. ſententiam, nõ
poteſt recuſari, vt remoueatur, tanquam ſuſpectus, ſed poteſt
peti, vt adiunctus ei aſſocietur. Authent. Si vero contigerit,
& ibi gloſ. & DD. in d. l. apertiſſimi, C. de iud. & hoc procedit
de iure ciuil. De iure Can. vero poteſt etiam ordinarius re-
cuſari, vt ſuſpectus, & eliguntur arb. iuris, qui de cauſis ſuſpi-
cionum cognoſcant, in c. Cum ſpeciali, 41. iunct. gloſ. in verb.
Cum iudice, & in verb. de recuſatoris, ext. de appell. Et Iaſ. in
in d. l. apertiſſimi, poſt Bar. in l. quia poterat, 4. ff. ad Senat. Tre
bel. inquit in terris Imperij ſeruari ius ciu. in terris vero ſub-
iectis Eccleſiæ, ius Canonicum, vt notatur in c. Clerici, 8. ext.
de iud. & in c. 1. de noui operis nunciatione. Et quod ab arbi-
tris iuris appellari poſſit, eſt tex in d. c. ab arbitris, & in d. l. fin.
ibi, (niſi fuerit prouocatum) Nec obſtat text. in l. 1. C. de re-
cept. arb. & in l. diem proferre, 27. §. dari, ff. de recep. qui arb.
recep. Hæc enim iura loquũtur de arbitrio compromiſſario,
non de arbitro iuris male igitur à ſeparatis fit illato l. fin. ff. de
27 calu. cum ſimil. Eſtq; ratio diuerſitatis, cur à ſententia arbi-
tri iuris, & non arbitri compromiſſarij appellari poſſit. Com-
promiſſarius enim voluntariè de conſenſu partium electus,
omni iuriſdictione ordinaria, & delegata caret, & ſimplicem
tantum notionem, ſeu cognitionem de cauſa habet ſecund.
gl. in l. ait Prętor, 5. poſt text. ibi, in verbo. Nõ habent, ff. de re
iudic. Cum enim à priuatis perſonis electus ſit nõ habet ma-
iorem poteſtatem, quam in eum per partes collata eſt, l. non
diſtinguemus, 32. §. de officio, 15. ff. de recep. qui arb. recept.
Neque enim priuatæ perſonæ tribuere non habenti iuriſdi-
ctionem poſſunt, l. priuatorum, 3. C. de iuri. omn. iud. Iuriſdi-
ctio quippe eſt poteſtas de publico introducta, ſec. gl. & DD.
in l. 1. ff. de iurid. omn. iud. Quare cum ſimplicem tantum no-
28 tionem habeat, ſine aliqua iuriſdictione, & ſententia eius,
proprie non dicatur ſententia, ſed laudum, (Eyn vverſurig,)
cui metu pęnæ ſtatur, l. 1. C. de recept. arb. palam eſt, ab ea ap
pellari, non poſſe cum à ſententia tantum regulariter appel-
letur. Sed arbiter iuris, vt potè non tantum priuatorum con-
ſenſu, ſed ex neceſſitate, à iure vel ſtatuto electus, aſſimilatur
delegato iudici, ſic vt lex ei tribuat iuriſdictionem delega-
tam, illam ſcilicet, quam iudex recuſatus habuit, d. leg. aper-
tiſſimi, ante fin. Itaque iure ab eius ſententia non appellatur,
d. l. fin. & ibi gl. in verbo. Prouocatum, & ibi DD. & gl. in d. c.
ab arbitris in verbo Appellandum. 2. Arbitratores proprie
29 vocantur arbitri electi à partibus ad cauſam, & controuer-
ſiam amicabiliter componendam, & tranſigendam, (Eyn
vvilkurlicher Scheidsmann,) In quem partes compromit-
tunt, vt eorum cauſam ſecundum intellectum ſuum com-
ponat, & in ea ſimpliciter, & abſque figura iudicij procedat.
De quibus, text. & ibi Bart. in l. ſocietate 76 verb. Arbitrorũ,
ff. pro ſoc. & in l. ſi quis arbitratu, 43. ff. de verb. oblig. Et corã
illis non proceditur ordine iudiciario ſeruato, ſunt enim tan-
30 tum compoſitores inter parte extra iudiciarij, & ſolent ali-
quando proxenetæ appellari, tanquam conciliatores, & me-
diatores partiũ emptionibus, & alijs cõtractibus adhibiti, to-
31 to tit. ff. de proxeneticis. Et ipſorum arbitramentum, ſi pars le-
a ſa fuerit poteſt reduci ad a arbitrium boni viri tex. eſt in d. ver
ſicul. Arbitrorum, & ibi Bart. & D. in d. l. ſi quis arbitratu. Et
de pluribus alijs differentijs inter arbitratorem, & arbitrum
compromiſſarium, vid. omnino Abb. in cap. Quintaualis 18.
32 ext. de iure 3. Arbitri vero compromiſſarij quos vulgò (Vvil-
Kurliche Scheidsrichter) appellamus de quibus proprie lo-
quitur text. noſter hic, ſunt hi, in quos voluntario, & non ne-
ceſſitate iuris à partibus fit compromiſſum, & eliguntur à
parti-

ADDITIO.

a *Reductio ad arbitrium boni viri, coram quo iudice petenda, vide Gayl. 1. Obſer. 149. An ad 30. vſque annos peti poſsit, & an à ſententia arbitri appellari poſsit, vide eundem Gayl. 1. Obſer. 150.*

partibus, vt iudices, conceditúrque eis partibus voluntariè
poteſtas pronunciandi ſuper cauſa;& hi ſecundum ordinem
93 iudiciarium procedere coguntur. Arbitraria enim ad inſtar
iudiciorum redacta ſunt, l. 1. ff. de recep. qui arbit. recep. ita vt
coram illis ſit libellus proponendus in ſcriptis, lis conteſtan-
da, teſtes recipiendi, ſententiam in ſcriptis ferenda. Hic enim
94 dicitur ordo iudiciarius, de quo Gloſs. in l. prolatum, 4. C. de
ſententijs, & interloc. Arbiter igitur, & iudex æquiparantur,
vt hic, & d. l. 1. I. In principio iudicij, quia coram vtroque li-
bellus ritè conceptus offerendus eſt. Auth. Offeratur, Cod. de
litis conteſta, & l. pen. vbi Gloſ. in verbo, Conuentum, Co. de
recept. arbit. II. In medio, quia ſicut coram iudice lite conte-
ſtata probationes fieri debent, ita coram arbitrio, d. l. penul. in
verbo Atteſtatum. III. In fine, quia ſicut iudex, ſic etiam arbi-
ter iudicare debet ſuper toto, leg. quod tamen, 21. in princip.
ff. de arbit. Item tempora ſolutionis, quæ dantur condemna-
tis à iudice, conceduntur etiam condemnaos ab arbitrio, leg.
ſi cum dies [al. eſt §. 5. in d. l. quid tamen] 21. §. fin. iuncta Gl.
35 in verbo, Modicum, ff. de arb. Obiter etiam notab. debitori-
bus poſtulantibus, competentem terminum ad ſoluendum
conſtitui, ac tempus iudicatum ſoluendi concedi, l. debitori-
bus, 31. ff. de re iudic. Quantum autem ſpacij tempus iudicati
continere debeat, non fuit à Iuriſc. veteribus ſatis declara-
tum, ſed hodie expreſſum eſt, in l. 2. & 3. §. fin. C. de vſuris rei
iud. vbi dicitur: Quatuor menſes reis condemnatus ad ſol-
36 uendum debitum concedendos eſſe. De iure vero Saxon.
reſtringitur illud tempus ad breuiſſimum ſpacium, 14. vide-
licet dierum, quibus elapſis, rei ad ſolutionem coguntur,
per tex. Landr. lib. 1. art. 70. & libr. 2. artic. 5. [Vveichbild.] art.
11. Ex conſuetudine tamen locorum quandoque proroga-
tur iſte terminis, à iure Sax. debitoribus præfixus, ita vt con-
cedantur eis ſex ſeptimanæ, cum tribus diebus (Vvelches
man Sachſiſche friſt nennet,) quod æquius, & tolerabilius eſt.
Et plures caſus, in quibus iudex, & arbiter conueniunt, vide
hic per Angel Gloſſ. & D. in l. 1. ff. de arbitr. & Bald. in leg. 1. C.
37 de arb. differunt autem in multis. Nam, 1. Iudicium redditur
in inuitum, l. inter ſtipulantem, 83. §. 1. ff. de verb. oblig. Com-
promiſſum vero in volentem. Compromiſſum enim proce-
dit ex libera voluntate compromittentium per text in cap. 1.
in verb. Ex communi placito, & ibi Abb extra de arb. Quare
38 partes non poſſunt cogi ad compromittendum, ſicut nec ar-
biter ad acceptandum arbitrium, l. 3. §. 1. ff. de recep. qui arb.
recept. 2. A ſententia iudicis appellatur, non autem à ſenten-
tia arbitri d. l. diem §. ſtari, & vide Ang. hic referentem 22. dif-
ferentias inter iudicem, & arbitrum & tractatum Bar. de arb.
adde Gl. hic in verbo. De quacunque re. An appellatione rei,
veniant etiam iura actiones, & nomina debitorum vide Bar.
in l. Quintus, 27. §. argento, ff. de auro, & arg. leg.

Gl. in verbo Summa.

Hæc Gl. in prima parte declarat tex. in ſecunda vero oppo-
nit contra diuiſionem actionum in tex. poſitam, tanquam in
ſufficientem, cum etiam ſint actiones mixtæ, de quibus in §.
quædam, 20. infr. eod. & tandem concludit Gloſ. cum mixtæ
actiones vtriuſque naturæ, tam realis, quam perſonalis actio-
a nis ſint participes, eas etiam ſub *a* illa ſimplici diuiſione no-
ſtra comprehendi, ex qua ſolutione Gl. natum eſt illud vulg.
39 dictum. Quod mixtum, ſeu caſus mixtus comprehendatur
ſub ſimplici, ad quod ſolet ſemper allegari Gl. noſtra in leg 2.
in prin. & ibi D. ff. de verborum obl. Sed contra hoc opponi-
tur l. vim paſſam, 39. §. præſcriptione, iuncta l. mariti, 29. § hoc
quinquennium, 6. ff. ad l. Iul. de adul. & l. adulter. 5. C. ad l. Iul.
de adul. Nam illic accuſandi facultas durat quidem in caſu a-
dulterij per quinquennium, at non etiam in adulterio cũ in-
ceſtu coniuncto, & ſic ibi ſuo ſimplici caſu adulterij non cõ-
40 prehenditur caſus mixtus adulterium ſcilicet cum inceſtu. Et
Bar in d. l. 2. in prin. fatetur contrarium, regale. ſ. eſſe, quod ap-
pellatione ſimplicis mixtum non contineatur, vt in l. Clemẽs
81. ff. de hæred. inſt. & in l. ſi ita ſcriptum, 13. in princ. ff. de libe-
ris, & poſthu. II. Quando alia ratio contrarietatis euitandæ
non apparet, tunc enim ſub ſimplicibus caſus mixtus cõpre-
henditur, vt hic, & in d. l. 2. in princ. III. Quando expreſſum eſt
in lege, & prouiſum de vtroque ſimplici, vt hic propter ſignũ
vniuerſale omnium, de quo latius vide poſt Iaſ. & D. hic Bar.
& D. in d. l. 2. in princ. ff. de verborum oblig.

Gl. in verb. Et alijs quibuſdam modis.

Hanc Gloſ. Dom. Iaſ. hic diuidit in duas partes principales.
In prima eius parte declarat text. noſtrum in ſpecie quatuor
modis: vnde prior pars in quatuor particulas ſubdiuidi po-
teſt. In ſecunda vero declarat text. in genere, ibi. (& vt breui-
ter dicam) Sed omiſſis ſuperfluis, ſciendum eſt priorem ex-
poſitionem Gloſs. communiter approbatam eſſe videlicet,
41 hunc verſiculum, [Et alijs quibuſdam modis,] eſſe intelli-
gendum de quaſi delicto. Cum enim omnis obligatio, & per
conſequens actio perſonalis ex contractu, vel quaſi malefi-
cio, vel quaſi oriatur, §. pen. ſup. de oblig & Impe hic tantum
duas cauſas remotas, perſonalis actionis expreſſerit, contra-
ctum ſcilicet, & delictum, neceſſe eſt illum verſiculum ad po-
ſteriores duas cauſas hic omiſſas quaſi cõtractum, ſcilicet, &
quaſi delictum referri. Et confirmatur hæc expoſitio per l. 1.
iunctis, 4. legibus ſequ. ff. de obl. & act. quas ita, & D. Iaſ. hic
42 num. 33. inducit per regul. quod ſequentia declarant antece-
dentia, l. ſi ſeruus plurimum, 50. §. fin. & ibi Pau. de Caſt. ff. de
l. 1. Nec obſtat huic expoſitioni repræhenſio Gloſſ. noſtræ,
dum vult appellatione contractus, & delicti, venire quaſi
contractus, & quaſi delictum. Quia ſecundum Iaſ. hic, poſt
Fab. & alios hoc nulla lege expreſſum, aut cautum reperitur.
Erubeſcimus enim ſine leg loqui ca. Conſideremus. 5. Nou.
18. de trienn & ſem. Et ad iura, & quæ per Gl. adduci poſſunt
reſpondetur, quod hoc fiat large, & improprijſſimè, vt eſt Gl.
notab. in l. omnem, 20. ff. de iud. & Gl. in c. ſi in verb. Contra-
ctus, extra de foro compet. Et per hoc inferr hic Ang. ſtatu-
43 tum loquens in contractu non habere locum in quaſi con-
tractu, cum in ſtatutis verba debeant ſtrictæ intelligi, & pro-
priè. vt not. in leg quidquid aſtringendæ, 99 ff. de verb. oblig.
44 Vnde ſecũdum eum ſi ſtatuto cauetur, vt mulier non poſſit
contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorũ, illa hoc
non obſtante, poterit adire hæreditatem ſine conſenſu con-
ſanguineorum, & ſic quaſi cõtrahere, vt etiam tenet Bar. in l.
apud Iulianũ, 3. §. ſi. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. &c. Contra-
b riũ *b* tamen in hac q. poſt. Iaſ. hic, tenendum eſt ſicut ipſemet
Bar. contra morẽ in hoc ſibi contrarius, in l. mutu, nu. 5 § ſi ff.
de acq. hær. & ibi communiter. D. tenent mulierem ſine con-
45 ſenſu conſanguineorum hæreditatem adire non poſſe. Quã
ſententiam confirmat D. Iaſ. hic tali fundamento. In ſtatutis
c quãdo non poteſt niſi vnica *c* ratio aſſignari, tunc illa habetur
pro expreſſa, & ex ea extenſiue etiam ad ſimiles caſus argui
poteſt, vt eſt Gloſ. notab. in Clem. 1. in verb. Eligatur, cum, ibi
not. de elect. & notatur per Bal. poſt Gloſ. in l quamuis, 35. C.
de fideic. Sed in præfato ſtatuto, de conſanguineis adhibendis
in contractibus mulierum, vnica tantum, & ſola illa ratio eſt,
ne mulieres eum imbecillitate ſexus circumueniantur, & de-
d cipiantur. Cum ergo vnica hæc ratio *d* etiam in quaſi con-
tractu locum habeat, extenditur ſtatutum etiam ad quaſi cõ-
tractum, & ita ad aditionem hæreditatis, ſicuti Bar. in l. pactũ
dotali, 3. C. de coll. extendit etiam ad diſtractus, & renuncia-
tiones, propter identitatẽ rationis, de quo latius vide hic Iaſ.
nu. 39. Et Pau. de Caſt. in d. l. mutuum, §. ſi. etiam adducit hanc
rationem, quia tale ſtatutũ eſt fauorabile, & excludit præſum-
ptionem doli, cum rebus mulierum bene proſpectum velit,
dum

ADDITIONES.

a *Mixta continentur ſub ſimplicibus, text. & Glo. in l. 1. vbi Do-
ctores, ff. de verb. obl. D. in §. 1. hoc tit. Efficiunt tamen diuerſam
& propriam ſpeciem diſtinctam à ſimplicibus, l. iam hoc iure
ff. de vulg. l. 1. ff. de prætor. ſtipula, & ſupra, de diuiſione ſtipula-
tionum. Et ex mixtura ſimplicium ſubſtantia immutatur, leg.
rerum mixtura, ff. de vſucap.*

b *Contractus verbo. In ſtatutis continentur etiam quaſi contra-
ctus, item, in quibus ex vna tantum parte quis obligatur. Sane
eſt. n. ad contractus appellationem, vt cum aliquo negotium ge-
ſtum ſit, licet hinc inde non ſit contracta obligatio, l. 4. §. hæred.
ff. de obl. §. hæres ſupra de oblig. quæ ex quaſi contractu. Quin
communis loquendi vſus qui proprietatem verbis tribuit, l. La-
beo. verſ. Nec mirum, vbi Gloſſ. ff. de ſupellect. contractus ver-
bo intelligit, promiſcue conuentiones etiam ex vna parte obliga
toria l. ſi donationes. C. de his, quæ vi metuſue cauſa, l. contra-
ctus, C. de fide inſtrum. l. ſi emptione C. de præſcript. 30. anno l.
1. in ſi. ff. de pact. leg. prima, Cod. vt actiones ab hærede. Neque
obſt. l. Labeo §. contractum ff. de verb. ſignific. ſiue quia ſcrupu-
loſe, & ſtrictiſſime contractum definit ſiue, quia non contra-
ctus, ſed contrahendi verbum definit.*

c *Vnicum enim quod eſt habetur pro certo, & demoſtrato, vt l.
1. ff. de hæredib. inſtituend.*

d *Contractus verbo quaſi contractus intelligitur, ſi eadem ratio
eſt in quaſi contractu quæ in vero, & proprio ſumpto contractu.
Nam vbi eadem ratio eſt ibi ius idem eſſe debet.*

Digitized by Google

dum ad muliebres contractus conſanguineos adhibendos
ſtatuit. Hinc enim apparet illud rectè ad quaſi contractum
extendi poſſe. Sicut etiam in ſimili Paul. de Caſt. in l. Polla, 2.
in fin poſt Gl. ibi in verb. Pupillo. Verſ. Vel tertio C. de his qui
46 vt indig. vult tutores eſſe cautos, quando volunt celebrare
aliquem actum dubium, qui male, & bene ſuccedere poteſt,
vt adhibeant matrem pupilli, vel alios proximiores conſanguineos,
& gerant actum de conſilio matris, vel conſanguineorum.
Si enim poſtea malæ ſuccedat tutores pupillo non
tenebuntur: qoia ratione conſilij coniunctorum, dolus, & culpa
abeſſe præſumitur l. tranſactionem, 35. C. de tranſact. De
quo latius vide Iaſ. in leg. 1. C. de tranſact. Pro limitatione tamen
prædictorum primum notabilis ſecundum Iaſ. hic num.
41. ſtatutum illud intelligendum de contractibus inutilibus,
& damnoſis, vnde ſecundum eum mulier poterit adire hære-
47 ditatem lucroſam, & opulentam. Quæ autem dicatur hæreditas
opulenta, docet Gl. in l. ſi quis mihi bona, 25. § ſi fiſci, in
48 verb. Hæreditatem, ff de acquir. hæred. Deinde ſupra dictum
ſtatutum dant intelligi de contractu qui fit circa res, & bona,
non autem de eo, qui fit circa perſonam, vt circa cõtractum
matrimonij. Nam non obſtante ſtatuto poterit mulier ſine
conſenſu conſanguineorum nubere tex. eſt notab. & ibi Bald.
49 in l. in copulandis. 8. Co. de nupt. Nam licet de iur. ciu. etiam
de neceſſitate ad legitimum matrimonium contrahendum
requiratur conſenſus patris, ſupra de nupt. in princ. tamẽ hoc
50 neque ad tutores, neque alios conſanguineos extendi poteſt,
ſecundum Gl. in l. ſi puellæ, 6. ff. de ſponſalibus. Nec talia ſtatuta,
quod puella vel adoleſcens non debeat contrahere matrimonium,
abſque conſenſu curatorum, vel aliorum conſanguineorum,
valent: quia veniunt contra libertatem matrimonij,
de quo vide Panorm. in c. 1. extra de ſponſ. & optimum
text. in cap. Gemma, 29. extra de ſponſ. text. & Doct. in
l. Titia, 132. ff. de verb. oblig.

Gloſſ. in verb. nullo iure.

51 Ex hac iuncto tex. breuiter hanc concluſionem notabitis,
quod realis actio non præſupponit obligationem, quia non
oritur, neque ex contractu, vel quaſi; nec delicto, vel quaſi,
ſed habent ſuam cauſam efficientem, & requirit à parte agẽtis
dominium, vel ius in re, & ex parte rei conuenti poſſeſſionem,
vt ſtatim poſt Gloſ. hic in ver. Poſſideat, declarabimus.
Nec obſtat, quod Gloſ. noſtra opponat contra tex. in rei vendicatione,
reum teneri ad rem reſtituendam officio iudicis, l.
qui reſtituer. 68. ff. de rei vend. ſi enim tenetur, ergo eſt obli-
52 gatus. Nam poteſt reſponderi, hoc modo argui à genere ad
ſpeciem affirmatiuè, quod argumentum non valet. Verbum
enim, (Tenere) generalius eſt, quam verbum, (Obligari)
quod propriè refertur ad perſonalem actionem, quæ obligationem
tanquam matrem præſupponit, d. l. licet, § ea obligatio,
ff. de procuratoribus. Vnde non ſequitur ſic indiſtinctè.
Teneris, ergo es obligatus: quia oportet conſiderari, ad quid
& quam actionem referatur verbum Teneris. De quo vltra
DD. hic, vide plenè Cyn. Pau. de Caſt. & alios in l. vnica, Co.
53 de alie. mut. iud. cap. famil. Licet autem reali actioni propriè
reus obligatus dicitur. Vnde Bald. in l. fin. C. de compenſ. inquit;
Si actor in libello realis actionis dicat reum eſſe obligatum,
groſſo modo loquendi libellum ſuſtentari poſſe, quibus
add. quæ ſup. in § actio ſup. verb Debetur, dicta ſunt.

Gloſſ. in verbo Poſſideat.

Hæc diuiditur in duas partes. In prima ponit requiſita in
rei vendicatione à parte actoris. In ſecunda, ibi, (Item ex parte,)
ponit ea, quæ ex parte rei requiruntur. Et licet Gl. videatur
generaliter de actionem in rem loqui, ſimpliciter tamen
intelligi debent de actione in rem ſpeciali, quæ rei vendicatio
dicitur, de qua proprie tex. noſter hic, in fin verſ. Veluti, men-
54 tionem facit. Et hoc modo quaſi dominium, in Glo. hic relatum,
de vtili dominio, quod ſcilicet habent vaſallus, & emphyteuta
intelligendum eſt, ſicut Bald. in tit. de inueſt. de re
alien. fam. per tex. ibi, in § rei, dum dicit, vaſſallum poſſe quaſi
vendicare, defendit Gl. noſtram. Non autem de quaſi dominio,
quod habet bonæ fidei emptor in re nondum vſucapta,
nam tunc Publiciana, non rei vendicatio competit, § ſed iſte,
& ibi dicetur, inſ. eodem. Et ideo exemplum Gloſ. hic, de bonæ
fidei emptore, eſt ineptum. Hinc ſumpta occaſione DD.
55 poſt text hic, materiam rei vendicationis examinant. Priuſquam
autem eam attingamus, præmittendum eſt, actionem
in rem, tamquam genus, multa ſub ſe comprehendere ſpecies,
& ſic actiones reales in ſpecie, de quibus Imper. hic tra-
a ctat, vſque ad § in perſonam, & in *a* actione reali, ſic generaliter
accepta à parte agentis aliquod de his quatuor requiri-
b tur, I. Vel directum *b* dominium, quo caſu directa rei vendi-
56 catio competit. II. Vel vtile dominium, quale habet vaſallus,
& emphyteuta, III. Vel quaſi dominium, quod habet emptor
bonæ fidei qui nondum vſucepit rem emptam quo caſu Publiciana
actio locum habet de qua in d. § ſed iſte IV. Vel ius
in re, veluti ius ſeruitutis, quo caſu confeſſoria competat, de
qua in § æquè, infra eod. vel ius pignoris, & tunc Seruiana, &
quaſi Seruiana actio datur, de quibus in § item Seruiana, inf.
57 eod His præmiſſis, quæri ſolet, quare Imper. primo loco tradat
de actionibus realibus, & non perſonalibus cum digniora
ſint præponenda, leg. 1. ff. de albo ſcribendo, facit leg. quoties,
34. ff. de vſufr. Perſonales autem actiones videntur digniores
realibus argumento, l. 2. ff. de ſtatu homin. & § fi. ſup.
58 de iur. nat. gent. & ciu. Ad quod poteſt reſponderi, potius actiones
reales cenſeri digniores perſonalibus quia habent fir-
c mius, ius & plenius prouident, *c* competunt enim pro iure,
quod quis habet in re, contra quemcumque poſſidentem, vel
detinentem, etiamſi nullo iure obligatus ſit vt hic. Perſonales
verò pro iure, quod quis habet ad rem, ſeu pro obligatione,
quam habet contra perſonam obligatam tantum, & non cõtra
alium, vt ſup. declaratum eſt. De quo vide DD. ſup. Rub.
ff. ſi cert. pet. Sequitur igitur nunc de prima ſeu principali actione
in rem, de qua text. noſter hic loquitur.

DE REI VENDICATIONE.

59 Rei vendicatio nihil aliud eſt ſecundum Io. Fab. hic num.
10. quam actio realis, domino directo, vel vtili contra poſſeſſorem,
vel quaſi, ad rem quandam corporalem competens,
qua declaratio dominij illius rei, & reſtitutio, vna cum fructibus
pendentibus, & extantibus petitur vt probatur ex tex. no-
60 ſtro hic, & ex l. actionum genera; 25. ff. de oblig. & act. Vendicare
enim propria ſignificatione eſt appropriare, ideſt ſuum
eſſe dicere, proprietatis affirmatione.
61 Subſtantialia autem huius actionis, quæ requiruntur ad
hoc vt competat, ſunt duo, quorum vnum à parte agentis,
veluti dominium, alterum à parte rei conuenti, poſſeſſio ſcilicet,
requiritur, ſecundum Gl. in verb. Poſſideat text. & Gloſ.
in leg. vnica, C. de alien. iud. mutand. cau. fac. Et vnum non
ſufficit, ad ferendam ſententiam declaratoriam, & condemnatoriam,
ſecundum DD. in d. l. vnic Nam ratione primi requiſiti
fertur ſententia declaratoria dominij, quia iudex declarat
rem eſſe actoris, vt in leg. & ex diuerſos, 35. § 1. ff. de rei
62 vend. quem text. ibi Bart. notat ad hoc, vt agens rei vendicatione
in concluſione libelli ſemper petat ſe declarari dominũ
de quo vide eund. Bart. in l. Pomponius, 40. § ſed is, ff. de procur.
Sed ratione ſecundi requiſiti iudex condemnat poſſeſſorem,
ad rem petitam reſtituendam l. officium, 9 & l. qui reſtituere,
68. ff. de rei vend. Et primum expeditur iure actionis
ſecundum vero officio, iudicis mercenario illi deſeruiente,
de quo vide Paul. de Caſt. in d. l. vnica in princ.
A parte igitur actoris requiritur dominium, vt ſcilicet ſit
dominus rei, quam vendicat, l. in rem, 23. ff. de rei ven.

Quibus competat rei vendicatio.

Ex quo colligitur, cui hæc actio competat. Et primum datur
habenti dominium directum, qui ſcilicet in re ſuperiorem
dominum non recognoſcit. Quod poteſt intelligi. I.
63 De dominio directo, reſpectu vtilis Dominij, vbi ſcilicet
proprietas eſt ſeparata ab vtilitate ſeu vſufructu rei, quam
alter habet, quale dominium dominus habet in re vaſallo
conceſſa in feudum. II. De pleno dominio, quando ſcilicet
quis non ſolum non recognoſcit ſuperiorem in dominio
rei, ſed etiam habet proprietatem cum vſu rei coniunctam,
& ita plenum dominium differt à directo, ſicut genus à ſpecie.
Omnis enim, qui habet plenum dominium habet dire-
64 ctum, & vtile ſed non contra: poteſt enim habere directum
dominium, ſed non vtile, & ſic plenum. Et de hoc quid
ſit dominium, & quotuplex, vide ordinariam doctrinam
Bart.

ADDITIONES.

a *Rei vendicatio competit ijs, qui habent dominium directum, vel vtile, vel quaſi dominium, vel ius in re.*
b *De his dominijs traditur in § ſed iſte nu. 17. hoc tit. & § ſingulorum, nu. 4. ſup. de rerum diuiſ.*
c *Plus enim cautiones in re eſt, quam in perſona, l. plus cautionis, 25. ff. de reg. iur.*

Bart.in l.ſi quis vi,27.differentia,ff.de acq. poſſ.Bald. & Salic.
in l traditionibus,20.C.de pact.

Secundo competit hæc actio habenti quaſi dominium,
quod de vtili dominio intelligendum eſt, ſecundum Bart. &
DD.in d l vnica,& DD.hic,ſup.Glo.in verſ. Poſſideat, quod
ſcilicet per præſcriptionem acquiſitum eſt, vel quod ſubalter
natur,vel quod ſubeſt directo dominio, quale haberis, qui in
re ſuperiorem dominum recognoſcit, vt eſt emphyteuta qui
habet rem ab alio, directo ſcilicet domino conceſſam in em-
phyteuſim, de quo tex.in l.1. ff.ſi ager vectig Item vaſallus, §.
1 ei autem, de inueſt. de re alien.fam. Item ſuperficiatius,qui
ſcilicet in alieno ſolo ſuperficiem ſeu ædes ſuperficiarias ita
habet,vt certam penſionem præbet, leg. ſuperficiario, (quæ
65 al §.1.in l.1.in ſpeciali,37.) ff. de rei vend. Circa prædicta
quærunt hic DD.Pone,actor in princip. tempore libelli por-
recti non erat dominus rei, ſed poſt litem conteſtatam, lite
pendente ſuperuenit ei dominium,an hoc ſufficere dicemus,
vt poſſit ſequi condemnatio contra reum? De quo vide do-
ctrinam Bart.communiter approbata,in l.& an eadem 14.a-
ctione,ff. de except.rei iud.& Ang. nu. 12.& Iaſ.nu.66. Cum
igitur à parte actoris requiritur dominium,ſequitur quod il-
66 lud,quod probare teneatur. Actoris enim eſt probare, leg.a-
ctor 23.C.de probat & l 2. ff.de prob. adeò vt actore nõ pro-
bante,reus etſi nihil præſtiterit, definitiuè abſoluatur, vulg. l.
67 qui accuſare,4.C.de edend. Vnde reus in rei vend. ſicut alia
quacumque ratione conuentus,non opus habet ſtatim dice-
re ſe eſſe dominium, & ſic dicere de ſuo tit. ſed lite negatiuè
conteſtata, debet expectare, donec actor prius intentionem
ſuam probet, vt eſt Gloſ. hic, in verb. Dicar, & notatur poſt
tex. in l ſi quidem,9 C.de excepr. Et hæc reg.reum actore nõ
probante abſolui,ampliatur,per Iaſ.hic,num. 11. procedere,
etiamſi reus expreſſe probationem ſuæ exceptionis in ſe re-
cepiſſet,nec probaſſet,quod tamen adhuc non debeat condẽ-
nari, niſi actor prius ſuam intentionem probauerit, qua non
probata,reus nihilominus abſoluitur,vt eſt gl.ſing. in l.circa,
14.in fi.ff.de probationibus.Pro cuius intellectu notabitis pul
chra verba Cyni in d.l.actor,in fi.vbi quærit: Si reus aſſum-
pſit in ſe onus probandi, rem eſſe ſuam, & in probatione de-
fecit, nunquid debet condemnari ad rem reſtituendam, vel
an debeat eam retinere? Et videtur dicendum, non poſſe re-
tinere,quia ſicut actor deficiens in probatione,carebit ſua
intentione,d.l.qui accuſare, ita etiam reus,cum in exceptio-
ne reus ſit actor, l. 1. ff. de exceptionibus tamen determinat
68 contrarium per gl.in d.l.circa,quia reus habet duo iura: vnũ
eſt,quod actore non probãte,abſoluitur:aliud,quod ipſo pro-
bante,res pronunciatur eſſe ſua,& licet in vno deficiat, aliud
69 tamen nõ amittit. Quod iterum limitate,niſi appareat,quod
reus hoc modo in ſe onus probandi aſſumens, voluerit rele-
nare actorem ab onere probandi,quia confitetur actionem,
& offert ſe in continenti probaturum ſuam exceptionem:nã
tunc reus ſuccumbens probando,vtiqꝫ cõdemnatur,ex quo
per ſuam voluntatem confeſſionem liberabit agentem ab
onere probandi,de quo vide Bald.in d.l.qui accuſare. Agens
Igitur rei vend. dominium probare cogitur, cuius probatio
eſt difficillima.Idem I.C.in d.l.is qui deſtinauit,ff de rei vẽd.
70 tradit conſilium,vt is,qui deſtinauit rem petere, debeat ani-
maduertere an aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionẽ.
71 Longe enim commodius eſt ipſum poſſidere, & aduerſariũ
72 ad onera petitoris compellere, quam alios poſſidere petere.
a Probatur autem *a* dominium. I. Per illos modos,quibus do-
minia rerum acquiruntur de iure gent.qui habentur in tit.de
acquir.rer.dom.& ff.ſup.de rer.diuiſ. Et qualiter per occupa-
tionem dominium acquiratur,vide pulchrè D.Iaſ.hic, num.
72.II.Per modos quibus dominium de iure ciuil.acquiritur,
quos enumerat Gloſ.ordinaria,in l.1.in princ. ff.de acqu.rer.
dom.& Bart.in d.l.in rem,in princ.ff.eod. III. Per inſtrumẽ-
tum emptoris,leg.proprietatis,4.Cod.de probat.& l.cum ſu-
per 10. C. de rei vend.cum alijs adminiculis,requiſitis ad ac-
quiſitionem dominij,de quibus text.& ibi DD.l. cum res,12.
C.de prob. Vnde Iaſ.poſt Io.Fab.hic, numer.72. dicit tria eſſe
probanda, quando quis vult ſe probare dominium ex titul.
empt.de quibus D in d.l.cum res.IV.Per indicia,l.indicia,19.
73 C.de rei vend.vbi Bal.& DD.declaret qualia debeant eſſe
indicia. V. Per publicam famam dominium probari,quoties
allegatur de long tempore,dicit poſt Bal. Paul. de Caſtr.in d.
l.indicia,& Alexan.de Imol.nu.18 ff. de acq poſſ. Et plura de
prob.dominij,vide poſt DD.in præfer.locis Spec. in tit. de lo-
cato,§.ſi vers.quinquageſimoſexto quæritur, Plat.& DD.hic.
Sed circa prædicta occurrit notabilis quæſtio. [An ex poſſeſ-
74 ſione quis præſumatur dominus.] De qua Bartol. poſt Gl. in
verb.Amoueri,in fi.l.quidam in ſuo, 27.ff.de cond. inſt. tra-
dit notabilem diſtinctionem,quam DD.cõmuniter ſequun-
tur. Aut dominium deducitur in iudicium per viã exceptio-
nis.I.Caſu diſtinguitur.1.Aut principaliter intentatum, vt fit
in rei vend. in qua dominium principaliter deducitur in iu-
dicium, actorque petit ſe declarari dominum,& tunc debet
directo dominium probari,nec probata poſſeſſione dominiũ
præſumitur,d.l.in rem,in princ.niſi dominus agat cõtra vio-
lentum poſſeſſorum, etenim tunc probando poſſeſſionem
tempore violentiæ, etiamſi agat directa rei vendicatione in
odium ipſius violenti poſſeſſoris,præſumitur actor dominus
ex poſſeſſione anteriores bonæ fidei. Eſtque ratio,quia inua-
75 ſor non poteſt replicare quæſtionem dominij,vt not.gloſ.ita
vt & ſi fur.16.ff.commod.de hoc poſt Bart.in d.l. quidam in
ſuo, vide omnino Ang.in d.§.ſic itaque,14.num.8. inf.eod.2.
Aut dominium deducitur in iudicium incidenter,vti fit in
confeſſoria,& negatoria actione, vbi principaliter ſeruitus,
& incidenter dominium in iudicium venit, & tũc ſubdiſtin-
guitur. Aut actor inducit poſſeſſionem de præſenti,& pręſu-
mitur dominus,ſec.Gloſ.in d.l.quidam in ſuo,& Gl.in verb.
Poſſeſſoris,l.ſicut,§.quæratur,ff.ſi ſeru.vend.niſi contrarium
probauit,nam tunc probatio vera tollit fictam, ſec. Angel. in
d. §.ſic itaque. Aut ad probationem dominij inducitur poſſeſ
ſio de præterito, & illo caſu non facit quem præſumi domi-
76 num,ſec.Bar.in d.l.quidam.II.Caſu, quando dominium de-
ducitur in iudicium per modum exceptionis, itidem diſtin-
guitur,aut hoc fit ante fundatam intentionem actoris, & pręſumitur dominus, ſufficit enim quod alius non oſtendatur
dominus,d.l.qui accuſ.vt ſup. dictum eſt. Aut poſt fundatam
intentionem actoris,& non præſumitur dominus,de quo la-
tius vide Bald.in d l.indicia,& Abb.in cap.Cum ad ſedem,13.
b ext.de reſtit. ſpol. Vltimo notandum, *b* olim dominus hodie
pręſumitur dominus,quãdo ſcilicet allegat ſe eſſe dominum,
77 & cõſtat ipſum olim fuiſſe dominum, quia tunc præſumitur
perſeueraſſe dominus vſque ad mortem,vt eſt Glo.poſt text.
in l.ſiue poſſidetis,16.in verb.Conſtituti, & ibi DD. Cod. de
prob.addite Glo.& DD.in d.c.Cum ad ſedem ſup.verb. Diu-
tius, Ang.& Iaſ.in d.§.ſic itaque,inf.eod.

Secundo,in rei vendicatione,ad hoc,vt locum habeat, re-
quiritur à parte rei conuenti poſſeſſio, vt reus ipſam rem,
quam actor vendicat,& petit,poſſideat, tex.eſt in d.l.vnica.
78 C.de alien iud.mutan.cauſ.fact. Nec refert, vtrum mala an
bona fide etiam cum titulo poſſideat. Dominium enim præ-
ualet titulo, d l. officium, in princ. Sed iam quæritur, de qua
poſſeſſore hoc intelligendum ſit,& ita.

c *Contra quem c hæc actio competat?*

79 Primo igitur non eſt dubium,quin aduerſus eam regulari-
ter competat,qui rem poſſidet ciuiliter,& naturaliter,id eſt,
qui rem corpore,& animo habet, per ſe, vel per alium, & ſic
habet facultatem rei reſtituendæ,d.l. officium, ad d.l.poſſide-
rit,3.in princ. iunct.§.ſi ſeruus,15.& §.ſaltus,ff.de acq.poſſ.

Secundo,contra naturaliter poſſidentem tantum,qui cor-
pore nanciſcitur detentionem rei: nam, & is habet faculta-
tem rei reſtituendæ,d.l.officium.

Tertio, aduerſus ciuiliter poſſidentem tantum, hoc eſt,
qui animo tantum retinet poſſeſſionem, cum interim cor-
pus abſit, vt in l.clam poſſidere, 6. §. qui ad nundinas, ff. de
acquiren.poſſeſ. Et contra ciuiliter poſſidentem rei vendica-
tionem competere,concluditur per Gl.ſuper Rub. ff.eodem
quam DD.ibi,& hic communiter ſequuntur. Si dominus feu
d di,qui conceſſit alteri fundum in feudum, dicitur *d* ciuiliter
poſſidere, & tamen poterit hac actione conueniri ab alio,
qui dicit ſe eſſe directum dominum, & ſi habet facultatẽ rei
reſtituendæ,tunc res eſt plana,contra eum executionem fie-
ri poſſe,ſi vero non habet,tunc ſecundum Ioa Fab.hic, num.
22.ſi petitur ius,quod ciuiliter poſſidens dicit ſe in re habere,
debet reſtituere, vel illud dimittere, & poteſt iſta reſtitutio
fieri

ADDITIONES.

a *An præſumatur dominium ex poſſeſſione? Dictum in §. ſed iſta,nu.60.infr.eod. De probatione dominij adde Lanfrancum in praxi c.de teſtib. Imol.4.conſil.1.12.11.*

b *De hac præſumptione vide Alciatum 2. præſump. 20. & cap. Preterea, de tranſactionibus.*

c *Reales actiones aduerſus quos tranſeant,vide Concenat.quarta quæſt.4.*

d *Vide infra §.poſſidere,tit. de interdictis.*

Digitized by Google

fieri ſolo verbo,de quo latius vide hic Iaſ. nu. 106. Sententia
80 tamen lata contra ciuiliter poſſidentem non præiudicat na-
turaliter poſſidenti,ſecundum Gloſ.in d Rub.ff.eod. & Gloſ.
in l.Pomponius,13 §. is qui precario,in verbo, Accedere ,in
fin.& ibi Bart.ff.de acq.poſſ.& Bart.in d.l.officium, & D.Iaſ.
hic,num.108.
81 Quarto hac actione conueniri poteſt,qui nudam habet,&
corporalem, (vt vocant) detentionem , ita vt etiam domi-
nus poſſit vendicare rem à commodatario,& depoſitatio,vt
eſt text.in d.leg.officium.Commodatarius enim dicitur nu-
dus detentator,habens tamen facultatem rei reſtituendæ, ad
cuius pleniorem intellectum vide Iaſ.in ſ.æque,num.58 inf.
eod.Hoc tamen fallit.I.Quando verè poſſidens ſe offert liti ,
quia tunc talis detentator non poteſt conueniri , ſecundum
Innoc.in cap.Cum ſuper,17.extr.de ſentent. & re iud. & Iaſ,
hic,numer.101.II.Detentator poteſt euitare iudicium, ſi no-
minet dominium rei , & dicat ſe nolle rem defendere , iuxta
Glo.in d.l.officium,in verbo,Peó poſſe,per l.a.C.vbi in rem,
&c.De quo vide hic Ioan.Fab.num,23. & Iaſ.nu. 100. Quali-
82 ter autem fiat executio contra nudum detentatorem, tradit
Bald.in Auth. Et qui, Cod.de bonis author iud &c.videlicet,
quòd actor mittatur in illam aſininam detentionem , vt re-
83 fert hic Iaſ.nu. 102. An autem ſententia lata contra detinen-
tem alio nomine, præiudicet domino ſaltem in poſſeſſione ,
concludit Bart.in d.l.2. nu.9. quod non, refert & ſequitur hic
D.Iaſ.num 103,
84 Quinto rei vendicatio competit, ſecundum Gloſſ. hic , in
verb.Poſſideat,aduerſus quaſi poſſidentem. Capitur autem
quaſi poſſeſſio,& quaſi poſſeſſor,ſecun.Bar. & Paul.de Caſt,
in d.l. vnica,dupliciter. 1. Verè ac propriè, in rebus incorpo-
ralibus , vt ſunt ſeruitutes. Hæ enim verè non poſſidentur ,
ex quo nec palpari, nec videri poſſunt , ſed quaſi poſſidentur
leg.ſeruus,43.§.pen.ff.de acqu.rerum domin. & notatur ſup.
de rebus corp. & incorp. Et pro his non competit rei vendi-
catio, quæ tantum cauſa rerum corporalium prodita eſt, ſed
alia actio in rem, de qua in §. ſequ. dicetur. 2. Impropriè, vt
in terminis noſtris , pro reo, qui dolo deſijt rem poſſidere ,
quia doloſè rem alienauit , vel perdidit , ita vt etiam eam
reddere non poſſit,nam & is proinde conuenitur rei vendi-
catione,ac ſi adhuc poſſideret,leg,qui dolo,131 .& leg.parem,
150 ff.de reg iuris,& l.is qui dolo, 69.cum l. ſin autem 27. §.
ſed & is,ff.de rei vend.& d.l. vnica, &c. Ad cuius intellectum
ſciendum , actiorem hoc caſu, quando reus deſijt dolo poſſi-
85 dere,tria remedia habere,ſecundum gloſ. fin. & D. in d. leg.
vnica. Nam competit ei. I. Actio perſonalis in factum præ-
toria contra deſinentem dolo poſſidere,ad intereſſe , quanti
ſcilicet intereſt actoris,rem in alium alienatam, & translatã
non eſſe, ex edicto Prætoris, de alienatione iudicij mutandi
cauſa facta, l.3.§.ex quibus,ff.de ali. iud.mu. &c. II. Directa
rei vendicatio,contra illum,in quem facta eſt alienatione,ra
tione poſſeſſionis,dict.l.vnica. III. Vtilis rei vendicatio,quæ
86 competit contra dolo alienantem , non ex edicto Prætoris ,
ſed ex dolo aduerſarij : ita vt dolus alienantis habeatur pro
poſſeſſione,d.leg.qui dolo,ff.de reg.iur Et hoc caſu non con-
ſequitur actor ipſam rem , cum reus non habeat amplius fa-
cultatem reſtituendi,ſed æſtimationem rei,& iuratur contra
reum in litem,ſine vlla taxatione,ſi ſcilicet dolo alienaui . Si
vero culpa leuiore poſſeſſionem amiſerit, veram æſtimatio-
nem rei petitæ reus præſtare cogitur,vt eſt text.in leg.qui re-
ſtituere,68.ff.eod.Habet tamen actor hoc caſu electionem ,
87 vtrum velit conuenire alienantem , an eum , in quem facta
eſt alienatio, d.leg. vnica. Neque directa,vel vtilis rei vend.
per actionem in factum tollitur cum ad diuerſa competant .
Rei vendicatio enim rem perſequitur , ſed actio in factum
competit ſolum ratione intereſſe,de quo eſt Gloſ.fin.in fi. &
ibi Doct.in d.leg.vnica.Idem eſt,ſi lata culpa deſijt poſſidere
per text.in leg.qui petitorio,36.§.1.& Gl. in d.l.ſi autem,§.1.
in verbo,Dolo,ff.eod.de quo remiſſiue Iaſ.hic, num.97.in fi.
Dolo igitur poſſidens, rei vendicatione conueniri poteſt,
quod eſt verum, poſt litem conteſtatam dolo deſijt poſſide-
re,tex.eſt in d.l.ſin autem,ſ.1.ff.eod.Idem ſi ante litem con-
teſtatam,ſecundum Ioan. Fab.hic, numer.23. tametſi D. Iaſ.
hic, numer.78.putat tunc non competere rei vendicationem
ſed actionem in factum, ex edicto Prætoris, & addit ita mi-
rabiliter,& notabiliter limitari à Panor.in cap. 1.ante fin.ext.
de alien. iud. mutan. cauſ. &c. Nam iſta limitatio procedere
non poteſt,cum lege non probetur. Erubeſcimus autem abſ-
que lege loqui,cap.Conſideremus,5 Nou. De triente, & ſe-
miſſe.Imo eſt contra apertiſſimum textum,in d.l.ſin autem,
§.ſed & is,vbi dicitur : Sed & is,qui ante litem conteſtatam
88 deſijt rem poſſidere,tenetur in rem actione. Probatur au-
tem quem dolo deſiiſſe poſſidere, ſecun.Bart. in d.l.qui peti-
torio , in princip. ſi actor denunciauit reo,ſe velle illam rem
vindicare , & reus poſtea alienat , vel etiam poſt oblatum li-
bellum, de quo Abb.in d.cap.primo, & D.Iaſ.hic, numer.79.
89 Circa prædicta quæritur,quid iuris ſit,quando reus conuen-
tus actione reali , negat ſe poſſidere , & conuincitur poſtea
de mendacio,quia actor probat eum poſſidere:Et licet regu-
lariter poſſidentes etiam res alienas, non teneantur eas reſti-
tuere,niſi probantibus de iure ſuo,leg.fin. C.eod. hoc tamen
caſu,debet poſſeſſio incontinenti à reo auferri, & in actorem
transferri,etiam de iure ſuo non probantem,text.eſt not in l.
fin.ff.eodem.Et hoc propter odium,in pœnam mendacij , ſi-
cut in ſimili dicitur, de vaſallo negante rem feudalem, qui &
ipſe conuictus de mendacio,perdit feudum,§. vaſallus, 1. in
cap. Si de feud. defun.cont ſit inter dom. & agnat. in vſibus
feud.add.ſimilem text.in Auth. Contra qui propriam, C. de
non num.pecun.vbi Salic. poſt text. ibi inquit, pœnam men-
dacis eſſe,vt etiam vera dicenti non credatur, & de pœnis ne-
gantium, vide Iaſ.in l.fin. Cod. de fideicommiſſ. Et prædicta
90 procedunt , etiamſi reus incontinenti vellet probare domi-
nium , hoc enim non obſtante propter mendacium punien-
dum,adhuc transfertur poſſeſſio in actorem vt inquit Bal.in
d l.fin.ff.eo.alias mendacium non puniretur,ſecundum Abb.
in c pen.de iur. calumn. Aduertendum igitur ſecundum Iaſ.
hic,nu.91.eo ipſo,quod reus conuentus rei vendicatione, ne-
gat ſe poſſidere,actorem debere cautum eſſe, & petere à iu-
dice,vt mittatur in poſſeſſionem iſtius rei, tanquam vacantẽ
& ita Ang Perus.dicit ſe practicaſſe,in d.l.fi.Refert, & ſequi-
tur Cep.in caut.161.Abb.tamen in d.l. pen. refert tria ad hoc
eſſe neceſſaria, vt hoc caſu poſſeſſio in actorem trãsferatur .
91 1. Quod reus conuincatur de mendacio , neque enim ſuffi-
cit,ipſum poſſidere,ſi ignorabat ſe poſſidere,quia per filium,
vel ſeruum acquiſierat ignorãs poſſeſſionem. 2. Quod actor
probauit eum poſſidere, nec ſufficit ſolum mendacium , ſed
requiritur, vt actor etiam grauatus ſit onere probandi , ſec.
Bat.in d.l.fi.& Iaſ hic nu.93.3.Quod agatur reali, non perſo-
nali actione,de quo latius vide Abb.in d.c.penult. & Iaſ. hic,
vbi refert aliquot limitationes add.l.fi.inter quas illa diligen-
ter notanda eſt,diſpoſitionem d.l.fi. procedere, quando reus
in ſpecie negat,ſe rem petitam poſſidere:ſecus autem, quan-
do ſimpliciter negat narrata,prout narrãtur, eſſe vera. Vnde
92 loco cautelæ D.Iaſ.hic ſubijcit, vtiliſſimum eſſe in actu pra-
ctico, vt conuentus nunquam neget ſe poſſidere , ne incidat
in pœnam,d l.fin.ſed ſimpliciter neget narrata,prout narran-
tur in libello,eſſe vera, veluti: Dicit reus conuentus animo,
& intentione litem negatiue conteſtandi , narrata in libello
actoris,prout narrantur, & petita quoque non eſſe vera. De
quo vide ordinariam doctrinam Bart. quam numquam de
memoria delendam eſſe dicit Iaſ. in l. ſi dubiter, 10.§ ita de-
93 mum,ff.de fideiuſſ. Sic negans ſe eſſe fideiuſſorem, conuictus
de mendacio,ſecundum Bald.in d.Auth.Contra,qui propriã,
per tex.in d.§.ita demum,perdit beneficium diuiſionis,& ex-
cuſſionis, de quo Auth. præſente, C.de fideiuſſ.quando ſcili-
cet ſimpliciter negat ſe fideiuſſorem,& ita negat id,quod eſt
cauſa beneficij: ſecus, ſi negaret ſupr.generaliter prædicta in
litis conteſtatione, negando narrata, prout narrantur ; nam
tunc hoc beneficium non perdit,ſec.Bartol.Paul. de Caſtr.&
Doct.in d.§.ita demum.
94 Sexto,competit rei vendicatio aduerſus eum , qui fatetur
poſſeſſionem, & offert ſe liti, quamquam re vera non poſſi-
deat,neque dolo,aut culpa deſierit poſſidere rem litigioſam.
Imputet enim ſibi quod mentitus eſt,l is qui ſe obtulit,25.cũ
duabus legibus ſeq.ff. eodem.Quod eſt verum.I Si actor ne-
ſciat mendacium,alioqui ſcientia ei nocet, leg. nam ſi actor,
26.ff.eodem. II. Si reus in iudicio dixit ſe poſſidere , quia
tunc poterit condemnari : ſecus autem , ſi extra iudicium ,
ſecundum Bartol in d.l, is qui ſe obtulit. III. Si perſeuerat in
confeſſione:nam ſi ante litem conteſtatam reuocauerit non
condemnatur,ſecus ſi poſt litem conteſtatam, d.leg.is qui ſe
obtulit,& ibi D.Ex quibus omnibus colligit Ang hic num.8.
95 cautelam ,quam multum commendat D Iaſ. hic , numero
99. vt actor in principio iudicij , ſecundum conſilium Iuriſ-
conſ.in d leg.qui petitorio,faciat interrogari reum,an poſſi-
deat , vel detineat rem, quia velit eam per legitimam actio-
nem vendicare . Et quia confeſſio extraiudicialis regulari-
ter confitenti non præiudicat,de quo vide plenè Ferr.in for-
ma interrogationum fienda , cum reo conuento reali actio.
ſuper verb.Compellatis,& proceſſum. D.Kening.ca. 36.cum
duobus cap.ſequentibus debet offerre iudici interrogationes
& petere , vt ex officio ſuo compellat reum , mediante iura-
mento reſpondere , vt declarat Ferr. in d. forma interrogat.
&

Digitized by Google

& l. ſi reus conuentus reſponderit ſe poſſidere, tunc actor ſe-
cure contra reum agere poteſt ſiue in veritate poſſideat, ſiue
non. Si enim non poſſidet, in qui præiudicium habetur pro
poſſeſſore, & condemnandus erit, ex quo in iudicio reſpon-
dens ſe poſſidere, dicatur, liti ſe obtuliſſe, d. l. is, qui ſe obtulit.
Si vero negat ſe poſſidere, tunc ſi hoc verum eſt, vlterius cō-
tra eum non eſt procedendum, ſed actor debet petere, vt iu-
dex eum mittat in poſſeſſionem rei, tanquam vacantem. Si
vero ſciens ſe poſſidere negat, & actor probat poſſeſſionem,
atque ita detegatur rei mendacium, conuictus de mendacio
ſuſtinebit pœnam, d. l. ſi. ff. eod. videlicet, vt priuetur poſſeſſio-
ne, quæ in actorem transfertur, non tamen amittit proprie-
tatem, ſi erat dominus, ſed tantum aufertur commodum
poſſeſſionis, adeo, vt deinceps efficiatur actor, & dominium
cogatur probare, cuius probatio ſecūdum Doct. in leg. cum
res, 12. Cod. de prob. eſt difficilima, nec auditur amplius, niſi
ſuper proprietate, de quo latius hic, vide Abb. in dict. cap. pen.
de iur. cal.

Porrò ſupra dictum eſt, actori onus probandi ſuam intē-
tionem incumbere, d. l. actor, C. de prob. & d. l. qui accuſare,
C. de edendo. Et quia ad hoc vt rei vendicatio locum habeat
requiritur a parte actoris dominium, & à parte rei conuen-
ti poſſeſſio, tenetur etiam probare vtrumq; nō ſolum domi-
nium, ſed etiam, quod reus rem petitam poſſideat, vel dolo
deſierit poſſidere. Probatur autem poſſeſſio. I. Quando quis
96 naturaliter inſiſtit in re, l. 1. in princ. & l. 3. in princ. ff. de acq.
poſ. II. Quando quis fructus ex vinea, vel fundo colligit, ſec.
Bal. in l. 3. C. ſi. reg. & eſt tex. in l. Titia, 48. ff. de ſolutio. III. Ex
ſolutione penſionis de quo Bar. in l. qui vniuerſas, 30. §. quod
per colonum, ff. de acq. poſ. IV. Quando quis fecit arare, cole-
re fundum, ſeminari, vt eſt Gloſ. ordinaria in d. l. 3. ſuper ver-
bo, Finiatur, C. ſi. regul. V. Per inſtrumēta locationum, vt de-
clarat Ferrarienſ. in forma libelli, pro turbata poſſeſſione, ſu-
per verbo, Hodie. Et obiter notandum, ſi probatum fuerit,
97 reum ſemel acquiſiuiſſe poſſeſſionem, quod tunc continua-
ta præſumitur, cum ſolo animo retineat, d. l. qui vniuerſa, §.
quod per colonum. Et de hoc qualiter poſſeſſio probetur, vi-
de latius in d. l. 3. & Ang. in §. ſic itaque 14. inf. eod. Reſtat nūc
formatio libelli in rei vendicatione, & quia præcipue ex hoc
titulo diſcendum eſt, qualiter libellus in vnaquaque actione
rite, & legitime ſit concipiendus, ne propter ineptitudinem
reijciatur, pauca, & generalia quædam præcepta de libellis,
poſt Iaſ. hic ſubijcienda, & præmittenda eſſe duxi.

DE FORMATIONE LIBELLI.

98 Libellus eſt breuis, & ordinata ſcriptura, claram cōtinens,
a & iudici, & parti demonſtrans intentionem a actoris, vel ac-
cuſatoris. illam definitionem probat Cyn. in Auth. Offeratur
99 C. de litis conteſt. Et dicitur ſcriptura, quia de ſubſtātia libel-
li eſt, vt in ſcriptis offeratur, text. eſt in c. 1. & ibi Canoniſtæ,
de libelli oblat. Hinc dicit Bart. in leg. ſacris, C. de proximis ſa-
crorum ſcriniorum, l. 10. ſi aliquis vadit ad iudicē, & dicit No-
tario actorum, ſcribe me petere à Titio decem ex cauſa mu-
tui, & eum condemnari ad ſoluendum, hunc non dici libellū,
in ſcriptis offerre, nec ordinario modo procedere, licet nota-
rius ſcribat. De conſuetudine tamen in multis locis, præterea
etiam in Principum aulis ſeruatur, vt etiam in iudicio ordi-
nario libellus in ſcriptis non offeratur, ſed tam actor, quam
reus coram Notario pronuncient ſuas petitiones, vſque ad
ſententiam definitiuam. Nam conſuetudo fori derogat iuri
100 ſcripto, l. 3. § fin. & ibi Bart. ff. de teſtibus. Dicitur b breuis,
b quia verborum prolixitas à iure reſpuitur, l. ampliorem, 39. §.
in refutatorijs. C. de appel. Nec ſyllaba ſuperflua poni debet,
101 gaudent enim breuitate Moderni, vt eſt gloſ. 1. ff quod me-
tus cauſa, vnde vulgo in libellis dici ſolet: Comparet N. & bre
102 uiter narrat, &c. Dicitur c Claram, quia claritas eſt amica
c legibus, c. Nos igitur omnia, 1. Nou. 107. de teſt. imperf. Dici-
103 tur, Ordinata, quia iuſtus ordo ſeruandus eſt, vt concluſio
non præcedat narrationem facti, nec enim prius executio pe
tenda eſt, quam lata ſit ſententia, l. 1. C. de executio. rei iudic.
104 Dicitur, Iudici, & parti, offertur enim iudici, vt poſſit iuxta
formam libelli proferre ſententiam, cum ſententia debeat eſ-
ſe conformis libello, vulg. legg l. fin. C. de fideicom. liber. Et
parti, vt deliberet, an velit cedere liti, vel contendere, dict.
Auth. Offeratur, & l. 1. ff. de edendo. Et fit oblatio libelli parti
reæ per iudicem poſt citationem, Magis tamen vſitata pra-
ctica eſt, vt iudex vna cum citatione mittat libellum reo, vel
inſerat citationi tenorem libelli, ex quo reus inſtruatur, adde
DD. in d. c. 1. de libelli oblat. & in d. Auth. Offeratur, & adde
105 Angel. in §. tripli, 24. num. 7. inf. eod. Dicitur [Actoris, vel
Accuſatoris,] quia libellus eſt duplex, ſecun. Gloſ. in d. cap. 1.
Conuentionalis, qui in ciuilibus cauſis offertur, & Accuſato-
rius, vel Querimonialis, qui in criminalibus offertur, l. libello-
rum, 3. ff. de accuſationibus, de quo latius vide Spec. in tit. de
libel. concept. Sicut autem argumentum Logicorum conſi-
ſtit ex maiore, minore, & concluſione: ita apud Legiſtas, (vt
eſt ordinaria doctrina Bart. in l. prius, 15. num. 10. ff. de noui
106 operis nunciatio.) libellum ex tribus conſtare debet. 1. Ex
narratione facti, quę habetur pro maiore. 2. Ex cauſa, vel me
dio concludendi, quod eſt loco minoris. 3. Ex cōcluſione, quę
neceſſario ſequitur ex medio concludendi, vt declarat Iaſon
107 hic, nu. 15. Quod ad primum attinet, Aduocatus tria ob ocu
los habere debet, ſecundum Spec. in tit. de libell. concept. §.
fin. in ſi. I. Vt pauca, & non ſuperflua ponantur. Melius enim
eſt pauca vtiliter effundere, quam multis inutilibus aures
hominum prægrauare, l. 2. §. contrarium, 15. verſic. Deinde,
C. de veter. iure enucleando. II. Vt ponantur neceſſaria, &
vtilia, quæ ſi probata fuerint, iuuant intentionem actoris, vt
notatur in c. Examinata, 15. extr. de iud. III. Vt ponantur ge-
neralia quo actor in proceſſu habeat plures vias, & diuerti-
108 cula, ad ſuam intentionem fundandam. Et in ſumma hoc
breuiter obſeruandum eſt, vt factum clare, perſpicue, & con-
gruenter narretur, ita vt ex eo aliqua cauſa reſultet, ſeu me-
dium concludendi, ex quo ſequatur concluſio, ſecundum Iaſ.
109 hic, nu. 115 Circa ſecundum cauſam ſcilicet, quæ in libello
d d exprimi debet, animaduertēdum eſt, actionum cauſas alias
eſſe propinquas, alias remotas, de quo Doct. in d. l. 1. ff. de e-
111 dendo. In reali actione, cauſæ propinquæ ſunt dominium, vt
in rei vendicatione vel quaſi dominium, vt in Publiciana, vel
ius vt in re confeſſoria. Remotę vero cauſæ ſunt contractus,
vel tituli, ex quibus dominium, vel quaſi, vel ius in re acquiſi-
tum eſt, veluti actor ſe dicit dominium equi, quia à teſtatore
ei ſit legatus. In perſonali vero actione, cauſa remota eſt
contractus, vel quaſi delictum, vel quaſi: cauſa proxima eſt
obligatio, quæ dicitur mater actionis, vulgata, l. licet, 12. §. ea
112 obligatio, ff. de procur. Nūc ad propoſitum in actione reali
communiter concludunt Doct. poſt Gloſ. in d. l. 1. ff. de eden-
do, & gl. in cap. 2. de libel. oblat. cauſam proximam de neceſ-
ſitate exprimendam eſſe, dominium ſcilicet, vel quaſi, vel ius
in re, ex quo actio oritur. Nec requiritur, vt cauſa remota
exprimatur, contractus ſcilicet, vel titulus, quo mediante do-
minium, vel ius in re quiſitum eſt, ſufficit enim dico. Peto
hanc rem, quæ pertinet ad me iure dominij, nec eſt opus a-
dijci, ex qua cauſa, vel titulo ſi dominus, quia hoc deinde ex
probationibus actoris patebit. Verum enim vero licet hoc
non ſit neceſſe, vtilius tamen eſt actori, vt etiam cauſam re-
motam alleget, ſcilicet, vt actor dicat, aliam rem, ad ſe ſpe-
ctare iure dominij, quia ſit ei legata. Nam tunc ſi ſuccum-
bat ex illa cauſa, poterit eandem rem ex alia cauſa petere,
quia ſit ei donata, non obſtante exceptione rei iudicatæ, vt
notatur in leg. ſi mater, 11. §. 1. & 2. in leg. & an eadem, 14. §.
actiones, ff. de exceptione rei indic. Si vero nullam cauſam
expreſſit, omne ius ſuum, in iudicium deduxiſſe videtur, cum
res niſi ſemel noſtra eſſe non poſſit. Vnde obſtabit ei exce-
ptio rei iudicatæ, ſi reus abſolutus fuerit, vt eſt text. & ibi not.
in dict. §. actiones, & eſt gloſ. & ibi Doct. in dict. cap. 2. de lib.
obla. & pulchre declaratur hic per Zaſ. qui ſubijcit cautelam.
quan-

ADDITIONES.

a *Eſtne libellus in quaque cauſa neceſſario, offerendus etiam non petente aduerſario? Vtroque iure & ciuili, & canonico offerendum traditur per Doct. in c. 1. de libelli oblatione, & 5. q. 2. c. 2. Vide tamen plures exceptiones apud Soc. reg. Libellus in qualibet cauſa 233.*

b *Sic tamen, vt res ſpecifice contineat. Id enim libellus complecti debet quacunque actione quis experiatur, ſiue reali, ſiue perſonali, ſiue ſingulari, ſiue particulari, cap. vlt. de libel. oblat. Vide tamen tres exceptiones apud Soc. reg. Libellus ſine actione reali. 235.*

c *Ambigua tamen libelli verba in edentis commodum interpretari oportet, l. ſi quis intentione, ff. de iud. quod tamen in criminalibus cauſis non admittit Bal. in l. quoties, §. ſi quis, ff. de hered. inſt. Duas alias exceptiones, vide apud Soc. in reg. Libelli verba 237. Sunt tamen libelli verba ſuſtinenda, etiamſi improprie accipiantur.*

d *Eſtne in ſententia eodem modo cauſa inferenda. Minime, l. in ſententijs, ff. de re iud. Gl. in l. ſi me, & Titium, ff. de accept. re. iud. Vide tamen Soc. reg. Iudex cauſam.*

ita quando actor in reali actione ſimpliciter, non expreſſa cau-
ſa, dicit ſe eſſe dominum, vt reus non petat libellum declara-
ri,& actorem cogi ad exprimendam cauſam remotam, nam
alias ſecundum Cyn.in l.edita,3.C. de edendo, proprio ligo-
ne pedem vulneraret,de qua cautela vide hic Iaſ. nu. 127. In
perſonali vero actione,non eſt neceſſe proximam cauſam,
obligationem ſcilicet exprimi,vt tenent Bar.& communiter
DD.in d.l.1.contra Gloſſ.ibi: Nam ſi cauſa remota exprimi-
113 tur,ſcilicet contractus, libellus poſtea præſumptiuè côclu-
dit,quod ſufficit ſecundum Bart.in leg.omnes,17.§.Lucius,ff.
de his,quæ in fraudem credit,&c. Vnde ſi dico, me tibi ven-
didiſſe, & tradidiſſe librum, ius præſumit te fuiſſe, & adhuc
eſſe obligatum ad pretium,niſi contrarium probes. Allegans
enim ſolutionem,eam quoque probare tenetur,l.ſi.C. de ſo-
114 lut.& vide Iaſ.hic num.123.Sed cauſa remota de neceſſita-
te exprimenda eſt,vt notatur in d.cap.2.de libel.obl. & in d.l.
1.& in d.§.act. Alias contra libellum,tanquam generalem,&
obſcurum opponi poteſt,ſi tamen opponatur à parte libellus
procedit non expreſſa cauſa, ſecundum Bartol. & DD. in d.
leg.1.poterit enim actor in perſecutione,& articulis cauſam
exprimere, & prior generalitas in actione perſonali reſtrin-
gitur ad illam cauſam expreſſam, quippe ſequentia decla-
rant, & reſtringunt antecedentia, vulgat. leg. ſi ſeruus plu-
rium,50 §. final. ff.de l 1. Licet hoc in actione reali non pro-
cedat,cum actor omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe intel-
ligatur, vt dictum eſt:& pulchre declaratur per Paul.de Caſt.
d.§.actiones. Ratio autem diuerſitatis,quare cauſa remota
115 in perſonali ſit exprimenda, & non in reali actione, eſt ſe-
116 cundum Cyn.in d.leg edita,quia actio in rem, vt rei vendi-
catio ſemper vniformis ſibique ſimilis, id eſt, vna eademque
natura eius eſt,ſiue actor dominium ſit nactus iur. gent. ſiue
ciuili,item ſiue ex contractu ſtricti iuris,ſiue bonę fidei,item
ſiue ex contractu oneroſo,vt emptionis, ſiue lucratiuo, puta
donationis. Vnde rei conuento non intereſt,in initio ſcire,
ex qua cauſa actor ſit dominus, imo magis hoc ei obeſt, vt
dictum eſt. Sed actio perſonalis non ſic eſt vniformis, ſed di-
uerſæ naturæ,& qualitatis. Alia enim eſt bonæ fidei,alia ſtri-
cti iuris,vt in §.actionum,28.inſ.dicitur. Vnde neceſſe eſt,
ſimul cauſam, contractum ſcilicet, vel quaſi,exprimere, vt
certior fiat qua actione conueniatur, vt deliberare poſſit,
vtrum velit cedere liti,an contendere,per d.Auth.Offeratur,
& vide hic Iaſ.num.122.

117 Circa tertium,concluſionem ſcilicet, notandum eſt com-
munem eſſe ſententiam DD. quod in omni libello neceſſa-
a ria ſit concluſio, quia iudex a non interponit ſuum officium,
niſi imploratum,l.4.§.hoc autem iudicium,8.cum ibi notatis
ff.de dam.infect.& tota vis libelli conſiſtit in concluſione.
Vnde ſecundum Innoc.in cap.ſuper literis,21.ext. de reſcript.
dicitur: Non quid narratur,ſed quid concluditur,attendi de-
bet, & Angel.hic dicit, adeo eſſe aduertendum ad concluſio-
nem,vt non ſit potius in libello aliud. Nam concluſio, am-
118 pliat, reſtringit, & declarat actionem intentatam, & ex ea
apparet,qualiter præcedentia intelligenda. Hinc Bald.inquit,
in l.nec quicquam,9 §. vbi decretum,ff.de officio procóſ. per
concluſionem reſtringi narrata in libello,ad ea, quæ conclu-
ſiue petuntur,de quo latius vide hic poſt Ang Iaſ. num. 129.
& Ang.in §.huic autem (al.verſ.eſt in §.ſi quis agens,33.)nu.
1.inſ.eod.vbi inquit: Nota regulam vniuerſalem,de conclu-
ſione vniuſcuiuſque libelli, quod ad hoc, vt concluſio proce-
dat,ea ſemper debeat eſſe naturę,efficacię,&qualitatis ipſius
obligationis, vt ſi eſt pura obligatio, pure & præciſe petatur
condemnari reum: ſi vero alternatiua,alternatiue petatur,
alias incidit actor in pœnam iſtius §. Sunt tamen aliquot ca-
b ſus, in quibus concluſio b omittitur. I. Quando quis agit
119 poſſeſſorio recuperandę: nam tunc in odium violenti inua-
ſoris,libellus abſque concluſione procederet, de quo Iaſ.hic,
num.135. II. Quando vltra narrationem apponitur aliquod
prægnans verbum,quod habet vim concludendi,veluti, Cô-
queror de Titio,cui mutuaui,10.quæ non reſtituit,ſecúdum
Iaſ.hic d.nu.135. III. Quando factum narratur coram Prin-
cipe,vt refert idẽ Iaſ.hic,num.135.IV.In cauſis criminalibus:
ſufficit enim ſola facti narratio,quoniam ibi agitur ad vindi-
ctam publicam, l.locatio,9. §.quod illicite, 5.ff. de public. vel
ad pęnam corporalem infligendam accuſato, vel pecuniariã
applicandam fiſco,& ideo iudex ex officio ſuo, etiam nemi-
ne petente ſupplere, & procedere poteſt, facit leg.congruit,
13.ff.de offic.præſidis. Et quia hoc caſu non petit aliquid de-
bere fieri, vel dari parti accuſanti, concluſio non eſt neceſſa-
ria, de quo vide hic Iaſ.nu.137. qui ex hoc infert limitationẽ
in omnibus,in quibus iudex procedit ex officio nobili, vbi ex
officio ſupplere poteſt, concluſionem non eſſe neceſſariã, &
licet iſto caſu inepte concluſio apponatur,hoc tamen non no
cere. Refert & Iaſ. hic etiam limitationem, quam vide num.
137.in fin. Nunc quædam de clauſulis quotidianis,quæ non
ſine ratione, ſed aliquando propter vtilitatem, aliquando
etiam ex neceſſitate libellis inferuntur, poſt Iaſ.hic ſubijcien-
da,& notanda ſunt.

120 Primum igitur in principio libelli dici ſolet. Coram vobis
domine Iudex,&c.quia ſec.Abb.in d.c.1.de libel.oblat.Iudici
primo libellus offerri debet. Item in omni iudicio ordinario
requiruntur tres perſonæ,Iudex, Actor,Reus,cap.Forus,10.
extra de verb.ſign.Et iudicis officium deſeruiens actioni im-
plorandum eſt, d.l.4.§. hoc autem iudicium,ff.de damn. inf.
c Et nota, quod non ſit neceſſe in libello exprimere c nomen
proprium iudicis coram quo agitur, ſed ſufficiat exprimere
nomen dignitatis,ſeu iuriſdictionis,ſiue tribunalis, quia non
agitur coram eo,tanquam priuata perſona,ſed tanquam pu-
blica, dignitatem, & iuriſdictionem habente, de quo vide
Plat.in § præterea,31.nu. 10.inſ.eod.

121 Secunda clauſula: Non aſtringens ſe ad probandum ne-
ceſſaria,ſed ad ea tantum, quæ ſufficiunt ad victoriam cauſę
obtinendam. De qua clauſula Bart.in l.Diuus,35.ff.de re iud.
& Canoniſt.in cap.cum dilecti,6.ext.de dolo,& contum.tra-
dunt. Et licet Bal.in l.non ideo,5.de lib.cau.velit, hanc prote-
ſtationem nihil prodeſſe, cum neceſſitas probandi à iure a-
ctori ſit impoſita,d.l.actor,cum ſimil.C.de probat.commu-
nis tamen eſt opinio,eam eſſe vtilem, ita vt ſi actor eã omit-
tat,teneatur omnia probare in libello deducta, ſiue ſint per
modum ſubſtantiæ,ſiue cauſæ,ſiue qualitatis,ſiue principali-
ter,ſiue incidenter deducta,ſec.Ang.hic,poſt Bart.in dict.leg.
Diuus. De quo vide Iaſ.hic,num.161.& Paul.de Caſtr.in leg.
habebat,13.in ſi.princ.ff. de inſt. Et obiter quoque notandum
in his terris plerumque etiam hæc verba adijci ſolere: Actor
quoque ſibi reſeruat,vt ſi ad conſeruandum ſeu fundandum
ius ſuum vlteriori probatione opus habuerit, aut illa per iu-
dicem ſibi adiudicata fuerit,poſſit illam pro parte, ſiue in to-
tum (omni tamen ſuperfluo excluſo) vel producere, vel ab
ea deſiſtere actionemque accuſati animo, ſeu conſcientiæ
committere, prout id ſibi commodius, vel vtilius viſum fue-
rit. De quo paſſim,& palam proteſtatur,per tex.iur. Saxo.in
art.6.lib.1.& art.22 lib.2.& lib.3.art 9. Gloſ Et an idem ſit de
iure ciuili,vide Iaſ.in l.admonendi,31.nu.72.ff.de iureiur. &
in §.item ſi quis poſtulante,11.infr.eod dicemus.

Tertia clauſula, Pluries amicabiliter interpellatus dare,
vel facere accuſauit Quamuis actor ſæpius reum propterea
interpellarit, & ad ſoluendum amice commonuerit, requi-
ſieritque,tamen vſque in præſentem ineuitabilem côtrouer-
ſiam ab ipſo nihil impetrare,ſeu obtinere potuit. Hanc clau-
ſulam dicit Angel.hic eſſe ſuperfluam,ſicuti communiter te-
nent DD.in §.ſic itaque ver. Appellamus, infr.eod. Nam etſi
de iure antiquo requirebatur,vt prius quam obligatus actio-
ne perſonali conueniri poterat, ei denunciaretur, vt ſolue-
ret,vnde etiam omnes actiones perſonales, condictiones di-
ctæ ſunt, à condicendo, quaſi colloquendo de debito, vt de-
clarat Iaſ.in l.certi condictio,8.ff.ſi cert.pet.& in d.§.ſic itaq;
122. Hodie tamen illa denunciatio non eſt neceſſaria, & poſ-
ſum debitorem in ius vocare non commonitum,& nulla fa-
d cta interpellatione extraiudiciali. Eſtque ratio,quia dies d in-
terpellat pro homin.leg.magnam,12. C.de contrah. & com.
ſtip.non ſolum in obligatione in diem, ſed etiã in puris obli-
gationibus,facit l.in omnib.14.de reg.iur.in quib. miseratio-
nis gratia decẽ dies ad ſoluendũ côſtituti ſunt,ne ſtatim credi
tor cũ ſacco paratus veniat,l.promiſſor,21.§.1.ff.de conſt.pec.
Et

ADDITIONES.

a *Iudex petitus ſuum interponit officium,non aliàs, l.1.C. vt qui deſunt aduo.par.l.4.§.hoc autem iudicium,ff.de dam. inf. Cuius regulæ vide 35.exceptiones apud Soc. regul. Iudex petitus, 197. Quid in criminalibus ſi in eis verſetur priuata vtilitas? Idem d.l.5.§.hoc autem,ff. de damn. Vide tamen Soc. reg. Iudex ex officio ſuo,200.*

b *Hic quatuor caſus enumerantur,in quibus ſine concluſione admittitur libellus. Alios adde ex Soc. regul. Libellus ſine conc. 231.& reg. Libellus,ad hoc,vt ileſ conteſtari poſſit,232.*

c *Nomen iudicis libello exprimendum. 2.quæſt.8.c. Præſcripta, § libellorum,vt ſciatur an ſit competens,an non,§.3. Inſt.de pœna temere litigantium,l.1 ff.de edendo.*

d *Dies regulariter pro homine interpellat,l.traiectitia, §.de illo, ff.de obl.& act.l.magnam,C.de contrah. & commut.ſtip. vide tamen 4.exceptiones apud Soc.regula,Dies 90.*

Et hæc dies tacita non minus interpellat, quam expreſſa, ſec.
Gloſ. in l. ſi mora, 9. & ibi Alex. de Imol. ff. ſol. matr. Quamuis
123 autem de neceſſitate reus extra iudicium non ſit interpel-
landus tamen de vrbanitate hoc fieri debet, vt eſt text. & gl.
& ibi Doct. io l. debitores, 10. C. de pign. & allegatur ad hoc
tex. moralis, in l. quidam liberus, 13. ibi, volo cum libero loqua
ris, ne rem illicitam faciat,]ff. de ſer. vrb. præd. Et de hac clau-
ſula prædicta vltra videre Canoniſta, in c. Licet Heli 31. extr.
de Simonia. In artibus tamen caſibus etiam hodie denuncia-
tio neceſſaria eſt. I. Quando actor expenſas vult ſaluas habe-
124 re. Nā ſi quis ſine commonitione vocaretur io ius, expenſę
peti non poſſent, diceretur enim debitor. Quare me nō requi
ſiuiſti, ſponte ſoluiſſem de quo vid. Fab. nu. 3. in §. appellamus
inf. eod. Plat. 9. Ang. 1. & Iaſ. 44. io d. §. ſic itaque. II. Quando
125 quis, vult agere contra ſuperiorem, vel perſonam, cui reue-
rentia debetur, l. ſi manumiſſori, 4. iun. gl. in verb. Patronum,
C. de obſeq. patr. præſt. vbi Bal. ad III. Caſum, quando, ſi bellū
mouetur. Nam hoc debet prius denunciari hoſti, & diffidari,
alioqui bellum eſſet iuſtum & proditorie geretur, de quo Iaſ.
in d. §. ſic itaque nu. 43. Et nota obiter conſtitutionem aureę
bullæ. Quod quicunq; cōtra alterum hoſtiliter agere ſeu bel-
lū mouere cogitet, ille honoris ſui ſaluandi gratia debeat tres
dies naturales antequam ipſum rapinis, incendijs, ſe direptio-
oibus inuadat, vel aduerſario ipſo, vel in loco ſolitę habitatio-
ois, bellum iudicare, ſiue denunciare. De quo vide Auream
bullam Norimbergæ. Anno 1556. editam ſub Rub. [von vvi-
126 dertagen.] Quarta clauſula: Peto reum conuentū condem-
nari ad ſoluendum, vel faciendum, & ad prædicta cogi, & cō
pelli Quare petit actor de iure pronunciari, decerni, ac decla-
rari reum conuentum ſibi centum florenos debere: eum ad
perſoluendum condemnari, & cōdemnatum legitimis ac op-
portunis iuris remedijs compelli, atque cogi. Et hanc clauſu-
lam Bart. in l. 1. C. de executione rei iudicatæ, & in l. ſi eū nul-
la, 58. ff. de re iud. dicit omnino eſſe neceſſariam quia petitur
per ea, vt ſententiam, per quam reus condemnetur, iudex fe-
rat, & poſtea illam ſententiam mandet executioni, quia exe-
cutio ante ſentenoam fieri non debet, d. l. 1. & ad l. ſi eū nul-
la. Et licet Bart. ibi velit, ſi actor non petat reum condemna-
ri, ſed ſolum cogi, & compelli, iſtum libellum non procedere
per prędicta iura, comunior tamen eſt ſententia, vt refert hic
Iaſ. nu. 139. talem libellum ſuſtentari, quia tacitè videtur cō-
127 demnatio petita. Qui enim vult cōſequens, videtur & velle
antecedens, l. ad rem mobilem, 56. & l. ad legatum, 62. ff. de
proc. Et præſupponitur hoc, licet non expreſſe dicatur, eo ip-
ſo enim quod porrigit libellū videtur tacite proteſtari vt or-
dinarie procedatur, cognoſcatur, & decidatur, ſicut etiā præ-
poſteratio, quando actor dicit peto reum, cogi, & compelli,
& ad prædicta condemnari, libellum non vitiat, de quo poſt
128 Bart. in d. l. 1. & Ang. hic vide Iaſ. nu. 144. Quinta clauſula.
Et peto reum condemnari in expenſis. Hanc clauſulam non
ſolum vtilem ſed etiam neceſſariam, eſſe affirmat hic Iaſ. nu.
145. Licet enim victus victori regulariter, victus quando nō
habuit iuſtam cauſam litigandi, in expenſis iuramēto victo-
ris taxandis condemnari debeat, ita vt ſi per iudicem omitta-
tur, ipſe teneatur reſarcire l. ſancimus, 15. & properandū, 13.
§. ſiue autem alterutra parte, 6. C. de iud. tamen hoc eſt verū,
quando expenſæ per partem fuerunt petitæ, vt eſt gl. fi. & ibi
Abb nu. 15. in c. fi. extr. de reſcriptis, Bart. & Doct. in d. l. 4. §.
hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. non obſtante, quod iu-
dex ex officio ſuo poſſit condemnare victum victori in ex-
penſis, quæ factę fuerunt poſt litem conteſtatam, l. ędiles, 35.
§. item ſciendum, ff. de ædil. edict. quia iudex nō tenetur im-
partiri ſuum officium ad priuatam vtilitatem, niſi implora-
tum, d. l. 4. §. hoc autem iudicium. Quare ſi à parte expenſæ
non petantur, iudicij non condemnāti nihil imputari poteſt,
nec victori ad intereſſe tenetur ſec. Bart. in d. §. hoc autem iu
dicium, & in d. § ſiue autem, vbi dicet, debere nos eſſe cantos
vt io libello petamus reum condemnari in expenſis factis, &
faciendis vſque ad finem cauſæ, per gl. in d. cap. fi. & ibi Abb.
extr. De reſcriptis, de quo latius vid. hic Iaſ nu. 146. ſubijcien-
tem ſufficere etiam implicitam, & tacitam petitionem ex-
penſarum ſecundum Bal. in d. §. ſiue autem.
129 Sexta, ſuper *a* quibus omnibus, & ſingulis petit ius, & iu-
a ſtitiam ſibi adminiſtrari. Vnde veſtrum iudiciale officium, ad
id competens, humiliter implorat, & petit ſuper ijs omnibus
iuxta formam concepti, libelli, ſeu ſecundum, id quod in hu-
iuſmodi caſibus alias iuſtum eſt decerni, ac declarari, ſibique
ius, & iuſtitiam, adminiſtrari. Hanc clauſulam de qua habe-
tur per omnes io cap. Cum dilectus, 2. ext. de ordin. cogn. in
verbo. Petierū iuſtitiam de offic. ord. dicit D. Iaſ. hic, nu. 147.
b eſſe ſalutarem, ſicut herbam Betonicam. *b* Nam primo im-
ploratur officium iudicis, iuxta dict. §. hoc autem qui dein-
ceps poterit ſupplere, & impartiri ſuum officium ſecundum
Abb. in cap. fin. io fin. ex de iureiur. Deinde, quando ex nar-
ratione facti poſſunt elici plures actiones, quarum aliquæ
ſunt aptæ, aliquæ vero ineptæ, ac forte concluſio, fit io ea,
quæ eſt inepta, adiecta illa clauſula, libellus ſuſtentabitur, ſe-
cundum Abb. in d. c. Cum dilectus. Eſt enim tantæ virtutis,
& importantiæ, ſecundum Ang. hic, vt videatur deducta om
nis actio, & remedium competens, & reſultans ex narratis.
Vnde ſubijcit ibi verbum. Secundum eum, & Iaſ. hic perpe-
tuo notandum. Quando ignorans, inquit, quæ actio quod-
ve remedium tibi competat, vel quomodo debeas in libello
concludere fortè propter factum intricatum, vel multitudi-
nem factorum, vel propter dubietatem iuris: tunc factum di-
ligenter, & congrue narres, & in concluſione nihil ſpecificè
petas, nec aliquid ſpecificum concludas, ſed loco ſpecificè cō-
cluſionis ſimpliciter in fine libelli dicas: Super quibus omni-
bus, & ſingulis peto ius, & iuſtitiam mihi adminiſtrari, ſimul
diuiſim, copulatiue, & alternatiue, ſingula, ſingulis reſerēdo,
omni alio meliori, & efficaciori modo, & forma, qua id de
iure fieri poteſt, ac debet. Nam, & aliam clauſulam multum
vtilem eſſe ad ſuſtentandum libellum, & interpretandum eo
modo, quo fauorabilius poteſt iuuari intentio actoris, affir-
mat hic Iaſ. 150.
130 Septima, & vltima clauſula, eſt quam quidam in fine libelli
addunt: Saluo iure addendi, minuendi, mutandi, & corrigē-
di libellum, vel quidquid alias actori conſultum videbitur.
De qua text. Gloſ. & Doct. in c. Inter dilectos, 6. in verbo, Sal-
uo, extr. de fid. inſtrum. Sed D. Iaſ hic, nu. 157. dicit, eam, eſſe
131 nullius vtilitatis. De iure enim communi ante *c* litem *d* cō-
c teſtatam, licet actori libellum porrectum, emendare, & cor-
d rigere, vt eſt gl. in d. c. Inter dilectos, & in l. quæ familiæ, 35. ff.
famil. herciſc. niſi libellus ſit per aduerſarium acceptatus, quia
tunc ſecundum Bald. in l. cum precum, 9. C. de liberali cauſa,
non licet corrigere libellum. Itaque cautela, eſt ſecundum Ia-
ſon. hic, vt reus acceptet libellum in paſſibus punctis, & arti-
culis pro ipſo facientibus, & in ſpecie illud, vel illud, poſt li-
tem autem conteſtatam etiamſi hęc clauſula appoſita fuerit,
non habet actor poteſtatem emendandi, & corrigendi libel-
lum, ſec. Bart. & D. in l. edita, 3 C. de edendo, & gloſ. in d. ca.
132 Inter dilectos. De iure vero Saxon. actor habet licentiam
emendandi libellum, ante præſtitam guarandam, & non po-
ſtea is enim præcipuus effectus eſt guarandæ vt ea præſtita,
etiam ante litem conteſtatam libellus mutari non poſſit, &
habet io hoc effectum litis conteſtationis, vt eſt tex. in art. 14.
[Landrecht, Vveichbild.] art. 115. & actor contra hoc aliquid
fecerit, emendando ſcilicet, aut corrigendo libellum dicitur
guarandam fregiſſe, & puniendus venit. Nam in cauſis ciui-
libus ſoluit primo multam iudici 60. ſolidos, & deinde parti
aduerſę pœnam 30. ſolidorum, & etiam amittit rem petitam.
133 In criminalibus vero amputatur ei manus, ſi ratione pœnæ
criminaliter actum fuerit, ſi vero ciuiliter, ſolutione Vver-
geldi dimidij liberatur, vt diſtinguit poſt text. Gloſ. in d. art.
155. D. Kœning tamen in proc. cap. 48. dicit hoc eſſe in elect.
actoris, quem ibi videre.

De libello in rei vendicationem.

134 His in genere circa formationem, libellorum præmiſſis,
vltimo loco iuxta præſentem, §. videndum, eſt qualiter in
rei vendicatione, libellus ſit formandus. Pro cuius declara-
tione, quædam, ex prædictis breuiter repetenda ſunt. Et pri-
mo cum hęc actio ſit rei perſecutoria, competit ita ad rē cor-
pora-

ADDITIONES.

a *Clauſula in extremo libellorum adijci ſolita, & alias petit de-
bitam ſibi iuſtitiam adminiſtrari, quid operetur, vide Guid.
Pap. q. 263 Gabriel 6. concl. 4. Rub. de clauſ.*

b *Idem Iaſ. l. petens, 27. num. 5. C. de pact. vbi tres huius clauſulæ
effectus recitat.*

c *An poſt lit. conteſt. emendari poteſt. Non poteſt l. edita Codic.
edendo c. vlt. de libell. obl. Huius tamen vide except. apud So-
cin. reg. 236.*

d *Libellus ante lit. conteſt. emendari, & corrigi poteſt, l. edita C.
de edend. Gloſ. in c. vlt. ext. de libell. ob. niſi lapſus temporis ob-
ſtet actioni, l. 1 ff. rem ratam haberi l. accuſaturus, ff. de adult.
niſi ad litterem nouam adijciat libello, vt not. in d. cap. vlt. niſi
ſemel emendauit l. 2. C. de reb. credit. Quando, & quomodo li-
belli emendatio & mutatio admittatur, vide Menoch. 2. de
arb. iud. caſu 279.*

poralem, vt hic, in tex. & nō ad res incorporales quia pro his
aliæ actiones introductæ ſunt, de quibus, io §. ſequenti dice-
135 tur. Niſi incorporalia venirent acceſſorie ad rem corporalē
veluti, ſi peterem caſtrum cum iuribus, & pertinentijs ſecun-
dum Io. Fab quem refert, & ſequitur D. iuſ. hic num, 110. hoc
confirmans per l. 1. §. hoc interdictum 3. iuncto verſ. plane 8.
§. ſi fundus 32. ff. de vi, & vi ar. vbi licet illud interdictum non
competat, niſi pro rebus incorporalibus, tamen etiam datur
136 pro rebus mobilibus, in conſequentiam venientibus. Item
competit hæc actio ad rem ſingularem, ſeu particularē, quia
pro vniuerſitate iuris, vt eſt hæreditas non datur, l. vendica-
tio, 56 ff eod. Item fructus rei in hanc actionem veniunt, &
petendi ſunt alias iudex ex officio ſuo non poteſt cōdemna-
re reum ad reſtitutionem fructum perceptorum, ante litem
conteſtatam de fructibus enim poſtea perceptis etiam ſine
petitione partis, cognoſcere, & pronunciare poteſt ſec. com-
muniter Doct. in c. Grauis, 11, ext. de reſt. ſpo. & Bal. in l. pro-
137 perandum, 13. §. fin, autem, 3. C. de iud. Eſt tamen hoc caſu
differentia inter male, & bonæ fidei poſſeſſorem. Nam malæ
fidei poſſeſſor tenetur reſtituere omnes fructus naturales, &
induſtriales, præceptos, & extantes, item conſumptos, non
adhibita diſtinctione, an ſit locupletior factus, an non, Item
tenetur ad fructus percipiēdos, id eſt, qui percipi potuerint à
bono quolibet patre familias, quando ſcilicet non habet titu-
lum ſuę poſſeſſionis, alioqui propter titulum excuſatur à fru-
ctibus, quos percipere potuiſſet nec tamen percepit l. certum
22 & l. ſi fundum, 17. C. eo. l. mala fide 3. C. de cond. ex lege,
& l. ſin autem, §. 1. & l. fructus, 33. & l. & ex diuerſo, 35. § vbi
autem, ff. eod. Bonæ fidei autem poſſeſſor, qui rem à non do-
mino ex legitima cauſa, neſciens alienam, eſſe accepit ſolum,
tenetur ad reſtituendos fructus naturales, & induſtriales ex-
tantes, d l. certum, in fin. Sed ad fructus induſtriales conſum-
ptos reſtituendos non tenetur, nec etiā ad naturales conſum-
ptos, niſi factus ſit locupletior, de qua materia vide plene per
Bart. & Doct, in d. l. & ex diuerſo, § vbi autem, & Can. in d. c,
Grauis, Ang. & Doct. in §. ſi quis à non domino, 35. ſup. de re
138 rum diuiſ. Et diligenter, ſec. Bart. poſt Gloſ. in l. ſequitur, 4.
§. fructus, 5. ff. de vſuc. notabiris, omnes leges diſponentes, bo-
næ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtituēdos fructus extāres In-
telligendas eſſe, niſi de iure ciuili per triennium poſſederit,
& ita eos vſuceperit, quod iure Sax. de anno, ſex ſeptimanis
& tribus diebus intelligendum eſt, quo res mobiles præſcri-
buntur, art. 44. lib. 2. & de hoc vide Cyn. in l. in ciuile, 12. C. de
139 rei vendic & Abb. in d. c. Grauis. Quod igitur ad narratio-
nem in libello, attinet actor ſi agit ad rem immobilē, deſigna-
re debet rem, ad quam agit, vt reus, ſciat an totam, vel partē
eius petat, l. ſi in rem, 6. §. eo. Item ſec. Abb. in c. 2. d. leg. obl. iu-
bente exprimere ipſius qualitatem, an ſit pratum, vinea, vel
terra aratoria. Item debent proximos duos vicinos fundi de-
ſignare, ſec. Gl. in d. c. 2. de li, obl. Quod eſt verum ſec. Abb. ibi.
niſi ex alijs demonſtrationibus fundus certus ſit, quia habent
nomen ſpeciale, veluti Titianus: Si vero agitur ad rem mo-
bilem, veluti ad materiam infectam, puta maſſam, debet ex-
primi in libello qualitas materię, an ſit aurum, vel argentum.
Si vero ſit materia facta, exprimet actor nomē vaſis vt ſcy-
phus: ſi petat veſtem, exprimet nomen, & colorē, de quo Abb.
in d. c. 2. Deinde narrabit reum poſſidere, vel detinere talem
rē, & facultatem eius reſtituendæ habere, iuxta l. officium, 9.
ff. eod. vel dolo deſijſſe poſſidere, vt ſup. declaratum eſt. Hinc
exprimet cauſam propinquam actionis, dominium ſcilicet,
nam licet ſit vtile, non tamē eſt neceſſe, vt cauſam remotam
dominij, vt ſup. dictum eſt, exprimat. Et tandem in cōcluſio-
ne petet, ſe declarari dominium rei, & reum condemnari, co-
gi, & compelli ad rem petitam, vna cum fructibus reſtituen-
dam, ſec. Bart in d. l. & ex diuerſo, §. 1. & in l. Pomponius, 40,
§. 1. ff. de proc. Et poteſt libellus hoc modo concipi.

Forma libelli.

140 Ad ſatisfaciendum citationi emanatæ, Coram vobis do-
mino, iudice, & Scabinis huius ciuitatis tanquam huius cauſę
ordinarijs, & competentibus Iudicibus, comparet N. actor,
reſeruans ſibi omnia iuris remedia ac beneficia, quibus vigo-
re iuris vſitati Saxon. gaudet, atque donatus eſt, imprimis ve-
ro, quòd ad nullam ſuperfluam probationem, niſi in quātum
ea ſibi ad fundandam intētionem opus fuerit, ſe adſtringere
velit, de hoc ſolenniter proteſtando: atque vlterius breuiter
proponit, quod quamuis ager inter hortos N. & N. iacēs, vna
cum omnibus pertinentijs ad ſe, tanquam prædium bona fi-
de emptum iure dominij, vel quaſi, ſpectet, atque pertineat,
nihilominus N. reus illegitime poſſeſſionis titulo, eum deti-
nere, ac poſſidere præſumat. Et quod licet reus ſæpe amica-
biliter requiſitus fuerit, vt actor, agrum prædictum dimitte-
ret, ac reſtitueret, tamē hactenus nihil niſi huius litis inchoa-
tionem obtinere potuit. Quia ergo actori bonorū proprie-
tariorum, reſtitutio contra omne ius, ac fas, in maximum ſui,
ſuorumque damnum denegatur, ideo ad hūc libellum à reo
pure, & categoricè reſponderi petit, & reſponſione facta, iu-
dicialiter decerni, ac pronunciari, commemoratum agrum
ad actorem iure dominij, vel quaſi, pertinere, & reum ad di-
miſſionem, & reſtitutionē agri cum omnibus perceptis fru-
ctibus, & emolumentis, expenſis, damnis, & intereſſe paſſis,
factis, & perlatis, perferendis fiendis, ac patiendis in futurum,
condemnari, & competentibus iuris remedijs vrgeri, atque
compelli cum imploratione veſtri officij nobilis, petens cum
clauſula ſalutari ius, & iuſtitiam ſibi adminiſtrari.

DE ACTIONIBVS, QVÆ PRO REBVS In corporalibus competunt.

§. Æquè.

1 *Continuatio.*
2 *Diuiſio § vel partium præcipuarum indicatio ſecundum Iaſ.*
3 *Quare actiones, quæ pro ſeruitutibus dantur dicantur reales,*
4 *Seruitutes aliæ perſonales aliæ reales aliæ mixta.*
5 *Seruitutes, quædam ruſticæ, quædam vrbanæ.*
6 *Seruitus realis denominatur à prædio dominante, tanquam dignıore.*
7 *Quid ſit actio confeſſoria.*
8 *Vnde dicatur confeſſoria.*
9 *Senſus magis quam verba attendi debent.*
10 *Pro quibus rebus confeſſoria competat.*
11 *Confeſſoria alia directa, alia vtilis, & quibus vtraque detur.*
12 *Contra quem detur actio confeſſoria.*
13 *An agenti ad ſeruitutem ſibi debitam vltra confeſſoriam, etiam alia remedia competant, & quæ ſint illa.*
14 *Confeſſoria quando expiret.*
15 *Differentia inter confeſſoriam, & alias actiones perſonales, per quas ad ſeruitutem conſtituam agitur.*
16 *Quæ ſit differentia inter rei vendicationem, & actionem confeſſoriam.*
17 *Quæ requirantur, vt confeſſoria locum habeat.*
18 *Quæ in actione confeſſoria actori probanda ſint.*
19 *Quo ad dominium ſufficit in confeſſoria actorem probare, ſe eſſe in poſſeſſione fundi dominantis.*
20 *Probata poſſeſſione dominium præſumitur.*
21 *Quomodo probetur ſeruitus.*
22 *Reus negando ſeruitutem in iudicio, videtur actorē turbare.*
23 *Quomodo libellus in actione confeſſoria formandus ſit.*
24 *In confeſſoria veniunt etiam fructus, intereſſe, & damna.*
25 *Cautio, quam reus agenti confeſſoria præſtare debet de in poſterum, non impediendo actorem vti ſua ſeruitute, ſuccedit in locum perfectæ præſtationis.*
26 *Verbum Cauere, quid ſignificet, remiſſiuè.*
27 *Sententia iudicis lata in actione confeſſoria, quid continere debeat.*
28 *Libellus in actione confeſſoria.*
29 *Negatoria actio quid.*
30 *Negatoria actio eſt realis.*
31 *Cui detur negatoria directa, cui vtilis.*
32 *Contra quem detur negatoria.*
33 *Negatoria datur cōtra quēlibet impedientē re ſua libere vti.*
34 *Quæ requirantur in actione negatoria.*
35 *Quid in negatoria probandum ſit.*
36 *Quomodo probandum ſit dominium in actione negatoria.*
37 *Agens negatoria non tenetur probare libertatem rei ſuæ.*
38 *Contra præſumptionē iuris admittitur probatio in contrariū.*
39 *Affirmatiæ, non negatiæ probanda eſt.*
40 *Regula neminem teneri ad dicendum titulum ſuæ poſſeſſionis quomodo intelligenda.*
41 *Quaſi poſſeſſio in rebus incorporalib. non releuat poſſeſſorem ab onere probandi titulum ſecus in poſſeſſione corporalium.*
42 *Libellus quomodo in negotiatoria formari debeat.*
43 *Ad quid hæc actio negatoria principaliter competit.*
44 *Actor in libello actionis negatoriæ dicere debet fundum eſſe liberum quo ad eum.*
45 *Forma libelli in actione negatoria.*
46 *Differentia inter rei vendicationem, & duas actiones Confeſſoriam, & negatoriam.*
47 *Obiecta Gloſ. contra hanc differentiam.*
48 *An, & quando poſſidens poſſit agere rei vendicatione.*
49 *Caſus in quo poſſidens eſt actor in rei vendicatione.*

50 Oppo-

50 *Oppoſitio contra textum, qui dicit confeſſoriam actionem competere pro ſeruitute altius tollendi.*
51 *Cuilibet in cœlum ædificare licet.*
52 *Quando quis dicatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis.*
53 *Præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit.*
54 *In ſeruitutibus negatiuis per vnicum actum prohibitionis acquiritur quaſi poſſeſſio.*
55 *Quomodo in ſeruitutibus affirmatiuis acquiritur quaſi poſſeſſio.*
56 *Alius intellectus textus, in verbo, Altius tollendi.*
57 *Dictio, Suus, non ſemper importat dominium.*
58 *Alia exemplificatio textus, in verbo, Altius tollendi.*

1 CONtinet hic §. præter materiam ſeruitutis, quæ quotidiana & frequens eſt, duas actiones in practica vtiliſſimas, quæ pro ſeruitutibus, & alijs iuribus incorporalibus introductæ ſunt. Recte igitur hic §. ſequitur præcedent. §. Nam vt Imperator in illo tradidit de reali actione, quæ pro rebus corporalibus vindicandis datur, ita in hoc de actionibus, quæ pro rebus incorporalibus competunt, dicit quarum ſunt duæ. Alia confeſſoria quæ competit prætendenti ſeruitutem ſibi deberi: & alia negatoria quæ datur prætendenti nullam ſeruitutem deberi, add. l. 2. ff. ſi ſeru. vend. Et diuiditur hic §. per Iaſ. in tres partes principales. In I. Ponitur de
2 actione confeſſoria, quod illa competat agenti pro iure ſeruitutis ſibi debitæ, ſiue ſit perſonalis, ſiue realis, ſiue ruſtica, ſiue vrbana ſeruitus. In II. Agitur de actione negatoria, quod eodemmodo contra neganti ſeruitutem debitam, ſiue realem, ſiue perſonalem, vrbanam, ſiue ruſticam competat actio in rem negatoria. In III. Ponitur differentia inter actionem in rem pro rebus corporalibus, & actiones in rem pro rebus incorporalibus competentes, videlicet, quod iſtæ duæ actiones datur poſſidenti fundum, cui actor aſſerit deberi ſeruitutem, vel quem aſſerit eſſe liberum à ſeruitute, quod non eſt in alijs actionibus, pro rebus corporalibus introductis, quæ regulariter non dantur poſſidenti, ſed contra poſſidentem, excepto vno caſu, vt in ſequentibus declarabi-
3 tur. Et dicuntur reales actiones ſecundum Iaſ. hic, num. 54. quia competunt pro iure, quod quis habet in re, & tale ius inhæret rei, & tranſit cum re, ad quemcumque res illa perueniat, & non ſic perſonam, ſed potius ipſam rem, fundum ſcilicet dominantem, & ſeruientem ſequuntur, ſicut de rei vendicatione ſupra dictum eſt, & add. quæ per DD. hic, poſt Gloſ. in verb. Altius tollendi dicuntur. Et pro intellectu hu-
4 ius §. DD. quædam hic de ſeruitutibus præmittunt, videlicet ſeruitutum tria eſſe genera. Alia eſt ſeruitus mere perſonalis, quæ conſiſtit in perſona alicuius, vt in ſeruis, vbi perſona ſeruit perſonæ. Vnde eſt mere perſonalis dicta, quia à perſona debetur perſonæ, de qua non tractatur hic, ſed ſupr. de iure perſon. & ff. de ſtatu homin. Aliæ ſunt ſeruitutes perſonales mixtæ, quæ re debentur perſonæ, & ſunt tres, Vſus, Vſusfructus, & Habitatio, de quibus ſupra libr. 2. & in ff. de vſufructu, item de vſu & habitatione. Aliæ ſunt ſeruitutes reales, quæ à re rei debentur, ab vno ſcilicet prædio, alteri vicino prædio. Vnde etiam prædiales ſeruitutes dicuntur, vt eſt ius eundi. Si enim emo à vicino illam ſeruitutem, & facultatem, vt liceat mihi ire per ſuum fundum ad meum, dicitur ſeruitutis realis: quia à re, id eſt, fundo vicini, debetur rei meæ, id eſt, fundo meo, & fundus vicini, qui debet ſeruitutem, dicitur fundus ſeruiens, & fundus meus, cui debetur ſeruitus, dicitur dominans, §. ideo autem, 3. ſupra de ſerui-
5 tut. Item præmittendum, ſeruitutes reales quaſdam eſſe ruſticas, quæ prædijs ruſticis debentur, quaſdam vero vrbanas, quæ vrbanis prædijs debentur. Et non intelligas ſecundum Iaſ. hic num. 22. prædia vrbana, quia ſunt in vrbe, & prædia ruſtica, quæ ſunt in rure, ſed vrbanum prædium dicitur aliquod ędificium hominum vſui & habitationi deſtinatum, ſiue in vrbe, ſiue in villa, & quocumque loco poſitum ſit. Ruſticum vero prædium, eſt ſine ædificio, & ſic non locus, ſed materia, vrbanum, & ruſticum prædium conſtituit, leg. vrbana prædia, 198. & ibi Alciat. ff. de verborum ſignificat. & pul-
6 chre Cęp. de ſeruit. vrban. prædior. cap. Vndecimo. Et cognoſcitur ſeruitus, an ſit vrbana vel ruſtica, ex qualitate prædij, cui ſeruitus debetur, quia ſeruitus denominatur à prędio dominante, tanquam à digniore, ſecundum Gloſſ. in leg. prima, quibuſdam eſt, l. ſecunda, in verb. Aream, ff. de ſeruit. vrban. præd. & pulchre declarat hic Iaſ. num. 23. & Cępol. in d. cap. Vndecimo. Et pro omnibus iſtis ſeruitutibus, & alijs iuribus incorporalibus, hæ duæ actiones proditæ ſunt, de quibus nunc ordine dicemus.

DE CONEESSORIA ACTIONE.

7 Confeſſoria actio, ſecundum Ioan. Fab. hic, num. 13. & Iaſ. num. 55. eſt actio in rem, competens alicui ratione iuris, vel ſeruitutis ſibi debitæ, vel fundo ſuo, vel quaſi ſuo, contra impedientem, ad declarationem iuris ſui: addite, & vt reus ceſſet ab impedimento, ac caueat ſe & ſucceſſores ſuos non im-
8 pedituros actorem vti ſeruitute & iure ſuo, l. ſi quis diuturno, 10. §. fin. & l. harum, 7. & l. egi, 12. ff. de ſer. vend. Et dicitur confeſſoria, quia actor eam proponendo cōfitetur, & aſſerit ſibi ius in re competere, nec refert, ſiue verbis affirmatiuis, ſiue negatiuis proponatur. Effectus tamen & medium concludendi eo tendit, vt actor dicat & confiteatur ſibi debe-
9 ri ſeruitutem eundi, agendi, proſpiciendi, &c. Senſus igitur magis quam verbis attendi debent, iuxta cap. Intelligentia, 6. extra de verb. ſignific. De quo poſt Gloſſ. hic, in verb. Altius tollendi, vide DD. hic.

Pro quibus rebus competat hæc actio.

10 Competit autem hæc actio pro rebus incorporalibus, & primum pro ſeruitutibus perſonalibus, quæ à re perſonæ debentur, vt hic, in verb. Vtendi, fruendi. Iden in definitione dictum eſt, ratione ſeruitutis ſibi debitæ. Deinde, pro ſeruitutibus realibus, quæ à re rei debentur, tam ruſticis, quam vrbanis, ideo in definitione dictum eſt, vel fundo, &c. Tertio, pro quolibet iure incorporali, ſecundum omnes DD. hic. Vnde ſi quis impeditur in receptione decimarum, vel redituum ex aliqua re, confeſſoria experiri poterit, vt notatur per Canoniſtas in c. Tua, 25. & cap. Prohibemus, 19. ext. de decimis. Sic
a etiam quando quis turbatur à iure præſentandi, a quod cōpetit patrono Eccleſiæ, vel in alijs iuribus Eccleſiaſticis, aut in iuriſdictione, poteſt agere confeſſoria, ſecun. Bal. ſup. Rub.
11 C. de vſufr. Ioan. Fab. hic, num. 3. Plat. 1. & Iaſ. nu. 14. Eſt igitur duplex hæc actio, directa, & vtilis.

Quibus competat actio confeſſoria.

Videndum igitur quibus competat, Et I. Quidem directa datur dominis directis prædiorum dominantium, & his, qui plenum dominium habent, leg. 1. & 2. ff. ſi ſer. vendic. II. Vtilis confeſſoria datur quaſi dominis, quibus Publiciana ad res corporales competit, de qua in §. ſequenti dicetur. III. Vtile dominium habentibus, vt vaſallo, ſuperficiario, ſecund. Gloſ. in l. 2. Item emphyteutæ, l. hi qui, 16. in fin. ff. de ſeruit. IV. Habentibus ius in re, vt creditori, cui prædium dominans obligatum eſt, poteſt enim per cōfeſſoriam ad ſeruitutes rei oppignoratæ debitas agere, d. leg. ei, qui, cum ibi not. ff. de ſeru. Item in vſufructuario, quoniam propter eum, primo fuit cōfeſſoria introducta, ad petendum vſumfructum, tam à domino ſeu proprietario, quam ab alio quolibet impediente, d. l. 2. iuncta Gloſ. 1. ff. ſi ſeru. vend. Si tamen fundo fructuario ſeruitus debeatur, eam directo vendicare non poteſt, ſed principaliter ius ipſum vtendi, & fruendi perſequitur, & per hoc in conſequentiam veniet ſeruitus rei fructuariæ debita, ſine qua vti & frui re non poteſt, text. eſt in l. 1. ff. ſi vſufr. pet. add. Gloſ. hic in verb. Alius tollendi verſ. Et ratione que dominij, quæ communiter in hoc à DD. reprobatur, dum vſufructuarium & creditorē quaſi dominos appellat. Et Cyn. dicit hoc adeo non eſſe verum, vt vitio ſcriptoris, non gloſſatoris adiectum putet. Non enim ſunt quaſi domini, ſed dicuntur habere ius in re, l. eorum qui, 19. princip. ff. de damn. infec. Et ratione iſtius iuris competit vtilis confeſſoria, d. l. ei qui, cum ibi not. vid. poſt alios, Iaſ. hic, nu. 49. V. Competit q. poſſidenti illud ius ſeruitutis, ne turbetur, vt hic, verſ. Quod genus, & l. ſi forte, 6. §. ſciendum, ff. de ſer. vend. Quando autem quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, infr. ſupr. Gloſ. in verb. Tollendi, declarabimus. VI. Datur non poſſidenti illud ius, pro quo agitur ſed contendenti ſibi ſeruitutem, vel ius deberi, dict. l. 2. & opt. Gloſ. in c. Examinata, 15. in verbo, Poſſidebas, ante finem, extr. de iud. VII. Datur vtiliter ei, qui præd. ū habet ſuperius, aduerſus dominium inferioris prædij, qui recuſat pati ſeruitutem quam prędio ſua natura dictat, vt eleganter declarat Iariſc. in l. 1. §. fi. ff. de aqua pluuia arcenda.

ADDITIO.

a *De præſentandi iure, vide Lapus tract. de iure patronatus, & Milium in verb. Patronatus.*

Contra

Contra quem competat hæc actio.

12 Viſo nunc, cui hæc actio datur, commode nunc ſequitur
contra quem competat? Et primum certum eſt, eam conce-
di contra dominum rei ſeruientis, conſtituentem ſeruitutem
& poſtea impedientem actorem ea vti, l. vti frui, §. vtrum, in
13 princ. ff. ſi vſusfr. pet. & d. l. & ſi forte, §. hæc autem actio, l. ſi
quis diuturno, 10 §. 1. ff. ſi ſer. vend. Hoc tamen caſu etiam alia
remedia iuris introducta ſunt contra concedentem, adeò vt
videatur dicendum, iſtam actionem eſſe ſuperfluam, & inu-
tilem, vt argumentatur hic Dyn. à ſufficienti partium enume
ratione. Aut enim conceſſio ſeruitutis eſt facta in vltima vo-
luntate, aut inter viuos, iuxta § fin. ſupra de ſeru. I. Caſu, com-
petit actio perſonalis ex teſtamento, quę durat 30. ann. l. ſicut
3. & l. omnes, 3. C de præſcrip. 30. vel 40. ann. II. Caſu, quan-
do inter viuos conſtituta eſt ſeruitus, tunc ſi ſtipulatio inter-
uenit, actio ex ſtipulatu datur: ſi vero per alium contractum
ſeruitus acquiſita eſt, puta emptionem, tunc quoque actio
perſonalis ex empto (quæ & ipſa 30. ann. durat) competit.
Cum ergo confeſſoria expiret 10. ann. inter præſentes, & 20.
inter abſentes, l ſicut 13. C. de ſeruit. & aqu. videtur eſſe inuti-
14 lis reſpectu perſonalium actionum, quæ longiori tempore
15 durant. Sed Dyn. ad hoc argumentum reſpondet, vt refert
Iaſ. hic, num. 37. & vos tenere reſponſionem Iaſ. hanc actio-
nem confeſſoriam, ne dum vtilem eſſe, ſed etiam neceſſa-
riam, quia actiones perſonales ſolum contra conſtituentem
dantur & non contra extraneum competunt. Cum enim ſint
perſonales, perſonam obligatam non egrediuntur, vt ſupra
in §. omnium declaratum eſt. Sed confeſſoria actio, vt ſtatim
dicetur, etiam contra alios quoſcunque impedientes locum
habet.

Secundò igitur competit contra quemuis poſſeſſorem fun
di ſeruientis impedientem, d. l. vti frui, §. vtrum.

Tertiò, contra q. poſſidentem, qui dolo deſijt poſſidere
fundum ſeruientem, vel ſoliti obtulit, inſtar rei vendicatio-
nis l. ſi. ff. ſi vſufr. pet. & Gl. Hic, in verb. Altius, verſ. Item ſicut
ratione poſſeſſionis.

Quartò, non ſolum contra dominum, item poſſidentem,
vel q. poſſidentem fundum ſeruientem, ſed etiam contra
quemcunque alium extraneum impedientem vti ſeruitute
debita text. eſt in d. l. ſi quis diuturno, §. fin. & in d. leg. vti frui,
16 §. vtrum, 16. ff. ſi ſeruit. vend. Et in hoc loco differt à rei ven-
dic. quæ ſolum contra poſſeſſorem, vel detinentem datur, d.
l. officium, ff. de rei vendic. Eſtque ratio diuerſitatis, quia in il-
la agitur ad rem reſtituendam ipſi actori domino, & poſſeſ-
ſores item detinentes, habent facultatem rei reſtituendæ,
quam non habet aliquis extraneus non poſſidens, niſi dolo
deſierit poſſidere. Sed in hac actione reus non conuenitur
actione rei reſtituẽdæ, quia actor petit vt res ſibi reſtituatur,
ſed potius reſpectu impedimenti, ſeu turbationis interpoſitę.
Non mirum igitur, eam competere contra quemcunq; etiã
non poſſidentem, ſi modo impediat agentem vti iure ſuo, vt
præſtet patientiam, quam quilibet impediens pręſtare poteſt,
& non amplius impediat ſeu turbet, de quo pulchre vid. hic
Io. Fab. num. 18. Ex his colligi poteſt, quæ requirantur ad hoc
vt confeſſoria locum habeat.

17 A parte enim agentis duo principaliter exiguntur. I. Vnum
aliquod de his quinque requiritur, vel dominium directum,
quale habet dominus fundi: vel plenum dominium, vt ſcilicet
actor ſit dominus fundi dominantis, cui aſſerit ſeruitutem
deberi, d. l. & ſi forte, §. hæc autem actio, ff. de ſeru. vendicat.
Vel quaſi dominium, quod habet emptor bonæ fidei. Vel
vtile dominium, quale habet vaſallus, emphyteuta. Vel
ius in re, cui ſeruitus debetur, vt habet vſusfructuarius, item
creditor in pignore, dicta lege ei qui, ff. de ſeru. II. A parte
Actoris requiritur, vt ſeruitutis fundo ſuo debeatur, & ſic
conſtituta ſit.

A parte vero rei conuenti requiritur impedimentum, vel
turbatio. quod impediat actorem vti iure, vel ſeruitute ſibi
debita. Nec intereſt, ſiue dominus conſtituens, vel quicun-
que alius turbet, vel impediat, d. l. ſi quis diuturno, §. fin. Hinc
Ioan. Fab. hic, num. 14. ſubijcit, ſicut in rei vendicatione à par
te agentis requiritur dominium, & à parte rei conuenti poſ-
ſeſſio ſeu facultas reſtituendæ rei, iuxta legem vnicam, cum
ibi not Cod. de alien. iud. mut cauſ. fa. ſic in confeſſoria exi-
gi à parte actoris principaliter ſeruitutem eſſe debitam, à
parte vero rei impedimentum, vel turbationem, vt iam di-
ctum eſt.

18 Et quia actori regulariter incumbit onus probandi, vulga-
ta l. qui accuſare, 4. cum ſim. C. de edendo, prędicta tria agens
confeſſoria potiſſimum probare tenetur. Et I. Cum regulari-
ter hæc actio non niſi domino competat, dict. l. & ſi forte, §.
hęc autem actio, ſequitur, ei probationem dominij incumbe-
re. Et hoc caſu, quia dominium non principaliter in iudicium
deducitur, ſed incidenter, ſufficit ſecundum Andr. hic, mihi
num. 9. ſi actor probet ſe eſſe in poſſeſſione fundi dominan-
19 tis. Nec enim actor petit ſe declarat dominum fundi do-
minantis, ſed principaliter agit de ſeruitute ſibi debita & con-
ſtituta, petit talẽ ſeruitutem declarari fundo ſuo deberi, & ſo-
lum hic de dominio incidenter tractatur. Probata igitur poſ-
20 ſeſſione (cuius probatio facilis eſt, ſecund. Paul. de Caſtr. in
l. ſi de vi. 37. in princip. primæ lecturæ, ff. de iudic.) præſumi-
tur dominium, vt hoc amplius probare actu non ſit opus, vt
eſt Gloſs. notabilis in leg. ſicut. 8. §. ſed ſi quæritur, ſupr. verb.
Poſſeſſoris, in fin ff. de ſeruit. vendic. & ordinaria doctrina
Bartol. in leg. quidam in ſuo, 27. poſt Gloſ. ibi, ff. de condit. in-
ſtit. Et de hoc, an, & quando ex poſſeſſione dominium præ-
ſumatur, ſupr. in §. omnium, dictum eſt. II. Tenetur actor
probare ſeruitutem conſtitutam eſſe, eamque ſibi, vel fundo
ſuo deberi. Quælibet enim res præſumitur libera, l. Altius,
8. cum ſimil. Co. de ſeruit. & aqu. Vnde aſſerens ſeruitutem,
21 eam probare debet, l. 2. ff. de prob. Probatur autem per illos
modos, quibus conſtituitur, & acquiritur ſeruitus, de quibus
text. in § fin. ſupr. de ſeruit. Nam 1. Inter viuos per contra-
ctum, ſtipulationem ſcilicet, vel emptionem, ſeruitus conſti-
tuitur, 2. Vltima voluntate, vt quando hæres in teſtamento
damnatus ne altius tollat ædes, vel vt patiatur viciniũ immit-
tere tignum in parietem, l. poteſt, 16. ff. commun. prædior. &
per totum titulum, ff. de ſeru. leg. 3. Pręſcriptione. Quæ autem
requirantur, vt ſeruitus præſcribatur, vide poſt text. DD. in l.
1. & 2. Co. de ſeru. & aqua in dicta lege, ſi quis diuturno, in
princ. ff. de ſeru. vendic. Paul. de Caſtr. in l. ſeruitutes, 14. ff. de
ſeruitut. & omnino Cępol. in tract. de ſeruit. vrbanorum prę-
diorũm, cap. 20. Ioan. Fab. hic, numer. 16. vſque ad numerum
28. & Angel. num. 13. III. Debet ab actore probari turbatio
ſeu impedimentum, quod facile fieri poteſt per aliquem actu
quo impeditus eſt vti ſeruitute. Veluti, Si ex paſcuis ſibi pe-
cus aliquod pro pignore ab actum, ſeu in fine, agri via ſuffoſ-
22 ſa eſſet. Imo eo ipſo quod reus in iudicio, ſe verbaliter op-
ponit. & negat ſeruitutem deberi, videtur turbare, ita vt vl-
teriore probatione opus non ſit. Secus autem, ſi tantum ne-
garet narrata, prout narrantur, de quo vide hic omnino Ang.
num. 9. in fine, vſque ad numerum 12. & Iaſ. num. 61. verſic.
Subdit tamen.

23 Denique circa actionem confeſſoriam declarãdum reſtat
qualiter in ea libellus formandus ſit. Et Ioann. de Plat. hic di-
cit, eum quatuor principaliter complecti debere. I. Quod a-
ctor ſit dominus directus, vel vtilis, qui dominus fundi do-
minantis, vel habeat ius in eo. l. & ſi forte, 6. §. hæc actio, ff. ſi
ſeruit. vendicatio. & ſupra dictum eſt, quæ requirãtur à parte
actoris. II. Quod aſſerat ſeruitutem competere, & deberi fun
do ſuo, ſi eſt ſeruitus realis, vel ſibi, ſi eſt ſeruitus perſonalis:
nã pro vtriuſq; hic actiones proditæ ſunt, vt in tex. III. Quod
actor alleget turbationem ſeu impedimentum, qualiter à reo
impeditus ſit vti ſeruitute ſibi debita. Requiritur enim, vt ſu-
pradictum eſt, à parte rei impedimentum, d. l. vti frui, §. fin. ſi
vſufr. pet. & debet qualitas turbationis exprimi, quia poteſt
multis modis turbatio fieri, ſecundum Bart. in l. 1. § huius au-
tem, ff vti poſſideris. IV. Quod petat actor declarari, tale ſer-
uitutem, vel ius ſibi competere, ſi eſt perſonalis ſeruitus, vel
fundo ſuo, ſi eſt realis, ſicut in rei vẽdicatione declaratio do-
minij petitur, l. ſicut, 8. §. & ſi quidem, ver. Declarari ff. ſi ſeru.
vendicat. Si tamen agens pro ſeruitute reali peteret, pronun-
ciari, ſibi ſeruitutem debet, & non fundo, nihilominus libel-
lus ſuſtineretur, & ita format eum Imperator hic, & I. C. in d.
l. 4. ff. ſi ſeruit. vendic. Nam illa verba, peto pronunciari mihi
ſeruitutem competere, intelliguntur ſcilicet ad prędij vtilita-
tem, & mediante fundo cuius ego ſum Dominus, de quo vi-
de Bart. in l. ſi prius, 15. in 9. oppoſit. ff. de noui oper. nunc. &
Ang. hic, nu. 4. verſ. Forma igitur, & Iaſ. nu. 61. verſ. Aduerta-
tis. V. Addatis, quod, ſ. propter impedimẽtum implorat actor
24 officium iudicis ſuper intereſſe. Veniunt enim in hac actio-
ne intereſſe, fructus, & damna, l. loci corpus, 4. §. in confeſſo-
ria, ff. ſi ſer. vendicat. & d. l. vti frui, §. in his, de quo latius Iaſ.
hic, nu. 62. VI. Quod impediens ceſſare debeat ab impedimẽ-
to, & præſtare patientiam de præſenti d. l. ſi quis diuturno §.
ſi. VII. Quod reus cauere debeat ſe & ſucceſſores ſuos in fu-
turum nõ impedituros actorem vti ſeruitute l. harum 7. & l.
25 egi. 12. ff. ſi ſeru. vendicatio. Hæc enim patientia non poteſt
perfectę pręſtari vno momento, ideo recurritur ad cautionẽ
26 quæ ſuccedit loco perfectæ præſtationis ſicut Mutiana, ſe-
cundum

cundum Paul. de Caſtr. in d.l.harum. De natura autem & ſi-
gnificatione, verbi, Cauere, vtrum intelligatur de ſimplici
promiſſione, an cum fideiuſſore, aut pignoribus datis. vide
Modernos in l.diuortio, (al. eſt, ſ. 1. in l.furtus, 7.) ſ. interdi-
ctum, ff. ſoluto matrimonio, & omnino, Iaſ. poſt text. in l.ſan-
cimus, C. de verb. ſign. & Bar. in d.l.ſi prius in 5 oppoſitione,
vbi inquit debere reum cauere pignoribus captis, & mulcta
indicta. Debet igitur Iudex in ſua ſententia. 1. Declarare ſer-
uitutem deberi. 2. Condemnare reum ad intereſſe impedi-
27 menti præteriti, 3. Ad patientiam de præſenti, 4. Ad cautio-
nem de futuro. De quo vide Plat. hic, num. 4. Poteſt autem li-
bellus in confeſſoria hoc modo concipi.

Forma libelli.

28 Præmiſſis premittendis, Coram vobis Iudicibus, & Scabi-
nis comparet N. breuiter proponens, quod quamuis ipſe, &
ipſius maiores, ius ſeu ſeruitutem in ſylua Furſtenvvaldenſi,
ligna ſeccandi ratione arcis Elſersburgēſis ad ſe ius dominij,
vel quaſi pertinentis, & à reo bono titulo emptionis compa-
ratæ habuerit, & in quaſi poſſeſſione, vſu, & actu citra rei a-
liorumque moleſtationem, ligna neceſſaria ad Oeconomiæ
in dicta arce ſuſtentationem ſecandi fuerit. Ego tamen non
attento, & quod omnes illicitæ turbationes, & moleſtationes
iure communi vetitæ, ſint reus hoc anno ſexageſimo, circiter
Dominicam Lętatæ, actorem in ſeruituris iuſto titulo acqui-
ſitę, quaſi poſſeſſæ, vſu, & iure ligna ſeccandi impedire ac mo-
leſtare pręſumpſit, miniſtros eius ligna in eo loco cęſuros pi-
gnorans, eaque pignora apud ſe de facto, contra iura, & ęqui
tatem, cum damno, & iactura actutis, detinens. Ideo actor iu
diciali veſtra ſententia pronunciari, & declarari petit ad ſe-
ruitutem ligna ſuſtentationi dictæ arcis neceſſaria in dicta
Furſteovvaldenſi ſylua cedenti pertinere. & quod reus acto-
rem in ſuo iure impediens, iniuſtè fecerit, cūque in quaſi poſ-
ſeſſione iuris ligne ſeccandi, iuſto titulo acquiſita, & quiete
hactenus quaſi poſſeſſa. citra moleſtationem perferre, nec de
facto vt contigit impedire, ſed ſufficientem cautionem, de
non vlterius moleſtando, vel turbando præſtare teneatur cū
refuſſione damnorum, intereſſe, & expenſarum. Quæ om-
nia actor. cum imploratione officij veſtri nobilis, veſtræ co-
gnitioni ſubijcit. Super omnibus, & ſingulis, &c.

DE NEGATORIA ACTIONE.

29 Imperator in ſecunda parte §. noſtri, ver. Contra, declarat
negatoriam actionem, quæ confeſſoriæ eſt cōtraria. Eſt enim
negatoria ſecundum Io. Fab. hic, num. 34. & Iaſ. nu. 56. actio
in rē competens alicui ratione rei ſuæ, vel quaſi libere, reſpe-
ctu aduerſarij, contra vtentem aliqua ſeruitute in illa re, ad
pronunciandum, aduerſario non eſſe ius vtēdi tali ſeruitute.
Vel ſic, Eſt actio realis, qua agimus res noſtras non ſeruire
rebus, ſiue perſonę illius, qui contendit ius ſibi in eis compe-
tere, d.l. 2. ff. de ſeru. vend. & dicta eſt à negando. Sicut enim
agens confeſſoria in effectu aſſerit ſibi ſeruitutem compete-
re ita agens, negatoria, negat rem ſuam debere ſeruitutem
aduerſario, nec refert etiāſi verbis affirmatiuis proponatur.
30 Eſtque realis actio, per quam in effectu libertas rei vendica-
tur, de quo poſt Gloſ. in verb. ius ſibi eſſe, & in verb. Altius
verſ. Sed quæritur vide Iaſ. num. 47. Et pro iiſdem rebus ſerui-
tutibus ſcilicet perſonalibus & realibus ruſticis, & vrbanis, &
alijs iuribus incorporalibus perinde, vt confeſſuria introdu-
cta eſt, negans aduerſario ſeruiturē, vel ius competere, text.
eſt hic, add. Plat. num. 23. & D. Iaſ. num. 34.
31 Primo igitur quæritur, cui hæc actio detur: Et præmitten-
dum poſt Plat. hic num. 24. eam eſſe duplicem directam, &
vtilem. Directa competit habentibus plenum dominium, vel
directum tantum in prædio, in quo aduerſarius prætendit ſi-
bi ius, vel ſeruitutem competere, d.l. loci corpus, §. competit,
ff. ſi ſer. vend. Vtilis vero competit habentibus, vtile domi-
nium, vel quaſi dominium, vel ius in fundo, quem actor ne-
gat ſeruitutem debere ſecundum Gl. hic in verb. Altius, verſ.
Hoc idem in negatoria, veluti ſi contendam aduerſario non
eſſe ius eundi per fundamentum, vel in quo ius habeo tan-
quam creditori. Iiſdem enim perſonis quibus confeſsoria da-
tur etiam negatoria competit, ſecundum Gl. in ver. Altius Io.
Fab. hic num. 34. & Zaſ. hic.
32 Secundo quæritur contra quem locum habeat. Et certum
eſt eam dari contra vtentem ſeruitute, ſiue ſit dominus, ſiue
poſſeſſor fundi, cui dicit ſeruitutem competere. An autem
detur contra quemlibet impedientem quem re ſua libere
33 vti magis dubitatur. Sed conueniret concluditur, quod ſic
quando quis impedit, & vtitur tanquam iure ſeruitutis alia
interdicto. Vti poſſidetis, aut iniuriarum agendum fuerit ſe-
cundum Gloſ. in l. apud Trebatium, 3. §. idem Trebatius, in
ver. Non eſt, ff. de aqua plu. arcend. De quo latius vide hic
Fab. nu. 34. & remiſſiue Iaſ. hic nu. 57.
34 Tertio, circa hanc actionem videndum eſtque requiran-
tur, ad hoc, vt competat. Et breuibus dicendum eſt à parte a-
ctoris exigi duo. I Vt vnum aliquod de his quinque allege-
tur, vel dominium plenum, vel directum, vel vtile, vel quaſi
dominium, vel ius in re in qua negatur ſeruitus. II. Vt res ſit
libera, & non debeat ſeruitutem. A parte vero rei conuenti
requiritur vſus attentatus qualis ſolet cadere in ſeruitutem
per quam impeditur libertas rei, d.l. loci, §. competit, & vide
Io. Fab. num. 34.
35 Quarto quæritur, quid in hac actione probandum ſit, &
tenetur actor probare. I. Vſum attentatum, cuius probatio
eſt facilis, vt ſupra circa confeſſoriam dictum eſt. II. Domi-
nium directum, vtile, vel quaſi, vel ius in re. Qualiter autem
hoc caſu dominium probetur, ſupra tractatum eſt. Et breui-
ter diſtinguite poſt Ferrarienſ. in forma libelli, in actione ne-
gatoria, ſuper verb. Per quandam. Aut actor eſt in poſſeſſio-
36 ne fundi, & probata poſſeſſione pręſumitur dominium, quia
incidenter de ipſo dominio hic agitur. Aut non eſt in poſſeſ-
ſione, & cogitur dominium expreſſe probare, de quo vide
Bart. in d.leg. quidam in ſuo, ff. de cond. inſt. Dominio autem
vere, vel præſumptiue probato, non cogitur actor probare
rem eſſe liberam. Vnde hic notandum, licet in alijs actioni-
bus actori regulariter incumbat onus probandi, adeò vt a-
ctore non probante reus, etſi nihil præſtiterit, abſoluatur,
37 vulg. l. qui accuſare, 4. Co. de edendo. In hac tamen actio-
ne diuerſum ſeruari, vbi agens non tenetur probare liberta-
tem rei ſuæ, ſed ſufficit, ſi probet dominium, quo probato,
iſtius intentio iuris pręſumptione fundata eſt Quęlibet enim
res præſumitur libera, leg. altius, 8. & l. ſi in ædibus, 9. Cod. de
ſeruit. Et hæc præſumptio iuris releuat actorem ab onere
38 probandi. Contra eum tamen admittitur probatio in con-
trarium, vt notatur poſt text. in l. ſiue poſſidetis, 10. Cod. de
prob. & retorquetur onus probandi in aduerſarium, qui co-
gitur probare ſeruitutem ſibi deberi. Neque id mirum, quia
actor agit negatiue, reus autem excipit affirmatiuē. Affirma-
tio autem, non negatio probanda, l. actor, 23. C. de probat.
39 Nec prodeſt, etiamſi dicat, & probet ſe eſſe in quaſi poſſeſſio
ne ſeruitutis, quia adhuc cogitur probare ſeruitutem ſibi cō-
ſtitutam eſſe, ſecundum Gloſ. ſingularem in d.l. ſicuti, §. ſed ſi
quæritur, ſuper verbo Poſſeſſoris, ff. ſi ſer. vend. Hinc Paul.
de Caſtr. ibi ſubijcit notabile verbum, quod licet poſſeſſio in
rebus corporalibus releuet aliquem ab onere probandi do-
minium & titulum, leg fin. Cod. de rei vendic. & regulariter
40 poſſidens non cogatur dicere titulum, leg. cogi, 11. cum ibi
not. C. de pet. hæredi (nemo cogitur dicere titulum ſuæ poſ-
ſeſſionis, ſcilicet quoad commodum aduerſarij: ſed benè cau
ſatiuè, id eſt, ſi non vult condemnari, tunc ſiquidem cogitur
ad ſui releuationem & excluſionem probationis aduerſarij,
vide Canoniſtas in cap. Ordinarij, 3. de offic. ord. libr. 6. & In-
noc. in cap. ſi diligenti, 17. extra, de præſcript. Bartol. in leg. 2.
de cond. præd. ſiſc. lib. 11. Iaſ. in §. actionum, 28. numer. 220.)
41 tamen quaſi poſſeſſio in rebus incorporalibus numquam re-
leuat poſſeſſorem ab onere probandi titulum, quo ſeruitus
conſtituta eſt. Idque ſi propter præſumptionem iuris, quia
quæ liber res ab initio præſumitur eſſe libera, vnde aſſerens
eam ſeruire probare cogitur. Quod vtique procedit in ſerui-
tutibus perſonalibus, mixtis, & realibus, de quibus loquitur, §.
noſter, ſecus autem in mere perſonalibus, vbi poſſeſſio pro-
deſt ad hoc, vt poſſidens proprietatem, vel titulum probare
non cogatur, vt declarat hic Plat. num. 10. add. Bart. in d.leg. ſi
prius, ff. de noui oper. nunc.
42 Vltimo, circa hanc actionem declarandum reſtat, quali-
ter libellus in ea formari debeat, id quod ex prædictis facile
colligi poteſt. Debet enim continere. I. Quod actor habeat
dominium, vel ius in re, ſeu fundo, vt prima quæſtione di-
ctum eſt. II. Quod aſſerat feudum à tali ſeruitute eſſe libe-
rum, iuris præſumptione, d.l. Altius, & d. l. ſi in ædibus. III.
Quod reus habeat, & impediat illam libertatem. IV. Quod
actor petat declarari rem ſuam eſſe liberam à tali ſeruitute.
Vide pulchre. Zaſ. hic, num. 35. ver. Hic aduerte & d. l. loci,
§. competit. V. Quod reus ceſſare debeat ab impedimento
libertatis, ſeu vſu attento ſeruitutis. VI. Quod propter im-
pedimentum reus condemnandus ſit ad intereſſe, & dam-
na, quæ etiam in hac actione veniunt, d.l. loci, §. in confeſſo-
ria. verſic. Sed & in negatoria. Dum tamen actor illa petat
ſecundum Ferrarienſ. in d. forma libelli actionis negatoriæ
in fi.

In fin. VII. Quod reus cauere debeat pro ſe, & ſuis ſucceſſo-
ribus, de non turbando amplius, & de ſeruitute iſta in poſte-
rum non vſurpanda. Et ſi cauere noluerit, iuratur cõtra eum
in litem, d. l. egi, & in d. l. harum ff. ſi ſer. vend. Principaliter igi
tur hæc actio competit ad hoc, vt declaretur non eſſe ius ad-
uerſario vtendi tali ſeruitute. De hoc autẽ, an peti poſſit de-
clarari rem eſſe liberam, ſunt opiniones. Verior tamen, & tu
tior ſententia eſt, actori petendum pronunciari rem eſſe libe
ram à tali ſeruitute, quoad aduerſarium, quia poteſt eſſe, vt
res illa ſit libera reſpectu aduerſarij, & tamen alij debeat ſer-
* uitutem, vt eſt text. in d. l. loci, §. competit. Ideo non otioſè in-
44 ſeritur in libello, quod actor dicat fundum eſſe liberum, quo
ad reũ conuentum, & hoc eſt, quod inquit tex. in d. §. compe-
tit, quoad te liberas ædes habeo. Vnde ſecundum DD. in li-
bello, hæc duo copulatiue exprimi ſolent. Peto declarari reo
nõ competere ſeruitutem ſed fundum eſſe liberum, per text.
in d. ſ. competit, de quo vide hic Io. Fab. num. 35. & Iaſ. num.
57. poteſt autem libellus ita formari.

Forma libelli.

45 Reſeruatis reſeruandis, & præmiſſis præmittẽdis. Coram
vobis domino Iudice comparens N. breuiter proponit, dicẽs.
Non ſolum iure communi, ſed & Saxonico clare, & egregie
prouiſum, ne quiſquam alterius bonis aut fundis, ad eum, vel
proprietario, vel alio iure pertinentibus ſeruitutem qualem-
cunque de facto imponere præſumat, maximè cum ex com-
muni iuris præſumptione, quælibet res, donec contrarium
doceatur, ab omni onere, & ſeruitute libera eſſe cenſeatur.
Quanquam autem campus inter agros N. & N. iacens, ad a-
ctorem iure dominij, vel quaſi tanquam paternum, & hære-
ditarium prædium pertineat, & is eum campum citra mole-
ſtationem cuiuſquam quiete poſſideat, & alijs iura in eũ prę-
tendentibus ea diffiteatur, tamen eo non attento reus N. ſua
pecora in eo paſcere, non ſine graui actoris prẹiudicio, dam-
no, atque detrimento præſumit, eo animo ac intẽtione vt ius
paſcendi in fundo actoris ſibi pariat, atque acquirat. Et quã-
uis reus ſępius ab actore amice requiſitus fuerit, vt ab iniquo
atque prætenſo propoſito iuris paſcendi deſiſteret, tamen a-
ctor extra hanc litem iudicialem nihil ęqui, vel iuris obtinere
atque referre hactenus potuit. Quare rogat veſtra iudiciali
ſententia declarari, ac pronunciari, nõ licuiſſe, nec licere, reo
pecora ſua in dicti actoris prædio, tanquam libero, atque ab
omni ſeruitutis onere immuni, paſcere, ſed dictum prædium
à tali ſeruitute liberum atque immune eſſe reumq; à tali prę-
tenſo iure paſcendi in poſterum cum cautione pro ſe, & ſuis
hæredibus de non vlterius turbando, & refuſione damnorũ,
intereſſe, & expenſarum deſiſtere debere: humilime implo-
rando officium veſtrum nobile.

Verſ. Quod genus.

46 Hæc eſt tertia pars §. noſtri, in qua Imperator ponit diffe-
rentiam inter rei vendicationem, quæ pro rebus corporali-
bus competit, de qua in § præcedenti, & has duas actiones,
quæ pro rebus incorporalibus introductæ ſunt, de quibus in
§. hoc agitur. Rei vendicatio enim non datur poſſidenti, ſed
contra poſſidentem, ſubſtantialia enim requiſita in ea ſunt à
parte agentis dominium, & à parte rei conuenti, poſſeſſio d.
l. vnica, iuncta Gl. C. de alie. iud. mut. cauſ. fa. & notatur in ca.
examinata cauſa, 15. extra de iud. Sed hæ duæ actiones dãtur
etiã quaſi poſſidenti. Poteſt enim quis cõfeſſoria experiri, qui
47 poſſidet fundum, cui dicit deberi ſeruitutem, & qui eſt in
quaſi poſſeſſione ſeruitutis contra impedientem. Item nega-
toria vti poteſt, qui poſſidet fundum, quem dicit eſſe liberum
& qui eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, contra impedientem,
quo minus actor vtatur re ſua libera, vt ex prædictis conſtat.
Sed contra illam differentiam opponit Glo. hic, in verbo Ne-
get, rei vendicationem quandoque dari poſſidẽti: deponens
enim retinet rei depoſitæ poſſeſſionem, l. licet, 17. §. rei ff. de-
poſiti. Item commodans retinet poſſeſſionem rei commoda-
tæ, l. rei commodatæ, 8. ff. commodati. Vnde commodatarius
& depoſitarius dicuntur retinere rem, ſicut aſinus ſellam, ſec.
Zaſ. hic, & tamen commodans, & deponens licet poſſideant
rei vendicationem intentare poſſunt, leg. officium, 9. ff. de rei
ven. Et Gl. dupliciter reſpondet. Prima autem eius ſolutio cõ
muniter approbatur, pro cuius declaratione diſtinguit poſt
48 Dyn. quem refert hic Iaſ. num. 58. hoc modo. Aut quis poſſi-
det naturaliter, & ciuiliter rem corporalem, & habet eius etiã
corporalem detẽtionem, & tunc clarum eſt, ei nõ competere
rei vendicationem: quia nemo eſt contra quem ageret, niſi
velllet ſibi ipſi controuerſiam dominij mouere, quod eſſet ri-
diculum, & hoc modo procedit textus noſter. Aut quis poſſi-
det naturaliter tantum, aut ciuiliter tãtum, aut naturaliter &
ciuiliter ſimul, ſed non detinet rem corporaliter, vt eſt in exẽ-
plis ſupra relatis, & tunc procedit d. officium, quod nihilomi-
nus poſſidens tantum rei vendicationem inſtituere poteſt ra
tione ſolius detentionis, contra nudum detentatorem, de quo
ſup. in §. omnium, plura dicta ſunt. Porro de hac quæſtione,
vtrum poſſidens agens rei vendicatione videtur renunciare
poſſeſſorio, & an poſſeſſorium, aut petitorium cumulari poſ-
ſint: vide plene per Bart. in l. naturaliter, 12. §. nihil commune,
ff. de acq. poſſ. & Iaſ. hic, num. 57.

Verſ. Sanè vno caſu.

Subijcitur in hoc verſ. quædam fallentia ad prędictam dif-
ferentiam, vnde quidam dicunt, hanc eſſe quartam partem,
§. noſtri, videlicet, quod ſit vnus caſus in quo poſſidẽs res cor-
porales, vices actoris ſuſtinet & in exemplificando iſtum ca-
ſum DD. hic, poſt Gl. multum laborant. Ponũtur enim in Gl.
hic duo exempla, quæ reprobatur per Io. Fab. Angel. & Zaſ.
hic ponentes aliud exemplum, quod in effectu videtur idem
49 eſſe cum poſterior exemplo Gl. in quo poſſeſſor non quidem
eſt actor propriè, ſed partes, ſeu vices actoris ſuſtinet, vt in-
quit textus hic videlicet, quando reus conuentus per actorẽ,
ſeſe opponit per viam exceptionis contendens ſe eſſe domi-
num, quod facere poteſt per text. in d. §. omnium, ſup. eo. ibi,
(poſſeſſor autem dominum ſe eſſe dicat,) quo caſu poſſidens
partes actoris obtinet, recipiendo in ſe onus probandi domi-
nium, iuxta Gl. in l. circa, 14. ff. de prob. & reus in excipiendo
dicitur acto, l. 1. ff. de excep. ſed Iaſoni hic, num. 60. hoc exem-
plum, non placet, text. enim noſter vult eſſe caſum, vt poſſi-
dens rem corporalem habeat actionem in rem, vt exceptio
ſit de regula. Itaque tenet primum exemplum Gl. vt intelliga-
tur de duplicibus iudicijs in quibus, vterque eſt actor, & reus
vt in actione familiæ herciſcundę communi diuidundo, & fi-
nium regundorum, quæ alias mixta iudicia dicuntur, de qui-
bus in ſ quædam, inf. eo. Nam in actione familiæ herciſcun-
dæ, actor, qui prouocat ad diuiſionem hæreditatis petit, ſibi
ad iudicari portionem, quam poſſidet, text. eſt in l. 1. ff. famil.
herciſcundæ. Sic in communi diuidundu iudicio, quando hi,
qui rem aliquam habent, & poſſident communem, à com-
munione (in qua nemo inuitus manere cogitur, l. fi. C. com-
muni diuidundo, cum plerumque communio pariat diſcor-
diam, vt eſt text. in leg. cum pater, 77. §. dulciſſimis fratribus,
20. ff. de legat. ſecundo,) recedere volunt, quilibet petit ſibi
adiudicari partem, quam iam in manibus habet, & poſſidet.
Sic etiam in iudicio finium regundorum, quilibet vicinus pe-
tit ſibi adiudicari: hanc glebam terræ, quam poſſidet, vt infra
eodem in dicto §. quędam. 20 latius declarabitur. Nec obſtat,
quod hoc caſu actio deſcendat ex quaſi contractus, §. item ſi
inter, 3. ſup. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſcũtur. Textus au-
tem, noſter loquitur, de reali actione, quia actiones prædictæ
mixtam naturam, & cauſam habent, realium ſcilicet, & perſo
nalium actionum, vnde etiam mixtæ dicuntur, vt in § quędã,
dicetur. Reſpectu igitur realis naturæ, & cauſæ hoc exẽplum
facit ad propoſitum. Nec obſtat altera impugnatio Ioan. Fab.
dum dicit, hac ratione non eſſe vnum, ſed plures caſus. Licet
enim in ſpecie ſint tres actiones duplicatæ, ſeu mixtæ, tamen
in genere eſt vnus caſus ſcilicet in duplicibus iudicijs, vt re-
a ſpondet hic Iaſ. num. 60. in fi. *a*

Gl. in verb. Tollendi.

Declaratis omnibus partibus textus noſtri, & ſimul ple-
riſque gloſſis, reſtat tunc Gloſ. in verb. Tollendi, quæ dum
textum noſtrum duobus, modis exemplificat, & declarat,
diuiditur per Iaſonem in duas partes. Et pro eius expeditio-
ne hoc modo oppono contra textum, quatenus in prima
eius parte dicit. Confeſſoriam actionem competere pro ſer-
50 uitute altius tollendi. Contra, Cuilibet alias ex permiſſio-
ne iuris licitum eſt ædificare, & ędes ſuas altius tollere, etiam
51 vſque ad cælum d. l. altius, cum l. ſequenti, ibi D. C. de ſeru.
Fruſtra igitur hoc conſtituitur iure ſeruitutis, facit vulga-
tum illud dictum. Fruſtra precibus impetratur, quod a iure
com-

ADDITIO.

a *Placet magis exemplum ex l. officium, de rei vendic. cum do-
minus, & poſſeſſor, a depoſitario, commodatario, & ſimilibus,
qui non poſſident, quidem attamen rem tenent, & reſtituendi
facultatem habent, rem ſuam vendicat.*

Digitized by Google

communi reperitur conceſſum, l. vnica, C. de theſauris, lib. 10.
& l. 1. C. de iure liberorum. Ideò Gloſ. in prima eius parte di-
cit, ab Imperatori inſeri confeſſoriæ actioni exemplum nega
toriæ, quia actor agit ædes ſuas eſſe liberas, & ſibi eſſe ius al-
tius ædificandi, contra eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione ſerui-
tutis domus actori, ne ei liceat altius tollere. Sed hæc ſolutio
Gl. tanquam ridicula, vno ore à DD. reprobatur, cum Impera
tor in hac prima parte, §. noſtri exempla confeſſoriæ, in ſecun-
da vero parte, ibi contra, negatoriæ actionis exempla refert.
Ideo ipſamet Gl. ab iſto intellectu recedit, & ponit alium, vt
in ſecunda parte videbimus. Hinc ſumpta occaſione D. Iaſ.
52 poſt alios quærit. Quando quis dicatur in quaſi poſſeſſione
ſeruitutis? Et quia hæc materia eſt quotidiana, cum per præ-
ſcriptionem etiam ſeruitutes acquirantur, l. 3. cum ibi notatis.
C. de ſer & aq. & l. ſi quis diuturno, 10. in princ. ff. ſi ſer. vend.
53 Præſcriptio autem ſine poſſeſſione in rebus corporalibus, &
quaſi poſſeſſione in rebus incorporalibus non procedat cap.
Sine poſſeſſione, 3. de reg. iur. in 6. ordinariam hanc doctrinã
referendam & declarandam duxi. Diſtinguitur autem inter
ſeruitutes negatiuas, & affirmatiuas.
54 Primo caſu, quando loquimur de ſeruitutibus negatiuis, vt
eſt altius non tollendi, in his per vnicum actum, puta per vni
cam prohibitionem cum patientia aduerſarij dicitur acquiſi-
tam quaſi poſſeſſio. Exempli gratia: Si vicinus meus domum
ſuam collapſam velit reædificare, & præter priſtinam formã
alius eleuare, & per me prohibitio interueniat, cui ipſe ac-
quieſcat, & obtemperet, quia altius ædes non extollit: tunc
ego per huiuſmodi actum, qui in ſola prohibitione mea, &
patientia aduerſarij conſiſtit, acquiro quaſi poſſeſſionem hu-
iuſmodi ſeruitutis negatiuæ, altius non tollendi, ita vt acce-
dente legitimo tempore ad præſcribendam ſeruitutem re-
quiſito, ſeruitus illa altius non tollendi præſcribatur. Et niſi
talis prohibitio in caſu noſtro interueniat, nunquam poſſum
dici eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, altius non tollendi.
Quare ſi domus vicini per mille annos ſit collapſa, vel depreſ
ſa ſtaret, ego nunquam eſſem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis
altius non tollendi, niſi tunc demum, quando vicinum altius
ędificare volentem prohiberem altius eleuare, & ipſe acquie-
ſceret meæ prohibitioni. Nam ſi ſpreta prohibitione altius
tolleret, id quod poteſt, prohibens non conſtitueretur in qua-
ſi poſſeſſione, ſecun. Paul. de Caſt. in l. qui luminibus, 11 ff. de
ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Hinc Cæpol. in tract.
ſuo de ſeru. vrb. prædior. cap. 17. dicit. quaſi poſſeſſionem ſer-
uitutum non requiri, niſi duobus concurrentibus. Primum
vſu vtentis, ſcilicet ſeruitute: denique patiẽtia alterius, de quo
latius vide Bart. poſt Glo. in l. 1. C. de ſeru. & aqu. & in l. ſicut,
8. § ſed quæritur, ff. ſi ſeru. vend. & Paul. de Caſt. in d. l. qui lu-
minibus, Ang. & Iaſ. hic.
55 Secundo caſu, quando loquimur de ſeruitutibus affirma-
tiuis, ſubdiſtinguitur, Aut ſunt ſeruitutes affirmatiuæ, in qui-
bus poteſt eſſe vſus per modum amicitiæ, vel facultatis, quia
conſiſtunt in actu meræ facultatis, a iure gentium, vel natura
li conceſſæ: veluti ire aut agere per alterius fundum, cum cui-
libet naturali iure concedatur facultas eundi per fundum alie
num, niſi prohibeatur, l. 3. §. 1. ff. de acq. rer. dom. & l. Diuus,
16. ff. de ſeruitutibus ruſtic. præd. Et in his, vt quis dicatur in
quaſi poſſeſſione ſeruitutis itineris, non ſufficit vnus & ſim-
plex, ſed continuatus actus eundi per triginta dies, ſciente &
patiente domino, nec ſufficit quem ſemel atque iterum iuiſſe
l. 1. §. hoc interdicto. 2. ibi Bart. ff. de itinere actuque priuato.
Aut ſunt ſeruitutes affirmatiuæ, quæ non conſiſtunt in hu-
iuſmodi mera facultate, & in quibus non eſt vſus per modum
amicitiæ, vt ducere aquam per fundum alienum, quippe
quod prohibetur à iure licet dominus id expreſſe non prohi-
beat, l. aquam, 4. C. de ſeruit. & in illis per ſolum vnicum actũ,
acquiritur quaſi poſſeſſio ſeruitutis, l. 1. §. quod autem, 4. ibi,
(Vel vna die) ff. de aqua quotid. & æſtiu. & de hoc vide latius
DD. in locis prædictis.
56 Redeo nunc ad ſecundam partem Gloſ. noſtræ, in qua re-
fertur alius intellectus ad textum in verbo, Altius tollendi,
quem ſequitur Iaſ. hic, nu. 34. & Dyn. Veluti quando compe-
tit tibi ſeruitus immittendi tignum in meum parietem potes
contra me experire confeſſoria, vt ædificem, & altius tollam
parietem collapſum, vt tu iure, & ſeruitute tua vti poſſis. Vel
quia ea mercator, ſtipulatus es a vicino, vt regione tabernæ
tuæ habeat eleuatas ædes, potes contra eum agere, vt altius
tollat ędes ſuas. Et licet hęc exempla in ſe vera ſint, tamẽ vio-
lant textum, dum exponitur ædes ſuas, id eſt vicini. Et quãuis
Iaſ. hic conetur defendere per hanc rationem, quod dictio
57 Suus, non ſemper importat dominium, ſed qualecumq; ius
quis habeat in re, per textum, & ibi Bar. in l. talem, 51. §. ſi quis
ita, ff. de heredib. inſt. tamen eſt manifeſta violatio, & impro-
priatio literæ, quæ eſt clara. Et dictio Suus, eſt pronomen re-
ciprocum, quod refertur ad aſſerentem ſe habere, ius, ædes
ſuas, ſ. proprias, altius tollendi, ideo. Ioan. Fab. quem ſequitur
Ang. & Zaſ. hic, ponit hic aliud exemplum. Pone ſtatuto loci
58 certa forma & menſura ędibus, & ædificijs conſtituta eſt vl-
tra quam nemo poteſt altius ędificare, inuito & contradicen-
te vicino, iam ſi vicinus indulgeat, & concedat vicino faculta
tem altius tollendi domum ſuam, & poſtea velit eum impe-
dire ne altius tollat, allegando libertatem domus ſuæ per ſta-
tutum conceſſam, poterit vicinus contra eum confeſſoria ex-
periri, ſibi iure ſeruitutis per conceſſionem à vicino factam,
ius eſſe ędes ſuas altius tollendi, ac proinde par eſſe, vt hoc
vicinus concedens cogatur ferre iure ſeruitutis conceſſæ. Et
licet Iaſ. hoc exemplum mordeat, tamen à Zaſio optime de-
fenditur, quem videre.

---

§. Sed iſtæ.

1 *Continuatio.*
2 *Diuiſio §. in quatuor partes.*
3 *Quædam actiones ſunt ciuiles, quædam prætoriæ.*
4 *Ius ciuile tripliciter capitur.*
5 *Actiones ciuiles quæ.*
6 *Prætoria quæ.*
7 *An actiones deſcendens ex ſtatutis, ſint ciuiles, vel prætoriæ.*
8 *Quid proſit ſcire actiones deſcendentes ex ſtatutis eſſe ciui-les, vel prætorias.*
9 *Quæ prætoriæ ſint annales, quæ non.*
10 *Quomodo cognoſcatur, an actio ſit ciuilis vel prætoria.*
11 *Rei vendicatio, quæ datur contra dolo poſſidere deſinentem, an ſit ciuilis, vel prætoria.*
12 *Actio prætoria tripliciter dicitur.*
13 *Omnis definitio in iure periculoſa.*
14 *Publiciana actio quid.*
15 *Exemplum Publicianæ.*
16 *Cauſa vel occaſio introducendæ Publicianæ.*
17 *Actio Publiciana vnde dicta.*
18 *Dominium triplex.*
19 *Quaſi dominium actionem Publicianam producit.*
20 *Ad quid, & pro quibus rebus Publiciana competat.*
21 *In Publiciana omnia veniunt, quæ in rei vendicatione.*
22 *Publiciana datur quaſi domino.*
23 *Poſt vſucapionem completam ciuilis actio ſeu rei vendicatio locum habet.*
24 *An Publiciana vero domino detur.*
25 *Vltima opinio Glo. tenenda.*
26 *Detur nec Publiciana creditori ad rem ſibi oppigneratam ab eo, qui non fuit dominus.*
27 *Contra quem detur Publiciana.*
28 *Publiciana non datur contra poſſidentem cum titulo.*
29 *In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.*
30 *Titulus iure acquiſitus habetur pro titulo.*
31 *Procurans titulum, eſt in mala fide.*
32 *An Publiciana detur contra poſſeſſorem pro herede.*
33 *Poſſeſſor pro herede poſſidet vt dominus.*
34 *An, ad quid, & quando Publiciana detur contra verum dominum.*
35 *Ad hoc vt Publiciana locum habeat, an requiratur traditio incorporalibus, & quaſi traditio incorporalibus, vt ſeruitutibus.*
36 *Traditionibus, non nudis pactis dominia acquiruntur.*
37 *Quid iuris ſit illis rebus in quibus dominium ſine traditione tranſit.*
38 *In Publiciana requiritur, vt traditio ſit facta ex titulo iuſto, & habili ad transferendum dominium.*
39 *In Publiciana requiritur, vt agens a non domino rem acceperit.*
40 *In Publiciana neceſſaria eſt bona fides actoris.*
41 *In quibus temporibus bona fides adeſſe debeat.*
42 *Mala fides authoris nocet ſucceſſori, in præſcriptione longi temporis.*
43 *Qui non poteſt præſcribere, non habet Publicianam.*
44 *Bona fides non præſumitur, niſi allegetur, & nu. 50.*
45 *In Publiciana actor debet dicere, ſe dubitare, an author ſuus fuerit dominus.*
46 *Dubitans, & ignorans æquiparantur.*
47 *In Publiciana à parte rei requiritur poſſeſſio.*
48 *In Publiciana actor à ſua parte debet probare traditionem, & titulum, & a parte rei poſſeſſionem.*

49 *Bona*

49 *Bona fides ſemper præſumitur.*
50 *Quæ conſiſtunt in conſcientia, non poſſunt probari per teſtes, ſed per iuramentum.*
52 *Conſcientiam ſolus Deus cognitam habet.*
53 *Allegantı bonam fidem abſque titulo, Nocet iuranti creditur.*
54 *In quibus conueniant rei vendicatio, & Publiciana.*
55 *In quibus differant.*
56 *An hodie Publiciana per ius Canonicum ſit correcta.*
57 *Quod non mutatur, quare ſtare prohibeatur.*
58 *Quando procedat argumentum à præſcriptione ad Publicianam.*
59 *Præſcriptio, & Publiciana quomodo differant.*
60 *Quomodo libellus in Publiciana formari debeat.*
61 *Libellus in Publiciana alternatiue poteſt proponi, quamuis alternatiuus libellus regulariter non valeat.*
62 *Cautela, quod quando actor dubitat de actione ſibi competente, plura remedia cumulare poſſit.*
63 *Agens Publiciana probabiliter dubitat, an author ſuus fuerit dominus.*
64 *Quid, & quomodo actor in libello actionis Publicianæ narrare debeat.*

1 TRaditur in hoc §. ſecunda diuiſio actionum, quæ cauſā
efficientem continet. Sunt enim omnes actiones, aut
ciuiles, aut prætoriæ. De ciuilibus in rem, & perſonam partim
dictum eſt. In hoc agitur §. cum aliquot ſequi, vſque ad §.
ſequens, Imperator prætoria actiones declarat, idque ordine
facit. Nam I. In quinque proxime ſeqq. titul. de prætorijs
realibus II. In §. perſonam, de prætorijs perſonalibus. III.
In §. pœnales, de actionibus prætorijs pœnalibus tradit. Diuiditur
ante hic §. vſque ad §. rurſus, in quatuor partes. In 1.
2 namque Imperator continuando materiam, ponit ſecundam
diuiſionem actionum. In alibi, (vt ecce) ponit duo generalia
exempla actionum realium prætoriarum. In 3. Ibi, (namque)
primum exemplum in ſpecie declarat. In 4. Ibi (quæ actio)
tradit, quo nomine appelletur hæc actio, cauſam ſcilicet nominis
aſſignans.
3 Quod igitur ad primam partem attinet, ſecundum ſecundam
diuiſionem actionum eſſe, quod quædam actiones ſint
ciuiles, quædam prætoriæ. Pro cuius intellectu præmittendum
ius ciuile tripliciter capi poſſe 1. Large, vt genus, quod
4 comprehendit omnes iuris partes, de quibus in §. conſtat, 3.
ſup. de iure naturali, &c. ita vt omnis actio largo modo poſſit
dici iure ciuilis. II. Stricte pro omnibus partib. iuris, excepto
iure prætorio. III. Strictiſſime, pro lege duodecim
5 tabularum. In propoſito autem noſtro non accipitur largo
modo, ſed ſtricte, ac proinde ciuiles actiones dicuntur, ſecundum
textum noſtrum hic, iuncta Glo. in verb. Sed iſtæ, & Gl.
in verb. Ex legitimis, quæ ex legibus ciuilibus ſeu quinq; partibus
iuris ciuilis producuntur, ſcilicet ex lege duodecim tabularum,
plebiſcitis, & Senatuſconſultis, reſponſis prudētum,
& conſtitutionibus Principum §. ius autem ciuile, & §. cōſtat,
cum aliquot ſequentibus ſupr. de iure naturali, gent. & ciuil.
6 Prętoriæ verò actiones dicuntur, quæ à Prętore in defectum
ciuilium actionum introductæ ſunt. Edicta enim Pretorum,
Pręſidium, Ædilium, nominantur ius prętorium §. Prętorum
quoque edicta, 7. ſup. de iure naturali. Hinc quęritur de actio
7 nibus deſcendētibus ex ſtatutis Ducum, Comitum, Marchionum,
an ſint ciuiles, vel prætoriæ? Et communiter concluditur
eas eſſe prætorias, ſi ſcilicet tales habēt adminiſtrationem
iure alieno, quem agnoſcunt ſuperiorem, quia tunc ſtatuta
eorum dicuntur iuris prætorij cum ſint loco præſidis, ſecundum
Glo. & ibi Feudiſtæ, in c. 1. in verb. Obſeruatur, ſi de inueſtitura
inter dominum, & vaſallum lis oriatur, in vſibus feudorum.
Secus, ſi habeant adminiſtrationem iure proprio, &
ſuperiorem non recognoſcant, quia tunc non ſunt præſides,
ſed habentur loco Principis, ſecundum Bar. in l. 1. §. quare 10.
ff. de poſtulando. Itaque ſtatuta eorum cenſentur ius ciuile,
& conſequenter actiones ex eis deſcendentes, ciuiles repu-
8 tantur. Et Ang. dicit hic, hanc inueſtigationem eſſe magnæ
vtilitatis, vel hoc nomine, quia ſi ſunt Prætoriæ actiones, finientur
anno, ſi vero ciuiles, erunt perpetuæ, per le. in hono-
9 rarijs, 35. in prin. ff. de obligat. & act. Quod eſt verum, ſi ſunt
pęnales, nam tunc regulariter anno tolluntur, vt actio iniuriarum
prætoria, le. ſi non conuitij, 5. C. de iniur. ſecus autem
ſi ſunt rei perſecutoriæ, d. leg. in honorarijs, & in princ. inſ. de
perpet & temp. action. vbi hac de re plura dicemus, & vide
Bartol. in l. fin. ff. de pęnis, & DD. in l. 5. ff. de verbor. oblig. &
10 Iaſon hic, poſt Angel. numero 36. Ad cognoſcendum autem,
an actio ſit ciuilis, vel prætoria, duo notanda ſunt, ſecund.
Gloſ. hic in verb. Sed iſtæ. 1. Perſona actoris, non rei
conuenti attendenda, ita vt ſi lex ciuilis alicui tribuat actionem,
licet iure prætorio etiam cōtra aliam perſonam locum
habeat, ciuilis, & non prætoria dicatur, quia ius agentis, non
ex perſona rei, ſed ipſius actoris metiri debemus, l. 1. §. 1. ff. ſi
pars hær. pet. 2. Origo actionis inſpici debet, an originaliter à
iure ciuili, vel prætorio introducta ſit actio, ſec. Gloſ. ordinariam,
in l. in verb. Hęres, ff. de poſſeſſoria hęreditatis petit. Vnde
Gl. hic in verb. Et iſtę, quærit: An rei vendicatio, quæ contra
dolo poſſidere deſinentem competit, ſit ciuilis vel prætoria?
Et videtur dicendum eam eſſe prętoriam, per text. in leg.
electio, 26. §. 1. ff. de noxa. actio. vbi dicitur, prętoriam actionē
11 dari, ſi dolo malo deſinat aliquis poſſidere. Sed Gl. noſtra cō-
cludit contrarium, & bene, eam nimirum eſſe ciuilem. Quod
eſt verum origine, per extenſionem tamē etiam prætoria dici
poteſt, vt innuit Gl. in d. l. electio. in verbo, Prætoria. Idem
quoque dicendum eſt de actione commodati, quę & ipſa origine
eſt ciuilis, l. in commodato, 17. §. ſicut, in verb. Actiones
ciuiles, ff. commodati, ſed confirmatione, ſeu approbatione
prætoria, l. 1. in prin. ff. commodati. Vnde Ang. hic mihi nu. 1.
ante fi. ſubijcit, actionem poſſe dici prætoriam tripliciter, I.
inuentione, & origine, vt in §. noſtro, cum, §§. ſeq. vbi iſtæ a-
12 ctiones in defectum ciuilium actionum à Prætore introductę
ſunt. II. Extenſione, vt in rei vendicatione, quę datur cōtra
dolo deſinentem poſſidere. III. Approbatione, vt in actione
accommodati, d. l. 1. ff. commodati. Vnde Zaſ. hic ſubijcit,
quamuis origo inſpiciatur ad cognoſcēdam naturam actionum,
adeò vt aliquando origine ſit ciuilis, tamen per extēſionem
per ea quæ adduntur à Prætore, poſſe actionem origine
ciuilem dici prętoriam, ſicut eſt in commodato, & hæreditatis
petitione quę eſt ciuilis, & tamen à Prætore extenſa ad
bonorum poſſeſſionem, d. leg. 1. ff. de poſſeſs. hęred. pet. & ſic
in compluribus alijs titulis, quod ſecundum eum eſt notandum
per vniuerſum ius ciuile. Et per hæc ſit expedita prima
pars, §. noſtri, iuncta Gloſ. in verb. Sed iſtæ, & in verb. Ex
legitimis.

Sequitur nunc ſecunda pars huius §. in qua Imperator duo
exēpla realium prętoriarum actionum ponit, ſed quia in tertia
parte primum exemplum, & in §. ſeq. ſecundum in ſpecie
declarat, in hac ſecunda parte, ne idem bis dicere cogamur,
non erit inſiſtendum, ſed tertiam partem in qua de Publiciana
in rem actione agitur, enarrandam ſuſcipiamus.

DE PVBLIC. IN REM ACTIONE.

13 Nota eſt vulgata regula iuris, Omnem definitionem in iure
eſſe periculoſam, leg. omnis definitio, 202. ff. de regul. iur.
Nec eſt vis facienda in huiuſmodi definitionibus legalibus,
quia potius dicuntur deſcriptiones, ſeu notificationes à poſteriori
ſumpta. Variæ igitur à varijs definitiones Publicianę
actionis traduntur, de quibus vide Ioan. Fab. num. quarto,
& Iaſ. num. 1. & Iaſ. verſic. Quarto colligo. Poteſt autem
14 breuiter ſic deſcribi: vt Publiciana ſit actio prætoria realis,
qua petimus, id quod nobis ex iuſta cauſa à non domino bo-
15 na fide traditum eſt, & nondum vſu captum, vt hic, & l. 1. ff.
eod. Nam pone, ad te ex titulo donationis, vel alia quacumque
cauſa habili ad transferendum dominiū, peruenit equus
quidam, quia forte in itinere, dum ires Norimbergam, emiſti
à quodam extraneo tibi incognito, quem credebas eſſe dominum
cum tamen in rei veritate non eſſet. Poſtea caſu amittis
poſſeſſionem iſtius equi, antequam illum vſucapias. Hic ſane
non competit tibi rei vendicatio contra poſſeſſorem. Nam
ad hoc, vt rei vendicatio competat requiritur aperte actoris
dominium, l. in rem, 23. ff de rei vendicatione. Atqui tu non
es dominus. Ergo, &c. Minor probatur ex eo quia venditor
non dominus, non potuit in te trāsferre dominium, quod ipſe
non habuit, per l. nemo plus, 54. ff. de reg. iur. iuncta l. clauibus,
74. ff. de contrah. emptione, ſed tantum tranſtulit in te
vſucapiendi conditionem, d. l. clauibus, quam vſucapionem
nōdum compleuiſti. Igitur de iur. ciuili nulla tibi datur actio
ad ęquum vendicandum, & recuperandum. At vero quia in-
16 conueniens erat, vt habens bonam fidem, & iuſtum titulum
actione reali, ad recuperandam rem deſtitueretur, Prætor
(qui ſemper ęquitatem ab oculos habet, vulg. l. quod ſi Epheſi
4. ff. de eo, quod certo loco.) benignitate motus introduxit
hanc actionem Publicianam, quæ datur ei, qui bona fide,
& iuſto titulo à non domino habet rem, quam nondum vſucepit,
ad eam vindicandam, ſi forte caſu eam amiſit, vt hic,
17 & d. l. 1. cum duabus legibus ſequentibus. Et dicta eſt hæc a-
ctio Publiciana à Publico, qui primo eam introduxit, vt dici-
18 tur in vltima parte §. noſtri. Eſtque realis, quia perſequitur
rem

Digitized by Google

rem ratione quaſi dominij. Supra enim in §. omnium dictũ
a eſt dominium eſſe *a* triplex, de quo Iaſ. hic num. 56. I. Dire-
ctum, quod directam rei védicationem producit de quo tit.
in ff & C. de rei vend. II. Vtile quod vtilem rei vendicationẽ
producit, de quo tit. in ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petatur.
19 III. Quaſi dominium, quod ſec. Pau. de Caſt. in l. vnica, C. de
alie. iudic. mut. cau. fa. eſt illud ius vendicandi, quod habet, l.
qui titulum, & bonam fidem habet in re aliena ſibi tradita, &
poſtea excidit à poſſeſſione ante vſucapionem completam,
& illud ius Publicianam actionem producit, de qua text. no-
ſter hic, & in ff. tit. de Publiciana in rem act.

Pro quibus rebus detur Publiciana.

20 Et pro declaratione iſtius actionis, primum quæro: Pro
quibus rebus & ad quid competat? Ad quod reſpondere,
eam competere I. Pro rebus corporalibus ſiue mobiles, ſiue
immobiles ſint, l. ſi ego, 1. §. partus, vſque ad fin. l. ff. eod. II.
Etiam pro rebus incorporalibus, vt ſeruitutibus. Nam ſi ſer-
uitus conſtituatur à non domino pro tali ſeruitute, quæ eſt
res incorporalis, competit Publiciana, d. l. ſi ego, §. 1. & in hoc
21 differt à rei vendicatione. Et de ratione diuerſitatis, vide hic
Iaſ. num. 18. Item veniunt in hac actione omnia, quæ in rei
vendicatione veniunt, videlicet damna, fructus, & expenſæ,
l. eum qui (al. §. 2. in l. ſed & ſi res, 7.) §. in Public. iuncta gloſ.
in verb. Quæ diximus, ff. eod. add. Ioa. Fab. num. 15. & Angel.
num. 20.

Cui competat Publiciana.

Secundo principaliter ſecundum hanc actionem quæri-
tur, Cui competat? Ad quid reſpondete ſecundum Fab. hic,
numer. 5. quòd ſicut de iure ciuili rei vendicatio datur do-
mino, ita Publiciana de iure prætorio datur quaſi domino,
id eſt, ei, qui à non domino, quem tamen dominum eſſe cre-
22 debat, acquiſiuit rem bona fide, & iuſto titulo, qui parit cau-
ſam vſucapiendi ante præſcriptionem, vel vſucapionem cō-
23 pletam. Nam poſt vſucapionem completam ciuilis actio,
rei vendicatio ſcilicet, locum habet, d. leg. 1. in princ. ff. eod. Et
ſic notabitis dictionem. Quaſi, improprietatem, non verita-
tem ſignificare, l. id tempus, 14. in fin. ff. de vſucap. de quo Iaſ.
24 hic num. 26. & 68. Dubitatur tamen poſt gl. hic in verb. Do-
minus, & in verb. Directam, an Publiciana vero domino
competat? Et Vltramontani ſubtiliter per rationes, quas re-
ferunt Ioan. Fab. Iaſ. & Zaſ. tenent quod ſic, ita vt ſi verus do-
minus velit, poſſit omiſſa rei vendicatione rem per Publicia-
nam vendicare, quæ ſententia, vt inquit Iaſ. hic numer. 61 in
fine, in puncto iuris, & in diſputando eſſet ſuſtentabilis. Con-
trariam tamen opinionem dicit eſſe magis communem, &
veriſſimam, quòd Publiciana vero domino directo ſeu vtili
non datur, cum ciuilem actionem habeat, quam tenet gloſ.
hic in verb. Dominus. Et licet gloſ. ſuper verb. Directam ni-
hil affirmare videatur tamen colligere poſſumus, ab ipſa te-
25 neri vltimam opinionem; per theoricam, quæ habetur:
Quod quoties gloſ. refert plures opiniones, & nullam ex-
preſſe approbat poſteriorem tenere videatur, vt eſt Gloſ. fin.
in l. qui filium, 74. §. Sabinus, ff. ad S. C. Trebel. de quo Iaſ. hic,
numer. 55. Et pro hac ſententia ex text. iuncta gloſ. 1. in leg.
ſi ab eo, 18. ff. de pignoribus vbi dicitur, eum Publiciana, vti
poſſe qui dominium non habet. Nam prætor voluit ſubue-
nire actori, in caſu à iure ciuili non expreſſo, vt eſt text. in d.
leg. 1. ff. eod. Et facit illud quod dictum eſt directum domi-
nium cauſare directam rei vendicationem, vtilem, quaſi ve-
ro dominium Publicianam, cum ſint ſeparati tituli, in ff. de
rei vendic. Item, ſi ager vectig. vel emph. pet. Item de Pu-
blic. in rem act. Hinc Zaſ. hic ſubijcit, verum dominium con-
tentum eſſe debere remedio iuris ciuilis, & non tanquam
b transfugam fugere in aliena caſtra iuris Prætorij, *b* de quo
26 latius vide hic poſt alios Iaſ. numer. 54. per aliquot columnas
in hac quæſt. inſiſtentem. Atque per hæc obiter ſint decla-
ratæ gloſſ. ſuper verb. Dominus, & ſuper verb. Directam. Vl-
timo, circa hanc ſecundam quæſt. princip. quæri poteſt, An
Publiciana detur creditori ad rem ſibi oppignoratam ab eo,
qui non fuit dominus rei, ſicuti confeſſoria, & negatoria,
competunt ei, ad ſeruitutes pignori debitas, leg. ei qui, 16. cum
ibi not. ff. de ſeruit. Et breuiter dicendum eſt quòd non, quia
hoc eſſet contra naturam Publiciana, quæ requirit titulum
habilem ad transferendum dominium, vt in 4. quæſt. princ.
dicemus. Sed creditor non habet talem titulum: Ergo nec
datur ei Publiciana, ſed Seruiana, text. eſt in d. leg. ſi ab eo,
ff. de pignoribus.

Contra quem detur Publiciana.

27 Tertio, principaliter quæritur, Contra quem hæc actio cō-
petat, de quo gloſ. magna hic in verb. Dicit, verſ. Ex parte au-
tem rei. Nam primo datur contra omnem poſſeſſorem, vel
etiam detentatorem rei, qui habet facultatem rei reſtituẽdę.
Deinde contra dolo deſinentem poſſidere, ſicut rei vendica-
tio, Omnia enim quæ in rei védicatione locum habent pro-
cedunt etiam in Publiciana, d. l. eum qui, §. in Publiciana, ff.
eod. Quod eſt verum, ſec. Io. Fab. hic nu. 24. niſi expreſſe con-
trarium in Publiciana reperiatur ſtatutum. Sed quia rei ven-
dicatio contra quemlibet poſſeſſorem habentem facultatem
rei reſtituendæ datur, l. officium, 6. ff. de rei vend. & contra
dolo deſinentem poſſidere, l. ſi autem, 27. §. ſed & is, ff. de rei
vendic. nec reperitur contrarium in Publiciana ſtatutum: ſe-
quitur etiam Public. contra prædictas perſonas competere.
Et circa hoc quæritur de duobus.
28 Primo, An Publiciana contra eum competat, qui poſſidet
rem cum titulo? Et videtur pro prædicta dicendum, quòd ſic
cum rei vendicatio contra titulo poſſidentem locum habeat,
d. l. officium. Contrarium tamen deciditur in l. ſiue autem, 9.
§. ſi duobus, & ibi Bart. ff. eod. Eſtque ratio, ſec. Iaſ. hic nu. 19.
quod is, qui poſſidet cum titulo, habet duo iura, poſſeſſorem,
ſcilicet & titulum. Non mirum igitur, ſi excludat agentem
Publiciana, habentem ſolum titulum: cum duo vincula for-
tius ligent, §. Quia igitur, 1. Nouel. 84. de conſang. & vterin.
29 fratribus. Et in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, c.
In pari, 65. de reg. iur. in 6. Quod eſt verum. I. Niſi ille poſſi-
dēs habeat titulum à fure, vel ab alio, qui tenuit rem cum vi-
tio. Hoc enim caſu licet acquiſiuerit titulum bona fide, nihil-
ominus tamen Publiciana conueniri poterit, ita Bal. in leg. in
ciuilem, 2. C. de furtis, motus per hanc rationem, quod titu-
30 lus à fure quæſitus habetur pro non titulo, quod ſequitur hic
Io. Fab nu. 12. & Ang. 14. Iaſ. 19. II. Hoc limitatur non proce-
dere, ſi titulus eſſet procuratus in odium agentis Publiciana,
ſec. Bart. in d. § ſi duobus, vbi aſſignat rationem, quia procu-
31 rando titulum præſumitur habere malam fidem, vnde is, qui
habet titulum & bonam fidem, ei præferri debet, de quo Iaſ.
hic num. 20. Hinc Iaſ. etiam hic colligit, Publicianam contra
poſſeſſorem pro hærede dari. Nam poſſidere pro hærede nō
32 eſt titulus vt not. Bart. in l. pro hærede, 11. ff. de pet. hæred. &
in l. 1. ff. pro hærede, vel hinc ſatis patet, quod petitio hæredi-
tatis non datur contra titulo poſſidentem, l. hæreditatis, 7. ibi
Bart. poſt gloſ. in verb. compellat, C. de petit. hæred. & tamen
contra poſſidentem pro hærede datur, d. l. pro hærede. Et li-
cet Zaſius hic reprehendat Iaſonem, & concludat, cōtra poſ-
ſidentem pro hærede Publicianam non competere, propte-
33 rea quod non datur contra dominum, l. ſi ff. eo. Poſſeſſor au-
tem pro hærede poſſideat, vt dominus, §. fi. iuncta gl. in verb.
Pro domino, ſup. de hęred. qualit. & differ. tamen Iaſonis ſen-
tentia mihi veriſſima videtur, quæ etiam poteſt confirmari
per hanc rationem, quod ea quæ in rei vendicatione locum
habent, in Publiciana quoque procedunt. Sed rei vendicatio
ſine dubio contra poſſidentem pro hærede competit, d. l. of-
ficium, Ergo etiam Publiciana cum non reperiatur contra-
rium in ea ſtatutum, Nec obſtat ratio Zaſij Licet enim con-
tra dominum Publiciana non detur, tamen hoc eſt verum,
quando poſſeſſor eſt verus dominus, & de domino excipit, &
probat. d. l. fi. ff. eod. Secus autem, ſi non dominus, licet poſſi-
deat, vt dominus, & contendat ſe eſſe dominum, vt poſſeſſor
pro hærede ſe hæredem eſſe contendit.
34 Secundo igitur circa hanc tertiam quæſtionem opportu-
ne nunc videndum eſt. An contra verum dominum publi-
ciana competat. Nam pone, quod bona fide emerim rem à
Titio non domino, & ante vſucapionem completam amiſe-
rim poſſeſſionem, quæ peruenit ad Caium verum dominũ
ecquid mihi Publiciana contra Caium dabitur? Minimè ve-
ro, tex. eſt in l. pen. & fi. ff. eod. Dolo enim facerem, ſi peterem
id, quod mox eſſem domino reſtituturus, leg. condemnatio-
nem, 173. §. dolo, ff. de reg. iuris. Item verus dominus poteſt
rem vendicare à bonæ fidei poſſeſſore, multo magis pote-
rit ſe hoc caſu, contra Publicianam intentatam exceptione
dominij

ADDITIONES.

a *De Dominio directo, vtili & quaſi dominio adde quæ ſupra dicta ſunt in §. omnium, nu. 55. hoc tit.*

b *Vſitatum tamen eſt vtraque actionem coniungi peto iure dominij vel quaſi Ferrar. in forma rei vend. verb. Iure dominij vel quaſi, propter difficultatem probandi dominij veri, l. 4. vbi DD. C. de probationibus.*

Digitized by Google

dominij tueri, cum id conuentus rei vendicatione etiam fa-
cere poſſit, dict. §. omnium ibi, [poſſeſſor autem dominium
ſe eſſe dicat,] ſupra eod. Quod eſt verum ſecundum Iaſ. hic
numer. 144. ſi dominus conuentus oppoſuerit exceptionem
dominij, alioquin ipſo iure Publiciana agi poſſet contra do-
minum, ſine rei vendicatione, & de hoc eſt text. in dict. leg.
penult. ff. eod. qui facit mentionem de exceptione dominij
obijcienda. Sunt & alij caſus plures, in quibus contra do-
minum Publiciana datur, qui notantur hic in dict. gloſ. ma-
gna, verſ. ex parte autem rei, & eos declarat Zaſ. hic quem
videte, & adde ſimilem gloſ. ibi DD. in dict. leg. final. ff.
eodem.

35 Quarto, principaliter quæritur, quæ requirantur ad hoc, vt
Publiciana competat. Et Gloſ. magna hic ſuper verb dicitur,
vet. ex prædictis patet, ponit à parte agentis quinque requiſi-
ta. I. Requiritur traditio, vt hic, & in ea. l. 1. in prin. & d. l. eum
qui, §. fin. ff. eod. vbi dicitur, ante traditionem, quamuis bonæ
fidei quis emptor ſit, Publiciana experiri non poſſe. Quod
eſt verū in rebus corporalibus, in rebus vero incorporalibus
requiritur quaſi traditio, vt in ſeruitutibus patientia loco tra-
ditionis habetur, leg. quoties, 20. ff de ſeruit vel aliud æquipol-
lēs quod ſit loco traditionis, vt in §. interdum, 43. ſup. de rer.
diu. & in l. qua ratione, 9. §. interdum, ff de acqu. rer. dom. Et
36 hoc regulariter verum eſt, cum traditionibus non nudis pa-
ctis dominia rerum transferantur, l. traditionibus, 20. Co. de
pact. Quid autem ſit in caſibus in quibus tranſit dominium
37 ſine traditione, qui not. Glo. r. in l. 3. ff. eod. & in l. ſi ager 50.
ff. de rei vend. & per DD. in d. l. traditionibus diſtinguitc. Aut
quia adeptus eſt poſſeſſionem earum rerum, poſteaque eam
amiſit, & competit ei Publiciana, ſufficit enim hoc caſu appre-
henſio poſſeſſionis, ſec. gloſ. ſing. in l. Celſus, 27. circa med. ff.
de vſucap. Aut quis non apprehendit poſſeſſionem, & Publi-
cianam non habet, quod eſt verum, ſi vult intētare Publicia-
nam ex ſua perſona: ſecus, ſi ex perſona ſui authoris, ſecundū
tex. & gloſ. in l. cum ſponſus, 12. §. is cui, in verb. Publiciana, ff.
eod. Veluti, ſi defunctus habuit ius Public. exercendæ ſaltem
habitu quia habuit rem cum titulo & bona fide, poſt mortē
ipſius hæres vel legatarius, ſi poſſeſſio rei peruenit ad tertium
poteſt agere Publiciana, ex perſona defuncti, & dicere, Do-
mine Iudex author meus habuit bonam fidem in hac re, &
titulum, & iſto allego contra aduerſarium, vt reſtituat mihi
rem, quam occupauit, per Bart. in d. l. 1. & in d. §. is qui, ff. eod.
Ioan. Fab. hic num. 9. Iaſ 34. & 74. & Zaſ. hic mihi fol. 29. II.
38 Exigitur a parte agentis titulus vt traditio rei facta ſit ex ti-
tulo iuſto & habili, ad transferendum dominium, & hoc eſt
quod Imo. hic dicit, ex iuſta cauſa, vt, ſcilicet titulus ſit aptus
ad translationem dominij, licet non transferat, quia a non
domino proceſſit, poterat tamen transferre ſi author domi-
nus fuiſſet. Et Ang. hic num. 8. inquit. [Tu aduocare ſis cau-
tus vt ſemper in libello, & articulis exprimas titulum ſpecia-
lem vt empti donationis, &c.] III. Requirit ſecundum gloſ.
magnam, vt agens à non domino rem acceperit, vt hic, & d.
l. 1. eo ſi enim a vero domino haberet, & titulū, & traditionē,
39 ſtatim in eum translatum fuiſſet dominium, & non Publi-
ciana, ſed rei vendicatio ei competere, d. l. 1. in princ. Et hoc
requiſitum reſpicit veritatem negotij, vt in veritate à nō do
mino emerit, ſed fuerit in bona fide, & putauerit ſe emiſſe
à vero domino. Nec eſt neceſſe, ab actore probari, traden-
tem non fuiſſe dominum, ſecundum Bald. in d. l. eum qui, §.
in Publiciana, ff. eod. add. Iaſ. hic nu. 76. & Zaſ. hic verb tertio
40 quæritur. IV Requiritur bona fides, vt quis rem bona fide
41 nactus ſit, d. l. eum qu., §. fin. cum §. ſeq. ff. eod. Et iſta bona fi-
des in contractu emptionis duobus temporibus interuenire,
debet, ſcilicet celebrari contractus, & tēpore factæ traditio-
nis, l. 3. iuncta gl. pro ſoc. Quod de iure Digeſt. ſine dubio pro-
cedit, etiamſi venditor fuerit malæ fidei, dummodo actor
ignoret malam fidem authoris, d. l. eum, qui §. ait prætor. Sed
42 de iure Auth. dubitatur cum hodie mala fides authoris, no-
ceat ſucceſſori in præſcriptione longi temporis. Aut male fi-
43 dei, C. de præſcr long. temp. Sed qui præſcribere non poteſt,
habet Publicianam, d. l. eum qui, & ibi Bart. ff. eod. Et Alex. de
Imo. in l. rem quæ nobis, 15. ff. de acq. poſſ. dicit communem
eſſe ſententiam, quod Publiciana competat, non obſtante, d.
Aut malæ fidei, ad quam reſpondetur hic per Iaſ. num 81. per
eam non tolli præſcriptionem ſed tantum differri in longius
tempus, ſcilicet triginta annorum. Quod tamen limitabitis
ſec. Zaſ. procedere, ſi actor confitetur, malam fidem autho-
ris & ipſe eſt in bona fide. Tunc enim mala fides authoris,
quam ipſe ignorat, & de qua non conſtat, non poteſt nocere;
ſecus, ſi ſciat & fateatur. Nam, & tunc ipſe propter conſcien-
tiam rei alienæ de iure Canonico nullæ vnquā tempore præ-
44 ſcribere, poteſt c. ſi. extra de præſcr. Hinc Ang. hic dicit in li-
bello, & in articulis bonam fidem allegari debere. Licet enim
non neceſſe ſit eam probare, tamen nunquam præſumitur,
niſi allegetur. V. Requiritur, ſecundum gl. magnam hic, vt
actor credat ſe dominum non eſſe. Sed hoc communiter à
45 DD. teſte Zaſ. reprobatur, quia iure hoc non cauetur. Erube-
ſcimus autem abſque lege, loqui, §. conſideremus, 5. Nouell.
18. de triente & ſemiſſe. Præterea actor tunc eſſet in mala fi-
de contra requiſitum præcedens. Ang. tamen hic dat mediū,
vt actor dicat ſe dubitare, an author ſuus fuerit dominus,
quia dubitare ſit, medium inter ſcire, & ignorare, & magis
inclinat in bonam, quam in malam partem, adeo vt dubitās
etiam de iure Canonico præſcribere poſſit ſec. Gl. in c. ſi dili-
genti, 17. in ver. bona fides in fin. ext. de præſcrip. Et dubitans
46 & ignorans æquipatantur, l. manifeſtiſſimi, 23. §. ſin autem
neſcius, & dubitans, 2. C. de furtis. Poſſunt etiam vltra gl. hic
addi & alia requiſita ſecund. Ang. & DD. hic videlicet, vt res
non ſit præſcripta, vel vſucapta, d. l. 1. in princip. Item vt reus,
contra quem intentatur Publiciana, non ſit dominus, d. l. fin.
ff. eod. nec habeat titulum, de quo in tertia queſt. dictum eſt,
47 A parte autem rei conuenti hac actione, requiritur poſ-
ſeſſio, vel detentio, vt habeat facultatem rei reſtituendæ, vel
vt dolo deſierit rem poſſidere, ſicut in rei vendicatione, de
qua ſupra dict. eſt, &c.

Quinto principaliter quæritur, cum actori onus probandi
incumbat, quid in hac actione probare teneatur. Et gl. noſtra
hic in verb. Dicit veri. ſed tantum duo, quam cōmuniter DD.
ſequuntur concludit actorem non teneri ad omnia prædicta
probanda, ſed ſufficeret, ſi priora duo requiſita, traditionem
48 ſcilicet. & titulum a parte agentis, & poſſeſſione à parte rei
conuenti probet. Quæ facile ſecundum Plat. hic probari poſ-
ſunt, quia ſunt facti extrinſeci, quibus probatis præſumuntur
& ſtatur aſſertioni actoris, cum iuramento, niſi contrarium
49 probetur. Bona fides enim præſumitur, ita vt malam fidem
allegans probare teneatur, text. eſt iuncta gl. fin. in l. pen. C.
de euictionib. Sic etiam in præſcriptione probato titulo bona
fides, quæ ad præſcriptionē omnino neceſſaria eſt, præſumi-
tur, Glo. & ibi Canoniſtæ, in d. c. ſi diligenti, in verb. bona fi-
des, extra de præſcr. Notandum tamen ſecundum Angel. hic
nu. 15. licet non ſit neceſſe bonam fidem probare tamen alle-
gari eā debere, & in articulis expreſſe poni, alias actor ſuc-
cumberet, cum bona fides non præſumatur, niſi allegetur. Di-
50 ligenter autem gl. hanc notabitis, quæ vno ore à DD. pro ſin-
gulari commendatur, & ſemper ad hoc allegatur, quod ea
quæ conſiſtunt in intellectu, vel conſcientia noſtra, probētur
per ſimplicem noſtram aſſertionē cum iuramento. Nam il-
51 la intrinſeca alias per teſtes probari non poſſunt, teſtes enim
non debent deponere, niſi ſuper his quæ cadunt in ſenſum
corporeum, & quæ per illum, præcipi poſſunt, l. qui teſtamē-
to, 20. §. fin. ff. de teſtamen. & ibi Bart. Sed conſcientiam ſolus
52 Deus cognitam habet. Et licet gl. hic non faciat mentionem
de iuramento, tamen Iaſ. hic numer. 88. poſt Ang. adducit ad
hoc gl. expreſſam, in leg. atqui, 19. § cum me abſente, in verb.
Committat, & ibi Bart. ff. de neg. geſt. & gl. in cap. ſignificaſti
17. in verb. Si ita eſt extra de homicidio. Hoc autem vt ele-
53 gans eſt doctr. gloſ. ſecundum Iaſ. & Zaſ. hic I. Nō habet lo-
cum ſi nullus præcedat titulus, nam tunc alleganti bonam fi-
dem, etiam iuranti, non credetetur, de quo Iaſ. numer. 91. II.
Non procedit, quando præſumptio iuris eſt contra aſſeren-
tem, ſicuti duobus modis exemplificat. Zaſ. quem vide poſt
Iaſ. numer. 92. III. Non procedit, ſi allegans bonam fidem, &
iurare volens eſſet homo leuis nec fide dignus, ſecundum gl.
in d. ca. ſignificaſti, & in verb. Si ita eſt. IV. Non procedit Do-
ctrina glo. ſi per partem aduerſam probetur contrarium, vel
aliquid per quòd præſumitur contrarium, de quo latius vide
hic Iaſ. nu. 93. qui hinc ſumpta occaſione varias quæſtiones
in materia conſcientiarum refert, quas tanquam peregrinas
nimis omittemus, ſequentes dictum Iuriſconſ. in l. ſolet, 6. §.
non vero, ff. de offic. pro conſ. vbi dicitur, neque omnia, ne-
que vbique, neque omnibus.

54 Sexto principaliter videndum eſt, in quibus rei vendi-
catio, & Publiciana conueniant, & differant. Supra enim
dictum eſt omnia, quæ locum habent in rei vendicatione,
procedere etiam in Publiciana, dicta l. eum, qui, §. in Publi-
ciana, ff. eod. Quod eſt verum, ſecundum Io. Fab num. 14. niſi
expreſſe contrarium in Publiciana reperiatur ſtatutum. I.
igitur conueniunt, quo ad effectum, ſcilicet quo ad conſe-
quendā rem petitam. Sicut enim conuentus rei vendicatio-
ne habens facultatem rei reſtituēdæ, tenetur ad eius reſtitu-
tionem, ita etiam in Publiciana. Secundo ſicut rei vēdicatio
datur ad declarationem iuris ſui dominij, ſcilicet, l. & ex di-
uerſo,

Digitized by Google

uerſo, 35.§.autem, ff. de rei vendic. eod. modo, Publiciana ad declarationem quaſi dominij competit. Tertio ſicut rei vendicatio locum habet contra poſſidentem, & cum qui dolo deſijt poſſidre, ita etiam Publiciana, vt in tertia quæſtione dictum eſt. Quarto ſicut in rei vendicatione contra reum non eſt reſtituentem rem iuratur in litem, l. qui reſtituere, 68.ff. de rei vendic. ita etiam in Publiciana, de quo Ang hic num. 20. Quinto ſicut in rei vendicatione, neganti, propter mendacium aufertur poſſeſſio, fin.ff. de rei vendicatione, ita etiam Publiciana dolus culpa, mora, damna, fructus veniunt d.l. cum qui, § in Publiciana, iuncta Gl. in verb. diximus Dif-
55 ferunt autem. 1. Origine, qui rei vendicatio eſt ciuilis Publiciana vero prætoria actio, vt hic, §. noſtro, 2. Rei vendicatio competit vero dominio, Publiciana autem quaſi Domino, 3. Rei vendicatio, non detur ad res incorporales, §. omnium, circa finem, iuncta Gl. in verbo corporalem ſupr. eodem ſed Publiciana pro rebus corporalibus, & incorporalibus competit, l. ſi ego, 11.§. ſi de vſufructu, eod. 4. Rei vendicatio datur contra titulo poſſidentem, Publiciana non datur, de quo ſupra in tertia quæſtione dictum eſt.

56 Septimo, principaliter quæritur: An hodie Publiciana ſit per ius Canon. correcta: Et videtur dicendum quod ſic quia bonum eſt argumen. in iure noſtro, à præſcriptione ad Publicianam d.l. cum qui, in princ. & ibi Bart. poſt glo. ff. eod. Adeo vt DD dicant hæc eſſe conuertibilia. Procedit vſucapio: Ergo etiam Publiciana. Sed præſcriptio iuris ciuilis quo ad malam fidem, de iure Canon. (quod omni tempore bonam fidem requiritur) correcta eſt cap. Vigilanti, 5. & cap fin. extra de præſcript. Ergo etiam Publiciana, cum agēs Publiciana, ſecundum vnum requiſitum Gloſſæ, credata ſe non eſſe Dominum, & ita præſupponat malam fidem de præſenti. Contrarium tamen communiter DD. tenent Publicianam ſcilicet non eſſe correctam, cum hoc expreſſe non reperia-
57 tur cautum. Vnde procedit regula; Quod non mutatur, quare ſtare prohibeatur, leg. Sancimus 27. Cod. de teſtamen. præſertim cum iurium correctio vitanda, ſit vulgata, leg. 1. cum ſimili, Cod. de inoffic. dotibus. Et duobus modis ad prædictum argum. reſpondere. Primo, illud procedere affirmati-
58 ue, videlicet. Locum habet præſcriptio. Ergo etiam Publiciana, non autem negatiue, veluti, Præſcriptio locum non habet, Ergo nec Publiciana. Nam Publiciana competit etiam in caſu, vbi præſcriptio non procedit, vt eſt text. in leg. cum ſponſus, 12.§. in vectigalibus, ff. eod. Secundo. Et melius reſpondetur, licet per iura Canonica præſcriptio iuris ciuilis correcta ſit, tamen non eſſe illa iura correctoria extendenda ad Publicianam, cum ſit diuerſa ratio inter præſcriptio-
59 nem, & Publicianam. Quia præſcriptio, eſt contra æquitatem, & præiudicat Domino, qui tendit ad excludendum verum Dominum, cui per præſcriptionem ſaltem vtile Dominium aufertur. Vnde etiam præſcriptio iniquum præſidium, & contra naturalem æquitatem dicitur ab Angel. in leg. ſequitur, 4.§. ſi via, 17. ff. de vſucap. per text. in verſic. Habeat. Nouel. 9. vt etiam Eccleſ. Romana 110. ann. gaudeant præſcript. Non mirum igitur, in ea omni tempore bonam fidem exigi, quod non eſt in Publiciana actione, quæ eſt fauorabilis, & non ſic odioſa, vt præſcriptio, quia contra verum Dominum non datur, ſed ei tantum competit, qui plus iuris habet in re, quam poſſeſſor reus conuentus adeo, vt nec contra titul poſſidentem locum habeat, vt ſupra dictum eſt, per leg. pen. & fin. ff. eod. Non mirum igitur in ea non omni tempore bonam fidem requiri. Nec refert quod agens Publiciana, dubitat an ſit Dominus, quia nihilominus vſucapionem complere poteſt, vt eſt glo. in d. cap. Si diligenti in verb. Bona fides, in fin. extr. de præſcriptionibus. Nam dubitans, & ignorans æquiparantur l. manifeſtiſſima, 22.§ ſin autem neſcius, & dubitans, 2. Cod. de furtis. De quo latius vide hic Iaſ. numer. 85.

60 Vltima, nunc dicendum reſtat qualiter libellus in Publiciana formari debeat. Et gl. noſtra hic in d. verb. Dicit, in princip. refert quadruplicem libellandi, formam, ſed priores duo à DD. & Gloſ. reprobantur. Si enim actor in libello diceret, ſe rem vſucepiſſe, vel rem eſſe ſuam, & poſtea intentare Publicianam, quæ præſupponit actorem non vſucepiſſe, & rem non eſſe ſuam, ſibi ipſi contraria proponeret. Ergo non audiendus, l. 1. Cod. de furt.

61 Tertia forma libelli, quæ in Gloſſ. hic refertur, eſt: Peto hanc rem iure Dominij, vel quaſi, quaſi dicat actor: Si ſum directus Dominus quia meus author tradens, fuit verus Dominus: tunc intento rei vendicationem. Si vero meus author non fuit Dominus, nec per conſequens ego ſum Dominus, nec etiam rem vſucepi, tunc intento Publicianam. Et hæc forma libelli ſine dubio, ſecund. Gloſſ. & omnes DD. hic, de conſuetudine procedit, quæ optima eſt legum interpres, leg. ſi de interpretatione, 37. ff de legi. Ita vt Dyn. dicat hanc conſuetudinem tollerari propter aduocatos, qui male ſciant formare libellos, vt refert, Iaſ hic. numer. 70. & adducitur pro hac conſuetudine, text in cap. Abbate ſane, 3. & ibi Gloſ. extra de ſentent & re iud. libr. 6. An autem de iure talis libellus alternatiuus procedat maxime per Doct. poſt Gloſſ. hic dubitatur. Et omiſſis ſuperfluus, concludendum eſt quod ſic, per doctrinam Innocentij, in cap. Conſtitutus, 8. extra de in integrum reſtit. Licet enim regulariter alternatiuus tanquam incertus de iure nō valeat, leg. Prætor edixit, 7.§. quod
62 autem, 4. ff. de iniurijs. Vbicunque tamen actor probabiliter dubitat de actione ſibi competente, poteſt cumulare multa remedia alternatiue, ſiue quis dubitet ex facto alieno (de quo ſecundum omnes DD. non eſt dubium, per leg. primam, §. quia autem, 4 & ibi Bart. ff. quorum legat) ſiue etiam, ex ſuo proprio facto ſecundo Innocent. in dict. cap. Conſtitutos, cuius ſententia communiter approbata eſt ſecundum Panormitan. ibi in penult. column. & Iaſ. in leg. vbi autem,
63 75. §. qui illud, aut illud, 8. ff. de verborum obligatione. Agens autem Publiciana, probabiliter dubitat, vtrum ſuus author fuerit Dominus, necne, quia forte emit ab ignoto, & viatore, poterit igitur ſic rei vendicationem cum Publiciana alternatiue cumulare propter probabilem incertitudinem, & ignorantiam ſuam; & ita ſecundum Zaſium hic, & omnes Doctor. quotidie in practica fieri ſolet, adeo vt Zaſius hic affirmet bonos aduocatos hoc numquam omittere.

Quarta forma libelli à Gloſſ. hic poſita eſt: Peto talem rem mihi reſtitui iure quaſi Dominij, perinde ac ſi ſuſcepiſſem. Et hæc forma tanquam conueniens textui noſtro ſine vlla contradictione, à Gloſſ. & DD. approbata eſt. Sed licet bona ſit, tutius tamen erit, ſecundum Plat. hic numer. 8 in fin. priorem formam alternatiue proponere, ſicut ſupr. in §. om-
64 nium, talem libellum ſubiecimus. Pro formatione autem libelli ſecundum poſteriorem formam, notabitis verba Iaſ. hic, ab actore primo narrandum, qualiter talis res, quam intendit petere, ad ipſum pertineat iure quaſi Dominij, quia eam bona fide emit, vel habuit ex alio titulo habili ob tranſlationem Dominij, ab eo quem Dominium eſſe credebat, & quod virtute dicti tituli eam traditam acceperit, & quod poſſederit, & quod fuerit in conditione vſucapiendi, & quod nunc eam poſſideat Titius, qui iniuſte negat reſtituere. Et cum, hæ ita ſint, deinceps petendum per ſententiam iudicis declarari eam rem ad ſe ſpectare iure quaſi Dominij, & Titium condemnari, & condemnatum oportunis iuris remedijs compelli ad reſtitutione dictæ rei cum fructib. damnis expenſis. Et obiter notabitis, quod licet communiter DD. poſt Gloſſ. hic refert Ioan. Fab. numer. 17. reſtitutionem rei tantum petendam eſſe concludant, ſecurius tamen ſecundum eum eſt, vt etiam concludatur, ad declarationem quaſi Dominij, cum ſit actio realis, & habeat ſed ad inſtat rei vendicationis de quo ſupra dictum eſt add. Iaſ. hic numer. 73.

DE ACTIONE RESCISSORIA.

§. Rurſus.

1 *Reſciſſoria Publicianæ in rem eſt contraria.*
2 *Differentia inter Publicianam & reſciſſoria.*
3 *Reſciſſoria vnde dicatur.*
4 *Aliud eſt iudicium reſcindens, aliud reſciſſorium. Et quid quodque ſit.*
5 *Reſtitutio in integrum, eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*
6 *Reſciſſoria actio quid.*
7 *Reſciſſoria non proprium nomen actionis ſed adiectio qualitatis tantum.*
8 *Actio de peculio, & quod iuſſu, &c. non ſunt propria nomina actionum, ſed tantum adiectiones.*
9 *Reſciſſoria aliquando eſt realis, aliquando perſonalis.*
10 *Quare reſciſſoria ponatur inter reales actiones.*
11 *An reſciſſoria ſit actio datiua, vel natiua.*
12 *Actio natiua regulariter ad heredes tranſmittitur, non autem datiua.*
13 *Vtrum reſciſſoria ſit directa, vel vtilis.*
14 *Differentia inter vſucapionem, & reſtitutionem.*

Digitized by Google

15 *Prætor non poteſt ipſo iure, & directo tollere remedia iuris ciuilis.*
16 *Reſciſſoria actio nunquam competit, niſi obtenta prius reſtitutione in integrum, aduerſus vſucapionem.*
17 *Natura ablatiuorum abſolutorum eſt, vt reſoluantur in conditionem.*
18 *Pro quibus rebus competat actio reſciſſoria.*
19 *Quibus detur reſciſſoria.*
20 *Non ſolum læſus reſtituitur, ſed etiam ipſius ſucceſſor.*
21 *Reſtitutio regulariter ratione abſentiæ conceditur.*
22 *Quinque ſunt genera abſentiarum.*
23 *Abſentes qui dicantur, & qui præſentes.*
24 *Reſciſſoria datur præſenti contra abſentem.*
25 *Ciuilis poſſeſſio ſufficit ad complendam vſucapionem.*
26 *In reſciſſoria, vt locum habeat, contra abſentem conſideratur, an præſens abuerit, quem in abſentia, vſucapientis conuenire poſſit.*
27 *Quandiu locus eſt ordinario remedio, non eſt recurrendum ad extraordinarium.*
28 *Quando abſens domi reliquit procuratorem, præſens contra eum agere poteſt.*
29 *Non negligentibus ſed impeditis, neceſſitate contra vſucapionem completam conceditur.*
30 *Quando abſens non reliquit domi procuratorem, citandus eſt per publicum proclama, vel à præſente fieri debet denunciatio præſidi: quæ præſcriptionem interrumpit.*
31 *Quomodo intelligenda ſit regula. Ad remedium extra ordinarium non eſt recurrendum.*
32 *Ex culpa ſua non debet quis lucrum ſentire.*
33 *An præſens cogatur expectare abſentem remiſſiue.*
34 *Quando abſenti contra præſentem competat reſciſſoria.*
35 *Abſens propter delictum non reſtituitur.*
36 *Ignoranti ſuccurritur.*
37 *Abſens cauſa Reipub. quando non reſtituatur.*
38 *Abſens Reipubl. cauſa tamdiu pro abſente habetur, donec commode redire poteſt.*
39 *Abſentibus ad redeundum viginti milliaria præfixa ſunt pro qualibet die.*
40 *Quomodo milliaria computanda, & ſecundum quam viam menſuranda ſint.*
41 *In milliarium menſuratione cuiuſque loci conſuetudo attendenda.*
42 *Milliario aliud legale, aliud vulgare.*
43 *In menſurandis milliaribus, attendenda eſt cauſa, ob quam menſuratio inſtituitur; nam pro eius ratione menſuratio etiam diuerſimode fit, vel ſecundo viam tutam, & vſitatam, vel ſecundum rectam.*
44 *An abſens, ante vſucapionem à præſente completam, reuerſus poſſit, petere reſtitutionem in integrum.*
45 *Abſentia Reipub. nemini debet eſſe damnoſa.*
46 *Reſciſſoria datur abſenti contra abſentem.*
47 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio ſuo contra priuilegiatum.*
48 *Prædicta regula vbi fallat.*
49 *An præſenti contra præſentem detur reſciſſoria.*
50 *Contra quem detur reſciſſoria.*
51 *Appellatione Reipub. venit Romana.*
52 *Nomen ciuitatis in actione reſciſſoria etiam de aliis ciuitatibus caſtris, & villis intelligendum*
53 *Clauſula illa generalis in edicto prætoris. Si qua mihi alia iuſta cauſa videbitur quem habeat vim.*
54 *Argumentum à maiori ad minus.*
55 *Eadem ratio idem ius poſtulat.*
56 *Abſens ex cauſa neceſſaria quis dicatur.*
57 *Hoſtes qui dicantur.*
58 *Differunt hoſtis, & reus criminis læſæ maieſtatis.*
59 *In vinculis eſſe qui dicantur.*
60 *An legato in itinere capto vel derobato, damna reſarciri debeant.*
61 *Quomodo captus ab hoſtibus vſu capiat.*
62 *Annus alius continuus, alius vtilis.*
63 *Annus continuus quid.*
64 *Dilatio in dubio intelligitur continua.*
65 *Annus vtilis quis dicatur.*
66 *In diſpoſitione prætoria in dubio annus intelligitur de vtili: ſecus in ciuili.*
67 *Tempus vtile dupliciter conſideratur.*
68 *Decennium quod datur ad appellandum ab initio eſt vtile, ſed quo ad progreſſum, eſt continuum.*
69 *Appellanti, quid faciendum, quando iudices copia haberi non poteſt.*
70 *Duplex eſt tempus remedij, reſcindentis, ſeu reſtitutionis in integrum.*
71 *Læſus ex contractu vel ſententia contra abſentem lata, habet quadriennium continuum ad petendam inſtitutionem.*
72 *Minor læſus, poteſt petere reſtitutionem vſque ad 29 annum, de iure Saxon. vſque ad 25.*
73 *Reſtitutio debet terminari infra quadriennium continuum.*
74 *Annus vtilis, qui olim dabatur ad petitionem reſtitutionis, hodie in quadriennium continuum commutatus eſt.*
75 *Quadriennium illud minoribus incipit currere, ſtatim poſt vigeſimum quintum annum elapſum, maioribus autem qui in abſentia læſi ſunt à die reuerſionis, vel læſionis ceſſantis.*
76 *Reſciſſoria proponenda eſt infra annum vtilem.*
77 *Annus ille vtilis incipit currere à die impetratæ reſtitutionis,*
78 *Non petens reſtitutionem infra quadriennium, reſciſſoria poſtea agere non poteſt.*
79 *Libellus in reſciſſoria actione quomodo formandus.*
80 *Quomodo fiat læſio.*
81 *Forma libelli in iudicio reſcindente.*
82 *Ad quid reſciſſoria tam in reali, quam in perſonali, actione competat.*
83 *Forma libelli in iudicio reſciſſorio.*
84 *An remedium reſcindes, & reſciſſorium cumulari poſſint.*

1 IMperator in hoc §. ſecundum actionem prætoriam, cujus ſupra in princip. §. ſed iſtæ, mentionem fecit declarat. Reſciſſoriam ſcilicet, quæ Publicianę in rem actioni eſt contra-
2 ria. Nam in illa quaſi Dominus, qui rem nondum vſucaptam amiſit eam vendicat, perinde ac ſi vſucepiſſet, vt in præceden-
3 ti §. dictum eſt. In hac vero actione contra actor petit rem à poſſidente vſucaptam, quaſi nunquam eſſet vſucapta, vt hic. Vnde etiam reſciſſoria actio dicitur, quod actor reſciſſa vſucapione per remedium reſcindens, remque vſucapta erat, petit. Ad intellectum igitur huius §. præmittendum in materia noſtra duplex eſſe iudicium, ſeu remedium, reſcindens ſcilicet, & reſciſſorium.
4 Remedium reſcindens, ſecundum communiter Doctores hic, & Iaſ. numero 8. eſt officium iudicis nobile per quod datur reſtitutio in integrum, & reſcinditur obſtaculum vſucapio ſcilicet, in abſentia completa, quæ impediebat agere, & iudex imploratus à læſo annullat reſcindit, & caſſat quicquid illud eſt, in quo læſum ſe conqueritur actor, & tollit omne obſtaculum, ſicut cum via ſpinis, & ſentibus obſita aperitur, & re purgatur, ſecũdum Zaſium hic, & ponit rem in ſtatum
a in quo erat, antequam læſio contigeret. Eſt a enim reſtitutio in integrum, in priſtinum ſtatum repoſitio, leg. quod ſi minor
5 24. §. reſtitutio, ff. de min. Et tantum adfert reſtitutio, quantum abſtulit læſio, l. ſed, & ſi per prætorem, 26. §. fi. ſetiæ & §. quoties, ff. ex quibus cau. ma. in integ. reſtit.
Iudicium vero ſeu remedium reſciſſorium eſt illud, quod competit reſciſſo obſtaculo per remedium reſcindens, cum ſcilicet via aperta eſt, & impedimentum vſucapionis remotum, vt is, qui læſus fuit, poſſit iam priorem actionem intentare, & rem ſuam petere, ac ſi nunquam fuiſſet vſucapta, ſecundum DD. poſt textum, & Glo. in verbo. Reſciſſa. Exempli gratia, Pone Titius emit meum codicem à Sempronio bona fide, & per traditionem accepit, poſtea cum vltra mare transfugeret Reipubl. cauſa vel proficiſceretur cauſa ſtudiorum in Italiam, abfuit per triennium, & vſucapionem cõpleuit, ac codicem meum vſucepit: de iure enim ciuili res mobiles triennio præſcribuntur, l. vnica, C. de vſucap. transf. De iure vero Saxonico, (In iar vnd tag.) hoc eſt, Integro anno ſex hebdomadis, ac tribus diebus artic. 44. libr. 2. Poſtea cum reuertitur, volo codicem meum, per rei vendicationem ab eo petere, ſed quia obſtat mihi exceptio præſcriptionis, directo hoc facere non poſſum. Quæritur igitur qualiter mihi ſuccurratur, ne amittam codicem meum, quem propter abſentia Titij vendicare non potui: Et quia iuſtiſſima cauſa reſtitutionis eſt, deciditur quod debeam adire iudicem, & narrare, quemadmodum Titius Reipublicæ, vel ſtudiorum cauſa fuerit abſens tanto tempore vt codicem meum vſuceperit, & implorare ipſis officiũ, vt reſtituat me in integrũ, & reſcin-

ADDITIO.

a *Item ſup. §. vlt. de authoritate tutorum.*

Digitized by Google

reſcindat illam vſucapionem à Titio in abſentia completam,
qua reſciſſa recuperó priſtinam actionem, & potero iam à
Titio vendicare codicem, haud aliter, ac ſi eum non vſuce-
piſſet. Illa reſtitutio in integrum, quæ fit nobili officio Iudi-
cis, quo reſcinditur vſucapio, appellatur remedium reſcindēs
actio vero, quæ conceſſa reſtitutione, & reſciſſa obſtaculo
vſucapionis mihi competit, reſciſſoria dicitur, de qua loqui-
tur §. noſter, & l. fi. C. quibus ex cauſ. manumit. &c. & l. 1. &
ibi gl. in verbo, Reſtituam, ff ex quibus cau. maior, &c. Et hæc
eſt figuratio caſus §. noſtri, ſecundum Io. Fab. in prin. hic, Pla.
n. 6. & Iaſ. num. 9.

6 Eſt igitur reſciſſoria actio prætoria, qua reſciſſa vſucapio-
ne, agitur ad rem a poſſeſſore vſucaptam, quaſi nūquam vſu-
capta ſit. Et dicitur reſciſſoria, propter præambulum reme-
dium reſcindens vſucapionem, ſecundum Glo. hic, in verbo,
Reſciſſa, & ſic ab euentu appellatur, propter remotum ob-
ſtaculum vſucapionis, quod læſo obſtabat, eumque agere im-
pediebat, de quo Plat. hic, nu. 48. & Iaſ. num. 10. Ex quo etiam
ſequitur ſecundum Glo. in dicto verbo, Reſciſſa, reſciſſoriam
non eſſe proprium nomen actionis, ſed adiectionem, ſecun-
7 dum Bart. & Doct. in l. fin. C. quibus ex cauſ. manum, &c. Si-
cut, & actio de peculio, quod iuſſu, &c. non ſunt propria no-
mina actionum ſed adiectiones quædam ex contractu cum
filio, vel ſeruo celebrato, adiecta illa qualitate, quatenus ſcili-
cet eſt in peculio, de quo gl. 1. in §. actiones, 10. inf. eodem, &
8 vide hic Fab. num. 7. Plat. num. 5. & Iaſ. numer. 11. & 76. Ex
quibus iterum infertur, cum ſit cognomen proprię actionis,
quod aliquando ſit realis, aliquando vero perſonalis actio.
Propria enim, & ordinaria actio eſt illa, quæ actori compe-
9 tebat, antequam ſuperueniret obſtaculum vſucapionis. Vn-
de in caſu §. noſtri eſt reſciſſoria realis, quia ad rē vendican-
dam competit: alias vero perſonalis, quando prima actio, quę
ante impedimentum vſucapionis locum habet, erat perſona-
lis. Exempli gratia, ſecundum Fab. hic, num. 7. Mutuaui ti-
bi centum: hinc teneris mihi actione perſonali, condictione
ſcilicet certi ſpecialis ex mutuo, ſi poſtea contingat, me Re-
publ. cauſa abeſſe per longiſſimum tempus, ita vt per pręſcri-
ptionem longiſſimi temporis extinguatur, & tollatur hæc a-
ctio perſonalis, iuxta l. ſicut, 3. & l. omnes, 4. Cod. de præſcr.
30. vel 40. annorum, poſſum iſtam actionem amiſſam per re-
medium reſcindens, & reſtitutionem in integrum recupe-
rare, & appellatur tunc condictio certi ſpecialis ex mutuo
reſciſſoria. Iſta tamen qualitas reſciſſoria mutat ſpeciem
10 actionis, de ciuili in prætoriam, de quo Plat. num. 57. Ideo
autem ponitur inter reales actiones, quia principaliter com-
petit pro rebus magis, quam pro actionibus perſonalibus, ſe-
11 cundum Fab hic, numer. 7. An autem hæc actio ſit datiua, a
a vel natiua, magnum inter Doct. vt inquit Zaſ. hic, certamen
eſt, de quo vide Bart. & Doct. in d. l. fin. Fab. hic, num. 8. An-
gel. 15. & Iaſ. 77. Et omiſſis ſuperfluis, videtur communis eſ-
ſe ſententia, reſciſſoriam indiſtincte ſemper eſſe natiuam, ſi
ante vſucapionem completam prior actio habebat materiam
præexiſtentem, ſufficientiam ad producendam actionem:
quia per reſtitutionē reſcinditur vſucapio, & per conſequens
res non fingitur vſucapta, ſed actor recuperat integrum ius
ſuum, & reponitur in priſtinum ſtatum, cum omnibus quali-
tatibus prioris actionis, per remedium Prætoris reſcindens
vſucapionem, de quo vide omnino Salic. in d. leg. fin. Cuius
autem vtilitatis ſit hæc inueſtigatio, tradit Iaſ. in l. iuris gen-
12 tium, 7. in princip. numer. 5. ff. de pactis, videlicet, quod nati-
ua regulariter ad hęredes tranſmittitur, non autem datiua, vt
13 eſt Gloſ. in l. cum precario, 12. §. 1. ff. de precar. Vtrum verò
reſciſſoria ſit directa, vel vtilis, etiam dubitatur, per Doct. ita
vt Dyn. quem refert Iaſon hic, dicat, neſcire ſe ad hoc reſpon-
dere cum omnibus Gloſ. vſque ad Venetias. Et tandem
diſtinguit: Aut loquimur in vſucapione rerum mobilium,
per quam quæritur ab vſucapione etiā dominium directum,
quod perdit dominus, & per conſequens directam rei ven-
dicationem, & ideo reſciſſoria tunc erit vtilis, & ita procedit
Gloſ. hic, ſuper verbo, Reſciſſa. Aut loquimur in præſcri-
ptione rerum immobilium: & quia tunc per præſcriptionem
acquiritur tantum vtile dominium, directum vero ſemper
manet penes verum dominum, ſecundum Gloſſam ordina-
riam, & ibi Doctores in Auth. Niſi tricennale, Cod. de bon.
matern. iſto caſu reſciſſoria dicitur directa. Et hanc diſtin-
ctionem communiter Doctores ſequuntur, de qua vide Io.
Fab. hic, num. 10. & 11. Iaſ. num. 80. Nec obſtat, ſi quis oppo-
neret reſciſſoriam ſemper eſſe directam, cum reſtitutio ſit in
priſtinum ſtatum repoſitio. Quia ad hoc reſpondet Salic. in
14 d. l. fin. vſucapionem eſſe iuris ciuilis, reſtitutionem vero iu-
ris prætorij, & Prætorem non poſſe ipſo iure, & directo tol-
15 lere remedia iuris ciuilis, ſicut in ſimili dicimus, quod Præ-
tor non poteſt facere quem eſſe directo hæredem, qui de iu-
re ciuili non eſt hæres, § quos autem, ſupra de bonorum poſ-
ſeſſione.

16 Ex prædictis primum colligitur, concluſionem Gloſſæ no-
ſtræ, in d. verbo, Reſciſſa, in fine eſſe veram, videlicet, quòd
b iſta b reſciſſoria actio nunquam competat, niſi prius obtenta
reſtitutione in integrum aduerſus vſucapionem, idem tenet
Glo. in l. ab hoſtibus, 15 §. ſed quod ſimpliciter, in verbo, Re-
ſtitutionis, circa medium, & ibi Bart. ff. eodem & hoc patet:
quia non poſſum peruenire ad actionem per vſucapionem
ſublatam, niſi remoto impedimento vſucapionis, quo prior
actio de iure ciuili ſopita erat. Et licet Bartol. in l. honorariis,
35 ff. de obliga. & actio. contra morem ſuum ſibi contrarius,
hoc caſu diſtinguat inter vſucapionem triennij, & præſcript.
30. vel 40. annorum, vt refert hic Iaſ. num. 81. & eſt originalis
diſtinctio Cyni, in l fin. Cod quibus ex cauſis, &c. tamen ſen-
tentia iam relata teſte Iaſone, eſt communis, & probatur op-
17 time per textum noſtrum hic, in verb. Reſciſſa vſucapione:
c quia iſti ſunt ablatiui c abſoluti, de quorum natura eſt, vt re-
ſoluantur in conditionem, leg. à teſtatore, 109 & ibi Gloſ. &
Bartol. ff. de condition & demonſtrat. Ergo reſciſſoria non
competit ante reſciſſam vſucapionem, cum conditio non-
dum ſit purificata, ſed tunc demum locum habet, quando
conditio extat, ideſt, vſucapio eſt per remedium reſcindens
remota, de quo latius vide Iaſ. hic, numer. 82. Et per hæc re-
ſponderi poteſt ad primam quęſtionem, circa declarationem
actionis reſciſſoriæ, videlicet, quæ requirantur, vt ea locum
habeat, nempe requiri, vt præcedat reſtitutio in integrum, vt
dictum eſt.

18 Secundo igitur quæritur: Pro quibus rebus hæc actio
competat? Et breuiter dicendum, eam dari ad illud, ad quòd
prius dabatur iſta actio, antequam eſſet præſcripta, vnde pro
rebus corporalibus, & incorporalibus, mobilibus, & immo-
bilibus competit, & tunc dicitur in rem reſciſſoria, & etiam
pro actionibus perſonalibus, & tunc in perſonam reſciſſoria
dicitur, de quo vide Cyn in d. l. fin. quibus ex cauſis, &c. & Io.
Fab. hic num. 7.

19 Tertiò quæritur. Quibus hæc actio detur? Ad quod re-
ſpondetur, eam competere læſo, cui conceditur reſtitutio in
integrum, ex iuſta aliqua cauſa abſentiæ, vel alia, l. 1. in princ.
20 & fin. ff. ex quibus cauſis, &c. Et non ſolum læſus reſtituitur,
ſed etiam ipſius ſucceſſor, & alij quorum intereſt, leg. patri,
21 27. ff. de minoribus. Sed quia regulariter ratione abſentiæ
reſtitutio conceditur, nec tamen quælibet abſentia ſufficit,
22 præmittendum quinque eſſe genera abſentiæ, ſecundum
Gloſſam ordinariam, & ibi Doct. in l. fin. ff de reſtit. in integ.
I. Eſt abſentia neceſſaria, & probabilis, ſicut eſt in eo, qui
abeſt cauſa militiæ, vel alias cauſa Reipublic. quia fungitur
legatione, d. leg. 1. item ſi quis abeſt cauſa infirmitatis, l. quæ-
ſitum, 60. ff. de re iud. II. Eſt abſentia probabilis tantum, non
autem neceſſaria, vt in eo, qui abeſt cauſa ſtudiorum, qui-
bus à iure multa priuilegia conceſſa ſunt, de quibus in Au-
then. Habita, C. ne filius pro patre. III. Eſt abſentia neceſſaria
tantum, ſed non probabilis, vel forte improbabilis, vt eſt
in relegatis, & his, qui receſſerunt metu commiſſi criminis.
Nam iſti neceſſario abſunt, ſed non probabiliter. IV. Eſt
abſentia voluntaria ſine contumacia, vt eſt in mercatoribus,
qui vadunt ad nundinas, vel in alijs, qui ſui commodi cauſa,
volentes abſunt. V. Eſt abſentia voluntaria con contumacia,
vt in his, qui citati per iudicem, contumaciter nō comparent
in iudicio, de quibus tex. in l. contumacia, 52. ff. de re iudic. Et
de iſtis generibus abſentiarum, vide plura per Iaſ. & Zaſ. hic
23 in princ. Dicuntur autem abſentes, qui à loco abſunt, in quo
aliquid petendum fuit extra ciuitatem, vel extra continentia
ædifi-

ADDITIONES.

a *De actionibus datiuis, & natiuis vide l. iuris gentium, §. & ideo puto, ff. de pactis. Natiuas appellant, quæ habent cauſam, & materiam ortus ſui ſufficientem: datiuas vero quæ non habent. Hoc autem exemplo prærudi vtuntur interpretes: Adam (inquiunt) hoc modo datiuus homo dicitur, ceteri nos, qui ex coniunctione maris, & fœmina naſcimur, natiui. Hæc ideo addidi, ne lector in his vocibus intelligendis æſtuaret.*

b *Reſcindens, & reſciſſorium, an poſſint vno, & eodem iudicio moueri, vide Guid. Pap. q. 144.*

c *Ablatiuus abſolutus reſoluitur in conditionem, l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſt. l. ſi quis ita, ff. de ſtatu liber. Guid. Pap. q. 15. num. 2.*

ædificia, l. abſentem 199. ff. de verborum ſignific. Et diuerſo, præſens dicitur, qui eſt in ciuitate, vel in loco, quo aliquid petendum fuit, vel in ædificijs continentibus, l. præſens, 5. cum l. ſeq. ff. de procuratoribus, vbi dicitur etiam præſens eſſe qui in hortis eſt.

Competit igitur reſciſſoria actio. Primo præſenti contra abſentem, ita vt is, qui abſſet cauſa Reipub. vel captus ab hoſtibus ſi rem præſentis in ciuitate vſucapia, teneatur reſciſſoria actione, impetrata prius reſtitutione in integrum, text. eſt hic, quem gloſ. in verbo, Abeſſet, declarat, referendo duo exempla vbi abſens rem præſentis vſucapit, veluti ſi abſens dum eſſet in ciuitate, emit aliquam rem mobilem, a non domino bona fide, & cum mitteretur in legationem, eam rem ſecum detulit, & in abſentiam vſucepit, vel eam rem domi dimiſit, & animo poſſedit, atque ita vſucapionem compleuit.
25 Ciuilis enim poſſeſſio ſufficit ad vſucapione perficiendam, vt eſt communis concluſio Doctor. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poſſ. add. Ang. in §. aliquando, 3. ſup. de vſucap. Et hoc caſu quando reſciſſoria datur, præſenti contra abſentem, non conſideratur, an fuerit abſens ex cauſa neceſſaria, probabili, vel voluntaria. Præſens enim ſemper reſtituitur contra abſentem, cum ſemper ex abſentia, quæcumq. illa ſit, lædatur. Et facit ratio ſecundum Iaſ. hic, quia ſi reſciſſoria datur contra eum, qui fuit abſens eſt iuſta cauſa neceſſaria ſcilicet, & probabili, vt hic, multo magis habebit locū cōtra eum, qui fuit abſens non ex neceſſaria, ſed voluntaria cauſa. Sed hoc tantum ſpectatur, an præſens habuerit, quem in abſentia vſu-
26 capientis conuenire potuiſſet. Si enim abſens domi reliquit conſanguineos, procuratorem, vel alium defenſorem, quem præſens conuenire potuit, tunc præſenti non ſubuenitur contra abſentem, l. item ait Prætor, 21. §. fin. iuncta, l. ſequenti, ff. ex quibus cauſis maior. &c. Et hoc modo limitandus eſt textus noſter. Hinc poſt Gloſ. in l. is, qui Reip. 39. ff. ex quibus cauſis, &c. fortiter opponit D. Iaſ. hic num. 2.. contra textum noſtrum, quod præſenti contra abſentem per reſciſſoriam nō ſuccurri debeat. Quamdiu enim locus eſt ordinario remedio, nō eſt recurrendum ad extraordinarium, l in cauſæ, 16.
27 in prin. ff de minoribus. Sed hoc caſu locus eſt ordinario remedio Ergo ad extraordinarium ſcilicet reſciſſoriam actionem nō eſt recurrendum. Minor probatur per argumentum à ſufficienti partium enumeratione, quod in iure eſt validum de quo Bal. in l. conuenticula, 15. C. de epiſ. & cler. Aut abſens reliquit domi procuratorem, vel alios defenſores, & poterit
28 præſens contra eos agere, quod ſi facere neglexerit, ſibi imputet, cur non egerit cum potuerit, d. l. item ait Prætor §. fi. cū l. ſequenti, & d. l. is qui Reipub. ff. ex quibus cauſis, &c. Quia
29 non negligentibus, ſed impeditis, neceſſitate reſtitutio cōtra vſucapionem completam conceditur, l. nō enim, 19. ff. ex qui-
30 bus cauſis. Aut non reliquit domi procuratorem, vel defenſorem, & tunc vel publico proclamate citari poteſt, & ſi non latitat ex primo decreto præſens mittitur in bonorum poſſeſſionem. Si vero latitat: mittitur in bonorum poſſeſſionem ex ſecundo decreto, d. l. item ait Prætor. §. final. Vel poteſt à præſente fieri denunciatio præſidi, ſe ad agendum paratum eſſe ſi modò præſto ſit, qui defendat abſentem. Nam hæc denunciatio interrumpit præſcriptionē, l. vt præfectus, 2. C. de annali excep. Et ad hoc argumentum in effectu reſpondet D. Iaſ. hoc modo, ad extraordinarium remedium nō eſſe recurrendum niſi plenius, & vberius prouideatur extraordina-
31 rio, quam ordinario remedio, id quod per reſciſſoriam fieri hic declarat Iaſ. Vel melius reſponderi poteſt, ſecundum Bal. in d. l. is, qui Reipubl. qui in effectu negat minorem, dicens vno extraordinario remedio non tolli aliud extraordinariū, vt notatur, in l ſi cum exceptione, 14. (al. incip. item ſi cum) §. eum qui, ff. quod metus cauſa. Sed remedium miſſionis & denunciatio ſunt etiam remedia extraordinaria, & ſubſidiaria. Ergo non faciunt ceſſare reſtitutionem in integrum. Præterea, dato quod ſint ordinaria remedia, tamen non impediunt reſtitutionem, textus eſt in d. l item ait, §. fin. iuncta Gloſ. in verb. Eo potius ff. ex quibus cauſis, &c. Nec abſens poterit obijcere præſenti iſtam culpam, quod præſens non petierit ſe mitti in bonorum poſſeſſionem, quia illa culpa cauſatur ex contumacia abſentis. Vnde ex ea non debet lu-
32 crum ſentire, & poterit præſens dicere. Cum culpent me alij, te me laudare nec eſſe eſt, de quo vide Ang. hic, num. 3.
33 Vtrum autem præſens ſi nolit cogatur expectare abſentem donec redeat, tradit Bal. in l. ignorare, 4. C. de reſtit. militum, & Iaſ. hic n. 29.
34 Secundo datur reſciſſoria abſenti contra præſentem, vſucapientem res abſentis ſicut Gloſ. hic in verb. Ciuitate in fine ampliat textum noſtrum, per l. 1. §. verba, ff. ex quibus cauſis, &c. Et hoc caſu tenenda eſt diſtinctio, abſentiarum. Si enim quis fuit abſens ex cauſa probabili, & neceſſaria ſimul, vel probabili tantum, & tempore abſentiæ lædatur, ita, vt res ſua mobilis vel immobilis vſucapiatur, ſuccurritur ei reſtitutionem in integrum, & hanc reſciſſoriam actionem, d. l. 1. §. verba, & l. nec non, 28. in princip. ff. ex quibus cauſis, &c. Si vero abeſt ex cauſa neceſſaria tantum, ſed non fauorabili, vt eſt in relegato propter delictum: non reſtituitur niſi do-
35 mi non potuerit relinquere procuratorem, l. Papinianus, 20. ff. de minoribus, & Bartol. in l. fin. num. 10. ff. de reſtit. in integr. Item ſi fuerit abſens ex quacumque cauſa ſ. voluntaria, quia tunc reſtitutio ei quoque non conceditur, vt traditur in dicta, l. fin. niſi talis abſens ignorabat ius ſibi competere, nam, & tunc ei ſuccurri per remedium. Prætoris affirmat hic
36 Iaſ. num. 58. Porro hoc quod dictum eſt de abſente Reipub.
37 cauſa enim reſtitui. I. Non procedat, ſi abſens procurauerit ſibi dari hanc legationem, nam is non reſtituitur, l. Reipub. 36. & l. 4. in fin. ff. ex quibus cauſis. II. Non procedit ſi abſens Reipub. cauſa fuit læſus damno fatali, vt quia idem damnum paſſus fuiſſet ſi domi manſiſſet, veluti ſecund. Zaſ. hic ſi per alluuionem magna pars agri ſui eſſet coniuncta agro meo. reuerſus non poteſt petere à me iſtam partem agri. Idem enim damnum paſſus fuiſſet ſi nunquam abijſſet, l. is, qui 44. & ibi Glo. ff. ex quibus cauſis, &c. III. Non procedit ſecundum Zaſ. hic, ſi abſens Reipub. cauſa non fuerit reuerſus, cum reuerti potuerit. Si enim interea temporis, quo potuit redire, quid vſucaperetur, non reſtitueretur, abſens, d. l. 4. in princ. Vnde colligit Zaſ. poſt Glo. hic in verb. Ciuitate abſentem
38 Reipubl. cauſa, tamdiu pro abſente haberi donec finitum ſit officium Reipubl. & donec commode redire poteſt: niſi forte infirmitate, tempeſtate, vel alia iuſta cauſa fuerit impeditus, vt eſt text. in leg. ſi cui, 38. §. tamdiu, ff. ex quibus cauſis facit l. contumacia, 53. §. pœnam, ff. de re iud. Nec enim diebus, & noctibus, & omni tempeſtate contempta, iter continuare cogitur, neque tam delicate progredi debet, vt reprehenſione dignus appareat, ſed habita ratione temporis, ætatis valetudinis, id aget, vt mature perueniat hoc eſt, eodem tempore, quo plerique eiuſdem conditionis homines peruenire ſolent, vt in ſimili caſu inquit Iuriſconſultus in l. continuus 137. §. cum ita, ff. de verborum obligatio. Et hoc
39 caſu ſecundum Glo. hic in verb. Ciuitate, præfiguntur abſentibus certa tempora a iure in quibus redire coguntur, videlicet 20. milliaria pro quaslibet dieta, d. l. ſi cui, §. tamdiu, iuncta Gloſ. in verb. Præſtat. & l. 1. ff. ſi quis cautionibus, &
40 l. 3. ff. de verbor. ſignificat. Et mille paſſus, qui numerantur non à muro vrbis, ſed a continentibus ædificijs, faciunt vnum milliare Italicum, ſecundum Glo. in d. l. 3. & in l. mille paſſus 154. ff. de verbor. ſignificatio. Quicunque vero pedes faciunt vnum paſſum ſecundum Gloſ. in d. l. 3. in verb. Paſſuum. Pes vero dicitur quindecim digitorum, ſecundum Glo. 1. in cap. Sicut, 6. cau 16. q. 4. Iaſ. & DD. in d. l. 1. Sed hic primo notandū, quod licet pro qualibet dieta redeunti ſtatuantur 20. milliaria Italica tamen ſingulis ſeptimanis debet vnum diē quietis habere, vt eſt gl. in cap. cupientes, 16. §. 1. in verbo Commode, circa fin. de elect. in 6. & Io. de Imola, in d. l. continuus, §. cum ita, & Iaſ. in d. l. 1. n. 15. & Ang. hic nu. 5. in fin. 2. Notandum, quod illa commenſuratio debet fieri per illam viam, per quam homines frequentius ſolet iter facere, & vbi minus periculi ſubeſt ſecundum Bar. & Doct. in d. l. 1. 3. Notandum circa prædicta, quod in his terris milliaria in vno loco ſunt maiora, & minura, quam in alio loco. Itaque millia-
41 ria vulgaria dinumerari debent ſecundum conſuetudinem, & vulgarem reputationem cuiuslibet loci, & regionis, vt eſt Glo. in cap. Nonnulli, 28. in verb. Vltra duas dietas, extra de reſcr. de quo vide conſ. Dom. Hen. Gœd. 12. mihi fol. 36. vbi impugnat ſententiam Scabin. Lipſen. quæ habetur poſt [Vveichbild. ſub tit. Ob Edelleut auff ihren Lehenguttern mogen Bier bravven, vnd außſchencken laſſen.] Vbi pronunciat; Das eyn meil ſoll von Recht. haben 60. gevvande, vnd eyn gevvand ſoll haben 60. Ruthen vnd eyn ruthe acht halb. elen.] Et dicit Do. Hen. Gœd. hoc neque de iure communi, neq. Saxonico expreſſum, & cautum reperiri ſed milliare eſſe duplex. Legale ſcilicet quod a lege determinatum
42 eſt vt in d. l. 3. & d. l. mille paſſus eſt vulgare quod dinumeratur ſecundum communem cōſuetudinem regionis, & communem vſum patriæ ſecundum Glo. & ibi Canoniſt. in d. ca.
43 Nonnulli. Deinde ſubijcitur in dicta ſententia Lipſenſium, quod milliaria menſurari debeant, non per directum, nec ſecundum viam proximiorem per obliquum: ſed ſecundum viam communem, per quam frequētius itur, ac vehitur. Quod eſt verū, quando fit menſuratio propter terminos ambo-

bulandi,eundi,& redeundi nam tunc fieri debet, per viā ma-
gis tutam,& frequentatam. Secus autem ſi fiat ob aliam cau
ſam, veluti ſi eſſet priuilegium, ſeu ſtatutum, vt nullus poſſit
eligi in iudicem alicuius ciuitatis, qui abſit à ciuitate decem
milliatibus. Item ſecundum D.Hennin.Goed. in d.conſ.12.ſi
eſt ſtatutum,quod vicini,qui ſunt infra militare non poſſint,
nec debeant braxare, nec vendere cereuiſiam. Nam tunc
debet fieri menſuratio per rectitudinem loci, & ſi hoc per
terram fieri non poteſt debet fieri per inſtrumenta geome-
trica, & rectitudinem aeream, Et licet Paul. de Caſtr. &
Iaſ.in dicta l.prima,contrarium teneant, tamen hæ eſt com-
munis ſententia Bartol. & aliarum in dicta l.prima ſicut ip-
44 ſemet Iaſo. hic fatetur. Circa prædicta quæritur per Ioan.
Fab.Iaſ.& Zaſ.hic ſupr. Gloſ. in ver. Ciuitate. An abſens an-
te vſucapionem à præſente completam, reuerſus poſſit reſti-
tutionem in integrum petere.Nam pone, quod is, qui poſſi-
det rem abſentis cauſa Reipublicæ, compleuit vſucapionem
in abſentia legati vſque ad aliquod tempus, & ita vſucapio
non fuit completa ſed reſtat aliquod tempus, in quo reſtan-
te tempore abſens reuertitur in ciuitatem, ita vt in ipſo præ-
ſente per reliquum temporis vſucapio compleatur an nihilo-
minus legatus in integrum reſtituendus ſit:Et in hac quæſtio-
ne,tum veteres gloſſatores,tum etiam ipſi DD.inter ſe mul-
tum ſudant,& contendunt,vt in l.quod tempore,3.C.de reſt.
mil.& in l.ab hoſtibus,16.§.ſed quod ſimpliciter, ff.ex quibus
cauſis. Et de hoc inter eos non eſt certamen, quando vſuca-
pione nondum completa abſens reuertitur, & modicum tē-
poris reſtat, quod, tunc ſi reuerſus etiam iſto modico tempo-
re taceat tamen contra vſucapionem reſtituēdus, ſit per tex.
in dict. §. ſed quod ſimpliciter. Sed quando non modicum
tempus, ſed longum reſtat ad vſucapionem complendum,
& abſens reuerſus tacuit, ac præmiſit vſucapionem compleri
tunc duæ opiniones contrariæ reperiuntur. Altera eſt Mar-
tini gloſſatoris, tenentis eum non reſtitui per text.in dict. §.
ſed quod ſimpliciter, cum l.ſeq. & hæc in puncto iuris vide-
tur eſſe verior. Altera vero Bulgari,qui ad tempus abſentiæ,
non negligentiæ,abſentem reſtituendum dicit, cum abſentia
Reipubl. nemini debeat eſſe damnoſa, l.abſentia, 140. ff.de
45 reg.iur.Et hanc ſententiam æquiorem dicit eſſe Azo.& ma-
gis communem D.Iaſ. quem videte remiſſiuè hic, & Doct. in
prædictis locis.
46. Tertio datur reſciſſoria abſenti contra abſentem, veluti
Titius emit bona fidem rem mea & cum Reipub. cauſa fun-
geret legatione, eam rem ſecum detulit,& me abſente etiam
cauſa Reip. vel ſtudiorum vſucepit competit mihi hoc caſo
reſtitutio in integrum & reſciſſoria actio,per text.expreſſum
47 in l.6.ff ex quibus cauſis.Nec obſtat, quod priuilegiatus non
vtitur priuilegio ſuo contra priuilegiatum eodem priuilegio,
vt not.per Bartol.& Doctor.in Auth Quas actiones Cod. de
SS.Eccleſ.quia Iaſ.hic,num.55.poſt Bart.in d.l.fin.negat præ-
ſcribentem, eſſe priuilegiatum,licet, ſit abſēs cum ſola abſen-
tia non ſit cauſa priuilegij,ſed abſentia coniuncta cum læſio-
48 ne. Præterea priuilegiatus poteſt vti priuilegio contra priui-
legiatum,quando alterius priuilegium,eſt prægnantius.Item
quando alter tractat de damno vitando, alter vero de lucro
captando. Et quando vterque tractat de damno vitando,
præfertur is, qui habet iuſtiorem cauſam, l.verum 11.§ pe-
nul & l.ſequen.ff.de minoribus, de quo vide D.in d.Authen.
49 Quas actiones.Poſtea circa hanc tertiam quæſtionem prin-
cipalem quæri poteſt: An præſenti contra præſentem reſciſ-
ſoria competat. An quod breuibus reſpondere, quod non
quia contra præſcriptionem,quæ in præſentia currit nulla da-
tur reſtitutio, d.l.ab hoſtibus, § ſi damni. Eſtque ratio ratio-
nis ſecundum Bart.in d.l.ab hoſtibus §.ſed quod ſimpliciter.
Nam quando præſcriptio currit in præſentia, videtur adhi-
beri quidam conſenſus.Qui enim patitur rem ſuam vſucapi,
dicitur eam alienare, l.alienationis verbum, 28.ff.de verb.ſi-
gnif. Vnde propter illam patientiam,& præſumptum conſen-
ſum,præiudicat ſibi in reſtitutione, vt illam impetrare non
poſſit: quæ ratio ceſſat,quando vnus aut ambo ſunt abſentes
de quo Iaſ.hic,nu.22.
50 Quarto principaliter quæritur, Contra quem hæc actio
competat? Et ad hanc quæſtionem breuibus ex prædictis re-
ſponderi poteſt. Aliquando enim contra præſentem,aliquan-
do contra abſentem locum habet, quibus adde quod nedum
aduerſus eum datur,qui immediatè lucrum ſentit ex læſione,
imò etiam contra tertium, ad quem res peruenit, l.in cauſæ
13.§.fi.ff.de minor. De quo videte hic Fab.nu.20. in fine, &
Cynum in d.l.fi.nu.23.C.de quibus ex cauſis,&c.

Gl.in verb. Republica.

51 Ex hac notabitis licet appellatione Reip.regulariter veniat
Romana, l.eum,qui,16.ff.de verb.ſign.text.iuncta Gl.in l.ſed
etſi,per prætorem,26.§.vlt.in verbo nō abſit,ff.ex quibus cau-
ſis, &c.tamen diſpoſitionem, §.noſtri habere etiam locum
52 quando quis abeſt cauſa alterius ciuitatis,d.l.ſed etſi per Præ-
torem,§.vlt.Item municipij,caſtri aut villæ cauſa, l.legatis,8.
vbi Gl.fin.ff.ex quibus cauſis,&c. Idque ex clauſula generali:
53 Si quia mihi alia iuſta cauſa videbitur,d.§.vlti. Quotieſcum-
que enim æquitas ſuggerit,concedit reſtitutionem in integrū
extra caſus poſitos in edicto. Prætoris toties, ex illa clauſula
generali concedēda eſt de qua text.in l.1.§.fi.ff.ex quibus cau-
ſis, &c.& in d.§.vl.Et hæc extenſio Glo. ſine dubio procedit,
quando præſens petit ſe reſtitui contra abſentē Nam ſi tunc,
contra abſentem cauſa Reipublicæ Romanæ præſens reſti-
tuitur,multo magis contra abſentem cauſa alterius ciuitatis,
54 vel villæ. Vnde Iaſ.eam quoque intelligit procedere in alte-
ro caſu quando abſens cauſa Reip.alterius ciuitatis vel villæ,
petit ſe reſtitui contra præſentem. Et licet iſta in ſpecie fiat di-
ſtinctio abſentiarum, vt ſupra dictum eſt, tamen non diſtin-
guitur cuius Reipub.cauſa quis abſens fuerit de quo vide hic
Iaſ.nu.33 Vos adit, aliam ampliationem, quod etiam in ter-
tio caſu quando abſens contra abſentem ſe in integrum reſti-
55 tui petit procedat ex generali illa clauſula quia eſt eadem ra
tio. At vbi eadem eſt ratio ibi idem quoque ius ſtatuendum,
vulg.l.à Titio 108 ff.de verbor.obligat.

Gl.in verb. Abeſſet.

Supra in tertia quæſtione vbi dictum eſt reſciſſoriam actio
nem præſenti contra abſentem dari, declarata eſt, ſequitur
igitur, Gloſ.in verb. Hoſtes.

Gl.in verb. Hoſtes.

Circa quā pro declaratione textus notabitis. Primo,quòd
præſenti, datur reſtitutio contra abſentem ex cauſa neceſſa-
56 ria imò, & violentia, vt quia captus eſt ab hoſtibus, vt hic. Et
hoc extenditur etiam locum habere contra eum, qui non ab
hoſtibus,ſed latronibus, vel prædonibus captus eſt,ſecundum
Gl.hic. Et obiter notabitis, hoſtes propriè dici quibus populus
57 Romanus bellum indicit vel qui populo Romano bellum in
dicunt,l.hoſtes,24.ff.de c.& poſthum.reuer.& l.hoſtes,118.ff.
58 de verb.ſign. Differunt autem hoſtes, & reus criminis læſæ
maieſtatis, quod hoſtis de quacunque gente fieri poteſt, ſed
reus criminis læſæ maieſtatis non poſt fieri, niſi ſit ſubditus,
de quo Iaſ.hic nu.45.

Secundò notabitis,ſec.Iaſ.hic,quòd è contrario abſenti cō-
tra præſentem reſtitutio concedenda ſit,non ſolum ſi quis ca
ptus eſt ab hoſtibus,ſed etiā,ſi a latronibus, aut prædonibus,
aut alias poſitus eſt in vincula per potentiorē,ſcilicet ſuccur-
ritur,9.& in l.item ei ſuccurritur, 14.& l.ab hoſtibus, 15. ff.ex
59 quibus cauſis,&c. Et in vinculis eſſe etiam accipiūtur hi, qui
ita alligati ſunt, vt ſine dedecore in publico apparere nō poſ-
ſint,vt inquit I C. in l.in eadem,10.in fi.ff.ex quib.cauſis, &c.
Quem text.notabitis[von der beſtrickung.] id eſt,[de areſto]
& add.Iaſ.hic, nu.49

Vltimo,circa hanc Gloſ.& materiam totius §.notanda eſt
elegans doctrina. Bart. in quæſtione quotidiana & notabili,
60 de qua Doctor. hic mentionem non faciunt. An legato vel
a ambaſiatori a capto in itinere, aut derobato, ſint damna re-
ſarcienda? Et Bart.in l.ſi ſeruus communis.61. §.quod vero,
ff.de furtis, poſt antiquum D.Ioan.Faſinli de Piſis, ita diſtin-
guit. Aut iſta Ambaſiata eſt procurata, & tunc non debet
damnum illud legato emendari,ſicut nec procuratori,leg.in-
ter cauſas,26 §.non omnia,6.ff.mandati,& facit optimus tex.
in leg.Reipubl.36. ff.ex quibus cauſis, &c. Aut non fuit pro-
curata Ambaſiata, & tunc ſubdiſtinguit. Aut legatus porta-
bat res non neceſſarias ad Ambaſiatam, veluti ſi propter pō-
pam duxit plures equos,quam deberet, vel alias res, & tūc ei
quoque non debet emēdari illud damnum, cum ſit quod ſibi
imputari poſſit. Aut portauit res neceſſarias ab Ambaſiatam,
&

ADDITIO.

a *Adde eundem in l.inter cauſas, §.non omnia, ff.mandati. Cy.
in l.quoniam multa, C.ad leg. Iul.de vi publica arg.in l.ſi pecu-
niam,§.ſed ſi accepit,ff.de condict. ob cauſ.Bal.in c.1.an agna-
tus,vel filius,Bar.in l.in his,ff.ſol.mat.& in l.ſed merces,§.cul
pa,ff.locati Innoc.& And.c.Sicut, 5.de iureiur.& in c.Signi-
ficante, de pignor.& in c.Cum olim de reſtit. ſpol.*

Digitized by Google

& tunc illud damnum ei reſarciendum eſt argumento, l. cum
duobus, 52. §. quidam, Sagariam, ff. pro ſocio. Et facit illa
quoque ratio quod nemini ſuum officium debeat, eſſe dam-
noſum, ac legatus, niſi legationem aut Ambaſiatam ſuſcepiſ-
ſet, id damnum non paſſurus fuiſſet, d. l. ſi ſeruus §. quod ve-
rò, & l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, 7. ff. quemadmodum teſt.
aper. &c.

Gl. in verb. Poteſtate.

61 Ex qua primo notabitis, quot modis dictio poteſtas in le-
gibus accipiatur: ſecundo, quomodo captus ab hoſtibus v-
ſucapere poſſit. Sed quia DD. communiter Gloſ. ſequuntur,
hic non erit inſiſtendum, præſertim cum hodie capti ab ho-
ſtibus non efficiantur ſerui, quia ſeruitus inter Chriſtianos
ſublata eſt, de quo Bar. in l. hoſtes, 24. in fine, ff. de capt. & poſt
l. reuer. & add. Iaſ. hic, qui exemplificat in præſcribenda
actione perſonali, vt quoniam hoc caſu præſcriptio non cur-
rit ex poſſeſſione præſcribentis, ſed ex ſolo curſu temporis,
& negligentia non petentis, nihil obeſt, quo minus illa cur-
rat, præſcribente exiſtente in captiuitate. Quod vero ad Gl.
in ver. In ciuitate, attinet, eius materia ſupra declarata eſt, vbi
dictam reſciſſoriam actionem etiam abſenti contra abſen-
tem, & abſenti contra præſentem competere, ſicut etiam
Gloſ. In verb. Reſciſſa, ſupra in princ. §. noſtri declarata eſt,
vbi de duplici remedio reſcindenti, & reſciſſorio, item an re-
ſciſſoria ſit proprium nomen actionis, & an perſonalis, vel
realis, & quod numquam niſi reſtitutione impetrata locum
habeat, dictum eſt.

Sequitur nūc Gl. in verb. Annum circa quam principaliter
declarandum eſt. Primo, infra quod tempus reſtitutio in inte-
grum ſit petenda, ita vt vſucapio per remedium reſcindēs tol-
latur. Secundo infra quod tempus reſciſſoria actio intentāda
62 ſit. Pro cuius declaratione poſt Gloſ. hic in princ. præmittẽ-
dum eſt quod quidam annus eſt continuus, quidam verò vti-
63 lis. Annus continuus ſiue continuum tempus ſecundum Gl.
ordinariam in l. fin. C. de temp. in integr. reſtitut. & in Clem.
1. in verb. Continuum, de reſtit. in integrum, dicitur, quod
continuo currit diebus feriatis, & non feriatis, in præſentia, &
abſentia, ſiue ſit copia iudicis, ſiue non vt eſt tempus præſcri-
ptionis, quod continuo currit, l. fin. C. de præſcriptione longi
64 temporis. Item terminus probatorius, & alia quæcumque
dilatio in dubio intelligitur continua l. ſiue pars 3. C. de dila-
tionibus, & Iaſ. hic n. 63. Et cōſiſtit talis annus continuus 365.
diebus, & sex horis continuis, l. ita vulneratus, 51. §. æſtimatio,
65 ff. ad legem Aquil. & l. 4. §. Stichus ff. de ſtatu lib. Annus vtilis
eſt qui idem conſtat 365. diebus, ſed eo numero non inclu-
dit dies feriatos, nec currit annus vtilis diebus feriatis, & qui-
bus quis impeditus eſt agere, ratione abſentiæ, vel non habita
copia iudicis, vt hic in Gloſ. & in Gl. in d. l. fi. C. de temp. in in-
66 tegrum reſtit. & l. 1. ff. de diuerſ. & temp. præſcr. Et in diſpoſi-
tione prætoria in dubio annus intelligitur de vtilis, ſecus in ci-
67 uili diſpoſitione, vbi de continuo intelligitur, vt notatur in
prin. inſt. de perpet. & tem. act. Et tale tempus vtile dupliciter
conſideratur ſecundum Gl. in d. l. fi. Quoddam enim eſt tem-
pus, vtile continuo, vel ex toto vtile, vt iam dictum eſt. Quod
68 dam vero eſt vtile, quoad principiū, quia non currit niſi ſciē-
ti, ſed poſtea ſit continuum in progreſſu. Vt decendium (id
eſt, decem dies) quod datur ad appellandum ab initio eſt vti-
le, quia non currit niſi ſcienti, l. ab eod. 3. Quomodo, & quan-
do iudex. Et inſpicitur an appellans habuerit copiam iudicis
adeundi, l. 1. § dies, 7. ff. quando ſit appellandum. Sed quo ad
progreſſum, ad interponendam appellatione à tempore ſcien-
tiæ, & quo iudicis copia haberi non poteſt, eſt continuum: cur-
69 runt enim dies etiam feriati, l. 1. C. de ferijs. Et obiter notan-
dum conſ. Bar. in d. l. 1. §. dies vbi tradit, quando non poteſt ha-
beri copia iudicis, tunc appellantem, debere ſua appellatio-
nem interponere coram alijs honeſtis viris, vel coram Nota-
rio & de ſua diligentia proteſtari, l. cum quidam, 7. ff. de appel.
& in l. 2. C. de his qui per met. iud. non app. add. Doctor. Ke-
ning. in proceſſ. c. 104.

70 His præmiſſis, Primo quæritur de tempore remedij reſcin-
dentia, ſeu reſtitutionis in integrum. Et hoc caſu duplex re-
peritur tempus. I. Ad quod quis ſe petit reſtitui, & illud tem-
per eſt vniforme, quia ad tantum tempus quis reſtituitur,
in quanto læſus fuit, & non vltra dict. leg. ſed etſi per Præto-
rem, §. ſi feriæ, 7. ff. ex quibus cauſis. Eſtque ratio quia id quod
abſtulit læſio, reponit reſtitutio, l. quod ſi minor, 24. §. reſtitu-
tio, ff. de minoribus. II. Tempus eſt, infra quod reſtitutio
petenda eſt. Et illud quoque eſt duplex, Aliud enim eſt tem-
pus, infra quod reſtitutio peti, & aliud infra quod termina-
ri debeat. Circa 1. Tempus, variæ ſunt opiniones Docto-
rum, ſed veritas ſecundum Bartol. & Doct. in d. leg. fin. & hic
71 eſt, quando quis lædatur, ex contractu vel ſententia contra
abſentem lata, tunc tempus petendæ reſtitutionis in inte-
grum, eſſe vniforme, quadriennium ſcilicet contrarium, di-
cta le. fin. Circa quod obiter notabitis, quando minor, 25 an-
nis læſus eſt, quod maior, factus habet integrum quadrien-
72 nium, ad petendam reſtitutionem, & ita vſque ad 29. an-
num reſtitutionem, petere poteſt, poſtea non auditur, dict.
leg. final. Sed quia de iure Saxonico, is qui 21. annum com-
pleuit, efficitur maior artic. 42. libr. primo (Le hen.) capit. 26.
conſequens eſt, ſi fuerit læſus in minori ætate tantum vſque
ad 25. annum reſtitutionem peti poſſe, atque ita de iure Sa-
xonico expirat illud quadriennium illo tempore, quo de
iure communi incipit currere. Quando verò, quis læditur
ex curſu temporis, tunc ſi tempus læſionis eſt plus quam qua-
driennium, etiam infra quadriennium reſtitutio petenda
eſt. Si verò minus quadriennio tunc reſtitutio peti debet
73 infra tantum tempus, quantum tempus eſt læſionis, vt pul-
chrè hic declarat Zaſ. & videte Fab. hic, numero 14. Plat. 12.
& 13. Ang. num. 8. 9. & 10. Iaſ. 68. 2. Vero tempus, infra quod
debet terminari reſtitutio, ſemper eſt vniforme quia de-
74 bet terminari, infra quadriennium continuum dict. leg. final.
& ibi Gloſ. in verb. Finiendam litem. Ex quibus omnibus no-
tandum eſt, annum vtilem, qui olim ad petendam reſtitutio-
nem in integrum dabatur, eſſe hodie de iure Codicis inno-
uatum, & in quadriennium continuum commutatum, ita
vt tam maioribus, quam minoribus pro tali anno vtili ſit ſta-
tutum quadriennium continuum, quod ſemper diebus fe-
riatis, & non ferriatis currit, ſiue habeatur copia iudicis,
ſiue non: ſiue actor, ſiue reus ſit impedimento. Idque ſe-
cundum Angel. ab Imperatore introductum fuit ad tollen-
75 dam dubitationem, & diſputationem, quando dicatur dies
vtilis, aut non, d. leg. fin. ibi not. Et incipit currere illud qua-
driennium minoribus poſt lapſum 25. annum, ſtatim vbi
primus dies, 26. anni illuxerit, d. l. fin. & in maioribus, qui ab-
ſunt Reipubl. cauſa vel alias læduntur, vt ea iuſta cauſa eis
competat reſtitutio, tempus quadriennij computatur à die
reuerſionis, vel à die læſionis ceſſantis, de quo vide Fab. hic,
num. 15. Et adeò continuo currit illud quadriennium, vt ſi
prætor reſtitueret aliquem poſt hoc tempus, nihil ageret, &
reſtitutio non valeret, & hoc fauore litium dirimendarum
de quo Fab. n. 15. Ang. & Zaſ. mihi fol. 45. atque hæc omnia in
remedio reſcindēti, quod nobili officio iudicis expeditur,
locum habent.

76 Secundo igitur quæritur infra quod tempus reſciſſoria
actio intendenda ſit. Ad quod breuiter reſpondere, debe-
re eam intentari, infra annum vtilem, poſtquam obtenta eſt
reſtitutio. Et hæc eſt communis ſententia Doctor quod an-
nus vtilis ſolum correctus, ſit quo ad iudicium reſcindens
ita vt hodie infra quadriennium petenda ſit reſtitutio, non
autem, quo ad reſciſſoriam actionem. Sicut enim olim in-
fra annum vtilem: ita, & hodie intentanda eſt, per text. no-
ſtrum hic qui in hoc reperitur correctus, & quod non mu-
tatur, quare ſtare prohibeatur, leg. Sancimus, 27. Co. de teſt.
Et iuriuum correctio vitanda eſt l. vnica, Co. de inoffic. dot.
77 Infra quadriennium igitur obtinebitur reſtitutio, & poſtea
infra annum vtilem intentabitur reſciſſoria, ſecundum Gloſ.
hic. Et incipit iſte annus currere à die impetratæ reſtitutio-
nis, ſecundum Bart. in l. fin. Cod. quibus ex cauſis maior, &c.
Vnde ſi actor ceſſauerit, poſt reſtitutionem obtentam infra
annum vtilem, reſciſſoria experiri, amplius non auditur. Li-
te tamen conteſtata perpetuatur hæc actio, vt inquit Gloſ. in
d. l. fin. Cod. de temp. integrum reſtitut. Et ſi quis infra qua-
driennium præfixum, reſtitutionem non peteret, tunc nati-
78 uitas huius actionis impediretur, ſecundum Bart. in d. leg. fi.
Cod. quibus ex cauſis maiores. De quo latius videte hic Fab.
num. 16 Plat. 12. & 15 Ang. 19. Iaſ. 66 & Zaſ. hic, mihi fol. 51.
qui pulchrè declarat reſciſſoriam aliquando competere per
viam exceptionis, & tunc eſſe vltro perpetuam, nec habere
tempus ſtatutum, infra quod proponatur, per tex. in leg. nec
non, 28. § exempl. ff. ex quib. cauſ. &c. add. Fab. hic, nu. 20. &
Ang. 20.

79 Vltimo circa præſentem, §. videndum eſt, qualiter libel-
lus tam in remedio reſcindente, quam reſciſſoria forman-
dus ſit. Et primo ſecundum Fab. hic ſciendum etiam in re-
ſcindente iudicio libellum offerendum eſſe in quo implo-
rans officium iudici. I. Debet exponere cauſam, quare pe-
tat ſe reſtitui. Veluti, quia minor, vt per totum titulum, ff.
de minoribus. Vel quia maior propter abſentia, vel aliam
iuſtam cauſam, l. 1. in fin. ff. ex quibus cauſis, &c. II. Debet
diſtin-

Digitized by Google

diſtinctè in libello exprimere qualitates leſionis, quia varijs
80 modis lęſio contingit. Aliquando enim (ſecundum Bart. in d.l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quibus cauſis) quis lęditur in poſſeſſione, quam amiſit: aliquando priuatus actione ſibi competente: aliquando poſſeſſione & proprietate, vt declarat hic Ang. nu. 12. Et quia reſtitutio fit ad id, quod abſtulit lęſio, in libello qualitas lęſionis exprimi debet & actor petere, vt ad id reſtituatur, in quo lęſus eſt. Vnde propter diuerſitatem factorum, non poteſt certa forma tradi ſicut Fab. hic, num. 21. plures formas refert, & Iaſ. hic nu. 84. Poteſt autem talis eſſe forma.

Forma libelli.

81 Coram vobis domino iudice huius inclyti oppidi. Vuittenbergenſis comparet. N. proponens iure Cęſareo, ęquiſſimis, & prudētiſſimis de cauſis clare, & liquido prouiſum, ſi quiſquam cauſa Reipublicæ, vel ex mandato ciuitatis, vel gratia ſtudiorum, per quæ Eccleſię Catholicæ, & Reipub commodari, & inſeruiri poteſt, abſit, ac tempore abſentiæ lędatur, aut damnificetur, quod propterea ex ęquitate lęſio abſenti reparari, & per officium iudicis, iuſto, & legitimo tempore implorarum abſens reſtitui debeat. Poſtquam ergo actor anno 60. recto actu, animo, & intentione ſtudia ſua continuandi, quo parentibus & amicis honori, alijs commodo & vtilitati eſſe poſſet, cauſa ſtudiorum Bononiam in Italiam, ad proſequenda iuris ciuilis ſtudia ſeſe contulerit, & gradu Doctoratus (quòd circa iactantiæ crimen accipi cupit) non ſine laude ornatus ſit: in abſentia vero eius N. argēteum poculum (neſcio quo colore, vel prętextu) occuparit, atque ad manus ſuas redegerit, idque præſcriptum eſſe prætendat; ac eo ipſo prędictus, N. cum auris ipſo iſto poculo a Cęſarea maieſtate ex ſingulari gratia donatus ſit, enormiter lędatur propterea quod ei legitimam ſuam actionem contra dictum N. intentandi per impedimentum adempta fuerit. Idcirco inter præfixum, & pręſtitutum à iure tempus veſtrum nobile officium quam humillimè implorando rogat, mediante eo, & ex clauſula generali ſe reſtitui, & in integrum reponi præſcriptionem tolli atque reſcindi, & ſe non obſtante præſcriptione prędicti poculi, tanquam ad non pręſcripti vendicationem benigne admitti debere.

82 Et quando ſic reſtitutio in integrum impetrata & obtenta eſt, vt per remedium reſcindens obſtaculum vſucapionis reſciſſum, & remotum ſit, tunc actio reſciſſoria intētari poteſt. Et quia aliquando eſt realis, aliquando perſonalis, illic agitur & concluditur, vt in reali actione fieri ſolet, ſcilicet ad declarationem dominij vel iuris, vt in pręcedentibus §§. dictū eſt. Hic vero, vt in perſonali, ſcilicet ad dandum, vel faciendum, ſecundum diuerſitatem negotiorum. Priſtina enim actio, quę ante vſucapionem completa competebat, reſtituta cum debita expreſſione cauſę (de qua in §. omnium, dictum eſt) inſtituenda, & proponenda eſt, de qua vide Fab. hic nu 22. & Iaſ. 85. Et poteſt talis forma tradi.

Forma libelli.

83 Cum reſeruatione omnium iuris remediorum, & pręmiſſis pręmittendis, coram vobis domino Iudice comparet N. proponens atque intendens actionem ſuam contra N. non in forma libelli ſolemnis, ſed ſimplicis narrationis, dicendo: Quod proximo anno 60. hinc ſtudiorum cauſa, ſe in Italiam, Bononiam contulerit, ibique ad quadriennium ſubſtiterit, & ex probabili cauſa è patria abfuerit. Interea vero temporis accideriṫ, vt reus N. poculum inauratum 60. librarum, ad actorem iure dominij, vel quaſi, vtpote ab auo in teſtamento ipſi relictū, pertinens, ad ſe inique ſua manus redegerit, & actore in Italia abſente in ſuas cuſtodia habuerit, & actori, vtpote cui prę ſcriptionis tempus cucurrerit, reſtituere renuat. Quia verò actor, vt commemoratum, abſens & cum reo experiri, poculumque iure repetere prępeditus fuit, ac per eius veſtro iudiciali officio, impedimentum pręſcriptioni, per quod actori via atque facultas agendi pręcluſa fuit, reſciſſa atque ad aperta, & actor, in priſtinū ſtatum reſtitutus atque repoſitus eſt. Ideò actor petit tandem declarari ac pronunciari, cōmemoratum poculum iure dominij, vel quaſi ad actorem pertinere, reumque cum refuſione expenſarum ad reſtitutionem eiuſdem teneri & ad id cōpetentib. iuris remedijs compelli debere. Id vel quod alias de iure fieri poteſt actor veſtrę iudiciali, & cognitioni cum imploratione officij relinquēs ſuper omnibus & ſingulis petit ſibi ius & iuſtitiā adminiſtrari.

84 Et pro complemēto huius materię vltimę dubitari poteſt: An remedium reſcindens & reſciſſorium cumulari, & ſic in vno, & eodem libello ſimul, & ſemel proponi poſſint. Et ex vera Doct. ſententia diſtinguitur. Aut quis ſimpliciter & coniunctim iſta duo remedio proponit, & tunc repellitur tanquā inepte agens cum reſciſſoria non competat, niſi prius reſciſſa vſucapione, & impetrata reſtitutione, vt ſupradictū eſt. Aut quis ſucceſſiue, & conditionaliter, in eodem libello ambo remedia proponit, non vt ſimul procedatur, ſed ſucceſſiue, & tunc talis libellus valet veluti. Peto me reſtitui, aduerſus vſucapionem, & ſi ſecun reſtitutus, tunc peto illam rem, quę ſpectat ad me iure dominij, vel quaſi. De quo latius vide hic Fab. nu. 23. Ang. 17. Iaſ. 86. & Zaſ. ante fin. §. noſtri.

ſ. Item ſi quis in fraudem.

1 *Quare actio Pauliana inter prætorias reales ab Imperatore referatur.*
2 *Similitudo inter Paulianā, & Publicianam, & reſciſſoriam.*
3 *Cauſa introducendæ actionis Paulianæ.*
4 *Enumeratio actionum reuocatoriarum.*
5 *Pauliana quid.*
6 *Quid actio Pauliana in facto.*
7 *Fauiana quid.*
8 *Caluiſiana quid.*
9 *Quia vtilis Fauiana.*
10 *Edictum fraudatarium quid.*
11 *Alia definitio actionis Paulianæ.*
12 *Pauliana vnde dicta.*
13 *Prætor ſemper æquitatem ob oculos habere debet.*
14 *Actio Pauliana oritur ex maleficio.*
15 *Pauliana eſt perſonalis actio in rem ſcripta.*
16 *Pauliana eſt actio natiua.*
17 *Actio Pauliana pro quibus rebus competat.*
18 *Alienatio quot modis fiat.*
19 *Pauliana datur etiam ad fructus rei alienatæ reſtituendos.*
20 *Pauliana non habet locum, quando debitor hoc agit, ne locupletetur.*
21 *Quibus Pauliana competat.*
22 *Creditores qui dicantur, & quibus creditoribus Pauliana detur, & an etiam futuris creditoribus detur.*
23 *Actio Pauliana datur etiam heredibus creditorum.*
24 *Pactum de retrouendendo ex vtraque parte ad heredes trāſmittitur, etiam non facta mentione heredum.*
25 *Clauſula de heredib. in inſtrumento appoſita eſt ſupernacua.*
26 *Multiplicatio verborum non neceſſaria, ſubſtantiam rei non vitiat.*
27 *Pauliana etiam creditoribus hypothecarijs datur.*
27 *Pauliana non datur regulariter contra debitorem.*
29 *Cedens bonis non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*
30 *Pauliana datur contra poſſeſſores bonorum debitoris.*
31 *Titulus oneroſus, & lucratiuus quid.*
32 *An dos ſit titulus oneroſus vel lucratiuus.*
33 *Maritus tenetur vxori ægrotæ præſtare alimenta.*
34 *Quæſitum ludo, an dicatur quæſitum titulo oneroſo, vel lucratiuo.*
35 *An ludo amiſſum repeti poſſit.*
36 *Titulus quidam quaſi lucratiuus.*
37 *Vt creditor bona per debitorem alienata reuocare poſſit, neceſſe eſt, vt vtrinſque fraus interueniat alienantis ſcilicet, & poſſeſſoris, in quem alienata ſunt.*
38 *Commoniti ne emerent, ſi emant ſunt in fraude.*
39 *In titulo emptionis bona fides duobus temporibus requiritur, tempore contractus initi, & traditionis factæ.*
40 *In debitore fiſci ſufficit fraus a parte alienantis.*
41 *Grauatus in vno releuatur in alio.*
42 *Ratio cur patronus reuocans bona alienata per libertum, cogatur reſtituere pretium.*
43 *Poſſeſſor rerum alienatarum ex titulo oneroſo, non particeps fraudis, Pauliana non tenetur.*
44 *In poſſeſſore ex titulo lucratiuo ſufficit dolus alienantis, vt Pauliana intentari poſſit.*
45 *Non eſt eadem ratio, damnū incurrere, & lucrū non facere.*
46 *Poſſeſſores ex titulo lucratiuo etiam ignorātes fraudem debitoris eatenus tenentur, quatenus ſunt facti locupletiores.*
47 *Reuocatoria datur contra legatarios, quibus in fraudem creditoris aliquando res legata ſunt.*
48 *Pauliana datur contra heredes poſſeſſorum, in quos bona debitores alienata ſunt.*
49 *Secūdus emptor qui bona fide a fraudulento poſſeſſore, & ita primo emptore bona debitoris emit, non tenetur Pauliana.*

50 *Quan-*

Digitized by Google

50 *Quando debitor ſoluit vni creditori vtrum alius creditor ha-
beat Paulianam contra illum creditorem, cui debitor ſoluit.*
51 *Quæ requirantur, vt Publiciana locum habeat.*
52 *Homines de facultatibus ſuis ſæpe amplius ſperant, quam in
eis eſt.*
53 *Regula, quod alienatio fraudulenta ſumma iure valeat, quo-
modo limitetur.*
54 *Actus in fraudem legis fieri dicitur, qui geritur inter perſo-
nas à iure prohibitas.*
55 *Quomodo diſtinguatur in Pauliana, quo ad fraudem inter
contractus, & vltimas voluntates.*
56 *Legata non præſtantur, niſi ære alieno deducto.*
57 *Duæ rationes, quare quo ad fraudem debitoris alienantis in
contractibus, inſpicitur conſilium, & euentus, in vltimis ve-
ro voluntatibus euentus tantum.*
58 *Homines neque diuites, neque pauperes præſumuntur.*
59 *Neceſſe eſt creditores, antequam agant Pauliana in bona de-
bitoris ex ſententia iudicis, miſſos eſſe, & præceſſiſſe excuſ-
ſionem debitoris*
60 *Quare antequam agatur Pauliana excuſſio ſint neceſſaria.*
61 *Fideiuſſor non poteſt conueniri ante principalis excuſſionem
etiam ſi fideiuſſor conſtituat ſe principalem debitorem.*
62 *Principales debitores, & eorum fideiuſſores debent prius ex-
cuti, quam perueniatur ad extraneos pignorum poſſeſſores.*
63 *Iudicium in Pauliana procedit, etiam non facta excuſſione
debitoris, ſi de ea non fuerit oppoſitum.*
64 *Quando excuſſio in Pauliana non ſit neceſſaria.*
65 *Idoneus ad ſoluendum non tantum quis dicitur ex facultati-
bus, ſed etiam ex fide, & facilitate conueniendi.*
66 *Quomodo probari poſſit aliquem non eſſe ſoluendo.*
67 *Conuicti de mendacio perdunt beneficium excuſſionis.*
68 *Ad excuſſionem citari debent bonorum poſſeſſores, in quos
alienatio facta, eſt vel fideiuſſores, & quomodo citandi ſint.*
69 *Fraus quomodo probetur in reuocatoria.*
70 *Dolus cum in animo conſiſtat directe probari non poteſt.*
71 *Nemo præſumitur ignorare vires patrimonij.*
72 *Ex alienatione omnium bonorum præſumitur fraus.*
73 *Paucitas pretij facit præſumi fraudem.*
74 *Ex alienatione facta in perſonam coniunctam, vel clam,
præſumitur fraus.*
75 *Quando in contractu requiritur authoritas iudicis, & bona
alienantur ſine decreto iudicis præſumitur fraus.*
76 *Quomodo probetur in Pauliana fraus illius, in quem bona
alienantur.*
77 *Quando ſunt plures creditores, in quorũ fraudẽ res alienata
eſt, & vnus tantum agat an ſolida rei reſtitutio veniat.*
78 *Cui in Pauliana debeat fieri reſtitutio creditori, vel debitori.*
79 *Conuentus Pauliana poteſt creditori offerre pretium rei, &
retinere rem.*
80 *Ad reuocanda bona in fraudem creditorum alienata, credi-
toribus perfixus eſt annus vtilis.*
81 *In eo quo plus valeat res alienata, poſſeſſor perpetuo tenetur.*
82 *Alia limitatio eius, quod dictum eſt, de anno vtili conceſſo
creditoribus ad rem alienatam reuocandam.*
83 *Annus vtilis, infra quem Pauliana proponenda eſt, currit à
die facta executionis.*
84 *Forma libelli in actione Pauliana.*

1 PRo continuatione huius §. ad præcedentes, quæritur poſt
Gl. hic in verb. Eam rem petere, verſ. ſed quæro, quare
Imperator Paulianam actionem inter prętorias reales actio-
2 nes referat, *a* cum ſecundum Gl. communiter Doct. ſit actio
perſonalis; & reſpondetur id propter ſimilitudinẽ, quam hæc
3 actio cum duabus præcedentibus habet, factum eſſe. Sicut
enim per Publicianam vendicatur res nondũ vſucapta, quaſi
vſucapta, ſit & per reſciſſoriam actor petit rem veritate vſu-
captam, quaſi vſucapta non eſſet ita per hanc Paulianã actio-
nem, creditor reuocat à quacũque poſſeſſores res à debitore
in fraudem creditoris alienatas, ac ſi nunquam traditæ, & à
debitore alienatæ fuiſſent, ſed ſemper in bonis debitoris per-
manſiſſent. Sicut igitur in §. præcedenti per beneficiũ præto-
ris reſcinditur vſucapio: ita per hanc actionem doloſa aliena
3 tiu debitoris reſcinditur. Et Vlpianus, in l. 1. ff. quæ in fraudẽ
cred. ait, Neceſſario prętorem hoc dictum propoſuiſſe, quo
creditoribus conſulere. Nam cum alienatio in fraudẽ facta
ſummo iure valeat, & transferat dominium in accipientem,
etiam fraudis conſcij, l ſciens emam 25. ff. de contrah. empt.
opus fuit creditoribus actione qua hanc alienatione reſcin-
4 derent, ſicut etiam plures aliæ actiones reuocatorię, quibus
perſequimur quod in fraudem alienatum eſt. introductæ ſũt
quibus Gl. hic ſup. verb. Eam rem petere. I. Eſt actio Pauliana
5 quæ competit creditori ad bona corporalia, mobilia, vel im-
6 mobilia, in fraudem creditoris *b* alienata, de qua in §. noſtro.
6 II. Dicitur actio in factum, quę ad bona incorporalia, in frau-
dem creditorum alienata, datur de qua in l. hac in factum, 14.
ff. quæ in fraud. credit. Dicit tamen Bar. ibi poſt Gl. vnam eſſe
actionem, quæ Pauliana in factum actio appellatum eſt, &
Paulianam eſſe cognomen actionis in factum ſicut etiam
vult Gl. hic, ſuper verb. eam rem petere. III. Actio dicitur Fa-
7 uiana, quæ datur patrono, in cuius fraudem libertus aliquid
inter viuos alienauit, per quam reuocat res alienatas, vt legi-
timam portionem in ſucceſſione liberti (quæ hodie tertia eſt)
conſequatur, l. 1. & 2. C. ſi in fraud. patro. & leg. 1 ff. ſi quid in
8 fraud. patro. factum eſt. IV. Dicitur Caluiſiana, quæ indiffe-
renter, tam patrono in bonis liberti, quam creditori in bonis
debitoris competit, ſec Gl. hic in verb. Eam rem petere. V. Di-
citur vtilis Fauiana, quæ datur impuberi arrogato, ad conſe-
quendam quartam, l. fin. ff. ſi quid in fraud. patron. Eſt & VI.
9 Edictum fraudatorium, quod tum ſibi proprie locum vendi-
10 cat, cum quis nõ quidem rem ſuam, ſed alienam in fraudem
alterius alienat, vt patet in exemplo tutoris alienantis res pu-
pilli, text. eſt in l. pupilli debitor, *69.* ibi Glo. & Bart. ff. de ſol. Et
quamuis ſint plures perſonæ, quæ in fraudem aliorum bona
ſua alienant, & plura remedia ad reuocanda talia bona intro
ducta, quæ refert Iaſ. hic, in princ. tamen in hoc §. de vna tan-
tum actione reuocatoria. Pauliana ſcilicet tractatur, de qua
titulus in ff. quę in fraudem creditorum facta ſunt, & in C. de
reuocandis his quæ in fraudem creditorum alienata ſunt.
11 Eſt autem Pauliana actio, ſecũdum Doct. actio prętoria,
quis creditores reuocãt id, quod per debitores in fraudẽ cre-
ditorum, nõ ſimulate, ſed vere in tertiam aliquam perſonam
alienatum, ac illi traditum eſt, perinde ac ſi alienatio, & tradi
12 tio nunquam facta ſit, vt hic, & l. 1. C. eo. Et dicta eſt Paulia-
na, à Paulo Prætore, qui eam primo introduxit, vel à Paulo
Iureconſulto, ſic cognominata eſt, ad differentiam aliarum
actionum reuocatoriarum, refert Fab. hic, num. 19. & Iaſ 98.
exempli gratia, ſecun. Io. Fab. hic Pone, Titius debet mihi ex
cauſa mutui, emptionis, vel alia 100. aureos, quos debuit mihi
ſoluere prima Maij, ſed ſciens ſua bona vix ſufficere ad ſatiſ-
faciendum mihi, ex titulo venditionis, vel donationis, fraudu-
lenter alienat, & transfert in Sempronium aliqua res ſuas,
puta, argenteum ſcyphum, qui quidem ſcyphus non fuit iu-
re pignoris, aut hypothecæ obligatus (alias enim mihi etiam
hypothecaria actio competeret, de qua in §. ſequ. dicetur) &
quia ſtatuto termino mihi non ſoluit 200. aureos, in iudicio
egi contra eum, petijque eum condemnari, & excuti, necnon
miſſus tum à iudice in poſſeſſionem bonorum Titij, quæ ad-
huc erant reſidua, & vix valebant 100. & quia ad ſolutionem
non ſufficiunt, volo à Sẽpronio reuocare argenteum ſcyphũ,
13 quem Titius fraudulẽter in ipſum alienauit. Quęritur an poſ
ſim? Et prętor (qui ſemper ęquitatem ob oculos habet, l. quod
ſi Epheſ. 4. ff. de eo. quod certu loco) hanc reuocatoriã actio-
nem introduxit, per quam facta excuſſione bonorũ reſiduo-
rũ ipſius debitoris, poſſum res à debitore fraudulenter aliena-
tas à quocumque poſſeſſore reuocare, perinde ac ſi illa aliena
tio, & traditio à debitore nunquã facta eſſet, etiam non reſti-
14 tuto pretio, vt in progreſſu latius declarabitur. Et oritur hæc
actio ex maleficio, quando dolus interuenit ex vtraque par-
te alienantis, & recipientis vt declarat Iaſ. hic, nu. 105. contra
Gl. in verbo. Eam rem petere, cum dolus ſit delictum, l. item
exigit, 16. ff. de dol. & l. 1. iuncta Gl. in verb. Crimine, ff. de fi-
deiuſ. tut. ſed quando tantum interuenit dolus ex parte alie-
nantis, oritur actio ex quaſi contractu. Ex quo infertur per-
ſonalem hanc eſſe actionem, ſec. Gl. hic in verbo eam rem pe-
tere, quam communiter D. ſequuntur, per tex. in l. 1 §. hæc a-
15 ctio, ff. ſi quid in frau. patr. &c. Dicit tamen Iaſ. poſt. Fab. &
Pla. hic, eam non eſſe ſimpliciter perſonalem, ſed perſonalem
in rem ſcriptam, propterea quod poſſeſſorem rei ſequatur, de
quo vide Fab. hic in fi. §. noſtri, & Plat. nu. 12. & 13. Iaſ. 104. Et
quia habet materiam prçexiſtentẽ, delictum ſcilicet, vel quaſi
16 contractum, ex quo naſcitur, remedium eſt, ſecundum Iaſ.
hic nu. 112. eam eſſe natiuam, non natiuam actionem.

Pro

ADDITIONES.

a *Reſpectu tertij, contra eum, datur eſt realis, & inter eas hic re-
fertur etiam a Theophilo Fauiana tamen diſerte dicitur eſſe
perſonalis, l. 1. §. hæc actio. 16 ff. ſi quid in fraud. patro.*
b *Quid ſi ipſe creditor rem ſibi hypothecatam emerit an iuri pi-
gnoris renunciaſſe intelligitur, vt de Concenatium 4. qu. 10.*

Pro quibus rebus hæc actio competat.

17 His præmiſſis pro declaratione huius actionis. Primo quæ
ritur: Pro quibus rebus hæc actio competat? Et breuiter poſt
Gloſ. hic, in verbo, rem ſuam, dicendum eſt, per Paulianam
actionem reuocari res corporales, mobiles, vel immobiles in
fraudem creditorem alienatas, & etiam res incorporales, ve-
luti, quando debitor alienat vſumfructum, vel aliam ſeruitu
a tem ſibi debitam, l. 3. in fi ff. eodem. Et dicitur alienatio, a non
ſolum actus, per quem dominium tráſfertur, ſed etiam alius
actus transferendi, ſiue iuris directi, ſiue vtilis, ſiue cuiuſcun-
que alterius iuris, l alienationis verbum, 28. ff. de verb. ſigni-
fic. l. iubemus, 14 Cod. de ſacroſ. Eccleſ ibi, (ſub cuiuſcunque
alienationis ſpecie,) cap. 1. de probib. feud. alien. per Frideric.
18 in vſib feud. de quo Iaſ. hic, nu. 22. Vnde hæc actio competit,
quando debitor habet rem aliquam pro derelicto, vt alius
eam occupet. Item quando liberat debitorem ſuum acce-
ptilatione, vel facit debitori pactum de non petendo. Item,
quando debitoribus ſuis remittit pignora, aut præbet illis ex-
ceptiones, quas in veritate non habebant, aut patitur litem
moueri, vt in cauſa appellationis. Nam tunc agitur, vt reſti-
tuantur obligationes in reum principalem, & fideiuſſorem
ſcientes fraudem ad reponendum ſcilicet in priſtinam obli-
gationem eum, qui per fraudem debitoris liberatus ſit, & ad
integrandum ſtipulationem acceptilatam, item ad cedendas
actiones, l. 1. in fi. cum quatuor legib. ſeq. & d. l. hac in factum,
ff. eod. Et datur hæc actio etiam ad fructus, rei alienatæ reſti-
tuendos, l. videamus 38. §. in Fauiana, ff de vſu, non ſolum per-
19 ceptos, & pendentes tempore alienationis, ſed etiam poſt li-
tem conteſtatam percipiendos, qui ſcilicet per fraudatorem
percipi potuerunt, l ait Prætor, 10. §. per hanc actionem, 19. cũ
§. ſeq & l. fin. §. pen. ff. eod. Sed iam quæritur, quando debitor
non alienat bona ſua, ſed hoc agit, ne acquirat, ac diteſcat, &
20 non vult agere patrimonium, in necem, & fraudem credito-
rum, vt creditores minus bonorũ penes ipſum inueniant,
vt quia repudiat legatum, vel hæreditatem ſibi delatam an
dicatur alienare, an hoc, vt illa actio locum habeat? Et de hoc
eſt tex. in l. qui autem (al. quod autem) 6. in princ. ff. eod. quod
non. Dicitur enim ibi, hoc edictum pertinere ad diminuentes
patrimonium, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur. Et
in l. 3. in fi. ff. eod. dicitur: debitorem tunc dici alienare, quan-
do aliquid facit, vt deſinat habere, quod habet, de quo vide
Ang. hic, num. 6. & Zaſ. poſt princ. §. noſtr. Et per hæc obiter
declarat eſt Gloſ. ſuper verbo, Rem ſuam.

Quibus Pauliana competat.

21 Secundo quæritur, quibus hæc actio Pauliana detur? Et I.
22 quidem ea ſine dubio competit creditorib. ex contractu, vel
quaſi, cum ibi proprie creditores dicatur, qui alienam fidem
ſequuntur l. creditores, 10. ff. de verb. ſign. & notatur per Bar.
& D. poſt text. in l. 1 ff. ſi cert. petat II. Datur creditori ex deli
cto, vel quaſi reuocatoria datur ad reuocandas res alienatas,
an eo qui tenebatur ex delicto, vt in actione iniuriarũ, furti
vel legis Aquiliæ; vel ex quaſi delicto, vt quia effundendo è
domo leſit veſtes prætereuntis, Et licet Roſredus hoc caſu
negat Paulianam locum habere, tamen vno ore, hic a Doct.
reprobatur, qui ſequuntur Glo. hic in verbo, creditorum, pro-
pter generalitatem textus noſtri, qui indiſtincte loquitur, &
confirmatur per tex. in l. creditorum, 11. cum l. ſeq. de verbo.
ſignif. de quo latius vide hic Fab. n. 3. & Iaſ. nu. 5. III. Compe-
tit etiam legatarijs, & fideicommiſſarijs, in quorum fraudem
res ab herede alienatæ, in Io. Fab. hic numer, 14. & Iaſ. 61. per
tex. l. 1. C. qui manum. non poſſ. Imò hoc caſu etiam hypothe
caris actio locum habet, §. ſed olim, ſup. de leg. &c. IV. Datur
non ſolum creditoribus præteritis, aut præſentibus, ſed etiam
futuris Exempli gratia, ſecundum Iaſ. hic num. 6. Titius con-
ſtituit magnam quantitatem pecuniæ mutuo accipere, & an-
te quam hoc facit, animo fraudandi creditores futuros alie-
nauit bona ſua, & deinde accepit pecuniam mutuo à Caio,
Quæritur, an Caio futuro creditori hæc reuocatoria compe-
tat, ad reuocãda bona alienata per Titium, antequam effice-
retur debitor Caij? Et diſtinguite ſecund. Iaſ. hic, num. 64. Aut
conſtat alienationẽ factam eſſe cauſa fraudandi futuros cre-
ditores, & Pauliana competit futuris creditoribus. Aut non
conſtat, nec probari poteſt habuiſſe animũ fraudandi, & non
cõpetit, facit, l. ſed ſi maritus, 15. §. fi. ff. qui, & à quibus manu-
miſſi, &c. niſi futuri creditores ſucceſſerunt in locum priorũ
creditorum, quia ex ipſorum pecunia, creditorib. prioribus ſa
tisfactum eſt, l. ait Prætor, 10. §. ita demum, ff. eod. Et de quæ-
ſtione, quãdo volens committere aliquod delictum, propter
quod bona ipſius veniant confiſcanda alienaret bona, & tan-
dem delictum illud commiſit, an fiſcus alienata reuocare poſ
ſit. videte hic Fab. num. 5. & Iaſ. nu 58 Bart & alios Doct. in l.
poſt contractum, 35 ff. de don. V. Competat Pauliana actio
creditoribus in diem, veluti, ſi debitor obligatus ad ſoluendũ
1. Decemb. alienaret interim bona ſua in fraudem credito-
rum. Eſt enim obligatio nata, licet dilata ſit ad diem, l. cedere
diem, 213. ff. de verb. ſign. Aliud eſt in obligationib in quibus
dies non opponitur, nam tunc præſenti die debetur, l. in om-
nibus obligationibus 14 ff. de reg. iur. VI. Datur creditoribus
ſub conditione, ſed non prius quam conditio purificata eſt,
nam tunc conditio retrotrahitur, iuxta l. potior, 11. in princip.
iuncto. §. videamus, ff. qui potiores in pign. habeant. Et licet
hi omnes propriè non dicantur creditores, tamen attento cõ
muni vſu loquendi, (qui derogant proprietati verborum iux-
ta notata in l. Labeo, ff. de ſupellect. leg.) creditores dicuntur,
23 de quo vide Ang. hic nu. 6 & Zaſ. vet l. Nunc ad tertiũ caput.
VII. Competit etiam hæredibus & cæteris ſucceſſoribus cre-
ditorum, l. ait Prętor, 10. §. fi. ff. eod. Sicut regulariter omnes
actiones actiuę, & paſſiuæ ad hæredes tranſeunt, §. 1. infr de
perpet. & temp. act. exceptis pęnalibus. Et omnis contractus
24 ſemper ita intelligitur celebratus, vt includantur hęredes. l. ſi
pactum, 9. ff. de prob. & l veteris, 13. C. de contrab. ſtipul. Vn-
b de obiter no abitis, pactum de b retrouendendo in contractu
empti, & venditi appoſitum, etiamſi in eo hæredum non eſt
facta mentio, ex vtraque parte ad hæredes tranſmitti, tex. eſt
& Gl. in verbo. Siue hæredes, in l. 2. Co de pact. inter empt. &
25 vend. Hic eſt, quod licet in inſtrumentis ſoleat apponi de hę-
redibus, in illa clauſula eſt ſuperuacua, l. eum qui ita 56. §. 1. in
verbo ſuperuacua, & ibi Paul de Caſt. & Doct. Iat. ff. de verb.
26 oblig. Sed quia multiplicatio verborum non neceſſaria, ſub-
ſtantiam rei non mutat, l e. pediculis, 32. §. Labeo, ff. de aur. &
arg. l. Ideo conſultus eſt dubitationis tollendæ cauſa ſemper
adijcere de hæredib. l. quæ dubitationis, 81. ff. de reg. iur. Hinc
dicunt pulchrum verbum. Io. And. Hoſt. & Archid. in cap. ni-
mis iniqua, 16. ext. de exceſſibus prælato nimirum ea, quæ
ſunt deducenda in contractib. literis inſtrumentis, & priuile-
gijs, non poſſe ſatis frequenter repeti, propter ſophiſticam, &
calumnioſam quorundam interpretationem tollendam, ne
nobis obueniat, quod dicitur in l. veteribus, ff. de pact. addite
27 Dec. in d. l. quæ dubitationis. VIII. Licet hæc actio regulariter
competat creditoribus chirographarijs, qui ſolũ habent per-
ſonalem actionem, tamen eam quoque habentibus hypothe-
cariam actionem dari concludit Faber hic nu. 23. & Platea,
nu. 18. per gl. in l. debitor, 21. in verbo, Agere, ff. eo. Et per hæc
declarata ſit gl. ſuper verbo creditorum.

Contra quos hæc actio competat.

28 Tertio principaliter quęritur. Contra quos hęc actio com-
petat? Et I. Licet regulariter non detur contra ipſum debito-
rem alienantẽ, cum ſit nuda, & inanis actio, quã inopia aduer
ſarij excludit, l. nam is 16. ff. de dolo, tamen eam competere
etiam contra debitorem fraudulenter alienantem, text. eſt in
l. fin §. fi. eod. quando ſcilicet ita fraudulenter alienauit, & di-
ſperſit res, vt recuperari non poſſint, quia non apparẽt. Nam
tunc ſecundum primum intellectum, Gloſ. in d. §. final. datur
hæc actio contra debitorem, ad hoc, vt detrudatur in car-
c cerem. Nec poteſt credere bonis, & credendo hoc caſu
non liberatur à carcere, quem intellectum Gloſ. communi-
ter DD. ibi ſequuntur, & Plat. hic, numer. 4 Angel. numer. 18.
ante fin. & Iaſ. num. 9. & ſeq. poſt Glo. hic, in verbo, Eam rem
29 petere, verſic. In eum autem. Vel ſecundum alium intelle-
ctum

ADDITIONES.

a *Alienare prohibitus poteſtne heredem inſtituere? Vide Conce-natium, 3. q. 14. Alienare prohibitus hæres poteſtne alienare, vt eo modo alienationis prohibitio non ſit perſonalis? vide ibi. q. 15. Quid? res prohibita alienatio num valeat? Vide ibid. qu. 16. & 4. q. 12. Venditione prohibita, an omnis alienatio prohibita intelligatur? Vide eundem, 4. q. 14.*

b *De retrouendendo pacto dixi plura infra, §. actionum, tit. de action. c. de act. ex vendito, nu. 17.*

c *Cedens bonis, alioquin in cuſtodiam, & carcerem conijci non poteſt. Vide §. ſoluitur, ſupr. de ſociet. vbi dicitur, ceſſione bonorũ ſolui ſocietatem, non tamen liberari à debito ſocium. Vide tamen Socinum reg. cedens bonis debitor. 46.*

ctum Glo.licet cedens bonis non teneatur,poſtquam perue-
a nit ad pinguiorem fortunam,niſi *a* in quantum facere poteſt,
& veſtes cedenti relinquendæ ſunt,§.fin.cum ibi notatis,inf.
eod.cum & damnatis ad mortem veſtes non auferantur, vt
inquit Abb in c.Odoardus,3.ext.de ſolutionibus,tamen quã-
do in fraudulenter, & ita occultè alienauit, vt res non appa-
reant omnia ab eo eſſent auferenda, etiam vſq;ad ſacculum,
& peram,vt inquit Gl.in d.l.fin.§. fi.ff eod.add.Iaſ.hic. nu 94.
30 II.Datur hæc actio contra poſſeſſores bonorum debitoris,in
quos fraudulenta alienatio facta eſt, etiam reſtituto pretio,
vt hic,& l ſi debitor,7 cum l.ſequent.ff.eod. Hoc tamen caſu
diſtinguitur inter poſſeſſores ex titulo lucratiuo, & oneroſo,
item inter alienationẽ factam per contractus inter viuos, &
per vltimam voluntatem. Ad cuius intellectum præmitten-
dum poſt Iaſ.hic num.18 & pulchrè Zaſ. hic,verſic. Nunc ad
quartum titulũ alium eſſe oneroſum,alium lucratiuum. Ti-
31 tulus oneroſus dicitur,quando res peruenit ad aliquem,cum
onere dandi,vel faciendi aliquid, vt cum is, qui rem recepit,
oneratus,& grauatus eſt, aliquid viciſſim dare, vel facere, ſi-
cut eſt fere in omni contractu,emptione,locatione, &c Titu
lus lucratiuus eſt contra, ſecundum Zaſ.hic, quando res ad
aliquem peruenit ſine onere, & ſine grauamine aliquid dan-
di,vel faciendi, ex mera liberalitate,quos titulos refert Impe-
rat.in l.vnica,§.lucratiuas,Co.de impo.lucra. deſcript lib.10.
vt ſunt legatum,hæreditas, mortis cauſa donatio, item ſim-
plex donatio inter viuos,d.§ lucratiuas. Non autem donatio
ob cauſam,veluti, ſi dono tibi centum, vt præbeas mihi ali-
menta nam in ea aliquid dandum, vel faciendum eſt, l. 1.C.
32 de don.quæ ſum modo,&c. An autem dos ſit titulus onero-
ſus, vel lucratiuus,cõiter concluditur,quod ex parte mulieris
dicatur lucratiuus, ex parte vero patris dotantis oneroſus,
quia pater cogitur dotare filiam,vt eſt tex in l.qui liberos,(al.
incipit,capit.35.) 19.ff de ritu nupt & l.fin. C.de dotis prom.
Sic & in perſona mariti eſt titulus oneroſus, quia datur pro
oneribus matrimonij,quæ maritus ſuſtinere cogitur,l.pro o-
33 neribus,20.C.de iure dot. Sic etiam maritus tenetur ſubue-
b nire vxori ęgrotæ *b* alimentis,medicinis, & alijs neceſſarijs,l.
quando vxorem, 13.Cod.de neg.geſt. Habet igitur maritus
dotem ex titulo oneroſo, licet ex pacto lucretur dotem ſolu-
to matrimonio, propter onera quæ præceſſerunt, vt eſt Gl. in
l.ſi donaturus, 9.§.final.in verbo, Duntaxat, ff de condict.
cauſ.dat.cauſ.non ſequ. Idem dicendum eſt de donatione
34 propter nuptias, ſecundum Iaſ.hic, numer.30. & 31. An au-
c tem id quod quæritur in *c* ludo,dicatur pueri titulo lucratiuo
vel oneroſo,dubitatur. Et Bald. in leg 1.in fin. Cod.ſi quid in
fraudem patro. dicit, quamquam ludentes apponunt pecu-
niam, vigilant, ſudant, macerantur, perdunt pecuniam, ali-
quando lucrantur, tamen perdiderunt. Neque enim cenſeri
grauamen, vel onus debet id,quod per illicita media acquiri-
tur, & quidquid ex maleficio quæritur, dicitur eſſe lucrum,
ſed illicitum, de quo poſt Iaſ. num.28. vide Zaſ hic. Et an id,
quod ludo amiſſum eſt,repeti poſſit, vide Abb.in cap.Clerici,
15.ext.de vita & honeſtate clericorum. Et de pluribus quæ-
ſtionibus ad intellectum tit.ff.de aleæ luſu,& aleatoribus, vi-
d de *d* Angel.in tract maleficiorum. ſuper verb. Meridorus,de
35 mali dati,&c & D.Koning.in proceſ.cap.57. Et obiter nota-
bitis vulgatum illud dictum: Quod nullus iudex ſuper ludo
duplo iudicare debeat. [Vveichbild,] art.101. Item ſi famu-
lus ludo amittat res domini, quod dominus poteſt illas res à
vincente,& quocunque poſſeſſore vendicare. [Landrecht,]
artic.6.lib.3.add l.fin.ff.de aleæ luſu, & aleatoribus. Eſt etiam
36 titulus quaſi lucratiuus,de quo text.in l.apud Celſum, §.au-
thoris,ff.de doli except.Exempli gratia, ſecundum Gloſ.ibi.
Si quis emat rem modico pretio quæ digna eſt magno pre-
tio,is dicitur habere titulum quaſi lucratiuum,de quo Iaſ.hic
nu.29 His ſic præmiſſis duas conſtituatis regulas, ex princip.
Gloſ.in verb.Fraudem.

37 Prima, quod reuocatoria actio competit contra eos, in
quos res debitoris ſunt alienatæ in fraudem creditorum, ti-
tulo oneroſo, quando ſcilicet fraus vtriuſque, tam alienan-
tis, quam recipientis interuenit, & ita ſi poſſeſſoris fuerunt
participea fraudis,d.l.ait,Prætor,in princ. & §. quod ait Præ-
tor,ff.eod. Quo caſu reuocantur huiuſmodi res a poſſeſſori-
bus,etiam non reſtituto pretio,l.ſi debitor,7.ff.eo.quia fraus,
& dolus nemini patrocinari debent, leg.1.ff.de doli exceptio.
38 Vnde ſi emptores rerum commoniti ſint à creditoribus ne
emerent,& nihilominus emerunt, præſumuntur eſſe partici-
pes fraudis,d.leg.ait Prætor, §.ſi quis particeps. Et cogun-
tur rem reſtituere, non refuſo pretio, niſi pretium extet in
bonis debitoris, vel niſi extet res ex hoc pretio comparata,
l.ex his, 8.ff.eod. Et ampliatur hæc regula per Angel.hic, mi-
hi ad finem, num.2.procedere, ſiue emptor fuerit in mala
fide tempore contractus, ſiue traditionis factæ. Licet enim
tempore contractus initi fuerit in bona fide,tamen ſi tempo-
re traditionis ſcit, in fraudem creditorum alienationem fie-
ri,adhuc reuocatoria contra eum locum habet, vt eſt Gloſſ.
in leg.qui autem,6.§.hoc edictum,in verb.ceſſare, in fi.ff.eo-
39 dem. Eſtque ratio, quia in titulo emptionis requiritur bona
fides duobus temporibus, tempore ſcilicet contractus initi,
& factæ traditionis, leg.2.in princip. ff.pro emptore, & leg.
40 penult.in fin.ff.pro ſoluto. Hanc regulam limitat D.Iaſ.hic.
procedere.I. In debitore priuati creditoris, non autem ciui-
tatis,vel fiſci, quia ibi ſufficit fraudem interueniſſe à parte a-
lienantis,licet accipiens ſit in bona fide, leg.2. C de debitore
ciuitatis, lib.10. II. Fallit in patrono, nam is reuocat bona
fraudulenter alienata,etiam ab emptore,qui fraus caret,l.1.§.
ſi quis in fraudem, 12.ff.ſi quid in fraud. patron. Eſtque ratio
diuerſitatis, quia patronatus reuocans alienata per libertum,
cogitur emptori refundere pretium,dict.§ ſi quis in fraudem.
41 Et ſic in vno grauatur, non mirum igitur, quod in alio rele-
uetur,per regulam,leg.eum, qui 30.in princ. ff.de iureiurãd.
42 Secus eſt in creditore,per d.leg ſi debitor,ff.eod Eſtque ratio
rationis, quia creditor habet cauſam magis oneroſam, cum
agat de damno vitando; patronus vero de lucro captando,
dum reuocat res propter ſpem futuræ ſucceſſionis. De quo
latius vide Iaſ.hic,num.33.Quando igitur poſſeſſor ex titulo
43 oneroſo,non eſt particeps fraudis, ſed ſimpliciter contraxit
cum debitore,etiam ſciat eum habere creditores, non tamen
participauit de fraude,hac actione non tenetur, dict.leg.ait
Prætor,§.quod ait Prætor,& §.alias,ff.eod. Vnde ſi quis con-
ſentientibus creditoribus,a debitore res emit, vel ſtipulatus
eſt, reuocatoria conueniri non poteſt. Nemo enim videtur
fraudare eos,qui ſciunt,& conſentiunt,d.l.qui autem,§.præ-
tereaque,ff.eod.

44 Secunda regula eſt,quod poſſidens rem à debitore in frau-
dem creditorum alienatam,titulo lucratiuo, reuocatoria te-
netur, etiamſi de fraude debitoris nihil participauerit, & ſic
dolus alienantis hoc caſu ſufficit, ſecundum Gloſſ.hic, in
verbo, Fraudem,per d.l.quia autem,§ ſimili modo, ff.eod.&
45 leg.pen.C.eod. Eſtque ratio diuerſitatis, quia non eſt par, &
eadem ratio,debita amittere,& ſic damnum incurrere,& lu-
crum non capere,vt inquit Imperator, in l.fin.ante fin.Co.de
codicillis. Sed habens rem ex titulo oneroſo, tractat de dam-
no vitando, quia ſoluit pretium pro tali re alienata, & ſibi
tradita. Nam mirum igitur ſi requiratur, vt & ipſe fuerit in
dolo.Recipiens autem ex titulo lucratiuo,tractat tantum de
lucro captando,cum gratis rem nactus ſit. Recte ergo con-
ſtitutum,vt ex ſolo euentu creditoribus teneatur, ſi credito-
res damnificati ſint, quia tunc nullum grauamen poſſeſſor
ex titulo lucratiuo ſentit, dict.§.ſimili modo, vbi Iuriſconſul.
ſubijcit, poſſeſſores ex titulo lucratiuo, & ignorantes frau-
dem debitoris, eatenus teneri, quatenus ſunt facti locuple-
46 tiores, & non aliter. Vnde ſi perdidiſſent, & profligaſſent
res donatas, in nihilum tenerentur creditoribus, vt declarat
47 Zaſ.hic. III. Competit reuocatoria actio etiam contra lega-
tarios quibus in fraudem, ideſt damnum & præiudicium cre-
ditorum,aliquæ res legatæ ſunt, pro reuocandis legatis, & fi-
deicommiſſis Et licet hoc caſu Ioan.Fab. hic,n 2.& Ang.n.5.
verſ.Aduerte tamen,vbi legando, negent reuocatoriam locũ
habere, cum quia legata, & fideicommiſſa hoc caſu ſint ipſo
iure nulla,leg.ſi vniuerſa,15 Cod.de leg. tum quia condictio
indebiti,& hypothecaria competant, l fin §.ſin vero credito-
res, 5.Co. de iure delib.tamen D.Iaſ. hic concludit etiam re-
uocatoriam dari,per text.ad literam,in d.l.e.qui autem, ante
finem,

ADDITIONES.

a *Cedens bonis non tenetur niſi in quantum facere poteſt,vt hic. Vide tamen quatuor exceptiones apud Socinum,regula,Cedẽs bonis non tenetur.47.*

b *De alimentis vxori per maritum præſtandis, dixi in §.fuerat. nu.62.infra, hoc tit.*

c *Ludo quæſitum habetur ex cauſa lucratiua,vt hic. Proinde liberi poſſunt ea reuocare,quæ parens eorum alea, aut ſimilitudo inhoneſto amiſit,ad legitimam vſque ſcilicet. Bartol.proœmio Digeſtorum,§.illud.*

d *De ludo vide Rauennatem, in verbo Ludus. Alea luſus cur prohibitus? Vide Concennatium 4.q.6.*

finem, §. item ſi neceſſarius hæres, ff. eod. de quo latius vide
hic Iaſ. nu. 53. IV. Datur reuocatoria etiam contra hęredes,
& ſucceſſores ipſorum poſſeſſorum, in quantum ad eos de
bonis à debitore alienatis peruenit, d. l. ait Prætor, in fin. cum
49 l. ſeq. ff. eod. V. Quæri poteſt quando emptor rerum debito-
ris, qui fraudem participauerit cum debitore, res eiuſdem de
bitoris emptas, alij tertio vendiderit, bona fide ementi, an iſte
ſecundus emptor hac actione conueniri poſſit? Et Iuriſconſ.
in l. qui a debitore, a leg. incipit, is quia debitore, 9. ff. eod. de-
terminat quod non: quia dolus ei dũtaxat nocere debet, qui
eum admiſit, ſicut nec is, qui bona fide ab ipſo debitore res
emit, tenetur. Is autem, qui dolo malo emit, & bona fide
ementi eaſdem res vendidit, in ſolidum precium rei, quod à
bonæ fidei emptore accepit, creditoribus reuocantibus reſti-
tuere cogitur, d. l. qui à debitore, in fin. vbi vide Bartol. An. &
50 quando precium ſuccedat loco rei. VI. Debitori poteſt. An
creditori contra creditorem hæc actio detur, quia debitor
ſoluit vni creditori, vtrum alius creditor reuocare poſſit. Et
eſt text. in l. pupillus, 24. ff. eod. ſi debitori vni ex creditoribus
ſuis potius gratificari voluit, quam alijs, & præpoſuit credi.
tori creditorem, forte dicens: Ego ſatisfaciam tibi præ omni-
bus alij, etiamſi alijs demergantur, non curabo, creditorem
iſtum teneri communicare cum alijs. Et ad intellectum
iſtius legis, vide notabilem diſtinctionem relatam per Bart.
ibi, & Ioan. Fab. hic, n. 23.

51 Quarto principaliter circa hanc actionem videndum. Quę
requirantur ad hoc, vt Paulina locum habeat? Et primo re-
quiritur alienatio frandulenta, quod debitor in fraudem
damnum, & præiudicium creditorum, animo ſcilicet deci-
piendi eos, res ſuas alienanerit, vt hic, & conſtat ex rubr. in ff.
& Cod. quæ in fraud. cred. alien. ſunt. Vnde Angel. hic in
princip. arguit à contrario ſenſu, vt ſi alienatio facta fue-
rit a debitore non in fraudem creditorum, ſed bona fide,
quia in principio non habebat creditores, velle habere igno-
rabat, valeat iſta alienatio, & ceſſet reuocatoria, etiam ſi non
52 poſſent ſoluere creditoribus cum de facultatibus ſuis, ſępe
amplius, quam in his eſt, ſperent homines, vt inquit Impera.
tor, §. in fraudem, 3. ſup. quos & quibus ex cauſis manomit-
tere non licet. Et illud ſecundum Iaſon, hic num. 25. indubi-
tate procedit, quãdo non adeſt fraus, nec animo, vt in con-
tractibus, nec re, ſeu euentu, vt in vltimis voluptatibus, quod
ſtatim declarabitur. Et circa hoc requiſitum primum aduer-
53 tendum. I. Quod alienatio fraudulenta per ſe valet, & tenet
ideoque opus habet actione reuocatoria, ſecundum Iaſ. nu-
mero 9. Quod eſt verum. I. Quando eſt alienatin vera, nõ ſi-
mulata, vel imaginaria, quia debitor fingit ſe contractum
venditionis feciſſe vel alium, & in rei veritate non fecit, ſed
tantum eſt ſimulatio, vt ludificentur creditores. Nam talis
ſimulata alienatio, ipſo iure non tenet, adeo, vt nec opus ſit
aliqua reuocatione, leg. nuda 55. ff. de contrahen. emptio. de
quo Iaſ. hic, numero 72. Quando alienatio fraudulenta facta
eſt in fraudem creditorum, & ſic hominis, non autem in
fraudem legis, nam tunc etiam ipſo iure non valet. Cum ea
quæ contra ius fiunt, pro infectis habeantur, cap. qua contra
63. de regul. iur. in 6. & leg. non dub. 5. Cod. de legibus. Dici-
tur autem actus in fraudem legis fieri, quando geritur inter
54 perſonas prohibitas à iure, vt ſi tutor contrahit cum pupillo,
vel prodigus, cui bonis interdictum eſt, alienationem fa-
cit. Idem eſt, cum ſit actus ad tollendam prouiſionem le-
gis, ſeu ſtatuti. Sed quando geritur inter perſonas non pro-
hibitas, ſed in præiudicium tertij, tunc dicitur actus fieri in
fraudem hominis, de quo vide Iaſo. hic numero 16. II. Circa
hoc requiſitum notandum, quod diſtinguitur inter contra.
55 ctus, & vltimas voluntates. In contractibus enim, & titolis
onerosis, requiritur dolus, & fraus vtriuſque tam alienantis,
quam recipientis, & in titulis lucratiuis ſufficit dolus alie-
nantis tantum, per ea, quæ in præcedenti quæſtio. principa-
li dicta ſunt. Et ſic inter viuos inſpicitur conſilium, & euen-
tus, in vltimi vero voluntatibus, ſecundum Gloſ. hic in ver-
bo, fraudem, circa medium, depoſita fraudis diſputatione,
ſolus euentus conſideratur, vt reuocatoria locum habeat, id-
eſt ſolum attenditur, vtrum præter legata, & fideicommiſſa
relicta tantum adhuc in bonis defuncti ſuperſit, vnde credi-
toribus ſatisfieri poſſit. Hoc enim euentus, ideſt quantitas
hæreditatia relitę demonſtrabit, nam ſi tantum non ſupereſ-
ſet, legata rediguntur ad nihilum, & ſi legatarij ea nacti fue-
rint, poterũt per creditores reuocari, vt ſup. dictum eſt, dato
quod defunctus alias omni fraudes caruerit, ſecun. Gloſ. hic
56 quam Doct. hic vno ore ſequuntur. Eſtque ratio diuerſita-
tis, ſecundum Gloſ. noſtram, quia legata nunquam præſtan-
tur, niſi prius ęre alieno deducto, leg. 1. §. ſi is qui quadringẽ-
ta, 7. ff. ad S. C. Treb. &c. & l. ſi vniuerſæ, 15. Cod. de legat. ſi.
cut alias bona alicui non conſiderantur, niſi deducto ęre alie
no, l. ſub ſignatum, 39. §. 1. ff. de ver. ſignif. Non mirum itaq;
ſi creditoribus alias ſatisfieri non poteſt, non attẽdi vtrũ do.
lo, an ſine fraude res legatæ ſint, ſed ſolum euentum inſpici.
Alienationes autẽ inter viuos ſunt validæ, & ratæ, ſiue poſ-
ſit deduci æs alienum, ſiue non, niſi fraus interueniat, diſtin-
guendo inter titulum oneroſum, & lucratiuum, vt dictũ eſt.
Non mirum igitur, quod in is præter euentum dolus, & fra-
57 us exigitur. Et aſſignant Fab. & Ang. hic etiam aliam ratio.
nem, quia ſi debitor in vltima voluntate alienat, non eſt ſpes
ab eo vnqua acquiſitũ iri, de quo poſſit creditoribus ſatisfie-
ri. Ergo ſufficit, ſolum euentum conſiderari: Sed vbi alie-
natio ſit inter viuos, eſt adhuc ſpes lucrandi, vnde creditorib.
ſatisfiat. Ergo merito concilium, & euentus conſiderabitur.
58 Hinc homines neque pauperes, neque diues præſumuntur.
Non pauperes, quia naturaliter induſtrij, & laborioſi, præſũ-
ptione iuris ad acquirendum, l. ſi defunctus, 10. C. arbitrium
tutelę. Et Bal. inquit in l. ex perſona, 3. C. de probat. pauperta-
tem non eſſe habitum permanentem. Non diuites, quia par.
ta in dies conſumuntur, neq; enim de vento quis pręſumitur
59 viuere, tex. eſt in l. ſi. C. de alim. pup. præſt. Et de prædictis vi-
de Iaſ hic num. 53. Secundo requiritur ad hoc, vt creditores
admittantur ad reuocanda alienata per debitorem in ipſorũ
fraudem, vt ſint miſſi ex ſententia iudicis in poſſeſſionẽ bo-
norum debitoris, vt hic in tex. ibi [ex ſententia præſidis.] & l.
penul. Cod. eod. Quo caſu, ſi poſtea repeterint bona illa non
ſufficere, habent regreſſum aduerſus eos, in quos alienatio
facta eſt. Et ſic in effectu requiritur, ſiquidem reuocatoriæ
locus eſſe debeat, vt præcedat excuſſio. Et licet glo. in princ.
Cod. eod. teneat, excuſſionem in propoſito noſtro non eſſe
neceſſitatis, ſed tantum voluntatis, tamen contrarium com-
muniter per omnes deciditur, eam omnino eſſe neceſſariũ,
vt probatur per text. in d. l. 1. in verb. bonis eius excuſſis, & in
leg. penult. C. eo. & Bald. dict. leg. 1. allegat vitam rationem.
60 Nã ad hoc, vt poſſit agi reuocatoria, requiritur, creditores
eſſe damnificatos. Sed non poteſt conſtare eos eſſe damnifi-
catos, niſi prius excutiantur bona debitoris, vnde liqueat
ea non ſufficere, igitur neceſſaria eſt excuſſio, de quo latius
vide hic Iaſ. num. 66. & 67. Et nititur hæc ſententia ſumma
ęquitate, quod debet præcedere excuſſio principalis debito-
ris, antequam conueniatur tertius poſſeſſor. Sicut nec fide-
iuſſor regulariter cõueniri poteſt, niſi excuſſo debitore prin-
cipali, Auth. præſentes, Cod. eod. Quod ampliate procedere
primom etiamſi fideiuſſor intercedendo cõſtituat ſe princi-
palem debitore, & fideiuſſorẽ, vt eſt glo. valde ſingularis, in
c. ſi quis igitur, 1. In verbo, fideiuſſorem, aote ſi. in Nouel. 4.
de fideiuſſ. de quo vide Angel. in §. ſi plures, 4. ſup. de fideiuſſ.
& Ferr in for. libell. contra plures reos debendi, ſupr. verbo,
benefici nouarum conſtitutionem. Item hodie priuſquam
62 perueniatur ad extraneos pignorum poſſeſſores, debent ex-
cuti principales debitores, & eorum fideiuſſores. Auth. hoc ſi
debitor, C. de pignoribus, add. Angel. hic n. 8. poſt princ. verſ.
quæro & reuoco in dubium. Recte igitur, & hoc caſu cõclu-
ditur, excuſſionem debitoris neceſſariam eſſe, antequam de-
ueniatur ad reuocatoriam actionem. Quæ tamen concluſio
I. Limitatur procedere, ſi a poſſeſſoribus rerum alienatarum
63 fuerit oppoſitũ de excuſſione. Alias ſi non opponatur, valet
iudicem contra ipſos intentatum, quamuis nulla facta ſit ex.
64 cuſſio, de quo latius vide Iaſ. hic, num. 81 II. Limitatur pro-
cedere in debitore quantitatis, & generis, ſecus autẽ in debi.
tore certæ ſpeciei: veluti, ſi in ſpecie hic equus mihi debere-
tur, & debitor eum alienaret, nam poſſem illum equum re-
uocare, nulla facta excuſſione, ſecũdum Bal. ſup. Rub. C. eo.
add. Iaſ. hic nu. 76. III. Limitatur procedere, ſi de facultatibus
debitoris nondum plane liqueat; ſecus, ſi notorie conſtet de-
bitorem non eſſe ſoluendo. Quorſum enim attineret debi-
torem notorie inopem excuti? vt eſt gloſ. in leg. decem, 116.
in verb. excuſſum, de verbor. obligat. Et hoc ſine dubio pro-
cedit, quando debitor penitus nulla bona habet, cum inanis
ſit actio, quam Inopia aduerſarij excludit leg. nam is, 6. ff. de
dolo. Idem, quando debitor principalis eſt homo potens &
Tyrannus, qui non poteſt facile de facto conueniri: nam
tunc creditor adhuc poteſt recte agere contra fideiuſſorem,
65 vel bonorum poſſeſſorem, nulla excuſſione facta. Cũ non.
tantum quis idoneus dicuntur ad ſoluendum ex facultati-
bus, ſed etiam ex fide, & facilitate conueniendi, l. fin. quia ſti-
pulatus ſit Stichum, 11 a. in fin. ff. de verborum obligatio. de
quo videte Iaſ. poſt Bart. & alius in l. a. in fin. princip. ff. qui
ſatiſdare cogan. Bar. & Docto. in leg. decem, 116. ff. de verb.
oblig. & in l. fin. ff. ſi cer. petatur, Ang. hic, numer. 9. & Iaſ. 69.

Digitized by Google

Quod diligenter notandum contra fideiuſſores magnorum
dominorum, quia illi poſſunt conueniri nõ excuſſo principa-
li debitore, etiamſi non renunciauerint beneficio excuſſio-
nis, vt eſt apoſt Ab. in cap. 2. ext. de fideiuſs. Qualiter autem
66 conſtet, & probari poſſit, quem non eſſe ſoluendo, tradit An-
gel. hic, nu. 9. & Iaſ. 70 4. Limitatur prædicta concluſio pro-
cedere, quando poſſeſſores bonorum, in quos facta eſt alie-
natio per debitorem, conuenti à creditoribus, haud negant
ſe bona debitoris habuiſſe, vel illa adhuc habere. Secus, ſi
67 negant. Nam conuicti de mendacio perdunt beneficium
excuſſionis, vt concludit Dom. Iaſ. hic, num. 79. per text. in l.
ſi dubitet, 10. § ita demum, ff. de fideiuſſ. & plures limitatio-
nes vide per eundem Iaſ. & Angel. hic. Et de duplici forma
68 excuſſionis vide Angel. hic numer. 8. in princip & Iaſ. 86. Et
circa excuſſionem vltimo notabitis, ad excuſſionem, quan-
do illa fit, citandos eſſe bonorum poſſeſſores, in quos facta
eſt alienatio, vel fideiuſſores, vt eſt communis opinio D. in
dict. Authent. hoc ſi debitor, Cod. de pign. Quoticſcunque
enim fit aliquis actus præiudicialis, ex quo pars aduerſa læ-
di poteſt, toties debent citari hi quorum intereſt, leg. nam ita
diuus, 39. ff. de adopt. Et quando certi ſunt fideiuſſores, vel
bonorum poſſeſſores, nominatim citari debent; ſi vero ſunt
incerti, ſufficit, eos per publicum proclama generale citari,
de quo vide Angel. hic, num. 12. & Iaſ. 84. & Doct. in dict. leg.
decem.
69 Quinto, principaliter circa hanc actionem quæritur cum
actori incumbat onus probandi, & excuſſio, vtpote quæ eſt
facti extrinſeci, & regulariter fit per iudicem, vt alias perſo-
nas publicas, quibus iudex eam cõmittit, facile probari poſ-
ſit, quomodo fraus probetur, ſi quipem allegans dolum, eum
probare teneatur, l. quoties, 18. §. 1. ff. de proabtio. cuiuſque pro-
batio ſit difficilima, vt notatur in l. dolum, 6. C. de dolo. Et ad-
uertendum hoc caſu, quando alienatio facta eſt, per debito-
rem in vltima voluntate, actorẽ ad probationem fraudis, ne-
que debitoris, neque recipientis teneri, cum ſolus euentus at-
tendatur, de quo ſupra dictum eſt. Quando vero alienatio
facta eſt inter viuos, tunc ſi ex titulo lucratiuo res in alium
translatæ ſint, ſufficit probare fraudem alienantis, ſi vero ex
titulo onerofo, dolus tam recipientis, quam alienãtis ab acto-
70 re probandus eſt. Quod igitur ad dolum alienantis attinet,
cum in animo conſiſtat, directè probari non poteſt, ſed indi-
rectè per exteriora, coniecturas, ſcilicet, & indicia. d. l. do-
lum. Vnde in propoſito noſtro. I. Quando creditor probat
debitorem ſciuiſſe ſe habere creditores, & bona ſua non ſuf-
ficere, præſumitur dolus, l. ſi quis cum haberet, 15. & ibi Bar-
tol. ff. eod. quod autem debitor ſciat ſe habere creditores, de-
facili probari poteſt, ſi illos habuit ex facto ſuo, l. quamquam,
7. ff. ad S. C. Velleia. vel alias fuit ei iudicatum, ſecundum An-
gel. hic, num. 5. in fin. Quod autem ſciat ſe non eſſe ſoluen-
71 do, iidem facile probatur, cum nemo præſumatur, nec de-
beat ignorare vires patrimonii ſui, l. quiſquis, 15. Cod. de re-
ſcind. vend. de hoc tamen videte ordinariam doctrinam Bar.
in Authent. ſed cum teſtatore, Cod. ad leg. Falcid. & Iaſ. hic,
nu. 48. II. Quando alienatio omnium bonorum inter viuos
facta, etiam fraude aliter non probata, præſumitur fraus alie-
nantis ſecundum Glo. hic, per text. in l. omnes, 17. §. Lucius.
72 ff. eod. Quod I. Ampliatur per Iaſ. hic procedere, non ſolum,
quando alienatio omnium bonorum facta eſt ex titulo lu-
cratiuo, quo caſu loquitur tex. in d. §. Lucius, ſed etiã ex titu-
lo oneroſo, vt probatur per Bart. & alios in d. §. Lucius, cũ li-
mitatione relata per Iaſ. hic, ſi, ſcilicet venditio omnium bo-
norum facta eſt, pro multo minori precio, quam alias ipſa
bona valent: ſecus, ſi iuſto precio, quia paucis precij facit præ-
73 ſumi fraudem, leg. per diuerſas, 22. Cod. mandati. II. Am-
pliatur per Iaſ. hic procedere, non ſolum quando omnia bo-
na, ſed maiorem eorum partem debitor alienat, per Gloſ. in
l. nomen, 34. § filio, in verbo omnis ſubſtantia, ff. de leg. 3. &
tex. in l. propter litem, 21. in princip ff. de excuſatio. tutorum.
III. Ampliatur procedere, ſiue debitor ſimul, & ſemel omnia
ſua bona alienet, ſiue particulatim per interualla, hodie do-
mum, cras fundum diſtrahat, cum limitatione prædicta, quã-
do, ſcilicet pro minori precio alienat, de quo latius vide Iaſ.
74 hic, nu. 38. & Zaſ. verſ. quid autem ſi iſte debitor. IV. Quan-
do debitor alienat ſua bona in cõiunctam perſonam, hic cõ-
currentibus alij coniecturis, quibus fraudis ſuſpicio adiuua-
tus, fraus præſumitur, cum inter affines, & cõiunctas perſo-
nas, ſæpe clandeſtinæ fraudes fabricentur, vt inquit Imper.
in l. data, 27. C. de donat. de quo vide Iaſ. hic, num. 41. V. Fraus
præſumitur, quando alienatio fit clam, remotis arbitris, argu-
mento, l. fin. ad fin. ff. de ritu nupt. vbi clam contrahentes nu-
ptias prohibitas, tanquam contumaces, maiori pœna affi-
ci debent, quam palam contrahentes, facit text. in leg. non
exiſtimo, 54. circa fin. ff. de adminiſtrat. VI. Quandocum-
75 que in contractu decretum iudicis, vel ſuperioris authoritas
requiritur a iure communi, vel ſtatutario: ſi bona poſtea alie-
nantur ſine decreto iudicis, vel authoritate ſuperioris, præſu-
mitur mala fides, de quo Gloſ. in leg. 1. in verb. mala fide, C.
de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcalis, lib. 10. addit. Iaſ hic,
num. 45. Et plures alios modos, quibus fraus præſumitur, re-
fert Zaſ. hic, quem vide, & Iaſ. hic, remiſſiuè, numer. 40. In
76 contractu vero oneroſo, quando fraus etiam ex parte reci-
pientis probanda eſt, creditor docere debet emptorem ſciuiſ-
ſe, non ſolum quod debitor habuerit creditores, quia hoc ſo-
lum non ſufficeret, leg. ait. Prætor, 10. §. quod ait prætor, ff.
eodem, ſed etiam, quod in fraudem eorum alienauerit, d. §.
quod ait prætor, l. qui autem, 6. §. hoc edictum, ff. eodem.
Quod creditor inter cætera probabit, ſi emptori prius denũ-
ciatum fuerit, ne emat. Nam ſi is, contempta tali admonitio-
ne, nihilominus emerit, fraudis particeps efficitur, dicta l. ait
Prætor, §. ſi quis, ff. eodem. Et plura qualiter fraus probetur,
vide vltra prædicta, Fer. in form libel. in actio. reali ſuper ver-
bo, veris ac legitimis, numer. 53. Porro circa hanc actionem,
in qua reſtitutio rei venit, vt reponatur in priſtinum ſtatum,
perinde ac ſi non eſſet alienata, etiam non refuſo precio, d. l.
ſi debitor, & d. l. ait Prætor, § partum, 21. & §. Præterea, leg.
77 omnes debitores, 17. eodem. Obiter quæritur, quando ſunt
plures creditores, in quorum fraudes res alienata eſt, & vnus
ſolus contra poſſeſſorem agit, an ſolida rei reſtitutio in hac
actione veniat. Et licet per textum noſtrum videatur dicen-
dum quod ſic, dum vult, rem reſtitui debere perinde ac ſi in
bonis debitoris manſiſſet, & fortè de iure antiquo hoc proce-
dere poſſit: tamen Fab. hic num. 25 concludit, actorem tan-
tum poſſe reuocare vſque ad ſummã ſui debiti, cum de iu-
re Auth. fiat miſſio in poſſeſſione bonorum debitoris, vſque
ad menſuram debiti declarati tantum, Authent. ei qui C. de
bonis auth. iudic. poſſid. Ex quo alia quæſtio oritur, cui de-
78 beat fieri reſtitutio rei, vtrum creditori agenti, an debitori?
Et Fab. hic, numer. 25. concludit, reſciſſa alienatione, rem in
bonis debitoris reſtitui, perinde ac ſi alienatio non eſſet fa-
cta, & lata ſententia in hac actione: dicta bona reſtituta
poſſideri, atque executionem in eis fieri, ſicut in cæteris bo-
nis debitoris, non aliter, ac ſi ſemper penes debitorem man-
ſiſſent, per tex. noſtrum hic. An autem poſſeſſor bonorum,
79 in quem facta eſt alienatio per debitorem offerendo credi-
tori agenti debitum, poſſit vti retentione rei, concludit gloſ.
magna hic, ſuper verb. eam rem petere, in fi. quod ſic, dum-
modo hoc fiat ſine præiudicio tertij, vt poſt Bartol. declarat
D. Iaſ. hic numer. 113 Et quia per prædicta pleraque gloſſæ
declaratæ ſunt, ita vt tantum reſtet gloſſ. ſuper verb. per-
mittitur, diutius circa enucleationem earum non erit inſi-
ſtendum.

Gl. in verb. permittitur.

80 Circa hanc Gl. breuiter notabitis, licere creditoribus reuo-
care huiuſmodi bona fraudulenter alienata intra annum vti-
lem, qui alias in his actionibus prætorijs præfixus eſt, ſicut
in §. præcedenti dictum eſt, l. 1. in princ. ff. eod. Quod duobus
81 modis limitare. Nam. I. illud eatenus procedit, quatenus
res alienata reſpondet precio ab emptore dato, ſed quatenus
rei valor excedit precium, in eo, quod plus valet, tenetur
poſſeſſor perpetuo, cũ in exceſſu res penes eum ſit ex cauſa
lucratiua, & ita intelligatur gl. hic, & tex. in d. l. ait Prætor, §.
hæc actio, 24. vbi Bart. quem Ang. hic num. 15. ver. in gl. per-
82 mittitur, & Iaſ. n. 86. in fin. referunt, & ſequuntur, hoc modo
exemplificat. Pone, aliquis emit rem valentem 200. pro 100.
& fuit ei tota res tradita, ſed in effectu non videtur ad eum
perueniſſe, niſi dimidia, tunc de eo, quod ad eum peruenit
ex cauſa lucratiua, quod eſt vltra preciũ quod dedit, tenetur
perpetuo, ſed de eo, quod ad eum ex cauſa oneroſa perue-
83 nit, tenetur intra annum vtilem. II Prædicta concluſio pro-
cedit in rebus corporalibus alienatis, ſecus in actionibus,
ſeu rebus in corporalibus. Veluti, ſi debitor in fraudem meã
liberaſſet ſuum debitorem, & remiſiſſet actionem ſibi com-
petentem huic ad reuocandam illam liberationem, non vti-
lis ſolum annus datur, ſed tantum tempus, quantum actio
illa debitoris duraſſet, dicta leg. ait Prætor. §. ſi conditiona-
lis, 23 ff. eod. Sed iam quæritur, à quo tempore currat ille an-
nus? Ad quod breuiter reſpondere, quod annus vtilis in re-
uocatoria incipit currere in die factæ excuſſionis, vel ab eo
tempore, quo notorium eſſe cœpit, principalem non eſ-
ſe ſoluendo. Eſtque ratio, quia non valenti agere non cur-
rit

Digitized by Google

eſt præſcriptio, leg. 1. §.fin. Cod. de annali except. Sed ante excuſſionem, vel quando notorium eſt principalem non eſſe ſoluendo non poteſt agi contra bonorum poſſeſſores. Ergo nec prius currit annus vtilis, vt optime probatur per text. in d. leg. 1. ff. eod. ibi. Intra annum, quo experiundi poteſtas. De quo latius vide Angel. hic, numer. 16. verſ. quæro à quo tempore, & Iaſ. num. 87. Sequitur nunc forma libelli in reuocatoria actione.

Forma libelli.

84 Præmiſſis præmittendi. Coram vobis domino iudice, cōparet N. breuiter exponens, quam reus N. vineam inter N. & N. iacentem, de facto detineat, eaque pro ſua vtatur atque fruatur, tamen Titium, qui actoris debitor indubitatus ſit, cā vineam in dictum reum animo, & intentione actore credo ſuo defraudandi, ſub ſpem venditionis trāſtuliſſe. Ideo actor conſiderans, reliquis Titij bonis ſolutionis æris alieni poſt executionem, & excuſſionem omnium bonorum factam, minime ſuffecturis, ſe grauiſſime læſum & damnificatum iri, quæ iuris ſunt, experiunda ſtatuit. Quia autem emptor eius fraudi, ac doli particeps, & conſcimus fuit, & iura, omni æquitate ſuffulta, nolunt quemquam ex ſua fraude, & doloſo facto locupletari debere. Ergo actor ex ſupraſcriptis cauſis, vineam à reo reuocat neutiquam, iuris intuitu habito diffidens, reum ad dimiſſionem, & relaxationem dictæ veniç, cū reſtitutione ablatorum, & perceptorum fructuum, condemnari debere. Id quod veſtræ iudiciali cognitioni relinquit, nobile officium humillime implorando. Super ijs omnibus, & ſingulis, petens ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari.

---

§. Item Seruiana.

1 *Diuiſio huius §.*
2 *Quare actio Seruiana ſit prætoria, & non ciuilis, cum tamen hypotheca à iure ciuili inducta ſit.*
3 *Pignus eſt quadruplex.*
4 *Pignus prætorium quid.*
5 *Pignus iudiciale quid.*
6 *Pignus iudiciale aliquando dicitur prætorium.*
7 *Differentia inter pignus prætorium, & iudiciale.*
8 *Pignus legale quid.*
9 *Exempla pignoris legalis.*
10 *Pignus conuentionale quid.*
11 *In hoc §. agitur de pignore legali, & conuentionali.*
12 *Seruiana actio quid.*
13 *Seruiana vnde dicta.*
14 *Melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere.*
15 *Illata in domum conductam, locatori obligata ſunt pro penſione, & deterioratione.*
16 *Quo tempore penſio ſoluenda ſit.*
17 *In obſcuris id, quod minimum eſt, ſequitur.*
18 *Solutio promiſſa in nundinis de vltimo die nundinarum intelligenda eſt.*
19 *Quando non conuentum eſt de mercede, tacite pro conſueta, & ſolita res locata intelligitur.*
20 *Res in domum conductam inuecta, poſſunt per locatorem etiam pro alio debito pecuniario retineri.*
21 *Pro quibus rebus actio Seruiana competat.*
22 *Inquilinus quis dicatur.*
23 *Colonus quis.*
24 *Prædium vrbanum à ruſtico non diſtinguitur ratione loci, ſed ratione qualitatis, & materiæ.*
25 *Nobilis a ruſtico non loco, ſed genere diſtinguitur.*
26 *Seruiana tam in colono nummario, quam in partiario locum habet.*
27 *Octo colonorum ſpecies.*
28 *Quæ ſit differentia inter illata per colonum, & inuecta per inquilinum.*
29 *Diminutis diuitijs, diminuitur, & honor.*
30 *Gloſſ. reprobata, quæ dicit cauponem teneri de bonis amiſſis, quorum cuſtodiam ſuſcepit, niſi viator capſulis, & loculis apertis, omnes res ſuas caupone manifeſtauerit.*
31 *Quomodo valor rerum ſubtractarum ex valiſia quæ cauponi cuſtodienda tradita fuit, per viatorem probari poſſit.*
32 *Res illata per emphyteutam, item res Eccleſiaſticæ alienabiles, illata per adminiſtratorem in domum conductam, ſunt obligata locatori.*
33 *Fructus ex fundo percepti ſunt hypothecati.*
34 *Res aliena inuecta, in qua quis hab. Publicianā, eſt hypothec.*
35 *Regula, Quod prouiſio hominis tollat prouiſionem legis, quatenus procedat.*
36 *Ea res in domum conductam inuecta obligata ſunt, quæ ideo inuecta ſunt, vt perpetuo ibi eſſent.*
37 *An res ideo illata ſint in prædium conductum, vt perpetuo ibi eſſent, iudicatur ex rerum qualitate.*
38 *Nomina debitorum inducta in domum conductam, non ſunt obligata locatori.*
39 *Merces inuecta, quæ tempore penſionis ſoluendæ extant, obligata ſunt locatori.*
40 *Pecunia deſtinata ad quotidianum vſum non eſt hypothecata.*
41 *Tacita hypotheca non conſtituitur in illis rebus, quæ non veniunt in expreſſa generali obligatione.*
42 *Tacitum non plus debet operari, quam expreſſum.*
43 *Libri ſcholarium non ſunt hypothecati.*
44 *An res minorum ſine authoritate tutorum, & curatorum tacite obligari poſſint.*
45 *An res aliena tacite obligari poſſit.*
46 *An ex ſola ſcientia, & patientia domini, inducatur tacita hypotheca in re aliena.*
47 *Cui competat actio Seruiana.*
48 *Heres de iure Saxonico non tenetur ſtare locationi à defuncto factæ.*
49 *Contra quem detur Seruiana.*
50 *Res per ſecundum conductorem illatæ, hypothecata ſunt per obligatione primi conductoris.*
51 *Tacite hypothecata, ſicut expreſſe obligata, tranſeūt cū onere.*
52 *Incluſio bonorum à locatore facta, quæ dicatur, & quam habeat efficaciam.*
53 *An bona illata ante incluſionem factam alienari poſſint, abſque onere tacitæ hypothecæ.*
54 *Quæ requirantur vt Seruiana locum habeat.*
55 *Tacita hypotheca duplex.*
56 *Diſpoſitio iuris Saxonici in debitore, qui non eſt ſoluendo.*
57 *Quando locator vult agere Seruiana contra poſſeſſores extraneos rerum hypothecatarum, principalis debitor primum eſt excutiendus.*
58 *Quid probandum ſit in Seruiana & hypothecaria.*
59 *Debitor non poteſt creditori perſequēti pignus, replicare quæſtionem dominij, quod non ſit dominus res pignerata.*
60 *Ex poſſeſſione non præſumitur dominium, niſi allegetur.*
61 *Quando creditor agit Seruiana, vel hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, qui habet cauſam à debitore, quid probare debeat.*
62 *Quid probandum ſit creditori, quando agit Seruiana contra poſſeſſorem pignoris non habentem cauſam à debitore.*
63 *Vtilius eſt creditori ad auocandam pignoris poſſeſſionem ab ipſo debitore, vel tertio poſſeſſore, intentare interdictum aliquod, vt Saluianum.*
64 *Saluianum interdictum duplex.*
65 *Differentia inter interdictum Saluianum, & actionem Seruianam, & quaſi Seruianam.*
66 *Vtile eſt habere plura remedia.*
67 *Caſus, in quo Saluianum interdictum intentari non poteſt; ſed hypothecaria.*
68 *Forma libelli in actione Seruiana.*
69 *Quaſi ſeruiana quid.*
70 *Quaſi ſeruiana vnde dicta.*
71 *Idem ſunt actio quaſi Seruiana, & hypothecaria.*
72 *Differentia inter actionem Seruianam, & hypothecariam.*
73 *Differentia inter hypothecariam, & pigneratitiam.*
74 *Fructus percepti ex pignore in ſortem computantur.*
75 *Differunt pignus, & hypotheca.*
76 *Hypothecaria eſt actio realis, pigneratitia eſt perſonalis.*
77 *Creditor non poteſt propria authoritate occupare hypothecā.*
78 *Cui competat hypothecaria.*
79 *Priores tempore, potiores iure.*
80 *Contra tempore potiores iure.*
81 *Quomodo, & quando poſſit agi actione hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.*
82 *Notorium releuat ab onere probandi, non allegandi.*
83 *Tertius poſſeſſor conuentus hypothecaria, offerendo, & ſoluendo creditori hoc, quod reo debebatur, poteſt pignus retinere.*
84 *Intellectus Auth. hoc niſi, C. de ſolut.*
85 *Contra extraneum dolo alienantem pignus in actione hypothecaria, iuratur in litem.*
86 *Quæ requirantur vt hypothecaria competat.*
87 *Vt actione hypothecaria contra tertium pignoris poſſeſſorem agi poſſit, neceſſe eſt principalem eſſe excuſſum.*

88 *Quæ probanda ſint agenti hypothecaria.*
89 *Ad quid competat hypothecaria.*
90 *Forma libelli in actione hypothecaria.*
91 *Pignus, & hypotheca differunt.*
92 *Quomodo occurrendum vſurarijs nolentibus confici inſtrumentum mutui, vel pignoris, ſed emptionis.*
93 *Creditori poſſidenti pignus non currit præſcriptio in hypothecaria.*
94 *Quando currat præſcriptio in hypothecaria.*
95 *Alia differentia inter pignus, & hypothecam,*

1 IMperator in hoc §. duas alias actiones prætorias refert,
Seruiana ſcilicet, & quaſi Seruianam. Vnde diuiditur hic,
§. ſecundum communiter DD. in tres partes. In. I. Docet
Imperator, has actiones eſſe prætorias. In II. Declarat, quæ
ſit Seruiana, & quaſi Seruiana actio. In III. Docet, in quibus conueniant, & in quibus differant pignus, & hypotheca.
Et pro declaratione primæ partis opponitur per Fab. hic numero 29 & Angel. numero 20. Seruianam actionem non
eſſe prætoriam, ſed ciuilem, quia ius ciuile tacitam illam hypothecam introduxi, vt illata & inuecta per conductorem,
tacitè ſint locatori: pro penſione obligata, leg. eo iure, §. ff. in
quibus cauſ. pignor. tacite contrahitur, & l. certi iuris 5. de lo-
2 cat. Ad quod reſpondent præfati Doctor. ideo prætoriam
appellari, quia à Prætore approbata eſt, neque abſurdum, &
inconueniens eſſe, pro obligatione ciuili prætoriam actionem dari, vt notatur per Gloſ. in l a. ff. de fideicom. hæred.
poſſeſs. Et aduertendum ſecundum Zaſ. hic, in princip. licet
hæ actiones nominentur prætoriæ, non tamen hic de præto-
3 rio pignore agi Hinc Iaſ. & Zaſ. hic præmittunt, pignus eſſe
quadruplex.

4 Primum eſt pignus Prætorium, quod conſtituitur, quando
iudex, nulla præcedente ſententia definitiua contra reum,
propter ipſius forte contumaciam, procedit, & ex edicto
prætoris per primum decretum actorem mittit in poſſeſſionem bonorum debitoris, & in tribus alijs caſibus de quibus
in l. 1. & per tot. tit. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur, & C. de
prætorio pignore.

5 Secundum dicitur pignus iudiciale, quod conſtituitur,
quando iudex tulit ſententiam definitiuam, & pro eius executione mittit creditorem in poſſeſſionem bonorum debitoris condemnati, de quo loquitur titulus in ff & Cod. de
bon. author. iud. poſſi. & not. in leg. à Diuo Pio, 15. §. in vē-
6 ditione, ff. de re iud. Et licet etiam illud pignus aliquando dicatur prætorium, quia vtrunque expeditur à iudice, vt not.
in leg. 1. Cod. de prætor. pign. tamen ſunt aliquot inter illa pignora differentiæ. 1. Quam ponit Gloſ. Rubr. Cod. de præt.
7 pign. eſt, quod tunc dicatur prætorium pignus, quando conſtituitur a iudice ordinario, quando vero a delegato, tunc iudiciale. II. Quam ponit gloſ. in l. 2. C. de prætorio pignore, &
l. 2. C. qui poteſt, in princ. hab. vbi Bart. & DD. quod illud dicatur prætorium, quod nulla præcedente ſententia definitiua, fit miſſio à iudice in poſſeſſionem, vt fit ratione contumaciæ debitoris. Item in cauſa damni infecti, quando quis
mittitur in poſſeſſionem bonorum vicini, propterea quòd nō
vult cauere de damno infecto. Item in miſſione, quæ fit cauſa legatorum conſeruandorum, quoties legatum ſub conditione vel in diem relictum eſt, & ante purificationem conditionis, vel euentum diei hæres non vult præſtare cautionem
de legato præſtando, extante conditione, vel die, de quo titulus in C. vt in poſſeſ. leg. conſer. cauſa mittat. Pignus autem
iudiciale dicatur, quando præcedit ſententia definitiua, & in
eius executione fit miſſio in poſſeſſionem, quo caſu primo
capiuntur mobilia, deinde immobilia, ſecundum materiam,
d. l. à Diuo Pio, §. in venditione. Addatis IIII. Deſideriam, refert Antonius Neguzan, in tract. de pign, in 3. memb. 3. partis
tractatus. Quod in pignore prætorio, quādo eſt facta miſſio
ex primo decreto non præcedente ſententia, debitor in reali
actione, infra annum, & in perſonali infra triginta annos, poteſt recuperare tenutam, reficiendo expenſas, & cauendo de
iudicio ſiſti, iuxta Auth. & qui iurat, iuncta Gloſ. ſi. C. de bon.
aut. iud. poſſ. Sed in pignore iudiciali, quando eſt facta immiſſio pro executione ſententiæ, ſecus eſt, quia in eo non auditur reus volens recuperare poſſeſſionem, licet offerat expenſas, & ſatiſdationem, niſi ſoluat illud, in quo eſt condemnatus de quo Bart. & DD. in l. properandum, 13. §. ſin autem
reus, 3. C. de iudicijs.

8 Tertium eſt pignus legale, quod tacitè, non à iudice, nec
ex conuentione partium, ſed ex diſpoſitione legis conſtituitur. Licet enim de hoc inter partes nihil actum ſit, tamen
lex in certis quibuſdam caſibus tacitam hypothecam conſtituit, vt per totum tit. ff. & Cod. quibus in cauſ. pign. vel hy-
9 poth. tacitè contrah. Sic bona tutorum, & curatorum tacite pupillis, & minoribus pro adminiſtratione tutelæ, vel
curæ, hypothecata ſunt, leg. pro officio, 20. C. de adminiſtr.
tutor. Item bona mariti tacite ſunt oppignerata vxori pro dote, & contra, leg. 1. §. & vt plenius, 1. Cod. de rei vxo. actione. Item locatori pro penſione omnia illata, & inuecta à
conductore in domum, tacite obligata ſunt, vt hic, & dict. l.
certi iuris Item ciuitati bona adminiſtratorum ciuitatis tacite hypothecata ſunt, de quo Alexan. de Imol. in l. 1. §. ſi hæres, 16. ff. ad S.C. Treb. Et 23. caſus, in quibus tacita hypotheca conſtituitur, vide d. tract. de pign. in 4. membr, ſecundæ partis.

10 Quartum eſt pignus conuentionale, quod ex partium expreſſa conuentione conſtituitur ad maiorem ſecuritatem
creditoris, de quo in §. fin. ſupr. quibus mod. re contrah. obligat. Et propter ſequendo iſto pignore, quaſi Seruiana actio
11 (quæ alias hypothecaria dicitur) introducta eſt, In hoc
igitur §. delegari pignore, pro quo Seruiana, & de conuentionali, pro quaſi Seruiana competit, & non de prioribus
duabus ſpeciebus pignoris traditur. Sequitur igitur ſecunda
pars huius §.

DE SERVIANA ACTIONE.

12 Seruiana eſt actio prætoria realis, qua locator agit ad res,
quæ à conductore in rem locatam, vt perpetuo illic eſſent,
inuectæ, a & illatæ, ſibique pro penſione, & deterioratione
rei tacitæ obligatæ ſunt, & a quocunque poſſeſſore quaſi pignus auocat, & donec ei integre ſatisfiat, retinet, vt colligi-
13 tur ex textu noſtro hic. Et dicitur Seruiana, ſecund. gloſ. hic,
in verb. quaſi, in princ. forte a ſeruando, quia per eam locatores ſeruiantur indemnes, ſicut in quaſi Seruiana, per pignora
ſeruamus obligationes noſtras tutas. Cum melius ſit pigno-
14 ri, & ſic rei incumbere, quam in perſonam agere, § furti, ſupra de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, de quo Fab. hic, numer. 10. & Iaſ. 83. Vel dicitur Seruiana, quia deſeruit actioni
perſonali locati, quæ alias ex contractu locationis oritur, &
tantum contra ipſum conductorem locum habet, de qua in
§. actionum, 28. inſt. eod. dicetur. Vel forte a Seruio prætore, qui eam introduxit, ſicut Publiciana à Publico dicitur, ſe-
15 cundum Plateam hic numer. 83. Vnde ſi quis locat domum,
vel prædium, omnia inuecta, & illata in rem conductam per
conductorem, tacite ſunt obligata locatori, d. leg. certi iuri, &
d. l. eo. iure. Dicuntur autem inuecta, quæ manibus importantur: & illa quæ dorſo inferuntur. Obligata autem ſunt il-
16 la. 1. Pro penſione tex. eſt hic. Vnde obiter quæri poteſt: Quo
tempore penſio ſoluenda ſit? De hoc eſt glo ordinaria, & ibi
Doct. in d. l. æde, 3. Cod. de locat. Aut enim actum eſt inter
partes, quo tempore ſolutio fieri debeat & tunc tempore cōuento præſtanda eſt, cum contractus ex conuentione legem
accipiant vulgata, l. 1. §. ſi conuenit, ff depoſiti. Aut non eſt cōuentum, & tunc attendenda eſt conſuetudo regionis, quæ ſi
non apparet, realiter in fine anni penſio ſolui debet. Sp. enim
in obſcuris id, quod minimum eſt, ſequimur, leg. ſuper in ob-
17 ſcuris, 9. ff. de reg. iur. Sicut in ſimili, quando quis promiſit
18 aliquid ſoluere in certis quibuſdam nundinis, intelligitur de
vltima die nundinarum, vt eſt tex. notabilis in l. eum qui certatum, 138. ff. de ver. obl. Et licet de mercede certa non ſit cō-
19 uentum, tacitè tamen pro conſueta, & ſolita penſione res locata intelligitur, vt eſt notab. tex. & ibi gl. ſi in l. excepto, 19 in
ver. præteritam conſuetudinem, C. de locato. de quo vide
Iaſ in §. actionum, nu. 167. infr. eod. II. Pro deterioratione domus, vel prędij locati, res illatæ tacite obligatæ ſunt l. 2. ff. quibus cauſ. pign. vel hypotheca, &c. Sicut etiam conductor actione locati perſonaliter conueniri poteſt pro penſione, &
vt rem locatam per ipſum deſtructam reficiat, & emendet,
20 leg cum conductorem, 29 Cod. de locat. III. Res inuectæ
in domum conductam poſſunt per locatorem retineri, etiam
pro alio debito pecuniario, tanquam tacitè obligatæ, ſecundum Bart. in leg ſolutum, 11. §. ſolutam, in fine, ff. de pignor. actio. per text. in leg. vnica, Cod. etiam ob chirograph.
&c. vbi probatur, rem obligatam pro vno debito, poſſe
retine-

ADDITIO.

a *Quando conſeantur bona illata & inuecta in domo ab inquilino, vt pro penſione domus ſint hypothecata, vide Menoch. 2. de rub. iudic. caſu 441.*

Digitized by Google

retineri etiam pro alio, cuius nomine non fuit obligata. Et
quia in propoſito noſtro bona illata ſunt tacitè pro penſione
domus hipothecata, merito dicendum eſt, quod etiam pro
alio debito per locatorem retineri poſſunt, de quo latius vi-
dete Ang. hic, mihi num. 5. & remiſſiuè Iaſ. nu. 22. & tractat.
Neguz. de pig. in 4. membro, 2. partis, mihi num. 129. Porrò
cum iam dictum ſit illata, & inuecta in rem conductam, taci
te hypothecata eſſe, pro pleniori doctrina, & expeditione
gloſſæ noſtræ, in verbo, coloni, declarandum eſt, quęnam res
ſint locatori pro penſione, & deterioratione rei locatæ, tacitè
obligata: Et ſic eſt prima quæſtio principalis: Pro quibus re-
bus hæc actio competat.

21 Primum res, per colonum illatę in prędium ruſticum, taci-
tè domino locanti obligatæ ſunt, tex. eſt hic qui licet loquatur
tantum de colono, tamen ſecundum glo. noſtram etiam ex-
tendi debet ad inquilinum.

Secundò, res ab inquilino inhabitationem illatæ, tacitè
hipothecatæ ſunt, vt eſt text. expreſſus, in d. leg. 2. ff. in quibus
cauſis pignus, vel hypothec. &c. & in d. l. certi iuris, in 2. eius
22 par. C. de locat. Dicitur autem inquilinus, qui prædium vrba-
nam, quod ſcilicet hominum habitationi eſt deſtinatum, con-
duxit ſiue ſit in ciuitate, vel villa. Colonus verò, qui præ-
dium ruſticum, ſeu agrum colendum conduxit, ſiue in villa,
23 ſiue in ciuitate ſit, ſecundum veram opin. Doctorum hic,
iniecta glo. noſtra, ſi eam ad corticem, vt inquit Zaſ. hic in-
telligamus, dum vult, colonum dici in villa, inquilinum in ci-
24 uitate, cum in villa poſſit eſſe prædium vrbanum, & con-
tra in ciuitate ruſticum. Quia prædium vrbanum non di-
ſtinguitur à ruſtico per locum, ſed per qualitatem, ſeu mate-
riam, l. vrbana prædia, 198 ff. de verbor. ſignifi. Vnde etiam
25 nobilis, villam ſeu rus inhabitans, non cenſetur propterea
ruſticus: quia nobilis a ruſtico, non loco, ſed genere diſtin-
guitur, facit, l. vrbana familia, 166. ff. de verb. ſignif. licet Im-
perator in Auth. præſides, Cod. de epiſ. audiend in verbo. no-
biliores ciuiatum, pluris faciat nobilem habitantem in ciui-
tate, quam in villa, de quo Iaſ. hic, numer. 26. & Zaſ. verſ.
quartò collige. Poterit tamen gloſ noſtra ſecundum Ang. hic
ſuſtentari, ſi dicatur habuiſſe reſpectum, ad ea, quæ frequen-
tiora ſunt iuxta leg. nam ad ea, 5. de legibus, & vt plurimum
coloni ſunt, in villa, inquilini in ciuitate. Et hæc ſine dubio
procedunt in colono proprio, qui ſcilicet nummis colit, &
26 ſoluit penſionem in pecunia numerata, & alias colonus nũ-
marius dicitur. An autem idem ſit in colono partiario, qui
fundum colit ad partem, ſeu medietatem fructuum, & cum
domino lucrum, & damnum partitur, qui ſocius dicitur in l.
ſi merces 25. §. vis, maior, ff. locati. Contrariæ opiniones re-
periuntur, magis tamen communis, & vera ſententia Docto
rum poſt glo. hic in verbo, quis vult, quod ſic quia eſt eadem
ratio in colono partiario, quæ in nummario, vt ſcilicet domi-
nus conſequatur, penſionem, ſiue conſiſtat in pecunia nume
rata, ſiue in alia re, & ne fundus locatus deterioretur. Nam
poteſt hoc caſu commoda ratio diuerſitatis aſſignari, cum
partiarius, ita vtatur prædio ruſtico, ſicut nummarius, & te-
neatur ad præſtationem penſionis, & ne fundus deterioretur.
Quare, & idem ius eſt ſtatuendum, iuxta vulgatam, l. a Titio.
108 ff. de verb. oblig. de quo latius videre hic. Angel numer.
9. Iaſ. 11. & Zaſ. in verſ. quinto collige. Et de quatuor ſpecie-
27 bus colonorum videte Bart. in leg. ſi apes, 26 §. 2 ff. de furt. &
28 gloſ. 1 quæ octo ſpecies colonorum refert, ſuper Rub. Cod.
de agric. & cenſit. lib. 11. & Abb. cap iudicatum, 3. extra de
immun Eccl. Eſt autem ſecon. glo. noſtra differentia, inter il-
lata per colonum in prædium ruſticum, & inter inuecta per
inquilinum, in prædium vrbanum. Ea enim quæ inferuntur
a ab a, inquilino, tacitè ſunt locatori obligata, ſiue ſciat, ſiue
neſciat, quæ ſint ea bona. Illata vero per colonos, ita de-
mum ſunt domino fundi tacite hypothecata, ſi ſciat bona illa-
ta, text. eſt in d. l. certi iuris. Atque ita in prædio vrbano, in-
ducitur tacita hypotheca in rebus illatis, abſque alia ſcientia
domini locantis, in prædio vero ruſtico abſque ſcientia do-
mini prædij, tacita hypotheca non conſtituitur, vt eſt glos.
hic, in verbo, coloni, poſt tex. in d. l. certi iuris. Et hoc eſt quod
Iuriſconſ. inquit in d. l. eod iure. Eo iure vtimur, vt quæ in prę
dia vrbana inducta, & illata ſunt pignori eſſe credatur, qua-
ſi id tacite conuenerit in ruſticis prædijs contra obſeruatur.
Et ratio diuerſitatis aſſignatur per gloſ. in d. l. certi iuris, quia
coloni, & ruſtici, vt plurimum inferuntur aratra ligones, & ſi
milia, cultui agrorum deputata, quas res faciliter dominus vi
dere poteſt, cum non poſſint ita occultari, & ſancta ruſtici-
tas omnia palam habeat. Inquilini vero ſunt homines ple-
rumque verſuti, vtpote in ciuitate nutriti, qui non omnia pa-
lam habent, ſed ſæpe bona inferunt, quæ nolunt locanti eſſe
nota, eaque occultant, aut quia nolunt pauperes videri, ne vi-
29 leſcant, ſicut alias dicitur. Diminutis diuitijs diminuitur, &
honor, §. hoc quoque, 2. ſupra, per quas perſ. nob. acquir. Aut
quia nolunt diuites videri, ne pateant inuidiæ, vt eſt text. in l.
2. §. 1. C. quando, & quibus quarta pars, &c. lib. 10. Et cum hac
ratione gloſ. vno ore tranſeunt. Doct. hic, & in d. leg. certi iu-
30 ris. Et per hanc doctrinam (vt obiter admonent Iaſ. & Zaſ.
hic) Cyn. Bald & communiter Doctores reprehendunt gloſ.
quæ poſſit videri notabilis ſi eſſet vera in l. 1. in fin ſuper ver-
bo illatæ, ff. nautæ, caupones, &c. quæ dicit. Nautam, caupo-
nem &c. non teneri periculo bonorum quæ ſuſcipiuntur ab
hoſpitantibus, niſi oſtendant, & manifeſtent, quæ ſint iſta bo
na explicent capſulas, loculos, arculas, in quibus huiuſmodi
bona, etiam ſigillata clauduntur. Et certè iſta doctrina gloſ.
exemplo valde eſt pernicioſa. Multis enim imminet et peri-
culum vitę multi exponerentur inſidijs latronum, & aliorum
per d. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars, &c. vbi dicitur: So-
31 lere diuitias occultari ne pateant inuidiæ, & ita ſeruatur vſu,
ſecundum Zaſ. hic. Sed, & iam occurrit dubium, quando cau-
poni valiſia, vel fardellum ſigillatim cuſtodiendum traditum
eſt, & de mane dicit, hoſpes ſibi aliquas res ex valiſia eſſe ſub-
tractas, qualiter tunc quantitas rerum amiſſarum probetur.
De quo videre Bart. in l. 1. in fin. ff. furti aduerſus nautas, cau-
pones, &c. & Doctores in l. ſi quando, 9. C. vnde vi Innocen-
tium, & Can, in c. ſi. ext. quod met. cauſ. Bart. & Doct. præſer-
tim D. Iaſ. in leg. in actionibus, 5. ff. de in litem iurando, & hic
num. 33. Sed & de hoc copioſe, in §. item exercitor, 3. ſupr. de
oblig. quæ ex quaſi delict, naſcun. dictum eſt.

32 Tertiò, res illatæ per emphyteutam, & alios conducentes
ad longum tempus, qui vtile dominium habere dicuntur, vt
notatur in l. 1. ff. ſi ager vect. vend. in rem emphytheuticam,
tacite pro cenſu, & penſione obligatæ ſunt, de quo latius vide
Fab. hic, num. 9. Ang 1 Iaſ. 25.

Quartò res Eccleſiaſticæ, ſi fuerint in domum conductam
illatæ per eum, qui habet adminiſtrationem. & ſunt res, alie-
nabiles, vt fructus, tacitè obligantur. Secus, ſi non ſint aliena
biles, vt calices & aliæ res Deo dedicate, de quo vide hic Fab.
num. 7. ad quem D. Iaſ. hic num. 58 ſe remittit.

33 Quintò fructus percepti ex fundo ſunt tacitè hypotheca-
ti, l. in prædijs, 7. ff in quibus cauſis pign. vel hypoth. &c. Quod
intellige de fructibus extantibus tempore penſionis ſoluen-
dæ, alias enim fructus licitè à conductore vendi poſſunt, ſec.
Zaſ. hic verſ. ex qua doctrina, add. Iaſ. numer. 26. & tract. Ne-
guz. de pign. in 4. memb. 2. par. num. 147.

34 Sexto, res aliena, in qua quis habet Publicianam, inuecta in
prædium conductum, tacitè obligata eſt, l. ſi ab eo, 18. ff. de
pig. videte Iaſ. hic, num. 56. An autem in alijs rebus alienis ta-
cita hypotheca conſtituatur, ſtatim dicetur.

Septimò, pro ampliatione prædictorum quæri poteſt, quã-
do dominus locator ſpecialiter ſibi proſpexit de certo pigno-
re expreſſo, an cetera illata per conductorem nihilominus
ſint tacitè obligata. Et quamquam Cyn. Ang. Peruſin. & Sa-
lic. in d. l. certi iuris tenent, quod non, per vulgatam regulam.
Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, l. ſi. Cod. de pactis
35 conuen. tamen Bald. ibi, in d. l. certi iuris. Io. Fab. hic, num. 9.
Iaſ. 65. & Neguz. in d. tract. de pignoribus; in 4 memb. 2. part.
num. 138. tenent contrarium, quod per expreſſam hypothe-
cam locator non videatur voluiſſe recedere a tacita hypothe
ca per legem inducta, per text. in l. item, quia, 4. in princ. ff. de
pactis, & tex. in l. fundus, 9. ff. de annuis legatis, qui melius hoc
probat. Et reſpondent præfati Doctores ad regulam d. l. fin. vt
refert, Iaſ hic num. 69. eam procedere quando prouiſio legis
facta eſt in defectum prouiſionis hominis. Nam tunc, vt in-
quit Bald. in d. l. certi iur. ante fin. lex, ſilet, vbi homo loquitur
vt eſt in caſu, d. l. fin. Secus, quando non in defectum proui-
ſionis hominis, ſed ex alia radice, & fonte prouiſio legis fa-
cta eſt, vt in caſu noſtro, vbi propter factum conducentis, qui
ſcilicet induxit res in domum conductam, tacita hypotheca
conſtituitur, non propter conuentionem contrahentium, &
multis alijs modis reſpondent. Doctores ad d. l. fin. vt refert
hic Iaſ. num. 69.

Ex prædictis colligitur in effectu regula, quod illata, &
inuecta in rem conductam, tacitè ipſi locatori pro pen-
ſione

ADDITIO.

a *Inuecta, & illata in domum conductam tacite pignori obligata ſunt l. item quia. ff. de pact. Cuius ſententiæ plures exceptiones vide apud Socinum, regula inuecta, 192.*

Digitized by Google

ſione,& deterioratione rei locatæ obligata ſunt,cum ſeptem
ampliationibus prædictis. Sed quia recipit multas limitatio-
nes videndum, nunc eſt, in quibus rebus à cōductore in rem
conductam illatis, tacita hypotheca conſtituatur. Et I. Pro
36 intellectu, & limitatione regulæ noſtræ ſciendum, illas res
tacite obligatas eſſe,quæ eo animo ſunt in prædium condu-
ctum illatæ, vt perpetuo illic eſſent, ſecundum gl. noſtram
hic,in verb. coloni. Et intelligite perpetuo, i. quamdiu durat
tempus locationis,tex. eſt in d.l.in prædijs,ff.in quib.cauſ.&c.
& in l.debitor,32. ff.de pignoribus, ne inde ſequatur abſurdū
quaſi nunquam bona illata eſſent tacitæ hypothecata: cum
ſemper conductor poſſit dicere,ſe non intuliſſe eo animo, vt
illic eſſent. Et dicit Iaſ. hic numer. 35. iſtud iudicari ſecundum
communem æſtimationem, conſideratis bonis, & eorum
qualitate, an ſint talia, vt veriſimile, ſit eo propoſito eſſe in-
troducta, vt ad tempus conductionis ibi eſſent. Ex quo infe-
runt Doctores licet nomina debitorum, ſeu inſtrumēta obli-
gationum poſſint expreſſe oppignorari,l.nom.,en 4.Cod. quæ
res pign. obl.poſ. ſi tamen inferantur in domum conductam
non forte tacite obligata ob penſionem, quia non inducun-
tur eo animo,vt ibi perpetuo,quamdium ſcilicet duratura
eſt locatio maneant,ſed ad tempus, donec ſcilicet debitū ſol-
37 uatur. Et hæc ſententia eſt communis,quam tenet Cyn. &
Salic.in d.l.certi iuris,Fab.num.6. Ang. num 9. Iaſ.41. & Ne-
38 guz.in d.4.memb.ſecundæ par.num. 153. II. Infertur per Do
a ctores merces, a & alias res venales, quas inquilinus forte
mercator in domum conductam intulit, propter frequētem
& celerem earum motum, non eſſe tacite obligatas cum ibi
non ſint perpetuo permanſure, vt requirit,text. in d.l.debitor
in fin. Et licet hic Iaſ. numer. 51. dicat hanc eſſe communem
opinionem, tamen de eius veritate dubitare videtur. Vnde
39 Zaſ.hic loquit,ſe intrepide tenere contrarium,omnino mer-
ces venales tacite obligari,non quidem, in ſpecie,ſeu quo ad
indiuidua,ſed in genere,& vniuerſaliter. Licet in ſpecies mer
cium vendantur, tamen, ſemper aliæ ſubſtituuntur, vt pro-
batur per textum,in leg.cum tabernam,34. ff.de pig. vbi quis
hipothecauerat,tabernam mercium, & quærebatur, quid eſ-
ſet oppignoratum,an ipſa,ſola taberna,an etiam merces? Et
quia merces quotidie alienantur,videbantur eas non contine-
ri. Sed Iuriſconſul.reſpondet etſi merces vendantur, tamen
alias ſubſtitui,ac perinde concludit,merces eſſe pignoratas,&
illas quidem ſpectandas,eſſe quæ tempore ſolutionis extant,
& hæc ſententia Zaſij æquior eſſe videtur, quæ etiam in no-
minibus debitorum hoc modo de æquitate procedere poſſet,
vt intelligatur de illis nominibus quæ tempore penſionis ſol-
40 uenda extant. III. Pecunia, quæ eſt deſtinata ad quotidia-
num vſum, & ad præſentem neceſſitatem, non venit ſub ta-
cita hypotheca, quia ad hoc eſt formata,& inducta, vt expē-
datur. Vnde etiam dicitur res,quæ ſeruando ſeruari non po-
teſt. Ideo pecunia Scholarium à parentibus miſſa, non eſt
tacite obligata locatori,ſecundum Zaſ.hic. Aliud ſtatuendum
de pecunia, quæ reconditur vt theſaurus, quam pecuniam
ſubſidiariam appellat,hic Zaſ.poſt Iuriſconſultum, in l.ſi cho-
rus 79. §. 1. ff.de leg. 3. Nam hæc illata in domum conductam
41 tacite obligata eſt,de quo Iaſ.hic numer. 47. IV. Tacita hy-
potheca non conſtituitur in illis rebus conductoris, quæ non
veniunt in generali expreſſa obligatione ſeu hypotheca, vt
ſunt veſtes quotidianæ, ſupellex, & alia, ſine quibus homo
non poteſt honeſte, & commode viuere, & quæ non eſt ve-
riſimile quempiam etiam ſpecialiter obligaturum, de quibus
42 eſt text. & ibi DD. in l obligatione generali,6.ff.de pig. Non
b b enim plus debet operari tacitum, quam expreſſum,vt nota-
tur in leg.cum quid 3.ff. ſi cer.pet. Ita tenet Bald in d.leg. certi
iuris in 9.quæſt.Fab. hic num.2. Ang. 1. Iaſon 63 & Neguz.in
d.4.memb.num. 151. licet Zaſ.hic num. 22. teneat etiam ſu-
pellectilem, quæ tempore penſionis ſoluendæ extat, tacite
43 obligatam eſſe,per d.l.cum tabernam, ff. de pign. V. Ex præ-
dicta limitatione inferunt Ang. hic num. 1. Iaſ. 64. & Zaſ. hic
libros Scholarium,non eſſe tacite obligatos,quia ſine eis,non
poteſt Scholaris commode, aut honeſte viuere, item propter
inſigne priuilegium,quod habemus per gloſ.in l. Nepos Pro-
culo,125. ff.de verb. ſign. quæ dicit. Quod in executione iudi-
cati quemadmodum arma non ſunt auferenda militibus ita
nec libri Scolaribus. Vnde Bald.ſuper Rubr. Codic. qui bon.
ced.poſ.dicit. Quod ſi Scolaris ceſſit bonis, & poſtea emit li-
bros creditores non poſſunt ipſi eos auferre, de quo Iaſon
hic numer. 6. Alias quicquid Scholares inferunt pro penſione
& deterioratione rei obligatum eſt,ſecund. Zaſ.hic per textū
in d.l.2.ff.in quibus cauſ.&c. Quin & bona patris à filiofami-
lias minori ſtudente illata, ſunt tacite obligata,quia non tam
ipſe,quam pater eius cuius voluntate eſt in vniuerſitate, obli-
gati videtur ſecun. Plat.hic num.6. Fab.3. Ang.4. VI. Quidam
44 limitant prædictam regulam, quod res minorum, ſine tuto-
rum,& curatorum,authoritate non ſint tacite obligatæ, cum
nec expreſſe ſine authoritate tutorum obligari poſſint,ſecun.
gl.in l.item quia,4. ſuper verbo,illata,ff.de pact. vbi Doct. Iaſ.
poſt alios in hac quæſtione refert quatuor opiniones, & ma-
gis videtur adhærere contrariæ ſententiæ, videlicet in conſe-
quentia actus præmiſſis,induci tacitam hipothecam legalem
in rebus minorum. Quam ſententiam Bald. in l.vnica, §. vt
plenius Cod.de rei vxor actio, dicit eſſe communem de quo
videte remiſſiue Iaſ hic numer. 57.& Neguz. in d.4. membr.
45 num. 154. VII. Res alienæ per conductorem illatæ non ſunt
tacite hipothecatæ, quia enim illæ regulariter nec expreſſe
obligari poſſunt, vt per totum titulum, ſi res aliena pignori
data ſit. Ergo nec tacite,& ita tenet, gloſ.in d.l. certi iuris. Ex
quo inferas,ſecund.Neguz.in d.4.memb.numer. 152. in om-
nibus caſibus, in quibus res aliena expreſſe oppignorari po-
teſt,qui notantur per Bart.in l. 1. §. 1. ff. de pignor. & Neguz.
in 3.membr. ſec. part. num 5.in illis poſſe etiam tacitam hy-
pothecam conſtitui. Sed dubitatur, an eo ipſo, quod ille,qui
eſt dominus rei, ſcit, & patitur eam per conductorem infer-
ri,videatur conſentire,adeo vt res illæ ſint tacitæ obligatæ. Et
46 gl.in d.l.certi iuris,tenet quod ſic,quam ſequitur Bart.in leg.
quæ dotis,33.ff.ſolut.matr.& Alex.in d.l.certi iuris,& Iaſ.hic
num. 54. videlicet,ex ſola ſcientia,& patientia domini induci
tacitam hypothecam. Iacobus tamen de Aret.Sy.Bald. & Sal,
in d.l.certi iuris tenent contrarium, quod taciturnitas non
noceat domino rei,ad inducendam tacitam hypothecam niſi
in hoc dolus domini interuenitet. Et hanc ſententiam tan-
quam æquiorem,& de iure veriorem eſſe arbitror, per tex-
tum in l 2.Cod.ſi res alien.pign.&c.& in l.ſcientes,7.Cod.ad
S.C.Velleian.vbi res aliena expreſſe non obligatur,etiam do-
mino ſciente, niſi in fraudem diſſimulante. Ergo nec taci-
te,quia tex.ibi illa duo requiritur,ſcientiam & dolum. Ergo
vnum non ſufficit. Et hanc eſſe communem opinionem ip-
ſemet Iaſ.hic num. 54.in fine fatetur. VIII. Limitatur regula
in habitatione gratis conceſſa, vbi inuecta non intelliguntur
tacite hypothecata pro deterioratione domus, l. Pomp. 5. ff.
in quibus, cauſ. &c. Et licet gloſ.ibi intelligat textum de pen-
ſione non autem quo ad deteriorationem, tamen male dicit
alias enim inepte decideret, textus, an pro penſione inuecta
ſint obligata, ex quo obligatio eſt gratuita. Neceſſario er-
go textus decidit,quo ad deteriorationem domus gratis con-
ceſſæ, ſecundum Iaſ. in d, leg. item quia, numer. 1. in fin. ff.
de pact.

47 Secundo principaliter circa hanc actionem quæritur. Cui
hæc actio competat: Ad quod breuiter ex prædictis, reſpon-
deri poteſt. Nam I. Datur domino, vel quaſi fundi, vel præ-
dij ruſtici,qui fundum locauit pro nummis,vel pro parte fru-
ctuum,ſcienti ſcilicet domino,quæ res in prædium ruſticum
illatæ ſunt, d.leg. certi iuris. II. Datur Domino prædij vrba-
ni,ſiue in iure,ſiue in ciuitate prædium locauit ſiue ſciat, ſiue
ignoret, quæ res in prædium vrbanum inductæ ſunt. d. leg.
certi iuris.de quo ſupra dictum eſt. III. Datur hæredibus do-
mini locantis, cum realiter omnes actiones ad hæredes acti-
ue,& paſſiue tranſeant,vt infra de perpet. & temp. actio. di-
cetur, & in conductionibus, & locationibus hæredes ſucce-
dunt. Siue enim ſit temporalis, ſiue perpetua locatio, con-
ductio hæredes vtrinque obligantur, leg. viam veritatis, 16.
48 Cod.de locato Cod.ad quam obiter notabitis, de iure Saxo.
locationi à defuncto factæ ad certum tempus ac poſtea loca-
tore intra tempora locationis decedente hæredem eius, niſi
c voluerit, vſque ad finem ſtare non teneri c text. eſt in art. 77.
lib. 3. Landrecht.

49 Tertio principaliter quæritur. Contra quem competat
Seruiana? Et I. Datur contra conductorem fundi ruſtici,
ſeu colonum poſſidentem res cum ſcientia domini illatas.
II. Contra inquilinum, ſeu conductorem prædij vrbani, poſ-
ſidentem res etiam ſine ſcientia domini inuectas, d. leg.certi
iuris

ADDITIONES.

a *Merces & aliæ res venales in domum conductam illatæ an tacitam hypothecam recipiant? Iaſon negat, Zaſ.*

b *Taciti & expreſſi par virtus, vide apud Concenatium, 4. quæſtio.18. Et vtrum qui tacet, conſentire, videatur ibi quæſtio. 19.*

c *Hoc abrogatum, & reditum ad ius commune, conſtitut. 37. part.2.*

Digitized by Google

iuris. III. Contra hæredes tam colonorum, quam inquilino-
rum, res inductas poſſidentes. IV. Etiam contra ſecundum
conductorem hæc actio locum habet, poteſt enim is, qui rem
fruendam conduxit, eam alteri æque idoneo, ad eundẽ vſum
locare, niſi expreſſe aliud conuentum ſit, iuxta l. nemo, 6. &
50 ibi gl. C. de locato. Vnde res per ſecundum inquilinum illatę,
tacite etiam pro obligatione primi conductoris hypothecatę
ſunt, pro ea ſcilicet rata & parte domus tantum, quam ſecun-
dus conductor à primo conduxit non pro tota penſione do-
mus, niſi etiam domum totam conduxerit, vt eſt text. gloſ. &
DD. in l. ſolutum, 11. §. ſolutum, ff. de pignorat. action. De quo
latius Negozan, in d. quarto memb. num. 136. V. Hæc actio
non ſolum contra conductores, & eorum hærede, ſed etiam
contra quemcumque poſſeſſorem extraneum competit, qui
51 res à conductore illatas poſſidet. Sicut enim expreſsè hypo-
thecata, quando alienantur, tranſeunt cum ſuo onere, d. l. ſi
debitor, cum ſimilib. C. de diſtract. pignor. Vbi debitor vendi-
derat mihi rem, quam tibi obligauerat pignori, & decideba-
tur non obſtante contractu venditionis, pignus tibi durare.
Ita etiam tacite obligata locatori non poſſunt alienari, & ſi
alienantur, tranſeunt cum onere tacitæ hypothecę. Et hoc ſe-
cundum DD. hic, ſine dubio procedit, quando incluſio bono-
rum facta eſt, & bona inuecta ſunt per locantem incluſa id-
eſt, conſcripta in inuentarium, l. eſt differentia, 9. ff. in quibus
52 cauſ. &c. Hæc enim dicitur incluſio bonorum, quando de ip-
ſis bonis inuectis conficitur publicum inſtrumentum, l. eum
domini horreorum, 56. ff. loc. Dominus enim fundi ſi ſit ſoli-
citus de penſione, vel ſi inquilinus differat ſolutionem pen-
ſionis, poteſt facere conſcribi omnia bona illata per Notariũ,
& tunc dicuntur bona illa incluſa. Et illa incluſio habet hunc
effectum quod locator facta incluſiune, poteſt illa bona pro-
pria authoritate auferre, & donec ſibi de penſioue ſatisfiat,
retinere, id quod creditor in expreſſo pignore nõ poteſt, alias
incideret in edictum Diui Marci, quod habetur in l. extat, 13.
53 ff quod metus cauſa, &c. Eſtque ratio, quia per incluſionem
videntur bona tradi locatori, ita vt dicatur ea poſſidere. Nul-
lam igitur vim feciſſe videtur, de quo Iaſ. hic, nu. 80. De hoc
autem eſt dubium. An bona illata ante incluſionem factam
alienari poſſint abſque illo onere tacitæ hypothecæ? Et licet
per text. in d. leg. eſt differentia, videatur dicendum quod ſic;
tamen communior, verior, & æquior videtur eſſe ſententia
quod non. Alias enim tacita hypotheca ante incluſionem eſ-
ſet inanis, & nullius effectus. At hoc durum eſſet dicere con-
tra regulam, d. l. certi iuris, & d. leg. eo iure, & l. 2. ff in quibus
cauſis. & d. l. item quia, fruſtra enim nobis traderetur ſecun-
dum Iaſ. hic, illata in domum conductam eſſe tacitè hypo-
thecata, ſi ante incluſionem ſine onere alienari poſſent. Et
pro hac ſententia facit tex in leg. 1. §. 1. ibid. vtilis actio, & ad-
uerſus extraneos, vbi Bart. & DD. ff. de Salu. interdicto. Re-
ſpondent DD. ad d. l. eſt differentia, eſſe ibi caſum ſpecialem
in libertate, ratione, & fauore libertatis, de quo latius videte
Bart. in l. 2. C. de pign. Iaſ. hic, nu. 77 & ſeq. & in d. l. item quia,
ff. de pact. & pulchre Neguz. in d. 4. memb. nu. 131.
54 Quarto principaliter quæritur, quæ nam requirantur ad
hoc vt Seruiana competat? Et Plat. hic plura neceſſaria colli-
git. I. Quod præcedant contractus locationis, vt hic, & d. l. cer-
a ti iuris. II. Quod illæ res fuerint *a* inductæ, & illatæ in præ-
dium conductum, l. 3. & 4. ff. in quibus cauſ. pign. & leg. ſi non
inducta, 5. C. in quibus cauſis pig. &c. Tacita enim illa hypo-
theca in rebus conductoris, non ipſo iure, ſine facto hominis
naſcitur, ſed requiruntur duo principia, lex ſcilicet, & factum
hominis, & quando factum hominis præcedit, quia inferon-
tur res, mox lex diſponit, cooperatur, & inducit ſibi in illis
rebus tacitam hypothecam. Vnde notabitis tacitam hypo-
55 thecam eſſe duplicem. Quædam eſt; quam lex introducit
tacitè, ſine facto hominis interueniente, ſcilicet circa ipſa
bona, ſed ipſam hypothecam, vt eſt in bonis mariti, & vxo-
ris. Nam ſimul atque contractum eſt matrimonium, bona
hinc inde tacite obligata ſunt, ſola diſpoſitione legis, adeo
vt mortuo marito, vxor poſſit propria auctoritate abſque li-
centia iudicis remanere in detentione domus, quam cum
marito viuẽte inhabitauit, donec ei dos reſtituatur, vt inquit
Bald. in l. penult. C. de pignor. act. & refert hic Iaſ. numer. 72.
Nec obſtat, ſi quis diceret hic concurrere factum hominis,
ſcilicet contrahere matrimonium, quia hoc factum reſpicit
ipſum matrimonium, & non bona, in quibus tacita hypothe-
ca contrahitur, ſed ſola lex hoc operatur, ſicut etiam bona tu-
torum ipſo iure tacite pupillis obligata ſunt, l. pro officio, 20.
C. de adminiſtr. tut. Quædam vero eſt tacita hypotheca, quã
lex etiam introducit, ita tamen, vt circa bona tacite obligata,
interueniat factum hominis, vt eſt in caſu noſtro, vbi vltra
conductionem, quæ ſolo conſenſu contrahitur, neceſſe eſt,
bona inferri a conductore in rem conductam, ad hoc, vt ta-
cite ſint obligata, de quo latius videte poſt Iaſ. hic numer. 71.
Zaſ. verſic. 7. principaliter collige. III. Requiritur, quod tales
res ſint eo animo illatæ, vt ibi perpetuo maneant, id eſt quam-
diu locatio duratura eſt, nec ſufficit ſolum probare inductio-
nem, niſi etiam illa qualitas probetur leg. in prædijs, 7. in qui-
bus cauſis, &c. & leg. debitor, 32. ff. de pignor. Et illud proba-
bitur ex qualitate rerum illatarum, de quo ſupra non nihil di-
56 ctum eſt. IV. Quod locator ſciat res eſſe illatas. Quod eſt ve-
rum, ſi conductor eſt colonus, ſecus ſi eſt inquilinus dict. leg.
certi iuris, & ſupra declaratum eſt. V. Quod conductor ha-
beat tale ius in rebus inuectis, vt eas obligare poſſit tanquam
dominus, vel quaſi dominus. Nam res alienæ regulariter nec
expreſſe, nec tacite pignorari poſſunt, vt ſupra etiam dictum.
VI. Quod ſint tales res, quæ alias obligari poſſunt. Vnde li-
ber homo non obligatur, licet ſit in domo conducta, l. qui fi-
lios, 6. quæ res pignor. oblig. poſſ. ſicut nec ob debitum pecu-
niarium retineri poteſt, vt ſeruiat: imò creditor à debito ca-
dit, & tantundem ipſi retento, vel eius parentibus dare cogi-
tur, & etiam pœnis corporalibus afficitur, leg. ob æs alienum,
12. cum Aut. ſeq. C. de obligat. & act. Quod eſt verum de iure
ciuili, ſecus de iure Saxonico, vbi iudex debitorem qui non
eſt ſoluendo tradit in manus creditoris, quo facto ille non
ſolum ad operas, & ſeruitia creditori præſtanda tenetur, ſed
etiam poteſt compedibus, ac vinculis à creditore includi.
57 Landrecht, artic. 39. libr. 3. & Vveichbild. artic. 27. VII. Quod
tales res generali obligatione veniant, leg. obligatione, 6. ff. de
pign. de quo ſupra dictum eſt. VIII. Quod locator excuſſerit
alia bona conductoris, antequam Seruiana ei competat, cõ-
tra poſſidentes extraneos, vt not. in d. l. certi iuris, per Auth.
hoc ſi debitor, & ibi DD. C. de pign. IX. Quod res poſſidean-
tur a reo, cum enim ſit realis action. l. pign. 18. C. de pign. con-
tra poſſeſſorem intentari debet, vt not. in l. vnica, C. de alien.
iud. mut. cau. fac.
58 Quinto principaliter declarãdum eſt, quidnam agens Ser-
uiana, & quaſi Seruiana actione probare teneatur? Nam ea,
quæ de dominis prædiorum locatorum, Seruiana actione a-
gentibus circa hanc quæſtionem dicuntur, & locum habent
in creditorib. perſequentibus pignora per quaſi Seruianam,
ſeu hypothecariam actionem. Vnde ſecundum Zaſ. hic, cum
nominamus in declaratione huius quæſtionis creditores, in-
telligimus etiam dominos prædiorum, & cum nominamus
pignora intelligimus de quibus vis ſiue ſunt tacitè, ſiue ex-
preſsè obligata. Et hæc materia, teſte Zaſio hic eſt plena ſen-
tibus, & ſpinis, in qua gloſ. & Doctores multum variatur. Ex
quorum dictis poſt Angel. Iaſ & Zaſ. hic tres caſus principa-
les diſtinguendi ſunt. Aut enim domini prædiorum, vt credi-
tores perſequuntur pignora contra ipſum debitorem, aut eius
hæredem: aut contra tertium poſſeſſorem qui cauſam habet
à debitore; aut contra tertium poſſeſſorem penitus extraneũ,
qui nullam habet cauſam à debitore. Primo caſu, quando cre-
ditor perſequitur pignus ab ipſo debitore, vel eius hærede,
quia debitor oppignorauit creditori calicem argenteum, quẽ
59 ei non tradidit, ſed penes ſe retinuit, ſufficit. 1. Si probet rem
ei tacitè, vel expreſsè eſſe obligatam. 2. Si ſolam poſſeſſionem
debitoris probet, nec opus eſt, vt probet debitorem eſſe do-
minum rei pignoratæ, vel aliud quidam: quia debitor non po
teſt ratificare quæſtionem dominij, id eſt, non poteſt excipe-
re, & dicere ſe non eſſe dominum rei, quia allegaret propriã
turpitudinem, dolum ſcilicet, & mẽdacium, quod à principio
mentitus fuit oppignorando calicem tãquam ſuum, l. ſi inter
21. §. primo, ff. de pign. & in l. rem alienam, 41. ff. de pign. act.
& not. in l. cum res, 5. C. ſi aliena res pig. &c. Sicut nec contra
creditor conuentus pignoratitia actione à debitore poteſt ei
referre quæſtionem dominij, l. ſi pignore, 22. §. ſi prædo. ff. de
pign. act. Verum enim vero licet non teneatur probare do-
miniũ debitori, tamen creditor illud allegare debet, cum ex
b poſſeſſione dominium numquam *b* præſumatur, niſi illud al-
legetur ſecundum Bald. in l. etiam, 5. C. de execut. rei iudic.
Et

ADDITIONES.

a *Directa, & illata in domum conductam tacitè pignori obliga-*
ta ſunt vt hic. Cuius ſententiæ vide plures exceptiones apud
Socinum, regula, inuecta 192.
b *Probari dominium quemadmodum poſſit, dictum ſupr. §. actio-*
nem, nu. 72. hoc tit.

Digitized by Google

Et hæc non ſolum in debitore, ſed etiam eius hærede locum
habet, quia hæres repræſentat perſonam defuncti, & id quod
60 non poterat vſucapere defunctus; nec hæres eius poteſt, l. cũ
hæres, 11. ff. de diuerſ. & temp. præſcr. Hanc tamen concluſio-
nem notabiliter limitat Sal. in d. l. cum res, procedere in ſpe-
ciali hyoptheca, quando certa aliqua ſpecies a debitore obli-
gata eſt. Non autem in generali obligatione bonum. Nam ſi
tunc creditor agat hypotheca, vt illud vas argenteum in ſpe-
cie à debitore, ei tradatur, poterit debitor dicere illud non
eſſe ſuum. Licet enim omnia bona obligauerit, non tamen
ſequitur, iſtud vas fuiſſe debitoris tempore obligationis. Et
hoc caſu non eſt in dolo, nec mentitur aut propriam turpi-
tudinem allegat: debet tamen iſto caſu debitor nominare in
iudicio dominum iſtius rei, & probare ſe percipere fructus
nomine illius alias ex poſſeſſione præſumeretur dominus,
iuxta l. 2. cum ſua materia, C. vbi in rem act.

61 Secundus caſus eſt, quando creditor agit hypothecaria ad
pignus contra tertium poſſeſſorem, qui habet cauſam à debi-
tore, quod facere poteſt, cum res tranſeat cum ſuo onere,
iuxta l. ſi debitor, 12. C. de diſtract. pignor. Et hic articulus, vt
inquit Iaſ. eſt dubitatiſſimus, Bart. tamen ſententia in d. l. rem
alienam, ff. de pig. act. teſte Zaſ. hic eſt recepta, quod ſiue poſ-
ſeſſor habeat cauſam onerosam, ſiue lucratiuam, ſemper poſ-
ſit agenti referre quæſtionem dominij. Ita vt creditor non
ſolum teneatur probare pignus eſſe contractum, & poſſeſſio-
nem, ſed etiam dominium debitoris directum, & vtile, vel
quaſi, & ſic ſaltem eandem rem fuiſſe in bonis debitoris tem-
pore obligationis, & debitorem habuiſſe hanc rem, vt ſuam, &
geſſiſſe ſe pro domino in hac re, ſicut in alijs ſuis reb. Et hæc
ſententia probatur per text. diſtincte loquentem, in l. ante om-
nia, 23. ff. de prob. vbi text expreſſe ſtatuit, agentem hypothe-
caria duo probare debere. Primo, quod res ſit oppignorata.
Secundo, quod tempore obligationis pertinuerit res ad debi-
torem, vel fuerit in bonis debitoris, vt inquit text. in l. & quæ
nondum 15. § 1. ff. de pig. Et gl. in d. l. ante omnia, ſubijcit, hæc
eſſe vera, quando agitur contra alium, non cõtra debitorem.
Nec obſtat impugnatio Zaſ. hic, quod actor poſſit replicare,
de dolo rei cõuenti, ſcilicet ipſum emiſſe a non domino: quia
poteſt reſponderi ex verbis Ang. & Zaſ. hic, eam procedere, ſi
conuẽtus vellet vti cauſa & adminiculo ſui authoris; ſecus ſi
nollet ſe tueri adminiculo authoris, & non negaret, nec affir-
maret debitorem dominum, ſed ſimpliciter ſe tueretur com-
modo poſſeſſionis, & diceret ſe ſatis iuris habere in eo ipſo
quod poſſideat. De quo latius vide hic Iaſ. qui aliam circa
hanc quæſtionem diſtinctionem refert. Sed Bart. ſententiam
in practica ſeruari affirmat hic Angel. quam etiam pulchre
ſequitur Neguz. in d. tract. de pign. in 3. memb. 8. par.

62 Tertio caſu, quando agitur contra poſſeſſorem omnino
extraneum, non habentem cauſam à debitore, non eſt aliqua
controuerſia inter DD. ſed vno ore cõcluditur, tertium poſ-
ſeſſorem, qui poſſidet ſine vitio, propter commodum poſſeſ-
ſionis, poſſe referre quæſtionem dominij creditori hypothe-
caria agenti. Ita vt cogatur probare de dominio principalis
debitoris, vel ſaltem de bona fide, & titulo, iuncta poſſeſſio-
ne, quod ſcilicet iſta res tempore obligationis fuerit in bonis
debitoris, & debitor vſus fuerit ea re tanquam ſua, & reputa-
tus fuerit dominus, per d. l. & quæ nondum, & l. ſi ſuperatus,
3. ff. de pig. & d. l. ante omnia. Et eius rei vera eſt ratio: quia
ipſemet debitor, ſi vellet contra talem poſſeſſorem obtinere,
hæc probare cogeretur. Ergo etiam creditor, cum agens hy-
pothecaria neceſſe habeat fundare ius ſuum hypothecæ ex
perſona principalis debitoris, quod habuerit poteſtatem op-
pignorandi rem. Probandum igitur eſt dominium debitoris,
vel ſaltem eius titulus, & bona fides, & ſic quaſi dominium.
Et plura de hac q. vide omnino per Neguz. in d. 3. membr. 8.
p. vbi ſeptem concluſiones in hac materia refert, poſt DD. in
63 d. l. cum res, C. ſi alien. res pign. dat. ſit. Porro circa vltimum
hunc caſum notabitis, quod Iaſ. hic ſubijcit, ſi contra tertium
poſſeſſorem debitori principali competat aliquod interdictũ
ad auocãdam poſſeſſionem, quod & creditori, qui habet om-
nia bona debitoris obligata, & conſequenter iura & actiones
vtile interdictum ad auocandam poſſeſſionem detur. Quod
creditori propter onus probationis multo eſt commodius,
iuxta conſilium Iuriſconſ. in leg. is qui deſtinauit, 24. ff. de rei
vind. Vnde etiam melius eſt intentare Saluianum interdictũ,
quam Seruianam actionem, vel quaſi Seruianam actionem.
Et Angel. hic, num. 9. dicit à cautis aduocatis nunquam inten-
tari hypothecariam, ſeu Seruianam ſed directum, vel vtile
interdictum Saluianum, propter onus probationis, quia in
Saluiano interdicto (vt eſt communis concl. DD. poſt gl. hic
in verb. quaſi,) ſiue agatur contra ipſum debitorem principa-
lem, ſiue quemcumque extraneum poſſeſſorem, ſufficit pro-
bare ſolam poſſeſſionem debitoris abſque dominio, quod de-
bitor habuerit antiquiorem poſſeſſionem, cum agatur poſſeſ-
ſorio, nõ petitorio iudicio, de quo vide etiam Bart. quod DD.
in d. l. rem alienam. Et plura de Saluiano interdicto in §. adi-
64 piſcendæ, 3. verſ. interdictum, infra de inter. dicetur. Obiter
a iam tantum notabitis, Saluianum eſſe interdictũ *a* adipiſcen-
dæ poſſeſſionis in dicto ver. interdictum, & quidem duplex:
directum, & vtile. Directum ſeu ordinarium, & verum, da-
tur locatori prædij ruſtici contra conductorem, & eius hære-
dem, pro rebus inuectis tacite obligatis. Vtile vero locatori
etiam prædij vrbani, & cuilibet creditori, contra quemlibet
etiam poſſeſſorem extraneum, ad nudam poſſeſſionem auo-
candam, vt not. per DD. poſt text. in l. 1. ff. & in l. 1. C. de Sal-
65 uiano interdicto. Vnde ſi dantur locatori ea, quę iam de Ser-
uiana actione dicta ſunt, locum habent. Si vero, creditori, tũc
dic, vt ſtatim de quaſi Seruiana actione dicetur, niſi quod in-
terdictum eſt poſſeſſorij iudicij, vbi ſola poſſeſſio debitoris,
& creditoris probanda venit: ſed Seruiana, & quaſi, ſunt peti-
torij iudicij, in quo aliquando etiam dominium probandum
eſt. Vnde ſecundum omnes tutius eſt intentare Saluianum,
quam Seruianam actionem, iuxta leg. qui deſtinauit. Et licet
66 D. Iaſ. per hæc ad longum hic diſputet, nullius eſſe vtilitatis
Seruianam actionem: tamen quia genere ſemper vtile eſt, in
vno, & eodem caſu, habere & plures actiones, & plura reme-
dia, ita vt ſi quis vni renunciet, habeat regreſſum ad alium, nõ
eſt reijcienda vtilitas Seruianæ actionis: alias per inſtantiam,
quam in iure dare ſufficit, omnia remedia petitoria compe-
tentibus poſſeſſorijs iudicijs eſſent ſuperflua. Præterea Paul.
67 de Caſtr. in d. l. rem alienam, num. 6. ante fin. refert caſum, in
quo hypothecaria neceſſaria eſt, nec Saluianum intentari po-
teſt, videlicet, quando debitor obligat rem, quæ tempore obli-
gationis erat in bonis ſuis, quia erat dominus, ſed eam non
poſſidebat, poteſt enim debitor rem ſuam obligare, licet alius
poſſideat hoc caſu, ſi à creditore, cui res obligata eſt, intenta-
retur Saluianum, ſuccumbere, cum poſſeſſionem debitoria
probare non poſſit, licet probare poſſit rem fuiſſe in bonis de-
bitoris, refert & ſequitur Neguz. in d. 3. memb. 8. par. num. 19.
Sequitur nunc forma libelli in Seruiana actione, quando
agitur contra ipſum conductorem poſſidentem res tacite
obligatas.

Forma libelli.

68 Coram vobis domino iudice comparet N. breuiter narrãs:
quod anterius conclaue ædium ſuarum in foro, inter N. &
N. ædes iacens Magiſtro Titio locarit, qui quoque certa cõ-
uentione, & contractu quotannis pro viginti florenis id ad
biennium conduxerit, & incoluerit veruntamen debitam pẽ-
ſionem, non ſolum non ſoluerit, ſed & fornacem ad feneſtrã
dicti conclauis perfregerit, ne commemoretur, quod locato-
ri vltra 20. florenos mutuo datos etiam debeat. Hæc cum ita
ſe habeant, prædictus Magiſter in conducto conclaui reli-
quit duas ciſtas plena ſupellectile, & menſam ferro munitam
quæ prima migratione in ędes, conclaui inuexit ac intulit, iiſ-
que pro ſuis ſemper vſus eſt. Quia vero vigore iurium Impe-
rialium, ea quæ inquilinus in ædes conductas infert & inue-
hit tacite pro penſionis & deteriorationis facta cautione, &
alijs debitis locatori oppignorata ſunt: Reus vero nulla habi-
ta iuris actoris & crebræ interpellationis ratione, dictam ci-
ſtam adhuc detinet, & occupat: Ideo actor petit declarari, &
pronunciari dicta res ex commemoratis cauſis actori pro
penſione conclauis, deterioratione feneſtrarum, & fornacis,
& 20. flor. pecuniæ mutuatæ, tacite hypothecatas eſſe, & reũ
ad ciſtæ ac menſæ donec penſionem conclauis conducti, &
20. florenos numeratos, & feneſtrarum perfractarum, atque
corruptæ fornacis precium perſoluerit, traditionem, ac dimiſ-
ſionem teneri: eumque per competentia atque legitima iu-
ris remedia ad ea condemnari, atque compelli. Super quibus
omnibus, &c.

DE QVASI SERVIANA actione.

69 Quaſi Seruiana actio, eſt actio Prætoria realis, quæ com-
petit creditori contra poſſidentem rem, quæ ei expreſſe in
ſpe-

ADDITIO.

a *De Saluiano interdicto vide plura in §. ſequens diuiſio, infra de interdictis.*

Digitized by Google

ſpecie, vel generaliter, & tacite obligata, eſt ad conſequendam eius rei poſſeſſionem, ad hoc, vt eam retinere, vel alienare poſſit, ſi à debitore non fuerit redempta. Et dicta eſt quaſi
70 Seruiana, ſecundum gl. etiam, à ſeruando, cũ ius creditoris in re pignorata per hanc actionem conſeruetur, & adiecta eſt dictio. Quaſi (quæ alias denotat improprietatem, l. id tempus, 14. §. fin. ff. de vſuc.) ad differentiam actionis Seruianæ, quæ locatori datur licet etiã alia ratio, non tamen ſine dubio, aſſignari poſſit, de qua, vide hic Iaſ. n. 82. Et alias hæc actio hypothecaria dicitur, teſtis eſt Imperator hic. Vnde Bar. in l. ſi. ff. de Saluiano interdicto, ait gl. ibi corruptam eſſe dum dicit, aliud eſſe in hypothecaria, & aliud in quaſi Seruiana actione, & debuiſſe dicere Seruiana, pro quaſi Seruiana. Idem n. ſunt hy-
71 pothecaria, & quaſi Seruiana actio. Pro cuius declaratione,
I. Notabitis differentiã [a] inter hanc & Seruianam actionem.
72 Hypothecaria n. competit pro expreſſa hypotheca, & aliquãdo etiam pro tacita. Seruiana vero pro tacito pignore, quod ſolum in rebus conductore illatis lex inducit, & conſtituit, vt conſtat, ex §. noſtro. Item Seruiana locatori tantum datur, hypothecaria vero, cuilibet creditori cui, res obligata eſt, vt
73 ex ſequẽtibus patet. II. Breuiter notabitis, quid inter hypothecariam, & pignoratitiam interſit hypothecaria enim datur contra debitorem vel etiam extraneum, poſſidentem rem oppigneratam. Pigneratitia, vero directa competit ipſi debitori contra creditorem, vt reſtituat debitori rem oppigneratam non deterioratam ſoluto debito, vel alias integre eis
74 ſatisfacto ita vt etiã fructus ex re pignerata percepti in ſortem computentur l. 1. & 2 C. de pign. act. & l. ſolutum 11. & l. ſi rem, 9 §. omnis, ff. de pign. act. & l. quamdiu 6. Co. de diſt. pign. Idem differunt natiuitate, quia pigneratitia nunquam naſcitur, niſi res fuerit actualiter creditori tradita, nec ſufficit ſolus, conſenſus in conſtitutione pignoris abſque traditione
75 rei vnde etiam dicitur pignus recontrahi, hipothecaria vero naſcitur etiam ex ſolo conſenſu. abſque traditione, quando creditor paciſcitur cum debitore, vt, res ſit ei obligata. Statim enim per illam conuentionem, abſque traditione rei, actio hypothecaria creditori acquiritur, qua ad cõſequendam poſſeſſionem rei oppigneratæ agere poteſt. Item hypothecaria eſt realis, vt hic, & l. pignoris, 18. C. de pig. Pigneratitia
76 vero perſonalis, quæ ex contractu pignoris, oritur, & tantum contra perſonam obligatam, creditorem, ſcilicet competitione ſequitur rem ſeu contra tertium poſſeſſorem, datur l. ſi. C. de diſtract. pign. Bart. & alij in d. l. pignoris, & de pluribus alijs differentijs, vide Bartol. in 1. conſtit. ff. incip. tanta, §. quartus, 5. & Paul. de Caſtr. & Doctor. ſuper Rub. ff. & C. de pignor. act. & Neguz. in 1. & 2. memb. 7. parte tract. de pign.
77 III. pro declaratione huius actionis notabitis, quod creditor non poteſt propria [b] authoritate occupare hypothecam, ſed debet præcedere authoritas iudicis, l. pignoris, 11. C. de pign. act. niſi eſſet ſuſpicio de fuga debitoris. Nam hoc caſu debitor propria authoritate capi poteſt, de quo ſupra, in princ. tit. noſtri, ſuper Gl. in verbo, in iudicio, dictum eſt. Vel niſi pactũ eſſet factum, de ingrediendo, occupando, & poſſidendo, pignus propria authoritate. Nam ibi pactum excuſat creditorem occupantem à pęna, l. ſi quis in tantum, 7. C. vnde vi & à pęna edicti D. Marci, de qua in l. extat, 13. ff. quod metus cauſa, vt optime declarat gl. & ibi Doct. in d. l. pig. C. de pign. act. Et poteſt huiuſmodi pactio adijci, vt creditor poſſit pignora vendere, l. ſi. § ſancimus, 1. Co. de iur. do. Imp. de quo pulchrę vide Neguz. in 1. memb. 6. & parte tract. de pign.
78 His ſic præmiſſis; Primò circa hanc actionem principaliter quæritur. Cui hypothecaria detur? Et clarum eſt, eam cõpetere. I. Cuilibet creditori, cui bona ſui debitoris ſunt obligata, ſiue ſit pignus conuentionale, ſiue prætorium, ſiue iudiciale, ſiue legale, vt hic, & l. 2. C. de præto. pign. II. hæred. creditori l. 1. C. ſi vnus ex pluribus hæredit. creditor, &c. III. Legatario, cui res aliena legata eſt, vel legatum in quantitate, genere, vel alienatiue relictum eſt, l. 1 C. communia de legat.
79 & §. noſtra autem ſup. de legat. IV. Pluribus creditoribus in vnam hypothecam iuxta prioritatem, cum priores tempore, habeantur potiores in iure leg. 1. & per totum C. qui potiores in pignoribus hab. V. Ceſſionario, vel emptori pignoris, iuxta tot. tit. ff. & C. de hæred. vel act. vend. VI. Alteri creditori, cui primus creditor, iuxta l. nomen, 4. C. quæ res pign. oblig. poſ. obligauit ſuum nomen debitoris, vel cui pignus pignori dedit, iuxta, l. grege, 13. §. cum pignori, ff. de pig. & tot. tit. C. ſi pig. dat. ſit. Et his duobus caſibus vtilis hypothecaria datur, d. §. cum pignori, & l. 1. C. ſi pign. pig. dat. ſit, & l. ſi. C. de hęr. vel act. vendit.
80 Secundò principaliter quæritur, Contra quem locum habeat? Et I. Competit contra principalem debitorem poſſidẽtem rem obligatam, l. perſecutione, 24. & Authõr hoc ſi debitor, C. de pig. II. Cõtra eius hęredes poſſidentes, l. 2. C. ſi vnus ex plurib. hęr. cred. &c. III. Contra quemcumque extraneum poſſeſſorem rerum obligatarum, quia eſt realis actio, & ſequitur rem obligata, d. l. pignoris. Co. de pign. & l. pignoris, 17. &
81 d. l. grege §. & in ſuperficiarij, ff. pign. Et hoc caſu diligenter ad intellectum totius materiæ aduertendum, contra tertium poſſeſſorem extraneum hypothecaria agi nõ poſſe, niſi prius ſit perſonali actione contra principalem debitorem, vel eius fideiuſſores, ſi qui dati, ſint actum, ità vt contra eos fuerit ſẽtentia, d. Auth. hoc ſi debitor, & ibi Doctor. Et multo fortius requiritur principalem eſſe in moram ſoluendi, ſecundũ Bar. in l. rem alienã, 41. ff de pig. act. per l. debitores, 10. Co. de pig. Item hoc caſu antequam agatur hypothecaria cõtra tertium poſſeſſorem neceſſaria eſt excuſſio bonorum principalis debitoris, & etiam fideiuſſoris, text. eſt in Auth. ſed hodie, C. de oblig. & act. & in d. Auth. hoc ſi debitor. Et ad hanc excuſſionem faciendam, citandi ſunt fideiuſſores, & ſi ſunt certi poſſeſſores, ſpecialis citatio requiritur, nec ſufficit generalis, de quo poſt Ang. in §. item ſi quis in fraudem dictũ eſt. Fallit tamen hæc concluſio, quando notorie conſtat principalẽ debitorem, non eſſe ſoluendo tunc enim excuſſio non eſt neceſſaria de quo Doct. in l. decem, 116. ff. de verb. obl. & in d. §. item
82 ſi quis. Et facit vulgatum dictum quod notorium, licet non ab onere allegandi tamẽ ab onere probandi releuat, vt eſt gl. ſingularis, in Cle. appellanti, 5. de appellat. Et plura de materia excuſſionis, an, & quando in propoſito noſtro ſit neceſſaria vide omnino Ferarien. in for. libelli in act. hypothe. ſuper verbo, exceptionem excuſſionis, & Neguz in primo memb.
83 8. par. Item notandum, quando tertius poſſeſſor hypothecaria conuenitur, poſſe ipſum debitum offerre, & offerendo, ac ſoluendo illam rem obligatam ab ipſo poſſeſſam retinere, & creditorem a vendicatione rei excludere, l. Paulus, 12. §. fin. quibus modis pign. vel hypoth. ſolut. dum tamen offerat integrum debitum, quia particularis ablatio, ſicut nec principali debitori, ita nec extraneo poſſeſſori, prodeſt, l quamdiu, 6 C. de diſt. act. pig. Sed iam quæritur quando iſte poſſeſſor non offert pecunia, ſed alia bona ſua mobilia, vel immobilia, pro ſatisfactione debiti, an hoc ſufficiat ad liberationem rei obligata, vt ea, retinere poſſit Et Ferra. in d. forma libelli in actione hypoth. ſuper verbo ſatisfacere, concludit quod non per l. ſi rem, 9. §. ſi. cum l. ſequ. ff. de pig. act. & in l. item liberatur, 6.
84 §. 1. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſol. Nec obſtat Auth. hoc niſi C. de ſolut. quia illa loquitur, quando actum eſt contra ipſum debitorem principalem, qui ſi nõ habet pecuniam, poteſt offerre de iure Auth. de melioribus ſuis bonis ita vt in creditoris electione ſit accipere, quæ ſibi placuerint, & tenetur debitor ſub iuramento omnia ſua bona conſignare, quo creditor, meliora eligere poſſit, & ita obſeruat generalis practica, Ferra. in d. for. lib. ſub verb. exceptionem ſolutionis Sed hic agitur contra extraneum, rei poſſeſſorem, à quo aliud pro alio creditor recipere non cogitur, l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. & ita
85 notat Cyn. in l. nec creditores, 10 C. de pig. actio. IV. Competit hæc actio etiam contra eum, qui dolo deſijt poſſidere rem pignoratam, adeò vt conuentus non habens facultatem reſtituendi, condemnetur, quanti creditor iurauerit in litem tex. eſt in l. ſi fundus, 16. §. in vendicatione, ff. de pignor. Et hoc eſt verum, quando agitur contra tertium poſſeſſorem. Si vero hypothecaria agitur contra ipſum debitorem, & ſus dolo deſinat, poſſe reſtituere rem pigneratam, tunc creditor non iurat in litem contra eum quanti ſua interſit, ſed ſolum quãtum ſuum eſt creditum, cum vſuris ſibi debiti, text. eſt in d. l. ſi fundus, § ſi pluribu, 9. & in l. ſi inter, 21. §. fin. ff. de pign. vbi. Iuriſconſ. aſſignat rationem differentiæ. Quicquid, enim creditor conſequitur a tertio poſſeſſore, vltra ſuum debitum, tenetur poſtea reſtituere debitori per directam pigneratitiã, ſed iſtud in debitore conuento. ceſſat. Ideo non debet exigi niſi quod debitum eſt, d. l. ſi inter, §. fin. Bart. & Doct. in d. l. ſi fundus, §. ſi pluris.

Tertiò

ADDITIONES.

a *Præter differentias hypothecariæ, ſeu quaſi Seruianæ a Seruiana, & pigneratitia addendi, tã inuis hypothecaria a Saluiano interdicto ex Neguz. tract. de pig. 8. par. prim.*

b *Propria authoritate, quas res, & perſonas capere liceat vide in §. actionum, num. 13. hoc tit.*

86 Tertiò principaliter quæritur. Quęnam requirantur vt hy-
pothecaria competat? Quod ex prædictis facile colligi poteſt,
nam I. Requiritur conſtitutio pignoris, l. ante omnia, 23. ff. de
prob. II. Quod ſit talis res, quæ obligari poſſit, & quæ in ge-
nerali obligatione veniat, de quo ſupra dictum eſt. III. Quod
debitor habuerit poteſtatem ſeu ius oppignerandi rem, de
quo etiam nonnihil dictum eſt. IV. Quando contra tertium
87 poſſeſſorem agitur, neceſſe eſt, prius omnia bona principalis
debitoris excuſſa fuiſſe. Secus quando contra ipſum debito-
rem poſſidentem, hypothecaria inſtituitur. Creditor enim
tunc vrgeri non poteſt, vt omiſſa perſecutione pignoris per-
ſonali actione agat, l. perſecutione, 24. cum Auth. ſeq. Cod. de
pign. V. Quod res poſſideatur à reo, d. l. ſi fundus, §. in vindi-
catione, Eſt enim in rem actio, quæ poſſeſſorem rei ſequitur,
d. l. pignoris, C. de pig.

88 Quartò ſucceſſiuè quæritur, Quænam ab agente hypothe-
caria probanda ſint? Et breuiter ad hoc reſponderi poteſt iux
ta d. l. ante omnia, ff. de probat. Nam I. Probatur ipſa conſti-
tutio pignoris. II. Aliquãdo ſola poſſeſſio, quoties ſcilicet agi-
tur contra ipſum debitorem. Aliquando etiam dominium di-
rectum vtile, vel quaſi, vel ſaltem, quod res obligata, tempore
obligationis fuerit in bonis debitoris, vt ſup. in Seruiana act.
dictum eſt. Omnia enim quæ in Seruiana actione circa pro-
bationem locum habent etiam in hypothecaria actione pro-
cedunt, vt ſupra admonitum eſt. Item excuſſio debitoris prin
cipalis, quando contra tertium poſſeſſorem agitur probanda
eſt, vt inquit, Bart. in d. l. rem alienatam, ff. de pign. act.

89 Quintò principaliter quæritur. Ad quid illa actio compe-
tat? Et breuibus eriam reſpõderi poteſt cum ſit realis actio. d.
l. pignoris, eam dari ad rem pignori obligatam, ſiue ſit in ſpe-
cie, ſiue generali obligatione hypothecata, ſiue expreſſe, ſiue
tacite à lege in ea ius pignoris ſit inductum. Vnde etiam lega
tarius, cui aliquid, in genere, quãtitate, aut alternatiue relictũ
eſt, hypothecaria ad res teſtatoris, quę ei tacitæ obligatæ ſunt
experiri poteſt, & res, retinere, donec, ei legatum ſoluatur, d.
l. 1. C. communia de le. Nec enim hæc ad hoc datur, vt agens
dominium, rei pigneratæ conſequatur, d. l. ſi fundus, § credi-
tor, ff. de pign. ſed tantum ad euacandam nudam poſſeſſionẽ
à poſſidente rem oppigneratam, vt venditor eam teneat & poſ-
ſideat loco pignoris tantum donec ei de debito integre fuerit
ſatisfactum, l. ſi cum venditor, 62. in princ. ff. de euict. Et quan-
do creditor habuit poſſeſſionem rei, & ab ea poſtea exciditſi-
ue ſit pignus, conuentionale, ſiue prætorium ad recuperan-
dam eius poſſeſſionem, hypothecaria conceditur, l. 2. C. de
prætorio pignore. Sequitur nunc forma libelli quando hypo-
thecaria contra ipſum debitorem agitur.

Forma libelli.

90 Præmiſſis præmittendis. Coram vobis Domino Iudice
& Scabinis comparet. N. proponendo, quod licet hypothe-
cariæ actiones, ex diſpoſitione iurium, ad mutuam vtilitatem
& ſecuritatem creditorum, & debitorum introductæ atque
conceſſę ſint: & actor reo petenti 200. florenos, ad commo-
dum negotiationis ſuæ amicę pię manibus dederit, & hic pro
maiori ſecuritate, pecuniæ mutuo acceptæ, vineam iacentem
inter N. & N. quam tunc temporis detinuit, atque poſſedit,
& adhuc detinet, & poſſidet, creditori hypothecaria, eiq; ſti-
pulata manu promiſerit, ſe dictos 200. florenos nũdinis Lip-
ſenſibus preteriti ſoluturum, tamen ijs non attentis, nulla ſo-
lutio hucuſque ſubſecuta, vel facta reo ſit. Quare actor petit
veſtra iudiciali ſententia declarari ac pronunciari dictam vi-
neam vigore, & iure conuentionalis hypothecæ, ad actorem
ſpectare, reumque, teneri ad eius traditionem, & poſſeſſionis
dimiſſionem, donec actori totaliter, ac integre mutuo dati
200. floreni ſoluti, ac numerati cum damnis intereſſe, & ex-
penſis fuerint.

DIFFERENTIA, ET COLLATIO pignoris, & hypothecæ.

Expeditis prioribus duabus partibus, §. noſtri reſtat nunc
tertia, quæ incipit. Inter pignus, ex qua duo potiſſimum no-
tanda ſunt. Primo, in quibus differant pignus, & hypotheca.
Secundo, in quibus conueniant.

91 Quod ad primum attinet, ſciendum poſt tex. & gloſ. hic, in
ver. maxime, duo copulatiuè requiri ad hoc vt propriè dica-
tur pignus. Primo, quod conſtituatur in re mobili. Secundo,
quod ſimul res creditori tradatur. Dicitur enim à pugno quia
res, quæ pignori, dantur manu traduntur, vt hic, & leg. plebs,
238. §. pignus, ff. de verb. ſignif. Hypotheca vero propriè con-
ſtituitur in re immobili, quæ creditori non traditur, & etiam
in re mobili, creditore non tradita, ita vt proprie ratione tra-
ditionis pignus, & hypotheca differant. Quando enim res
obligatur creditori ſola conuentione, abſque traditione rei
tunc hypotheca dicitur, l. ſi rem alienã, 9. §. propriè, ff. de pign.
act. Vnde ſi accipio à te. 100. mutuo, & obligo tibi calicem
argenteum, ac ſimul tibi eum, trado vt, eum retineas, donec
debitum, ſoluam proprie pignus, dicitur. Si vero illum cali-
cem ſimpliciter nuda conuentione oppignero, nec trado tibi
dicitur hypotheca. Sed hęc frequentius in rebus immobilibus
conſtituitur, ita vt debitor fundum alteri obliget, & nihilomi-
nus ipſe poſſideat fundum, & fructus inde percipiat. Si vero
fundus creditori traditus fuerit, dicitur pignus, ſed non ita
proprie, & fructus inde percipi à creditore computantur, in
ſortem, l. 1. & 2. Cod. de pign. quod notandum eſt, ſecundum
92 Paul. de Caſt. ibi, contra vſurarios, qui volentes lucrari fru-
ctus nolunt confici inſtrumentum mutui, & pignoris, ſed em-
ptionis, quia emptor licet venditori faciat pactum de retro-
uendendo, facit tamen interim fructus perceptos ſuos, leg. 1.
cum ibi nota C. de pact. inter empt. &c. Sed probata fraude
eis hoc non prodeſt. vt inquit Paul. de Caſtr. add. text. in leg. 1.
Co. de diſt. pig. & in cap. conqueſtus, 8. ext. de vſuris, cui ad-
de ca. quaquam, 2. in fin. de vſufr. in 6. vbi dicitur vſurarium
nec teſtamentum facere poſſe, de quo Angel. in § fi. ſup. qui-
bus non eſt permit. fac. teſt. Et ſic iſta differentia inter pignus,
& hypothecam, dicitur potius nominis, quam rei l. res hypo-
thecę, 5. §. inter pignus, ff. de pignor. Quantum enim ad hy-
a pothecariam actionem attinet, nulla eſt a differentia, cum
ad conſtituendum ius in re debitoris, vt hypothecaria com-
petat, ſufficiat ſola conuentio. Quando enim tibi obligo rem
mobilem, vel immobilem, datur tibi creditori hypothecaria
pro poſſeſſione eius rei adipiſcendæ, text. eſt hic, quem gl. no-
93 ſtra limitat non procedere, quoad præſcriptionem in hac a-
ctione. Creditori enim poſſidenti pignus, non currit præſcri-
ptio in hypothecaria, nec enim ei aliquid imputari poteſt,
quod non egerit hypothecaria, cum iam poſſideat. Sed quan-
94 do non poſſideat, ita vt ſit proprie hypotheca, tunc actioni
hypothecariæ, diuerſis modis præſcribitur, ſecundum gl. hic
& gl. in l. cum notiſſimi, 7. in verb ſpatijs, C. de præſcript. tri-
ginta, vel quadraginta annorum. Quando enim tertius poſ-
ſeſſor tenet pignus cum titulo, tunc actio hypothecariæ prę-
ſcribitur decem annis præſentes, inter abſentes vero viginti
annis, l. prima, & ſecunda, Cod. ſi aduerſus creditor, & r. ſed
quando tertius poſſidet ſine titulo, tunc præſcribitur actioni
triginta annis, dicta l. cum notiſſimi in princip. Quando vero
debitor poſſidet, vel eius hęres, requiruntur 40. anni text. eſt
in d. l. cum notiſſimi, quamobrem.
95 Eſt & alius caſus, in quo inuenitur differentia inter pignus
& hypotheca, reſpectu hypothecarię actionis. Quando enim
ſimplex hypotheca eſt contracta ſine traditione, regulariter
creditor non poteſt agere contra extraneum poſſeſſorem,
non facta prius excuſſione contra debitorem principalem.
Auth. hoc ſi debitor, C. de pignor. & d. Authentica, ſed hodie
Cod. de obligat. & act. Sed quando pignus creditori fuit tra-
ditum, & ipſe poſtea cadit à poſſeſſione in ſua culpa, vel caſu
fortuito, poteſt agere contra poſſeſſorem tertium non excuſ-
ſo altero principali debitore, de quo vide Neguz. in 2. part.
tract. de pign. num. 7. quod pro limitatione Auth. hoc ſi debi-
tor, notabitis.

§. In

ADDITIO.

a *Niſi certis caſibus. Et primo quidem in præſcriptione. Nam*
aduerſus creditorem pignus tenentem non præſcribitur pigno-
ratitia, aduerſus eundem hypothecam habentem hypothecaria
præſcribi poteſt varie, l. prima, C. ſi aduerſ. credit. l. cum notiſ-
ſimi, C. de præſcr. triginta annorum, l. 1. §. 1. C. de annali except.
Secundo pignus ab hypotheca diſtinguitur in eo, quod lege, vel
ſtatuto iuſſus idoneus cauere, lege aut ſtatuto non ſatisfacit, niſi
pignus det, neque liberatur nuda aut ſimplici bonorum hypo-
theca l. ſi mandato Titij in fine ff. mandati, l. ſi rem alienam,
§. proprie, ff. de pign. act. Tertio creditor hypothecarius non po-
teſt hypothecaria experiri aduerſus tertium poſſeſſorem, niſi
diſcuſſio reo principali. Auth. hoc ſi debitor. Cod. de pign. Pi-
gnoratitius vero creditor, ſi culpa ſua, vel caſu pignus poſſi-
dere deſierit, poterit aduerſus poſſeſſorem pignoris experiri e-
tiamſi reum principalem, non conuenerit, Ful. & Alex. in l.
ſæpe, ff. de re iud.

§. In Perſonam.

1 *Continuatio.*
2 *In locum repetitię actionis, quę olim fuit, hodie ſucceſſit actio de conſtituta pecunia.*
3 *Differentia quę olim obſeruata fuerit inter actionem receptitiam & actionem de conſtituta pecunia.*
4 *Receptitia vnde ſic dicta.*
5 *Lex correcta non debet allegari niſi in ſimili ratione.*
6 *Quo ad originem conſtituti, tria tempora conſideranda ſunt.*
7 *Ex pacto nudo non datur actio.*
8 *Contractus conſtituti, eſt fortior nudo pacto, & fragilior ſtipulatione.*
9 *Actio de conſtituta pecunia quid.*
10 *Actio de conſtituta pecunia eſt proprium nomen actionis.*
11 *Quaſit vis verbi conſtituere in iure.*
12 *Quę requirantur vt locū habeat actio de conſtituta pecunia.*
13 *Actio de conſtituta pecunia, & ex ſtipulatu actio ſimul proponi non poſſunt.*
14 *Conſtitutum in multis caſibus fieri poteſt.*
15 *Vt actio de conſtituta pecunia locum habeat, requiritur nudum pactum.*
16 *Ratio quare in conſtituto nudum pactum actionem producat.*
17 *Ex pacto nudo geminato oritur actio.*
18 *Geminata confeſſio extraiudicialis praiudicat.*
19 *Geminata cautio tollit beneficium Velleiani.*
20 *Fideiuſſor non obligatur propter nudum pactum, ſed propter ſtipulationem.*
21 *Debitum triplex eſt, & quid, quodque ſit.*
22 *Quę ſit vtilitas cōſtituti eo caſu, quo actio ordinaria cōpetit.*
23 *Hares conſtituens ſe ſoluturum legatum ex imperfecto ſacto teſtamēto relictū, conueniri pōt actione de cōſtituta pecunia.*
24 *Debitum ciuile conſtitui non poteſt, & quare.*
25 *Debitum ciuile duplex.*
26 *Ratio diuerſitatis, quare debito ciuili inefficaci fideiuſſor accedere poſſit, & conſtitutum ſuper eo fieri non poſſit.*
27 *Debitum in diem, conditionale quoque conſtitui poteſt.*
28 *Debitum alienum conſtitui poteſt.*
29 *An conſtituens ſe ſoluturum pro alio habeat exceptionem ordinis, ſeu excuſſiones.*
30 *An conſtituens pro alio ſi ſoluit, poſſit repetere à principali quod ſoluit.*
31 *Omnia quę locum habent in fideiuſſore, procedere etiam in conſtituente.*
32 *Quando quis conſtituit ſe ſoluturum omne id, quod conſtituerit olim deberi, tunc is cui promittitur, debet in vita debitoris, debitum probare.*
33 *An ſcienter conſtituens ſe ſoluturum indebitum videatur donare.*
34 *Cui detur actio de conſtituta pecunia.*
35 *Contra quem detur actio de conſtituta pecunia.*
36 *Fœminę pro ſe, & pro alijs conſtituere poſſunt.*
37 *Quę perſonę prǽterea non poſſint conſtituere.*
38 *Lex generaliter loquens, recipit reſtitutionem de habilitate.*
39 *Statutum dicens, quod qualibet probatio ſufficit, loquitur de ſolenni & legitima.*
40 *Verbum generale prolatum à lege, intelligendum eſt ſecundum diſpoſitionem iuris alibi poſitam.*
41 *Illi tantum actione de conſtituta pecunia conueniri poſſunt, qui per nudum pactum ſoluere conſtituerunt.*
42 *Per quę verba conſtitutum fiat.*
43 *Conſtituens Titium pro ſe fideiuſſurum, intelligitur promiſiſſe, ſecuraturum & effecturum, vt Titius fideiubeat.*
44 *Promittens alienum factum, promittit ſecuraturum vt fiat.*
45 *Quę res in conſtitutum veniant.*
46 *Appellatione pecunię omnes res veniunt.*
47 *Nomen pecunię tripliciter accipitur.*
48 *Nummus eſt fideiuſſor futurę neceſſitatis.*
49 *Caſus in quibus ex nudo pacto oritur actio, remiſſiue.*
50 *Etiam in pura obligatione debitori aliquod tempus ad ſolutionem condemnatum eſt.*
51 *Condemnati in actione perſonali habent quatuor menſes ad ſoluendum iudicatum, de iure Saxon. 14. dies.*
52 *Forma libelli in actione de conſtituta pecunia.*

1 SVpra in princip. §. ſed iſtę, prǽmiſſum, eſt actiones prętorias alias eſſe reales, alias perſonales, & alias pœnales. Et quia hactenus de quibuſdam prǽtorijs realibus dictum eſt, commodo ordine Imperator de prętorijs perſonalibus nunc tradit, quarum tres hic refert, & vſque ad §. pęnales, declarat, actionem ſcilicet de conſtituta pecunia, & actionem de peculio, & eam, quę ex iuramento prǽſtito oritur. Et quod ad priorem actionem attinet, Imperator hic prǽmittit quod
2 ſublata receptitia actione, hodie actio de conſtituta pecunia ſola locum habeat. Erat enim olim inter has duas actiones
3 differentia, ita vt in receptitia actione venirent omnes res fungibiles, quę ſcilicet in numero, pondere, & menſura cōſiſtunt, ac propter omnimodam ſimilitudinem recipiunt functionem in genere ſuo; item res non fungibiles, vt certa corpora, ſeu ſpecies, quę propter diſſimilitudinem non recipiūt functionem in genere ſuo. Et dicta eſt receptitia, ſecundum
4 Zaſ. hic, ab eleganti loquendi figura, qua dicimus, recipi id eſt promiſi hoc me facturum, ita vt quicquid promittebatur deliberatius, citra tamen ſtipulationem, hoc veniret in actionē receptitiam, id eſt, promiſſoriam. Actio vero de conſtituta pecunia ſolum in rebus fungibilibus olim locum habebat & in quibuſdam caſibus erat annalis. Sed hodie receptitia receſſit ab vſu, & quicquid in ea plus erat, quam in actione de conſtituta pecunia, hoc totum transfuſum in actionem de conſtituta pecunia, ita vt hodie etiam ſit perpetua, ſicut cęterę perſonales actiones, & in ea tam res fungibiles, quam non fungibiles veniant, vt eſt tex. hic, & in leg. receptitia, 2. C. de
5 conſtituta pecunia. Ex quib. notat hic Ang. quod ſicut actio cui vires ademptę ſunt, legibus non eſt inferenda: ita nec lex correcta alleganda eſt, & eam allegans incidit in crimen falſi, l. fin. iuncta gl. ff. ad l. Cornel. de falſis, & l. 1. §. hunc igitur, C. de Inſtin. C. confir. Idem eſt in ſtatutis correctis, ſecundū Bart. in l. omnes populus, 9. ff. de iuſt. & iur. Hoc tamen limitatur non procedere. I. Quando legis correctio ſimul allegatur. II. Quando allegatur lex correcta in ſimili ratione, quando enim leges correctę remanent in corpore iuris, tunc licitum eſt argumentari ab earum ratione vt eſt gloſ. in c. nouit, 13. in verbo quicunque, extra iudicijs. Et de hoc vide remiſſiue Iaſ. hic, num. 20.

a DE ACTIONE a DE CONSTITVTA pecunia.

De hac actione eſt tit. in ff. & C. de conſtit. pecun. & Bal. ſupr. Rubr. C. eodem dicitur hanc conuentionem inter mercatores eſſe frequentiſſimam, qui magis conſtituunt ſe ſoluturos pro ſeipſis, vel pro alijs, quam aliquod aliud genus ho-
6 minum. Et priuſquam ad eius declarationem perueniamus prǽmittendum eſt poſt Iaſ. & Zaſium hic, in princip. de origine conſtituti. Circa quod tria tempora conſideranda ſunt. I. Eſt tempus iuris gentium, antequam enim leges Romanę conderentur, de iure gentium quodlibet pactum, & quęlibet conuentio, quantumcunque ſimplicibus & nudis verbis facta, ſi modo de conſenſu conſtabat, firma & ſufficiens erat, ad perfectam & efficacem obligationem inducendam, tanti fuit ſua cuique fides, vt Halicarnaſſeus (quem refert Zaſius hic) ſcribat, propterea eſſe conſtructum templum Fidei. Nihil enim magis fidei humanę congruit, quam ea quę placuerunt cuſtodire, leg. 1. ff. de pactis, vbi Bald. refert, ab Ariſtot. ſæpe admonitum eſſe Alexandrum, vt pacta ſeruaret, alioquin malum finem eum ſecuturum. Hinc Iuriſc. in leg. 1. ff. de conſtit. pec. inquit, graue eſſe fidem fallere. Creſcente autem hominum perfidia, cum facile promitteretur, nihil autem vel modicum prętaretur, ſuperuenit II. Ius ciuile, ſcilicet Romanorum, quo nos vtimur, quod noluit, cęteris paribus, quempiam ex ſola nuda conuentione obligari. Itaque introduxit, vltra reliquos contractus, ſtipulationem, vt nemo ex promiſſione regulariter teneretur, niſi per ſtipulationem promiſiſſet, vt ita deliberatus promitteretur, & melius prǽſtaretur. Eſt enim hic contractus omnium firmiſſimus, propter triplex vinculum, quod habet, cōſenſum ſcilicet partium deliberatum: item ſolemnitatem verborum, & prǽſentiam contrahentium, vt eſt textus & ibi notatur ſupra in
7 prin. de verb. obli. & in l. 1. ff. de verb. obl. Hinc proditum eſt, quod de iure ciu. ex nudo pacto regulariter non datur actio. leg. iuris gentium, 7. §. ſed cum nulla, ff. de pact. Et hoc fuit ſecundum tempus variatę ſubinde obligationis. III. Fuit iuris
8 prǽtorij. Prǽtor enim fautor naturalis ęquitatis, qui ſemper ob oculos ęquitatem habere dicitur, leg. quod ſi Epheſi, 13. ff. de eo, quod certo loco, videns aliquanto ſtrictius egiſſe ius ciuile, inuenit hunc contractum conſtituti, qui erat aliquāto

a for-

ADDITIO.

a *Quę & conſtitutoria dicitur, l. nec. n. ff. de conſtituta pecunia.*

a * fortior, quam nudum pactum, & aliquanto fragilior *b* ſti-
b pulatione. Et tamen non erat aliud, quam nudum pactum, l.
1. cum ibi notatus, ff. eod. ita vt debitor per nudum pactum
c conſtituens ſe ſoluturum præcedens qualecumque *c* debi-
tum ex tali pacto nudo efficaciter obligetur, & actione de
conſtituta pecunia conueniri poſſit, vt hic, & in ſequentibus
latius declarabitur.

9 Præmiſſa ſic origine cõſtituti videndum eſt, quid ſit actio
de conſtituta pecunia. Eſt autem actio prætoria perſonalis
qua agimus contra eum, qui per nudum pactum cõſtituit ſe
ſoluturum id, quod prius ipſe, vel alius quidam ex nudo pa-
cto, vel quacunque cauſa debebat, vt hic, & leg. 1. cum ibi no
rat. Cod. eo. Eſtque de conſtituta, pecunia proprium nomen
10 actionis, ſecundum gloſ. hic in verbo, de conſtituta, per text.
11 in l. 1. & 2. Cod. eo. Et vis verbi Conſtituere, ſecundum Zaſ.
hic in princ. magna eſt in iure, qui enim conſtituit ſe poſſide-
re pro alio, perinde facit alium poſſidere, ac ſi tradidiſſet rē.
Vt cum vendo tibi fundum, & conſtituo me poſſidere no-
mine tuo, iam tu es poſſeſſio, & ipſe tranſtuli in te poſſeſſio-
nem, l. quod meo, 18. in princ. ff. de acq. poſſ. Sic in propoſito
noſtro, eſt tanta efficacia, vt qui conſtituit ſe ſoluturum id,
quod debet alius naturaliter tantum, tam vinculū firmitatis
appoſuerit, vt ex conſtituto actio locum habeat. Exēpli gra-
tia: Pone per nudum pactum promiſi tibi decem, certum
eſt, de iure ciuili tibi non competere actione contra me, ad
illa decem, d. l. iuria gentium, §. ſed cum nulla, ff. de pactis. Si
poſtea ex interuallo iterum per nudum pactum tibi eadem
decem promittat, & conſtituam me ſoluturum. actionem
de conſtituta pecunia contra me experiri poteris vt ſoluam.
Idem eſt ſi alius debeat tibi decem ex nudo pacto, & ego ſi-
militer per nudum pactum conſtituam me ſoluturum id,
quod alius tibi naturaliter tantum debeat, vel etiam natura-
liter & ciuiliter ſimul. Exempli gratia. Pone, debeo tibi 100.
ex cauſa metu, ibi eſt naturale, & ciuile debitum, quod etiam
legitimam actionem condictione enim ſcilicet certi ſpecia-
lis ex mutuo producit, in princip. ſupra quibus mod. re con-
hen. oblig. Si poſtea per nudum pactum conſtituam me cer-
to die illa 100. ſoluturum competit tibi etiam de conſtituta
pecunia actio. Cuius autem vtilitatis iſto caſo ſit illa actio,
cum ordinaria actio ex celebrato contractu alias locum ha-
beat, infra declarabitur.

12 Pro declaratione igitur huius actionis. Primo principali-
ter quæritur, quæ requirantur, vt iſta actio locum habeat?
d Primo *d* exigitur ſecundum Imperatorem, iuncta gloſ. hic,
in verbo nulla, in princip. & gloſ. in verb. iure ciuili, vt illud
conſtitutum fiat nudo pacto, alias ſi per ſtipulationem fie-
ret, non actio hæc prætoria, ſed ciuilis locum habet, ex ſtipu-
latu ſcilicet, quando incertum in ſtipulationem eſt deductū
aut condictio certi, quando certum ex ſtipulatione debetur,
vt hic, iuncto princip. ſupr. de verbor. oblig. & leg. ſi quis cer-
tum, 24. ff. ſi cert. pet. Quare ſi interrogationem præcedentē
ſequatur reſponſio in continenti, veluti ſi dicam, Conſtituis
re ſoluturum hanc pecuniam? Et tu reſponderes, Conſtituo,
ſecundum veram & communem concluſionem DD. con-
13 tractus ſtipulationis, non conſtituti, initus dicitur. Neq; hoc
caſu iſta duo remedia, vnum ciuile, & alterum prætorium
concurrere poſſunt, videlicet, vt quis habeat actionem ex ſti-
pulatu, & de conſtituta pecunia, vt improbata opinione Ia-
cob. But. DD. hic vno ore concludunt, per text. noſtrum hic.
Nec obſtat ipſius ratio, quod inde ſequatur abſurdum, alia
in paucis caſibus, & ratio hanc actionem de conſtituta pecu-
nia locum habiturum: quia communiter homines vtuntur
interrogatione, & reſponſione, & raro contingit, vt quis ad
conſtitutum, ſeu promiſſionem deſcendat, niſi prius interro-
14 getur. Nam D. Iaſ. num. 24. reſpondet, quod imo in mul-
tis caſibus locum habeat, vel quando quis ſine interrogatio-
ne nudo pacto conſtituit ſe ſolutum, vel quando ante factā
interrogationē quis promittit, vel quando interrogatio præ-
cedit, & ex longo interuallo ſequitur reſponſio. Quibus caſi-
bus tunc non ſtipulatio, ſed conſtitutum nudo pacto fieri di-
citur. Item quando conſtitutum ſit abſenti per nuncium, vel
epiſtolam, l. qui autem, 14. §. fin. ff. eod. Quo & ipſo caſu con-
ſtat non eſſe ſtipulationem contractā cum illa inter abſentes
per epiſtolam aut nuncium fieri non poſſit, §. item verbo-
rum, 11. ſupr. de inutilibus ſtipulat. de quo latius vide hic Iaſ.
15 num. 24. Et ſic conſtat per text. noſtrum, ad hoc, vt actio no-
e ſtra locum habeat, requiri nudum *e* pactum. Sed contra hoc
opponitur per gloſ. & DD hic, ſupr. verb. nulla, quod de iure
ciuili ex nudo pacto non datur actio. d. leg. iuria gentium, §.
ſed cum nulla, ff. de pact. ita vt Plat. hic, num. 9. ſubiiciat. Di-
cere nudum pactum parere actionem, eſt idem, ac ſi quis di-
ceret, ſterilem, vel virginem parere. Vnde glo. hic dicit eſſe a
ſpeciale in hoc contractu conſtituti. Sed reprobata eius ra-
16 tione, DD. aliam rationem ſpecialitatis aſſignant, videlicet,
quod illud nudum pactum recipit primo fomentum ſuum
ex præcedenti debito. Nam ad hoc, vt illa actio competat, ne-
ceſſe eſt præcedere debitum, de quo ſtatim dicetur. Et ideo
illud nudum pactum per ſe quidem non pareret actionem,
ſed cadens ſuper præcedenti debito, calefit, ita, vt ex illa ge-
minatione promiſſionis fiat efficax quaſi tunc magis appa-
reat de deliberata voluntate promittentis, quam ſi vnica tā-
17 tū promiſſio interueniſſet. Et ſuccedit vulg. theorica, quod
f ex pacto nudo *f* geminato ſuper eadem re, etiam ex interual-
18 lo interpoſito, oritur actio de iure ciuili, ſicut geminata g
g confeſſio extraiudicialis præiudicat, quæ alias non præiudi-
19 caret, ſecundum Bart. in l. cum ſcimus, 12. C. de agric. & cēſ.
li. 10. Et geminata cautio tollit beneficium Velleiani, l. ſi mu-
lier, 16. C. ad S. C. Velleian. Et facit vulga illud dictum: [Duo
vincula fortius ligant.] in Nouel. 84. de conſanguinitate, &
vterinis fratribus in princ. Et quia hæc ratio non habet lo-
20 cum, quando tertius conſtituit ſe ſoluturum quod alius de-
bet, nec etiam fideiuſſor per nudum pactum promittēs obli-
gatur, ſed ſolum per ſtipulationem, iuxta l. blanditus, 12. Cod.
de fideiuſſ. ideo poſt Iaſ. hic dicendum eſt, in caſu noſtro nu-
dum pactum ſecundo loco habere fomentum a l. prætoria, l.
1. ff. eod. ac proinde non mirum quod tunc pariat actionem,
iuxta l. legitima 6. cum ibi nota. ff. de pact. de quo latius poſt
alios vide hic Iaſ. num. 52. cum aliquot præced. Secundo re-
quiritur ſecundo gl. in verb conſtituerint, vt præcedat debi-
tum, nec aliquid conſtitui poteſt, niſi prius ſit debitum, l. 2. in
21 princ. verſ. ſed & hæredibus, ibi, pro iam debito, C. eod. Sed
quia debitum eſt triplex, naturale, & ciuile ſimul, item natu-
rale tantum, & ciuile tantum, ſecundum glo. hic, ordine vi-
debimus quod debitum conſtituatur.

h Et primo debitum *h* naturale, & ciuile ſimul dicitur. quod
ex omni perfecta, & iuſta obligatione, quæ legitima eſt, con-
ſenſu, & lege firma debetur. Et dicitur naturale propter con-
ſenſum, ex quo naturalis obligatio oritur, & ciuile propter au-
thoritatem, ſeu approbationē legis ciuilis, ex qua ciuilis obli-
gatio oritur, vt notatur in l. cum quis, 10. Co. de iuris & facti
ignorantia. Et de hoc debito non eſt dubium, quin poſſit cō-
ſtitui, dict. leg. 1. §. debitum, ff. eodem etiam a tertio antea nō
obligato, qui conſtituit ſe ſoluturum id, quod alius debet, &
tunc non ſolum vtilis eſt hæc actio, ſed etiam neceſſaria, cū
alias contra tertium tanquam perſonam non obligatam, nul-
la actio alia competat, leg. eum qui 5. a. quod exigimus, ff. eo.
& Iaſ. hic num. 45. in fine. Item non eſt dubium, quin tale de-
bitum ab ipſo debitore principali conſtitui poſſit, vt hic, &
d. l. 1. §. debitum, ff. eod. Sed dubitatur & quæritur. Ad quid
22 hoc caſu proſit conſtitutū, cum alias ordinaria actio ex con-
tractu præcedenti competat? Exempli gratia: Pone, debes mi
hi 100. ex mutuo, quæ fateris, & poſtea conſtituis te ſolutu-
rum, ad quid proſit hoc conſtitutum, cum ſufficiat principa-
le debitum? Et in effectu Ang. hic, numer. 37. in fin. Iaſ. 45. &
Zaſ. verſ. quæras hic, & fortaſſe dubitabis concludunt, hoc
caſu quando quis conſtituit ſe ſoluturum id, quod debet ex
contractu, & ſic ex diſpoſitione hominis, (non legis) iſtam a
actionem non eſſe neceſſariam, & nullius aut modicæ vti-
litatis,

ADDITIONES.

a *Conſtitutum fortius eſt nudo pacto quod conſtituto id promitta-
tur quod antea debitum fuit pactum vero nudum intelligatur,
quod ſit de re nunquam debita.*

b *Conſtitutum fragilius ſtipulatione, quia nudo conſenſu fit ſine
verbis.*

c *Alio die, puta, vel loco quam quo debeatur.*

d *Conſtitutoria actione cum iis agitur, qui pro ſe, vel pro alio
ſoluturos ſe conſtituerint, nulla ſtipulatione interpoſita. Nam
ſtipulanti promiſerint, iure ciuili tenentur.*

e *Conſtitutum nudo pacto fieri debet. Nam ſi interpoſita ſtipu-
latione fit, non hæc prætoria, ſed ciuilis ex ſtipulatu locum ha-
bebit.*

f *Conſtitutoria actio firmior eſt nudo pacto propter geminatam
vim, quæ conſtituto ineſt ſit enim, & perficitur conſtitutum
duobus pactis.*

g *Geminatam vim maiorem habent, quàm ſimplicia. Doctores
in l. baliſta, ff. ad S. C. Trebellianum.*

h *Conſtitutoria actio vt detur, neceſſe eſt debitum aliquod con-
ſtitui ex priore obligatione, ſiue debitum illud fuerit naturale
ſimul & ciuile, ſiue ciuile tantum.*

ſtatis,niſi quod creditori alia aduoluitur actio,& conſultum eſt alia plura habere remedia. Et tamen etiam vtilis hæc conſtituitur actio, quando principali debito accedit qualitas cōmodi,vt locus,tempus,&c. vti commodiori loco, item commodiori tempore ſoluatur, l.3.§.ſi cum duabus leg. ſeq.ff.eo. Item qualitas monetæ,vt quia debes 10. florenos in moneta, & conſtituis te ſoluturum in auro. Item debes decem corbes frumenti,& conſtituis te ſoluturum pecuniam,l.1.§.an poteſt,ff.eod. Tales qualitates adiectæ,etiam hoc caſu actionem noſtram vtilem reddunt, vt declarat hic Zaſ. qui inquit hoc eſſe quod dicit Bal.ſup.Rub. Co.eod conſtitutum inter mercatores eſſe frequentiſſimum.

Secundo debitum naturale tantum dicitur, quod ex naturali tantum obligatione debetur propter conſenſum, ſed lex ei non aſſiſtit, nec ſuffragatur, ſed relinquit illud infirmum, & fragile, vt eſt in debito ex nudo pacto, quod alias actionē non producit,l iuris gentium,7.§.ſed cum nulla.Item in obligatione inter patrem & filium.Item inter fratres conſtitutos in patria poteſtate, l.frater a fratre, 38.ff.de cond.ind. Et tale
23 debitum naturale conſtitui poteſt, d.l.1.§ fin.ff.eod. Exempli gratia: Pone, Titius condidit teſtamentum imperfectum, in quo non ſunt adhibitæ ſolemnitates requiſitæ, de quibus in l. hac conſultiſſima, 21 C.de teſt. & in hoc legatur mihi calicē argenteum, & ibi equum, illa legata debentur quidem naturaliter,propter voluntatem teſtatoris, vt eſt gl.magna, in l.1. ff.de cond.indeb ſed non ciuiliter, quia lex ciuilis propter ſolemnitates omiſſas non aſſiſtit huic teſtamento, quod proinde non valet.l.ſi vnus,12.C.de teſt. adeo vt etiam Imperatori ex teſtamento imperfecto nihil debeatur,ex imperfecto,3. C. de teſt. Hoc igitur caſu non poſſum petere calicem legatum, cum obligatio naturalis non producat actionem. Iam hæres ab inteſtato ſuccedens per nudum pactum conſtituat ſe ſoluturum illud legatum, per illud conſtitutum accedit robur huic debili legato,naturaliter tantum debito, ita vt à me per actionem de conſtituta pecunia efficaciter peti poſſit. Et hoc caſu eſt maximè vtilitatis, & neceſſaria hæc actio ſecundum DD. hic.
a Tertio, debitum ciuile a tantum eſt, quod ex diſpoſitione legis ciuilis debetur,non naturaliter, propter defectum conſenſus, vt eſt in chirographo mutuæ pecuniæ, ante biennium antequam pecunia ſit numerata, de quo eſt tit.ſupr.de litera oblig. Qui enim ſpe futuræ numerationis confitetur inſtrumento ſe recepiſſe pecuniam,quam nondum receperat,obligatur ex literis ciuiliter,non autem naturaliter,quia nihil re-
24 cepit, nec voluit ſe obligare, niſi pecunia numeraretur. Et hoc debitum ciuile conſtitui non poteſt, quia eſt indebitum, l.3.§.ſi quis autem,ff eo. Sed circa hoc dubitatur,quare ciuile debitum non poſſit conſtitui, cū tamen fideiuſſor ciuili obligationi tantum accedere poſſit, §.1.ſup. de fideiuſs. & l.fideiuſſor obligari, 16.§.fideiuſſor, ff.de fideiuſ. Et variæ à varijs ad hoc dantur reſponſiones. Io.Fab.hic in effectu vult nullā eſſe differentiam inter conſtitutum, & fideiuſſionem, diſtin-
25 guendo inter debitum ciuile. Nam aliud debitum ciuile dicit eſſe efficax, quoad etiam effectum exactionis habet, vt in debito ex ſententia condemnatoria:nam illud ſecundū communiter DD. in l.Iulianus, verum debitorem, 60.ff.de cond. indeb. dicitur ciuile debitum, & huic ſine dubio poteſt accedere fideiuſſor, l.4.§.ſi ex conuentione, 4.ff.de re iud. Et tale debitum etiam conſtitui poſſe affirmat hic Fab. Aliud vero dicit eſſe debitum ciuile inefficax, quod licet producat actionem,non tamen habet exactionem, vt in litterarum obligatione,ante biennium,obſtat enim exceptio non numeratæ pecuniæ. Et tale debitum non conſtitui cenſet, ſicut nec fideiuſſor ei efficaciter accidere poteſt, quia habet eandem exceptionem, quam habet ipſe principalis, adeò vt in effectu non teneatur,vt eſt Gloſ.in d.§.1.ſup.verbo,Ciuilis,ſup.de fideiuſ. & in d.l fideiuſ. §.fideiuſſor. Et hanc ſententiam tenet etiam
26 Bald.in l.penult. Co.non num.pecun.& Bar. in l.1.ff.de fideiuſſoribus.eam approbat, quo ad fideiuſſorem: aliam tamen dat intellectum ad d.l.3.§.ſi quis autem,multum anticum literæ,ſecundum Iaſ.hic,num.41.& in effectu hanc rationem diuerſitatis aſſignare videtur,quod fideiuſſio,cum ſolum per ſtipulationem contrahatur,dict.l.Blanditus,ſit contractus iuris ciuilis,quia ſtipulatio à iure ciuili eſt inuenta, vt eſt glo.in d.l.hoc iure,ſupr. verbo.Penè,ff.de iuſtit.& iure. Non mirum igitur,quod etiam obligationi ciuili inefficaci fideiuſſor accedere poſſit, & ipſo iure teneatur, licet habeat exceptionem, vt dictum eſt.Conſtitutum vero ex edicto.Prætoris eſt introductum,& Prætor tāquam fautor naturalis æquitatis habuit reſpectum ad naturalem illam obligationem,quæ ex conſenſu oritur,adeoque requirit debitum naturale, quod Iuriſcōſ. in d.l.3. §.ſi vis autem, prætorium videtur appellare, propterea quod à quodam Prætore ad naturalem illam æquitatem, quæ vult fidem ſeruandam eſſe reductum eſt,ſicut in d.l.1.in princ.ff.eod.expreſſis verbis dicitur.Hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati, qui conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit. Ergo ea,quę non ex conſenſu oriuntur,vt eſt ciuile debitum, non cuſtodit.Nec prętor rigori iuris ciuilis ſuccurrere,ſed eū emendare voluit. Præterea,vt inquit Bald.in d.l.p.conſtitutum ſit nudo pacto,fideiuſſor vero per ſtipulationem. Non mirum igitur,cum ſit cōtractus firmiſſimus, quod etiam ipſo iure fideiuſſor intercedens pro debitu ciuili obligetur,licet exceptione iuuetur,quam rationem etiam ſentit Bart.in d.l. 1.dum dicit,fideiuſſor poſt ſtipulationem accipitur,& de hoc latius vide hic Iaſ.nu.42.
27 Quarto, non ſolum debitum purum,ſed etiam in die conſtitui poteſt,l.3.in fin.cum l.ſeq. ff.eod. vbi Iuriſc. inquit propter has pecunias,quæ nondum peti poſſunt,conſtituta indebita eſſe.Item non ſolum debitum re,ſed etiam ipſa ſpe,vt cōditionale, conſtitui poteſt, & hoc caſu imitatur conſtitutum naturam primi debiti. Exempli gratia: Promiſiſti mihi 10.ſi hoc anno non mouebitur bellum in Germania,& poſtea cōſtituis te ſoluturum hoc debitum: conſtitutum illud non dat aliquod robur debito principali,quia ſemper eſt expectandus euentus conditionis,& ſi extat conditio,conſtitutum valet:ſi vero defecerit,cōſtitutum quoque cadit, text eſt in l.id quod ſub conditione, 19.ff.eod & facit vulg.quod ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur,l.ſi cum10.§.qui iniuriarum,& ibi DD. ff.ſi quis cautio. De quo vide Fab. nu. 17.& Iaſ.nu.5.in § fuerat,29.inſ.eod.
28 Quinto non ſolum debitum proprium, ſed etiam alienum conſtitui poteſt,quo caſu nondum vtilis,ſed etiam neceſſaria eſt hæc actio, vt ſupra dictum eſt,per text.noſt.hic,& in l.cum qui,§.quod exigimus,ff.eod Ex hoc fit ad ſimilitudinem fideiuſſorum, quia ſunt plures modi intercedendi pro alijs; qui notantur per gloſ.in Nou 4 de fideiuſs.in princip. in verbo Fideiuſſorem. Et in quo differant conſtitutos, & fideiuſſor, tradit gloſ.in leg.ſi vero non remunerandi,12.§ ſi poſt, 14.in
29 verbo.Rectiſſime,ff.mandati, & Fab hic, numer.6. Sed iam quæritur: An conſtituens pro alio, conuentus à creditore, poſſit obijcere exceptionem ordinis,ſeu excuſſionis,vt prius debitor principalis conueniatur, & excutiatur? Et Zaſ. hic in fin.§.noſtri inquit ſe de hoc in DD.nihil inuenire. Et tandem dicit, etiam hoc caſu exceptionem excuſſionis locum habere, propter generalem deciſionem Imperatoris in dict. Nouel.de fideiuſs. in prin. vbi omne omnino genus intercedentium,quocunque nomine nominētur, poſſunt exceptionem excuſſionis obijcere, & gloſ.ibi ſup.ver. Fideiuſſorem ex-
30 tendit etiam ad conſtituentes: Sicut etiam expreſſis verbis hoc tenet Fab.hic nu.7.Secundo quęritur. An conſtituēs pro alio,ſi ſoluit, poſſit repetere ſolutum a principali debitore? Et in hac quæſtione diſtinguit poſt Fab.hic, num.9. hoc modo: Aut quis conſtituit ex mandato, & poterit repetere ſicut fideiuſſor,l.idemque 10.§.fideiuſſores,11.ff. mandati. Aut ſine mandato,& tunc ſi pro ignorante,& abſente, competit ei negotiorum geſtorum act.l.ex mandato,20.in ſi.ff.mandati.Sin pro ſciente,præſente,& tacente, ſic quoque repetere poteſt, niſi pro inuito conſtituat,aut animo donandi,l.ſi remuneran-
31 di,6.§.ſi paſſus,ff.mandati. Et licet prędicta iura loquatur de fideiuſſore, tamē etiam in conſtituente locum habere inquit Fab.hic ſubijciens pulchrum verbū, omne illud, quod in iure de fideiuſſore diſponitur, habere etiā locum in conſtituente, per l.ſi.C.de conſt.pec.& per d.§.1.iuncta gl. ſuper ver. Fideiuſſorē,in d.Nou.de fideiuſ. niſi in caſib. vbi expreſſe contrarium a iure ſtatutū eſt,qui notantur per gl.in d.l.ſi remunerā-
32 di,§.ſi paſſus,ff.mand. Vltimo circa debitū alienum notabitis elegantem deciſione Angel.Peruſ.& DD.per text. ibi in l.qui Romæ,122.§.Auger.ff.de verb.obl.quando aliquis etiam per ſolemnē ſtipulationē promittit omne id exoluere,quod conſtituit alium debere, quod ille, cui promittitur, debet eſſe cautus, vt probet in vita debitoris:alias contra promiſſionem debi-

ADDITIO.

a *Ciuile debitum, (puta ex chirographo mutuæ pecuniæ) ante biennium quam pecunia numerata ſit, conſtitui non poteſt, quia indebitum eſt. Et eadem ratione centum aureos debens ſi ducentos conſtituerit, in centum tantummodo tenebitur, quoniam centum tantum debentur, l.Actenus,ff de conſtit. pecun. Adde ſup.tit.de oblig. vbi de ciuili obligatione agitur.*

Digitized by Google

debitore principali mortuo, agere non poterit. Intelligitur
enim illa promiſſio facta ſub conditione, vt ſcilicet niſi con-
ſtet in vita debitoris, amplius creditor agere non poſſit. Eſt
enim longe diuerſa ratio, liquidare debitum, & conſtare de
debito in vita debitoris, quam poſt eius mortem. Primo enim
caſu poſſet ille habere ſuas rationes, & defenſionem, quibus
impugnaret debitum, vt ad minimum ſorte deduceretur,
quod conſtituens vel promittens ignorare poteſt. Et iſte
caſus mirabilis eſt, quem ſi non haberemus, expreſſe deci-
ſum, quilibet diceret contrarium, vt inquit Paul. de Caſtr. in
d. §. Ang. vbi inducit adnotabilem caſum, qui quotidie con-
tingere poteſt; quando mercator obæratur capitur, & ipſius
amici comparent, & extrahunt eum de carcere, & promittũt
ſoluere omne illud quod facto calculo conſtabit ipſum de-
bere, vt creditores ſint cauti in liquidando debitum capto vi-
uente, cum poſt mortem eius promittentes non teneantur,
vt pulchre declarat Paul. de Caſtr. in d. §. Auget. Porro con-
cluſiue ſecundum hoc ſecundum requiſitum notabitis, inde-
33 bitum naturaliter & ciuiliter conſtitui non poſſe. Sed iam
quæritur: An ſcienter conſtituens ſe ſoluturum indebitum,
videatur donare, ita vt conſtitutum valeat vt donatio? Ex bre
uiter ex mente gloſ & DD. in l. hactenus, 11. §. 1. ff. eod. duas
conſtituatis concluſiones I. Quod ſcienter conſtituens inde-
bitum, nunquam actione de conſtituta pecunia teneatur,
quia conſtitutum non valet, niſi præcedat debitum, vt ſupra
dictum eſt. II. Quod ſcienter indebitum conſtituens videa-
tur donare, ita vt hodie valeat de iure Codicis vt donatio
per leg. 1. ff. de condit. indeb. & l. cuius per errorem, 53. ff. de
reg. iur. Et de hoc vide latius hic Fab. contrarium tenentem,
& Iaſ. num. 40.

Cui hæc actio competat.

34 Secundo principaliter quæritur, Cui hæc actio competat?
Ad quod breuiter reſpondete, eam dari. I. Ipſi creditori, cui
quis pro ſuo vel alieno debito ſoluere conſtituit. II. Hæredi-
bus creditoris, cui conſtitutum factum eſt, l. 2. in princip. ver.
Sed & hæredibus, Cod. eod. III. Procuratori loco domini, l.
eum qui, §. 5. fin. ff. eod. IV. Pupillo, municipibus, furioſo, &
prodigo, ex conſtituto facto tutori, vel curatori. V. Domino
ex conſtituto facto ſeruo, dict. leg. eum qui. §. fin. VI. Illi, cui
hæreditas reſtituta eſt, vt eſt caſus in leg. ſi poſt conſtitutum,
12. ff. eodem.

Contra quos detur hæc actio.

35 Tertio, principaliter quæritur, cõtra quos hæc actio detur?
Et dic eam competere. I. Contra ipſum conſtituentem, ſiue
pro ſe, ſiue pro alio cõſtituit ſe ſoluturum, tex. eſt hic. II Con-
tra hæredes conſtituentis, d. l. 1. C. eo. & d. l. 2. verſ. Sed & hæ-
redibus. III. Contra filiumfamilias conſtituẽtem, ita vt etiam
36 pater ipſius de peculio tunc teneatur, d. leg. 1. ff. eo. VI. Etiam
contra feminas, quę pro ſe tantum, non autem pro alijs con-
ſtituunt, d. l. 1. §. 1. ſicut enim pro alijs fideiubendo non obli-
gantur efficaciter, vt per tot. tit. ff. & C. ad S. C. Vellei. ita nec
pro alijs conſtituere poſſunt. Vnde pro declaratione iſtius
quæſtionis. t. Notabitis, licet tex. noſter vniuerſaliter loqua-
tur in verb. Cum omnibus quaſi conſtitutũ cum omnib. fieri
poſſit, tamen hãc vniuerſalitatem per gl. hic ſup. d. ver. Cum
omnibus, coerceri, & reſtringi ad perſonas aptas & habiles,
37 quæ alias ſe obligare poſſunt. Vnde pupillus ſine tutoris au-
thoritate, d. l. 1. §. 1. item furioſus, l. in negotijs, 5. ff. de reg. iur.
prodigus cui propter prodigalitatem interdictum eſt bonis,
l. is cui bonis, 6. ff. de ver. obl. neque pro ſe, neque pro alijs cõ-
ſtituendo obligantur. Mulieres vero pro ſe tantum cõſtitue-
38 re poſſunt, non autem pro alijs, d. l. 1. § 1. Vnde DD. hic notãt
vulg. illam theoricam, quòd lex vel ſtatutum generaliter lo-
a quens recipit reſtrictionem de a habilitate, facit tex. in leg. vt
gradatim, 11. in prin. ff. de mun. & honorib. & gl. in l. promit-
tendo, 41. in prin. ff. de iur. dot. & gl. in l. fi. ſup. ver. Omnes, C.
39 ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe. Vnde
Bal. in l. 1. C. de fide inſtrumentorum inquit: Si ſtatutum di-
cat quod quælibet probatio ſufficiat, intelligendum hoc eſſe
de ſolemni, & legitima probatione per gl. ibi. Hinc etiam Iaſ.
nu. 29. notat, verbum generale prolatum à lege, eſſe intelli-
40 gendum ſecundum diſpoſitionem iuris alibi poſitam, ſicut
41 alias dici ſolet, iura iuribus eſſe concordanda, leg. vnica, C. de
inof. dot. l. 2. Circa hanc quæſtionem notabitis, eos tantum de
conſtituta pecunia conueniri poſſe, qui per nudum pactum
ſe ſoluturos conſtituerunt. Eſt enim hic caſus ſpecialis, vt ex
nudo pacto oriatur actio, vt ſup. dictum eſt.

Quibus verbis fiat conſtitutum.

42 Hinc quæritur, Perquę verba fiat conſtitutum? Et dic poſt
gl. hic in verb. Conſtituerint, in prin. poſſe illud fieri per quæ-
cunque verba, citra tamen ſtipulationem, l. qui autem, 14. §. fi.
ff. eod. Et intelligite per quæcunque verba, ſcilicet apta, & ido
nea contractui, ſec. in d. § fin. veluti, Satiſfacio: item Conſti-
tuo me ſoluturum quod tibi debeo, vel quod ſocius meus tibi
debet. Item, ſi inter abſentes per nuntium, aut epiſtolam fiat
conſtitutum. Item ſatiſfiet tibi à me. Et per alia verba quæ in
terminis nudi pacti manet, vt notatur in Auth. Si quando, C.
eo. Et circa præd. gl. in verbo, Conſtituerint notat hic D. Iaſ.
43 conſtitutum etiam ſub illa forma fieri poſſe, quando aliquis
conſtituit Titium pro ſe fideiuſſurum, nec vitiari, quaſi alie-
num factum promiſiſſe videatur, iuxta §. ſi quis alium, 2. ſup.
de inut. ſtip. quia intelligitur promiſiſſe ſe curaturum, & effe-
cturum, vt Titius fideiubeat, text. eſt notab. in d. l. qui autem,
44 §. ſed etſi quis, ff. eo. Ex quo Bart. & Paul. de Caſtr. ibi notant
elegantem doctrinam, ſi quis promittit, aliquem facturũ pro
ſe, ad cuius obſeruationem ipſe promittens tenetur, quod in-
telligatur ſemper promittere ſe facturum & curaturum, vt
facit. Circa quod obiter notabitis, ſi pater vel frater median-
te iuramento promittat ſecuraturum & effecturum, vt eius
filia vel ſoror nubat Titio, quod hoc caſu pater etiam nõ in-
terpellatus, ſponte omnem diligentiam adhibere tenetur, vt
filia Titio nubat, etſi facit quantum potuit non eſt reus per-
iurijs, de quo vide Abb. & Canoniſtas in c. Gemma, 20 ext. de
ſponſ. Iaſ. & alios, in l. Titia, 134. in princ. ff. de verb. oblig.

Quæ res conſtitui poſſint.

45 Quarto, principaliter quæritur, pro quibus hęc actio com-
petat, & ita quæ res poſſint deduci in conſtitutum? Ad quod
b reſpondete poſt Pla hic num. 100. omnes res *b* habiles *c* poſſe
c conſtitui, ſuper quibus alias contractus celebrari poſſunt, &
ſic quæ ſunt in commercio hominum, & non extra patrimo-
nium noſtrum, de quibus eſt tex. in prin. ſup de rer diuiſ. Nec
obſtat, quod tex. tantum facit mentionem de pecunia. Impe-
rator enim in d. l. 2. § & neminem, C. eod. tollit hoc dubium,
& dicitur omnes res venire in conſtitui actionem tanquam
46 ſi ipſa pecunia eſſe conſtituta. Cum etiã appellatione pecu-
niæ omnes res veniant, l. pecuniæ nomine, 222. ff. de ver. ſign.
Vnde gl. in d. §. & neminem, dicit, nomen pecuniæ tripliciter
accipi. Aliquando ſtricte pro pecunia numerata tantum, vt
47 in S. C. Maced. d. l. 4. §. is autem, ff. ad Maced. Aliquando lar-
ge pro rebus, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura
in quibus mutuum regulariter contrahitur, vt d. l. 2. §. credi-
tũ, ff. ſi cert. pet. & in l. talis, 30. in prin. ff. de leg. 1. Aliquando
largiſſime pro omni re, tam mobili quam immobili, ſiue ſint
corpora, ſiue iura: quia poſſibile eſt omnes res in pecuniam
conuerti poſſe, vt inquit Imperator in d. §. & neminem, & eſt
text. in d. l. pecuniæ nomine & in l. pecuniæ verbum, 176. &
in l. appellatione, 72. ff. de verb. ſign. & add. ſimilem gl. in l. 2. §.
creditum, ſupr. verb. Pecunia Et hoc vltimo modo accipitur
in hac actione, quia per pecuniam omnes res comparantur,
l. ſi ita fideiuſſorem, 42. ff. de fideiuſ. Vnde Bald. in d. l. 2. C. eo.
inquit, eum qui habet pecuniam, habere omnem rem quam
48 vult habere, & allegat Ariſtotilem affirmantem, nummum
eſſe fideiuſſorem futuræ neceſſitatis, ſicut eſt tex. de pecunia
ſubſidiaria, in l. ſi chorus, 79 ff. de leg. 3.

Glo. in verb. Nulla.

49 Vltimo, circa hunc §. notabitis hic gl. ordinariam, ſup. ver-
bo Nulla, quæ refert aliquos caſus, in quib. ex nudo pacto ori-
tur actio, quod declarant DD. hic, & Ang. num. 3. 4. & addit
plures alios, de quibus vide Iaſ. & DD. in l. iuriſgentium, 7. §.
ſed

ADDITIONES.

a *Lex intelligitur de idoneis, capacibus, & cæteris, quæ habiles ſunt & apta.*

b *Actio de conſtituta pecunia nõ tantum competit pro nummis conſtitutis, ſed pro ijs rebus omnibus, quæ pondere, numero, & menſura conſtat. Nam pecuniæ verbum hic latiſſime accipitur pro omni re tam ſoli quam mobili. Olim conſtitutis ſpeciebus dabatur receptitia actio. Hodie nummis non tantum conſtitutis, ſed & ſpeciebus actio de pecunia conſtituta ſufficit, l. 2. C. de conſt. pec.*

c *An ciuilis tantum obligatio in conſtitutum deduci poteſt? Minime, l. 3. ff. de conſtit. pec. & ſupra, tit. de obligat.*

ſed cum nulla,ff.de pact. Et circa principium iſtius glo. nota-
50 bitis, quod ſicut in alij contractibus creditor nō ſtatim cum ſacco paratus venire debet,ſed licet ſit obligatio, pura in qua etiam præſenti die debetur,l.in omnibus, 14.ff.de regul.iuris tamen modicum aliquod tempus ſecundum arbitrium iudicis debitorijs ad ſolutionem concedendum eſt, l. quod dicimus,105.& ibi notatur,ff.de ſol. ita etiam conſtitutum, licet ſtatim debeatur,tamen peti non poteſt,ſed differtur exactio, vſque ad decem dies,quod tempus à lege in fauorem debito-
51 ris expreſſu,eſt l.promiſſor Stichi,21.§.ſi fine,ff.eod. Sicut in executione rei iudicatæ, conceditur de iure communi condemnatis in actione perſonali tempus quatuor menſium d.l. 2.& l fi.§.fi.C.de iuris rei iud. De iure vero Sax.tantum quatuordecim dies lib.2.art 5.& art.70.lib.1. In reali vero actione ſecus eſt. Nam ibi ſtatim poſt quam ſententia tranſinit in rem iudicatam,cogitur reus rem petitam in continenti reſtituere,aut pati,vt ſententia mandetur executioni,vt eſt tex & ibi gloſs. atque Doctor. in §.etſi in rem, infra de off iud. Sequitur tunc forma libelli,de qua vide Speculatorem in tit. de obl.& ſolut.§.prænotandum,verſ.Cæterum,& Fab.hic,num. 10.Pla.10.Ang.17.Iaſ.77.

Forma libelli, quando quis pro ſe tantum conſtituit.

52 Præmiſſis præmittendis, Curam vobis, &c comparet. N. actionem proponens contra N. breuiter dicendo, quod N. 100. florenos, quos ei ad commodum rei familiaris bono animo mutuo dederit,iam ad tres annos debet. Et quamuis dictus reus receperit atque conſtituerit ſe dictam ſummam bona moneta Hungarica ſoluturum, tamen eius conſtituti nulla cum reali ſolutione executio facta eſt. Quia autem non ſolum naturali rationi,æquitati,ac honeſtati, ſed & iuri ſcripto diſſentaneum æque contrarium eſt, à conuentionibus æquis,licitis,atque conceſſis reſilere,nec reus crebris interpellationibus, vt id ad animum reuocare, commoueri potuit, vel voluit, ideo actor à reo efflagitat claram ac dilucidam ad
a hunc libellum reſponſionem. Conſequenter petendo *a* iudiciali veſtra ſententia declarari ac pronūciari, reum iuxta tenorem ſuæ conſtitutionis ad ſolutionem 100.Floren. in auro Hungarico obligatum eſſe, eumq, cum refuſione expenſarū in eam condemnatum,ad hoc legitimis iuris remedijs vrgeri atque compelli. Super quibus omnibus,& ſingulis,&c.

ADDITIO.

a *In ſumma actor petere ſolet hac actionē, vt,quod conſtitutum eſt fiat,aut,vt promiſſor in id,quod inter eſt,condemnetur.*

a §. Actiones,& de *a* Peculij actione.

1 *Peculium quid.*
2 *Quatuor ſpecies peculij,& quid quodque ſit,& quid iuris, vel pater,vel mater,vel filius in quoque habeat.*
3 *Quando patrimonium filij augetur, an præſumatur profectitium,vel aduentitium.*
4 *Filiusfamilias ex cōtractus vel delicto ſuo inſolidū obligatur.*
5 *Pater ex eodem contractu filij peculio tenus tenetur,exceptis duobus caſibus,quibus nec pater,nec filius tenetur.*
6 *Actio de peculio quid.*
7 *Pena ſuos authores tenere debent.*
8 *Quare pater ex contractu filij teneatur ſaltem peculio tenus.*
9 *Quare pater ex contractu filij non teneatur in ſolidum cum, heres ex contractu defuncti inſolidum obligatus ſit.*
10 *Actio de peculio non eſt proprium nomen actionis ſed tantum adiectio,ſeu qualitas,ſeu cognomen actionis.*
11 *Actions de peculio præſcribitur ſecundum naturam eius actionis,cuius cognomen recepit.*
12 *Actio de peculio perſonalis.*
13 *Quæ requirantur vt locum habeat actio de peculio.*
14 *Actio de peculio tantum habet locum in peculio profectitio.*
15 *Quando pater etiam de aduentitio peculio,actione de peculio conueniri poſſit.*
16 *Filius committens delictum, propter quod publicanda veniunt eius bona non poteſt præiudicari patri in aduentitio quo ad vſumfructum.*
17 *De caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi ipſemet filius ius in ſolidum conueniri poteſt.*
18 *Pater ex quocunque contractu filij de peculio conueniri poteſt.*
19 *Pater non tenetur de peculio ex delicto filij.*
20 *An, & quomodo filio condemnato ex delicto, executio fiat contra patrem de peculio.*
21 *Statutum,quod patre ex delicto filij teneatur, valet propter certam rationem.*
22 *Argumentum à pacto ad ſtatutum procedit affirmatiuè.*
23 *Statutum etiam contra ius commune fieri poteſt.*
24 *Valet conſuetudo,quod villa teneatur violatoribus emendare damnū,a furibus vel latronibus in eius territorio illatum.*
25 *Limitatio dicti ſtatuti.*
26 *Nemo poteſt ſe per pactum obligare ad pœnam corporalem, ſeu infamiæ.*
27 *Nemo ſeipſum torturæ offerre poteſt,vt alius torqueatur.*
28 *An ſtante dicto ſtatuto pater repræſentando filium ad carcerem pœnam pecuniariam ſtatuti effugiat.*
29 *Pater hodie non poteſt filium dare pro noxa.*
30 *An id,quod pater ſoluit pro condemnatione filij, computetur in legitimam.*
31 *In neceſſitatibus nemo præſumitur liberalis.*
32 *Cui competat actio de peculio.*
33 *Contra quos detur actio de peculio.*
34 *Quare pater,& dominus etiam inuiti, & ignorantes obligatur peculio tenus ex contractu filij,& ſerui.*
35 *Ad quid detur actio de peculio.*
36 *Actio de peculio eſt in duobus priuilegiata, in quantitate peculij,& modo deductionis.*
37 *Quādo pater ex cōtractu filij,& vltra vires peculij teneatur.*
38 *Quando ceſſet beneficium deductionis in actione de peculio.*
39 *Differētia inter actionē tributoriam,& actionem de peculio.*
40 *Actio de peculio eſt vel perpetua, vel temporalis, pro natura principalis actionis*
41 *Filio mortuo pater vltra annum vtili actione de peculio non tenetur.*
42 *Forma libelli in actione de peculio.*

IN hoc §.declarat Imperator, ſecundam prætoriam perſonalem actionem,de peculio ſcilicet. Ad cuius intellectum præmittendum,licet variæ ſint ſignificationes peculij, vt not.
1 Gloſ ſuper Rub.ff.de peculio, tamen in propoſito noſtro dici peculium paruam quandam pecuniam,qua ſeruus,vel filiusfamilias per parſimoniam acquiſiuit, & ſeparata eſt à ratio-
a nibus paternis,& dominicis,ſec.Bart.ſup.d.Rub. & ſunt eius
b quatuor *b* ſpecies, ſecund. gl.in l.cū oportet,6.in ſup.ver. Ex-
c ceptis:C.de bo.quæ lib. Quoddam peculium dicitur *c* profectitium,quod à domino vel patre conceditur ſeruo, vel filiofamilias,& dicitur profectitium, qui à patre proficiſcitur, ſed ſubſtantia ſcilicet, & rebus paternis veluti, ſi pater habet filiū induſtrium, qui ad negotia aptus eſt,& pater, ei reliquit, aut deputat aliquam ſubſtantiam pecuniæ, cum qua negotietur, quę ſeparata eſt à rationibus paternis,nec pater connumerat inter ſua bona,ſed filius ſeparatim habet ſuas rationes. Et eius peculij proprietas,& vſuſfructus,patris eſt,§.1.ſupr. per quas, perſ. nob. acqu. Itaque ſucceſſione tale peculium à filio cum cohæredibus eſt conferendum, vel diuidendum, vt not. in l. fi.C.de collationibus Et circa hoc obiter notabitis elegantem deciſionem Iaſ in caſu valde quotidiano. Nam pone, pater viuus habet multa prædia,& quia eſt decrepitæ ætatis, vel alias valetudinarius, non poteſt rebus ſuis, præeſſe, & eas adminiſtrare,vt quidem opus erat quare,filius ipſius maior natu omnia gubernat,tam domeſtica negotia, quam curā prædiorum,& alter frater forte minor,aut infans nihil domi agit mortuo patre frater maior natu dicit,ſe longo tēpore adminiſtraſſe curam rei familias, ideo petit, antequā bona paterna diuidantur,tantum ſalarij, quātum pater vni negotiorum geſtorū dediſſet. Et D Iaſ.in l.illud,ſo nu 8.C.de collat.decidit,fratrem non poſſe mortuo patre petere ſalarium à fratre, quia filius ex debito reuerētiæ paternæ ad tales operas tenetur, & mandatum ſolet eſſe gratuitum in non ſolito operas locare,l. 1.in fi.ff mand. Quoddam vero eſt peculium aduentitiū,quod nō ex bonis paternis,ſed aliūde acquiritur,& filio aduenit,ex ſucceſſione forte materna, vel extraneo, aut liberaliter fortuna. Et iſtius peculij,proprietas ſpectat ad ipſum filiū,vſuſfructus vero patri acquiritur,donec viuit,d.§.1.ſup. per quas perſ. nobis acq. Et in tali peculio pater eſt legitimus adminiſtrator,vt not.in l.1.C.de bonis maternis, & in d.l.cū oppor-

ADDITIONES.

a *Plures de hac actione, vide in §.præterea, infra, quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicetur.*
b *De his peculij quatuor ſpeciebus traditum fuit ſup.tit.de patr. poteſtate.*
c *In peculio & libertate ſerui, quatenus taciturnitas aut ſilentium domini conſenſum operetur, vide apud Concennatium, 2.q.5.*

opportet, Et tale peculium non venit conferendum, d.l.6. C.
de collat. Et licet filius in eo habeat proprietatem, tamen de
eo teſtari non poteſt, l.pen.& fin.C.qui teſt.fac.poſſ. Et circa
hoc obiter notabitis, quod iſti duo tituli in C.de bonis mater-
nis, item de bonis quæ l. in quantum diſponunt, vt pater ha-
beat vſumfructum, in bonis maternis, & aduétitijs quandiu
viuit dummodo caueat filijs bona ſalua fore, in hia terris Sa-
xoniç de conſuetudine, non obſeruantur, ſed patri ſolum cō-
petit vſusfructus, donec filius ſe à patre non ſeparat. Nam
quando hoc facit, tunc pater cogitur ei reſtituere omnia bo-
na materna, & alia aduentitia, ſiue filius ſit adhuc ſub pote-
ſtate eius, ſiue non artic. 11. libr. 1. Quoddam, vero eſt pecu-
lium caſtrenſe, quod à parentibus, vel cognatis, vel alijs om-
nino extraneis donatum eſt filiofamilias eunti ad caſtra, &
degente in militia. Item, quod ipſemet filius miles in caſtris
occaſione militiæ acquirit, ſiue ſint bona mobilia, ſiue im-
mobilia, ex pecunia militari poſtea comparata l. caſtrenſe,
11. ff. de caſtrenſi pecu. lib. 1. C. de caſtr. pecul. lib. 12. Quaſi ca-
ſtrenſe peculium eſt, quod filiusfamilias ratione publici offi-
cij, vel cuiuſdam exercitij publici, & alias ingenio ſuo acqui-
ſit, vt faciunt magiſtri artium ex profeſſione artium libera-
lium, vel Medici, aut Aduocati. Nam & hi militare dicuntur
l. aduocati, 14. C. de aduocat. diuerſ. ind. Et in his duobus pe-
culijs filiusfamilias habetur loco patrisfamilias, ita vt in totū
quo ad proprietatem, & vſumfructum ipſi filio quærantur,
& pater in eis nihil iuris habet, d.l. cum opportet, & notatur
in d §.1. ſup. per quas perſ.&c. Nec veniunt conferenda, l.1. §.
nec caſtrenſe, ff. de collat. & poterit filius etiam de his teſtari,
d.l.pen. & l fi. C. qui teſt. fac. poſ. Sed iam quæritur, quādo pa-
trimonium filiusfamilias augetur, an præſumatur profecti-
3 tium vel aduentitium? Et diſtinguite poſt gl. in d.l. cum opos
tet ſup. verb. Ex ſubſtantia. Aut filius eſt induſtrius, & diligēs,
qui conſueuit operari, & pater eſt pauper, & tunc ea quæ ac-
cedunt filio præſumuntur eſſe aduentitia. Aut filius eſt ſignis,
qui nihil ſit operari, pater vero diues, & tunc præſumitur ex
re patris aduenisse, & ſic eſſe profectitium peculium add. ſi-
milem gl. in d.§.1. ſup. verb. Proſperam, ſup. per quas perſ. nob.
acqu. Et hanc diſtinctionem, inquit Zaſ. hic notāda eſſe, quia
per eam ſuæ parti aliquando obtinuerit tria millia floreno-
rum. His ſic præmiſſis declaranda venit actio de peculio.

DE ACTIONE DE PECVLIO,

4 Ad declarationem huius actionis præmittendum, ex con-
tractu filijfamilias duas oriri obligationes. Vna oritur con-
tra ipſum filiumfamilias in ſolidum. Licet enim ſit ſub ma-
nu patris, tamen ex omni cōtractu, & quaſi, delicto, vel quaſi
etiam viuente patre, in ſolidum obligatur, ita vt à creditori-
bus conueniri, & per ſententiam ad ſoluendum integrū de-
bitum condemnari poſſit, l. tam ex contractibus, 52. ff. de iud.
& l. filiusfamilias, 39. ff. de oblig. & actio. Et hoc non ſolum,
procedit, quando habet peculium aduentitium caſtrenſe, vel
quaſi, ſed etiā quando nihil habet, & omnia ſunt patris. Nam
adhuc poteſt fieri contra eum executio, & quando non ſol-
uit, detruditur in carcerem, niſi cedat bonis, l. penult. C. quæ
bon. ced. poſſ. Altera obligatio, & actio oritur contra patrem
5 de peculio ex eodem contractu filijfamilias, non quidem in-
ſolidum, ſed peculio tenus vſque ad vires peculij, vt hic, & d.
l. tam ex contractibus niſi pater ac eum habuerit cōtractum
filij. Nam tunc ex ratihabitione, in ſolidum poterit conueni-
ri, vt inquit Angel. hic, num. 2. verſic. Et alia actio. Prædicta
tamen fallunt in duobus caſibus. I. In voto quia ſi filiusfami-
lias voluerit aliquam pecuniam ſacris, nec filius tenebitur,
nec pater, l. ſi quis rem, 2. §. voto, ff. de pol. & ita initius agitur
cum Deo, quam cum homine, ſecundum Gloſ. in d. §. voto.
II. In pecunia mutata. Nam ſi filiusfamilias, mutuatus ſit pe-
cuniam, regulariter non tenebitur ſoluere, hæc ipſe, nec pa-
ter, ſed vterque habet exceptionem S. C. Macedoniā, quæ in
odium Macedonis vſurarij inducta eſt, vt habetur in leg. 1. &
per totum tit. in ff. & C. ad S.C. Maced. Dicit tamen. Innoc. in
cap. Quia plerique, 8. ext. de immunit. eccleſ. licet filiofamilias
& patri hæc exceptio Macedon. competat, ſi tamen vtantur
hac exceptione quando ob neceſſitatem filij pecunia accepta
eſt, moraliter eos peccare, vt refert Iaſ. num. 5. & Zaſ 14 hic.
Et quando iſta exceptio, non poſſit opponi, vide Gloſ. & DD.
in §. Illud proprie, 7. ſup. ver. Senatus, inf. quod cum eo qui in
alien. poteſt. &c. Et DD. in leg. Macedoniani. Ex mutuo vero
facto ſeruo, bene poteſt agi actione de peculio contra domi-
num, neque poterit opponi exceptio Macedonia, quia ratio
propter quam inducta eſt, ceſſat in ſeruo, qui hæreditatē do-
mini ſperare non poteſt, de quo Iaſ. hic num. 38. de hac igitur
actione, quæ contra patrem, & dominum competit, loquitur
6 hic Imperator. Quæ hoc modo definiri poterit, vt ſit actio
prætoria perſonalis, qua petimus à patre vel domino: vt ſol-
uat, pro filio viuente, vel ſeruo, nobis ex contractu obligato,
quatenus eſt in peculiu. Et circa hanc definitionem principio
notandum eſt hanc actionem a Prætore introductā eſſe ex.
7 eſt hic. De iure enim ciuili ſicut in delictis pœnæ ſuos debent
tenere authores, l. Sancimus, 21. C. de pen. ita etiam ex facto,
& contractu alterius nemo obligatur, adeo vt etiam ſi pater,
& filius vna, & eadem perſona eſſe intelligatur, l. fin. ante fin.
C. de impub. & alijs ſubſt. Et vox filij vox patris dicatur, §. ei
vero, 5. ſup. de inutilibus ſtipul. tamen pater ex filij contractu
& contra, nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur, vt per to-
tum titulo, C. ne filius pro patre, vti nec vxor pro marito. Sed
8 Prætor (qui ſemper æquitatem ob oculos habere debet, vulg.
l. quod ſi Epheſi, 13. ff. de eo quod certo loco) conſiderauit,
plerunque vſu venire, vt pater (idem de domino, & ſeruo in-
telligendum eſt) habens filium induſtrium, & ad negotiatio-
nes idoneum, det ei aliquam pecuniarum ſubſtantiam, cum
qua negotietur, quia eius occaſione, ſæpe multum æris alie-
ni filius conflat, æquum viſum fuit Prætori, ne contrahentes
cum filiofamilias deciperentur, vt pater ex contractu filij te-
neatur, & conueniri poſſit ex præſumpta voluntate, propter
cōceſſionem peculij. Videtur enim filius de voluntate patris
contraxiſſe, ex quo de voluntate ipſius habet peculium. At vo
ſo quia illa voluntas non eſt ſimplex, & abſoluta, ſed certa, &
limitata, reſpectu illius quantitatis conceſſæ in peculiū. Præ-
tor adiecit moderationem, & induxit, vt & pater, & domi-
nus non teneantur ſimpliciter & inſolidum ſed eatenus, qua-
tenus illa voluntas ſe extendit, & ſic peculio tenus tantum,
ideſt non vltra, ſed quatenus vires peculij ſe extendunt, de-
ducto etiam eo, quod ſibi, & ſuis debetur, de quo vide Plat.
hic, num 3. Angel. 1. Iaſ. 9. & Zaſ. verſ. Secundo collige, poſt
Bart. in l. 1. ff. de peculio. Et ſic materia huius, §. ſec. Zaſ. hic in
princ. eſt vtilis quoad obligationes filiorum familias, ſed pa-
rum vtilis, quoad obligationes ſeruiles, cū hodie inter Chri-
ſtianus ſeruitus ſit ſublata, vt inquit Bart. in l. hoſtes, 24. in fi.
ff. de capt. & poſtli. reuerſ.
9 Circa prędicta poſt Iaſ. hic, quæritur, Primum, quę nam ſit
ratio diuerſitatis, quod hęres, quia defuncti perſonam repre-
ſentat, vt eſt tex. in Nouel. 48. de iureiur. amor præſt. in prin.
ex omnibus obligationibus defuncto adſtrictus eſt, ita vt a-
deūdo hęreditatem, fiat obnoxius omnibus creditoribus hæ-
reditarijs, etiam in ſolidum vltra vires hęreditarias, niſi con-
fecerit inuentarium, l ſi § cum igitur, 1. C. de iure delib. Non
autem pater ex contractu filij in ſolidum obligetur, cū & hi
vna & eadem perſona eſſe dicantur, d.l. fin. & Iaſ. hic, num. 1.
reſpondet, ab hęrede nonquam perſonam defunct. repręſen-
tari, niſi mediante ſuo facto, & ſic ex mera, & propria ſua vo-
luntate, quia vult eſſe hæres, ac proinde non mirum, quod ra-
tione voluntatis, & ſui facti, hæres nō eximitur ab obligatio-
nibus defuncti, quod non eſt in patre, & filio. Nam hi abſque
ipſorum facto, ipſo iure, & in viti, fingūtur eſſe eadem perſo-
10 na. Ex prędictis igitur conſtat, hanc actionem eſſe prætoriā,
non ciuilem. Sed iam quæritur an ſit ſpeciale nomē actionis.
Et communis concluſio DD. poſt Glo. 1. hic, eſt actionem de
a peculio, & ſimiles, vt de in rem, verſo non a eſſe propria no-
mina actionum, ſed actiones ſeu qualitates, & cognomina-
tiones actionum. Agitur enim contra patrem vel dominum,
actione, ex eo contractu qui celebratus eſt cum filio vel ſer-
uo, adiecta illa qualitate, quatenus eſt in peculio, vt ſic dica-
11 tur actio exēpto de peculio: item actio depoſiti de peculio, l.
depoſiti, ff. de peculio. Et facit ſecundum Fab. hic, ratio ſi e-
nim eſſet vna & propria actio habere vniforme tempus prę-
ſcriptionis, ſed conſtat eam habere, tale tantum tempus, qua-
le, & quantum habet, actio cuius cognomen accipit, leg. cum
poſt mortem, 2. in princip. ff. quando actio de peculio eſt a-
nnalis, de quo latius vide hic Fab. numero 1. Plat 8. An-
gel. 5. Iaſon 26. Vtrum autem hæc actio ſit realis vel perſo-
nalis? Et communiter concluditur eam eſſe perſonale, per
textum in §. in perſonam ſupra eodem, quia deſcēdit ex con-
tractu, vel quaſi, vt hic, & l. ſumma, 21. in fine ff. de pec. licet
ſe habeat ad inſtar realium actionum, cum competat etiam
con-

ADDITIO.

a *De adiectis his qualitatibus actionum notatur per legem, mandati, 46. de neg. geſt.*

contra,eum,ad quem ſeruus tranſit cum peculio,l.& ancilla-
rum,27.§.ſi ſeruus,ff. de peculio, de quo vide latius Fab. hic,
nu.5.Plat.9.Ang.5. Iaſ.28. poſt Bart. in l.frater a fratre,38.ff.
de co.ind.in l.1.num.11.ff.de pec.His præmiſſis, quæritur.
13 Primo. Quæ requirantur ad hoc,vt illa actio locũ habeat
14 Et l.exigitur,vt filius habeat peculium. Sed quia multæ ſunt
ſpecies peculij, dubitare poteſt, an de omni peculio pater hac
actione,conueniri poſſit. Et breuiter dicendum eſt quod nõ:
a ſed hodie tantum de peculio *a* profectitio, quod pater filio
conceſſit, & paſſus eſt habere propter præſumptam eius vo-
luntatem,ex quæ conceſſione peculij colligitur vt (ſupra di-
ctum eſt)actione de peculio tenetur. Et licet olim idem eſſet
in aduentitio peculio, hodie tamen, quia pater in eo tantum
vſumfructum habet, ſecus eſt, & poterit ratione peculij ad-
uentitij tanquam legitimus eius adminiſtrator conueniri, vt
eſt gl.ordinaria,in l.pater qui caſtrenſe.17.ſup.verbo, Teſta-
mento,ff.de Caſt. pecul. per tex. in l.1. C.de bonis maternis,
15 niſi pater permiſiſſet filio adminiſtrationem peculij aduenti-
tij,id quod facere poteſt,vt eſt tex. in l.pen. ibi, [volente patre
poſſident.] C.qui bon ced pol.& in d.l cum oportet,§.2.verſ.
Sin autem res, C.de bon. quæ lib. Nam, quia tunc eadem eſt
ratio, propter præſumpta voluntatem patris: quæ eſt in pe-
culio profectitio, illo quoque,caſu pater de aduẽtitio teneb i-
tur.Et hoc vult gl. in l etſi cõdẽnatus, 35.ff. de noxalibus act.
dum dicit, executione fieri in caſtrenſi, vel quaſi, vel forte
16 aduentitio,conſentiente patre. Quod Bart in l.ſi finita,15 §.
ſi de vectigalibus,26. ante finem,ff.de damno infecto intelli-
git: patrem conſentire, quando concedit filio adminiſtratio-
nem:alias filius patri, quoad vſumfructum,nõ poterit præiu-
dicare,adeo vt ſi propter delictum filij, omnia eius bona pu-
blicentur,tamen non intelligatur publicatũ aduentitiũ in præ
iudicium patris,de quo Iaſ.hic.nu.62.& eſt tex.ſingularis in l.
3.C.de bonis præſcriptorum,vbi Bal. & DD. Et licet ille tex-
tus loquatur in peculio caſtrenſi, vel quaſi, ſi tamen illud, in
quo pater viuo filio nullũ penitus ius habet non auſertur pa-
tri,quanto minus publicabitur aduentitium,in quo pater vi-
uo filio habet vſumfructum. Et facit etiam ratio,l.ſancimus,
22.C. de pęnis,quod pęnæ ſuos debent tenere authores,de
17 quo latius vid. Bar in d.§ ſi de vectigalib. ante fi. De caſtrenſi
b *b* vero, & quaſi *c* peculio pater viuo filio non tenetur, ſed ip-
c ſemet filius tanquam pater familias,in ſolidum,conueniri po
teſt,l.4.ff.de caſtrenſi,pec.& l.1.ff.ad Maced. de quo vid. Bar.
in l.1,nu.20. ff de peculio. Fab hic num.2. Ang.4 Iaſ. 11.-II.
Requiritur debitum a filiofamilias contractum. Sed quia ex
18 varijs cauſis,quid deberi poteſt videndũ eſt poſt gl. magnam
hic, An ob omne debitũ filijsfamilias, pater de peculio tenea-
tur. Et 1.Non eſt dubium quin pater ex quocunq contractũ
filijfamilias, de peculio teneatur, per tex. noſtrũ hic excepto
voto,& mutuo,vt ſup.dictum eſt.4. Ex quaſi contractu quia
filius geſſit negotia abſentis, ſi damnum ingerat, tenebitur
pater de peculio ipſi abſenti, text. eſt in l.ſi filiusfamilias, 14.
19 ff. de neg. geſt. Ex delicto vero, & quaſi delicto filij ipſemet
filius tantum, non ius pater directo conueniri poteſt ſec. gl.
hic per l.1.§ ſi filiusfamilias,ff.de his qui deiecerunt, & le. ex
pęnalibus, 55. ff de reg. iur. quia enim adminiſtratio filij fuit
limitata in contractu d § ſi filiusfamilias,certe in delictis hęc
actio locum non habet,vt pulchre declarat Dec.in d. l. pęna-
libus,niſi ex delicto filij,veluti furto, pater locupletior factus
ſit Nam tunc pater in quantum locupletatum eſt peculium,
de peculio tenetur,l 3.§.ex furtiua,12 ff.de peculio. An autẽ
20 filio condemnato, ſaltem fiat executio contra patrem in pe-
culio profectitio. Et communiter DD.in §.fi.inſ.de noxalibus
actionibus diſtinguunt. Aut filius ob delictum nunquam fuit
accuſatus,ita vt nunquam fuerit in iudicio,& quia tunc cum
eo non poteſt dici quaſi contractum eſſe ratione iudicij,non
poterit contra patrem,de peculio executio fieri. Aut fuit in iu
dicio,& lis cum eo conteſtata eſt,& ſic cum eo quaſi contra-
ctum in iudicio,poſtea abſens fuit cõdemnatus in certa quã-
titate, ita vt ſit debitor, & tunc pater actione in factum, pro
re iudicata conueniri,poteſt,& fiet executio in peculio profe-
ctitio,d l.3.§.idem ſcribit,12 ff de peculio & d.l.etſi condem-
natus,ff.de nox.act. Si vero filius non cõparauit in iudicio,&
propter eius contumacia condemnatus, eſt tunc ex delicto
filij per contumaciam condemnatio pater non tenetur de pe
culio profectitio,de quo latius vide Bart.in d.l.ſi finita,§.ſi de
vectigalibus,in fin.ff.de damno infecto, & Ang. hic, num.1.
21 ante fi. Hinc ſumpta occaſione Iaſ. poſt Ang. mouet hic con-
d gruentem,& notabilem quæſtionem, An *d* valeat ſtatutum,
vt pater ex delicto filij teneatur. Et quamuis per tex. in leg.ob
maritorum,2.C. ne vxor pro marito; & per totum titulũ,C.
ne filius pro patre, videatur dicendũ quod non traditur enim
ibi pro regula,ex facto filij patrem non teneri, nec contra, &
per tex.in d.l.ſancimus, C.de pęn. quod pęnę debeant tenere
ſuos authores, & facit optimus textus in l.abſentem, 8. ff.de
pœn. quod ſanctius ſit nocentem dimittere, quã innocentem
condẽnare,accedit textus,in c. Alligant, 12.cauſ.26. quæſtio-
ne vltima quod melius ſit propter miſericordiam reddere ra
tionem,quam propter crudelitatem, & quis non debet puni-
ri ſine culpa,c.Sine culpa,18.de reg. iur.16. Et ita apparet tale
ſtatutum,eſſe contra ius ciuile,& etiam naturale, iuxta illud:
[Filius non portabit iniquitatem patris.] His tamen, & alijs,
quæ pro hac parte adduci poſſunt, non obſtantibus vera, &
communis concluſio eſt DD.tale ſtatutum valere. Et gl.ordi
naria ſup.Rub.C.de decretis, Decu. libr.10. mouetur hac ra-
tione, quia per pactum hoc fieri poteſt vt quis ex delicto al-
terius teneatur,d.l.ſi a reo,70.§.fi.ff.de fideiuſſ. Ergo etiam per
22 ſtatutum. Bonum enim eſt argumentum *e* in iure,a pacto ad
e ſtatutum affirmatiue, ſicuti a minori ad maius affirmatiue
arguere licet: veluti, Hoc poteſt fieri per pactum,ergo multo
magis per ſtatutum, quod eſt potentius quam pactum: non
autem negatiue,ſicut nec ea minori ad maius negatiue argu
mentum procedit, de quo text. in l. fi. circa fi. & ibi Bart. &
DD. C. de fideiuſ.& l.nec ex prætorio, 27. ibi Dec. ff. de reg.
iur.& gl.fi.in fi.in l.non impoſſibile,50.& ibi Bar.ff.de pac. Et
prędicta concluſio probatur etiam expreſſe per tex. in c.2.ibi
ſecundum conſuetudinem,ext.de delict. puę. Vbi Papa quidẽ
approbat talem conſuetudinem, ſed quia filius inter ludendũ
caſu fortuito,ſagitta interficiens alium erat tantũ decem an-
norum,decidit illo caſu patrem non teneri,nec eum per prę
dictam conſuetudinem comprehendi, cum filius decimum-
quartum annum,non exceſſerit,& prædicta conſuetudo im-
puberes non comprehendat. Nec obſtant in contrarium alle
gata. Statutum enim non ſolum prętor,ſed contra ius cõmu-
23 ne fieri poteſt,vt not.in l.omnes populi, 9. ff. de iuſt. & iure,
ita etiam, vt contra ius diuinum diſponens circa temporalia
valeat ſtatutum,quãdo eius cauſa excludit peccatum, vt not.
per Bar.& DD. in d.l.omnes populi. Prætereà, quod dicitur,
(Filius non portabit,&c.) intelligendum eſt, de pęna æterna,
non temporali,ſecundum Abb. in c. Vrgentis,10. ext. de hæ-
ret. Nec obſtat, quod videatur iniquum tale ſtatutum,cum
quis ſine culpa non debeat puniri, quia hoc eſt verum, niſi
ſubſit iuſta cauſa, videlicet vt magis abſtineatur a delictis, &
parentes in educandis, & corrigendis liberis ſint magis dili-
24 gẽtes, & caueant ne liberi delinquant Vnde etiã, Ia.in d.l.de
quibus,ff.de legibus concludit,conſuetudinem valere,vt villa
teneatur emẽdare damna, vel furta in eius territorio cõmiſ-
ſa,quia ſub eſt cauſa,vt magis animã aduertatur,in facinoro-
ſos, & delicta puniantur, quod Reipublicæ intereſt de quo
latiua vide hic,Iaſ.& in d.l.de quibus,cum mulis remiſſioni-
25 bus. Porro hæc concluſio tribus modis limitatur. I. Procedit
quoad pœnam pecuniariam, ad quam ſe poteſt quis etiã per
pactum obligare,non autem quoad pœnam corporalẽ, ſic vt
pater aut alius pro delicto filij, vel alterius corporaliter punia
tur

ADDITIONES.

a *Profectitium peculium eſt, quod profectũ ex ſubſtantia patris, vel ab alio contemplatione tamen patris, l.cum oportet, Co.de bon.quæ liberis,l.ſed ſi plures §.in arrogato. ff. de vulgar.*

b *Caſtrenſe peculium eſt,quod filius in caſtris acquiſiuit, l.vnica C.de caſtrenſi pecul. Quaſi vero caſtrenſe, quod filiusfamilias acquiſiuit ex aliquo officio,l.fori, C.de aduoc. diuerſ. iudic.*

c *In his duob. peculijs filiusfamilias loco patrisfamilias habetur l.2.ff.ad S.C.Maced. In aduentitio peculio quid iuris ſtatuendum,hoc eſt,ijs bonis,quæ ad filium peruenerunt ab eius matre, aut linea materna? In his bonis ſolus vſusfructus patri acquiritur l.vlt.C.de bon.quæ liberis.*

d *De hoc ſtatuto,an,& quatenus,& an,ſupra legitimam filio debitam pater ex delicto filij teneri poſſit,pecuniariter non corporaliter,& ex vera,& aperta probatione delicti filij, & an ſolutum eo nomine pater poſſit repetere, vide poſt Sal. Guid. Pap. in l.patris,C.ne filius pro patre. Adde l.quiſquis,C. ad leg.Iul. maieſtatis. Et an vxor ex delicto mariti puniri poſſit in dote, donatione propter nuptias,& rebus acquiſitis cum marito conſtante matrimonio. Vide Gaylium 2. Obſer.86.*

e *Argumentum a pactis ad ſtatuta, ſeu leges, affirmatiue valet, non negatiuè, l.vlt.C.fideiuſſor. Adde l.ſi vnus ex argentarijs. §.item ſi pactus, ff. de pac.l.ſi quis cum totum § ſi ancillam, ff. de exc.rei iudicatæ.*

tur, ſtatuto induci inquit. Sic vt nec ad pœnam corporalem,
26 vel etiam infamiæ quis per pactum ſe obligare poteſt, vt eſt
gl. notabilis in ca. Cum homo, 19. cau. 23. q. 5. & probatur per
textum, in d. c. 2. ibi, (centum ſolidos,) ext. de delict. puerorum.
Et Bar. poſt te in l. 1. §. vſque adeo, ff. de iniurijs inquit neminem
poſſe ſe committere iniuriæ corporali, quæ carnem
ſcindat, vel alio modo torqueat perſonam. Eſtque ratio quia
nemo eſt dominus ſuorum membrorum, l. liber homo 13. ff.
ad leg. Aquil. Vnde dicunt DD. non poſſe peti, vt iudex aliquem
torqueat pro inquirenda alicuius rei veritate & ſic etiã
27 ſe ſimul torturæ ſubijciat, & iudicem, qui hoc concedat, per
prædictam rationem male facere, &c. II. Procedit in filio pubere,
non autem in filio, qui infra 14. annum delictum commiſit,
quia tunc eius pater vigore ſtatuti non tenetur, etiam
ad pœnã pecuniariam, d. c. 2. de delict. puer. III. Procedit quo
ad delicta, per filium commiſſa inter territorium ſtatuẽtium
nec attenditur ad delicta alibi commiſſa facit regula l. ſi ff. de
iuriſdict. omn. iud. de quo videte remiſſiue Iaſ. hic nu. 88. &
28 in d. l. de quibus n. 60. Sed iam quæritur. An ſtante tali ſtatuto,
pater repræſentando filium in carcerem, coadat onus
ſtatuti, ita vt non teneatur ſoluere condemnationem pro filio?
Et Bald. in l. fin. §. 1. Cod. de vſufruct. rei iudicatæ decidit
29 quod non quia pater hodie filium non poteſt dare pro noxa
30 §. fin. inſ. de noxal. act. Refert, & ſequitur Iaſ. hic num. 75. &
in d. l. de quibus, num. 58. Et circa prædicta etiam quæritur,
An illud, quod pater ſoluit pro condemnatione filij, computetur
in legitimam. Et breuiter poſt Ang. hic num 9. dicatis,
31 quod ſic, quia pater hoc facit, neceſſitate ſtatuti. Sed in neceſſitate
nemo præſumitur liber, l. rem legatam, 18. in fi. ff. de
adim. leg. niſi conſtare ex mera liberalitate ſeu pietate a patre
ſolutionem factam, eſſe ſicut etiam non computatur in
legitima, quando pater redimit filium captum ab hoſtibus, l.
liber captus, 17. C. de p. & poſtlim. reuer. de quo latius videte
remiſſiue Iaſ. hic nu 90.
32 Secundo principaliter circa hanc actionem, quæritur, Cui
hæc actio competat? Ad quod ex prædictis facile reſponderi
poteſt, eam dari. I. Contrahenti vere, vel quaſi cum filiofamilias,
cui peculium a patre conceſſum eſt. II. Contrahenti vere,
vel quaſi, cum ſeruo habente peculium, a domino, tex. eſt
hic, etiam ſi quis ignorante domino, vel patre, vel etiam ſciẽte,
vel prohibere non valente, cum filio, vel ſeruo contraxerit
l. ſi quis, ſeruum, 29. in fi. ff. eod. III. Etiam ei, qui habet filium
obligatum ex delicto, vel quaſi quando peculium ex delicto
filij locupleratum eſt, d. l. 3. §. ex furtiua, ff. de peculio. Item
quando filius comparens in iudicio, condemnatus eſt, iuxta
ea quæ ſup. in ſecundo requiſito dicta ſunt.
33 Tertio quæritur. Contra quos hæc actio locum habeat:
a I Datur contra *a* dominium concedentem peculium ſeruo
b II. Datur contra patrem *b* habentem aliquid de peculio profectitio
filij, vel etiam de aduentitio, cuius adminiſtrationem
pater filio conceſſit, ſecundum Bart. in l. finita, 15. §. de vectigalibus,
26. ff. de damn. infect. Et obligantur pater, & dominus
34 etiam inuiti ignorantes, quando filius, & ſeruus prohibente
domino vel patre contrahunt, d. l. ſi quis ſeruum. Eſtque ratio
ſecundum Ang. hic, num. 2. verſ. 2. quia eſt in facultate patris
& domini ſola voluntate adimere peculium. Sicut enim conſtitutio
peculij depende a voluntate patris, ita etiam contraria
voluntate patris reuocari poteſt l. non ſtatim, 8. ff. eo. Ideo
ſi pater ademerit, non tenebitur amplius hac actione, ſed filius
remanet obligatus, l. ſi quis, cum filio, 44. cum l. ſeq. ff. eo.
Quod eſt verum, ſi bona fide adimat: ſecus, ſi dolo, & in necẽ
creditorum, quia tunc pater nihilominus hac actione tenetur,
l. ſumma, 21. ff. eod. III. Datur etiam contra nouum dominum
ſerui, qui ei peculium nõ conceſſit, quando ſcilicet ſeruus
cum peculio ad eum peruenit, ſiue ex titulo vniuerſali, ſiue
ſingulari, l. 1. §. item hæres, 7. cum § ſeq. §. quando actio de
peculio eſt annalis, & l. ancillarũ, 27. §. ſi ſeruus, ff. de peculio.
35 Quarto quæritur, Ad quid iſta actio competat? Et breuiter
reſpondetur, eam dari ad tradendam rem, quę eſt in peculio,
pro ſolutione debiti a ſeruo, vel filio contracti, quatenus ſe
peculij quantitas extendit, & hoc eſt, quod Imperator hic dicit,
[peculio tenus,] Hæc enim actio eſt in duobus priuile-
36 giata. I. In quantitate peculij, quod pater non teneatur vltra
37 vires peculij, vt hic, de quo videte Plat. hic enim 5. Fallit tamen,
quando pater ratum habuit cõtractum filij, vt ſupra dictum
eſt. Item quando pecunia eſt verſa in vtilitatem patris,
quia tunc actione de in rem verſo in ſolidum pater cõueniri
poterit, l. 1. ff. de in rem verſo. Idem quando, pater iuſſit cum
filio contrahi, nam tunc in ſolutum actione quod iuſſu tenetur,
de quo tit. in ff. quod iuſſu. Vnde DD. hic poſt gloſ. has
actiones declarant, ſed dos alijs titulis debita non debet illis
ſubtrahi, ſecundum Bald. vt hic refert Iaſ. eum, num. 32. & in
ſequenti titulo de his actionibus dicemus. II. Hæc actio eſt
priuilegiata in modo deductionis quia pater ante omnia poterit
deducere, quod ſibi a filio debetur. Item, quod perſonis
ſibi ſubiectis, quæ ſunt ſub cura vel tutela, debetur, leg. ſed ſi
38 damnum, 9. §. 1. & 2. ff. eod. Quod eſt verum niſi pater aliunde
debitum ſuum conſequi poſſit, l. ſi noxali, 11. §. quod autem,
6. ff. eod. De quo Ang. hic, num. 2. & Iaſ. 32. in fin. Item
hoc priuilegium ceſſat quando actio tributoria locum habet
vt quia filius, vel ſeruus in merce peculiari videlicet lana emẽda,
vel equis emendis, ſciente, vel patiente domino, vel patre
contraxit, hoc inquam caſu pater non habet beneficium deductionis;
ſed vocatus in tributu cum ceteris creditoribus.
Cõtribuit enim in medium, quantum eſt in peculiari merce,
& fit diſtributio inter patrem, & cetero creditores, pro rata
portione debiti vniuſcuiuſque, vnde etiam tributoria actio
dicitur, quia per eã fit contributio creditorum, vt infra, tit. ſe-
39 quen. dicitur. Et differt ab actione de peculio, quod hæc lo-
c cum habet, quando *c* inuito, vel ignorante patre filius contraxit.
Tributoria vero, quando in merce peculiari, ſciente,
vel patiente patre contractum eſt, de quo latius vide Iaſ. nu.
56. cum duobus ſeqq.
40 Vltimo, circa hanc actionem notabitis, eam eſſe perpetuam,
& temporalem, ac tranſitoriam ad hæredes, prout eſt
actio, cui iſta qualitas de peculio adijcitur, l. cum poſt mortẽ
2. ff. quan. act. de pec. eſt an. In caſu tamen non tenetur pater
41 dominus vltra annum vtilem de peculio filio ſcilicet mortuo,
vel ſeruo vendito, aut manumiſſo, d. l. 1. ff. quando act. de
pec. eſt annal.

Forma libelli.

42 Coram vobis, &c. compare, & breuiter dicens quod reus
conuentus N. filio ſuo magnam numeratę pecunię ſummam
tradidit, & conceſſit, vt cum, ea quaſi proprio patrimonio,
ſeu peculio ageret, ac negotiaretur, ſicut etiam pro libito, ſeu
beneplacito illa vſus, & negotiatus fuit, & a dicto N. actione
purpuram villoſam, aliaſque merces boloſericas per 100. floren.
emit, atque comparauit, quos ad proxime preteritas nũdinas
Lipſienſes ſoluere debebat. Quia vero præfatus. N. in
hodiernam vſque diem dictum pretium non conſecutus ſit,
& reus conuentus N. dicti N. pater præmemoratam pecuniam,
ſeu peculium penes ſe, & in ſua cuſtodia habeat, poſſideatque.
Quare petit actor dictum. N. reum per veſtram
ſententiam diffinitiuam declarari, & condemnari, ad dandũ,
& ſoluendum præfatam ſummam centum florenorum in
totum, vel ſaltem talẽ partem, quam vires peculij patiuntur,
vna cum refuſione omnium litis expenſarum.

ADDITIONES.

a *Etiam fructuarium, & bona fide poſſidentem.*
b *Tam naturalem, quam adoptiuum, dummodo durante adoptione ſit contractum.*
c *Ineſt itaque, tributoriæ actioni ſcientia, & patientia patris. De peculio vero ignorantia, & recuſatio eiuſdem.*

ADDITIO.

a §. Item ſi quis poſtulante, & de *a* iureiurando.

1 *Iuramentum pro veritate habetur.*
2 *Iuramentum maximum expediendarum litium remedium.*
3 *Iuramentum quid.*
4 *Iuramentum in genere acceptum, habet tres ſpecies.*
5 *Contractus a minore initus, & iuramento firmatus, retractari non poteſt.*
6 *Pactum affirmatiuum de ſuccedendo non valet, nec iuramento firmari poteſt.*
7 *Pactum de non ſuccedendo nõ valet, niſi iuramento firmatũ.*
8 *Iuramenti decíſiui, tres ſpecies.*
9 *Iuramentum voluntarium.*
10 *Regula, quod is cui defertur iuramentum, vnum de tribus facere cogatur, vel iurare, vel referre, vel ſoluere, non habet locum in voluntario.*

11 *In*

ADDITIO.

a. *Huic de iureiurando tractatui, adde quæ de iuramento calumniæ poſita ſunt infra tit. de pœna temere litigantium.*

11 *In alternatiuis electio regulariter, eſt penes debitorem.*
12 *Deferre, & referre iuramentum quid dicatur.*
13 *Iuramentum iudiciale quid.*
14 *Præſens §. loquitur de iuramento iudiciali.*
15 *Reus non cogitur inuitus iuramentum iudiciale ſubire.*
16 *Differentia iuramento voluntarij, & iudicialis.*
17 *Iuramentum voluntarium ſemel ſuſceptum, non poteſt poſtea recuſari.*
18 *Deferens iuramentum iudiciale, prius tenetur de calumnia iurare, ſi hoc petatur.*
19 *Actor habet duplicem viam fundandi ſuam intentionem.*
20 *Reus iuramentum iudiciale delatum, vt præſtare, aut referre cogitur.*
21 *De iure communi etiam actor nihil probans, reo poteſt deferre iuramentum, ſecundum communem opinionem.*
22 *In quibus cauſis iuramentum voluntarium, & iudiciale locum habeat.*
23 *An, & quando, in cauſis criminalibus iuramentum voluntarium & iudiciale deferri poſſit.*
24 *An reus poſſit accuſari deferre iuramentũ in criminalibus.*
25 *Iuramentum a reo accuſatori delatum, non habet, vim probationis, ſed confeſſionis tantum contra quam admittitur probatio innocentiæ.*
26 *An, & quando in cauſis matrimonialibus iuramentum deferri poſſit.*
27 *Iuramentum, & tranſactio æquiparantur.*
28 *An ſuper matrimonio tranſigi poſſit.*
29 *Sponſalitii quæ ad matrimonium inuitari ſolet.*
30 *Iuramentum neceſſarium eſt triplex.*
31 *Iuramentum purgationis quid.*
32 *In cauſis matrimonialibus, reo negante matrimonium contractum deferendum eſt iuramentum purgationis.*
33 *Iuramentum in litem quid.*
34 *Iuramentum in litem, cui, & a quo deferatur.*
35 *Iuramentum in litem tripliciter deferri ſolet.*
36 *Quæ requirantur in iuramento in litem de affectione.*
37 *Singulare intereſſe non debet excedere duplum intereſſe cõis.*
38 *In iuramento in litem affectionis ſingularis extra rem duo ſufficiunt.*
39 *Iuramentum neceſſarium, ſeu ſuppletiuum quid.*
40 *Neceſſarium vnde dicatur.*
41 *Differentia inter iuramentum neceſſarium, & iudiciale.*
42 *Quando iuramentum neceſſarium retractetur per inſtrumenta de nouo reperta.*
43 *Quæ requirantur, vt locum habeat iuramẽtum neceſſarium.*
44 *In cauſis criminalibus, & matrimonialibus, iuramentum neceſſarium ſemiplene probanti non defertur.*
45 *In magna quantitate iuramentum neceſſarium ſemiplene probanti non defertur.*
46 *Hæres ſuper facto defuncti iurare non poteſt.*
47 *Actor ſemiplene probans a iudice delationem iuramenti neceſſarij petere, debet ante concluſionem in cauſa.*
48 *Qui ſint effectus iuramenti.*
49 *Iuramentum, facit de non debito, debitum.*
50 *Iuramentum habet vim litis conteſtationis.*
51 *Per iuramentum tollitur obligatio naturalis.*
52 *Iuramentum habet vim ſolutionis.*
53 *Per iuramentum minor repræſentatur maior.*
54 *Aſtringens ſe ad factum per iuramentum, præciſe ad factum tenetur, nec liberatur ſoluendo intereſſe.*
55 *Iuriſdictione prorogata mediante iuramento non habet locum pænitentia.*
56 *Iuramentum habet vim clauſulæ, vt actus valeat omni meliori modo.*
57 *Iuramentum habet vim clauſulæ, rato manente pacto.*
58 *Iuram. in contractu appoſitum habet paratam executionem.*
59 *Iuramentum producit actionem.*
60 *Actio in factum ex iuramento præſtito quid.*
61 *Iuramentum litis deciſiuum dupliciter præſtari poteſt, formiter, & informiter.*
62 *In actionibus perſonalibus quando formiter iuratum eſt duæ oriuntur actiones. Actio vtilis ex contractu, ſuper quo iuratum eſt, & actio in factum, ex iuramento.*
63 *In actionibus in factum non eſt aliud medium concludendi, quam ipſum factum.*
64 *Ex iuramento informiter præſtito, vna tantum oritur actio in factum.*
65 *In realibus actionibus competunt actori ex iuramento præſtito actio vtilis in rem, & actio in factum, ſiue formiter, ſiue informiter iuratum ſit.*
66 *In reali actione ſemper eſt vna cauſa, dominium ſcilicet: in perſonali infinitæ ſunt cauſæ.*
67 *Quæ ſit vtilitas actionis in factum, in realibus.*
68 *Quæ actiones vel remedia actori competant, quando in realibus iuramentum eſt delatum eſt.*
69 *Iuramentum vltra perſonas litigantes non extenditur.*
70 *Sententia non nocet nec prodeſt alijs.*
71 *Quid operetur iuramentum à parte rei, ſi deferente actore iurauerit.*
72 *Quæ requirantur vt actio in factum de iuramento præſtito locum habeat.*
73 *Iuramentum vltroneum nihil releuat.*
74 *Dictum teſtis vltronei, qui non citatus venit, non valet.*
75 *In dubio iuramentum non præſumitur delatum.*
76 *An confeſſio, vel inſtrumentum poſſit pro parte acceptari, & pro parte non remiſſiue.*
77 *Iuramentum præſtitum, & remiſſum æquiparantur.*
78 *An Iuramentum incontinenti præſtari, vel acceptari debeat.*
79 *An, & quando deferens iuramentum reuocare illud poſſit.*
80 *Cautela, vt volens iurare, non dicat ad iudicem, volo deliberare, an velim iurare, necne, & peto mihi aſſignari terminum ad deliberandum, quia tunc deferenti licitum eſt penitere.*
81 *Iuramentum à parte acceptatum, a deferente reuocari poteſt, poſt probationes de nouo emergentes.*
82 *De iure Saxonico, quis ſit præfixus terminus ad iurandum.*
83 *De iure ciuili ante, vel poſt litem conteſtatam iuramentum litis deciſiuum deferendum eſt, de iure Saxonico, ſemper ante guarandam præſtitam.*
84 *Actor de iure Saxonico, poteſt ante guarandam præſtitam libellum mutare, & reo iuramentum deferre.*
85 *An reus poſſit iuramentum delatum referre.*
86 *Quando deferens iuramentum probabiliter ignorat rem, ſuper qua iuramentum defertur tunc referri, ei non poteſt.*
87 *An, pars omnino cogatur iurare, vel referre iuramentum, & ex quibus cauſis iuramentum recuſare poſſit.*
88 *Nemo anceps per iurium in facto alieno ſubire cogitur.*
89 *Hæres etiam de ſcientia, & credulitate ſuper facto defuncti iurare cogitur.*
90 *Differunt ſuper conſcientia iurare, & ſcientia.*
91 *Iuramentum præſtitum ſuper eo, de quo non eſt delatum, non prodeſt iuranti.*
92 *An is cui iuramentum defertur, vel refertur, poſſit ſe offerre ad probationem ſuæ intentionis.*
93 *Is cui defertur iuramentum principale, poteſt viciſſim deferenti referre iuramentum calumniæ.*
94 *Referens non tenetur, iurare de calumnia.*
95 *Cui competat actio in factum de iuramento præſtito.*
96 *Quando reus iurauit rem non eſſe actoris, ſi poſtea amittat rem quæ forte ad actorem peruenit non habet actionem contra actorem ex iuramento præſtito.*
97 *Quo ad commodum iurantis non diſtinguitur, cuius ſexus, vel ætatis, ſit iurans.*
98 *Actio factum de iuramento præſtito datur etiam ratione credulitatis quam habuit pars de aduerſario.*
99 *Ex quo iuramento actio in factum competat.*
100 *Quare ex iuramento neceſſario non oriatur actio in factum.*
101 *An actio in factum de iuramento, vel exceptio locum habeant quando pars non detulit iuramentum, nec altera pars iurauit, ſed tantum per conſcientiam in qua reuelta res fuit aſſeruit.*
102 *Actio in factũ datur domino ex iuramẽto ſui procuratoris.*
103 *An & quando procurator conſtitutus ad agendum, vel excipiendum poſſit parti aduerſæ deferre iuramentum, in præiudicium domini.*
104 *An procurator iuramentum, litis deciſiuum præſtare poſſit.*
105 *Quod quis iuramentum ſibi delatum per procuratorem præſtare poſſit.*
106 *Teſtis in propria perſona iurare cogitur.*
107 *An de iure Saxonico, quis per procuratorem iurare poſſit.*
108 *Idem eſt te iurare, vel in tua animam procuratorem iurare.*
109 *An facultas iurandi tranſeant in hæredem.*
110 *Contra quem detur actio in factum ex iuramento.*
111 *Quomodo limitetur dictum, Quod actiones reale contra quemcumque poſſeſſorem competant.*
112 *Ad quid detur actio in factum ex iuramento.*
113 *Agens ex iuramento præſtito quid probare debeat.*
114 *Vis iuramenti præſtiti, eſt vt non admittatur contra illud probatio in contrarium, etiamſi periurium probetur.*
115 *In cauſa per iuramentum deciſa, nec appellatio admittitur.*
116 *Per Caroli V. conſtitutionem quis admittitur ad probationem periurij vt rem ex falſo iuramento amiſſam recuperet.*

117 Quæ

117 *Quæ ſit pœna periuris,& blaſphemiam,de iure ciuili,& Canonica.*
118 *Teſtis non iurato non creditur.*
119 *Teſtis periurus tribus perſonis eſt obnoxius.*
120 *Teſtis periurus quomodo puniatur.*
121 *In dubio delictum non præſumitur.*
122 *Pœna falſi quæ.*
123 *Periurus in iuramento principali tenetur crimine ſtellionatus.*
124 *Non ſeruans tranſactionem iuratam incidit pœnam,l.ſi quis maior.C.de tranſact.*
125 *Periurus eſt infamis.*
126 *Periurus amittit in beneficia omnium Legum,Canonum,& Statutorum, quibus cauetur, quod credi debeat iuramento alicuius.*
127 *Forma libelli, quando ſuper actione perſonali iuratum eſt.*

IMperator in hoc §.tertiam actionem prætoriam perſona-
lem proſequitur,videlicet in factum,quæ ex iuraměto præ-
ſtito oritur. Quotieſcumque enim deferente aduerſario per
partem iuratum eſt, aliquid ſibi deberi, toties ex huiuſmodi
iuramento competit actio, in factum per quam debitum ſu-
1 per quo iuramentum præſtitum eſt petitur. Nec refert am-
plius an debeatur, nec ne ſed ſufficit eſſe iuratum, quia iura-
mentum pro veritate habetur, & facit de nō debito debitum,
vt inquit Ang.hic,n.1.in fi.Continet igitur hic §.materiam iu-
ramenti quotidianam,ac in practica neceſſariam, & vtilem,
quia iuramentum,eſt maximum litium expediendarū reme-
2 dium,l.1 ff.de iureiur.Ne autem,ſine fundaměto ædificemus,
cū ignoratis principijs,ignorentur & ea,quæ ſequuntur prin-
cipia vt inquit Abb.ſuper Rub.extra de iureiur.per cap. Cum
Paulus,26.cauſ.q.1.Ad intellectum huius,§.quædam de iura-
mento,poſt gloſ.fin.& Doct.hic ſunt præmittenda.
3 Et primo ſciendum, quod iurare eſt aliquid. Deo teſte di-
cere ſecundum gl. & in c.1.cauſ.22.qu.1. Et iuramentum ſe-
cundum Bal.in l.2 ff.de iureiur.eſt actus inuocationis, ſeu aſ-
ſumptionis diuini nominis,ad confirmationem,ſeu teſtimo-
nium veritatis.

De iuramento enunciatiuo, confirmatiuo, litis deciſiuo.

4 Et ſunt iuramenti, ſic in genere, definiti tria genera; vt in-
quit Bal.ſup.Rub.ext.eod.Primum igitur iuramentum enun-
ciatiuum,quod nō interponitur animo obligandi Secundum
vocatur ſoli datiuum,ſeu confirmatiuum,contractus, vel di-
ſtractus,de quo tex.in Auth. Sacramenta puberum, C.ſi ad-
uerſ. vend. licet enim minores in contractib.læſi, regulariter
reſtituantur in integrum,vt per tot.tit.ff.de min.C.de integr.
reſt. min.tamen contractus puberib.miti, & iuramento ſpon
taneo firmati,nequeunt retractari, ita vt reſtitutio minorib.
5 hoc, caſu denegetur, d.Auth Sacramenta puberum, & c.1.
§ item ſacramenta,de pac.iuram.firm.in vſib.feud.Idē quan-
do filia,quæ accepit dotem, mediante iuramento renuncia-
6 uit ſucceſſioni paternæ, cap.Quamuis. 2 de pact. in 6.Alias
enim ſicut pactum de futura ſucceſſione, affirmatiuum non
valet l.pactum quod dotali, 15. & l.fi.C.de pact. & l.hæredi-
tas, 5.Co.de pact.conuen &l.ſtipulatio hoc modo concepta
61 ff de verb. oblig. Cum ſit non ſolum contra bonos mores
quia improbum eſt,de viui hæreditate ſolicitum eſſe, ſed etiā
plenum triſtiſſimi,& periculoſi euentus, quia inducit votum
captandæ mortis illius, de cuius, hæreditate agitur, & facit
inſidiari eius vitæ, & aufert liberam teſtandi facultatem, vt
not. in dictis iuribus, vbi communiter per Doct. concluditur
tale pactum de ſuccedendo affirmatiuum, nec per iuramen-
tum cōfirmari poſſe,quippe contra bonos mores initum,per
c.Non eſt obligatorium,58.de reg.iur.in 6. Ita etiam pactum
7 de futura ſucceſſione negatiuum, de non ſuccedendo, l non
valet de iure,per l.pactum dotali 3.C.de collat.& l.1 ff.de hę-
red.& act.vend.niſi illud pactum iuraměto fuerit confirma-
tum,vt in caſu prędicto,quando filia renunciauit ſucceſſioni
paternę,mediante iuramento cogitur enim tunc eſſe conten
ta dote accepta vt not. per Doct. in d.l.pactum dotal. & d.c.
Quamuis.Eſtque ratio, quia omne iuramentum ſeruandum
eſt,quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt cap. Cum
contingat,28 ext.de iureiur. Et tale pactum negatiuum non
eſt contra bonos mores,nec inducit votum captandæ mortis
8 alienæ, nec aufert liberam teſtandi facultatem. Tertium ge-
nus iuramenti dicitur litis deciſiuum,de quo proprie dicitur,
quod iuramentum ſit omnis controuerſiæ,finis capitulo. Etſi
a Chriſtus,26.ext.eod.Et eius tres a ſunt ſpecies. Quoddam eſt
voluntarium, quoddam iudiciale,quoddam neceſſarium, vt
eſt Gl.ord.hic,ſuper verbo Creditor,& Glo.ſup.Rubr.ff.& in
c.fin.ext.eod.& in l.1.C.de rebus, cred. & iureiur.

De iuramento voluntario, & conuentionali.

9 Voluntarium,quod & conuentionale dicitur, eſt quod ex
partium conuentione,extra iudicium, ſine authoritate,& ap
probatione iudicis,vna pars alteri defert, veluti ſi iam ad me
veniat creditor aliquis,dicens me debere, ei decem, & ego
reſpondeam,poteris iurare,& ipſe iuret,dicitur iuramentum
voluntarium, ſeu conuentionali, quia ita videtur inter nos
conuentum, vt iuraměto alterius, hoc debitum explicaretur.
Et iden dicitur voluntarium,quia voluntariæ defertur,& vo-
10 luntariæ ſuſcipitur nec refertur. Licet tantum alias,ſi regula.
Quod is,cui defertur iuramentum, tenetur vnum de tribus
facere,aut iurare,aut referre iuramentum, aut ſoluere, l. iu-
ſiurandum, & ad pecunias, 34. §.ait Prætor, ff.eod. & in hoc
habet electionem, ſicut in alternatiuis regulariter eſt electio
debitores,l.plerunque 10.in fi.ff.de iure dotium. Quæ regula
11 procedit, tam in reo,quam actore, vt declarat, Iaſ.in d.§ ait
Prætor. Tamen limitatur, non procedere in iuramento vo-
luntario, quod extra iudicium defertur. Nam illud licite is,
cui delatum eſt,recuſare poteſt, & inuitus alteri referre non
cogitur,neque is,cui relatum eſt illud cogitur ſubire,aut ſuc-
cumbere, l.iuſiurandum quod ex conuentione, 17.in princ.
iuncta.Gl.1.Et is dicitur deferre iuramentum, qui primo al-
12 teri offert iuramentum, & ſi is iurare nolit, & offert iura-
mentum aduerſario primo deferent dicitur referre,vt decla-
rat. Zaſ.hic poſt princ.

De iuramento iudiciali.

13 Iuramentum verò iudiciale dicitur, quod pars defert parti
in iudicio,coram iudice,& eo approbante,de quo proprie lo-
quitur,§.noſter,per quod lis deciditur,perinde ac ſi plenę pro
bationes interueniſſent l.non erit, §.in princ. & §.2.ibi, *quaſi
ſatis probatum*, ff.eod. Vnde etiam iudiciale dicitur, quod ab
probante, iudice in iudicio delatum eſt. Reus enim, cui ab
14 actore defertur iuramentum inuitus illud ſubire, non cogi-
tur, niſi præcedat ſententia iudicis, in qua talem delationem
iudex approbet.Sicut regulariter talis interlocutoria ferri ſo-
15 let,quia reus actionem negauit, & actor illā conſcientię eius
commiſit, idcirco animum ſuum apperire delatumque iura-
mentum præſtare tenetur. Et differt tale iuramentum à vo-
16 luntario. I. Quod iudiciale defertur in iudicio, à parte part.
Voluntarium verò ex conuentione,& pactione quadam par
tium, dict.l.iuſiurandum, quod ex conuentione, in princip.
II. Quod iudiciale ſic delatum cogitur quis ſubire, alioquin
habetur pro confeſſo, d.l.manifeſtæ, niſi quis haberet iuſtam
cauſam reuocandi, l.generaliter, 12.§.ſin autem, 2.C.de reb.
cred.& iur.&c. de quo infra. Sed voluntarium inuitus nemo
ſuſcipere cogitur,quia proficiſcitur ex mera voluntate,& cō-
17 uentione partium. Si tamen quis ſemel receperit in ſe hoc
iuramentum,poſtea omnino iurare cogitur, nec poteſt à cō-
uentione recedere,ita,vt tum ſit quodammodo neceſſarium,
vt inquit Iaſ. in d.l.iuſiurandum quod ex conuentione, in
princ.Quæ enim ab initio ſunt meræ facultatis facere,vel nō
facere ex poſt facto,vbi quis promiſit & in ſe recepit,efficiū-
tur neceſſitatis, l.in commodati,& in l.ſicut,5.Cod. de obl &
act.§.pen.ſup.de mandato III. Differunt, quod iuramentum
iudiciale quis poterit deferenti referre, d.l.iuſiurandum, &
ad pecunias,in princip.& d.§.ait Prætor,ff.eod.adeo quidem,
vt ſi actor,cui relatum eſt iuramentum, illud nolit præſtare,
reus abſoluatur,d.l.iuſiurandum,& ad pecunias, & d.l.gene-
raliter.§.ſed iuramento,C.eod.Sed voluntarium referri non
poteſt,ita vt deferens illud ſubire cogatur, ſed licite illud re-
cuſabit, etiam ſine aliqua cauſa, nec propterea ſuccumbit vt
notatur poſt text. & Glo.in d.l.iuſiurandum, quod ex con-
18 uentione,in princ.IV.Differunt,quod deferens iuramentum
iudiciale, prius de calumnia iurare tenetur, ſi illud petatur,
quod ſi præſtare recuſauerit, nec is, cui delatum eſt iudicia-
le,illud iurare cogitur d.l.iuſiurandum, & ad pecunias §.qui
iuſiurandum,4.& l ſi non fuerit, 37.ff.eod. quod in volunta-
19 rio expreſſum non reperitur.Et huius iuramenti iudicialis in
practica maximus eſt vſus. Actor enim cuius probandi incū-
bit,habet duplicem viam fundandi ſuam intentionem. Poteſt
enim

A D D I T I O.

a *De iuramenti litis deciſiui his tribus ſpeciebus traditur ſupra tit.de mipt.numerum de voluntario,iudiciali,& neceſſario.*

Digitized by Google

enim probare actionem ſuam, vel per teſtes, & inſtrumenta,
& ſic per legitimas probationes iuxta l.in exercendis,16 Co.
de fide inſt.& notatur ſuper Rub.C.de probat. vel recedere à
20 probationib.legitimis,& deferre reo iuraměntum,quod reus,
aut præſtare, aut referre cogitur,aut ſoluere. Et hoc ſine du-
bio in his terris Saxoniæ procedit: quod actori liceat a pro-
batione ſua deſiſtere,actionemque cum omnib.qualitatibus,
ac circumſtantijs conſcientiæ rei committere, vt eſt text. hic
generaliter loquens in art.6.lib.1.

Reo eſtne deferendum iuramentum actore nihil probante?

21 An autem idem ſit de iure communi,vt ab actore penitus
nihil probante, poſſit deferri reo iuramentum, eſt paſſus du-
bius,in vtramque partem diſputari poteſt.Et reperiūtur duæ
principales opiniones . Vna eſt ſpeculatoris negatiua , quod
actor non poſſit deferre reo iuramentum iudiciale,niſi prius
aliquid probauerit,minus tamen,quā ſemiplena,quod quale-
cunque iudicium, & præſumptionem pro reo faciat, ex quo
ſaltem appareat,quod actor cauſam habuerit, hanc actionē
mouendi, atque ei iuramentum deferendi, alias non audi-
tur. Cum actore non probante,reus etiamſi nihil præſtiterit,
abſolui debeat,iuxta l.qui accuſare, 4.C.de edendo,& text.in
c.fin.§.ext.eo. Vnde tenentes illam ſententia reſpondent ad
l.manifeſtæ, eam intelligi , quando actor ſaltem aliquid pro-
bauit, licet minus, quam ſemiplene,&c. Altera eſt opinio af-
firmatiua, quod actor penitus nihil probans poſſit reo defer-
re iuramentum,per text.in d.l.manifeſtæ, & in d.l. ſi iuiurā-
dum,& ad pecunias, in princ.vbi dicitur aduerſarium, de in-
iuria quæri non poſſe,cum poſſit iuramentum referre , ſi ipſe
nolit iurare,& facit,text.c.2 de prob. vbi dicitur ad huiuſmo-
di iuramentum peruenitur , quando aliæ legitimæ probatio-
nes deficiunt, & tex.in d.l generaliter in prin,ver. Omne igi-
tur. C.de reb.cred.facit text.in l fin §.licentia, 10.Co.de iur.
delib. & in l.cum de indebito, 25.in omnibus , ff.de prob. vbi
dicitur,in omnibus cauſis eſſe licentiam concedendam,ei cui
onus probandi incumbat,aduerſario ſuo de rei veritate iuiu-
randum deferendi . Et reſpondetur ad d.l.qui accuſare , eam
intelligi & limitari per d.l.manifeſtæ,& ad d.l.fin.illum loqui
in iuramento neceſſario. Et quamuis pro vtraque parte plu-
ra fundamenta , adduci poſſint , tamen ſecundum hanc opi-
nionem dicit eſſe communiorem , Iaſ.in d.l.manifeſtæ, & in
l.admonendi,nu.71.ff.eod.

De iuramento voluntario , & iudiciali deferendo.

22 Porrò pro pleniori declaratione huius materiæ, quæritur.
In quibus cauſis iuramentum voluntarium, & iudiciale locū
habeat? Et de hoc eſt tex.in l.3 in princ. §.quacūque ff eo.re-
gulariter,in omnib.cauſis ciuilib.& pecuniarijs ſiue in rē,ſiue
in perſonā agetur,ſiue de poſſeſſione , ſiue de proprietate ſit
controuerſia, iuramentū iudiciale deferri poſſe adeo vt etiā
admittatur,quando pœnali actione ciuiliter ad pœnam pecu-
niariam agitur,tex.eſt in d.§.quacunque. An autem in cauſis
23 criminalibus locum habeat,magis dubitatur. Vera tamen &
magis communis ſententia eſt, quod accuſator poſſit reo iu-
ramentum,voluntarium & iudiciale deferre in cauſa crimi-
nali,criminaliter intentata,ſecundum Glo.in d.l.3.ſuper ver-
bo Agatur, vbi Iaſ.dicit, quod omnes Moderni teneant hanc
opinionem,cum triplici tamen modificatione.I.Vt procedat
quoad præiudicandum ipſi accuſatori tantum , ſed non iudi-
ci,vel alijs, quin iudex poſſit cōtra reum ex officio procede-
re.II.Vt procedat in caſibus,in quibus alias licet partibus trā-
ſigere de quibus, in l.tranſigere,18.C.de tranſact.propter æ-
quiparationem,quam facit l.2.ff.eod.inter tranſactionem,&
iuramentum. III. Vt procedat quando accuſator bona fidei
detulit reo iuramentum, quia videt, aliter ſe probare crimen
poſſe . Si enim habet alias probationes legitimas, tunc mala
fide deferre iuramentum diceretur, per tex.in l.eum qui 30.
§.in popularibus ff.eod.

De iuramento in criminalibus deferendo per reum.

24 Sed iam quæritur: An reus poſſit in criminalib. accuſatori
iuramentum deferre: Et Bar.in d.l.3.tenent,quod ſic,quia vi-
detur fateri in iudicio delictum,reus ſi actor iurauerit d l eū
qui,in prin.ver.abunde, ff.eo. Quod eſt verū in iuraměto iu-
diciali,ſed quando à reo defertur accuſare volenti iuramen-
tum voluntarium hic habebit illud iuramentum vim confeſ-
ſionis extraiudicialis ipſius delinquentis,quę ſufficit pro iudi-
cio ad torturam,vt notatur per Gl.fi.in l.ca.§.55. ff.ad leg.Iul.
25 de adult. Vnde notabitis,quando iuramentum à reo accuſa-
tori defertur, illo caſu non habere vim iuramenti , ita vt ne
admittatur probatio in contrarium , ſicut alias iuramentum
pro veritate,& plena probatione habetur,vt hic,& l.non erit
5.§.dato, ff.eod. Sed tantum habere vim confeſſionis contra
quam probatio de innocentia accuſati,in contrarium admit-
titur,l.1.§ ſi quis vltro 27.ff.de q. De quo latius vide poſt alios
omnino Alex.de Imol.in d.l.3.in princ.ff.eod.

De iuramento in matrimonialibus cauſis deferendo.

26 Circa prędicta etiam quęritur. An in cauſis matrimoniali-
bus iuramentum voluntarium,iudiciale deferri poſſit? Nam
pone quod ſint à puella,& iuuene contracta ſponſalia clāde-
ſtina,quæ poſtea à puella negantur,& per teſtes etiam proba-
ri non poſſunt,An iuuenis poſſit deferre iuramentum puellę,
vt iuret ſponſalia non eſſe contracta,vel ę cōtrario. An puel-
la poſſit deferre iuramentum iuueni,vt iuret ſponſalia eſſe cō
a tracta:Et in hac q.poſt Gl Bar.& omnes DD. *a* in d.l.3 ſuper
b verb. Agatur,ita diſtinguite. *b* Aut defertur. Affirmatiuum iu-
ramentum,affirmanti ſcilicet matrimonium eſſe contractū,
& talis delatio,admittitur quia videtur iſto caſu contrahi ma
trimonium ſub conditione honeſta ſi iuuenis iurauerit,puel-
lam ei fidem dediſſe. Poſito enim, antea in veritate nō fuiſſe
ſponſalia celebrata tamen nouo hoc conſenſu , eū puella ſub
iſta conditione conſentiat in ſponſum matrimonium contra-
hitur . Aut defertur negatiuum iuramentum neganti ſcilicet
matrimonium, vt ſi in caſu noſtro puella iuret ſponſalia non
eſſe contracta, & talis delatio non valet, nec ad diſſoluēdum
matrimonium admitti debet,cum iſtud non pendeat à volū-
27 tate partium.Eſt enim matrimonium indiſſolubile, vnde ſe-
mel contractum, volūtate partium nō dirimitur, iuxta illud.
28 Quos Deus coniunxit homo nō ſeparet. Et pro hac ſentētia,
quæ indubitate vera eſt,facit etiam illa ratio, quod iuramen-
tum & tranſactio æquiparantur,d.l.2. ff eo. Sed quando quę-
ritur. An ſuper cauſa matrimoniali tranſigi poſſit,quia paren
tes forte puellæ, & iuuenis volunt illam controuerſiam ami-
cabiliter componere ſimiliter diſtinguite. Aut enim trāſactio
fit affirmatiuè ad conſeruandum matrimonium,vt ſponſa pe
tita maneat ſponſa,& vxor maneat vxor, & tunc valet , licet
enim antea non fuerit ſponſa,tamen nouo iſto conſenſu trā-
ſactionis,iam erit ſponſa,& ita ſæpiſſime matrimonia conci-
liari ſolent,vt pater puellę fortè promittat maiorem aliquam
dotem.Quamuis enim matrimonia metu pœnæ etiam pecu-
niariæ,debeant eſſe libera,cap.Gemma,29 ext.de ſponſalibus
tamen ſpe lucri,ſæpè quis ad matrimonium inuitari ſolet,tex.
eſt notab.in l.Titio centum,71.§.1 ff.de cond.& demon. Aut
trāſactio negatiue. ad diſſoluendum matrimonium, quia pa-
ter puellæ forte promittit aliquos aureos iuueni, vt ab actio-
ne ratione matrimonij contra filiam inſtituta deſiſtat,vel cō-
tra. Et quia hoc non eſt in poteſtate noſtra vt matrimonium
non ſit matrimonium iuxta illud. Quos Deus coniunxit,&c.
talis tranſactio non valet text.eſt & ibi DD.in c.ſi.ext. de trā-
ſact.in d.l.3.in prin.ff eod.

De iuramento purgationis neceſſario.

30 Tertia ſpecies iuramenti litis deciſiui, dicitur iuramentum
31 neceſſarium, & illud quoque eſt triplex . Quoddam enim
dicitur iuramentum purgationis , quando iudex parti , quæ
c eſt ſuſpecta *c* de crimine, defert iuramentum , vt purget ſe
de crimine obiecto, & oſtendat innocentiam ſuæ conſcien-
tiæ,de quo eſt text.in l.fin.§.ſanè,5.iunct. Gloſ.in verb.Con-
ſcientia,C.de his qui ad Eccleſ.conſ. vbi cuſtos Eccleſiæ iurat
purgādo ſe nihil occultaſſe de rebus, & bonis debitoris fugien
tis,addite tex.in Auth.Nouo iure.Cod.de pęna iud.qui male
32 indic. & toto tit.ext.de pur. can. Circa , quod obiter notabi-
tis,quod in cauſis matrimonialib.,iudex poſſit,& debeat, reo
negandi

ADDITIONES.

a *Iaſon numero 26.*

b *Vide Can.c.Non debet,8.de conſang & aff.c.Ex litteris , 10.
extra de ſponſ c.In litteris,24.ext. de teſtibus Bald.3. Cod de
reb.cred.& conſ 22.p.1.Alex.conſ.186 vol.2.Dec.conſil. 133.
Iuramentum purgationis quin deferri poſſit , dubium non eſt
conſ 21.p.1.An ſuppletorium vide conſ.95.nu.31.conſ.95.nu.7.
conſ.49.n.96 quod arbitrio iudicis relinquitur,vt ibid.conſ.29.
nu.6.& 4.conſ.93.nu.31.conſ.34.nu.5.& paſſim.*

c *Iuramentum purgationis in actione iniuriarum an reo deferri
poſſit, vide Gayl.2.Obſeru.106.*

Digitized by Google

neganti matrimonium eſſe contractum, deferre iuramentū
purgationis, licet actor in probationibus ſuccumbat, & nihil
probet, vt veritas tanti ſacramenti eluceſcat. Ita notanter in-
quit Panor. poſt gl in ca. Continebatur, 6. & in c. Atteſtatio-
nes, 10. extra de deſp. impuber. Eſtq. hic caſus ſpecialis contra
regulam, l. qui accuſare, 4. C. de edendo, vt non habeat locum
in cauſa matrimoniali ſecundum Bal. & Pau. de Caſt. ibi. Hoc
tamen dictum ipſemet panorm. videtur limitare in cap. 2. de
eland. deponſ vt procedat, quando ſaltem ſubeſt aliqua ſuſpi-
cio, vel præſumptio pro matrimonio, alias reus ſimpliciter
abſq; præſtatione iuramēti abſoluendus eſſet, vt probatur per
c. fi. § fin. in verbo. Præſumptione, ext. de iureiur. & hoc vult
Glo in d. c. Atteſtationes, ſuper verbo. Ab ipſo iuramento, &
in d. c. Continebatur, ſuper verbo. Iuramento, &c.

De iurando in litem.

33 Secundo quoddam dicitur iuramentum litem, de quo tit.
in ff & C. de in litem iurando. Et illud proprie dicitur litis ę-
ſtimatorium, quia per illud, non deciditur lis principalis, ſed
æſtimatur res, de qua eſt lis, & controuerſia. Vnde etiam in
litem dicitur, quia non fit niſi in lite, & occaſione litis, contu-
34 maciæ, & condemnationis præcedentis. Et non reo, ſed acto-
ri, nec à parte, ſed à iudice defertur, l. videamus, 4. §. deferre,
ff. de in litem iurando. Et non ſolum ob dolum, nō autem ob
culpam ipſius rei actori defertur, l. in actionib. 5. §. pen. de in
litem iurando Niſi in actione tutelæ, ſecundum Gl. in d. l. in
35 actionib. ſuper verbo. Non etiam. Et tale iuramentum tripli-
citer deferri ſolet. Aliquando enim defertur ad probandā ve-
a ram *a* ęſtimationem rei, & ita ad cōmune intereſſe, ſeu pre-
cium rei, quanti ſcilicet res communiter vendi poteſt, iuxta,
l. precia rerum, 53. ff. ad l. Falc. veluti quando Titius debet mi-
hi equum in ſpecie, eſtque in dolo, & mora reſtituēdi, & poſt
moram equus perijt, tunc quia difficile eſt probare valorem
rei, defertur mihi in iuramentum, in litem, de vera æſtimatio
ne iſtius equi non ſolum, in actionibus bonæ fidei, ſed etiam
ſtricti iuris, & de hoc eſt tex. in d. l. actionib. §. planè. Aliquan-
do vero defertur iuramentum in litem, ad probandam rei æ-
ſtimationem, non ſecundum veritatem, quando ſcilicet res
communi æſtimationem valeat, ſed ratione intereſſe ſingu-
laris, ſecundum affectionem ipſius agentis, etiam in infinitū,
vltra verum, & communem valorem rei, mediante tamen
taxatione iudicis. Dummodo affectio habeat coniunctam
voluntatem, vel alias ſit ſaltem probabilis vt eſt in caſu l. ſi in
emptione, 35 ff. de minorib. Et ad hoc, vt tale iuramentum in
litem de affectione locum habeat, tria copulatiuè requirun-
36 tur. I. Quod agatur actione bonæ fidei. II. Quod res circa
quam defertur, ſit talis, vt in eam cedat affectio. III. Quod
reus ſit in dolo, nec ſufficit lata culpa. Exempli gratia: Pone,
quidam Doctor commodauit cuidam. Scholari ſuum Codi-
cem ad deſcribendas Apoſtillas, & quia Scholaris nō reſtituit
Codicem, fuit contra eum actum actione bonæ fidei, cōmo-
dati, ſ. & iudex condemnauit Scholarem per ſententiam defi-
nitiuam ad reſtituendum Codicem, & quia poſt ſententiam
à Scholari non reſtitutus Codex, iam odio, & dolo rei contu-
macis, in non reſtituendo Codice, lex diſponit, vt iudex poſſit
deferre Doctori iuramentum, in litem, quo iuret de ſuo in-
tereſſe ſingulari, ratione affectionis quam habet ad iſtū Co-
dicem, cui eſt coniuncta vtilitas, quia diu in eo ſtuduit, & po-
tius carere centum aureis, quam Codice, cum in veritate vix
37 valeat vnum aureum. Et poterit iudex illam quantitatem ta-
xare ſeruata diſpoſitione, l. vnicæ, C. de ſententijs, quæ pro eo,
quod intereſt, vt ſingulare intereſſe non excedat duplum in-
tereſſe communis. Aliquando vero, & ſic tertio modo poteſt
deferri iuramentum in litem, ad æſtimationem intereſſe
ſingularis extra rem, v. g. Pone, depoſui penes te mille aureos
quos ad petitionem meam non reſtituiſti, ita vt agam contra
te actione bonę fidei, depoſiti, ſ. & iudex condemnat te ad re-
ſtituendum depoſitum, ſed quia non obtemperas iuſſui iudi-
ci, es in dolo, & hoc caſu non defertur iuramentum in litem
affectionis, quia in nummis, non cadit affectio, l. nummis 3.
ff. de in litem iurando. Defertur, tamen mihi iuramentum in
litem, ratione intereſſe ſingularis extrinſeci, id eſt, extra num-
mos. Nam pone, quod debeam Titio mille aureos, quos pro-
miſi ſoluere prima Decemb. ſub pęna 200. aureorum, & quia
non reſtituiſti depoſitos mille aureos, non potui ei ſatisface-
re, & ideo incidi in pęnam, illud dicitur intereſſe ſingulare,
quod meæ, tantum perſonæ competit, & extra rem nummos
ſ ſeu bonitatem nummorum, d. le. nummus. Et vt tale iura-
38 mentum locum habeat duo ſufficiunt. I. Quod agatur actio-
ne bonæ fidei, vel ſtricti iuris arbitraria. 2. Quod dolus, & cō-
tumacis rei interueniat. 3. Et enim vt ſit res circa, quam cadat
affectio, & non exigitur, De quo videte plura per Paul. de
Caſt. Iaſ. & alios ſuper Rub. ff. de in litem iurando.

De iuramento ſuppletiuo.

39 Denique quoddam iuramentum neceſſarium dicitur ſup-
pletium, quod, ſ. in ſupplementum ſemiplenæ probationis à
iudice defertur, & hoc proprie dicitur. iuramentum neceſſa-
rium, de quo tex in l. in bonæ fidei, Co. de reb. cred. & in l. ad
40 mouendi, 31. ff. de iureiur. & in c. fi. extra d. eod. Et dicitur ne-
ceſſarium duplici reſpectu. I Ex parte Iudicis, qui neceſſe ha-
bet illud imponere, incurrētib. requiſitis, de quibus ſtatim di-
cetur. Alias para tanquam grauata poſſet appellare, ſecūdum
Batt. per textum, in d. l. in bonæ fidei, in verbo. Oportet, quod
41 denotat, neceſſitatem, c. Oportet, 12. cauſ. 8. qu. 1. II. Ex parte
eius, cui id imponitur, quia ia cogitur iurare, nec poterit dela-
tum alteri parti referre, d. c. fi. Et hoc ad differentiam iuramē-
ti iudicialis, quod referri poteſt, d. c. fi. & d. le. iuſiurandum, &
ad pecunias, §. ait. Prætor. ff. eod. Eſtq; hæc prima differentia
inter iudiciale, & neceſſarium iuramentū. Secunda eſt, quod
iudiciale, defertur à parte parti. Neceſſarium vero iudice d.
42 c. fi. Tertia iuramentum iudiciale, ita habetur pro veritate,
vt ſententia lata ratione talis iuramenti, per inſtrumenta de
nouo reperta non retractetur, ſucus ſi ſit lata ſententia præ-
textu iuramenti neceſſarij, nam illud per inſtrumunta de no-
uo reperta retractatur tex. eſt in d. l. admonendi. Quia enim
primum iuramentum, conſenſu vtriuſq; parti pręſtatur, ideo
videtur eſſe quædam tranſactio, quæ etiam per inſtrumenta
de nouo reperta non retractari ſolet l. ſub prætextu, 19. C. de
tranſact. Neceſſarium verò à iudice parti defertur, altera
43 parte inuita. De quo latius videre Doctores in d. l. admonen-
di. Et ad hoc, vt tale iuramentum deferatur quinque interue-
nire, & à iudice conſiderari debent.
Primò, quod ſemiplenè, per vnicum forte teſtem, omni ex
ceptione maiorem, probatum ſit, ſecundum Bart. & commu-
niter Doct. in d. l. Admonendi. Dicitur autem teſtis omni ex-
ceptione maior. ſecundum Iaſ. ibi, cum nulla exceptio obijci,
& macula impingi poteſt, add Gl. in §. item verborum, ſuper
verbo Idoneos, ſup. de inut. ſtip. & Glo. in c. 1. in verbo. Maio-
res, extra de conſang & affin.
44 Secundò, conſideranda eſt natura cauſarum, vtrum cauſa
ſit ciuilis, an criminalis. In criminalibus enim ſemiplenè pro-
b banti, neceſſarium iuramentum deferri non debeat, *b* cum
c in cauſis criminalib. *c* probationes debeant luce meridiana
eſſe clariores, l. fi. C. de probat. Vnde etiā in cauſis matrimo-
d nialibus *d* actori ſemiplene probanti ſponſalia eſſe cōtracta,
e iuramentum neceſſarium non eſt deferendum, *e* quia cauſa
matrimonialis æquiparatur criminali, & cuius arduæ cauſæ,
cum ſit inſtar ſeruitutis, vt inquit Abb. in c. Mulier. 34. ext. de
iureiur. per tex. in c. Non debet, 8. de conſang. & affin. de quo
vide Bar & Doct in d. 3. in princ. ff. eod.
Tertiò, attendi debet perſonarum conditio, ne iſte ſemiple
ne probans, & volens iurare, quodammodo teſtis ſit in pro-
pria cauſa. Debent quoque in eo conſiderari, quæ alias in te-
ſte conſiderantur, veluti morum grauitas, vitæ honeſtas, di-
gnitas, & c. iuxta tex. in l. 2 ff. de teſtib.
Quartò, quantitas rerum, ſeu ſummarum petitarum in-
45 ſpicitur, vtrum ſit magna, vel modica ſumma. Nam in quan-
titate magna ſemiplenè probanti iuramentum deferri non
debet. Et quæ ſit magna, vel parua quantitas, relinquitur
arbitrio iudicis æſtimanti hoc, non tam ſecundum naturam
rei, ſeu quantitatis, quam etiam ſecundum conditionem li-
tigan-

ADDITIONES.

a *Iuramentum in litem veritatis, quibus caſib. concedatur plu-
ribus explicat Menoch. 2. de arbit. iud. caſu 208.*
b *Vide late Iaſ. in l. admonendi, 31. ff. de iureiur. & l. 3. eod. titul.
Nic. Ant conſ. matr. 82. nu. 10.*
c *Quando & qua ordine deferatur iuramentum neceſſarium, &
ſuperueniente eum in cauſis capitalibus vide Menoc. 2. de arbit.
iud. caſu 644.*
d *Iuramentum ſuppletorium in cauſis matrimonialibus vtrum
deferre poſſit, vide Gayl. 2. Obſeru. 94.*
e *Relinquitur id arbitrio iudicis præſertim ſi pluſquam ſemiplene
probatū eſſet, quo caſu in cæteris ēt arduis habet locum, vt ibi
dicit cōmunem Nic. Ant. conſ. matr. conſ. 92. num. 10. & 14. &
in matrimonialibus fere eſt arbitrium, vt ſupra poſuimus.*

tigantium: quia centum aureorum ſumma inter duos pau-
peres litigantes perinde cenſebitur magna, atque mille au-
reorum inter duos diuites,& potentes, vt inquit Cyn, in dict.
l. in bonæ fidei. Cuius ſententia eſt probabilior, ſecundum
Salicet. ibi.

46 Quinto inſpicitur factorum qualitas, vter melius nouerit
veritatem, actor, vel reus. Vnde hæredes ſuper facto defun-
cti ſemiplenam probationem inducens, non poterit petere
ſibi deferri iuramentum neceſſarium, cum præſumatur ha-
bere ignorantiam eius, tanquam facti alieni, l. Marcellus, 11.
§. 1 ff. de act. rerum amotarum,& leg. qui in alterius, 42. ff. de
regulis iuris. Iſtis igitur quinque interuenientibus, poterit a-
ctor ſic ſemiplenè probans licitè petere, ſibi iuramentum ne-
ceſſarium deferri, quo confirmet talẽ ſemiplenam probatio-
nem, nec nõ ex diuerſis ſpeciebus probationibus, puta, ex di-
cto vnius teſtis,& iuramento ſuo præſtito, plena probationẽ
47 efficiat. Et notandum ſecundum Bart. in d. l. admonendi, cir-
ca finem quod actor, ſic ſemiplene probans debet expreſſè in
actis petere, ſibi deferri tale iuramentum, alioquin iudex nõ
a petenti minimè defert, *a* per regulam, qua dicitur iudicem
non impartiri aut adminiſtrari officium ſuum niſi petitum, l.
4. §. hoc autem iudicium, 8. ff. de damno infecto, Et de hia vi-
dere latius per Doct. in prædictis locis.

Præmiſſis ſic ſpeciebus iuramenti, pro intellectu §. noſtri
quæri, poteſt. An ex omni iuramento præſtito oriatur actio
de qua hic igitur? Sed de hoc infra circa requiſita ad hanc a-
ctionem commodius dicetur.

De effectibus iuramenti.

48 Priuſquam autem ad declarationem huius actionis perue-
niamus, paucis de effectibus iuramenti (quorum duodecim
hic refert D. Iaſ in princ. § noſtri) dicemus. Et. I. Iuramentum
litis deciſiuum habet vim plene probationis, vt colligit Ang.
hic ex text. noſtro,& melius probatur per tex. in l. non erit, §.
dato, ver. Quaſi ſatis ſit probatum iureiurando, & in l. ſed ſi
poſſeſſor, 11. §. fin. ver. Perinde habet quod iuratum eſt, atq;
ſi probatum eſſet, ff. eod. II. Iuramentum litis deciſiuum ha-
bet vim ſententiæ, d. l. ſed ſi poſſeſſori, §. fin. Ex quo ſequitur
ſecundum Ang. hic, illud non retractari per inſtrumenta de
nouo reperta, ſicut nec retractatur ſententia, l. ſub ſpecie, 4.
C. de re iudic. licet ſecus ſit in iuramẽto neceſſario, d. l. admo-
49 nendi, ff. eod. III. Iuramentum facit de uno debito debitum,
vt hic ſicut ſententia, vt notatur, in l. 1 C. de condict. indeb. &
50 in l. ſi fideiuſſor, 29. §. in omnibus, ff mandati IV. Habet ean-
dem, vim iuramentum, quam habet litis conteſtatio. Sicut
enim per negationẽ rei ad petitionem actoris inducitur litis
conteſtatio, c. 1. extra de litis conteſtationem. Ita per delatio-
nem iuramenti factam per reũ actori, inducitur tacita quę-
dam litis conteſtatio. Hæc enim delatio videtur tacita con-
feſſio contentorum in libello quaſi reus fateatur contenta
in libello eſſe vera, ſi actor Iuret. Ideo per iuramentum præ-
ſtitum ab actore perpetuatur actio, & interrumpitur præſcri
ptio, ſicut per litis conteſtationem, l. nam poſtea, 9. §. ſi his qui
51 temporali, 6. eod. V. Per iuramentũ tollitur *b* naturalis obli-
b gatio nihil enim tam eſt naturale, quam vnumquemque cõ-
tractum eo modo diſſolui, quo colligatus eſt, l. nihil tam na-
turale, 35. ff. de reg. iur. Sed naturalis obligatio regulariter ex
conſenſu oritur, ideo etiam contrario cõſenſu tollitur, quod
etiam fit quando defertur iuramentum reo, quia actor vide-
tur conſentire, vt tollatur obligatio, ſi reus iuret, & videtur
confiteri ſi reus iurauerit, l. Stichum, aut Pamphilum, 95. §. na
52 turalis, 4. ff. de ſolutionibus. VI. Iuramentum habet vim ſolu-
tionis, leg. iuſiurandum etiam, 27. ff. eod. Quod eſt verum, vt
habeat vim ſolutionis fictè, non verè ſecundum Bart. in leg.
53 qui, iuraſſe, 36. § fin. ff. eod. VII. Propter iuramentum præſti-
c tum minor *c* repræſentatur maior, & inualidus contractus
per eum celebratus confirmatur, vt ſit efficax virtute iuramẽ
ti, Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem,
54 &c. VIII. Licet in obligationibus facti, quando quis ad factũ
aliquod ſe obligauit, ſuccedat obligatio ad intereſſe, ſicut pro-
mittens, factum ſi ſoluat intereſſe liberetur, vt notatur in
leg. ſtipulationes non diuiduntur, 72. in prin. ver. Celſus, ff de
verb. oblig. & in l. 1. ff. de actione empt. quotieſcunque tamen
per iuramẽtum, quis ſe ad factum adſtrinxit preciſè tenetur
ad factum præſtandum, nec ſoluendo intereſſe liberatur, vt
eſt gl. in l. ſi pecuniam, 5. in verſ. Neceſſe habeas, ff de condit.
55 cauſa data cauſa non ſecuta. IX. Quando inter partes conuen-
tum eſt de prorogando iuriſdictione iudicis non ſui, & ſic
interpoſitum eſt pactum de reſpondendo coram iudice non
ſuo tunc antequam iudex adeatur ſemper licet pœnitere, l. ſi
conuenerit 18. de iuriſdictione omnium iudic. Si tamen, pro-
rogata ſit iuriſdictio mediante iuramento, non habet locum
pęnitentia, ſecundum Canoniſtas in c 1. extra de iud. per re-
gulam, Quotieſcunque iuramentum ſine diſpendio ſalutis
56 æternæ,&c. vulg cap. Cum contingat, 28. extra eod. X. Iura-
mentum habet vim clauſulæ, vt velat actus omni meliori
modo, quo poteſt valere text. eſt in leg cum pater, 77 §. filius
matrem, 23. ff. de leg. 2. per quem tex. Alex. de Imol. in conſil.
22. in 4. vol. inquit iuramentum tantum valet, vt ſi actus nõ
valeat, eo modo quo agitur, valeat tamen alio quo melius va-
57 lere poteſt. XI. In obligationibus faciẽdis, cum obligatio ſuc-
cedat ad intereſſe,& eius ſit difficilis probatio, traditur ab Im
peratore in 7. §. fin ſup. de verb. oblig. hoc conſilium, vt is qui
ſtipulatur factum faciat opponi aliquam certam pœnam. &
licet tunc vtrumque, tam factum, quam pęna peti poſſit, ſi
contra, vel non fiat, tamen actor altero debet eſſe contentus,
leg. reſcriptum, 10. §. ſi pacto, ff. de pactis niſi ſit adiecta clau-
ſula. Rato maneat pacto. Nam tunc,& factum,& pęna exi-
gi poſſunt l. qui fidem, 16. & ibi Gloſ & Doct ff. de tranſ. &
not. in d. §. fin. ſup. de verb. oblig. Iſtius clauſulæ. Rato ſcilicet
manente pacto quæ in pęnali ſtipulatione, apponi ſolet vim
58 habet iuramentum ſecund. Bart. in leg. ſi quis maior, 41. Co.
de tranſact. & D. Iaſ hic, nu. 15. XII. Iuramentum in contra-
ctu appoſitum habet paratam executionem, ſicut ſententia,
vt tenet Bart. in l. 2. ff eod per l. poſt rem iudicatam. 56. ff. de
re iud. cuius dictum teſte Iaſone hic, num. 87. omnes Doct.
ſequuntur. Vnde Iaſon hic conſuluit, vt in fine cuiuslibet in-
ſtrumenti quis faciat apponi iuramentum, cuius virtute in-
ſtrumentum habebit paratam executionem. Et plures effe-
59 ctus iuramenti, videte hic per Iaſ. in princ. §. noſtri. XIII Ad-
huc vnus effectus iuramenti eſt præmittẽdus videlicet, quod
d iuramentum *d* producit actionem, text eſt hic, qui intelligi-
tur de iuramento voluntario, & iudiciali, non autem de ne-
ceſſario vt infra latius dicetur. Item producit exceptionem,
quæ eſt litis finitæ, de qua, in l. nam poſtea quam 9. in prin &
ibi. Bart ff. eo. Et quid a parte rei conuenti, tam in actionibus
realibus, quam perſonalibus, iuramentum præſtitum opere-
tur inf. poſt gloſ. hic in verbo, Deberi copioſius declarabitur.
His ſic præmiſſis, nunc de actione, quæ ex iuramento oritur,
de qua loquitur textus noſter, dicendum eſt.

DE ACTIONE IN FACTVM EX IVRAmento præſtito formiter, vel informiter.

60 Poteſt hæc actio hoc modo definiri, vt ſit prætoria perſo-
nalis, qua agit is, qui poſtulante aduerſario ſuo in continen-
ti iurauit aliquid ſibi deberi, vel reum res ſuas poſſidere, ad
præſtandum id ſuper quo antea actor iurauit ſibi deberi, vel
rem.

ADDITIONES.

a *Imo contrarium placuit conſtit. 23. par. 1.*

b *Et innatur. Nam vt naturalis obligatio confirmatur adiectis fideiuſſores, l. 2. l. vlt. §. 1. ff. de fideiuſſ. ita & iuramentum, vide Guidon Pap q. 190. 2.*

c *Minor conſtituens procuratores generaliter in omnibus cauſis motis, & mouendis, & ad ſancta Dei Euang. iurans rata habere geſta per procuratores, & eis non conuenire Notario ſtipulante facit vt actus non cenſeatur nullus ob defectum authoritatis curatoris, quia iuramentum facit, ſeu repræſentatum maiorem, ſicut in cont. act. gloſ. in verbo, Super contractibus in fine quam ſequitur Bart. in Auth. Sacr. puberum, Cod. ſi. aduerſ. vend. Et ita ſeruat ſtylus curiæ Delphy. Guid. Pap. q. 30. Quid ſi ſuper alio libro iuret, quam ſuper Euang. Idem Guid. ibid. & q. 493. inf.*

d *Iuramentum iure ciuili, & canonico obligationem inducit Canon. in c. Cum veniſſent, extra de iuſtit. ius enim Canonicum vult ſeruari iuramentum, cap. Cum contingat extr. de iureiur. Ex quo ſequitur, ex iureiurando obligationem, & actionem naſci, arg. leg. ſtatuas, ff de acqu. rerum dom. Gl. in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. Sed Innoc in d. cap. Cum veniſſent, & in c. Nouit. de iud. putat iuramento produci actionem ſed non monitorium. Idem in c. Quintauallis vul. iureiurando officium tantum iudicis oriri. Sed Canon in d. cap Cum veniſſent, tenent actionem produci per cap. Ex reſcripto de iureiur. quod maximè notandum eſt in tranſ. alimentorum iurata, ad l. 1. & l. 8. ff. de tranſ. in iurata renunciatione ſucceſſ. in l. pactum, C. de pact l. pactum C. de colla. Quamuis, de pact in 6. In donat. in virum & vxorem conſtante matrimonio Cuneus in l. 1. ff. de don. Bart. in l. Seius, & Agerius ff. ad l. Falc. vide Pap. quæſt. 190.*

Digitized by Google

61 rem ſuam eſſe Et pro declaratione definitionis,& gl. noſtræ
hic ſup. verb. Deberi,prætermittendum eſt iuramentum litis
deciſiuum dupliciter præſtari poſſe formiter, & informiter.
Formiter iuratur,quando cum cauſa adiecta,vel cum expreſ
ſione contractus iuratur,veluti ſi actori iurat ſibi deberi cen.
tum ex cauſa mutui,vel venditionis,& ita de alijs contracti-
bus qui in delatione, & præſtatione iuramenti nominantur.
Tunc enim dicitur formiter iurari id eſt, ad formam cõtra-
ctus ſeu cauſæ adiectæ,ex qua formata eſt petitio. Informi-
ter vero iuratur, quando nulla cauſa,ſeu nomine cõtractus,
expreſſe iuratum eſt ſibi aliqui deberi: veluti, ſi petam, à te
10.ſimpliciter, & tu deferas mihi iuramentum,an poſſim iu-
rare mihi decem deberi. Si iuro ita ſimpliciter,non expreſſa
cauſa quare decem debeantur dicitur iuramentum informi-
ter præſtitum, vt declarat poſt alios hic Zaſ. verſ. 5.collige.
Videndum igitur nunc poſt gloſ. noſtram quænam actiones
ex iuramento formi vel informi oriantur.

In perſonalibus actionibus qui iurent.

62 Et primo in actionibus perſonalibus quando formiter iu-
ratum,eſt duæ oriuntur actiones. 1. Actio vtilis ex iſto con-
tractu,ſortè emptionis, vel alio expreſſo, ratione iuramenti
quia actor iurauit ſibi aliquid deberi ex contractu nomina-
to competit,l.ſi duo,13.§.ſi quis iurauerit,ff.eod. Et tunc me-
dium concludendi eſt contractus,quia de hoc iurauit ipſo de-
ferente. Et licet præcipua cauſa concludendi ſit iuramẽtum,
quia abſque eo non crederetur contractum interueniſſe, ta-
men quia præſtitum eſt propter contractum,qui tunc ex iu-
ramento præſtito præſumitur, vtilis hæc actio ex contractu
oritur,vt notatur,in d.§.ſi quis iurauerit,& ibi DD.2. Oritur
a etiam actio in factum ex iuramento *a* formi, in qua mediũ
concludendi eſt: quia ad tuam delationem iuraui,ideo peto,
63 &c.Et hoc loco ſolum iuramentum conſideratur,vt hic. Si-
cut in omnibus actionibus in factum non eſt, aliud medium
concludendi quam ipſum factum,vt qui hoc factum eſt ideo
peto,&c. vt declarat hic Zaſ. Et licet Gloſs. noſtra, quam ſe-
quitur Fab.hic numer.2.& Ang.6.& 7.teneat, in perſona lib.
quando iuratum eſt formiter locum non habere actionum
in factum,cum iurans alias habeat actionem perſonalem
vtilem ex iſto contractu;tamen D.Iaſ.hic nu.46. concluditur
contra gloſ.hic,cum remedia Prætoris habeant locum, nedũ
in caſu neceſſario,ſed etiam in caſu non neceſſario, §. item
ab inteſtato, I ſup.de bo.poſ.& idem tenet Bart.d.leg. ſi duo,
§.ſi quis iurauerit,& Zaſ.& etiam ipſemet Ang.hic,num.4.in
Glo. verb.Deberi in hoc ſibi contrarius. Et vtile eſt hanc a-
64 ctionem in factum ex iuramento etiam formi intentare
vbi ſufficit probare,quod iuratum ſit,vt ſubijcit hic Iaſ. num.
b 47.ante fin.Ex iuramento vero informiter *b* præſtito in per-
ſonalibus,non eſt dubium,quin vna tantum actio oriatur,in
factum ſcilicet ex delatione, & præſtatione iuramenti, quæ
ſemper competit, quod non eſt aliud nomen actionis ex ali-
quo contractu,vel facto proditum l.1.ff.de præſcrip. ver.ne-
que poteſt hoc caſu oriri vtilis actione contractu cum nul-
lus contractus ſit expreſſus, ſed informiter iuratum ſit. Et
hæc de iuramento in perſonalibus actionibus.

In realibus actionibus cui iuramentum deferatur.

65 Sequitur nunc de iuramento in realibus actionibus. Nam
pone, quod actor petijt a Titio fundum ſibi reſtitui, & reus
defert actori iuramentum,an poſſit iurare fundum eſſe ſuũ:
Si iurat,competũt actori quoque hoc caſu duæ actiones,vna
in factum ex illo iuramento,& altera vtilis in rem, ſecũdum
gl. hic in verbo deberi,quam omnes DD.hic ſequuntur. Nec
diſtinguitur hoc caſu inter iuramentum forme & informe.
Exempli gratia ſecun.Zaſ.actor petit a Titio fundum, quem
dicit eſſe ſuum,ex cauſa empti.Hoc dicitur iuramentum for-
me,quia contractus eſt expreſſus, & cauſa dominij,quare ſit
ſuus.Si vero non exprimeretur cauſa dominij,ſed ſimpliciter
actor iuraret fundum eſſet ſuum, informe iuramẽtum dice-
retur, & quamuis in perſonalibus actionibus, non oriatur
vtilis actio ex contractu,quando iuramentũ informiter præ-
ſtitum, eſt tamen hoc caſu non diſtinguitur, quia in realibus
vltra actionem in factum, etiam vtilis in rem actio compe-
66 tit,ſiue formiter,ſiue informiter iuratum ſit. Eſtque ratio di
uerſitatis, nam in reali ſemper eſt vna tantum cauſa, domi-
nium ſcilicet ideoque ſemper certa & vniformiter, prolata
intelligitur, vt cum dico rem eſſe meam, tacite complector
omnem illam cauſam,ex qua eſt mea.Perſonalium vero plu
res,& infinitæ ſunt cauſæ,poteſt enim aliquid deberi ex mu-
tuo empto,locato,&c.Vnde non poſſumus ſcire ad quã cau-
ſam fiat relatio in perſonali,quam informiter eſt iuratum,ac
proinde non oritur vtilis actio ex contractu,niſi is exprima-
tur,l.& an eadem,14.§.actiones, ff.de except.rei iud. Et vide
poſt alios hic,Iaſ.nu.44.& Zaſ.verſ.quid autem,de iuramen-
67 to in actione reali. Sed iam quæritur quænam ſit vtilitas a-
ctionis in factum in realibus,cum vtilis in rem competat, &
melius ſit incumbere,rei quam perſonæ §.furti, ſup.de oblig.
quæ ex del.&c.Et ad hoc breuiter reſpondet, eius maximam
eſſe vtilitatem. In realibus enim actionibus multa probanda
incumbunt actori,de quibus in §. omnium, ſiue dictum eſt,
ſed in actione in factum, quæ ex iuramento oritur, ſufficit
probare ſic eſſe iuratum,vt hic,& d.l.non erit,§.dato, ff eod.
quod facile probari poteſt,de quo vide Fab.hic nu.4.in fi.ff.&
68 Iaſ.47.Et ad pleniorem intellectum huius materiæ, præſer-
tim Glo.noſtræ, in verbo deberi circa fin.quando in realibus
actori iuramentum delatum eſt,vt iuret rem ſuam eſſe quę-
nam actiones oriantur duos caſus principales diſtinguatis.
Aut enim actori iuranti rem ſuam eſſe non eſt facta à reo
traditio rei;aut eſt facta traditio.

Primo caſu tria remedia competunt actori ex hoc iura-
mento ſec.Paul.de Caſt.in d.l.nam poſteaquam, §.ſi petitor,
ff.eod I. Actio in factum,de qua hic,& in dict.§.ſi petitor. II.
Vtilis,in rem actio ſecund. Gl.hic III.Quia iuramentum ha-
bet paratam executionem,poterit actor iudicis officium no-
bile executione pro implorare. Et remedia competunt tan-
tum contra reum,qui iuramentum detulit, & eius hæredes,
& contra habentem cauſam ab eo,etiam titulo ſingulari,poſt
delationem tamen iuramenti facta,d.§.ſi petitor ibi [ſucceſ-
ſerunt,] quod de vniuerſali, & ſingulari, ſucceſſore intelli-
gendum eſſe dicit, Paul.de Caſtr.ibi num. 5. Contra tertium
vero, qui non habet cauſam à reo deferente, non dantur, d.
§ ſi petitor,cum l.ſeq. & ibi Paul. de Caſt.ff.eod.

Secundo caſu,quando traditio rei ſecuta eſt iuramentum,
quia reus actori iuranti tradidit rem petitam, & iurans po-
ſtea cecidit à poſſeſſione rei,antequam eam præſcribat, tunc
communis eſt concluſio, competere iuranti Publicianam a-
ctionem non ſolum contra deferentem iuramentum, ſi res
ad eum redeat de quo non eſt dubium,per text.in l.eum,qui
(al §.2. in l.ſed & ſi res, 7.) §.ſi petenti, ff. de Publ. ſed etiam
contra quemcunque poſſeſſorem, & hanc ſententiam tenet
gl.noſtra,hic Ang.& Paul.de Caſt.in d.§. ſi petitor ſuper ver.
actio. Quia enim concurrunt hic requiſita ad Publicianam,
videlicet titulus ex iuramento, item traditio, & bonas fides
iuris præſumptione: ergo, & Publiciana locum habet, & per
conſequens contra quemlibet poſſeſſorem intentari poterit
iuxta ea,quæ in §.ſed iſtæ,ſup.eod.dicta ſunt. Ab hac tamen
ſententia D.Iaſ.hic,d.§.ſi petitor,poſt Fab.hic recedit videli-
cet exiſtimans Publicianam competere tantum contra defe-
rentem,& eius ſucceſſorem,& non cõtra alium, ita vt ſi poſt
iuramentum præſtitum, actor cecidiſſet poſſeſſione rei quæ
veniſſet ad tertiam perſonam, actor iurans non poſſit con-
tra tertium Publiciana experiri,per tex.in d.l.eum,qui,§.ſi pe
tenti vbi ſunt verba formalia. Si petenti mihi rem iuſiuran-
dum detuleris,egoq; rem meam eſſe iurauero,competit mi-
hi Publiciana, ſed aduerſus te duntaxat. Et ſubijcitur ratio,
etenim ſoli nocere debet iuſiurandum,qui detulit,neque po-
teſt huic textui commode reſponderi neque valet reſponſio
69 gl.noſtræ,in d.§.ſi petenti, vt pulchre tradit hic Iaſ.nu.51. Eſt
c enim firma regula, iuramentũ *c* vltra perſonas litigantes non
70 extendi,d.§.ſi petenti,& d. §.ſi petitor.Sicut ſententia & res
iudicata non nocet,nec prodeſt alijs,leg.ſæpe,63.ff. de re iud.
Nec obſtant pro parte contraria adducta. Licet enim regula
ſit Publicianam dari contra quemlibet poſſeſſorem, tamen
hæc procedit quando allegatur titulus ad hoc conueniẽs ſed
quando allegatur pro titulo res iudicata,vel iuramentum,de
quorum natura cum regulare, ſit vt alijs non noceant: certe
nec actiones ex eis deſcendentes ad alios extenduntur, vt
expreſſe probatur,per text.in d §. ſi petenti. Et hæc de iura-
mento actoris.
71 Sed iam vlterius quæritur poſt Gloſſam noſtram in verbo
deberi. Quidnam operetur iuramentum à parte rei, ſi defe-
rente

ADDITIONES.

a *Quod continet expreſſam cauſam debiti vt paulo ante dictum eſt.*

b *Nulla cauſa adiecta debiti.*

c *Iuramentum,an ſit quid perſonale,vel reale,& an tranſeat ad hæredes iurantis, vel iuramentum recipientis, vide diſtinctionem,apud Guid,Pap.q.190.& 414.*

Digitized by Google

rēte actore iurauerit? Et certe in perſonalibus actionibus pa-
ratur ei exceptio, quia non eget aliqua actione. Exempli gra-
tia. Titius petit a me decem ex cauſa mutui, & ipſo deferen-
te iuraui me non debere ex hoc iuramento nulla mihi oritur
actio, ſed exceptio iuſiurandi, quæ eſt litis finitæ, de qua text.
in d.l.nam poſtea quam, in princ. & ibi Bar. ff. eo. add. D. Ko-
ning. in proce. c. 45. In actionibus vero realibus quando reus
iurat, diſtinguitur. Aut enim iurat actore deferente, rem nō
eſſe actoris, quia Titius petit a me fundum, quem ego poſſi-
deo, & dico eum non eſſe actoris, idque ad delationem acto-
ris iuro: & hoc caſu mihi nulla paratur actio, ſed tantum ex-
ceptio contra Titium petitorem, quamdiu illum fundum
poſſideo quod ſi cadam a poſſeſſione fundi, & is perueniat ad
Titium, non competit mihi actio contra Titium. Nec enim
ſequitur, iuraui fundum non eſſe tuum, ergo iuraui eum eſſe
meum. Aut reus iurat fundum eſſe ſuum, veluti, Titius petit
fundum a me ego dico fundus eſt meus, adeoque deferente
Titio iuro fundum meum eſſe, & hoc caſu ſi poſtea cadē ab
eius poſſeſſione, quæ perueniat ad Titium competit mihi a-
ctio ex illo iuramento contra Titium, & eius ſucceſſorem.
Si vero ad aliquem tertium peruenit, nulla mihi neq. Pu-
bliciana, neq. alia in rem, neq. in factum actio contra tertium
competeret, etiamſi millies iuraſſem fundum eſſe meum, iu-
ramentum enim eſt confirmatum, quod perſonas litigantes
non excedit, ſicut hæc omnia, per ordinem habentur in d. l.
nam poſteaquam, §. fin. cum duabus legibus ſequ. ff. eod. & in
d. l. eum qui, §. ſi petenti.

Ex quibus cauſis hæc actio competat.

72 Porro pro declaratione huius actionis principaliter quæri-
tur. Quænam requirantur ad hoc, vt hęc actio locum habeat
I. Requiritur quod actor iurauerit poſtulatus id eſt, deferen-
te aduerſario iuramentū. tex. eſt hic. Vnde qui ſe vltro offert
ad iuramento reo inuito, nihil agit neque dicitur iuramen-
tum iudiciale, nec conuentionale, ſed vltroneum, quia iurans
ſe vltro offert, ſec. Zaſ. hic, Et tale iuramentum vltroneum ni-
73 hil releuat, nec actori prodeſt, vt hic & l. 3. in prin. ff. eod. vbi
traditur regula, ad hoc, vt iuramentum proficiat, requiri, quod
ſit præſtitum, non propria voluntate, & vltro ſed ad delatio-
nem aduerſarij. Et ratio ponitur ibi in textu, & concordat te.
74 in l. videamus, 4. §. deferre, ff. de in litem iur. & in l. ſi ſenato-
rius 23. ff. de dolo. Et notant Doc. poſt tex ibi in d. l. 3. non va-
lere dictum teſtis, qui vltro, non citatus deponit. Suſpectus
enim eſt, qui ſe vltro ingerit, vt inquit Iuriſ. in l. quæ omnia, 25.
75 §. 1. ff. de procur. vbi Bar. ad teſtem. Et in dubio iuramentum
non præſumitur delatum, quia facta non præſumuntur, niſi
probentur, ſec. Bald. Alex. & Iaſ. in d. l. 3. in prin. & Bar. in d. l.
nam poſteaquam, §. iureiur. in fin. ff. eod. Prædictam tamen
concluſionem limitat Io. Fab. hic procedere, vt iuramentum
vltroneum non proficiat quoad vtilitatem iurantis, ſed bene
profit aduerſæ parti ſi iuraret contra ſeipſum, tanquā contra
confeſſum. Et vlterius infert pro limitatione. Gl. noſtræ, quod
tale iuramentum poſſit etiam prodeſſe iuranti, ſi iurans dice-
ret pro ſe, & contra te. Nam hoc caſu aduerſarius niteretur
ex tali iuramento, tenetur in totum illud recipere, & ſic etiā
contra ſe, & allegat ad hoc tex. in leg. Publia, 26. §. ſi. ff. depoſ.
Et veritas, iſtius articuli pendet ab illa quæſtione. An confeſ-
a ſio, vel inſtrumentum *a* poſſit pro parte acceptari, & pro par-
76 te non, de quo videte Ang. hic, num. 21. II. Requiritur, quod
actor iurauerit, vt hic, nec etiam amplius quęritur, an debea-
tur, ſed ſolum an iuratum ſit, ideoq. actor probare tenetur,
vt hic, & l. nam poſteaquam, 7. §. iur. iurando, & l. in duobus
77 28. §. ſi in ſi. & l. non erit, 5. §. dato, ff. eod. Idem eſt, ſi paratus
fuit iurare, & ei iuramētum remiſſum ſit, Iſta enim duo, par-
tem iuraſſe, vel iuramentum ei remiſſum eſſe, ſecun. Glo. hic
in verbo, Iurauerit, parificantur etiam ad hoc, vt hæc actio in
factum competat, text. eſt in l. actori, 8. C. de rebus cred. & in
d. l. nam poſteaquam, §. iureiurando, ff. eo. Et dicitur iuramē-
tum remittere ſecundum Iuriſ. in l. remittit, 6. §. eo. qui defe-
rente ſe cum aduerſarius paratus eſſet iurare ei gratiam facit
cōtentus voluntate ſuſcepti iuramenti ſicut ſolent facere bo-
ni viri, ſecundum Zaſ. hic, & addite Ang. nu. 3. & Iaſ. nu. 30.
78 III. Requiritur, quod iuramentum in continenti, ad delatio-
nem partis, & approbationem iudicis præſtitum ſit. Et dici-
b tur in *b* continenti, antequam partes ad alios actus diuertant
ſecundum Glo. & Doct. in l. iuris gentium, 7. §. quinimo, ff. de
pactis. Alias incontinenti dicitur fieri quod ſit infra triduum,
l. fin. C. de error. aduocat. Quando igitur iuramentum de-
fertur tacite, in ea conditio, vt in continenti iuretur, ac pro-
inde poſtea iurare volens, nō auditur, l. non erit 5. §. fin. & ibi
Bart. num. 1. ff. eod. Idem tamen, eſt, ſi incontinenti accepta-
uerit iuramentum, & ex cauſa petierit delationem ad delibe-
randum, quod iurare velit. Nam hoc pars cui delatum eſt iu-
ramentum, facere poteſt, & ſtatum acceptare iuramentum,
ſeque etiam offerre, & petere terminum, ad deliberandum,
vt ſcilicet deliberet interim, quid, & quomodo iuret, & non
an iurare velit, quem terminum ei iudex non cedere debet,
ſecundum Bart. in d. l. non erit, § ſi. num. 2. per text. in l. iuſiu-
randum, & ad pecunias 34. in ſi. princ. ff. eod. & ita debet li-
79 mitari, & ſuppleri tex. in d. l. non erit, §. fin. ſecundum Bart.
Sed ſi iuramentum delatum non fuerit acceptatum tunc de-
ferens licite penitere, & delationem iuramenti reuocare po-
teſt etiamſi, pars cui delatum erat iuramentum, poſtea ex in-
teruallo parata ſit iurare, d. l. non erit, §. ſi. cum, l. ſeq. ff. eo. Di-
ſtinguite ergo ſecundum Bar. in d. l. non erit, §. ſi. Aut iura-
mentum delatum non eſt acceptatum per partem, & deferēs
poteſt licite pęnitere, & reuocare delationem. Aut iuramen-
tum per partem eſt acceptatum, & non eſt locus pœnitentiæ,
imo ſi hoc caſu peniteat deferentem, habetur iuramentum
pro remiſſo, & perinde reputatur, ac ſi iuratum eſſet, facit l. ſi
80 non fuerit, 37. ff. eod. & videt Iaſ. hic num. 31. Vnde Bart. in
d. l. non erit, § ſi. tradit. cautelam, quod vbi defertur iuramen-
tum in iudicio, præſente iudice, pars debet eſſe cauta, vt non
dicat. Domine iudex volo deliberare, vtrum velim iurare,
necne, ideo peto mihi aſſignari terminum, ad deliberandum,
Nam hoc modo deferenti licitum, eſt penitere, & reuocare
delationem, ſed ſi incontinenti acceptet, & dicat ſe paratum
eſſe iurare, ſed velle deliberare quid, & quomodo iurare ve-
lit, præſertim quando ſunt multæ circunſtantiæ, & plura ca-
pitula ſuper quibus iurare debet, nam tunc reuocationi locus
non erit. Ita Bar. in d. l. non erit §. fin. Ang. hic num. 4. Iaſ. 33.
& Zaſ. verſ. Præterea colli, 3. qui ſubijcit etiam cautelam pro
actore, quando differt iuramentum, reo vt commoueat eum
ne facile iuret, ſed bene deliberet, & accipiat terminum ad
81 deliberandum: id enim ſi reus faciat, actor deinde pœnitere
poteſt. Sed cautela Bart. obſeruata, hæc cautela Zaſij nihil
proderit. Vnum tamen circa prædicta notandum, quod iu-
ramentum etiam a parte acceptatum, aliquando a deferente
ex cauſa reuocari poteſt, antequam iuretur, cum ſcilicet tem-
pore quo detulit iuramentum, non habuit probationes, quæ
poſtea ei ſuperuenerunt: quia interim domi inuenit inſtru-
menta, quibus intentionem actionis probare poteſt, ita Bart.
In d. leg. non erit, §. fin. & Ang. hic numer. 4. & Iaſ. numer. 21.
per text. in l. ſi quis iuſiurandum, 11. Cod. de rebus circa. Si
tamen reuocauerit iuramentum, & poſtea videns probatio-
nes non ſufficere, velit redire ad delationem iuramenti, &
parti illud iterum deferre non audietur, d. l. ſi quis iuſiurandū.
82 De iure vero Saxonico, pars, cui delatum eſt iuramentum,
habet dilationem, vſque ad proximum iudicium, Landrecht,
c li. a. ar. 10. quo tempore elapſo, ſi non iurat, *c* habetur pro con-
tumace, & conuicta, niſi exiſtente neceſſitate impediatur,
at. 11. lib. 2. at ſi parata eſt tunc iurare, aduerſarius verò nolit
recipere tunc a præſtatione iuramenti delati liberata eſt, &
etiam ab ipſo debito, ſuper quo conuenitur, abſoluitur, d. art.
11. & addite proceſ. D. Koning. c. 67. Et obiter quoq. ſed di-
ligenter in his tertis in practica notabitis, quod licet de iure
communi iuramentum litis deciſiuum, ante, & poſt litē con-
teſtatam deferri poſſit, de quo Alex. de Imol. in leg eum qui,
30. § in popularibus, ff. eod. tamen de iure Saxon. actor ante
guarandā promiſſam, & ſic ante litem conteſtatam, reo iura-
mentum deferre debet, nam poſtea cum eod. non audiretur:
imò,

ADDITIONES.

a *Inſtrumentum per aliquem productum generaliter totum ap-
probandum eſt, nec ſufficit in parte approbare. Cynus in l. 1. C.
de confeſ. l. 2. C. de don. ant. nupt. Fallit ſi inſtrumentum plura
capita continens producatur, l. Publia ff. depoſiti. Fallit, niſi in-
ſtrumento producto, & plura capita continente producens præ-
ſumptionem contra ſe habeat quia pars inquam producitur in-
ſtrumentum pro parte approbare inſtrumentum poteſt; pro par
ſe improbare, vt dicitur de confeſ. ex eo qui confitetur occidiſ-
ſe Titium ad ſui defenſionem. Vide l. 2. ad l. Cor. de ſicar. leg. ſi
non conuicti, C. de iniu. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæſiit ff.
de liberis agnoſcendis.*
b *Incontinenti cum temperamento temporis interdum intelli-
gitur, capitulo cum ſint de appellat. Idem eſt, ſi quid confeſtim,
cito, vel mox fieri debeat.*
c *Debet petere ſibi aſſignari terminum ad iurandum, non actor,
etiam ſi debeat præſtare iuramentum calumniæ, conſt. 2. p. 11.*

Digitized by Google

imo, tunc actionem ſuam legitimè probare cogitur, ita eſt
a apoſtil. ad tex. iuris Saxon. in art. 6 lib 1. a Nam poſt promiſſam, atque conſtitutam guarandam, non poteſt actor conſcientiæ rei actionem magis committere. Et ita in his terris practicatur. Sit igitur aduocatus actoris in hoc cautus, vt antequam actor guarandam promittat, diligenter perpendat, ac deliberet, cũ nihil certius, ſit quã reo litem negatiue conteſtante, ipſi actori ſub pœna amiſſionis victoriæ probationẽ incumbere. An intentionẽ legitimẽ per teſtes, vel inſtrumenta probare poſſit, & ſi viderit legitimas probationes ſibi deficere, quomodo ſępe contingit, vt non deficiat ius ſed probatio, iuxta l. duo ſunt Titij 30. ff. de teſt. tut. vt tunc antequam
84 guarandam præſtet, in hoc emendet libellum, & deferat reo iuramentũ, ſicut communiter ſub hac forma fieri ſolet: actor petitam guarandam promittere paratus, eſt antequam tamẽ illam efficienter conſtituit, actionem ſuam conceptam ſequenti modo emendat, nẽpe eam cum omnibus circumſtantijs, ac qualitatibus certitudini, ac cõſcientiæ rei cõmittit. ſperãs illum idcirco teneri animum ſuum aperire, ſeu iudicare.

De relato iureiurando.

Porrò circa prædicta de duobus, quæri poteſt: primo, an reus, cui ſic delatum eſt iuramentum ab actore poſſit actori illud iuramentum referre? Secundo, an pars cui defertur iuramentum, omnino iurare cogatur, vel an, & ex quibus cauſis illud recuſare poſſit?

85 Quod ad primam quæſtionem attinet, firmam conſtituatis concluſionem, quod reus, cui iuramentum ab actore defertur, poteſt illud licitè actori referre, vt probatur in l. manifeſtę 38 & in l. iuſiurandum, & ad pecunias, 34. in princ. & in §. ait Prætor, ff. eo. vbi pro regula traditur, quod reus cogitur, vel delatum iuramentum præſtare, vel referre, vel ſoluere, & in hoc habet electionem, ſicut alias regulariter in alternatiuis electio eſt debitoris, l. plerunq. 10. in fi. ff. de iure dotium. Et hæc regula ampliatur procedere non ſolum in reo, de quo proprie loquitur tex. in d. l. iuſiurandum, ſed etiam in actore ſecundum Bar. Iaſ. & alios Doct. in d. l. manifeſtæ per text. ibi generaliter diſponentem, manifeſtę eſſe turpitudinis, & confeſſionis nolle iurare, nec iuramentum referre. Prędicta autẽ concluſio locum habet tantum in iuramentum iudiciali. Itaq. I. Non procedit in voluntario, ſeu extraiudiciali. Nam illud quis referre non tenetur, ſi nollit ipſe iurare, l. iuſiurandum quod ex conuentione, 7. ff. eo. II. Non procedit in iuramento neceſſario, quod in ſupplementum probationis a iudice defertur c. fi. in prin. ibi Gl. & Doct. ext. eo. de quo etiam ſupra
86 dictum eſt. III. Item non procedit, quando is cui defertur iuramentũ, ſcit veritatem, & deferens poteſt probabiliter ignorare, vt quia eſt hæres, qui probabilem habet ignorantiam facti alieni, l. qui in alterius, 42. ff. de regulis iuris. Tunc enim is cui delatum eſt iuramentum, illud præſtare cogitur, nec poteſt referre, ita Bar. & alij in d. l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. ait Prætor.

87 Quod ad ſecundam quæſtionem attinet breuiter *b* conclu-
b dendum eſt, quod is, cui iuramentum iudiciale defertur, omninò illud, iurare, aut referre cogitur, & ſi vnum ex his recuſauerit, pro confeſſo habetur tex. eſt in d. l. manifeſtè. Hanc tamen concluſionem intelligatis procedere, vt ſine iuſta cauſa iuramentum recuſari non poſſit. Nam ex iuſta cauſa bene poterit recuſari, l. generaliter, 12. §. ſin autem. C. de reb. cred. Qui textus corrigit in hoc d. l. manifeſtæ ſed eam limitat, & declarat, vt poſt alios inquit Iaſ. hic, nu. 83. Sed iam occurrit quæſtio. Quænam dicantur iſtæ cauſæ recuſandi iuramentũ delatum: Et quamuis Bar. in d. l. manifeſtæ plures cauſas referat, nos tamen principaliores, tantum paucis declarabimus.

Et primo quando defertur iuramentum ſuper facto alieno, tunc propter probabilem ignorantiã, licite quis iuramentum recuſare poteſt, ne anceps periuriũ incurrat, veluti quãdo hæredi ſuper facto defuncti tantum, defertur, l. Marcellus 11. §. 1. ff. de act. rerum amotarum. Ideo actor iſto caſu cogitur probare intentionem ſuam legitime per teſtes vel inſtrumenta, ſicut dici ſolet. Defuncto reo actor intẽtionem ſuam contra hæredes probare tenetur vt eſt Gl. in art. 11. lib. 3. Et hoc non ſolum in actore, ſed etiam reo deferente iuramentũ actori ſuper exceptione, procedit, quia anceps periuriũ in facto alieno nemo ſubire cogitur, l. videamus, 4. in princ. ff. de
88 in litem iurando. Limitatur tamen, vt hæres etiã de ſcientia ac credulitate iuramentum ſuper facto defuncti prębſtare co-
c gatur *c* Nam licet conſcientia hæredis ob debitum ſeu aliud
89 factum defuncti culpari nequeat, tamen propter notitiã, vel ſcientiam conueniri poterit, videlicet, quod notum ſibi ſit, patrem ſuum actoris fuiſſe debitorem, quia id ab ipſo audiuit. Et eo caſu hæres cõuentus iurare tenetur (ſi narrata libelli neget) ſe ſcire illa non eſſe vera, vel de eis nullam notitiam ſe habere, ita Gl. in d. art. 11. ad fi. lib. 3. Et ſic differunt inter ſe
90 [Gewiſſen vnd Wiſſenſchafft.] Nam [Gewiſſen] refertur ad factum proprium, in quo tollerantur, ignorantia, aut error, l. quamquam, 7. ff. ad S.C. Velle. Sed [wiſſen ſchafft oder wolbewuſt,] referatur ad factum alienum. Huius tamen certum quis & probabilem ſcientiam habere poteſt, quia audiuit vidit. Et ideo, ne quis erret in delatione iuramenti poterit iſta duo cumulare, videlicet. [ſteller es ihm in ſein Gewiſſen wiſſenſchafft vnd wolbewuſt,] add. proceſſum D. Kon. c. 66.

Secundo, quando quis detulit iuramentum, & poſtea illud reuocauit, dicens ſe per teſtes, & inſtrumenta velle probare ſi poſtea deficiat in probationibus, non poterit recurrere ad iuramẽtum antea reuocatum, & reo illud iterum deferre: quia tunc reus licite poteſt recuſare, text. eſt in d. l. ſi quis iuſiurandum, C. de rebus cred.

Tertio, quando ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis probatio non poteſt fieri, niſi per teſtes, vel inſtrumenta, tunc quoque licite iuramentum recuſari poteſt, ſecundum Bal. in Authen. ſed nouo iure, C ſi certum petatur.

Quarto, ex qualitate, ſeu modo delati, ſeu relati iuramenti illud recuſari poteſt, ſecundum Bar. in d. l. manifeſte, quod D.
d Iaſ. ibi num. 7. hoc modo exemplificat. Pone *d* mutuaſti mihi pecuniam non adhibitis teſtibus, quam tibi (vt inter amicos fieri ſolet) etiam remotis arbitris reſtitui. Deinde vis ſtare iuramento meo, quod mihi mutuaueris, iſto caſu ſi præſtare iuramentum te non mutuaſſe falſum iurarem: ſi vero iurarem te mutuaſſe, præiudicarem mihi. Si autem iurarem te mutuaſſe, ſed me tibi reſtituiſſe, valeret quidem iuramentum in quantum iuraui te mutuaſſe, ſed in quantum dixi me re-
91 ſtituiſſe, non valeret. Quando enim iuratur ſuper eo, ſuper quo non eſt delatum iuramentum, nihil prodeſt iuramentũ præſtitum, ſibi enim quis tantum, iuraſſe intelligitur, l. 3. in prin. ff. eo. Quare tunc licite poſſum recuſare hoc iuramentum, niſi tu creditor de vtroque velis deferre iuramentum, ſcilicet te mihi mutuaſſe, & me tibi reſtituiſſe. De quo latius vide omnino Iaſ. in d. l. manifeſtæ.

Quinto, iuſta cauſa reuocandi iuramentũ eſt, quãdo actori qui iam plene probauit intentionem ſuam libellatã iuramentũ defertur, c. 2. de prob. Idem de reo intelligendũ eſt. Quod enim actori licet, id magis reo concedendum eſt, cum rei ſint fauorabiliores, quã actores, l. fauorabiliores, 125. ff. de re iur.
92 Sexto igitur quæri poteſt, An is, cui ſic defertur, vel refertur iuramentum non obſtante tali delatione, poſſit offerre ſe probaturum contrarium per teſtes, vel inſtrumenta, & ſic, nũquis conſcientiam ſuam probationib. redimere ſeu liberare poſ-

A D D I T I O N E S.

a *Mirum hoc eſt placuiſſe, cũ non ſit mutatio libelli, ſed eius confirmatio, & probatio, & alioqui permittatur reo ſuper exceptione iuſiurandum actori poſt conteſtationem deferre, ita enim nuper approbatum, & etiam cum his abſque guaranda conteſtatur conſt. 11. par. 1.*

b *Iuramento delato ei, cui iuratum eſt iurare, vel id referre cogitur, vt hic; cuius regulæ duas exceptiones vide apud Socinum regula. Iuramento ille, 205. vbi dicit hanc ſententiam locum non habere in eo, qui plene probauit intentionem ſuam ante delatum iuramentum, per cap. 2. de prob. Sed ſi actor nihil probauit quia actore nihil probante reus abſoluendus l. qui accuſare, C. de edendo, c. Vt cauſam de Eccleſ. benef.*

c *Ideo ſi defuncto relatum ſit, coguntur hęredes de credulitate iurare, conſtit. 14. par. 1. & conſequenter videtur alicui ſuper facto alieno deferri iuſiurandum poſſe ſaltem vt ſuper credulitate iuret, cuius ignorantiam prætexere nequit ex leg. Marcellus 11. ff. de actione rerũ amotarum l. 4. de in litem iur. nam etiam ſuper facto alieno poteſt quis declarare, quid credat, ſciat, ignoret. Panor. c. Præſentium, 3 n. 3. ext. de teſtib. Gloſ. & Doct. l. ſicut. 7. § ijdem, 2 de accuſ. Iaſ. & Doct. §. ſed iſta, ſup. hoc tit. Ideoque, ne prætextu facti alieni iuramentum delatum recuſari poſſit etiam ſuper ſcientia deferri ſolet. Stellet es ihm in ſein Chriſtlich gewiſſen, wolbewuſt, vnd wiſſenſchafft, Zuverſichtiger ſes daſſelbige Zueroffnen ſchuldig.*

d *Vide ad hanc quæſtionem. Petr. Ant. Imol. & alios in c. Cupientes, in verbo. Malignantium de elect. in 6. & Cepo. caut. 60. vbi cautiones tradit pro eo qui ſoluit nemine præſente, cautiones (inquam) aut potius plures formulas iurandi.*

a re poſſit, a ita vt non cogatur ſubire, iuramentum ſicut,
quotitie ſit. Et Bart. in l. in contractibus, 14. §. illo 3. C. de non
numerata pecunia ſingulariter tenet, quod ſic per l. eum qui
30. in pr. ibi, ſcum omiſſa, ff. eod. Et ſubijcit etiam aliam ra-
tionem. Quidam enim, præſertim honeſti viri, propter me-
tum diuini numinis, ſunt adeo timidi, vt quiduis potius face-
rent, quam iurarent, l. quæ ſup. conditione, 8. in princip. ff. de
cond. Inſtitut. Non mirum igitur ſi quis admitatur ad probã-
dum contrarium ita, vt iuramentum euitet. Et licet Iaſus Iaſ.
in d. l. manifeſtæ, nitatur contra Bart. tenere, tamen iſta ſen-
tentia eſt æqua maximá, ne malis hominibus præbeatur oc-
caſio hoc pacto, dum deferunt iuramentum extorquendi
pecuniam quia vident reum vt puta honeſtum virum, mini-
mè iuraturum eſſe. Nec obſtat fundamentum Iaſonis, dum
dicit, quod ille cum defertur iuramentum habet facultatem
referendi. Ergo debet iurare vel referre, d. l. manifeſtæ, quia
ſæpe reo non expedit referre iuramentum, veluti quando
actor eſt homo vilis, qui libenter iuraret, dummodo pecu-
niam conſequeretur Et eandem ſententiam Bart. tenet ipſe-
met Iaſ. hic nu. 86. vbi dicit, cauſam iuſtam recuſandi iura-
mentum eſſe quando is cui defertur, iam plene probauit, vel
etiam offert ſe probaturum.

93 Septimo iuramentum etiam a parte acceptatum, nondũ
tamen præſtitum, recuſari poteſt, quãdo deferẽs recuſat præ-
ſtare iuramentum calumniæ. Eſt enim firma cõcluſio, quod
pars, cui iuramentum principale litis deciſiuum delatum eſt,
poteſt deferenti iuramentum calumniæ ſpeciale deferre, vt
iuret ſe non malitioſe illud iuramentũ deferre, quod ſi defe-
rens præſtare noluerit, tunc nec pars cui iuramentũ princi-
pale delatum eſt illud iurare cogitur, l. Marcellus 11. §. 1. ff. de
actio. rerum amot. & d. l. iuſiurandum, & ad pecunias §. qui
iuſiurandum, ff. eod. & l. cum de in debito, 25. §. pen. ff. de pro
bat. Et actor non iurans de calumnia, remittenti ſimilis eſt, l.
ſi nõ fuerit, 37. ff eod. Nam quiſquam reus delatum iuramẽ
b tum præſtet, poteſt ab actore exigere b iuramentum calum-
niæ quod in excuſatione ſua reum malitioſè, nõ culpauerit.
Et illud iuſiurando actor præſtare tenetur, vel ſi recuſet, nec
reus principale iuramentum ſubire cõpellitur ſed ab actio-
ne, ſeu inſtantia iudicij abſoluitur. Idem quoq. in actore in-
telligendum, eſt quando reus ei detulit iuramentũ. Hæc au-
tem concluſio. I. limitatur habere locum, quod iuramentum
calumniæ petitum, & exactum fuerit. Nam tunc iudex id de-
ferenti imponit: ſecus quando pars, cui delatum eſt iuramẽ-
tum principale, non exegerit iuramentum calumniæ. Nam
tunc iudex nihil ſupplet; ita eſt tex. in d. l. iuſiurandum, & ad
pecunias, §. qui iuſiurandum, in verbo, Exigatur. Vnde com-
muniter ita ſolet cõcupiſcentia. Decernimus quod, reus de-
latum iuſiurandum ſubire teneatur, ſi petitum ſeu exactum
iuramentum calumniæ ab actore prius præſtitum fuerit. II.
Limitatur valere in deferente. Nam referenti iuramentum
non poteſt deferri iuramentum calumniæ. Exempli gatia:
Pone, tu petis à me decem ex cauſa mutui, & quia nego me
debere, defers mihi iuramentum. Ego vero tibi illud iuramẽ-
tum refero. Iſto caſu tu nõ poteris iuramentum malitię, vel
calumniæ a me exigere. Ita eſt textus, in d. l. iuſiurãdum §. da-
tur autem veri. Sed nec iuſiurandũ, vbi ponuntur duę diffe-
94 rentiæ inter deferentem, & referẽtem iuramentum. Primo
deferens tenetur iurare de calumnia, non autẽ referens. De-
inde, delatum iuramentum poteſt a parte, cui defertur, re-
ferri, ſed relatum deferenti non poteſt amplius referri, ita eſt
text. ibi. Et hæc de cauſis, ex quibus iuramentum recuſari
poteſt, ſufficiant. Plures alias vide per Bart. & Iaſ. in d. l. mani-
feſtæ, & Bald. d. l. generaliter, Cod. de rebus credit. Canoni-
ſtas, in c. ſi. ext. eod. & addite proceſſum D. Koning. c. 68.

Cui hæc actio competat.

95 Secundo principaliter quæritur, Cui hæc actio competat?
Et primo datur ei, qui in reali actione ad poſtulationem rei
iurauit, rem illam ſuam eſſe, ſeu dominum ſe eſſe rei petitę l.
nam poſteaquam, 9. fin. iunctis duabus legibus ſequ. ff. eod.
Secũdo, datur ipſi poſſeſſori reo, qui ad delationem acto-
ris iurauit, rem quam poſſidet, eſſe ſuam, ſi poſtea perueniat
illa poſſeſſio ad actorẽ, ita vt tunc reus non ſit poſſeſſor, quia
antea conuentus rei vindicatione, iurauit ſe eſſe dominum,
hanc actionem contra actorẽ poſſidentem intentare poteſt.
96 Secus, ſi ſimpliciter iurauit, rem non eſſe actoris, tunc
enim ſi reus amiſerit poſſeſſionem, non habebit actionem,
nec contra eum, qui iuſiurandum detulit, licet poſſeſſio ad
eum peruenerit, l. ſed ſi poſſeſſori, 11. in princ. ff. eod.
Tertio competit ei, qui actione perſonali egit, & ad dela-
tionem rei iurauit ſibi aliquid deberi, formiter, vel informi-
ter, vt ſupra declaratum eſt l. ſi duo, §. 13. ſi quis iurauerit, ff.
eod. & tex. noſter hic.
97 Quarto, datur hæc actio etiam mulieri, & pupillo ſi iura-
uerint, & ſic quo ad commodum iurantis, non diſtinguitur,
cuius ſexus vel ætatis ſit iurans, l. qui iuraſſe, 26. ff. eod.
Quinto pater, & dominus ex iuramento ſuper re peculia-
ri a ſeruo, & filiofamilias præſtito, agere poſſunt, l. ſi ſeruus
23. cum duabus legibus ſeq. ff. eod.
Sexto, non ſolum iuranti, hæc actio competit, ſed etiam
ei, qui paratus fuit iurare, at deferens contentus voluntate
ſuſcepti iuramenti, illud ei remiſit, d. l. nam poſteaquam, §. 1.
ff. eodem, Paria enim ſunt iurare, vel remitti iuramentum,
leg. non erit, 5. §. fin. cum l. ſeq. ff. eod.
98 Septimo, etiam non iuranti, & ei cui nec delatum, nec re-
miſſum eſt iuramentum, hęc actio datur, quãdo ſcilicet pars
aduerſa credidit fidei, & conſcientiæ alterius partis in iudicio
& talis credulitas ex parte accepta, & declaratio ſubſecuta
99 eſt. Pro cuius declaratione, & intellectu totius §. noſtri. Quę-
ritur, I. Ex quo iuramento hæc actio in factũ oriatur. Et ve-
ritas eſt iſta, quam tradidit Bart. in d. l. nam poſteaquam, §. ſi
eam. 1. Oriri ex iuramento volũtario ſeu cõuentionali, quia
iſto caſu reus, & actor quaſi contrahere, & ſe inuicem obli-
gaſſe dicuntur. Et quia ex tali iuramento volũtario actio hęc
oritur, nemo dubitat, vt inquit Alex. de Imo. in d. l. nã poſtea
quam, §. ſi. per tex. ibi iunct. duabus legibus ſeq. Etiã iura-
mento iudiciali oriri hanc actionem, tenent Doct. poſt Bart.
in d. §. fin. per tex. in l. actio. 1. C. de reb. cred. in verbo, Relato
per quod verbum videtur innuere textus, quod loquatur de
iudiciali iuramento, cum voluntarium nõ referatur d. l. iuſiu
randum, quod ex conuentione, in prin. ff eod & in verbo, A-
100 ctori, quod de agente in iudicio intelligitur. Ex iuramento
autem neceſſario, quod a iudice parti in ſupplementum pro-
bationis, inuita alia parte defertur, actio non oritur. Eſtque
ratio, quia illud iuramentum defertur propter inopiã probatio-
num, & per ſeipſum non eſt ſufficiens ad probationem. At
defertur in hunc finem, vt ſuppleatur probatio, & inde ſequa
tur, & feratur ſententia. Ideo vltra hanc intentionẽ non de-
bet operari, præſertim cum ex probationib. non oriantur a-
ctiones, de quo poſt Bar. vide Alex. & alios in d. l. nam poſtea
quam, § ſi Bal. & Sal. in d. l. 1. C. de reb. cred. Canoniſtas in d.
c. ſi. ext. eo. II. Quæritur, quãdo pars non defert parti iuramẽ-
tum, ſed dicit. Aſſigno, vel pono in conſcientiam tuam, ſi po-
c tes ſeruare per conſcientiam, quod non ſis meus debitor, vel
101 contra. Et altera pars dicit, per conſcientiam, vel per fidem
ego tibi nihil debeo, vel contra, tu debes mihi. An iſtæ actio-
nes, & exceptiones, de quibus dictum eſt competant: Et hãc
quæſtionem originaliter mouet. Ioan. Fab. nu. 15. Et quam-
quam Deus inter ſimplicem loquelam, & iuramentum non
faciat differentiam, c. Et ſi Chriſtus, 26. extra. de iureiur. ta-
men Fab. reſidet in ea opinione ſaltem de iure ciuili in iſto
caſu, neque actionem, neque exceptionem locum habere,
ex eo quia iura ciuilia plus põderant iuramentum, quã ſim-
plicem loquelam, Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus.
vend. &c. quod etiam facit ius Canonicum. ca. Cum contin-
gat.

ADDITIONES.

a *Reus hoc facere poteſt in delato, non actor in relato, quia hanc iurandi neceſſitatẽ ipſe ſibi attulit, quare nec contra rei probationem datur et contrario probatio, conſt. 14. §. 1. nec a relato ſibi iuramento recedere atque ad probationes confugere poteſt auch nichtzu der trettung ſeines gewiſſens. d. con. 14. inſi. §. 1. ex ratione iuſiurandum, 34. §. ait Prætor, ff. de iureiur.*

b *Iuramentum calumniæ exactum præſtandum eſt adeo, vt eius omiſſio vitiet proceſſum, & ſententiam nullam reddat, l. 3. §. ſed quia veremur, C. de iur. propter calum. Canoniſta in cap. 1. ext. eod. & in 6. Secus ſi non exactum, tacite enim remitti poteſt c. 1. de iur. calumniæ. Hoc tamẽ in camera negat procedere. Gayl. 1. de obſer 84. in qua licet in prima, vel ſecunda inſtãtia iuramentum calumniæ a parte exactum, ſed præſtitum non ſit proceſſus non annullatur, ſed eo non obſtante in cauſa principali pronunciatur maxime eo caſu, quo pars, quæ tale iuramentum exegit, iudice ad vlteriora non procedente non appellauit, ſed cauſam ad concluſionem vſque proſequuta fuit. Et hoc per ordinationem Cameræ, quæ non attendit nullitates proceſſus ſi aliàs exactis de meritis cauſa iudici plana conſtet.*

c *His quæ de conſcientia hic dicuntur, adde Guid. Pap. tract. de reſcrip. verſic. Secundum ſuam conſcientiam procedat, vbi dicit hac formula latiſſimam poteſtatem tribui, & appellari à ſententia iudicantis non poſſe.*

gat,28 ext. eo. Item hoc nullibi reperitur,in iure cautũ ideo
inquit,noſtrum non eſſe,pro ſtomacho caſus in iure deciſos
extendere,ita impertinenter ad non deciſos. D. Iaſ. hic num.
52. quem ſequitur Zaſ. eleganter tenens contrarium, quod
imo poſt acceptionem cõſcientiæ, vel fidei,eadem actiones
& acceptiones oriantur,ac ſi iuratum eſſet. Et inter cætera
adducit hanc rationem,cui ſecundum Zaſ. hic,vix contradi-
ci poteſt. Supra enim dictum eſt,ſi pars ſimplici verbo remit
tat iuramentum aduerſæ parti delatum hæc remedia com-
petere,& haberi illam remiſſionem pro iuramento præſtito,
d.leg.nam poſteaquam,§. 1. Si ergo remiſſio ſimpliti verbo
facta operatur has actiones, quid mirum, ſi exhibitio con-
ſcientiæ,& fidei,quæ habet maius vinculum, quam ſimplex
loquela, vel remiſſio, hoc idem operetur. Concludit ergo
hoc caſo hanc actionem locum habere, cum hac tamen re-
ſtrictione, quando talis credulitas a parte eſt accepta, & ſe-
cura declaratio, quia in continenti dicit, Per fidem & con-
ſcientiam meam tu debes mihi, vel nihil debeo tibi alias poſ-
ſet reuocari, ſicut delatio iuramenti, vt ſupra dictum eſt.
Ideo tradit cautelam,vt ſtatim acceptet talem confeſſionem
credulitatis,prout in iuramento.
102 Octauo. competit hæc actio domino ex iuramento ſui
procuratoris,vel etiam defenſoris,d. l. nam poſteaquã,§. iu-
ſiurandum,vbi text.expreſſus,iuramentum procuratoris vel
defenſoris prodeſſe reo,quo ad exceptionem, & actori quo
ad actionem. Nec obſtat, quod per liberam perſonam, quæ
alterius iuri non eſt ſubiecta, alteri non quæratur actio etiã
vtilis ſine ceſſione,l.poſſeſſio,49.§.fin.ff. de acquit. poſſeſſio-
ne quia hoc procedit in extraiudicialibus, ſed in iudicio do-
mino quæritur vtilis actio ſine ceſſione,leg. in cauſę,27.§ ſi.
functa,Glo. ſupra verbo,Vtilis,ff.de procur. & iuramentum
habet ſe ad inſtar iudicij,d.l.qui iuraſſe,§ fin.ff. eodem vnde
DD.in d. §. iuſiurandum,tam de iuramento iudiciali,quam
extraiudiciali,hanc concluſionem intelligunt,non autem de
iuramento neceſſario,quod actionem nõ producit, vt ſupra
103 dictum eſt. Et pro pleniori intellectu huius materiæ,Pri-
mo quæro, An procurator conſtitutus ad agendum vel ex-
cipiendum, poſſit parti aduerſæ deferre iuramento, ita vt
noceat ſuo domino. De hac quæſtione eſt text. in d.l. iuſiu-
randum quod ex conuentione,§. fin.cum duabus leg. ſeqq.ff.
eod. quod regulariter procurator in præiudiciũ domini iu-
ramentum deferre nõ poteſt. Vulg. eſt enim regula iuris: fi-
nes mandati diligenter eſſe cuſtodiendos, l. diligenter, 5. in
princ.ff.mandati. Sed procurator conſtitutus ad petẽdum,ſi
defert iuramentum, aliud facit,quam quod ei mandatũ eſt,
l.ſi itaque 19. ff. eod. Ergo, &c. Vnde pars cui defertur,licet
illud recuſare poteſt, etiam procurator velit cauere de rato,
quia per talem cautionem non plene ſuccurritur iuranti. Si
enim dominus noluerit ratum habere,poterit iterum contra
iurantem agere. Nec iurans exceptione iuriſiurandi contra
dominum ſe tueri poteſt,ſed exceptionem aliam opponere,
& eam probare cogitur, vt appareat ipſum verum iuraſſe,&
ſic iuramentum non releuat. Nec ex ſtipulatione de rato
contra procuratorem ad intereſſe agere poteſt, niſi ſuccum-
bat,& tunc ſi dicit dominum obtinuiſſe, ſed iniuſte,non po-
terit,a procuratore deferente repetere, quod ſoluit, quia hoc
non poterit contingere niſi duobus modis. 1. Vel culpa ip-
ſius rei quia non allegauit ea, quæ debebat allegare. 2. Vel
iniuria iudicis,& hoc non debuit ob eſſe procuratori,arg.l.ſi
per imprudentiam,51. in princ. ff.de euict. Habet igitur ne-
ceſſe dicere ſententiam iuſte latã eſſe, ex quo ſequitur iurã-
tem peieraſſe,& ſic allegaret propriam turpitudinem. Vnde
licet poſſit recuperare a procuratore quod ſoluit, propter
cautionem de rato, tamen quia hoc fit mediante allegatione
periuri, non reputatur poſſe recuperare, ſecundum Glo. &
DD. in d. §.ſi cum leg. ſequ. vbi notat Paul de Caſtr. non dici
quem poſſe facere id,quod non ſine verecundia poteſt,l. fa-
cit filiusfamilias,15.ff.de cond.inſtit. Prædictam tamen con-
cluſionem poſt text.in d § fin. tribus modis limitate non pro-
cedere. I. Quando quis eſt procurator in rem ſuam: nam tũc
non tractatur,niſi de ſuo præiudicio,d.§. fin. Dicitur autem
a ibi,ſecundum Iaſ.num. 1.circa medium procurator *a* in rem
ſuam,cui ſunt ceſſæ actiones, vel hæreditas vendita, l. ſi quis
in rem ſuam,34.ff.de proc. II. Quando procurator habet ſpe-
ciale mandatum ad defendendum iuramentum,d.l final.&c.
b qui ad agendum,4.de procur.in 6. Quod*b* eſt verum,quo ad
præiudicandum domino, ſed ad hoc vt proſit, nullum man-
datum requiritur,tex. eſt in d.l.nam poſteaquam,§.iuſiuran-
dum,in verb. Defenſoris, III. Quando eſt procurator habens
generale mandatum cum libera,d.c. Qui ad agendum,in fin.
Et probatur hac rationẽ,quia ad hoc, vt quis poſſit tranſige-
re,requiritur ſpeciale mandatum,& tamen qui habet gene-
rale mandatum,cum libera,tranſigere poteſt,d. cap. Qui ad
c agendum. Hoc tamen,quod procurator cum *c* libera poſ-
ſit deferre iuramentum,etiam in pręiudicium domini,limi-
tatur procedere,quando cauſa eſt dubia: ſecus,ſi debitum ſit
liquidum,& clarum. Tunc enim in præiudicium domini nõ
poſſit deferre, quia eſſet ſpecies donationis, ſed in generali
mandato, etiam cum libera nunquam videtur poteſtas do-
nandi conceſſa,leg.contra iuris ciuilis,28.§. 1.ff.de pact & l.
filiusfamilias,7.ff de don. Secundo quęritur. Vtrum procu-
104 rator,iuramentum litis deciſiuum præſtare poſſit: Et illa
quæſtio duobus modis accipi poteſt, I. Quando aduerſarius
defert procuratori iuramentum,non habenti mandatũ ſpe-
ciale ad iurandum an illud præſtare poſſit: Et tunc conclu-
dendum eſt poſt Bar.in l. qui bona,13.§.ſi alieno,13.ver. Ter
tio quæro,ff. de dam. infect. quod ad delationẽ partis aduer-
ſæ, procurator in fauorem & commodum domini conſti-
tuentis iuramentum litis deciſiuũ præſtare poteſt,ita vt do-
mino per tale iuramentũ procuratoris, paretur vel exceptio
vel actio,d. l. nam poſteaquam, §. iuſiurandum in verſ. De-
fenſoris. Non autem in præiudicium,& incommodum do-
mini conſtituentis, cum procurator in hoc excedat fines mã
dati contra d.l.diligẽter,in princ.ff. mandati,niſi tribus caſi-
bus. 1. Si fuerit procurator in rem ſuam, 2. Si habuerit ge-
nerale,mandatum cum libera, 3. Si habuerint ſpeciale man-
datum, vt ſtatim de hoc plura dicemus,d. l. iuſiurandũ quod
105 ex conuentione §. fin. II. Modo hæc quæſtio accipi poteſt,
quando pars detulit iuramẽtum parti aduerſæ, & a iudice ta
lis delatio approbata, & iuramentum impoſitum eſt parti,
an tunc illa pars teneatur in propria perſona iurare, vel an
per procuratorem illud præſtare poſſit: Et breuiter reſpon-
dere poſt Bart.in d. §. ſi alieno,ſi dominus conſtituat procu-
ratorem,cum ſpeciali mandato, ad ſic iurandum, ita præci-
piens ſcilicet ei ſic, & non aliter iuret in animam ipſius do-
mini, quod tunc dominus non poſſit cogi ad iurandum in
propria perſona, ſed ſufficiat ſi iuret per procuratorem ha-
bentem ſic ſpeciale mandatum, adeo vt etiam iuramentum
calumniæ procurator iurare poſſit per cap.ſi exit iuram.ca-
lum. in 6.& facit,eo. l. iuſiurandum quod ex conuentione.§.
fin.cum l.ſeq. Et licet illa lex loquatur ſolum in procuratore
deferente iuramentum,tamen etiam in procuratore iuran-
te locum habet, cum ſit eadem ratio ſecund. Bart. in d. §. ſi
alieno, qui mouetur etiam hac ratione, quia ipſe dominus
conſtituens ſic procuratorem cum ſpeciali mandato, vt iure
in ipſius animam qualiter ei præcipit,videtur iurare,& præ-
ſtare iuramentũ per procuratorẽ tanquã organũ per tex. in
l.qui autem,14 § ſi.cum l.ſeq. ff de conſt. pecu. Et iudex non
admittendo talem procuratorem, facit iniuriam, ſecundum
106 Pan.in c.In pertractandis,3.ante ſi.ext. de iuram. calũ. De
quo tamẽ an iudex poſſit cogere dominũ in propria perſo-
na iurare,præſertim quãdo procurator cõſtitorus eſt homo
vilis,& leuis vide Geminianum Phil. & Franc.in c.fin. de iu-
ramen.calum. in 6. hanc tamen concluſionem limitare non
procedere,in teſte. Nã bis in propria perſona iurare cogitur
quia ius requirit proprium ipſius iuramentum, vt eſt tex. in
c.Licet ex quadam,47.in verb.Proprio iuramẽto,vt ibi DD.
ad hoc notant illum, tex. extr. de teſtibus. Et de verbis Pa-
norm.ibi addite aliam limitationem,ſicubi a iure ſeu ſpeciali
ſtatuto requiritur pro forma proprium iuramentum, tunc
non ſufficere iurare per procuratorem habentem etiam ſpe
ciale mandatum. Sicut tale ſtatutum eſt in Curijs Ducũ, ac
Principum Electorum Saxoniæ, vbi nõ procurator ſed prin-
cipalis ipſemet,propria perſona,& manu iuramentum præ-
107 ſtare tenetur. An autẽ de iure. Saxo. quis per procuratorẽ
iurare

ADDITIONES.

a *Procurator in rem ſuam is etiam dicitur, ad quẽ res pertinet commodum & incommodum,l.procurator,ff. de procurator,l. qui ſtipendia,C.de procurat. l. 1.§.in propria,ff. quando appellatur l.nullus ff.de teſtibus l.omnibus,C.de teſtibus.*

b *Quando procurator non habet ſpeciale mandatum,& nihilominus iurat, præiudicare domino non poteſt. Ad prodeſſe tamen poteſt etiamſi non mandatum illi ſit.*

c *Procurator cum libera ſuper debito liquido & claro iuſiurandum deferre non poteſt, vt hic. Adde omnino complura alia de procuratore cum libera quæ apud Bernum,q.33.*

a iurare poſſit, eſt diſſenſio, *a* Quidam enim tenent, quod
non, cum tex. iur. Saxo qui de iuramento loquuntur ſemper
referant ſe ad perſonam eius, qui debet iurare, vt eſt in art. 6.
& 7. lib. 1. & in at. 22. lib. 2. Contrarium tamen cõiter tenetur
etiam in terris Saxo. a procuratore nomine principalis ſi ha-
bet ſpeciale mandatum, iurari poſſe, cum hoc expreſſe per ius
Saxon non ſit correctum, maximè ne per ſub audiros intelle-
ctus inducatur iuris cõis correctio, quæ fieri nõ debet, iuxta
Gl. in cap. Cupientes, 10. §. quod ſi per viginti, ſup verbo. Pete
108 re, de elec. in 6 Quod limitate, vt ſupra dictum eſt, niſi eſſet
conſuetudo alicuius iudicij, vt principalis in propria perſona
iurare cogatur. Licet enim ſi ius intueamur, idem ſit, te, vel
procuratorem tuum in animam tuam iurare, tamen huiuſ-
modi conſuetudo eſt admodum commoda, propter leuita-
tem impetitorum coercendam, qui ſic putant, non perinde
eſſe aliquè in propria perſona, vel per procuratorem iurare.
Nono, & ſic vltimo competit hæc actio etiã hæredibus, iu-
rantis, per tex. in d. l nam poſtea quam, §. iureiurando, iuncta
gl. ibi in ver. Alijs ſecundum primum intellectum a DD. ap-
109 probatum. Sed circa hoc quæritur: An facultas iurandi trã-
ſeat ad hæredem Pone, delatum eſt Titio iuramentum iudi-
ciale, quod approbante iudice ſuſcepit, ſed antequam iurat
moritur, ecquid facultas iurandi tranſeat ad hæredem, ita vt
b hæres poſſit iuramentum præſtare. Et dic quod *b* non ſecund.
Iaſ. & DD in d. l. nam poſteaquam, §. iureiurando, per tex. in
l. generaliter, 12. in pr. ff. de rebus cred. quia forte bene con-
fido de te, ſed non item de hærede tuo. Et, vt Bald. poſt glo.
ibi inquit, ſępe bono viro ſuccedit improbus, & nequam. Vn-
de non eſt eadem ratio, & conditio perſonarum. Item hæres
ſuper facto alieno iurando, anceps periurium incurreret, l.
Marcellus, 11. §. 1. ff. de act. rer. amot. & l. videamus, 4. in pr.
ff. de in litem iurand. add. Bal. in l. bonæ fidei, 3. nu. 10. ante fi.
C. de reb. cred. Contrarium tamen de iur. Saxon. videtur eſſe
ſtatutum in art. 11. l. 3. vbi ita dicitur.
c *c* Qui pro iuramento dat fideiuſſores, & priuſquam iurat
moritur, illius hærede ſeu fideiuſſores promiſſo tempore de-
functi loco iurare tenentur, vel ſi pręſtitum ſit iuramentum,
tunc in fideiuſſoribus debitum erit lucratum.

Contra quem detur hæc actio.

110 Tertio principaliter quæritur. Contra quem hæc actio cõ-
petat: Ad quod breuiter reſpondete, eam dari. I. Contra eum
qui in locum deferenti ſucceſſit, ſiue ſit vniuerſali ſucceſſor,
vt hæres, ſiue ſingularis, habens cauſam a deferente iuramẽ-
tum, quam acquiſiuit poſt delationem iuramenti, d. l. nam po
ſteaquam, § ſi. cum duabus legib. ſeqq & ibi Pau. de Caſt. &
Iaſ. ff. eod. non autem contra alium tertium poſſeſſorem, non
habentem cauſam a deferente, d. l. nam poſteaquam, § ſi. ideo
quod, nec vtilis rei vindicatio, vel Publiciana (quę etiam iſto
caſu locum habent, vt ſup. in prin huius actionis dictum eſt)
111 contra alios competant. Nec obſtat, quod natura realium
actionum, eſt vt contra quemcumque poſſeſſorem locum
habeant, vt in §. omnium, & in §. ſed iſtæ ſupra eod. declara-
tum eſt, quia hoc eſt verum, quando dantur ex titulo, qui eſt
aptus contra omnes competere. Secus, ſi ex iuramento, cuius
natura eſt, ne perſonam egrediatur. Ei enim ſoli nocere de-
bet iuſiurandum, qui detulit, tex. eſt in d. § fin. cum l. ſeq. & in
l. eum qui (al. §. 2. in l. ſed & ſi res, 7 §. ſi petenti, ff. de Publ in
rem act. Multo magis igitur hæc actio in factum, quæ per-
ſonalis eſt perſonam deferentis, & eius, qui habet cauſam ab
eo non egreditur, iuxta ea, quæ ſup. in §. omnium, de perſo-
nali, & reali actione dicta ſunt. III. Datur hæc actio contra
patrem & dominum de peculio, quando ſeruus, vel filiusfa-
milias detulit actori iuſiurandum, l. quidam de peculio, 22. ff.
eod. IV Contra ſocium, qui iuramentum non detulit, vt not.
poſt tex. in l. in duobus, 28. in princ. ff. eodem.

Ad quid hæc actio competat.

112 Quarto principaliter quæritur. Ad quid ſcilicet hæc actio
cõpetat (Etiam breuibus reſpõderi poteſt) ſi in realibus actio-
nibus iuratum eſt quod tunc competit ad rem reſtituendam
cum fructibus perceptis poſt iuramentum, quãquam de illis
nihil ſit iuratum, & cum omnibus acceſſorijs rei, quam ſuam
eſſe iurauit, l. ſed ſi poſſeſſori, enim in ſi pr. ff. eo. Et in perſonali-
bus, pro qualitate negotij, vel ad dandum, vel ad faciendum
ex iuramento præſtito, agitur, & ſic ad obſeruationem con-
tractus, & omnia ea quæ ex contractu ſequuntur, vt in em-
ptione, vt res tradatur, & de euictione caueatur, dicta lege ſi
duo, §. ſi quis iurauerit, ff. eod. Et competit ad ſimpli, non du-
pli perſecutionem, quando iuratum eſt in actione, quæ infi-
ciando creſcit, l. eum qui, 30. in prin. ff. eodem non enim reus
onerauit actorem onere probandi, & quia in vno actor
releuatur in alio quoque grauatur, iuxta gl. in d. l. eum qui.
Item competit ad æſtimationem eius rei quæ poſt moram
perijt, d. l. eum qui, §. ſi iurauero.

Quæ probanda ſint in hac actione.

113 Quinto, & vltimo principaliter quæritur. Quæ agenti hac
actione probanda incumbat. Et ſupra dictum eſt, maximam
huius actionis eſſe vtilitatem: ſiue enim in realibus, ſiue per-
ſonalibus iuramentum pręſtitum eſt, nõ amplius de domino
rei, vel de debito quæritur, an res ſit actoris, vel an aliquid de-
beatur, ſed ſolum an iurauerit. Probabit igitur actor I. Quod
iuramentũ præſtitum ſit. II. Quod non vltro & ſponte. ſed ad
declarationem partis iurauit, l. 4. in princ. ff. eod. III Quod in-
continẽti iurauit vel acceptauit, & ita omnia illa tria requiſi-
ta, de quib. ſupra, probare cogitur, quia ſunt facti, & ideo nõ
præſumuntur, ſecundum Bar. & Iaſ. in d. l. nam poſteaquã, §.
iureiurando, Bal. & Alex. in l. 3. in prin. ff. eod Quibus ita pro-
batis actor obtinebit. Vnde Doctor. poſt Glo. hic, ſup. verb.
114 Quæritur, dicunt, iuramentum pro veritate haberi, & eſſe
tantæ efficaciæ, vt ſi aduerſarius, contra quem iuratum eſt, ve-
d lit probare iurantem peieraſſe, non audiatur, *d* & etiã ſi hoc
poſtea compertum ſit, tamen adhuc iuramento ſtari, cũ vo-
luntate, & conſenſu partium lis ſic deciſa ſit, l. 1. C. de rebus
115 cred. Habet enim vim tranſactionis, l. quod ſi deferente, 21.
ff. de dolo ideo per inſtrumẽta de nouo reperta retractatur,
l. admonendi, 31. in fi. ff. eod. Et in cauſa, in qua iuramentum
præſtitum, vel remiſſum eſt, nec appellationi locus eſt, l gene
raliter, ta §. ſiue autẽ illatum, C. de reb. cred. Periurium enim
116 ſolum vltorẽ Deum habet, l. 2. C. de reb. cred. Hodie tamẽ
per conſtitutionem Caroli V. quę habetur [in der peinlichen
Halſsgerichts ordnung.]c. 107. contrarium videtur eſſe ſtatu-
e tum. *e* Nam ibi dicitur: Qui in iudicio peierat, ſi iuramentum
illud concernit bona temporalia, quæ peieranti ceſſerunt in
lucrum, tunc illa de periurio acquiſita bona (ſi poteſt) ante
omnia læſo reſtituere tenetur. Inſuper etiam infamis eſſe, at-
que omni honore, ſeu dignitate priuari debet.

f *De pœna f periurij.*

117 Incidit igitur hic dubitatio ſecund. Doct poſt Gloſ. ſuper
verb. Quæritur. An nihilominus extra ordinem ſaluo vincu-
lo iuramenti poſſit puniri periurus, vt nihilominus ſtetur iu-
ramento, & homo nequam puniatur de periurio? Et in hac
quæſtione reperiuntur duo iura contraria. Nam in d. l. 2. di-
citur periurium eſſe diuinæ vltioni relinquendum ſed in l. ſi
duo, 13 §. ſi ff. eod. habetur, periurium fuſtibus caſtigandum.
Vnde per Doct. hic, & in d. l. 2. & in d l. ſi duo, §. fin. ita com-
muniter diſtinguitur, Aut iuratur per membra Chriſti illici-
te, vt per viſcera, capillos Dei, &c. Item quando Deo maledi-
cit, & verba blaſphemia in contemptum, & reſpectum Dei
profert, quod proprie blaſphemia, & non periurium dicitur.
Et

ADDITIONES.

a *Decretum quod non poſſit per procuratorem iurare, neque de-
ciſiuum neque calumniæ, exceptis perſonis illuſtribus, per quas
vero communitates iuret, vide Conſt. 13 par 1.*
b *Quid tamen ſi quantitas cauſæ iuramento partis æſtimari
ſtatuto potuit. Vtique mortua parte hæres quantitatem re-
æſtimare poterit Gloſ. in l. ſi quis per alium, §. vlt ff. ne quis eum
qui intus, Bald. & Roman. in l. ait Prætor, §. iurare. ff. de iure-
iur. & ita obſeruatur in Camera.*
c *Superior ſententia approbata, Conſt. 24 par 1.*
d *Conſtit. 15 par. 1. quæ tamen intelligi poteſt de eodem iudicio,
vt ibi non liceat contrarium probare, eſt enim ſpecies conuen-
tionis.*
e *Aequum eſt nouo iudicio poſſe periurium accuſare, ſicut tran-
ſactionem licet impugnare ex falſis probationib. Iaſ. ait, l. ſi ex
falſis, 42. C. de tranſactio. ſicut & rem iudicatam, l. 1. C. ſi
ex falſ inſtrum l. Diuus, 33. ff. de iud. Multo ergo licebit iura-
mentum falſis arguere, quia leuior eſt probatio, & facilius re-
tractatur, l. admonendi, 31. ff. de iureiurando quod admittitur
ad perſequendam pœnam criminaliter, ad retractandum ve-
ro quod iureiurando deciſum eſt ciuiliter, non item, leg. quod
ſi 22 cum l. ſequent. de dolo malo, l. vlt. ff. de in lit. iurand. cum
ſimil.*
f *De pœna periurij vide Menochium 3. de arbit. iud. caſu 319.*

Et tunc de iure Canonico eiuſmodi homo debet per aliquot dies ieiunare in pane, & aqua, & ſeptem diebus dominicis præ foribus Eccleſiæ ſtare ſine pallio, & calceamentis vt habetur in c. ſi exi. de maledicis. Et ſi clericus ab ordine Eccleſiaſtico deponitur, ſi vero laicus, anathematizatur. c. Si quis per capillum. 10. cauſ. 22 quæſt. 1. De iure vero ciuili vltimo ſupplicio affici debet, §. 1. & fin. in Nouell. 77 vt non luxurientur contra naturam. Quod eſt verum, ſi ex conſuetudine hoc faciat neque hoc caſu binus, aut trinus actus (qui alias conſuetudinem inducit, ſecundum Glo. fin. in l. 3 Co. de Epiſc. aud.) ſufficit, ſecundum Doct. in l. 2. Nam ſi temerarie, ex nimio feruore, aut in aduertenti viu quis blaſphemat arbitrio iudicis, non vltimo ſupplicio puniendus, ſed forte ad catenam ponendus eſſet, ſecundum Doct. in d. l. 2, Idem diſpoſitum eſt [in der peinlichen Halſsgerichts ordnung.] cap. 106. Eiuſmodi blaſphemos per legitimum magiſtratum incarcerari debere, & aut in corpore, aut aliquibus membris luituros pœnam, aut denique vltimo, iuxta qualitatem perſonæ, & blaſphemiæ ſupplicio afficiendo. Add. (des Reichs Abſcheyd zu Vvurms. Anno 1495. & anno, 1512. zu. Collen auffgericht.) Vbi habetur. Si blaſphemia immediatè in Deum fieret vel blaſphemus ipſi Deo malediceret, quod non ſit verè iuſtus, tunc pœna corporali affici debet. Quando vero alia forma, vt puta per vulnera, ſeu paſſionem Dei, quis blaſphemaret, ille vna marcha auri mulctetur, & ſi tantum in ære non habeat conſiderata qualitate delicti, luat in corpore. Vide
a a (Policeyordnung ſup. Rub. vonden. Gotſleſterern.) Aut licito modo iuratur, & tunc ſi quis falſum iurat ſubdiſtinguitur. Aut enim loquimur in teſte, aut in perſona principa-
318 li. Primo caſu vulgata eſt regula, teſti non iurato nõ credi,
b iuriſiuran. C. de teſtibus. Et quando falſum deponit trib. per-
319 ſonis obnoxius eſt. Primum Deo cuius præſentiam contemnit. Secundo iudici quem mentiendo fallit, Tertio parti innocenti, quam falſo teſtimonio lædit, capit. 1. de crimine
320 fal ſi. Ideo ſi cõuictus fuerit de periurio, certis pœnis ſubijcitur. Et diſtinguitur. Aut n. in cauſa, criminali publici, & capitalis iudicij falſum deponit, & tunc ſimilitudine ſupplicij, & pœna talionis puniri debet, l. 1. §. præterea, ff. ad l. Corn. de ſicar. Quod eſt verum, ſi dolo falſum depoſuit, vt eſt text. ibi. Si vero errore aliquo, mitius ſaltem punitur, argumento, l. 1. § ſed non, vtique ibi, [iuſtum errorem,] ff. ad Senatu. Turpil. Et in dubio errore potius, quam dolo teſtem falſum depoſuiſſe præſumendum, eſt cum in dubio non præſumatur delictum, l. merito, 15 ff. pro ſocio. Aut in alia cauſa ciuili, vel crimina-
321 li, teſtis falſum dolo deponit, & tunc punitur pœna. l. Corn. de falſis, quæ communiter eſt deportatio, cum omnium bonorum publicatione, l. 1. poſt princ. & §. fi. ff. ad l. Corn. de fal. Et prædicta habent locum, quando criminaliter fuit contra teſtem actum. Si vero ciuiliter agitur, tenetur ad ſatisfactionem in quantum læſit partem, argum. l. qui nomine, 25. ff. ad l. Corn. de falſis. De quibus vide Abb. in c. 1. ext. de crim. falſ. & Iaſ. in d. l. ſi duo, § fi. ff. eod.

322 Secundo caſu, quando loquimur de perſona principali peierante, te illa aut iura calore iracundiæ, & ſecundum cõiter Doct. ſolum Deum vltorem habet, d. l. 2. & ibi gl. fi. C. de reb. cred. atq. l. quidque in calore, 48. ff. de regulis iuris. & c. Si quis iratus. 15. cauſ 2. q. 3. Quod limitat Panorm. in c. 2. de maledicis procedere, quando calor iracundiæ eſt iuſtus. Secus ſi ex cauſa iniuſta procedat, puta ex admiſſione pecuniæ in ludo, ſecundum Iaſ. in d. l. ſi duo, §. fi. Aut deliberate iurat, & committit periurium, & tunc ſubdiſtinguitur. Aut tale periurium non tendit in præiudicium tertij, vt ſi quis forte iurauit, non comedere carnes, vel ſimile, & tamen contra facit, & tũc relinquendus eſt vltioni diuinæ ſibi enim nocuit, & non alteri, & hoc modo dicunt. Doct. procedere text. in d. l. 2. Aut tale periurium reſpicit damnum, & intereſſe alterius, & tunc iterum ſubdiſtinguitur. Aut hoc damnum erat de præterito, vel de præſenti, & tunc periurus, ſi concurrit dolus quod regulariter, fit, punitur crimine ſtellionatus, cuius pœna plerũq. eſt exilium, l. de periurio, ff de crim. ſtello Et hoc caſu probabile eſt ſecundum Zaſ. hic periurium puniri aliqua pœna ex-
323 traordinaria, & nihilominus iuramentum manere ratum ſicut, etiam talis conſuetudo approbatur per Imperatorem, [in der peinlichen Halſsgerichts ordnung] cap. 107. Quod periuris priores articuli duorum digitorum, quibus falſum iura-
c mentum iurarunt amputare liceat. c Aut tale iuramentum reſpicit obſeruationem rei futuræ, vt quando quis iurat ſe obſeruaturum tranſactionem, & hoc loco ſi non ſeruat iuramentum, cadit in pœnas, l. ſi quis maior. 41. C. de tranſact. & fit infamis, ac ipſo iure priuatur omni iure, & actione. Sicut regulariter omnes, periuri ſi concurrit dolus ſunt infames, c. infames, 7. cauſ. 6. qu. 1. & arcentur a teſtimonio, cap. Quicunque 18 cauſ 6. quæſt. 1. & c. paruuli, 14 cauſ. 22. quæſt. 5. c. teſtimonium, 54. extr. de teſtib. Nec admittuntur ad aliquam dignitatem & propter periurium a dignitate deponuntur, l. quoties, C. de dign. lib. 12. c. infamibus, 87. de reg. iuris,
326 in 6. Item periurus amittit beneficia omnium legum, Canonum, & ſtatutorum quibus cauetur quod credi debeat iuramento alicuius, d. cap. paruuli, De quo latius vide Iaſ. in d. l. ſi duo, § fin. Ang. hic nu. 9. Iaſ. num. 57. & Hoſt. Summa de iure iur. num. 7. Sequitur nunc forma, libelli quando ſuper actione perſonali iuratum eſt.

Forma libelli.

327 Præmiſſis præmittendis. Coram vobis Domino iudice, & Scabinis comparet N. breuiter proponens, quod ante hac reum N. propter 100. florenos mutuo datos in iur vocarit, ſiq. debito negato conſcientiæ actoris, pro releuatione litis moræ, iuſiurandum ei detulerit, quod actor acceptarit, ac ſolito, & ordinario modo, & debito, tempore præſtiterit. Quando quidem autem reus commemoratam pecuniæ ſumma vſq, in hodiernum diem non dependit, ſed inique eius ſolutionem, diſtulit, & iure cautum eſt, vt præſtitum in tali caſu iuramentum celerem, & expeditam executionem habeat. Ideo actor cum imploratione, officij nobilis rogat reum in dictam ſummam 100. florenorum condemnatum, ad eiuſdem realem ſolutionem compelli atque vrgeri. Et quia in diuerſis caſibus iuratur vide plures forma libellorum hic per Pla. nu. 6. & tribus ſeqq Fab. 14. Iaſ. 89. & Zaſ. in fi. §. noſtri.

ADDITIONES.

a *Conſtitutione prima parte quarta.*
b *Teſtis iniuratus regulariter fidem non facit. Vide tamen 4. exceptiones apud Socinum, regula Teſtis non iuratus 424.*
c *Conſtitutione vltima, parte 4.*

---

§. Pœnales quoque actiones.

1 *Continuatio.*
2 *Actiones rei perſecutoriæ quid.*
3 *Pœnales actiones quid.*
4 *Pœnales actiones tribus modis dicuntur.*
5 *Differunt actiones rei perſecutoriæ, & pœnales.*
6 *Accuſationes ſemper ſunt perpetuæ.*
7 *Pœnales actiones non tranſeunt ad hæredes.*
8 *Crimen paternum nullam maculam filio infligere debet.*
9 *Regula. Quod reo extincto pœna extincta, ſit de pœna corporali non pecuniaria, intelligenda eſt.*
10 *In actionibus rei perſecutorijs, quando plures in ſolidum tenentur vno ſoluente, cæteri liberantur.*
11 *Quomodo limitetur regula, quod in actionibus realibus vno ſoluente, cæteri non liberentur, & n. 12.*
13 *Actio albi corrupti quid.*
14 *Album quid, & quotuplex.*
15 *Quomodo citandus ſit reus, qui per malitia ſe abſentauit.*
16 *An actio de albo corrupto competat contra corrumpentem quodlibet album.*
17 *Corrumpentes temporalia edicta, vt citationes, aut alia mandata temporalia puniuntur pœna arbitraria.*
18 *Quæ requirantur, vt locum habeat actio de albo corrupto.*
19 *Propoſitum, & voluntas diſtinguunt maleficium.*
20 *Cui competat actio de albo corrupto.*
21 *In actione populari, quando plures ſimul agere volunt, præfertur magis idoneus.*
22 *Contra quem competat.*
23 *Quando lex puniens facientem, comprehendat & mandantẽ.*
24 *Actiones populares contra hæredes non dantur.*
25 *Pœna aperientis litteras alienas quæ.*
26 *Ad quid competat actio albi corrupti.*
27 *In Pœnalibus mitior ſententia amplectenda eſt.*
28 *Cui pœna 50 aureorũ in actione albi corrupti applicanda ſit.*
29 *Corrumpentem album ſi criminaliter contra eos agatur puniuntur pœna falſi.*
30 *Forma libelli in actione albi corrupti.*
31 *Actio in factum, ex edicto prætoris deſcedens, ne quis vocet in ius parentem, vel patronum, cur inuenta ſit.*
32 *Iure naturali parentibus obedientia, & reuerentia debetur.*

Quæ

33 *Quæ perſonæ in ius vocari prohibeantur.*
34 *Contra quos pœna 50. aureorum locum habeat.*
35 *Cui actio prætoria de non in ius vocando abſque venia competat.*
36 *Honor qui debetur marito, debetur etiam eius vxori.*
37 *In prouiſionibus ordinatis a natura, appellatione parentum, & liberorum veniunt etiam naturales tantum.*
38 *Filius naturalis qui occidit patrem, tenetur lege Pompeia, de parricidis.*
39 *Vulgo quæſitus matrem meretricem ſine venia in ius vocare non poteſt, quod non eſt inceſtuoſo.*
40 *Socer & ſocrus parentum loco habentur, & propterea in ius ſine venia vocari non debent, etiam diſſoluta affinitate.*
41 *Memoria priſtinæ dignitatis prodeſt.*
42 *Pater ſpiritualis non poteſt ſine venia in ius vocari, ſicut ado ptiuus.*
43 *Pater ſpiritualis, vel compater, poteſt eſſe teſtis pro filio ſpirituali, quem ex ſacro baptiſmatis fonte leuauit*
44 *Defenſor ciuitatis item patria, & Reſpublic. vel fiſcus ſine venia in ius vocari non poſſunt.*
45 *Vaſallus poteſt dominum ſine venia in ius vocare, tutius tamen eſt, vt impetretur venia.*
46 *Perſona præceptoris diſcipulo ſancta videri debet.*
47 *Diſcipulus præceptorem ſine venia in ius vocare poteſt.*
48 *Doctor actu legens habet priuilegium, vt non poſſit capi nec incarcerari.*
49 *Maritus vitricus nouerca ſine venia in ius vocari poſſunt.*
50 *Contra quos detur actio de in ius vocando, & quod non tantum contra eos detur, qui dolo vocant: ſed etiam qui ex ruſticitate.*
51 *Quæ requirantur vt actio de in ius vocando locum habeat.*
52 *Quando quis ſe defendat in iudicio aduerſus eum, cui debet reuerentiam, non neceſſe veniam impetrare.*
53 *Filius offerens libellum contra patrem, non tenetur pœna edicti prætorij, niſi pater citatus fuerit.*
54 *Ad quid detur actio de in ius vocando.*
55 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
56 *Pœna 50. aureorum, in quam damnatur filius patrem ſine venia in ius vocans, patri applicatur.*
57 *Quomodo limitetur prædicta regula: Qui non habet in ære, & cætera.*
58 *Quælibet pœna corporalis maior eſt quacumque pecuniaria.*
59 *Iudex parte non petente non poteſt pœnam pecuniariam conuertere in corporalem.*
60 *Propter leues tranſgreſſiones pauperes non ſunt in corpore puniendi.*
61 *Paupertas, prodeſt.*
62 *An & quando pauper vel ignobilis grauius puniatur, quam diues vel nobilis.*
63 *Minor pœna in ignobili grauior eſt in nobili.*
64 *Quando pœna eſt vniformis, æqualiter puniuntur nobiles, & ignobiles.*
65 *In quibus caſibus ceſſet pœna ſtatuta in eum, qui prohibitum in ius vocari ſine venia vocat.*
66 *Non excipiens, exceptioni ſuæ renunciare videtur.*
67 *Non ſufficit veniam petitam eſſe, ſed etiam impetratam eſſe oportet.*
68 *Venia petenti conceſſa cenſetur eo ipſo, quod iudex citationem impertit.*
69 *Forma libelli in actione de in ius vocando.*
70 *Actio de in ius vocato, vt exempto quid.*
71 *In actione de in ius vocato, vt exempto, iuratur in litem.*
72 *Actio de in ius vocato vt exempto mere pœnalis dicitur.*
73 *Quando actio de in ius vocato, vt exempto, locum habeat, exemplis declaratur.*
74 *Quando actio, in qua reus citatus fuit, interea dum ille vi ab eo detineretur expirauit, non tantum contra vi eximentem agi poteſt, ſed etiam contra citatum, obtenta prius reſtitutione in integrum.*
75 *Solutio pœnæ facta ab eximente, non liberat debitorem principalem.*
76 *Obiectio Glo. Quod actioni contra citatum, vi ab alio detentum, vt non poſſit comparere in iudicio præſcribatur.*
77 *Quod præſcriptio alia ſit mere odioſa, alia mere fauorabilis, alia mixta, alia quæ ſua natura currit, & quomodo qualibet harum interrumpatur.*
78 *Differt interruptio præſcriptionis, & perpetuatio actionis.*
79 *Quæ requirantur, vt actio de in ius vocato vt exempto, competat.*
80 *Quando actio de in ius vocato, vt exempto ceſſet.*
81 *Citatus ad locum peſte infectum comparere non cogitur.*
82 *Cui detur actio de in ius vocato, vt exempto.*
83 *Contra quem competat actio de in ius vocato, vt exempto.*
84 *Eripiens aliquem e manibus familiæ iudicis, non aliter tenetur, ac ſi in omnem caſum fideiuſſiſſet.*
85 *Quæ ſit pœna eximentis aliquem ex carcere.*
86 *Iudici executuro ſententiam contra condemnatum, a qua eſſet appellatum, de facto reſiſti poteſt.*
87 *An ſententia capitalis intra decem dies ad appellandum cõceſſos executioni mandari poſſit.*
88 *Quomodo differant illi duo tituli. Ne quis eum, qui in ius vocatus & de eo, per quem factum eſt quo minus, &c.*
89 *Forma libelli in actione de in ius vocato vt exempto.*

1 SVpra in §. ſed iſtæ, in princ. dictum eſt, prætorias actiones
quaſdam eſſe reales, quaſdam vero perſonales rei perſe-
cutorias, de quibus hactenus dictum eſt, quaſdam vero pœ-
nales, de quibus in hoc § Imperator diſſerit. præmittendũ ou-
tem ſec. D. hic, quod actionum aliæ ſunt rei perſecutoriæ, quæ
perſequuntur rem debitam, quando ſcilicet res ipſa, cuius no
mine agitur, abeſt actori, & adeſt reo. Et accipitur hic res ſtri-
2 ctè & ſpecialiter, tantum pro re debita, ex contracta vel ne-
gato vt cum actor vindicat fundum ſuum quem Titius poſſi
det. Item quando petit 10. a reo actione perſonali, veluti ex
conſtituto, vel iuramenti actione. Nam & tunc dicitur perſe
qui rem quæ actori abeſt, ſeu debetur, & reo adeſt. Aliæ vero
a ſunt pœnales a actiones, per quas non petitur res, tanquam prin
cipale debitum ſed tanquam pœna. Et licet pœna etiam ſit res,
cum rei vocabulum ſit lariſſimum, l. rei appellatione, a. ff. de
3 ver. ſign. tamen eſt res incidens, & non principaliter in nego-
cio verſatur, ſed ex quodam euentu, & accidenti petitur, &
de ea vnquam in principali negocio non fuit cogitatum. Neque
concurrunt illa duo, videlicet, quod abſit illa res actori & ad-
4 ſit reo. Vnde ſecundum Doct. hic, Pœnales actiones tribus
modis dicuntur, vt eſt Gloſ. ordinaria in § ſequens ſuper ver.
Conductio, inf. eod. I. Quando actor petit pœnam a reo, cum
tamen actori nihil deſit, & reo nihil abſit, qui debet pœnam
perſoluere, nullum ex hoc commodum ſenſit, & tamen co-
gitur pœnam ſoluere. Exempli gratia Pone, Titius furto ſub-
traxit mihi calicem argenteum, quem per condictionem fur-
tiuam, (quæ eſt actio perſonalis rei perſecutoria) condixi &
repetij a fure. Reſtituto calice, mihi nihil deeſt, & Titio nihil
deeſt, tamen adhuc iuxta leg. ſi pro fure, 7 §. 1. ff. de condi-
ctio. furt. actio furti, quæ mere pœnalis eſt, & ad pœnam du-
pli vel quadrupli, ſecundum quod furtum fuit manifeſtũ, vel
occultum, mihi contra Titium furem competit. Et illa actio
tam ex parte actoris, cui nihil deeſt, quam rei, cui nihil adeſt,
pœnalis dicitur. II. Dicitur pœnalis actio, quando actori abeſt
ſed reo nihil adeſt, & ſic ex parte rei tantum eſt pœnalis, ex
parte vero actoris rei perſecutoria. Exempli gratia: Pone, per
vim deieciſti me ex domo vel fundo meo, & ego quaſdam res
mobiles per illam violentiam deiectionem amiſi, quæ tamen
ad te directe non peruenerunt, competit mihi interdictum
vnde vi, vt non ſolum domum vel fundum reſtituas, quo ca-
ſu eſt rei perſecutorium, ſed etiam res quas amiſi, licet tu illas
non habeas, ſed per alios in illa violentia expulſione abreptæ
ſunt, l. 1. §. ex interdicto, 41. ff. de vi, & vi armata. III. Dicitur
pœnales, quando actori nihil deeſt, ſed reo adeſt. Nam finge,
quando aliquis dedit tibi decem vt me per calumniam accu-
ſares, iam poſſum contra te agere actione in factum, ex edi-
cto prætoris de calumniatoribus, infra annum ad quadruplũ,
poſt annum, ad ſimplum, eius quod ſic accepiſti, vt mihi ca-
lumniam faceres, l. 1. & l. generaliter, 3. ff de calum. Hæc actio
quantum ad actorem attinet, eſt pœnalis, quia agit ad id, quod
ei non deeſt & quantum ad reum eſt perſecutoria.
5 Differunt autem rei perſecutoriè a pœnalibus in multis,
ſecundum Glo. hic, in verb. Pœnales. Nam I Actiones rei per-
ſecutoriæ etiam prætoriæ, regulariter ſunt perpetuæ, l. in ho-
norarijs, 35 ff. de obligat. & actio. Sed pœnales prætoriæ ſunt
annales, dict. l in honorarijs. Sic & actio iniuriarum anna-
lis eſt, leg. ſi non conuitij, 5. Cod. iniurijs Except. actione fur-
ti. Nam licet hæc prætoria & pœnalis ſit, tamen odio furum
perpetua eſt, vt eſt text. in fin. princip. infr. de perpet. & temp.
actio.

ADDITIO.

a *Quod, Pœnales actiones ſunt ne odioſæ: Reſpectu ſubſtantiæ pœnitentis odioſæ ſunt, reſpectu finis, ius & bonum commune adiuuant, c. Cum medicinalis, de ſent. excom. in 6. c. ſane, extra de ſent. excommunic.*

actio. Et diligenter notabitis, Gloſſam noſtram hic cum my-
ſtetin loqni de prætorijs pęnalibus quia ciuiles pęnales non
ſunt annales, nec anno finiuntur, ſed ſunt perpetuæ, vt nota-
tur in d.princ.inſ.de perpet.& temp.act. Item notabitis accu-
6 ſationes ſemper eſſe perpetuas, ex quacumque lege, vel edi-
cta deſcendant, ſecund. Bald.in l.receptitia, 2.num. 1.in fin.C.
de conſtit.pec & Iaſ.hic num. 20. II. Actiones pœnales ſunt
odioſæ, & communiter reſtringendę, leg.interpretatione, 42.
ff.de pęnis. Perſecutoriæ vero non ſunt odioſæ, ita Gloſs.hic
III. Rei perſecutoriæ tranſeunt ad hæredes, l.ex contracti-
7 bus, 19 ff.de obl.& act. Pęnales vero non ſunt tranſitoriæ ad
hæredes, §.non autem infra de perpet.& tempor.act.niſi ali-
qui ad eos peruenit, vel niſi lis ſit conteſtata cum defuncto l.
1.Cod.de delict. defunct & l.omnes, 26.ff.de obl. & act.Si-
cut & de iure Saxon.habetur in art. 17 libr.a.[Der.Sohn aot-
vvunrt fur de Vatter nicht, vuan er ſtirbt, vuas er vnrecht get
han hat,] facit leg. crimen, 26.ff de pęn. vbi elegantiſſime in-
quit Iuriſconſ.Crimen paternum, vel pęna paterna, nullam
maculam filio infligere poteſt Nam vnuſquiſque ex ſuo ad-
8 miſſo ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtitui-
tur, add.tex.in l.defuncto, 6.ff.de publ.iud.vbi dicitur, rei cri-
minis defuncto pęnam extinctam eſſe, quod Gloſſ. ibi de pę-
na corporali, non autem pecuniaria, in qua reus iam con-
demnatus eſt, intelligit, & bene, IV.in actionibus rei perſecu-
9 torijs, quando plures in ſolidum tenentur, vno ſoluente, cæ-
10 teri liberantur, l.3.in fin.ff.de duobus reis ſtipul. Non autem
in actionibus pœnalibus vbi plures actione pęnali tenentur,
vno ſatisfaciente, cæteri non liberantur, ita eſt Gloſſ. hic in
verb. Pęnales, in fin.per text.in l.1.Cod.de condict. fur.& in l.
item Mela, 11.§.ſed ſi plures ſeruum, ff ad l.Aquil. Quam cō-
cluſionem Glaſ.1. limitare procedere, quando actio eſt pœ-
11 nalis ab vtraque parte, tam actoris, quam rei, vt eſt actio fur
ti, de qua loquitur tex. in l.1. Item quando plures corrumpũt
album, licet iſta, qui agit albi corrupti contra vnum, conſe-
quatur 50.aureos tamen & ſinguli alij tenebuntur ad parem
pęnam, l.ſi quis id, 7.in fin.iuncta leg.ſequ. ff.de iuriſd. omn.
iud. Secus, quando ex vna parte, veluti actoris, eſt rei perſe-
cutoriæ, ex altera vero parte pęnalis. Nam tunc pluribus de-
linquentibus omnes quaſi quidem in pęnam incidunt, ſed
vno ſoluente, alij liberantur, de quo eſt text.& ibi Glo.in leg.
1 § ſi plures, 4.ff.de eo.per quem factum erit, quo minus, &c.
2.Concluſio Gloſs.limitatur procedere, quando actio pęna-
lis deſcendit ex delicto: ſecus ſi ex quaſi delicto: V.g.Iure no-
ſtro cauetur, vt ſi aliquid effuſum, vel deiectum ſit ex cęnacu-
lo, in quo plures habitant, tunc ſinguli teneantur ad pęnam,
qui ſunt in illo cęnaculo, ſed vno ſoluente pęnam cęteri libe-
12 rantur l.3.in fi.cum l.ſequen. ff.de his qui deiecerunt, vel ef-
fuderunt, 3 Notabiliter limitate concluſionem Gloſſ noſtræ
non procedere, quando plures delinquunt, communicato
conſilio, tanquam vnum corpus, veluti ſi communitas villæ,
aut aliqua vniuerſitas, vel collegium vim faciat, delinquat, al-
bum corrumpat, hoc enim quamuis ſint plures numerus ho-
mines, puniuntur tamen vt vnus homo, ita vt vnica tantum
pęna præſtetur, ita Bat.& Doctor. per textum, ibi in leg.ſem-
per, 15.§.ſi in ſepulchro, ff.quod vi aut clam. Quod diligenter
notabitis ſecundum Zaſ.hic. Et plura de hac materia, An &
quando vno ex pluribus delinquentibus conuento, & ſoluen
te pęnam, cæteri liberentur, videte remiſſiuè Iaſ.hic, num.26.
Et his ſic præmiſſis, primam nunc actionem pęnalem decla-
randam ſuſcipio.

a DE ACTIONE ALBI a CORRVPTI.

13 Eſt hæc prima actio prætoria pęnalis, quæ dicitur actio in
factum, ex edicto Prætoris, de albo corrupto, deſcendēs. Eſt-
que popularis, competens cuilibet de populo contra eũ, qui
id, quod in albo Prętoris propoſitum eſt per ſe, vel per alium
dolo malo corrupit, vel amouit ad pęnam 50. aureorum, vt
hic, & d.l ſi quis id quod, ff.de iuriſd.om.iud. Pro cuius de-
claratione poſt Gloſ.& Doct.hic, ſuper verb. Ex albo, pręmit
tendum eſt, quod ſit album, & quotuplex ſit. Fuit autem al-
14 bum, murus, ſeu parries dealbatus, vel tabula dealbata ſecun-
dum Zaſ.hic in qua iura, præcepta prætoris generalia, & ſpe-
cialia ſcribebantur, & publicè proponebantur, ac pro Curis,
& Palatio affigebantur, vt quilibet, ea videre, & legere poſ-
ſet, vt vult Gloſs.noſtra hic, & in Clem. 1. ſuper verbo Albo,
de iudicijs. Et fuit triplex album, ſecundum Doct.leg. In quo
b ſcribebantur perpetua b & generalis edicta Prætorum, con-
tinentia publicam, & naturalem æquitatem, & temperantia
iuris ciuilis duritiem. De quibus inde in corpore iuris ciuilis
ſit mentio. Et illa edicta vſque adeò erant perpetua, vt ſi poſ-
ſibile foret etiam hodie durarēt affixa, & dicuntur ius hono-
rarium, §.Prætorem quoque edicta, 7.ſupra de iure naturali
gentium, & ciuili. II. Album fuit, in quo proponebantur edi-
cta Prætorum temporalia, pro præſenti neceſſitate affixa: itē
c ſpecialia, vt citationes, c & ſimilia, quando per publica edicta
aliqui citabantur, vt eo melius poſſet peruenire ad notitiam
citatorum, quam per vocem præconis, quę paucis innoteſcit,
15 vt habetur in Authen. Qui ſemel, Cod. quomodo, & quando
iud.&c. Sicut, & hodie quando pars per malitiam ſe abſentat,
vt non poſſit ad eam peruenire citatio, ſolet per edicta cita-
ri, quæ affiguntur præ foribus Eccleſiæ, Collegij, vel Curiæ
ſenatorię, iux Clem. 1.extr.de iud. Et illa affixa nituntur eadē
authoritate, qua olim in albo Prætoris propoſita. Nam & ho-
die ſtatuta perpetua, & temporalia publice affigi ſolent, ſicut
hodie videmus, ſecundum Zaſ. hic. Ideo hodie illa pœna lo-
cum habet, ſecundum Fab.hic nu.6. III. Fuit album, cui inſcri-
bebantur nomina Decurionum, & Magiſtratuum, quo loco
quiſque ſedeat, & rogetur ſententiam, de quo loquitur tit.in
ff.de albo ſcribendo. Et eius generis album hodie ſacerdotes
vſurpant in præſentijs ſuis, ſcribentes nomina Clericorum in
16 tabulam, ſecundum Zaſ.hic. Sed iam dubitatur, An hęc actio
competat contra corrumpentem qualecumque album Præ-
toris? Et Gloſ.noſtra ſuper verbo, Ex albo, ſaltem tacitè incli-
nat in illam ſententiam, vt pęna illa habeat locum in corrum
pente album cuiuſcumque condictionis fuerit. Sed in hoc
communiter à Doct.hic reprobatur, qui ita demum huic pę-
næ locum eſſe dicunt, ſi quis corrupit edictum perpetuum,
& generale in albo Prætoris: ſecus, ſi temporale aut ſpeciale,
Et mouentur per text.in d.l.ſi quis id, in princ.in verbo, Per-
petuæ iuriſdictionis. Et quamuis probabiliter contrarium de-
fendi poſſet, cum ſit eadem ratio, nam ratio finalis pęnæ cor-
rumpentis album prætoris, eſt contemptus magiſtratus, quæ
ſimiliter ſibi locum vendicat in corrumpente edictum tem-
porale, ſicut in corrumpente perpetuum, ex quo conſequens
vtrobique idem ius ſtatuendum, vulgar. leg.8.Titio 108.ff.de
verb.oblig.item ad text. l.ſi quis id, reſponderi poteſt: Perpe-
tuum etiam id dici, quod diu durat, tamen à priori ſententia
non eſt recedendum, cum illum edictum ſit pęnale, & odio-
ſum. Ergo reſtringendum, vt catenus tantum procedat, qua-
tenus ea preſſe loquatur, iuxta c.Odia, 15.de reg.iur.in 6.& l.
interpretatione, 42.ff.de pęnis. Et hęc eſt communis ſenten-
17 tia Doct.hic, & in d.l.ſi quis id, cui addunt, quod corrumpē-
tes temporalia edicta, vt ſunt citationes, aut mandata tempo
ralia, quæ quotidie affiguntur per Rectores vniuerſitatem, li-
cet non incident in hanc pęnam, puniantur tamen alia pęna
arbitraria, iuxta materiæ naturam, quæ affixa eſt, cum pęna à
iure non ſit expreſſa, & taxata, leg.1 §.expilatores, ff.de extra-
ctoribus. Imo, vt dicit Bart.in d.l.ſi quis id, quando finita eſt
cauſa mandati, vt quia lata eſt ſententia, ad quam audiendam
pars per publica edicta citata eſt, tunc impune tolli poſſe
mandatum, & hoc Zaſ.hic, pro excuſandis corruptoribus
notare iubet.
18 Pro declaratione autem huius actionis. Primo quæritur,
quæ requirantur ad hoc, vt iſta actio locum habeat? Ad quod
breuiter reſpondere requiri. I. Quod perpetuum edictum, nō
temporale corruptum ſit, per ea, quæ iam dicta ſunt. II. Quod
edictum ſit propoſitum ab eo, qui habet iuriſdictionem, alias
corrumpens non incidit in hanc pęnam, ſecundum Plat. hic
num. 10.& facit tex.in d.l.ſi quis id, in princ.ſuper verbo, Iu-
riſdictionis. III. Quod dolo ſe quis corruperit. Si enim quis ca
ſu, ſiue dolo, per imperitiam, aut ruſticitatem, inaduertentiā,
aut ea mandato iudicis amoueret, vel corrumperet, non te-
19 neretur hac actione, d.l.ſi quis id §.in ſeruos. Quia propoſi-
tum, & voluntas diſtinguunt maleſic. l.Diuus, 14.ff.ad l.Cor-
nel.de ſicar.
20 Secundo principaliter quæritur, Cui hæc actio competat?
Et quia eſt popularis, d.leg.ſi quis id, ſequitur eam cuilibet de
populo dari. Quod ita intelligendum eſt, niſi à iure expreſſe
poſtulare, & in iudicio agere prohibeatur, l.4.ff.de prop.act.
Lex

ADDITIONES.

a *De pena corrumpentis album Pretoris, inſignia, & ſtatuas fa-
milia alicuius, vide apud Menoch.2.de arb.iud.caſu 281.*
b *Id eſt annalia.*
c *Hodie quoties reus inueniri non poteſt, citatio valuis iudicij,
aut Eccleſiæ affigitur. Clem.1.de iud. Fit alias præſente, vel ad
ades, Bar. Extrauag in verno. Per edictum, & in verbo Publi-
ce. De his omnibus dictum eſt plenius in prax. tit. de in ius
vocando.*

a Lex enim generaliter loquens reſtrictione de habilitate reci
pit, vulg. l. vt gradatim, 12. in fi. prin. ff. de mun. & honoribus.
Vnde mulieri, & pupillo populares actiones non dantur, l.
21 mulieri, 3 ff. de popul. actio. Et quando plures ſimul concur-
runt, præ fertur magis idoneus, l. 2. ff. de popul. act. & is cuius
intereſt, l. 3. in fi. ff. de popul. act. &c.

Contra quos detur hæc actio.

22 Tertio quæritur. Contra quem competat? I. Datur con-
a tra corrumpentem dolo malo, id quod a iuriſdictionis per-
petuæ cauſa in albo propoſitum eſt, non autem cõtra corrũ-
pentem temporalia edicta, vt ſupra dictum eſt. II. Contra
tollentem, ſeu remouentem talia edicta perpetua, licet non
corrumpat, d. l. ſi quis id, §. in ſeruos. III. Contra dolentes
imagines illorum, qui propter eorum publicam, & perpetuã
infamiam dedicti ſunt in publico loco, vt quia fuerunt pro-
ditores, vel falſarij, vt notatur per Doct. in d. l. ſi quis id Ang.
& Iaſ. hic, qui ſubijcit, licet Imagines dedictę ad infamiã pro-
ditorum, & ſimilium, non poſſunt deleri ſine pęna, ea tamẽ,
quæ ad eorum laudẽ dedicto ſunt, impune deleri poſſe, per
tex. in l. eorum, 24. ff. de pœnis per quem ibi Bar. notat, quod
ſi aliquis ex ciuitate expulſus eſt propter proditionẽ, vbicũ-
que eius arma ſunt depicta in eius honorem, debent deſtrui,
& deleri, de quo vide hic Iaſ. num. 15. IV. Contra corrum-
pentem libros armarij communis, de quo vide hic Iaſ. n. 29.
V. Contra ſurripientem acta, ſeu proceſſum repoſitũ in ar-
chiuis publicis, cum ſit repoſitus, vt perpetuo ibi eſſet, de quo
23 Iaſ. hic num. 3. VI. Contra mandantem corrumpi album,
text. eſt in d. l. ſi quis id, §. fin. quia lex puniens facientem
comprehendit etiam mandantem; præſertim ſi loquatur in
rem, & ſit tale factum, quod per alium poteſt exerceri, de
quo poſt Bart. in l. hæc verba, 12. ff. ad legem Iul. de adult. Vi-
de remiſſiue hic Iaſ. num. 17. VII. Contra plures corruptores
datur hæc actio in ſolidum ita vt ſolutio vnius non liberet
alios l. de o 8. ff. de iuriſdic. omnium iudic. VIII. Contra do-
minum ex factis ſingulorum ſeruorum pro ſingulis in ſo-
lidum. l. ſi fam. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. IX. Nõ ſolum contra
maſculos, ſed etiam fœminas corrumpentes album perpe-
24 tuum, hæc actio competit, d. l. ſi quis id, non autem contra
hæredes corrumpentis competit, quia actiones populares
contra hæredes non dantur, l. fi. ff. de popul. act. Et qua pęna
puniatur ſubtrahens inſtrumenta aliena, item abradens ex in
25 ſtrumento nomen alterius, & ſuum apponens, & aperiens
literas alienas, & non reſtituens literas, ei cui reſtituere mã-
datum ſuſceperat, vide hic Iaſ. remiſſiue, num. 33. poſt Bart.
in l. Titio, 36. ff. ad municipa.

Quid veniat in hanc actionem.

26 Quarto principaliter quæritur. Ad quid hæc actio compe-
tat? Et glo. noſtra ſuper verbo Corrupiſſe, dicit etiam ad pę-
nam quinquaginta aureorum dari. Et quamuis communis
litera, in d. l. ſi quis id, habeat 500. aureorum, tamen quia ſe-
cundum Glo. ibi, alicubi etiam legantur quinquaginta, in du-
bio poſterior lectura tanquam benignior, & mitior, tenẽda
eſt, arg. l. interpretatione, 42. ff. de pœnis, per quam vulg. theo
27 rica traditur quando in criminalibus, & pęnalibus variæ ac
diuerſæ opiniones reperiuntur, tunc debere nos eligere ſen-
tentiam, quæ mitiorem, pœnam imponit. Melius enim eſt
propter miſericordiam reddere rationem, quã propter cru-
delitatem, cap. Alleganr. 12. ca. 26. q. vlt. Sed iam iterum du-
bitatur. Cui hęc pena ſit applicanda, an actori, vel fiſco? Et
28 omiſſis ſuperfluis, dic communem, & veram eſſe concluſio-
nem Doct. hic, & in d. l. ſi quis in, poſt Glo. in verbo. Quin-
b gentorum, b pœnam agenti, non fiſco applicandam eſſe. Vn-
de actor in libello ſibi illos 50. aureos aſſignari petere de-
bet, de quo vide Fab. hic, num. 4. Plat. 9. Ang. 9. & Iaſ. 39. Et
vltimo notabitis, corrumpentes talia edita, quando contra
eos criminaliter, agitur puniri etiam pœna falſi, tex. eſt in l.
penult. ff. ad l. Corn. de falſis.

Forma libelli.

29 Coram vobis comparet N ciuis huius oppidi N. breuiter
narrans, quod poſtquam Illuſtriſſimus N. Dominus noſter
(vt omnibus patet) publicum mandatũ, ſeu edictum de mo-
do ſuccedendi, ad partes Curiæ, quo ad omnibus conſpici &
legi poſſet, publice affigi curauit, N. palam, ſine iuſſu atque
promiſſo Magiſtratus, id temerario auſu, proxima die Lunæ
poſt Innocauit, hoc ſexageſimo primo anno vertẽte, reſixe-
rit atq; auulſerit. Quia verò id contemptum, & diminutio-
nem exiſtimationis Illuſtriſſimi Principis noſtri vergit, & in
iure ſub pœna 50. aureorum prohibitũ eſt, ita vt quilibet con
tra tales corruptores actionem inſtituere, & pœnam ſibi
adiudicari petere poſſit, ne talis contemptus Magiſtratus
impunitus relinquatur, ideo actor petit declarari, & pronũ-
ciari iudiciali veſtra ſententia, reum auellendo propoſitum
mandatum, iniuſte agentem in pœnam quingentorum au-
reorum incidiſſe, inque eorum ſolutionem actori applican-
dam condemnandum eſſe, cum refuſione expenſarum, ro-
gans ſibi ius, & iuſtitiam ſuper his omnibus adminiſtrari.

DE SECVNDA ACTIONE Prætoria Pœnali.

30 Hæc actio in factum ex edicto Prætoris, ne quis vocet in
ius ſine permiſſa Prætoris, parentem aut patronum, deſcen-
dit, de quo edicto eſt, text. in l. 4. ff. de in ius vocand. Et hæc
actio ſumma honeſtate nititur, & ex naturali ratione quæ
vult vt benefacienti beneficiamus, vt eſt text. iuncta glo. in l.
ſed, & ſi lege, §. conſuluit ff. de petit. hæred. inducta eſt l. 2. C.
31 de ius vocand. Sicut, & iure naturali parentibus obedientia,
& reuerentia debetur l. veluti, 2. ff. de iuſtit & iur. Et ſemper
filio a liberto ſancta, & honeſta perſona parentis, & patroni
videri debet, l. liberto, 9. ff. de obſeq. parent. & patr. præſt. Ne
32 igitur inter iſtos cauſetur odium, inter quos præcipue debet
eſſe amor, per Prætorem ſtatutum eſt, vt ne liceat filio vel li-
berto, ſine iudicis permiſſu, & ſic venia non impetrata, pa-
33 rentem, & patronum in ius vocare. Quod ſi filius aut liber-
tus fecerit, dabitur contra eum hæc actio prętoria pęnalis in
factum, ad pęnam 50. aureorum, vt hic, & in d. l. 4. §. Prætor
ait, iuncta l. penul. ff. de in uoc. Et ad intellectum huius actio-
nis præmittendum, multas perſonas enumerari in l. 2. & to-
to tit. ff. de in ius voc. quæ prohibentur in ius vocari. Quędã
enim ratione imbecillis ætatis, aut conſilij imbecillioris in
ius vocari prohibentur l. neque 22. ff. de in ius voc. Quędam
ratione iuſti impedimenti, vt magiſtratus, perſonæ religio-
ſæ. Quædam ratione publicæ lætitiæ, aut mæroris, vt qui
ducit vxorem, aut qui in luctu eſt, d. l. 2. Quędam vero ra-
tione reuerentiæ, vt parens, & patronus. Non tamen illa
pœna 50. aureorũ ad omnes iſtas perſonas, ſine venia in ius
vocatas, extenditur, vt concludit Gloſſ. noſtra, hic in verb.
Cum id non impetraſſet poſt in princip. per quam Iaſ hic n.
86. dicit declarari, & limitari totum iſtum tit. de ius voc. Ha-
bet enim prædicta pęna locum tantum vocantes in ius per-
ſonas, ratione reuerentiæ in ius vocari prohibitas. Cæteræ
enim perſonæ a iure ciuili in ius vocari prohibentur, ſed
hæ a iure prætorio. Et quia ius prætorium, quod introdu-
xit pęnam 50. aureorum, de reliquis perſonis nihil diſpoſuit,
vt conſtat ex d. l. 4. & l. generaliter, 13. ff. eo. ideo ad alias per-
ſonas non expreſſas in edicto prætoris, extendi non debet,
ſed tanquam caſus omiſſus relinquitur ſub diſpoſitione iuris
ciuili, vt not. in l. ſi extraneus, de cond. cau. data, cauſ. nõ ſec.
Vnde cum iſto caſu non ſit determinata pęna a iur. com. erit
arbitraria, & relinquetur arbitr. iudicis per regulam, d. l. 1. §.
expilatores, ff. de effracto.
35 Cõmodo igitur nũc ordine ſequitur prima quęſtio prin-
cipalis. Cui hæc actio competat. Et I. quidem datur patro-
no contra libertum, qui ſine venia vocauit in ius patronum,
vel eius vxorem vel liberos, & parentes patroni patronæq;
d. l. 4. §. Prætor ff. eod. & l. 1. C. eod. per quem ibi Bald. notat.
36 honorem, qui debetur marito, deberi quoq. eius vxori etiã
poſt mortem mariti, ea exiſtente vidua per tex. iuncta Gl. in
l. filij, 22. §. vidua, ff. ad municip. Et qui facit honorem vxori,
exhibet etiam eum marito, & qui iniuria alterius coniugem
afficit, eam quoque marito infert, §. patitur, 2. ſup. de iniurijs.
Et intelligenda ſunt prædicta, de parentib. & liberis patroni
vtriuſque.

ADDITIONES.

a *An contra corrumpentes citationem ante valuas iudicij, vel Eccleſiæ prepoſitum? Gloſ. ait: contrarium tamen interpretes tenent, mimirum arbitrariam pœnam eſſe, leg. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. l. 1. ff. de iure delib. cap. De cauſis ext. de offic. iud. deleg.*

b *Alij aliter diſtinguunt, nimirum in actione ciuili pœnam parti applicari, l. ſi cui, ff. de verb. ſignific. in cri. fiſc. Bar. l. Agrar. ff. de termino moto.*

vtriuſque ſexus,& vſque in infinitum, l. ſed ſi hac,leg. 10. §.
liberos ff. eod. II. Parentibus contra filium,vocantem,eos in
ius ſine venia hæc actio datur,d.l.4.§.parentes. Et hoc intel-
ligendum eſt 1. De parentibus vtriuſq. ſexus,d.§.parentes,2.
De parentibus in infinitum,adeo vt Gl. hic ſup. verb. Vel pa-
rentem dicat,ne Adamnum quidẽ,ſi hodie viueret,poſſe per
aliquem in ius vocari,venia à iudice non impetrata,per tex.
in d.§.parentes,facit text.iuncta Gloſ.in l.nuptiæ conſiſtere,
2.ff.de ritu nup. 3. Non ſolum de parentibus naturalibus,&
legitimia ſimul, ſed & legitimis tantum , l. adoptiuum, 8. ff.
37 eod.de quo Iaſ hic num. 524. De parentibus naturalib.tan-
tum,qui a filio naturali nato ex concubina, in ius vocantur,
l. parentes,7.ff.eod.vbi Bal. inquit,in prouiſionibus ordinatis
a natura,vt eſt ius alendi, & honorandi parentes,& ſimilia,
iuxta d. l.veluti,ff.de iuſtit. & iur. appellatione parentum,&
filiorum comprehendi etiam naturales tantum,quod ſequi-
38 tur Ang.hic,num.10.& Iaſ.57. Vnde,& filius naturalis tan-
tum, qui occidit patrem naturalẽ, punitur pœna legis Pom-
peiæ,de paricidijs, non aliter,ac ſi naturalem, & legitimum
interficeret, ſecundum Bart & Bald.in l.quia ſemper, 5.ff.eo.
39 De quo vide Iaſ.hic num.59. Sic & vulgo quæſitus nec ma-
trem,& meretricem ſine venia in ius vocare poteſt,lib.4. in
fi. cum l.ſequ.ff eodem,licet alias meretrices non ſint dignę
laqueis legum l.quæ adulterum,29.in fin.C.ad legem Iul. de
adult. Hæc tamen concluſio non procedit in filio nato ex in-
ceſtuoſo,& damnato coitu à iure ciuili,vt eſt glo. ſingularis,
d.l. quia certa,ff.eod.quia nec liberi,nec parentes nominan-
di ſunt , nec debentur alimenti iſtis liberis a parentibus , &
contra de iure ciuili,per Auth.ex complexu C.de inceſt.nup.
licet ſecus,ſit de ęquitate Canon.ca.Cum haberet, 5.extra de
eo,qui duxit quam polluit per adult. Si igitur talis filius non
tenetur patri pręſtare hanc pietatem allendi multo minus re
uerentiam de vocando in ius cũ venia, de quo vide Ang.hic
nu.5.Iaſ 60. & Zaſ. hic verſi Quid autem de filijs notatis ex
40 damnato coitu. III. Datur ſocero, & ſocrui,quando a gene-
ro, vel nuru ſine venia in ius vocautur ſecundũ gl.in d.l ge-
neraliter,in fi. quia & hi parentum loco habentur,l. quia pa-
renti,16.ff.ſolut.matr. Quod licet. Ang. hic num. 11. intelli-
gat procedere durante affinitate , & ea finita morte, ſcilicet
mariti,nurum agere contra ſocerũ pro repetenda dote,etiã
ſine venia,pro quo facit tex.in l.cui eorum, 33.§.affinitate,ff.
de poſtuland. Alexand. de Imol. tamen in d.l. generaliter,in
princip.contrarium tenet,etiam diſſoluta affinitate reueren-
tiam prædictis perſonis deberi ſicut,tex.l. rei iudicare, 15. §.
fi.iuncta,l.ſequent.ff.ſolut. matrim. ita loquuntur. Nec ob-
ſtat tex.in d §.affinitates,quia hic procedit quando affinibus
aliquid conceditur alio reſpectu, quam propter reuerentiã
41 principaliter. Nam reuerentia adhuc debetur d.§.fin. cum,l.
ſeq. & facit quod alias dici ſolet: Memoria priſtine dignita-
42 tis prodeſt,l.nihil, 17.in fi. & de q. add. hic Iaſ. num. 75. IV.
Quamuis de patre ſpirituali,qui,qui te leuauit de ſacro fon-
te baptiſmatis,ſint opiniones tamen,& ei hanc actionem cõ
petere cõmunis,& ſanior eſt opinio , quia ita debemus dili-
gere patres noſtros ſpirituales, ſicut carnales, cap. Ita dilige-
re, 1.cau.30.q.3 Ideo iura appellant eum compatrem,c.Tua
7. ext. de cog. ſpirit. maior eſt cognatio ſpiritualis, quam ſit
vinculum adoptionis. Si ergo pater adoptiuus non poteſt in
ius ſine venia vocari,d.l.adoptiuũ,neque pater ſpiritualis po-
terit,de quo vide Alexand.& alios in d.l.generaliter,Ang.hic
43 num 11.Iaſ.64.Et quamuis per prædicta Bal. in d.l.genera-
liter teneat,compatrem non poſſe teſtem eſſe pro eo, quem
leuauit de ſacro fonte baptiſmatis, tamen contrarium com-
muniter tenetur,etiã per ipſummet Bal.in l.parentes, 6.C.de
teſt.quia edictum de teſtib.eſt prohibitorium certarũ perſo-
narum,& omnes intelliguntur admiſſe, quę nõ ſunt expreſ-
ſe probibitæ,vt in l.1.in prin.ff.de teſtib.de quo vide Alex.&
alio,in d.l.generaliter,& Iaſ hic,n.68 V. Cum Imperator &
Papa dicuntur patres fidelium ſequitur, & hic hãc actionem
competere,de quo vide hic Iaſ.hic,n.70. VI.Defenſori ciuita-
44 tis hanc actionem dari communiter cõcluditur per tex.cap.
Eos autem,qui ita ſine mercede,in verb.Paterne Noue.8. vt
iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. Idẽ de ciuitate,& patria
dicendũ eſt. Licet enim Bal.in c. 1.de mil.vaſ. qui contumax
eſt in vſib. feud.teneat. ſubditos poſſe agere contra fiſcum,
& rempub. venia non petita, tamen in hoc receditur a Bal.
& cõmuniter cõtrariũ tenetur, quia patria loco parentis ha-
betur facit l.veluti,2.ff. de iuſt.& iur.& tex. in l.1.§. & gene-
raliter, 15.ff.de vent.in poſſ.mit. De quo vide Alex.poſt alios
in d.l.generaliter,nu.6. Alua & Feudiſtas in cap. 1. de milite
45 vaſal.qui contum.eſt Ang.hic nu 6. Iaſ. 69. Hinc quæritur,
[An vaſallus poſſit dominũ in ius ſine venia vocare. Et quã-
uis Doct. varient propter text.in d. c. de mil. vbi dicitur Va-
ſallum debet reuerentiam domino, communior tamen opi-
nio poſt Gl.in d.c.1.venia non obtenta,a vaſallo poſſe domi-
nũ in Ius vocari,quam ibi Bal. Aluaro & alij cõmendant,&
ſequantur,Plat.n.6.Fab.1.Ang.12.Zaſ. verſic.Quid autem de
vaſallo.Et in effectu Iaſ. hic num. 72. Licet enim in hoc ſibi
contrarius,in dict.leg.generaliter,teneat quod non:prior ta-
men opinio eſt communior. Sed in practica pro euitandis
iſtis diſputationibus vidi ex conſilio Aduocatorum, à quo-
dam vaſallo, qui ſuum dominum volebat in ius vocare, pe-
titam eſſe veniam à Rege Romanorum, vt impunè domi-
num in ius vocare poſſet,ſicut Zaſ.ſimile exemplum de No
bili quodam hic refert. Secundo dubitatur. An ſcholaris,vel
diſcipulus poſſit Doctorem vel præceptorem ſuum in ius
46 vocare ſine venia ; Et videtur quod non : quia ſicut filio &
liberto perſona patris & patroni ſemper honeſta & ſancta
videri debet : ita perſona præceptoris diſcipulo , vt eſt Gloſ.
in dict.leg.liberto,ff.de obſeq.parent.& pat. præ. facit quod
philoſophus apud Laertium inquit , vt refert hic Zaſ. A pa-
rentibus habemus vt viuamus , à præceptoribus vt bene &
virtuoſe viuamus; ſicut extat exemplum grati diſcipuli erga
præceptorem,in leg.Aquicia,27.ff.de donat.Vnde præcepto-
ri conceſſa eſt leuis caſtigatio, leg. ſed & ſi quemcumque, 5.
47 §.final. cum leg.ſequent.ff. ad leg. Aquil. communis tamen
eſt opinio,a ſcholari ſine venia poſſe in ius vocari præcepto-
rem,quia non eſt perſona de comprehenſis in edicto prætto-
ris,nec de enumeratis in titul.de in ius vocand. de quo Plat.
hic numer.5.Iaſon.79. & Alexand. in dict. leg. generaliter.
Hoc tamen limitant præfat.Doctor.vt procedat in citatione
verbali:ſecus in reali, quod inuitus trahi ad iudicium non
poſſit. Nam Doctor actu legens,habet priuilegium, vt non
poſſit capi, nec incarcerari , nec inuitus ad curiam duci. Et
48 contra faciens, ſiue ſit ſcholaris , ſiue alius quis extraneus,
punitur arbitrio iudicis, leg. medicos , 6. Cod. de profeſ. &
Med.lib.10.& vide Iaſon.hic numer.80.qui reſpondet ad ra-
tiones Angeli hic,tenentis contrarium. Tertio quæri poteſt
de vxore, An maritum poſſit in ius vocare,venia non impe-
trata : Et videtur quod non , quia tenetur reuerentiam præ-
ſtare marito, cum ſit caput vxoris , & ſint vnum corpus , &
vna anima,ſecundum Gloſſ.in leg ſi eum dotem, 22. ſi ma-
49 ritus,7.in ver.Participem,ff.ſolut. matrim. &c. eſt ordo.12.
cauſ.33 quæſt.5.Alexand.de Imol.tamen in dict.leg.genera-
liter,in fin. dicens ſe hoc à nemine reperiſſe tactum conclu-
dit contrarium,per Gl.in d.l.generaliter,add Ia.hic,num.77.
Idem de vitrico,& econuerſa eos ſine venia in ius vocari poſ-
ſe tenet Alex.poſt Fulgoſium in d.l. generaliter,nu 88. quia
famoſa actio contra eos intentari poteſt,l.ſi nondum, 3.& l.
de his, 11 C.de furtis.

50 Et prædictis ad ſecundam quæſtionem principalem,vide-
licet.Contra quos hęc actio competat? facile reſponderi po-
teſt.Nam. I. Datur contra liberos vtriuſq. ſexus,& in infini-
tum,d.l.ſed ſi lege,§.liberos, 5.& 9.ff.eo Quod eſt verum ſiue
ſint emãcipati,l.ſi.C.eo.ſiue adhuc exiſtãt in patria poteſtate
pro caſtrenſi,vel quaſi caſtrenſi peculio tantum l.lis nulla,4.
de iudicis. II. Contra libertum vocantem in ius patronum ,
vel patronam,liberos,vel parentes patroni patronæque, d. l.
4.Item contra filium ſpiritualem,generum,& nurum, vt ex
prædictis colligere poteſtatis. Et vltimo circa hãc quęſtionẽ
notabitis , hac pęna non ſolum teneri eum , qui doloſe pa-
rentes aut patronum in ius vocauit, ſed etiam qui ſine dolo,
per ignorantiam aut ruſticitatem. Nec enim ruſticitati in
hoc ſubuenitur, cum naturali ratione huiuſmodi perſonis
honor & reuerentia debeatur, l.2.C.eod & l.veluti,& igno-
rantia iuris,naturalis neminem excuſet,leg. regulas,9. cum
ibi notatis,ff.de iu.& fact.ignor.

51 Tertia principalis quæſtio eſt : Quæ requirantur ad hoc,
vt hæc actio pœnalis , locum habeat . Et I. Exigitur vt talis
perſona ſit in ius ſine venia vocata , quæ ratione reueren-
tiæ debitæ in edicto prætoris prohibita eſt in ius vocari , vt
in principio huius actionis , & prima quæſtione principa-
li,poſt text.& Gloſ.in d. leg. generaliter,ff.eod. edictum eſt
52 II. Vt libertus , & filius tamquam actores faciant parentes
aut patronos in Ius vocari . Secus , ſi ſint rei , & ſępius iudi-
cem pro adminiſtranda iuſtitia interpellent. Quando enim
quis ſe defendit aduerſus eum,cui debet reuerentiam,non
neceſſe habet veniam impetrare,text.eſt,& ibi Doct. in l.li-
bertus 14.ff.eo.Sicut in ſimili prohibitus agere prout eſt ex-
communicatus,cap.1.de except in ſexto non videtur exclu-
ſus ab excipiendo,& defendẽdo c. Cum inſer, 5. ext. de exc.
53 III. Secundum Gloſſ. hic ſup. verb. In ius vocaſſet,requiri-
tur, vt pater vel patronus à iudice ad inſtãtiam liberti & filij
voca-

vocatus, ſeu citatus ſit. Vnde filius offerendo iudici libellum
ſupplicatorium, vel conuentionalem contra patrem non in-
cidit in pęna huius edicti, l.libertus, 15 ff.eo. Eſtq; ratio, quia
iudicium a citatione, non à libelli porrectione incipit: & obla-
tio libelli eſt actus extraiudicialis qui die feriata etiam expe-
diri poteſt, l.miles, 11.§.ſexaginta, 6.ff.ad leg. Iul.de adult. &
Doct.ſup.Rub.C.de edendo.Canoniſt. in cap.fin.de iudicijs,
add.Plat.hic num.6.Ang.15.de Iaſ.84.
54 Quarto principaliter quæritur, Ad quid hæc actio compe-
tat? Et dic eam dari ad pœnam quinquaginta aureorum, tex.
eſt in l.penult.ff.eodem, & in §.fi. inf de pęn.temp. litig.quam
ſi libertus, non poteſt ſoluere, punitur in corpore, l.fin.ff.eod.
Et idem in filio locũ habere concludit Gl.hic ſupr.verb. In eũ
& Gl.1.in d.l.fin.quam ſequitur Ang.hic, nu.9.in fi.& Iaſ.51.
55 per regulam. Qui non habet in ære, luat in corpore, d.l.fin.&
l.1.§.fi.ff.de pęnis. Vnde Zaſ.hic inquit, Subſidiarium tergum
56 prębeat, cui nõ ſuppetit pecunia. Cui autem applicabitur iſta
pęna an fiſco, vel parti? Dic parti, vide Iaſ.hic, nu.41.poſt prin.
Plat.150.Ang.12.& Zaſ.& Dec.ſuper Rub.extra de iud.nu.8,
57 9.& 10. Hæc tamen regula recipit aliquot notabiles limita-
tiones, de quib.hic per Iaſ.n.43.& in l..ſi quis id quod, 7.n.82.
ff.de iuriſd.omn.iud. Et I.procedit ſec.Abb.in ca.2. de maled,
In obligato ex delicto, quando ſcilicet illud quod ſoluendum
eſt debetur tanquam pœna delicti, vt hic, non autem in obli-
gato ex contractu. Nam tunc ſi ceſſent bonis, liberatur car-
cere, & creditor tenetur expectare, donec debitor ad pinguio
rem fortunam perueniat, capit. Odorandus, 3.extra de ſolut.
& l.1.C.qui bo.ced.poſſ.II. Limitatur illa regula procedere in
perſonis, vt ſeruis vilibus, & alijs infimæ conditionis homi-
nibus, nõ autem in nobilibus, & alijs honeſtis perſonis ſecun-
dum Iaſ. hic, argumento l.capitalium, 28.§. non omnes, &
Bar.in d.l.1.§ fi.ff.de pęn. vbi per hoc reſpondet ad appoſitio-
58 nem l.in ſeruorum, 10 in fin. ff.de pœn. Nam quando quis
tenetur de pęna pecuniaria, & luit in corpore, videtur gra-
uiori pęna puniri, quam ſit illa qua tenetur, cum quælibet
pęna corporalis ſit maior quacumque pecuniaria, d.l.10 ſer-
uorum in fin. Quia reſpondet Bart. hoc non procedere in
perſonis vilibus, nam in illis poteſt pecuniaria pęna eſſe gra-
uior quam corporalis. Sunt enim tales perſonæ aliquando
ita induratæ ad pœnas, vt propter vtilitatem famæ, & vitæ
contemnant plagas. Quod pro limitatione, leg. in ſeruorum
notabitis ſecundum Zaſ.hic nu.25.III. Illa regula procedit, vo
59 lente illo, cui pęna iſta pecuniaria erat applicanda. Nam iu-
dex parte non petente cui pecuniaria pęna debetur, non po-
teſt pęnam pecuniariam conuertere in corporalem, d.l.fin.ib.
[ex querela patroni,] ff.eod. vbi Angel.hic num. 12.& Iaſ.46.
60 IV. Non procedit in minimis delictis, ſecundum Bald. in
l.quicunque, 4 Co.de ſeru. fug. Propter leues enim trangreſ-
ſiones pauperes, non ſunt in corpore puniendi, de quo Iaſ.
hic, num 50.& eſt humaniſſimus, text.in leg.perſpiciendum,
11.ff.de pœn. vbi dicitur. Perſpiciendum eſt iudici, ne quid
aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit.
Nec enim aut ſeueritas, aut clementiæ gloria affectanda eſt,
ſed perpenſo iudicio, prout quæque res ex poſtulat ſtatuen-
dum eſt Planè, in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem
iudices eſſe debent; in grauioribus verò ſeueritatem legum
cum aliquo temperamento benignitati ſubſequi debet V. Li-
mitatur prædicta regula, vt habeat locum in pęna ordinaria
ſtatuta ſcilicet, & expreſſa à lege vt in caſu §.noſtri, non au-
tem in pęna extraordinaria, vt multa nam tunc remitti debet
pęna pecuniaria, l.illicitas, 6.§ fin.& ibi Bar.ff.de offic. præfer.
61 Et iſto caſu paupertas prodeſt. Vnde quęritur. An pauper vel
62 ignobilis grauis puniatur, quam diues, & nobiles. Et in hac
quæſtione ita diſtinguite. Aut loquimur de pęna pecuniaria,
aut de pœna corporali. Primo caſu ſubdiſtinguitur: Aut eſt
pęna ordinaria, & nocet paupertas, quod enim pauper non
habet in ære luit in corpore, d.l.fin.ff.eod. Aut eſt extraordi-
naria pęna, & mitius punitur pauper quam diues quia multa
ei remitti debet, d.l.illicitas, §.fi.& ibi Bar. Secundo, caſu quã-
do loquimur de pęna corporali, grauior imponi ſolet ignobi-
li, & pauperi, quam nobili, leg.3.in fine. Codic.de ſumm.Tri-
nit. Quod intellige ſecundum Baldum ibi procedere in pœ-
na difformi, id eſt, vbi à lege pœna non eſt determinata, ſed
committitur arbitrio iudices, vt communiter eſt in omnibus
63 criminibus extraordinarijs, tũc enim grauius, puniatur igno
bilis, quam nobilis. Quia minor pęna in ignobili eſt maior
64 in nobili, cap. 1.iuncta Gl.fi.ext.de Cler.venatore. Secus au-
tem in pęna vniformi, id eſt vbi delicti pęna eſt expreſſa à iu-
re tunc enim æqualiter debent puniri nobiles, & ignobiles.
Sicut hodie punitur, homicida gladio, ſiue ſit nobilis, ſiue igno
bilis, ita Bald.& communiter Doctores in l.3.C.de Sum.Tri-
nitate, & fide Catholica.
65 Vltimò circa hac quæſtionem principalem, notabitis tres
eſſe caſus, in quibus hæc pęna, 50.aureorũ ceſſat. I. Quando
pater, vel patronus non inuitus citatus, eſt ſed volens paſſus
eſt ſe conueniri, ſine venia, tex.eſt in l.quamuis. 11.ff.eo. Vo-
lenti enim, non fit iniuria, l.1.§. vſq; adeo, ff.de iniurijs. II. Quã-
do libertum, vel filium penituit actionis inſtitute, & actionẽ
remiſit, d.l.quamuis. Et erit locus pęnitentiæ vſq; ad litis con-
teſtationem, nõ vſque ad ſententiam definitiuam de quo poſt
66 alios vide Alexand. in d.l.quamuis. III. Quando citatus non
comparuit in iudicio. Nam tunc pater vel patronus pęnam
exigere non poteſt, d.l.quamuis. Nec enim poteſt ſe fundare
ſuper citationem quam ipſe contempſit, & in qua fuit contu-
max. Si verò comparet in iudicio poterit excipere, quod non
teneatur reſpondere, quia ſine venia in ius vocatus ſit, & ſi-
mul petere iſtam pęnam. At ſi non excipiat, atq; ita fuit pro-
ceſſum contra vocatum, iſte proceſſus, valet quia citatus vide
tur tacite conſentire, & remittere pęnam, quæ in ipſius fauo-
rem introducta eſt ſecundum Bartol. in d.l.quamuis Fab. hic
67 nu.2.& 3.Plat.9.Ang.15.Sed quæritur, quando libertus ſine
venia vocauit, patronum in ius, competentem, & opponen-
tem proceſſum non valere, & libertus offert ſe paratum ſol-
uere pęnã, & vult ad vlteriora procedere, an ſuſtineatur pro-
ceſſus. Dic quod, non de quo, vide Alex. poſt Cyn.in l.fin.C.
eod Ex notabitis, ad hoc vt quis euitet hanc pęnam, non ſuffi-
cere veniam eſſe petitam, ſed requiritur eam quoque obten-
tam, & impetratam eſſe ſecundum Angel. & Iaſ.hic num.17.
per tex.hic in verb.Impetraſſet. Si tamen iudex ſine cauſa de
negaret licentiam, poſſet appellari, & haberi regreſſus ad ſu-
68 periorem iudicem, de quo Fab.hic, nu.2.& Plat.160 Et quan-
do quis petit veniam, & iudex ſimpliciter, nulla ſpecifica fa-
cta mentione conceſſæ venit citationem committit iam per
hoc ipſum videtur conceſſiſſe veniam argumento, l.ad rem
mobilem, 56.ff.de Procur.

Forma libelli.

69 Reſeruatis reſeruandis, &c. Comparet N. breuiter pro-
ponens: Quod etſi liberi iure diuino, naturali, atque ciui-
li parentes ſuos ſummo honore cultuque proſequi tenean-
tur: cum nunquam officia a parentibus ipſe collata, & mo-
leſtas, quas in ipſis alendis parentes ſuſtinuerunt, remunera-
re queant. Vnde & iura Cæſare à conſilio honeſtiſſimo ſta-
tuerunt, ne quiſquam liberorum ſuum parentem abſque im-
petrata venia in ius vocare auſit. Veruntamen eo non atten-
to, vel conſiderato, filius actoris N. filiali reuerentia, & di-
ſpoſitione iuris ſpreta, actorem patrem ſuum legitimum, nõ
impetrata venia, ad tribunal veſtrum citari fecit: & in prętẽ-
ſa perſecutione iuris ſui peruicaciter perſtitit, patre ad citatio
nem veſtram obedientem comparente. Quare actor petit
judiciale veſtra ſententia declarari, reum in hoc grauiter de-
liquiſſe, & ideò in pœnam 50.aureorum actori applicando-
rum condemnandum eſſe, & ad eorum ſolutionem compel-
li atque vrgeri deberi: rogans ſibi ius, & iuſtitiam ſuper his
adminiſtrari.

DE TERTIA ACTIONE
pœnali.

70 Hæc actio, de qua in fine, §.noſtri dicitur, deſcendit ex ędi-
cto prætoris, quod habetur in leg.1. ff.ne quis eum qui in ius
voc.eſt exim. Et competit ei, qui fecit aliquem in ius vocari,
contra eum, qui citatum ſic in ius per ſe, vel per alium violen
71 ter exemit, quo minus veniret. Et in hac actione non eſt à
lege certa pęna expreſſa, ſed datur in quantum actor in litem
72 iurauerit, l.pen.§. 1.ff.eod. Vnde etiam hæc actio, ſecundum
Gloſ.hic, ſuper verbo. Item aduerſus eum, merè pęnalia dici-
tur. I. A parte rei, qui tenetur præſtare id, quod ei non ad-
eſt. II. A parte actoris, quia poteſt iurare in litem in infinitũ,
& ſic in plus, quam ſit verum debitum, vel intereſſe, & ita
conſequitur id, quod ei non deeſt. Item hæc actio datur pro
ſola contumelia, vbi quis nullum damnum paſſus eſt, vt quia
per calumniam actor eum in ius vocauit, l.ſed ex emendi, 4.
§.Item ſi quis, & l.penult. §. 1. ff.eod. De quo latius vide poſt
Ioan.73.Fab.Iaſ.hic, nu.92.cum aliquot col.ſeq. Habet igitur
hæc actio ſecundum Plat. hic locum, quando fecit citari ad
iudicium debitore meum perſonali, vel reali actionem tem-
porali tamen obligatum, & cum eſſet in itinere, quidam alius
violenter, ſine iuſta cauſa, per ſe, vel per alium, exemit, &
deti-

Digitized by Google

73 detinuit eum tam diu, vt reus ab actione temporali libera-
tus ſit. Hic inquam competit mihi hæc actio contra eximen-
tem, qui tenetur mihi ſoluere quantitatẽ, quam ego in litem
iuraui, ſicut Zaſ. hoc ponit exemplum de actione iniuriarum
hoc modo: Pone, tenebaris mihi actione iniuriarum, quæ
eſt annali, leg. ſi non conuitij 5. C. de iniurijs, & circa fin. an-
ni voco te in ius, ſed cum velles comparere, Caius, per vim
ſe exemit, & detinuit: quod interim per lapſum anni actio
iniuriarum expirauerit. Iam licet mea interſit, non tamen
ſic illud intereſſe, conſidero ſed ago ad vindictam propter
contemptum, & impeditum præceptum iudicis, cuius au-
thoritate tu in ius vocatus es, ita quidem vt poſſim iurare in
litem contra Caium, male me carere mille aureis; & ita in
quantitate illa, quã præcedente taxatione, iudicis iuraui con-
74 demnabitur reus pro pęna. Et nihilominus deinde con-
tra citatum ad id, propter quod in initio citatus fuit agere
poſſum, obtenta ſcilicet prius reſtitutione in integrum ex
clauſula generali. Si qua iuſta cauſa mihi videbitur, &c.
Quando res vel actio fuit vſucapta, & ſublata, vt, not. in di-
75 cta l. eximendi, ff. eod. Solutio enim pęnæ facta ab eximen-
te non liberat debitorem principalem, l. fin. ff. eod. de quo vi-
76 de Plat. hic num. 1. & Ang. 22. Sed contra prædicta opponit
Gloſ. noſtra, ſup. verb. Item aduerſus eum, in fi. per formam
quæſtionis hoc modo Hæc actio locum habet, quando pro-
pter exceptionem dies actionis expirauit, dict. l. cum notiſſi-
mi, 7. & l. ſicut, 3. Cod. de præſcr 30 vel 40. anno. Ergo actio
inſtituta non poteſt expirare, ſe perpetuatur. Vnde videtur
dicendum, hodie illud edictum. Prætoris non habere locum.
Et quamuis Gloſ. noſtra varijs modis conetur reſpondere ad
hanc oppoſitionem, communiter tamen eius ſolutiones re-
probantur, & hoc modo reſpondetur per Bart. & Doct. in di-
cta l. ſicut, & in l. ſi. in princip. ff. de eo. per quem fact. erit quo
minus, quis in iud ſiſt. & Iaſ. hic, num. 122. Quædam eſt præ-
ſcriptio merè odioſa, quæ currit ſolum, ex negligentia non
77 petentis nullo attento fauore præſcribentis, quia præſcri-
bit de iure ciuili, ſiue ſit bonæ fidei, ſiue malæ fidei poſſeſ-
ſor, vt eſt præſcript. 30. vel 40. annorum, & iſta ſola citatione
interrumpitur, d l. cum notiſſimi. Eſtque ratio quia per cita-
tionem ceſſat negligentia, quæ eſt cauſa illius præſcriptio-
nis. Quædam verò eſt præſcriptio merè fauorabilis, vt eſt
præſcriptio triennij, quæ currit fauore poſſidentis propter ti-
tulum, & bonam fidem. Et iſta non interrumpitur per cita-
tionem, neque per litis conteſtationem, ſed ſolum per ſenten-
tiam, quia litis conteſtatio, non tollit fauorem rei, vt notatur
poſt text. & Gloſs. l. ſi poſt acceptum, 18. ff. de rei vind. Quæ-
dam verò eſt præſcriptio mixta, quæ currit tam fauore poſſi-
dentis, quam odio negligentis, vt eſt præſcriptio 10. vel 20.
ann. & iſta eligitur, media via, vt non interrumpatur per ſo-
lam citationem, ſed conteſtationem, l. moræ, 26. Cod. de rei
vind. Quædam vero eſt præſcriptio, quæ ſui natura currit, vt
eſt in actionibus prætorijs annalibus, & talis interrumpitur
litis conteſtatione, & libello principi dato, qui idem impor-
tat l. 1. & 2. Co. quando libell. princ. dat. Et quia de iure Di-
geſtorum illa præſcriptio mere odioſa non fuit cognita, vt
Gloſ. in leg. qui occidit, 30. §. 1. ſup. verb. Amiſit, ff. ad l. Aquil.
non poteſt iſte titulus. Ne quis eum, qui in ius voc. &c. de
illa præſcriptione odioſa intelligi, quæ per ſolam citationem
interrumpitur, ſed de fauorabili, aut mixta. De quo poſt
Bartol. Paul. de Caſtr. & alios in dict. leg fi. ff. de eo per quem
78 fact &c. vide hic Iaſ. num. 126. qui num. 110. obiter poſt An-
gel. hic etiam admonet, differre præſcriptionis interruptionẽ,
& perpetuationem actionis. Nam interruptio præſcriptio-
nis eſt impedimentum, & diſſolutio præſcriptionis, per
quam præſcriptio inchoata rumpitur, adeò vt præſcribens
facta interruptione, neceſſe habeat de nouo inchoare præ-
ſcriptionem, atque ita neceſſarius, tunc ſit curſus totius tem-
poris, qui primo requirebatur, & illa interruptio ſola cita-
tione fit, dicta leg. cum notiſſimi, in princip. Perpetuari au-
tem dicitur actio, quando prorogatur tempus actionis, ita vt
efficiatur longioris vitæ quam primo erat, quod regulariter
fit per litis conteſtationem, d. l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40.
ann. vide Paul. de Caſt. in d. l. fin. ff. de eod. per quem fact. erit
quo minus, &c.

79 Requiritur autem ad hoc, vt iſta actio locum habeat. I.
Quod præcedat citatio, & ſic exemptus ſit vocatus in iu-
dicium, vt conſtat ex Rubr. ff eodem. II. Quod ſit citatus in
locum, vbi ſortiebatur forum, l 2 in fin. ff. eodem. Quia extra
territorium ius dicenti impune non paretur, l. fin. de iuriſ-
dict. omn. iudic. III. Quod ſit citatus ab habent iuriſdictio-
nem, vt not. poſt text. & Gloſ. in l 3. ff. eod. IV. Quod alius
violenter eum exemerit l. 3 §. fin. ff. eodem. Vnde ſi reus vo-
lens pateretur ſe detineri, vt quia cauſa officij, aut amicitiæ
quis, reum proficiſcentem hoſpicio exciperet, & refouerer
feſſum, & interim iudicij dies exiret, non tenetur hoſpes,
ſecundum Zaſ. hic. V. Quod citatus non venerit, vel com-
paruerit. Nam ſi veniret, non obſtante exemptione, pęna
non committeretur, l. penult. §. docere, §. eodem. VI. Quod
propterea dies actionis pręterierit, vel res tempore amiſſa ſit,
dict. leg. ſed eximendi. Ex his quoque colligi poteſt, quæ ab
actore articulanda, & probanda ſunt, de quibus vide Angel.
hic num. 23. ante fin Et inde etiam ſequitur, in multis caſibus
hanc actionem ceſſare. Et I. Quando is eſt exemptus, qui ra-
80 tione priuilegij in ius vocari non poterat: veluti, pater, aut
patronus aut alia perſona enumerata in leg. 2. & toto titul. ff.
de in ius voc. per tex. in leg. 1. in fine, iuncta l. ſequen. ff. eod. 2.
Quando quis a non habente iuriſdictionem citatus eſt, iux-
ta dictam leg. final. ff. de iuriſd. omn iudic. 3. Quando quis ci-
tatus eſt ad locum notorie non tantum: talis enim citatio
non valet Clement. Paſtoralis, 2. §. deſideret, de ſent. & re iu-
81 dic. Item, quando quis citatus, vt comparcat in loco, vbi
graſſatur peſtis, nam & tunc quis comparere non cogitur de
quo vide Iaſon in leg. 2. §. quid enim, ff. ſi quis caut. & plu-
ses alios caſus vide hic per Angel. numer. 23. verſ. Ex quo ſe-
quitur.

82 Secundo quæritur, Cui hæc actio detur: Et dicitur eam
competere actori citanti aliquem, in ius cui dies actionis præ
terijt, vel res tempore amiſſa eſt, per hoc quod aduerſarius vo-
catum in ius vi eripuit, & fecit quo minus calumniatori, qui
calumnioſe, quem in ius vocauit, competat, d. l. eximendi, §.
item, ſi quis, & l. penult §. 1. ff. eod. Item hæredibus actoris, ſi
eorum interſit, d. l. pen. §. ſi.

83 Tertio quæritur, Contra quem competat? Et I. Datur
contra eum, qui in ius vocatos vi exemit, d. leg. penultim. §. 1.
84 ſiue per ſe, ſiue per alium exemit, l. ſi per alium, 5. ff. eod. II.
Non ſolum contra eum, qui citatum verbaliter exemit, ſed
etiam & multo magis contra eum, qui realiter citatum, è
manibus familiæ iudicis eripuit. Et tunc eximens tenetur,
ac ſi pro exempto in omnem caſum fideiuſſiſſet, l. quoties,
3. Cod de exactionibus, lib. 10. de quo vide Iaſ. hic, num. 102.
III. Contra occultantes debitores, vt non capiantur, nec ſol-
uant debitum, ſicut concluditur hic per Iaſ. nu. 103. IV. Con-
tra dominum, cuius ſeruus vi exemit alium ſciente domino
in ſolidum, & eo ignorante, non aliter, d. l. 1. princ. ff. eod. V.
85 Contra plores eximentes, & ſingulos in ſolidum, ita vt ſo-
lutio vnius non liberet alium, quia hæc actio mere pęnalis eſt
dict. leg. penult. §. fin. & ibi Gloſ. Huic incidenter hic quæri
poteſt de pęna eximentis aliquem ex carceribus. Et ex men-
te Ioan. Fabr. hic numero 17. Angel 17. & Iaſon. 104. diſtin-
guite: Aut quis erat in carceratus, pro debito ciuili, & tunc
eximens tenetur creditoribus ſoluere debitum, quod in car-
ceratus debebat, d. leg. quoties. Aut eſt incarceratus pro cri-
mine, & tunc ſi eſt conuictus, vel confeſſus de crimine, eri-
piens tenetur crimine læſæ maieſtatis, leg. 4. verſ. Vend. & ibi
Bartol ff. ad leg. Iul. maieſt. Alias eximens ponitur pœna de-
cem librarum auri, §. final. in Nouel. 69. vt omnes obed. iud.
86 Et eadem pœna criminis læſæ maieſtatis puniuntur exi-
mentes captum ex manibus familiæ. eum ad ſupplicium
ducentis, de quo Bartol. in l. legis, 4. ff. ad leg. Iul. de vi priuil.
87 Quod limita, niſi condemnatus, vel aliquis alius pro eo ap-
pellat, ſecund. leg. non illo caſu non eſt amplius retractabilis,
licitum eſſet etiam de facto reſiſtere iudici, & impune illam
executionem impedire, de quo vide hic Iaſ. 108. Vtrum au-
tem ſententia capitalis infra decem dies ad appellandum con
ceſſos, poſſit mandari executionem, vide Bart. in leg. qui vlti-
mo, 29. ante fin. ff. de pęnis concludentem, de iure non poſſe,
per tex. in d. l. non tantum, licet de conſuetudine contrarium
ſeruetur.

88 Quarto ac poſtremò quæritur, ad quid hæc actio detur.
Et reſpondetur eam dari ad id, quanti res, de qua fuit con-
trouerſia, ab actore mediante iuramento in litem, de affe-
ctione æſtimata eſt, dict. leg pen. §. fin ff. eod. Porro in quibus
differant hi duo tituli. Ne quis eum &c. &, De eo per quem
factum eſt, quo minus quis, &c. vid. poſt Glo. hic, Pla. nu. 164.
Fab. 3. Angel. 21. & Iaſ. 101 & omnino Zaſ. verſic. Sed dubita-
re poſſes. Et dic breuiſſime in priore titulo requiri vim, in
altero vero ſufficere dolum. Item priorem conſulere acto-
ri, alterum vero etiam reo. Item in priori titulo iurari in
litem etiam vltra verum intereſſe, d. l. penult. §. 1. In poſterio-
ri vero haberi tantum rationem intereſſe veri, vide omnino
Zaſ. hic.

Forma

Forma libelli.

89 Coram vobis, &c. Comparet, N. breuiter narrans, quod cum retroactis temporibus coram vobis certarum iniuriarum ratione, contra N. actionem propoſuerit, ſibiq; citationem aduerſus eum decerni petierit, prout, & decreta eſt ita vt reus ad comparendum, proxime præterita, iuridica die citatus vigore iuris merito nullo impediente cōparere debuerit nihilominus tamen. N. temerario auſu, dictum. N. comparere volentem vi, ac fraude ita impedire atque, eximere ſumpſit, vt præfixo termino ſe ſiſtere in maximum actoris præiudicium, dedecus, ac damnum tempore (actionis extincto) non potuerit. Quare petit decerni reum teneri ad ſolutionem eius quanti actor actionem ſuam preuia veſtra iudiciali taxatione, in litem iurando, æſtimarit rogando ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari.

---

§. Preiudiciales actiones.

1 *Continuatio Gl. Hic propter prolixitatem reprobatur.*
2 *Traditur in hoc, § diuiſio actionum in præiudiciales, & non præiudiciales.*
3 *Actiones præiudiciales quot modis dicantur, & quare ita dicantur.*
4 *In hoc §. agitur de illis actionibus præiudicialibus, in quibus quæritur de ſtatu perſonæ alicuius.*
5 *Exceptiones, & replicationes, quæ dicantur.*
6 *Diuiſio huius, §.*
7 *Tres actiones præiudiciales.*
8 *Quare illæ tres actiones præiudiciales dicantur, & n. 10.*
9 *Inter fratrem, & filium lis, nulla eſſe poteſt.*
11 *Quare actiones præiudiciales dicantur in rem.*
12 *Prima actio præiudicialis datur domino, contra ſeruum gerentem ſe pro libero, & viciſſim ſeruo contra dominum vt declaretur liber.*
13 *Actio præiudicialis non tantum datur, ei qui pro ſeruo tractatur ſed et parētibus eius, liberis fratrib⁹, & cæteris cognatis*
14 *Licet iniuria toti cognationi illata dicatur, tamen cognatus non habet actionem iniuriarum contra iniuriantem.*
15 *Actio, præiudicialis duplex eſt directa, & contraria.*
16 *Quando aliquis agit contra perſonam ratione iuris quod in eā habere ſe prætendit, vtilis præiudicialis datur.*
17 *Secunda actio præiudicialis quid, & cui detur.*
18 *Diffamatus de crimine, vel debito poteſt agere condictione ex l. diffamari C. de ingen. manum.*
19 *Nemo regulariter inuitus ad agēdū, vel accuſādū cogi poteſt.*
20 *An domino competat vtilis præiudicialis actio contra vaſſallum non volentem reum recognoſcere.*
21 *Argumento a liberto ad vaſallum valet.*
22 *Vaſallus habens bonum, & ſufficiens feudum tenetur domino ſeruire ſuis ſumptibus, & in his terris de conſuetudine vaſallus indiſtincte ſeruit expenſis domini.*
23 *Non datur actio præiudicialis domino contra vaſallum.*
24 *Differentia inter vaſallum, & libertum.*
25 *Actio de partu agnoſcendo, quid.*
26 *Parti egenti vt quis declaretur ſuus filius, vel alimenta decernantur quatuor remedia competunt, & quomodo illa inter ſe differunt.*
27 *Quando quis accuſatur quod impregnauerit aliquam qui negat, poteſt nihilominum peti ſummarie cognoſci, vt ille interim alat partum.*
28 *Cui detur actio præiudicialis de partu agnoſcendo.*
29 *Actio præiudicialis de partu agnoſcendo datur etiam contra filium emancipatum.*
30 *Iniquiſſimum eſt patrem egere, cum filiꝫ ſit in facultatibus.*
31 *Præiudicialis de partu agnoſcendo, datur etiam filio contra patrem ad hoc, vt declaretur filius.*
32 *Patria poteſtas, in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet.*
33 *Declaratur filius, vel filia per actionem præiudicialem poteſt non tantum petere alimenta ſed dotem, vel donationes propter nuptias ſibi conſtitui.*
34 *Vtilis actio præiudicialis de partu agnoſcendo, etiam inter fratres, & agnatos locum habet vt fratres, vel cognati, vel de familia agnoſcantur.*
35 *Quomodo probetur quem eſſe filium.*
36 *Aliquis præſumitur filius mariti cui mater cohabitauit, etiā ſi maritus probaret quod vxor circa tempus conceptionis commiſiſſet adulterium.*
37 *Filius aliquis probatur ex eo quod ab vtraque parente habitus reputatus, appellatus, & tractatus ſit pro filio.*
38 *Sola nominatio filij filiationem non inducit.*
39 *Forma libelli in tertia actione præiudiciali.*

1 CONtinuatio huius §. ad præcedentes facta per Gloſ. noſtram, quæ eſt prolixior, quam aliqua alia Gloſ. in toto corpore iuris, ſecundum Iaſ. hic, nu. 19. communiter reprobatur, vt refert hic Iaſ. hic n. 25. poſt alios affirmans in hoc §. aliam quandam diuiſionem actionum tradit, videlicet, quod
2 quædam actiones ſin. præiudiciales, quædam vero non. Ad cuius intellectum, præmittendum ex ſententia Bart. in l. fundum, 16. ff. de exceptionib. poſt Ia. hic actiones præiudiciales
a §. pluribus modis dici. Nam I. Dicuntur præiudiciales ratione
3 contingentiæ, § quando cauſæ ita ſe contingunt, vt ſententia
b lata in vna faciat præiudicium, & pariat exceptionem rei iudicatæ in alia. Exempli gratia, Pone, intento contra te actionem familiæ herciſcundæ, quia peto vt diuidas mecum hæreditatem ſempronij, tu vero negas me eſſe ſempronij hæredem. Hic concurrunt duo iudicia. Vnum diuiſorium hæreditatis, & alterum declaratorium, an ſim hæres. Et hæc ſe contingunt, quia non diuiditur hæreditas niſi inter cohęredes. Prius igitur declarandum eſt an ſim hæres, qua ſententia lata præiudicabitur alteri petitioni, ſi enim non fuero declaratus hæres, non teneris mecum diuidere, l. 1. ff. famil. herciſcun. Sic aliud exemplum habetur in d. l. fundum, ff. de except. Et ideo dicuntur hæ actiones præiudiciales, quia ſententia in vno iudicio lata, parit exceptionem rei iudicatæ in alio. Item quia vna actione intenta neceſſe eſt alias ſilere, & quieſcere, ſecundum Iaſ. hic, num 1. II. Aliquando dicuntur actiones præiudiciales ratione maioritatis ſeu præeminentiæ, vt quia vna cauſa eſt maioris dignitatis, & magis ardua, quam ſit alia, quæ immiſcetur, & tunc maior cauſa præiudicat, & facit minorem ſilere donec maior expediatur etiam in cauſis ſe inuicem non contingentibus. Exemplum
c eſt in l. fi. c C. de ordin. iud. vbi cauſa criminalis præfertur
4 ciuili, quæ ſe inuicem non contingunt. III. Dicuntur actiones præiudiciales, quando agitur de ſtatu perſonæ alicuius, de quibus in hoc §. traditur. Priora enim duo genera præiudicialium nihil ad propoſitum noſtrum pertinent, vnde Iaſon. hic, num. 39. in fine, & Zaſ. verſ. Collige præterea dicunt licet plures actiones præiudiciales dici poſſunt, tamen omnes alias quantumcunque præiudiceot, non dici præiudiciales niſi has tres actiones, de quibus hic agitur. Quare vbicunque lex nominat præiudiciales cæteris paribus, ſemper intelligite has tres actiones in §. noſtro enumeratas. Sic etiam reperitur exceptiones, & replicationes, præiudiciales, de quibus Bald. in l. peremptorias, 2. C. ſent. reſcind. non poſſe, tradit regulam, exceptiones præiudiciales dici, quæ impediunt proceſſum, & in quibus reus conuentus prius admittitur ad probanda ea, quæ obijcit, quam actor ad fundandum ſuam intentionē. Exemplum habetur in l. præſes 8. C. ad l. Flau. de plag. Replicæ vero præiudiciales ſunt in quibus replicans prius auditur, & admittitur ad probādum 26. C. ad legem Iuliam de adulter. vt pulchre declarat hic Zaſ. poſt Angel. nu. 3. & Iaſ. 17. His, præmiſſis ad intellectum
§. noſtri

A D D I T I O N E S.

a *Præiudiciales actiones tribus modis dicuntur, nimirum ratione contingentiæ, ſecundo præeminentiæ ſiue ordinis, poſtremo ratione ſtatus perſonæ, vt hic. Sūt & exceptiones inde præiudiciales, quibus adijci poteſt, exceptio præiudicialis ratione præpoſterationis vt ſi petam debitum antequam petam hæreditatem, l. vt debitum, C. de hered. act. alia eſt ratione perplexitatis, quoties crimen vnum alteri (tanquam grauius) præiudicium facit, Bald. in l. vlt. C. de pet hered. l. 1. C. qui accuſare. Eſt & alia aduerſus eum qui agit in id quod ſua intereſt cum eius nullo modo interſit, quod actor ante omnia vno teſte ſaltem probare debet. Quod quoniam priore loco inquiritur, præiudiciale dicitur. Bar. in l. ſi quæramus, ff. de teſt. Fel. c. Cum ſuper de re iudic. Porro de præiudicialibus exceptionibus, vide Bart & alios in l. 1. C. de ord cogn. l. fundi l. fundum, l. generaliter, ff. de except. Gl. in l. 1. §. 1. ff. de rei vendic. l. per minorem, ff. de iudic. Aufr. in Capell. Toloſ. q. 29.*
b *Et perplexitatis, vt ſi rite petam fundū, & interim peto viam ad eundem fundum. Plane viam petere non poſſum eo caſu, ne præiudicium fiat fundo ſiue fundi petitioni, l. fundum, cū l. ſeq. ff. de except. Ratio eſt, quia ſententia abſolutoria, ſuper eundo, paret exceptionē rei iudicatæ ſuper ſeruitute, quæ ei deberi nō poteſt, qui non iſte fundi dominus, l. 1. ff. commun. prædiorum.*
c *Et tit. Codicis, quando ciu. act. præiud. crim.*

§.noſtri,ſciendum, ab Imperatore tria potiſſimum hoc agi.
6 Primo enim dicti tres eſſe actiones præiudiciale. Secundo
an ſint reales, vel perſonales. Tertio,an ciuiles, vt præto-
7 riæ. Quod ad primam partem attinet in quo tres actiones
præiudiciales enumerantur, in quibus de ſtatu perſonæ agi-
tur. Prima eſt ciuilis,non prætoria, in qua quæritur, an quis
ſit ſeruus,vel liber.& de hac loquitur tit.in ff & Cod. de libero
cau. Secunda dicitur de ingenuitate, qua ſcilicet quæritur,
an quis ſit libertus,vel ingenuus. Tertia, de partu agnoſcen-
do dicitur,qua quæritur,an quis ſit filius,vel non,de qua titu.
8 in ff.de libr.agnoſc. Et poſteriores duæ actiones ſunt præ-
toriæ, & ideo dicuntur præiudiciales, quia omnes aliæ quæ-
ſtiones ſilent, & quieſcunt. donec declaretur, an aliquis ſit
ſeruus, libertus, vel filius, ita vt præiudicet alijs quæſtioni-
bus quæ non poſſunt intentari, ſi verum eſt, quod per præ-
iudicialem petitur, veluti. Si Titius vult te accuſare de adul-
terio,& tu dicis eum eſſe ſeruum tuum,nõ auditur,niſi prius
diſcutiatur quæſtio ſtatus, an ſit ſeruus ſicut, notatur in leg.
vix certis, 53.ff.de iud. Idem quando dicis Caium eſſe tuum
filium non poterit te iudicialiter conuenire priuſquam illa
9 quæſtio filiationis determinetur. Cum regulariter inter
patrem, & filium non poſſit eſſe lis, leg.is, nulla, 4.ff. de iudi-
10 cijs. Item ſecundum Zaſ. ideò præiudiciales dicuntur, quia
multum præiudicant ei de cuius ſtatu quæritur. Si enim de-
claratus fuerit meus ſeruus, præbet tibi in multis graue præ-
iudicium,quia poſſum vendere, & operas ſeruiles tibi impo-
nere, nec teſtimonium dicere,aut teſtari potes. Item ſi fuerit
declaratus meus libertus teneris ad reuerentiam, de qua in
præcedenti, §.dictum eſt. Ita quoque ſi ex iudicatus, meus
filius præiudicat tibi, vt cogatis eſſe in patria poteſtate, quo
ad effectus patriæ poteſtatis, quos declarat. Gl.in § fin.ſup.de
patria poteſt. Vide hic Plat.nu.10.& 18.Fab 9.& 15. in fi.cum
ſeqq. Angel. 5 & Iaſ.39.
11 Sed iam quæritur. Quare, hæ actiones dicantur in rem,
cum ſuper perſona quæſtio moueatur.Et reſpondere ex com
muni ſententia. Doct.hic,eos ideò in rem dici,quia quæſtio
ſuper huiuſmodi perſonas vertitur, tanquam ſuper alia qua-
cunque re, & perſona venit in iudicium,ſicut alia quædam
res ita Fab.hic princ. & Plat.numer.2. & 7. Iaſ.20. & Zaſ.ver-
ſic. Secundo collige. Poteſt, & alia ratio aſſignari quod non
ſint perſonales, quia cauſæ remotæ perſonalium actionum
ſunt contractus, vel quaſi delictum, vel quaſi,ex quibus ori-
tur, & obligatio, tanquam cauſa proxima,quæ mater actio-
nis perſonalis dicitur,vulg l.licet,42.§.ea obligatio,ff.de pro-
cur.quæ cauſæ hic ceſſant, & non attenduntur, & cauſæ rea-
lium actionum propinquæ ſunt, dominium, vel quaſi, & ius
in re ſicut in §.omnium,ſup.eod.declaratum eſt. Et hæ actio-
nes quia ratione iuris, quod in perſonis prætenditur,compe-
tunt, & in eis petitur quem ratione iſtius iuris declarari ſer-
uum vel filium, vel libertum,vel contra alteri non compete-
re ius ſeruitutis,vel filiationis, aut libertinitatis,merito actio-
nes in rem dicuntur,

DE PRIMA ACTIONE PRÆIVDICIALI
domini contra ſeruum.

12 Hæc actio non ex iuriſdictione Prætoris, ſed ex l.ciuili de-
ſcendit text.eſt hic. Et I. Competit domino contra ſeruum,
quando ſcilicet ſeruus eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, id-
eſt,gerit ſe pro libero homine,tunc dominus contra eum hac
præiudiciali actione de ſtatu ipſius experiri poteſt, dicendo
eum eſſe ſuum ſeruum,qui contendit ſe liberum eſſe,ac petit
declarari eum ſuum ſeruum eſſe. II. Et è diuerſo hæc datur
libertis pro obtinenda ſententia, his ſcilicet, qui ſunt liberi
homines,& ſunt cõſtituti in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,quia
poſſidentur, & tractantur vt ſerui contra eos qui dicunt ſe
eſſe dominos eorum, & petunt ſe declarari liberos homines,
& ius ſeruitutis poſſidenti non competere. Et vtrobique cõ-
petit hæc actio præiudicialis directa,non contraria,nec vtilis,
& de ea loquitur tit.in ff & C.de liberali cauſa. Et poſteriori,
13 caſu non tantum ipſius conſtitutis in quaſi poſſeſſione ſerui-
tutis hæc actio datur, ſed etiam eorum parentibus vtriuſque
ſexus,legitimis, & naturalibus ſimul, & naturalibus tantum,
item liberis,& fratribus,cæteriſque cognatis. Nec enim mo-
dica eſt ignominia filij habere parentem ſeruum, vel contra,
14 text.eſt in l.1.2.& 3.ff.de liber cauſa. Et obiter notabitis, ex-
tra hunc caſum quando iniuria vni ex cognatis eſt illata, licet
intelligatur toti cognationi facta l.lex Cornel.5.poſt prin.iu-
cunda Gl.in verbo eorum,circa medium, ff de iniurijs. Non
tamen per hoc cuilibet de cognatione actionem iniuriarum
competere,ſed tantum ei, qui habet iniuriarum in poteſtate,
vt patri,& marito, ſec.Bart.in l.lex Cornel.per tex. in d.l.1.§.
vſque adeo, & § fi ff.de iniurijs,de quo in §.patitur,in fi.ſupr.
de iniurijs dictum eſt. Porro hæc actio eſt duplex directa, &
vtilis. Directa datur ex verbis,& mente legis domino, & ſer-
15 uo Vtilis vero ex paritate rationis, & extenſione competit
contra adſcriptarios,colonos,cenſitos, & proprios homines,
16 & contra. Vnde Fab.hic, nu.9 in med.tradit regulam, quod
vbicumque quis agit contra aliquam perſonam, pro iure,
quod ſibi in iſta perſona competere prætendit, vel ex conſue-
tudine,& cõtra,competit ei præiudicialis vtilis actio. Veluti,
ſi quis pro iure obedientiæ quæ debetur à perſona ratione re-
ligionis, vel ſubiectionis agere vellet, hanc actionem inten-
tare poſſet,de quo latius vide hic Ang.nu.5.& Iaſ.45.

DE SECVNDA ACTIONE.
præiudiciali.

17 Hæc actio eſt prætoria, & dator I. Patrono contra liber-
tum, qui eſt in quaſi poſſeſſione ingenuitatis, qua petit de-
clarari eum eſſe ſuum libertum, ita vt competat eius patro-
natus,de quo tit.in ff.de iure patronatus. Et ſi fuerit lata ſen-
tentia pro patrono, multum præiudicabit liberto quo ab
obſequia, & operas, de quibus eſt in tit.in ff.de obſequ. pa-
ren.& patr. præſt. Item libertus non poteſt patronum in ius
ſine venia vocare, vt in præced.§. dictum eſt. Item liberto,
ab inteſtato decedenti patronus ſuccedit, vt habetur in tit.
ſup.de ſucceſſ. libert. II. Et è contrario datur ipſi liberto, qui
eſt in quaſi poſſeſſione libertinitatis,contra patronum contẽ-
dentem, ſe non eſſe liberum, vnde petit ſe declarari inge-
nuum,ita vt reo non competat ius patronatus, de quo loqui-
18 tur tit.in ff ſi libertus ſe ingenuum eſſe dicat. Sic quilibet, qui
diffamatur ab aliquo de crimine homicidij, vel alio delicto,
aut etiam debito poteſt agere condictione ex l diffamari, 5.
C.de ingenuis manumiſ. vt declaretur integræ famæ,ſeu ſta-
tus, & vt diffamanti perpetuum ſilentium imponatur. Li-
19 cet enim regulariter nemo inuitus ad agendum, vel ad ac-
cuſandum cogi poſſit. vt C.per tot.tit. Vt nemo inuitus age-
re &c.tamen quando quis diffamat aliquem dicendo,eum eſ-
ſe debitorem ſuum, vel commiſiſſe aliquod delictum,tunc iu-
dex ad petitionem diffamati, debet ſtatuere & præfigere ter-
minum diffamanti,vt infra eum agat,vel accuſet cum certifi-
catione, ſi intra illum terminum non agat, nec proſequatur
ius ſuum,quod in poſterum non debeat audiri, ita eſt text. &
20 ibi Doct.in l.diffamari. Hinc quæritur de vaſallis noſtri tem
poris,qui nolũt per cognoſcere dominum, & ſe eſſe vaſallos
an contra eos competat hæc actio præiudiciali ſaltem vtilis?
21 Et quamuis ſecundum cõem opinionẽ vaſalli cõparentur li-
bertis, ita vt in vſibus feudorum ſæpe ſumantur argumenta
à libertis ad vaſallos,ſicut in illa quæſtione, An vaſallus tenea
tur ſeruire domino proprijs ſumptibus? Feudiſtæ arg.l ſuo
victu, 18.ff.de oper.lib. concludunt quod vaſallus habens bo-
num,& ſufficiens feudũ,teneatur domino ſeruire ſuis ſumpti
bus alias expenſis domini, de quo vide Aluar cũ multis con-
cordantis,in c 1.num.7.de not.forma fidelit.Et obiter notabi-
tis de conſuetudine præſertim in his terris vaſallos indiſtin-
22 ctè ſeruire expenſis domini. Aſſignat enim eis dominus pa-
bulum,atque cibum ex aula adeo,vt ſi vaſallus amittat in bel-
lo equos, & arma,non teneatur domino ſeruire priuſquam
precium equorum, & armorum amiſſorũ domino ei ſit re-
ſtitutum vt eſt tex.iur.Sax.feudalis, c.4 licet de iure cõmuni nõ
detur vaſallo propterea regreſſus contra dominum ſecundũ
Innoc.in c.Sicut ext de iureiu.Sic etiam in pluribus alijs caſi-
bus vaſalli, libertis æquiparantur, quia coguntur operas mi-
litares præſtare domino in exercitum eunti, adeò, vt ſi re-
quiſiti non ſeruiant, feudum amittant, cap. 1. §. ſed non eſt
alia, quæ fuit prima cauſa benef. amit. in vſibus feud. Item
non poſſunt conſulere contra dominos, nec aliqua perfidia
contra eos uti, vt habetur in cap.1.de noua forma fidelit. Ta-
23 men hanc actionem domino cõtra vaſallum,non dari,com-
muniter hic concludunt Doct. nec enim domino aliquod ius
in perſona ipſius vaſalli competit, vnde in hoc vaſallus, qui
eſt homo liber. & ingenuus, non æquiparatur liberto, qui eſt
homo nouus factus per patronum, ac ſi antea in rerum na-
tura non fuiſſet, quia ſeruitutem mortalitati comparamus,
24 l.ſeruitutem,209.ff.de reg.iur. Et vaſallus cum domino alias
nihil commune habet,niſi ratione feudi quo refutato, omne
vinculum inter vaſallum,& dominum diſſoluitur, quod non
eſt in liberto,nec poteſt vaſallus inuitus cogi, vt maneat,& ſit
vaſal-

Digitized by Google

vaſallus, ſed pro libito feudum etiam antiquum refutare po-
teſt, cap. 1. de vaſallo, qui contra conſtit. Lothar. benefi. Alio
igitur, modo conſulitur domino contra vaſallum, negantem
ſe eſſe vaſallum, quia ab eo feudum tanquam commiſſum
auferre poteſt, §. vaſallus. Si de feudo defun. cont. ſue. inter
dom. & ag. vaſal. de quo latius vid. hic Fab. n. 11. & Iaſ. remi-
ſiue, n. 47. ante fin. & Zaſ. verſi. Quid. de vaſal. &c.

TERTIA ACTIONE PRÆIVDIciali de partu agnoſcendo patri aduerſus filium, & contra.

25 Hæc actio de partu agnoſcēdo dicitur, & tam patri, quam
filio competit. Ac pro eius commodiori intellectu, præmit-
tendum poſt Gl. in §. fin. ſuper verbo. Ius autem, in fi. ſup. de
patr. pot. patri, quatuor remedia competere.
Primum eſt interdictum de liberis exhibendis. Quando
26 enim filius meus ab alio tertio detinetur inuitus competit
mihi hoc interdictum contra detinentem, vt eum exhibeat,
de quo tit. ff. de lib. exh. & deduc.
Secundum eſt rei vindicatio contra tertium detinentem
filium volentem, vel inuitum. Quando enim volo eum retra
here ſub meam poteſtatem, vt conſequat effectus patri po-
teſtatis, tunc lex ciuilis introduxit, hanc rei vendicationem,
ad vindicandum filium, non quidem rei vendicatione ſim-
pliciter. Nam illa datur pro re, in qua quis habet dominiū,
l. in rem, 23. ff. de rei vin. Quod dominium non ſic habet pa-
ter in filium qui eſt liber homo, l. inter ſtipulantem, 83. §. ſa-
cram, cum ibi not. ff. de verbo, oblig. Sed rei vindicatione cū
iſta adictione, & clautula: Iure Quiritum ſeu Romanorum,
quia ius Romanum diſponit, vt filius ſit ſub poteſtate patris,
d. l. 1. §. 1. & ibi DD. ff. de rei vindic. & add. Plat. hic, num. 15.
& 16. Et hæc duo remedia competunt ipſi patri non quidem
contra filium, ſed contra tertium detinentem filium. Reli-
qua vero duo ſequentia remedia competunt patri contra ip-
ſummet filium, & contra filios contra patrem, & non contra
tertium aliquem locum habet.
Eſt igitur tertium remedium officium iudicis, quando ſu-
per alimentis ſummariè cognoſcitur, & imploratur officium
iudicis vt pater (quem naturalis ſtimulus ad educationem li-
berorum hortatur ſicut inquit Imperator in l. 2. §. taceat, 5.
verſ. Sileat, C. de rei vxor. act.) conſtituat filio alimenta, vel
contra quia hoc officium mutuum eſſe debet inter parens, &
liberos, ex æquitate naturali, & charitate ſanguinis deſcen-
27 dens, vt per totum tit. C. de alen. lib. Et hanc petitionem ali-
mentorum Zaſ. dicit hic frequentari inter Scholares, qui di-
cuntur, pregnaſſe mulierem, & ipſi negant hoc quod nihilo-
minus poſſit peti ſummariè cognoſci, vt ſcholaris interim alat
partum, licet iſta ſententia non præiudicet Scholari, vt pro-
pterea dicatur pater, l. ſi quis a liberis, 8. §. ſi vel parens, ff. de
agno. & alend. liber.
28 Quartum remedium eſt hæc actio præiudicialis de partu
ſcilicet agnoſcendo, de qua tit. in ff. de agno. & alend. li. Et l.
competit hac actio ipſi patri, non contra tertium, ſed contra
ipſummet filium, negantem ſe eſſe filium. Nec ſummariæ,
& ſolemniter proceditur ſuper ſtatu, & cauſa filiationis, quæ
eſt præiudicialis. Si enim ſententia fuerit lata pro parte, præ-
iudicat filio, vt cogatur redire in patriam poteſtatem, & relin-
quere partim vſufructum bonorum aduentitiorum, & alia
quæ patria poteſtas producit, de quibus eſt Gloſ. ord. in §. fin.
ſup. de patr. pot.
29 Et quamuis actio proprie competat ratione patriæ pote-
ſtatis, contra filium ſubiectum paterno iuri tamen eā contra
filium emancipatum etiam locum habere, tenet hic Fab. nu.
4. cum adhuc multa iura ſuperſint patri. Nam, & filius eman-
cipatus, patrem in ius ſine venia vocare non poteſt, eumque
30 alere tenetur. Iniquiſſimum enim quis merito dixerit, pa-
trem agere, cum filius ſit in facultatibus, vt pie inquit Iuriſc.
in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, 8. in fi. Vnde etiam inter
matrem, & filium hæc actio locum habet, de quo latius 31.
vid. Fab. hic n. 8. II. Competit hæc actio contra patrem ipſi
filio petenti ſe declarari filium, vt pater eum agnoſcat filium,
quod ſæpe fit ſecundū Zaſ. hic, contra duros patres, de quib.
eſt, text. in l. Diuus, 5. ff. de leg. Pomp. de paricid. patriam po-
teſtatem in pietate, & non in atrocitate conſiſtere debere. Et
32 ſententia lata pro filio, præiudicat, & nocet patri, vt non ſo-
33 lum ad alimenta, ſed etiam ad dotem, & donationem pro-
pter nuptias conſtituendam teneatur, l. qui liberos, (al. in-
cip. capite trigeſimo) 19 ff. de ritu nuptiarum, & l. fi. ver. Ne-
34 que enim leges, C. de dotis promiſ. III. Vtilem hanc præ-
iudicialem actionem etiam inter fratres, & alios cognatos
locum habere concludit Bar. in l. ſiue contra 3. §. 1. in fi. ff. de
lib. agnoſc. & in l. vbicunque, 7. §. 1. ff. de vent. in poſſ. mit. &
ita refert etiam tenere Innoc. in capit. 1. Tuam 3. ext. de ord.
cog. & Spec. in titulo qui filij ſint legitimi, quo frater contra
fratrem, cognatus contra cognatum, & vnus de nobili fami-
lia contra alium poſſit agere, vt agnoſcatur frater, vel cogna-
tus, vel nobilis de familia. Quæ ſententia præiudicat, vt is, qui
obtinet, ferre poſſit nomine familiæ, cognationis, poſſit ferre
arma, & inſignia nobilium, item ſperare feuda alias ſucceſſio
nes, vt refert, & ſequitur hic, D. Iaſ. nu. 47. Plat. 3. & Zaſ. ante
fin. §. noſtri.
35 Sed quæritur nunc, Cum aſſeueranti quem eſſe filium,
ſiue agat, ſiue conueniatur, incumbat probatio, ſecundum
Iaſ. in l. neque profeſſio, 5. poſt prin. D. de teſta. qualiter filia-
tio probetur? Et certum eſt, præſumptiue tantum probari, l.
Lucius, 83. iuncta Gl. fin. ff. de condit. & demonſtrat. præſer-
tim a parte patris, Mater enim ſemper certa eſt, pater autem
præſumitur, quem nuptiæ demoſtrant, l. quia ſemper, 5. ff. de
in ius vocand. Probatur igitur filiatio. 1. Ex eo quod quis na-
tus eſt ex vxore eius, qui negat ſe patrem probando ipſum
conſtante matrimonio, vel eo ſoluto infra nouem menſes
natum eſſe, l. filium, 6. cum ibi not. ff. de his, qui ſunt ſui, vel
alie. &c. Et hoc l. Ampliatur procedere licet, prius per ali-
quot annos maritus potuit ex vxore habere liberos, ſecun-
dum Abbat. in ca. Per tuas, 10. poſt princip. de probat quia li-
beros habere ex diuina gratia deſcendit, vt eſt Gl. in § ſed ſu-
per verbo fortuitum, ſupra de S C. Tertullia. 2. Ampliatur,
procedere, vt ſi pater cohabitat vxori præſumatur ex ea na-
tus eſſe filius maritus, etiam ſi maritus probaret eo tempore
vxorem commiſiſſe adulterium cum alio: Nam cum poſſit
36 eſſe filius vtriuſque fauore filiationis debemus præſumere
eum potius eſſe filium mariti, quam adulteri ſecundum Abb.
in d. c. Per tuas, &c. Tramiſiſſe, 4. ext. qui filij ſint legitimi, per
text notab. in l. miles, 11. §. defunctos, 8. ff. ad l. Iul. de adult.
Quod eſt verum, ſi tempore conceptionis maritus erat præ-
ſens: ſecus, ſi fuit abſens tanto tempore, vt eum generale non
potuerit, veluti, ſi per biennium abſuiſſet, & reuerſus domum
repetiret filium vnius menſis, nam tunc pater filium eſſe ne-
garet, & vxorem de adulterio conuincere poſſit, d. l. filium.
37 II. Probatur filiatio, quando quis eſt tractatus, reputatus, &
publice ſic recognitus, & appellatus filius, ab vtroq. parente,
adeo vt huiuſmodi tractatus præferatur negationi parentum
38 poſtea ſubſequenti, vt nota poſt tex. in d. c. per tuas. Talibus
enim præſumptionibus violentis ſtatur iuxta c. Afferre, 2. ext.
de præſup. Sola tamen nominatio filij probationem filiatio-
nis, non inducit, d. l. neque profeſſio, & l. non epiſtolis, 13. &
l. non nudis, 14. C. de prob. Et plura de hac materia qualiter fi-
liatio probetur, vide Bal. & DD. in d. l. filium, & in d. l. Lucius
Abb. & Canoniſtas, in d. c. Tanſmiſſæ in d. c. Per tuas cum
multis concordantijs Alciat. 3. reg. præſumptionum, 38. præ-
ſumpt. & Gl. iur. Sax. art. 72. lib. 3.
39 Cum reſeruatione omnium competentium iuris reme-
diorum, comparet. N. poſt petitam, & impetratam veniam,
breuiter proponens quod quamuis parens ipſius legitimus,
ac naturalis N. Ante aliquot annos cum N. matre ſua ſpon-
ſalia celebrarit, eaque ſolemni, & Chriſtiana deductione
ſponſæ in templum concubituque matrimoniali confirma-
rit, & in matrimonio iſto, actorem ex legitima ſua coniuge
procreatum, filium legitimum, paterna ac neceſſaria ſuppe-
ditatione alimentorum, & nominatione filij agnouerit, &
actor ab omnibus, pro rei filio legitimo ſit habitus tamen
hoc tempore reus contra naturalem patris affectionem, ac
innatam dilectionem actorem filium aduerſatur, eique non
ſolum alimenta, neceſſaria ſuppeditare recuſat, ſed, & filium
ſuum eſſe omnino atque conſtanter contra omne ius per-
negat. Quare actor cum imploratione officij veſtri nobilis
petit pronunciari ac declarari ſe rei N. filium legitimum,
& naturalem eſſe eumque teneri ſe filium agnoſcere, ac tan-
quam legitimo, & naturali, de rebus neceſſarijs proſpicere,
eumque ad id competentibus, atque in iure hoc caſu conſti-
tutis remedijs compelli, atque vrgeri, rogando ius, & iuſti-
tiam ſibi adminiſtrari.

---

§ Sic itaque.

1 *Diuiſio huius §. inter partes.*
2 *An actor poſſit perſonali actione agere ad rem dandam quan-
do res eſt ſua.*

Digitized by Google

3 *Differẽtia inter obligationem rẽ dari, tradi, & reſtitui, & n. 5.*
4 *An obligatio rem tradi ſit facti.*
6 *Quotupliciter, in perſonalibus actionibus concludatur.*
7 *An in dubio intelligatur obligatio dandi, vel tradendi.*
8 *An per actionem, perſonalem quæ agitur ad dandum, quis poſſit rem ſuam petere, & condicere.*
9 *Regula. Quod ſemel noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri nequit, quomodo intelligatur.*

1 Diuiditur hic §. (qui vno contextu legitur vſque ad §. ſe-
quens diuiſio) ſecundum Iaſ. & DD. in tres partes. In
prima parte Imperator colligit per quendam epilogum pri-
mam diuiſionem ſup. in §. omnium, poſitam, traditque regu-
lam quandam, & eius rationem. In ſecunda parte, ibi plane
odio, ponit regulæ fallentiam, ſeu exceptionem. In tertia par-
te, ibi (appellamus) declarat quando, & quare ſic appellentur
actiones, tam reales, quam perſonales.
Quod ad primam partem attinet, Gl. 1. hoc modo in effe-
ctu contineat, § noſtrum ad præcedentes, quod Imperator
in §. omnium ſup. eo. poſuit ſummam diuiſionem actionum
videlicet, quaſdam eſſe actiones reales, quaſdam vero perſo-
2 nales. Quibus ſic diſcretis, ponit hãc generalem regulam quod
actor perſonali actione numquam poſſit agere ad rem quã-
dam, quando res eſt ſua. Eſtque ratio in promptu, quia dare
denotat dominij tranſlationem, vt hic, & l. vbi autem 75. § fi.
ff. de verb. oblig. Sed palam eſt, rem ſemel meam, non poſſe
amplius meã fieri vt hic, & l. proprias, 13. ibi Gl. Bart. & DD.
C. de legat. Pro cuius intellectu iuniores, notare debent in le-
gibus iuſtos terminos. Obligatio rẽ dari, & obligatio rẽ tradi,
3 & obligatio rẽ reſtitui, inter ſe differre. Dare enim eſt domi-
nium transferre, & rem accipientis facere, d. l. vbi autem, §. fi.
Vnde is, qui tenetur ad dandum tenetur ad dominium tranſ-
ferendum plenariè cum effectu vt à nemine res euincatur:
alias non liberatur. Obligatio autem. Rem tradi, nullam do-
minij tranſlationem importat, ſed ſolam detentionem in ad-
uerſarium transferendam, vt eſt in commodato, depoſito, lo-
cato, l. rei commodate, cum l. ſequen. ff. commodati, l. licet,
4 17 §. fin. ff. depoſ & l. non ſolet, 59. ff. locati. Hinc dicit ſolet,
quod obligatio. Rem tradi ſit facti quia nullum ius transfert
in accipientem, ſed merum vſum, & detẽtionem, vt cũ aſino
ſella traditur, ſecundum Zaſ. hic. Vnde debitor nuda traditio-
ne liberatur, l. ſi rem tradi, 28 ff. de verbor. Et hoc eſt verũ in
contractibus, vbi ob eorum naturam dominium non tranſ-
fertur, vt in commodato. Secus, ſi de natura contractus domi
nium transfertur, vt in venditione. Nam hic vẽditor tenetur
ad rem tradendam, & illa obligatio. Rem tradi non eſt meri
facti, ſed habet adminiculum iuris. Licet enim venditor ſit
obligatus tantum ad tradendum ſi tamen eſt dominus, nunc
dat rem, ideſt transfert dominium rei venditæ in emptorem.
Si vero non eſt dominus, tunc transfert vſucapiẽdi conditio-
nem in emptorem, & de euictione obligatus eſt, l. ex empto
11. ff. de act. empt. Ideò. Bart. ibi, & in l. 1. ff. de act. empt. dicit
traditionem in emptione eſſe participiam, quia aliquid parti-
cipat de obligatione dandi, quando venditor eſt dominus, &
aliquid de obligatione tradendi, quando non eſt dominus.
Item tradere nunc eſt nudi facti, cum certa ſpecies tradenda
eſt; ſecus, ſi aliquid in genere ſic promiſſum eſt. Nam tunc tra
dere etiam dominij tranſlationẽ importat de quo videte hic
5 Iaſ n. 11. Obligatio vero, Rem reſtitui, importat traditionem,
ſeu reſtitutionem rei meæ, ſicut ex natura, verbi patet, quia
reſtituere eſt illud mihi reddere quod antea meum fuit, vt eſt
in realibus actionibus, vt quando res commodatæ, depoſitæ
locatæ reſtituuntur. Vnde commodans, deponens, & locatus
tradunt rem. Commodatarius verò depoſitarius, & condu-
ctor rem reſtituunt, de quo videte Bart. & DD. in l. ſtipulatio
nes non diuiduntur, 72. & in d. l. vbi autem, §. fi. ff. de verb. obl.
6 Sunt igitur perſonales actiones triplicis generis. Nam in qui-
buſdam concluditur, & petitur, rem, quæ eſt actoris reſtitui,
vt quando cõtra commodatarium, vel depoſitarium agitur.
In quibuſdam verò ad tradendam rem, vt quando contra
commodantem, vel locantem agitur. In quibuſdam verò ad
dandum concluditur, vt reus transferat dominium rei petitæ
quando ad dandum obligatus eſt. Sed iam quæritur ſi quis
ſimpliciter aliquid promittit, pone vas vini, vel calicem, ſine
aliquo adiecto, an intelligatur de obligatione dandi vel tra-
7 dendi. Et in hac queſtione, quam originaliter mouet Bal. in l.
ſi a ſubſtituto, 45. §. fin. ff. de l. 1. ita diſtinguite. Aut ex præfa-
tionibus partium cognoſcitur illa conuentio, & tunc promiſ-
ſo regulabitur ſecundum præcedentia. Quæ enim in præfa-
tionibus dicuntur, in contractibus repetita intelliguntur, §.
præterea, 5. inn. Gl. fi. ſup. de inutilibus, ſtipul. & l. Titia, 133.
§. idem reſpondit. 1. ff. de verbor. oblig. Aut iſta promiſſio po-
teſt declarari ex natura contractus, veluti ſi quis promittat
commodare calicem, & tunc de tradendo, & non dando in-
telligitur, quia verba in dubio intelligenda ſunt ſecundum na
turam contractus, vt notatur in l. ſi ſtipulatus 4. ff. de vſut. aut
non poteſt ex natura contractus, nec ex præfationibus pro-
miſſio declarari, & tunc in dubio intelligitur promiſſio facta
de dando & ſic transferendo dominium. Ita notabiliter deci-
dit Bald. in d. §. fi. quem ibi ſequitur Ioan. de Imol. & Iaſ. hic
n. 15. & Zaſ. in verſic. audiuimus. Ex quo igitur dare importat
dominij tranſlationem, infert iam Imperator, quod per actio
8 nem perſonalem, qua agitur ad dandum, quis non poſſit rem
9 ſuam petere, & condicere. Quod enim eſt actoris, non poteſt
amplius eius fieri, vt hic. Hinc vulgata illa regula notatur,
quod licet res pluribus cauſis deberi poſſit ſemel tamen res
mea effecta non poteſt amplius, mea fieri, l. & an eadem, 14.
§. actiones in fi ff. de except. rei iudic. & l. 3 §. ex pluribus, 14.
§. actiones, in fi. ff. de acq. poſſ. Hæc regula I. Limitatur proce-
dere in cauſis ſucceſſionis diuerſis temporibus, vt ſi hodie eſt
equus meus factus, quia emi à Titio domino, non poteſt ex
alia cauſa ſucceſſiua cras meus fieri, ita vt Titius eum mihi
cras donare poſſit ſecus: autem, ſi eſſent plures cauſæ eodem
tempore concurrentes: veluti, quando ex cauſa donationis
venditus equus mihi traditus eſt, vt habetur exemplum in l.
ſi creditori, 24. §. Marcellus, ff. de leg. 1. II. Limitatur procede-
re, quando quis habet directum dominiũ, ſecus, ſi vtile tantũ,
quia ex vaſallo poteſt fieri directus dominus. Ex omni enim
offenſa, ex qua vaſallus feudo priuatur, ſi eandem dominus
contra vaſallum committerit, directum dominum ipſi auel-
litur & in vaſallum transfertur, ita vt tũc dominum plenum
conſequatur, § domino, & ibi Feudiſtæ, ſi de feud defunct.
fuer. content. III. Procedit in domino remanente, ſecus com-
mutato, ſecundum Plat. hic, nu. 3. Vnde & valet ſtipulatio rei
meæ, ſub conditione, ſi mea eſſe deſierit, l. ſi rem meam 31. ff.
de verb. obl. Et plures limitationes huius regulæ vide per Iaſ.
hic, nu. 16. Quod autem diximus.

Verſ. Planè autem furum.

1 *Argumentum huius verſiculi.*
2 *Conditionis furtiuæ natura quæ.*
3 *Condictio furtiua eſt perſonalis, & rei perſecutoria.*
4 *Quibus detur condictio furtiua.*
5 *Condictio furtiua quomodo differt à rei vendicatione.*
6 *Item ab actione furti.*
7 *Condictio furtiua non infamat furem infamia iuris, ſed facti.*
8 *Infamia duplex, iuris, & facti.*
9 *An infamis poſſit eſſe teſtis.*
10 *Forma libelli in condictione furtiua.*

1 HÆc eſt ſecunda pars §. noſtri, in qua ponitur exceptio
regulæ in præcedenti parte traditæ. Eſt enim regula.
Quod nemo poſſit condicere rem ſuam ſibi dari, quia res
ſemel mea, amplius mea fieri non poteſt. Hæc fallit in fu-
re, cuius odio plures actiones introductæ ſunt, & inter cæ-
teras condictio furtiua qua contra eum agitur ad rem fur-
to ſubtractam dandam, vt hic. Sed contra hoc fortiter op-
ponitur, per DD. hic poſt Gloſ. in verbo. Si appareat hoc eſ-
ſe impoſſibile de iure & natura, vt fur; qui non habet do-
minum rei furtiuæ, poſſit eius dominium transferre in do-
minium, qui iam habet dominium, atque ita vt dominus
poſſit experiri condictione contra furem, vt res, quæ iam,
ſua eſt à iure ſibi detur. Et hæc eſt vna de ſummis, & maio-
ribus difficultatibus iuris, atteſtante D. Hier. in leg. ſi quis nec
cauſam, 4. § res pignoris, ff. ſi cer. pet. Et Gl. noſtra conceden-
do oppoſitionem dicit, hanc condictionem dari quidem
contra furem, non ad dandum, ſed ad reſtituendum. Sed
hæc ſolutio ex eo potiſſimum fundamento reprehenditur,
quod exceptio debet eſſe de contentis ſub regula, vt notatur
per Dyn. ſuper Rub. ext. de reg. iur. in 6. & in l. 1. de re. iu. Sed
in textu noſtro ponitur, regula, quod nemo rem ſuam ſibi da
ri poſſit conducere, & ſubijcitur exceptio, niſi agatur con-
tra furem. Vt ergo exceptio ſit de regula, neceſſario intelligẽ-
da eſt, vt loquatur in terminis regulæ, & ſic vt agatur ad dan-
dum, & non ad reſtituendum. Et quamuis plures aliæ ſolutio-
nes à Gl & DD. ponãtur communiter tamen reprobãtur, qui
inuitis quaſi dentibus coguntur fateri, eſſe ſpeciale in odium
furtis

Digitized by Google

furis, & licet impoſſibile ſit hoc caſu rem furtiuam à fure da-
ri, tamen nihilominus hanc petitionem contra omnem rigo-
rem iuris, & contra propriam ſignificationem verbi dandi
odio furis admittit, & in rei veritate rem tantum reſtitui, li-
cet petatur dari, ſicut alias omnis condictio in odium furum
degenerare, dicitur ſecun. Bal. in l. fi. ff. vſusfruc. quemad. caue.
Habet tamen illa obligatio, quia fur tenetur, etiam naturam
obligationis dandi, quia obligatio eſt perceſſa, & inuariabilis,
tam reſpectu debitoris, quam creditoris, ſec. Bart. & Docto-
rum in d. l. vbi autem, §. fin. Nam is, qui ſtipulatur ſibi aliquid
dari, ſemper id petere cogitur, nec aliud petendo, puta æſti-
mationẽ rei, vel intereſſe, dimiſſa re principali auditur, adeo
vt etiam rem, licet poſt moram debitoris perempta ſit nihi-
lominus, petere cogatur quamuis ijs iſto caſu iudex ex offi-
cio æſtimationem ſolui iubeat, l. ſi ſeruum, 91. §. pen. & fi. cũ
ibi notatis, ff. de verb. oblig. Ita etiam debitoris, qui certam rẽ
dare promiſit, præciſe illam dare cogitur, nec auditur, ſi aliã
rem, vel æſtimationem rei ſoluere vellet per regulam: Ne
aliud pro alio inuito creditore ſoluatur, l. 2. §. mutui datio, ff. ſi
cert. petat. Sicut ergo odio moroſi pręciſe agitur ad rem pro-
miſſam dandam, etiam peremptam, licet executio fiat in æſti
matione, d. l. ſi ſeruum, §. pen. & fi. ita etiam natura cõdictio-
nis furtiuæ eſt, vt ſi res extat, præciſe fur cogatur eam dare,
ſeu reſtituere, & ſi res etiam ſine culpa furis perierit adhuc
peti poteſt, & ſit condemnatio ad æſtimationem, l. in re fur-
tiua, 8. & l. ſi pro fure, 7. §. fi. ff. de cond. furt. de quo latius vi-
dete DD in dict. §. res pignori, & Fabr. hic nu. 11. Plat. a. Ang.
3. 4. 5. Iaſ. 34. & Zaſ. ante fi. §. noſtri.

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

Porrò quia circa hunc verſic. DD. formam libelli in condi-
ctione furtiua ſubijciunt, paucis notabitis, illam actionem
eſſe perſonalem, quia ex delicto oritur, & rei perſecutoriam,
3 §. fi. ſup. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. Non enim pœnam
furti, ſed ipſam rem furtiuam perſequitur ita vt ſi res, extet,
condicatur cum omni intereſſe, l. 3. ff. de condict. furt. Si vero
non extet æſtimatio rei a fure domino agenti præſtanda ſit,
leg. in re furtiua, 8. ff. de cond. furt. Et datur ſoli domino eiuſ-
4 que hæredibus, & ſic ſucceſſori vniuerſali, non autem ſingu-
lari, l. 1. & l. ſiue 10. §. fin. cum ſeq. ff. eod. Item tutori, iuxta gloſ.
in d. l. 1. quia is loco domini habetur, leg. interdum, 56. §. qui
tutelam, ff. de furtis, contra ipſum furem, eiuſque hæredem,
5 licet ad eum nihil peruenerit, d. l. ſi pro fure, §. fin ff. de cond.
fur. Et differt hæc actio à rei vendicatione, quæ etiam contra
furem locum habet, §. fin. ſupr. de oblig. quę ex delict. naſcun-
tur. Quia rei vindicatio, contra quemcunque poſſeſſorem
rei furtiuæ competit, §. fin. etiamſi ſit bonæ fidei emptor qui
etiam, non refuſo pretio, rem domino reſtituere cogitur leg.
in ciuilem, 2. Cod. de furtis. Condictio vero furtiua ſolum
contra furem, & eius hæredes datur, dict. l. ſi pro fure, §. final.
& l. ex furtiua cauſa, 5. ff. eod. & d. §. fin. ſupr. de oblig. quæ ex
6 delicto naſcuntur. Et ab actione furti quoque differt. Nam
actio furti mere pęnalis eſt, & ſolum pœnam dupli, vel qua-
drupli perſequitur, cui non ineſt re perſecutio, vt in d. §. fi. ſup.
de oblig. quæ ex delicto naſcuntur, dictum eſt. Hæc vero
eſt rei perſecutoria. Item actio furti cuilibet datur cuius in-
tereſt, rem non eſſe ſubtractam, §. furti autem actio, 13. ſup. de
obligat. quę ex delict. naſcuntur. Hęc vero ſoli domino com-
petit, d. l. ff. eod.
7 Et circa hanc actionem poſt gloſ. hic in verbo Odio, nota-
bitis, per condictionem furtiuam, non infamari furem infa-
8 mia iuris, ſed facti, per tex. in leg. ceſſat, 36. ff. de oblig. & act.
Eſt enim duplex infamia, iuris, & facti. Iuris infamia dicitur,
quæ per ſententiam irrogatur, in illis caſibus, in quibus cau-
tum eſt iure condemnatum eſſe infamem, qui notantur in l.
1. ff. de his qui not. infamia. Infamia vero facti eſt, quando
apud bonos, & graues viros alicuius opinio propter diſſolu-
tos mores, turpitudinem, & leuitatem vitæ grauatur. Et de
duplici infamia vide Dynum in c. Infamibus 47. de reg. iur.
9 in 6 & Abb. in ca. Teſtimonium, 54. extra de teſtibus. Hinc
quæritur, An infamias poſſit eſſe teſtis: Et breuiter in hac
quæſtione diſtinguite, poſt Bart. in l. Caſſius, 2. ff. de Senatuſ.
Aut quis eſt notatus infamia iuris & ſimpliciter, non poteſt
eſſe teſtis, leg. 3. §. leg. Iulia. 15. ff de teſt. Aut eſt infamis infa-
mia facti & tunc in criminalibus, & arduis cauſis, non poteſt
eſſe teſtis, ſed in ciuilibus, & modicis cauſis poteſt. Minor ta-
men ei fides etiam tunc adhibetur, de quo latius vide Docto-
rum in leg. 1. Cod. de ſumma Trin. & Canoniſtas in d. c. Te-
ſtimonium.

Forma libelli.

10 Præmiſſis præmittendis, comparet N. actor breuiter nar-
rans, quod reus N. illi nigrum æquum, quatuor pedibus albis
& candida fronte, quem actor hæreditario iure à parente
acceperat, clam atque furtiuè abduxerit. Quia verò id iuri
naturali, atque poſitiuo contrarium eſt, & actor equo non
citra incommodũ ſuum caret, iden petit, reum, ſi equus ad-
huc extet, ad eius reſtitutionem, ſin vero interierit ad valoris
eiuſdem ſolutionem condemnari atque ad ea legitimis iuris
remedijs, cogi atque compelli.

Verſ. appellamus.

1 *Actionis nomen generale.*
2 *Actiones reales dicuntur vendicationes.*
3 *Perſonales dicuntur condictiones.*
4 *Condictio vnde dicta.*
5 *Condictiones quædam tranſeunt in ſpeciale nomen actionis, quædam remanent ſub generali nomine condictionis.*
6 *An debitor neceſſitate an vero de vrbanitate ſit cõueniẽdus.*
7 *In quibus caſibus denunciatio ſit neceſſaria.*

ISte verſ. ſecundum Fabr. hic, nullus aut modicæ eſt vtilita-
tis, cum tradat de vana doctrina nominum, quæ pertina-
cibus eſt relinquenda, ſec. gl. in l. 2 ſuper verbo, Vocabula, C. de
conſ. pec. & gl. Rub. ff. Infortiati. D. Iaſ. tamen eius vtilitatem
1 refert hic, nu. 9. quem videte. Et pro eius intellectu notabitis
nomen actionis eſſe generale, comprehendens, reales, & per-
ſonales actiones, l. fi. C. de hær. vel act. vendit. Proprie autem
ſecund. Iuriſc. in l. actionum genera, 25. in princ. ff. de oblig. &
act. Actiones reales dicuntur vendicationes, ſiue competant
2 pro rebus corporalibus, vt conſtat ex titulo de rei vend. ſiue
pro rebus incorporalibus, per tit. in ff ſi ſeru. vind. Quando-
cunque igitur in iure ſit mentio vendicationis, ceteris pari-
3 bus intelligitur de reali actione. Perſonales vero actiones
appellantur condictiones dictę à condicendo, quod eſt denũ-
ciare. De iure enim antiquo, quando quis habeat debitorem
obligatum (ſicut omnes actiones perſonales obligationem
præſupponunt) antequam poterat eum in iudicio conueni-
re: requirebatur, vt prius debitori denunciaret. Vnde dicta
condictio à con, & dico, quaſi collocutio de debito. Et talis
4 denunciatio non requirebatur in actionibus realibus, in qui-
bus perſona non eſt obligata, vt traditur per Iaſ. in l. certi cõ-
5 dictio, 9. ff. ſi certum petat. Hinc omnes actiones perſonales
abuſiue dicuntur condictiones. Sed aduertẽdum ſecundum
Iaſ. in d. leg. certi condictio, quod quædam tranſiuerunt in
ſpeciale nomen actionis vt actio ex vendito, locato, & tales
large dicuntur condictiones, iuxta Gloſ. in d. leg. actionum
genera. Quædam vero non habent ſpeciale nomen, ſed re-
manſerunt ſub generali nomine condictionis, & vt vna ab
alia diſcernatur non dicuntur ſimpliciter condictiones, ſed
cum aliqua adiectione, vt Condictio certi, Condictio ob cau-
ſam, Condictio indebiti, de quo videte omnino D. Iaſon in
6 d. l. certi condictio. Et notabitis hodie debitorem antequam
conueniatur, de neceſſitate extra iudicium non eſſe interpel-
landum, ſed tantum de vrbanitate vt eſt text. iuncta Gloſ. in
l. debitores, 10. C. de pign. & l. quidam Iberus, 13. ibi, Volo vt
cum Ibero loquaris, ff. de ſeruitute vrban. prædior. Et ratio,
quare de neceſſitate non requiratur interpellatio, eſt, quia
dies interpellat pro homine, in l. magnam, 12. C. de contrah.
& commit. ſtip. Et hoc non ſolum in obligationibus in diem,
procedit, ſed etiam in puris obligationibus, vbi ſi dies non eſt
expreſſus, præſenti die debetur, l. in omnibus 14. ff. de regulis
iuris. Et in illis miſerationis cauſa decem dies ad ſoluendum
conſtituti ſunt, l. promiſſor, 21. §. 1. ff. de conſt. pecun. Nec cre
ditor ſtatim cum ſacco paratus veniet, l. quod dicimus, 105.
ff. de ſolut Et dies tacita, non minus interpellat, quam expreſ
ſa, vt eſt Gloſ. & ibi Alexand. de Imol. in l. ſi mora, 6. ff ſoluto
matrimon. In tribus tamen caſibus denunciatio etiam hodie
7 neceſſaria eſt. I. Vt debitor ad expenſas teneatur. Traditur
enim per Iaſ. hic regula, quotieſcunque debitor non eſt ex-
traiudicialiter interpellatus pro ſoluendo debito, toties eum
ad refuſſionem expenſarum nõ teneri, ſi oblato libello offe-
rat ſe ad ſolutionem debiti. II. Quando quis vult agere con-
tra ſuperiorem vel perſonam, cui tenetur exhibere reueren-
tiam, leg. ſi manumiſſori, 5. iuncta Gloſſa in verbo, Patroni,
Cod. de obſequ. part. III. Quando bellum ſuſcipitur. Niſi
enim denunciatio, diffidatio, ſeu admonitio, bellum præce-
dere diceretur proditore agi. De quo latius vide quæ in §.
omnium, ſupra eodem, tertia clauſula libellorum dicta ſunt.

§.Sequens illa diuiſio, cum §. rei perſequendæ.

1 *Tertia actionum diuiſio, à cauſa finali ſumpta.*
2 *Diuiſio huius § in tres partes.*
3 *Rei perſecutoria quæ dicatur.*
4 *Iuramentū in litem non venit iure actionis, ſed officio iudicis.*
5 *An actiones perſonales ex contractibus ſint rei perſecutoriæ.*
6 *Actio ex contractu mutui, cōdictio certi ſpecialis appellatur.*
7 *Condictio certi duplex generalis, & ſpecialis.*
8 *Quare condictio certi ſpecialis habeat locum in mutuo.*
9 *Quando condictio certi ſpecialis locum habeat.*
10 *Et quando actio & ſtipulatu.*
11 *Cui competat condictio certi ſpecialis.*
12 *Contra quem locum habeat actio.*
13 *Ad quid competat.*
14 *In mutuo tacite hoc actum intelligitur, vt æque bonum, & in eadem qualitate & bonitate reſtituatur.*
15 *Quid iuris, ſi moneta mutata ſit.*
16 *Qualiter libellus formari debeat.*
17 *Forma libelli.*
18 *Commodatum quid.*
19 *Commodati actio directa, & vtilis.*
20 *Directa cui, & aduerſus quem detur.*
21 *Ad quid hæc actio competat.*
22 *An quis inuitus teneatur recipere rem deterioratam, oblato precio deteriorationis.*
23 *Quid præſtetur in comodato.*
24 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat, & nu 26.*
25 *Differentia inter commodatum, & precarium.*
27 *Quando quis alicui non petenti commodatum vltro obtulit, ad quid teneatur accipiens.*
28 *Forma libelli.*
29 *Contraria commodati actio cui competat.*
30 *Actiones depoſiti, directa & contraria, directa cui detur.*
31 *Contra quem detur.*
32 *Ad quid competat hæc actio, & nu. 35.*
33 *In quibus caſibus hæc actio ad duplum competat.*
34 *Si recipiens depoſitum negat illud an poſſit ad duplum conueniri.*
36 *Depoſitarius ad quid teneatur.*
37 *Dolus quomodo præſumatur.*
38 *Quæ requirantur, vt hæc actio competat.*
39 *Quomodo libellus formari debeat.*
40 *Forma libelli.*
41 *Res in ciſta depoſita ſi amiſſæ fuerint quomodo probentur.*
42 *Contraria depoſiti actio cui detur.*

1 IMperator in hoc §. tertiam principalem diuiſionem actionum tradit videlicet, quod quædam actiones ſunt rei perſecutoriæ, quædam pœnales, quædam mixtæ, & hæc diuiſio cauſam finalem actionum continet. Ad hunc enim finem, & effectum omnes actiones tendunt, vt per eas conſequamur rem, vel pœnam quandam, vel denique mixtum vtrumque tam rem quam pœnam ſimul. Vnde iſte, §. quia habet mate-
2 riam cohærentem vſque ad §. omnes, ſolet diuidi in tres partes. Ita vt in prima parte de actionibus rei perſecutorijs tradatur. In ſecunda ibi [ex maleficijs] de pœnalibus. In tertia ibi [vt bonorum] de mixtis. Sed facilioris doctrinæ gratia diuidatis hunc tex. in tres §§. ita vt ſecundus § incipiat, ibi (ex maleficijs) & tertius ibi [Quædam] quod igitur ad primã par-
3 tem huius diuiſionis attinet, ſciendum, rei perſecutoriam actionem eſſe, per quam proſequor, & peto rem, quæ mihi abeſt, & tibi adeſt vt ſunt omnes actiones reales quarum decẽ enumerat, gl. in §. item Seruiana ſupr. end. Hæ enim, ſine delectu rem perſequuntur, ſiue corporalem, ſiue incorporalem vt hic. Sed contra hoc opponit glo. noſtra ſuper verbo in rem actiones eas potius eſſe pœnales, quia iuratur in eis in litem l. qui reſtituere 88. ff. de rei vend. & l. in actionibus, 5. ff. de in litem iurand. Et quia actor poteſt etiam in plus iurare, quam ſit res, quam vindicat, & ita conſequi illud, quod ſibi non abeſt, & reo non adeſt videtur dicendum eas eſſe pœnales, vel mixtas actiones. Sed gloſs. ad hoc duobus modis reſpondet.
4 Et prima eius ſolutio communiter à DD. eſt approbata, videlicet, quod iuramentum in litem locum non venit iure actionis, ſed officio iudicis alias ſequeretur omnes actione, bonæ fidei, in quibus iuramentum in litem locum habet eſſe pœ-
5 nales, vt in §. præterea inf. eod. latius declarabitur. Item, omnes ferre actiones perſonales ex contractibus deſcendentes, ſunt rei perſecutoriæ, quia ad hoc nituntur vt perſequantur id quod actori abeſt, & reo adeſt, & ideo dicitur hic in text, fere, exceptiue, propter actionem depoſitæ quæ in quatuor caſibus eſt mixta, tam rei, quam pœnæ perſecutoria, vt hic in text. verb. Plane, & notabitis ſecundum Gloſ. hic, in verb. Fere, & clarius, per Iaſ. nos hic loqui de pœna legali, quæ ſcilicet ex diſpoſitione legis proficiſcitur, non de pœna conuentionali, quæ ex pact. & conuentione partium proficiſcitur, de qua eſt text. in l. fin. ff. de prætor. ſtip. & in §. fi. ſup. de verb. oblig. & in l. ſtipulatio, iſta 58. §. alteri, 17. ff. de verbor. oblig. Ideo actio ex ſtipulatu, per quam pœna loco intereſſe petitur, non eſt pœnalis, ſed rei perſecutoria ſecundum Doct. poſt Gloſ. ſupr. verb. Fere.

a DE ACTIONE a MVTVI.

Et quia Imperator aliquot actiones perſonales hic enumerat pro formãdis libellis paucis poſt DD. hic eas attingemus. Et primo de actione ex contractu mutui deſcendente dice-
6 mus, quæ condictio certi ſpecialis appellatur. Pro cuius intellectu præmittendum. I. Quod condictio certi eſt duplex.
7 Vna generalis quæ in omni contractu, vbi certum, quod petitur, competit, leg certi condictio, 9. in princ. ff ſi cert. petat. Quando autem contractus dicatur continere, certum declarat. I. C. in l. vbi autem, 75. ff. de verb. obligat. Altera vero ſpecialis, quæ competit tantum pro mutuo. Et quamuis de hoc diuerſæ ſint opiniones DD. ſententia tamen gloſ. noſtræ hic, ſuper [illegible] ibi. & in d. l. certi condictio, ff. ſi cert. pet. & in princ. ſup. [illegible] is mod. in contrah. obl. communiter eſt recepta a. Nam cum mutuum ſit contractus frequentiſſimus par eſt etiam vt habeat propriam & ſpecificam actionem, ſicut cæteri contractus nominati, vt tradunt per DD. in d. l. certi, & ibi DD. Iaſ. ſubijcit teneas quam partem velis, quia nullus,
8 aut modicæ eſt vtilitatis. Semper igitur pro mutuo agitur ad certum, licet aliquid in genere petatur, & genera ſint incerta, quia habetur reſpectus ad id quod mutuo datum eſt, non vt idem in ſpecie, ſed vt tantundem eiuſdem generis, bonitatis, & menſuræ reddatur, l. cum quid, 3. ff. ſi cert. petat. II. Præmittendum, quod condictio certi, ſpecialis, non ſemper pro mutuo competit, ſed tunc demum, quando quis ſimpli-
9 citer petit pecuniam mutuam, ita vt reus ex numeratione, & ſic ex contractu, qui re contrahitur ſolum obligatus ſit & tũc eſt medium concludendi, quia numeraui, & mutuaui. Si vero pecunia mutua deducta eſt in ſtipulationem, adeo c. mu-
10 tuo recipientes per ſtipulationem promiſſit reddere, iam a actio ex ſtipulatu, vel potius condictio certi generalis ex ſtipulatione locum habet, vt eſt tex. hic, iunct. gl. ſup. verb. Petie actor, & tunc medium concludendi eſt quia per ſtipulationẽ reddere promiſiſti. Et iſto poſteriori caſu aduertenda eſt diſtinctio. Nam aut cauſa mutui numero tibi pecuniam, quam in continenti ante, vel poſt deduco in ſtipulationem, & tunc vnus ex contractu ſtipulationis, ſcilicet, & non datur actio ex mutuo, ſed potius ex ſtipulatu. Numeratio enim pecuniæ, magis implendæ ſtipulationis cauſa interceſſiſſe intelligitur, l. ſi ita, 6. §. fin. cum l. ſeq. ff. de nouat. Aut ſtipulatio interuenit ex interuallo, & tunc ſunt duo contractus, & inducitur nouatio primi, quando expreſſe hoc actum eſt, ſicut hodie regulariter requiritur, l. fi. C. de nouat.
11 Pro declaratione igitur huius actionis. Primo quæritur, Cui condictio certi ſpecialis competat, & dic eam dari. I. Ei, qui rem ſuam fungibilem, id eſt, conſiſtentem in numero, pondere, & menſuram, mutuo dedit, vt in princ. ſupra quibus modis re contrah. oblig. II. Domino, procuratore eius pecuniam mutuante, leg. ſi pecuniam, 20. ff. ſi cert. III. Domino cuius ſeruus eo conſentiente credidit, leg. rogaſti, 1 §. fin. ff ſi cert. pet. IV. Furioſo mutuanti, l. ſi à furioſo, 12. ff. eodem. V. Pupillo etiam ſine tutoris authoritate credenti, l. non omnis, 19. § fin. ff eodem.
12 Secundo quæritur: Contra quem locum habeat hæc actio I. Datur contra eum, qui mutuum recepit, patremfamilias ſcilicet, compotem mentis, & puberem, quomodo ille verterit pecuniam mutuo acceptam, l. non aduerſus, 17. & l. cum qui 13. C. ſi certum petat. non autem contra filiumfamilias: neque eius patrem, quia obſtat exceptio. S. C. Macedon. §. illud proprie, 7. infra, quod cum eo, qui in alien. poteſt. &c. II. Contra dominum inſtitore vel procuratore illius mutuum recipiente, leg. ſi inſtitorem, 9. ff. eod. III. Contra ciuitatem,

ADDITIO.

a *Adde quæ de actione mutui ſuperius tradita ſunt titul. quibus modis re contrah. oblig.*

Digitized by Google

tatem, in cuius vſum adminiſtrator mutuum vertit, l. ciuitas
27. ff. eod. IV. Contra Eccleſiam ex cauſa mutui obligatã Au-
then. Hoc ius, porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Dummo-
do, & hoc caſu probetur à creditore, pecuniam verſam eſſe
in vtilitatem Eccleſiæ, d. Aut. hoc ius porrectum.
13 Tertio principaliter quæritur, Ad quid cõpetat hæc actio?
Et etiam breuiter reſpondere eã dari, ad hoc, vt debitor rem
mutuatã reſtituat, nõ quidem in ſpecie, ſeu in diuiduũ (quo-
tieſcunq; enim hoc agitur, vt idem corpus, quod traditur, re-
ſtituatur, non mutuum contrahitur, ſed cadit in aliam ſpeciẽ
contractus, & erit aut commodatum, aut depoſitum, aut pi-
gnus, leg. 2, in princ. ff. ſi cert. pet. Sed in eodem genere pecu-
a nia a pro pecunia, vinum pro vino. Alias ſi pecunia pro vi-
no, vel frumentum, pro vino daretur eſſet vẽditio, vel permu
14 tatio, d. l. 2. in princ. cum ibi notatis Et ſemper in mutuo taci-
te hoc actum intelligitur, vt æque bonum, & in eadem quali-
tate, & bonitate reſtituatur, d. l. cũ quid, ff. ſi cert. petat. Si enim
intelligeretur actum, vt res deterioris conditionis reddi poſ-
ſet, creditor præſumeretur iactare ſuum, ſed in dubio, nemo
præſumitur ſuũ iactare, l. cum de indebito, 25. ff. de probat. Si
vero intelligeretur actum, vt res melior reddatur, pręſumere-
tur vſura, l. rogaſti, 11 § ſi tibi, ff. ſi cert. pet. Sed in dubio deli-
15 ctum non præſumitur, l. merito, 51. ff. pro ſocio. Quid autem
b iuris ſit, quando moneta mutata eſt b mutuata pulchra tradit
Bart. in l. Paulus, 10. ff. de ſol & Canoniſtæ in capit. Quãto, 18.
c ext. de iureiur. & Doctor. in l. cum quid. c Et quia in mutuo
transfertur dominium rei, mutuatæ in recipientem, l. 2. §. ap-
pellata, ff. ſi cert. pet. Periculum etiã caſu fortuiti ad eum ſpe-
ctat, l. incendium, 11. C. ſi cert petat. Periculũ enim caſus for-
tuiti ad eum pertinet, qui eſt dominus l. pignus, 9. C. de pign.
16 act. & ex his colligi poteſt, qualiter libellus formandus ſit.
Actor enim. I. Narrare debet, ſe reo mutuaſſe centum de ſua
propria pecunia: alias enim regulariter non eſſet mutuum, cũ
de meo non fiat, tuum quando non ſunt mutãtis, d. §. appella-
ta. Non tamen neceſſe habet actor probare dominium, nec
agenti ex mutuo opponi poteſt exceptio dominij, tu non fui-
ſti dominus, cũ recipiens habeat cauſam ab eo, iuxta, l. ſi quis
conditionis, 25. Co. de locat. alias ſecund. Fab. & Docto. hic,
agens ex mutuo, viſant nunquam obtineret. Præſumitur
itaque creditor fuiſſe dominus, niſi excipiens velet probare
ſe, aut alium fuiſſe dominum, de quo latius vide Bar. in l. nam
etſi fur. 13 in princip. ff. ſi cert. pet. & Fab. hic nu. 6. Plat. 7. Iaſ.
32. & ſeq. II. Actor. debet petere ſibi reddi, non eandem pecu-
niam, mutuatam in ſpecie, alias non eſſet mutuum, ſed tan-
tundem in genere ſuo, vt ſupra dictum eſt. III. Actor debet
eſſe cautus vt non dicat ſimpliciter numeraui, ſed mutuaui,
Si enim diceret tantum ſe numeraſſe adſtringeret ſe in ſpe-
cie, ad naturale mutuum tantum, vnde ſi poſtea in probatio-
ne adduceret ſolam confeſſionem rei ſuccumberet, ex quo
mutuum naturale, quo in reali numeratione conſiſtit nõ pro
baſſet ſecundũ ciuile mutuum, quod ſola debitoris confeſſio-
ne nititur. Sed ſi in genere liceret ſe mutuaſſe, tũc poſtea pro-
bet, realem & actualem numerationem ſiue confeſſionẽ de-
bitoris, obtinere debet, de quo latius vide hic Iaſ. num. 13 Si
tamen iſto caſu opponeretur exceptio non numeratæ pecu-
niæ, infra biennium, à die confeſſionis emiſſæ, actor nume-
rationem probare cogeretur, alias reus abſolueretur, l. ſi ex
cautione, 3. C. de enumerata pecunia.

Forma libelli.

17 Coram vobis, &c. Comparens N. breuiter commemorat,
quod licet diſpoſitione, atque vigore iurium, is, qui quod ab
alio mutuo accepit, id in eadem bonitate, & quantitate red-
dere teneatur: hoc tamen minimè attento, etſi actor reo pe-
tenti ad promouendam eius rem familiarem centum Tale-
ros electoralis Saxoniæ monetæ, de ſuo ſine vllo intereſſe,
mutuo dederit, tamẽ crebra atque aſſidua interpellatione ſua
actualis ſolutionis compos fieri minime quiuit. Quare petit
poſt factam reſponſionem, iudiciali veſtra ſententia pronun-
ciari, reum ad ſolutionem dictorum centum Talerorum
eiuſdem bonitatis valoris, atque æſtimationis, cum refuſio-
ne intereſſe damnorum, & expenſarum teneri, & ad hanc ip-
ſum legitimis atque ordinarij iuris, remedijs authoritate ve-
ſtra compelli.

d DE ACTIONE d COMMODATI.

18 Commodatum eſt alicuius rei ad certum vſum gratuita fa
cta conceſſione, vt eadem ſpecies & non alia eiuſdem gene-
19 ris redatur vt eſt Glo. in cap. Vnico, extra eod. Et ex hoc cõ-
tractu duæ actiones, oriuntur directa, & contraria. Directa
20 actio datur I. Ei, qui rem ſuam alteri cõmodauit, l. 1. & l rei
commodatæ, 8 ff. eod. II Domino, ſi ſeruus rem domini com
moder, l. e. ſi ſeruus, 14 ff eod. III. Etiam furi, & prædoni rem
alienam commodantibus, hæc actio datur, l. commodare, 15.
cum ſeq ff. eod.
Datur autem I. Aduerſus commodatorium patremfami-
lias, & puberem, qui aliqua res vtenda data eſt, §. item, is cui
2. ſup. quibus modis re contrahat obligat. II Contra filiumfa-
milia, & ſeruum directo, ſed contra dominum, & patrem pe-
culio tenus l. 3 §. ſi filiofamilias, ff eo. III. Contra impuberem
accipientem rem commodato ſine tutoris authoritate, ſi lo-
cupletatus ſit ex coralias impuberes, & furioſi non tenentur,
l. 1. § fin. & l. 2. & 3. in prin. ff. eod. IV. Contra hæredem com-
modatarij pro ea parte, qua hæres eſt, vel in ſolidũ, ſi habeat
facultatem totius rei reſtituendæ, d. l. 3. §. hæres.
21 Sed iam quęritur. Ad quid hæc actio competat: Et dic eam
regulariter dari ad rem ipſam, quæ commodata eſt, in ſpecie,
& non deteriorem reſtituendã, ſi extat, d. § item is cui. Quan-
doque vero ad æſtimationem rei datur, quando res amplius
non extat, ſed dolo & culpa commodatarij perij, & tunc res
adhuc peti debet, licet condemnatio fiat, in æſtimationem,
quia ipſa res, & non æſtimatio eſt in obligatione, vt notatur
poſt text. in l. ſeruum, 91. §. ſi ff. de verb. oblig. Quandoque ad
intereſſe deteriorationis, quando res deterior redditur, d. l. 3.
§. ſi reddita ff. eo. Et hoc eſt verum ſecundum Paul. de Caſtr.
ibi commodans ignorat deteriorationem, quia eſt latens, ſecus
ſi ſciens abſque proteſtatione recipiat, tẽ quia tunc omne in-
tereſſe videtur remiſiſſe, cum nõ teneretur recipere rem ſine
intereſſe deteriorationis. Et an quis inuitus teneatur recipere
rem deterioratam, oblatio precio deteriorationis? Dic quod
22 ſic, vt determinat Ang. in l. & eleganter, 7. §. non ſolum, ff. de
dolo, refert, & ſequitur. D. Iaſ. in d. l. 2. §. mutui datio, in ſi. ff. ſi
certum petat. Cõtrarium videtur de iure Saxonico ſtatutum
in art. 5. lib. 3. vbi dicitur: Quicquid viro commodatur, ſeu op-
pignoratur illud in deterioratum reddere, vel ratione dete-
23 riorationis emendare tenetur. Et quando commodatus ſit
gratia commodatarij tantum, tunc datur hæc actio ad præſtã
dum dolum lata, leuem, vel leuiſſimam culpam, l. ſi vt certo,
5. §. nunc videndum, 2. & leg. in rebus, 18. ff. eod. & d §. item is
cui non autem ad caſum fortuitum, d. l in rebus Niſi in tri-
bus caſibus, 1. Quando culpa cõmodatarij præceſſit caſum 2.
Quando commodatarius commiſit moram, quia interpella-
tus rem commodatam, non reſtituit. 3. Quando pactum eſt
appoſitum, c. Vnico extra eod.
24 Requiritur autem ad hoc, vt hæc actio locum habeat. I.
Quod vſus rei gratis ſit conceſſus. Si enim merces pro vſu
rei datur in pecunia numerata, actio locati competit. Si au-
tem in alia re, & ſpecie merces conſiſtit erit contractus in-
nominatus. Facio vt des ideo actio præſcriptis verbis tunc
locum habet, d. § item is cui in fine iunct §. 2. cum ibi not.
25 ſup. de loc. II. Quod res ſit ad certũ vſum, & determinatum
tempus expreſſum, vel tacitum, conceſſa veluti, commodo ti
bi equum meum, vt proficiſcaris Lipſiam, non adicto tẽpore
qua caſu tacit ineſt tẽpus, intra quod cõmode poſſis eo perue
nire, ac redire, l. continuas, 137 §. cum ita ff. de verb. obl. Alias
eſſet precarium quod etiã gratis datur ad vtedum, ſed in de-
terminato vſu, & in certo tempore vtendi, l. 1. §. & ibi gl. ff. de
preca. Et poteſt reuocari quandocunq; placuerit concedenti
adeò vt pactum ne intra certum tempus reuocetur, adiectũ
non

ADDITIONES.

a *An pecunia pro auro, & argento in pondere, vel maſſa debito? Poſt Iaſonem, & Zaſium ita traditur in §. ſit bona fidei iudi-cijs, nu. 32. infra de actionibus.*
b *Moneta mutata ſolutio fieri poteſt in alia vſu recepta ad valo-rem tamen intrinſecum antiqua moneta. Afflict. c. 1. in verbo Moneta, tit. quæ ſint regal. per l. fideic. §. ſeruo, ff. de leg. 3. per c. olim extra de cenſibus, vbi Canoniſta. Nam extrinſeca æſti-matio monetæ non ſpectatur, niſi cum mora per debitorem ſit. Caſtrenſ. l. vlt. C. communia de leg. Quod ſi moneta extat, ſed eius valor auctus, lucrum & commodum creditoris fuerit. Af-flict. d. loco Boerius dec. 327. vide Gayl. 2. obſer. 73.*
c *Vide conſtit. 28. par. 2.*
d *Vide quæ de commodat. ſuperius tradita ſunt tit. quib. mod. re contrahit obligat.*

non valeat,cum ſit contra ſubſtantiam, & naturam præcarij
l.cum præcario, 12 ff.de prçcar. Sed commodatum reuocari
non poteſt, niſi vſu intra certum tempus determinatum ab-
26 ſoluto.II.Igitur requiritur,vt tempus vel vſus ſit finitus,l.in.
commodato, 17.§ Sicut ff.commodati, & text.in cap. Vni-
27 co,ext.eo. Et ex his etiam colligi poteſt, qualiter libellus for-
mari debeat videlicet. 1. Quod actor in libello ponat, quali-
ter ad poſtulationem,& preces ipſius. Titij ei commodauerit
equum. Si quis enim alicui non petenti commodatum vltro
obtruderet,accipiens tantum de dolo, & non de culpa tene-
retur,d.l.ſi vt certo, §.interdum, 10.in fi.ff.eod. quod ſecund.
Iaſ.hic num.19.diligenter notabitis. 2. Quod commodauerit
ad certum vſum & certum tempus expreſſum vel tacitum,
3.Quod iſte vſus iam ſit finitus, vt dictum eſt. Et poteſt talis
forma libelli tradi.

Forma libelli.

28 Coram vobis, &c.comperat N. actor, breuiter proponens
quod reus ante aliquot ſeptimanas, ipſius equum quo Steti-
num vſque in eundo, atque redeundo vteretur,ad tres ſepti-
manæ commodato petierit: in quod ad ipſius amicam com-
pellationem, citra vllus præcij poſtulationem amicitiæ ergo
cõſueuerit. Poſtquam vero reus domum reuerſus,atque prç-
fixum tempus exactum,ipſe equi reſtitutioñe denegauit,præ
tendẽs,quod per quoſdam itineris ſocios perſuaſus, in caſtra
obſidionis ciuitatis Magdeburgenſis cum ipſis iuerit, ibique
præter expectationem equum ictu glãdia bombardicæ inter
emptum amiſerit. Quia verò actor adhuc vſum illi equum
minimè commodauit, ideo a reo exigit claram ac categori-
cam reſponſionem,eaque facta, petit iudiciali veſtra ſenten-
tia pronunciari, reũ vel ad reſtitutionem equi in eadem qua
accepit bonitate,vel caſu,quo id fieri nequeat, ad æſtimatio-
nẽ valoris eiuſdem, nimirum triginta talerorum, pro quibus
ab actore emptus eſt vna cum expenſis condemnari, & ad id
iudiciali authoritate veſtra compelli.

DE CONTRARIA COMMODATI actione.

29 Contraria commodati actio è diuerſo ipſi cõmodatario
contra commodantem ad diuerſa competit. Aliquãdo enim
datur ad recuperandas expenſas, quas commodatarius in re
commodata facit. Quod eſt verum ſi expenſæ ſunt magnæ:
modica enim impẽdia & cibariorum expenſæ naturali ratio-
ne ad eum pertinent,qui vtendum accipit,d.l.in rebus,§. poſ-
ſunt,ff.eod. & pro maioribus expenſis commodatarius rem
poteſt retinere, donec ſibi de expenſis ſatisfiat. Non autem
pro alio debito,d l.in rebus,§.fi.& l.ſi iuncta Gloſ. ibi C.eod.
Quandoq; competit hęc actio contra commodante intempe
ſtiue reuocantẽ rem, vt patiatur cõmodatarium vti re in cũ
vſum,in quem commodauit Sicut enim ab initio ei liberum
fuit commodare,ita poſtquam commodauit, retro agere, &
intempeſtiue vſum rei auferre non licet, d.l.incommodato,
§.ſicut,facit l.ſicut, 5.C.de oblig.& act. Quandoque ad dam-
na agitur, quæ ex re vitioſa commodata cõmodatarius, paſ-
ſus eſt. Quod eſt verum quando commodans ſciens vitium
rei commodauit,ſecus ſi ignorana dict.l.in rebus,§.item qui
ſciens,& l.pen.ff.eo.Quandoqoe hæc actio cõpetit, vt domo
daos reddat rem commodatã,vel eius æſtimationẽ acceptam
veluti ſi rem commodatam perdidi, & pro ea precium dedi,
deinde res in tuam poteſtatem reddit contrario commoda-
ti iudicio teneris,aut rem mihi præſtare, aut quod accepiſti
reddere, d.l.incommodato, §.fi Ex prædictis conſtat ſecun-
dum diuerſitatem caſum,varijs modis libellum in hac actio-
ne formandum eſſe.De quibus vide Specul. in tit.incommo-
dato, ante fin.

a DE ACTIONE a DEPOSITI.

30 Ex contractu depoſiti (cuius materia in §.præterea, ſupr.
quibus modis re contrah.oblig.tractatur) itidem duæ actio-
nes oriuntur, directa, & contraria. Directa datur. I. Depo-
nenti ſiue ſit patronibus,ſiue ſit filiusfamilias l.Iulia, 19.ff.eo.
adeo, quod etiam fori, & prædoni competat, quia ipſorum
intereſt, cum vero domino,ad rem reſtituendam, per furtũ,
vel violentia ſubtractam,teneatur, l.1.§ ſi prædo, 39.ff.eod.
Sicut etiam illa regula. Spoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus
in prædone locum habet, cap. In literis ext. de reſtit. ſpoliat.
Si tamen dominus,& fur deponens in petitione concurrant,
dominus præferri debet,l. bona fides, 31.circa medium, ff.eo.
II. Datur domino ex diſpoſitione ſeruis ſiue ſit ſeruus vſufru-
ctuarius,ſiue proprius,ſiue alienus bona fide ſeruiens ſiue
hæreditarius,d.le.1.§.non ſolum,27. III. Datur hæredibus &
bonorum poſſeſſoribus,ceteriſque ſucceſſoribus, leg.1.§.hæc
actio,19 Et quando plures ſunt hæredes,& depoſitum com-
modo diuidi poteſt,tũc pro parte hæreditatis cuilibet hæredi
hæc actio datur d l.1.§ ſi pecunia, 36. Competit autem hæc
31 actio, I. Contra depoſitarium habentem facultatem rei re-
ſtituendæ, vel dolo malo deſinentem habere hanc facultatẽ,
d.l.1 §.inde ſcribit,22 II.contra filiumfamilias in ſolidum, &
eius partem peculio tenus. Idem de ſeruo, & domino dicen-
dum eſt d.le.1.§.filiusfamilias, 42. Si tamen filius familias re-
mancipatus,& ſeruus,manumiſſus ſoli tenetur,ſi res depoſi-
tas poſſident,non pater,nec dominus, le.ſi apud filiumfami-
lias,21.ff.eod.III. Datur etiam aduerſus pupillum doli capa-
cem,vel locupletiorem factum,d.leg 1.§.in pupillum, 15.IV.
Contra hæredem depoſitarij ex dolo defuncti in ſimplum;
ex ſuo vero dolo in ſolidum. Et ſi plures ſint hæredes, quili-
bet pro parte hæreditaria conuenitur, l.ſi homines, 7.§.1.ff.
eod.& l.in depoſiti actione, 9.ff.eod.& d.l.1.§.1.
32 Nunc igitur quæritur. Ad quid hæc actio competat: Et
dic eam dari regulariter ad ſimplũ, ideſt ad ipſam rem depo-
33 ſitam reſtituendam, d.l.1.§.1. In quatuor tamen caſibus hic
enumeratis etiam ad duplum datur,& tũc ex mixta,quia per
ſequitur rem ipſum depoſitam, & ſimul pœnam: videlicet,
quando quis incendij, ruinæ, naufragij, vel tumultus cauſa
rem deponit, & depoſitarius poſtea inficiatur depoſitum per
dolum: Is enim condemnabitur in duplum ad rem ſcilicet re-
ſtituendam, & etiam eius æſtimationem, vt hic, & l.1.§.1.ff.
eod. vbi aſſignatur ratio per Iuriſconſult. Cum enim depono
rem penes aliquem,tempore non turbulento, poſſum explo-
rare fidem depoſitarij, & delibera te eligere fidelem quen-
dam amicum. Vnde ſi hominem negligentem elegero, mi-
hi hoc imputare debeo. Cum vero ex neceſſitate propter ca-
ſum fortuitum rem depono, non datur mihi ſic facultas eli-
gendi hominem fidelem. Maior itaque fides tũc requiritur:
ac proinde crimen perfidiæ creſcit, d.l.1.§. Sed iam occurrit
dubium,an idem ſit in ſimilibus caſibus in quib.eadem eſt ra-
tio: veluti,ſi terrore hoſtium nunciato, & imminente res ex
neceſſitate ſic deponatur,vel ſi nuncietur in via eſſe latrones
qui tibi inſidiantur, vel forte aliquis peregrinus in infirmitate
conſtitutus,non habeat apud quem deponat res ſuas,niſi ho-
ſpitem, vel alienos preſentes, quorum fides explorari, & eli-
b gi non poteſt, an ſi poſtea recipiens, neget b depoſitum ad
duplum conueniri poſſit? Et Io Fab hic.n. 5.tenet,quod non,
34 quia iſtud eſt pęnale: ergo ad caſus non expreſſo non exten-
dendum, vul.l.interpretatione, 42.de pęnis, & c.Odia.15.de
reg.iur. in 6. Plat vero hic,n.17. Iaſ 6 & Zaſ.ver. Quod autem
ſi alijs ſimiles caſus contrarium, tenent videlicet, deciſionem
textus noſtri etiam ad ſimiles caſus nõ expreſſos extendi poſ-
ſe,per notabilem theoricam,quæ habet,quod in pænalibus,&
odioſis ex identitate rationis licita ſit extenſio ad ſimiles ca-
ſus, vt eſt textus ſolemnis, in ca. 1. §.item qui dominum, ver.
Sed quia natura, quæ fuit prima cau. benef. amit.in vſib.feu.
vbi dicitur, quamuis cauſæ, quibus feudum amittitur,ſic tibi
expreſſæ ſi tamen ſimiles,aut grauiores caſus cõtingant poſ-
ſe rex ad eos,quoque extendi,quia non poterat omnia ſimilia
cogitare,add. Ang.hic, num.6.ante final. Quandoque ad pre-
35 cium rei hæc actio datur ſi hæres neſciens rem eſſe depoſita
penes teſtatorem eam alienauit, & deinde eam redimere nõ
poteſt ad l.1.§.fi.cum duabus legibus ſequ ff.eo. Idem ad fru-
ctus,& acceſſiones rei depoſitæ, d.l.1.§ & ideo 24. Quando-
que ad intereſſe deteriorationis, d.l.1.§.ſi res depoſita dete-
36 rior. 16.Circa quod notabitis depoſitarium tantum de dolo
teneri quia celebratur hic contractus gratia deponentis tan-
tũ d.§.præterea,ſup quibus modis re contrah.oblig.& d.l.1.§.
ſi quis, in fi.vbi Gl.& Doct. ſubaudiunt etiam latam culpam
quam Iuriſconſ. Nerua dixit eſſe dolum, id eſt, dolum præ-
ſumi.

ADDITIONES.

a *Adde quæ de actione depoſiti ſuperius ſunt illata, & tractata, tit. quib. modis contrah. oblig.*

b *Iuratur quoque in litem aduerſus, eum qui depoſitum negat aut qui dolum, & perfidiam, in depoſito admiſit, l. 1. in depoſito, l. ei apud quem, ff. depoſ. leg. in actionib. ff. de in litem iurando. Vide Plotum, tractatu de in litem iurando, §. 10.*

Digitized by Google

37 ſumi, l.quod Nerua 32.ff. depoſiti. Et præſumitur dolus,& la-
ta culpa,quando depoſitarius, non adhibet illam diligentiam
quam ſuis rebus adhibuit,d.l.quod Nerua,& cap. ſi io.ext.eo.
De leui igitur, & leuiſſima culpa non tenetur ſed deponens
ſibi Imputet, qui negligenti amico rem cuſtodiendam com-
miſit,d.§.præterea. Multo minus de caſu fortuito depoſita-
rius tenetur,niſi de hoc expreſſe conuentum eſſet,d l.1.§.ſę-
pè cum ex conuentione contractus legem accipiant,d.l.1.§ ſi
conuenit.6. Secundo niſi fuit in mora reſtituendi, d.c.ſi.& l.
ſi in Aſia,12.§.ſi.ff.eod. Tertia ſi culpa præceſſit, d.c.fin.& ibi
Gloſ. Vltimo,niſi depoſitarius ſe depoſito obtulit, d.l.1.§ ſæ-
pè.25.ad text.in Saxo.in art.5.lib 3 Ad hoc autem, vt hæc a-
38 ctio competat requiritur. I. Quod res ſit depoſita. Depoſi-
tum enim re interueniente tantum cōtrahitur d.§.præterea.
Per ſimplicem tamen conceſſionem depoſitarij, de recepto
depoſito probatur,l.Publia,26.ff eo Et in hoc priuilegiata eſt
hæc actio, vt ſi quis ſi confeſſus eſt in chirographo ſe habere
pecuniam ex cauſa depoſiti, non poſſit tunc contra eum op-
ponere exceptionem, non numeratæ pecuniæ,l.in contracti-
bus 14 §.ſed quoniam, Co.de non num pec. Sicut nec com-
penſatio contra repetentem depoſitum obijci poteſt, l.ſi. C.
de compenſ. II. Requiritur, quod depoſitarius gratis recepe-
rit depoſitum: nam mercede, interueniente pro cuſtodia rei
actio locati competit,ſi in pecunia numerata merces conſti-
tuta eſt. Si verò in alia re actio præſcriptis verbis locum ha-
bet d l 1 § ſi quis ſeruum,6.ff.eod. Narrabit igitur actor in li-
bello ſe depoſuiſſe rem penes. Titium ſponte, & gratis reci-
39 piente. Item Titium eius cuſtodiam recepiſſe. Nam ſi ali-
quid in domum tuam deponere, nec apparet te ſuſcepiſſe
eius cuſtodiam non poſſea depoſiti cōueniri, ſecundum Fab.
hic.num.14.Ang.6.in med.Ial. 30 & per text.iud.§. præterea,
ibi, *de en re,quam accepit*. Et poteſt,ita formari libellus.

Forma libelli.

40 Præmiſſis præmittendis,N.actor comparens breuiter pro-
ponit, ac dicit quod ad triennium Italiam aditurus, apud reū
N.curam repletam libris iudicis vſq; ad tempus reditus ſuis
aſſeruandam tradiderit, ſique eam gratuito, atque beneuole
in ſuam cuſtodiam receperit chirographo ipſius id atteſtan-
te,cuius copiam auſcultatam exhibet, cum obligatione ſi id
iudiciali cognitione decretum fuerit, ſe chirographi copiam
originali exhibitione comprobaturū eſſe. Et ſi verò hæc cau-
ſa alijs plus fidei, ac diligentiæ requirat, tamen dictus reus
actori ciſtam commemoratam reſtituere contra ius ac fas
deneget.Quare actor petit reſponſionem ad libellū facta pro
nūciari ac declarari reum ad ciſtę prout apud ipſum ea cuſto-
dienda depoſita eſt omni procraſtinatione remota,reſtitutio-
nem,viſſionem,ac relaxationem teneri eum ad hoc compe-
tentibus iuris remedijs compelli, atque cogi.
41 Qualiter autem iſto caſu res in ciſta depoſitæ, ſi amiſſe fue-
rint probentur, vide ordinariam doctrinam Bar. in d.l.1.§.ſi
ciſta,41.ff.eod.Ial. & Doct.in l.actionibus, ff.de in lit.iur. Et
quia hanc q.in §.ſi.ſup.de obl.quæ ex quaſi del. naſc. declara-
uimus hic eam nolo repetere.

a DE CONTRARIA *a* DEPOSITI actione.

42 Contraria verò depoſiti actio ad ſimilitudinem commo-
dati datur ipſi depoſitario, & eius heredib.contra deponente
ad recuperandas expenſa neceſſarias, & vtiles, circa rem de-
poſitam factas,l.ſi in Aſia,12.ff.eod Et quamuis commoda-
tarios expenſas cibariorum non poſſit repetere,l.in reb.18.§.
poſſunt, ff.commodati depoſitarius tamen poteſt, l.actione
23 ff.eod.quia tales impenſæ ad eum pertinent, qui habet v-
ſum,& vtilitatem ex re,quæ cibatur,loquit Paul. de Caſt. per
tex.ibi in d.l.in reb.§.poſſunt. Item datur ad omnē indemni-
b tatem *b* eius,qui depoſitum ſuſcepit, l.ei apud quem, 5.ff.eo.
Et de forma libelli in hac actione, vide Spec.in tit.de depoſi-
c to. Et per hæc fit *c* abſolutus hic. §. De reliquis enim actioni-
bus hic enumeratis, in §.actionum, inf.eod.dicemus.

ADDITIONES.

a *De qua in l.ei apud quem 5.ff.eodem.*
b *At non infamat. Agitur.n.hoc iudicio non fide rupta,ſed de re-
ficiendis impenſis. Nec eodē modo hic iuratur in litē,l 5.ff.eo.*
c *Quid? Non in actione contraria depoſiti venit culpa leuiſſima;
Ait Matheſil.ſing.174.per l.ſeruus communis, ff.de fur.*

§. Ex maleficijs.

1 Continuatio huius, §.
2 Actiones deſcendentes ex maleficijs quotuplices.
3 Actio mere perſonalis quid.
4 Actiones contra fures cur introducta.
5 Cui competat hac actio.
6 Contra quem locum habeat.
7 An impubes,pubertati proximus ex omni delicto teneatur.
8 Ad quid hac actio competat.
9 An furtum manifeſtum grauius puniatur,quam occultum.
*10 An de iure communi veniat pro furto imponenda pæna mor-
tis, vel pæna corporalis, ſeu pecuniaria, & nu.11.*
12 Species furum.
13 Quare fures hodie ſuſpendantur.
14 Vt hac actio locum habeat que requirantur.
15 Quomodo libellus formari debeat, & nu.17.
16 Quare in dubio onus,probandi transferatur in furem.
*18 An ſi actor omiſerit ſpecificationem loci, & temporis in li-
bello, poſſit deinde in probationibus supplere, & ſpecificare.*
19 Forma libelli.

1 ABſolutio,primo membro diuiſionis, ſup in §.præcedenti
traditæ. Imp.in hoc § poſteriora duo membra proſequi
tur. Et primo de actionibus mere pænalibus, & deinde de
actionibus mixtis tum rei,quam pęnæ,perſecutorijs per exē-
pla tradit,ita vt commodè hic §. per Plat. hoc modo ſumme-
2 tur. Actionum deſcendentium, ex maleficijs, quædam ſunt
perſecutoriæ pęnæ tantum vt actio furti quædam mixtæ tam
rei quam pęnæ, vt actio vi bonorum raptorum, & actio. l.
Aq.& actio competens pro legatis relictis pijs locis,retarda-
ta ſolutione vſque ad § quædam. Eſt igitur actio mere pœ-
3 nalis,quæ tantū ipſam pęnam perſequitur, ita vt actor petat
id quod ei non abeſt neque etiam reo adeſt, vt eſt in actione
furti,& in princ.§.pęnales. ſup.eod.declaratum eſt.

a DE ACTIONE *a* FVRTI.

4 Prætermittendū eſt hoc loco odio furum plures actiones
inductas eſſe contra eos, l.ſi pro fure 7.§. furti ff.de condit.
furt. I. Eſt actio ad exhibendum,quæ eſt præparatoria rei vē-
dicationis,de qua in §.præterea inf.eod.dicemus. II. Rei vē-
dicatio,quę competit ſoli domino,iuxta l.in rem, 23 ff.de rei
vendic.contra ipſum furem,& quemcunque poſſeſſorem rei
furtiuæ ſimpliciter ad recuperandam ipſa furto ſubtractam,
& per eam vindicatur res a fure, ſicut a quocunque poſſeſſore,
nec nominabitur fur ſi actor eius honori parcere,velit vt no
tatur in §.fin.ſup.de oblig quæ ex del naſc. III. Actio dicitur
cōdictio furtiua,quæ etiam eſt rei perſecutorio, d.l.ſi pro fu-
re,§ furti, & datur tantum ipſi domino eiuſq; hæredibus, l 14
& l.ſed nec. 11.ff.cond. fur. Contra ipſum furem, & eius hęre-
dem tantum,non autem contra alium extraneum poſſeſſorē
in quo à rei vēdicatione differt, & de hac in §.ſic itaque ſup.
eod. dictum eſt. IV. Eſt actio furti,quæ eſt mere pęnalis,nec
ipſam rem furtiuam perſequitur, ſed ſolum pęnam legitimā,
videlicet duplum, quando furtum eſt occultum, vel quadru-
plum,quando eſt manifeſtum. Nec duplo, aut quadruplo in-
eſt res furtiua, ſed illa per alias actiones rei perſecutorias pe-
ti,& condici poteſt vt hic, & d.§.fin.ſup. de oblig. quæ ex, del.
naſc.Et hæc penalis actio, non tollitur per rei perſecutorias,
ſed vna rei perſecutoria, bene tollit aliam, d.l ſi pro fure, §.
furti. Et licet videatur abſonum pijs auribus quod vltra rem
illæſam, quia etiam duplum, vel quadruplum, conſequatur
non tamen poteſt alia ratio reddi ſecundum Iaſ. quam ſeruēs
odium contra,fures,quod,& omnes condictiones degenera-
re facit,vt in §.ſic itaque ſup.eod. dictum eſt. Item ne delicta
maneant impunita, iuxta l.ita vulneratus, 51.§.quod ſi quis
ff.ad leg.Aquil.Cum de iure, ff.alias, pro furto ſimplici pęna
corporalis, non imponeretur inf.dicetur.
5 Primo, queritur. Cui competat hæc actio furti: I. Ipſi do-
mino cui res ſubtracta, eſt l.ſi vendidero, 80.de fur. II Ei cu-
ius, intereſt rem non eſſe ſubtractam licet non ſit dominus,
vt

ADDITIO.

a *Vide ſupra titulum de oblig.qua ex delicto, & ſequentes, vbi
de furto pleniſſime.*

Digitized by Google

vt eſt creditor, cui expedit pignori potius incumbere, quam perſonæ, §. furti autem, act in 13. ſupr. de obligat. quæ ex del. naſc. Item is, qui ob id tenetur, quod res ſua culpa perijt, quia ad cuſtodiam tenebatur, vt eſt fullo, & ſarcinator, §. item ſi fullo. 15. ſupr. de obl. quæ ex del. naſc. IV. Hæredibus eius, cui res furto ſubtracta eſt l. 1. §. hæredem, ff. de priuatis delict.

6 Secundò, quæritur. Contra quem locum habeat. Et dic eam dari. I. Contra ipſum furem, qui res alienas inuito domino, lucri faciendi animo contrectat, vt ex definitione furti cõſtatque habetur in princip. ſup. de oblig. quæ ex deli. naſc. II. Contra procuratorẽ falſum, citra domini voluntatem exigẽtem ex alienum, l. falſus procurator, 19. C. de furti. III. Contra ipſum dominum, qui rem ſurripit, in qua vſusfructus alienus eſt: nam vſufructuario furti tenetur, l. creditoris, §. 1. ff. de furt. Item in caſu §. aliquando, ſupr. de obligat. quæ ex delict. naſc. IV. Contra creditorem vendentem pignus aut vtentem pignore, leg. ſi pignore, 54. & leg. ſi is qui pignori, 73. ff. de fur. Item contra depoſitarium vtentem depoſito, & commodatarium, vtentem re commodata ad alium vſum, §. furtum autem, 6 cum §. ſequent. ſup. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. V. Contra ſcienter ſuſcipientes, & celantes res furtiuas, §. conceptum, 4. ſup. de obligat. quæ ex delict. naſc. VI. Contra præſtantem conſilium, & opem ad committendum furtum, §. interdum, 11. ſup. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. VII. Contra impuberem pubertati proximum, & doli capacem, §. penultim. ſupr. de oblig. quæ ex delict. naſc. & leg. im-
7 puberem, 23. de furt. Impubes enim pubertati proximus ex omni delicto, excepto adulterio, tenetur, leg. impunitas, 7. Cod. de pœn. leg. pupillum, 111. ff. de regul. iur. & leg. ſi minor 36 ff. ad leg. Iul de adulter. Non tamen ita ſeuere in impuberibus delicta puniuntur, ſicut in maioribus, capit. 1. de delict. pue. & leg. ferre in omnibus, 108. ff. de regul. iur. Hinc Bald. in leg. etſi ſeuerior, 23 numer. 10. Codic. in quibus cauſ. infr. irrog. inquit, impuberem qui committat homicidium licet ſit doli capax, non tamen debere decapitari, refert & ſequitur Dec in dict. leg. fere in omnibus. Infans autem, qui ſic vſque ad ſeptimum annum dicitur, ex delicto non obligatur, leg. infans, 12. ff. ad legem Cornel. de ſicar. quia intellectu caret, & ignorat quid agat, leg. 1. ver. Impuberes, Cod. de falſ. monet. Sicut nec furioſus, in tutore committens homicidium, punitur, leg. Diuus, 14. ff. de offic. præſid. Quomodo enim reus conſtituitur qui neſcit quod faciat? capit. Aliquos, 5. can. 15. quæſt. 1. Non autem hæc actio tanquam famoſa inter patrem, & filium locum habet, §. hi qui. 2. ſup. de obl. quæ ex del. naſc. & l. ſerui & filij, 17. ff. de fur. Neque inter maritum & vxorem, etiam ſolut. matrim. de quo in d. §. hi qui dictum eſt. Sic etiam contra hæredes furis hæc actio non competit quia pęnalis eſt §. non autem, 1 inſ. de perp. & temp. act. & l. 1. ff de priuat. delict.

8 Tertio, principaliter quæritur. Ad quid hæc actio competat; Et quia mere pęnalis eſt, non ipſam rem ſed pęnam legitima perſequitur, videlicet duplum, ſi furtum eſt occultum: ſi vero manifeſtum, competit ad quadruplum rei relata æſtimatione ad verum precium eius temporis, quo fuit res, præcinſior, vt hic, & d. §. fin. & d. l. ſi pro fure, §. furti, iuncta l. in furti actione, 50 ff de furt. Item ad duplum intereſſe communis, l. qui tabulas, ff. de furtis Item ad fructus ſeu ceſſiones rei furtiuæ, l. eum qui, 15. §. non ſolum, & l. qui ſaccum, 15.
9 ff. eod. Quare autem furtum manifeſtum grauius puniatur, quam occultum, cum occulta alias plus, puniantur, quam manifeſta l. non exiſtimo, 54. ff. de adminiſtrat. tutor. in d. §. fin. ſup. de oblig. quæ ex delict. naſc. dictum eſt & vide latius hic Fab. num. 7. Plat. 6. Angel. 2. Iaſ. 20. & Zaſ. hic ver. Sed hic opponas. Et circa prædicta notabitis firmam concluſionem,
10 quod de iure communi ſcripto pro furto, non venit imponenda pęna mortis, vel alias pęna corporalis, ſed tantum pęna pecuniaria dupli, vel quadrupli, præſertim de iure Digeſtorum. Nam de iure Auth. fures fuſtibus aut virgis caſtigari poſſunt. Auth. ſed nouo iure, C. de ſer. fug. Exceptis tribus
11 caſibus, vbi etiam furibus pœna mortis imponitur. I. In caſu l. penult. ff. de cond. cau. dat. cau. non ſecuta. Qui eſt ſpecialis, propter vtilitatem, perſonæ ſeruilis. II. In caſu, §. ſi quis 5. ſolidos, de pace ten. & eius viola. in vſib. feud. Nam ibi concurrebat cum furto violatio pacis ſicut colligitur ex Rub. ſub qua poſitus eſt iſte, §. Cum Rub. ſit optima interpres, nigri, vt traditur plenè, per Iaſ. in princip. tit. noſtri. Et procedit iſta diſpoſitio ſecundum communiorem doctrinam. DD. ibi, in fure conſueto furari. Et poteſt eſſe ratio quia, vt Canon. inquiunt, in cap. fin. can. 23. q. 6. humanæ naturæ proprium eſt, conſueta ſumma affectione diligere, & abhorrere quæ in deſuetudinem abiere. Et I. C. in l. præcipiunt, 37. ff. de edil. ædſ. inquit. Tria ſancipiat, & veteram difficile eſt reformari, & ad ſuos mores formare. Ac facit id quod Bal. inquit, in leg. 3. Co. de epiſc. aud. Qui geminat delictum, veniam non meretur. III. Fallit in famoſo latrone ſeu graſſatore, leg. capitalium, 28. §. famoſos, 15. & §. graſſatores, 10 ff de pœn. Hinc DD. in Auth. ſed nouo iure, referunt quatuor ſpecies furum.
12 Quidam enim ſunt fures improbi, qui clam, & ſine armis, & fractura furantur, & iſti ſunt domeſtici. De quibus text. in le. perſpiciendum, 11. §. furia domeſtica, ff. de pęn. Quidam improbiores, qui cum fractura furantur de quibus in l. 1. explicatores, ff. de fracto. Quidam improbiſſimi, qui in ſtrata publica, ſine tamen interfectione furantur, & vocantur graſſatores, d. l. capitalium, §. graſſatores. Quidam denique ſunt plus, quam improbiſſimi fures qui in ſtrata publica, & cum interfectione furantur, & graſſantur, de quibus propriè lo-
13 quitur text. in d. §. famoſos. Et quamuis DD. in Auth. ſed nouo iure, & in d. §. ſi quis 5. ſolidos, & pro contra diſputent, an hodie de iure ſcripto fures ſuſpendi aut mori debeant, tamen, vt inquit Zaſ. hic notiſſima eſt conſuetudo totius orbis, quæ fures furca ſuſpendit, quam licet DD. improbent, fruſtra tamen nituntur. Quotieſcumq; enim, multis præſtantibus exemplo opus eſt pęnæ augeri poſſunt, l. aut facta, 16. §. fi. ff. de pęnis. Vt pęna vnius, ſit metus, aliorum, l. 1. C. ad legem Iul. repetunt, & de iure Saxon. expreſſe cauetur, fures eſſe ſuſpendendos, in art. 13. l. 2. & approbata eſt hæc conſuetudo per Imper. Carol. V. [In der peinlichen halßgerichts ordnung.] Quod viri debeant ſuſpendi, mulieres vero, in aquis
a ſuffocari a c. 157. cum aliquot cap. ſeq. ita tamen, vt reſtringatur ad quantitatem, in d. §. ſi quis. 5. ſolidos expreſſam. De quo latius vide quæ in d. §. fin. ſup. de oblig. quæ ex delict. naſcun. dicta ſunt.

14 Ad hoc autem, vt iſta actio locum habeat. I. Requiritur, quod furtum ſit commiſſum ab eo, qui cõuenitur. Nam licet a tertio, etiã bonæ fidei poſſeſſore res furtiua non refuſo precio ſit reſtituenda, l. in ciuilem, 2. C. de furtis, non tamen is, neque ipſius furis hęredes, pęnalis hac actione furti conueniri poſſunt, propter regulam quæ habetur, in §. non autem, infr. de perpet. & temp. act. Item, quia pęne ſuos debent tenere authore, l. ſancimus, 22. C. de pęnis. II. Requiritur. quod actor ſit dominus rei, vel alias eius interſit rem furto ſubtractam, non eſſe vt in prima quæſt. principali dictum eſt.

15 Quod autem ad formationem libelli attinet. I. Actor narrare debet qualiter reus furto abſtulit rem nec opus eſt vt inſerantur verba, ſcienter, doloſè, & animo lucrandi, quia illa in dubio præſumuntur, vt notatur in §. placuit 7. ſup. de obligat.
16 quæ eſt del naſc. Et Bald. in l. 1. C. de confeſſis, dicit in dubio in furto, & homicidio ſemper ineſſe dolum id onus probandi transferri in furem, quod non animo furandi contrectauerit, niſi appareant aliqua eum excuſantia vt quia erat conſanguineus, aut amicus domini. De quo vide. Plat. in princip.
17 nu. 4. ſup. de obl. quæ ex del. naſc. & Iaſ. hic nu. 70. II. Actor exprimere debet, rem illam ad ſe ſpectare iure dominij, vel poſſeſſionis, cum alter fiat æſtimatio ratione ſolius poſſeſſionis, quam dominij. De quo vide hic Iaſ. nu. 74. III. In libello exprimi debet valor rei ſubtractæ, licet is, & in proceſſu declarari, & probari poſſit, de quo Iaſ. hic n. 73. IV. Qualitas furti exprimenda, eſt an ſit furtum occultum, vel manifeſtum, vt iudex ſciat quam pęnam imponere debeat. Item annus, menſis, & locus cõmiſſi furtim libello exprimi debet, per notabilem theoricam, quæ habetur in l. liberorum, ff. de accuſ. nimirum in criminibus, ſiue publicis, ſiue priuatis, quando agitur criminaliter, neceſſario in libello quęrimoniali, annum, menſem, & locum vbi delictum, commiſſum eſt exprimi. Quod etiam habet locũ, quando pro tali delicto agitur ciuiliter, quoties ipſum delictum infamat vel de iure, vel de facto, vt notatur per Bal. & DD. in l. 1. ff de edendo, & l. edita. 3. C. de eden. per tex. in l. prætor, 7. ff. de iniurijs. Non tamen dies, & hora commiſſi delicti in libello accuſatoriode neceſſitate exprimi debent, vt eſt tex. in d. l. libellorum, & notatur in l. pen. C. de accuſ. Niſi aliquo die aut hora factum eſſet punibile, & alio tempore, non quia alias non concluderetur eſſe delictum, cum in delictis habeamus regulam, quod in dubio ſemper debemus intelligere factum tempore licito, non autem tempore prohibito, ſecundum Bar. in l. non ſolum. 8. §. ſed vt probari,

ADDITIO.

a *Vide ſup. de oblig. ex delict.*

Digitized by Google

18 ij,ff. de nou.oper.nunc. & Iaſ.hic, num. 58. & ſeq. quia deli-
ctum non præſumitur,l.meritò,51.ff.pro ſocio. An autem,ſi
actor omiſerit illam ſpecificationem loci, & tẽporis in libel-
lo poſſit deinde in probationib.ſupplere, & ſpecificare. Et D.
Iaſ. hic num.64. poſt multa allegat concludit, quod non, &
mouetur eo potiſſimum fundamento,quia poſt litem conte-
ſtatam, non poteſt fieri additio, vel ſuppletio ad libellum, vt
notatur in d. l. edicta. C. de edendo. Sicut in tertis Sax. poſt
præſtitam guarandam libellus mutari non poteſt, vt habetur
in ar. 15.lib.2.& ar.14.lib. 3. Et poſt libellus ita formari.

Forma libelli in actione furti.

19 Præmiſſis præmittendis,comparens N.breuiter proponit,
quod proximo menſe Aprilis huius 61.anni reus.N.ex hypo.
cauſto actoris in collegio clara luce argumento poculum va
loris 30.florenorum,ad actorem dominij iure ſpectans ſe in-
ſcio atque inuito aſportarit, atque furtiue ſubtraxerit idque
nonnullis hominibus in ſpectantibus, eumque inclamantib.
Quare actor petit iudiciali ſententia veſtra declarari ac pro-
nunciari quod reus manifeſtum furtum commiſerit,atque vi
gore,& diſpoſitione iuris ciuilis vltra ablati poculi reſtitutio-
nem ad æſtimationem eius quadruplum nimirum 100. flo-
renos teneatur. In quam actor etiam, vt & in expenſas eum
cum imploratione officij veſtri nobilis condemnari petit, ius
& iuſtitiam ſibi adminiſtrari rogans.

DE ACTIONIBVS MIXTIS.

a Verſ. Vi bonorum a raptorum.

1 *Argumentum huius verſiculi.*
2 *Actio vi bonorum raptorum cui competat.*
3 *An mitius agatur cum raptore quam cum fure manifeſto, eiuſque ratio, & nu.4.*
5 *An raptor dicatur fur manifeſtus, vel non.*
6 *Ad quid competat hæc actio.*
7 *Cui competat.*
8 *Contra quem detur.*
9 *Appellatione familiæ qui contineantur.*
10 *Vt hæc actio locum habeat, quæ requirantur.*
11 *Qualiter libellus in hac actione formari debeat, & num. 12. & 16.*
13 *Vt violentia cum armis dicatur commiſſa, quæ requirantur.*
14 *Portans arma, præſumitur habere malum animum.*
15 *Portans arma prohibita vltra pœnam ſtatuti debet ea perdere, & quæ veniant appellatione armorum.*
17 *Negante reo ſe tot res, vel tanti valoris abſtuliſſe quomodo, qualitas valor, & quantitas rerum amiſſarum probetur.*
18 *An violentia legitime probata, admittatur iuramentum ad probandum damnum, & quæ debeant concurrere.*
19 *Si quis ſit derobatus, & petat damni emendationem, an ſtetur iuramento eius ſuper qualitate rerum amiſſarum.*
20 *Forma libelli.*

1 POſtquam Imperator tradidit de actione furti, quæ mere
pœnalis eſt,nunc tertium membrum diuiſionis in § præ-
ced.traditæ proſequitur, & actiones mixtas declarare incipit.
Et primo dicit de actionib. mixtis,quæ partim ſunt pœnales,
& partim rei perſecutoriæ,ita vt per eas non tantum rem
noſtram, aut nobis debitam,ſed etiam pœnam perſequamur,
vt eſt actio vi bonorum raptorum, & leg. Aquilia. Item
actio ex teſtamento, quæ pro legato venerabilibus locis re-
licto competit. Et quia materia priorum duarum actionum
ſupra in titulis ordinarijs declarata eſt, paucis eam hic attin-
gemus.
2 Et primo quod ad actionem vi bonorum raptorum atti-
net, ſciendum, illam competere contra rapientem per vim
ablatiuam res noſtras mobiles, infr. annum ad quadruplum,
poſt annum vero ad ſimplum,l.2.in princ. ff. eod. & in princ.
ſup.de vi bo.rapt. Et huic quadruplo ineſt rei perſecutio, quæ
per vim ablata eſt, ita vt triplum tantum pœnam ſit, d.princ.
3 ſup.eod. Vnde etiam mixta actio dicitur. Et ſic aliquando mi-
tius agitur cum raptore,quam cum fure manifeſto,qui vltra
rem furto ſubtractam ad pœnam quadrupli tenetur, quod
eſt plus quam mirabile,cum rapere ſit improbus dicitur fura
ri. Nam raptor eſt fur,& fur improbus dicitur d. princ. ſupr.
eod. Et variæ aſſignantur à DD. hic, & in d. princ. ſupr. eod.
rationes parum concludentes, ita vt hoc caſu merito videa-
tur locum habere,l.non omnium,30.ff.de legib. Io.Fab.enim
hic dicit, hoc fieri propter frequentiam furti, cum furta fre-
quentius committantur,quã rapinę,iuxta l.aut facta,16.§.ff.
4 de pœnis. Sed quia furtum occultum frequentius eſt mani-
feſto,& tamen mitius punitur, quam manifeſtum furtũ hæc
ratio per Iaſ.& Zaſ.hic reprobauit. Et aliæ rationes, quæ in
effecto negant raptorem mitius puniri aſſignatur, quia de
iure communi præſertim Digeſtorum,furti pęna tantum eſt
pecuniaria, vt ſupra dictum eſt. Raptor vero vltra pœnam
pecuniariam tripli,etiam criminaliter,ex l.Iulia de vi publ.&
vi priua,propter violentiam commiſſam accuſari poteſt: cu-
ius pęna aliquando eſt amiſſio tertiæ partis bonorũ aliquan-
do deportatio, & interdum vltimum ſupplicium, vt notatur
in §.item l.Iulia, de vi,8. inſ. de pub. iud. & l. quoniam,6. C.
ad leg.Iul.de vi pub. Et qua hoc magis grauatur raptor,quam
fur,nõ mirum quod in alio alleuietur,per reg. l.eum qui,30.
in princ.iuncta Glo.ſuper verb Probandi. ff. de iureiur. Item
prætor raptorem etiam furti actione onerauit, d. princ. ſup.
eo. Videtur itaque introduxiſſe pœnam raptus mitiorem,ne
afflictio adeṙetur afflictio, l. Diuus 14. iuncta Gl.ff.de officio
5 præt. De quo latius vide hic Iaſ. num. 18. Et an raptor dica-
tur fur manifeſtus, vel occultus,vide poſt Glo. hic, & alios D.
Iaſ.nu.21.& Zaſ.verſ.Sed quod diximus,& ea,quæ in d.prin-
6 cip.in ſecund. notab.ſup.eod.dicta ſunt. Et ex prædictis con-
ſtat,ad quid hæc actio competat, videlicet, ad quadruplum,ſi
infra annum commiſſæ rapinæ raptor conueniatur, poſt an-
num vero ad ſimplum,tex.eſt in d.prin & in d.l.2. in prin.ff.
eod. Quod eſt verum. I. Si Chriſtianus vim paſſus eſt, ſecus
quando Iudæus contra Chriſtianum raptorem agit. Nam,
tunc Iudæus duplum tantum conſequitur,quocunq.tempore
agat, l.Chriſtianis,6. C. de paganis. II. Procedit in primo, &
ſecundo capite huius edicti,non autem in tertio,quando ſci-
licet damnum datum eſt in turba, ad hoc principaliter non
congregata, ſed ad curſum, & clamorem alicuius contracta.
Nam tunc propter dolum exclamantis ipſe ad duplum infra
annum tenetur,poſt annum vero ad ſimplum,l.4. In princip.
iuncto, §. ſi quis aduentu,6. verſ. Eritque hæc differentia, ff.
eod. De quo in 3. notab. in princip. ſup. eod. dictum eſt, &
videte hic Plat.nu.12. verſ.vlt.
7 Secundo, principaliter videndum eſt, cui hæc actio com-
petat? Et generaliter dic, tam dari cui, bona mobilia, vel
mouentia per vim rapta, & ablata ſunt, dict.l.2. in princip.ff.
eod. ſiue ſit dominus illorum bonorum, ſiue non, dummo-
do eius interſit, ſicut de actione furti dictum eſt, §. fin. ſupr.
eod.& l.1.§.in hac actione,22.ff.eod. Vnde datur commoda-
tario, depoſitario, creditori,d.§ final. Et iſto caſu non agitur
ad quadruplum ipſius rei raptæ, ſed eius, quod intereſt ipſius
actoris, vt in d.§.fin.declaratum eſt. Item hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus eius cui res per vim raptæ ſunt, hæc actio datur,
d.l.2.§.ſi.ff.eod.
8 Tertio videndum eſt, contra quem hæc actio competat?
Et breuiter reſpondete eam dari. I. Contra eum,qui vi abla-
tiua rapuit rem alienam mobilem,etiamſi minimum rem
rapuerit, vt notatur in §.1.ſup.de vi bono rapt. Quod amplia-
tur procedere, ſiue quis per ſe rapuerit, ſiue cogerit homi-
nes vt raperent. Qui.n.principalis eſt, & homines coadiuua-
nit,tenetur de damno, non ſolum quod ipſe dedit, ſed etiam
de eo, quod homines per ipſum coacti dederunt, qui etiam
hac actione tenentur,l.2.§.ſi quis non homines,12. ff.eod. II.
Contra dominum, ſi ſeruus vim feciſſe,dicatur domino ne-
ſciente,l.pen.C.eod.& l.2.in princip.ff.eod. Item dominus te
netur nomine familiæ. Et continentur appellatione familiæ
hi,qui in miniſterio ſunt,etiamſi liberi homines ſunt,vel ſer-
9 ui alieni bona fide ſeruientes; & liberatur dominus,quando
pro omnib. ſeruis ſemel offert quadruplum,vel ſi noxę dede-
rit eos,qui dolo quid fecerunt,d.l.2 §.hæc actio,14. verſ. Fa-
miliæ. III. Contra hæredem donatoris, qui per vim a dona-
tario rem donatam rapuit,l.2.C eod. IV. Contra creditorem
per vim rapientem res ſibi obligadas,l.3.C.eod. V. Etiam con
tra impuberem doli capace,d.leg 2.§. vi bonorum raptorum,
19. Non autem datur contra hæredes, cæteroſque ſucceſſo-
res, quia pœnalis eſt, d.l.2.§.ſi.ff.eod.
10 Ad hoc autem, vt hæc actio locum habeat. I. Requiritur,
quod quis per vim rapuit, & hoc non ſolum verificatur quo-
ad factum,ſed etiam quo ad animum. Vnde ſi quis acceſſit
ad

ADDITIO.

a *Adde ſupra titulum, vi bonorum raptorum.*

Digitized by Google

ad domũ alterius,& inde rapuit aliqua bona,nemine ibi exi-
ſtente tenetur actione vi bonorum raptorum, ſi modo para-
tus erat vim facere,ſi reſiſtẽtem inueniſſet, tex.eſt in l.ſi quis
ex domo (al.eſt §.30.in l.ſi quis vxori,52.) ff.de fur. Attendi-
tur enim propoſitum,& voluntas,c.Cum voluntate,54.cum
ſimilibus,ext.de ſent.excommunicatio. II. Requiritur,quod
cum vi concurrat dolus, & rapiens ſit in dolo, §. ſup. eod.&
d.l.2 §.doli,8.& §.hæc actione,18.ff.eod.vbi dicit I. C. ſi quis
aliquo errore doctus,rem ſuam exiſtimans eſſe,& imprudẽ-
tia iuris eo animo rapuerit,quaſi domino liceat etiã per vim
rem ſuam auferre,ab actione vi bonorum rapt.abſolui debe
re. Ne tamen per hoc via aperiatur auaritiæ raptorum, alia
pœna introducta eſt,videlicet vt violẽter rapiens res ſuas mo-
biles,& inuadens poſſeſſionem rei ſuæ immobilis,amittat do
minium rerum. Si vero non eſt dominus, etiamſi exiſtimat
eſſe ſuas,tenetur vltra reſtitutionem rerum etiam ad earum
æſtimationem text.eſt in d.§.1. ſup. eod.& in l.ſi quis in tan-
tam 7.C.vnde vi add.l.extat,13.ff.quod metus cauſa.III. Re-
quiritur quod res mobiles per reum ablatæ ſint. Nam pro
violentia expulſione,& inuaſione rei immobilis interdictum
Vnde vi locum habet, l. 1. C. eod.

11 Ex prædictis facile colligi poteſt, qualiter in hac actione
libellus ſit formandus. Et primo annus, & menſis commiſſæ
violentiæ exprimi debent,duplicem ob cauſam. I. Ob diſpo-
ſitionem, l. libellorum, ff. de accuſ. II. Quia hæc actio datur
infra annum ad quadruplum, poſt annum ad ſimplũ, d. prin.
ſup.eod.& in l.2.in princ. ff.eod.& in l.fi. C. eod. Et intelligi-
tur de anno vtili,qui continet,65.dies,in quibus quis poteſta-
tem habet experiundi contra raptorem qui annus adhuc ho-
die durat,nec per l.fin.C.de temp.in integrum reſtit.eſt corre
ctus, vbi Imperator loco vtilis anni introduxit quadrienniũ
continuum, quia illud habet locum in reſtitutionibus con-
cedendi, non in alijs, vt eſt Gloſſ. communiter approbata,
in §. rurſus, ſupr. verb. Annum ſup.eod.& add. Plat. hic nu-
mero 9. in fin.

12 Secundo, actor narrare debet, reum per vim rapuiſſe
res mobiles,nec de neceſſitate addenda ſunt verba,armatum
enſe. Nam ad hoc, vt quis teneatur actione vi bonorum ra-
ptorum,non requiritur violentia cum armis,l. 2.§. item ſi pro
ponas, 7.ff. eod. Poteſt enim violentia ſine armis inferri. Vn-
13 de ſumpta occaſione D. Iaſ. hic quædam notabilia dicta de
armis ſubijcit. Inter quæ. I. Notabitis,quod ad hoc, vt dica-
tur violentia commiſſa cum armis ſufficiat terror armorum,
l. 3. §.armis ff.de vi & vi arm. quem tex ibi Bat. notat ad ſtatu-
ta punientia inſultum,cum armis,vt ſi quis habet arma ad la-
14 tus,quamuis ea non extraxerit,tamen dicatur vim armis in-
tuliſſe. Quia is, qui portat arma,præſumitur habere malum
animum, vt eſt Gloſ.ſingularis, in §.ſi quis ruſticus,ver.Mer-
cator, in verb. Non vt quem lædat, de pace tamen, & eius
viol.in vſib.feud. Vnde ex eo ipſo, quod quis ſtat armatus cũ
occiſoribus alicuius præſumitur eis opem ferre. I. Innoc. in
15 c. Continentiæ, 4. extra de cleric. perſecutore. II. Notabitis,
quod portans arma prohibita, vltra pœnam ſtatuti debet etiã
ea perdere,ſecund. Bald in d.verſ. Mercat. Sic & de iure Sax.
cauetur: Qui in alterius damnum gladiũ extrahit, ille iudici
gladium relinquere tenetur, art.62. lib. 1. Et quæ veniant ap-
pellatione armorum, vide omnino Iaſ. hic n.82.& pulchre
Plat.in §.item lex. Iulia, nu.5. infra de pub.iud.

16 Tertio, actor in libello quantitatem, & valorem rerum
ſubtractarum exprimere debet,ſicut in actione furti, vt con-
demnatio in quadruplo fieri poſſit. Sed iam occurrit dubium
quando reus, negat ſe tot res & tanti valoris rapuiſſe, quo-
modo qualitas, valor, & quantitas rerum amiſſarum probe-
17 tur? Et dic, quod iſto caſu probata violentia, probetur dif-
ficultatem probationum ſtabitum iuramento actoris, ſuper
quantitate,& valore rerum ſubtractarum,vt eſt textus ordi-
narius in l. ſi quando, 9. vnde vi, & in c. fi. extra de his, quæ
vi metuſue cauſa. Debet tamen actor allegare veriſimilia,
ita vt attenta conditione ipſius perſonæ, & diuitiarum, ve-
riſimile ſit, tot, & tanti valoris res ſibi ſubtracta eſſe, ſecun-
dum Gloſ. in d. l.ſi quando, ſuper verb. Qualitatem. Et pro
intellectu, d.l.ſi quando, diligenter notabitis crimen violen-
tiæ per iuramentum non probari, cum in criminalibus, pro-
bationes debeant luce meridiana eſſe clariores, l.fi.C.de pro-
18 bat. Sed violentia legitimè probata, admittitur iuramen-
tum ad probandum damnum, ita tamen vt duo concurrant.
I. Difficultas probandi res amiſſas, quæ eſt, vbicunque res
ad oculum demonſtrari non poſſunt, vt tradit Bartol. in l. in
actionibus,5.num.12.ff. de in litem iurand. & D. Iaſ in d.l.ſi
Quando,num.35.II. Odium ſpoliantis,nec ſufficit difficultas
probandi abſque delicto cõuenti, quod facita ad pulchrã quæ-
19 ſtionem, quam DD. mouent, in d.l ſi quando,& Canoniſt.
in d. cap.fi. Nam pone,ſtatuto caueri,ſi quis fuerit derobatus
in villa,vt villa teneatur ad emendationem damni,an debeat
dari ſub iuramento ſuper qualitate rerum amiſſarum. Et cõ-
munis eſt concluſio,quod non. Licet enim ſit difficultas pro-
bandi quia ſolus fuit, & etiam odium ſpoliantis, tamen villa
quę conuenitur,non commiſſit delictum,ſed tenetur de ma-
leficio alterius vigore ſtatuti. Et ideo limitant DD. diſpoſi-
tionem, d.l.ſi quando, & cap.fi. vt procedat, quando imme-
diate agitur contra ipſum delinquentem: ſecus, ſi contra
tertium ageretur, qui pro delinquente teneretur: Et iſta eſt
communis ſententia,quam vſus iudiciorum approbat, vt re-
fert.D.Iaſ.in d.l.ſi quando,num.8. Quod diligenter notabitis
pro dominis terrarum, qui a tranſeuntibus receperunt vect.
Nam & hi ad emendationem damni tenetur, ſi tranſeuntes
fuerint de robati,ſec. Bald.in §. conuenticula, de pace tenen.
int.ſubd. & iur.fir. in vſibus feud. Et expreſſe cauetur de iure
Saxo. in ar.17. lib. 2. De quo in §. Item is,ex cuius cœnaculo
ſup. de oblig. quæ ex quaſi del.naſc.dictum eſt. Et prædictis
addite,licet per iuramentum cæteris paribus, res amiſſæ pro-
bentur, tamen hoc eſſe verum præcedente taxatione iudicis,
d. l.ſi quando. Nam de iure ciuili actor damno ſibi illatum
ad certam ſummam æſtimat,quam iudex poſt modum taxat
& tenetur actor iurare damnum emendandum, quantitate
taxata non fuiſſe leuius. Sicut hoc etiam in taxatione expen-
ſarum obſeruatur. De iure vero Saxonico æſtimat actor dam
num datum ad aliquam ſummam,quam damnificans ei per-
ſoluere tenetur,niſi mediante iuramento,petitam ſummam
extenuare poſſit,quo caſu extenuationis ſuæ ſtatur, artic.47.
lib.3.ad de proceſ. Koning.c.137. Porro libellus in hac actio-
ne ita formari poſſe.

Forma libelli.

20 Præmiſſis præmittendis Comparens N. coram vobis præ-
titer narrat,quod etſi iure communi ſcripto, probabilibus at-
que honeſtis de cauſis omnis vis: atq; violenta concuſſio gra-
uiſſimis pœnis ſeueriſſime prohibita ſit, ex maxima vero,ne
quis alteri res ſuas rapere atque auferre ſub pœna quadrupli
auſit tamen eo non attento, ſed contumaciter ſpreto, reus
hoc anno 61. in menſe Martio armata manu, cum aliquot
equitibus in ædes actoris irrupit ciſtas eius perfregit, atque
inde veſtimenta eius cum quinque poculis argenteis,alijſque
ſupellectibus, quæ actor quingentorum florenorum pretio
æſtimat, vi erripuit, atque ſecum contra ius, & de facto
abduxit. Quare actor petit poſt reſponſionem, quam à reo
exigit iudiciali veſtra ſententia pronunciari, reum ob com-
miſſam violentiam in dictam pœnam iuris incidiſſe, & a-
ctori teneri in quadruplum, videlicet duo millia floreno-
rum, vna cum expenſis ſoluendorum: in quę actor eum con-
demnari peti.

SECVNDA ACTIO MIXTA.

a De actione legis a Aquiliæ.

1 *Quare actio l. Aquiliæ dicatur mixta, & n.2.*
3 *Ad quid competat hæc actio, & num.4.*
5 *Quomodo res æſtimare debeat.*
6 *Aeſtimatio de iure Saxo. quomodo fiat.*
7 *Quomodo damnum datum ſit reſtituendum.*
8 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat, & n.10.*
9 *Iniuria hic quomodo accipiatur.*
11 *Cui competat hæc actio.*
12 *Contra quem locum habeat.*
13 *Forma libelli.*

HÆc actio duplici reſpectu inter mixtas actiones refertur,
ita vt non ſolum ad veram æſtimationem damni dati,ſed
etiam ad pœnam competat. I. Dicitur mixta, quia reus ſi
conuentus in iudicio inficiatur,& neget ſe damnum dediſſe,
& ab actore conuincitur, propter mendacium condemnatur
ad duplum, vt hic,& l.contra negantẽ,4.C.eo.& l.inde Nera-
tius

ADDITIO.

a *Adde ſupra tit. de leg. Aquilia.*

Digitized by Google

rius, 22. §. hæc actio, ff. eod. Poteſt tamen reus vitare pęnam
dupli quando defert actori iuramétum, antequam actor ſu-
beat onus probationis, & ita ab onere probandi eum releuat,
tunc enim ad ſimplum tantum, cõdemnabitur reus, per l. eũ,
qui, 30. in prin. ff. de iureiur. II. Dicitur mixta, non quidem di-
2 recto, & aperte, ſed per interpretationem legis, vt quando ex
primo capite le. Aquiliæ agitur propter occiſum ſeruum, aut
quadrupedem, quæ pecudum numero continetur, tunc enim
res non tantum æſtimatur, ſecundum valorem præſentis tẽ-
poris, damni ſcilicet dati, ſed quanti plurimi valuit anno præ-
terito, & ita reus in plus condemnatur, quam in ſimplum, &
verum pretium rei. Veluti ſi ſeruo pictori pollex fuerit pręci-
ſus, & ia intra annum deinde ab alio occiſus, competit domi-
no actio leg. Aquil. contra interficientem, & eo pretio ſeruus
æſtimandus eſt, quanti fuit priuſquam artem cum pollice a-
mitteret, d. l. inde Neratius, §. idem Iulianus, 3. & le. ait lex. 21.
ff. eod. Ita etiam quando agitur ex tertio cap. Propter vulne-
ratum ſeruum, aut quadrupedem, quæ pecudum numero cõ-
tinetur, aut occiſam, vel vulneratam quadrupedem, quæ pe-
cudum numero continetur. Nam tunc etiam ſit æſtimatio
non quanti res valuit infra annum, ſed quanti plurimi valet
infra 30. dies proximos præteritos, §. capite tertio, 13. ſupr. eo-
dem. Et ex his colligi poteſt, ad quid hæc actio competat, vi-
3 delicet, ad duplum, quando contra inficiantem agitur, ſiue ex
primo, ſiue tertio capite Leg. Aquiliæ. Item ad commune in-
tereſſe, ſeu æſtimationem damni dati, quanti plurimi res va-
luit infra annum quando ex primo capite agitur, vel infra 30.
dies proximos, quando ex tertio capite agitur. Item in hac a-
4 ctione venit etiam intereſſe extrinſecum, ita vt conſideretur
omnis vtilitas, quę ex re perempta percipi poterat, vt declara-
tur in §. illud 4. ſupr. eod. & in l. proinde, 22. & in dict. l. inde
Neratius, §. 2. & in §. ſumma ff. eod vbi dicitur. In ſumma om
nia commoda, quæ intra annum, quo interſectus eſt pretio-
ſiorem ſeruum facerent, hæc accedere ad eius æſtimationem
dicendum eſt. Et quamuis ad cetera damna, & intereſſe hæc
actio competat, l. qua actione, 7. in princ. ff. eod tamen in ea
non habetur ratio intereſſe ſingularis, vt eſt tex. in l. ſi ſeruum
5 meum, 33. ff. eod. Nec enim res ex affectione, & vtilitate ſin-
gulorum, ſed ſecundum communem valorem æſtimari de-
bent, l. precia rerum, 63. in prin. ff. ad leg. Falc. De quo in prim.
in ſecund. notab. ſup. eo. dictum eſt. De iure vero Sax. moni-
6 ta ſit ęſtimatio ſecundum valorem præteriti anni, ſed qui
pleraque animalia habent expreſſum Vvergeldum, de quo in
art. 51. lib. 3. iniuria occidens quadrupedem, pecudum nume-
ro contentam ſoluendo eius Vvergeldum liberatur. Si vero
non eſt ſtatutum Vvergeldum actor, damni accepit æſtima-
tionem quam iuramento exprimit, & reus ad eam quantita-
tem condemnatur, niſi mediante iuramento ſuo minuat, &
moderetur æſtimationem, ab actore factam, artic. 47. & art.
51. in fi. lib. 3 Ita quoque ſi ex tertio capite agitur, quando ani
mal non habet expreſſum Vvergeldum, reus liberatur ſoluẽ-
do eius æſtimationem, vt iam dictum eſt, vel pręſtando ſimi-
le animal eiuſdem valoris, de quo text. in d. artic. 47. Vlt. circa
hanc quæſt. notabitis quod D. Iaſ. hic nu. 102. ſubijcit, videli-
7 cet, quod ſi damnum datum poteſt ad priſtinum ſtatum red-
duci, vt in acqua à priſtino curſu remota, tunc debet peti vt
res ad priſtinum ſtatum reſtituatur: & emendetur intereſſe
interim emergẽs, alias ſimpliciter agi debet ad æſtimationem
damni, & intereſſe per tex. in l. 2. & ibi DD. C. eod.
8 Secundo principaliter videndum eſt, quæ requirantur ad
hoc, vt iſta actio locum habeat Et diſtinguitur inter primum
& tertium, c. l. Aquil. Nam ad hoc, vt ex primo capite agi poſ-
ſit, exigitur I. Quod reus interfecit ſeruum, vel quadrupedem
ſecus ſi tantum vulnerauit, d. prin. ſup. eo. II. Quod occiſus ſit
ſeruus, vel animal, quod pecudum numero continetur. Et di-
cuntur pecudes, quæ gregatim paſcuntur, d. princ. ſupr. eod. &
l. 2. ff. eod. & leg. legatis, ſeruis, 65. §. pecoribus, ff. de leg. 3. III.
Quod reus iniuria, id eſt non iure occidit. Nec enim ſufficit
ſeruum occiſum eſſe, ſed oportet id iniuria factum eſſe vt
9 inquit Iuriſ. in l. 3. ff. eo. ad §. iniuria, ſupr. eod. Et accipitur hic
iniuria pro omni eo, quod non iure factum eſt, ſiue per dolũ,
ſiue per culpam latam leuem, & leuiſſimam damnum datum
ſit, l. 5. §. iniuriam, & in l. Aquil. 44. ff. eo. Vnde necidens ſeruũ
latronem. Aquilia non tenetur d. § iniuria ſup. eo. Quod enim
lege permittente ſit pęnam non meretur, l. Gracchus, 4. Cod.
a ad leg. Iul de adul. Ad hoc autem, vt ſecundo a capite l. Aqui-
liæ agi poſſit requiritur. I. Quod occiſum, vel vulneratum ſit
animal, quod pecudum numero non continetur, vel vulne-
10 ratus ſit ſeruus, aut quadrupes pecudum numero conten-
ta, vel alias damnum datum ſit in alijs rebus, quæ anima ca-
rent, veluti ſi quid vnum raptum, aut fractum fuerit. Nã, &
tunc ad æſtimationem damn. dati, hac actione quis experiri
poteſt, d. §. c. 3. ſup. eod. & l. ſi ſeruus, 27. §. tertio autem capite,
ff eod. 2. Quod tale damnum iniuria datum ſit dolo, vel cul-
pa, etiam leuiſſima, d. l. in l. Aquilia. De quo latius vide ea quę
ſup. in d. §. capite tertio dicta ſunt.
11 Tertio principaliter quæritur. Cui hæc actio competat? Et
dic eam competere. I. Domino directo ſeu vero, qui damnũ
paſſus eſt, leg. item Mela, 11. §. legis ff. eod. II. Domino vtili, vt
Emphyteutæ, & Feudatario, l. cædere, 5. §. 1. ff. arb. fut. cæſ. III.
Vtilis actio datur etiam vſufructario, d. l. item Mela, §. fin. ibi
Gl. IV Hæredi ceteriſque ſucceſſoribus l. inde Neratius, 23. §.
hanc actionẽ, ff. eo. Bonæ fidei autẽ poſſeſſori non datur, cum
non ſit dominus, ſed actio in factum propter operas amiſſas,
d. l. itẽ Mela, §. ſed ſi ſeruus. Ideo nec cõmodatario datur pro
re commodata damnificata, d. l. Item Mela §. eum cui, ff. eod.
12 Quartò, contra quem locum habeat? Et breuiter dic eam
dari I. Contra occidentem iniuria ſeruum alienum, aut pe-
cudem, d. l. 2. ff. eo. II. Contra creditorem occidẽtem ſeruum
pignoratum, l. ſed, & ſi is qui, 18. ff. eod. III. Contra perceptorem nimis ſeuere caſtigantem diſcipulum quia præceptoris
nimia ſæuitia culpæ annumeratur, l. præceptoris, 6 ff. eodem.
IV. Contra Medicum imperite ſecantem, quia & imperitia
culpæ aſcribitur, l. qua actione, 7. §. Proculus ait, 8. ff. eod. V.
Contra impuberem doli capacem, l. ſed, & ſi. quemcunque 5.
§ & ideo ff. eod. VI. Contra vulnerantem ſeruum aut pecu-
dem. VII. contra occidentem animal pecudum numero, non
contentum d. § cap. 3. ſup. eod. VIII. Contra eum, qui canem
irritauit, & fecit vt aliquem morderet, d. l. item Mela, §. item
cum eo. Et generaliter contra damnum inferentem, ſiue vſ-
ſerit, ruperit, aut fregerit aliquid iniuria l. ſi ſeruus, 27. §. 3. au-
tem capite. Non autem contra hæredem niſi ex damno locu-
pletior factus eſſet, d. leg. inde Neratius §. hanc actionem. Et
poteſt libellus in hac actione ita formari.

Forma libelli.

12 Præmiſſis præmittendis comparens N. breuiter narrat,
quod quamuis iure cautũ, ſit ne quiſquam alijs in rebus ſuis
vel ex propoſito, dolo, malitia, petulantia, negligentia, impe-
ritia, vel culpa, vel quocunque id nomine dici poſſit, vllum
damnum det, ac ſi contra id fiat authorem, teneri ad damnũ
det, ac ſi contra id fiat, authorem teneri ad damnum reſar-
ciendum tamen reus ante tres hebdomadas extra portam ab
arce huius oppidi dictam, vbi alias bombardæ minime exo-
nerantur, bombarbam ſuam diſploſit, atque actori duos e-
quos, in paſcuis ſimul copulatos, vnico ictu interfecit. Et ſi
vero tunc temporis æſtimatio æquorum iſtorum nõ admo-
dum magna fuerit, tamen actoris pro ipſis medio quadrage-
ſimæ præteritę, 50. floreni oblati ſunt. Quare actor petit pro-
nunciari, atque veſtra ſententia iudiciali declarari, reum in
hoc iniuſtè feciſſe, eumque propterea vigore iuris ad ſoluen-
dos duos equos, quanti eos anno retro acto plurimi actor
vendere potuerit, teneri, eum quæ præter hæc in expenſas
condemnari. Et ad hæc ſingula, & vniuerſa competentibus
iuris remedijs compelli.

A D D I T I O.

a *Et tertio legendum eſt, quia ſecundum in deſuetudinem abijt, vt author ipſe ſupra teſtatus eſt.*

TERTIA MIXTA ACTIO.

De actione ex teſtamento pro legato venerabilibus locis relicto.

1 *Quæ actiones legatario pro relegata competunt.*
2 *In quibus caſibus hæc actio mixta fiat.*
3 *Vt hæc actio locum habeat quæ requirantur.*
4 *Vt pęna huius verſic. locum habeat quæ requirantur.*
5 *Pena ſunt molliendæ, non exaſperandæ.*
6 *Si duo ſunt a iure æquiparata, an pena adiecta in vno, intel-
ligatur etiam adiecta in alio.*
7 *An hæc pena etiam locum habeat in legato relicto pro redem-
ptione captiuorum.*
8 *Aurum Eccleſia habeat, non vt ſeruet ſed vt erroget, & ſub-
ueniat in neceſſitatibus.*
9 *An primo negans poſſit panitere, & deinde confiteri, ita vt
ſimplum præſtando liberetur.*
10 *Quando dicatur reus differre.*
11 *In negatione requiritur vt fraudulenter negatum ſit.*

12 *An hæres incidat in hanc pœnam, quandam non negat legatum ſed dicit illud non valere.*
13 *Et ſic eſt caſus ſpecialis, quod fraudem allegans, non tenetur eam probare.*
14 *Actio ex teſtamento habetur inſtar bonæ fidei.*
15 *An hæres teneatur ad intereſſe, & fructus ex mora.*
16 *Refugium miſerorum allegare, quod ſit ſpeciale in Eccleſia.*
17 *Ad quid competat hæc actio.*
18 *An legatum dupliciter cum omni intereſſe, & fructibus.*
19 *Cum intereſſe non dupliciter, an poſſit pœna petit de qua hic agitur, & etiam intereſſe quod ex mora debetur.*
20 *Quando teſtator hic appoſuit pœnam, an hæc legalis pœna dupli ceſſare debeat.*
21 *Si conuentus non poſſit duplum ſoluere, an tunc debeat in corpore,*
22 *Cui competat hæc actio,*
23 *Contra quem datur,*
24 *Forma libelli,*

1 AD intellectum huius actionis præmittendum, quod legatorio pro re legata tres actiones competũt, vt eſt text. & ibi DD. in §. noſtra, ſupra de leg. & in l. 1. Cod. communia de leg. I Rei vendicatio, quæ legatario actione dominij datur. Poſt mortem enim teſtatoris, legati dominium recta via in legatarium tranſit, l. à Titio, 64. ff. de fur. iuris ſcilicet fictione, ante aditam hæreditatem, ſed vere poſt aditam hæreditatem, ſecund. Gloſ. ibi ſup. verb. Recta via. II. Actio hypothecaria, omnes enim res ipſius defuncti ſunt legatario hypothecatæ, quamdiu legatum ſolutum non eſt, dict. l. 1. C. communia de legat. III. Actio perſonalis ex teſtamento. Hæres enim adeundo hæreditatem dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, ʃ. hæres, 5. ſupr. de oblig. quæ ex quaſi contractum naſc. De quo latius vide DD poſt Bart. in d. l. 1. ff. de leg. 1. Et quamuis hæc actio indiſtincte competat omnibus legatarijs
2 pro conſequenda re legata, ita vt regulariter ſit rei perſecutoria tantum: in duobus tamen caſibus eſt mixta ſic, vt ad duplum competat cui ineſt rei legate perſecutoria, text. eſt hic in fine, §. noſtri. 1. Videlicet, quando hæres negat legata relicta eſſe venerabilibus locis. Nam tunc propter mendacium ad duplum conueniri poteſt, textus eſt in § ſed furti, infr. eod. 2. Quando hæres vel is, qui grauatus eſt teſtatore, non negat talia legata eſſe relicta, ſed differt ea ſoluere eo vſque quoad conueniatur coram iudice: tum enim hæres differre dicitur, cum permittit ſe vocari ad iudicium, quo caſu incidit in pœnam dupli, tex. eſt hic.

3 Ad hoc igitur vt iſta actio locum habeat, requiritur. I. Quod legatum ſit relictum SS Eccleſijs, vel alijs venerabilibus locis, quorum nomina referuntur in l. fin. Cod. de SS. Eccleſ. Hinc quæritur 1. Per DD. poſt Gloſ. hic in verſ. In iudi-
4 cium. An pœna huius verſ. Locum habeat in legatis relictis Reip. vel Fiſco: Et Ang. hic contra Gloſ. concludit, quod ſic, & mouetur potiſſimum hoc fundamento, quotieſcumque à lege antiqua æquiparantur duo caſus, ſi reperiatur poſtea aliquid de nouo ſtatutum in vno etiam contra regulas iuris communis intelligitur quoque ſtatutum in alio. Gl. eſt ſing. in l. ſi quis ſeruo, 20. ſuper verbo Corrumpi, & ibi DD. C. de furtis. Sed fiſcus, & reſpub. æquiparantur Eccleſiæ, & pijs locis l. fin. Cod. De ſacroſ. Eccl. Ergo propter hanc purificationem ſtatutum in legato relicto Eccleſiæ, videtur etiam ſtatutum in relicto fiſco, vel reipubl. Sed hac ratione non obſtante, conclu-
5 ſio Gloſ. noſtræ eſt communiter approbata. Et reſpondetur ad fundamentum Angel. dupliciter, videlicet, illud non habere locum in pœnalibus, vt ſi duo caſus æquiparantur a leg. antiqua, & aliquid pœnale ſtatuatur per leg. nouam in vno, hoc tamen non intelligatur ſtatutum in alio, ex eo, quod pœnæ ſint molliendæ, & reſtringendæ, non autem extendendæ leg. interpretatione, 42. ff. de pœnis, cap. Odia, 15. de reg. iur. in 6. Sicut hic vult Gloſſ. quam Bal in §. item qui dominum, verſ. Porro, quæ fuit prima cau. ben. amit. in vſib. feud. dicit in hac materiam eſſe vnicam, & ſingularem, quæ prædictam regulã ita limitat, & ſimilis eſt Gloſ in l. fin. in verbo Aureos, ff. de in ius voc. & in §. pœnales, ſuper verb. Impetraſſet ſupra eodem. Eius tamen contrarium dicit Iaſ. hic num. 39. eſſe verius, per Gloſſ. in c. Si poſtquam in ſi. ſuper verbo prouiſio de elect. in 6. & Gloſ. in cap. De multa, ſuper ver. In ea Eccleſia extr. de præb. vbi Pan. dicit probari, quod cum duo à iure æquiparata, & pœnam adiectam, in vno intelligi etiam adiectam in alio. Vos addite idem, probari per Gl. in d. l. quis ſeruo ſupra verb. Corrumpi. Nam & illa diſpoſitionem illius legis quæ de pœnalibus actionibus loquitur, extendit de ſeruo ad filium. Nec obſtat ratio, Gl. hic, ex d. l. interpretatione adducta. Quia verum eſt, quod noſtrum non eſt pœnas extendere, ſed lex antiqua eſt quæ virtute purificationis extendit. Itaq; D. Iaſ hic aliter reſpondet, prædictam regula eſſe veram, quando hi duo caſus in eandem materia nõ autem diuerſa æquiparantur, ſed in d. l. fin. ſit æquiparati inter legatum Eccleſiæ & fiſci, in alia materia, ſcilicet præſcriptionis. Non mirum igitur, quòd in hac materia pœnali tanquam diuerſa circa executionem legatorum non fiat extenſio ad legata fiſco relicta, de quo latius
7 vide Iaſ. hic nu. 43. 2. Quærit Gl. noſtra ſuper dicto verbo, In iudicium, An hæc pœna habeat locum in legato relicto pro redemptione captiuorum? Et ſimiliter determinat quod non, & eius concluſionem per ſupra dicta DD. communiter approbant. Tutius tamen eſt, vt inquit hic D. Iaſ. tenere contrarium, fauore commiſerationis captiuorum, cum ſit caſus valde fauorabilis l. ſi quis pro redemptione, 36. C. de donat. Et videtur tale legatum magis priuilegiatum eſſe quam legatum relictum Eccleſiæ, qui res Eccleſiaſticæ, quæ alias teneri prohibẽtur, poſſunt etiam pro redemptione captiuorum obligari ac diſtrahi, l. Sancimus nemini, 21. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Aurum etiam Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget & ſub-
8 ueniat in neceſſitatibus, cap. Aurum, 70. cau. 12. q. 2. & animæ hominum ſunt pretioſiores quibuslibet alijs reb. d. l. ſancimus de quo latius vide hic Ang. nu. 15. Quod vero ad deciſionem Gl attinet, quando Deo aut alicui ſanctũ legatum relictũ eſt, diſpoſitionem §. noſtri locum habere communiter à DD. approbatur. Et vide cũ ca hanc materiam pulchras quæſtiones motas hic per Iaſ. n. 43 & ſequ. Quas breuitatis cauſa omitto. III Requiritur alterum de illis duobus, vel vt hæres neget legatum venerabilib. locis relictum eſſe vel ſi confitetur, vt differat legata ſoluere, donec ad iudicium vocetur quamuis de negotiatione in §. noſtro non fiat mentio, tamen de ea text. expreſſus in d. § ſed furti, infr. eod. Et procedit hæc diſpoſitio etiam ſi hæres in princ. confiteatur legatum, & deinde neget ſecundum Gloſ hic, in verbo diſtulerit, quia vltima mora nocet l. illud, 17. ff. de peric. & com. rei vend. Et hoc intelligatis, quando hæres extr. iudicium confitetur, & poſtea negat. Secus ſi in iudicio confeſſus eſſet. Quia tunc confeſſionem reuocare non poſſet, l. 1. cum ibi not. C. de confeſs. Is tamen, qui ſic negat legata relicta, a pœna dupli excuſatur. 1. Quando hoc facit ex iuſto errore, ſeu probabili ignorantia, ſecundum DD. hic, ſicut & erronea confeſſio vſque ad ſententiam reuocari poteſt, l. error, 7. cum ibi not. C. de iur. & facti ign. & l. nõ fatetur, 2. ff. de confeſſis. Eſtq; ratio ſecundum Bat. in l. eum qui, 30. in prin. ff de iureiur. Quod enim per negationem cõdemnatio eicit, ſit in pœnam mentientis, & ſic delinquentis. At vero is, qui ex iuſto errore negat, non delinquit. Ergo nec in pœnam incidere, debet quæ non eſt ſine delicto l. aliud eſt, 9. fraus, 131. ff. de ver. ſig. & add. Iaſ. hic nu. 28. circa medium, 2. Negans excuſatur quãdo reuocat ſuam inficiationem, & deinde confitetur, 2. Gloſ. hic ſuper verbo Diſtulerint, dum quærit: An primo negans poſſit pœnitere, & deinde confiteri, ita vt ſimplum præſtando liberetur. Et concludit quod ſic dummodo in emptore hoc faciat, & mendacium ante litem conteſtatam reuocet, per l. electio, 26. §. pen. ff. de noxa. act. Et pro hac ſententia adducitur per Iaſ. & Ang. pulchra doctrina Bal. in l. contra negantem, 4. C. ad l. Aquil. & in §. vaſallus in ea. Si de feud. def. fu cont. inter dom. & agn. vaſ. in vſib. feud. Nempe vbicunque tractatus de pœna augenda ratione negationis, 9
ſemper debemus intelligere de ea negatione, in qua quis perſeuerat, ſi vero non perſeuerat, ſed confitetur, nondum liquidato negotio per probationes actoris tunc euitat damnum, quod ex negatione emergebat. Et hoc intelligatis procedere, vt hæres, per confeſſionem ſequentem liberetur à pœna, quando actor vult niti ex tali cõfeſſione, & per eam legatum probare. Nam tunc hoc non eſt iniquum cum releuetur ab onere probãdi, iuxta d. l. eum qui, in prin. ff. de iureiur. Secus autẽ ſi actor, niteretur ex procraſtinatione hæredis, & vellet legatum probare per teſtes vel inſtrumentum, tunc enim ſiue neget, ſiue confiteatur, hæres incidit in pœnam dupli ex procraſtinatione. Prædicta igitur habent locũ quando actor vult reũ cõdemnari ex negatione. Secus, ſi ex procraſtinatione, vt pulchre declarat hic Plat. n. 6. Idem ſecundo caſu dicendũ eſt, hæredẽ ſ. teneri ad duplum rei legate, non ſolum quando negat ſed etiam quando confitetur legatum, ſed differt illud ſoluere
10 donec ad iudicium vocetur. Tunc. n. ſec. Zaſ. dicitur differre quando permittit ſe vocari ad iudicium, text. eſt hic, & in §. ſed furti infr. eod. Debet, tamẽ ei aliquale ſpatium ad ſoluen- 11
dum dari, ſicut alias modicum tempus debitori ad ſoluẽdum conceditur, vt inquit hic Plat. & Ang. per textus in l. ſi quis filium

liura,5.§.1.ff.de colla.bono.& in leg. quod dicimus, 105.ff. de
ſolut. Nec opus eſt aliqua extraiudiciali interpellatione, ſta-
tim enim re ipſa abſque interpellatione mora committitur,
ſecund. Gloſs.in verbo. In iudicium,& dies tacite, vel expreſ-
ſe addita interpellat pro homine,l.magna, 12. C.de contrah.
11 & com.ſtip.& c.ſi.ext.de loc. Prædicta tamen limitantur pro
cedere ſi quis differt ſoluere legata fraudulẽter ſine iuſta cau
ſa,alias non item ſecun.Gloſſ.hic in verbo Diſtulerit,per tex.
in l.ſciendum,21. ff. de vſur. & in l.illud, 40. in princip. ff. de
pet hæred.add.poſt. Ia.hic tex. meliorem in §. vaſallus in cap.
Si de feud.defe.fu.con. inter dom. & ag. vaſal. vbi Bald. dicit,
per iuſtum textus gloſſari, & declarat iura,quæ loquũtur de
pœna negantium,& præſertim hunc,§. vt omnia iſta iura in-
telligantur, cum quis ex certa ſcientia, & ſic per dolum, &
latam culpam negat.Ex quib.etiam,poteſt determinari quæ-
ſtio per Gloſſ.hic mota,ſuper verbo, Diſtulerit. Quando hæ-
res vocatus in iudicium,vel alias, non negat legatum eſſe re-
lictum,ſed dicit illud non valere, an incidat in hanc pœnam?
12 Et concludit Gl. noſtra ſi habeat probabilem ſeu iuſtam cau-
ſam pugnandi contra tale legatum, eum non puniri. Si vero
dubiam cauſam prætenderet, in qua poſſet ſubeſſe aliquid
fraudis non excuſatum iri. De quo latius vide Iaſ. num. 28.
in fi. Et hoc caſu ſecun. DD.hic præſumitur fraus, niſi hæres
probet iuſtam cauſam,& ſic eſt caſus ſpecialis,vbi fraudem
allegans non tenetur eam probare, contra,l.quoties,18.§. qui
13 dolo,ff.de prob. qui eſt hic præſumptio iuris, quæ onus pro-
bandi, in aduerſarium transfert. Et de duplici præſumptio-
ne vide Abb. in cap. Is qui fidem, 30. extra de ſpon. & Ang.
hic. Sed contra hoc quod dictum eſt, hæredem non teneri,
niſi differat donec ad iudicium vocetur videtur obſtare text.
iuncta Gloſſ.in leg.1.& in leg.final Cod.de vſur. & fruct. rei
leg. vbi habetur. Et notetur, ſtatim à die moræ hæredem ad
fructus,intereſſe,& vſuras rei legatæ teneri. Et licet tex.ibi
videatur requirere litiacõteſtationem, tamen neceſſario illa
non exigitur, vt reſpondent ibi Gloſ. quib. ad hic Iaſ. num.
23. ſed ſola mora ſufficit l. ſi quis ſeruo, 84. ff. de leg.2. & l.ſi
cui legatum, 92. in fi. ff. de condit. & demonſtrat. & in l.1. §.
belliſſime,13.ff.vt leg.not.caſu. Et actio ex teſtamento habet
14 inſtar bonæ fidei, l.minorum, 1. C. in quib. cauſis reſt. in in-
teg. non eſt neceſ. Sed in actione bonæ fidei ſola mora ſuffi-
cit, abſque litis conteſtatione, l.mora, 32. §. in bonæ fidei, ff.
15 de vſur. Ergo,& in hac actione. Et ad hoc reſpondete ſecun-
dum Zaſ. hic hæredem, quidem bene teneri ad intereſſe, &
fructus ex mora, ſed non ad duplum, de quo hic agitur niſi
ad iudicium vocetur,& legatũ, ſit relictum venerabilibus lo-
cis. Nam vt ſupra dictum eſt in alijs legatis hæc pœna lo-
cum non habet Eſt enim ſpeciale fauore Eccleſiæ,& piorum
locorum. Vnde Paul.de Caſt.in l.ſancimus, 22. Cod. de Sacr.
Eccleſ.per tex.ibi tradit regulam, perpetuo mente tenendam
vt quando allegatur contra te aliqua lex,quæ loquitur,in Ec-
cleſia, ſi non occurrit aliqua congrua reſponſio poſſis dice-
16 re, quod ſit ſpeciale in Eccleſia. Neceſſe igitur eſt hoc caſu
vt hæres in iudicium vocatus,ſit nec alia mora ſufficit,ſecun-
dum Gloſ. hic ſuper verbo. Iudicium, in princ.
17 Secundo principaliter quæritur. Ad quid hæc actio com-
petat.Et ex prædictis reſpõderi poteſt, licet regulariter ſit rei
perſecutoria tantum,& ad ſimplum,ipſam,ſcilicet rem lega-
tam competat,tamen iſtis duob.caſib. eſſe mixtam, ita vt ne-
gans legatum venerabilibus locis relictum eſſe, vel differens
eius ſolutionem,ad duplum conueniatur,cui ineſt ipſa res le-
18 gata tex.eſt hic,& in dict.§.ſed furti. Sed quia dictum eſt,in-
tereſſe,& fructus rei legatæ ſtatim à die moræ deberi, quæ-
ritur, An legatum duplicetur, cum omni intereſſe, & fructi-
bus? Et reſpondere, quod non, ſed ſolum ipſa res, vel pecu-
nia legata duplicatur. Ita concluditur hic, Fab.num.13. Plat.
9.& Angel.15.ante fin. per text. noſtrum hic. Et retenta hac
opinione,quærunt præfati Doctor. cum intereſſe non dupli-
19 cetur, an poſſit peti pœna, de qua hic agitur, & ſimul etiam
intereſſe, quod ex mora debetur? Et videtur quod non per
text. in l. apud Celſum 4. §. Labeo 7.ff. de excep. doli vbi is,
cui aliquid promiſſum eſt ſub pœna, remouetur exceptione
doli,ſi petat rem promiſſam cum pœna. Contrarium tamen
de iure eſt verius, quia hæc eſt pœna legalis, quę perſecutio-
nem rei,& ſic intereſſe non tollit,nec contra,ſicut eſt in om-
nibus pœnis legalibus, vbi reus cum pœna debetur, & peti
poteſt l.ſi pro fure,7. in princ. & §. 1.ff.de conſtit. furt. obſtat
a text. in d. §. Labeo quia loquitur de pœna a conuentionali,
quæ vna cum re peti non poteſt, niſi adiecta ſit clauſula, Ra-
to manente pacto,quæ plerumque in tranſactionibus appo-
ni ſolet,vt eſt textus,& ibi Doctor in leg. qui fidem, 16. ff.de
tranſact. & not.in l.cum proponas,17. Co. de tranſact. Item
20 quærunt hic DD.quando teſtator hic appoſuit pœnã, an hęc
legalis pœna dupli ceſſare debeat. Et determinant,nihilomi-
minus huic pœnę locum eſſe,ita tamen, vt quis non vtramq;
exigere poſſit, ſed altera quis contentus eſſe debeat, vt in ſi-
mili notat Gloſ. in ſuper verbo Repellere, verb. Item quid ſi
emphyteuta C. de iure emphyt. Vltimo circa hanc quæſtio-
nem principalem Gloſ. noſtræ ſuper verbo, Diſtulerint, in
fine,quęritur,ſi conuentus,non poſſit duplum ſoluere, an de-
21 beat luere in corpore? Et quia totum duplum non eſt pœna,
ſed ei ineſt ipſa res legata, ideo D. Iaſ. hic num. 30. ita diſtin-
guit. Aut loquimur de re principali relicta, & tunc ſi eam
hæres non poteſt ſoluere ex ſimplici, mora non punitur in
corpore quia in obligationibus ex contractu, vel quaſi, hæc
regula non procedit, vt ſupra in §. pœnales dictum eſt: quia
poteſt,quis cedere bonis,niſi doloſe diſtuliſſet,ad iſtum finem
vt non eſſet ſoluendo. Tunc enim non habere beneficium
ceſſionis,per text. in l.fin. §.final. ſecundum primum intelle-
ctum Gloſs. ibi.ff.de hiaquæ in fraudem cred. Aut loquimur
de pœna legali, & tunc concludit hic Iaſ. poſt Gloſ. & Angel.
ſi eam hæres ſoluere non poteſt debere ipſum luere in cor-
pore per vulg.reg.leg.fin. cum ſimilibus,ff.de in ius vocan. de
qua in §. pœnales ſup.eod.dictum eſt.
22 Tertio,quæritur.Cui hæc actio competat? Et breuiter dic
eam dari adminiſtratori Eccleſiæ, & cuiuslibet pij loci, hoc
caſu priuilegiati, vt ex prædictis conſtat, & faciunt notata in
cap. Edoceri, 21. ext. de reſcript.
23 Quarto,Contra quem? Et ſine dubio competit contra hæ-
redem,qui ex quaſi contractu legatarijs obligatus ex l.ſi quis
abſentis,5.§.hæres quoque,ff.de oblig.& act. & contra quan-
cunque perſonam grauatam à teſtatore ad legata præſtanda,
vt not.poſt tex.in l.1.in fin. C.comunia de l. Item contra exe-
cutores teſtamentarios ſine cauſa differentes ſolutionem le-
gatorum,pijs locis relictorum,ſicut vno ore DD hic propter
generalitatem tex.noſtri determinant de quo vide poſt alios
Iaſ.hic n.22.Reſtat nunc forma libelli in hac actione.

Forma libelli.

24 Coram vobis comparet N. tanquam præfectus Arcæ Ec-
cleſiæ, & breuiter narrat, quod adhinc anno N. itidem ciuis
huius oppidi, antequam ex hac mortali, ad immortalem me-
lioremq; vitam tranſire,eulogium vltimæ voluntatis ſuæ cõ-
diderit in quo reum N.hæredem inſtituerit,& inter alia lega
ta ad pias cauſas 200 florenos Arcæ Eccleſiæ ad refectionem
templi reliquerit. Quamquam ergo reus ſæpius compellatus
fuerit de ſolutione eius legati, tamen primo, non ſolum id
contra conſcientiam inficiatus eſt, ſed & in tunc vſque diem
contumaciter, & abſque vlla legitima cauſa ſoluere diſtulit,
in quo ad comparendum coram vobis domino iudice legiti-
mo atque ordinario modo in iudicium vocatus eſt. Quare
actor petit declarari reum ad ſolutionem legati in duplum ſe
cundum diſpoſitionem iniurium imperialiũ,quę id Chriſtia-
na,pia,& honeſta de cauſa ſtatuerũt,vna cum intereſſe,dam-
nis,atque expenſis teneri. Super quibus omnibus.

ADDITIO.

a *Nota bene differentiam inter pœnam legalem, & conuentio-
nalem.*

§. Quædam actiones.

1 *Summa, & continuatio huius §.*
2 *Mixtæ actiones quot modis dicantur, & n.3. & 4.*
5 *Quomodo mixtæ actiones à perſonalibus in rem ſcriptis dif-
ferant.*

1 Continet hic §. pulchram, vtilem, & quotidianam ma-
teriam trium actionum, familiæ ſcilicet herciſcundæ,
communi diuidundo,& finium regundorum. Et continua-
tur ad præcedentem §.hoc modo. Supra dictum eſt. Actio-
nes, quaſdam eſſe mixtas tam rei,quam pœnæ perſecutorias
nunc Imperat.per amplificationem quandam admonet,alias
quoque actiones mixtas eſſe,ſed non tali modo,ſicut ſuperio
2 res quia continẽt naturam mixtam realium, & perſonalium
a actionum. Vnde DD. hic a præmittunt,in iure noſtro tribus
modis

ADDITIO.

a *Mixtæ dicuntur actiones, quòd in eis idem poſſit eſſe actor, &
reus, Et quia partim reales ſunt partim perſonales. Mixtæ
autem non dicuntur, vt illæ, de quibus ſuperius dictum eſt,
quæ rei perſecutoriæ ſunt, & pœnales.*

Digitized by Google

modis ſeu reſpectibus actiones dici mixtas. I. Dicuntur mix-
tę, quia ſunt partim pœnales, partim vero rei perſecutorię de
3 quibus, in § præc. dictum eſt. II. Dicuntur actiones mixtæ in
quibus quilibet litigatorum eſt actor, & reus, id eſt, in quib.
non ſic facile diſcerni poteſt, quis ſit actor vel reus, & eo mo-
do actiones hic enumeratæ etiam mixtæ dici poſſunt, leg. in
tribus cum le. ſeq. ff. de iud. & l. inter cohæredes, 44. §. qui fa-
miliæ ff. famil. hercifc. Actor autem eſt ille, qui prior ad iudi-
cium prouocatur, dict. l. in tribus. Et hoc modo poſſunt mixta
dici interdicta retinendæ poſſeſſionis, veluti interdictum vti
poſſidetis, quod in rebus immobilibus, & interdictum vtrobi
quod in mobilibus competit, §. pen. inf. de interdict. & le. ſi
duo, poſt princ. ff. vti poſſid. III. Modo dicuntur mixtæ, quia
4 partim naturam realium, partim perſonalium actionum ſa-
piunt, cum ad reales, & perſonales præſtationes competant,
& hoc modo, propriè accipiuntur actiones hic enumeratæ.
Nec mirum videri debet, quod iſte tres actiones ſic mixtę di
cantur, quia pro regula traditur quod per actiones reales pe-
timus id quòd noſtrum eſt ratione dominij, vel quaſi, vel in
quo ius, quoddam habemus, per actiones vero perſonale pe-
timus id quod noſtrum adhuc non eſt, ſed, quod nobis de-
betur ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi. Iam vero
quia ad vtrumque agitur in his tribus actionibus euidens ra-
tio patet, cur mixtam cauſam habere dicantur. Reſpectu
enim portionis meæ dicuntur reales, ago enim ad id quod
meum eſt. Sed reſpectu portionis cohæredis, & aliarum per-
ſonalium præſtationum, vt puta redituum perceptorum, &
impenſarum factarum, & quia ex quaſi contractu oriuntur,
perſonales dicuntur, l. item Labeo, 22. §. familiæ, ff famil. her-
ciſc. de quo latius, vide hic tab. nu. 2. Plat. 1. Ang. 2. & Iaſ. 15. &
quæ in dict. §. omnium, in 11. diuiſ. act. dicta ſunt. Differunt
5 autem hæ mixtæ actiones à perſonalibus in rem ſcriptis, de
quibus ſup. in dict. §. omnium dictum eſt hoc modo quod in
rem ſcriptæ, quæ ſine dubio ſuapte origine ſunt perſonales,
ideo dicuntur reales, quia ſequuntur, & concomitantur quē
cunque poſſeſſorem rei. Hæc vero tres mixtæ actiones quo-
que ſunt origine perſonales, quia ex quaſi contractu oriun-
tur, §. item ſi inter, 3. & ſeq. ſupra de oblig. quæ ex quaſi con-
tractu naſc. Et ſunt reales, non quod concomitantur quem-
cunque poſſeſſorem, ſed propterea, quod in eis petimus id,
quod ad nos pertinet ratione dominij, vel quaſi, imo non dā-
tur contra alium poſſeſſorem, quia familię herciſcundę actio
non datur niſi inter ipſos cohæredes, l. 1. & 2. in prin. ff. famil.
hercil. Communi vero diuidendo inter eos, qui rem habent
communem, l. 1. in fin. ff. communi diuidundo aut finium re-
gūdorum actio inter eos ſolum competit, qui vicinos fundos
poſſident, & controuerſiam habent definimus, vt inf declara-
bimus, & add. hic Iaſ. num. 19. Et omiſſa diuiſione, ac ſumma
tio § noſtri, & ordine de trib. iſtis actionibus nunc dicemus.

a

DE ACTIONE a FAMILIÆ Herciſcundæ.

1 *Actio familiæ herciſcundæ quæ.*
2 *Familia pro hæreditate, & herciſci quid.*
3 *Vnde hæc actio oriatur.*
4 *Quotuplex hæc actio, & directa cui detur.*
5 *Vtilis cui detur.*
6 *Contra quem competat.*
7 *Quæ requirantur vt iſta actio locum habeat, & nu. 11.*
8 *An actor qui poſſidet, & negatur eſſe hæres habeat regreſſum ad petitionem hæreditatis in qua petit ſe declarari hæredē.*
9 *Quid in petitione hæreditatis principaliter agatur.*
10 *An actio familiæ herciſ. cum petitione hæreditatis cumulari poſſit in vno, & eodem libello.*
12 *Quilibet hæres ſua parte aſſignata contentus eſſe debet dummodo non ſit defraudatus quarta.*
13 *An pater vni filiorum poſſit in teſtamento totum feudum prælegare, vel vni plus aſſignare, quam alteri, vt vnus habeat duas partes, alter tertiam, n. 14. & 15.*
16 *An actio famil. herciſ. pluries intentari poſſit.*
17 *An euictio in hoc diuiſorio iudicio, veniat, n. 18.*
19 *An is, qui non vult teneri de euictione teneatur ad veri pretij reſtitutionem.*
20 *Si quis habens bona allodialia, & feudalia decedit, relictis duobus filijs, qui bona inter ſe diuiſerunt, & is cui feudum aſſignatum eſt, etiam decedat relicta filia, quæ in feudo non ſuccedit, an filia poſſit agere contra patruum de euictione, & num. 21. & 22.*
23 *Euictio in diuiſione qualiter præſtetur.*
24 *Quæ actio contra cohæredem pro euictione detur.*
25 *Ad quid competat hæc actio, & n. 28.*
26 *An extraneus plus offerens admitti debeat.*
27 *De iure Saxon. minor habet electionem.*
29 *An nomina debitorum, & creditorum per hanc actionem diuidi, & adiudicari debeant, & an iuriſdictio diuidi poſſit.*
30 *Incorporalia non veniunt diuidenda.*
31 *An vnus cohæres abſque alio iuriſdictionem exercere poſſit.*
32 *An feuda diuidi poſſint, & n. 37.*
33 *Feudi diuiſio.*
34 *Regale feudum quid.*
35 *Quæ requirantur vt feudum dicatur regale.*
36 *Feudum non regale.*
38 *Dictio, autem aduerſatur præcedentibus, tam in iure, quam in facto.*
39 *Collatio quid, & quomodo fiat.*
40 *Quando locum habeat collatio.*
41 *Profectitia bona hodie conferuntur, ſecus in aduentitijs, & caſtrenſibus.*
42 *An filius, teneatur conferre expenſas, quas pater cauſa ſtudiorum ei ſubminiſtrauit, & n. 43. & 44.*
45 *Delictum grauius eſt, quod faciendo committitur quam quod omittendo.*
46 *An expenſæ nuptiales poſt mortem patris alteri ſorori nubenti ſint de communibus bonis conferenda.*
47 *Item an ornamenta, & veſtes in nuptijs filij per patrem facta.*
48 *Item an libri filio ſtudenti a patre empti conferendi veniant, & num. 50.*
49 *Per exercitium ſtudium recipit incrementum.*
51 *Præſumptio donationis ceſſat, quando alia coniectura capi poteſt.*
52 *An filius iſtis caſibus, in quibus tenetur conferre libros, poſſit pretium offerre, & res retinere.*
53 *Item pretium, quanti valent libri tempore diuiſionis non emptionis conferri debet.*
54 *An fratres poſt obitum patris cogātur vlterius præſtare ſumptus fratri de communibus bonis ad perficiendum ſtudium.*
55 *Si frater debitum occaſione ſtudij in vita patris contraxit, an fratres cogantur ſoluere de communibus bonis.*
56 *Si fratres ſunt in bonis indiuiſis, & inierunt ſocietatem omnium bonorum, an fratri ſtudenti cogantur ſumptus conferre ex omnibus bonis.*
57 *An frater ſocius omnium bonorum poſſit de communibus bonis filiam dotare, & n 58.*
59 *An maior frater teneatur facere diuiſionem, & minor habeat electionem, & n. 61. 62. & 63.*
60 *Dictum alicuius Sancti fulcitum authoritate veteris vel noui Teſtamenti, præfertur conſtitutioni Principis, vel Papæ.*
64 *Non exemplis ſed legibus eſt iudicandum.*
65 *Maior quis dicatur.*
66 *Diuiſio ſorte facta non retractatur, nec a ſententia ſortis appellari poteſt.*
67 *Quamdiu duret hæc actio.*
68 *An ſocius ſocium, cum quo per 30. annos in communione ſtetit, ad diuiſionem compellere poſſit, vel an inuitus in communione ſtare cogatur, & n. 69. & 71.*
70 *A pacto ad ſtatutum argumentum procedit affirmatiue.*
72 *An ex diutina poſſeſſione præſumatur facta diuiſio.*
73 *Forma libelli.*

1 DE hac actione eſt tit. in ff. & C. familiæ herciſcūd. & ni-
hil aliud, eſt quam hæreditatis diuidendę actio, per
quam hæres, qui a communione vult diſcedere agit contra
cohæredem ad diuiſionem rerum hæreditariarum, vt hic, &
2 l. 1. ff. eod. Familiam enim antiqui, pro hæreditate inter cæ-
tera vſurpabant, l. pronunciatio, 195. §. familiæ, ff. famil. her-
ciſc. Herciſci, autem diuidere ſignificat, ſecundum Gloſſ. hic
fortaſſe ab arceo, quod vtraque pars ab altera arcetur, id eſt,
ſeparatur, vt inquit hic Zaſ. poſt Gloſ. in verbo Familiæ, quæ
Gloſſa quatuor potiſſimum facit. Nam primo declarat text.
ſicut iam dictum eſt. In ſecunda parte declarat, quare iſtæ
3 actiones dicantur mixtæ de quo iam dictum eſt. In tertia
parte mouet quæſtionem, quanto tempore tollatur hæc ac-
tio, de quo infra commodius dicemus. Vltimo quærit, vnde
hęc actio oriatur? Et ex tex. d. §. item ſi inter, & ſeq. reſpon-
det,

A D D I T I O.

a *Adde §. ſi familiæ, inf. de offic. iud. Adde §. item ſi ſupra de obliga. quæ ex quaſi contractu.*

Digitized by Google

a der,eam ex *a* quaſi contractu oriri. Nam ſimulatque hæredes adiuuerunt hæreditatem, videntur quaſi contraxiſſe, ita vt alter alteri ſit obligatus,in mutuis præſtationibus,vt not.in d.§.item ſi inter.

Quibus competat hæc actio.

4 Pro declaratione autem huius actionis, Primo quæritur quibus hęc actio competat?Et quia eſt duplex directa,& vtilis ſciendum, quod directa datur cohæredi de iure ciuili poſſidenti hæreditatem,vel non poſſidenti, dummodo aduerſarius confiteatur eum eſſe cohæredem, vt ſtatim latius declarabitur,per tex.in l. 1.ff.eod. ſiue hæreditas ſit delata ex teſtamento,ſiue ab inteſtato,l.2.ff.eod. Vtilis vero datur 1. Hæredibus de iure prætorio,qui bonorum poſſeſſores dicuntur. 2.
5 Fidei commiſſarijs hæredibus,quibus ex S. C. Trebel. eſt reſtituta hæreditas,l.ſed & eius rei,24.§. familiæ, ff.eod. 3. Datur vtilis familiæ herciſcundæ alio filio arrogato, ad conſequendam quartam,quæ ex bonis arrogatoris ei debetur,text. eſt in d.l.a.§.ſi quarta,ff.eod.

Contra quem competat.

6 Secundo principaliter quæritur. Contra quem competat? Et quamuis hæc ſit mixta actio, & ſapiat naturam realium actionum,non tamen datur contra quemcunque poſſeſſorem rerum hæreditariarum,ſed tantum inter ipſos cohæredes locum habet,d.l.1.ff.eod. non ſolum quando cohæres poſſidet, & tenet diuiſionem hæreditatis,ſed etiam quando non poſſidet,l.hæredes,25.in fin.princ.ff.eo.& adita hęreditate aliquid geſſit,reditus accipiendo, aut domum dado in rebus hæreditarijs,l.item Labeo,22.§.ſi.cum legibus,ſeq.ff.eod. Item datur contra eum,cui cohæres vendidit ſuam partem,d.l. hæredes, §.ſi teſtator,6.ff.eo.Item datur inter filios quorum vni eſt facta inofficioſa donatio: poterit enim alter hoc iudicio experiri contra eum, cui facta eſt talis donatio, pro conſequenda legitima l.2.C.de inoffic.don.vt declarat hic Fab.n.6.& Plat. nu.7. Non autem datur contra titulo poſſidentem, vt eſt Gl. poſt text.in d.l.hæredes,§.quod pro emptore, 7. ff. eod. Sicut nec petitio hæreditatis, vt not.in l.hæreditas,C.de pet.hær.

Quibus ex cauſis competat.

7 Tertio videndum, quæ requirantur ad hoc, vt actio iſta locum habeat?Et I. Requiritur, quod actor ſit cohæres, & à reo agnoſcatur cohęres:ſi enim negatur eſſe hęres, tunc agẽdo repellitur exceptione præpoſterationis, ideſt, vt prius doceat ſe eſſe hæredem. Quod eſt verum, quando agens non poſſidet aliquam partem hęreditatis:ſi enim eſt in poſſeſſione hęreditatis,licet ab aduerſario negatur cohęres, nihilominus procedit hoc iudicium diuiſorium, nec exceptione illa præiudiciali repelli poteſt,vt eſt text.in d.l.prima,ff.eod. Item illa exceptio procedit, quando fuit oppoſita ante litem conteſtatam, alias proceſſus, & iudicium tenet, vt eſt Gloſ. ſing. in d. l.a.ſupra verbo,Reſtitui,Cod.commun.diuid. Per quam concludit. D. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem ſupra eodem etiam valere iudicium intentatum contra poſſeſſores rerum alienatarum in fraudem creditorum, non facta excuſſione quando ſcilicet de excuſſione,non fuit oppoſitum, ſubijciens reg. ibi.numer.81.circa medium,quod in qualibet exceptione excuſſionis ſiue ordinis neceſſe,ſit vt ea opponatur, ante litẽ conteſtatam,& de hoc vide latius fabrum hoc numer.7. Plat. 5.Ang.5. & Iaſ. 46. Et ſubijciunt hic DD. quando actor non
8 poſſidet,& negatur hęres licet ei hęc actio non competat,tamen eius habere regreſſum,ad petitionem hęreditatis,in qua petit ſe declarari hæredem, quo obtento poterit deinde de-
9 ſcendere ad hanc familię herciſcundę actionem, ſecundum DD.poſt Gloſ.in l.prima ff.eod. Nam in petitione hæreditatis tantummodo agitur, vt quis declaretur hęres, & hęreditas ſibi pro indiuiſo adiudicetur,nec per eam pro parte ſua pro diuiſo quis poteſt conſequi hæreditatem, vt in §. actionum infra eodem latius declarabitur. In actione vero familiæ herciſcundæ,quia eſt iudicium diuiſorium tantum agitur ad id, vt
10 corpora hæreditaria diuidantur, vt infra dicetur. Ex quibus inferri videtur,hanc actionem cum petitione hæreditatis bene cumulari poſſe in vno & eodem in libello, ſi actor non poſſideat, videlicet:Peto me declarari hęredem, & meus frater cohæres diuidat mecum hęreditatem, ad nos ambos deuolutam. Nec enim ex hoc aliqua contrarietas reſultat, ſed petitio potius ad diuerſos effectus tendit, id quod fieri po-
11 teſt, vt in §. ſi minus, infra eodem declarabitur. II. Requiritur, quod cohęredes poſſideant hęreditatem pro indiuiſo. Si enim eſſet facta diuiſio a teſtatore, ſtandum eſſet diuiſione
12 factę, l. quoties 10. Cod.eodem, vbi teſtator inſtituit plures hęredes vniuerſaliter, & poſtea in eodem teſtamento, ne inter eos oriatur diſcordia in diuidendo, cuilibet eorum aſſignauit certa bona pro ſua parte: & licet illa diuiſio non ſit æqualiter facta tamen quilibet heres ſua parte aſſignata contẽtus eſſe debet,dummodo non ſit defraudatus quarta,quæ ei a iure debetur,vt declarat Paul.de Caſt.ibi,add.l.fin C.eodem vbi ordinatio qualitercunq, facta a patre, de diuidendis eius bonis poſt mortem inter liberos valet,etiam ſi ſit imperfecta,facit l.hac conſultiſſima,21.§.ex imperfecto. C.de teſt.
13 Et circa prædicta oritur pulchrum, & arduũ dubium,an pa-
b ter poſſit in teſtamento vni filiorum totum feudum *b* prælegare, vel an poſſit vni ex filijs in feudo plus aſſignare, quam alteri,vt vnus habet duas partes in feudo,alius vero tertiam? Et in hac q. DD. Plurimum variarunt, vt ad longum eorum opiniones & concordantias refert. Franc.Cur. in 4.p.tr.feud. nu.1;1. Communior tamen, & verior eſt ſententia, hodie filios æqualiter in feudo patri ſuccedere, & vaſallum non poſſe diſponere,vt vnus filiorum habeat duas partes,alter tertiã, multo minus vt vni totum feudum aſſignare poſſit. Et hæc opinio aperte fundatur in textum,§.& quia vidimus,ibi, (æqualiter feudum ad omnes filios pertineat.) ſupra qui feud, dare poſſunt,& in cap.1.de ſucceſſ.feud. vbi text ad broccam, vaſallo decedenti filios æqualiter in feudo ſuccedere nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. Vnde Aluarot. & alij ibi notant, filios æqualiter patri in feudo ſuccedere, etiamſi per patrem inæqualiter ſint inſtituti, & ſubijciunt rationem, quia prouidentia legis ſeu conſuetudini feudalis,præſtat hoc priuilegium ipſis filijs, vnde id quod lex tribuit,non poteſt alter,quam ipſa lex,auferre. Itẽ quia ius,quod habet pater in feudo ipſius morte finitur. Hęc tamen concluſio limitatur. I. Niſi filij patri conſenſiſſent, & ratificaſſent teſtamentum. Nam tunc,& feudum antiquum cum conſenſu reliquorum filiorum vni prælegare poſſet,cum quilibet fauori ſuo,& iuri pro ſe introducto renunciare poſſit, l. ſi quis in conſcribendo,29.C.de pact.ſec.Bald.in c. 1. in princ. de proh. feud.al.per Feder. & Iacobus de Sancto Georg. de feud. ſup. verbo. Et cum pacto.3.num.2.& Curt. d.nu.131.2. Niſi eſſet feudum hæreditarium ſuſceptum pro ſe filijs, & hæredibus ſuis nam tunc,quia non poteſt ſuccedere in feudo niſi ſit hæres illius acquirentis, habebit etiam locum vulgar. regul. leg. cum à matre,14. C. de rei vendic. videlicet,hæredem,qui repræſentat perſonam defuncti,non poſſe venire cõtra factum
14 defuncti ex qua enim perſona quis lucrum ſentit eius factũ impugnare non poteſt,l.ex qua perſona, 139. ff. de regulis iuris.Si vero feudum non eſſet hæredarium, vt pote vaſallo, & ſuis filijs conceſſum, tunc ſi filij adijſſent hęreditatem patris. inuentario non confecto, quoque contrafactum patris, venire non poſſent,per dictam l.cum à matre. Secus ſi cum beneficio inuentarij adita eſſet per eos hęreditas.Nam tunc patria diſpoſitio ſeu ordinatio eos non obligaret, de quo latius vide Curt.in d.4 p.num.152.in fine,& Zaſ.in epito. feud.ſuc-
15 ceſ verſic. Super tertia particula,vbi ſubijcitur per eos, & 3. Limitatio, vt prędicta concluſio procedat in feudo antiquo, non autem nouo, cum enim ſecundum communem ſententiam DD.in cap. Primo,de alienat.feudi pater vaſallus poſſit alienare feudum cum conſenſo domini in pręiudicium filiorum:certe multo magis vni filiorum illud relinquere poteſt. Sed in nouo feudo regulariter factum patris nocere filijs, inquit Aluarot.in §. hoc quoque, de his qui feud. dare poſſunt.
16 Porro circa ſecundum illud requiſitum quęritur. An actio familię herciſcundę plures intentari poſſit, id eſt, ſi res quę eam communi conſenſu cohęredum, vel etiam per iuſtam ignorantiam remanſerunt indiuiſę, an iterum pro non diuiſis hac actione agi poſſit? Et diſtinguitur, aut enim diuiſio facta communi conſenſu inter cohęredes extra iudicium, & tunc pro non diuiſis hęc actio competit, & ita loquitur, lege prima, C.eodem niſi etiam interueniſſet inter eos tranſactio,d.leg.prima. Cauſas enim legitima tranſactione ſopitas [illegible] nec

ADDITIONES.

a *Familiæ actio naſcitur ex quaſi contractu. §. item, ſi inter aliquos ſup.de oblig.quæ ex quaſi contractu.*

b *Quid ſi dubitatur an aliquis ſit hæres? Actio familiæ non competit ante hæreditatis iudicium finitum, l.hæredes,§.quantum, ff.familiæ herciſcundæ.*

nec imperiali reſcripto reſuſcitari oportet.l.cauſa,16. Co.de tranſact. Aut eſt facta diuiſio in iudicio,& non competit amplius hæc actio,quæ eſt vniuerſalis, & pro diuiſione vniuerſorum bonorum competit,ac proinde ea ſemel intenta intellectualiter omnia bona per eam diuiſa intelliguntur. Et ideo pro diuiſis agitur communi diuidundo, quæ eſt particularis actio,pro diuiſione rerum particularium competens leg.fin. filia,10.§.ſi.ff.eodem. Secus eſt in petitione hæreditatis,quia hæc ſæpius intentari poteſt, vt not. per Gloſ.in d. leg.ſi filia, §.fin. Eiſque ratio aduerſitatis quia licet ipſa ſit vniuerſalis actio, natura & habilitate, tamen datur contra quemcunque poſſeſſorem,abſque tamen titulo,& pro qualibet re etiam minima,leg.regulariter,9.iuncta leg.licet minimam, 10, ff. de petit.hæred. Et ita aliquando effectu non eſt vniuerſalis. Sed hæc actio natura,habilitate, & effectu eſt vniuerſalis, & datur vniuerſaliter contra cohæredem tantum,etiam pro rebus ab alio poſſeſſis,vt vniuerſitas bonorum diuidatur.l.item Labeo, 28. ſ.fin.cum duabus leg.ſeq.ff.eod. de quo latius vide Bald.& alios, in d.l.1.C. eod.& Fab.hic, nu.13. & duob. ſeq.
17 Ang.6. & Iaſ.49. Et circa præmiſſa non incommode hic ſubijci poteſt quæſtio mota per Angel.hic, num.8.& Iaſ.50. An in hoc diuiſorio iudicio veniat euictio? verbi gratia: facta eſt diuiſio inter fratres,vel alios cohæredes, & vni aſſignata eſt domus, alteri partum, ſi poſtea aliquid ex iſtis rebus diuiſis euincitur per tertium,ecquid cohæres teneatur de euictione, ita vt cogatur reponere cohæredi id, quod ab eo euictum eſt? Et de hac quæſt. eſt text.ibi Gl. ord.in l.ſi familiæ, 14. C.eod. pro cuius declaratione ita diſtinguitur. Aut diuiſio eſt facta per ſeipſum teſtatorem, & illa ſeruanda eſt, nec hæres tenetur cohæredi de euictione ſecund. Gloſ.fin.in l.ſi cogitatione 21.Cod.eod per text.in l.cum pater.77.§.euictis prædijs, 8 ff. de leg.2 niſi ex culpa cohæredis res eſſet euicta, ſec. Bart. in l. qui Romæ,122.ſ.duo fratres,in fin.ff.de verbor. obligat. Aut diuiſio eſt facta in iudicio per iudicem, & venit euictio præſtanda, vt eſt text.in d.l.ſi familiæ in verb. Ad iudicatutum,& ibi Gloſ. & DD. per Paul.de Caſtr. tale ſummarium iſtius legis ponitur. Ex diuiſione etiam facta iudice mediante,quia de
18 euictione,per actionem de præſcribitis verbis tenetur. Aut eſt facta diuiſio extra iudicium per ipſos cohæredes, & tunc Gloſ. ibi ſubdiſtinguit. Aut conuentum eſt de euictione præſtanda, & res eſt ſine dubio, quia contractus ex conuentione lege accipiunt,vulg.leg.1.ſ.ſi conuenit ff.depoſiti. Aut non eſt conuentum,& nihilominus tenentur cohæres euictione,tex.
a eſt in d.leg ſi familiæ,niſi *a* ſcienter,quis alienam rem recipiat l ſi fratres,7. Communia vtriuſque iudic. & l ſi fundum,27. C.de euict. Aut expreſſa actum eſt, vt neuter debeat eſſe obligatus de euictione, & quoque non eſt dubium non veni re
19 præſtandam,d.l. ſi familiæ. Et hoc ampliatur per Gl.ibi, quod licet in alijs contractibus is, qui non vult teneri de euictione nihilominus teneatur ad veri pretij reſtitutionem, non autẽ ad aliud quoddam intereſſe,niſi expreſſe fuerit actum, vt venditor etiam pretium reſtituere non teneatur,l.emptorem (al. eſt,§.11 in l.exempto,11.) §.fin.ver.Ibidem ait.ff.de act.empt. Hac tamen caſu cohæres etiam ad veri pretij reſtitutionem non tenetur,quia videtur in ſe recepiſſe periculum euictionis ſicut è conuerſo, alter cohæres cenſetur eodem modo in ſe ſuſcepiſſe periculum rei ſibi adiudicatæ: quia periculũ illud poteſt eſſe reciprocum, quod non ſic eſt in caſu emptionis, vbi venditor,non etiam emptor de euictione tenetur, vt de-
20 clarat Paul.de Caſtr.in l.ſi familiæ. Et circa hanc materiam euictionis. Gloſ.in d.leg.ſi familiæ,mouet pulchram quæſtionem. Quidam habens bona allodialia, & feudalis deceſſit relictis duobus filijs, qui per iudicem, vel inter ſe communi conſenſu diuiſerunt illa bona paterna, & vni obuenit allodium alteri vero feudum,poſtmodum is cui feudum aſſignatum eſt,deceſſit relicta filia quæ in feudo,non ſuccedit,§.hoc autem, de his, qui feud. da.poſſ.in vſibus feud. ita vt feudum ex lege contractus ſit reuerſum ad dominum, & per conſequens euictum, quæritur ergo an filia,contra patruum agere poſſit de euictione? Et Gloſ.ibi notabiliter determinat, quod
b *b* non, quia non poteſt aliqua culpa patruo imputari cum ipſa euictio ex natura rei feudalis procedat. Ideo præſtatur, non aliter ac ſi fato ac naturaliter res interijſſe leg. ſi ſeruus, 21.in princ.ff.de euict. Item quia datur videtur præſtitiſſe cauſam euictioni,arg.l fundum meum, 20. & l.ſi ſeruum, 25. ff. de euict. Et facit alia ratio, quia feudum eſt ei adiudicatum cum ſua qualitate, & natura. Ideo in diuiſione debuit cogitare, hoc ex natura, & qualitate rei poſſe euenire. Vnde ſibi imputet,qui non fecit ſibi caueri de euictione, arg. leg. ſi quis domum, 10.§.pen.ff. loc. Et hæc concluſio Gloſ.ampliatur procedere, etiamſi, per dominium non fuerit feudum euictum, ſed per ipſam patruum fratrem patris iſtius puellæ ad quam feudum antiquum, deficiente maſculo hærede ex ſucceſſione redijt, iuxta §. his vero deficientibus, de ſucceſſ. fratr,vel grad.ſuc.in feud.in vſibus feud. Quia non venit patruus contra ſuum factum ſeu diuiſionem,ex quo fœmina de natura feudi non poteſt ſuccedere in feudo, vt pulchre declarat Bald.in d.l. ſi familiæ,in fin. Prædicta autem concluſio. I. Limitatur non procedere, quando is,cui obuenit feudum in diuiſione expreſſe ſtipulatus eſt de euictione. Nam tunc illa debetur,ſecund.Gl.in d.l.ſi familiæ,per text.in l. ſi fundum,
21 27.Cod.de euict. Quam tamen Doctor.ibi reſtringunt procedere ſi expreſſe ſtipulatus eſſet de euictione, in hunc ſcilicet caſum,ſi contingat eum decedere ſine filijs maſculi: alias ſi ſimpliciter eſſet ſtipulatus cum ſciret bona eſſe feudalia, non ageret de euictione ſi ex natura feudi euinceretur de
22 quo poſt Bart.vide ibi Bald. & Paul.de Caſtr. II. Limitatur procedere,quando feudum venit in diuiſione, vt feudum: ſecus ſi vt allodium,ita vt recipiens putaret eſſe allodium. Nam tunc euictio præſtanda eſſet, non aliter, ac ſi aliam quandã res extraneis cuiuſdam in hæreditate reperta diuiſa fuiſſe,ſecundum Bald.& Paul.de Caſt in d.l.ſi familię. Et pro pleniori intellectu iſtorum quæritur,quando euictio in diuiſione venit
23 qualiter illa tunc à cohærede præſtanda ſit. Et de hoc eſt text. in d.l.ſi familiæ,videlicet euictionem venire pro parte: veluti ſi vnus fundus euincitur, non debetur nomine euictionis æſtimatio totius fundi, alias is, qui euincitur, nihil relinqueret cohæred. Verbi gratia. Si fundus euictus valeret 100. & domus,non euicta à cohærede ſimiliter 100. valeret, & iſte cohæres cogeretur refundere 100.pro fundo euicto, ei nihil remaneret. Refundũtur igitur tantum 50. & hoc eſt quòd dicit Imp.in d.l.ſi familiæ,à præſide per actionem preſcriptis verbis compelli fratrem & cohęredem euictæ poſſeſſionis detrimentum pro parte agnoſcere, vt declarant ibi Bald. & Paul. de Caſtr. Item hoc caſu quæritur,quando res in diuiſione cohæredi adiudicata eſt euicta, qua actione ſit agendum contra cohæredem,vt præſtet euictionem. Et diſtinguitur ſecundum Imp.in d.l ſi fratres,C.communia vtriuſque iudicij. Aut
24 enim per ſtipulationem euictio eſt promiſſa, & ex ſtipulatu agitur. Aut non interuenit ſtipulatio,& actio preſcriptis verbis locum habet,d.l.ſi fratres,& d.l.ſi familię. Hęc enim actio in permutatione competit,de qua in §.actionum,inf.eod. dicemus. Sed in diuiſione eſt quædam permutatio locum vni hæredi datur vna res,& alteri alia. Ergo,&c. ſecund. Gloſ. in d.l.ſi familiæ.

Quid veniat actionem.

25 Quarto,principaliter quæritur. Ad quid hæc actio compe-
c tat,ſeu quid *c* in ea veniat? Et hoc declaratur per Iuriſc. in leg. 2.cum aliquod legibus ſequ.ff.eodem. Eſt enim hæc hæreditatis diuidendę actio,ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato hęreditas fuerit delata, d.leg.2. in princ. Itaque diuiduntur primò res corporales,mobiles, & immobiles, quæ commodam diuiſionem recipiunt. Si verò eſt res corporalis,quæ commode diuidi non poteſt, tunc tota res adiudicatur vni, qui grauatur in danda pecunia alteri,vt ſic æqualitas ſeruetur. Nec poteſt vnus cohæredum dicere, ſe velle partem ſuam in qualibet, quantumcumque minima re: hoc enim officio iudicis committitur, ex bono & æquo rem vni ex litigatoribus adiudicare,text.eſt hic in ſi.§.noſtri,& in §.ſi.familię, vbi Doct. inf.de offic.iud.& in l.ad officium,3. Cod.communi diuid. Et poterit hoc caſu iudex ex ſuo officio rem æſtimare, prout ei iuſtum precium videbitur, ſecundum Bart.in d.l. ad officium in fin.per tex.in l.ſi probarum,2.in ſi.Commun.diuid. vel poterit iudex hoc facere licitando, vt interroget quamlibet partem, pro quanto precio velit rem retinere, & plus offerenti
26 rem adiudicare,fin.l.ad officium,cum ibi not. Sed circa hoc oritur

ADDITIONES.

a *Euictionis nomine cohæres aduerſus cohæredem non aget, ſi tẽpore diuiſionis ſciuit rem ſibi alienam tradi, non aget (inquam) ne ad precium quidem verum, niſi ſtipulatus ſit, l. ſi fundum, C. de euict. Gloſ. & Faber in l. ſi familia C. familiæ herciſc. Alias ſi tempore diuiſionis alienam ignorans accepit, idq; euictum fuerit, euictionis cauſa agere poteſt aduerſus cohæredem, d. l. ſi famil. l. ſi domus, §. 1. ff. de leg. 1. Faber d. l. ſi famil.*

b *Idem Gl. in l. hoc iure ff. de euict. Faber in d. l. ſi familia, per l. ſi fratres, C. communi diuidundo.*

c *An, & quemadmodum ex dolo cohæredis iuretur in litẽ in hac actione, vide Plotum in tract. de in litem iurando, §. 15.*

oritur dubium quando cohęres offert pro ſe tali centum quæ
tamen plus valet, pone 100. & 30. alter vero cohere eſt pau-
per, nec poteſt offerre illud quod valet, ſed dicit. Ego repe-
riam vnum, qui dabit plus, alter vero recuſet tertium empto-
rem, an ille tertius admitti debeat? Et his duobus concurren-
tib. videlicet, quod vnus cohęres non offerat condignum pre-
cium, & alter ſit impotens ad illud offerendum debet admitti
tertius emptor, ſed altero iſtorum deficiente, non audiendus
eſt tertius, licitator ſecundum Vvilh. de Cun. quem refert, &
ſequitur. Pau. de Caſt. in d. l. ad officium, per tex ibi io ſi. qui ſu
bijciunt, dictionem, (Maximè,) ibi poſitam, abundare, vnde
ſi cohęres offerat iuſtam ęſtimationem, licet alter eſſet inops
nec ſua pecunia cohęredem ſuperare poſſet non tamen foret
audiendus, ſi vellet ſubmittere tertium, qui vltra iuſtum prę-
cium offerret, quia hoc poſſet fieri malitioſè ad inuidiã alte-
rius. Sed ſi ille tertius non ſubmittatur ab aliquo cohęredum,
ſed à ſeipſo veniat, & plus offerat non debet audiri, ſecundum
Vvilh. de Cun. Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. ad officium, arg. l. ſi
27 nemo, 19. ff. de teſta. tut. Notandum tamen in terris Sax. in re
a bus, quæ commodam diuiſionem non recipiunt, minorem a
habere electionem an velit rem à iudice vel alijs ęſtimatam
retinere, & alteri dare pecuniam, & ita pronunciatur, vt ha-
betur ſententia poſt Land. ſub tit. (von theylung. der. Bruder
vnd mitſtiffe der Scu vveſtern auffdenchen.) io ſi. de hoc, an
maior teneatur diuidere, & minor eligere, tam de iure com-
28 muni, quam de iure Sax. ſtatim plura dicemus. Item datur hęc
actio ad perſonales præſtationes, puta ad fructus fundi hære-
ditarij diuidendos, quos alter cohęres ſolus percepit, & in hoc
continet naturam perſonalis actionis, vt ſup. dictum eſt, d. §.
ſi familiæ, infra de offic. iudic. & l. inter cohæredes, 44. §. fru-
ctus, ff. eod. Sic etiam ſumptus bona fide à cohærede facti, in
hoc iudicio diuiſorio veniunt, l. his conſequenter, 18. §. ſum-
ptuum, ff. eod. Item damna dat ab vno hærede dolo, vel culpa
l. damno, commiſſo, 17. & l. puto, 16. §. ſed & ſi dolo, & l. hæ-
29 redes, 25. §. non tantum, 16. ff. eod. Et in ſumma, vt commo-
da, & incommoda communicentur, l. item ex diuerſo, 19. in
fi. ff. eo. Nomina autem debitorum, & creditorum, quia com-
moda diuiſionem non recipiunt, & ipſo iure per l. 12. tab. ſunt
diuiſa inter cohæredes intellectualiter pro hæreditarijs por-
tionibus, ideo diuidenda per hanc actionem non veniunt, ſed
tantum veniunt adiudicanda, l. 2. cum l. ſeq. ff. eod. & l. ea quæ
6. vbi pulchra gl. C. eo. Et tunc hæres debet credere cohæredi
actionem pro parte, quam habet in nominibus debitorum, l. ſi
ita 42. in fi. & d. l. 2. in fi. ff. eo. Idē in alijs iurib. corporalibus in
diuiduis eſſe dicit hic Pl. n. 9. excepto vſufructu, qui diuiduus
eſt, ex certo tempore, & vſq. ad certum tempus, & alternis an
nis adiudicari poteſt, l. ſed & ſi §. fi. cum duabus legibus, ſeq.
ff. eod. Hinc quæritur per DD. An iuriſdictio, & feuda diui-
di poſſint? Et quod ad iuriſdictionem attinet, quam plures
hæredes habent communem in vno caſtro, vel territorio, ve
ro, & communis eſt concluſio, iuriſdictionem in ſua ſubſtan-
tia eſſe indiuiſibilem, cum pro parte explicari non poſſit, nec
ſit dare ſemiiuriſdictionem. Eſt enim quiddam incorporale,
30 quod in mente conſiſtit, & incorporalia, non veniunt diuidē
da, & facit, text. in l. Imperator Titius, 13. ff. ad mun. vbi ex-
preſſe dicitur magiſtratum officium eſſe indiuiduum. Ideò e-
rit iuriſdictio penes omnes heredes inſolidum, ea enim quæ
indiuidua ſunt, tranſeunt ad hæredes inſolidum, l. heredes, 15.
§. an ea, ff. eod. & l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Hanc tamen cō-
cluſionem limitare. Nam. I Procedit quo ad ſubſtantiam iu-
riſdictionis, quæ eſt inuidua vſus vero, & exercitium iuriſdi-
ctionis diuidi poteſt, ita vt quilibet heres vtatur iuriſdictione
alternis temporibus arg. l. Lucio, 4. §. fin. cum l. ſeq. ff de aqua
quot. & æſti. & l. communi diuidundo, 7. §. cum vſufructu, ff.
commun. diuid. II. Quo ad commoditatem diuidi poterit iu-
riſdictio ita vt vni ex cohæredibus, vel extraneo locetur iu-
riſdictio, qui preſtet inde penſionem, quã inter ſe conſortes
diuidant, arg. d. l. communi diuidundo, §. cum de vſufructu.
III. Per territoria, & regiones iuriſdictio diuidi poteſt, velu-
ti ſi habeant diuerſa caſtra, poſſunt enim tunc hæredes ea di-
uidere, quoad iuriſdictionem, & territorium, interpoſitis ta-
men cautionibus, de non impediendo inuicem arg. d. l. com-
muni diuidundo, § cum de vſufructu, ff. de communi diuid.
Et hoc videtur ſentire Bart. in l. arbor. 19 § fi. ff commun. di-
uid. vbi dicit. Aut iuriſdictio in hæret. perſonæ, & tunc non
poteſt diuidi, ſicut nec cętera iura incorporalia. Aut in hæret
territoria, & tunc ſicut caſtrum, & territorium diuidi poteſt,
eodem modo, & iuriſdictio. IV. Per adiudicationem vna
cohęredum iuriſdictio aſſignari poteſt, & tunc non dicitur
propriè diuidi, ſed potius conſolidari, & remenere in perſo-
na illius tantum, ſecundum Feu. in §. firmiter, verſ. Præterea
ducatur, de product. feud. al. per Frid.
Sed ex prædictis dicitur alia quæſtio, an ſi Comes quidam
vel nobilis deceſſit relictis tribus filijs vnus ex iſtis poſſit exer
31 cere iuriſdictionem ſinę alijs in illo territorio, communi? Et
Bart. in l. ſi vni ex pluribus, 36. (al. incipit Pomponius,) ff. de
re iud. tenet, quod ſic. Nam ea, quæ ſunt indiuidua, tranſeunt
ad hęredes inſolidum, d. l. hæredes, §. an ea. ff. quia iuriſdictio
penes quemlibet eſt inſolidum, cuilibet etiam eius exerci-
tium competere videtur. Et quamuis Bart. ibi limitet illam
concluſionem procedere, niſi agatur de commodo mulcta-
rum, vel pęnarum pecuniariarũ, quod tunc vnus ſine alijs nō
poſſit iudicare, tamen Ioan. de Imol. in ea prudentiam 21. ex
de offic. de leg. Angel. & Alexand. de Imol. in d. l. ſi vni indi-
ſtinctè tenent, vnum ſine alijs cognoſcere poſſe, etiam vbi
de pęna pecuniaria agitur, & tunc locum eſſe præuentioni
arg cap. Propoſuiſti, 19. ext. de foro compet. Et add. quod pę-
na, & multæ ſunt fructus iuriſdictionis, vt inquit Bar. in l. fin.
ff ſolut. matr. & Bald. in l. 1. Cod. de fructibus, & litis expenſ.
Contrarium vero tenet. Vvilh. de Cun. in l. 1. ff. de offic. conſ.
coniunctim debere, eos exercere iuriſdictionem, nec vni cō-
mittere, qui vice omnium fungatur, & iudicet. Licet enim iu
riſdictio ſit penes quemlibet in ſolidum, tamen eius exercitiũ
eſt penes omnes ſimul. Ideo vnus, non poterit ſolus cognoſce
re, quia habent iuriſdictionē à defuncto tranſmiſſam, & vnus
non poterit repræſentare perſonam defuncti, niſi pro ſua por
tione hæreditaria. Et hanc ſententiam ſequuntur plurimi, &
inter hos Bal. in d. l. 1 & Paul. de Caſt. in d. l. ſi vni, & Anton.
de But. in d. c. Prudentiam, & pulch. Iac. de S. Georg. de feud.
ſup. verb. Marchio in Italia, vel Dubitatur, ita vt videatur hæc
opinio eſſe communis, quam de facto inter aliquot dominos
habētes caſtra communia obſeruari vidi, quorum vnus abſq;
altero non exercebat aliquò actum iuriſdictionis, & ſic quan
do vnus ſolus aliquid mandabat, ſubditi non obtemperabant.
32 Quod verò ad feuda *b* attinet an diuidi poſſint, videtur di-
b cendum quod non. Nam quia feuda in totum, & pro parte re
gulariter alienari prohibentur, ita vt contra facientes, feuda,
amittant, cap. 1. cum ſimilib. de prohib. feud. al. per Frid. Ergo
nec diuidi poſſunt quia diuiſio habet ſe inſtar ad ſimilitudi-
nem alienationis, l. 1. C. cōmunia vtriuſque iud. De hoc tamen
eſt tex. in dict. verſ. Præterea ducatus, qui inter feuda maiora,
33 dignitates ſcilicet, & inferiora, diſtinguit. Pro cuius declara-
tione ſciēdum, quo feudum aliud eſt regale, quod & dignita
tis dicitur, quia habet dignitatem annexã, & ab Imperatore,
34 vel Rege Romano recognoſcitur, vt eſt feudũ Ducatus Mar
chionatus. Comitatus, & vulgo dicitur, (Eyn fahnen lehen,)
quod nobilitat, & confert dignitate, vt eſt text. in Sax. feud. c.
21. ante fin. vbi dicitur. Nihil exaltat alicuius inſigna, niſi feu-
dum regale. Et quomodo Cęſarea maieſtas feuda concedat
Principibus, tam ſpiritualibus, quam ſęcularibus habetur de
iur. Saxon. ar. 60. lib. 3. Ad hoc vt feudum dicatur regale, duo
35 concurrere debet. I Quod aliqua dignitas in feudum con-
cedatur. II. Quod ab Imperat. vel Rege conferatur, capitit.
ibi cum not. de feud. March. in vſibus feud. Nam illę digni-
tates dic untur regales quaſi procedentes ex regali munificen
tia, & omnes fluunt ab Imperatore, tanquam fonte, l. ſacri-
legij, 5. cum ibi not. C. de diuer. reſcript. vbi tex ſecundũ Bald.
& Paul. de Caſtr. Imperatorem poſſe conferre dignitatem
36 alieni non habenti, & notabilitare quemcumque vult. Aliud
vero dicitur, feudum non regale, nec dignitatis, quod con-
fertur

A D D I T I O N E S.

a *Generali Germaniæ conſuetudine quæ, & in Camera probata eſt ſenior ex fratribus diuiſionem bonorum hæreditariorum facere debet ſuo arbitrario bona fide ex quo minor vero natu optionis, & eligendi prærogatiuam habet, refert Gayl. 2. obſeru. 116. Item in Delphinatum ſeruari refert Guid. Pap. deciſ. 289. per text. cap. 1 ext. de paroch. Hoſtien. ibi. Andr. Anch. Imola. Panor. Bald. in l. ſuus, ff. de hæred. inſtit. & in l. inter pupibos, ff. de adminiſtr. tut. Authoritate etiam Auguſtini intuntur Canoniſta. Et ita diuiſionem factam fuiſſe inter Abrahamum, & Lothum notant. Iure tamen ciuili aut forte diuiſio fit aut. offic. iudic. l. 3. C. communia de leg. Bartol. & Angel. in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt Iaſon d. l. 3. & in l. 1. ff. ſi cert. pet. Diuidendi alia genera unde apud Petrum Vbaldum Tractatu de duobus frat. qu. 9.*

b *Diuidi an & quæ feuda poſſint, videte Curtium 4. p. feudorum, q. 10. vbi per plures regulas de diuiſionibus feudorum diſput.*

fertur ab alijs inferioribus à Principe, vel Rege, vt à Duce, vel
Comite, vel ſi ab Imp. vel Rege recognoſcitur, non conſiſtit
in illis dignitatibus, veluti quando aliquod caſtrum, vel præ-
dium infeudatur, vt notatur in cap. 1. quis dicantur Dux, Co-
mes, vel Marchio, &c. in propoſita igitur quæſtio. duas con-
ſtituatis regulas.
37 Prima, quod feuda maiora, regalia ſcilicet, ſeu dignitates
de iure communi feudali diuiſionem non recipiunt, text. eſt
in d. verſic. Præterea Ducatus. Et hęc concluſio non ſolum
intelligēda eſt reſpectus dignitatis, & iuriſdictionis, ſicuti om
nes filij Comitis dicuntur Comites; ſed etiam quo ad territo-
a ria ſecundum Feud. in d. verſ. Præterea *a*: et ampliatur proce-
dere, etiamſi omnes conſortes, & liberi conſentiant, vt pro-
bat text. in d. verſ. Præterea iuncto verſ. Aliud autem feudū,
ponderando aduerſatiuam (Aut eſt) de cuius natura eſt ad-
38 uerſari præcedentibus, in iure, & in facto, vt eſt Gloſ. ordin.
in l. hoc amplius 9. § de his autem ſuper verb. autem, ff. de
dam. infecto. Et ratio iſtius regulæ ſecundum Feud. ibi eſt,
quia dignitates non debent minui, ſed augeri, l. obſeruandū,
19. ff. de offic. prę. Sed ſi feuda, quæ habent annexam digni-
tatem diuiderentur ipſa quoq; dignitas diminueretur, quia di-
minoris diuitijs diminuitur, & honor, vt eſt text. & ibi Doct.
in §. hoc quoque a. ſupra. Per quas perſ. nobis acqu. Itaque
dignitates debent ſtare vnitæ, & non diuiſæ: quia nihil eſt tā
magnum, quod per diuiſionem non fiat paruum, vt eſt text.
in Nouell. 18. de trien. & ſem. poſt princ. hęc tamen concluſio
limitatur non procedere. I. Quando totum feudum aſſigna-
retur vni ex conſortibus integraliter, communi omnium cō-
ſenſu, ſecundum Bald. & Doct. in d. verſ. Præterea: quia tunc
non dicitur proprie diuidi, ſed potius conſolidari, & remane-
re in perſona vnius tantum, ſecundum Feud. ibid. II. Quando
talia feuda maiora ſolita eſſent diuidi per ſpatium tanti tem-
poris cuius initij memoria non eſſet in contrarium. Ita Alua-
ro, & alij in §. omnes, ſi de feud. deſ. defuer. com. inter dom.
&c. per l. hoc iure, l. 2. §. ductus aquæ ff. de acquir. quotid. &
æſti. III. Quando ex ſtatuto, vel conſuetudine loci, permiſſa
eſſet, talis diuiſio cum ſcientia ſuperioris ſicut in Germania
videntur talem conſuetudinem inductam eſſe, de quo vide
b Alex. de Imol. conſ. 25. vol. 5. *b* IV. Quando non reſpicimus
ad ſubſtantiam ipſam feudi, nam quantum ad diuiſionem v-
ſus ac exercitij iuriſdictionis feudi maioris dignitatem haben
tis, ſecus eſt. Item ſecus, quo ad fructus feudi, inter conſor-
tes diuidendos, vt in præc. q. dictum eſt, poſt text. in d. l. com-
muni diuidundo, §. cum die vſufructu, ff. commun. diuid. Et
plures limitationes vide per. Curt. in 4. parte tract. feudalis,
num. 110.

Secunda eſt regula. Quod feuda inferiora, quę non habent
annexam dignitatem poſſunt diuidi text. in d. verſ. Præterea e-
tiam ſine conſenſu domini, & periculo, illa amittendi ſecundū
Feu. ibi. Quia ex permiſſione legis hæc diuiſio fieri poteſt, &
quod lege permittente fit, pęnam non meretur, l. Grachus, 4.
C. ad leg. Iul. de adult. Et licet feuda vnum vel plura diuidan-
tur, vaſallus tamen ſine hæredibus mortuis pars, quæ ex diui-
ſione habetur, non ad dominum, ſed ad ſuperſtites fratres, vel
agnatos pertinet, vt eſt Gloſ. ordin. & ibi pulchre poſt alios
Aluar. in c. 1. Imperator Lotharius Eugenio Papæ. Ad quam
notabitis de iure Saxon. feudali contrarium ſtatutum eſſe vt
habetur in c. 32. vbi expreſſe dicitur facta diuiſione feudi in-
ter fratres ſimultanee inueſtitos, ſtatim perire ius ſuccedendi
inter eiuſmodi fratres, adeò vt poſt factam diuiſionem, ne-
ceſſe ſit illos de nouo ſimultanee inueſtiri, quod niſi factum
fuerit nullus eorum in portione alterius fratris abſque liberis
defuncti ſuccedere poteſt.

Porrò circa hanc quartam quæſtionem principalem dubi-
tatur. An omnes res hæreditariæ, & præſtationes perſonales
hinc inde faciendę, in libello huius actionis ſint ſpecificandæ?
Et breuiter dic, ſecundum Fab. hic nu. 10. & Plat. 13. quod non
eſt neceſſe, alia opus eſſet corio bouis: ſed ſufficit generaliter
ſuper hæreditarijs diuidendis implorari officium iudicis, & in
proceſſu poſtea declarabuntur in ſpecie, ſicut in alijs vniuer-
ſalibus iudicis, vt in petitione hæreditatis fieri ſolet. Hinc Fab.
hic tradit modum procedendi, ita vt ſi appareat litigantes eſ-
ſe cohæredes, iudex debeat pręcipere res hæreditarias ſibi ex-
hiberi, & omnia iura declarari, quo facto, diuidet rēs, vt com
modius fieri poterit, & ſi aliquæ res non recipiunt commodā
diuiſionem, eas vni adiudicabit, quem ad pecuniam cohære-
di pro ſua portione dandam condemnabit text. eſt hic, & in
d. §. ſi familiæ inſ. de offic. iud. Sed quia inter filios, & filias hę-
reditas ęqualiter diuidi debet, l. inter filios, 11. C. eod. ideò in
diuiſione hæreditatis paternæ liberi tenentur conferre bona
antea parentibus accepta, de quo loquitur titul. in ff. & Co. de
39 collat. Et eſt collatio *c* nihil aliud quam bonorum ſuorum
c communicatio, quaſi in commune latio, ſecundum Gl. ſuper
Rubr. ff. de collat. Et fit re ipſa conferendo ſcilicet dotem, &
alia data, vel tanto minus accipiendo de bonis paternis quan
tum antea acceptum eſt, ſecund. Bal. in l. 1. §. filiafamilias, 8. ff.
dę coll. dot. Et de iure Saxon. fit collatio mediante iuramento
eius, qui vult conferre, vt eſt text. in art. 13. lib. 1. vbi dicitur. Si
filijs defuncto patre, vel matre, relictam hæreditatem petere
volunt tunc frater emancipatus, ſeu ſoror dotata in diuiſione
omnia bona, quæ ſeparata habuit mediante iuramento con-
ferre debeat, ſi tamen debeat ſint mobilia: nam ſi alia eſſent
bona, & filius ſeu filia id probare poſſent, ſuper eis iurare non
40 tenerentur. Et habet locum hæc collatio, ſiue ex teſtamento,
ſiue ab inteſtato ſuccedatur, niſi pater expreſſe prohibuiſſet.
Nam tunc collatio ceſſat, Auth. ex teſtament. Cod. de coll. &
non conferenti denegatur actio, per quam portionem ſuam
41 hęreditatis alias conſequi poſſet, l. ſi maritus, 14. C. de coll. Et
hoc intellige de bonis profectitijs, vt de dote, & datis à patre.
Aduentitia enim caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia bona hodie
non conferuntur, l. fi. C. de coll. & l. 1. §. nec caſtrenſe, 15. ff. de
d col. Hinc *d* quæritur. An filius tenetur cōferre expenſas, quas
42 pater ipſi ſtudenti cauſa ſtudiorum *e* ſubminiſtrauit: Et de
e hoc eſt text. in l. quæ pater, 50. ff. eo. quod non verum iſte tex-
tus. 1. Limitatur quando filius non habuit aliqua bona penes
patrem, nam tunc ex pietate, debita dictus ſumptus miſit fi-
lio qui proinde non debent computari in filij portionem, vt
eſt text. ibi. Item acquirendæ dignitatis cauſa miſit ſunt, ideò
in collationem non veniunt, per tex. in d. l. 1. §. nec caſtrenſe,
43 ſecus, quando filius habuit bona aduentitia vel caſtrēſia. Nā
tūc in dubio præſumitur, patrem ſuppeditaſſe ſumptus de bo-
nis ipſius filij, leg. Neſennius 34. ff. de neg. geſt. & l. fi. ff. de pe-
tit. hæred. præſertim, quia pater eſt legitimus adminiſtrator
aduentitiorum, ideoq. præſumitur in dubio facere adminiſtra
torio nomine, non ſuo, l. cum poſt, 43. §. 1. ff. de admin. tut. 2. Li
44 mitatur, quando filius propter expenſas ſtudij renūciauit ſuc
ceſſioni paternæ abſq. iuramento. Licet enim talis renuncia-
tio facta ſine iuramento nihil valeat, per c. Quamuis, de pact.
in 6. tamen operatur, vt tales expenſæ cōputentur in eius par-
tem, ſec. Bal. Sal. & Paul. de Caſtr. in l. pactum, 3. C. de coll. &
Iaſ. in Auth. quod locū, C. de coll. n. 3. vbi poſt Bar. Alb. & Bal.
ſubijcit tres limitationes, nempe pecuniā filio ſtudenti à patre
miſſam, non venire computandam in ſuā partem, quando ſci
licet eſt conſumpta in bonos vſus: ſecus, ſi in prauos, & flagi-
tioſos vſus filius pecuniam expendit, argumento iſtius tex. vbi
dos conſumpta a marito cōputatur in partē ipſius filię marita
tæ, quādo poteſt ei negligentia, & culpa non exactę dotis im-
45 putari. Hinc, enim conſequens eſt, multo magis filio iſtā pecu
niā in ſuā partem cōputari, qui eā in prohibitos, & malos vſus
conuertit: cum grauius ſit delictum quod faciendo omittitur
quam quod committendo, ſec. Iaſ. ibi qui addit, tacite intelli-
gi pecuniam reuocatam, cum cauſa propter quam miſſa erat,
non eſt ſecuta. Prædictis add. ſecund. Iaſ. in dict. Auth. quod
locum, ſi expenſæ ſtudij regulariter non conferuntur, quod
f fortius hæc procedant in expenſis *f* Doctoratus quas pater
pro filio doctorando fecit, vt non computentur in partem fi-
lij, ſed cenſeantur quaſi caſtrenſis peculij add. Bart. in dict. §.
46 nec caſtrenſe, vbi monet talem quæſtionem. Pone, pater pro
filio

ADDITIONES.

a *Imo territoria, & iuriſdictionem vſus ac præfectura diuidi e-
tiam tum poſſent. Cur. tract. feud. par. 4. num. 122. Socin. conſil.
18. viſis, nu. 4. vol. 2.*

b *Socin. conſ. 165. n. 17. & conſ. 18. viſis, n. 4. vol. 2. ac videtur ge-
neralis quedam eſſe conſuetudo, vt vbinis feuda regalia diuidi
iam poſſint, DD. d. verſ. Preterea ducatus. Alex. conſ. 6. viſo
vol. 5. Oldr. conſ. 237. Henning. God. conſ. 20. ſicut, & alia feuda
diuidi poſſunt Bal. l. ſi familia C. famil. hercisc.*

c *De collationibus per liberos faciendis mortuo patrē, adde que
notata ſunt ſup. tit. per quas perſonas nobis acquiratur, num. 27.
& ſeq. His adde, tract. de coll. Vitalis Nemauſenſis.*

d *Quid in debito ſeu ære contracto per patrem ob ſtudium, & di-
ſciplinam filij? De communi ſoluendum. Bart. per l. ſi filia, §.
idem ſcribit, ff. familia herc. l. Macedonian. C. ad S.C. Mace-
donianum l. & ſi filia ff. de munerib. & honor.*

e *Adde Vitalē Nemauſenſem tractatu de collationibus, qu. 18.*

f *Doctoratus adipiſcendi cauſa accepta à patre, an filius, tenea-
tur conferre patre mortuo, vide Vitald. tract. q. 28.*

Digitized by Google

filio ducente vxorem fecit expenſas nuptiales, poſt mortem patri alter frater quoque ducit vxorem, & vult vt pro ſe ſimiles fiant expenſæ de communibus bonis, vel vt illæ expenſæ conferantur: quæritur quid iuris? Et concludit Bartol. alterum fratrem teneri facere expenſas, de ſuo proprio, non de communi, niſi aliud à patre dictum, & diſpoſitum fuerit, vt eſt Gl. notabilis poſt text. in l. 3. §. in fin. ff. de muner, & honor. & ibi Bart. hoc tenet, & pulchre Bal. in l. filiæ, 18. num. 14.
47 C. eod. Plat. & Ang. in § fi. ſupr. de ſocietate. In ornamentis
a *a* verò, & veſtibus factis, per patrem pro vxore filij, diſtinguitur per Doct. in præd locis hoc modo, Aut veſtes ſunt quotidianæ, & neceſſariæ ad quotidianum vſum, & non conferuntur. Aut ſunt precioſæ, & feſtiuæ, & veniunt conferendæ, arg. l. id veſtimentum, 25. ff. de pecul. Nec poteſt dici, morte ſoceri talem donationem fuiſſe confirmatam, quia veſtes nõ fuerunt donatæ, ſed tantum ad vſum conceſſe, ſecundum
48 Bal. in d. l. filiæ, numer. 14. Similiter dubitari poteſt de libris,
b *b* quos pater filio ſtudenti emit, an poſt mortem patris ſint conferendi? Et videtur indiſtinctè dicendum quod non. I. Quia pater emendo nomine filij, videtur hoc tacite velle, niſi expreſſe hoc reuocauerit, d. l. filiæ, in princ. C. eo. II. Quia hoc videtur operari fauor ſtudiorum, arg. d. l. quæ pater, ff. III. Quia pater neceſſe habet libros emere, ex quo miſit filiũ ad ſcholas, vt no. Gloſ. penult. & ibi Doct. in leg. Macedoniani, 5. C. ad Senatuſcon. Maced. IV. Quia ſicut equi, & arma quæ dantur à patre filiofamilias eunti in militiam non conferuntur l. ſi filiusfamilias. 4. C. eod. & idem cauetur de iure Saxon. art. 10. lib. 1. item nec libri, cum & aduocati militare dicantur, l. aduocati, 14. C. de aduoc. diuer. ind. V. Quia pa-
49 ter cauſa ſtudiorum emit, & quia illa cauſa nondum eſt finita cum per exercitium ſtudium ſemper recipiat incrementum, vt eſt tex. in l. legatis, 65. §. ornatricibus, ff. de l. 3. cohæredes non poſſunt auocare ab eo tales libros, ſecundum Bald. d. l. filiæ. In contrarium, verò quod iſti libri ſint ipſius patris, & non filij, ac proinde veniant conferendi argumenta quoque non deſunt. Nam. 1. Facit quòd res emptæ per patrẽ, ipſi patri acquiruntur, & per conſequens pertinent ad omnes hæredes proportionibus hæreditatis, 2. Facit tex. in Authent. ex teſtamento, Cod. de col. vbi dos, & alia data a patre conferuntur. Ergo & lib. 3. Dato, quod ſit donatio, nòn tamen eſt ſimplex, ſed donatio ob cauſam, ſcilicet ſtudiorum. Ideò imputari debet in partem filij, ſicut donatio propter nuptias, leg. quoniam nouella, 29. C. de inoffic. teſta. 4. Militar empta a patre imputantur, filio in legitimam ipſius filij leg. omnimodò, 30. §. fi. C. de inoffic. teſt. Nec obſtat, d. l. quæ pater: quia illa ſecundum quoſdam intelligitur de expenſis in ſtudio conſumptis, & hanc opinionem diſputando tenuit Gofred. vt referunt Bar. & Doctor. in d. l. filiæ, & in d. ſ. nec caſtrenſe. Et pro concordandis illis opinionibus, in hac quæſtione communi-
50 ter attenditur diſtinctio Bart. in d. §. nec caſtrenſe. Pro cuius declaratione plenius quam Bart. ibi diſtinguatis illam quæſtionem in duos caſus Principales. Primus eſt quando pater nomine filij emit libro. Secundus eſt quando pater non filij ſed ſuo nomine emit. Primo caſu diſtinguitur. Aut pater filio nondum tradidit libros, nec alias expreſſit ſe donare filio & tunc ſunt proprij ipſius patris. Ideo diuiduntur inter fratres ſicut, aliæ res hereditariæ, leg. 1. in princ. C. de Caſtr. pec. lib. 12. Requiritur ergo traditio, vt videatur donare, l. 2. cum ibi nota. Cod. ſi quis alteri, vel ſibi. Aut pater tradidit, vel expreſſit ſe donare libros filio, & ſubdiſtinguitur: Aut tempore donationis filius erat Aduocatus, vel Doctor, & donatio eſt valida, nec reuocari poteſt per patrem, cum libri iſto caſu cenſeantur eſſe quaſi caſtrenſis peculij, dum aduocati militare dicuntur, d. l. ſi filiusfamilias. Cod. eod. Nec filius libros confert, cum caſtrenſe, vel quaſi peculium non conferatur, d. §. nec caſtrenſe. Aut tempore donationis erat ſcholaris, &
c tunc *c* compleuit ſtudium ante mortem patris, quia aſſumpſit gradũ Doctoratus, vel eſt effectus Aduocatus, ita vt incipiat quaſi militare, & tunc illi libri efficiuntur quaſi caſtrenſe peculium, vt a patre reuocari non poſſint, nec veniant conferendi, & ita confirmatur illa donatio, arg. leg. ſiue emancipatis, 17. Cod. de donat. & l. donationes, 31. §. pater, ff. de donat. Sin vero pater mortuus eſt, antequam filius ſtudium perficeret, tunc non poſſunt dici quaſi caſtrenſe peculium, quia conditio perſonæ hoc non patitur, nec enim in iure hoc reperitur, quòd ſcholares dicantur militare, ideò nec gaudent priuilegio Magiſtrorum, & Doct. de quo vide Doctor. in l. 1. ff. ſol. matr. Quare hoc caſu ſecundum communem opinionem Doctor. poſt Bar. diſtinguendum eſt, ſicut in alia ſimplici donatione. Aut enim erat filius emancipatus tempore donationis, vel poſtea emancipatus, libris non ademptis, & valet donatio, nec per patrem reuocari poteſt, d. l. ſiue emancipatus. Et licet alias donatio ſimplex regulariter per emancipatum conferatur, vt infra dicemus, tamen hoc caſu ſpeciali fauore ſtudentium ceſſabit collatio, per d. l. quæ pater, ff. eo. Aut non erat emancipatus: & tunc ſi talis donatio fuit morte patris confirmata, non debent conferri, per text. in d. l. filiæ. Sin autem per patrem fuerit reuocata ante mortẽ, tenetur filius libros conferre, per tex. in d. l. filiæ. Et ſic notabitis ſecundum Ang. in d. § fi. ſup. de ſociet. omni caſu, quando pater nomine filij emit libros, & ei tradidit, filium habere libros præcipuos, ſiue ſit Doctor, ſiue non, obſeruata tamen hac differentia, vt ſi donatio facta ſit filio Doctori ſtatim valeat, nec poſſit reuocari, ex quo libri cenſentur caſtrenſe peculium. Si verò filio, qui non perfecit ſtudium, libri donati fuerint, ab initio nõ valet talis donatio, niſi morte patris confirmata fuerit, l. donationes 25. C. de donat. inter virum, & vxorem. Ideò pater eam reuocare poteſt, niſi donatio ſit facto filio emancipato, d. l. ſiue emancipatus, C. de don.

Secundo caſu principali, quando pater emit libros, non filij nomine, ſed nomine proprio, vel alias in domo habebat, & iſtos ſimpliciter tradidit filio, nec expreſſit ſe donare eos tũc in dubio pater non intelligitur eos donaſſe, ſed tantum ad vſum, vel cuſtodiam conceſſiſſe, arg leg cum pater 78. §. pater pluribus, 21. ff de leg. 2. & facit vulgata theorica vbicunque poteſt capi alia coniectura, ceſſat præſumptio donationis, cũ nemo præſumatur ſuum iactare, l. cum de indebito, 25. §. 1. ff.
51 de probat. Hoc tamen limitatur niſi libri eſſent modici valoris, inſpecta qualitate patrimonij, & numero librorũ, de quo vide Alex. de Imo. in l. ſi donationes, 13. n. 15. nu. 22. C. de col. & Bal. in d. l. filiæ nu. 11. In caſibus tamen, in quibus filius te-
52 netur conferre libros, an poſſit offerre precium eorum, & retinere libros, vide Bal in d. l. Macedoniani, C. ad S. C. Maced. decidentem, quòd ſic, & alij fratres coguntur eſſe contenti æſtimatione pro rata ſua, quia ſicut milit. expeditione non debent auferri arma, ita nec libri Scholaribus, vt eſt Gl. no-
35 tabilis, in l. nepos Proculo, 125. ſup. verbo Dignitates, ff. de verb. ſignif. & idem tenet Paul. de Caſt. in dict. l. filiæ, & Alexand. d. leg. ſi donatione, vbi ſubijcit, ſufficere, ſi conferatur pretium quanti ſcilicet valent libri tempore diuiſionis, non quo fuerunt empti, de quo tamen vide latius Alex. in l. illud, 20. C. de collat.
54 Circa prædicta adhuc vna quæſtio in caſu quotidiano, & notabilis aliquantulum attingenda eſt. Pone, pater miſit filium ad ſtudium, cui aliquot ſumptus, & expenſas cauſa ſtudiorum ſubminiſtrauit: deinde pater deceſſit, vtrum filius
d mortuo patre poſſit perficere *d* ſtudium de communibus bonis, etiam inuitis fratribus. Et videtur dicendum, quod ſic licet enim noua munera de communibus bonis, non poſſint inchoari, incępta tamen debent perfici de communibus bonis l. ſi vni (al. eſt §. 5 in l. filia,) 20. §. idem ſcribit, ff. eod. & l. Lucius 21. §. idem reſpondit, 2. ff. ad municip. & Gloſ in d. le. 3. §. fin. ff. de mun. & hon. Item facit alia ratio, quia hæres mandatarij, tutoris, & ſocij, tenetur expedire negotia cępta, l. hæres ſocij, 40. ff. pro ſocio. Contrarium determinat Bart.
e *e* in d ſ. nec caſtrenſe, & mouet principaliter per text. in leg. ſed & ſi filium, 15. ff. de mun. & hon. iuncta, l. honores, 7. §. is cui. ff. de decur. huc modo inducendo. Decurionatus eſt initium ad alias dignitates d. §. is qui, & tamen pater ſi conſenſit in Decurionatu, ſucceſſores non tenẽtur de alijs muneribus, & honoribus, poſt mortem patris filio Decurioni delatis, d. l. ſed, & ſi filium. Ita in propoſito noſtro licet pater conſentiat filio

ADDITIONES.

a *Adde Maſueuerium in praxi, titulo de ſocietate, nu. 25.*

b *Libri per patrem empti filio, an conferendi, vide Vital. Nemauſenſem, d. tractatu q. 5.*

c *Libros a patre acceptos filius, non confert, ſi ſtudium ſuum compleuit alias confert. Maſuer. poſt Bart. tit. de ſocietate n. 3. Quid tamen ſi conſuetudine, aut ſtatuto pater non poteſt vni liberorum donare plus quam alteri. Vide notata ibid. apud Maſuerium.*

d *Expenſæ poſt mortem patris per liberos defuncti in ſtudium, matrimonium ſuum, & ſimiles cauſas, ex ſumptibus omnibus fieri non debent, vt hic, paulo poſt deciditur.*

e *Et Maſuer. in praxi tit. de ſociet. n. 9. poſt Bar. in l. & qui originem, §. vlt. ff. de muner. & honor. Adde Doctores in l. omnimodo C. de inoff. teſta. Bar. & alios in l. vlt. §. idem ſcribit ff. fam. hercîſc. Adde eundem, & Bal. tra. de dub. fratrib.*

filio in initio ſtudij,tamen hæredes mortuo patre non cogun
tur de communibus bonis ſuppeditare ſumptus. Item factum
patris erga filium initiatũ,eatenus obligat hęredes patris,qua
tenus ipſe pater de neceſſitate erat obligatus, d.l ſi vni, §.idẽ
ſcribit Sed hic pater,non poterat cogi ad proſecutionem ſtu-
dij: ergo nec ipſius hæredes, qui eiuſdem debent eſſe condi-
tionis, cuius erat defunctus l.hæredem, 59.ff.de regulis iuris
Item pro confirmatione adducit Bart.argum.à ſufficienti par
tium enumeratione. Aut enim dicis fratres teneri vigore
obligationis in eos tranſmiſſæ, & eſt falſum per ſupra dicta.
Aut vigore cuiuſdam,quaſi donationis conſideratæ,quæ ha-
bet vim relictis,& hoc eſſe non poteſt, cum pro futuro tẽpo-
re nulla,ſit facta traditio, aut quaſi traditio, & ſic non poteſt
donatio confirmari morte,l.Papinianus, 23.ff.de donat.inter
55 virum,& vxorem. Fatetur tamen Bar. ſi debitum occaſione
ſtudij eſt contractum in vita patris,dum tamen eſſet honeſtũ
& licitum,quod fratres cogantur ſoluere de cõibus bonis, &
ita intelligit,l.ſed Iulianus (al.eſt vert.Princ. l.item ſi filiusfa-
milias,7.) § quid dicitur ff.ad S.C. Maced.& d.l.Macedonia-
ni, Co ad S.C.Maced.Concludi ergo, ſi filius vult proſequi
ſtudium expenſas eum facturum,de parte ſua,& nõ de com-
munib.bonis Et hanc opinionem Bal. in d.l filiæ dicit de iu-
56 re eſſe veriorem. Maius autem eſt dubiũ quando mortuo pa
tre filij retinerunt bona paterna indiuiſa,& inter eos eſt con-
tracta expreſſa, vel tacita ſocietas omnium bonorum, & v-
nus ex illis fratrib. tempore patris ſtuduit,& alij fratres con-
ſenſerunt poſtea, vt perficeret ſtudium,& ſubminiſtrarunt ei
ſumptus de cõibus bonis, vtrum iſti ſumptus debeant compu-
a tari in parte ſuæ portionis hæreditatis *a* paternæ? Et proce-
dit hæc quæſtio,quando expreſſe,vel tacitè inter fratres eſt cõ
tracta ſocietas omnium bonorum,quod non præſumitur ex
eo quod indiuiſam hæreditatem poſſederunt,l.ex parte 39.§.
filius,ff.eod.Sed ex alijs,vt quia retinuerunt bona patris indi-
uiſa,& omnia lucra cõmunicare conſueuerunt,vt declarat Bar.
in l.Titium,47 § altero 6.ff. de adminiſt.tutorum, alias ſi nõ
eſſent ſocij omnium bonorum, res eſſet expedita talem ex-
penſam eſſe factã de ſua parte non de cõmuni per ea quæ ſu-
pradicta ſunt, & Bald.in infinitis locis, vt eum allegat D.Iaſ.
in d. Anth.quod locum,C.de collat. tenet illas expenſas intel-
ligi factas de communi patrimonio, & in partem fratris ſtu-
dentis, non eſſe imputandas,motus potiſſimum hac ratione:
b quod in ſocietate *b* omnium bonorum, non attenditur, an
vnus faciat maiores expenſas, quam alius, vel an vnus faciat
maius lucrum,quam alter,quia omnia æqualiter deducuntur
in cõmune, nec propterea vnus plus petere poteſt, quã alter
D.Iaſ. tamen dicit magis cõmunem opinionem eſſe in con-
trarium,quia ita demum in ſocietate omnium bonorum in-
telligitur impenſa facta de communibus bonas,quãdo eſt ne
ceſſaria,aut ſaltem vtilis ſocietati,& ſi quæ occaſione ſocieta
tis ſit,& ita intelligitur prædicta regula: alias ſecus,vt quia ſo-
cius aliquid ex mera voluntate expendit, vel ex neceſſitate,
quæ tamen trahit originem ex voluntate, per text.in l.adeo,
50 § fin & in l.ſi fratres (al.eſt, §.6.in l.cum duob.52.) §.per
contrarium,ff.pro ſoc vbi ſi ſocius propter iniuriam alteri il-
latam fuerit condemnatus, non imputauit illam condemna-
tionem ſocietati, quia voluntate deliquit, licet poſtea ex ne-
ceſſitate teneatur condemnationem ſoluere,& in d.§.fi.dici-
tur; ſocium ea quæ perdidit in alea,vel adulterio,non eſſe in
medio laturum. Ex quo ergo actus ſtudij eſt voluntarius,nõ
debent expenſæ fieri de communibus bonis. Deinde adduci-
57 tur ſimile, ex cuius veritate dependet veritas quæſtionis no-
ſtræ, videlicet, quod frater ſocius omnium bonorum non
poſſit de communibus bonis dotare filiam, pro quo allega-
c tur text.in l ſi ſocius *c* pro filia, 81 ibi, [ſi forte conueniſſet,]
iuncta Glo.r.quæ intelligit tex.ibi, [de ſocio omnium bono-
rum,ff.] pro ſocio, vbi deciditur tunc dotem intelligi datam
de communibus bonis, quando hoc expreſſe actum eſt inter
ſocios. Ergo à contrario ſenſu, ſi non interuenit pactum in-
ter ſocios, dos computabatur in partem ſocij dotantis, & per
conſequens multo magis expenſa ſtudij. Tenet conſequen-
tia,quia onus dotis eſt neceſſarium,l.qui libertos (19.al.inci-
dit,c.30.)ff.de ritu nupt.& l.fin. C de dot.prom. expenſæ au-
tem ſtudij ſunt voluntariæ,ſecundum Bar.in l.de bonis, 6.§.
non ſolum,ff.de Carb.edict. Item alio modo inducitur tex.in
d.l.ſi ſocius, quod ibi dicitur,ſi conuentum eſt, vt filia vnius
ſocij dotanda ſi de cõmunibus bonis, & de filia alterius nihil
eſt dictum, illud pactum eſſe iniquum. Ergo ſequitur, do-
tem dari debere non de communi, ſed de portione ſocij do-
tantis, alias tale pactum non eſſe iniquum, cum filia alterius
remaneret ſub diſpoſitione iuris cõmunis, & etiam de com-
munibus bonis dotanda eſſet. Item facit tex.in d.l.ſi fratres,§.
ſi quis ex ſocijs, vbi illæ expenſæ per ſocium factæ imputan-
tur ſocietati,quæ occaſione ſocietatis factæ ſunt, & tex.in l.
iure ſocietatis,82.ff.pro ſocio, vbi habetur,iure ſocietatis ſo-
cium non obligari ex mutua pecunia,ſumpta per alterum ſo-
cium, niſi iſta pecunia ſit redacta in arcam communem. Et
D.Iaſ.dicit, ſe hanc opinione conſulendo, & pronunciando
ſemper tenuiſſe. Eam tamen limitatibus quod licet frater te-
neatur filiã de ſua parte dotare, ſi tamen dotet eam de rebus
cõmunib.alijs fratribus ſcientibus,& nõ contradicentib. videt-
tur fratres non contradicentes, nec in contrarium proteſtan-
tes, conſentire, & donare ſuas partes filiæ alterius fratris fa-
58 uore.ſ dotis Et probatur hæc limitatio,per l.ſeruus commu-
nis, 38.iuncta gl.ibi.ff.de don.inter vir.& vxorem, vbi erant
tres fratres,qui habebãt vnam rem communem,vnus ex fra-
tribus habebat vxorem,& alij non, & vxorem habens dona-
bat rem cõem ſuæ vxori,alijs fratribus ſcientib.Dicitur ibi,li-
cet res illa non effecta vxoris, pro tertia parte ipſius, ſcilicet
mariti, cum donatio inter coniuges conſtante matrimonio
non valeat, niſi morte confirmetur, d l.donationis, Cod.de
don.inter virum, & vxorem, tamen effectum eſſe ſuam pro
duab.reliquis partibus, quæ erant aliorum duorum fratrum,
ſi ſciuerunt,& non contradixerunt. Et gl.ibi aſſignat rationẽ,
quæ præſumitur eos voluiſſe donare ratione affinitatis. Si er-
d go hoc procedit ratione *d* affinitatis, quod tacens videatur
donare,quanto magis procedet ratione fraternitatis,ita vt ſi
frater de communibus bonis ſtudeat,vel dotet filiam,reliquis
fratribus ſcientibus, & non contradicentibus, intelligantur
alij fratres donaſſe ratione fraternitatis? & idem eſt fauor
ſtudiorum,ac dotis,vt not in l.1.ff.ſolut. matrimon. & de his
latius vide Lud.Rom.conſ.145.Alexand.conſ.297.in 3.vol.&
conſ.87.in 4.volum.& Bartol. Socin.in conſ.291. in 2.par.&
Dec.in conſ.66.

His circa materiam collationis obiter declaratis,de quibus
Doct.hic non faciunt mentionem, redeo, nunc ad quęſtionẽ
quotidianam à Doct hic motam, quæ tota die inter mecha-
nicos contingit, ſecundum Ang.hic,nu.9. ante fi.quando ſci-
59 licet ſunt plures fratres,qui à communione, volũt recedere,
& diuidere hæreditate, an maior de iure teneatur facere di-
uiſionem,& minor habeat electionem? & in hoc artic.Cano-
niſtæ,& Legiſtæ ſunt contrarij.Communis enim Canoniſta-
rum opinio eſt affirmatiua, videlicet quod maior teneatur
diuidere data minori optione,ita tenent Ioann.And. Anton.de
Butr.& Petr. de Anchar.in c.1.ext.de parochijs, & Ioan.de
Anania,in c.Qualiter,& quando,24.ext.de accuſat. Et allega-
tur.I.Principaliter tex.in d.c.1.in princip. vbi eſt caſus, quod
in diuiſione faciẽda inter duos Epiſcopos,ille diuidat,qui am-
plius tẽporis in Epiſcopatu habet,& minor eligat. II. Adduci-
tur,id quod notat Bar.in l.Senatus,15.§.Senatus,in fi.ff.de iu-
e re fiſc.Quod ſi fiſcus habeat *e* rem communem,cum priuato,
quam vult cum eo diuidere,fiſcus debet facere, partes, & da-
re electionem priuato,pro quo eſt tex.in l.1.C.de qui de filij,
10. III. Pro hac ſententia allegatur Gloſ. ſingularis in c.De
libellis, r.ſuper verbo illorum, diſt.20.quæ vult dictum ali-
60 cuius Sancti fulcitum authoritate veteris, vel noui teſtamen
ti,eſſe præferendum conſtitutioni Imperatoris, & Papæ etiã
in decidentis cauſis: ſecus ſi non eſſet munitum authori-
tate diuinæ ſcripturæ, qui tunc Papiæ, & Imperatori,& non
Sanctis eſt data poteſtas legis condendæ, de quo vide Abb. in
d.c.Qualiter,& quãdo,nu.2. Sed B.Auguſt. in lib.de Ciuitate
Dei,vt eum refert Bald.in l.ſi maior, 4.C.commu. diuid. vult
maiorẽ diuidere,& minorem eligere, & illud dictum cõfir-
matur authoritate veteris Teſtamẽti,vt patet ex c.13.Geneſ.
vbi

ADDITIONES.

a *Dic, huiuſmodi ſumptus ex communione non fieri, niſi fra-
ter fratribus ſcientibus, & non contradicentibus, ſtudia incœ-
pta patre viuo continuauerit. Nam idem eſt quod dicitur in
fratre dotante filiam ſuam ex communi hæreditate indiuiſa
ſcientibus, & tacentibus fratribus vt infra eodem ponitur,
num.58.*

b *In ſocietate omnium bonorum non inſpicitur, an vnus faciat
maiores impenſas,vel maius lucrum, quam alius Adde l.52.
in fi.ff.pro ſocio.*

c *Vide Rolandum à Valle 1.conſ.91.vbi hanc queſtionem de do-
te ex communibus bonis conſtituenda diſputat.*

d *Donatio præſumitur ratione affinitatis.*

e *Idem refert Rauenna in verbo, Dimiſſe.*

vbi facta eſt diuiſio inter Abraham & Loth, & Abraham de-
dit electionem Loth tanquã minori. Hinc & B. Ambr. inquit
vt eum refert hic Iaſ. nu. 166. cuiuſmodi diuiſio debet eſſe,
Patriarcha Abraham edocet nempè firmior diuidat, & infir-
mior eligat. Et pro confirmatione prædictorum accedit id,
quod non habeant partes, diuidentes de quo conquerantur,
eligens enim cum habeant opinionem, non poteſt calumnia-
ri, & torqueri de diuiſione, nec etiam ipſe diuidens videtur
grauari cum ipſe faciat partes, & quo maior, & prudentior
eo cautior eſſe debet, vt ita diuidat, ne in diuiſione ipſe circũ-
ſcribatur, & per electionem defraudetur, & Doct. Iaſ. dicit hic
expreſſe ita tenendum eſſe cum Canoniſtis, Præſertim cum
pro opinione Legiſtarum, nullibi reperiatur clara deciſio, &
canoniſtæ habeant pro ſe tex. expreſſum in d. c. 1. Ideoq; me-
rito ei ſtandum ſit, etiam in foro ciuili ſecundum not. in c. 1.
de nou. oper. nunc. & in cap. Clerici. 8. extr. de iudic. Legiſtæ
61 a vero communiter tenent contrarium, videlicet, quod de
a iure, maior non teneatur diuidere, nec minori debeatur ele-
ctio, ſed diuiſio debeat fieri officio iudicis, vt hic, & d. §. ſi fa-
milia, infr. de offic. iud. optioque debeat contingere ex ſortis
felicitate, non ex prærogatiua perſonæ. Et 1. ita tenet Bart. in
d. l. 1. C. de his qui ſe def. lib. 10. & Bart. in l. 2. Cod. quando, &
quibus quarta pars deb. li. 10. & pulchre idem Bal. in d. l. ſi ma-
ior, C. comm. diu. per text. ibi in fi. dum dicit. Aequalitas in om-
nibus ſeruanda eſt, vbi inquit Bal. Not. æqualitatem in diui-
ſione ſeruandam per omnia, licet fratres ſint ętate, vel ſexu
diſpares, & de iure nullam prælationem diuidendi, vel optan-
di inter eos eſſe debere, ſed negari non poteſt quin facta di-
uiſione etiam æquali ſit tamen quædam inæqualitas, ſaltem
circa optionem, 2. Adducitur ad hoc text. in d. l. 2. in prin. Co.
quando, & quibus quarta pars, &c. vbi diſponitur, quando cu-
riali mortuo ſuccedit quidam extraneus, tunc a curia quan-
dam partem de omnibus bonis defuncti Curialis haberi de-
bere, & diuiſis rebus in quatuor partes, in ſortium caſum de-
ductis, vel Curiæ quadrantis, vel hæredi, aut fideicommiſſario
per vniuerſitatem dodrantis, electionem ex ſortis felicitate
contingere. Vbi concurrunt maior, ſcilicet curia, & minor vi-
delicet extraneus hæres, & tamen minori, non datur electio,
ſed ex ſortis felicitate debet contingere. 3. Facit optimus tex.
62 in l. ſi duob. 3. in princ. & commun. de leg. vbi pluribus fuit le-
gata optio ſeruorum, qui non poterant concordare de ele-
ctione, & ſubijcitur ibi generaliter his verbis: Sancimus ita-
que in omnib. huiuſmodi caſib. ſortem inter alternantes adhi-
bendam, vt quem ſors prętulitis quidem habeat poteſtatẽ eli-
gendi. Et per text. ibi dicit D. Iaſ. expreſſe quod de iure frater
maior non tenetur facere partes, & minor eligere, ſed electio
debet fieri ſorte, & ſubijcit, ſe ita pluries reſpondiſſe, & ita ſibi
63 eſt contrarius in his, quæ hic dicit, 4. Aduci poteſt, quod in re
pari nullus habet optionem ſibi à iure deputatam, ſed com-
mittitur iudicio ſortis, arg. l. ſed cum ambo, 14. iuncta, l. prec.
ff. de iudic. Et quia fratres idem ius in hæreditate diuidenda
pretendunt ne oriatur, quædam inęqualitas circa electionem
videtur Canoniſtarũ opinio de iure non eſſe in terminis quæ-
ſtionis noſtræ fundata, & hanc legiſtarum ſententiã tenet idẽ
Bald. in l. iubemus. 14. C. de ſacroſan. Eccleſ. Ioan. de Imol. in
l. ſuus quoq; 4. in princip. ff. de hæred. inſtit. & Pan. in d. c. 1. de
paroch. & Ang. hic in §. noſtro & in §. ſi. ſu. de ſocietate, & D.
Iaſ. in d. l. ſi duobus, & licet in l. 1. ff. ſi cer. pet. nihil affirmet di-
cit tamen hanc eſſe magis communem Legiſtarum opinio-
nem, & eam de conſuetudine ſeruari dicit Angel. in l. ſanci-
mus, 34. §. 1. Co. de donat. Ex quibus etiam conſtat illud præ-
ſuppoſitum Canoniſtarum eſſe falſum, quod Legiſtæ non ha-
beant de hoc claram deciſionem, quia text. in d. l. ſi duobus, &
in d. l. 2. loquitur de diuiſione hæreditatis, & legati, & expreſ-
b ſè vult electionem ex ſortis b felicitate contingere debere,
immo, & melius faciunt, prææalegata iura ad propoſitam quę-
ſtionem, quam text. in d. ca. 1. de paroch. qui loquitur in caſu
ſpeciali, vbi non de diuidenda hæreditate, ſed epiſcopatu agi-
tur, quo caſu præſumitur, eum qui diutius fuit in Epiſcopa-
tu, habere maiorem eius notitiam quam iuniorem, idque fa-
uore Eccleſię, vnde alias ius commune eſt in contrarium. Et
facit hoc quod dicit Paul. de Caſt. in l. ſancimus, 23. C. de Sa-
croſan. Eccl. quod vbicunque allegatur contra te aliqua lex,
quæ loquitur in Eccleſia, ſi non occurrit alia congrua reſpon-
ſio, potes dicere eſſe ſpeciale in Eccleſia. Nec obſtat, l. 1. C. de
his, qui ſe def. &c. quia etiam loquitur in caſu ſpeciali, vbi pri-
uilegium ætatis, vel ſexus habet ius eligendi. Et licet Iaſ. hic
dicat hanc ſolutionem eſſe valde fragilem, tamen ſic reſpon-
dendum eſt, vt iura iurib. concordentur, c. Cum expediat, 29.
de elect. in 6. Ita & non obſtat, quod allegatur exemplum ex
ſacra ſcriptura, de diuiſione facta per Abraham, & Loth, quia
non exemplis, ſed legibus iudicandũ eſt, l. nemo, 13. C. de ſent.
64 & interlocut. &c. Nec hoc ſimpliciter verũ eſſe credo, quod
Glo. dicit in d. c. 1. de libellis, dicta alicuius Sancti munito au-
thoritate ſcripturæ diuinæ, in cauſis profanis, non concernen-
tibus peccatum, vt tunc talia dicta tollant & legem Imperato-
riam cum conſtat Euangelium non abolere, vel tollere leges
politicas, quę non continet iniquitatem, neq; peccatum indu-
cunt, & ſic indiſtinctè accepta illa glo. ſequeretur maximum
abſurdum, iure diuino propter authoritate alicuius Sacti, qui
non habet poteſtatem legis condendæ tolli leges ciuiles, cum
tamen alias per ſe (ceteris paribus) non tollat. Sicut conſtat &
in ſucceſſorib. non attendi legem Moſaicam, quæ vult, extan-
tibus maſculus, fęminas excludi, vt habetur Nu. 27. Nam eius
contrarium de iure ciuili ſtatutum eſt, in d. l. inter filios C. eo.
& ita etiam ſeruatur, niſi quod inter ipſos Iudæos, ſecundum
legem Moſaicam, adhuc hodie ſuccedimr, de quo videte pul-
chre, Iaſ. in d. l. 1. n. 35. ff. ſi cert. pet. Eſt igitur gl. in d. c. 1. de li-
bellis intelligenda, vt procedat in cauſis ſpiritualibus ſicut etiã
ibi loquitur, gl. per not. in l. omnes populi, 9. ff. de iuſtit. & iur.
Circa illam quæſtionem. An ſtatutum poſſit fieri ſuper his
quæ diſpoſita ſunt à iure diuino, &c. Concludo igitur opinio-
nem Legiſtarum de iure eſſe veriorem, & communiorem cũ
hac tamen limitatione, niſi ſtatuto, aut conſuetudine alicuius
loci contrarium inductum ſit, videlicet, vt maior diuidat, &
c minor eligat. c Nam tunc habet locum, vulgo quod dicitur:
Statutum tollere ius commune in loco, vbi eſt ſtatutum d. l.
omnes populi. Sicut in iure Saxo. expreſſe cauetur in art. 29.
lib. 3. vbi dicitur, Quando duo hæreditatem accipere debent,
d tunc maior diuidat, & minor eligat. d Et notabilis ibi addit,
quod ille textus loquatur, & procedat in duobus fratribus ſe-
cus, autem ſi ſunt plures fratres, quia tunc minori non datur
electio, ſed manetur ſub diſpoſitione iuris communis. Statu-
ta enim ſtrictè ſunt accipienda in caſu de quo loquuntur, vt
notatur in l. quicquid adſtringendæ, 99. de verb. oblig. obſer-
uandum tamen, iſto caſu, quando ſunt plures fratres diuiden-
tes hæreditatem paternam, fratrem iuniorem poſſe ad ſe re-
cipere res, quæ commodam diuiſionem non recipiunt, & cę-
teris cohæredibus darę pecuniam, & ita in dies obſeruatur, &
practicatur ſicut ſupra in princip. quartæ quæſtionis princi-
palis quoq; admonui: Hinc etiam nõ credo verum eſſe, quod
65 Iaſ. hic dicit, Maiorem in propoſito noſtro accipi pro illo, qui
maiori tempore res adminiſtrauit. Nam hoc quidem bene
verum eſt in caſu, d. c. 1. de paroch. vbi hoc eſt ſpeciale fauore
Eccleſiæ: ſed in propoſito noſtro, cum non ſimus in caſu ſpe-
ciali, ſed in terminis iuris communis debemus intelligere ma-
iorem ratione ætatis, & ſenij: ita notãter dicit Alex. de Imol.
conſ. 4. vol. 4. vbi inquit, maiorem in dubio ſemper intelligi
ætate, niſi ratio materiæ ſubiectæ aliud ſuadeat, per l. ſi pater
familias, 15. §. fin. in fin. de adopt. Sed circa prædicta vnum
diligenter notabitis, nimirum quando diuiſio eſt facta per
66 ſortem, tunc eam non retractari, nec a ſententia ſortis ap-
pellari poſſe, ſicut in omnibus caſibus vbi altercatio ſorte
dirimitur, non appellatur iudicio fortunæ, ſecundum Bald.
& Iaſ. in d. l. ſi duobus, C. communia de l. qui ſubij ſunt ratio-
nem, quia ab inferiore ad ſuperiorem appellat. Sed fortuna
in

ADDITIONES.

a *Diuiſionem bonorum communium ſorte fieri debere tenent ad uerſus Canoniſtas iuris ciuilis interpretes: & quidem Bart. & Bald. in locis hic allegatis. Add. Bald. in l. ſi maior, Cod. commun. diuid. in l. 1. C. de pactis l. ſancimus, C. de don. l. iubemus, C. de Sacroſ. Eccleſ.*

b *Sortis an electio partis hæreditatis vel legati ſit committenda? Adde quæ dicta ſunt in §. optimus ſup. de leg. & in §. ſi ex teſtamento ſupra, de ſatiſd. tut. Porro nunquam res ſorte dirimitur niſi dubium ſit in iure, nec ſufficit dubium eſſe circa factum. Gloſ. in l. 1. C. vti poſſidetis, & in l. huiuſmodi §. vlt. ff. de leg. 1. Bar. in l. ſi duo, ff. vti poſſidetis. De ſorte adde Tiraquellum de iure primogenitorum, qu. 16. opinione adde Menoch. tract. de arbit. iudic. nu. 10. & 11. vbi tradit ſorte non dirimi contentionem ſi vnus recuſat ſubire iudicium ſortis.*

c *Sicut vbiuis fere contrarium inductum recepta Canon. ſent. Tiraq. de iure primog. q. 60.*

d *Aut. diſſ. 31. diſſ. vide Conſtit. 15 par. 3. quæ dat maris electionem præ fœmina, ſiue adulcior ſit, ſiue minor, & fœminæ authore tutore diuiſionem imponit. Item diſponit tale ius electionis, non tranſire ad hæredem licet contra Tiraq. in tract. primog. q. 3.*

Digitized by Google

in hoc mundo non habet ſuperiorem,& eius dux eſt Deus ſecundum Senecam,vt ibi eum allegat Bal. Hoc tamen dictum limitatur per ipſummet Bal.in l.3. C.communia vtriuſq; iudic.niſi ex ſortis infelicitate emergeret intolerabilis deceptio forte vltra dimidiam iuſti precij, nam tunc dicit diuiſionem debere in melius reformari per tex.ibi.

Quandiu duret hæc actio.

Vltimo, circa hanc actionem principaliter videndum eſt poſt Gl.hic ſuper verbo,Familiæ, ante fi. quam diu duret hæc act. Et de hoc eſt,text.expreſſus in l.1.§.nemo. Co.de annali exce.quod tollatur præſcr.30 ann. Oritur.n.ex quaſi contractu,vnde quoad præſcriptionem, iudicatur. vt cæteræ perſonales actiones,quæ etiam per 30. annos regulariter durant, vulg.l.omnes,4.& l.ſicut,3.C.de præſcr.30.vel 40.annorum. Et hoc eſt verum, quando vnus ex cohæredibus ſolus poſſidet. Tunc enim alter non petens diuiſione inf.30 annos amplius,non auditur,quia obſtat ei exceptio præſcriptionis:ſecus ſi vterq; poſſideat,ſec.Cyn.& Bart.in d.l.1.& Bal.in l.fin. Co. communi diuidundo.Ex quo patet reſponſio ad pulchram,&
68 notabilem quæſt. Si duo fratres vel cohæredes, aut ſocij ſteterunt, per 30.annos in communione, ita vt non diuiſerint bona communis, an poſtea ſi vnus velit recedere a communione,poſſit compellere conſortem, vel cohæredem ad diuidendum,vel an inuitus cogatur in commune perſeuerare. Et quamuis in hoc paſſu Glo.& D.multum variarot,vt ad longum hic refert,& examinat.Doct. Iaſ.n.19.cum multis con-
a cordantijs, communis tamen eſt concluſio etiam a poſt 30. annos libere à communione decedi poſſe,& intentari diuiſoria iudicia.I.Propter text.in d.l.fi. C.communi diuid. vbi pro regula tradit,quod nemo cogatur inuitus manere in commu-
69 nione. II. Facit text.in l.in hoc iudicium,14.§.ſi conueniat, ff. communi diuidundo,vbi dicitur,pacto fieri non poſſe,vt perpetuo,à communione non liceat recedere: ſecus, ſi infra certum tempus. Ergo nec præſcriptione, & ſic remedio legali hoc effici poterit, cum valeat argumentum à pacto ad legé, vel ſtatutum,vt eſt Gloſ.& ibi Bar.ſuper Rub. C.decre.decur. lib 10.& eſt tex.expreſſus in l.fi.circa fi.& Doct. C.de fideiuſ. Quamuis ad hoc argumentum hic bene reſpondeat,Iaſ.n.37. vt à pacto ad ſtatutum argumentum procedat affirmatiuè,
70 tanquam à minori ad maius, non autem negatiuè. III. Pro hac concluſione communi facit viua ratio. Præſcriptio eſt
71 inducta, vt imponat finem litib.l.1. ff.de vſucap. Sed ſi per præſcriptionem induceretur perpetua communio operaretur,contrarium effectum, quia communio ſolet excitare diſcordias,vt eſt tex.in l.cum pater,77.§. dulciſſimis fratribus, 20 ff.de leg.2. Item confirmatur alia ratione: Contra poſſidentem non currit præſcriptio, arg.l.male agitur, 2.cum ibi not.C.de præſc. 30.annorum.Sed quia vterque ſocius,vel cohæres poſſidet bona pro indiuiſo, impoſſibile eſt, vt currat præſcriptio contra eum,qui poſſidet rem, nec obſtat text.in d.l.1.Co.de annali exceptio, quia procedit quando vnus tantum poſſideret: ſecus ſi ambo poſſideant,non tunc elapſis 30. annis diuiſio peti poteſt. Item alio modo reſpondet hic Zaſ. Nam ibi dicit textus iſtam actionem, ex quo ſemel nata eſt poſt tempus 30.annorum finiri. Quandiu enim fratres ſtant in communionem, & ſimul poſſident, non videtur illam actionem natam eſſe, cum ex voluntate agentium ſecundum quoſdam naſcatur,& plura de hac quæſtione videte per Cyn. Bart.& alios in d.l.1.Bal. & D.in d l.fi. C.communi diuidundo Bart. Paul.de Caſtr.& Iaſ.in l.ſortem, 26.§.certum, ff.de
72 condic. indeb.& Doct.hic. Ex prædictis oritur alia quæſtio. Pone,fratres cohæredes non ſteterunt in communione, ſed vnus, hoc prædium poſſedit alter illam domum tertius illum fundum, & ita quilibet poſſedit, pro ſe longo tempore, decem, ſcilicet annus inter præſentes, & viginti inter abſentes, & quilibet ſolus ex re poſſeſſa percepit fructus,& commoda, & ſolus ſubijcit onera pro iſta re,an ſi de diuiſione aliter non
b appareat,præſumetur b facta diuiſio ſi alius contradicat? Et de hoc eſt Gloſ. ſolemnis,quod ex iſta diuina poſſeſſione præſumatur facta diuiſio,add.Angel.in §.fi. ſup.de ſoc. & omnino,tractatum Bald.de præſcr in 2.par.tertiæ partis principalis,in 10.q.n.39.Similiter notabitis quod Iaſ.& Zaſ. hic ſubijciunt. Si ſunt duo fratres,vnus maior,& alter minor, & maior ſe immiſcuit hæreditati,& ſolus poſſidet omnia bona hæreditaria longo tempore,& ſciente, & patiente altero fratre, qui nunquam aliquid adminiſtrauit, nec facit aliquem actũ, ex quo inducatur in mixto, quod tamen propterea, non inducatur tacita renunciatio, nec intelligatur hæreditatem repudiaſſe. Ita concludunt.Bal.Paul.de Caſt.in l.licet,8.per tex. ibi,C.de iur.deliber.& refert hic Zaſ. ſequi per hoc ſuo clienti in Camera Imperij,obtinuiſſe circa tria millia flor.

Forma libelli.

73 Coram vobis,&c. comparens N. breuiter proponis, quomodo N. actoris;& rei parens iuxta Dei voluntatem, ante triennium vita defunctus, omnia bona ſua mobilia,& immobilia,quocumq;nomine ea dicantur,ad actionem, & fratrem eius N. tanquã legitimos, & naturales hæredes ab inteſtato tranſmiſerit prout etiam ipſi hucuſque talib.bonis paternis pro indiuiſo poſſeſſis,vſi ac fruiti fuerint. Quando quidẽ autẽ cum propter alias certas,ac diuidentes rationes,tum propter cauendam diſcordiam,quæ plerumque ex communione oriri ſolet, actori minimè commodum ſit: talia paterna relicta bona, pro indiuiſo cum fratre poſſidere,nec de diuiſione cum hoc non ſolum conuenire potuerit, ſed & ea illi penitus denegata ſit. Ideò cum de iure nemo inuitus in communione bonorum ſtare teneatur,ſed cuilibet ab ea volens,recedere, ad diuiſionem prouocare poſſit,actor petit veſtra ſententia declarari,ac pronunciari,& hanc cauſam ita dirimi, vt veſtro officio nobili,dicta atque relicta bona ratione quia id cõmodiſſime fieri poteſt in duas partes diuidantur,quo tantum vnus.quantum alter ex hæreditate paterna conſequatur, & vnicuiq;portio ſua pro natura huius actionis adiudicata,aſſignetur atque tradatur. Super quibus actor officium veſtrum nobile humillime implorat.

ADDITIONES.

a *Actioni pro ſocio,ſeu iure petendæ rationis non præſcribitur cõſtante, ac manẽte ſocietate,ſed ea demum finita, quia actio pro ſocio vt reddatur ratio adminiſtrationis, non eſt nata conſtante ſocietate,ſed ea tantum finita l.actione,ff.pro ſocio l tandem, vbi Bald.Co.eod.l.1.C.vns actiones ad hæred.& contra hæred. Nec id attendit, quod renunciare ſocietati potuerit intra id tempus. Gloſ.in l.1.in verbo. Pro ſocio.Cod.de annali except. Bal.l.in reb.§.omnis,C.de iure dot. & in l.quoties C.de precib. Imper.offer. Quin Bald.tractatu, de præſc.par.4.partis, qu.15. putat ſocium eiusve hæredem nunquam poſſe præſcribere propter malam fidem arg.c.vlt.c.Si diligenti de præſc.*

b *Diuiſio inter fratres præſumitur ex decem annis, inter præſentes,& viginti inter abſentes,Gloſ.in l.pen. C.com.diuid.*

a DE ACTIONE a COMMVNI Diuidundo.

1 *Secunda actio mixta ex quaſi contractu orta.*
2 *Actio communi diuidundo quæ*
3 *In quibus actio familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo conueniant.*
4 *An res commode diuiſibilis omnino ſit diuidenda, & portio cum ſuis finibus,& ſignis vnicuique aſſignari debeat,& quid iuris, ſi non recipiat commodam diuiſionem.*
5 *Si vterque offert precium, quis debeat præferri.*
6 *Quando res dicatur recipere commodam diuiſionem.*
7 *In quibus actio familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo differant.*
8 *Actio communi diuidundo, quomodo differant ab actione pro ſocio.*
9 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat.*
10 *An actor in libello debeat exprimere,& docere cauſam,quare res ſit communis.*
11 *Ad quid hæc actio competat.*
12 *An actor in libello teneatur ſingulas res ſpecificare, quarum diuiſionem petit.*
13 *Quibus hæc actio competat.*
14 *An cuilibet habenti rem communem hæc actio detur.*
15 *Hæc actio quotuplex.*
16 *Contra quem competat.*
17 *Regula,l.fi.C.eo. quod nemo cogatur, manere inuitus in communione, quomodo intelligenda, & nu.19.& 20.*
18 *Communio mater diſcordiæ.*
21 *An teſtator in teſtamento diuiſionẽ probare poſſit,& nu.22.*
Probi-

ADDITIO.

a *Adde §.item ſi ſupra, de oblig. quæ ex quaſi contr.actio.*

23 *Prohibitio teſtatoris fortior, quam contrahentis.*
24 *Dictio, Perpetuo, varias recipit ſignificationes.*
25 *Forma libelli.*

1 HÆc eſt ſecunda actio mixta, quæ etiam ex quaſi cõtra-
ctu oritur. Nam inter habẽtes rem communem, aliter
quam ex ſocietate, incidenter, videlicet præter ſpem, & pro-
poſitum eorum, quaſi contrahitur, §. item ſi inter. 3. ſupr. de
obligat. quæ ex quaſi contractu naſc. Et quia ad perſonales
præſtationes competit, actio perſonalis dicitur, & dum petit
parte, quæ eſt ipſius actoris, ſapit naturam talis actionis vt
2 ſupra in princ. huius, §. dictum eſt. Eſt igitur hęc actio mixta,
quę competit inter eos, qui ex quacunque cauſa habent res
aliquas communes, & eas pro indiuiſo poſſident, vt per offi-
cium iudicis diuidantur, & ſic eſt quoque iudicium diuiſo-
rium. Vnde pro euidentiali fundamento hic per Doct. tradi-
tur regulariter omnia, quæ obſeruantur in familiæ hereiſcũ-
dæ actione, cæteribus paribus etiam in hac actione locum
habere, per tex. in l. ſi quis putans, 6. §. penul. iunct. Gl. in verb.
3 Tractauimus, ff. eod. Nam I. Conueniunt quo ad originem,
ambo enim oriuntur ex quaſi contractu, d. §. item ſi inter ali-
quos. II Quo ad præſcriptionem, quia etiam 30. annis hæc a-
ctio tollitur, l. 1. § 1. verſ. Nemo, C. de annal. except. Niſi con-
ſors ſolidum poſſideret cum titulo, & bona fide quia tunc ex-
cluderetur decem, vel viginti annis, sec. Fab. & Plat. hic per
text. in l. 1. C. de com. re. alie. III. Quo admodum cognoſcendi
quis ſit actor, vel reus, l. in tribus, 13. ff. de iud. IV. Quo ad res
in diuiſionem deducẽdas, & perſonales præſtationes de quo
inf. in 4. q. princ. dicemus. V. Quo admodum diuidendi Nam
quando ſunt res, quę commodam diuiſionem non recipiunt,
tunc iudex ex officio poterit vni eas adiudicare, & grauare
illum ad dandam pecuniã alteri, vt hic, & d. §. ſi familia inf de
4 offic. iud. & l. ad officiũ, 3. C. communi diuidũdo. Vnde Doct.
poſt tex. in l. 1. C. eo. dicunt, ſi res commode diuidi poteſt, om-
nino eſſe diuidendã, & portionem cum ſuis finibus, & ſignis,
vnicuique adiudicandam. Si vero non recipit commodã di-
uiſionem, tunc quia lex vetat in particulas dilacerari, vt ha-
betur in l. 2. in prin. C. quando, & quibus qua pa. &c. lib. 10. cũ
interſit Republ. ne quis re ſua male vtatur, §. fin. ſupr. de his,
qui ſunt ſui, vel alieni iur. peruenitur ad licitationem, & de-
bent res ei adiudicari, qui plus precij offert conſorti, d. l. 1. &
d. l. ad officium, ita vt aliquando admittatur extraneus licita-
6 tor, vt ſup. in 4. quæſt. princ. præced. act. in princ. dictum eſt.
Si autem vterque offerat idem precium hoc caſu pręferri de-
bet is qui habet maiorem partem in illa re, cum plus iuris di-
catur habere in illa re, ſecundum Bald. in l. ſancimus, 34. text.
ibi in §. ne autem communione, 2. C. de donationibus, Iaſ. hic
6 nu. 59. Alias debet committi iudicio ſortis ſecun. Bal. ibi. Tũc
autẽ res dicitur non recipere commodam diuiſionem, quan-
do ſcilicet diuiſio fit ad iniuriam alterius ex conſortibus, vt
eſt text in d. l. 1. & melior tex. in d. l. ſancimus, & ibi Bald. nu.
9. quando ſcilicet res ſine deterioratione non poteſt diuidi,
add. hic Iaſ. nu. 59. in fin.
7 Sunt tamen plures inter has actiones *a* differentiæ quas
a refert hic Plat. numero 14. Nam. I. Actio familiæ herciſcun-
dæ eſt vniuerſalis, qui pro vniuerſitate rerum competit, ſcili-
cet ad diuiſionem hæreditatis, quę eſt ſucceſſio in vniuerſum
ius, quod defunctus tempore mortis habuit, l. hæreditas: 52.
ff. de reg. iur. *Hæc* vero communi diuidundo actio eſt parti-
cularis, quæ ad res particulares diuidendas datur, vt notatur
per Doct. poſt Gloſ. in d. §. item ſi inter, ſuper verb. Idem iu-
ris. *II* Familiæ herciſcundæ actio regulariter ſemel tantum
intentari poteſt, vt ſupra dictum eſt. *Hæc* vero pluries, & ſi
aliquid in diuiſione hæreditatis non fuit diuiſum, pro hoc
communi diuidundo agi poteſt, l. ſi filia, 20 §. fi. ff. fam. herci-
ſcund. *III.* Actio familiæ herciſcundæ datur inter cohæredes
tantum adeo vt ſi actor non poſſideat hæreditatem, & nege-
tur à reo eſſe cohæres, repellatur exceptione præpoſteratio-
nis vt prius doceat ſe eſſe hęredem, l. 1. ff. fam. herciſ. & ſup. di-
ximus in 3. q. princ. Hæc vero competit ex quacunque cauſa
res eſt communis, etiamſi non ſint hęredes, ſed habeant rem
commune incidenter, vel ſine ſocietate, vt quia res duobus ſi-
mul eſt donata, vel legata, d. §. item ſi inter, vel ſi ex ſocietate
contracta habeant rem communem: nam & tunc hæc actio
cum actione pro ſocio concurrit l. 2. ff. eod. vna tamen tollit
aliam, cum ambæ ſint rei perſecutoriæ, l. pro ſocio, 38. in fin.
8 ff. pro ſocio. Differũt tamen, & hę actiones. 1. Actio pro ſocio
oritur ex contractu, qui conſenſu perficitur, vt conſtat ex ti-
tulo ſup. de ſociet. Communi rei diuidundo ex quaſi contra-
ctu, d. §. item ſi inter. 2. Ad hoc, vt actio pro ſocio locum ha-
beat, requiritur expreſſam, vel tacitam ſocietatẽ eſſe contra-
ctam, leg. vt ſit pro ſocio 31. ff. pro ſocio. Sed hæc actio datur
etiamſi res ex incidenti fiat communis, d. §. item ſi inter 3. Cõ
muni diuidundo actio ſemper ad diuidendũ competit Actio
vero pro ſocio ad diuerſa datur, quandoq. ad ſocietatem cõ-
tractam adimplenda, & perficiendam vt. ſ. fiat collatio bono-
rum, ſecundum conuentionem ſocietatis quandoq; ad inter-
eſſe, ſi intempeſtiue renunciatum eſt ſocietati, quandoq; pro
dirimenda ſocietate, de quo in §. actionũ, dicemus, & add. no
tata per Doct. in §. ſequens, ſup. eo. Conueniũt autem quo ad
perſonales pręſtationes, ſumptus, & fructus ab vtraque parte
9 factos, & perceptos, vt notatur in l. 1. ff. eod. Ad hoc autem, vt
iſta actio locum habeat, principaliter requiritur, quod res ſit
communis, ſiue ex vltima voluntate, ſiue ex contractu inter
viuos, ſocietatis ſcilicet, ſiue alio, vt not. in d §. item ſi inter
vi. Quando enim res non eſt cõmunis, ſed alias debetur hæc
actio ceſſat, tex. eſt in l. 1. in fi. ff eod. Vnde Doct. hic conclu-
dunt ſi reus, conuentus communi diuidundo, neget actorem
eſſe ſocium, vel conſortem, quod actor per hanc exceptio-
nem repellatur, donec probet ſe eſſe conſcium, & rem com-
munem, propoſita rei vendicatione, per text. in l. fundi, 18.
ff. de except. Quod eſt verum ſi reus ſolus poſſidet rem alias
ſi vterque poſſidere, & aliter dicat rem ad ſe ſolidam perti-
nere actor non repellitur. Ex poſſeſſione enim præſumitur
quis dominus vt eſt Gl ordinaria in l. quidam in ſuo, 27. ſupra
verbo, Amoueri, in fi. ff. de cond. inſtit. Ideo quæſtio proprie-
tatis hoc caſu venit, ſicut in actione præcedenti, de quo poſt
Gloſ. in l. 1. ſup. verbo Exceptionem, in fin. ff. fam herciſcund.
Fab. hic num. 16. Ang. 9 ferre in med & Iaſ. 55. & Bart. in l. in
10 prouinciali, 3. §. 1. in princ. ff. de no. operis nunc. Et ex his re-
ſpondetur ad quæſtionem, An actor in libello debeat expri-
mere, & docere cauſam, quare res ſit communis. Aut enim
eſt in poſſeſſione, non eſt neceſſe, ſed ſufficit exprimere quod
nolit amplius manere in communione Aut non poſſidet, &
tunc cauſa communionis exprimenda, & probandam eſt de
quo vide Fab. hic num. 10. Plat. 1. ante fin.

Ad quid hæc actio detur.

11 Secundo, principaliter quæritur. Ad quid hæc actio com-
petat? Et hoc declarat Iurite. in l. 3. cum tribus legibus ſequ.
ff. eod. Tu breuiter dic eam dari ad diuidendas res corporales
communes, item ad perſonales præſtationes, impenſas ſcili-
cet in re communi factas, l. 4. §. ſicut, ff. eo. Item fructus, quos
alter ex re communi ſolus percepit, ſiue colendo, ſiue locan-
do fundum, d. l 4. §. ſicut, & l 6. §. ſiue autem, & l. in ſumma,
11. ff. eo. Item in hoc iudicium venit, ſi quis rem communem
b deteriorem *b* facit, forte ſeruum communem vulnerando,
aut arbores ex fundo incidendo, l. & ſi non omnes, 8. §. venit
ff. eod. & in ſumma, quidquid in re communi dolo, vel culpa
ſocij admiſſum eſt eo iudicio continetur leg. ſi is cum quo, ff.
eo. In omnibus enim ęqualitas ſeruari debet, vt inquit Impe-
rator in l. ſi maior. 4. in fin. C. eodem. Item pacta, & conuen-
tione ſpecialiter per ſocios, initæ, per hoc iudiciũ ſeruari de-
bent, l. 3. in fi. ff. eod. An autem iuriſdictio & alia iura diuidẽ-
da veniant, in pręced. act. declaratum eſt, & vide hic remiſſi-
ue Iaſ. nu. 56. Sed quæritur iam. An actor teneatur in libello
12 ſingulas res ſpecificare, quarum diuiſionem petit? Et Fab. hic
nu. 20. Plat. 18. ita diſtinguũt. Aut petitur, vt res quędam par-
ticularis diuidatur, & illa exprimi debet. In omni enim actio-
ne, qua pro re ſingulari agitur res ipſa deſignandas eſt, l. ſi in
rem 6. ff. de rei vind. & optima Gl. in ca. 1. de lib. oblat. Aut ge-
neraliter agitur pro pluribus rebus diuidendis, ſeu vniuerſita-
te rerum, vt ſit quãdo cum actione pro ſocio hæc actio con-
currit, & tunc non eſt neceſſe, vt omnes res ſpecificentur, ſed
ſufficit eas in proceſſu declarari, vt in pręced. actione dictum
eſt poſt Gloſ. in l. 1. ff. de edend.
13 Tertio principaliter videndum eſt. Quibus hæc actio de-
tur? Et hoc ex prædictis colligi poteſt, videlicet, illis, qui
rem habent communem, eamque pro indiuiſo poſſident, d.
leg. 1. ff. eod. Item quando neuter poſſidet, vel alter tantum,
ita tamen vt actor non poſſidens non negetur eſſe ſocius, l.
penult. ff. eodem. Item datur putanti ſe habere rem cum alio
com-

A D D I T I O N E S

a *Differunt, & hæ actiones ab actione pro ſocio. His enim actio-*
nibus diuiſio ſemper petitur; actione vero pro ſocio communi-
catio, ut notatur in l. 1. ff. pro ſocio.
b *Iuratur etiam in litem in hac actione, aduerſus cohæredẽ pro-*
pter eius dolum, vide Plo. tract. de in litem iurando, §. 15.

communem quo caſu non agitur ad rei diuiſionem, ſed ad
ſumptus & damna, l. ſi quis putans, 6. in princ. ff. eod. ſed quia
habere rem communé poteſt dici pluribus modis, ideo, quæ-
14 tit hic Fab. nu. 16. An cuilibet habenti rem communem hęc
actio detur? Et quamuis Gloſ. in d. l. 4. ſup. verb. Hæreditatis
videatur concludere, eam tantum domino competere, tamé
etiam bonæ fidei poſſeſſori dari conſtat, per l. communi di-
uiduno, 7. §. qui in rem, ff. eod. Ideo ſciendum eſt duplicem
15 eſſe hanc actionem, directam, quæ competit directo, & ve-
ro domino; & vtilem quæ datur ei, qui puta ſe habere rem
communem cum alio. Quo caſu non agitur ad rei diuiſio-
nem, ſed ad ſumptus in re factos, tex. in d. l. ſi quis putans, in
princ. ff. eod. Item bonæ fidei poſſeſſori, & cui Publiciana da-
tur, d. §. qui in rem. Item tutori, & curatori, qui habentur lo-
co dominorum, l. interdum, 56. §. qui tutelam, ff. de fur. Quod
eſt verum, quando pupillo expedit diuiſionem rei fieri, ita
vt etiam præcedat decretum iudicis, ſi ſit res immobilis. Si-
cut enim talis res diſtrahi, & alienari non poteſt, abſque de-
creto iudicis, ita nec diuidi, l. inter omnes, 17. Cod. de præd.
min. ſine decret. iudicis, &c. add. hic Fab. num. 18. Plat. 2. Sic
etiam perſonæ Eccleſiaſticę hac actione experiri poſſunt pro
rebus diuidendis, quas Eccleſia cum alijs habet communes,
l. iubemus, 14. C. de ſacroſanct. Eccleſ. opus tamen eſt, vt in-
teruenian ſolemnitates, quæ alias in alienatione rerum Ec-
cleſiaſticarum requiruntur, de quibus habetur in Auth. hoc
ius porrectum. C. de SS. Eccleſ. Item vaſalli agere poſſunt pro
diuiſione feudi, eo modo, vt ſupr. in præced. actione declara-
tum eſt. Sic etiam datur hęc actio inter ſocios, etiamſi vnius
ex eis ſuam partem creditori obligauerit, ſaluo tamen iure
creditoris, text. in d. l. ſi quis putans, §. ſi fundus, 8. niſi vnus ex
conſortibus obligaſſet ſuam parte conſorti, nam tunc duran-
te obligatione pignori, & creditore opponente; alter ad di-
uiſionem prouocare non poſſet text. eſt in d. l. ſi quis putans,
§. idem Iulianus, 9. Item datur creditoribus pignorum ſaluo
tamen iure debitoris, d. l. communi diuidundo, §. inter eos, &
§. ſi duo, ff. eod. Non autem habet locum inter prædones, &
poſſidentes rem communem, ex delicto, d. l. communi diui-
dundo, §. inter prædones.

16 Quarto quæritur. Contra quem hæc actio competat? Et
breuiter, dic eam dari contra conſortem, vel ſocium, ſi rem
communem poſſideat, ſi vero alter poſſideat, an tunc cum
proprietario vel poſſeſſore agendum ſit, maius eſt dubium.
Videntur enim de hoc eſſe textus contrarij. Nam in d. l. com-
muni diuidundo, §. ſi debitor, ſocius prouocat ad diuiſionem
creditorem cui alter ſocius ſuam partem obligauit, & ita vi-
detur agendum eſſe cum poſſeſſore. Sed in d. l. ſi quis putans
§. ſi fundus communis, ff. eod. agitur cum proprietario, licet
fundus communis ſit creditori oppignoratus. Ideo inquit hic
Fab. contra vtrumq; hanc actionem intentari poſſe, cum etiã
contra non poſſidentem competat, vt eſt text. expreſſus in d. l.
penul. ff. eod. Et priuſquam formam libelli in hac actione ſu-
bijciam, quædam de regula, l. fi. C. eo. (ex qua medium cõclu-
dendi ſumitur) dicemus, videlicet, quod nemo cogitatur in-
17 uitus manere in communione, & multo minus quis inuitus
ad communionem ineundam compelli poteſt, vt eſt tex. in l.
ſi non ſortem, 26. §. ſi centum, 4. ff. de cond. indeb. Et amplia-
tur hæc regula procedere, l. Etiamſi eſſet pactum interpoſi-
tum, de ſtando in communione perpetua, quia non obſtante
illo pacto à communione recedi poteſt, text. eſt in l. hoc iudi-
cium, 14. §. ſi conueniat, ff. eod. Licet enim alias pacta ſeruan-
da ſint, & nihil magis fidei humanæ congruat, quam ea quæ
placuerunt cuſtodire, l. 1. ff. de pact. & l. 1 ff. de conſt. pec. ta-
men quia illud pactum tendit contra vtilitatem publicam,
non valet. Inter eſt enim repub. ne inter ſubditos ſint diſcor-
diæ, l. ſi quis ingenuam, 21. §. fin. ff. de capt. & poſtl. reu. vbi in-
quit Iuriſconſultus, per ciuiles diſſenſiones remp. lædi facil.
æquiſſimum, (al. eſt verſic. §. 3. in l. ſi cuius rei, 13.) in prin. ff.
18 in prin. ff. de vſufr. Sed communio eſt mater diſcordiæ, vt eſt
gloſ. in c. 1. d. 71. & text. in l. cum pater, 77. §. dulciſſimis, fratri-
bus, 20. ff. de leg. 2. add. text. mortalem in l. 2. C. quãdo & qui-
bus 4. p. lib. 10. vbi dicitur: Naturale quippe vitium eſt negligi
quod communiter poſſidetur, vt quis ſe nihil habere, qui non
totum habeat arbitretur, denique ſuam quoque partem cor-
rumpi patiantur, dum inuidet alienæ. Sicut, & dici ſolet: [Se-
gnius expediunt commiſſa negotia plures] vt eſt gl. poſt tex.
in l. 3 §. apparet, 6. ff. de adminiſtr. tut. & gloſ. in §. ſed ſi ſup. de
19 ſatiſd. tut. II. Ampliatur, vt nec per ſententiam arbitri perpe-
tua communio induci poſſit. Si enim per tranſactionem, &
pacta contrahentium hoc fieri nequit, ſequitur nec per lau-
dum compromiſſum fieri poſſe. Tenet conſequentia. Quia
laudum arbitratoris eſt quædam tranſactio, vt glo. in Nouel.

86. c. Si vero contigerit, 2. vt differentes iudices, in verb. Con-
uentum. III. Ampliatur, vt non valeat pactum de non diuidẽ-
do, etiamſi iuramento confirmatum ſit, & ita conſuluit Alex.
de Imol. in conſil 18. vol. 2. motus per gl. in c. fi. in ver. Reuo-
catis, de procur. in 6. vbi vult gl. quod ſi conſtituam aliquem
procuratorem, licet iuramentum interponam, me non reuo-
caturum illum, tamẽ poſſum eum reuocare. Sed hæc opinio
diſplicet D. Iaſ. in d. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, neque ſatis
tuta eſt ſententia gl propter regul. c. Cum contingat, 28. extr.
de iureiur. cum omne iuramentum ſeruari debeat, quod abſ-
que interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt. IV. Ampliatur, vt
a nec præſcriptione a perpetua communio induci poſſit, etiãſi
enim per 100. aut 1000. annos aliqui ſtarent in communio-
ne, & omnes ſimul poſſiderent, nunquam tamen præſcribe-
retur diuiſioni, quin à communione recedere poſſent, ſec.
Bart. & Doct. in l. fi. C. de annali excep. & Doct. in d. l. fi. Cod.
eod. reprobata gl. ibi de quo in præcedenti quoque actionem
20 dictum eſt. Limitatur autem prædicta regula l. fi. per gloſ. ibi
pluribus modis. 1. Fallit in quibuſdam perſonis, videlicet in
minore, qui ad diuiſionem ſocium prouocare nõ poteſt, ſed
ipſe à ſocio prouocari poteſt, d. l. inter omnes, C. de pręd. min.
2. Fallit in marito, qui fundum communem cum alio in do-
tem inæſtimatum accepit. Licet enim ipſe prouocare poſſet,
tamen ſocium prouocare prohibetur, tex. eſt in l. 2. & ibi glo.
C. de fun. dot. 3. Fallit in Eccleſia, quæ etiam prouocatur, ſed
non prouocat, vt notatur per Doct. poſt gl. ſup. verb. Diuide-
te, in l. iubemus, 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. Quod intellige quan-
do Eccleſia habet rem communem cũ priuato. Secus, ſi vna
Eccleſia habet bona communia cum alia Eccleſia. Nam tũc
vna aliam prouocare poteſt, ne moralis ſit communio, ſec.
Bal in d. l. fi. 4. Fallit in caſu, l. fi. ff. de alie. iud. mut. cauſ. fa. quã-
do ſcilicet quis alienat ſuam partem pro indiuiſo in potētio-
rem aliquem cauſa euitandi iudicium diuiſorium. Tũc quip-
pe in pęnam mutantis, nec ipſe alienans, nec is, in quem res a-
lienata eſt, ad diuiſionem prouocare poteſt, 5. Fallit prędicta
regula, quando interuenit pactum temporale, vt ſcilicet ad
certum tempus, 10. vel 20. annorum, ſtetur in communione:
tale enim pactum aſtringit aliquem perſiſtere in cõmunio-
ne, d. l. in hoc iudicium, §. ſi conueniat, ff eod. 6. Quamuis gl.
in d. l. fi limiter regulam ibi, quod fallat in ratione temporis,
ſeu præſcriptionis: ita vt ſi ſocij poſſideam rem 30. annis, non
liceat eis deinde recedere à communione quaſi ſit pręſcriptũ
diuiſioni, tamen audiuiſtis gl. in hoc communiter à Doct. eſ-
ſe reprobatam, vt ſupra dictum eſt poſt Bar. in l. 1 C. de anna.
except. 7. Dicit prædicta gloſ. regulam l. fin. non procedere,
quando teſtator prohibuit diuiſionem.

21 Pro cuius declaratione, quia eſt caſus quotidianus, quęro:
An pater, vel teſtator in teſtamento poſſit prohibere, ne fi-
lij, vel hæredes bona hæreditaria diuidant, ſed maneant in
perpetua communione, & communiter poſſideant, ac ad-
miniſtrent illa bona? Et Alex. de Imol. in d. l. ſi non ſortem, §.
ſi centum, tenet quod ſic, & mouetur I. Per glo. in d. l. fin. quæ
expreſſe iſtum caſum excipit à prædicta regula, quando ſci-
licet teſtator prohibuit alienationem. Et idem videtur velle
Bartol. in l. ſi conuenerit, 14. ff. pro ſocio, dum præſupponit
valere pręceptum teſtatoris factum filijs, ne inter ſe diuidant.
II. Adducit Alexand. tale fundamentum, quod eſt prohibitio
de non diuidendis bonis, cenſeantur quædam prohibitio de
non alienando, per text. in l. ſi pupillorum, 7. in princip. ff. de
rebus eorum, qui ſub cura, &c. & l. fin. C. de reb. al. non alien.

Sed

ADDITIO.

a Præſcriptio non currit conſtante communione. Et ideo ſi fra-
tres, vel ſocij in communione ſteterint etiam per 30. annos, &
amplius, neque diuiſionem petierint, non præſcribatur commu-
nioni quominus poſſit peti diuiſio, & iudicium diuiſorium inſti-
tui, l. 1. §. ad hoc, C. de annali excep. Bald. in l. vlt. C. communi
diuid. Nam ſtante communione alter alterum ſocium agnoſcit
quæ res præſcriptionem impedit, leg. cum notiſſimi, §. ſed, & ſi
quis, l. male agitur, C. de præſcriptio. 30. annorum deinde præ-
ſcriptio quæ inducta eſt ad lites finiendas l. vlt. ff. pro ſuo, per-
petuam communionem inducendo lites augeret potius quam fi-
niret, & ſic effectum contrarium haberet quod eſſe non debet,
leg. cum pater, §. dulciſſimos, ff. de legat. 2. l. ſi non ſortem, §. ſi
centum, ff. de condict. indeb. Ad hæc in præſcribendis rebus
negantis vis non currit præſcriptio niſi à die contradictionis
vt notatur in l. 1. C. de ſeru. qui ſummittibus, ff. de ſeru. vrb. præd.
Poſtremo neque pacto, neque teſtamento induci poteſt perpetua
communio, vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur. Ergo nec præ-
ſcriptio.

Sed teſtator ex cauſa poteſt prohibere, ne bona in perpetuum alienentur, iuxta not. per text. in l. filiusfamilias, 114. §. Diui, 14. ff de leg. 1. Ergo poteſt quoque prohibere, ne in perpetuũ diuidant hæreditatem. III. Facit text. in l. fin. §. Lucius, ff. de leg. 1. & in l. Lucius, 78. in princ. ff. ad Senatuſconſult. Trebel. quod ibi ad hoc notant. Bald. & Doctor. quod teſtator poſſit præcipere communionem. IV. Bonum eſt argumentũ à contractibus ad vltimas voluntates, leg. ſeruum filij, 44. §. eum qui, ff. de leg. 1. Sed ſocietas in perpetuum contrahi poteſt, l. 1. ff. pro ſocio. Ergo etiam teſtator poteſt cõmunionem percipere. V. Facit text. in c. Secundum, 2. verſ. diſponat, in Nouel. a 2. de nupt. vbi habetur, voluntate teſtatoris, tanquam le-
22 gem ſeruari debere. Contrariam ſententiam tenet Paul. de Caſtr. & Iaſ. in d. §. ſi centum, & idem Alexan. ſibi contrarius, conſ. 110. volo. 3. videlicet teſtatorem, aut partem non poſſe mandare filijs aut hæredibus vt bona hæreditaria in perpetuum non diuidant. I. Propter rationem circa reg. d. l. ſi aſſignatam. a. Quia ſi per contractum fieri non poteſt, d. l. in hoc iudicium, §. ſi conueniat, certè nec per quaſi contractum aditionis hæreditatis fieri poterit. Cum obligatio, qua aſtringuntur hæredes ad obſeruantiam contentorum in teſtamento procedat ex quaſi contractu aditionis hæreditatis, leg. ſi quis abſentis, 5. §. hæres, ff. de oblig. & actio. 3. Bonum eſt argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, d. l. ſeruum filij, §. eum qui præſertim quando non poteſt reddi ratio diuerſitatis. Sed quia per contractus inter viuos, talis communio induci non poteſt, d. §. ſi conueniat, ſequitur nec in vltimis voluntatibus fieri poſſe, cum ſubſit eadem ratio, ne oriã-
23 tur diſcordiæ. Nec obſtat reſponſio Alexan. de Imol. in d §. ſi centum, quo fortior ſit prohibitio teſtatoris, quam contrahẽtiũ, vt patet ex hoc. Nam quando teſtator expreſſe prohibet alienationem, impeditur translatio dominij, ſecus ſi ſit facta prohibitio per pactum inter viuos, vt notatur in l. ea. l. 3. C. de cond. ob cauſam, & in l. ſi ita quis, 135. §. ea lege ff. de verb. oblig Non obſtat, inquam iſta reſponſio, quia ad hoc reſpondet Iaſ. in d. §. ſi centum, hoc caſu eſſe parem rationem ſiue enim in contractu, ſiue in teſtamẽto prohibeatur diuiſio ſemper militat ratio ſupra adducta quod reſpub. lędatur, cum communio pariat diſcordias vel alio modo reſponderi poteſt prohibitionem teſtatoris eſſe fortiorem, quam contrahentium, quando non derogatur iuri publico per prohibitionem, nec datur occaſio delinquend. Similiter non obſtat Gloſ. in d. l. ſi. & doctrina Bar. in d. l. ſi conuenerit: quia procedunt, quãdo prohibitio eſt facta ad certum tempus, veluti, ne filij diuidant, donec omnes, ad legitimam ætatem perueniant, vel vſque ad 10. annos. Nam hoc teſtator poteſt facere, per text. in l. 4. in prin. ff. de cond. inſt vbi exprimitur tempus 16. annor. Et ibi Bald. & Ang. expreſſe hoc notant, quod teſtator ad certum tempus diuiſionem prohibere poſſit, ſicut & inter viuos tale pactum valet, d. §. ſi conueniat, & in hoc nemo diſcrepat. Ad ſecundum vero fundamentum Alexandri reſpondetur, inter iſtos duos caſus non eſſe eandem rationem, quia ex prohibitione alienationis non inſurgit aliqua diſcordia quæ ex prohibitione diuiſionis oriri ſolet Ergo nec idem ius ſtatuendum eſt, ſecundum Crotum in l. nemo poteſt, 55. ff. de leg. 1. Item ad l. fin. §. Lucius, reſpondetur, ibi non præcipi, vt diuiſio nulla fiat, ſed vt filia, & vxori in communione conferant res, vt poſtea æqualiter diuiſio fieri poſſit, ſicut hoc importat collatio bonorum, vt per totum tit. ff & C. de col. bonor. Præterea cõceſſo, quod ibi prohibeatur diuiſio, non tamen prohibentur vxor, & filia in perpetuum diuidere. Igitur non intelligitur eis adempta poteſtas diuidendi: cum nemo inuitus, &c. Ita quoque non obſtat §. diſponat: quia voluntas teſtatoris pro lege habetur, niſi contrarietur diſpoſitioni iuris, aut ſit cõtra publicam vtilitatem, vt notatur in d. leg. nemo poteſt. Et ad l. a. ff. pro ſocio, ita reſpondere, dictionem. Perpetuo, ſec. Glo. ibi
24 varias accipere ſignificationes: Aliquando enim perpetuum accipitur, pro generaliter vero, in princ. ſup. de ſatiſd. tut. Aliquando autem ſine fine, ſeu præfinitione temporis, & ita accipitur in q. noſtra, vt in perpetuum, id eſt, in æternum diuidere non liceat, leg. nulla, 70. ff. pro ſocio. Aliquando vero pro tempore vitæ, vt in d leg. 1. Et tale pactum valere, vt quis per dies vitæ ſuæ maneat in communione, communis eſt ſententia Doct. Nec obſtat ratio ſupra aſſignata: quia ſi alter incipiat alteri eſſe moleſtus, & rixoſus, poterit alter diuiſionem petere, ſicut dicimus de conuentione facta, de non diuidendo ad certum tempus, quia nihilominus ſocius poteſt prouocare ad diuiſionem, ſi ſocius ſit ei moleſtus, text. eſt in l. ſi conuenerit, 14. in fin. ff. pro ſocio, & ibi Bart. dicit: Si teſtator in teſtamento ponit, ne fratres diuidant intelligitur ſub conditione, niſi ſibi odio rixoſi, & moleſti exiſtat. add. Iaſon. & alios in d. §. ſi conueniat, & Doct. Hen. God. de diuiſione Ducatuum, conſil. 19. & 20.

Forma libelli.

25 Præmiſſis præmittendis, N. comparens breuiter narrat, quod cum reo pratum extra portam Albinam intra N. & N. prata iacens, atque circiter annis quinque ab hinc N. comparatum pro indiuiſo poſſederit, eoque vſus, & fruitus ſit. Quia vero hoc anno inter actorem, & reum, de diuiſione fęni in dicto prato enati ſis, atque diſcordia orta eſt: actioni minime commodum eſt, ad cauendas futuras rixas, & alia ſcandala, quæ eſt communione facillime emergere poſſunt, diutius dictum pratum pro indiuiſo cum reo poſſidere, attento quod ad id de iure non teneatur. Quare petit, vt veſtro nobili officio dictum pratum in duos æquales portiones diuidatur, & cuique ſua portio adiudicetur, & aſſignetur.

a DE ACTIONE FINIVM a REGVNDORVM.

1 *Remedia pro turbatis finibus à iure introducta.*
2 *Pœna amouentium terminos de iure ciuili.*
3 *Et conſtitutio Saxonica.*
4 *An actio regundorum finium mixta ſit.*
5 *Actio finium regundorum, an ſit natiua, vel datiua.*
6 *Hæc actio vnde oriatur.*
7 *Ad quid competat, & nu. 8.*
9 *In finalibus quæſtionibus vera monumenta ſequenda.*
10 *An domini ciuitatum habentes confinia territoria, & volentes conſeruare iuriſdictionem poſſint vtili actione experiri, vt territoria ſeparentur, & ponantur limites.*
11 *Quis debeat de maleficio commiſſo in medio duorum confinium cognoſcere.*
12 *An hæc actio etiam pro finibus alicuius partis fundi cõpetat.*
13 *Prædia ruſtica dicuntur contigua, vrbana vicina.*
14 *Vicinus quouſque dicatur.*
15 *Cui hæc actio detur, & nu. 17.*
16 *An in iudicio finium regundorum cognoſcatur de quæſtione proprietatis.*
18 *Contra quem locum habeat hæc actio.*
19 *Quæ requirantur, vt iſta actio locum habeat.*
20 *Quale ſit officium iudicis in conſtitutione terminorum, & qualiter procedere debeat iudex.*
21 *Probata poſſeſſio quæ.*
22 *An menſuratio agrorum, & poſitio terminorum fieri debeat partibus præſentibus.*
23 *An agri menſores iurare debeant.*
24 *Deciſio l. fin. ff eodem, ſtatuentis ſpacium relinquendum inter confinia.*
25 *Forma libelli ſecundum varietatem caſuum diuerſimode formantur.*
26 *Si ponantur lapides vt ſint limites vel termini agrorum, notari debent.*

1 AD intellectum huius actionis præmittendũ poſt Io. Fab. hic in fin. §. noſtri, & Iaſ. nu. 73. quod pro turbatis finibus quatuor remedia à iure introducta ſunt. I. Actio finiũ regundorum, de qua hic agitur, & in tit. ff. & C. fi. reg. II Condictio ex l. ſi conſtiterit, 4 C. fi. reg. in caſu ſcilicet illius legis, quãdo poſt litẽ conteſt. in actionẽ finium regund. aliquis occupat rẽ propria authoritate, ante ſententiã latam: Nam is tenetur reſtituere id, quod occupauit, & tantundem etiam de ſuo fundo. Quilibet enim ſuo contentus eſſe debet, & non expetere rẽ alieni iuris, vt inquit Imperator ibi, facit tex. in l. cum quærebatur, & n. & in l. ſi quis tantam, 7. C. vnde vi. III. Eſt etiam ſtatuta pęna pecuniaria l. Agrarię promulgate per Caiũ Cæſarem contra mutantem, & dolo malo amouẽtem terminos ſtatutos extra ſuũ agrum, vt pro ſingulis terminis quos eiecit & loco mouit. 50. aureos dare compellatur, l. lege Agrar. 3. ff.
b de term. moto. Et illa pęna applicatur parti agenti, *b* ſec. Bart. ibi & Panor. in c. ea literis, 2. in fi. extr. de prob. IV. Competit etiã criminalis accuſatio. & pęnalis, in perſonam eorũ, qui terminos poſitos effodiunt, & euellunt, ita vt extraordinarie ex officio

ADDITIONES.

a *Adde §. ſi finium infr. de offic. iudic.*
b *Imo potius fiſco prout hic allegati Doct. concludunt, contraria ſententia reiecta.*

officio iudicis, ſecundum qualitatem perſonæ, & facti, vel ad
tempus relegentur, vel etiam caſtigentur: & verberibus cæ-
dantur, vt habetur in leg. 1. & 2. ff. de ter. mot. & not. in leg. 1.
poſt tex. Cod. de accuſ. ad quartum legum intellectum, an, &
quando iſtæ pœnæ locum habeant, vide omnino Abb. in d. c.
Ex litteris, nu. 13. & Doct. in d. l. 1. Cod. de accuſ. Neque hanc
corporalem pœnam ſublatam eſſe per pecuniam, de qua ha-
betur in d. l. lege Agraria, pulchre tenet hic Fab. in § fin. §. no-
2 ſtri. Et circa prædicta notandum, licet amouentes terminos
de iure ciuili grauiter puniantur, interdum corporali, inter-
dum vero pecuniaria pœna, nec quidem immerito, cum etiã
in ſacris literis hoc fieri prohibitum ſit, vt legitur in Deuter.
capit. 27. vbi dicitur: (Maledictus omnis qui transfert termi-
3 nos proximi ſui,) vt refertur in capitul. In legibus 10. conſil.
12. quæſt. 2. De iure tamen Saxon. vnicam tantum, & ſatis le-
uem pœnam violatoribus terminorum impoſitam eſſe, 30 ſci-
licet ſolidorum, in quibus violatores parti læſæ condemnan-
tur, pro text. in articul. 38. libr. 2. Qui tamen ita intelligitur,
quando quis amouit limites, ignorans eos eſſe terminos. Nã
ſi ſcienter, & doloſe hoc fecerit, grauius propter iſtam teme-
ritatem puniendus venit. Et licet Gloſ. in dict. articul. 28.
eiuſmodi violentum, & temerarium amotorem capite ple-
ctendum eſſe velit, dum dicit, eum puniendum, vt violato-
rem pacis, contra quem pœna capitis ſtatuta eſt, in articul. 13.
libr. 2. tamen id vſu non obſeruatur, ſed victa illam pœnam
30. ſolidorum iudici multam ſoluit, & æſtimationem arbo-
rum amotarum reſtituit, ſicut ſupr. in titul. de vi, pon. capt. in
fin. ſ. penult. de violentis raptoribus, & inuaſoribus rerum
4 alienatum, dictum eſt, poſt text. in articul. 47. lib. 3. Quod au-
tem ad actiones finium regundorum attinet, ſciendum, eam
quoque eſſe actionem mixtam, ſecund. Gloſ. hic, ſupra verb.
Item finium, tum quia quilibet litigatorum eſt actor, & reus,
leg. in tribus, 13 ff. de iudic. tum etiam quod naturam realis a-
ctionis continet perſequendo rem, fines ſcilicet agrorum, &
quoque naturam perſonalis, quia ſcilicet ad præſtationes per-
ſonales datur, de quo vide Gloſ. in leg. 1. ff. eod. Item quia ex
delicto, turbatione ſcilicet terminorum, aliquando oritur, ex
quo naſcitur obligatio, quæ perſonalem actionem producit,
vulg. leg. licet, 42. §. ea obligatio, ff. de procur. Hinc quærunt
Doctor. hic: An ſit natiua, vel datiua hæc actio, & vnde oria-
5 tur? Et quamuis Gloſ. in dict. leg. 1. ff. eodem. dicat eam eſſe
datiuam communior tamen, & verior eſt ſententia Doctor,
poſt Gloſ. in § hæres, 5. ſupr. verb. Intelligitur, ſupra de oblig.
quæ ex quaſi con. naſ. eam eſſe natiuam. Habet enim mate-
riam præexiſtentem ſufficientem ad producendam actio-
6 nem. Aliquando enim oritur ex delicto, turbatione ſcilicet,
& amotione terminorum poſitorum. Aliquando ex quaſi
contractu, vt quando agitur ad perſonales præſtationes. Item
quando mihi certa pars fundi per teſtatorem legata eſt, pone
decem iugerum, & ago contra hæredem vt fundus diuida-
tur, & fines ponantur. Aliquando vero ex contractu oritur
vt quando emo a Titio decem iugera de ſuo fundo, & poſtea
ago, vt fines ponantur inter meam, & ſuam partem. Iſto caſu
actio illa ex contractu oritur, ita vt Ioann. Fabr. hic ſubijciat
de hac actione vere dici poſſe, quod inquit Iuriſc. in l. 1. ff. de
oblig. & act. eam ex varijs cauſarum figuris naſci. Sicut etiam
inquit Bald. in l. fin. nu. 6. C. eod. & de hoc latius vide hic Fab.
nu. 21 Ang. 31. lat. remiſſiue nu. 70

7 Principaliter itaque circa hanc actionem quæritur: Ad
quid ea competat: Et dic eam dari ad diuiſionem fundorum
confinium, & conſtitutionem terminorum. Aliquando, vt
noui termini ponantur etiamſi nulla turbatio præceſſit tan-
tum vt fundi diſtinguantur ad occurrendum futuris rixis, cũ
homines naturaliter ad diſſentiendum ſint faciles, vt inquit
Iuriſcont. in l. item ſi vnus, 17. §. fin. ff. de attic. Veluti ſec. Fab.
hic habemus prædia vicina, quorum fines non bene ſciuntur,
vel aliquis habens ampliũ fundum, vẽdit mihi de eo decem
iugera aſſignando certam partem fundi: licet antea ibi non
fuerint limites, poteſt tamen hæc actio intentari, vt pars iſta
menſuretur, an contineat decem iugera, & vt fines ponãtur,
8 etiamſi antea numquam ibi fuerint limites poſiti. Aliquando
vero agitur ad conſeruationem, & reſtitutionem antiquo-
rum terminorum, quando ſcilicet limites antiqui à vi flumi-
nis vicino, vel alio ſunt auulſi, ſeu occupati vt antiqui repo-
nantur, d. l. ſi irruptione, 8. in prin. & l. in final. 11. ff. eo. vbi nota-
9 biliter dicitur, in finalibus quæſtionib. vetera monumenta ſe-
quenda eſſe Item competit ad damna, ſumptus, & intereſſe,
id eſt, vtilitatem quam poſſeſſor accepit ex eo loco, quem vi-
cini eſſe apparet, & ad fructus percepto, iuxta l. 4. in princ. &
§. poſt litem, ff. eod Et ad has perſonales præſtationes etiam
principaliter agi poſſe, licet ad conſtitutionem terminorum
non agatur, tenet hic Fab. nu. 27. & Pla. 18. Et competit nõ ſo-
lum ad diuiſionem fundorum, ſiue rerum corporalium, ſed
etiam ad iura incorporalia confinia diuidenda, vt ſunt iuriſdi-
ctionis ſpirituales, & temporales ſaltem vtilis hæc actio da-
tur ad ſimilitudinem actionis fam. herciſ. & comm. diuid. Si-
cut enim caſtrum, & territorium diuidi poteſt, eodem modo
iuriſdictio inhærens caſtro, vt ſupr. dictum eſt poſt Bart. in l.
arb. 19. § fin. ff. comm. diuid. Et limites harum iuriſdictionum
regulariter ſolent eſſe flumina, paludes, montes, vel arbores
10 in confinio natæ ſec. Plat. hic, n. 8. Qui ſubijcit dominos ciui-
tatum habentes confinia territoria, & volentes conſeruare
iuriſdictionem, quo ad legem iuſtitiæ, & imperij, poſſe ſaltem
vtili actione experiri, vt territoria ſeparentur, & ponãtur li-
mites etiam inuitis dominis prædiorũ, quorum ſunt iſti fun-
di vbi erigũtur limites non obſtante, quod in alieno prædio
nihil poſſumus facere inuito domino, etiam in communi fun-
do, l. Sabinus, 28 ff. com. diui. facit l. altius, 8. C. de ſeru. & aq.
Qui enim habet iuriſdictionem in territorio, habet illud ius,
vt poſſit ſaltem facere ea, quæ ad conſeruationem illius iuris
pertinent, argumento text. in leg. pupillus, 239. § territorium,
11 ff. de verb. ſignif. Et obiter notabitis quæſt. notabilem, & quo-
tidianam, motam per Plat. hic, de maleficio cõmiſſo in medio
duorum confinium, vt quia vnus ibi interfectus eſt, quis de-
beat de eo cognoſcere. Et dic primo eſſe attendendum in cu-
ius territorio reperiatur caput occiſi, quod ſi apparet cogni-
tio illius delictis pertinet ad dominum huius territorij, licet
in alterius domini territorio, tantum corpus preter caput pro-
ſtratum fuerit: quia caput eſt principalior, & nobilior pars ho-
minis, & attendi debet ad, quod eſt magis principale argumẽ-
to l. cum in diuiſis, 44. ff. de relig. & ſumpt. fun. Si vero hoc nõ
apparet, & eſt dubium, in cuius territorium maleficium, com
miſſum ſit vterque, dominus iudex eſſe poteſt, & debent cõ-
uenire, ne proferant contrarias ſententias. Præfertur tamen
is iudex, coram quo lis eſt conteſtata, & qui primo præuenit,
quia de delicto eiuſdem hominis bis quæri non debet. l. Se-
natus, 14. ff. de accuſ. & l. pen. ff. nautæ, caupones, &c. de quo
vide Bar. & Bal. in l. iuriſperitos, 30. § cum oriundus, ff. de ex-
12 cuſ. tut. & Bald. in l. arbor. 19 ff. communi diuid. Vltimo circa
hanc principalem quæſtionem notabitis, quod hæc actio non
tantum pro finib. vnius integri fundi datur, ſed etiã pro finib.
alicuius partis fundi, l. quinque pedũ, 4. C. eo. Item, quod datur
ad diuiſionem ruſticorum prædiorum tantum, non autem vr-
banorum, vt ſunt ædes contiguæ, hæ enim parietibus diſtin-
13 gui ſolent. Vnde prædia ruſtica dicuntur confinia; vrbana ve-
14 ro vicina, l. 4. §. hoc iudicium, ff. eo Et dicitur vicinus proprie
vſque ad eum locum, ad quem cõmunis vox clamantis exau-
diri poteſt, ſecund Plat. hic nu. 3. Et vera ſunt, quando vtrum
que prædium eſt vrbanum: ſecus, ſi ex vna parte ſit ruſticum,
ex alia vero vrbanum. Nam tunc ſaltem vtilis hæc actio lo-
cum habet, ſecundum Gloſ. hic ſuper verbo. Confines. Item
niſi loco termini eſſet ædificium poſitum; nam tunc de eo
idem iudicatur. quod de termino, l. 2. in princ. ff. eod. Subijcit
tamen hic Ang. nu. 11. forte dici poſſe etiam vtile finium re-
gundorum iudicium locum habere, inter duo prædia vrbana
licet non ſint poſita pro termino fundi ruſtici, arg. l. penul. ff. ſi
quadrup. paup. fec. dicatur.

Secundo principaliter quæritur, Cui hæc actio detur? Et
15 l. Sine dubio competit dominio prædij ruſtici d. l. 2. ff. eodem.
Vnde quærunt hic Doctor. An in hoc iudicio finium regun-
16 dorum cognoſcatur de quæſt. proprietatis, ita vt actor tenea-
tur in libello exprimere, ſe eſſe dominum iſtius prædij, & de-
inde probare de dominio. Et hæc quæſtio duobus modis ac-
ci poteſt idest. Quando actor in libello petit declarari fines
inter ſuum, & vicini, fundum vicinus vero volens repellere
actorem, excipit de dominio, fundum non eſſe actoris, ſed
ſuum. Hoc caſu quæſtio proprietatis totius fundi in iudicium
deducitur, & ſi actor poſſidet fundum non excluditur ſecun-
dum Fab. hic numer. 33. Ex poſſeſſione enim præſumitur do-
minium, quando incidenter illud deducitur in iudicium vt
eſt Gloſ. in leg. quidam in ſuo, 27. ſuper verbo, Amoueri, ff. de
cond. inſt. De quo in §. omnium, ſupr. eodem dictum eſt. Si
vero non poſſedit, tunc per hanc exceptionem excluditur ni-
ſi de dominio, & iure ſuo probet, per text. in leg. fundi, 18. ff. de
except. 2. Quando non obijcitur quæſtio totius proprietatis,
ſed tantum ipſorum finium, quos prouocatus dicit ſe ſolum
poſſidere, & ad ſe ſpectare. Exempli gratia. Ago contra
te hac actione, & dico fundum meum extendi vſque ad ta-
lem lapidem, tu vero negas, dicendo, imo fundum tuum
extendi vſque ad talem arborem. Hoc caſu quoque cogno-
ſcitur ſuper proprietate iſtorum tamen finium tantum, &
hoc eſt quod inquit Imper. in leg. 3. C. eod. huic actioni quæ-
ſtionem

Digitized by Google

ſtionem proprietatis cohærere. Et obſeruauit tunc iudex ordinem ibi in Gloſ. ſuper verb. finiatur, traditum, videlicet, vt prius cognoſcat ſuper poſſeſſione, quantum quiſque poſſideat, deinde ſuper proprietate, quantum quiſque poſſidere debeat, & in quantum fines cuiuslibet fundi debeant extendi. Hoc cognito, conſtituat limites vel fines, & ſi opus eſt mittat ſumptibus partium agri menſorem, iuxta l. 3. C. eodē
17 vt infra latius dicetur. II. Datur hæc actio emphyteutæ, pro finibus fundi vectigalis, in quo & ipſe vtile dominium habet l. quarta, §. finium, ff. eod. Item vſufructuario ratione ſui iuſis, & hic, qui iure pignoris poſſident fundos vicinos, vt eſt text. in d. l. 4. §. finium. Hinc etiam vaſallo contra vaſallum, & contra quemcunq; etiam extraneum, datur quia, & vaſallum vtile dominium habere conſtat, faciunt notata poſt text. in c. 1. de cōtrou. inter vaſal. & al. de benef. in vſib. feud. Itē datur prælatus Eccleſiarū, qui confines habent præbendas in villis quas ipſi poſſidēt, tex. eſt in c. In literis, 3 ex. de prob. Similiter & dominis habentibus iuriſdictiones vicinas in territorijs, vt ſupra dictū eſt. Aliquando etiā vtilis hæc actio dominis prædiorum vrbanorum competit, vt in fi. t. q. prin. declarati eſt.
18 Ad tertiam quæſtionem. Contra quem ſcilicet locum habeat hæc actio? Breuiter reſponderi poteſt, eam dari contra vicinum poſſeſſorem agri confinantis, & ſic contra eum qui habet prædium ruſticum cootiguum, oon vrbanum, cæteris paribus, vt ſupra dictum eſt, d. leg. quarta, §. hoc iudicium, ff. eodem. Non autem datur contra ſocium, cum quo habeo fundum communem. Exempli gratia. Pone, habeo fundum communem cum Titio, & etiam alium fundum proprium vicinum. Hoc caſo mihi contra ſocium non competit hæc actio, quia is ſolus rem communem defeodere non poteſt? & loco vnius habemur, ideo aut partem fundi communis aut fundum proprium alienare cogor, ſi hoc iudicio experiri voluero tex. eſt expreſſus io d. leg. quarta, §. ſi communem, 7. ff. eodem. Similiter non datur hæc actio contra vicinum. Qui
a præſcripſit *a* hanc actionem, 30. annis, l. fin. C. eod. Quod eſt verum, quando agitur pro turbatione finium. Nam tunc durat hæc actio 30. annis à die turbationis, & hoc caſu actor ſit cautus, vt in libello exprimat turbationem factum infra 30. annos, ne per præſcriptionem repellatur. Idem quando agitur ſine turbatione, & alter ſine titulo, vel mala fide poſſedit ampliores fines. Si autem bona fide, & cum titulo poſſedit eos longo tempore, 30. ſcilicet aonis inter præſentes, & 20. inter abſentes, tunc per indirectum, quo ad effectum, tollitur hæc actio, longo ſcilicet tempore, non longiſſimo, vt pro parte prędij aſſignata emptori à venditore, vltra quam deberet, quam partem emptor longo tempore cum titulo, & bona fide poſſedit, & ita præſcripſit, leg. 2. §. cum Stichum, 4. verſic. Sed ſi fundus, ff. pro empt. Nam preſcripta non auocatur per hanc actionem, licet detur, vt termini commodius diſtinguatur, vt eſt Gloſ in l. 1. ff. eod. & in d. l. fin. C. eod. Et hæc procedunt de iure ciuili: ſecus de iure Can. quo præſcribuntur fines Eccleſiaſticorum prædiorum quadraginta aonis, tācum cap. Qui indicantes, 9. ext. de præſcr. Sed limites Iuriſdictionum. Prouinciarum, Diœceſium, & parochiarum, ſi poteſt apparere per antiquos libros, teſtes, famam, & alia adminicula, quandoque fuiſſe diſtinctos, non præſcribuntur, ne iuriſdictiones confundantur, cap. Super eod. 3. extr. de Paroch. & c. Inter memoratos, 6. & c. Licet in regulis 5. cau. 16. q. 3. & optime Gloſ. in d c. Quia indicanter, ſuper. ver. Quadraginta, de præſcr. add. Fab. hic num. 25 & Plat 11.
19 Quarto principaliter quæritur. Quę requirantur ad hoc vt iſta actio locum habeat? Ex prædictis facile reſponderi poteſt. Nempe I. Requiritur parte actoris, quod vel ſit domious prędij ruſtici, cuius fines fundo ſui vicini diſtingui petit, ita vt interdum cæteris paribus dominium ſioe directum, ſiue vtile probare cogatur: vel ſaltem alias habeat ius in iſto prædio ruſtico, cuius ratione hanc actionem intentat, iuxta ea, quæ in ſecunda quæſtione dicta ſunt, poſt text. in d. leg 4. §. finium. 9. ff. eod. II. Requiritur à parte ipſius rei, quod habeat prædium ruſticum, confine ſeu viciourn. Nam ad prædia vrbana diuidenda regulariter hæc actio non datur, d. l. 4. §. hoc iudicium 10. Si enim alius quam vicinus fines turbauerit effodiendo limites: hæc actio contra eum non datur, ſed pęna l. Agrarię, vel criminalis accuſatio locum habet de quo ſupra in princ. dictum eſt.
20 Quinto principaliter hic Plat. quærit, quale ſit officium iudicis in conſtitutione terminorum, & qualiter procedere debeant iudex? De quo eſt Gl. ord. in d. l. 3. ſupr. verb. Finiatur
21 & ibi DD. C. eodem. Quod iudex in finium regundorum iudicio I. Inquirere debet de poſſeſſione, quantum ſcilicet quiſque de præſenti poſſideat. Et dicitur probata poſſeſſio, quando quis facit ſeminari arari, & coli agrum, ſecundum Gloſ. in d. l. 3. Bart. in leg. qui vniuerſas, 30. §. quod per colonum, ff. de acq. poſſeſ. II. Inquirere debet ſuper proprietate & quātum iuris habeat quælibet pars in loco litigioſo. Et ſic quantum quiſque poſſidere debeat. III. Mittere debet agri menſorem, qui metiatur quantum minus habeat actor, quam habere debet, & quantum quilibet iam poſſidet, & ſi opus eſt etiam ipſe iudex perſonaliter ſe ad illum locum conferre, oculiſque ſuis ſubiectis locis partes audire debet, in loco de quo eſt cōtrouerſia, vt eſt text. & Gloſ. in l. ſi irruptione, 8. §. ad officium, ff. eod. & in d. l. 3. C. eod. & ita cognita cauſa tam ſuper petitorio, quam poſſeſſorio tandem definita, quantum quiſq; poſſidere debeat, ac ponat tunc terminos in confinibus, aliquando oouos, aliquando vero veteres auulſos reponat, ac corroboret, & mandet eis ſtare perpetuo, & cootra facienti nonnumquam pęnā imponat. Et debet iudex ſequi terminos antiquos quibus in dubio ſemper ſtandum eſt donec probetur eos eſſe mutatos, & nouos voluntate partium legitimè conſtitutos a venditore, vel ſucceſſoribus, quod fieri poteſt, vt eſt tex. io d. l. in finalibus iunct. l. ſeq. ff. eod. & in l. 2. C. eod. & ſuper hanc admittitur probatio per libros antiquos teſtes ſeniores, famam, & alia adminicula, vt not. in c. Cum cauſam, 13. ext. de probat. Et quando agri ſecundum terminos antiquos vel alias commune diuidi non poſſunt, tunc iudex ex prædio vnius poteſt alteri aliquid ad iudicare, & eum grauare ad dandam pecuniam ei, de cuius prædio aliquid ablatum eſt, vt
22 hic, & leg 2. ff. eod. Et circa agri menſorem notandum, quod menſuratio agrorum, & poſitio terminorum fieri debet partibus præſentibus, & de iure Saxon. eſt tex. in art. 50. lib. 2. Qui in confinio ponit arbores, ſeu terminos, ille debet præſentes habere, qui ex altero latere, fundos contiguos poſſident. Et
23 ideo ad poſitionem terminorum partes citati debent, quod ſi factum fuerit, poteſt procedit etiam altera parte contumaciter abſente, d. l. 3. C. eodem. Et debent agri menſores mitti ſumptibus partium, vt inquit Gloſ. fi. in d. l. ſi irruptione. §. ad officium. Et hi debent pręſtare iuramentum, velles ſe bene, & legaliter menſurare, alias non valeret talis menſuratio, ſecundum Bald. l. & Cyn. in l. hac edictalis, 6. §. his illud, C. de ſec. nupt. Ac partibus præſentibus, vel ſaltem legitime citatis, & contumacibus, iurate debent quia poſſent opponere contra perſonam agri menſoris forte eis ſuſpectam, niſi ſint publicæ perſonæ, quæ in principio ſui officij alias iuramentum de fideliter exequendo, vel menſurando præſtiterunt. De quo val. de hic Ang. nu. 12. Relationi tamen agri menſores partes non debent eſſe præſentes, ſecund. Bart. in l. Theopompus, 14. nu. 6. ff. de dote præl. ſicut in ſimili de teſte dicimus. Nam quando teſtes producuntur, & iuramentum præſtant de veritate dicēda, tam actor, quam reus intereſſe ſolent, l. ſi quando, 19 C. de teſtibus. Non autem examinationi, quia illam in ſecreto fieri debet attenta generali conſuetudine, ſecundum Gloſ. io d. l. ſi quando ſupra verbo. Noluerint, & vide Bart. in l. ſi poſtulatit, 27. § quæſtioni, ff. ad leg Iul. de adolt. & ſtup. Et notandum ſecundum Iaſ. hic num. 82. ſi ager fuerit ſemel menſuratur, & vnus dicat ſe læſum, & minus recepiſſe quam ei debeatur, debere iterum talem fundum menſurari ſecund. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. & facit notabilis, tex. in l. i. C. de errore calculi, vbi Bart & Bald. notant, licet inter plures mercatores ſit ſummata ratio, tamen creditorem, vel debitorem adhuc petere poſſe vt iterum de nouo fiat computatio, & videatur, ao ſit ratum in calculo, nec ne &c.
24 Et vltimo notabitis deciſionem, l. fin. eo. per quam ſpatium eſt determinatum, quod quis debet dimittere inter ſuum, & vicini fundum, quādo vult facere foueam, murum, vel ædificare domum, aut arborem plantare. Cuius verba ex Greco
b per Alc. *b* in 2. lib. diſpu. cap 6. tranſlata, & magis perſpicua quam in corpore habentur, reddita hæc ſunt. Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit, infoderitque, terminum ne excedito. Si maceriem, pedem relinquito. Si vero domum, pedes

ADDITIONES.

a *Præſcribitur actionis finium regundorum ſpatio 30. annorum, quæ præſcriptio incipit ex die mota actionis Bal. in vlt. C. finiū regund. & turbatorum finium. Nam antequam orta ſit actio non currit præſcriptio, l. in reb. §. omnis. C. de iur. dot. Obijcitur, l. 2. §. cum Stichum 6. verſ. Sed ſi fundus l. qui fundum, 7 §. 2. ff. pro emptore. Sed ibi agitur de dominij præſcriptione non actionis, vide Bald. tract. de præſcrip. par. 4. partis 4. q. 13.*

b *Sed male duos pedes pro quinque legit.*

Digitized by Google

pedes duos. Si ſepulchrum aut ſcrobem foderit, quãtum profunditatis habuerint, tantum ſpacium relinquito. At vero ſi oleam, vel ficum ab alieno ad nouem pedes plantas, ceteras
a arbores ad pedes duos. a Cui add. tex. in Saxon. in art. 51. lib. 2. vbi dicitur (Fornaces, haræ, ſeu cloacæ debent a ſepe diſtare tres pedes.) Et quamquam apud nos Germanos (vt atteſtatur hic Zaſ.) raro fit vt in finium regundorum iudicio libelli formentur, ſed mittuntur agri menſores, qui ad hoc ſunt iurati, vt auditis litigantibus de facto, etiam procedãt de facto, metientes ea quæ ſunt turbata: vnde, & Plat. hic nu. 25. ante fi. dicit in his iudicijs finalibus per inſpectionem oculorum terminandis, non requiri ſolemnitatem ordinis iudiciarij, fieri
35 tamen poteſt, vt ſeruetur etiam proceſſus iudiciarius, & offeratur libellus, qui ſecundum varietatem caſuum diuerſimodè formari poteſt. Et aliquando ita concipi ſolet.

Forma libelli.

Præmiſſis premittendis N. comparens, breuiter exponit quomodo iugerum agri iacens in campo Bretenſi, confine agro rei habeat, quod duobus limitibus quibus vtriuſque agri fines diſcernerẽtur, diſterminatum, atque diſtinctum fuerit. Poſtquam autem huiuſmodi limites, proxima exundatione. Albis, loco moti, atq; fortaſſe impetu aquarum abducti fuere, reus antiquos terminos trãſgredi, & vltra praticam de agro actoris occupare, ſuoq; agro adiungere, animo iſta particula agri pro ſua vtendi præſumpſit. Quia vero id diſpoſitioni iuris, & æquitati diſſentaneum eſt, cum quilibet ſuo contentus eſſe, & vicini facultates imminutas relinquere debeat: ideo actor officium veſtrum nobile implorat, vt vel vos domine iudex, per vos, vel per agri menſores iuratos, atque authoritate veſtra deputatos, fine controuerſos inſpici, & limites antiquos, ſi inueniri poſſunt, quæri, eoſdemque prout ab antiquo poſiti fuere, rurſus erigi, vel iugerum porrigatur cognoſci: eaque cognitione facta, nouos limites, quo quiſque quid ſuum ſit ſcire queat, ſtatui curetis. In quod, vel aliud in hoc caſu iuri congruum actor iudiciali veſtræ cognitioni cũ reſeruatione competentium iuris remediorum, permittit atque relinquit.

36 Vnum, quod ſæpe in conſtituendis finibus obſeruari vidi non poſſum omittere. Non quando ponuntur lapides, vt ſint limites, vel termini agrorum, aut territoriorum, tunc ſolent aliquo ſigno notari, vel eis addi lapilli, cineres, vel carbones, quo vulgo (zeugen) appellant, vt ſi poſt longum aliquod tempus reuocetur in dubium, lapidem iſtum ab hominibus non eſſe pro termino poſitum, per iſtos ſic teſtes, lapillos ſcilicet additos, & cineres, probetur non caſu eo perueniſſe lapidem, ſed conſtitutum, & ab hominibus pro limite poſitum eſſe. Vt ſit terminus, N. non lapis campeſtris. Sicut etiam arbores, quæ in confinijs ponuntur, inciſa cruce, ſeu aliquo alio ſigno notari ſolent. Quod hi, qui poſitioni terminorum aliquando interſunt, obſeruare, & notare debent.

ADDITIO.

a *Rectius quinque. Nam ſpacium bipedale nimis eſſet anguſtum, Et ſic* ·[illegible]· *habet exemplar. Harmenop. li. 2. tit. 4. Plutarch. in Solone cuius ea lex eſt.*

---

§. Omnes autem actiones.

1 *Diuiſio huius, §.*
2 *Actiones quædam dantur in ſimplum, quædam in duplum, quædam ad triplum, quædam ad quadruplum.*
3 *An pars compelli poſſit ad apponendam pœnam.*
4 *An pœna legalis poſſit extendi vltra quadruplum, & nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*
11 *An pena conuentionalis poſſit excedere quadruplum, & n. 12.*
13 *An in promiſſionibus quantitatum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis aliquando peti poſſit.*

1 QVamuis hic, §. contineat materiam cohærentem, vſque ad ſolemnem, §. actionem, tamen propter eius prolixitatem Doct. cõmuniter eum tractant per tres verſiculos, & bene. Quod enim diuiſim traditur, eſt magis clarum, & magis capax, vt inquit Fab. ſup. Rub. tit. noſtri. ad Gloſ. in §. igitur, 4. ſuper verbum, eaſdem ſupra proœm. Inſt. quia partitio dicitur animum legem incitare, mentem intelligẽtis preparare, memoriam artificioſe reformare. Et amiſſa diſputatione Doct. an noua diuiſio, quarta, vel quinta actionum hic ponatur, quia eſt quæſtio de lana caprina, vt inquit Iaſ. hic num. 6. circa medium, amplectenda eſt ſententia Glo. noſtræ, quam tanquam meliorem teſtem in caſibus dubijs appellat. Bal. in c. 1. de nat. ſuc. feu. hic quartam diuiſionem actionum tradit, quæ continet cauſam formalem, vt in §. omnium ſup. eod. dictum eſt. Licet, propter ea quæ in §. præiudiciales habentur, ſuſten-
2 tari poſſit quintam diuiſionem actionum hic poni. Quædam enim actiones dantur ad ſimplum, quædam ad duplum, quædam ad triplum, quædam vero ad quadruplum.

Principio itaque notabitis quod regulariter omnes actiones defendentes ex contractu, vel quaſi competunt ad ſimplum, hoc eſt, ſunt rei perſecutoriæ tantum quia rem debitam perſequuntur, text. eſt hic. Quod limitatur non procedere: I. In actione depoſiti, quæ in quatuor caſibus competit ad duplum, vt in §. ſequens ſupra eodem dictum eſt: II. Quando agitur ad intereſſe, quod regulariter duplum excedere non poteſt, l. vnica, Cod. de ſentent. quæ pro eo. &c. III. Quando pena eſt appoſita loco intereſſe. Cum enim probatio intereſſe ſit difficillima, vt inquit Iuriſc. in l. fin. ff. de prætor. ſtipul. ideo traditur conſilium vt quis obligationi faciendæ, certam quantitatem pecuniæ loco penæ, vel intereſſe
3 adijciat, §. fi. ſup. de verbor. oblig. An autem pars compelli poſſit ad apponendam penam dic poſt Gloſ. in d. l. fi. & Doct. ibi. §. fin. quod non, niſi ab initio hoc fuerit conuentum. Recip. tamen hæc concluſio aliquot limitationes, quas refert Pau. de Caſt. in d. l. fin.

4 Secundo notabitis regulam per Imper. hic traditam, quod pœna legalis, poteſt aſcendere à duplo ad quadruplum, ſed vltra quadruplum nulla actio penalis extenditur, quia nulla lege reperitur expreſſum vt quia quintuplum, aut ſextuplum, aut plus pro pœna præſtare debeat. Sed contra hanc regulam Gloſ. noſtra decem oppoſitiones format quas pulchre
5 præ reliquis hic enucleat Zaſ. per viam limitationum. I. Procedit hæc regula quando actio ab vtraque parte tam actoris quam rei eſt mere penalis, ita vt actori nihil deſit, neque reo aliquid aſit, vt eſt in actione furti, ſicut in § pœnales, in princ. ſupr. eodem declaratum eſt. Secus quando non eſt pœnalis à parte actoris ſed rei perſecutoria vt eſt in prioribus, tribus oppoſitionibus, adductis hic per Gloſ. ex §. illud 101. ſupra ad leg. Aquil. & ex leg. 3. §. Iuriſconſultum, 8. ff. de incend. ruin. naufr. & ex leg. Iulianus, 13. in princip. ff. de actio. emptio. vbi non agitur ad pœnam, ſed potius ad ſimplum, intereſſe ſcilicet ipſius actoris, quod actori abeſt, ſecundum
6 Gloſ. hic. II. Procedat, quando eſt vna actio, ſecus ſi ſuper vno, & eodem delicto duæ actiones competant, ex diuerſa radice procedentes, vt eſt in caſu leg. & generaliter, 3. §. fin. ff. de calum. Si enim homini litigioſo, & delatori dedero 10. ne mihi calumniam facere coram magiſtratu, &c. diuerſo tu dediſti ei 10. vt mihi calumniam faceret, & dicat me proditorem patriæ, iſte nebulo tenetur mihi ad quadruplum: quia pecuniam turpiter à me accepit, ne me traderet, & nihilominus poſſum ab eo repetere quadruplum eius quod à te accepit, & ſic conſequor octuplum. Et hoc eſt, quod inquit Iuriſc.
7 in d. § fi. eum mihi duob. iudicijs teneri. III. Procedit quando actio vni cõpetit, & vni loquitur, pœna, ſecus, ſi diuerſis perſonis pena debeatur, vt eſt in quarta oppoſitione, eſt l. fi. Cod. de his quia, non dom. manu. vbi ſi aliquis non dominus ſerui manumiſit alienum mancipium coram principe, iactitans ſe manumittere proprium ſeruum, & quia fefellit cõſcientiam principis tenetur dominio reſtituere duo mancipia, eiuſdem ætatis, & conditionis, cuius erat ſeruus manumiſſus, & adhuc tria mancipia cogitur præſtare fiſco, ita vt in quinque mancipijs puniatur. Et eodem modo reſpondetur ad ſextam oppoſitionem, ex leg. ſi quis ab alio 7. ff. de cal. vbi ego repeto quadruplũ eius, quod tibi dedi, ne mihi faceres calumniam, & ſi à quodam meo amico etiam aliquid accepiſti, ne mihi faceres calumniam, poterit, & is repetere, id quod tibi dedit. Et ſumpta eſt hæc limitatio ex regula, quæ habet quando plures actiones ex eodem crimine oriuntur diuerſis perſonis, tunc vna actio non tollit aliam, quilibet enim ſuo nomine experiri poteſt vt ex in caſu, § patitur, 2. ſupr. de iniurijs, & in leg. ſ §. fin. de iniurijs. IV. Non procedi, ſi non habeatur reſpectus ad rem quadruplandam, ſed iudex, vel lex reſpicit ad punitionem delicti, qualiter ſcilicet reus puniatur pro delicti qualitate, vt l. fin. manumiſſus, 2. Cod. de liber. & eorum liber. vbi etiam propter leuem offenſam libertus reuocatur in ſeruitutem, quæ eſt pena inæſtimabilis. l. libertas, 106. ff. de regul. iur. Similiter reſpondendum eſt ad octauam contrarium, l. ſi quis ſeruum, 7. C. de ſeruo fugitiuo, per Gloſam hic adductam V. fallit ſi per viam ſolemnis accuſationis pœna imponatur, vt quando aliquis adminiſtrationem à ſuperioribus emit, tenetur

Digitized by Google

netur reddere quadruplum, & bona ipſius applicantur fiſco, & ipſe priuatur cingulo, ideſt dignitate & alijs pœnis ſubijcitur c. Sic igitur a nobis 7. circa finem. Nouella 8. vt iudic. ſiue
10 quo ſuff. fiant. VI. Regula ſ. noſtri limitatur per G. hic procedere in pœna legali, non autem in conuentionali. Eſtque ratio diuerſitatis ſecundum Angel. & Iaſ. hic nu. 13 in fine, quæ eſt certa, poteſt etiam limitare certam pœnam, quod non eſt in conuentionali pœna quæ in arbitrio, & voluntate contrahentium conſiſtit, & contractus ex conuentione, legem accipiunt vulg. l. 1. §. ſi conuenit, ff. depoſiti.

11 Pro cuius declaratione quærunt hic DD. An pœna conuentionalis ſemper poſſit excedere quadruplum. Et in effectu ita diſtinguitur per DD. in d. l. ſtipulatio iſta, 38 §. alteri 17. ff. de verb. obl. & in ſ. alter. 18. ſupr. de inutil. ſtip. Aut pœna dicitur obligationi faciendi, aut obligationis dandi, cum omnis obligatio adſtringat aliquem, vel ad dandum, vel faciendum, l. obligationum ſubſtantia, 3. ff. de obl. & actio. I. Caſu quando pœna eſt adiecta facto veluti, promittis mihi deſcribere codicem infra annum, ſub pœna 100 aureorum. Vel pone, inter plures cohęredes eſt facta quędam trãſactio ſuper diuiſione hęreditatis, & appoſita pœna, vt ſi vnus veniat contra tranſactionem, debeat nomine pœnæ ſoluere certam quantitatem pecuniæ rato etiam manente pacto, de quo eſt tex. in leg qui
12 fidem, 16. ff. de tranſact. Hoc caſu poteſt qualiſcunque pœna etiam maxima apponi, & peti ſecundum DD. hic in d. ſ. alte-
a ri *a* II. Caſu ſubdiſtinguitur Aut pœna eſt addiecta dationi ſpeciei aut dationi quãtitatis 1 Quando additur dationi ſpeciei: velutis, promittis mihi dare hunc equum, & ſi non dederis, promittis nomine pœnæ centum. Iſto caſu ſimiliter poteſt quantacumque etiam maxima pœna adijci, & peti, ſecund. DD. hic a. Quado adijcitur dationi quantitatis, ſeu pecuniæ, quamuis olim vſque ad legitimum modum vſurarum pœna adijci & peti poſſet, non autem vltra, quia videbatur adiecta in fraudem vſurarum, l. cum allegas, 15. C. de vſuris, & leg Iulianus, 13. §. idem Papinianus, ff. de act emp Hodie tamen, cũ non ſolum de iure diuino, & canonico, vt conſtat ex toto titulo extra de vſuris, ſed etiam de iure ciuili vſuræ prohibitę ſint, vt eſt vera, & communis concluſio DD. poſt Gloſſ. in l cunctos populos, 1. C de ſum. Trin. propterea ibi, & in prin. Nouel. 131 de Eccleſ. titulis, vbi dicitur ſeruandas eſſe regulas quatuor ſanctorum Conciliorum, ſed in Concilio Nicæno, vſuræ ſunt prohibitæ, c. Quoniam 2. diſt. 47 add. notab Gl. in Auth. ad hæc, C. de vſuris, ſequitur nullam pœnam, etiam minimam dationi quantitatis adijci poſſe, quia ſemper intelligitur adiecta in fraudem vſurarum: quod in practica diligenter notabitis. Sæpè enim concipiuntur inſtrumenta obligationum hoc modo, vt debitor confiteatur ſe debere alteri 100. aureos quos certo die promittit ſoluere, quod ſi non faciat ſtatuto termino, promittat nomine pœnæ 200 aureos, quia hæc pœna, quippe adiecta dationi quantitatis in fraudem vſurarum quod iſto caſu pręſumitur, per d. l. cum allegas, C. de vſur. peti non poteſt. De quo vide latius hic Fab. nu. 2. Plat. 2 Ang. 3. & 4. &
13 Iaſ. 14 Hoc tamen notandum eſt, quod licet vt vſuræ, & tales pœnæ in fraudem vſurarum adiectæ non poſſint peti, tamen in promiſſionibus, quantitatum intereſſe damni emergentis
b licite peti poteſt, & aliquando etiam lucri ceſſantis, *b* vt notatur in d l. cunctos populos poſt Gloſ. ibi, & in d. l. vnica, C. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt profer. Porro quo ad actiones hic enumeratas, quæ ad ſimplum tantum competunt, attinet, iam non eſt inſiſtendum. De quibuſdam enim ſupra dictum eſt, & de reliquis in §. actionem, infra eo. commodius dicetur.

ADDITIONES.

a *Locum allegas, 15. C. vſu l. Iulianus, 13. ſ. ibidem ff. de action. empt. Affl. deciſ. 135 Pariſ conſ. 34 lib. 1.*

b *Dummodo probetur. Caſt. & DD. l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod certo loco Pan. d. c. vlt. n. 13. ext. de vſur. Alex. conſ. 141. lib. 5. Dec. conſil. 39. Mynſig. obſ. 56. cent. 4. ſufficit autem probatio leuior. Bar. Bald. & DD. l. vnica, circa finem Cod. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, quia difficilior, eſt l. vlt. de prætor. ſtip.*

§. In duplum.

1 *Argumentum huius §.*
2 *Differentia inter actionem ſerui corrupti, & actionem l. Aquiliæ.*
3 *Quæ requirantur vt hæc actio competat.*
4 *An ex perſuaſione quis teneatur.*
5 *An quis ex conſilio teneatur.*
6 *Hæc actio duplex directa & vtilis cui detur.*
7 *An pater habeat vtilem actionem.*
8 *Item maritus, pro vxore corrupta.*
9 *An vicini poſſint inhoneſtam mulierem expellere.*
10 *An ipſi corruptio hæc actio contra corrumpentem competat.*
11 *Contra quem hæc actio locum habeat.*
12 *Quomodo pater debeat agere pro filia ſua vitiata contra corrumpentem.*
13 *Quomodo dos puellæ conſtitui debeat.*
14 *Cui incumbat probatio, ſi ſtuprator neget vitiatam fuiſſe virginem ipſa vero aſſerat ſe fuiſſe virginem.*
15 *Ad quid competat hæc actio.*
16 *Aeſtimatio damni de præſenti.*
17 *Quomodo actor ſuum damnum æſtimare debeat.*
18 *Prætерita rerum non ex affectione, ſed cõi valore æſtimãtur.*
19 *Qualis actio contra corrumpentes competat.*

1 Referuntur in hoc §. quinque actiones, quæ non ad ſimplum, ſed ad duplum competunt. I. Actio depoſiti, quæ in quatuor caſibus eſt mixta, ita vt rem depoſitam, & eius æſtimationem perſequatur, quando ſcilicet tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa res depoſita eſt quam poſtea depoſitarius dolo inficiatur depoſitam eſſe, vt in § ſequens ſupra eo. declaratum eſt. II Actio furti non manifeſti. III. Legis Aquiliæ actio. IV. Actio ex teſtamento, quæ pro legatis venerabilibus locis relictis competit contra hæredem differentem eorum ſolutionem, donec in iudicio conueniatur, de quibus in §. ex maleficijs ſupra eo. dictum eſt: ac proinde reſtat nunc dicendum de V. actione, ſcilicet corrupti.

DE ACTIONE SERVI CORRVPTI.

Ad intellectum huius actionis, de qua loquitur tit. in ff. de ſeru. corrupt quem Zaſ. hic dicit eſſe valde elegantem, & in lingua Latina, & immortalibus. Præmittenda eſt differentia inter hanc, & l. Aquil actionem, quam ponit Gl. hic ſup. verb.
2 Deterior, videlicet quod hæc actio datur quoties ſeruus alienus in moribus, mente; vel animo corruptus, vel deterior factus eſt. Legis verò Aquiliæ actio tunc locum habet quando mores ſerui non mutantur, ſed corpus eius læditur, vt quia per alium occiditur, vel vulneratur, vt ſupra, de leg. Aquil. in § ex maleficijs declaratum eſt. Eſt autem hæc actio pœnalis, qua datur ad duplum contra eum, qui ſerui alterius animum dolo malo perſuadendo corrupit, vt deterior fieret, text. eſt hic, & in l. 1. in princ. ff. eo.

Quæ ex cauſa detur hæc actio.

3 Et ad hoc, vt competat requiritur. I. Quod ſeruus in mori-
4 bus ſit corruptus, nõ in corpore deterioratus. Circa quod notandum eſt ex ſola perſuaſione, quem hoc caſu teneri, ſiue illa perſuaſio conſecuta ſit ſuum effectum, ſiue non, vt quia ſeruus, vel filius cui perſuaſum fuit, vt furtum committeret, hoc patri, vel domino denunciauit Nam adhuc vel ſeruus fuiſſet corruptus, vt eſt text. & ibi not. in l. ſi quis ſeruo 20 C. de furt.
a & ſeruo corrupto. Nec obſtat. N. etiam in delictis ex *a* conſilio regulariter quis non obligetur, niſi ſequatur factũ ſeu delictum, l. ſępe ita, 53. in fi. ff. de verb. ſing quia hoc caſu conſiliũ & perſuaſio, cadit in proprium nomen delicti, l. ſerui corrupti, vt ſtatim cõſumetur delictum, ſecundũ Gl in d. l. 1. § perſuadere, ſup. ver. furtum facturus, ff. eo. ad hic Plat. nu. 5. & Iaſ. 3. Neque attẽditur illa diſtinctio an alias erat facturus, vel nõ: quia ſecundum cõem, & veram opinionem DD. is quis cõſulit delinquenti, indiſtinctè tenetur. Si. n. non erat facturus, de bono quis facit malum. Si verò erat facturus, de malo quis facit deteriorem, nec debent ſubdi calcaria equo currenti, ſecundum, Zaſ. hic. Vnde nec in propoſitum noſtro diſtinguitur, An quis perſuadendo ſeruũ bonũ reddat malum, vel ex malo deteriorem, cum laudando malitia non debeat augeri, d. l. 1. §. 4.
5 verſ. Non. n. ff. eo Et de hac quæſtione Ao. & quãdo cõſulens teneatur ex conſilio vide latius Dyn. in c. Nullis 62. de regul. iur.

ADDITIO.

a *Qui conſilium dat an teneatur, adde §. tua tantum gratia, §. interdum quoque nu. 14. ſupra de oblig. quæ ex delicto. Cencenatium, 1. q 8 vbi pleniſſime hãc quæſtionem pertractat Conſilium malum delinquenti præbens qua pœna puniatur, diligenter tractat. Menoc. 1. de arbitrar. iudic. caſu 351. Vide Clarum, §. Sententiar. §. vltimo, quæſt. 88.*

iur.lo 6.& Dec.lo l.conſilij,47.ff.de reg.iur. & Bar.in l.non ſo
lum,11.§.ſi mandata,3.ff.de iniurij, Bald & Iaſ.in l.2. Cod.de
ſeru.fug. Abb.in cap.Nuper,29.ext.de ſent.ex com. & D.in §.
tua tantum gratia 6. ſupra de mandato, & remiſſiuè Iaſ. &
DD. hic. II. Requiritur, quod quis dolo malo perſuaſerit, &
ſeruum deteriorem fecerit. Nam dolo ceſſante, vt quia luſus
gratia quis aliquis ſuaſerit, ceſſat hæc actio l. 3.ff.eod.

Cui detur hæc actio.

6 Secundò principaliter quæritur. Cui hæc actio detur? Pro
cuius declaratione præmittendum, hanc actionem eſſe dupli-
cem, directã & vtilem. Directa datur domino pro ſeruo cor-
a rupto, l. 1.in princ.ff.eod. Vtilis vero *a* vſufructuario, l.ſi quis
ſeruum,9.§.1.ff.eo. Et datur tantum pro ſeruo corrupto non
autem pro libero homine, l.vt tantum, 14.§.1.ff.eod. quod eſt
b intelligentum de directa actione. Licet enim pro famulis *b*
noſtris per alium corruptis non detetur hæc exactio ſaltem
directa vtilis tamen actio ſecund. Zaſ.hic, ex æquitate non de
negaretur. ſi quis famulum meum corrumperet, vt mihi ali-
quas res ſubtraheret, propter tex.in l. vt tantum.§.1.ff.eo. vbi
c extenditur edictum prętoris etiam ad *c* patrem, vt habeat hãc
7 vtilem actionem, aduerſus corruptores ſuorum filiorum. In-
tereſt.n. noſtra (inquit Iuriſc.ibi.) animos liberorum noſtrorũ
non corrumpi, dignitate & fama noſtra integra manente. Nõ
tamen poteſt pater ęſtimare filium pro pecunia cum liberum
corpus, non recipiat ęſtimationem, l.ex hac l.3.ff.ſi quad.pau-
per. fe. dic. ſed operę tantum æſtimabuntur. Poteſt enim pa-
ter dicere, propter hanc corruptionẽ, filius meus mihi factus
eſt inutilis, qui nec ad ſtudia, nec ad artificia pluſaptus eſt: has
operas ego æſtimo ad 100. aureos. Et fiet iſta æſtimatio offi-
8 cio iudicis, delato iuramento ipſi patri, taxatione iudicis præ-
cedente, ſec.Gloſ. hic ſup.verb. Aeſtimatio: in fi. Similiter da-
d tur hæc actio marito *d* pro vxore corrupta, cum quo ad ope-
ras vxor ſit in poteſtate mariti, l.ſicuti 48.ff.de op.lib. Et ratio
d.l. vt tantũ, habet ẽt locũ in vxore, ad tex.ſingularẽ in l.codi-
cillis,(al.eſt §. 13.in l.Lucius Titius.88.)§.matre, ff.de le.2.quæ
ſemper à DD.ad hoc allegatur, quod marito grauius ſit adul-
terium vxoris, quam occiſio proprij filij, & facit, tex.in l.iſti 8.
ff.quod metus cauſa vbi aſſeritur iſtum metum ne vxor ſtu-
prum patiatur, viris bonis maiorem, quam mortis eſſe debe-
re, & virum præſumi lenonẽ, qui non indignatur de adulterio
vxoris l.mario lenocin. 28 & l.5.§. lenocinij, ff.ad l. Iul.de adul.
etiam quod in ſimili dicit Pau.de Caſt.per text.ibi in l.2.C.de
ſum.Trin. Quod ſi aliqua inhoneſta mulier veniat ad inhabi-
9 tandum in vicina, poſſunt alij vicini eam expellere, ne bonas,
& honeſtas matronas & virgines corrumpat, facit tex.in §.1.
verſ. Non enim permittimus, in Nou. 14.de leno vbi dicitur,
lenones debere expelli de ciuitate, ne contaminent feminas,
& bonæ ac honeſtæ mulieres infamentur. Et appellantur ibi
lenones peſtiferi, & communis caſtitatis vaſtatores, ſicut in
Terentio dicitur.(Leno pernicies communis adoleſcentiæ.)
e Et circa prædicta quęrunt hic DD. An etiam ipſi e corrupto
hæc actio contra corrumpentem competat? Pone quidam
Scholaris bonæ indolis modeſtus, & temperans, miſſus a parẽ-
tibus ad Vniuerſitatem, incidit in paruum ſodalitium petulã-
tium Scholarium habentium peſtiferum ſemen deuilationis,
vt inquit hic Iaſ. qui corrumpunt eum, ita vt ſcortando, luden-
do, & bibendo conſumpſerit, & dilapidauerit viaticum, iuxta
l.pen.ff.eod. Vrgente poſtea penuria, rediens ad ſeipſum, vult
vtili hac actione experiri contra ſuos ſocios ſeductores, ad du
plum æſtimationis damni dati, quæritur, an poſſit? Et Petr.de
Bellap. & Iac.de Rau vt eos allegant Iaſ.& Fab.tenent, quod
ſic enim pater poteſt agere pro corruptione filij, multo ma-
gis, & fortius ipſimet filio hęc actio concedenda videtur pro-
pter corruptionem in ſua perſona factam, cum ordinata cha-
ritas incipiat à ſe ipſo, l. præſens, 6.C.de ſer.& aqu. Et propter
quod vnum quodque tale eſt, illud magis tale ſit. Auth. multo
magis, C.de Sacroſ.Eccl. Et hanc ſententiam expreſſe ſequitur
hic Ang.n.3. præſertim quando pater abeſt, nec domi reliquit
procuratorem vt refrenentur corruptores iuuenilĩũ animo-
rum, ne poſtea triſtem experiantur exitũ, qui eos poſt diſper-
ſum patrimonium expectat, arg.l.fi §, ipſum autem 5.in fi.C.
de bon.quælib. Et Io Fab.hic dicit, hanc opinionem, eſſe mul-
tum ęquam eamq; inmuſcandam eſſe corruptoribus iuuenũ.
Sed de rigore iuris eam defendi non poſſe, tenent. Fab.Plac.
Iaſ.& Zaſ.hic. Eſt enim diuerſa ratio inter patrem, & filium,
10 cum filius conſentiat in corruptionem ſui, non autem pater,
& volenti non fiat iniuria, l.1.§.vſq; adeò verſ. Filij verò, ff.de
iniurijs, & quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter vulgat.l.
in re mandata, 2.C.mandati. Et in delictis quis non obligatur
ex conſilio ei cui conſulit, licet tertio obligetur in cuius caput
damnum redundat, & imputet quis ſibi quod rem turpem
etiam ſuadente alio perpetrauit. Cum mandatum rei turpis
ſit nullum, §.illud quoq; ſupra mandati, & l.ſi remunerandi, 6.
§.rei turpis, ff.mandati, Subijcit tamen Fab. hic: (Vtinam bene
luerent, qui iuuenes ad illecebras illiciunt.) Et poteſt huc aſcri
bi venuſtiſſima ſententia Senecæ: (Trahuntur, inquit, à con-
uerſantib. mores: nec tam valetudini prodeſt vtilis regio; &
ſalubrius cęlum, quam animis parum firmis in turba meliorũ
verſari,) & tales plerumq. ſumus, qualia quotidiana, colloquia.
Addita Gl.poſt textum, in l.ędiles etiam 25.ſup.verb. Conſer-
uorum, ff.de edil.edicto, quæ allegat dictum Catonis, (cum
bonis ambula.) Mores enim à coniuncto formantur. Vltimo
f circa hanc ſecundum *f* quęſtionem principalem notandum
hanc actionem, quia eſt perpetua, dari etiam hæredi eius, cu-
ius ſeruus eſt corruptus. Sed quia eſt pęnalis non datur cõtra
hæredem corrumpentis, textus eſt in l.hæc actio, 13 ff eod.

Contra quem detur hæc actio.

11 Hinc commodè venit declaranda tertia quæſtio principa-
lis. Contra quem, ſcilicet hæc actio locum habeat? Et breuiter
dic eam competere. I. Aduerſus principem, ſeu authorẽ deli-
cti, tex.eſt in l.in hoc iudicium, 10.ff.eo. hoc eſt contra corru-
ptorem, ſerui alieni, qui ſcilicet ſuo cõſilio, & perſuaſionibus
ſeruum bonum fecit malum, & malum deteriorem, dummo-
do hoc dolo fecerit, l.1.iuncta, l.3.ff.eod. II. Contra eum, qui
ſolicitauit ſeruum ad aliquid faciendum, vel cogitandum im-
probe, d.l.1.§.perſuadere, ff.eo. Et ſic contra eum, qui tentauit
corrumpere, licet non perfecerit, d.l. ſi quis ſeruum. C.de fur-
tis. III. Contra vſufructuarium datur directa hęc actio domi
no quando vſufructuarius eũ corrupit. Sed contra proprieta-
tiũ corrumpentem ſeruum, in quo alter habet vſumfructum,
vtilis hęc tantum actio datur, l.ſi quis ſeruum, 9.§.1.ff.eod. IV.
Contra recipientem ſeruum cum rebus domini aufugientẽ,
& eum abſcondentem, d l.1.in princip. & §. quod autem, ff.
eod. V. Datur etiam marito contra vxorem corrumpentem
ſeruum, non quidem ad duplum, ſed ad ſimplum, textus eſt
in l.fin.ff.eo. VI. Vtilis hęc actio datur patri contra corrupto-
res liberorum, d.l. vt tantum, ff eodem. Quod etiam ſecun-
g dum Doctor hic intelligendum eſt de ſtupratoribus *g* virgi-
12 num, vt Iaſ.& Zaſ.hic quærunt? Quando pater habet filiam
formoſam, & bene educatam, ita, vt datis trecentis aureis
pro dote, potuiſſet eam elocare honeſto viro: ſed quia Scho-
laris eam corrupit, vix mille aureis ita elocari poteſt, quomo-
do pater debeat agere pro filia ſua vitiata contra corrumpen-
tem. Et hoc caſu plenius quam DD. hic faciunt, ita diſtin-
guite. Aut filia per vim eſt ſtuprata, & poterit pater, aut filia,
eum criminaliter accuſare, vt capite plectatur §.itẽ lex Iulia,
4.verſic. Sed eadem, infra de public.iudic. Idem ſtatutum eſt
per Carolum V.(Inder peinlichem Halſgerichts ordnung)
quod ſtuprantes per vim virgines debeãt decapitari, 119. Aut
quis ſine vi vitiauit virginem, & tunc de iure ciuili ſi commit
tentes ſtuprum ſine vi, ſunt honeſtæ perſonæ, eſt pœna
dimidiæ partis bonorum publicatio. Si verò ſunt humiliores,
& viles perſonæ, corpore coercentur, & quoquo relegan-
tur

ADDITIONES.

a *Quia intereſt bonæ frugi ſeruum eſſe, in quo quis vſumfructum habet.*

b *Pro famulo corrupto competit hæc vtilis actio. Vtilis, inquam quia liberæ ſunt huiuſmodi perſonæ non ſerui. Directa autem pro ſeruo competit l.1.ff.eod. An, & nobilis ſiue domino propter ruſticum, vel ſubditum corruptum? An magiſtratui propter ſubditum? Competere videtur. Et vero in his perſonis hodie huius actionis vtilis vſus frequentior eſt quam directæ cum ſeruorum vſus infrequentior ſit.*

c *Pro corrupto competit patri vtilis ſerui corrupti actio.*

d *Pro vxore corrupta marito competit vtilis hæc actio ſerui corrupti.*

e *Ipſi etiam corrupto datur hæc actio. Nam, & eius maxime intereſt non corrumpi, & ea ratione pœnis non ita facile eximentur corruptores.*

f *Heredibus parentum, & dominorum vel eius cuius ſeruus eſt, corruptus datur hæc actio cęteriſque ſucceſſoribus, l.ſed & hæredes, ff.eodem.*

g *De ſtupro, & ſtupri pœna, adde quæ poſita ſunt in §.item lex Iulia, de adult. tit de publ.iud.*

tur,§.item lex Iulia de adulter.4.infr.de pub.iud. Alia vero pę
na à iure diuino, & canonico ſtatuta eſt.De lege.n. Moſaica
vitians virginem, cogebatur eam ducere vxorem, & ſimul
quoq; dotare,1.tantum ex ſuis bonis dotis nomine aſſignare,
quantum pater alias filiæ in dotem daturus eſſet, vt habetur
Exo.c.22.& refertur per Papam in cap.1. Extra de adult. Sed
hoc mitigatur de iure Can. Per eundem Papam in cap.2 ex-
tra de adult. videlicet,vt ſtupro decipiens virginem,debeat eã
ducere vxorem,aut dotare.Si autem renuat eam ducere, tũc
vltra dotem, qui ei conſtituere debet corporaliter etiam caſti
gatur. Et hęc pęna ſtupri de iure Can. atque correctio Papæ
eſt ſatis honeſta,& tollerabilis,ne quis inuitus cogatur duce-
re vxorem quam odit id quod eſſe non debet, Matrimonia
.n.debent eſſe libera nec vlla pęna aut metu aſtringi,cap.Ge-
ma 29.extra de ſponſ.l.Titia,134.in princ.ff.de verb.oblig.Ne
in vitiæ nuptiæ triſtem habeant exitum,c.2.de ſponſ. & Bald.
in l.neque ab initio,14.C.de nupt.inquit, omne neceſſarium
13 eſſe triſte,&c.Quomodo autem dos illo caſu puelię corruptę
debeat conſtitui,dicite ſecundum Pan.in d.c.n.4. eam ſecun-
dum conſuetudinem loci,ſeu regionis, & dignitatem puellæ,
& inſuus patris facultates, conſtituendam eſſe add.pulchrum
text in l.cum poſt 69.§.gener.ff.de iure dot. Et quando non
vult eam ducere, tunc dicit Panorm. debere tanto plus dare,
idque in odium ſtupri,quod eſt pulchrum verbum Panorm.
& in practica perpetuo notandum Sæpè,enim ita concipiun-
tur ſententiæ, cum maior dos requiritur poſt deflorationem,
quas virginitas,quæ ſecunda dos eſt, petijt. Itaque totum re-
linquitur arbitrio boni viri, ideſt iudicis. Ex quibus verbis
Panorm.patet reſponſio ad quæſtionem ſupra formam,vide
licet, quod Scholaris etiam ad illud plus vtili hac actione per
patrem puellę conſtupratæ conueniri poſſit. Et ſubijcit Pa-
norm. ibi etiam hinc quæſtionem: *Si ſtuprator neget vitiatã
eſſe virginem.ipſa verò aſſerat ſe fuiſſe virginem,cui incum-*
14 *bat probatio?* Et dicit Doct.communiter tenere hoc caſu in-
cumbere probationem neganti,non puellæ aſſerenti,propter
præſumptionem, quia virgo præſumitur, ex quo habebatur
pro virgine.& incedebat in habitu virgineo,argumento, l.itẽ
apud Labeonem,15.§.ſi quis virgines,15.ff.de iniur. Vnde vir
negans debet hoc probare, præſertim cum concurrat etiam
odium ſtupri,adeò quod ratione delicti probatio etiã in eum
transferatur,ſecundum Abbas in d.ca.1. Et facit vulg.dictum
quemlibet præſumi bonum donec contrarium probetur, vt
eſt Gl.in l.omnimodo 30.C.de inoſ.teſt.Et vltimo circa hanc
materiam notabitis,quia text.in d.c.1.& 2. vtitur his verbis,
quando vir ſeducit,& decipit virginem,quod.ſ.tunc teneatur
eam ducere,vel dotare, & pati pœnam corporalem, caſtiga-
tionis ſcilicet. Quid autem ſi dicat,ſe eam non ſeduxiſſe, ſed
illam ſponte acquieuiſſe, vt ſæpe à ſtupratoribus prætendi ſo-
let? Et ſecundum Abb.in cap.1.num 3.prædicta adhuc locum
habere,quia virgo ſemper præſumitur ſeducta,& decepta. Et
niſi eſſent inſidiæ, tantum facinus (ſecundum præſumptio-
nem iuris) virgines non perpetraſſent, vt eſt text.in l.vnica,
§.pœnas,verſ. Niſi enim eam ſolicitauerit, C.de rap. virg.ad
gloſ.in c.Scienti,27. de reg.iur.in 6.

An quid detur hæc actio.

15 Quarto principaliter quæritur. Ad quid hæc actio compe-
tit. Et hoc declarat text noſter, videlicet, eam ad damnum
a datum eiuſque æſtimationem, & ſic ad duplum *a* competere
ratione damni ex tali corruptione ſerui ſecuti. Et hoc damnũ
b non ſolum ratione deterioratiοnis, ſed etiam *b* cuiuſcumque
alterius delicti,per ſeruum ex tali mala perſuaſione cõmiſſi:
Veluti dico,me habuiſſe ſeruum frugi, quem potuiſſem ven-
dere 20.aureis,ſed quia Titius illum ſeduxit, & fecit illum
luxurioſum, ex quo in decem eſt deterior reditus ſeruus,
quare peto iſta 10 eiuſque ęſtimationẽ, & ſic duplum. Dein-
de ſubijcio,quia etiam furatus eſt mihi ſeruus eſt doloſa per-
ſuaſione Titij argenteum calicem valentem 30.peto cũ quo-
que ad ſcyphum, & eius ęſtimationem condemnari. Et hoc
procedit, etiamſi ſeruus res ablatas ad corrumpentem non
detulerit,tex eſt in d.l.in hoc iudicium, ff.eod. Et hæc petun-
tur,quando ſeruus eſt corruptus. Sed quando pater agit pro
filio,vel filia corrupta,tunc ęſtimatio non refertur ad corpus
quia liberum corpus nõ recipit æſtimationem, ſed ad operas
ęſtimandas, quibus pater vel maritus priuatus, propter illam
16 malam perſuaſionem,l.pen.ff.ſi quadrup. paup. fe. dic. Præ-
dicta tamen de æſtimatione damni, intelligite ſecundum
Doct. hic, de damno, præſenti hoc eſt, de eo quod tunc, vbi
ſeruus corruptus eſt accidit,non autem ſi de facto plura fur-
ta,vel alia delicta ſeruus committat,de illis eo, quod poſtea
per interuallum ſecutus eſt. Nam ſi ex poſt corruptor non te-
netur, text.eſt in l.Neratius,11.iuncta gl.in ver. Detrimentũ,
ff.eo. Vnde inferuntur hic Doct.licet corrumpens filiam alte-
rius.hac actione teneatur,ſi tamen filia repetat delictum, nõ
teneri illum de alijs ſtupris, quæ poſtea cum alijs viris perpe-
trauerit, de quo vide hic Fab.nu.3.Iaſ 18.& Zaſ.hic.
17 Circa hanc quæſtionem principalem aduertendũ ab acto-
re ęſtimari,ſuum damnum per iuramentum,ſecundum gloſ.
hic ſuper verb. Aeſtimatio, in fi. Ex qua notabitis ſecundum
c Ang.hic quòd iudex primo *c* debet æſtimare, & taxare dam-
num,& poſtea actor iurat de ſuo intereſſe. Veluti ſi iudex in
ſententia dicat,quod ſi actor iuramento affirmare poſſet, ſer
uum ſuum per paruam perſuaſionem, & ſeductionem in 10.
florenis eſſe deteriorem redditum, tunc accuſatus teneretur
dictos decẽ florenos vna cũ pęna dupli *actori* refundere. Si-
cut in ſimili habetur, & notatur in Auth. poſt iuſiurandum,
C.de iudic. vbi iudex primo taxat expenſas, quas exactor de
ſignatas tradidit,& poſt taxationem pars iurat,ſe tantum ex-
pendiſſe, & poteſt iurare vſq.ad ſummam taxatam. Sicut
plerumque ita concipiuntur ſententiæ. Et taxantur,ſeu mode
rantur petitę expenſæ iudiciales ad 12.florenos. Quare ſi a-
ctor mediante iuramento dicere poſſet ſe,pendente lite tan-
tum, & non minus taxata ſumma expendiſſe, tunc reus illos
12.florenos actori reficere teneretur. Non autem pars primo
iurat,& poſtea iudex taxat,quia ſi iudex minus taxaret,quam
pars iuraſſet ſe expendiſſe,detegeretur eius periurium, quod
eſſe non debet,quia præſtatur iuramentum veritatis, in tan-
tum, vt ſi iudex poſt iuramentum in minus vellet condemna
re,quam iuratum atque taxatum eſſet, non valleret ſententia
d.Auth. Poſt iuſiurandum. Secus eſt in iuramento in litem
affectionis, vbi iudex poſt iuramentum præſtitum poteſt ad-
huc moderari minuere, & etiam in totum tollere eſt matio-
nem,tex eſt in l.videamus,4.§.iurare,vbi gl & DD.ff.de in litẽ
iurando.Nam tunc periurium,non detegeretur, ſed refrena-
retur inmoderata eius affectio,cum poſſit tanta eſſe affectio
iurantis,quam iudex non ſemper conſiderat,quia pretia rerũ
18 regulariter non ex affectione,ſed communi valore æſtiman-
tur l.pretia rerum, 63.ff.ad l.Falc.& l.ſi ſeruum,33. ff. ad leg.
Aquil.de quo latius vide hic Ang.nu.6.

Criminalis actio vtrum concurrat cum hac actione.

19 Vltimo notabitis, quòd contra corrumpentes ſeruos alie-
d nos,non tantum hæc actio ciuilis, *d* ſed etiã criminalis accu-
ſatio competit, vt corrumpentes extraordinaria,ſecũdum ar-
bitrium iudicis puniãtur,text.eſt in l.in eum.5.ff de extraord.
cri. Et eſt in electione domini, hac actione ciuiliter agentis,
vel recipere precium ſerui,vel ſeruum cum deterioratione,d.
l.vt tantum,ff.eo.add.Pla.hic nu.a.

ADDITIONES.

a *Pęnalis eſt hæc actio etiam in confidentem. Et in hoc diſtat ab Aquilia quæ inficientem dumtaxat coercet preter damnum datum.l.doli verbum, §.hac actio ff.de ſeruo corrupto. Continet tamen, & rei perſecutionem,l.vt tantum §.in hac ff.eo tit.Omne denique damnum ex corruptione proueniens duplatur, l.in hoc iudicium.ff.eod.*
b *Venit in hanc actionem primum quando minoris eſt homo ob id quod corruptus eſt: deinde id quod patris vel domini intereſt poſtremo res per ſeruum corruptum ablata, l.ſi quis ſeruum, in fin.l.Neratius aut in fin.*
c *Quo ordine iuretur in hac actione, & æſtimatio fiat.*
d *An hæc actio infamat? Minime Improbum tamen cũ eſſet arguit, qui non modo ipſe malus ſit, ſed & alios corrumpere voluerit.*

---

§. Triph.

1 *Argumento huius §.*
2 *Executorum in legibus tres ſpecies.*
3 *Sportulæ quid, & vnde dicantur.*
4 *Sportulæ quotuplices, & nu.6.*
5 *An ſalaria aſſeſſorũ, & notariorũ licitè à partib.exigi poſſint.*
7 *An omnes ſumptus, & expenſæ litis dicantur ſportula.*
8 *Quibus de cauſis expenſæ in iudicio fiant.*
9 *An aduocati pauperibus ſalarium accipere debeant.*
10 *Impij procuratores, Notarij, & aduocati, ſunt excoriatores pauperum, canes curiarum, & deuoratores ciuium.*
11 *An medicus poſsit recipere ſalarium ab infirmis ante reſtitutionem ſanitatis.*
12 *Actio tripli contra quem competat.*

Que

Digitized by Google

13 *Quæ requirantur, vt hæc actio locum habeat, & numer. 14. & 15.*
16 *Quando victus, victoris in expenſas condemnetur.*
17 *An diſpoſitio huius §. habeat locum circa ſalaria Notariorum, & aduocatorum.*

1 IMperator in hoc §. refert vnicam actionem, quæ ad triplũ
compeṫit, nec. n. plures actiones tripli reperiuntur, adeo, vt
Gl. magna hic in fi. dicat hodie nullam actionem ad triplum
dari, cum ea, quæ in §. noſtro dicuntur ſaltem de conſuetudi-
ne contraria ſublata ſint, vt infra latius dicetur. Et ad intel-
lectum huius actionis, quæ ratione ſportularum executori-
bus ſolutarum datur, præmittendum ſecund. Iaſ. hic, in princ.
executorum in legibus tres eſſe ſpecies, Nam. I. Sunt executo-
res vltimarum voluntatum, de quibus vide omnino Bal. in l.
2 id quod pauperibus, 24. C. de Epiſc. & cleric. II. Sunt executo-
res rei iudicatæ, qui exequuntur ſententias, quæ tranſierunt
in rem iudic. Et hi propriæ dicuntur executores, de quibus
text. in l. executorem, 8. de execut. rei iud. Et illorum quoque
multæ ſunt ſpecies, quas declarat Abb. in capit. Paſtoralis, 28.
in §. quia vero extr. de offic. delegat. Et de his duabus execu-
torum ſpeciebus hic non agitur. III Sunt executores citatio-
num, qui repræſentant partes in iudicio, illas citando qui ali-
quando viatores, vt hic, aliquando vero appatitores, quando-
que Cæſariani appellantur, vt eſt Gloſ. l. iudic. executorem, &
Iaſ. hic. Et hi ſunt nuncij publici, & iurati, qui præſtito iuramẽ
to in iudicio promiſerũt, quod litteras citatorias partibus fi-
deliter inſinuare atque tradere velint. Et de his ipſis loquitur,
§. Noſter. Nam illis olim dabantur certa ſalaria quę ſportulæ
dicuntur, pro quantitate, & ſumma rei libello expreſſe, & pe-
titę. Et tales ſportula ſtatim in initio litis ſoluebat reus: ſed
actor deinde ſuccumbens eas reſtituere cogebatur, ſecũdum
Gl. magnam hic in medio per Auth. Generaliter. C. de Epiſ. &
cleric. ex quo ſtatim nata eſt fraus agentium, qui vt incom-
modarent, & damnificarent reos, maiorem ſummam in libel-
lo petebant, quam eis debebatur, vt iſti executores maiorem
ſummam ſportularum nomine a reo conſequerentur. Cõtra
tales executiones introductum eſt per conſtitutionem quan-
dam Græcam, quæ hodie non extat vt actor plus repetens, &
ſuccumbens, ad triplum teneatur eius in quo reum dãno af-
fecerat propter maiorem ſummam in libello expreſſam, text.
eſt hic in §. noſtro, &c.

3 Secundo præmittendum, ſportulas proprię dici ſalaria, quæ
litigantes ſoluunt iudicibus, & executoribus litium de quibus
loquitur titul. C. de ſportulis. Et dictæ ſunt ſportulæ antiqua
obſeruatione Romanæ vetuſtatis, vbi cum populares, & ple-
beij aduolaſſent ad limina potentum, comitando, & ſalutan-
do dominos, deſtribuebantur eis munuſcula in ſportulis quę
diſtributiones ſeruarunt nomen ſportularum, ſecundum Zaſ.
hic, & Alc. in 3. libr. diſpunctionum, cap. 17. Et ita dicuntur ſe-
cundum Fab. hic numer 4. Plat. 6. poſt Gloſ. hic à ſporta, ideſt
vaſe, de minutis virgis concinato, in quo ponebantur illa ſa-
laria vel diſtributiones, & ſic continens pro conuento poni-
4 tur. Sunt autem ſportulę duplicis generis. Quędam enim dã-
tur iudicibus, & ille ab vtraque parte ſoluuntur, de quibus no
tatur in l. fin. C. de fructibus & lit. exp. & tales non creſcunt
ex maiori ſumma in libello petitę, quia in iudice delegato ſũt
taxatę. Nam ſi cauſa excedit ſummam centum aureorum,
tunc quando lis conteſtatur debent ab vtraque parte dari duo
aurei, & in fine litis etiam duo aurei. Si vero cauſa eſt infra
centum aureos, tunc non ſoluuntur ſportulę, text. in cap. Ne
autem, 9. Nouel. 82. de iudicibus. Et licet Glo. ibi. in verbo, Pe-
daneis, dicat idem eſſe in alijs iudicibus, ordinarijs ſcilicet ta-
men Gloſ. in Auth. Offeratur, ſupr verb. Sportulis, Co. de litis
conteſt. dicit ſportulas in iudice ordinario non eſſe à lege de-
terminatas, niſi in quibuſdam perſonis ibi enumeratis quam
ſequitur etiam Bartol. Innoc. vero in capit. Cum ab omni 10.
extra de vita, & honeſt. Cler. tenet contrarium imo iudici or-
dinario penitus nihil ſolui debere, nec pro ſportulis, nec alio
modo, cum habeat ſalarium à publico l. fin. C. ad l. Iul. repet.
& §. opportet igitur te pure, 1. in Nouel. 17. de mandat. princ.
& notata poſt Gloſ. in l. fori, ſuper verb. Caſtrenſe Cod. de ad-
uoc. diu. iudic. Et hodie etiam eis non licere eſculenta, & po-
culenta accipere, vt vult Gloſ. ſup. verbor. Auaritiam, in No-
uel. 8. ſcriptum eſt exemplar vt iud. ſine quoquo ſuff. &c. quæ
dicit in hoc l. ſolent, ff. de offic. pro conſ. eſſe correctam, quan-
do, ſ. iudices habent ſalarium. Et quamuis Ang. in leg. Pompo-
nius, 36 ff. de re iud. teneat contrarium tamen hanc Innocen.
opinionem eſſe magis communem atteſtatur hic D. Iaſ. nu.
46. in fin. & eam tenent hic Fab. numero 3. Ang. 10. & Zaſ.
hic, qui ad præd. Gloſ. contrarium tenentes reſpondent, iura
eas allegata non loqui de ordinarijs, ſed de iudicibus delega-
tis. Quibus delegatis iudicibus hodie etiam de iure Canon.
quoque non debentur ſportulæ, ſed tantum expenſæ victus,
& ſumptus itineris, d. cap. Cum ab omni, & c. Statutum, 11. §.
inſuper, de præſcr. in 6. Notandum tandem in quibuſdam lo-
cis etiam iudicem ordinarium ſportulas recipere ſecundum
conſuetudinem, & ſtatuta terrarum, quæ ſeruanda ſunt, ſecũ-
dum Gloſ. in d. Auth. Offeratur, ſupr. verb. Sportulis, in fin. Et
circa prædicta quoque notab. ſalaria Aſſeſſorum, & Notario-
5 rum licite à partibus exigi poſſe, de quibus eſt text. in d. c. Sta-
tutum, §. aſſeſſorem, & §. Notarium, vbi dicitur, quòd iudex
debet refrenare Notarios, qui in exigendis ſalarijs rationem
excedunt, quos hic dicit Zaſ. ſæpe committere fraudem, dum
ſcribunt inſtrumẽta ſententiæ valde lata, & ſępe per plura fo-
6 lia, vt eo plus ſalarij exigere poſſint. Quędam vero ſunt ſpor-
tulæ, quę ſoluuntur nuncijs, & executoribus citationum, quas
in initio litis ſoluere cogebatur, ſecũdum quantitatem maio-
rem vel minorem, in libello expreſſam, vt hic. Hodie vero de
conſuetudine, ſecundum Gloſ. magnam hic, ſoluuntur tales
ſportulæ, non ſecundum quantitatem petitam, ſed ſecundum
longitudinem & diſtantiam itineris, vt pro quolibet miliari
ſoluantur aliquot denarij, per textum in Auth. Sed hodie, C.
de Epiſc. & cler add. Gloſ. in c. Nullo quoque, 7 ſupr. verb. Di-
ſpoſita, in Nou. 82 de iudicijs. Ex quibus infertur per Fab. hic
nu. 2. & Iaſ. 43. iſtum §. de conſuetudine non procedere, cum
hodie ſportulæ non ſoluantur ſecundum quantitatem peti-
tam, add. eund. Iaſ. in fi. §. noſtri, & Zaſ hic.

7 Circa prædicta quoque aduertendum, non omnes ſum-
ptus, & expenſas litis dici ſportulas, quia plures ſomptus à
litigantibus fieri ſolent, de quibus eſt Gloſ. ord. in dict. capit.
8 Nullo quoquæ. Fiunt enim expenſæ in iudicio tribus de
cauſis. I. Propter ipſum iudicem, cui aliquando ſportulæ
ſoluuntur. II. Propter ipſos executores, & tales expen-
ſæ propter dicuntur ſportulæ. III. Propter ipſas partes li-
tigantes, quæ ſuis ſomptibus coguntur producere teſtes,
textus eſt in lege quoniam, 11. verſic. in exhibitione. Codic.
de teſtibus, & in leg. eos, 6. §. ſi quis, Codic. de app. Ad quos
textum notab. tales ſumptus per Carolum. V. eſſe taxatos.
(In der peinlichen Halßgerichts ordnung.) capit. 75. videli-
cet. Quod vnicuique teſti quotidie octo cruciferi perſolui
debeant. Item faciunt partes ſumptus circa aduocatos,
quibus conguntur ſalaria præſtare. Labor enim non debet
eſſe ſine mercede, vt eſt textus in capit. Ne autem 9. in No-
uel. 82. de iud. Et de honoratijs aduocatorum habetur textus
in leg. 1. §. in honoratijs, 10. ff. de varijs, & extraordinat. co-
gniti officio iudicis pro modo litis, aduocati facundi, & fo-
ri conſuetudine honoraria eſt conſtituenda: inter artifices
enim longa eſt differentia ingenij, naturæ, & inſtitutionis,
vt inquit Iuriſconſultus in l. inter artifices, 321. ff de ſolutioni-
bus, ita tamen, vt licitam quantitatem non excedant, quæ di-
citur in ſingulis cauſis vſque ad 100. aureos, d. l. 1. §. ſi cui cau-
tum, 12. verſic. Licita. Niſi ſint aduocati Epiſcoporum & Ab-
batum, item aliorum dominorum, a quibus pro ſtatu digni-
tatis eorum licite maxima ſalaria poſſunt accipere ſecũdum
Bald. quem ſequitur hic Iaſ. numero 53. qui etiam ſubijcit,
Aduocatos non debere percipere ſalarium à pauperibus ſe-
cundum Baldum in l. ſi furioſis, 25. C. de nuptijs, argumento
9 illius textus in verb. Gratis, facit text. in capit. Sic tibi quoquè
tertium ſtudium, in Nouel. 17. de mand. princ. Hinc & Ludo-
uicus Ram. quam allegat hic Iaſ. num. 59. vlt. Notarium, qui
conficit inſtrumentum de aliquo contractu pauperis, nihil
ab eo nomine ſalarij accipere debere, per tex. iuncta Gloſ. in
l. tam dementis, 29. C. de Epiſc. & aud. Et vtinam inquit Iaſ.
10 hic bene obſeruarent hæc dicta impij Procuratores, Nota-
rij, & Aduocati, qui ſunt excoriatores pauperum, quod Bart.
in l. omnes populi, 9. in 5. quæſt. prin. de iuſtitia & iure, appel-
lat canes curiarum, & deuorationes ciuium. Sic & medicus
gratis tenetur curare pauperem. Plus enim apud eum vale-
re debet vita proximi, quam amor pecuniæ, vt eſt textus, &
Gloſ. in cap. 1. diſtinct. 83. Et allegat hic Doct. Iaſ. deciſionem
Bartol. in leg. archiatri, 9. C. de profeſſ & Med. libr. 10. vbi per
textum ibi dicit, quod Medici non poſſunt recipere ſalarium
11 ab infirmis, niſi quando ſunt reſtituti priſtine valetudini, &
ſi receperint, tenentur reſtituere, facit textum in l. ſi Medicus
5. ff. de var. & extraord. cognit. Sic nec aduocatus à clientu-
lo lite pendente aliquid accipere poteſt, l. quiſquis, 6. Cod. de
poſtula. §. præterea. Vtrumque tamen dictum de facto ma-
le obſeruatur, ſecundum Iaſ. hic numer. 61 Quibus add. Gloſ.
in d. capit. 1. d. 83. Quæ dicit, Medicum licite poſſe exigere
mercedem pro ſua opera, & labore etiamſi æger moria-
tur, ſufficit enim, quod vtiliter cæpit gerere, licet effectus
non

Digitized by Google

non ſit ſecutus, quia medico euentus mortalitatis, imputari non debet. Neque enim eſt in medico ſemper releuetur, vt æger interdum doctâ plus valet arte malum, vt eſt textus, & ibi gloſ. in l. illicitas, 6. §. ſicut ff. de offic. præſid.

12 His ſic præmiſſis, ex textu noſtro notabitis, actionem hic enumeratam competere contra eum, qui in libello maiorem quantitatem expreſſit, vt executores citationũ maioras ſportulas à reo conſequerentur, ad triplum eius, in quo reum ex hac maiori petitione damnificauit, & nõ triplicatur id quod vltra veram æſtimationem debiti petitum eſt, ſed ſolum id, in quo reus paſſus eſt damnum, tex. eſt hic. Exempli gratia. Si de ſingulis centum in libello petitis, & expreſſis debeat aureus executori citationis, & actor petat 3000. aureorũ a reo, qui ei debebat tantum 1000. florenos, ita vt reus coactus ſit dare executori 30. aureos, cum alias tantum ei dediſſe decẽ, & ſic damnificatus eſt in viginti. Iſtius damni triplum, cui eſt damni æſtimatio peti poteſt, videlicet 60. Nec triplicatur illa ſumma vltra verum debitum expreſſa, videlicet illa 1000. floren. quia in iſtis reus, non fuit damnificatus, de quo vide hic Iaſ. n. 6. Ex quibus conſtat, cui, & contra quem, & ad quid
13 hæc actio competat. Ideo nunc quæritur. Quæ requirantur ad hoc, vt iſta actio locum habeat? Et dic requiri. I. Quod actor doloſe, & ſtudioſe maiorem quantitatem libello expreſſit, hanc ob cauſam, vt reum grauiorib. ſumptibus vexaret. Secus ſi ex errore hoc faceret, ſec. Gl. magnam, hic, ibi, cauſatiue non conſecutiue, vt declarant Doctores, præſertim D. Iaſ. nu. 44. reprobata Gl. hic in verb. Conſequitur, quæ indiſtincte vult actorem teneri, quia propoſitum, & voluntas diſtinguunt maleficia, vulg. l. verum, 25. ff. de furtis, & l. quiſſimam, 20. C. ad l. Iul. de adult. Et hanc ſententiam tenet hic Fab. nu. 2. Plat. 10. Ang. 11. & 14. & Iaſ. 43. Licet Zaſius hic poſt glo. contrarium teneat, quaſi exemplo iniquum ſit, ſi actor ſine dolo maiorem quantitatem complecteretur, & propterea executor à reo exigeret maiores ſportulas, quod reus non poſſet repetere ab actore hoc damnũ cuius actor eſt quiapręſ fac: Doct. non negant tale damnũ repeti poſſe, ſed exiſtimãt ad illã pęnam tripli actorẽ non teneri, cũ abſit eius dolus quẽ
14 textus hic in verb. Ex hac cauſa requirere videtur. II. Requiritur, quod actor plus re ſeu quantitate debita petijt, vt 100. florenis 200. Circa quod dubitabatur. An illa pęna etiam locum habeat, quando plus loco, cauſa, vel tempore petitur, quod qualiter fiat declaratus in §. plus autem. infr. eod. Et ex communi Doctorum ſentẽtia ita diſtinguite: Aut actor plus petijt plus loco, & cauſa, & tunc ſecundum Gl. & Inn. in cap. Vnico, ext. de plus peten. quoq; locum habet diſpoſitio §. noſtri. Cum etiam in pęnalibus, quandoq; licita ſit extenſio de vno caſu expreſſo, ad alium caſum non expreſſum quando eſt eadem ratio puniẽdi, vt eſt text. in c. 1. §. Porro, ibi ſed quia natura. Quæ fuit prima cauſa amittendi benef. in vſibus feud. Aut plus tempore petitum eſt per actorem, & hæc pęna locum non habet, ſed pęna §. pęn. inf. de executoribus quæ eſt, vt tempus duplicetur ipſi reo, & eo elapſo adhuc non audiatur actor, niſi refuſis omnibus expenſis litis factis per ipſum reum, de quo latius vide hic Plat. n. 10. & 11. Ang. 13 & Iaſ 15. & 16. III. Requiritur quod agatur ratione maiorum ſportularum ſolutarum ipſi executori citationum. Nam in alijs expenſis litis diſpoſitio, §. noſtri locum non habet ſed in eis reg. iur. Victus victori in expenſis condemnatur, l. properandum 13. §. ſiue autem, 6 Co. de iudicijs, & l. eum, quem temere, 79.
16 ff. de iudic. Quam regulam limitate non procedere, quando victus habet iuſtam cauſam litigandi. Nam tunc expenſæ inuicem compenſantur ſicut regulariter in ſententijs illa verba apponuntur. [Vnd vverden auß bevvglichen vrſachen die vn Koſten von peyden theylen hiemit auffgen haben.] Vt notatur per Doctores, in d. §. ſiue autem, & in d. l. eum quem, & per Gloſ. in cap. Finem litib. 5. ſup. ver. Expenſas, verb. Item
17 illud regulariter ext. de dolo, & contu. Sed circa prædicta probabiliter dubitari poteſt, ſecundum Doctores hic: An diſpoſitio huius §. locum habeat, quando actor ideo maiorem quantitatem in libello complexus vt maioribus expenſis circa ſalaria Notariorum & Aduocatorum afficeret reum cum de conſuetudine tales perſonæ maiora ſalaria recipiant pro magna cauſa, quam pro parua. Et Ioann. Fabr. quem reliqui hic ſequuntur, tenet, quod non, cum ſit pęnalis hæc diſpoſitio, ergo non exercenda, ſed potius reſtringenda, iuxta l. interpretatione, 42. cum ſim. ff. de pęnis. D. Iaſ. vero audacter firmat contrarium, propter identitatem rationis, motus illa notabili theorica, etiam in pęnalibus, & odioſis ex identitate rationis fieri extenſionem ad caſus ſimiles, per textum ſolemnem in c. 1. §. prædictis, verſ. Sed quia natura, & ibi Bald. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. in vſib. feud. facit text. in l. his ſolis, 2. ibi tacite cautum C. de reuoc. don. Nec obſt. l. interpretatione cum ſimil. quæ vult diſpoſitione pęnales non eſſe extendandas, quia reſpondet Iaſ. hoc verum eſſe niſi ex identitatis ratione fiat extenſio per tex. in d. §. prædicti, de quo latius videte, hic Iaſ. num. 23. Porro Ang. poſt gloſ. magna hic, multa effundit verba. Quid ſit libellus, & quotupliciter in legib. accipiatur. Item an neceſſe ſit in ſcriptis, libellum offerri, & in quibus caſibus nulla libelli oblatione, opus ſit, quem vos ipſi videatis, quia teſte Iaſ. nu. 34. hoc ſatis impertinenter hic tractantur, adde Doct. in Auth. offeratur Cod. de lit. conteſt. & in l. 1. ff. de edend. Bart. & Imol. in l. ſi finita, 15. §. Iulianus, 16. ff. de damno infecto.

---

§. Quadrupli, cum ſeqq. vſque ad
§. Actionum.

1 *Diuiſio §. in tres partes.*
2 *In delictis conſummatis pœnitentia ad euitandam pœnam locum non habet.*
3 *Actio pœnalis inter coniuges non datur, ſicut nec actio furti, ſed rerum amotarum.*
4 *An repertus occultus, & latens in domo poſſit furti accuſari.*
5 *Calumniatores, quid dicantur.*
6 *An accuſator non probans accuſationem inſtitutam præſumatur calumniari.*
7 *Contra calumniatores plura remedia introducuntur.*
8 *An calumniator poſſit accuſari criminaliter, & de quibus teneatur, & 9. 10. 11 & 12.*
13 *Ad quid competat hæc actio.*
14 *Cui competat.*
15 *Contra quem competat, & n. 16 17. 18. & 19.*
20 *Quæ requirantur, vt hæc actio locum habeat.*
21 *An tranſigens cum accuſatore id quod dedit repetere poſſit.*
12 *An tranſactio ſuper crimine præiudicet iuri publico.*
23 *Quo differat hæc actio ab actione de qua in §. tripli dictum.*
24 *Cui detur hæc actio.*
25 *An totum quadruplum debentur parti vel fiſco.*
26 *Cum per ſtatuta, & conſuetudines terrarum ſalaria executorum taxata ſint, an quadruplum ab eis exigi poſſit, ſi illam ſummam excedant.*
27 *An per pœnam ſtatuariam ſit ſublata pœna iuris communis.*
28 *Ad quid nuncius mendax teneatur.*
29 *An nuncij poſſint aliquem ſine iuſſu iudicis citare.*
30 *Et qua pœna.*
31 *Nuncio iurato quatenus credatur.*
32 *Nuncio an parti neganti cum iuramento credatur.*
33 *Quinque ſpecies violentiarum.*
34 *Actio quod metus cauſa, quid.*
35 *Actio, quod metus cauſa cur perſonalis.*
36 *Item in rem ſcripta item arbitraria dicitur.*
37 *Quæ requirantur, vt hæc actio locum habeat.*
38 *An metus ſit iuſtus, arbitrio iudicis relinquitur.*
39 *Quinque genera metus, & 40 41. 43. 44. & 50.*
41 *Quomodo metus minarum producat actionem.*
42 *An mina inducat iuſtum metum, vt quis poſſit implorare officium iudicis, vt præſtetur ſecuritas, & cautio de non offendendo.*
45 *Sola præſentia patris, vel mariti, nunquam eſt ſufficiens ad inducendum metum reuerentialem, & reſcindendum contractum, niſi etiam interueniant, verba & minæ, & importunæ preces mariti ſunt loco minarum.*
46 *Interuentus amicorum, & conſanguineorum faciunt ceſſare præſumptionem metus.*
47 *Cautela ad euitandam ſuſpicionem metus reuerentialis.*
48 *An matrimonium metu reuerẽtiali contractũ poſſit reſcindi.*
49 *An metus reuerentialis reſcindat ingreſſum religionis.*
51 *Cui competat hæc actio.*
52 *Contra quem detur.*
53 *An actor in libello teneatur ſpecifice exprimere perſonam, eius qui metum incuſſit.*
54 *An liceat mihi equum meum ablatum, ſi reperiam ad manus alterius, recuperare, licet non expreſſe fiat mentio, per quam ablatus ſit.*
55 *Ad quid competat hæc actio.*
56 *An pœna quadrupli in hac actione veniant ratione metus aut violentiæ, an vero ratione contumaciæ, & moræ in non reſtituendo.*
57 *Hæc actio quadrupli quomodo differat ab alijs actionibus quadruplaribus.*
58 *An metus illatus ſit punibilis, ſi reſtituatur id, quod per metum*

tum ablatum eſt.
59 *An neceſſe ſit in hac actione duas ferre ſententias, vnam de reſtituendare, alteram de quadruplo.*
60 *An actor, ſi malit potius iurare in litem contra non reſtituentem, quam petere rem cum intereſſe, & quadruplo poſſit hoc facere.*
61 *Ad quantum tempus duret facultas rei reſtituenda, ne reus teneatur ad quadruplum.*
62 *Quando poſſit executio fieri, & num. 63. 64. & 65.*
66 *An in criminalibus detur aliqua dilatio, & an decennium detur ad appellandum.*
67 *An agens hac actione teneatur offerre precium, quod re per metum extorta à metu inferrente accepit.*

1 HIc §. quia prolixior eſt, ex communi Doct. ſentētia diui
ditur in tres partes. In I. Parte enumerantur quatuor
actiones, quæ ad quadruplum competunt videlicet. I. Actio
furti manifeſti. II. Actio in factum ex edicto contra calūnia-
tores. III. Condictio, ex l, contra miniſtros publicos. IV. Actio
quod metus recuſa, &c. In I. Parte ibi (ſed furti) enumeran-
tur quinq; actiones, quæ ad duplum dantur, & ſimul declara-
tur in quib. tales actiones differant. Actio enim furti non ma
nifeſti, & ſerui corrupti, ab origine ſunt pęnales, & omoimo-
do dupli ſunt, ſiue reus confiteatur, ſiue neget ſe furtum fecíſ-
ſe, vel ſeruum corrupiſſe, neq; hoc caſu admittitur pęnitentia
veluti ſi fur confiteatur delictum & vult rem reſtituere, quia
2 pœna non liberatur. In delictis enim conſummatis, pęniten-
tia ad euitandum pęnam ad locum non habet, l. quia ea men-
te, 65. iunct. Gl. ff. de furtis, & l. pen. ff. vi bonorum raptorum.
In vno tamen caſu actio ſerui corrupti ad ſimplum datur quā
do l. maritus agit contra vxorem, l. fi. ff. de ſeru. corr. & hoc fit
in honorem matrimonij, quod actio pęnalis inter coniuges
non datur, ſicut nec actio furti, ſed rerum amotarum inter
eos locum habet, l. 1. & 2. ff. de act. rerum amotarum. An au-
3 tem magiſtratus poſſit eam criminaliter tunc punire? dic ſe-
cundum Bart. in d. l. 1. quod ſic, quando eſt furtum magnum:
ſecus, ſi paruum, per l perſpiciendum, 11. §. furta domeſtica, ff.
de pęnis. Actio vero legis Aquiliæ depoſiti, & ex teſtamento,
quæ pro legatis venerabilibus locis relictis competit origina-
liter non ſunt pœnales, ſed accidentaliter, ex negatione ſci-
licet, quia legis Aquiliæ actio datur ad ſimplum, ſed contra
negantem ad duplum, l. contra negantem, 4. C ad leg. Aquil.
de quo ſupra in §. ex maleficijs, dictum eſt. Ita etiam depoſi-
ti actio regulariter ad ſimplum competit, niſi in quatuor caſi
bus, vbi contra negantem rem, tempore tumultus, incendij,
ruinæ & naufragij, pęnes ipſum depoſitam eſſe, & ad duplū
competit, de quo in §. ſequent. ſupra eod. dictum eſt. Actio
vero, quæ ex teſtamento pro legatis venerabilibus locis, &c.
competit, datur ad duplum duabus ex cauſis 1. Propter nega-
tionem, quando hæres inficiatur legatū relictum eſſe. 2. Pro-
pter dilatam ſolutionem quando confitetur, ſed differt ſolue-
re, quouſq; iudicis iuſſu conueniatur, alias ſimplum competit,
vt in d. § ex maleficijs, dictum eſt. Et per hæc ſit declarata
ſecūda pars huius, § In parte. III. Tractatur materia actionis.
Quod metus cauſa, &c. Et quod ad primam partem attinet,
ordine actiones in eo enumeratas declarabimus. Sed quia
ſupra in d. §. ex maleficijs, materia actionis furti manifeſti, ex
poſita eſt, hic non erit repetenda. Vnum tamen circa hanc
4 actionem notabitis, quod Plac. hic dicit nu. 7. eum, qui reper-
tus eſt occultus, latens in domo alicuius, nō poſſe accuſari fur
ti, etiam ſi animo furendi intrauerit, cum res alienas nondum
contrectauerit, ſed teneri actione iniuriarum, vel de vi, ſi per
vim intrauerit, l. vulgaris, 21. §. qui furti, 7. ff. de furtis. Pote-
rit tamen etiam extraordinarie puniri, l. ſaccularij, 7. ff. de ex-
traord. crim.

a DE ACTIONE *a* FACTVM
contra calumniatores.

5 Promittendum. I. Hoc loco calumniatores dicit *b* omnes
b qui alicui negocium calumnioſum in iudicio faciunt, ſiue in
cauſa pecuniaria, ſiue criminali: alias large accipiuntur, pro
quibuſcunque aliquid indebite contra iuſtitiam facientib. vt
in princ. ſup. in proæ. Inſtit. Propriæ autem dicuntur Calum-
6 niatores, hi qui falſa crimina ſcienter intendunt, l. 1. in princ.
c ff ad S. C. Turp. *c* An autem eo ipſo, quod accuſator nō pro-
bet accuſationem inſtitutam, præſumatur calumniari? Com-
munis eſt cōcluſio quod ſic. ita eſt tex. iunct. Gl. communiter
approbata in c. 2. Super verb. Calumniandi, & ibi Canoniſtæ,
ext. de cal. & text. in capit. Qui non probauerit, 3. cauſ. 2, qu. 2.
& pulchre Bart. poſt Gloſ. in leg. athletas, 4. §. calumniator; ff.
de his, qui notant, infam. vbi ſubijcit, hanc præſumptionem
non eſſe iuris, & de iure, ſed iuris tantum, ita admittatur
probatio in contrarium. Et antequam iudex condemnet ac-
cuſatorem de calumnia, debet eidem ſtatuere terminum
ad probandum ſuam innocentiam, ſicut Gloſs. in d. §. calum-
niator ſupra verb. Ex vtroque, aliquot caſus refert, in quibus
à præſumpta calumnia quis excuſatur, videlicet, ſi accuſatus
erat infamatus de delicto, argumento, leg. miles, 11. §. mulier
12. ff. ad legem Iul. de adult. vbi fama excuſat à dolo, & pęna.
Item ſi audiuit à perſonis fide dignis, vel ſemiplene proba-
uit, aut ſi ex neceſſitate ſui officij accuſauit, vt quia tutor, leg.
2. Cod. qui accuſare non poſſunt. De quo latius vide poſt tex-
tum, in leg. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpil. Gloſs. & Doct. in dict. §.
calumniator, & Canoniſt. in dict. capit. ſecundo, de calumn.
& Angel. in tractat. malefic. ſupr. verb. Et ad querelam Titij,
d numero 70. II. Præmittendum, contra *d* tales calumniatores,
7 quia falſa crimina ſcienter intendunt, plura remedia a iure
e introducta eſſe, quæ enumerantur per gloſ. *e* ord. in dict. leg.
1. ſup. verb. Ob negotium, ff. de calum. Poteſt enim calumnia-
tor etiam criminaliter accuſari, & tenetur. Primo, lege Iulia
repetund. qui ob accuſandum, vel non accuſandum aliquem
8 per calumniam pecuniam accipit, dict. l. 1. §. 1. ff. eo. Quod eſt
verum, quando recipiens erat iudex ſecund. Bart. ibi per tex.
in l. 3. ff. ad l. Iul. repet. Et eius pęna eſt extraordinaria, ita ple-
rumque puniatur exilio, vel etiam durius, prout admiſit, leg.
pen. §. hodie ff. ad leg. Iul. repetund.

9 Secundo tenetur crimine falſi, l. 1. ff. ad l. Corn. de falſ. cu-
ius pęna deportatio, & omnium bonorum publicatio, & ali-
quando vltimum ſupplicium, quando delinquens eſt ſeruus,
l. 1. §. fi. de fal.

10 Tertio tenentur calumniator de crimine concuſſionis,
quando ſimulato Præſides iuſſu de accuſando aliquem extor
ſerint ab eo pecuniam, qui tenentur ablatum eiuſmodi ter-
rore reſtituere, & alias extra ordinem puniuntur l. 1 & 2. ff.
de concuſ.

11 Quarto teneatur lege Remnia ad ſimilitudinem ſupplicij,
l. 1. poſt princ. ff. ad S. C. Turpil. & l. fi. C. de accuſationibus, &
l. fi. C. de calumnijs, vbi dicitur. Quiſquis crimen intendit, non
impunitatem fore nouerit licentiam mentiendi, cum calum-
niantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij. Quod eſt
verum in criminibus ordinarijs in quibus eſt certa determi-
nata pęna; in ijs autem, quæ habent pęnam extraordinariam
iudicis arbitrio puniuntur, l. & in priuatis, 3. ff. ad S. C. Turpil.
Hinc eſt, quod accuſator in libello ad pęnā talionis inſcribe-
re debet, l. liberorum, 3. cum ibi notam ff. de accuſationibus,
Hodie tamē conſuetudine illa inſcriptio fieri ſolet, alias pau-
ci reperirētur, qui accuſarent alios, & ſe ad pęnā talionis obli
garēt cum reus abſolui poſſet, & ſic multa maleficia remane
rent impunita, quod eſſe non debet, l. ita vulneratus, 51. ad le-
gem Aquiliam, de quo vide Angel. de maleficijs ſupr. verb.
Et ad querelam, mihi numero quinto, & omnino Gand. de
malefic. qualiter fiat accuſatio, num. 6. & Bartol. in l. ſi cuis, 7.
in d. l. liberorum, ff. de accuſat. Canoniſtas in cap. Super his,
16. ext. de accuſ.

12 Quinto calumniator, qui accepit pecuniam, vel alteri ca-
lumnioſum negotium faceret in iudicio, vel non faceret te-
netur ex edicto prætoris poſito, in l. 1. ff. de calumn. & ſic hac
actione de qua hic agitur, ſiue quis calumnioſam accuſatio-
nem, ſiue actionem inſtituat, in ciuili, ſiue in criminali cau-
ſa, d. l. 1. §. 1. ff. eod.

13 Pro cuius declaratione primo quæritur? Ad quid hæc a-
ctio competat? Et hoc declarat Iuriſconſultus in dicta l. vi-
delicet, ſi infra annum agatur contra calumniantem com-
petere

ADDITIONES.

a *Adde huic loco tractatum de iuramento calumniæ, ex §. infra de pœna temere litigant.*
b *Calumniatores, qui dicantur, & quibus ex cauſis excuſari poſſint, vide apud Menoch. de arbit. iudic. caſu, 321.*
c *Adde l. athletas §. calumniator ff. de his qui not. infam.*
d *De calumniatorū pœna ex omni ferre iure vide clarum lib. Sēten. §. vlt. q. 81. Boſſium in praxi criminali, tit. de calumniator, & totul. de accuſ. Didacum Couarruuiam 2. reſol. 9. Menoch tract. de arbit. iudic. caſu 323. Et qua pœna prævaricatores puniantur, vide ibi caſu, 324.*
e *Adde notata in l. vlt, C. de tranſact.*

Digitized by Google

petere hanc actionem ad quadruplum eius, quod calomniandi cauſa accepit, ſint poſt annum, & ſimplum. Et totum quadruplum non eſt pœna, ſed ei ineſt ſimplum, æſtimatio ſcilicet damni ex tali calumnia illati, ſecundum gloſſam magnam ad finem, in leg. hæredem, §. final. ff. de calumn. A quo autem tempore incipiat currere iſte annus? Dic quod à tempore ſcientiæ. Vnde ei, qui dedit pecuniam, ne calumnioſum negotium moueretur, cedit hic annus ex eo tempore quo dedit, ſi modo poteſtatem experiundi habuit, ſi vero alius dedit, vt contra alterum actio calumnioſa inſtitueretur, non ex die datæ pecuniæ hic annus computantur, ſed ex quo is, contra quem erat inſtituenda actio calumnioſa, cognouit pecuniam data eſſe, & ſic annus iſte à principio eſt vtilis, ſed à ſui progreſſa continuus, leg. annus, 9. iuncta gloſ. fin. ff. eodem. Aliquando vero competit hæc actio etiam ad octuplum, diuerſis tamen reſpectibus, veluti ſi dedi tibi decem, ne mihi calumniam faceres, & accepiſti quoque à Titio decem, vt calumnioſam actionem contra me inſtitueres, hoc caſu ago contra te ad quadruplum eius, quod turpiter à me accepiſti, & etiam ad quadruplum eius, quod Titius tibi dedit, & ita conſequor octuplum, leg. & generaliter 3. §. fin. ff. eod. De quo etiam ſupra in §. omnes, poſt gl. ibi dictum eſt.

14 Secundo, principaliter quæritur. Cui hæc actio competat? Et I. Datur ei, qui dedit pecuniam, ne calumnioſum negotium in iudicio pateretur, d. l. generaliter, §. fin. Si vero alius dedit pecuniam, tunc diſtinguitur. Aut dedit tibi, vt mihi calumnioſum negotium moueres, & nihil repetere poteſt, quia tecum eſt in pari cauſa turpitudinis, ſed mihi hæc actio datur, dicto §. final. Aut alius tibi dedit, ne contra me inſtituere actionem calumnioſam, & ſubdiſtinguitur. Aut me mandante, & ratificante talem pecuniam dedit, & mihi competit hæc actio ad quadruplum, non ei, qui dedit. Aut is proprio motu abſque meo iuſſu dedit, & competit mihi hæc actio ad quadruplum eius, quod ſic accepiſti, ei vero, qui dedit pecuniam, datur ad ſimplum, leg. ſi quis ab alio, ſeptima, §. 1. ff. eod. addite Ioan. Fab. hic num. 5. & Iaſon. 86. II. Competit patri ob acceptum compendium, vt filiofamilias negotium fieret, dicta lege, ſi quis ab alio, §. ſi filiofamilias. III. Hæredi danti pecuniam, vt calumnia ei non fieret, competit hæc actio non ad quadruplum, ſed ad ſimplum, leg. hæc actio, 4. ff. eod.

15 Tertio, contra quem competat? Et I. Datur contra eum qui a tertio accepit pecuniam, vt contra alium calumnioſam accuſationem inſtitueret: is enim proprie calumniator dicitur vel aliam actionem, aut negotium calumnioſum alicui moueret Neque diſtinguitur. An cauſa ſit ciuilis, an crimina-
16 lis, dict. leg. 1. §. 1. ff. eodem. II. Contra eum, qui accepit pecuniam, ne calumnioſam litem alteri moueret, ſiue danti, ſiue alteri, iuxta ea quæ dicta ſunt poſt text. in dict. leg. ſi quis ab alio. Honeſte enim hæc pecunia datur, ne innocens patiatur calumniam: inhoneſte vero, & turpiter accipitur. Vltro enim quis à calumnis, & delictis abſtinere debet, facit leg.
17 iuris gentium, 7. §. ſi ob maleficium, ff. de pactis. III. Datur hæc actio non ſolum contra recipientem, ſed etiam illum, qui dedit pecuniam, & tertium ſubornauit, vt falſam accuſationem contra alium inſtitueret, quia & is pœna, quadrupli tenetur ſecundum gloſ. 2. in dict. leg. 1. in princip. ff. eodem, per text. in leg. ſi quenquam, 31. in fine, Codic. de Epi-
18 ſcopis & Cleric. IV. Competat etiam domino contra ſuum procuratorem vel etiam aduocatum, qui pecuniam accepit, vt domini negotium per calumniam ageret, id eſt, vt per colluſionem pateretur ſe ab aduerſario vinci, quo caſu teneretur ad quadruplum, & is qui accepit, & is qui dedit, vt eſt gloſ. notabilis in dict. leg 1. §. ſed & conſtitutio, ſupra verb. aduerſario, & ibi Bart ff. eod. addite hic Plat. numer. 1. & Iaſ. numer. 83. V. Datur contra hæredem accipientis, in id quod ad eum
19 peruenit. Nam turpia lucra etiam ab hæredibus extorqueri conſtitutum eſt, licet crimina extinguantur, dict. leg. in hæredem, in princ. ff. eod.

20 Ad quartam quæſtionem, quæ ſcilicet requirantur ad hoc vt locum habeat iſta actio? Ita reſpondetur. I. Requiri pecuniam eſſe acceptam propter calumniam, vt ſcilicet recipiens calumnioſam actionem inſtitueret, vel ne calumnioſam negotium faceret: alias ſi daretur ſimpliciter pecunia, ne quis accuſaretur, hęc actio locum non haberet, vt eſt communis Doctorum ſententia, licet Iaſ. hic nu 84. de poſteriori membro dubitet. Sed prior ſententia videtur probari per legem primam, ac totum titulum, ff. de calumniat. Vnde quæri po-
21 teſt. An tranſigens cum accuſatore, id quod dedit repetere poſſit? Et breuiter dic. Aut quis tranſigit cum nocente, & culpabili de aliquo delicto, data pecunia per nocentem accuſatori, vt ab accuſatione deſiſtat, & non poteſt repeti per dantem, quod datum eſt, argumento legis penult. ff. eodem, & in l. accuſationis, 10. iuncta gloſ. C. de his quæ vi met. cauſ. Aut innocens data pecunia tranſegit cum accuſatore, & regulariter repetitio dari ceſſat quia hoc ipſum quod à lite diſceditur pro cauſa debiti habetur, vt condictio indebiti non habeat locum, niſi euidens calumnia accuſatoris detegatur. Nam, & tunc tranſactio imperfecta eſt, & datum reperitur, l. in ſumma, 65. poſt princip. ff de condictione, indebit. addite dictam legem penult. & text. in l. 1. §. ſed & conſtitutio, in fin. ff. eodem. Circa quod obiter notandum licet regulariter ſuper criminibus tranſigi poſſit, iuri tamen publico per tranſactiones partium non præiudicari, quin iudex ex officio
22 contra delinquentem procedere poſſit l. tranſigere, 18. cum ibi not. C. de tranſact. II. Requiritur, quod data ſit pecunia ob negotium calumnioſum iudiciale, vel quod quis in iudicio
23 mouere volebat vt ſentit gloſ. ſuper Rubr. ff. de calumn. Nec habet locum hæc actio pro calumnia extra iudicium commiſſa: veluti, ſi dedi tibi pecuniam, ne me ſpoliares. Nam tunc actioni quod metus cauſa, & condictioni ob turpem cauſam locus eſſet, de quo videte hic Fab. num. 6. Plat. 11. Angel. 11. & Iaſ. 85.

Porro circa hanc quæſtionem princip. not. I. quod hæc actio competat, ſiue calumniator accipiat pecuniam numeratam, ſiue aliud quoddam commodum ſentiat, etiam non pecuniarum, vt quia ab obligatione liberatus eſt, vel res minoris ei vendita, aut locata eſt, l. 1. §. fin. cum duabus legibus ſequent. ff. eodem. II. Quod non eſt neceſſe accuſatione calumnioſam inſtitutam eſſe ſed ſufficit pecuniam eſſe acceptam à reo ad hunc finem, vt calumnioſum negotium alteri moueret, ſiue poſtea fecerit, ſiue non. Ex ſola enim receptione tenetur, licet ad effectum non produxerit dicta lege, & generaliter, §. ſi igitur, ff. de calumn. & facit illud vulgatum punitur affectus licet ad effectus nõ ſequatur, l. ſi quis non dicam rapere, 5. C. de Epiſcop. & Cleric. III. Quod non diſtinguitur, an quis acceperit pecuniam, vt calumnioſam actionem ſuper cauſa pecuniaria inſtitueret, ſiue accuſationem de crimine aliquo, d. l. 1. §. 1. ff. eodẽ, quo caſu etiam pluribus pœnalibus modis tenetur vt ſupra in princ. dictum eſt. Et de forma libelli (cum ſecundum diuerſitatem caſuum diuerſis etiam modis formari debeat) vide Fab. hic nu. 6. Plat. 11. & Iaſ. 88.

DE CONDICTIONE EX LEGE
contra miniſtros publicos.

a Hæc eſt tertia actio *a* per Imperatorem hic enumerata, quæ ad quadruplum competit, contra executores ſeu mini-
b ſtros publicos, qui nomine ſportularũ maius ſalarium *b* exegerunt, quam eis debebatur. Et differt ab actione de qua in §. tripli dictum eſt. Nam illa datur reo contra actorem plus debito petentem, vt reum ad maiores ſportulas ſoluendas executoribus citationum, pro quantitate in libello expreſſa grauaret, & ibi actor deliquit, non executor. Hæc vero datur parti contra ipſum executorem, qui maiores ſportulas extorſit quam ei debebantur. Et ita hoc caſu executores delinquunt, qui plus iuſto exigunt à litigantibus, & miſere concutiunt, text. eſt hic, quem ita breuiſſimis verbis declarant
24 DD. Et paucis huius actionis materia ita comprehendi poteſt, vt ſcilicet hæc actio detur ei, qui ad inſtantiam executorum maiores ſportulas ſoluit, contra ipſos executores ad
25 quadruplum eius quod iniuſte exegerint. An autem totum quadruplum debeatur parti vel fiſco, dubitatur per DD. hic. Nam gloſ. noſtra vult, ſimplum applicari parti triplum vero fiſco, per text. in cap. & hoc quoque, 3. Nouel 124. vt litigantes iurent. Contrarium tamen communiter tenet hic DD. videlicet, totum quadruplum deberi parti non obſtante, d. §.

&

ADDITIONES.

a *De qua vide l. 2. C. de ſportu. leg. 1. Cod. de ſtat. & imaginibus leg. 1. Codic. de offic. prætor. Afr. Authent. vltim. Codic. ne vxor. prætor, pro marit. Authent. habita Codic. ne filius pro patre, leg. non licet, 46. ff. de contrahen. empt. capit. in legibus 11. quæſt. 2.*

b *Dolo malo per concuſſionem, l. 1. in fin ff. de calumniatoribus, & tit. de concuſſione.*

& hoc quoque. Ad quem reſpondent eum loqui de pęna cri-
minali, imponenda viam accuſationis, vel inquiſitionis, non
de iſta actione ciuili, de qua hic dicitur. Ideo vna pęna non
tolit aliam, l. quoties, 41. ff. de obligat. & act. de quo poſt alias
36 videte hic Iaſ. numer. 38. Sed circa prædicta dubitatur, cum
hodie plerumque per ſtatuta, & conſuetudines terrarum ta-
xata ſiot ſalatia executorum, ſi illam ſummam taxatam ex-
cedant, an quadruplum ab eis exigi poſſit. Et licet Faber hic
dicat eſſe ſatis rationabile, quod incidat in pœnam huius §.
cum ſit eadem ratio, tamen determinat contrarium, quia
durum eſt legem pęnalem extẽdere vltra ſuum caſum, vulg.
l. interpretatione, 42. ff. de pęnis, ſubijciens eos extraordina-
rie eſſe puniendos officio iudicis, qui illicitas exactione coer-
cere debet, l. illicitas, 6. in princ. ff de offic. præſid. Ia. tamen hic
num. 6. & Ang. 1′. tenent partem affirmatiuam, cum etiam in
pęnalibus ex identitate rationis extenſio ſit licita, ſecundum
ea quæ ſupra in §. tripli, dicta ſunt, per § porro, in c. Quæ fuit
prima cauſa beneficij amittendi, in vſibus feudorum. Ad quæ
fundamenta diſputando reſponderi poſſet; in pęnalibus fieri
extenſionem: quando ſcilicet lex ipſa eam facit, vt fit in præ-
dictis iuribus. Secus autem, ſi per legem diſpoſitio pęnalis nõ
extendatur. Nam tunc videtur habere locum dictum Io. Fab.
in §. ſi quis poſtulante, ſupra eodem, quod non ſit noſtrum,
pro ſtomacho extendere caſus iure deciſos ad non deciſos, &
facit vulgata theorica, in pęnalibus quando ſunt duæ opinio-
nes, ſemper mitiorem eſſe amplectendam, per text. in d. l. in-
terpretatione. Sed in propoſita quæſtione Zaſius hanc con-
trouerſiam ita deducit ad concordiam, quod aut pœna nun-
cio excedenti ſummam taxatam eſt in ſtatuto expreſſa, & im
poſita, & tunc vera ſit opinio Fabri, quia generi per ſpeciem
derogatur, c. generi, 34. de reg. iur. in 6. Aut non eſt ſpecialis
pęna in ſtatuto appoſita, & tunc ſit vera opinio Iaſ. ac locus
ſit pęnæ huius §. Vnde incidenter examinat Ang. illam quæ-
ſtionem: An per pœnam ſtatutariam ſit ſublata pœna iuris
communis, quem videre hic num. 23. & Bart. in l. 1. ff. vi bono
rapt. & remiſſiue Iaſ. nu. 39.

27 Et quamuis DD. præſertim Angel. & Iaſon. plures quæſtio-
nes circa materiam nunciorum publicorum moueant, tamẽ
Inter reliquas principio notabitis, nuncium qui per menda-
cium aſſerit ſe habere mandatum pignorandi, vel capiendi,
& propter hoc recipit pecuniam, non ſolum teneri ad reſtitu-
tionem quadrupli, ſed etiam criminaliter extra ordinem of-
ficio iudicis puniri debere, incidit enim in crimen concuſſio-
nis, l. 1. & ibi gloſ. ff. de concuſſio. addite Iaſ. hic nu. 1. 2. 3. & 4.
aliquotque ſeq.

28 Secundo notabitis etiam de facto reſiſti poſſe nuncio pi-
gnorant, vel vltra modum grauanti, aut aliter excedenti ter-
minos iuſtitiæ, l. prohibitum, 5. & ibi Bar. C. de iur. fiſc. libr. 10.
facit tex. iuncta gloſ. in d. §. & hoc quoque, in fin. Nouel. vt li-
tig. &c. De quo latius videte hic Plat. nu. 6. Ang. 16. Iaſ. nu. 4.
& Zaſ. hic, qui ſubijcit, hæc bene eſſe notanda, quia per ea
quendam defenderit, qui criminaliter fuit accuſatus, eo quod
reſtitit apparitori cum capere volenti.

29 Tertio colligunt Doctores hic ex textu, ibi, iuſſu magiſtra-
tuum, nuncios neque in ciuilibus, neque criminalibus cauſis
poſſe, nec debere citare aliquem, niſi præcedat iuſſus iudicis.
Quod notabile D. Iaſ. dicit non probari per textum noſtrum,
quia hæc verba prolata ſunt in textu enunciatiue, non diſpoſi-
tiue, & non principaliter propter hoc, ſed propter aliud, vn-
de iuris diſpoſitionem non inducunt, cap. ſi Papa, 10. de pri-
uil. in 6. Et tamen in ſe veriſſimum, nemine contradicente,
30 per tex. in l. fi. ibi, omnes Doct. C. de exhib. re. Et procedit, ſi-
ue ſit verbalis, ſiue perſonalis citatio, ſecundum Doct. ibi, &
Iaſ. hic num. 12. Et nuncius falſo ſine mandato iudicis citans,
tenetur parti ciuiliter ad intereſſe, & etiam punitur crimina-
liter pęna falſi. l. qui nomine, 25. ff. ad l. Corn. de falſ. Si tamen
in actis reperitur deſcripta citatio, & relatio nuncij præſumi-
tur mandatum de citando præceſſiſſe, de quo videte Ang hic
nu. 15. & Iaſ. 18. Sic etiam de conſuetudine, in quibuſdam lo-
cis citationes fiunt ad ſimplicem petitionem partis, ſiue alia
commiſſione iudicis ſicuti, & Angel. hic dicit, poſſe nuncio
quando aſſumitur ad officium, committi ad faciendas cita-
tiones. Et licet Iaſ. hic nu. 14. impugnet, tamen in hoc ſtylus,
& practica iudicij ſeruari debet, l. fi. in fine, C. de iniur. & l. 2.
C. quemad. teſta. ap.

31 Vltimo notabitis, nuncio *a* iurato credi de his, quæ ei
a commiſſa ſunt, & in concernentibus ſuam perſonam, & fa-
ctum, veluti, ſi referat ſe citaſſe. In alijs verò ſibi non com-
miſſis, ipſi non ſimpliciter creditur, de quo videte Bart. in ex-
trauag. ad reprim. in verb. per nuncium, Iaſ. 26. Ang. 11. Quid
32 autem, ſi nuncius dicat ſe Titiũ citaſſe. Titius vero illud ne-
get, etiam cum iuramento, cui magis ſit credendum. Et com-
muniter concludunt Doctores eſſe in arbitrio iudicis cui eo-
rum magis credat, conſiderata qualitate facti, & conditione
perſonarum, de quo videte Ang. num. 22. & Iaſ. nu. 28. Et de
forma libelli in hac actione, videte Plat. hic nu. 2. Ang. num.
15. & Iaſ. num. 78.

DE ACTIONE QVOD metus cauſa.

33 Ad intellectum huius actionis, quæ pro vi compulſiua cõ-
petit, præmittendum quinque eſſe genera violentiarum ſe-
cundum gl. ordinariam in l. extat. 13. ff. quod met. cauſ. & in
l. 1. C. & in c. ad audientiam, 4. extr. de his quo vi met. cauſ. &
latiſſime per Ang. hic, num. 17.

Nam primo quędam violentia dicitur expulſiua, quę pro-
prie cadit in rebus ſoli, ſeu immobilibus quando ſcilicet quis
ex poſſeſſione fundi, vel ædium, vi deijcitur. Et pro tali vio-
lentia datur interdictuum, vnde vi ad recuperandam poſſeſ-
ſionem de quo in § item recuperandæ 6. infra de interdictis,
& remedium, l. ſi quis in tantam, 7. C. vnde vi, & cap. redio-
regranda, 3. cauſ. 3. quæſt. 1. & cap. ſæpè, 18. extra de reſtit. ſpo-
liat. Et talis cauſa ſpoliationis ita priuilegiata eſt, vt ſpoliatus
ante omnia ſit reſtituendus, neque agenti poſſeſſorio recupe-
randæ exceptiu dominij obijci poſſit, capit. in literis, extra
de reſtitut. ſpoliat. & cap. ſi. de or. cog. & l. ſi quis, 7. Cod. ad l
Iul. de vi publ.

Secundo, eſt quędam violentia ablatiua, quæ circa res mo-
biles committitur, quando per vim eiuſmodi res reperiun-
tur, & auferuntur, de quo tit. in ff. & Cod. ſupra de vi bonor.
rapt.

Tertio, quædam eſt violentia turbatiua, quæ committitur,
quando duo pluræſve pretendunt ſe poſſeſſores eiuſdem rei,
& vnus turbat alium, & ſi cadit in rebus immobilibus prodi-
tum eſt interdictum vti poſſidetis; ſi vero in rebus mobilibus
tunc interdictum vtrobi locum habet, §. retinendæ, 4. infra de
interd.

Quarto, quædam violentia dicitur inquietatiua, quando
aliquis, qui non eſt poſſeſſor, nec prætendit ſe poſſeſſorem, vi
aut clam inquietat, & non ſinit alium vti re ſua quiete, quo
caſu interdictum. Quod vi aut clam, competit.

Quinto, quædam dicitur violentia compulſiua, quando
quis per vim, & metum cadentem in conſtantem virum, cõ-
pellitur ad aliquid dandum, vel faciendum, & tunc actio no-
ſtra. Quod metus cauſa locum habet, quæ ſummam æquita-
tem continet, ita vt Bal. ſuper Rubr. ff. eod. dicat vocem præ-
toris dicentis. Quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non ha-
b bebo, eſſe vocem Dei, *b* quam poſuit in ore prætoris. Et hoc
34 modo deſcribi poteſt, vt ſit actio perſonalis in rem ſcripta, &
arbitraria quę datur illi qui per metum cadentem in conſtan-
tem virum, ad alienandam, vel dandam aliquam rem coa-
ctus eſt, contra quemcunque poſſeſſorem rei ad reſcinden-
dum contractum, & reſtitutionem rei, & infra annum ad
quadruplum eius rei, poſt annum ad ſimplum, vt in ſequen-
tibus declarabitur. Ideo autem dicitur perſonalis, quia ex
delicto naſcitur: inferre enim vim, & metum, eſt delinque-
35 re. Vnde origine non eſt perſonalis, ſed in rem ſcripta,
quia non ſolum ſequitur obligatum, id eſt, metum inferen-
tem, eiuſue hæredem, ſicut perſonalium actionum natu-
ra eſt, quod perſonam ad obligationem non regrediantur,
leg. actionum, genera 25. ff. de obligat. & actio. & ſupra
in §. omnium dictum eſt. Sed etiam datur contra quem-
36 cumque poſſeſſorem, ad quem res, & commodum eius per-
uenit, licet ipſe metum non intulerit, legi ſi cum exceptione,
(al. incip. item ſi cum) 14. §. in hoc. ff eodem, & in hoc natu-
ram realis actionis ſapit, de quo videte Fab. hic num. 2. Plat.
num. 2. & Ang. numer. 1. Item eſt arbitraria hæc actio, quia
contra contumacem in non reſtituendo iurari poteſt in li-
tem, de quo infra latius dicetur.

Ad

ADDITIONES.

a *Nuncio publico referenti an, & quando credi poſſit vide Me-
noch. tract. de arbitr. iudic. caſu 112.*

b *Sano modo hæc ſunt intelligenda, ne quis putaret Ethnicorum
prætorum eſſe vocem Dei, æque ac prophetarum. Iudicium qui-
dem naturale, quod eſt à Deo potuit facere, vt illam vocem
proferent.*

Ad hoc aũt, vt iſta actio locum habeat, requiritur. I. Quod
37 pro violentia compulſiua agatur, vt iam dictum eſt. II. Quod
a ſit talis *a* metus illatus, qui cadit in conſtantem virum, vt eſt
metus vel periculum mortis, aut cruciatus corporis, l. 3. cum
quatuor leg. ſeq. ff. eod. & l. 4. C. eo. & l. interpoſitas. 13. C. de
tranſact. & c. cum dilectus, 6. ext. eod. Et hoc tantum, vtrum
38 ſit talis metus, qui poſſit cadere in conſtantem virum, relin-
quitur arbitrio iudicis, qui ex circunſtantijs hoc æſtimat debet
vt inquit Bald. in d. l. interpoſitas. Neque hoc caſu diſtingui-
tur, an ſit metus illatus ipſi actori, vel ipſius liberis, cum pater
plus diligat filium, quam ſeipſum, l. iſti, 18. iunct. gloſ. ff. eo. &
nullus ſit affectus, qui vincat paternũ l. fi. C. de cur. fur. Vnde
ſi quis dedi aliquid, ne filia aut vxor ſtuprum patiatur, per
hanc actionem id petere poteſt, cum iſtæ metus viri bonis
maior quam mortis eſſe debeat, vt Iuriſconſ. inquit in d. l. iſti,
& grauius ſit viro adulterium vxoris, quam occiſio proprij
filij, l. codicillis (al. eſt §. 13. in l. Lucillus Tirius) 88. §. matre, ff.
de leg. 2. Et pro pleniori intellectu An, & quando hæc actio
locum habeat, ſciendum ſecun. DD. præſertim Zaſ. hic quin-
que eſſe genera metus.

Primò, eſt metus facti quando ſcilicet imminet periculum
39 ſalutis mortis vel cruciatus corporis, vt ſunt verbera, carcer,
armata manus, & ſi quæ alia ſunt atrocioris facti. Et is dici-
tur propriè metus cadens in conſtantem, vtrum de quo in d.
l. interpoſitas, & l. metum eum, l. ſequ. ff. eod. Et in hac genere
metus præcipuè datur hæc actio, de quo etiam eſt tex. in cap.
veniens, 15. ext. de ſponſalibus matrimonium per talem metũ
contractum non valere, & eſſe ipſo iure nullum, c. ſignifica-
uit, 2. & ibi Abb. ext. de eo. qui duxit, quam prius pol. & quia
matrimonia, plena libertate, & libero conſenſu gaudere de-
bent cap. gemma, 29. ext. de ſponſal. lib. & l. Titia, 134. cum ibi
notatis, ff. de verb. oblig.

Secundò, eſt metus minatum, qui non eſt rarus, vt propter
40 eum hæc actio competat, l. metum, 9. C. eod. & l. metum 9. in
fin. in princ. ff. eo. niſi trib. concurrentib. I. Quod perſona quæ
b *b* minatur, poſſit minas ad effectum perducere. II. Quod con-
41 ſueuerit tales minas perducere ad effectum. Multi enim
ſunt qui minantur, & parum faciunt, vt inquit Bart. in l. metũ
5. C. ea. III. Quod ſint minæ atrociores facti, ſcilicet. His tri-
bus concurrentib. metum minarum hãc actionem producit,
ſecun. gl. & DD. in d. l. metum, C. eod. Plat. hic num. 4. Fab 5.
Iaſ. 60. Et circa prædicta obiter notabitis, minis idonei iuſtum
42 metum, vt quis poſſit implorare officium iudicis, quo præſte-
tur ſecuritas, & cautio de non offendẽdo. vt notatur per Bat.
& alios poſt textum in l denunciamus, 5. de his qui ad Eccleſ.
confug. &c & facit textus & ibi Doct. in l. illicitas, 6 §. nepo-
tentiores, ff. de offic. præſid. adeò, vt ſi quis primo percuſſit
propter quod ab alio timet offendi adhuc poſſit talem cautio-
nem petere, de quo videte Bart. in l. qui bona, 13. § ſi quis iux-
ta, 7. ff. de dam. infect. & Ang. in tractatu malefic. ſuper verbo
verba iniurioſa, nu 8.

Tertiò, eſt metus potentiæ publicæ, quando is, qui incutit
43 metum, eſt patens *c* in Republica, vel ſuperiori aliquis do-
c minus terræ, vt Comes, vel Baro erga ſubditos, nobilis erga
ruſticos. Tales perſonæ, & ſimiles dicuntur inferre metum
ex potentia eorum. Vnde ſi comes rogat ſubditum, vt vendat
ſibi hortum, iſta rogatio facit metum, ac proinde ſi ſubditus
vendat, metu vendidiſſe dicitur. Vnde dicitur. (Eſt rogare
Ducum ſpecies violenta iubendi) facit gloſ. in Clem. 1. ſuper
verb. exhortamur, de teſtibus, Bal. poſt gl. in l. 1. ff. quod iuſſu.
Et præſumitur contra poteſtates, ita vt præſumatur indebita
ſeruitia à dominus per metum extorta, de quo videte Iaſ. hic
n. 69. Et acta per tale metum, non reſcinduntur hac actione,
quod metus cauſa, ſed officio iudicis, & condictione, ex l. pe.
& fi. C. eo. Hæc tamen non ſunt intelligenda, quando iudex,
vel magiſtratus exercet legitime ſuum officium, & infert ali-
cui iuſtum metum Nam quando iuſto, & licito modo com-
minatur non dicitur inferre metum, vel iniuriam, l. 3. §. 1. ff.
eod. add. Panot. in d. c. cum dilectus, nu. 11. extra eod.

44 Quartò, eſt metus *d* reuerentiali, ſeu potentiæ, ſine autho-
d ritate publica, quam pater habet in liberos, maritus in vxorẽ,
patronus in libertos, & quicquid actum eſt occaſione huius
metus non reſcinditur per hanc actionem, ſed officio iudicis
l. 1. §. quæ onerandæ, 5. & ibi Bart. poſt glo. ſuper ver. metus, ff.
qua. rerum actio non datur. Vnde ſi vxor conſentit marito
alienanti rem vxoris quia non audet contradicere, nimia re-
uerentia, vel metu mariti, ſibi non præiudicat, ſecun. gl. in d.
§. quæ onerandæ, Bar. & Bald. quos allegat, & ſequitur Iaſ. hic,
nu. 65. Et circa iſtum metum diligenter, eſt notãda doctrina
Bartol. quem tradit in §. quæ onerandæ, quod ſola præſentia
45 patris vel mariti, nunquam eſt ſufficiens, ad inducendũ metũ
reuerentialem, & reſcindendum contractum, niſi etiam in-
terueniat verbera vel minæ, de quo late videte omnino Ang.
nu. 8. Iaſ. 61. & Abbat. in d. c. cum dilectus. Importunæ tamen
preces mariti habentur loco minarum, ſecun Innoc. in c. pe-
titio, 31. ex de iureiur. Et quando maritus percutit ſuam vxo-
rem, nolentem conſentire alienationi, licet poſtea ex inter-
uallo vxor conſentiat adhuc metu conſenſiſſe videtur, & ſi ta-
lis metus ſemel illatus probetur, ſemper præſumitur perdura-
re, de quo videre poſt Bart. in l. pen. circa fi. nu. 4. ff. de condi-
tione ob turpem cauſam omnino Iaſ. hic nu. 66 Secundo cir-
46 ca prædicta diligenter in practica notandum licet actus ge-
ſtus per metum reuerentialem reſcindatur officio iudicis ſi
tamen interueniat præſentia amicorum, vel conſanguineo-
rum, tunc ceſſare allegationem metus; textus eſt in l. tranſa-
ctionem, 35. C. de tranſactionibus, & facit gloſ. ſingularis in
l. Polla, a. ſuper verb. pupillo verſ. vel tertio, C. de his quibus, vt
indignis. Vnde tradunt Doctores illam cautelam, ad euitan-
dam omnem ſuſpicionem metus reuerentialis, vt quãdo vix
47 vxorem conſentire alienationi, vel filiam renunciare hære-
ditati paternæ facias adhiberi coniunctos, vel conſanguineos
vxoris, vel quod tutius eſt ipſum etiam iudicem, & dicit Bart.
in l. frater a fratre, 38. nu. 51. ff. de condictione indebiti, ſuffi-
cere etiam ſolam iudicis præſentiam, abſque præſentia con-
ſanguineorum, de quo videte Iaſ. hic, num. 63. & Ang. 10. Et
quando contra tuum clientulum allegatur metus vel dolus,
quia vxor dicit non libera voluntate, ſed per metum reuerẽ-
tialem ſe alienationem conſenſiſſe, tunc artituli concipiendi
ſunt, de præſentia coniunctorum: Nam per illam excluditur
præſumptio, doli, vel metus, ita vt aduerſarius grauetur in
onere probandi allegatum metum, vel dolum, allegãs enim
dolum, probare eum debet, l. quoties, 18. §. qui dolo ff. de pro-
bationibus. Hæc tamen concluſio, quo interuentus amicorũ
facit ceſſare præſumptionem metus limitatur, quando perſo-
na, quæ infert metum poſſet etiam veriſimiliter in præſentia
amicorum, talem metum inferre, quia eſt Tyrannus. Hoc e-
nim caſu fortior præſumptio excludit infirmiorem præſum-
ptionem, vt eſt text. iuncta gloſ. ſuper verb. exiſtimari, in l.
diuus 7. ff. de in integr. reſtitut. Hinc ſumpta occaſione. D. Iaſ.
e hic num. 62. quærit. An matrimonium *e* metu reuerentiali
48 contractum poſſit reſcindi, vt quia filius propter reueren-
tiam paternam contraxit ſponſalia cum virgine, quam aliãs
non erat ducturus: Et de hoc eſt text. expreſſus quod non in
l. ſi patre cogente, 22. ff. de ritu nuptiarum, & optima gl. & ibi
Canoniſtæ, in c. 1. de deſponſal. impub. Et hoc fauore matri-
monij, & ratione conſenſus, potuiſſet. n. contradicere. Et li-
cet pater poſſit contrahere ſponſalia pro liberis ſuis c. ex lite-
ris, 10. de ſponſ. tamen talia nunquam ſortiuntur effectum
niſi conſentientib. liberis, c. vnico, cauſ. 30. q. 2. & notatur poſt
text. in c. 1. de ſponſ. impub. Et non refert, ſiue expreſſe, ſiue
tacite liberis conſentiant, vt quia præſentes, & ſcientes ſpon-
ſalib. non contradicũt, c. vnico §. fi. de deſponſ. impub. l. 6. Hoc
tamen vltimum dictum notabiliter limitat Pao. in c. nonne,
5. ext. in fi. pe. col de præſumpt. vbi dicit, ſe ſolemniter limita-
te d. c. vnicum vt filij tacẽtes nõ habeantur pro conſentiẽtib.
ſi cauſa cognita cõſtiterit, ob reuerẽtiã paternam tacuiſſe, tẽ-
pore contractus matrimonij: alias ſi per metum cadentem in
con-

ADDITIONES.

a *Iuſtus metus qui dicatur, & an arbitrio iudicis definiatur, vi-
de l. metus autem cauſa, ff. ex quibus cauſ. maiores Menoch.
tract. de arbitr. iudic. caſu 135.*

b *Quid? Metus excommunicationis eſt ne iuſtus metus? Vide gl.
in c. cum olim, in fi. de reſtit. ſpol. Siculum, 3. conſ. 30. Decium
regula in omnibus, 39. ff. de reg. iuris.*

c *Metus regius, officialis, ciuitatis, an, & quemadmodum iuſtum
metum inducat, vide gl. in c. conuenior in verbo more, 23 qu 8.
gl c. vlt. in verbo metu regio tit. qui clerici vel vouentes Baldum
in c. 1. §. inimicitiæ de pace iuramento firmanda.*

d *Reuerentia nimia iuſtum metum inducit. Tali metu ducitur
filius erga patrem, vxor erga maritum, libertus erga patronũ,
clericus erga ſuum Epiſcopum ſi modo minæ præceſſerint Bart.
in leg. §. quæ oneranda, ff. quæ rer. actio Bald. in leg. interpoſi-
tas. C. de tranſact. vide Menochium tractat. de arbitr. iudic.
caſu 136.*

e *Adde huic quæſtioni quæ ſuperius tradita ſunt, tit. de nupt. p. 2.
q. 28. vbi concludit matrimonium metum reuerentiali contra-
ctum non reſcindi, niſi interuenerit metus facti.*

Digitized by Google

conſtantem virum matrimonio contractum ſit, vt quia coer
gerit filiam per verba ad nubendum ei, quem alias non erat
ductura, ipſo iure non valet, per text. in c. veniens, 25 de ſpõſ.
& add. pulchrum tex. in c. cum locum, 14. tex. eod. vbi dicitur,
matrimonium ſolo conſenſu contrahi, & vbi de ipſo quæri-
tur, plena ſecuritate gaudere debere, cuius eſt animus inda-
gandus, ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit, & ſe-
quatur exitus, qui de inuitis nuptijs ſolet prouenire. Et ſubij-
a cit ibi gloſ. notabiliter, in *a* fæmina minorem metum ſuffice-
re, idq; propter ſexus fragilitatem. Et qui metus ſufficiat, re-
linquitur arbitrio iudicis, vt notatur in d. l. inter poſitas, C. de
tranſact. Et vltimo circa hunc metum notabitis caſum quoti-
dianum, metum reuerentialem ingreſſu religionis, quod ſpiri
49 tuale matrimonium appellatus, ſufficere adhoc, vt reſcinda-
tur talis tranſitus, ſi filia dicat ſe coactam metu reuerentiali
monaſterium ingreſſam eſſe, de quo eſt gl. quam Iaſ. hic nu.
62. multum extollit, & perpetuo notare iubet, in c. præſens cle
ricus, 4. cau. 20. q. 4. ſup. verb. patrem in fil.
50 Quintus eſt metus perfidiæ, quando ad celebrandum con-
tractum quis permouetur ab alio, cuius perfidiam timet velu
ti ſi cliens rogatus ab Aduocato, vendidit ei fundum, quam
alias non vendidiſſet, niſi metuiſſet, ne aduocatus perfidè cum
eo ageret Vnde etiam de iure Aduocatus lite pendente pro-
hibetur contrahere cum clientulo, qui omnia propter timoré
litis ei daret, vt inquit gloſ. per tex. in l. quiſquis, 6. ſuper verb.
b contractum. C. de poſt. Item ſi eger rogatus à Medico *b* inter-
medendum, vt donec aut vendat ei hortum. Et talis contra-
ctus, per huiuſmodi metum initus, quoq; reſcinditur officio
iudicis, & medicus extraordinariè puniri debet, vt eſt tex. in l.
ſi Medicus, ff. de var. & extraord. cog. Ex prædictis conſtat,
quod iure actionis noſtrę non poteſt reſcindi contractus per
metum initus, niſi ſit talis metus illatus, qui in conſtantem vi-
rum cadit Cætera, quæ fiunt per metum, reſcinduntur offi-
cio iudicis, & tunc non agitur de pęna, ſed tantum de reſciſ-
ſione contractus de quo vi omnino Bal. poſt alios in d. l. inter
poſitas. C. de tranſact. & Ang. hic nu. 6.
51 Secundo principaliter quæritur. Cui hæc actio competat?
Et breuiter dic eam dari paſſo, metum cadentem incoſtãtem
virum, ob quem ſuam rem dereliquit, vel in alium tranſtulit.
Nec intereſt, an quis paſſus, ſit metum in propria perſona, vel
in perſona ſuorum liberorum, aut vxoris vt quia aliquid de-
dit, ne vxor, aut filia ſtuprum patiatur, cũ talis metus viris bo
nis maior quam mortis eſſe debeat, vt inquit Iureſconſ. in l.
iſti 8. ff. eod. Item ſi quis in furto, adulterio, vel alio flagitio de
prehenſus, aliquid dedit, vel ſe obligauit, huic actioni locus e-
rit: timuit enim mortem, vel verbera. Et quamuis non omné
adulterum liceat occidere, vel furem, niſi telo ſe defendat, po-
tuit tamen non iure occidi, & ideo iuſtus fuit metus. Sed etſi
ne prodatur ab eo, qui deprehendit alienauerit ei per hoc edi-
ctum Prætoris ſuccurritur, quoniam ſi proditus eſſet legiti-
mis pęnis fuiſſet affectus. Ita eſt text. in l. nec timorem, 7. §.
proinde, ff. eod. add. c. veniens, 5. deſponſ. Item hæredibus &
ſucceſſoribus metum paſſis hæc actio competit, quoniam rei
perſecutionem, habet l. quod diximus 16 §. hæc actio, ff. eod.
& l. 1. C. eod.
52 Tertio quæritur contra quem hæc actio detur? Et compe-
tit. I. Sine dubio contra ipſum metum inferentem. II. Contra
eius hæredes, in id, quod ad eos peruenit, d. l. quod diximus, §.
fin. III. Contra hæredes hæredis, etiamſi ad ipſos nihil perue-
nerit, ſed res per primum hęredem cõſumpta ſit, ſufficit enim
ſemel perueniſſe ad proximum hæredem, l. videamus, 17. ff.
eodem. IV. Contra dominum ex metu per ſeruum illato;
quando res ad eum peruenit, d. l. quod diximus, §. 1. V. Non
ſolum contra perſonas ſingulares & priuatas, ſed etiam con-
tra populum, vel vniuerſitatem metum inferentem, hęc actio
locum habet, l. metum, 9. § animaduertendum ff. eod. & add.
not. in l. ciuitas, 27. ff. ſi cert. pet. Et datur contra plures in ſoli-
dum, ſolutio tamen vnius liberat alios d. l. ſi cum exceptione
53 §. final. cum leg. ſequentib. ff. eodem VI. datur etiam contra
quemcunque poſſeſſorem, vel detentorem rei per metum
ablatæ, & omnem, qui lucrum habet ex re per metum ſic
translata, licet metum, non intulerit, & etiamſi ſit bona fidei
poſſeſſor, ſiue habeat rem ex titulo lucratiuo, ſiue oneroſo, ſi-
ue ſine titulo dict. l. ſi cum exceptione, § in hac actione, & §.
aliquando, 5. & d. l. 3. C. eodem. Hinc dicit Ioan. Fab. hic quem
reliqui referunt, & ſequuntur, quod actor non tenetur ſpeci-
fice in libello exprimere perſonam eius, quam metum in-
cuſſit, ſed ſimpliciter ac imperſonaliter dicere ſufficit ſibi me-
54 tum fuiſſe illatum, non adiecto à quo. Sufficit enim metum
probare cum plerumque talis violentia committatur à pluri-
bus in tumultu, & de nocte in turba ita vt facile cognoſci non
poſſit, dict. leg. ſi cum exceptione, § in hac, & ibi gloſ. in ver.
ignorantiam. Et per hæc inferant ibi Bald. & Angel. ſi gentes
armigera nobis amicæ auferant mihi equum, & poſtea repe-
riam illum ad manus alterius, poſſe me equum meum recu-
perare, licet non dicam nominatim: quem mihi equus fue-
rit ablatus. Sufficit enim quod probem ablatum fuiſſet im-
perſonaliter, adde quæ in ſimili notantur in leg. ciuilem, 2.
Cod de furtis, de quo hic Iaſ. numer. 48. & omnino Angel.
numer. 2. qui hæc ad plures alias deciſiones inducunt. Nec
cuiquam iniquum videatur, ſecund. Iuriſconſult. in dict. leg. ſi
cum exceptione §. in hac, bonæ fidei poſſeſſorem ex alieno
facto in quadruplum condemnari, quia non ſtatim quadru-
pli eſt actio, ſed ſi res non reſtituatur, vt in ſeq. quæſt. decla-
rabitur.
55 Quarto quæritur. Ad quid hæc actio, & pro quibus rebus
competat? Et ſciendum eam dari pro rebus mobilibus, & im-
mobilibus corporalibus, & incorporalibus per metum extor-
tis & ablatis, vt reſtituatur, ita vt creditor per vim compulſus
ad liberandum debitorem, petere poſſit reſtitui obligationẽ,
l. metum, 9. §. pen ff. eod. Item datur pro nuda poſſeſſione ab-
lata, l. ſi mulier, 21. §. 1. ff. eod. Et debet res vna cum fructibus
reſtitui, non ſolum cum fructibus perceptis, ſed etiam perci-
piendis, quos actor percipere potuiſſet, niſi metu fuiſſet im-
peditus text. eſt in l. ſed & partus, 12. in princ. & in dict. leg. ſi
cum exceptione, §. quadruplatur, 7. & §. Iulianus, 14. ff. eod. Li
cet enim alias titulus regulariter excuſet à fructibus perci-
piendis, l. ſi fundum, 17. ibi gloſ. ſuper verb. percepiſſe, Cod. de
rei vend. Bar. & DD. in l. ex diuerſo (al. & ex diuerſo) 36. ff. de
vind. & in §. ſi quis à non domino, 35. ſupr. de rer. diuiſio ta-
men hoc propter violentiam compulſiuam commiſſam, etiã
ad fructus percipiendos reus tenetur, ſicut in alijs pluribus
caſibus notatis per gl. & DD. in d. l. ſi fundum, & in d. l. ſed &
partus, ſuper verbo oportet, & competit hæc actio infra annũ
ad quadruplum, poſt annum vero ad ſimplum, leg. ſi per vim,
4. Cod. eod. & dict. l. ſi cum exceptione, §. 1. verſ. poſt annum.
Et quadruplatus res metu extorta cum omnibus fructibus ita
vt quadruplo inſit ſimplum, d. l. ſi cum exceptione, §. quadru-
platur Et hoc eſt verum, quando reus iuſſus à iudice rem re-
ſtituere, non obtemperat. Nam tunc condemnatur ad qua-
druplum, alias liberatur à pęna quadrupli, ſi conuentus iuſſu
iudicis rem per metum ablatam reſtituit. Et ſic hæc pęna qua
56 drupli non eſt pęna metus, vel violentiæ illata, ſed pęna con-
tumaciæ, & moræ in non reſtituendo. Vnde etiam is, qui me-
tũ non intulit, & ſic non deliquit, ad pęnam quadrupli dam-
nari poteſt, vt ſupra dictum eſt. Et in hoc differt ab alijs a-
ctionib. quadruplaribus, quod non ſtatim & ſtatim, & origi-
naliter ad quadruplum competit, ſicut cæteræ actiones, ſed
57 tantum accidenter ex poſt facto, vt hic, §. item actio, de eo, &
58 d. l. ſi cum exceptione, §. 1. ff. eod. Ex quo nota, licet metus il-
latus à principio ſit contra bonos mores, non tamen eſſe pu-
nibilem, ſi reſtituatur id, quod per metum ablatum eſt. Eſtque
ratio, quia metum paſſus ſeruatur illæſus, & in traditione in-
teruenit conſenſus, licet coactus tamen coacta voluntas eſt
volũtas, l. ſi mulier, 21. §. pen. ff eo. Vide Ang. in §. omnes, n 2.
59 verſ. ex quo nota, ſup. do. Hinc gl. ſuper verb. reſtituat, quærit
vtrum neceſſe ſit duas ferre ſententiæ in hac actione, vnã de
reſtituenda re, alteram de quadruplo ſoluẽdo, ſi iuſſui iudicis
in reſtituendo non obtemperauerit. Et licet gl. concludat, ne-
ceſſe eſſe duas ferre ſentẽtias, vnã ad ipſam rem reſtituendã,
quæ ſi reſtituitur, res eſt expedita, ſi verò infra terminum nõ
reſtituatur, tunc dicatur ſententia ad quadruplũ, ſimplo inclu
ſo communiter tamen DD. tenent, ſufficere vnã ſententiam
cum ſubordinatione latam: videlicet, condẽno te ad reſtituen
dam rem metu extortam, vna cum fructibus perceptis, & per-
cipiendis: & ſi eam infra legitimum tempus non reſtitueris,
condemno te ad quadruplum. Nam quod ſententia valeat ſic
ſub

ADDITIONES.

a *Metus minor facilius excuſat mulierem quam virum, Anto. in c. cum locum, de ſponſalibus Roman. ſingul. 226. & merito. Nam. & in metu æſtimando conſideranda eſt conditio perſonæ, Decius in l. in omnibus, 39. ff. de reg. iuris.*

b *De promiſſione facta Medico per ægrotum, qui donationis extorquendæ cauſa, morbum ægroti ſui prauis remedijs, grauiorem reddidit adde. Bartol. in l. interpoſitas, C. de tranſact. & Milsum in verbo, metus ubi comparare hunc metum vita videtur metus amiſſionis omnium bonorum.*

Digitized by Google

ſub conditione, vel potius cũ ſub alternatione, ex tex. in l. cõ-
ductores, 34. C. de locato, & l. nõ ab re. 10. C. vnde vi vbi iu-
dex condemnat, vt inuaſor vel conductor fundi reſtituat rẽ
intra tempus, & niſi fecerit, reſtituat rem cũ æſtimatione, de
quo latius vide hic Fab. n. 4. Plat. 4. ante fi. Iaſ. 44. & 74. in fi. &
60 Zaſ. in ver. quæro præmitte. Et prædictis addite, quod ſi
actor maluit, iurare in litem contra non rem reſtituentem,
quam petere rem cum intereſſe ex quadruplo, poterit hoc fa-
cere vt eſt tex. in l. arbitrio, 18. ff. de dolo, vbi gl. & DD. dicũt
hoc eſſe in electione ipſius actoris. Quod eſt verum, quando,
actor petijt in libello iuramentum deferri, alias videtur ele-
giſſe vitam intereſſe communis, iuxta not. in l. qui reſtituere,
68. ff. de rei vend. Et non quadruplatur, id quod quis in litem
iurauit, ſed quanti ea res eſt, cum fructibus, & omni cauſa,
de quo vide hic Ang. n. 5. Iaſ. 51.
61 Porro, circa prædicta de duobus adhuc quæri poteſt. Primò
vſq; ad quantũ tempus duret facultas rei reſtituendę, ne reus
teneatur ad quadruplum: Et quamuis Plat. hic n. 7. intelligat
de tempore quatuor menſiũ condẽnatis cõceſſo, in l. fi. §. fi. &
in l. 2. C. de vſuris rei iud. Bart. tamen in l. fi. C. de exc. rei iud.
quem refert, & ſequitur Ang. & Pl. quoq; in hoc ſibi contra-
rius in § etſi in rem, 2. inf. de offi. iud. hoc arbitrio iudicis re-
linquuntur ſicut in reali actione. Pro cuius declaratione quę-
62 ritur. Quando executio fieri poſſit, de quo eſt gl. ord. & ibi
DD. in d. l. fi. C. de execu. re iud. Et cõiter ita diſtinguitur, aut
agitur ad pecuniam, aut ad ſpeciem, aut ad factũ aut ad pęnã.
I. Caſu, Cauſa miſerationis condẽnatus habet tẽpus quatuor
menſium ad ſoluendum, tex. eſt in l. 2. C. de vſu rei iud. Poteſt
tamen illud tempus aliquando per iudicem abbreuiari l. 2. ff.
de re iud. Quod eſt verum quando ſubeſt iuſta cauſa per iu-
dicem tempus hoc coarctaretur, ſuppleretur a le. l. 4. §. ſi quis
condemnatus 5. ff. de re iud. Sic etiam per ſtatuta, & conſue-
tudines locorum tale tempus abbreuiari poteſt. Sicut de iud.
Sax. illud ad breuiſſimum tempus, reſtringitur, videlicet 14.
dierum, per tex. in ar. 5. li. 2. & in ar. 70. l. 1. (Vveichbild.) ar. 12.
in prin. Et conſuetudine tamen in quibuſdam locis prorogatur
tur iſte tempus iuris Sax. vt concedantur ſex ſeptimanæ, cum
tribus diebus quod add. l. 2. & l. fi. C. de vſu rei iud. notandum
63 eſt. II. Caſu ſubdiſtinguitur. Aut agitur ad ſpeciem actione
reali, aut actione perſonali, aut perſonali in rem ſcripta, aut
mixta actione. In realib. act. ſtatuitur tempus arbitrio iudicis,
& quando res eſt præſens, poteſt fieri executio ſtatim atq. ſen
tentia tranſiuit in rem iudicatam, ideſt poſt 10. dies cum non
amplius appellari poteſt §. etſi in rem inf. de off. iud. in mere
perſonal. vero concluditur conceditur, concedi tempus qua-
drimeſtre, licet per eas certa aliqua ſpecies petatur, ſec. Bar. &
DD. in d. l. fi. per tex. in l. in fideicommiſſi, 3. in pr. ff. de vſu. In
perſ. vero in rem ſcriptis, vt in actione exhibendum, & quod
metus cauſa, idem quod de reali actione dictum eſt locum
habet, ſec. Bar. in d. l. fi. Ang. & Plat. in d. § etſi in rem, & no-
tatur, & d. l. ſi cum exceptione, §. quid ſi homo, ita vt tex. ibi ſi
intra tempus iudicati actiones, &c. intelligatur de tempore à
iudice conceſſo, non à lege. In action. vero mixtis, prout ve-
niunt in eis perſonalis præſtationes, idem dicendum eſt quod
in perſonalibus prout in eis veniunt vindicationes rerum eſt
idem quod in realibus ſec. DD. in prædictis locis. III. Caſu;
64 quando quis ad factum eſt condemnatus, concedenda eſt ei
dilatio competens ad faciendum l. continuus, 137. §. item
qui inſulam, ff. de verb. obl. Cum vero dicit ſe non facturum,
tunc ſi eſt factum ad quod præcisè compelli poteſt iudicem
detruditur in carcerem donec faciat, vt notatur, per DD. poſt
gl. in l. ſtipulatio 21. §. fine, autem, ff. de nou. op. nunc Bart. &
DD. in l. ſtipulationes non diuiduntur, 72. ff. de verb. oblig. Si
non poteſt præcisè compelli ad factum, tunc præſtando inte-
reſſe liberatur, d. l. ſtipulationes non diuiduntur. Et quia tunc
videtur condemnatus ad quantitatem, habebit quadrimeſtre
65 tempus, ſecund. Ang. in d. §. etſi in rem, &c. IV. Caſu quando
quis propter delictum condemnatus eſt criminaliter, ſubdi-
ſtinguitur, aut condemnatus eſt ad pęnam corporalem, aut ad
pœnam pecuniariam fiſco applicandam. Primo caſu in crim.
non datur aliqua dilatio, ſed ſtatim fit executio, l. cum reis,
18. C. de pęnis 1. Quod eſt verum. 1: Niſi damnatus appella-
uerit, quia licitum eſt non ſolum damnato appellare, ſed etiã
a conſanguineis *a* eius immo, & extraneis, *b* l. addictos 19. C.
b de appellat. & l. non tantum, 6. ff. de appel. An autem debeat
expectari decendium, infra quod appellare licet ita, vt ante
decem dies illapſas ſententia capitalis non debeat mandari
executioni, & dicit Bart. in l. qui vltimo, 29. ff. de pęnis de iure
illos decem dies eſſe expectando, ſed de conſuetudine con-
c trarium obſeruari, vid. ad gl. fi. d. l. cum rei, C. de pę. 2. Niſi *c*
executio contra mulierem prægnantem ſit facienda, quę nec
torqueri quidem poteſt l. prægnantis, 3. ff. de penis, 3. Niſi ali-
cuius ſeruus, vel procurator damnatus fuerit. Nam huic mo-
dica dilatio conceditur vt domino rationes reddat, l. 1. C. de
bon. proſc. de quo Bar. in l. 2. §. 1. ff. de cuſt. & exh. reo. 4. Niſi
princeps ex iracundia ſeueriorem tulerit ſententiam debet
enim executio per 30. dies differri vt videatur an locus miſe-
ricordiæ eſſe poſſit, l. ſi vindicari 20. C. de pœn. &c. cum apud
Theſſalonicam, 69. cau. 11. q. 14. Secundo caſu quando ex de-
d licto qui condemnatus eſt ad pęnam *d* pecuniariam, non pa-
ri, ſed fiſco applicandam, licet videatur dicendum eſt tempus
quadrimeſtre concedendum eſſe, cum fiſcus vtatur iure pri-
uati, ſeu iure comuni, niſi de contrario appareat vt notatur in
l. 1. C. de d. te. hær. tamen communis ſententia eſt in contra-
rium per dictam l. cum eris, non obſtante, quod tex. ibi loqui-
tur de pęna corporis afflictiua, nõ pecuniaria, quia hoc tem-
pus cauſa miſerationis conceſſum eſt condemnatis, leg. cum
militi, 16. §. 1. de comp. Sed reatus, omnem miſerationem, &
beneficium excludit, l. 1. C. vbi Senat. vel clar. de quo latius
vide Bal. & Sal. in d. l. fi. C. de exc. rei iudic.
67 Secundo, circa prędicta quęritur, an agens hac actione te-
neatur offerre precium quod pro re per metũ extorta à me-
tũ inferente accepit: Et de hoc eſt tex. in l. 3. vbi gl. C. eo. quod
ſic. Et poterit interim reus iſtam rem retinere, donec reſtitua-
tur precium, & quando agitur contra ipſum metum inferen-
tem debet ei reſtitui, quod dedit actor. Si vero contra alium
cui metum inferens iſtam rem vendidit, agatur huic ſecundo
emptori reſtitui debet. & primus emptor tenetur ratam ha-
bere iſtam reſtitutionem, ſec. gl. & DD. in d. l. 3. Et non tene-
tur ei plus reſtituere, quam ipſe metum paſſus accepit, licet
ſecundus emptor metum inferenti plus dederit pro re, quia ſi
actor nihil accepiſſe, nihil cogeretur reſtituere, habebit tamẽ
ſecundus emptor actionem de ſuperfluo, & de euictione cõ-
tra metum inferentem. Quid autem è contrario, quãdo me-
tum paſſus plus accepit; pone 100. quam ſecundus emptor
metum inferenti, dedit, qui forte eis ſoluit tantum 80. an etiã
illud plus ſit ſecundo emptori reſtituendum? Et concluditur
ſecundum Bal. & Paul. de Caſtr. ibi, quod ſic, quia ſecundus
emptor ſuccedit in locum primi. Imo ſi ipſe poſſeſſor conuẽ-
tus habet illam rem ex titulo donationis, adhuc non cogitur
re reſtituere, niſi operatur ei precium, quod accepit, a metũ
inferente ſecundum DD. in d. l. 3. qui ſubijciunt, iſtum poſſeſ-
ſorem, ſi percepit ab actore plus quam ipſe pro re dedit tene-
ri illud plus reſtituere metum inferenti, niſi ex cauſa dona-
tionis omne ius ei eſſet ceſſum, de quo latius vide poſt gloſ. &
DD. in d. l. 3. C. eo. Qualiter autem libellus formandus ſit, &
ſecundum diuerſitatem caſuum concluſiones fieri debeant,
vide hic Fab. n. 3. Plat. 4. & 5. Ang. 10. & Iaſ. 73. & 75. Et quid
articulandum, Ang. n. 8. ante fi. Fab. 3. in medio, & Iaſ. 76. Et
magis creditur duob. teſtibus de metu deponentibus quam
mille de ponentibus, de ſpontanea voluntate de quo vide hic
Iaſ. 71. & l. interpoſita, 13. n. 5. C. de tranſact.

§. Actio

ADDITIONES.

a *De appellatione in cauſis criminalibus, & qui poſſint cum effe-
ctu appellare, & quæ ſit vtilitas appellationis, vide apud Cla-
rum. 5. Sent. §. vlt. q. 94.*

b *Appellatio illicita eſt de conſuetudine Germaniæ quæ etiam
in Camera eſt recepta, ſecundum ordinationem part. 2. tit. 28.
verſ. Item nach dem auch dem alten herbrachen, &c. quod
habet rationem, nemo enim facile condemnari debet, niſi legi-
time conuictus ſit, & confeſſus. Hi autem appellare non poſſunt
ex l. 2. C. quorum appell. non recip. & ibi gloſ. Bart. & Docto-
res cum ſimilibus. Si tamen quid contra ordinem factum ſit
poteſt reus ſibi in Camera per viam nullitatis conſulere. Pet.
de Bella Pert. in pract. crim. tit. de quæſt. num. 8. & 86. arg.
l. pen. § vlt. C. de decur. lib. 10. Sed quod diximus in criminali-
bus non eſſe locum appellationi, intelligitur a diffinitiua, quia
ab interlocutoria appellari poteſt Bal. de ſtatu in verſ. appellari
num. 10. Spec. ad appel. §. quis. Sic etiam in multis pecunia-
rijs appellari poteſt.*

c *Quæ ſit forma exequendi ſententias criminales pecuniarias,
vide ibidem Clarum q. 95.*

d *Adde alium caſum, quando condemnatus ob contumaciam be-
neficio principis admittitur ad nouas defenſiones, vt poſt. Da-
mhouderium, vſu receptum eſſe ſcribit Clarus, 5. Senatus, §. vl.
94. Adde eundem, & de alijs cauſis differendæ ſententiæ ca-
pitalis q. 96. 97. 98.*

§. Actionum.

1 *Continuatio huius §.*
2 *Diuiſio huius §.*
3 *Generalis, & principalis actionum diuiſio.*
4 *Oppoſitio Doctorum contra hanc diuiſionem.*
5 *Reſponſio ad oppoſitionem Doctorum.*
6 *In omnibus contractibus bona fides requiritur.*
7 *Regula generalis de actionibus ſtricti iuris.*
8 *Actio ex teſtamento an ſit bonæ fidei.*
9 *Copula. Et, ponitur inter diuerſa.*
10 *Actio pro tutela qualis ſit.*
11 *Actio oneris auerſi qualis.*
12 *Actio finium regundorum qualis.*
13 *Actio in factum.*
14 *Poſſeſſoria hereditatis petitio.*
15 *Sex actiones contrariæ, an ſint ſtricti iuris.*
16 *Quot ſint actiones bonæ fidei.*
17 *Quare hæ actiones ſint magis bonæ fidei, quam ſtricti iuris.*
18 *An valeat argumentum, dando inſtantiam ad conſequentiam tollendam.*
19 *Differentia inter actionē bonæ fidei, & ſtricti iuris, 20. & 21.*
22 *Dolus tripliciter conſideratur.*
23 *Si vnus ex contrahentibus re ipſa nullo dolo alterius interueniente infra dimidiam iuſti precij fuerit laſus, an ei ſuccurratur.*
24 *Differentia inter actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris quod ad dolum.*
25 *Lex vtens verbo. Nullum, in contractibus, quid importet.*
26 *Si quis dolo inducitur ad contrahendū, contractus eſt nullus.*
27 *Innocentius pater veritatis*
28 *Deceptus, ſi velit ſtare contractus an contractus annulletur.*
29 *Dolus in contractibus ſtricti iuris.*
30 *Quando dolus incidat in contractum.*
31 *Dolus purgatur.*
32 *Dolus dans cauſam matrimonio, an vitiet illud.*
33 *Si mulier perſuaſit iuueni ſe eſſe diuitem, & iuuenis duxit illam non ſuccurritur iuueni, ſi res aliter ſe habet.*
34 *Quarta differentia.*
35 *Fructus in contractibus bonæ fidei debentur a die moræ.*
36 *Secus in contractibus ſtricti iuris.*
37 *An in actionibus tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris, fructus veniant officio iudicis.*
38 *Mercenarium iudicis officium inhæret actioni principali, tanquam acceſſorium.*
39 *Expenſæ quæ officio iudicis debeantur.*
40 *In contractibus ſtricti iuris debitor præſtando intereſſe non liberatur.*
41 *Quinta differentia.*
42 *Res deterior reddita an videatur reddita.*
43 *An quis cogatur recipere rem deterioratam, abſque precio deteriorationis.*
44 *Diſtinctio inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris hoc caſu.*
45 *An recipiendo rem deterioratam quis ſibi præiudicet.*
46 *Cautelæ in recipiendo rem deterioratam.*
47 *Septima differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
48 *Scutifero licitum, eſt aliquid accipere pro caſtro.*
49 *Inſignis differentia inter hos contractus.*
50 *Læſa in contractibus ſtricti iuris, quod remedium competat.*

1 HIc, §. propter quam plures ſingulares, & quotidianas eius materias in toto hoc tit. facile principatum obtinet, & ampliſſimè DD. doctatus eſt. Io. iuxta conſilium Iuri. in l. legaui, 25. ff. de lib. leg. plenius attingendus, & maiori diligentia cognoſcendus atq; repetendus eſt. Negligentia enim nouerca eruditionis, dicitur, in c. nihil 6. diſ. 8. Diuiditur autem cōmuniter per DD. in tres partes. In prima ponitur diuiſio
2 Actionum. In ſecunda, ibi, bonæ fidei, in ſpem enumerantur actiones bonæ fidei. In tertia ibi, quamuis remouetur, dubitatio, quæ olim circa petitionem hereditatis, ita vt hodie ſine omni dubio inter actiones bonæ fidei enumeretur.
3 Quod ad primam eius partem attinet, ſciēdum poſt gl. primam, quintam generalem, & principalem diuiſionem actionum hic ſubijci, videlicet, quod oēs actiones ſunt aut bonę fidei, aut ſtricti iuris. Et hæc diuiſio cauſam ſubſtantialē actionum cōtinet. Hæc enim omnium actionum ac contractuum
4 ſubſtantia eſt, quod ſunt aut bonæ fidei, aut ſtricti iuris. Sed contra hanc diuiſionē opponitur per DD. hic quaſi ſit inepta. Omnis enim bona diuiſio det fieri per ſpecies directo oppoſitas, & contrarias, vt in princip. ſup. de iu. perſ. & in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui &c. Sed hæc diuiſio, qua actiones alię ſunt bonæ fidei, alię ſtricti iuris, non fit per ſpecies directo contrarias ſed penitus ſeparatas, ex quibus fit mala illatio. Papinia. 20. ff.
5 de mi. & l. fi. ff. de calum. Ergo non eſt bona. Et melius dixiſſet. Imper. quaſdam actiones eſſe largioris iuris, quaſdam vero ſtricti iuris. Vos reſpondete, hanc diuiſionem recte fieri per ſpecies oppoſitas, ſaltem tacite in effectu, & in genere, licet non expreſſe, & ſpecialiter. In effectu enim vult Imperator, quod actionum quædam ſunt bonæ fidei, id eſt quæ largius in bona fide exuberant, & ſic ſunt verioris, & largioris iuris qui aliæ, vt largius etiam accipiantur, & extendantur, quam in contractibus forte dictum eſt, & iudex pinguius quodammodo extendit ſuum officium ad ea, quæ non conuenta, ſed alias ſibi æqua videntur, vt ex ſequentib. patebit. Quædam vero, licet bona fide carere non debent, tamen non bonæ fidei ſiue largioris iuris ſed ſtricti iuris dicuntur, quia in eis omnia ſtricte accipiuntur, & regulariter non veniunt, quę non exprimuntur: ideoq; minus exuberant in bona fide, vt inf. latius declarabitur. Item aliter reſpōderi poteſt, bonam, ſ. fidem nihil aliud eſſe, quàm æquitatem iuris gentium, l. bona fides, 31. in princ. ff depoſ. & verbo ſtricti iuris, rigorem iuris importari, l. placuit, 8. C. de iud. Sed ęquitas, & rigor iuris, ſunt oppoſitæ ſpecies, d. l. placuit. Ergo, &c. de quo latius vide hic Fab. n. 1. Plat. 1. Iaſ. 3 & Zaſ. hic in prin. Ex his facile colligitur,
6 actiones hic enumeratas, non ideo dici bonæ fidei, quod aliæ ſint malæ fidei. Nam in omnibus contractibus bona fides requiritur, ſec gl. mag. hic per tex. in l. bonam fidem, 4. C. de ob. & act. l. 1. ff. de pact. & l. 2. §. hoc interdictum, ff. de præcar. vbi naturalis ſuadet æquitas, vt ex bona fide contrahatur. Hinc Bald. in c. vnico, de plus ped. dicit quo ad mentem & intentionem omnes contractus eſſe bonæ fidei omnes habere bonæ fidem, ſed non quo ad titulum actionis, id eſt quod ad ipſa ſubſtantiam conuentionis inter partes, in omni cōtractu de mundo ſeruari debet bona fides, ſed quo ad effectus intrinſecus, qui relucent in actionibus eſt differentia, quia laxiores, & efficaciores ſunt effectus in actionibus bonæ fidei quam in ſtricti iuris actionibus, vt inquit. Hic Zaſ. Et hęc quo ad primam partem huius § ſufficiant.

Sequitur nunc ſecunda pars in qua Imp. declarat primum membrum diuiſionis, dum ordine recenſet actiones bonę fidei, ſed alterū membrū omittit, quia nō declarat in ſpem quę actiones dicuntur eſſe ſtricti iuris, & hoc ſecun. gl. mag. hic in prima contrario ſenſu colligitur: quia poſito vno de contrarijs videtur etiam reliqua contraria poſita, ſicut in ſimili habetur in prin. in ver. videamus, ſup. de his qui ſūt, ſui &c. Hinc Bar. in l. inter ſtipulantem, 83. § rem ſacram in a col. ff. de verb. obl. dicit, quo ad cognitione contrariorum poſito, & declarato vno intelligi etiam alterum poſitum atque declaratū. Vnde in propoſito noſtro ſi quis intelligit quæ actiones ſint bonæ fidei facile poterit ſcire quæ ſint ſtricti iuris, videlicet quæ hic non enumerantur inter bonæ fidei actiones. Ideo ſecundum gl. & DD. hic facite hanc regulam, omnes actiones de mundo, quę non in ſpecie hic exprimuntur ſub actionibus bonæ fidei eſſe ſtricti iuris.

Hinc per DD. hic primum quæri ſolet de quibuſdā actionibus vtrum ſint bonæ fidei, vel ſtricti iuris, præſertim de a-
8 ctione ex teſtamento, quę ad legata, & fideicommiſſum cōpetit? Et prima facie videtur eam eſſe bonæ fidei, quia in actionibus bonæ fidei vſuræ currunt a tēpore moræ per debitorem commiſſæ, l. mora, 32. §. in bonæ fidei ff. de fur. Sed in actione ex teſtamento veniunt vſurę ex mora, l. Titia Seio, 87. §. vſuras, ff. de leg. 2. Ergo, &c. Item in actione ex teſtamento, ſi res debita reddatur deterior, habetur pro non reddita, ita vt primæua actione in teſtamēto tota res doti poſſit, quouſque omnia perfectæ ſoluantur l. huiuſmodi, 84. §. ædes, 4 ff. de le. 1. Sed hic eſt vnus præcipuus effectus actionum bonæ fidei, vt primæua actione agatur, ſi res deterior reddatur l. 3. §. ſi reddita, & ibi Bar ff. commod. Ergo, &c. Sed his non obſtantibus contraria opinio eſt verior, actionem ex teſtamento eſſe ſtricti iuris. I. Quia non enumeratur hic inter bonæ fidei actiones, per reg. ſup. traditam. II. Quia in actionibus bonæ fidei ex ipſarum natura iuratur in litem etiam de affectione, l. actionibus, 5. ff. de in litem iura, &c. quod non fit in actione ex teſtamento, text. eſt
9 in lege alias ff. de in lit. iur. &c. III. Probatur per text. in l. minorum, 3. C. in quibus cauſ. reſtitut. in integr. non eſt neceſſ. vt tanquam diuerſa enumerantur bonæ fidei iudicia, & legata. Vtitur enim text. copula ET, quæ de ſui natu-

natura cadit inter diuerſa gloſ.eſt, & ibi Bar.ſup.Rubr.ff.de iur.& fact Igno. Nec obſtant rationes pro contraria parte adductæ Nam quoad illos effectus, actio ex teſtamento habet ſimilitudinem cũ actionibus bonæ fidei, ſed quo ad alios effectus remanet ſtricti iuris, ſicut etiam Bart.in l.ſi heres, 5. ff.de eo quod certo locu inquit,eũ habere inſtar bonæ fidei in iſtis duobus caſibus non autem in alijs, de quo latius vide hic Fab.num.2. Plat.3.Ang.1. Iaſ.6.cum aliquot, ſeq.& Zaſ a1.

10 Secundo pro quæſtione idem dicendum eſt de actione pro tutela,tum directa,qua conuenitur, is, tanquam tutor, & in veritate non eſt tutor, qui gerit tutelam pupilli, l.1.ff.de eo qui pro tuto.&c. cum contraria, quæ competit ei,qui tanquã tutor negotia pupilli geſſit ad repetendum,id quod vtiliter, vel neceſſario impendit,l.ſi ff.de eo qui pro tut. &c. Nam,&

a hęc ſtricti a iuris eſt cum hic non enumeraretur Habet tamẽ aliquam ſimilitudinem eum actione tutelæ, quæ eſt bonæ fidei, vt eſt io vſuris à tempore moræ currentibus, l.1.§.in pro tutelæ, ff.de eo qui pro tutor. Ita poſt Dyn. tenent hic Ioan. Fab.nu.5 & Pla.3.& pulchre Bat. in d.l.1. in princ.nu.4. ff.de eo qui pro tut.&c.Licet Iaſ.hic numer.7. & Angel.38. Iaſ.10. contrarium teneant.

11 Tertio quærunt Doctor hic de actione oneris auerſi,quæ ſcilicet competit locatori, quando cõductor accepit rem ſuo periculo,& ita in ſe recepit onus auerſũ, & poſtea res perijt, an ſit bonæ fidei? Sed quia ſecundum communiter Doct.iſta actio hodie locum non habet,ſed ſemper actio locati intentari poteſt,vt not.per Bar.poſt glo.in l.in naue Sauſe, lib.3a.ſub verb.ſuperuacuum, ff locati fruſtratorium eſſet vlterius iſtare an ſit bonæ fidei, vt inquit hic Iaſ.nu.21.

12 Quarto an actio finium regundorum ſit bonæ fidei? Et videtur dicendum, quod ſic cum habent magnam ſimilitudinẽ cum actione familiæ herciſcũdæ, & cõmuni diuidundo quæ hic enumeratur, quia æquè eſt diuiſoria, & æque habet cauſam mixtam,vt in §.quædam,ſupra eodem dictum eſt,Gloſ. tamen hic ſupra verb.communi diuidundo cõtrarium determinat,videlicet,eam eſſe ſtricti iuris,cum hic non enumeretur.Sed dum conatur reddere rationẽ diuerſitatis,reprehenditur per Fab.hic,nu.5.Licet autem eius ratio diſputando defendi poſſit,communiter tamen alia aſſignatur ratio,nempe, priores duas actiones hic enumeratas, dici bonæ fidei, ratione ſimilitudinis,quam habent cum actione pro ſocio,ratione communis: quia actor, & reus habent res communes, ita vt ſit quoddam ius fraternitatis inter ipſos. Non mirum igitur, ſi actio pro ſocio eſt bonæ fidei,etiam iſta duo iudicia eſſe bonę fidei,quod non ſic eſt in actione finium regundorum,quę ſuum principium non habet ex communione, ſed ex ſeparatione,& aliquando ex delicto oritur, vt quando quis doloſe euulſit terminos, & limites poſitos, vt ſupra io d.§.quædam declaratum eſt,addite hic Plat.nu.3.Iaſ.73.& Zaſ.num.19.

13 Quinto,dubitatur de actione in factum,an ſemper ſit ſtricti iuris? Et communis eſt concl.Doct.hic eam in duobus caſib. eſſe bonę fidei,quando ſ.competit pro æſtimato,& per mutatione.Nam tũc eſt vna,& eadem actio,cum actione præſcriptis verbis bonæ fidei, vt infra latius declarabitur.

14 Sexto quęritur de poſſeſſoria hæreditatis petitione,& fidei commiſſaria hæreditatis petitione Et quanquam prima facie videbatur dicendum,eas eſſe bonę fidei cum habeãt naturam petitionis hæreditatis,l.a.ff.de poſ.hæred.per.in fideicommiſſaria hęreditatis petitionem veniant fructus à tempore, moræ vt in alijs actionibus bonæ fidei, l.in fideicommiſſaria, 18. ff.ad Senatuſc. Trebel. tamen his non obſtantibus. D.Iaſ.hic poſt Ioan. Fab.contrarium tenet propter regulam ſup. traditam,quod in hoc §.non enumerantur. Ideò de his dicendum, vt de actione perſonali ex teſtamento dictum eſt.

15 Septimo quæritur de ſex contrarijs actionibus. Mandati, Depoſiti,Commodati,Tutelæ,Negotiorum geſtorum,& Pignoratitia actione an ſint ſtricti iuris.Et glo.ſuper verbo tutelę,quam omnes Doct.ſequuntur, concludit eas eſſe bonæ fidei. Nec obſtat,quod Imper.non fecit expreſſam mentionem contrarium actionum, ſicut fecit de actione locati, & conducti empti, & venditi, quæ in effectu ſunt contrariæ, cum vna emptori,altera vẽditori competat,quia iſtæ actionis ſunt directæ,& habent nomina penitus,diuerſa & ſeparata, quod non ſic eſt in iſtis ſex in actionibus, quæ ſemper idem nomẽ habent,vt mãdati,depoſiti,&c. Vnde ſatis fuit nomen actionibus ſimpliciter exprimi,quod & directæ, & contrariæ actiones comprehenduntur,vt declarat hic Iaſ. num.69. Vnde pro cõplemento huius articuli quæritur,quot ſint actiones bonæ fidei:Et quamuis gl.ſuper verbo bonæ fidei, in princ. reſpondeat,eſſe 17.actiones bonæ fidei hic enumeratas,tamen additis ſex contrarijs actionibus,& actione in factũ in duobus caſibus erunt,25.vt voo ore per Doct.hic concluditur. Sed iam quærit Ioan.Fab.in fin.§.noſtri,& Doct.Iaſ.hic num.17. poſt gloſ.mag.hic io princ.quæ mouet quæſt.illam,ſed ad eam directè non reſpondet, dum refert potius differentias inter his actiones,videlicet,quare hæ actiones in text.enumeratæ ſint magis bonę fidei,quam cæterę omiſſæ Et Fab.reſpondet,hoc

17 fieri propter frequentiorem,& magia cõmunem,& neceſſarium vſum,ſeu indigẽtiam horum contractuum, vt in ſimili per gl.dicitur in l.2.in princ.ſup.verb.contrahitur,ff.pro emp. & facit opt.text.in l.iuſto, 44 ff.de vſuc. Sed D.Iaſ.hic impugnat hanc rõnem,quòd nihil valeat, & probat per inſtantiam

18 de contractum ſtipulationis,& mutui,ſicut eſt optimũ argumentum in legibus dare inſtantiam, ad tollendã conſequentiam,gl.eſt ſingularis in c.ſicut vrgenti,47.cauſ.1.q.1.ſubijcit hoc eſſe iuris poſitiui,in quo ſufficit pro ratione voluntas, & omnium, quæ in iure ſunt, rationem reddi poſſe, l non omnium, 20.ff.de legib. Vos tenere rationem Fab.Nec obſtat prima inſtantia de ſtipulatione, quia negandum eſt ſtipulationẽ eſſe tam frequentẽ,quam actiones hic poſitas.Imo iure gentium nullius erat vſus ſtipulationis quę poſtea à iure ciuili cũ tribus alijs contractibus introducta eſt,& eſt gloſ.in l.ex hoc iure,5.ſuper verbo,quibuſdam,ff.de iuſtitia,& iure,& in §.ius autem gentium,ſuper verbo,penè, ſupra de iure natu. gentiũ & ciuili. Et frequentium celebrantur in contractus,pręſertim inter abſentes,cum in ſtipulatione opus ſit præſentia partium l.1.in prin.ff de verb.oblig. Eodem modo reſpondetur ad cõtractum mutui,quod non ſit ita frequens,vt emptio,& locatio,&c. Frequentius enim venduntur,locantur,commodantur,& permutantur res,quam pecuniæ alicui credantur pręſenim abſque vſuris, ſicut quotidiana experientia hoc teſtatur.Poteſt & alia ratio aſſignari, quod actiones hic enumeratæ ſint maioris quaſi latitudinis, ex ſui natura, & neceſſitate rei. Nam vltro citroq; inducunt obligationem ita vt propriè contractus celebretur, qui hinc inde vltro citroque ſit obligatorius. Sed ſtipulatio mutuum,& ſimiles contractus ſunt anguſti oris naturæ,quia hinc inde non naſcitur obligatio ipſius rei in contractum deductæ,ſicut mutuans pecuniam accipienti non obligatur, ſed recipiens mutuum obligatur mutuanti, vt notatur per Doct.In § fi.ſup.de ob Reſtat nunc,vt poſt gl.mag & Doct.hic dicamus, in quibus differant actiones bonæ fidei,& ſtricti iuris.

19 Prima differentia eſt, quod in contractibus bonæ fidei, debitor ad idem,vel ſub cõditione,ſic eſt ſuſpectus compelli poteſt,ante diei,vel conditionis euentum,ad præſtãdam cautionem fideiuſſoriam,vel ſatiſdationem de ſoluendo rem adueniente die etiam ſi ſit ei laborioſum fideiuſſorem quærere,& inuenire,alias poteſt detrudi in carcerem,l.in omnibus, 41.ff. de iud. Sed in contractibus ſtricti iuris debitor in diẽ vel ſub conditione quidem cauere debet, quando ſcilicet ei hoc non eſt laborioſum,& citra magnam difficultatem poteſt præſtare fideiuſſorem,vt eſt recepta,& communis opinio, Doct.in d.l.in omnibus. Et ſic plus vrgetur debitor in contractu bonæ fidei,propter bonam fidem quam in contractu ſtricti iuris,propter ſtrictum ius facit gl.a.ſuper verbo,nec cogitur, ff. ſoluto matrimonio, & vide hic Fab.num.5. Plat.& Iaſ.64.& Zaſ.in verſic.quarta differentia.

20 Secundo differant quòd in actionibus bonæ fidei ex ipſarum natura iuratur in litem de affectione,non autem in ſtricti iuris actionibus,l.in actionibus 5.cum ibi not. ff.de in litẽ iur. & quod de actionibus bonæ fidei dictum eſt, intelligere de actionibus directis,non de contrarijs,ſecũdum gl.& Bart. in d.l.in actionibus ſuper verbo,bonæ fidei, per text.in l.ei apud,quem in princ.ff.depoſiti: vbi dicitur: Et,apud quem depoſitum eſt contrarium iudicium datur, in quo non iuratur in litem,cum non ibi de fide rupta agatur. ſed vt depoſitarius indemnis conſeruetur. Ergo a contrario ſenſu quando, in contrarijs actionibus de fide rupta agitur,etiam iuratur in litem, vt eſt gloſ.communiter approbata in l.ſi pignore, 22.§. poſt ſuper verbo tenetur,ff.de pig.act.

Tertia

ADDITIO.

a *Ego verò putauerim hanc potius eſſe bonæ fidei, quia eiuſdem naturæ eſt cum actione tutelæ, cum in vſurarum curſu de quo ipſe Ocnotomus aſſentitur, tum in alijs, puta sacta hypotheca culpa præſtanda, &c. Nec obſtat ratio, quod propterea ſit ſtricti iuris quia inter actiones bonæ fidei non connumeretur, ſi quidem illa ſub actione tutelæ ſatis comprehenſa, & propoſita eſt.*

Digitized by Google

21 Tertia differentia eſt circa dolum dantem cauſam contra-
ctui, vel indicentem in ipſo contractu, pro cuius declaratio-
ne præmittẽdum, quod dolus tripliciter conſideratur. Nam I.
22 Dicitur dolus qui dat cauſam contractui, qui ſcilicet ab ini-
tio adhibetur, quando quis dolo inducitur ad ineundum
contractum, quem alias non erat celebraturus, niſi doloſis
perſuaſionibus eſſet inducitur, ſorte ad emendum id, quod a-
lias empturus non erat. Et his dolus interuenit ab initio, ideo
dicitur dare cauſam contractui. II. Dicitur dolus, qui incidit
in contractum, ſed non dedit cauſam contractui quia per eũ
non inducitur quis ad contrahendum, ſed volentem contra-
here, obiter, & incidenter in ipſo contractu alter decipit vt
quia cupis emere meas ędes quas habeo venales, vel ſeruum,
& incidẽter te fallo: quia dico ędes eſſe liberas, quæ tamẽ de-
bent ſeruitutem: vel quia aſſero ſeruum meũ eſſe pictorem,
& calere pulchrum artificiũ, & mentitus ſum. III. Dicitur do-
lus re ipſa interueniente, quando ſcilicet nullus dolus a cõtra-
hentibus adhibentur, ſed præter voluntatem, & propoſitum
ipſorum contrahentiũ enormis læſio interuenit. De quo po-
ſteriori dolo nõ loquimur hic, ſed eſt textum, & ibi Doctor.
in l. ſi quis cum aliter 36. in 2 parte, ibi, [ſed ipſa res] ff. de ver-
borum obligat. & in l. 2. C. de reſcind. vendit. De quo notabi-
23 tia obiter illam concluſionem, ſi vnus ex contrahẽtibus re ip-
ſa nullo dolo alterius, aut intẽtione decipiendi interueniente,
fuerit infra dimidiã iuſti precij læſus, huiuſmodi læſo de iure
ciuili non competere aliquod remedium: cum contrahenti-
bus liceat ſe inuicem decipere, vt ex tex. in l in cauſæ, 16. ſ. pe-
nul. ff. de minor. Secus, ſi vltra dimidium iuſti precij leſus fue
rit. Nam tunc ſuccurritur ei per remedium, d l. 2. de reſcind.
vend. His ſic pręmiſſis, notanda eſt differentia inter actionca
24 bonæ fidei, & ſtricti iuris. Aut enim dolus dat cauſam con-
tractui bonæ fidei: aut contractui ſtricti iuris. Primo caſu, do-
lus dans cauſam contractui bonæ fidei reddit eum ipſo iure
nullum. Et quamuis ſubtiles. Vltramontani contrarium te-
neant, videlicet, nõ eſſe ipſo iure nullum, ſed venire reſcindẽ-
dum, vel ope actionis, vel exceptionis, per rationes adductas,
hic per Iaſ. & Doct. in l. & eleganter, 7. ff. de dolo, & in d. l. ſi
quia cum aliter: tamen prædicta ſententia eſt communior, &
receptior, pro qua multa fundamenta per DD in predic. locis
adducuntur. & inter cętera text in d. l. eleganter, poſt prin. ibi
nullum eſſe venditionem, ſi in hoc, vt minor venderet, circũ-
ſcriptus eſt. Sed quando lex vtitur verbo, Nullum, importat
25 contractum ipſo iure non valere, & nullos non producere
effectus, cum à iure ſit reprobatus, vt no poſt text. in l. 1. de in
iuſtit. rup. &c & in Aut. ex cauſa. C. de liber. præt. Et pro hac
parte multum ſtringit tex in l. 3 §. fi. ff. pro ſoc. Cui reſponderi
non poteſt. Dicitur. n. ibi, ſocietatem, ſi dolo malo, aut fraudã-
di cauſa coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſſe, & ſubijcitur
ibi ratio Iuriſconſ. quia contractus ſocietatis eſt bonæ fidei, &
nihil magis contrarium eſt bonæ fidei, quam dolus, & fraus.
Non mirum igitur in contractus bonæ fidei reddatur ipſo iu
re nullus, ſi quis dolo indicatur ad contrahendũ. Hanc tamen
concluſionem limitare duobus modis, 1. Procedit in dolo qui
poteſt prudentiſſimum quemq. fallere non autem in eo, quo
ſimplici alicui imponi poſſet: Nã iura vigilantibus ſubueniũt,
l. pupillus, 24. in fin. ff. de his quæ in frau. &c. Iſta eſt doctrina
Innocentij patris veritatis, in c. cum dilectus, extra quod me-
27 tus cauſa. Sicut in ſimili dicimus, de metu, qui debet eſſe ta-
lis, vt tradat in conſtantem virum, ad hoc, vt contractus me-
tus initus reſcindatur, l. interpoſitas, 13 C. de tranſact 12. Pro-
cedit, vt contractus ipſo iure ſit nullus, quando ſcilicet dece-
ptus hoc vult: alias ſi vellet ſtare contractui, non poſſet aduer
28 ſarius committens dolum, in ſui fauorem proprium dolum
allegare, vt eſt gloſ. notab. in d. l. eleganter, in princ ſuper ver-
bo, nullam, & facit ratio, quòd allegans propriam turpitudinẽ
in ſui fauorem, non ſit audiendus, l. tranſactione finita, 3 par-
te. C. de tranſact. Et dolus nemini patrocinari debet, l. 2. ff. de
except. doli, & facit, quod in ſimili dicitur de contractu inito
cum Eccleſia, non ſeruatis debitis ſolemnitatibus eum quidẽ
eſſe nullum Auth hoc ius porrectum, cum ibi not. C. de ſa-
croſan. Eccleſ. tamen ſi Eccleſia velit obſeruare iſtum contra-
ctum, & ſupplere debitas ſolemnitates in præiudicium aduer
ſarij, iſtum contractum manere firmum, vt eſt gloſ. in cap. 1.
ſuper verbo, ſede vacante, ante fin. ext. ne ſede vacante, add.
hic Iaſ. eum concordantija, num. 43. Et poteſt prædictorum
eſſe ratio, ne illud, quod eſt in fauorem alicuius introductũ,
retorqueatur in odium, & damnum ipſius, contra l. quod fa-
uore, 6. C. de legibus. Secundo caſu, quando dolus dat cau-
ſam contractui ſtricti iuris, valet quidem contractus de rigo
re iuris, & non eſt ipſo iure nullus, ſed ex eo oritur actio. Cõ-
petit tamen decepto, vel exceptio doli contra doloſum peti-
torem, vel actio contra eum ad reſcindendum contractum ſic
dolo initum. Ita loquitur tex. in l. ſi quis cum aliter, 36. in prin-
cip. ff. de verb. oblig. & l. dolo, 5. C. de inutilibus ſtipulationi-
bus, & ſic magis abundat bona fides in contractibus bonæ fi-
dei, quam ſtricti iuris. Bal. tamen in cap. 1. de plus pet. vt eum
hic refert Iaſ. num. 36. limitat prædicta, vt non procedant de
a iure Canonico, quo a dolus dans cauſam contractui ſtricti
iuris, reddit eum ipſo iure nullum. Et hæc de dolo dante cau-
ſam contractui. Sed quando dolus incidit in contractũ, tunc
iterum ſubdiſtinguitur. Aut enim doloſi incidit in cõtractum
bonæ fidei, & non annullatur contractus ipſo iure, cum liber
fuerit conſenſus cõntrahentis, qui alia contrahere volebat, ne
que ad contrahendũ dolus perſuaſionibus inductus eſt, licet
dolo deinde deceptus ſit vt maioris rem emeret. Tenet igitur
& valet iſto caſu contractus bonæ fidei, ſed propter dolũ in-
cidentẽ agitur actione ex tali contractu deſcendente ad pur-
gandum dolum, & ſupplendum illud in quo eſt damnificatus
atq; ita illud, in quo fuit dolus adhibitus, per ipſum contractũ
ſarcitur, veluti vendidi tibi mancipiũ, & per dolum commen-
daui de artificio, ita vt pluris emeris poteris iam agere ex cõ-
tractu empti contra me venditorẽ, vt tanto plus in pręcio re-
ſtituam, quãtum erat defectus artificij in ſeruo tex. eſt d. l. ele-
ganter, § non ſolum, in fi. & l. Iulianus, 13. §. fi. venditor, ff. de
actio empt. Aut dolus incidit, in contractũ ſtricti iuris, & tũc
idem quod ſupra dictum eſt. Siue enim dolus det cauſam cõ-
tractui ſtricti iuris, ſiue incidat, ſemper contractus firmus ma
net, & non annulatur, nec vitium purgatur per contractũ, ne
que agitur actione ex iſto contractu, ſed competit actio doli,
vel exceptio doli contra parte doloſam d. l. eleganter §. non
ſolum in fi. Et de his latius vide hic Fab. num. 3. Ang. 3. 4 & 5.
Plat. 4. Iaſ. Zaſ hic verſic. prima differentia. Et circa prædicta
D. Iaſ. hic num. 37. mouet illam quæſtionem. An dolus dans
cauſam matrimonio, vitiet, & reddat illud nullum? Exem-
pli gratia, ſecundum Bald. in leg. cum Archimedoram. 4.
Codic. vt in poſſeſ. legato. Titius induxit quendam iuue-
nem dolo malo, vt duceret eius filiam in vxorem, promit-
tens cum intentione non ſeruandi pacti ſe velle eum æquali
portione inſtituere hæredem cum fratribus, vel ei in teſta-
mento pręlegare 1000. aureos quod tandem in ſuo teſtamẽ-
to non fecit. Quæritur, vtrum valeat matrimonium ſic dolo
initum, vel ſit ipſo iure nullum? Et communi eſt concluſio
Doct. quod dolus dãs cauſam matrimonio non annulat illud
quia huiuſmodi dolus, non reſpicit eſſent aliter matrimo-
nium, vt inquit Bald. in dict. leg. cum Archimedoram, ſubij-
ciens, nec decepto competere actionem ad intereſſe, ceſ-
ſante ſtatuto, & ſibi debere hoc importare. Et de hoc eſt gl.
ord. in leg à D. Pio, 58. ff. de ritu nupr. & in cap. cum dilectus
6. ſuper verbo ad ſaturitatem, ex de his quæ vi met. cauſ. & in
cap. fin. cauſ. 20. qu. 3. Et hoc comprobatur ex eo quod decidit
Ioann. de Imol. in ca. cum dilectus vbi dicit, ſi mulier perſua-
deat Iuueni, ſe eſſe diuitem, & ita inducat illum ad promittẽ-
dum matrimonium, non ſubueniri ei licet contrariũ compertum ſit eam non eſſe diuitem. Sicut nec error fortunæ facit,
vt matrimonium dirimatur, vt eſt tex. in cap. 1. cau. 26. qu. 1.
add. Iaſ. in l. pacta nouiſſima, 12. C. de pact. & Abb. in ca. cum
dilecti, 3. ext de empt. & in d. c. cum dilectus, vbi poſt Inn. prę-
dicta limitat. Niſi eſſet tãtus, & in ſignis dolus qui remoueret
conſenſum, & prudentiſſimum quemque falleret. Iſto caſu
ſubueniretur, decepto, niſi poſtea per voluntariam ratihabi-
tionem iſte dolus eſſet purgatus argumẽto, c. de illis, 9. ext. de
deſponſ. impub. Nec obſtat prædicta vbi non eſt tantus dolus
quia loquuntur de pecunia, qui dolus nõ curatur apud hone-
ſtos, cum honeſtus amor non lucro, & ſpe pecuniæ ſed ſolis
animia contrahatur, vt inquit iuriſconſultus in l. 3. in prin. ff.
de donat. inter virum & vxorem.

34 Quarta differentia eſt, quam etiam ponit gl. mag. hic, quod
in actionibus bonæ fidei, quando peto id quod mihi debe-
tur licet adhuc meũ non ſit: veluti, rem venditam tradi (quia
nudis titulis, ſeu contractibus dominia rerum non transfe-
runtur, vt inquit Imperat. in l. traditionibus 20. C. de pact.) fru
35 ctus veniunt à tempore moræ. Quam primum enim alter
contrahentium moratur facere id quod debet, mox tene-
bitur ad fructus, & omnes acceſſiones quæ rei debite acce-
dunt, ſiue ſint penſiones, ſiue pœnæ, in iuriſdictionibus, &
quiquid commodi accedit rei, hoc à tempore moræ præ-
ſtabitur.

ADDITIO.

a *Idem probat Bocerus ad l. contractus, cap. 5. in fi. ff. de regulis iuris.*

ſtabitur, vt not. poſt tex. in §. cum autem, 3. ſup. de empt. & d.
36 l. mora, § in bonæ fidei in contractib. vero ſtricti iuris non
debentur fructus, ac die moræ, ſed tantum à tempore litis có-
teſtatæ, text. eſt in l. videamus, 38. §. ſi actionem, 7. ff. de vſur.
& in l. cum fundus, 31. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi filiusfam. 38. §.
6. vbi pulchre Paul. de Caſtr. ff. de verb. oblig. Quod eſt verum
quando petimus per actioné ſtricti iuris id, quod nobis debe-
tur, & nunquam, fuit noſtrum. Secus, ſi petierimus, id, quod
fuit noſtrum, vobis reſtitui, de quo latius vide hic Plat. nu. 4.
Sed dum gl. noſtra mag. hic dicit, fructus in actionib. bonæ fi-
37 dei venire iure actionis, vſuras autem iudicis officio tantum
communiter à doctoribus reprehenditur hic, qui indiſtincte
tenent, in actionibus, tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris fru-
ctus, venire officio iudicis, puta mercenario, deſeruiente ipſi
actioni, vt pulchre declarat Alexandro de Imol. in leg. ſi ma-
rito, 31. ʃ. ſi poſt princ. ff. ſolut. matrimon. Et iſtius rei maxi-
ma eſt vtilitas, an iure actionis, vel officio iudicis tales ac-
ceſſiones ex tempore moræ debeantur. Si enim debentur
officio iudicis mercenario, & actor per imperitiam, vel ne-
gligentiam omiſit fructus vna cum re principali petere, tunc
lata ſententia ſuper re principali, extinguitur ius petendi ta-
lia acceſſoria: cum mercenarium iudicis officium per ſe ſo-
lum, non ſtet, ſed inhæreat tanquam acceſſorium principali
38 actione, cui ſic deſeruit, leg. quarta Codic. depoſiti, & in leg.
in bonæ fidei 13. Cod. de vſu. Secus eſt quando fructus iure a-
ctionis debentur. Nam tunc etiam ſeparatim per ſe principa-
39 liter peti poſſunt, ita vt poſt latam ſententiam ſuper re prin-
cipali, non ſit extinctum ius petendi fructus, cum & hi per
viam actionis debeantur. Sicut in ſimili de expenſis dicimus
a quę etiam *a* debentur iudicis officio mercenario. Ioan. ſi pars
neglexit petere victum condemnari in expenſis, vel iudex nó
pronunciauit ſuper expenſis, non poſſunt per ſe peti niſi ſta-
tuto etiam induceretur expenſas victoris ſoluédas eſſe. Nam
túc, vt ſtatutum aliquid operetur vltra ius commune, poſſunt
ſeparatum iure actionis, ſcilicet condictione legis ſtatutariæ,
peti. De quo latius vide hic Iaſ. nu. 52. Fab. 3. & Ang. 6. & 8. Si-
militer reprobatur gl. noſtra dum dicit in actionibus bonę fi-
dei, quando rem dari eſt in obligatione, ſuccedere obligatio-
40 né ad intereſſe, per tex. in l. 1. ff. de act. empt. In contractibus
vero ſtricti iuris ſimpliciter teneri debitorem ad dádum, nec
præſtando intereſſe liberari. Quia ſiue ſit ſtricti iuris, ſiue bo-
b næ fidei contractus, *b* obligatio dandi ſemper eſt præciſa, &
inuariabilis, & nunquam eius loco ſuccedit intereſſe, ſed per-
petuo debitor tenetur dare, l. vbi autem non apparet, 75. ʃ. fin.
ff. de verbor. oblig & notatur poſt text. in l. ſtipulationes non
diuiduntur, 72. ff. de verb obligat. Nec obſtat, leg. 1 ff. de actio-
ne empt. quia ibi dare non eſt in obligatione, ſed rem trad.
Venditor enim non tenetur ad dandum, ſed ad tradendum l.
ex empto. 11. ff. de act. empt. & obligatio rem tradi continet
factum, l. ſi rem tradi, 28. ff. de verb. oblig. Sed in obligationi-
bus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe, vt notatur poſt
tex. in d. l. ſtipulationes, & his latius vide Fab. num. 5 Plat. nu.
8. Ang. 7. Iaſ. 70.
41 Quinta differentia eſt, quod in contractibus bonæ fidei, ſi
quis reſtituit in hi rem deterioratam, non liberatur à prima
actione ſed adhuc eam intentare poſſum, ad totam rem, quaſi
non ſit tradita, vt conſequar æſtimationem deteriorationis,
quia res deterior reddita, non videtur reddita, l. 3. §. ſi reddita,
ff. commo. & l. 1. ʃ. ſi res depoſita, ff. depoſ. In contractibus ve
ro ſtricti iuris; ſi quis reddat rem etiam deterioratam libera-
tur à primæua actione. Ad intereſſe tamen deteriorationis
agi poteſt, vel actione de dolo, vel in factum, vt eſt textum in
d. l. & eleganter, ʃ. non ſolum, ff de dolo, & in l. exhibitionis,
7. Cod. ad exhib.
43 Et ex his infertur ſexta differétia circa illam quæſt. An quis
cogatur recipere rem deterioratam abſque pretio deteriora-
tionis, nam quando illud offertur, cogitur quis indiſtincte ea
recipere, ſecundum Iaſ. in l. 2. §. mutui datio, ante fi. ff. ſi cert.
petat. vbi ponit pro limitatione ad regulam, ibi quæ habet a-
liud pro alio inuito creditore ſolui non poſſe, quod licet reſti-
tuens rem commodatam deterioratam non videatur eá red-
dere, d. l. 3. §. ſi reddita, ſi tamen offeratur precium deteriora-
tionis compellitur commodans eam recipere. Et diſtinguitur
44 inter contractibus bonę fidei, & ſtricti iuris. Nam primo ca-
ſu, cum in contractibus bonæ fidei veniat deterioratio, eadé
actione, non cogitur quis rem deterioratam abſque intereſ-
ſe deteriorationis recipere, quia nó perfecte reddidit, vt vulg.
gloſ. in l. qui ſibi, 33. ff. de ſolutionibus, v. g. Commodaui tibi
meum equum, quem deteriorem reddidiſti, non cogor eum
recipere, niſi offeras precium deteriorationis. Secus eſt in
cótractibus ſtricti iuris vbi intereſſe deteriorationis debetur
alia actione. Vnde ſi ſoluitur res ex vna cauſa, cogitur quis eá
recipere ſec. gl. mag. in fi. & ibi Bart. in d. l. & eleganter, §. non
ſolum. Et quamuis Angel. in d. l. qui ſibi, aliam diſtinctionem
tradat, vt eum hic refert Plat. num. 5. tamen ſententiæ 45. gl.
videtur magis communis, & æqua. An autem recipiédo rem
deterioratam quis ſibi præiudicet? Dic ita. Aut recipit igno-
ranter, & non præiudicat, vbi aut ſcienter, & tunc ſi venit in-
tereſſe deteriorationis iure actionis, & ſibi quoque non præ-
iudicat ſecus, ſi officio iudicis vt in ſimili ſupr. in 4. differentia
46 poſt l. 4. Cod. depoſ. dictum eſt Tutius igitur eſt, vt quis reci-
piendo rem proteſtetur de ſaluo iure præcij deteriorationis
de quo vide Pau. de Caſt. in d. l. de exhibitionis, C. ad exhib.
47 Septima differentia eſt, quæ ponitur etiam in gloſ. mag. hic
quod in contractibus bonæ fidei veniant etiam ea, quæ nec
dicta, nec cogitata ſunt, & allegat ad hoc gl. in l. fundi, 17. §. ſi
ruta cęſa, 6. ff. de actio. emp. ſed male quia tex. ibi pręciſe con-
trariú ponit videlicet, ruta, cęſa, niſi nominatim dicta ſunt, in
venditione domus non intelligi vendicta in contractibus ve-
ro ſtricti iuris veniunt, eam tantum, quę inter partes expen-
ſas ſunt, & quæ veriſimiliter exprimi poterant. Vnde deben-
tur, vt eſt tex. & ibi not. in l. quidquid aſtringendæ 99. de ver-
bor. obl. Et quamuis Fab hic nu. 5. Plat. in hoc reprehendant
gloſ. noſtram, tenentes, etiam in contractibus ſtricti iuris ve-
nire non expreſſa, ita vt ſi alicui oſtendatur equus ornatus
ornamentis equeſtribus, & promiſſor per ſtipulationem di-
cat. Hunc equum tibi promitto, iam omnia ornamenta equi
debentur, ſicut in venditione vendito ad ea tradenda tenetur
licet de illis nihil dictum ſit, vt eſt tex. in l. ædiles, 38. in princ.
iuncta gl. in verbo ornata, ff. de ædil. edi. Item allegant text. ad
hoc in l. cum quid, 33. ff. ſi cert. pet. vbi in mutuo, quod, eſt ſtri
cti iuris etiam ea de quibus non fuit actum, veniunt. At vero
Doct. Iaſ. & Zaſ. hic bene defendunt gloſ. noſtram, quod prę-
dicta non obſtet, quia de his veriſimiliter partes cogitarunt
& exprimi ſolent, ac veniunt ex natura contractus, vt in d. l.
c cum quid. In *c* omnibus enim contractibus, & diſpoſitioni-
bus totius mundi quamuis aliqua non ſint ad ſpecies expreſ-
ſa tamen ſi veriſimiliter expreſſa fuiſſent, ſi de eis fuiſſet co-
gitatum, merito habentur pro expreſſis, vt in exemplis ſuper
relatis. De quibus latius vide poſt Iaſ. num. 54. Zaſ. verſ. tertia
48 differentia. Et obiter notabitis quod ſubijcit hic Iaſ. num. 62.
quando venditur, vel donatur, alicui equus à domino, licitú
eſſe ſcutifero aliquid accipere pro capiſtro equi, & allegat ad
hoc text iuncta & gl. in l. prima, C. de ſtratoribus, lib. 12.
49 Vltimo licet Doct. hic de eo non faciant mentionem, pro
inſigni differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iu-
ris, notabitis quod remedium l. 2. C. de reſc. vend. quo caue-
tur, vt ſi venditor, vltra dimidium iuſti precij, non interue-
niente dolo, ſed rei ipſa læſus, ſit reſtituendo precium quod
accepit, rem venditam recuperare poſſit, niſi emptor malit
iuſtum precium ſoluere, habet locum non ſolum in contra-
ctu venditionis, ſed etiam in omnibus alijs bonæ fidei con-
tractibus, vt per Doct. omnes concluditur in d. l. 2. & proba-
tur per tex. iuncta gl. in l. maioribus 3. ſuper verbo perperam,
50 C. communia vtriuſque iud. & gl. fi. in l. ſi olei, 12. C. de loca-
to. Non autem habet locum in contractu ſtricti iuris ſecun-
dum gloſ. magna, & communiter Doct. in d. l. 2. & in d. leg. ſi
quis cum aliter. Læſo tamen in contractu ſtricti iuris vltra
dimidiam iuſti precij competit remedium d. l. ſi quis cum al-
ter, ff. de verb. obl. videlicet exceptio doli, vel condictio inde-
biti, vt communiter notatur, & concluditur per Doct. in d. l.
2. & in d. l. ſi quis cum aliter. His ſic præmiſſis, quædam de
actionibus hic enumeratis ſubijcienda ſunt quæ ad forma-
tiones liberorum pertinent. Si quis enim ſingulas materias
harum actionum plene vellet in medium adducere certe có-
tingeret ei, vt veriſimile hic Fab. & D. Iaſ. debent vt nec cala-
mi, nec papyrus, imo nec tempus ſufficerent. Obſeruabimus
igitur præceptum Iuriſc. quod in alio propoſito tradidit in l.
ſolent, 6. ff. de offic. pro conſ. nec vbique nec omnia accipien-
da, & attingenda eſſe. Et primo ſeruando ordinem text. no-
ſtri, de action. empt. dicemus.

De

ADDITIONES.

a *Et æſtimatur. De expenſarum æſtimatione, & taxatione, vide quædam ſupra in §. pœna autem tit. de iniur.*

b *Vide ſup. tit. de verb. oblig. §. fin nu. 4.*

c *In hoc igitur conueniunt bonæ fidei, & ſtricti iuris contractus quod tam in hos, quam in illos veniunt ea quæ dicta, vel veriſimiliter cogitata ſunt. In hoc autem differunt, quod in illos veniunt etiam ea quæ planè cogitata non ſunt in hos uero nequaquam.*

a De actione *a* exempto.

1 *Cu hac actio detur.*
2 *Mutus, & ſurdus emera, & vendere poſſunt. Ergo etiam eis hac actio competit.*
3 *Contra quem hac actio competat.*
4 *Qua requirantur, ut hac actio locum habeat, & nu. 5.*
6 *Venditor, etiam vno nummo non ſoluto, rem retinere poteſt.*
7 *Si res tradita eſt, precio non ſoluto, dominium in emptore non transfertur.*
8 *Exceptio precij non ſoluti à reo venditore in ſpecie opponi debet.*
9 *Exceptio precij non ſoluti à venditore, omiſſa an poſſit per iudicem ſuppleri.*
10 *Iudex poteſt condemnare reum in diem.*
11 *Exceptio precij non ſoluti quando opponi poſſit.*
12 *Exceptio per quam concluditur actionem non competere, impedit litis ingreſſum.*
13 *Exceptio non ſoluti precij etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt.*
14 *Etiam poſt ſententiam latam.*
15 *Commodius eſt pignori incumbere, quam perſonam obligatam proſequi.*
16 *Precio oblato emptor cum effectu agere poteſt.*
17 *An oblatio verbalis ſufficiat.*
18 *Ad quid competat hac actio*
19 *Venditor ex natura contractus emptionis ſolum tenetur ad tradendum, non ad dandum.*
20 *Obligatio qua venditor tenetur ad trahendum eſt participia.*
21 *An venditor praciſe cogatur rem tradere.*
22 *An venditor ſimpliciter rem tradendo liberetur.*
23 *Vacua poſſeſſio que.*
24 *Vocabulum liberum, plus importat, quam vacuum.*
25 *Venditor ſemel tradendo rem liberatur.*
26 *Venditor conſtituens ſe emptoris nomine poſſidere, an ſit liberus à traditione rei.*
27 *Per verba vendidit, & tradidit non probatur vera, & actualis poſſeſſio.*
28 *An emptor propria authoritate poſſit occupare rem emptam.*
29 *Non ſolum ad tradendam rem venditam, ſed etiam ad fructus pendentes hac actio competit.*
30 *Ad quem ſpectent fructus rei vendita.*
31 *Venditor celans ſeruitutem fundi tenetur ad intereſſe.*
32 *Limitatur pracedentes concluſiones.*
33 *Venditor ſciens ſeruitutem impoſitam tenetur emptori quanti minoris.*
34 *Venditor tradens fundum non ſub debita menſura, tenetur ad intereſſe.*
35 *Si in maiori quantitate reperiatur fundus ad quem id quod plus eſt ſpectet.*
36 *Actio ex empto competit ad repetendum id, quod datum eſt.*
37 *An datio arrharum ſit neceſſaria in contractibus.*
38 *Arrha quot modis dare ſoleant.*
39 *Venditor tenetur exhibere inſtrumenta rei vendita.*
40 *Vaſallus tenetur oſtendere domino res feudales.*
41 *Vxor defuncti tenetur iuramento patefacere bona defuncti heredibus.*
42 *Actio exempto competit contra venditorem pro euictione rei vendita.*
43 *Venditor re euicta, quamuis ab intereſſe liberetur, tamen ad precij reſtitutionem tenetur.*
44 *Licet in inſtrumēto emptionis poſitum ſit, neq; venditorē, neq; ipſius heredes velle emptorē de re empta moleſtare, tamen ſi ab extraneo res euincatur, nihilominus venditor tenetur.*
45 *Limitatio pracedentis deciſionis.*
46 *Qua requirantur, vt emptor contra venditorem de euictione agere poſſit.*
47 *An in citatione venditoris ſi res euincitur ab emptore, copia libelli vna ſit mittenda.*
48 *An venditori ſcienti lis ſit denuncianda.*
49 *Abſente venditore, denunciatio procuratori ſuo fieri debet.*
50 *Heredes an de euictione teneantur.*
51 *Denunciatio debito, & iuſto tempore fieri debet.*
52 *Si res plures fuerit vendita, omnibus venditoribus denunciatio fieri debet.*
53 *Venditor denunciationē emptori per pactū remittere poteſt.*
54 *Denunciatione legitime facta, quia venditor non comparet, an emptor propterea ſit exemptus a perſecutione.*
55 *Emptor quomodo in iudicio ſeſe gerere debeat.*
56 *An emptor poſſit compromittere in arbitrium.*
57 *Si in inſtrumento emptionis cautum ſit, quod venditor velit teneri de euictione, quomodo, & qualitercunq; res euincatur an teneatur, quando res per compromiſſum fuit euicta.*
58 *Quando per iudicem lata eſt ſententia contra emptorem, an poſſit appellare.*
59 *Venditor tenetur emptori ſuper intereſſe, damnis, & expenſis.*
60 *Conuento, quod venditor velit ſtare, & credere ſimplici aſſertioni emptoris, ſuper intereſſe, damnis, & expenſis, an valeat.*
61 *Emptor ſcienter emens rē alienam de euictione agere nō poteſt.*
62 *Venditor non tenetur defendere emptore de violentia.*
63 *Vt emptor agat de euictione, res debet per ſententiam euinci.*
64 *Etiamſi promiſerit ſe defenſurū emptorē de iure, & de facto.*
65 *Quando res per errorem, imprudentiam, aut corruptionem iudici, euicta eſt, venditor non tenetur.*
66 *An venditor cogatur dare fideiuſſorem de euictionis.*
67 *Libellus in hac actione, varie formandus.*
68 *Forma libelli.*

a HAec actio *a* eſt perſonalis, & bonæ fidei, quæ datur em-
1 ptori contra venditorem, l. ex empto, 11. ff. de act. empt.
Et non ſolum, ei qui de ſua pecunia, & ſuo nomine rem emit
ſed etiam domino competit vtilis ex empto actio, quādo procurator ex re, vel mandato domini rem comparauit, l. Iul. 13. §. ſi procurator, 25. ff. eod. Item datur tutori ementi à pupillo palam, & bona fide, vel cum decreto iudicis, vel alio tutore authorizante l. cum ipſe, 5. C. de contrah. emptio, & l. pupillus, 5. ff. de author. tut. Et quia talis contractus emptionis ſolo cōſenſu contrahitur, ita vt etiam inter abſentes per epiſtolam, aut nuncium celebrari poſſit, nec aliqua ſolemnitas, verborū
2 ſit dummodo per facta, & ſigna conſenſus declaretur, conſe-
b quens eſt, & mutum *b* & ſurdum emere, ac vendere poſſe, ita vt eis hæc actio competat, vt not. poſt text. ſupra de oblig. quæ ex conſenſu. Sicut, & tales perſonæ matrimonium contrahere poſſunt, c. cum apud 23. extr. de ſponſ. Similiter ſucceſſoribus ac hæredib. ipſius emptoris hæc actio datur l. fiſtulas, 78. §. qui fundum ff. de contrah. empt.

3 Competit autem hæc actio contra venditorem, eiuſq; hæredes cum regulariter omnes actiones, niſi ex delicto deſcēdentes, ſint prepetuæ, & ad hæredes trāſitoriæ, vt inf. de perp. & temp. actio. Hoc tamen ſane intelligendum eſt, de vniuerſali ſucceſſore venditoris, non autem de ſingulari ſucceſſore cum quo nihil contractum eſt. Itaque ſi emi à Titio fundum 100. aureis, quem poſtea vendidit, ac tradidit, Sempronio qui habet à Titio ſingularem, & particularem titulum ac ſingularis eius ſucceſſor dicitur, non poſſum actione exempto cōuenire ipſum. Sempronium, vt tradat mihi fundum quia cū eo nihil contraxi, neque rei vindicatio mihi contra eum cōpetit, cum per nudum titulum emptionis, abſque traditione, dominium iſtius fundi in me non ſit translatum, iuxta, l. traditionibus, 20. C. de pact. & l. quoties, 15. Cod. de rei vind. Sed hæc actio perſona ex empto, tantum contra Titium locum habet, cuius oſſibus tenaciter inhæret, & eius perſonam comittatur, ſicut lepra leproſum, vt dicunt Doctor. poſt text. in l. actionum, genera, 25 ff. de oblig & act. Idem de ius vniuerſali ſucceſſore, vt hærede, dicendum eſt quia in fictione iuris cenſetur vna, & eadem perſona eſſe cum ipſo defuncto, vt eſt tex. in Nouel. 48. de iureiur. a mo. præſt. in prin. non autem de ſingularis ſucceſſore, vt eſt tex. in l. fin. §. fin. ff. de contr. empt. Et ex his patet reſponſio ad duas illas quæſtiones principales, quibus, & contra quem hæc actio competat.

4 Tertio principaliter quæritur. Quæ requirantur ad hoc vt iſta actio locum habeat? Et breuiter dic. I. Requiritur, quod à parte actoris res empta, ſit, d. leg. ex empto, vbi dicitur: Exēplo actione, is, qui emit, vtitur, & huc referantur ſubſtantialia contractus emptionis, videlicet conſenſus item merx, & vt precium ſit conſtitutum in pecunia numerata, alias enim non eſſet emptio, ſi ſpecie pro ſpecie daretur, ſed permutatio, §. item precium, 2. ſup. de emptio, & l. 1 §. ſed an fine, ff. de contrahend. emptio. Quod ita intelligendum eſt, vt à principio contractus, in ipſa, ſ. venditione, ſit conuentum de precio in pecunia numerata ſoluendo, nam in ſolutione venditori volenti bene poteſt ſolui, & dari in ſolutum aliqua ſpecies, & nihilominus manet contractus emptionis, vt eſt caſus in l. preci, 9. C. de reſcind. vend. Quod eſt verum, venditore volente, alias non, d. l. præcij, ibi conſentienti, dū aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſit, leg. 2. §. mutui, ff. ſi certum

ADDITIONES.

a *Vide ſupra tit. de empt. & vendit. & l. ex empto, 11. ff. de actio. empt. qua emptori competit. Exceptio venditori, an proſit emptori vide Concenatum, 4. q. 16.*

b *Mutus qua poſſit facere, dixit in §. mutū ſup. de inutilib. ſtipul.*

tum petatur niſi ex neceſſitate hoc fieret vt eſt text.in Auth.
5 hoc niſi C.de ſolut. II. Requiritur ad hoc vt emptor cum effe-
ctu hanc actionem inſtituat, quod integrum pretium vendito-
ri ſoluerit vel ſaltem, quòd integrũ precium offerat, vel alias
fides fuerit habita de pretio, alias repellitur exceptione prætij
6 non ſoluti. Quod adeo verum eſt, vt ſi vnus nummus defi-
ciat, venditor rem venditam loco pignoris donec integra ſibi
de pretio ſatisfiat retinere poſſit, vt eſt textum cum ibi not.
per Bar. & Paul. de Caſt. in d. l. Iulianus, §. offerri, 8. ff. eo Ideo
actor debet eſſe cautus, vt in libello exprimat, quod integrum
pretium perſoluerit, & tamen reus vẽditor poſſeſſionem vẽ-
ditæ domus ſibi tradere indebite, & iniuſte recuſet. Quando
verò pretiũ non erit numeratum, emptor in libello ſe ad ſol-
uendum offerat & ad maiorem cautelam pecuniam in iudi-
cio apud iudicem deponat: alias repellitur per exceptionem
precij non ſoluti. Imo ſi res tradita eſt, ante pretium ſolutum,
a non transfertur dominium in emptorem, a quin adhuc vẽdi-
tor rem vendicare poſſit, niſi habuerit fidem de pretio, § ven.
7 ditæ, 41. cum ibi not. ſup. de rer. diuiſ. & l. quod vendidi, 19. ff.
8 de contrah. empt. Et circa iſtam exceptionem pretij non ſo-
luti notandum eſt reum venditorem, ſcilicet hac actione cõ-
uentum, debere eam expreſſe, & in ſpecie opponere. Nam ſi
neglexerit eam obijcere, proceſſus tenet, ita vt de rigore iuris
venditor, cum ex ſolo conſenſu obligatus ſit ad rem venditã
tradendam condemnari poſſit, de quo latius vide hic Iaſ. nu.
9 124. Sed iam quæri ſolet Vtrum talis exceptio per vendito-
rem omiſſa, poſſit per iudicem ſuppleri? & quamquam vide-
batur dicendum, quod non per text in l. 4. §. hoc autem iudi-
cium, 8. ff. de damno infecto: vbi dicitur, iudicem non poſſe
interponere ſuum officium, niſi à parte petitum, & imploratũ
tamen contrariũ communiter concluditur iudicem, ſi videat
emptorem agere ad tradendũ non ſoluto pretio, ex ſuo offi-
cio, reo non opponente, ſupplere poſſe, & mandare emptori,
vt pretium ſoluat videlicet. Condemnatnus venditorem ad
rem tradenda emptore pretium ſoluente, & non aliter nec
alio modo. Ita Bald. & Paul. de Caſtr. in l. ſi pater, 8. poſt text.
ibi C. eod. & facit quod in ſimili dicit Bart. in l. eum qui, 56. §.
qui ita, 4. nu. 5. de verbor. obligat. vbi iudex poteſt debitorem
in diem condemnare, vt ſoluat creditori, ſed non aliter, niſi
adueniente die etiamſi per reum de die non fuit oppoſitum.
Nec obſtat d. l. 4. §. hoc autem iudicium, quia ad eam pulchrè
10 reſpondet hic D. Iaſ. nu. 128. omnem exceptionem, quæ vna
cum ipſa actione naſcitur, & ſic ineſt obligationi etiamſi non
opponatur à parte poſſe tamen per iudicem ſuppleri, quia eo
ipſo quod actuor proponit actionem, videtur eam propone-
re cum omni ſua cauſa, & conſequenter cum exceptione, quę
ineſt ex ſui natura ſecus ſi ſit exceptio, quæ extrinſecus ve-
niat. Ita Bar in l. lecta, 40. nu. 11. ff. ſi cert. petat Item quęri ſo-
11 let, quando hæc exceptio opponi poſſit? Et in hac quæſt con-
cludit e, poſſe opponi primo ante litem conteſtatam, quia hæc
exceptio pretij non ſoluti, vel non adimpleti in contractus,
eſt vna de exceptionibus quæ ad impediendum litis ingreſ-
ſum, & litis conteſtationem, opponi poſſunt. Ita vt venditor,
exceptiuè prætendat, ſe non teneri, ad litem motam reſpõde-
re, ſeu iudicium ſubire, cum ſibi precium nondum ſit ſolutũ.
De iſtis exceptionibus impedimentibus litis ingreſſum habe-
tur per DD. in cap. 1. poſt tex. ibi de lit. conteſt. in 6. per Bar. &
12 alios in l. nam poſtea 9. in prin. ff. de iureiur. vbi eleganter in-
quit Bar omnem exceptionem, per quam concluditur, actio-
nem non competere ipſo iure, vt eſt exceptio ſolutionis acce-
ptilationis, &c. impedire litis ingreſſum. Cum enim lex dicat.
Sine actione nemo experitur, l. ſi pupilli, 9. § videamus, 12 ff.
de negot. geſt. apparet, iſta exceptione. Tibi non competit a-
ctio impediri, litis ingreſſum. Quod tamen non eſt perpetuã.
Nam. I. Si talis exceptio requireret altiorem indaginem, tunc
reſeruatur poſt litem conteſtatam ſicut communiter pronũ-
ciari ſolet. Quod non conſideratis prætenſis remedijs, tenea-
tur reus libello per actorem oblato reſpondere Et reſeruan-
tur ſibi exceptiones ſuæ, quotquot competunt, opponendæ in
13 vim peremptoriæ. II. Poteſt etiam poſt litem conteſtatam
opponi licet, ab initio nõ fuerit obiecta, tales enim exceptio-
nes ſi à principio opponuntur, impediunt proceſſum, & litis
conteſtationem. Si vero poſt litem conteſtatam obijciuntur
non impediunt proceſſum, ſed tantum ad iuſtitiam, & merita
cauſæ, ſicut ceteræ peremptoriæ exceptiones proponuntur,
de quo vide Bart. & alios, in l. eleganter, 23. §. ſi quis, ff. de
14 cond. indeb. III. Etiam poſt ſententiam latam opponi poteſt,
ad impediendam executionem licet Bart. (vt eum hic allegat
Iaſ num. 133. contrarium teneat, quia talis exceptio non im-
pugnat ſententiam. Ideo in ipſa executione opponi poteſt ſe-
cundum Paul. de Caſtr. in l. ſi duo, 13. §. ſi quis iurauerit, ff. de
iureiur. & in d. l. Iulianus §. offerri. Et continet hæc deciſio,
quam ibi ſequuntur Alexand. & Iaſ. ipſam æquitatem, ne vẽ-
ditor re vendita dimiſſa, cogatur poſtea agere ad pretium ſibi
ſoluendum, id quod eſſet valde durum, maxime cum loco
pignoris interim, pretio non ſoluto, rem poſſit retinere, d. §.
15 offerri. Vnde commodius eſt pignori incumbere, quam per-
ſonam obligatam perſequi, §. vnde conſtat, 14. ſupr. de oblig.
16 quæ ex delicto naſcuntur, & c. 7. poſtremo circa hoc requiſi-
tum notabitis, ſufficere ad hoc, vt emptor cum effectu agere
poſſit, niſi offerat pretium, licet, illud adhuc nondum ſit ſolu-
17 tum, d. §. offerri. An autem ſufficiat verbalis oblatio, ita vt
emptor non habens pecuniam præſentem, verbo tantum of-
ferat ſe paratum ſoluere? Et dic, quod non. Pro regula enim
traditur, verbalem obligationem cæteris paribus non releua-
re, nec ſufficere, ſecundum Bar. & DD. in l. acceptam, 19. Cod.
de vſuris. Requiritur igitur realis oblatio, vt vel extra iudi-
cium præſentibus teſtibus, & Notario, vel etiam in iudi-
cio pecunia præſens offeratur, & oſtendatur, quam emptor
paratus eſt ſoluere. Talis enim oblatio, præſertim quando fit
cum conſignatione, & depoſitione operatur effectum plenæ
liberationis, leg. obſignatione, 9. Cod. de ſolut. & d. leg. acce-
ptam, Cod. de vſur. Odd. Alexand. & alios, in l. ſi mora, quæſt.
ff. ſolut. matrim.
18 Quarto principaliter quæritur. Ad quid hæc actio compe-
tat? Et dic poſt Fab. hic numer. 13. Plat. 17. & Iaſ. 145. eam ad
diuerſa competere. Primo, ad rem venditam trahendam, d. l.
19 ex empto, ff. eod. Pro cuius intellectu ſciendum. I. Ex natura
contractus emptionis, venditorem ſolum teneri ad traden-
dum, non ad dandum, id eſt, transferendum dominium rei
venditæ, quia etiam res aliena vendi poteſt, text. eſt in l. rem
alienam, 28. ff. de contrah. empt. & tunc vẽditor de euictione
obligatus eſt, dominium tamen venit tacite, & in conſequen-
tiam, ſi venditor eſt dominus, ſicut diſtinguitur per Iuriſcon-
ſultum in d. leg. ex empt. Aut enim venditor eſt dominus rei
venditæ, & tradendo transfert dominium eius in emptorem.
Aut non eſt dominus, & tunc quia nemo plus iuris in alium
transferre poteſt, quam ipſe habeat, vulg. l. nemo plus iuris,
24. ff. de regulis iuris transfert tantum vſucapiendi conditio-
nem, & interim de euictione obligatus eſt, ita vt ſi verus do-
minus ante vſucapiendi tempora finita, ſuperueniat, & rem
ab emptore vendicet, venditor de euictione emptori tenetur
text eſt in d. l. ex empto, & in l. cl anibus, 74. ff. de contrah. em-
20 ptio Hinc Bart. in d. l. ex empto, & in l. ſtipulationes non diui-
duntur, 72. ff. de verb. obligat. dicit, obligationem, qua vẽditor
tenetur ad tradendum eſſe participan. & tenere medium in-
ter obligatione dandi, & faciendi. Si enim venditor eſt domi-
nus, tunc tenetur dare. Idem quando vendit aliquid in gene-
re veluti equum in genere, non in indiuiduo. Nam tunc ex
qualitate obligationis, non ex natura contractus tenetur e-
quum ita tradere, vel potius dare, vt ab emptore, non auferã-
tur, ſecundum Bartol in d. l. ex empto. ad Iaſ. hic numer. 14. &
Zaſ. 55. alias venditor liberatur tradendo tantum, ita tamen,
vt de euictione teneatur, adeo vt ſi venditor, præcisè promit-
tat rem dare pro 100. non eſt contractus emptionis, ſed con-
tractus innominatus, do vt des, text. eſt in l fin. & ibi Bart. ff.
de cond. ob cauſ. add. Bart. in d. l. ex empto. Plat. hic num. 19.
21 Iaſ. 135. II. Ex prædictis oritur alia quæſtio: An venditor prę-
b ciſè teneatur tradere rem venditam, b vel an præſtando in-
tereſſe liberetur, quia fortè pęnitet eum facti, & non vult tra-
dere rem venditam, ſed offert intereſſe? Et de hoc, vt inquit
Zaſ. hic grandis fuit conflictus olim inter gloſſatores, vt eſt
gloſ. mag. in l. 1. ff. de act. empt Et omiſſu cæteris hæc eſt di-
ſtinctio, communiter approbata, videlicet, aut venditor ha-
bet facultatem rei præſtandæ, & tunc præcisè cogitur trade-
re, & in hoc obligatio tradendi ſapit naturam obligationis
dandi cum obligatus ad dandum, pręcisè teneatur dare nec
ſoluendo intereſſe liberetur text. eſt in l. vbi autem, 75. § &
ibi not. ff. de verborum obligation. Aut à venditor non habet
amplius facultatem rei tradendæ, & tunc obligatio dandi ha-
bet naturam obligationis faciendi, ita vt præſtando intereſſe
liberetur, iſta eſt gloſ. ſingularis in §. pretium, ſupra verbo tra
datur, ſupr. de empt. Bart. & Doctor poſt gloſ. in d. leg. 1. ff. eo-
dem Paul. de Caſt. & alios in l. ſi traditio 4. Cod. eod. add. hic
22 Ang. num. 23 in fi. & Iaſ numer. 137. III. Circa prædicta ad-
uertendum, quod venditor ſimpliciter, rem tractando nõ ſit
liberatus ſed tenetur emptori vacuam poſſeſſionem tradere
l. 2. §. 1.

ADDITIONES.

a *De hac quæſtione ſcripſi ſupra ad tit. de empt. & vend.*
b *De hoc etiam actum ſup. tit. de empt. & vendit.*

ſtinguitur. Aut pro quolibet iugero ſtatutum eſt certum pre-
cium,& ſuperflua iugera veniunt in venditione, ſed non pro
eodem precio,quia emptor ſupplere debet precium pro quo-
libet iugero ſuperfluo,prout precium ſtatutum eſt, niſi con-
trarium ſit actum,l. qui fundum,40.§.qui agrum, ff. de con-
tr.empt. Aut non fuit ſtatutum precium pro qualibet iugero,
ſed pro toto fundo tantum, quia dixit vendo tibi fundum
iſtum decem iugerum pro centum, & tunc nullum precium
ſupplendum eſt, ita vt ſi plura iugera reperiantur, cedant lu-
cro emptoris, ita Paul.de Caſtr. in dict.§. modus,& vide te-
miſſiue hic Iaſ. num.148.
36 Quinto competit actio ex empto, ad repetendum id quod
datum eſt, ſcilicet ad repetendas arrhas, quando emptio par-
tium conſenſu diſſoluta eſt,d.l.ex empto,§.is qui vinum, 6.ff.
eod. Et obiter notandum dationem arrharum in contractib.
37 non eſſe neceſſariam,quia tenet cótractus etiam ſine arrha,
l.quod ſæpe,35.in prin.ff.de contrah. empt. Et ſolent illæ du-
38 pliciter dari. Vno modo vt ſint argumentum, & probatio
contractus,ſicut regulariter fieri ſolet,vt d.leg.quod ſæpe. Et
hoc caſu vterque poteſt recedere à contractu, cum amiſſio-
ne arrharum, ita vt ſi emptor recedat, amittat arrhas quas
dedit ſi vero véditor recedat,arrhas duplicatas reſtituat em-
ptori,tex.eſt in fi.princ.ſup.de empt.vbi eſt quoque gl.ord. An
iſto caſu adhuc cogi poſſit,vt venditor tradat rem, vel ſoluat
intereſſe ad cuius intellectum videte Ang hic nu. 24. Altero
modio dantur arrhæ pro parte precij (auffs Kauffgelt,) & túc
non licet à contractu recedere,addite Plat.in d.princ. de em-
ptio.& Ang.hi nu.24.Iaſ.nu.149.
39 Sexto agitur actione ex empto pro exhibitione inſtrumé-
torum rei venditæ,vt ſcilicet venditor exhibeat inſtrumentú
fundi venditi,vt cognoſcantur cófinia, & iura rerum vendi-
tarum. Licet enim véditor non teneatur ad danda illa inſtru-
menta emptori,tenetur tamen copiam facere deſcribendorú
inſtrumentorum tex.eſt in l.Titius hæres,48.iuncta gl. & ibi
not.ff.de actio.empt. Per quem textum, dicunt etiam Feudi-
ſte vaſallum teneri domino oſtendere res feudales, de quo
Bald.& alijs in §.vaſallus,3.nu 9.in c.ſi de feudo defunct. có-
40 trouer.&c. Quod eſt verum, niſi habeat probabilem ignorá-
tiam,quia ſucceſſit in ius alterius, iuxta l.qui in alterius, 42.
41 ff.de regul.iur. Sic quoque vxor defuncti iuramento tenetur
patefacere hæredibus defuncti bona, ita de vtroque eſt gloſſ.
ſing.in l.2.§.in exigendis,ſuper verbo ingrata fide, C.quando,
& quibus quarta pars lib. 10.
42 Septimo datur hæc actio ex empto contra véditorem, pro
euictione rei venditæ, quia res védita per verum dominum
eſt euicta,ná tunc ex natura cótractus de euictione tenetur.
Quia ſi véditor non eſt dominus rei venditę,transfert vſuca-
piendi conditioné, & interim de euictione obligatus eſt, d.l.
a ex empto,in fin.princ.ff eod. Regulariter *a* enim quando res
habetur,ex cauſa oneroſa,& euincitur, tunc de euictione agi
poteſt,l.ſciédum,52.ff.de euict. Et hoc quidem. I. Ampliatur,
quod licet de euictione nihil inter contrahente expreſſe actú
ſit tamen adhuc venditor ex natura illius contractus tenea-
43 tur de euictione,tex.eſt in l.non dubitatur,6. C. de euict. II.
Ampliatur, quod licet expreſſe actú ſit, ne de euictione aga-
tur adeoq; per hoc venditor re euicta liberetur ob intereſſe,
nihilominus tamen tenetur ad precij reſtitutioné. Neq; enim
bonæ fidei contractus, hanc patitur conuentioné, vt emptor
rem amittat,& preciú venditor retineat, vt inquit Iuriſc. in l.
emptorem (quæ al.§.12.in l.ex empto,11.) §.fin.verb Ibidem
ait,ff.eod. niſi expreſſe conuentum eſſet etiá de precio nó re-
ſtituendo, talis enim cóuentio valet,nec iſto caſu reſultat ali
qua iniquitas,quia tunc videtur emere dubium euentum,ſpé
& fortunam, vt eſt in eo, qui iactú retis emit à piſcatore,qui
tenetur piſcatori ſoluere preciú, licet nihil ceperit, text.eſt in
44 d.l.emptorem,§.fin.& in l.ſi iactum retis.12. ff.de act.empt.
III. Ampliatur prædicta concluſio,quod licet quádo in inſtru
mento emptionis dictum eſt,neq; ipſum venditorem,neque
eius hæredes velle moleſtare emptoré in re empta, videatur
tacite actum,vt ſi alius extraneus euincat,nolit teneri de eui
ctione, tamen ſi iſto caſu ab extraneo res euincatur, adhuc
venditor tenetur non ſolum ad reſtitutioné precij,ſed etiam
totum intereſſe niſi adiecta eſſet dictio taxatiua.(Tantum,)
nam tunc ſi per extraneum euinceretur, venditor tantú ad re
ſtitutionem precij teneretur,ita Bart.& Paul. de Caſtr. intel-
ligút ibi tex.in d.l.emptorem,§.fi.in 1. reſp. Limitatur autem
45 hæc concluſio. I. Quando expreſſe conuentú eſt, quod ven-
ditor de euictione, & reſtitutione precij nó debeat teneri,per
46 teſt.in d.l.emptorem.§.fi. II. Quando per emptorem non eſt
impletum id,quod ei de iure incumbit. Ad hoc enim, vt em-
ptor de euictione contra venditorem agere poſſit, plura ab
b ipſius parte neceſſe eſt interuenire. *b* Et l.emptor debet ven-
c ditori denunciare ſibi *c* litem propter rem véditam eſſe mo-
tam, & vt veniat ad ſuſcipiendam in ſe litem, & ad defendé-
dum emptorem,quia ſi hoc non faceret,ſed iudicium ſimpli-
citer ſubiret,& res euinceretur,tunc ſibi imputaret,nec habe
ret regreſſum contra venditoré,tex.ſunt expreſſi in l.emptor
8.& in leg.ſi parentes,20.in fin.Codic.de euict.& in leg. 1. &
ibi Bart. Codic.de peric. & cum rei vend. & in leg. ſi fundo,
47 53.in fin. ff.de euict. Et emptor non ſolum debet denuncia-
re,iſto caſu litem ſibi motá eſſe,ſed debet ei quoque vna mit-
tere copiam libelli ſecund.Bart.in leg.empti,21 Codic. de
euictionib. Dicit tamen Bald.ibi num. 5. hoc de conſuetudi-
ne non obſeruari, ſed ſolum citari venditorem eiq; notifica-
ri litem eſſe motam ſuper re vendita à Titio,vt veniat, ac de-
fendat emptorem. Et ita quoque in practica ſeruatur. Quod
emptor de euictione conuentus petat a iudice, vt venditor
citetur, & lis mota ſibi denuncietur, ne venditor poſſit alle-
48 gare ignorantiam. Hinc quæritur. An venditori ſcienti ſi lis *d*
d ſit denuntianda? Et quamuis gloſ.in d.leg.emptor ſuper ver-
bo. Vel fideiuſſores, C.de euict. teneat quod non per regulá
c.eú qui certus,31.de reg.iuris, in ſexto, tamen cóiter contra
glo.ibi per Bart.& alios concluditur,quod ſic: quia illa regula
procedit in denunciatione, quæ continet nudá notificationé,
vt quis tantú certior reddatur, vt eſt in caſu l.1.in fi ff.de eui-
ctionibus empti. Sed hęc denunciatio non fit ſolum ad finem
notitiæ, ſed & incitationem continet ad aliquid faciendum,
ſcilicet,vt veniat venditor,ac defendat emptorem,& liti aſſi-
ſtat,ita Bart.& Bald.in d.l.emptor,& Bart.in d.l.1.Cod.de pe-
ric.& com.rei vend.& in l.qui abſentem, 75. in princip. ff.de
procurat.& Angel.hic num.27.ante finem. Et pro ampliatio-
49 ne prædictorum ſciendum eſt, ſi venditor eſt abſens, adhuc
debere denunciationem fieri ſuo procuratori,quem domi re
liquit,vel eius amicis,& cóſanguineis, vel vicinis, l.aut qui ali
50 ter 5.§.& ſi forte,ff.quod vi aut clam. Et ſi venditor, eſt mor-
tuus,hæredibus lis denúciari debet,quia hi de euictione obli-
gati ſunt,& quilibet tenetur in ſolidum defendere: vnicuique
tamen pro parte hæreditaria præſtatio incumbit,text. ſunt in
l in executione,85.§.in ſolidum, & in l.cum ex cauſa, 139.ff.
51 de verb obl. II. Requiritur,quod talis denúciatio fiat debito
& iuſto tépore,quo ius véditoris adhuc ſaluú, & integrú eſt,
ita vt poſſit facere ſuas defenſiones,& probationes. Vnde an-
te ſententiam,& publicationem teſtium fieri debet. Nam po-
e ſtea *e* non eſſent ſaluæ probationes,præſertim pre teſtes, pro-
pter timorem ſubornationis,per Auth.at qui ſemel, Cod. de
probationibus, & Clement.2. de teſtibus, & de his eſt textus
52 iuncta gloſ.fin,in leg.ſi rem quam,29. de euict. Et circa præ-
dicta, pro ampliatione notabitis ſi res vendita tranſiuit per
plures manus ex venditione, & lis moueatur vltimo empto-
ri, ad hoc,vt primus venditor teneatur de euictione,non tan-
tum vltimum emptorem ſuo authori, ſed quemlibet ſuo vé-
ditori denunciare debere,donec ad primum venditorem per-
ueniatur,alias ille, vel venditor, cui non eſt denunciatum, nó
tenebitur,licet alijs facta ſit denunciatio,ita dicit Ang.hic nu.
27.in fi.qui allegat ad hoc gl.in l.ſi pro re pupilli,22.ſuper ver
53 bo,Agere, ff.de euict. Pro limitatione notabitis, à venditore
talem denunciationé poſſe emptori,per pactum remitti,tex.
eſt in l.Herennius,63.in prin.ff.de euict. Nec mirum quilibet
n fauori pro ſe introducto renunciare pót, l.pen. C. de pact.
Dicit:

ADDITIONES.

a *Vide ſex exceptiones apud Socinum,regula, Emptor euictionis 117.*
b *Venditor an,& quibus caſibus de euictione non teneatur, vide Socin.reg.438. Venditor nolens de euictione teneri, ad precij reſtitutionem tenetur ibid.reg.437. Precium rei euicta, cuius periculo cedat vide Concenat.4.q.15.*
c *Denunciare euictionis cauſam venditori emptor tenetur ante litem motam,vt hic Bart in l.renunciatio,ff.de adult.l.non ſolum,ff.ſol.matr.l.empt. C.de euictionibus l. non eſt. C. quę res pignori,l.non ſolum,§.morte,ff.de operis noui nunciat.*
d *L.ſeruum quem,30.§ ſciens ff.de act. empt.*
e *Poſt dedicita,id eſt cognita,& perſpecta teſtificata,deinceps regulariter non licet: alios teſtes producere, ob timorem subornationis. Si enim cognouiſſem Titium, & Sempronium contra me eſſe teſtificatos, vel certe perſpexiſſem eos quidem pro me ſed non ſatis clare eſſe teſtificatos, poſſem alios ſubornare, qui forte clarius teſtificarentur, & ita materia fabricandi falſum & corrumpendi teſtes inde oriretur. Vide Sichard. ad Auth. At qui ſemel.C.de probat.*

Dicit tamen Bal. in l. 2. ante fin, C. de pericul. & commod. rei
vendit. ſi venditor ſponte venit ad cauſam defendendam, eũ
admitti debere, facit text in d. l. ſi parentis, in princ. C. de eui.
54 Facta ſic denunciatione legitime, ſi venditor non compareat
in iudicio, ſed ſit contumax, emptor non propterea exemptus
eſt à perſecutione litis, ſed litem nihilominus proſequi tene-
55 tur. Et ita III. Requiritur, vt emptor ſic in iudicio ſe gerat,
ne quid nomine negligentiæ, aut culpæ ei imputari poſſit à
venditore. Itaque. I. Debet conducere aduocatum peritum
ad defendendam cauſam, vt eſt gloſ. ſingularis in l. quod ſi no
lit, 31. § ſi mãcipium 11. ſuper verb. Adhibuit, ff. de edil edict.
quam multum commendat Bald. in l. 1 Cod. de peric & com.
rei vend. & Angel. in §. ſi ſup. de empt. & gl. in l. ſi cùm quæ-
56 ſtio. 17. ſuper verb. Nec citra in fi. C. de euict. Nec enim em-
ptor debet tranſigere, aut compromittere in arbitrum, ſed
iudicialiter per legitimam ſentẽtiam iudicis condemnari. Si
enim per tranſactionem, aut compromiſſum res fuerit eui-
cta, non habet emptor regreſſum contra venditorem de eui-
ctione, tex. eſt cum ibi not. in l. ſi dictum, 56. §. ſi compromi-
ſero, ff. de euict. & d. l. ſi cum quæſtio, C. de euict. quod per-
petuo notandum Vt emptor abſque conſenſu venditoris non
57 tranſigat. Hoc tamen limitatur per Ang hic num. 30. vt ſi in-
ſtrumento emptionis expreſſe cautum eſſet, quod venditor
velit teneri de euictione, quomodocumque & qualitercum-
que res euincatur, tunc venditor teneatur, etiamſi res per
compromiſſum eſſet euicta, ſi illa verba in inſtrumento ali-
quid operari debent, vt eſt gloſ. in l. cum pœna, 38. ſuper verb.
Neceſſe ff. de arbitr. Cum verba ita intelligi debeant, vt ali-
quid operentur, vt not. in l. ſi quando, 109 ff de leg. 1. nec mi-
nimum verbum debeat eſſe ſine virtute aliquid operandi, ſi
poteſt, ſecundum Bald ſup. Rub. Cod. de contrahenda empt.
58 2. Quando per iudicem lata eſt ſententia contra emptorem
tũc etiam appellare, & appellationem proſequi debet, vt not.
poſt text. in dict. leg. Herennius, §. Caio, ff. de euic. De hoc ta-
men communiter talis diſtinctio traditur poſt Ioan. de Imol.
in l ab executore, 4. § alio, ff de appellationibus. Aut conſtat
ſententiam eſſe iuſtam, & ſic emptorem fouere malam cau-
ſam, quia notorium eſſe rem venditam fuiſſe alienam, & tũc
nõ tenetur appellare, multo minus proſequi appellationem.
Aut conſtat ſententiam eſſe iniuſtam, & tũc tenetur, nedum
appellare, ſed etiam proſequi appellationem, niſi ratione pau-
pertatis excuſaretur. Aut eſt dubium, an ſententia ſit iuſta,
vel iniuſta, & tunc quia in dubio præſumitur pro ſententia,
non tenebitur appellare. Si tamen appellauerit, tunc quia
per appellationem extinguitur iſta præſumptio pro ſententia
tenetur quoque appellationem proſequi. Nec obſtat capit.
non iniuſte, 14. in fin. extr. de procurat vbi licet quis teneatur
appellare, non tamen tenetur proſequi appellationem, quia
ibi loquitur textus de procuratore, qui nomine domini appel
lat in cauſa aliena: ſed hic loquimur de emptore, qui prin-
cipaliter ſua cauſa appellat, licet in conſequentiam commo-
dum, & incommodum ſpectet ad venditorem. Non mirum
igitur, quod tunc magis arctetur emptor ad perſecutionem
appellationis, de quo latius videte not. in dict. §. Caio, & om-
nino Angel. hic num. 28 Quod ſi emptor iſta, omnia fecerit,
iam quia venditor ei nihil imputare poteſt, procul dubio ha-
bebit regreſſum de euictione contra eum, & ſi ſimplum, vel
duplũ nomine euictionis promiſſum eſt, illud emptor actio-
ne ex ſtipulatu conſequitur, vt not. in l. 2 & leg. emptori, 27. ff.
59 de euict. ſi vero certa quantitas nomine euictionis non ſit
promiſſa, tunc ex natura contractus habet adhuc emptor a-
ctionem, nomine euictionis aduerſus vẽditorem, per quam
non ſolum recuperat precium, ſed etiam omne intereſſe,
damna & ſumptus litis. De intereſſe eſt tex. in l. venditor ho-
minis, 8 ff. de euictio. De damnis eſt tex in l. ſi cum quæſt. 17.
Cod. de euict. De ſumptibus vero litis notatur per tex. in leg.
60 venditores, 102. ff. de verbor. obligat. Et notandum hoc caſu
etiam valere talem conuentionem, & promiſſionem quod
vẽditor velit ſtare, & credere ſimplici aſſertioni emptoris ſu-
per intereſſe, damnis. & expenſis. Sicut hodie communiter
inſtrumẽta cantant, & imputet debitor ſibi cur ſic ſe arbitrio
creditoris ſubiecerit. At tamen ſi creditor expenſas immodi-
cas, & damna incredibilia peteret, recurritur ad arbitrium bo-
ni viri, & iudex ex officio ſuo poterit ſe interponere, & mo-
derari, argument. l. ſi libert. 30 ff. de oper. libert vt traditur, &
notatur per Bartol & alios in l. fin. de prætor, ſtipulat. & pul-
chre per Iaſ in leg. iuſiurandum, quod ex conuentione, 17.
61 in princ. ff de iureiur. & Angel hic numer. 29. III. Principali-
ter limitatur prædicta concluſio, vt emptor de euictione a-
gere non poſſit, quando ſcilicet ſcienter emit rem alienam,
aut alij obligatam, & ſibi imputet, niſi expreſſe de euictione
ſtipulatus ſit, l. ſi fundum, 27. C. de euictio. vbi pulchre diſtin-
guit gloſ. poſt text. ibi: Aut quis ignorans emit rem alienam,
aut ſciens. Primo caſu habet regreſſum contra venditorem
ex natura contractus, etiamſi expreſſe non ſit conuentum
de euictione, l. non dubitatur, 6. Cod. de euict. Secundo caſu
non agit de euictione, etiamſi emptor ſolum in genere ſciat,
rem ad venditorem non pertinere, ignorans ad quem perti-
neat, niſi expreſſe ſtipulatus ſit, & proſpexerit ſibi de euictio-
ne, d. l. fundum. IV. Limitatur non procedere, quãdo per vio-
62 lentiam ab emptore auferiur res empta, quia venditor non
tenetur defendere emptorem de violentia ſicut vulgo dicitur
(Furgevvalt iſt man zu gevvehren nicht ſchuldig) l. fin. Cod.
de act. emp. Eſtque ratio, quia venditor non tenetur de caſi-
bus futuris, vt eſt tex. in l. Lucius, 11. in princ ff. de euictio. Et
iniuria quæ fit emptori, non debet contingere authorem, leg.
ſi per imprudentiam, 51. in fine princip. ff. de euictio. Et ad
63 hoc, vt emptor agat de euictione, requiritur, quod per ſentẽ-
64 tiam euincatur, vt ſupra dictum eſt. Et ampliatur hæc con-
cluſio, etiamſi venditor promiſiſſet emptorem defendere de
iure, & de facto, quia adhuc non tenetur eum à violentia de-
fendere, ſed hoc important iſta verba, quod venditor in iu-
dicio debet aſſiſtere liti, conducere aduocatos, ſolicitare pro-
curatores, facere expenſas. Quæ omnia ſunt facti, & ideo
iſta verba debent intelligi ſecundum naturam contractus, de
quo videte, Bald & alios, in d l fin. & Angel. hic, numer. 31. &
32 & Ferr in forma libelli, in cauſa venditionis, ſuper verbo,
Et legitima defenſione, & omnino Bart. in leg. ſtipulatio iſta,
habere licere 38. ante final. princip. ff de verborum obligatio.
vbi prædicta diſtinguendo limitat hoc modo. Aut emptor
expellitur a ſuo inimico, & venditor non tenetur, quia culpa
emptoris accidit. Aut per inimicum venditoris venditor te-
netur, cum ſua culpa contingat, de qua tenetur ex natu-
ra contractus. Aut neutrius culpa hoc accidit, vel ſumus
65 in caſu dubio, & adhuc non tenetur venditor, & de hac
materia vide latius Porcium, §. ſi quis alium, 2. ſupra de
inutil. ſtipul. V. Venditor non tenetur, quando per impru-
dentiam, errorem, aut corruptionem iudicis res euicta
eſt, text. eſt, & ibi not. in dict. lege ſi per imprudentiam, ff.
de euict.
66 Porro circa materiã euictionis, Ang hic multa vtilia ſubij-
cit, quæ videte per vos. Vnũ tamen adhuc principaliter nota-
bitis, quãdo emptor eſt homo timidus, metuens ne res empta
ab eo euincatur, an poſſit compellere venditorem vt præſtet
ei fideiuſſorem euictionis? Et in hac quæſtione concluden-
dum eſt quod non per textum expreſſum in dict. l. illud quæ-
ritur, 4. in princip & in leg. emptori, 67. in princ ff. de euict,
& lege qui rem 3. Codic. de euict. Hanc tamen concluſ. li-
mitate non procedere. I. Quanto inter contrahentes actum
eſt in princip. contractus de dando fideiuſſore. Nam tunc
tenebitur venditor dare dict. lege illud quæritur, & dict. leg.
emptor. II. Quando in limine contractus imminet periculum
euictionis, textus ſunt notabiles in l. ſi poſt perfecta, 14. C de
euict. & in l. pen. § fi. de peric. & com. rei vendit. vbi dicitur:
Quod ſi ante precium ſolutum moueatur emptori contro-
uerſia, non tenetur emptor ſoluere niſi fideiuſſores idonei à
venditore euictionis nomine offerantur. Et non ſolum dan-
di ſunt fideiuſſores pro illa euictione, quę imminet, ſed gene-
raliter pro omni euictione, cuiuslibet perſonæ, ſecun. Dyn. vt
eum refert Bal. in d. l. ſi poſt perfectam, & pulchræ Bart. in l. 1.
§. ſtipulationum, nu. 1. ff. de prætor ſtip. III. Quando eſt con-
ſuetudo loci, vt in venditione debentur fideiuſſores, ſec. gl. in
d. l illud quæritur ſup. ver. Debere ante fi. per tex. in l. fundus,
ff. de euict. & Bart. add. alios duos caſus in d. gl. l. 1. §. ſtip. ff. de
præt. ſtipul. Et de hac quæſtione vide latius Ang. hic nu. 25. &
Ferr. in d. forma libelli in cauſa venditionis, ſup. verb. Promit-
67 tens num. 5. Ex prædictis facile apparet, cum actio ex empto
ad diuerſa competat, etiam libellum diuerſis modis forman-
dũ eſſe ſicut etiam varias libellorum formas hic tradunt DD.
& quando agitur ad rem tradendam, ſicut cõmuniter fit, tres
formæ actionum traduntur per gl. in leg. ſub verbo, Agitur in
princ. ff. de actio. empt. Et ſunt magne diſſenſiones DD. quia
vnus hanc, alter aliam formam libelli defendit. Tertia tamen
communiter approbata videlicet, vt actor conditionaliter pe
tat, & concludat, venditorem condemnari ad rem venditam
tradendam, & ſi deſit habere facultatem tradendi, ad pręſtan-
dum intereſſe, & poteſt ita concipi libellus.

Forma libelli.

68 Coram vobis Domino iudice, &c. Comparens actor N. ha-
betur exponit quomodo proximis Francofordianis nũdinis
Autum-

Digitized by Google

Autumnalibus ſex vaſa vini. Rhenani à reo emerit, & ſtatim per ſuum procuratorem precium dicti vini integrum realiter ſoloerit, ac numerarit, bona ſpe, atq; fiducia, reum omni mora remota per aurigas peculiariter ob id Francofortum maximis cum ſumptibus ablegatos vinum venditum viciſſim tradíturum atque tranſmiſſurum eſſe, quo ex eius diſtractione rurſus rem familiarem augere, atque locupletare poſſet. Quia vero id prętermiſſum, nec actori in hunc vſque diem magno cum detrimento, & damno rerum ſuarum vini traditio facta eſt, & iura ciuilia diſponunt, vt tales contractus bonæ fidei innitentes, ſecundum eam dirigantur, ac regulentur, ideo actor à reo exegit claram, & categoricam reſponſionem, eaque facta petit decerni, ac pronunciari, reum ad petiõ vini traditionem, vel eo amplius, non extante, forte quod alijs doloſè diuenditum ſit, ad reſtitutionem precij, cum damnis intereſſe, atque expenſis teneri, atque ad ea condemnari cum humili imploratione nobilis officij veſtri, rogans ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari.

---

a DE ACTIONE EX *a* VENDITO.

1 *Cui hæc actio competat.*
2 *Ea quæ ſunt deducenda in contractibus, literis inſtrumentis, & priuilegijs non poſſunt ſatis frequenter repeti.*
3 *Contra quem competat.*
4 *An hæc actio contra tertium emptorem competat.*
5 *Ad quid competat.*
6 *Etiamſi venditor non tenetur dare tamen emptor precium dare cogitur.*
7 *Sicuti venditor cogitur ad dandum ita emptor ad ſoluẽdum.*
8 *Venditor poteſt petere vſuras precij non ſoluti.*
9 *Venditor contra emptorem ad reſtituendum, id quod plus debito præſtitum eſt, hac actione agere poteſt.*
10 *Item ad quoddam factum ab emptore expediendum.*
11 *Debitor non tenetur rem debitam ſuis ſumptibus ad domum creditoris afferre.*
12 *Venditor poteſt agere ad reſcindendum contractum, qui factus eſt ſub pacto legis commiſſoriæ.*
13 *Beneficiũ legis cõmiſſoriæ in fauorẽ venditoris introductũ eſt.*
14 *Venditor poteſt agere contra emptorem ad reuendendum fundum ſi pactum eſt appoſitum.*
15 *Si venditor intra certum tempus precium non obtulerit emptor ad retrovendendum cogi non poteſt.*
26 *Conditio in forma ſpecifica adimpleri debet.*
17 *Pactum de retrouendendo tranſmittitur ex vtraque parte.*
18 *Habens facultatem reemendi, poteſt illud ius cedere alteri.*
19 *Emens fundum à duobus cum pacto de retrouendendo, an teneatur vni partem reuendere.*
20 *Si vnus ex venditoribus offerat totum precium an emptor reuendere teneatur vni partem reuendere.*
21 *Forma libelli.*
22 *Vbi hæc forma libelli ſit fundata.*
23 *Requiſita ad hoc, vt hæc actio locum habeat.*

a SIcut actio ex empto competit emptori ad diuerſa contra venditorem, ita contra hęc actio ex vendito datur ipſi vẽditori ad conſequenda ea, quæ ei ab emptore præſtari oportet, vt eſt textus in l. Iulianus, 13. §. ex vendito, 19. ff. eod.

Quod igitur ad primam quæſtionem principalem attinet cui, ſcilicet hæc actio competat, breuiter ſciendũ eſt, eam dari. I. Ipſi venditori d. §. ex vendito. II. Eius hæredibus, cum oẽs actiones ex contractibus deſcendentes regulariter tranſeam ad hæredes, actiuè, & paſſiue, vt notatur, in §. non ſolum, infr. de perpet. & tem. actio etiamſi hæredum non facta ſit mẽtio. Quilibet. n. ſibi, & ſuis proſpicere intelligitur, l. ſi pactũ, 9. ff. de probationibus. Vnde, & ſuperflua eſt illa clauſula, quæ a Notario in inſtrumentis de hæredib. apponi ſolet, l. eum qui ita 56 §. te, & Titium, ff. de verb. obl. Veruntamen quia multiplicatio verborum non neceſſaria, ſubſtantiam rei non mutat, l. pediculis, 32. §. Labeo, 6. ff. de auro & argento legato, dubitationis tollendæ cauſa non erit inutilis, l. quæ dubitationis, 81. ff. de reg. iuris. Hinc Io. And. hoſtienſ. & Archidiac. in c. Nimis
2 ioiqua, 18. de exceſ. prælatorum, dicunt pulchrũ verbum, nempe, ea, quæ ſunt deducenda in contractibus, literis, inſtrumẽtis, & priuilegijs non poſſe ſatis frequenter repeti, propter ſophiſticam, & calumnioſam quorũdam interpretationem tollendam, ne nobis eueniat id quod dicitur, in l. veteribus, 39. ff. de pactis. III. Datur ipſi domino ex contractu vẽditionis per procuratorem celebrato, vt notatur poſt tex. & Gloſ. in d. l. Iulianus, §. ſi pronunciator IV. Ipſi pupillo vendenti ſine tutore. Licet enim tunc contractus à parte pupilli claudicet, ita vt emptori efficaciter non obligetur, tamen emptorem ſibi obligat, vt eſt text. in d. l. Iulianus, & ſi quis à pupillo, 29.

Contra quem competat hæc actio.

3 Ad ſecundam quæſtionem: Contra quem competat? reſpõdetur eam dari contra ipſum emptorem, d. §. ex vendito, eiuſque hæredes, & ſucceſſores vniuerſales, non ſingulares, vt ſupra de actione ex empto, quoque dictum eſt, quia eſt actio
4 perſonalis, quæ perſonam obligati non egreditur, & ſequitur perſonam obligatam, vt eſt text. in l. actionum genera, 25. ff. de obl. & act. Pro cuius declaratione notabitis quæſtionem, quam mouet Bald. in l. eum cui mutuam, 13. C. de obl. & act. Pone, vendo, & trado tibi quaſdam merces, nondum ſoluto precio, quas tu alijs reuendis, quia es mercator. Verũ quia tu incipis fieri obæratus, quæritur vtrum ego primus venditor poſſim tales merces vindicare à tertijs poſſeſſoribus, qui a te emerunt. Et determinatur, quod non vindicatio enim pręſupponit dominium a parte agentis l. in rem, 23. ff. de rei vind. At ego per traditionem mercium tranſtuli in te dominiũ mercium, ſi illud habui d. l. ex empto. Vnde mihi non datur vindicatio, cũ amplius, nõ ſim dominus, l. in ciuile, 12. C. de rei vind. Nec item datur mihi actio perſonalis contra ſecũdos emptores, quia ego nihil cũ eis contraxi, & actio perſonalis pręſupponit obligationem. quæ oritur ex contractu, vel quaſi, licet, 42. §. ea obligatio, ff. de procurat. ſed tantum perſonalis hæc actio mihi datur contra te primum emptorem ad precium numerandum, vt probatur per text. in d. l. eum cui mutuam.

Ad quid competat hæc actio.

5 Tertio principaliter quæritur. Ad quid hæc actio cõpetat? Et I. Datur contra emptorem ad precium rei emptæ numerandum, d. §. ex vendito. Sicut enim principaliter vẽditor tenetur ad tradendam rem venditam, ita emptor ad dandum precium d. l. ex empt. Circa quod duo notabitis. 1. Quod licet venditor non teneatur dare, i. transferre dominium in ipſum emptorem quia ſi non eſt dominus, transfert tantum vſucapiendi conditionem, & interim de euictione obligatus eſt, vt ſupra dictum eſt, tamẽ emptor cogitur dare preciũ, & ſic omnino nummos venditoris facere, tex. eſt in d. l. ex empt. Et ratio diuerſitatis aſſignatur per Bart. & D. poſt Gl. ibi quia venditor tenetur ad ſpeciem, & ſic ſtricte ad ipſam rem vẽditam emptor vero tenetur ad precium in pecunia numerata, & ſic in genere. Vnde ſicut in mutuo transfertur pecuniæ mutuatę dominium in mutuatarium, l. a. §. appellata ff. ſi cer. pet. ita quoque in hoc contractu, cum genus perire non poſſit l. incẽdium 11. C. ſi cert. pet. Et facile poſt dominium pecuniæ in venditorem transferri licet emptor non ſit dominus, per immixtionem ſcilicet, vel conſumptionem pecuniæ, ſecundum Angel. hic numer. 11. Quemadmodum fit in mutuo, de cuius ſubſtantia requiritur, vt dominium rei mutuatæ transferatur in mutuatarium, & quando mutuans non eſt dominus pecuniæ ab initio, non contrahitur mutuum propter defectum dominij, ex poſt facto tamen incipit confirmari, & valere. Et hoc eſt quod dici ſolet, mutuum in certis caſibus reconciliari, veluti, quando pecunia aliena mutuo data conſumpta eſt, leg. nam, & ſi fur, 13. in princip. cum ſimil. ff. ſi certum pet. Sicut per ſuperuenientiam dominij in mutuantem reconciliatur mutuum, l. proinde, 8. verſic. Item ſi, ff. ſi cert. petat. & notatur per Bart. & alios poſt gloſ. in §. appellata. Et de hoc latius vide Iaſ. num. 122. & 134. 2. Notabitis cum emptor teneatur ad dandum, & obligatio dandi ſit preciſa, & inuariabilis, ita vt obligatus pręciſæ teneatur dare, nec liberetur præſtando intereſſe, leg. vbi autem, 75. §. fin. cum ibi notatis, ff. de verbor. obligat. conſequens eſſe emptorem præciſè cogi poſſe ad ſoluendum integrum precium, & non liberari ſi diceret: Nolo rẽ emptam, nec volo ſoluere precium, ſed volo tibi venditori præſtare intereſſe ſec. Bar. in l. 1. circa ſi. princ. nu. 11. contra Gl. ibi ff. de act. empt. quam ſequuntur hic Ang. nu. 11. Iaſ. 112. ante ſi. & Zaſ. hic nu 55. II. Datur venditori hæc actio ad petendas vſuras pręcij nõ ſolu i. Sicut enim emptor rem emptam cum fructibus petere poteſt: ita e contrario venditor poteſt conuenire emptorem, qui percipit interim fructus rei em-

---

ADDITIO.

a *Huius actionis ſedem propriam, vide in leg. Iulianus, 13. §. ex vendito actio, ff. de actio empt. Adde ſupr. titul. de empt. & vendit.*

emptæ, vt ſoluat precium cum vſuris poſt diem traditionis,
textus ſunt expreſsi in d.l. Iulianus, §. ex vendito, & l. curabit,
5. & l. fructus, 13. Cod. de act. empt. & in l. fi. ff. de pet. & com.
rei vendit. Et dicuntur eiuſmodi vſuræ recompenſationes, &
petuntur tanquam intereſse, propter tardatam ſolutionem.
Aequiſsimum enim eſt cum emptor re, & precio fruatur, cũ
vſuras præcij ſoluere, vt inquit Iuriſconſultus, d. §. ex vendi-
to. Non tamen petuntur hæ vſuræ iure actionis, ſed officio iu
dicis, ſecund. Caſt in d. §. ex vendito, & ſup. in quinta differen-
tia inter actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris declarata eſt. III.
Datur actio ex vendito contra emptorem ad reſtituendum
9 id quod plus debito præſtitum eſt per venditorem, text. eſt
in leg fundi, 17. §. rutar. & in l. ſi tibi liberum, 8. ff. de actione.
10 empt. & in l. ſibi metum, 35. ff. de ſeru. vrb. præd. IV. datur in-
terdum ad quoddam factum per emptorem expediendum,
vt eſt in caſu, l. ſi is qui lapides, 9. ff. de actio. empt. vbi emptor
vt tollat rem vendictam, actione ex vendito cõuenitur. Hinc
no. Paul. de Caſtr. ibi, quod quando res debita eſt talis, quæ
non poteſt portari ad domum creditoris ſine ſumptu, labo-
11 re & periculo, non tenetur debitor eam portare, & afferre
ad domum creditoris, ſeu creditor ſuis ſumptibus, periculo,
& labore cogitur tollere. Quod eſt verum niſi contrarium
inter partes actum ſit, cum ex conuentione partium contra-
ctus legem accipiant, vulg. l. 1 §. ſi cõuenit, ff. depoſiti. Hinc in-
ſtrumentis obligationum non ſuperflue hæc clauſula apponi
ſolet. Et promiſit quoque venditor vltra, ſe quolibet anno in
die Michaelis, dictos vẽditos reditus Vvitebergam ad domũ
emptoris portaturum, & ibi abſque omni ipſius ſumptu, peri-
12 culo, ſeu diſpenſio per ſoluturum eſse. V. datur ad reſcinden-
dum contractum, quando fundus venditus eſt ſub pacto l. cõ-
miſsoriæ, hoc eſt, vt niſi intra certum diem preciũ ſoluatur,
res ſit inempta. Vnde ſi non fuerit precium ſolutum ſtatuto
tempore competit venditori actio ex venditot, vt emptor re
ſtituat rem emptam, text. eſt in l. ſi fundus, 4 in prin. ff. de leg.
commiſs. alias ſi fundus fuerit venditus, & traditus, ac fides
habita de precio, licet poſtea emptor ſit in mora ſoluendi pre-
cium, vel incipiat fieri operatus, ſed non ſoluendo, non tamẽ
agi poteſt hac actione ad reſcindendum contractum, & ſic ad
reſtitutionem fundi venditi, nec item reali actione fundus
vendicari poteſt cum dominium per venditorem ſit transla-
tum, ſed competit hæc actio tantum ad ſolutionẽ precij, tex-
tus eſt ſingularis in l. in ciuile 12. C. de rei vendit. & in l. ven-
diti. 6. C. de act. empt. quia in contractibus nominatis nõ licet
13 pœnitere, l. ſicut 5. C. de oblig. & act. Et obiter notandum be-
neficium legis commiſsoriæ in fauorem venditoris introdu-
ctum eſse ideo emptor eo vti non poteſt, ſed ipſe venditor
volens, vti poterit, non tamen inuitus ad hoc cogi, l. 2. & 3. ff.
14 de l. comiſs VI. competit hæc actio contra emptorem, ad re-
a uendendum *a* fundum ex pacto de retrouendendo, in cõtra-
ctu venditionis appoſito, l. 2. C. de pactis inter emptorem, &
venditorem. Ad cuius legis intellectum obiter notabitis, I. Si
offeratur precium per venditorem emptori cum pacto de
retrouendendo, cogitur emptor rem tradere ſi habet eius fa-
cultatem, nec præſtando intereſse liberatur, vt probatur, per
text. in d. l. a iunctis his quæ notantur in l. 1. in priu. ff. de act.
15 emp. 2. Si venditor apponat pactum de retrouendendo in-
fra certum tempus puta decennium, & neque ipſe, neq; eius
hæredes intra illud tempus obtulerint precium, elapſo decẽ-
nio non poteſt cogere emptorem ad reuendendum, ita pro-
16 batur per d. l. 2. ibi (ſeque parato ſatisfacere conditioni.) cõ-
ditio enim in forma ſpecifica adimpleri debet, l. ſi ita quis 21,
& ibi notata, ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. & facit vulgata re-
17 gula: Quod permiſsum eſt ad certum tempus, videtur poſtea
denegatum, l. ſtatu liberum, 11. §. Stichum, ff de l. 2. 3. Pactum
b de retrouendendo *b* tranſmittitur ex *c* vtraque parte ad hæ-
c redes etiam ſi in eo hæredum non ſit facta mẽtio. Et quo ad
hæredem emptoris eſt ex. in d. l. 2. vbi concludunt. Gloſ. idem
18 eſse in hærede venditoris l ſi pactum, 9 ff. de prob. 4. Habens
facultatem reemendi de iure communi, ex pacto, l. contra-
hentium, poterit illud ius etiam ex cauſa voluntaria alteri ce
d dere quia regulare eſt omnem perſonalem *d* actionem cedi
poſse, vt notatur per tex. in l. per diuerſas, 22. Cod. mandati Et
quia hic noſter caſus non repetitur exceptus ſtari debet huic
regulæ, cum vulgata ſit theorica in iure noſtro, ſtandum eſse
regulæ donec de caſibus exceptis doceatur, ſec. Bart. in l. quo-
ties 13. ff. ſi quis cautio. & Iaſ. in l. ſi Stichum, 16. §. 1. nu. 11. ff.
de verb. obl. Si vero illud ius reemendi competeret alicui de
iure ſpeciali, contra regulas iuris communis, tunc cedi non
poſset, vt in agnato, vel vicino, cui contra ius commune, ſcili-
cet l. dudum, 14. C. de contrah. empt. virtute ſtatuti, vel cõſue-
tudinis, competit ius reemendi rem immobilem alignatã per
agnatum, vel vicinum, certe talis agnatus, vel vicinus ius ſuũ
alteri cedere non poſſet vt notatur per Doct. in l. ad officiũ,
19 3. C. commun. diuid. 5. Emens fundum à duobus cum pacto
de retrouendendo, non tenetur vni partẽ reuendere, l. qui fi-
ſtulas 78. §. qui fundum, ff. de contrah. empt. & l. qui pignori,
19. ff. de pign. Et probatur ratione, quia contrahentes præſu-
muntur veriſimiliter id egiſſe, vt aut totius fundus reemere-
tur, vel totus retineretur; Ac ratio illius præſumptionis eſt, ne
quis inuitus incidat in communionem, quæ diſcordias exci-
tare, & parare ſolet, lege cum pater, 77. §. dulciſſimis fratribus
20. ff. de l. 16. Si vnus ex venditoribus, nolit temere, alter vero
20 offerat emptori cum pacto de retrouendendo totum preciũ
& petat ſibi integrum fundum reuendi, communis eſt cõclu-
ſio æquior, & probabilior, quod talis emptor vni ex vendito-
ribus offerenti integrum pretium, & volẽti cauere de retro-
uendendo partem ſocio, quando vult eam habere, teneatur
totum fundum reuendere, ita concludit D. in d. l. a. & proba-
tur per d. l. ſiſtulas, §. qui fundum, ff. de contrah. empt. Ex præ-
miſſis conſtat varijs modis ſecundum diuerſitatem caſuum
in hac actione libellum formari poſſe. Sed quia regulariter cõ
petit abſolutionem precij, poterit ſub hac forma ita concipi.

Forma libelli.

21 Coram vobis, &c. Comparens N. breuiter exponit quod
reo ante triennium in Paſchalibus nũdinis Lipſenſibus cen-
tum centenarios ſtani pro 600. floreno, legitimo, atque firmo
contractu vendiderit, eoſque poſt venditionis cõuentionem
plene, & integre tradiderit, ea fiducia, reum vigore cõuentio-
nis, precium quoque ad ſubſequentem Pentecoſtem, plenarie
& integre ſoluturum, ac numeraturum eſſe: Quia vero id mi
nime factum eſt, ſed actori preciũ iam ad trienniũ ferre nul-
la compellationum crebarum, & bonæ fidei ratione habita
debetur, ac detinetur, iſque vtpote negociator, inde non par-
uo damno affectus eſt, reus autẽ contra venditi ſtanni, ac pre
cij eius interea commodum, atque vſum percepit, ideo actor
petit pronunciari, reum ad petitorum, 600. florenorum, cum
intereſſe damnorum, & expenſarum ſolutionem teneri ac
condemnari. Super his omnibus ius, & iuſtitiam, &c.
22 Hæc forma libelli fundata eſt in d. l. Iulianus, §. ex vendito,
& in d. l. ex empto, in prin ff. de act. empt. & in l. curabit. 5. &
in d. l. fructus, 13. C. de act. empt. & add. Spec. in tit. de empt. &
vend. § ſi prius.
23 Quod ad quartam quæſtionem principalem attinet, quæ
requirantur ad hoc, vt locum habeat hæc actio, breuiter re-
ſpondetur. I. Requiri contractum venditionis celebratum eſ-
ſe. II. Rem venditam eſſe traditam ipſi emptori. & ita, vt ven-
ditor adimpleuerit contractum a ſua parte, alias repelli poſſet
per exceptionem rei non traditæ, ſicut ſupr. de act. exempto
dictum eſt. Cum correlatiuorum ſit eadem natura, & ſtatu-
tum in vno cenſeatur quoque ſtatutum in alio, vulg. l. fi. C. de
indict. vid. tollen.

ADDITIONES.

a *Pactum retrouendendi vtrum rem afficit vide Gayl. 2. Obſer. 16. Quanto tempore ei, vt facultate redimendi preſcribi poſsit, vide Bald. tract. de praſcr. part. 5. princ. par. 4. q. 3.*
b *Retrouendendi pactum tranſmittitur ex vtraque parte ad heredes, vt hic. Adde quæ notata ſunt ſuperius §. item ſi quis in fraudem nu. 24. Adde Gayl. 2. obſer. 16.*
c *Poteſt ne praeſcribi 30. annis pacto retrouendendo, vel iuris offerendi: Vide Mynſing. 1. Obſer. 16.*
d *Cedi poteſt actio realis l. vlt. Cod. de hered. vel act. vend. & ve pars debiti, l. quæſitum, §. ſed cum ex parte, ff. de pecul.*

a DE ACTIONE *a* LOCATI.

1 *Actio ex locato eſt perſonalis, & bonæ fidei.*
2 *Cui hæc actio detur.*
3 *Locare operas quis dicatur.*
4 *Illi qui exhibent operas ſuas, quæ conſiſtunt in arte, & ſcientia liberali non dicuntur operas ſuas locare.*
5 *Differentia inter locatorem operarum, & operis.*
6 *Faber, qui conduxit opus faciendum, ſi frangat aliquot inſtrumentum, non habet hanc actionem contra locatorem.*

7 *Vſu-*

ADDITIO.

a *Vide ſupra titulum, de locatione, & conductione.*

7 *Vſufructuario, qui locauit alteri vſumfructum hac actio competit.*
8 *Contra quem hac actio competat.*
9 *Requiſita ad hoc, vt hæc actio locum habeat.*
10 *Quando de certa penſione non eſt conuentum ad quod precium ſoluendum inhabitans compelli poſsit.*
11 *Secundum requiſitum in hac actione eſt, vt locatio conſtituatur in pecunia numerata.*
12 *Magnus eſt fauor libellorum.*
13 *Locator conductori patientiam præſtare debet.*
14 *Ad quid competat hæc actio.*
15 *An penſio in initio contractus exigi poſsit.*
16 *Quando penſio ſoluenda ſit notanda. Gloſſa ordinaria, in leg. æde. C. locati.*
17 *Promittens ſoluere in nundinis quomodo intelligatur.*
18 *An conductor propter non ſolutam penſionem expelli poſsit.*
19 *Colonus, vel inquilinus quamdiu ceſſare debeant in ſolutione penſionis, antequam expellantur.*
20 *An is qui conduxit ad certum tempus, & ante tempus finitum recedit teneatur ad integram penſionem.*
21 *An ſcholaris, ſi habitatio reddita eſt incommoda, & non receſsit teneatur de integra penſione.*
22 *Quare licitum ſit ſumere penſiones, & non vſuras.*
23 *Hac actio pro deterioratione rei, qua culpa conductoris proceſsit competit.*
24 *An conductor teneatur de incendio.*
25 *Qualis culpa præſumatur in incendijs.*
26 *Conductor tenentur ex incendio ex culpa ſeruorum ſuorum orto.*
27 *Colonus non faciens ſuo quoque tempore operas ruſticas, hac actione tenetur.*
28 *Competit hac actio contra conductorem, ſi ante tempus conductionis finitum dimittat domum conductam.*
29 *An, & quando conductor ante tempus conductionis finitum expelli poſsit.*
30 *Scholaris inducens meretrices in domum conductam expelli poteſt.*
31 *An fiat remiſsio mercedis quando conductor expellitur.*
32 *Conductor nolens rem conductam finito tempore conductionis relaxare ad quid condemnetur.*
33 *Quando conductor de leuiſsima culpa teneatur.*
34 *Libellus in hac actione.*

1 SVcceſſiue iuxta ordinem textus noſtri videndum eſt de actione ex locato, quæ etiam perſonalis, & bonæ fidei, eſt, & locatori contra conductorem ad diuerſa competit.

Cui competat hac actio.

2 Principio igitur quæritur, Cui hæc actio detur? Et I. Competit ipſi locatori, ſiue prædium vrbanum, vt domum, ſiue prædiũ ruſticum, vt fundum locauerit, l. ſi in lege 24. §. ſi domus ff. eo. II. Datur locatori operarum l. qui operas, 38 ff. eo. Circa quod obiter notandum, ſec. Zaſ. hic, 1. Quod is dicitur locare operas, qui obligauit ſe ad laborandũ, aut præſtandas operas diurnas, ſicut quotidie videmus. Alter vero qui colligit laborante, dicitur ipſius operas cõducere. Et hoc caſu datur locatori operarum hæc actio ad conſequendam merce-
3 dem, d. l. qui operas, 2. Notandum, quod hic ſubijcit. D. Iaſ. nu.
4 107. quod in iſtis, qui exhibent operas ſuas, quæ conſiſtunt in arte, & ſcientia liberali non dicitur, locatio & conductio, ſed magis dicitur præberi opera beneficij cauſa. Vnde inter aduocatum, & clientulum, medicum, & infirmum, Doctorea, & ſcholares, non datur actio ex locato, vel conducto, ſed actio in factum propter nobile exercitium artis liberalis, ſec. Bart. poſt tex. & Gl. ibi in l. 1. in princ. ſuper verb Honorarium, ff ſi
5 menſ. fal. mo. dix. III. Datur locatori operis faciendi, l. item ſi percip. 12. § 1 ff. eod. Et notandum ſec. Zaſ. hic eſſe differentiam inter locatorem operarum, & locatorem operis; Nam qui locat opus actiue intelligitur, vt quando dominus artificem deputat ad domum, nauim, vel aliud, quid faciendum. Is enim dicitur locaſſe opus, tex. eſt in l. 2. §. ſi conſeruatis verſic. Nam & ſi faber, ff. ad l. Rhod. de iactu. quem text ibi. Accurſius non intelligit, vt inquit Zaſ. hic, & text. eſt in l. ea l. 51. §.
6 fi. in princ. ff. eo. Sed conducere opus intelligitur paſſiue de eo, qui obligat ſe ad opus faciendum, vt declarat hic Zaſ. &
7 eſt text. in d. l. ea lege, § fi. Et obiter notabitis deciſionem text. in d. §. ſi conſeruatis, de fabro, qui conduxit opus faciendum, ac frangit malleum, incudem, aut alia inſtrumẽta, dum facit opus eum, ſ. non habere actionem ex conducto contra locatorẽ, addite Iaſ. in l. ſi non ſortem, 26. §. libertus 12. num. 30. ff. cond. indeb. IV. Datur etiam vſufructuario, qui locauit alteri vſumfructum, l. ſi quis domum, §. 9. hic ſubiungi, 1. ff. eod. Poteſt enim vſufructuarius alteri vendere, donare, & locare vſumfructum, quem ipſe habet in rebus alienis, quo ſcilicet ad commoditatem percipiẽdi fructus, donec vſufructuarius viuit, l. arborib. 12. §. vſufructuarius, ff de vſoſr. l 3. C. de vſufruct. Sed mortuo vſufructuario extinguitur ius illud, ita vt ab emptore, & conductore vſusfructuarius non poſſit amplius vſurpari, ſed reuertatur ad proprietarium, d. §. hic ſub-
8 iungi. Reſoluto enim iure datoris, reſoluitur & ius acceptoris, l. lex vectigali, 31 ff. de princ.

Contra quem competat.

Ad ſecundam quæſtionem principalem, contra quem cõpetat hæc actio? Breuiter reſpondere eam, I. Dari contra in-
9 quilinum, qui prædium vrbanum, habitationi hominum ſcilicet deſtinatum, conduxit. II Contra colonum, qui fundum, & prædium ruſticum conduxit, d. leg. ſi in lege, §. ſi domus, ff. eod. III Contra redemptorem operis qui ſcilicet opus faciendum conduxit, propter opus vitioſum factum, l. ea lege, 51. §. fi. ff. eodem. IV. Contra hæredes conductoris, vel propter non ſolutam penſionem, vel deteriorationem rei locatæ, l. cum conductorem, 29. C. de locat.

Quæ neceſſaria, vt hæc actio competat.

Tertio principaliter quæritur, quæ ſint neceſſaria ad hoc vt iſta actio locum habeat? Et requiritur I. Quod contractus locationis præceſſerit. Vnde neceſſe eſt, vt certa penſio ſit cõſtituta: nam quando res ſimpliciter locata eſt, non conſtituta certa mercede, tunc erit contractus innominatus, qui actione præſcribitis, verbis producit, ſec. Iaſ. hic nu. 68. per text. expreſſum, in l. ſi tibi polienda, 21. circa finem ff de præſcr. verb.
10 Et notandum hoc caſu, quando ab initio non eſt conuẽtum de certa penſione, ſed quis ſimpliciter, inhabitauerit domum, non ſolum poſſe concludi in libello ad id, quanti inquilinus conducturus fuiſſet, ſed etiam ad id, quanti domus conſueta eſt locari. Ita Cinus, & Doct. in l. excepto, 18 per text. ibi iun. Gl. in verb. Iuxta præteritam conſuetudinem, C. de locat. & Iaſ hic nu. 167. Quod ſec. Plat. hic num. 19. facit ad hoc, quod tota die contingit, quando quis dicit ad inquilinum, vade & habita in ædibus meis, de penſione bene concordabimus. Si poſtea conductor tergiuerſetur, & nolit ſoluere penſionem, dicens eam non eſſe expreſſam, poterit locator contra eum agere, vt ſoluat penſionem talem, qualis antea conſueuit dari
11 pro huiuſmodi domo locata, per text. in d. l. excepto. II. Quod de penſione ſoluenda pecunia numerata ſit conuentum. Nã ſi merces, vel annua penſio non conſtituatur in pecunia numerata, ſed in alia quantitate, vt quia locaui tibi fundum, vt annuatim mihi ſoluas decem ſaccos frumenti, non eſſet locatio, ſed contractus innominatus facio, vt des ideoq; actione præſcriptis verbis agendum eſſet, ita eſt text. multum ſingularis, in l. 1. §. ſi quia ſeruum, 9. iuncta Gloſ. ſupr. verb. Non datur, ff. depoſi. Si tamen in libello hunc contractum locationem nominarem, dicendo; Locaui Titio hunc fundũ pro decem modijs frumenti, libellus propterea non vitiaretur, ſed ſuſtentaretur, & verbum. Locaui intelligeretur pro vſui conceſſi, vt eſt tex. iun. gl. 3. in l. ſi olei, 21 & ibi pulchre Bart.
12 C de loc. Magnus enim eſt fauor libellorum, quo ad hoc, vt pro ipſorum ſuſtentatione verba improprientur, dum tamẽ intelligatur intentio actoris, & non ſit nimis remota impropriatio, ſecundum Iaſ. hic nu. 163. & in §. omnium, nu. 169. ſup.
13 eod. & Ang. in §. ſequens, nu. 10. ſup. fin. ſup. eod. III. Quod locator etiam præſtet patientiam conductori, re conducta vtẽdi. Si enim per locatorem ſtetit quo minus conductor potuit re vti, non dabitur ei actio ad petendam mercedem vt notatur poſt text. in l. ſi quis domum, 9 in princ. ff. eod. Nec tamen opus eſt, vt in libello hæc verba exprimantur, qualiter ſcilicet locator accommodauerit patientiam, vt eſt communis opinio Doct de qua vide hic Iaſ. nu. 164.

Ad quid competat hæc actio.

14 Quarto quæritur. Ad quid competat hæc actio. Et I. Datur regulariter contra conductorem ad penſionem rei loca-
15 tæ ſoluendum. l. 2. ff. in quibus cauſ. pign. Sed iam 1. Dubitatur. An ſtatim in initio contractus penſio exigi poſſit à conductore? Et de ſtatim quidem natam eſſe obligationem, & actionem ad integram penſionem, ſed agentem ante finem anni repelli exceptione, quia prius non dicitur adimpleuiſſe contractum pro ſua parte, ſecund. Bald & alios in l. diuortio
16 (quæ al. §. 1. in l. fructus, 7.) in princ. ff. ſol. matr. Vnde notab. Gloſ. ord. in l. æde, 3. C. de locato de hæc quæſtione, an penſio

Digitized by Google

domus, vel fundi in initio, medio, vel fine anni ſoluenda ſit.
Aut enim inter partes conuentum eſt, quo tempore penſio
ſolui debeat, & illud pactum attendi debet. Aut vero non in-
terceſſit pactum, ſed eſt in loco certa conſuetudo, quo tẽpore
penſio ſoluenda ſit, & hæc obſeruari debet. His duobus ceſ-
ſantibus conductor non tenetur ſoluere mercedem, niſi in fi-
ne anni, vel tempori ipſi conductioni præfixi; quia ſemper
in obſcuris id, quod minimum eſt, ſequimur, l. ſemper in ob-
17 ſcuris, ff. de reg. iuris. Sicut in ſimili, quãdo quis promiſit ſol-
uere in certis quibuſdam nundinis, id intelligitur de vltimo
die nundinarum, vt eſt elegans text. in l. cum, qui certarum,
18 138. ff. de verb. obligat. 2. Quæritur. An propter non ſolutum
penſionem conductor ante tempus locationis finitum poſſit
expelli? Et ſimpliciter concludendum in hac quæſtione, quod
ſic, per text. in dict. leg. æde, in princ. ſumpto argumento con-
trario ſenſu C. eod. Quam concluſionem ampliare procede-
re, etiamſi pactum pœnale de non expellendo ſit interpoſi-
19 tum, leg. quæro, 54. §. inter locatorem ff. eod. Sed iam dubi-
tatur, quamdiu colonus, vel inquilinus ceſſare debeat in ſo-
lutione penſionis, priuſquam expellatur; Et in hac quæſtio-
ne diſtinguit Bart. poſt Gloſ. in dict. §. inter locatorem. Aut
loquimur de emphyteuta, aut de ſimplici colono. Primo ca-
ſu, ſi eſt emphyteuta alicuius priuati hominis requiritur, vt
ceſſet per triennium, l. 2. C. de iur. emph. Si vero eſt emphy-
teuta Eccleſiæ, tunc ſufficit biennium, cap. Potuit, 4. extr. de
locat. Secundo caſu ſubdiſtinguitur: Aut promiſſio facta eſt
de non expellendo, & non poteſt expelli niſi ceſſauerit per
biennium. d. §. inter locatorem. Aut non eſt facta talis pro-
miſſio, & tunc ſi colonus, vel inquilinus eſt præſens, & elapſo
terminos ſolutionis ceſſat ſoluere, ſtatim poterit expelli, d. l.
ędes. Si vero eſt abſens debet expectari per biennium, l. cũ do-
mini, 56. ff. eod. quem text. ibi notab. quod dominus ingre-
a diens à æde alteri locatas abſente inquilino debet adhibere
Notarium, & teſtes qui conſcribant res ibi exiſtentes, ne ali-
qua fraus circa eas committatur. Et Bart. ibi dicit, iudicis par-
tes eſſe vt mittat. Notarium ſi petatur: De quo vide Bald. in
dict. leg. æde, nu. 4. 3. Quæritur: Quando quis concludit habi-
20 tationem ad biennium, & ante tempus finitum recedit an
teneatur ad integram penſionem? Pro cuius declaratione
plenius diſtinguire. Aut conſtat de locatione non autem de
tempore quamdiu quis conduxerit domum, & in dubio te-
netur tantum de penſione temporis, quo inhabitauit, ſecun.
Plat. hic nu. 22. argumento, l. item quæritur, 13. §. qui impleto,
11. verſ. Quo autem diximus, ff. eod. Aut conſtat de tempore,
& tunc ſubdiſtinguit Plat hic, nu. 6. Aut migrauit ex neceſſi-
tate, vel iuſta cauſa vt quia obſcurantur lumina habitationis,
vel alio modo habitatio incommodatur, & tunc debet ei fieri
remiſſio penſionis, text. eſt in l. habitatores, 27. §. fi. & in l. ſed
addes, 19. §. ſi quis cum annum, 6. & in l. merces, 15. §. ſi vici-
no, ff. eod. Quod limita duob. modis. Porro niſi ipſe fundum,
vel habitationem alteri locauerit, & penſionem integrã re-
ceperit. Nam hoc fieri poſſe conſtat per text. in l. nemo, 6. C.
21 eod. & vide Abb. in c. Inter dilectos, nu. extr. de fide inſtr. an
Scolaris recedens poſſit aliam ſubſtinere. Secundo ſi inqui-
linus non receſſit, licet habitatio ſit reddita incommoda ta-
men tenetur ad integram penſionem, l. quod ſi domus, 28. in
princ. ff. eod. Sit ergo cautus ſi non curat inter recedere, vt
faciat diminui penſionem propter incommoditatem, quia ſi
tacet, imputet ſibi, vt inquit Paul. de Caſtr. in d l. ſi inquilinũ.
Aut migrauit ex voluntate non ex iuſta cauſa, vel neceſſita-
te, & tũc tenetur ſoluere penſionem totius temporis, d. l. ha-
bitatores, §. fi. & l. dominus, 55 §. qui contra, ff. eo. Et quando
quis finito tempore conductionis manſit in habitatione, lo-
catore ſciente, & patiente, videtur tacite recõduxiſſe pro eo-
dem precio, & cum iiſdem pignorib. non autem fideiuſſorib.
niſi de nouo promittant. l. item quæritur, 13. qui impleto, 11.
ff. eo. & in l. ſi cum Hermes, 7. C. eo. & add hic Plat. nu. 27. 4.
22 Quæritur quare licitum ſit penſiones recipere pro officio lo-
cationis, non autem vſuras pro officio mutui? Ad hac quæ-
ſtionem reſpondet. Bald. in l. ſi nauis 92. ff. de rei vind. quia is,
qui percipit penſionem percipit eam de re ſua, vel à ſe poſſeſ-
ſa, vnde non eſt irrationabile quod percipiat vtilitatẽ de reb.
ſuis ſecus in vſuris, vbi quis tranſtulit dominium rei mutuaſ-
ſe in mutuario, d. l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. petat. Vnde eſt irra-
tionabile, vt quis percipiat fructum ex re aliena in compen-
ſationem temporis cum tempus ſit omnib. animantibus cõ-
23 mune. II. Datur hęc actio cõtra conductorum pro deterio-
ratione rei quæ culpa conductoris proceſſit. Vnde Scholaris
qui fregit fornacem, vel feneſtras ſuæ habitationis tenetur
reſtaurare, & reſarcire damnum, quod dedit tex. eſt in d. l. 2.
ff. in quib. cauſ. pig. vel hyp. & in l. ſi vulnerauerit, 43. ff. eo. vbi
b pulchre Bal. declarat. An conductor teneatur de incendio, b
24 quo domus conducta periit. Ad cuius intellectum præmit-
tẽdum, eũ quoque, & cuius culpa, incendium ortum eſt, te-
neri actione, leg. Aquil. ad reſarciendum damnum ipſius cul-
pa, ſic datum, text. eſt in §. c. 3. 13. verſic. Si quid vſtum, ſupr. d.
leg. Aquil & in l. ſi ſeruus ſeruum, 27. ff. ad l. Aquil. & in l. ca-
pitalium, 28. §. incendiarii 12. ff. de pen. Idem cauetur de iure
Sax. art. 38. l. 2. de iure Diuino, Exod. c. 22 & ita pronuncia-
tur vt eſt ſententia Scabinorum Lipſ. poſt (Vveichbild,) ſup.
Rub. (von brandſchaden.) Quando igitur conductor mi-
nus diligenter tenuit ignem, vel lucernam, ita vt cadat iſta
minor diligentia in leuem culpam, quam quilibet diligens
paterfamilias prouidiſſet, tenetur ſecus ſi cadit in leuiſſimam
culpam, cum hic contractus celebretur gratia vtriuſq; iuxta
l. ſi ſit certo 5. §. nunc videndum ff. commodati. Ita Bal. poſt
25 tex. in l. in iudicio, 28. Cod. eod Et notandum, licet incendia
plerumq; præſumantur fieri culpa inhabitantium, l. 3. §. 1. ff.
de offic. præf. vig. tamen illam culpam præſumi leuiſſimam,
vt eſt gl. ſing. in §. præterea ſup. verb. Debet ſupr. quib. modis
re contrah. oblig. Vnde conductor non tenetur de incendio
niſi ipſius lata, vel leuis culpa probetur, ſec. Bald. in d. l. in iudi-
cio, & pulchre per Iaſ. in l. ſed & ſi quis 4. §. quæſitum, nu. 41.
26 ff. ſi quis caut. Et tenetur etiam conductor de incẽdio ex cul-
pa ſeruorum ſuorum, vel domeſticorum orto: quia, & tunc
dicitur eſſe in culpa, dum minus diligentes familiares penes
ſe habet. Et diligens paterfamilias non debet penes ſe fouere
oſcitantes, & negligentes miniſtros, d. l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi
fornicarius, ff. ad l. Aquil. & l. videamus 11 & §. 1. & §. fin. & l.
qui inſula, 10. § colonus, ff. locati. Sint igitur patres familias,
27 & inquilini ſoliciti, & attenti, ne in ipſorum ædib. incendia
oriantur cum etiam, ſi ex culpa oriatur incendium, aliquan-
do criminaliter puniatur, vt plene declarauimus, in d. §. c. 3.
ſupr. ad l. Aquil. add. con. D. Hen. God. de incend. 11. mihi fol.
319 in 3. col. III Competit hęc Actio, vt colonus opera ruſti-
ca ſuo quoque tempore faciat, ne intempeſtiua cultura de-
teriorem fundum reddat, & alia ſecundum legem cõductio-
nis faciat vt eſt text. in l. ſi merces, 25. §. conductor ff. eod. IV.
28 Detur, vt conductor etiam ante finitum tempus cõductio-
nis dimitat domum conductam, & ab ea recedat iuxta, d. leg.
æde C. de locat. Licet enim regulariter inquilinus durante
locatione expelli non poſſit d. l. æde, & d. l. ſi de fundo, & eo.
& l. ex conductor 15. in prin. ff. eod. etiamſi alius maiorẽ pen-
ſionem offerat, d l. ſi olei, C. eod. tamen enumerantur, in d.
l. æde, & in c. propter 3. §. fi. extr. eod. quatuor caſus in quibus
locatori permiſſum eſt 1. quando inquilinus penſionem non
29 ſoluit, de quo ſup. dictum eſt. 2. Quando ad proprios vſus lo-
cator opus habet ædibus, vt quia domus in qua ipſe habita-
bat corruit, ita vt iam indigeat pro ſua habitatione domo lo-
cata. Item, quando ipſe, vel filius ſuus eſt ducturus vxorem,
ſecundum Gloſ. in d. l. æde vbi Bal. inquit, eſſe idem quando
ipſius parentes indigent habitatione, 3. Quando neceſſaria
eſt refectio domus, 4. Quando conductor male verſatur in
re conducta, deteriorando rem non parum, ſed multum, ar-
gum. l. ſcio, 4. ff. de in integr. reſt. Quod ſecundum quantita-
tem, & qualitatem rerum, & perſonarum committitur arbi-
trio iudicis, ſecund. Bal. in d. ædes in prima lectura, num. 14.
Idem ſi conductor vtatur re ad alium vſum improbatum, &
inhoneſtum, quam locata eſt puta ad fenus exercendum, ſe-
cundum Plat. hic nu. 21. per c. 1. de vſur. in 6. Hinc quæritur.
Si conductor non circa rem conductam male verſetur. Sed
circa mores, & honeſtatem, inducendo ſcilicet meretrices, an
poſſit expelli: Et videtur, quod non arg. Lancillarum, 27. ff. de
pet. her. vbi dicitur ſæpe, in honeſtorum virorum prędiis lu-
panaria exerceri. Contrarium tamen verius, & honeſtius te-
nendum eſt quia vſurarius, qui habet vſum domus, vel habi-
tationis & ſic fortius, ius quam ipſe conductor nõ poteſt ho-
ſpitem inhoneſtè habitantem recipere text. eſt leg. non ali-
ter, 7. ff. de vſu, & habitatione, vbi gloſ. expreſſe notat contra
Scholares, qui inducunt ganeas habitationem inuitis ſociis.
Et

ADDITIONES.

a *Poteſtne locator propria authoritate conductorem expellere fi-
nito tempore locationis? Vide Guid. Pap. quæſt. 489.*

b *Incendium, an ſit caſus fortuitus, & an præſtetur adde quæ ſu-
perius poſita ſunt. tit. quibus modis contrah. oblig. c. de commo-
dato, & §. cap. 3. ſup. de l. Aquilia. Cepolam tract. ruſt. præd. cap.
vlt. Gayl. 2. Obſer. 22. vbi tract. an vicinus vicino de incendio
teneatur, & ibi. c. 21. A conductor domus de incendio tenea-
tur. Incendium cuius culpa, & facto commiſſum credatur. Vi-
de Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 390.*

Digitized by Google

30 Et Bald. in d.l. æde, in ſecunda lectura in fine adducit etiam
alias rationes, quia eſt res pernicioſi exempli, vnde non tol-
lerandæ, l. exemplo, 7 C. de prob. l. ſi quis aliquid, 38. §. qui a-
bortionis 5. ff. de pœn. Eſtq; vnum præceptum iuris, honeſte
viuere, §. iuris præcepta, ſup. de iuſt. & iur. Sed iam dubitatur.
An in caſibus vbi inquilinus expellitur, fiat remiſſio merce-
31 dis, pro rata temporis? Et dic. quando inquilinus expellitur
propter vſus proprios locatoris, vel refectionem rei ſine du-
bio fieri debere remiſſionem mercedis: ſecus ſi propter abu-
ſum inquilini. Nā tunc cū per ſuam culpam fiet, quo minus
habitet, habetur pro habitatore in ſuum præiudicium, ideo
debet integre ſoluere penſionem, illius anni, ſec. Glo. in d.l.
æde ſup. verb. Verſata es, & in c. Propter, §. verum, ſupr. verb.
32 Peruerſæ ext. eod. Et vltimo notandum ſec. Zaſ. hic ſi cōdu-
ctor tempore conductionis finito, nolit relaxare rem cōdu-
ctam, & eam reſtituere locatori, & expectauerit ſuper hoc
ſententiam eum condemnari ad reſtitutionem rei, & etiam
ad æſtimationem rei ad ſimilitudinem inuaſoris rei alienæ l.
conductores, 14. Cod. eod. V, Quamuis hæc actio regulariter
competat contra conductorem, vt teneatur de dolo, lata &
leni culpa, non autem de leuiſſima, vel caſu fortuito, l. in iu-
dicio, 28. iuncta gl. C. eo. tamen quando expreſſe & ſpeciali-
ter, pro cuſtodia mercedem accepit, tenetur etiā de leuiſſima
culpa, l qui mercedē, 40. iunct. gl. ff. eo. Item de caſu fortuito,
quando expreſſæ conductor in ſe recepit periculū, & caſum
33 fortuitū, quo caſu olim actio oneris aduerſi introducta erat
ſic dicta quia cōductor onus aduerſitatis, id eſt caſus fortui-
ti, ſeu periculi in ſe ſuſcipiebat. Sed hodie ſecundū cōiter DD.
illa actio non habet locum, vt ſup. dictum eſt poſt Gl. & Bart.
in l. in nauem Sauſeij, 32. ſup. verb. Superuacuum, ff. eod. Et
ex prędictis conſtat etiam varijs modis, ſecundum diuerſita-
tem caſuum, liberorum formam venire. Et quia regulariter
datur ad penſionem ſoluendam, poteris ita concipi.

Forma libelli,

34 Præmiſſis præmittendis. Comparens N brevitcr narrat,
quod ædes ſuas in foro, inter ædes iacētes, N. reo anno 1560.
ad annos pro ſolita atq; conſueta ab alijs enumerari penſio-
ne 30. florenorum, locarit: cuius conuentionis vi reus quoq;
ædes incoluerit, aliquot fornacibus & feneſtris perfractis. Et
quamuis actus reum aliquoties amice de ſolutione ac reſar-
cione damni dati ac penſionis debitæ requiſierit; tamen abſ-
que iudiciali hæc controuerſia nihil æqui obtinere, rei con-
ſequi potuit. Quare à reo exigit claram ac ſolidamq; reſponſio-
nem, eaque facta, petit pronunciari ac declarari, reum vlte-
riori more remota, ad 30. pro penſione, cum refuſione dam-
ni in fornacibus atque feneſtris dati, atque expenſarum iudi-
cialium ſoluendos obligatum eſſe, cumque ad id competen-
tibus iuris vijs compelli ac cogi. Ius & iuſtitiam, &c.

DE ACTIONE *a* CONDVCTO.

1 *Cui detur hæc actio.*
2 *Contra quem detur.*
3 *Heres contra factum defuncti venire non poteſt.*
4 *An heres locationi a defuncto ad certum tempus factæ ſtare teneatur.*
5 *An contra ſingularem ſucceſſorem hæc actio detur.*
6 *Cautela obſeruanda in contractu locationis.*
7 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat.*
8 *Coloni triplices.*
9 *Ad quid competat hæc actio & num. 10. 11. 15. 16. 19. 20. 21. & 22.*
12 *An conductor poſſit rem conductam retinere, nec ei ſatisfit de expenſis.*
13 *Neceſſaria expenſæ quæ.*
14 *Vtiles quando repetantur.*
17 *An propter ſterilitatem, & caſum, ſine culpa coloni contingentem remiſſio mercedis fiat.*
18 *Quando ſterilitas dicatur.*
23 *An dominus melioramenta in feudis facta ſi feudum reuertitur ad dominum heredibus defuncti præſtare debeat, & numer. 24.*

1 HÆc actio in genere competit ipſis conductoribus, qui
rem aliquam vtendam vel fruendum conduxerunt, l. ex
conducto, 15. in prin. ff. eo. Vnde l. Datur inquilino, qui habi-
tationem, aut domum conduxit, l. ſed addes, 19 §. ſi inquili-
nus, ff. eod. II. Colono, qui fundum aut prædium ruſticum
conduxit, l. ſi merces, 25. §. qui fundum, ff. eo. Item, heredibus
conductoris, d. l. ſed adde, §. ſi quis mulierem, ff. eod. Contra
2 Ipſum locatorem, vel eius ſucceſſorem *b* vniuerſalem. Siue
enim ſit perpetua, ſiue temporalis locatio intra tempora lo-
cationis hæredi onus contractus incumbit, vt eſt text. in l. in
viam veritatis, 10. C. eod. Et facit vulg. reg. hæredem contra
3 factum functi venire nō poſſe, l. cum a matre, 14. cum ibi no.
C. de rei vend. De iur. tamen Sax. contrarium ſtatutū eſt per
text. in art. 77. lib. 3. vbi dicitur locationi à defuncto factæ ad
certum tempus, & poſtea à locatore intra certa tempora lo-
4 cationis decedente, hæredem eius niſi voluerit, vſque ad fi-
nem ſtare non teneri, & ita in vſu practico ſeruatur, quod ad
5 d. l. viam veritatis, notabitis. Sed contra ſingularem ſucceſſo-
rem, vt emptorem fundi, vel domus, hæc actio etiam de iure
ciuili non datur. Veluti Titius locauit mihi ſuam domum, ad
quinquennium, & antequam ſit finitum quinquennium, vē-
dit eam Sempronio. Hoc caſu Sempronius non tenetur ob-
ſeruare huiuſmodi locationem mihi factam, text. eſt notabi-
lis, in l. emptorem, 9. C. de locato qui ſemper ad hoc allegari
ſolet Kauffgehet vor miete. Pro cuius declaratione notab.
hoc fallere primo quando in venditione interceſſit pactū de
non expellendo, quia vēditor expreſſe excepit, vt emptor ſta-
ret locationi factę, d. l. emptorem, ibi niſi ea l. emit, & l. ſi mer-
6 ces, 25. §. qui fundum, ff. eod. Secundo quando conductor ha-
bet bona locatoris pro conductione ſeruanda obligata. Vnde
ad d. l. emptorem, traditur cautela quando locator domus ad
aliquot annos, & conductor metuit ne interim dominus vē-
dat domum, & ita per emptorem expellatur ante tēpus con-
ductionis finitum quod hoc modo poſſit ſibi proſpicere, vt
dominus promittat ſub obligatione omnium ſuorum bono-
rum ſe nolle domum vendere in ipſius conductoris pręiudi-
cium, & expreſſe obligat domum locata pro obſeruantia hu-
ius pacti, quia ſi poſtea vendat non poterit emptor expellere
locatorem, propter ius hypothecæ in domo locata conſtitu-
tum, cum res tranſeat cum ſuo onere, de quo vide Ioan. de
Imo. in l. filiusfam, 114. §. Diui, ff. de leg. 1. & Iaſ. in l. quoties,
15. nu. 29. C. de rei vind. & Pau. de Caſt. in d. l. ſi merces §. qui
fundum, ff. eo. in Ang. §. ſi. nu. 4. ſup. de locator. Alia cōductor
habet tantum actionem perſonalem contra ipſum locatorē,
qui rem locatam ante tempus conductionis finitum vendi-
dit, ad intereſſe, vt eſt tex. in d. l ſi merces, §. qui fundum, ff eo-
dem. Et de hac quæſtione. An, & quando ſucceſſor teneatur
de locatione per prædeceſſorem facta vide omnino Ferr. in
for. lib. ad ficti præſtationem, & rei relaxationem, ſupr. verb.
Soluere, num. 5. & 6.
7 Ad hanc autem quæſtionem, quæ requirantur ad hoc, vt
actio iſta locum habeat. Ex prædictis circa actionem præce-
dentem breuiter reſponderi poteſt, videlicet requirit contra-
ctum conductionis præceſſiſſe, ita vt conductor ſoluat pen-
ſionem in pecunia numerata, ſiue loquamur de inquilino, ſi-
ue de colono, vt ſemper intelligatur, de eo qui nummis colit.
8 Nam quantum ad propoſitum attinet, ſciendum eſt colonos
eſſe triplices. Quidam enim ad certum tempus conduxerunt
fundum, & inde certā quantitatem pecuniæ pro annua pen-
ſione ſoluunt, & hi coloni numerij dicūtur, quia nummis co-
lunt, & illis proprie hæc actio datur. Quidam vero dicuntur
coloni conductitij, qui licet agros colunt, & ſoluunt inde
penſionem, non in pecunia numerata, ſed in alia materia, qui
dant ſingulis annis domino decem modios frumenti non in-
ſpecto eo, quod ex fundo percipitur. Et quia tunc eſt contra-
ctus innominatus, datur actio præſcriptis verbis. Quidam ve-
ro dicuntur coloni partarij, qui colunt fundum ad partem,
ſeu medietatem fructuum, qui ex fundo percipiūtur, & quia
hi lucrum & damnum cum domino partiuntur, eſt inter eos
quædam ſocietas, ideo non actio locati, ſed pro ſocio tunc
locum habet, d. l. ſi merces, §. ius maior, ff. eod. de quo vide
omnino Bart. in l. ſi apes, 26. §. ff. de furt. & Ang. in §. is vero ad
quem, 39. ſupra de rerum diuiſ.

Ad quid competat hæc actio,

9 Quarta quæſtio principalis eſt. Ad quid hæc actio compe-
tat? De qua eſt text. in d. l. ex conducto in princip. ff. eod. Et
l. Da-

ADDITIONES.

a *De qua in l. ex conducto, 15. ff. locati. Adde ſupra tit. de locatione, & conductione.*

b *Succeſſor vniuerſalis locatoris tenetur ſtare conditioni factæ per defunctum, vt non particularis, & an res poſſit auferri conductori, non obſtante hypotheca, ſoluendo & id quod intereſt, vide Guidonem Pap. quæſt. 480.*

9 I. Datur conductori, vt liceat *a* vti, & frui re conducta, d.l.ex
a conducto ff.eod.non ſolum quando ipſe locator impedit, ſed
etiam alius quem locator prohibere poteſt, l. ſi in l. 24. §. colonus ff.eod.vbi dicitur. Quod ſi colonus, vel inquilinus prohibetur vti re conducta per locatorem, vel alium, quem locator prohibere poteſt, ſtatim agere poteſt, vt liberetur à pẽſione totius temporis, & etiam ad intereſſe lucri quod precepiſſent ſi non fuiſſet impeditus. Nec auditur locator, volens ab impedimento ceſſare, ſi res non eſt integra, vt quia cõductor alium fundum, vel domum conduxit, vt declaratur ibi per Caſt.ad d.l.ſi fundus quem 33.verb. Nam & ſi colonus, ff. eodem. Et quando conductor impeditur, à tertio omnino extraneo, quem locator prohibet, non poteſt adhuc non agitur contra locatorem non quidem ad intereſſe, ſed tantũ ad remittendum penſionem, vel eam reſtituẽdam, ſi in principio contractus conductor eã ſoluit tex.eſt in d.l.ſi fundus,
10 quem in fi.ff.eod. II. Competit hæc actio contra locatorem, vt domum, vel aliam rem reficiat teneatur enim locator omnia facere ſine quibus conductor frui ædib.conductus nõ poteſt, vt purgare puteum aquæ item miniſtrare funes, & alia inſtrumenta, cum quib. extrahitur aqua de puteo. Et ſi cõductor hoc facit, poteſt ſomptus factos in penſionem cõputare d.l.ex conducto, ibi Pau.de C.& eſt tex.pulcher in l. vnica, §.
11 conſtruat, verſ.Quicunq; autem, ff.de via publ. III. Itaq; datur
b hęc actio ad repetendas expenſas *b* neceſſario, & vtiliter factas, in re conducta etiamſi non conuentum ſit de repetẽdis expenſis, tex.eſt in d.l.dominus horreorum 55.§.1.ff eod. Et licet expellatur propter penſionem non ſolutam, poterit tamen tales expenſas repetere, l. colonus 61.in prin. & ibi Bart. ff.eo. Immo poterit conductor etiam rem cõductam retinere, donec ei ſatisfiat de expenſis, ſec. Plat. hic nu.23. Et hæc intelligenda ſunt non de expenſis voluptatijs, quæ voluptatis cauſa tantum fiunt, vt quãdo conductor fecit per pictorem pingi in ædibus conductis aliquam hiſtoriam, ſed de neceſſarijs, & vtilibus. Et dicuntur neceſſariæ expenſæ quib.non fa-
13 ctis res periret, vel deterior fieret, vt decl. Paul. de Caſt. in d.
14 l.dominus horreorũ, §. 1.& tales indiſtincte repetuntur. Vtiles vero quæ non ſic ſunt neceſſarię, ſed reddunt rem meliorem, non indiſtincte repetuntur, ſed tunc demum, quãdo vel tacita vel expreſſa voluntate locatoris, vel domini fiunt, vel ſi non adeſt voluntas, & nõ ſunt nimis graues locatori, vt notatur poſt tex in l.ſi ſeruos, 25.ff.de pign.act.& per Caſt.in d.
15 §.IV. Datur ad repetendam penſionem ſolutam ante tẽpus, ſi conductor non poteſt fruire conducta, d.l.ſi fundus quem in fi.& in l.ſed addes, 19.§ ſi quis cum in annum, ff.eo. V. Da-
c tur ad remiſſionem *c* mercedis propter ſterilitatem, & cau-
16 ſam, ſine culpa coloni contingentem, d.l.ex cõducto, §. ſi vis tempeſtatis, & d.l.ſi merces, §.ſi vis maior.ff.eod. Circa quod plenius ita diſtinguit: Aliquando conductor allegat rei loca-
17 tæ per emptionem, ſeu interdum, quia dicit fundum *d* chaſ-
d mate, vel vi fluminis, aut terræ motu conſumptum eſſe, antequam fructus eſſent collecti, & tunc in totum fit ei remiſſio penſionis, d.l.ex conducto, §.2. verſ.Sed & ſi ager. Idem quando propter guerram, & incurſum hoſtium colonus non poteſt laborare, nec vti, & frui fundo, d.§. ſi vis tempeſtatis.
e Aliquando vero allegat fructuum *e* ſterilitatem, & tunc regulariter fit remiſſio mercedis illius anni, l.licet, 8.& ibi Doc. Cod.eod.& c.Propter, 3.extr.eod. Hoc tamen fallit in tribus caſibus. 1. Quando vbertas ſequentium annorum eſt tanta, quæ ſupplet ſterilitatem, dict.leg.licet, & dict.cap.Propter, & leg.ſi vno, (quæ al.§.4.in leg ex condocto, 15.)in prin.ff.eod. 2. Qoando colonus negligenter coluit fundum, ſecund. Cyn. in l.ad comparandas, 16.in fi. C.mand. 3. Quando in ſe ſuſcepit colonus periculum ſterilitatis, arg.dict.l. licet à contrario ſenſu, & eſt text.expreſſus in d l.ſi quis fundum (al.§.2.in l.ſi quis domum, 9.) in princ.eod. Quando autem dicatur eſſe ſterilitas, variæ ſunt opiniones. Quidam enim intelligunt,
18 eſſe ſterilitatem, quando conductor, nec ſemen recolligit, ſecund.Gloſ.in d.c.Propter ſuper verb. Magno. Alij eam ex vulgi opinione iudicandum cenſent ſec.Hoſt.in Sum. de locato, num. 7.& Ferr.in for.lib.ad ficti præſt.ſupr. verb. inueſtiuit, num.10. Communiter autem videtur eſſe opinio, quando conductor vltra dimidiam læſus erat, vt ſi penſio erat de 20.aureis & ipſe vixit recepit octo ſec. Cyn.& Bart. in d.l. licet, & Abb.in d.c.Propter nu.12.& Paul de Caſt. in d.§ ſi vis
19 tempeſtatis, nu. 5. VI. Competit hæc actio ad intereſſe damni accepti, ex locatione rei vitioſe vt eſt text.in d.l. ſed addes, §.ſi quis dolia, & ibi Doct.ff.eod & in l.in rebus, 18. §.item
20 qui ſciens, ff.comm. VII. Quamuis dominus, qui locauit alteri horreum non teneatur de effractis, & expillatis horreis, ſi ex hoc conductor damnum paſſus eſt tamen quando cuſtodiam eorum recepit, etiam ex hoc capite ad reſarciendum conueniri poteſt, d.l.dominus horreorum, ff. eod. & in l. ex
21 Diui, 14.C eod. VIII. Competit actio noſtra, vt præſtetur id quod lege conductionis conuentum eſt, l.legem quidem cõ-
22 ductionis, 16.Cod.eod. IX. Datur, vt liceat conductori tollere & auferre ea, quæ rei conductæ vtiliter inædificata vel adiecta ſunt, d. l. ſed addes, §.inquilinus, 4.ff.eo. Sic etiam in feudis quando melioramenta facta ſunt in re ſudali, & feu-
23 dum reuertitur ad dominum tenetur dominus hæredibus defuncti æſtimationem illius melioramenti præſtare, vel pati, vt hæredes vaſalli defuncti tales meliorationes auferant, & tollant, text.eſt in §. ſi vaſallus, in c Hinc finitur lex, & incipiunt &c.in vſibus feud. vbi deciditur per Doct. hæredibus defuncti, competere retentionem feudi propter talia melioramenta, donec aut 24. tollatur, aut per dominium ſoluantur. Et obiter notandum ad intellectum iſtius §. ſi vaſallus, eius diſpoſitionem procedere, quando feudum reuertitur ad dominium per finitam generationem: ſecus, ſi ob culpam vaſalli feudum ab eo auferatur. Nam tunc quia propter delictum perdit principale, ſcilicet ipſum feudum, debet quoque amittere acceſſorium, ſecundum Bal. hic. Et quia hæc actio ad diuerſa competit, ſequitur ſecundum diuerſitatem caſuum hic libellum formandum eſſe, de quo vide Spec. in tit.de loca § poſtquam.

ADDITIONES.

a *De remiſſione penſionis, quæ inquilino fit impedito vti conducta domo ad vſum deſtinatum, & quomodo cognoſcatur cauſa, ob quam domus cõducta fuit, vide Men.2. de arb.iud.caſ.440.*

b *De expenſis vide quæ ſuperius relata ac notata ſunt in §. pœnæ autem tit.de iniur.*

c *De remiſſione mercedis vide Gayllum, 2.obſer.22.*

d *An propter caſum fortuitum annua præſtatio remittatur vide Concenatium, 4 q.3.*

e *Quid ſi molendinum impetu fluminis deſtructum in ſolito aquarum motu ſicut melior molendino vti non poſsit? Remiſſionem mercedis impetrare poteſt arg.l.ex conducto, §.2.ff locati. Quid ita? Molendina non habitationis, ſed vtilitatis gratia principaliter conducuntur, vt fructum inde percipiat motor, qui fructus in molendo plane conſiſtit plura vide apud Gayllum, 2.obſer.23.*

DE ACTIONE NEGOTIORVM geſtorum.

1 *Vnde oriatur hæc actio.*
2 *Quot modis negotium ad aliquem ſpectet.*
3 *Duplex hæc, actio, directa & contraria.*
4 *Directa cui, & contra quem competat, & nu.5.*
6 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat.*
7 *Ad quid competat hæc actio nu.8.11.& 12.*
9 *Ad quid teneatur negotiorum geſtor.*
10 *In neglectis, negotijs ad quid teneatur.*
13 *Forma libelli.*
14 *Contraria negotiorum geſtorum actio cui detur.*
15 *Cui competat.*
16 *Contra quem competat.*
17 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat.*
18 *Negotium quando dicatur vtiliter geſtum.*
19 *Ad quid competat hæc actio.*
20 *An geſtor poſsit per hanc actionem petere ſalarium ſibi pro ſuo officio præſtito conſtitui.*
21 *Caſus in quibus vtiliter gerens hanc actionem non habet.*
22 *In dubio impendens aliquid in perſonam, vel bona alterius, videtur facere animo repetendi.*
23 *Forma libelli.*

1 AD intellectum huius actionis præmittẽdum eam oriri ex quaſi contractu, qui dicitur negotiorũ geſtio, de quo loquitur tit.in ff. & C. de negot. geſt.& §.1. de oblig quæ ex quaſi contract. naſcunt.quando, ſ. quis aliena negotia, in alicuius abſentia, ſponte, & ſine mandato vtiliter gerit. Nam quando mandatum interuenit, vt quia quis rogatus aliena negotia geſſit, non hæc actio, ſed mandati locum habet.

2 Secundo præmittendum poſt Plat.hic nu. 31. & Ang. 36. negotium dici ad aliquem octo modis ſpectare, ſicut Gloſ. in leg.ſi pupilli, 6.§.quid ergo, 11.ſuper ver.Ipſo geſtu enumerat quatuor modos, & Bartol.addit tres, & in l. Mandaſti, ff. eod.adhuc vnum addit. Dicitur enim negotium ad aliquem

ſpe-

ſpectare, I. Cura, & ſolicitudine, vt quando geris negotia pupilli, contemplatione tutoris, vel curatoris, ad quem ſpectat cura, & ſolicitudo. Vnde competit tibi actio negotiorum geſtorum contraria contra tutorem, & pupillum, d. l. ſi pupilli, in princ. ff. eod. II. Re ipſa, vt quando in rem meam aliquis impendij conuliſti, d. l. ſi pupilli, §. ſi Titij ſeruum. 8. III. Ratihabitione, vt quando aliquid meo nomine geſſiſti, quod poſtea ratum habeo, d. l. ſi pupilli, §. item quæritur, IV. ipſo geſtu, veluti ſi meo creditori, cui debebam 100. ſatisfeciſti meo nomine, & ita me liberaſti, vt in l. ſoluendo, 39. ff. eod. V. More ciuitatis, vt quando nomine pupilli munera, & xenia, ſecundum morem ciuitatis conſuetum, data ſunt magiſtris pupilli, vel eius coniunctis. Et de talibus donis. eſt in l. cum plures, 12. §. pen. ff. de adminiſt. tut. VI. Naturali ratione veluti ſi tui contemplatione redemi ab hoſtibus tuum filium, aut aliam coniunctam perſonam ad quam redimendam tu naturali ratione tenebaris l. quamuis, 20. iuncta l. ſeq ff. ſolut. matrim. VII. Virtute conſequentiæ: veluti ſi Titius habeat plures creditores, & ipſe aufugiat, & vnus ex eis mittatur ex primo decreto in poſſeſſione bonorum Titij ista miſſio in conſequentiam, etiam alijs creditoribus abſentibus prodeſt ad recuperandum debitum, de quo text. in l. fin. Cod. de bon auth. iud. poſſ. VIII. Præambula voluntate veluti, ſi mandaui Titio, vt emeret mihi ſeruum Stichum, tu vero hoc, ſciens emiſti mihi Stichum, cum forte commodius emere poſſes, quam Titius, de quo vide Bart. in d. leg. ſi pupilli, §. item quæritur, ff. eodem.

3 Tertiò præmittendum, hanc actionem eſſe duplicem, d. §. 1. ſup. de obl. quæ ex quaſi cont. naſc. Alia enim eſt directa negotiorum geſtorum actio, quæ ei, cuius negotia geſta ſunt, competit contra gerentem vt reddat rationem, & reficiat ſi quid male adminiſtrauit. Alia vero eſt contraria quæ ei, qui negocia ſine mandato vtiliter geſſit competit.

4 Quod ad directam hanc actionem attinet. Primo notandum, eam competere domino, & eius hæredi cuius negotia geſta ſunt, d. §. 1. ſup. de obliquæ ex quaſi cont. naſc. ita vt negocium vno modo ad eum ſpectet ex iſtis octo modis iam relatis. Nec intereſt an vnum, vel plura negocia geſta ſint, l. 3. poſt princ. ff. eod.

5 Secundo ſciendum eam dari I. Contra eum, qui ſic negotium alienum abſque mandato geſſit, d. §. 1. II. Contra eum, qui alteri mandauit gerere negotia alterius l. nam, & ſeruus. 21 §. fin eo. III. Contra pupillum gerentem in id quo factus, eſt locupletior, l. 3. §. pupillus, ff. eod. IV. Contra patrem ex geſtione filijfamilias de peculio, ſi filius habet peculium, vel de in rem verſo, ſi in vtilitatem, ſeu rem ſui patris vertit, l. ſi filiusfam. 14. ff. eod. V. Contra executorem, vel prætorem datum ob dolum malum, l. 3 § ſi executor ff. eodem, VI. Contra nũcium accipientem aliquam rem, vel pecuniam ad dominum perferendam, d. l. ſi pupilli § ſi quis pecuniam, 1. VII. Aduerſus eum, qui negotia aliena geſſit non contemplatione domini, ſed ſui lucri cauſa, & ſic deprędandi animo, d. l ſi pupilli, §. ſed, & ſi quis. VIII. Contra hæredem, & cohæredem, leg ſi ab eo, 7. & l. curatoris, 17. ff. eod.

6 Tertiò videndum, quæ requirantur adhoc, vt iſta actio locum habeat Et requiritur. I. Quod negotium ſpectet ad actorem, vna ratione ex modis ſupra relatis. II. Quod reus geſſit negotium alterius abſque mandato, d. §. 1. ſup. de oblig quæ ex quaſi cont. naſc. Nam quando mandatum interuenit, datur actio mandati, l. ex mandato, 20. in fi. ff. mand. III. Quod reus abſentis negotia geſſit nam ſi in præſentia domini quis aliena negotia gerat, etiam ſine ipſius expreſſo mandato, adhuc videtur ex mandato gerere, vnde actio mandati tunc competit l. ſi remunerandi, 6. § ſi paſſus, ff. mand. IV. Quod geſtio negotiorum eius, qui abeſt non cadat in ſpeciale nomen alterius contractus, vel actionis, vt de tutore dicimus, qui abſentis pupilli negotia gerit, & tamen iſto caſu non hæc, ſed tutelę actio datur, ſec. Azo. in tit. ſup. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc.

7 Quartò principaliter quæritur, Ad quid competat hæc actio, Et I. Datur contra negotiorum geſtorem, vt reddat rationem ſuæ adminiſtrationis, tex. eſt in d. §. 1. de oblig. quæ ex quaſ. cont. naſc. Circa quod ſingulariter notandum, geſtorem & quemlibet alium adminiſtratorem, qui obligatur ad reddẽdam rationem, non confecit Inuentarium, & librum rationũ vel nunquam perfectè, aut obſcure, intricate, & doloſè fecit, poſſe condemnari ad omne damnum, & intereſſe, & contra
a eum iurari in a litem, ſicut contra tutorem, l. tutor qui repertorum, ff. de adm. tut. de quo vide hic Plat. num. 40. II. Datur
8 ad omne id, in quo dominus damnificatus eſt ex mala, & ne-
9 gligenti adminiſtratione, l. 2. ff. eo. Vnde quæritur, ad quid teneatur negotiorum geſtori? Et dic poſt Gl. ord. in dict. §. 1. ſupra verb. Ad exactiſſimam, & in l. 3. §. interdum, 9. ff. eo. regulariter ipſum teneri, de dolo lata, & leui culpa, non autem leuiſſima, l. tutori, 20. C. eo. Eſtque ratio ſecundum Ang. vt facilius accedant homines ad negotia aliena, & abſentium gerenda, quæ alias negligerentur, & perirent, d. §. Aliquando tamen de leuiſſima culpa, & ita ad exactiſſimam diligentiam tenetur, vt quando alius diligentior, eo fuiſſet commodius administraturus, ita loquitur, text. in d. §. 1. in fi. Quandoque tamen etiam de dolo, & lata culpa tantum tenetur, vt quando acceſſit ad negotia deſerta, d. l. 3. §. interdum, ibi Gloſſ. ff. eo. & hæc procedũt in geſtis. In neglectis autem ita diſtinguit Ang. in d. §. 1. num. 6. Aut in principio cępit gerere, & poſtea dimiſit, & tenetur de non geſtis, leg. incommodato, 17. §. ſicut, ff.
10 comm. Aut non incępit, & tunc ſi acceſſit a principio, vt omnia geſturus, nec fecit, & tenetur. Aut acceſſit vt aliqua geſturus, & tunc ſi alius non erat geſturus, non tenetur niſi de geſtis. Sin alius erat geſturus; ſique erat diligentior, tenetur de neglectis alias non, d. l ſi pupilli, §. videmus 12. & ibi Bart. ff. eo. III. Datur ad æſtimationem damni, quod ex caſu fortuito
11 contigit, in caſibus notatis per Glo. in l. ſi negocia, 11 ff. eod. 1. Quando geſſit nouum negotium, quod abſens non erat ſolitus exercere, vt quia inijt aliquam negotiationem, vt eſt text. in d. l ſi negotia, 2. Quando caſum fortuitum in recepit, l. negotium, 21. C. eo. 3. Quando culpa præceſſit caſum, l. ſiue, 22. ff. eod. 4. Quando fuit in mora, l. cum res, 47. in fi. ff. de leg. 1. 5. Quando animo deprædandi geſſit de quo vide Glo. d. l. ſi negotia ſuper verbo. Sit ſolutus. IV. Competit ad fructus l. ſi au-
12 tem, 8 §. item ſi fundum, §. eod. V. Competit ad omne b id,
b quod ex geſtione ad ipſum geſtorem peruenit, nam hoc omne domino reſtituere tenetur, per text. in d. §. item ſi fundum, & in d. l. 2. ff. eod.

Forma libelli.

13 Præmiſſis præmittendis, N. comparens breuiter proponit, quod actor anno 61 elapſo Bononiam in Italiam animo, & intentione ſtudia inchoata continuandi, ſeſe contulerit. Cum autem ſub tempore diſceſſus omnini negotiorum metallicorum adminiſtrationem vel curam commiſerit, reus abſque mandato ad negotia eius ſponte acceſſit, initio collectas exactas ſoluens, ac fodinarum fructus percipiens. Quia verò poſtea ex negligentia non datæ debito tempore collectę, ac ſoluti. Simboli in numerum ſcripturum (vt metalici vocant) actor relatus ob talem negotiorum geſtionem ſumme damnificatus eſt. Cum autem iure cautum atq; prouiſum ſit, vt qui aliorum negotia, ſiot mandato gerenda, ſuſcipiunt maiorem diligentiam quam in proprijs adhibeant, pręſertim ſi alij fuiſſent, qui eorum adminiſtrationem maiori diligentiã ſubijſſent ideò actor petit pronunciari, ac veſtra iudiciali ſententia declarari, reũ ad debitas rationes ſuſceptæ adminiſtrationis metalicæ reſtitutionem perceptorum ex fodinis fructuum, cum refuſione damnorum, & intereſſe, quod partes fodinæ, vel cuniculi ad ipſum pertinentes in numerum pręſcriptorum relatæ ſint teneri ac condemnari, & ad id eum competentibus iuris remedijs compelli, & cogi, &c.

DE ACTIONE NEGOTIORVM geſtorum contraria.

14 Et diuerſo datur contraria negotiorum geſtorum actio generi negocia alterius abſentis ſine mandato contra eum, cuius negocia geſſit, ad repetendum id, quod de ſuo in negociorum geſtionem impendit, & quidquid ei eo nomine abeſt, vel ab futurum eſt, vt inquit Iuriſc. in l. 2. in fi. ff. eodem.

15 Vnde pro pleniori declaratione huius actionis notandum, eam competere, I. Gerenti alterius negotia, eo abſente, vel ignorante, l. qui ſeruum, 41. ff. eod. II. Danti procuratori alicuius mutuam pecuniam, ſui cui contemplatione vt creditorem, vel pignus liberet, l. ſi pupilli, 6. § 1. ff. eo. III. Soluenti pecuniam alterius nomine nihil mandauerit. leg. cum pecuniam, 43. ff. eod. & l. ſi negocium, 16. Cod. eod. IV. Fideiubenti ſine

ADDITIONES.

a *Negotiorum geſtorum actio bona fidei eſt, & in ea iuratur in litem aduerſus eum, qui prædandi animo geſſit, aut ſi librum rationum non fecit, aut exhibet Plot. tract. de in lit. iurando, §. 18.*

b *Negotia aliorum, qui tractant rationes etiam reddere debent, & quid in reddendis rationibus obſeruandum, vide apud Menoch. 2. de arb. iud. caſu 209.*

ſine mandato,l. mandaſti,46.in fi.ff.eo. V. patri gerenti virili-
ter negotium, quod filio mandabatur, contemplatione man-
dantis,non filij, d.l mandaſti in prin.ff.eo. VI. Cohæredi con-
tra cohæredem, pro debito communi,ſoluto l.3. C.eod.VII.
Etiam inter patrem & filium,reſpectu caſtrenſis,& quaſi ca-
ſtrenſis, & aduentitij peculij, in quo pater non habet vſum-
fructum,l.ſi filius,C.eodem. Item inter maritum & vxorem,
vt notatur poſt tex.in l.quod in vxorem,13.C.eo. De quo in-
fra latius dicetur.
16 Secundo principaliter ſciendum hanc actionem dari con-
tra eum,cuius negotia geſta ſunt, & ad quem negotium vna
ratione ſpectet ex octo modis ſupra relatis. Vnde contra tu-
torem competit, ad quem negotium cura, & ſolicitudo per-
tinet, & contra pupillum, ad quem re ipſa ſpectat, d.l.ſi pu-
pilli ff.eodem,& contra illum ad quem negotium vere perti-
net licet contemplatione alterius geſtam ſit,l.quæ vtiliter,45.
§.fi. ff.eo. Item contra hæredes domini negotij geſti, leg.ſin
autem apud hoſtes,20.ff.eod. nec refert cuius conditionis ſit
hæres,l.nam & Seruius,21 §.1.ff.eod.
17 Tertiò principaliter quæritur, Quæ requirantur ad hoc,vt
iſta actio competat? Et breuiter ex ſup.dictis reſponderi po-
teſt requiri I. Quod negotia abſentis geſta ſint per actionem
abſque mandato, II. Quod talis geſtio non cadat in ſpeciale
nomen contractus, vel quaſi. Vnde tutor, qui nomine pupilli
aliquid impendit,non hanc, ſed contrariam tutelæ actionem
habet ad repetendum, id quod pro pupillo expendit, vt in
ſeq.actione dicetur. III Quod negotium vtiliter geſtum ſit &
inceptum reſpectu domini,licet effectum non habuerit, l ſed
an vltro, 10.§.1.ff.eod.exempli gratia. Quando medicus curat
abſentis ſeruum, licet ſeruus moriatur tamen medico hæc a-
ctio competit. Incepit enim viriliter gerere. Neq; eſt in Me-
dico ſemper releuetur,vt æger,vt eſt Gl.in l Illicitas,6.§.ſicuti
18 ff.de off.præf. Et dicitur vtiliter geſtum quando dominus idẽ
erat facturus: ſecus, ſi non erat facturus, ſed potius rem di-
miſſuros;quia erat impar impenſis,& ad ſumptus illos facien-
dos. Nam tunc hæc actio non datur geſtori, ſiue ſciat hoc,
ſiue ignoret,& licet res melior inde reddita; ſit ſecundum
Caſtrenſ. poſt text.ibi in dict. leg.ſed an vltro, §.1. Itaque ſi
putat domino vtile eſſe, cum non ſit, non obligat dominum,
vt not.Gloſ. in l.ſi ſeruum,10. Cod.eod.& add.hic Angel.nu.
37.ante fin.
19 Quartò principaliter quæritur, Ad quid competat hæc a-
ctio. Et breuiter dic eam dari ad repetendum id,quod gerens
de ſuo impendit in negotiorum geſtionem. Item ſi gerens ſe
in rem abſentis alicui obligauerit, habet eo nomine actio-
nem,tex.eſt in l.2.ff.eod. vbi inquit IC. Sicut æquum eſt ip-
ſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari.
quicquid vel non, vt opportuit geſſit, vel ex his negotijs reti-
net ita ex diuerſo iuſtum eſt ſi viriliter geſſit,præſtari ei quic-
quid eo nomine vel abeſt ei, vel ab futurum eſt. Hinc etiam
cõpetit ad ſumptus, neceſſarios ac probabiles factos in com-
muni lite,l.qui aliena, (quæ al.§.3.in l.liberto. 31.) § fin.ff.eo.
Ita etiam expenſę in honoribus alterius factæ repetuntur,vel
quas geſtor ex pecunia percipere potuit, quã in aliena nego-
tia impendit,leg.atqui natura,19.ff.eo.Item ad intereſſe, leg.
actio,47. ff.eo. Et in ſumma quicquid ratione geſtionis abeſt
geſtori,vel ei ab futurum eſt (vt quia ſe pro altero obligauit)
per hanc actionem repetere poteſt. Quod tamen limitat
poſt IC. in l ſi quis negotia,23. ff.eo. vbi dicit. Si quis negotia
aliena gerens plus quam opportet, impenderit, recuperatu-
rum cum id, quod præſtare debuerit. Et circa hanc quæſtio-
nem principalem dubitari poteſt. An geſtor poſſit per hanc
20 actionem petere ſibi ſalarium pro ſuo officio præſtito con-
ſtitui. Et Plat.hic nu.37 reſpondet quod non quia quod gratis
fit, petitionem non inducit,l.1.in fin. C.eod.licet recipiens o-
bligetur ad antidota, l.ſed,& ſi lege, 25.§.conſuluit, 11.ff.de
hæred.pet. Sicut, & procurator qui gratis facturus erat non
petit ſalarium vt probatur per Salic. in leg 1.mand. Similiter
nec tutor, & curator poſſunt petere ſalarium, licet quando-
que eis a iudice conſtituatur ex cauſa, §.fi.ff de adminiſtr.tut.
& ibi Bart.
21 Vltimo notandum, aliquos reperiri caſus in quibus etiam
vtiliter gerens non habet hanc actionem, qui notatur per
Ang.hic nu.37.& in §.1.poſt Gloſ.in verb.Obligatum ſupr.de
obligat. quæ ex quaſi cont. &c. Et vide quæ ibi per me dicta
ſunt. Conſtituas tamen poſt Ang hic num.37.vnam conclu-
22 ſionem in dubio, ſi quis aliquid impẽdit in perſonam,vel bo-
na alterius,licet non fuerit proteſtatus, tamen videri eum fa-
cere animo repetendi,ita eſt Gloſ.notab.in l. ſi paterno,15.C.
eod.niſi concurrant aliæ coniecturæ, de quibus per Ang.hic
poſt Bart.& Doct.in d.l.ſi paterno, C.eo.

Forma libelli.

23 Comparens,N.breuiter narrat, quod reus vltra triennium in Italia & alijs locis abfuerit. Quia verò actor agros ipſius ex ſingulari amicitia ad commodum rei curandos ſuſceperit, & omni neceſſaria cultura vſque ad reditum rei diligentiſſimè ſeruando conſtructioni ſæpium in rei maximum commodum circiter 80.floren. impenderit, ac iura nolint quemquam alterius damno atque iactura locupletari, vel ei ſuum officium damnoſum eſſe debere, ſed tale expenſas etiam ſine mandato ſolutas exigi permittant. Ideò petit pronunciari reum in 80.flor. ad commodum ipſius expoſitorum reſtitutionem ac ſatisfactionem teneri.

DE PETITIONE HÆREDITATIS.

1 *Dubitatio, an petitio heredit. ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris;*
2 *Petitio hereditatis mixta actio.*
3 *Omnis definitio in iure eſt periculoſa.*
4 *Petitio hereditatis quid.*
5 *Cui hæc actio competat, & nu.6. 10.14.15.& 16.*
7 *Differentia inter quotam, ſeu partem hereditatis, & quotam bonorum.*
8 *An legatario pro conſequendo, legato detur petitio hereditatis.*
9 *An pro legitima conſequenda poſſit inſtitui heredit.petitio.*
11 *Actor dicens ſe heredem ex teſtamento, debet hoc per oſtenſionem teſtamenti probare. Et ſuccedens ab inteſtato probet ſe eſſe proximum ipſius defuncti conſanguineum.*
12 *An heres in libello ſpecifice deſignare debeat an ſit heres ex teſtamento, vel ab inteſtato, & nu.13.*
17 *Contra quem competat, & numer.19.36.37.38.39.40.41 42. & 43.*
18 *Quis dicatur poſſidere pro herede.*
20 *An hæc actio locum habeat contra titulo poſſidentem totam hereditatem, & eius ratio, & nu.24.25.26. & 27.*
21 *Reus conuentus quotuplex ius habeat.*
22 *Quæ actio detur heredi contra titulo poſſidentem.*
23 *An heres poſſit contra titulo poſſidentem intentare rei vendicationem cum reus conuentus æque opponeret exceptionẽ: Ego cum titulo poſſideo, & præter titulum poſſideo.*
28 *Caſus in quibus petitio hereditatis habet locum aduerſus titulo poſſidentem.*
29 *Quando iuſtus error pro titulo habeatur.*
30 *Sententia Scabinorum Lipſenſium in petitione hereditatis.*
31 *An poſſeſſor conuentus cogatur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis*
32 *An Baro citatus a rege ſub pœna 20.flor. vt monſtret ſua iura, & tit.in caſtris teneatur comparere.*
33 *An conuentus petitione hereditatis cogatur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
34 *Interrogatoria in petitione hereditatis qualiter fieri debeant.*
35 *An, & quando exceptio per reum conuentum ſit opponenda, ſe poſſidere, cum titulo ad repellendum actorem.*
44 *An poſſeſſor hereditatis conuentus hac actione, & ſic pendente iudicio poſſit aliquas res hereditarias alienare.*
45 *Ad quid, vel pro quibus rebus competat hæc actio, ſeu quæ res in petitionem hereditatis veniant, & nu.47.48.& 49.*
46 *Res hereditariæ quæ dicantur.*
50 *An fructus & res hereditariæ vna, & eadẽ actione petantur.*
51 *An, & quando poſſeſſor teneatur ad fructus.*
52 *An bonæ fidei poſſeſſor teneatur de ipſis rebus hereditarijs conſumptis.*
53 *Qualiter probetur quem eſſe malæ fidei poſſeſſorem.*
54 *An feuda in petitione hereditatis veniant.*
55 *Quãdo poſſeſſor hereditatis alienauit aut permutauit res hereditarias, an ad pretium, vel ad rem permutatam teneatur, vel omnino ad rem ipſam hereditariam.*
56 *An actor in libello petitionis hereditatis teneatur ſpecificare omnes res hereditarias.*
57 *Quæ requirantur ad hoc vt iſta actio locum habeat, & num. 58.59.& 60.*
61 *Quid ab actore in hac actione articulandum, & probandum ſit, & nu.62.63.64.66.& 68.*
65 *Quare melius ſit intentare hanc actionem, quam rei vendicationem.*
67 *Articuli probatorij.*
69 *Mors qualiter probetur.*
70 *Quomodo libellus formari debeat in hac actione, & num.71. 73.& 74.*
72 *Quæ debeat heres in concluſione petere.*
75 *Forma libelli.*

76 *An hæc actio cum mixta ſit tollatur præſcriptione longi tem-*
poris, & num. 77.
78 *Decedente nobili ſi relinquat bona feudalia, & allodialia in-*
ter quas perſonas diuidenda ſint.
79 *Et quæ bona uxori debeantur.*
80 *Item agnato quæ.*
81 *Item legitimis hæredibus quæ.*
82 *Vxor negligens petere vtenſilia infra annum, poſtea non au-*
ditur.
83 *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 CIrca hanc actionem, quam Zaſ. dicit hic eſſe pulchram
quotidianam, & ſubti em primo videndū eſt de ratione
poſt tex.in fi §.noſtri,quare olim fuerit dubitaturum: An peti
tio hęreditatis eſſet bonę fidei, vel ſtricti iuris. Et D. Iaſ. hic n.
24.poſt Pet.de Bell. Pet. & Io.Fab. hanc rationem dubitandi
aſſignat,quod nulla actio in rem reperitur bonæ fidei vt con-
ſtat ex tex.§.noſtri,per reg ſup.traditam. Omnes actiones hic
non enumeratas eſſe ſtricti iuris. Sed petitio hęreditatis prin
cipaliter,& originaliter eſt actio in rem. Ergo,&c Minor pro
batur per tex.expreſſum in l.ſed,& ſi lege,25. §.penul.ff eod.
& in l.ſi autem 17.§.ſed,& is.ff de re, vend. Hac autem rōne
dubitandi non obſtante Imp hic,& in l.fi.in fi.C. eo. diſpoſuit
contrarium videlicet petitionem hęreditatis, eſſe bonæ fidei
& non ſtricti iuris propterea quod habet multum perſonali-
2 tatis,ſecundum DD.hic. Vnde etiam mixta actio dicitur, in l.
hęreditatis,7.C.eo. In hoc enim ſapit naturam realium actio
num,quod hęres petit bona corporalia tanquam ſua, & ad re
iure dominij ſpectantia,cum per aditionem hęreditatis etiam
ſolo animo acquiratur dominium, vt no.poſt tex.in l.cum hę
redes,23.in princ.ff. de acq poſſ. Et ſicut cęteræ reales actio-
nes dantur ad declarandum,ita & iſta. Sed quia in ea veniunt
perſonales pręſtationes, & iura incorporalia puta actiones,
ita vt per ea petantur hęredi debita, & ſicut in alijs perſonali-
bus actionibus ita quoque in hac aliquando petitur reum cō
demnari ad dandum,& aſſumit naturam perſonalis actionis,
ſic vt mixta actio dicatur,ſecun Pau de Caſ & alios poſt tex.
in d l hęreditatis,& in d.l ſed,& ſi leg. §.penul & ibi Bart.ff.
eo.Et quamuis omnis definitio in iure ſit periculoſa,l.omnis
definitio. 202. ff.de reg.iur.poterit tamen hęc actio ita deſcri
3 bi,vt ſit mixta,& bonæ fidei per quam actor petit declarari ſe
4 eſſe hęredem, & hęreditatem ad ſe ſpectare in totum vel pro
parte, & reū poſſidentem ſine titulo condemnari ad dimit-
tendas, & reſtituendas res hæreditarias cum fructibus l.per-
ceptis,& percipiendis,de quo vide Bar.in lege veluti,3 ff.eod.
& Iaſ hic n. 214.& infra, de concluſione libelli latius dicetur.
Pro commodiori autem declaratione huius actionis, ſequēs
veſtigia IC.qui in tit.ff. eo.hunc ordinem valde concinnum,
ac perſpicuum ſeruat Nam I Inl. 1.cum l.ſeq vſque ad l regu-
lariter oſtendit, cui hæc actio detur. II Declarat contra quē
ea competat. & hoc facit à l.regulariter. vſque ad l.ita viden-
dum,§ ſi vbi.III Docet, quæ res veniant in petitione hæredi-
tatis,& hoc vſque ad l.ita veniunt,§ præter hæc,vbi IV. Et vſ-
que ad fi declarat verba Senatuſ.facti ſuper hoc tit. ſicut Pau.
de Caſt.poſt Ang.ſup.Rubr.ff.eo.illum tit. diuidit. Sed omiſ-
ſa quarta parte, loco eius videndum,quę requirantur ad hoc,
vt illa actio locum habeat, quid petendum,articulandum,&
probandum ſit,&c.
5 Quod igitur ad primam hanc q.attinet,petitio hæreditatis
præſertim directa I Competit illi, qui dicit ſe hęredem de iu-
re ciuili, ideſt cui defertur hęreditas, ſec l.ſ 2.tab.& alias par-
tes iuris communis, l. 1. ff eod non autem ſecundum diſpoſi-
tionem iuris prætorij,vt bonorum poſſeſſoribus Nam his vti
lis hæc actio non directa datur,vt not. per tex.in leg.item ve-
niunt,20.§.fi.ff eo. vel poſſeſſoria hæreditatis petitio, à iure
prætorio introducta,de quo tit.in ff de poſſ.hęred.pet.Neque
actor tenetur in libello exprimere, quo iure ſit hęres an iure
nouo,vel veteri,ciuili,vel prætorio. Quod enim iuris eſt in ci
uili ſucceſſore,idem quoque eſt in alijs quibuſcunque ſucceſ-
ſoribus dict. lege item veniunt, §.final.& ibi Bartol. Niſi in-
terſit rei conuenti,vt quia ſtatutum,vel conſuetudo circa ſuc
ceſſionem aliud diſponit, contra ius commune, ſecund. Plat.
numer.77. Et amplianfur prædicta,ſiue quis hæres immedia-
tus per ſe,ſiue per mediam perſonam alterius etiam extranei,
lege.2. & 3 vbi Gloſſ. ff.eodem adeò, vt etiam ante me fuiſ-
ſent mille ſucceſſores,ego qui ſum hæres vltimi,poſſim dice-
re me hæredem illius, & petere hæreditatem ipſius primi de-
functi, tanquam eius hæres per regulam, quæ habet. Quod
hæres hęredis primi teſtatoris eſt hæres leg.final. Cod.de hę-
red inſt. de quo poſt Gloſ in dict. leg 3 ff.eodem vide omni-
no Angel.hic num.75.Iaſ.186.& Zaſ.num.69. Poterit tamen
iudex ad inſtantiam partis, ſi eius intereſt, interrogare. An ſit
hæres mediatę, vel immediatę, & ſic an ex ſua perſona, vel
per interpoſitam perſonam ſuccedere velit, vt eſt text.& ibi
Bart.in l.ſi defenſor quæ alt.eſt, §.4.in l.ſi ſine,9.§.illud ff de
interrog.act & Iaſ.hic numer.189. II. Datur hæc actio, ſiue
6 quis ſit hęres inſolidum, ſiue pro certa parte tantum, l.licet
minimam,10.ff.eod. dummodo illa pars ſit quota hæreditatis
non autem quota bonorum, ſec.DD hic eſt enim differentia
7 inter quotam, ſeu partem hęreditatis & quotam bonorum.
Nam quota hæreditatis continet iura actiuè, & paſſiuę, quia
eſt pars iuris vniuerſalis, cum hæreditatis ſit ſucceſſio in vni-
uerſum,ius quod defunctus tempore mortis habuit,l.hæredi-
tas nihil aliud,62 ff.de verb ſign. Vnde is cui relinquitur pars
aliqua hæreditatis, percipit commoda pro ſua parte, & ſuſti-
net quoque pro ſua rata onera,& grauamina hęreditaria. Sed
is cui relinquitur pars bonorum, accipit illam partem titulo
ſingulari,tanquam res particulares,ſine omni onere,deducto
ęre alieno. Ita eſt tex expreſſus in l.ſi quis ſeruum, 8 §.fi.cum
l.ſeq.ff.de legat.2. quia bona non dicuntur, niſi ære alieno de-
ducto,l.ſubſignatum, 39 §.bona, ff de verb,ſig. Hanc & lega-
tario pro conſequendo legato, cui non quota hæreditatis, ſed
quota bonorum relicta eſt,non datur petitio hæreditatis, ſed
actio ex teſtamento rei vindicatio, vel hipothecaria, vt not.
8 in l.1.ff.de l.1 Et ſumpta hinc occaſione Ang. hic num.75. &
9 Iaſ num 193. quærunt, an filius, cui ex teſtamento patris de-
betur legitima,poſſit pro ea conſequenda hanc actionem in-
ſtituere? Et reſpondent,quod non per iſtam rationem: quod
legitima non eſt quota hęreditatis,ſed quota bonorum,quam
filius ſine onere habere debet l.Papin.8 §. quartam autem, ff.
de inoffic. teſtam. Et quamuis hæc opinio videatur magis cō-
munis,quam etiam Ang. dicit in prædicta ſeruari: contraria
tamen ſententia videtur magis ęqua,nec etiam ratione deſti-
tuitur,cum hodie legitima ſit relinquenda filio, tit.& iure in-
ſtitutionis,ideſt iure hęreditario,vt Imp.voluit in Nouel.115.
vt cum de appellat cog § aliud quoque capitulum, 3.de quo
vide hic latius Zaſ.ante fin.§. noſtri III. Competit hæc actio,
10 ſiue quis ſit hęres ex teſtamento, ſiue ab inteſtato,dict.leg.1.
ff.eo. Vtroque enim modo nobis defertur, hęreditas, §.fi.ſup.
per quas perſ.nob.acqu. Et quando actor dicit ſe hæredem ex
teſtamento, debet hoc probare per oſtenſionem teſtamenti,
non vitioſis nec cancellati, iuxta lege final. Cod. de edicto
D. Adria.toll. Si verò ab inteſtato ſuccedit, debet exprimere,
& probare, ſe eſſe proximum ipſius defuncti ſanguineum,
neque ſufficit probare ſe eſſe cognatum niſi etiam, oſtendat
ſe proximiorem eſſe, § ſi plures, 5.ſup.de leg.agnat. ſucceſſio.
& Auth. poſt fratres, Codic. de leg. hęred. & vulgo dicitur:
11 Quanto proximior gradu, tanto proximior hæres, de quo
vide tex.iur. Sax.in artic 3 lib. 1 Non igitur refert, vtrum
quis ex teſtamento, vel ab inteſtato ſit hæres. Sed iam oritur
dubium, vtrum hæres ſpecifice in libello deſignare debeat, an
12 ſit hæres ex teſtamento,vel ab inteſtato. Et communis vide-
tur eſſe opinio Bar.in l. 1.ff.de pet.hær.quod ſufficiat in gene-
re ſi actor dicat ſe eſſe hęredem ſpecificatione illa omiſſa,quia
petitio hæreditatis eſt in rē vniuerſalis, ergo in ea vniuerſalis
petitio admittitur,cauſa non expreſſa, vt notatur in le. 1.ff.de
eodem poſt Gl.mag. ibi. Et hæc ſententia Bar.procedit ſine du-
bio, quando contra actorem non opponitur, quia proceſſus
valebit. Cęterum ſi reus, vel iudex cupiant certificari de qua-
litate ſucceſſionis, an ex teſtamento,vel ab inteſtato actor ſit
hęres,tunc hoc declarari debet,per tex.in d.l.ſi defenſor, §.il-
lud ff.de iur.interrog.act.de quo latius vide Plat. num.99 Iaſ.
171.Zaſ.nu.70.Et circa prædicta in practica diligenter nota
13 bitis,licet opinio Bar.tanquam vera,de iure ſuſtentari, ac de-
fendi poſſit, tutius tamen eſſe in libello ſpecificè exprimere,
vtrum actor ſit hæres ex teſtamento,vel ab inteſtato,ne reis,
quorum natura eſt fugere, & ipſorum Aduocatis,qui plerum
que omnia mala norunt, ſecundum Glo.in leg. Ab Anaſtaſio
23.ſup.ver.Morantur,C.mandati,& plerumq.ſec.Bal.ibi.tunc
modicæ conſcientiæ, detur occaſio ad plures exceptiones di-
14 latorias opponendas, quaſi libellus ſit generalis, & obſcurus.
IV. Datur hæc actio hæredi fideicommiſſario, cui ex S. Tre-
bell.hæreditas reſtituta eſt leg.ei qui 54. in fin. ff.eod. & adde
totum titul.ff de fideic. hær.pet. V. Datur emptori hæredita-
15 tis d.l.ei qui,in fin princ. Et de eo qui emit a fiſco non eſt du-
bium,per tex.in d.l.ei qui. An autem idem ſit de eo qui à pri-
uato hęreditatē emit, maius eſt dubium. Et Gloſ.in d.l.ei,qui
concludit quod ſic,ita vt emptor vtilē non directā hanc actio
nē habeat argumento, l.emptor 5 C. de hęred. vel act. vend.
Et prædicta ſanè intelligatis, vt emptor habeat petitione hęre
ditatis contra poſſeſſores rerum hæreditariarum non autem
contra vēditorē, quia contra eum actio perſonalis ex empto
locum

locum habet, ſec. Gloſ. in dict. leg. ei qui, ſup. verb. Actionem.
16 Ad cuius intellectum vide Cyn. in l. cogi, 11. in 3. q C. eo. VI.
Quibuſcunque ſucceſſoribus hæc actio datur, quibus, ſ. non ſo-
lum à lege communi, ciuili, vel prætoria, ſed etiam à ſtatuto,
vel conſuetudine hæreditas defertur, dict. leg. item veniunt, §.
fin. ff. eod.

Secundò principaliter quæritur, Contra quem hæc actio
17 competat? Et dic etiam dari. I. Contra poſſidentem pro hęre
de, l. regulariter, 9. iuncta, l. ſequ & l. pro hęrede, 11. ff. eod. vbi
18 IC. declarat, quis dicatur poſſidere pro hærede, is, ſcilicet qui
aſſerit, & contendit ſe eſſe hæredem, cum tamen in rei veri-
tate non ſit, non diſtinguendo vtrum bona fide ſic putet ſe eſ-
ſe hęredem, vel etiam mala fide hoc faciat, dum alium pro-
priorem, & veriorem hęredem ſcit ſupereſſe, d. l. pro hærede.
II. Contra poſſidentem pro poſſeſſore, qui non contendit ſe
19 eſſe hæredem, ſed de facto & ſimpliciter ſine titulo poſſidet,
nec interrogatus poteſt aliquem titulum ſuæ poſſeſſionis al-
legare, niſi quia poſſidet, vt prædo, fur, raptor, & quilibet alius
malæ fidei poſſeſſor, d. leg. pro hærede, in fin. cum duabus leg.
ſeq. ff. eod. Idem ſi allegaret titulum, ſed inualidum, qui, ſcili-
cet non habetur, pro tit. l. nec vllam, 13 ſ. 1. in Gl. in verb. ſciēs
ff. eod. Nec attenditur, vtrum ſic poſſidens totam hæredita-
tem, vel eius partem poſſideat, cum etiam contra poſſidentē
minimam rem hæredıtariam competat, vt eſt tex. in leg. licet
minimam, 10 ff. eo De quo latius infra dicetur. Et principali-
a ter in hac quęſt. notandum; hanc actionem non dari contra a
titulo poſſidentem totam hæreditatem, vel eius partem, vel
20 etiam minimam rem hæreditariam. Veluti ſi quis emiſſet
hęreditatem ab aliquo, qui putabat ſe eſſe hæredem, tunc ve-
rus hęres non poteſt per hanc actionem petere ab emptore
hęreditatem, propter titulum emptionis quem poſſeſſor ha-
bet. Idem de alijs titulis dicendum eſt, vt notatur per Gl. ſup.
verbo compellat, & DD. poſt text. in d. l. hæreditatis, Cod. eod.
Iaſ. & alios hic vera ratio, quia ad hoc vt actor vincat reum,
debet ſe fundare in iure potentiori, quam habeat reus: alias
in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, quam petentis,
c. In pari, 65. de reg. iur. in 6. Sed in petitione hæreditatis actor
principaliter ſe fundat ex ſuo titulo, & habet titulum nudum
ſcilicet quod hæres ſit, qui tamen non eſt verus titulus alias
non daretur hæc actio contra poſſidentem pro hærede, ſed
21 qualitas quædam. Reus verò conuentus habet duplex ius,
titulum, ſcilicet emptionis, vel alium, & poſſeſſionem: atque
ita habet cum actore primo ęquale ius, vterque enim allegat
suū titulum. De inde habet etiam illud plus, quod ſcilicet poſ-
ſidet. Succedit igitur prædicta regula. In pari cauſa meliorem
22 eſſe conditionem poſſidentis quam petentis, d. cap. In pari. Et
quamuis iſto caſu contra titulo poſſidentem hęredi non com
petat hęc actio, attamen cum ex tali titulo ſucceſſionis, per
aditionem hæreditatis, (quæ etiam ſolo animo fieri poteſt)
b ſi factus dominus hęreditatis poterit contra b poſſidentem
etiam cum titulo intentare rei vendicationem l. vnic. in fi. C.
de alie mut. iud. cau fact. Quod tamen hæredi eſt durius, &
incommodius, propter onus probandi. Nam actor in peti-
tione hęreditatis non tenetur probare dominium rerum, ſed
ſufficit probare ſe eſſe hęredem, & res petitas fuiſſe tempore
mortis apud defunctum, vt infra dicetur. Quod non ſic eſt in
rei vendicatione, vbi neceſſe eſt, dominium probari, cuius eſt
defficilima probatio, vt ſup. in § omnium, declaratum eſt. Vn-
de partes ſæpe inter ſe contendunt in iudicio, vter poſſideat,
vt ſic in aduerſam partem onus probandi transferatur, vt ha-
betur, & notatur, in l. is, qui deſtinauit, 24. ff. de rei vend. Sed
contra prędicta poſſet quis obijcere, ſecundum Iaſ. hic num.
95. quod attenta ſupradicta ratione, nec hæres poſſet contra
23 titulo poſſidentem intentare rei vendicationem: quia ęquē
reus conuentus exceptiuæ diceret. Ego cum titulo poſſideo,
& licet tu actor te fundes, quoque in titulo puta, in dominio:
tamen præter titulum ego habeo quoque poſſeſſionem. Ergo
in pari cauſa, &c. Sed ad hoc reſponderi, & negari poteſt in
rei vendicationem eſſe parem cauſam actoris, & rei quia
actor non fundat ſe ſolum ex nudo titulo, ſed ex iure, quod
habet in re, videlicet, ex dominio, quia dicit ſe dominum eſſe
iſtius rei, & illud ius eſt maius, & potentius, quam quod ha-
bet reus, qui ſolum nititur titulo, cum poſſit eſſe titulus non
ſufficiens ad translationem dominij, præſertim ſi habeatur à
non domino. Quare non poteſt dici parem eſſe cauſam, 1.
part. & ęquales eſſe ius in rei vindicatione actoris & rei. Eſt
24 igitur firma concluſio, petitionem hæreditatis non dari con-
tra titulo poſſidentem. Quam ampliate procedere. Siue iſte
25 titulus ſit acquiſitus cum poſſeſſione, ſiue poſt apprehenſam
poſſeſſionem, ſecundum Iaſ. hic numero 196. 2. Siue iſte ti-
tulus ſit acquiſitus ante, ſiue poſt mortem teſtatoris de quo
tamen variæ ſunt ſententiæ DD. ac proinde iſta ampliatio
non ita indiſtinctæ procedit. Nam Bald. in leg. fin. num. 9. &
11. oppoſitio, Cod. de edict. Diui Adrian. tollend. ita diſtin-
guit. Aut reus nactus eſt titulum in vita defuncti, & poteſt
repellere agentem hac actione. Aut poſt mortem teſtatoris,
& non poteſt ſe tueri, ſed datur contra eum petitio hæredi-
tatis. Nam in primo caſu non eſt dubium, contra poſſiden-
tem hanc actionem non dari, non ſolum ex eo quod petitio
hæreditatis non competit contra titulo poſſidentem, ſed e-
tiam ex alia ratione, quia actor debet probare talia bona fuiſ
ſe tempore mortis apud defunctum, quod non poteſt eſſe in
priori membro, cum reus iam dudum in vita defuncti poſſe-
derit rem. Ideò in ſecundo membro videtur ſubdiſtinguen-
dum poſt Bar. in l. cogi, 11. in fi. C. de petitio hęred. Aut reus
poſt mortem defuncti natus eſt titulum ab eo, qui non pote-
rat conueniri petitione hęreditatis, qua & ipſo titulo poſſide-
bat, & non datur contra poſſidentem hæc actio. Aut ab eo,
qui poterat conueniri ac actione, quia poſſidebat pro hęrede,
vel pro poſſeſſore, ſed tamen vendidit partem hæreditatis, vel
totam, & poteſt emptor, vel alius ſic poſſidens cum titulo
conueniri. Sed Bartol. ſui immemor, in l. 3. §. opus ff. de alien.
iud. mut. cauſ. fam. in iſto ſecundo membro contrarium de-
cidit: videlicet, quando pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſi-
dens, alienat res hęreditarias, mutandi iudicij cauſa, tunc il-
lum tertium, qui poſſidet tales res cum titulo non poſſe peti-
tione hæreditatis conueniri, ſed teneri actione in factum ad
intereſſe, ex quo doloſè alienauit. Præterea, iſta diſtinctio
Bar. non ſatisfacit, Ang. hic num. 46. & in §. ſed iſtæ nu 13. ſu-
pra eod. vbi poſt Iuriſcon. in l etiam, (al. eſt verſic. §. 3. in l. nec
vllam, 13.) §. 1. ff. eod. ponit aliam diſtinctionem, non tamen
26 perfectè. Itaque nos in hoc articulo plenius. poſt text. in d. l.
etiam, §. primo, ff. eod & ibi pulchre Paul. de Caſtr. diſtinguit.
Aut quis poſſidet cum titulo totam hęreditatem, vel eius quo
tam aut rem hęreditariam, vel eius quotam, ego que dico ad
me ſpectare, & volo contra te experiri, ac noſtra actione,
diſtinguitur. Aut eras malæ fidei emptor, quia ſciebas hęre-
ditatem ad me pertinere, non ad venditorem. Et datur mihi
contra te, non directa, ſed vtilis petitio hęreditatis, text. eſt in
d. l. etiam, § ſi quis ſciens. Aut eras bonę fidei emptor, quia pu-
tabas ad venditorem ſpectare hęreditatem, & ſubdiſtingui-
tur. Aut emiſti à fiſco, qui vendidit tibi tanquam hæredita-
tem vacantem. Aut habuiſti eam in dotem ab vxore tua, &
quoque teneris vtili hac actione, text. eſt in dicto, §. ſi quis
ſciens, in fin. iunct. §. ſeq. Aut emiſti eam ab alio priuato, &
tunc in duobus caſibus hanc actionem contra te intentare
poſſum. Primum, ſi modico pretio emiſti: deinde, ſi contra
venditorem, mihi non eſt conſultum, quia non poſſum habe-
re contra eum regreſſum, quia abeſt, vel non eſt ſoluendo. Si
vero emiſti iuſto pretio, & venditor compareat eſtque ſol-
uendo, neque directa, neque vtilis hęc actio mihi contra te
datur cum bona fide poſſideas, & habeas titulum verum, ac
validum. Iſta omnia probantur per textum in d. l. etiam, §.
1. quem ſic pulchre præ ceteris, declarat Paul. de Caſtr. ibi.
27 Secundo caſu principali. Quando poſſides cum titulo rem
aliquam hęreditariam ſingularem, ſeu particularem tunc ſi-
ue iſte titulus, ſit acquiſitus ante, vel poſt mortem teſtatoris,
ſiue venditor rei reperiatur, qui mihi vero hęredi ſatisfacere
poſſit, ſiue non, non datur contra te petitio hęreditatis, ſed
rei vendicatio, vt notatur poſt textum, & Gloſ. in l. ſed & ſi
lege, §. idem ſi rem, 17. ff. eod. & add. Glo. in d. l. etiam, § pri-
mo. ſupr. verbo. Actionem, & in d. §. ſi quis ſciens, ſupr. verb.
Vtili, ff. eo. & Paul. de Caſt. poſt tex. in l. 2. C. eod. Prædicta ta-
men limitantur, niſi titulus, ſit inualidus, vel procuratus, vt in
28 ſequentibus declaratur. Ex prædictis igitur. Limitatur con-
cluſio ſupra poſita, videlicet, petitionem hęreditatis non dari
contra titulo poſſidentem. 1. Niſi habet titulum malæ fidei, d.
§. ſi quis ſciens. 2. Niſi habeat titulum à fiſco, vel vxore quan-
tumuis bona fide, d. §. ſi quis ſciens, in fi. cum ſeq. 3. Niſi tota
hęreditatem, vel eius quotam modico pretio emi. 4. Niſi ve-
ro

ADDITIONES.

a *Petitio hereditatis contra titulo poſſidentem regulariter non datur, l. 2. C. de pet. her. & ibi DD. Caſt. in l. pro herede l. nec vllam, ff. de pet. hered. Cuius regulæ ſex exceptiones, vide apud Soc. regula Petitio hereditatis, 296.*

b *Petitio hereditatis, licet non detur aduerſus tit. poſſidentem, datur tamen rei vendicatio.*

to hæredi contra venditorem non eſt conſultum, quia non eſt præſens, vel non eſt ſoluendo. d. leg. etiam, §. 15. Niſi titulus eſt procuratus, poſt conuentionem in iudicio factam ſecund. Iaſ. hic numer. 198. qui poſt Plat. hic numer. 112. ſubijcit, inanẽ eſſe cautelam, qua vtuntur aliqui imperiti aduocati, qui videntes conuentum petitione hæreditatis, non habere titulum, ſuadent ei vt procuret titulum, & emat forte à quo velit hęreditatem atque ita acquirat titulum, & agentẽ petitione hæreditatis propter titulum excludit. Nam iſta procuratio, quæ ſic in fraudem facta, eſt vt inquit Zaſ. hic non valebit feſtucam quia poſſeſſor habet titulum, & malam fidem: actor vero titulum, & bonam fidem. Ideo is præferri debet, vt in ſimili dicit Bartol. in lege. ſine 9. §. ſi dub. ff. dict. Pub. in rem. act. 6. Niſi reus poſſidet rem hæreditariam titu-
19 lo putatiuo. Licet enim iuſtus error pro titulo, habeatur quãtum ad vſucapionem, & præſcriptionem, non tamen habetur pro titulo, quantum ad repellendum eum, qui agit petitione hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum, ſecundum Bart. poſt gloſ. in leg. 1. ſopr. verſic. Si nihil vſucaptum, ff. quorum bonorum, addi hic Plat. numer. 112. in final. & Iaſon, 199. 7. niſi titulus eſt inualidus, & habetur pro non titulo, vt ſi ſciens, quis habet res hæreditarias, ex donatione vel emptione prohibita, quia emita furioſo, vel pupillo, vel habet ex donatione coniugis, vt declarat Iuriſconſultus, in l. nec vllam, 13. § omnibus, ff. eo. Hic in practica, vidi per Scabinos Lipſ. ſecundum prædictam concluſionem in hunc modum
30 pronunciatum eſſe. Si actor omnia hæreditaria, bona ad ipſum per mortem N. deuoluta actione inſtituta petiuit: ad quem reus reſpondit: talia bona ſe emptionis titulo tenere, atque de ijs authorem ſuum laudare poſſe. Si ergo reus, prout iuris, probauerit talia bona eſſe iuſto titulo empta, qui iure impugnari nequeat: merito meliori iure in ijs permanet, quam actores illa ab ipſo euincere queant. De his, & alijs limitationibus vltra prædicta vide poſt gl. DD. in l. hæreditatem, 4. C. in quibus cauſ. ceſſat longi temporis præſcr. Et circa
31 prædicta notandum eſt licet, vulgata ſit theorica in iure noſtro poſſeſſorem conuentum nõ teneri dicere titulũ ſuæ poſſeſſionis iuxta l. cogi 11. cũ ſimilibus, C. eodem quippe quod valde eſſet inciuile, reum ad ſuum incommodum, & actoris commodum ab hoc cogi poſſe, vt ſic daret arma actori cõtra ſeipſum, contra l. nimis graue, 7. C. de teſtam. adeo, vt Bartol. in l. 1. C. de condict. & procur. pręd. fiſc. 11. dicat, ſi Rex faceret citari aliquem ſuum Baronem, vt oſtendat iura, quæ habet in Caſtri à ſe poſſeſſis, ſub pœna amiſſionis, 200. talem
32 citationem eſſe ipſo iure nullam: & Baronem non teneri oſtendere ſuum titulum, quod dictum tanquam quotidianũ, D. Iaſ. hic numer. 202. diligenter notare iubet, tamen conuentus petitione hęreditatis cogitur dicere titulũ ſuæ poſſeſſio-
33 nis, & ad hoc per iudicem compelli poteſt, d. l. cogi, cum ibi notatis, vt poſſit ſciri an hac actione teneatur nec iudicium reddatur eluſorium, & ſi interrogatus in iudicio noluerit dicere, & propterea proceſſum, ſit vſque ad ſententiam, & tunc demum dicat ſe poſſidere ex legitimo titulo, ſicut hoc facere poteſt quia eſt exceptio peremptoria, quę perimit actionem. Vnde vſque ad ſententiam poteſt opponi, l. peremptorias, 2. C. ſentent. reſcind. non poſſe, condemnatur in expenſis, propterea quod fruſtrauit actorem non dicendo hoc à principio, ſecundum Bald. poſt Paul. de Caſtr. & alios in dicta lege, cogi, vbi per eos, traditur etiam forma, qualiter interrogatio-
34 nes iſtas in iudicio fieri conueniat. Et ex communi opinione reus primo debeat interrogari, an poſſideat, quod ſi negat amplius nõ eſt interrogãdus, cum ſciat actor eum hac actione non teneri. Conuinctus tamen de mendacio, priuatur cõmodo poſſeſſionis, ſecundum Baldum in d. l. cogi, num. 12. per gloſ. in l. fi. ff. de rei vindicat Si vero reſpondeat ſe poſſidere, deinceps interrogabitur. An poſſideat vt hæres, & ſi reſpondet quod ſic, vlterius non interrogatur, cum actor ſciat ſibi competere hanc actionem cõtra eum. Si vero negat, iterum interrogandus eſt, qualiter poſſidere & ſi non vult dicere, vlterius non debet interrogari. Apparet enim tunc, eum poſſidere pro poſſeſſore, ita vt actio noſtra contra eum locum habeat. Si vero dicit ſe poſſidere iuſto titulo, vlterius interrogetur, à quo habuerit titulum, vt ſciatur an valeat, vel non
35 valeat. His ad Angel. hic numero 76. verſic. Ex prædictis ſumas cautelam. Vltimo circa prædicta quæritur, An, & quando hæc exceptio per reum conuentum ſit opponenda, ſe poſſidere cum titulo, ad repellendum actorem? Et quamuis veteres quidam DD. exiſtimauerint, eam eſſe dilatoriam exceptionem, & tantum ante litem conteſtatam opponi poſſe, iuxta l. pen. & fi. C. de excep. tamen Bart. quem communiter DD. ſequuntur, in d. l. cogi, C. eodem, dicit eam eſſe mixtam, ita vt habet mixtam cauſam, adeoque tam ante litem conteſtatam in vim dilatoriæ, quam etiam poſt litem conteſtatam in vim peremptoriæ, vſque ad ſententiam definitiuam opponi poſſit, ad ſententiam abſolutoriam conſequendam. Sicut dicimus de exceptionibus litis finitæ, quæ etiam ad impediendum litis ingreſſum opponi poſſunt, vt notatur in leg. eleganter, 23. §. fin. ff. de cond. ind & quando ante litem conteſtatam opponuntur, abſoluitur reus tantum ab obſeruatione iudicij. Si vero poſt litem conteſtatam definitiue abſoluitur ab actione, vt pulchre declarat D. Iaſ. in leg. iuſiurãdum, & ad pecunias, 34. §. final. ff. de iureiur. & eleg. Bartol. in leg. cum quærebatur, 13. ff. iud. ſolui. Et quia talis exceptio videtur requirere altiorem indaginem, cum diſcutiẽdum ſit, qualem titulum habeat reus & a quo, item quo tempore illum nactus ſit poteſt iudex eius diſcuſſionem reſeruare, poſt litem conteſtatam, ſi in initio fuerat appoſita. Sicut plerumque ſuper talibus exceptionibus, quæ in vim peremptoriæ
36 opponi poſſunt, talis ſententia interlocutoria fieri ſolet: Quòd reus non conſiderata prætenſa exceptione ſua, teneatur producto actoris libello reſpondere. Et reſeruantur ſibi tales exceptiones, vt poſt litem conteſtatam in vim peremptoriæ eas opponat. III. Datur hęc actio contra eum, qui dolo deſijt poſſidere, quia alienauit hęreditatem, ne ipſe conueniretur, cum, vt infra dicetur, à parte rei poſſeſſio requiratur, ad hoc, vt iſta locum habeat? poterit enim conueniri petitione hęreditatis, perinde ac ſi poſſideret, ſicut in ſimili poteſt contra eum, qui dolo deſijt poſſidere, intentari rei vindicatio, quę etiam à parte rei poſſeſſionem requirit, leg. ſin autem, 27 §. ſed & is, ff. de rei vind. In caſu tamen noſtro, ſi is in quem ſic doloſa alienatio facta eſt, reſtituat res hęreditarias actori, liberatur is, qui dolo deſierat poſſideret, quia non poteſt alienans conueniri, niſi vt condemnetur ad pretium loco intereſſe. Sed tunc non intereſt actoris, poſtquam iam conſecutus eſt poſſeſſionem rerum hęreditariarum, ita eſt
37 text. in dict. leg. etiam, §. item ſi quis dolo, 14. & in leg. nec vllam, 13. §. final. ff eodem. IV. Datur contra eum, qui non poſſidet res hęreditarias, neque dolo deſijt poſſidere, ſed tamen vt poſſeſſor ſe ſponte obtulit liti, & iudicium ſuſcepit. Tunc enim propter iſtum dolum, quod interrogatus non ſignificauit ſe non poſſidere, hac vtili actione tenetur, cum deceperit actorem, qui alias contra eum non egiſſet, text. eſt in dict. l. etiam, §. non ſolum, ff. eod. Sicut idem dicimus in rei vindicatione. Et hoc eſt verum, quando actor ab initio ignorabat, rem non poſſidere: ſecus, ſi ſciebat, nam tunc reus non condemnabitur, quia actor ſeipſum decepit, leg. qui ſe liti, 45. ff.
38 eod. V. Datur contra debitorem hęreditatis, ſiue fuerit debitor defuncti, ſiue hęreditatis iacentis, ſiue ex contractu, ſiue delicto, ſiue quaſi contractu, vel quaſi delicto, ſiue pure, ſiue in diem, d. l. etiam, §. fi. cum duabus ll. ſeq. ff. eodem. Quod tamen intellige verum, ſi iſte debitor contendat ſe eſſe hęredem defuncti, alias ſi hęredem, ſe non contendat non hac actione conueniri poterit, ſed alijs actionibus, quibus ſecundum qualitatem obligationis ipſi defuncto tenebatur, textum eſt in l. ſi debitor, 42. ff eodem, vbi Bart. dicit, iſta lege limitari totum titulum, de petitione hęreditatis, & eam notare iubet, quod quamuis ad hoc, vt poſſeſſor rerum corporalium hęreditariarum teneatur hac actione non requiratur eum contendere ſe hęredem, quia datur contra poſſidentem pro poſſeſ-
39 ſore vt ſupra dictum, tamen quando agitur contra poſſeſſorem iuris requiritur, vt is ſe hęredem eſſe contendat, de quo latius videte hic Ang. nu. 66. verſic. An autem debitor, & Iaſ. hic, num. 205 Zaſ. 75. VI. Competit contra poſſidentem prętia rerum hęreditariarum, vel debita exacta à debitoribus hę-
40 reditarijs, l. quod ſi in diem, 16. §. ſed & is, ff eo. VII. Datur cõtra habentẽ actionem occaſione rerum hęreditariarum, vt eam cedere teneatur vero domino, v. g. Si is, qui pro hęrede poſſidebat domum, vel alias res hęreditarias, vi fuerit deiectus peti ab eo hęreditas poteſt, quaſi poſſeſſore iuris cum habebit illud ius intendendi interdictum. Vnde vi, contra deijcientem, vt cedat vero hęredi hoc interdictum. Item ſi poſſidet hęreditatem, & aliquas res vendidit, & prætium non recepit, poterit hac actione conueniri, vt cedat actiones quibus emptores ipſi poſſeſſori alienanti res hęreditarias
41 obligati erant tex. in d. leg. quod ſi in diem, ſ. Iul. ff. eodem. VIII. Datur contra eum, qui ſic vi deiecit poſſidentem pro hęrede, cũ poſſideat res hæreditarias pro poſſeſſore, d. l. quòd
42 ſi in diem §. Iulian. ff. eodem. IX. Datur contra eum qui ſciẽs & ſic mala fide emit totam hęreditatem, vel eius quotam vel etiam bona fide emit, ſed modico pretio. Et quando verus hęres non poteſt habere regreſſum contra vẽditorem, vt ſupra dictum eſt, poſt text. in dict. l. etiam, §. 1. iunct. §. ſi

Digitized by Google

emptæ, vt ſoluat precium cum vſuris poſt diem traditionis,
textus ſunt expreſsi in d.l. Iulianus, §. ex vendito, & l. curabit,
5. & l. fructus, 13. Cod. de act. empt. & in l. ſi. ff. de pet. & com.
rei vendit. Et dicuntur eiuſmodi vſuræ recompenſationes, &
petuntur tanquam intereſse, propter tardatam ſolutionem.
Aequiſsimum enim eſt cum emptor re, & precio fruatur, cū
vſuras precij ſoluere, vt inquit Iuriſconſultus, d. §. ex vendi-
to. Non tamen petuntur hæ vſuræ iure actionis, ſed officio iu
dicis, ſecund. Caſt in d. §. ex vendito, & ſup. in quinta differen-
tia inter actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris declarata eſt. III.
Datur actio ex vendito contra emptorem ad reſtituendum
9 id quod plus debito præſtitum eſt per venditorem, text. eſt
in leg. fundi, 17. §. tutor. & in l. ſi ubi liberum, 8. ff. de actione.
10 empt. & in l. ſibi metum, 35. ff. de ſerm. vrb. præd. IV. datur in-
terdum ad quoddam factum per emptorem expediendum,
vt eſt in caſu, l. ſi is qui lapides, 9. ff. de actio. empt. vbi emptor
vt tollat rem vendictam, actione ex vendito cōuenitur. Hine
no. Paul. de Caſtr. ibi, quod quando res debita eſt talis, quæ
non poteſt portari ad domum creditoris ſine ſumptu, labo-
11 re & periculo, non tenetur debitor eam portare, & afferre
ad domum creditoris, ſeu creditor ſuis ſumptibus, periculo,
& labore cogitur tollere. Quod eſt verum niſi contrarium
inter partes actum ſit, cum ex conuentione partium contra-
ctus legem accipiant, vulg. l. 1 §. ſi cōuenit, ff. depoſiti. Hinc in-
ſtrumentis obligationum non ſuperflue hæc clauſula apponi
ſolet. Et promiſit quoque venditor vltra, ſe quolibet anno in
die Michaelis, dictos vēditos reditus Vvitebergam ad domū
emptoris portaturum, & ibi abſque omni ipſius ſumptu, peri-
12 culo, ſeu diſpenſio per ſoluturum eſse. V. datur ad reſcinden-
dum contractum, quando fundus venditus eſt ſub pacto l. cō-
miſsoriæ, hoc eſt, vt niſi intra certum diem preciū ſoluatur,
res ſit inempta. Vnde ſi non fuerit precium ſolutum ſtatuto
tempore competit venditori actio ex venditor, vt emptor re
ſtituat rem emptam, text. eſt in l. ſi fundus, 4 in prin. ff. de leg.
commiſs. alias ſi fundus fuerit venditus, & traditus, ac fides
habita de precio, licet poſtea emptor ſit in mora ſoluendi pre-
cium, vel incipiat fieri operatus, ſed non ſoluendo, non tamē
agi poteſt hac actione ad reſcindendum contractum, & ſic ad
reſtitutionem fundi vendit., nec item reali actione fundus
vendicari poteſt cum dominium per venditorem ſit transla-
tum, ſed competit hæc actio tantum ad ſolutionē precij, tex-
tus eſt ſingularis in l. in ciuile 12. C. de rei vendit. & in l. ven-
diti. 6. C. de act. empt. quia in contractibus nominatis nō licet
13 pœnitere, l. ſicut 5. C. de oblig. & act. Et obiter notandum be-
neficium legis commiſsoriæ in fauorem venditoris introdu-
ctum eſse ideo emptor eo vti non poteſt, ſed ipſe venditor
volens, vti poterit, non tamen inuitus ad hoc cogi, l. 2. & 3. ff.
14 de l. comiſs. VI. competit hæc actio contra emptorem, ad re-
a uendendum a fundam ex pacto de retrouendendo, in cōtra-
ctu venditionis appoſito, l. 2. C. de pactis inter emptorem, &
venditorem. Ad cuius legis intellectum obiter notabitis, I. Si
offeratur precium per venditorem emptori cum pacto de
retrouendendo, cogitur emptor rem tradere ſi habet eius fa-
cultatem, nec præſtando intereſse liberatur, vt probatur, per
text. in d. l. 2 iunctis his quæ notantur in l. 1. in prin. ff. de act.
15 emp. 2. Si venditor apponat pactum de retrouendendo in-
fra certum tempus puta decennium, & neque ipſe, neq; eius
hæredes intra illud tempus obtulerunt precium, elapſo decē-
nio non poteſt cogere emptorem ad reuendendum, ita pro-
16 batur per d. l. 2. ibi (teque parato ſatisfacere conditioni.) cō-
ditio enim in forma ſpecifica adimpleri debet, l. ſi ita quis 21.
& ibi notata, ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. & facit vulgata re-
17 gula: Quod permiſsum eſt ad certum tempus, videtur poſtea
denegatum, l. ſtatu liberum, 11. §. Stichum, ff de l. 2. 3. Pactum
b de retrouendendo b tranſmittitur ex c vtraque parte ad hæ-
c redes etiam ſi in eo hæredum non ſit facta mētio. Et quo ad
hæredem emptoris eſt ex. in d. l. 2. vbi concludunt. Gloſ. idem
18 eſse in hærede venditoris l. ſi pactum, 9 ff. de prob. 4. Habens
facultatem reemendi de iure communi, ex pacto, ſ. contra-
hentium, poterit illud ius etiam ex cauſa voluntaria alteri ce
d dere quia regulare eſt omnem perſonalem d actionem cedi
poſse, vt notatur per tex. in l. per diuerſas, 22. Cod. mandati. Et
quia hic noſter caſus non reperitur exceptus ſtari debet huic
regulæ, cum vulgata ſit theorica in iure noſtro, ſtandum eſse
regulæ donec de caſibus exceptis doceatur, ſec. Bart. in l. quo-
ties 13. ff. ſi quis cautio. & Iaſ. in l. ſi Stichum, 16. §. 1. nu. 11. ff.
de verb. obl. Si vero illud ius reemendi competeret alicui de
iure ſpeciali, contra regulas iuris communis, tunc cedi non
poſset, vt in agnato, vel vicino, cui contra ius commune, ſcili-
cet l. dudum, 14. C. de contrah. empt. virtute ſtatuti, vel cōſue-
tudinis, competit ius reemendi rem immobilem alignatā per
agnatum, vel vicinum, certe talis agnatus, vel vicinus ius ſuū
alteri credere non poſſet vt notatur per Doct. in l. ad officiū,
19 3. C. commun. diuid. 5. Emens fundum à duobus cum pacto
de retrouendendo, non tenetur vni partē reuendere, l. qui fi-
ſtulas 78. §. qui fundum, ff. de contrah. empt. & l. qui pignori,
19. ff. de pign. Et probatur ratione, quia contrahentes præſu-
muntur veriſimiliter id egiſſe, vt aut totius fundus reemere-
tur, vel totus retineretur; Ac ratio illius præſumptionis eſt, ne
quis inuitus incidat in communionem, quæ diſcordias exci-
tare, & parare ſolet, lege cum pater, 77. §. dulciſſimis fratribus
20. ff. de l. 16. Si vnus ex venditoribus, nolit remere, alter vero
20 offerat emptori cum pacto de retrouendendo totum preciū
& petat ſibi integrum fundum reuendi, communis eſt cōclu-
ſio æquior, & probabilior, quod talis emptor vni ex vendito-
ribus offerenti integrum pretium, & volēti cauere de retro-
uendendo partem ſocio, quando vult eam habere, teneatur
totum fundum reuendere, ita concludit D. in d. l. 2. & proba-
tur per d. l. fiſtulas, §. qui fundum, ff. de contrah. empt. Ex præ-
miſſis conſtat varijs modis ſecundum diuerſitatem caſuum
in hac actione libellum formari poſſe. Sed quia regulariter cō
petit abſolutionem precij, poterit ſub hac forma ita concipi.

Forma libelli,

21 Coram vobis, &c. Comparens N. breuiter exponit quod
rea ante triennium in Paſchalibus nūdinis Lipſenſibus cen-
tum centenarios ſtani pro 600. floreno, legitimo, atque firmo
contractu vendiderit, eoſque poſt venditionis cōuentionem
plene, & integre tradiderit, ea fiducia, reum vigore cōuentio-
nis, precium quoque ad ſubſequentem Pentecoſtem, plenarie
& integre ſoluturum, ac numeraturum eſſe: Quia vero id mi
nime factum eſt, ſed actori preciū iam ad trienniū ferre nul-
la compellationum crebarum, & bonæ fidei ratione habita
debetur, ac detinetur, iſque vtpote negociator, inde non par-
uo damno affectus eſt, reus autē contra vendita ſtanni, ac pre
cij eius interea commodum, atque vſum percepit, ideo actor
petit pronunciari, reum ad petitorum, 600. florenorum, cum
intereſſe damnorum, & expenſaſum ſolutionem teneri ac
condemnari. Super his omnibus ius, & iuſtitiam, &c.
22 Hæc forma libelli fundata eſt in d. l. Iulianus, §. ex vendito,
& in d. l. ex empto, in prio ff. de act. empt. & in l. curabit. 5. &
in d. l. fructus, 13. C. de act. empt. & add. Spec. in tit. de empt. &
vend. § ſi prius.
23 Quod ad quartam quæſtionem principalem attinet, quæ
requirantur ad hoc, vt locum habeat hæc actio, breuiter re-
ſpondetur. I. Requiri contractum venditionis celebratum eſ-
ſe. II. Rem venditam eſſe traditam ipſi emptori & ita, vt ven-
ditor adimpleuerit contractum a ſua parte, alias repelli poſſet
per exceptionem rei non traditæ, ſicut ſupr. de act. exempto
dictum eſt. Cum correlatiuorum ſit eadem natura, & ſtatu-
tum in vno cenſeatur quoque ſtatutum in alio, vulg. l. ſi. C. de
indict. vid. tollen.

ADDITIONES.

a *Pactum retrouendendi vtrum rem afficit vide Gayl. 2. Obſer. 16. Quanto tempore ea, vt facultate redimendi præſcribi poſsit, vide Bald. tract. de præſcr. part. 3. princ. par. 4. q. 3.*

b *Retrouendendi pactum tranſmittitur ex vtraque parte ad heredes, vt hic. Adde quæ notata ſunt ſuperius §. item ſi quis in fraudem nu. 24. Adde Gayl. 2. obſer. 16.*

c *Poteſt ne præſcribi 30. annis pacto retrouendendi, vel iuris offerendi: Vide Mynſing. 1. Obſer. 16.*

d *Cedi poteſt actio realis l. vlt. Cod. de hered. vel act. vend. & pe pars debiti, l. quæſitum, §. ſed cum ex parte, ff. de pecul.*

a DE ACTIONE a LOCATI.

1 *Actio ex locato eſt perſonalis, & bonæ fidei.*
2 *Cui hæc actio detur.*
3 *Locare operas quis dicatur.*
4 *Illi qui exhibent operas ſuas, quæ conſiſtunt in arte, & ſcientia liberali non dicuntur operas ſuas locare.*
5 *Differentia inter locatorem operarum, & operis.*
6 *Faber, qui conduxit opus faciendum, ſi frangat aliquot inſtrumentum, non habet hanc actionem contra locatorem.*

7 *Vſu.*

ADDITIO.

a *Vide ſupra titulum, de locatione, & conductione.*

7 *Vſufructuario, qui locauit alteri vſumfructum hæc actio competit.*
8 *Contra quem hæc actio competat.*
9 *Requiſita ad hoc,vt hæc actio locum habeat.*
10 *Quando de certa penſione non eſt conuentum ad quod pretium ſoluendum inhabitans compelli poſsit.*
11 *Secundum requiſitum in hac actione eſt,vt locatio conſtituatur in pecunia numerata.*
12 *Magnus eſt fauor libellorum.*
13 *Locator conductori patientiam præſtare debet.*
14 *Ad quid competat hæc actio.*
15 *An penſio in initio contractus exigi poſsit.*
16 *Quando penſio ſoluenda ſit notanda. Gloſſa ordinaria, in leg. ede. C. locati.*
17 *Promittens ſoluere in nudis quomodo intelligatur.*
18 *An conductor propter non ſolutam penſionem expelli poſsit.*
19 *Colonus, vel inquilinus quamdiu ceſſare debeant in ſolutione penſionis,antequam expellantur.*
20 *An is qui conduxit ad certum tempus, & ante tempus finitum recedit teneatur ad integram penſionem.*
21 *An ſcholaris,ſi habitatio reddita eſt incommoda, & non receſsit teneatur de integra penſione.*
22 *Quare licitum ſit ſumere penſiones,& non vſuras.*
23 *Hæc actio pro deterioratione rei, quæ culpa conductoris proceſsit competit.*
24 *An conductor teneatur de incendio.*
25 *Qualis culpa præſumatur in incendijs.*
26 *Conductor tenetur ex incendio ex culpa ſeruorum ſuorum orto.*
27 *Colonus non faciens ſuo quoque tempore operas ruſticas, hac actione tenetur.*
28 *Competit hæc actio contra conductorem, ſi ante tempus conductionis finitum dimittat domum conductam.*
29 *An, & quando conductor ante tempus conductionis finitum expelli poſsit.*
30 *Scholaris inducens meretrices in domum conductam expelli poteſt.*
31 *An fiat remiſsio mercedis quando conductor expellitur.*
32 *Conductor nolens rem conductam finito tempore conductionis relaxare ad quid condemnetur.*
33 *Quando conductor de leuiſsima culpa teneatur.*
34 *Libellus in hac actione.*

1 SVcceſſiue iuxta ordinem textus noſtri videndum eſt de actione ex locato,quæ etiam perſonalis,& bonæ fidei,eſt, & locatori contra conductorem ad diuerſa competit.

Cui competat hæc actio.

2 Principio igitur quæritur,Cui hæc actio detur? Et I. Competit ipſi locatori,ſiue prædium vrbanum, vt domum,ſiue
prædiũ ruſticum, vt fundum locauerit, l.ſi in lege 24.§.ſi domus ff.eo.II. Dator locatori operarum l.qui operas, 38.ff.eo.
Circa quod obiter notandum,ſec.Zaſ. hic, 1.Quod is dicitur
locare operas,qui obligauit ſe ad laborandũ, aut præſtandas
operas diurnas,ſicut quotidie videmus. Alter vero qui colligit laborante,dicitur ipſius operas cõducere. Et hoc caſu datur locatori operarum hæc actio ad conſequendam merce-
3 dem,d.l.qui operas, 1.Notandum,quod hic ſubijcit.D.Iaſ.nu.
4 107.quod in iſtis,qui exhibent operas ſuas, quæ conſiſtunt in
arte,& ſcientia liberali non dicitur,locatio & conductio, ſed
magis dicitur præberi opera beneficij cauſa. Vnde inter aduocatum,& clientulum,medicum, & infirmum, Doctorem, &
ſcholares,non datur actio ex locato, vel conducto, ſed actio
in factum propter nobile exercitium artis liberalis, ſec.Bart.
poſt tex.& Gl.ibi in l.1.in princ.ſuper verb Honorarium, ff.ſi
5 menſ.fal.mo.dix.III. Datur locatori operis faciendi, l.item ſi
percip. 12. §.1 ff.eod. Et notandum ſec.Zaſ. hic eſſe differentiam inter locatorem operarum,& locatorem operis; Nam
qui locat opus actiue intelligitur, vt quando dominus artificem deputat ad domum,nauim,vel aliud,quid faciendum. Is
enim dicitur locaſſe opus,tex.eſt in l.2.§.ſi conſeruatis verſic.
Nam & ſi faber,ff.ad l.Rhod.de iactu.quem text. ibi. Accurſius non intelligit, vt inquit Zaſ.hic,& text. eſt in l.ea l. 51. §.
6 fi.in princ. ff.eo. Sed conducere opus intelligitur paſſiue de
eo, qui obligat ſe ad opus faciendum, vt declarat hic Zaſ. &
7 eſt text.in d.l.ea lege,§ fi. Et obiter notabitis deciſionem text.
in d.§.ſi conſeruatis,de fabro,qui conduxit opus faciendum,
ac frangit malleum,incudem, aut alia inſtrumẽta, dum facit
opus eum,ſ.non habere actionem ex conducto contra locatorẽ,addite Iaſ.in l.ſi non ſortem,26.§. libertus 12.num. 30.ff.
cond.indeb.IV. Datur etiam vſufructuario, qui locauit alteri
vſumfructum,l.ſi quis domum,§.9.hic ſubiungi,1.ff. eod. Poteſt enim vſufructuarius alteri vendere,donare,& locare
vſumfructum, quem ipſe habet in rebus alienis, quo ſcilicet
ad commoditatem percipiẽdi fructus,donec vſufructuarius
viuit,l.arborib.12.§.vſufructuarius,ff de vſufr.l 3. C. de vſufruct. Sed mortuo vſufructuario extinguitur ius illud, ita vt
ab emptore, & conductore vſuſfructuarius non poſſit amplius vſurpari,ſed reuertatur ad proprietarium, d.§. hic ſub-
8 iungi. Reſoluto enim iure datoris, reſoluitur & ius acceptoris,l.lex vectigali,31.ff.de princ.

Contra quem competat.

Ad ſecundam quæſtionem principalem, contra quem cõpetat hæc actio? Breuiter reſpondere eam,I. Dari contra in-
9 quilinum,qui prædium vrbanum, habitationi hominum ſcilicet deſtinatum,conduxit.II Contra colonum,qui fundum,
& prædium ruſticum conduxit,d.leg.ſi in lege,§.ſi domus,ff.
eod.III Contra redemptorem operis,qui ſcilicet opus faciendum conduxit,propter opus vitioſum factum,l ea lege, 51.§.
fi.ff.eodem.IV.Contra hæredes conductoris,vel propter non
ſolutam penſionem, vel deteriorationem rei locatæ, l. cum
conductorem,29.C.de locat.

Quæ neceſſaria,vt hæc actio competat.

Tertio principaliter quæritur, quæ ſint neceſſaria ad hoc
vt iſta actio locum habeat? Et requiritur I. Quod contractus
locationis præceſſerit. Vnde neceſſe eſt, vt certa penſio ſit cõſtituta:nam quando res ſimpliciter locata eſt,non conſtituta
certa mercede,tunc erit contractus innominatus, qui actione præſcriptis,verbis producit,ſec. Iaſ. hic nu. 68.per text.expreſſum,in l.ſi tibi polienda,21.circa finem ff de præſcr. verb.
10 Et notandum hoc caſu, quando ab initio non eſt conuẽtum
de certa penſione,ſed quis ſimpliciter,inhabitauerit domum,
non ſolum poſſe concludi in libello ad id, quanti inquilinus
conducturus fuiſſet,ſed etiam ad id,quanti domus conſueta
eſt locari. Ita Cinus,& Doct.in l.excepto, 18 per text. ibi iun.
Gl.in verb. Iuxta præteritam conſuetudinem, C.de locat &
Iaſ.hic nu. 167.Quod ſec.Plat.hic nom.19. facit ad hoc, quod
tota die contingit, quando quis dicit ad inquilinum, vade &
habita in ædibus meis,de penſione bene concordabimus. Si
poſtea conductor tergiuerſetur, & nolit ſoluere penſionem,
dicens eam non eſſe expreſſam, poterit locator contra eum
agere,vt ſoluat penſionem talem,qualis antea conſueuit dari
11 pro huiuſmodi domo locata,per text.in d l. excepto. II. Quo
de penſione ſoluenda pecunia numerata ſit conuentum. Nã
ſi merces, vel annua penſio non conſtituatur in pecunia numerata, ſed in alia quantitate, vt quia locaui tibi fundum, vt
annuatim mihi ſoluas decem ſaccos frumenti, non eſſet locatio,ſed contractus innominatus facio.vt des ideoq; actione præſcriptis verbis agendum eſſet, ita eſt text. multum ſingularis,in l 1.§.ſi quis ſeruum,9.iuncta Gloſ. ſup.verb. Non
datur, ff.depoſiti. Si tamen in libello hunc contractum locationem nominarem, dicendo; Locaui Titio hunc fundũ pro
decem modijs frumenti, libellus propterea non vitiaretur,
ſed ſuſtentaretur,& verbum. Locaui intelligeretur pro vſui
conceſſi,vt eſt tex.iun. gl.1.in l. ſi olei, 21 & ibi pulchre Bart.
12 C de loc. Magnus enim eſt fauor libellorum, quo ad hoc, vt
pro ipſorum ſuſtentatione verba improprientur, dum tamẽ
intelligatur intentio actoris, & non ſit nimis remota impropriatio,ſecundum Iaſ.hic nu 163.& in §.omnium,nu.169.ſup.
13 eod.& Ang.in §.ſequens,nu.10.ſup.fin.ſup. eod. III. Quod locator etiam præſtet patientiam conductori, re conducta vtẽdi. Si enim per locatorem ſtetit: quo minus conductor potuit re vti, non dabitur ei actio ad petendam mercedem vt
notatur poſt text.in l.ſi quis domum, 9 in princ. ff.eod. Nec
tamen opus eſt, vt in libello hæc verba exprimantur, qualiter
ſcilicet locator accommodauerit patientiam, vt eſt communis opinio Doct de qua vide hic Iaſ.nu. 164.

Ad quid competat hæc actio.

14 Quarto quæritur. Ad quid competat hæc actio. Et I. Datur regulariter contra conductorem ad penſionem rei loca-
15 tæ ſoluendum,l.2.ff.in quibus cauſ. pign. Sed iam 1. Dubitatur. An ſtatim in initio contractus penſio exigi poſſit à conductore? Et de ſtatim quidem natam eſſe obligationem, &
actionem ad integram penſionem, ſed agentem ante finem
anni repelli exceptione, quia priue non dicitur adimpleuiſſe
contractum pro ſua parte,ſecund.Bald & alios in l. diuortio
16 (quæ al.§.1.in l.fructus,7.) in princ.ff. ſol.matr. Vnde notab.
Gloſ.ord.in l.æde,3.C.de locato de hæc quæſtione, an penſio

Digitized by Google

domus, vel fundi in initio, medio, vel fine anni ſoluenda ſit.
Aut enim inter partes conuentum eſt, quo tempore penſio
ſolui debeat, & illud pactum attendi debet. Aut vero non in-
terceſſit pactum, ſed eſt in loco certa conſuetudo, quo tẽpore
penſio ſoluenda ſit, & hæc obſeruari debet. His duobus ceſ-
ſantibus conductor non tenetur ſoluere mercedem, niſi in fi-
ne anni, vel temporis ipſi conductioni præfixi; quia ſemper
in obſcuris id, quod minimum eſt, ſequimur, l. ſemper in ob-
17 ſcuris, ff. de reg. iuris. Sicut in ſimili, quãdo quis promiſit ſol-
uere in certis quibuſdam nundinis, id intelligitur de vltimo
die nundinarum, vt eſt elegans text. in l. eum, qui certarum,
18 138. ff. de verb. obligat. 2. Quæritur. An propter non ſolutam
penſionem conductor ante tempus locationis finitum poſſit
expelli? Et ſimpliciter concludendum in hac quæſtione, quod
ſic, per text. in dict. leg. æde, in princ. ſumpto argumento con-
trario ſenſu C. eod. Quam concluſionem ampliare procede-
re, etiamſi pactum pœnale de non expellendo ſit interpoſi-
19 tum, leg. quæro, 54. §. inter locatorem ff. eod. Sed iam dubi-
tatur, quamdiu colonus, vel inquilinus ceſſare debeat in ſo-
lutione penſionis, priuſquam expellatur; Et in hac quæſtio-
ne diſtinguit Bart. poſt Gloſ. in dict. §. inter locatorem. Aut
loquimur de emphyteuta, aut de ſimplici colono. Primo ca-
ſu, ſi eſt emphyteuta alicuius priuati hominis requiritur, vt
ceſſet per triennium, l. 2. C. de iur. emph. Si vero eſt emphy-
teuta Eccleſiæ, tunc ſufficit biennium, cap. Potuit, 4. extr. de
locat. Secundo caſu ſubdiſtinguitur: Aut promiſſio facta eſt
de non expellendo, & non poteſt expelli niſi ceſſauerit per
biennium d. §. inter locatorem. Aut non eſt facta talis pro-
miſſio, & tunc ſi colonus, vel inquilinus eſt præſens, & elapſo
terminos ſolutionis ceſſat ſoluere, ſtatim poterit expelli, d. l.
ędes. Si vero eſt abſens debet expectari per biennium, l. cũ do-
mini, 56. ff. eod. quem text. ibi notab. quod dominus ingre-
a diens a æde alteri locatas abſente inquilino debet adhibere
Notarium, & teſtes qui conſcribant res ibi exiſtentes, ne ali-
qua fraus circa eas committatur. Et Bart. ibi dicit, iudicis par-
tes eſſe vt mittat. Notarium ſi petatur: De quo vide Bald. in
dict. leg. æde, nu. 4. 3. Quæritur: Quando quis concludit habi-
20 tationem ad biennium, & ante tempus finitum recedit an
teneatur ad integram penſionem? Pro cuius declaratione
plenius diſtinguite. Aut conſtat de locatione non autem de
tempore quamdiu quis conduxerit domum, & in dubio te-
netur tantum de penſione temporis, quo inhabitauit, ſecun.
Plat. hic nu. 22. argumento, l. item quæritur, 13. §. qui impleto,
11. verſ. Quo autem diximus, ff. eod. Aut conſtat de tempore,
& tunc ſubdiſtinguit Plat. hic, nu. 6. Aut migrauit ex neceſſi-
tate, vel iuſta cauſa vt quia obſcurantur lumina habitationis,
vel alio modo habitatio incommodatur, & tunc debet ei fieri
remiſſio penſionis, text. eſt in l. habitatores, 27. §. fi. & in l. ſed
addes, 19. §. ſi quis eum annum, 6. & in l. merces, 25. §. ſi vici-
no, ff. eod. Quod limita duob. modis. Porro niſi ipſe fundum,
vel habitationem alteri locauerit, & penſionem integrã re-
ceperit. Nam hoc fieri poſſe conſtat per text. in l. nemo, 6. C.
21 eod. & vide Abb. in c. Inter dilectos, nu. extr. de fide inſtr. an
Scolaris recedens poſſit aliam ſubſtinere. Secundo ſi inqui-
linus non receſſit, licet habitatio ſit reddita incommoda ta-
men tenetur ad integram penſionem, l. quod ſi domus, 28. in
princ. ff. eod. Sit ergo cautus ſi non currat inter recedere, vt
faciat diminui penſionem propter incommoditatem, quia ſi
tacet, imputet ſibi, vt inquit Paul. de Caſtr. in d. l. ſi inquilinũ.
Aut migrauit ex voluntate non ex iuſta cauſa, vel neceſſita-
te, & tũc tenetur ſoluere penſionem totius temporis, d. l. ha-
bitatores, §. fi. & l. dominus, 55. § qui contra, ff. eo. Et quando
quis finito tempore conductionis manſit in habitatione, lo-
catore ſciente, & patiente, videtur tacite recõduxiſſe pro eo-
dem precio, & cum iiſdem pignorib. non autem fideiuſſorib.
niſi de nouo promittant. l. item quæritur, 13. qui impleto, 11.
ff. eo & in l. ſi cum Hermes, 7. C. eo. & add hic Plat. nu. 27. 4.
22 Quęritur quare licitum ſit penſiones recipere pro officio lo-
cationis, non autem vſuras pro officio mutui? Ad hac quæ-
ſtionem reſpondet. Bald. in l. ſi nauis 92. ff. de rei vind. quia is,
qui percipit penſionem percipit eam de re ſua, vel à ſe poſſeſ-
ſa, vnde non eſt irrationabile quod percipiat vtilitaté de reb.
ſuis ſecus in vſuris, vbi quis tranſtulit dominium rei mutuaſ-
ſe in mutuario, d. l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. petat. Vnde eſt irra-
tionabile, vt quis percipiat fructum ex re aliena in compen-
ſationem temporis cum tempus ſit omnib. animantibus cõ-
23 mune. II. Datur hęc actio cõtra conductorum pro deterio-
ratione rei quæ culpa conductoris proceſſit. Vnde Scholaris
qui fregit fornacem, vel feneſtras ſuæ habitationis tenetur
reſtaurare, & reſarcire damnum, quod dedit tex. eſt in d. l. 2.
ff. in quib. cauſ. pig. vel hyp. & in l. ſi vulnerauerit, 43. ff. eo. vbi
b pulchre Bal. declarat. An conductor teneatur de incendio, b
24 quo domus conducta perijt. Ad cuius intellectum præmit-
tẽdum, eũ quoque, & cuius culpa, incendium ortum eſt, te-
neri actione, leg. Aquil. ad reſarciendum damnum ipſius cul-
pa, ſic datum, text. eſt in §. c. 3. 13. verſic. Si quid vſtum, ſupr. d.
leg. Aquil & in l. ſi ſeruus ſeruum, 27. ff. ad l. Aquil. & in l. ca-
pitalium, 28. §. incendiarij 12. ff. de pęn. Idem cauetur de iure
Sax. art. 38. l. 2. de iure Diuino, Exod. c. 22. & ita pronuncia-
tur vt eſt ſententia Scabinorum Lipſ. poſt (Vveichbild,) ſup.
Rub. (von brandſchaden.) Quando igitur conductor mi-
nus diligenter tenuit ignem, vel lucernam, ita vt cadat iſta
minor diligentia in leuem culpam, quam quilibet diligens
paterfamilias prouidiſſet, tenetur ſecus ſi cadit in leuiſſimam
culpam, cum hic contractus celebretur gratia vtriuſq; iuxta
l. ſi ſit certo 5. §. nunc videndum ff. commodati. Ita Bal. poſt
25 tex. in l. in iudicio, 28. Cod. eod Et notandum, licet incendia
plerumq; præſumantur fieri culpa inhabitantium, l. 3. §. 1. ff.
de offic. præf. vig. tamen illam culpam præſumi leuiſſimam,
vt eſt gl. ſing. in §. prætere a ſup. verb. Debet ſupr. quib. modis
re contrah. oblig. Vnde conductor non tenetur de incendio
niſi ipſius lata, vel leuis culpa probetur, ſec. Bald. in d. l. in iudi-
cio, & pulchre per Iaſ. in l. ſed & ſi quis 4. §. quæſitum, nu. 41.
26 ff. ſi quis caut. Et tenetur etiam conductor de incẽdio ex cul-
pa ſeruorum ſuorum, vel domeſticorum orto: quia, & tunc
dicitur eſſe in culpa, dum minus diligentes familiares penes
ſe habet. Et diligens paterfamilias non debet penes ſe fouere
oſcitantes, & negligentes miniſtros, d. l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi
fornicarius, ff. ad l. Aquil. & l. videamus 11. & §. 1. & §. fin. & l.
qui inſula, 20. § colonus, ff. locati. Sint igitur patres familias,
27 & inquilini ſoliciti, & attenti, ne in ipſorum ædib. incendia
oriantur cum etiam, ſi ex culpa oriatur incendium, aliquan-
do criminaliter puniatur, vt plene declarauimus, in d. §. c. 3.
ſupr. ad l. Aquil. add. con. D. Hen. God. de incend. 11. mihi ſol.
319 in 3. col. III Competit hęc Actio, vt colonus opera ruſti-
ca ſuo quoque tempore faciat, ne intempeſtiua cultura de-
teriorem fundum reddat, & alia ſecundum legem cõductio-
nis faciat vt eſt text. in l. ſi merces, 25. §. conductor ff. eod. IV.
28 Detur, vt conductor etiam ante finitum tempus cõductio-
nis dimitat domum conductam, & ab ea recedat iuxta, d. leg.
æde C. de locat. Licet enim regulariter inquilinus durante
locatione expelli non poſſit d. l. æde, & d. l. ſi de fundo, & eo.
& l. ea conductor 15. in prin. ff. eod. etiamſi alius maiorẽ pen-
ſionem offerat, d. l. ſi olei, C. eod. tamen enumerantur, in d.
l. æde, & in c. propter 3. §. fi. extr. eod. quatuor caſus in quibus
locatori permiſſum eſt 1. quando inquilinus penſionem non
29 ſoluit, de quo ſup. dictum eſt. 2. Quando ad proprios vſus lo-
cator opus habet ædibus, vt quia domus in qua ipſe habita-
bat corruit, ita vt iam indigeat pro ſua habitatione domo lo-
cata. Item, quando ipſe, vel filius ſuus eſt ducturus vxorem,
ſecundum Gloſ. in d. l. æde vbi Bal. inquit, eſſe idem quando
ipſius parentes indigent habitatione, 3. Quando neceſſaria
eſt refectio domus, 4. Quando conductor male verſatur in
re conducta, deteriorando rem non parum, ſed multum, ar-
gum. l. ſcio, 4. ff. de in integr. reſt. Quod ſecundum quantita-
tem, & qualitatem rerum, & perſonarum committitur arbi-
trio iudicis, ſecund. Bal. in d. ædes in prima lectura, num. 14.
Idem ſi conductor vtatur re ad alium vſum improbatum, &
inhoneſtum, quam locata eſt puta ad fenus exercendum, ſe-
cundum Plat. hic nu. 21. per c. 1. de vſur. in 6. Hinc quæritur.
Si conductor non circa rem conductam male verſetur. Sed
circa mores, & honeſtatem, inducendo ſcilicet meretrices, an
poſſit expelli: Et videtur, quod non arg. l. ancillarum, 27. ff. de
pet. hęr. vbi dicitur ſæpe, in honeſtorum virorum predijs lu-
panaria exerceri. Contrarium tamen verius, & honeſtius te-
nendum eſt quia vſurarius, qui habet vſum domus, vel habi-
tationis & ſic fortius, ius quam ipſe conductor nõ poteſt ho-
ſpitem inhoneſtè habitantem recipere text. eſt leg. non ali-
ter, 7. ff. de vſu, & habitatione, vbi gloſ. expreſſe notat contra
Scholares, qui inducunt ganeas habitationem inuitis focijs.

Et

ADDITIONES.

a *Poteſtne locator propria authoritate conductorem expellere ſi. iuſto tempore locationis? Vide Guid. Pap. quæſt. 489.*

b *Incendium, an ſit caſus fortuitus, & an præſtetur adde quæ ſuperius poſita ſunt, ſu. quibus modis contrah. oblig. c. de commodato, & §. cap. 3. ſup. de l. Aquilia. Cepolam tract. ruſt. præd. cap. vlt. Gayl. 2. Obſer. 22. vbi tract. an vicinus vicino de incendio teneatur, & ibi. c. 21. A conductor domus de incendio teneatur. Incendium cuius culpa, & facto commiſſum credatur. Vide Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 390.*

30 Et Bald. in d.l. æde, in ſecunda lectura in fine adducit etiam
aliaſcationes, quia eſt res pernicioſi exempli, vnde non tol-
leranda,l.exemplo,7 C.de prob.l.ſi quis aliquid, 38.§. qui a-
bortionis 5. ff. de pœn. Eſtq; vnum præceptum iuris, honeſte
viuere,§.iuris præcepta,ſup.de inſt.& iur.Sed iam dubitatur,
An in caſibus vbi inquilinus expellitur , fiat remiſſio merce-
31 dis,pro rata temporis? Et dic, quando inquilinus expellitur
propter vſus proprios locatoris,vel refectionem rei ſine du-
bio fieri debere remiſſionem mercedis: ſecus ſi propter abu-
ſum inquilini. Nā tunc cū per ſuam culpam ſtet,quo minus
habitet , habetur pro habitatore in ſuum præiudicium , ideo
debet integre ſoluere penſionem,illius anni, ſec. Gloſ. in d.l.
æde ſup.verb. Verſata es,& in c.Propter,§.verum,ſupr.verb.
32 Peruerſæ ext.eod. Et vltimo notandum ſec.Zaſ hic ſi cōdu-
ctor tempore conductionis finito, nolit relaxare rem cōdu-
ctam,& eam reſtituere locatori , & expectauerit ſuper hoc
ſententiam eum condemnari ad reſtitutionem rei , & etiam
ad æſtimationem rei ad ſimilitudinem inuaſoris rei alienæ,l.
conductores,14.Cod eod. V. Quamuis hæc actio regulariter
competat contra conductorem, vt teneatur de dolo , lata &
leui culpa,non autem de leuiſſima, vel caſu fortuito, l.in iu-
dicio,28.iuncta gl. C.eo tamen quando expreſſe & ſpeciali-
ter,pro cuſtodia mercedem accepit,tenetur etiā de leuiſſima
culpa,l qui mercedē,40.iunct.gl.ff.eo. Item de caſu fortuito,
quando expreſſe conductor in ſe recepit periculū , & caſum
33 fortuitū, quo caſu olim actio oneris aduerſi introducta erat
ſic dicta quia cōductor onus aduerſitatis , id eſt caſus fortui-
ti,ſeu periculi in ſe ſuſcipiebat.Sed hodie ſecundū cōiter DD.
illa actio non habet locum,vt ſup.dictum eſt poſt Gl. & Bart.
in l.io oauem Sauſeij,32.ſup. verb.Supervacuum, ff. eod. Et
ex prædictis conſtat etiam varijs modis,ſecundum diuerſita-
tem caſuum,liberorum formam venire. Et quia regulariter
datur ad penſionem ſoluendam,poterit ita concipi.

Forma libelli.

34 Præmiſſis præmittendis. Comparens N. breuiter narrat ,
quod ædes ſuas in foro,inter ædes iacētes,N.reo anno 1560.
ad annos pro ſolita atq; conſueta ab alijs enumerari penſio-
ne 30.florenorum,locarit: cuius conuentionis vi reus quoq;
ædes incoluerit, aliquot fornacibus & feneſtris perfractis. Et
quamuis actus reum aliquoties amice de ſolutione ac reſar-
cione damni dati ac penſionis debitæ requiſierit;tamen abſ-
que iudiciali hæc controuerſia nihil æqui obtinere, rei con-
ſequi potuit.Quare à reo exigit claram ac ſolidam reſponſio-
nem,eaque facta, petit pronunciari ac declarari, reum vlte-
riori more remota,ad 30.pro penſione, cum refuſione dam-
ni in fornacibus atque feneſtris dati,atque expenſarum iudi-
cialium ſoluendos obligatum eſſe,cumque ad id competen-
tibus iuris vijs compelli ac cogi.Ius & iuſtitiam,&c.

---

a DE ACTIONE a CONDVCTO.

1 *Cui detur hæc actio.*
2 *Contra quem detur.*
3 *Hæres contra factum defuncti venire non poteſt.*
4 *An hæres locationem a defuncto ad certum tempus facta ſtare teneatur.*
5 *An contra ſingularem ſucceſſorem hæc actio detur.*
6 *Cautela obſeruanda in contractu locationis.*
7 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat.*
8 *Coloni triplices.*
9 *Ad quid competat hæc actio & num.10 11.15.16.19.20.21, & 22.*
12 *An conductor poſſit rem conductam retinere, nec ei ſatisfit de expenſis.*
13 *Neceſſariæ expenſæ quæ.*
14 *Vtiles quando repetantur.*
17 *An propter ſterilitatem, & caſum , ſine culpa coloni contingentem remiſſio mercedis fiat.*
18 *Quando ſterilitas dicatur.*
23 *An dominus melioramenta in feudis facta ſi feudum reuertitur ad dominum hæredibus defuncti præſtare debeat, & numer.24.*

1 HÆc actio in genere competit ipſis conductoribus , qui
rem aliquam vtendam vel fruendum conduxerunt,l.ex
conducto,15.in prin.ff.eo. Vnde l.Datur inquilino, qui habi-
tationem, aut domum conduxit,l.ſed addes, 19 §.ſi inquili-
nus, ff.eod. 11. Colono,qui famulum aut prædium ruſticum
conduxit,l.ſi merces,25.§.qui fundum,ff.eo.Item,hæredibus
conductoris, d.l.ſed adde, §. ſi quis mulierem,ff.eod.Contra
2 Ipſum locatorem, vel eius ſucceſſorem b vniuerſalem . Siue
b enim ſit perpetua , ſiue temporalis locatio intra tempora lo-
cationis hæredi onus contractus incumbit , vt eſt text. in l.in
viam veritatis, 10. C.eod. Et facit vulg.reg.hæredem contra
3 factum functi venire nō poſſe,l.cum à matre, 14.cum ibi no.
C.de rei vend.De iur.tamen Sax. contrarium ſtatutū eſt per
text. in art.77. lib.3. vbi dicitur locationi à defuncto factæ ad
certum tempus, & poſtea à locatore intra certa tempora lo-
4 cationis decendente,hæredem eius niſi voluerit, vſque ad fi-
nem ſtare non teneri,& ita in vſu practico ſeruatur,quod ad
5 d.l.viam veritatis,notabitis.Sed contra ſingularem ſucceſſo-
rem,vt emptorem fundi,vel domus, hæc actio etiam de iure
ciuili non datur. Veluti Titius locauit mihi ſuam domum,ad
quinquennium,& antequam ſit finitum quinquennium, vē-
dit eam Sempronio. Hoc caſu Sempronius non tenetur ob-
ſeruare huiuſmodi locationem mihi factam,text. eſt notabi-
lis,in l.emptorem, 9. C. de locato qui ſemper ad hoc allegari
ſolet Kauffgehet vor miete. Pro cuius declaratione notab.
hoc fallere primo quando in venditione interceſſit pactū de
non expellendo,quia vēditor expreſſe excepit,vt emptor ſta-
ret locationi factæ,d.l.emptorem,ibi niſi ea lemit,& l.ſi mer-
6 ces,25.§.qui fundum,ff.eod.Secundo quando conductor ha-
bet bona locatoris pro conductione ſeruanda obligata. Vnde
ad d.l. emptorem, traditur cautela quando locator domus ad
aliquot annos,& conductor metuit ne interim dominus vē-
dat domum,& ita per emptorem expellatur ante tēpus con-
ductionis finitum quod hoc modo poſſit ſibi proſpicere , vt
dominus promittat ſub obligatione omnium ſuorum bono-
rum ſe nolle domum vendere in ipſius conductoris præiudi-
cium,& expreſſe obligat domum locata pro obſeruantia hu-
ius pacti, quia ſi poſtea vendat non poterit emptor expellere
locatorem, propter ius hypothecæ in domo locata conſtitu-
tum,cum res tranſeat cum ſuo onere, de quo vide Ioan. de
Imo.in l.filiusfam, t 14.§.Diui,ff.de leg.1.& Iaſ.in l. quoties ,
15.nu.29.C.de rei vind.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi merces §. qui
fundum,ff.eo.in Ang.§.fi.nu.4.ſup.de locator. Alia cōductor
habet tantum actionem perſonalem contra ipſum locatorē,
qui rem locatam ante tempus conductionis finitum vendi-
dit,ad intereſſe,vt eſt tex.in d.l ſi merces,§.qui fundum,ff eo-
dem . Et de hac quæſtione.An,& quando ſucceſſor teneatur
de locatione per prædeceſſorem facta vide omnino Ferr. in
for.lib.ad ficti præſtationem,& rei relaxationem, ſupr. verb.
Soluere,num.5.& 6.
7 Ad hanc autem quæſtionem,quæ requirantur ad hoc , vt
actio iſta locum habeat. Ex prædictis circa actionem præce-
dentem breuiter reſponderi poteſt,videlicet requirit contra-
ctum conductionis præceſſiſſe,ita vt conductor ſoluat pen-
ſionem in pecunia numerata,ſiue loquamur de inquilino, ſi-
ue de colono,vt ſemper intelligatur,de eo qui nummis colit.
8 Nam quantum ad propoſitum attinet,ſciendum eſt colonos
eſſe triplices.Quidam enim ad certum tempus conduxerunt
fundum, & inde certā quantitatem pecuniæ pro annua pen-
ſione ſoluunt,& hi coloni numerij dicūtur,quia nummis co-
lunt,& illis proprie hæc actio datur. Quidam vero dicuntur
coloni conductitij , qui licet agros colunt, & ſoluunt inde
penſionem,non in pecunia numerata,ſed in alia materia,qui
dant ſingulis annis domino decem modios frumenti non in-
ſpecto eo,quod ex fundo percipitur. Et quia tunc eſt contra-
ctus innominatus,datur actio præſcriptis verbis.Quidam ve-
ro dicuntur coloni partiarij , qui colunt fundum ad partem ,
ſeu medietatem fructuum,qui ex fundo percipiūtur, & quia
hi lucrum & damnum cum domino partiuntur,eſt inter eos
quædam ſocietas , ideo non actio locati , ſed pro ſocio tunc
locum habet,d.l.ſi merces, §. ius maior,ff.eod.de quo vide
omnino Bart.in l.ſi apes,26.§.ff.de furt.& Ang.in §.is vero ad
quem,39.ſupra de rerum diuiſ.

Ad quid competat hæc actio.

9 Quarta quæſtio principalis eſt. Ad quid hæc actio compe-
tat? De qua eſt text.in d.l.ex conducto in princip. ff.eod. Et
l. Da-

ADDITIONES.

a *De qua in l.ex conducto,15.ff locati. Adde ſupra tit.de locatione,& conductione.*

b *Succeſſor vniuerſalis locatoris tenetur ſtare conditionis factæ per defunctum , vt non particularis , & an res poſſit auferre conductori,non obſtante hypotheca, ſoluendo & id quod intereſt,vide Guidonem Pap.quæſt.480.*

9 I. Datur condoctori, vt liceat *a* vti, & frui re conducta, d.l.ex
a conducto ff.eod.non ſolum quando ipſe locator impedit, ſed
etiam alius quem locator prohibere poteſt, l. ſi in l. 24. §. co-
lonus ff.eod.vbi dicitur. Quod ſi colonus, vel inquilinus pro-
hibetur vti re conducta per locatorem, vel alium, quem lo-
cator prohibere poteſt, ſtatim agere poteſt, vt liberetur à pē-
ſione totius temporis, & etiam ad intereſſe lucri quod prece-
piſſent ſi non fuiſſet impeditus. Nec auditur locator, volens
ab impedimento ceſſare, ſi res non eſt integra, vt quia cōdu-
ctor alium fundum, vel domum conduxit, vt declaratur ibi
per Caſt.ad d.l.ſi fundus quem 33.verb. Nam & ſi colonus,
ff. eodem. Et quando conductor impeditur, à tertio omni-
no extraneo, quem locator prohibet, non poteſt adhuc non
agitur contra locatorem non quidem ad intereſſe, ſed tantū
ad remittendum penſionem, vel eam reſtituēdam, ſi in prin-
cipio contractus conductor eā ſoluit tex.eſt in d.l.ſi fundus,
10 quem in fi.ff.eod.II.Competit hæc actio contra locatorem,
vt domum, vel aliam rem reficiat teneatur enim locator om
nia facere ſine quibus conductor frui ædib.conductus nō po-
teſt, vt purgare puteum aquæ item miniſtrare funes, & alia
inſtrumenta, com quib. extrahitur aqua de puteo. Et ſi cōdu-
ctor hoc facit, poteſt ſumptus factos in penſionem cōputare
d.l.ex conducto, ibi Pau.de C.& eſt tex.pulcher in l. vnica §.
11 conſtruat, verſ.Quicunq; aotem, ff.de via publ. III. Itaq; datur
b hęc actio ad repetendas expenſas *b* neceſſario, & vtiliter fa-
ctas, in re conducta etiamſi non conuentum ſit de repetēdis
expenſis, tex.eſt io d.l.dominus horreorum 55.§.1.ff eod. Et
licet expellatur propter penſionem non ſolutam, poterit ta-
men tales expenſas repetere, l.colonus 61.in prin. & ibi Bart.
ff.eo. Immo poterit conductor etiam rem cōductam retine-
re, donec ei ſatisfiat de expenſis, ſec. Plat.hic nu.23. Et hæc in-
telligenda ſunt non de expenſis voluptarijs, quæ voluptatis
cauſa tantum fiunt, vt quādo conductor fecit per pictorem
pingi in ædibus conductis aliquam hiſtoriam, ſed de neceſſa-
rijs, & vtilibus. Et dicuntur neceſſariæ expenſæ quib.non fa-
13 ctis res periret, vel deterior fieret, vt decl. Paol.de Caſt. in d.
14 l.dominus horreorū, §. 1.& tales indiſtincte repetuntur. Vti-
les vero quæ non ſic ſunt neceſſariæ, ſed reddunt rem melio-
rem, non indiſtincte repetuntur, ſed tunc demum, quādo vel
tacita vel expreſſa voluntate locatoris, vel domini fiunt, vel
ſi non adeſt voluntas, & nō ſunt nimis graues locatori, vt no-
tatur poſt tex in l.ſi ſeruos, 25.ff.de pign.act.& per Caſt.in d.
15 §.IV. Datur ad repetendam penſionem ſolutam ante tēpus,
ſi conductor non poteſt frui re conducta, d.l.ſi fundus quem
in fi.& in l.ſed addes, 19.§ ſi quis cum in annum, ff.eo. V. Da-
c tur ad remiſſionem *c* mercedis propter ſterilitatem, & cau-
16 ſam, ſine culpa coloni contingentem, d.l.ex cōducto, §. ſi vis
tempeſtatis, & d.l.ſi merces, §.ſi vis maior.ff.eod. Circa quod
plenius ita diſtinguit: Aliquando conductor allegat rei loca-
17 tæ per emptionem, ſeu interdum, quia dicit fundum *d* chaſ-
d mate, vel vi fluminis, aut terræ motu conſomptum eſſe, an-
tequam fructus eſſent collecti, & tunc in totum fit ei remiſ-
ſio penſionis, d.l.ex condocto, §.2. verſ.Sed & ſi ager. Idem
quando propter guerram, & incurſum hoſtium colonus non
poteſt laborare, nec vti, & frui fundo, d.§. ſi vis tempeſtatis.
e Aliquando vero allegat fructuum *e* ſterilitatem, & tunc re-
gulariter fit remiſſio mercedis illius anni, l. licet, 8.& ibi Doc.
Cod.eod.& c.Propter, 3.extr.eod. Hoc tamen fallit in tribus
caſibus. 1. Quando vbertas ſequentium annorum eſt tanta,
quæ ſupplet ſterilitatem, dict.leg.licet, & dict.cap.Propter, &
leg.ſi vno, (quæ al.§.4.in leg ex conducto, 15.)in prin.ff.eod.
2. Quando colonus negligenter coluit fundum, ſecund. Cyn.
io l.ad comparandas, 16.in fi. C.mand. 3. Quando io ſe ſuſce-
pit colonus periculum ſterilitatis, arg.dict.l. licet à contrario
ſenſu, & eſt text.expreſſus in d l.ſi quis fundum (al.§.2.in l.ſi
quis domum, 9.) io princ.eod. Quando autem dicatur eſſe
ſterilitas, variæ ſunt opiniones. Quidam enim intelligunt,
18 eſſe ſterilitatem, quando conductor, nec ſemen recolligit,
ſecund.Gloſ.in d.c.Propter ſuper verb. Magno. Alij eam ex
vulgi opinione iudicandum cenſent ſec.Hoſt.in Sum. de lo-
cato, num. 7.& Ferr.in for.lib.ad ficti præſt.ſupr. verb. inue-
ſtiuit, num.10. Communiter autem videtur eſſe opinio, quan-
do conductor vltra dimidiam læſus erat, vt ſi penſio erat de
20.aureis & ipſe vixit recepit octo ſec. Cyn.& Bart. in d.l. li-
cet, & Abb.in d.c. Propter nu. 12.& Paul de Caſt. in d.§ ſi vis
19 tempeſtatis, nu. 5. VI. Competit hæc actio ad intereſſe dam-
ni accepti, ex locatione rei vitioſe vt eſt text.in d.l. ſed addes,
§.ſi quis dolia, & ibi Doct.ff.eod.& io l.in rebus, 18.§.item
20 qui ſciens, ff.comm. VII. Quamuis dominus, qui locauit al-
teri horreum non teneatur de effractis, & expilatis horreis,
ſi ex hoc conductor damnum paſſus eſt tamen quando cu-
ſtodiam eorum recepit, etiam ex hoc capite ad reſarciendum
conueniri poteſt, d.l.dominus horreorum, ff. eod. & in l. ex
21 Diui, 14.C eod. VIII. Competit actio noſtra, vt præſtetur id
quod lege conductionis conuentum eſt, l.legem quidem cō-
22 ductionis, 16.Cod. eod. IX. Datur, vt liceat conductori tol-
lere & auferre ea, quæ rei conductæ vtiliter inædificata vel
adiecta ſunt, d. l. ſed addes, §.inquilinus, 4.ff.eo. Sic etiam in
feudis quando melioramenta facta ſunt in re fudali, & feu-
23 dum reuertitur ad dominum tenetur dominus hæredibus
defuncti æſtimationem illius melioramenti præſtare, vel pa-
ti, vt hæredes vaſalli defuncti tales meliorationes auferant,
& tollant, text.eſt in §. ſi vaſallus, in c Hinc finitur lex, & in-
cipiunt &c. in vſibus feud. vbi deciditur per Doct. hæredibus
defuncti, competere retentionem feudi propter talia melio-
ramenta, donec aut 24. tollatur, aut per dominum ſoluan-
tur. Et obiter notandum ad intellectum iſtius §. ſi vaſallus,
eius diſpoſitionem procedere, quando feudum reuertitur ad
dominium per finitam generationem t ſecus, ſi ob culpam
vaſalli feudom ab eo auferatur. Nam tunc quia propter de-
lictum perdit principale, ſcilicet ipſum feudum, debet quo-
que amittere acceſſorium, ſecundum Bal. hic. Et quia hæc
actio ad diuerſa competit, ſequitur ſecundum diuerſitatem
caſuum hic libellum formandum eſſe, de quo vide Spec. in
tit.de loca § poſtquam.

ADDITIONES.

a *De remiſſione penſionis, quæ inquilino fit impedito vti condu-*
cta domo ad vſum deſtinatum, & quomodo cognoſcatur cauſa,
ob quam domus cōducta fuit, vide Men. 2. de arb. iud. caſ. 440.
b *De expenſis vide quæ ſuperius relata ac notata ſunt in §. pœ-*
næ autem tit. de iniur.
c *De remiſſione mercedis vide Gayllum, 2. obſer. 22.*
d *An propter caſum fortuitum annua præſtatio remittatur vi-*
de Concenatium, 4 q. 3.
e *Quid ſi molendinum impetu fluminis deſtructum in ſolito a-*
quarum motu ſicut meliter molendino vti non poſſit? Remiſ-
ſionem mercedis impetrare poteſt arg. l. ex conducto, §. 2. ff. lo-
cati. Quid itaq; Molendina non habitationis, ſed vtilitatis gra-
tia principaliter conducuntur, vt fructum inde percipiat mo-
tor, qui fructus in molendo plane conſiſtit plura vide apud
Gayllum, 2. obſer. 23.

DE ACTIONE NEGOTIORVM gestorum.

1 *Vnde oriatur hæc actio.*
2 *Quot modis negotium ad aliquem ſpectet.*
3 *Duplex hæc actio, directa & contraria.*
4 *Directa cui, & contra quem competat, & nu. 5.*
6 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat.*
7 *Ad quid competat hæc actio nu. 8. 11. & 12.*
9 *Ad quid teneatur negotiorum geſtor.*
10 *In neglectis, negotijs ad quid teneatur.*
13 *Forma libelli.*
14 *Contraria negotiorum geſtorum actio cui detur.*
15 *Cui competat.*
16 *Contra quem competat.*
17 *Quæ requirantur vt hæc actio locum habeat.*
18 *Negotium quando dicatur vtiliter geſtum.*
19 *Ad quid competat hæc actio.*
20 *An geſtor poſſit per hanc actionem petere ſalarium ſibi pro*
ſuo officio præſtito conſtitutum.
21 *Caſus in quibus vtiliter gerens hanc actionem non habet.*
22 *In dubio impendens aliquid in perſonam, vel bona alterius,*
videtur facere animo repetendi.
23 *Forma libelli.*

1 AD intellectum huius actionis præmittēdum eam oriri
ex quaſi contractu, qui dicitur negotiorū geſtio, de quo
loquitur tit. in ff. & C. de negot. geſt. & §. 1. de oblig quæ ex
quaſi contract. naſcunt. quando, ſ. quis aliena negotia, in ali-
cuius abſentia, ſponte, & ſine mandato vtiliter gerit. Nam
quando mandatum interuenit, vt quia quis rogatus aliena
negotia geſſit, non hæc actio, ſed mandati locum habet.
2 Secundo præmittendum poſt Plat. hic nu. 31. & Ang. 36.
negotium dici ad aliquem octo modis ſpectare, ſicut Gloſ.
in leg. ſi pupilli, 6. §. quid ergo, 11. ſuper ver. Ipſo geſtu enume-
rat quatuor modos, & Bartol. addit tres, & in l. Mandaſti, ff.
eod. adhuc vnum addit. Dicitur enim negotium ad aliquem
ſpe-

ſpectare, l. Cura, & ſolicitudine, vt quando geris negotia pupilli, contemplatione tutoris, vel curatoris, ad quem ſpectat cura, & ſolicitudo. Vnde competit tibi actio negotiorum geſtorum contraria contra tutorem, & pupillum, d. l. ſi pupilli, in princ. ff. eod. II. Re ipſa, vt quando io rem meam aliquis impendij contoliſti, d. l. ſi pupilli, § ſi Titij ſeruum. 8. III. Ratihabitione, vt quando aliquid meo nomine geſſiſti, quod poſtea ratum habeo, d. l. ſi pupilli, §. item quæritur, IV. ipſo geſtu, veluti ſi meo creditori, cui debebam 100 ſatisfeciſti meo nomine, & ita me liberaſti, vt in l. ſoluendo, 39. ff. eod. V. More ciuitatis, vt quando nomine pupilli munera, & venia, ſecundum morem ciuitatis conſuetum, data ſunt magiſtris pupilli, vel eius coniunctis. Et de talibus donis eſt in l. cum plures, 12. §. pen. ff. de adminiſt. tut. VI. Naturali ratione veluti ſi tui contemplatione redemi ab hoſtibus tuum filium, aut aliam coniunctam perſonam ad quam redimendam tu naturali ratione tenebaris l. quamuis, 20. iuncta l. ſeq ff. ſolut. matrim. VII. Virtute conſequentiæ: veluti ſi Titius habeat plures creditores, & ipſe aufugiat, & vnus ex eis mittatur ex primo decreto in poſſeſſione bonorum Titij iſta miſſio in conſequentiam, etiam alijs creditoribus abſentibus prodeſt ad recuperandum debitum, de quo text. in l. fin. Cod. de bon. auth. iud. poſſ. VIII. Præambula voluntate veluti, ſi mandaui Titio, vt emeret mihi ſeruum Stichum, tu vero hoc, ſciens emiſti mihi Stichum, cum forte commodius emere poſſes, quam Titius, de quo vide Bart. in d. leg. ſi pupilli, §. item quæritur, ff. eodem.

3 Tertiò præmittendum, hanc actionem eſſe duplicem, d. §. 1. ſup. de obl. quæ ex quaſi cont. naſc. Alia enim eſt directa negotiorum geſtorum actio, quæ ei, cuius negotia geſta ſunt, competit contra gerentem vt reddat rationem, & reficiat ſi quid male adminiſtrauit. Alia vero eſt contraria quæ ei, qui negocia ſine mandato vtiliter geſſit competit.

4 Quod ad directam hanc actionem attinet. Primo notandum, eam competere domino, & eius hæredi cuius negotia geſta ſunt, d. §. 1. ſup. de obliquæ ex quaſi cont. naſc. ita vt negocium vno modo ad eum ſpectet ex iſtis octo modis iam relatis. Nec intereſt an vnum, vel plura negocia geſta ſint, l. 3. poſt princ. ff. eod.

5 Secundò ſciendum eam dari I. Contra eum, qui ſic negotium alienum abſque mandato geſſit, d. §. 1. II. Contra eum, qui alteri mandauit gerere negotia alterius l. nam, & ſeruus. 21 §. fin eo. III. Contra pupillum gerentem in id quo factus, eſt locupletior, l. 3. §. pupillus, ff. eod. IV. Contra patrem ex geſtione filij familias de peculio, ſi filius habet peculium, vel de in rem verſo, ſi in vtilitatem, ſeu rem ſui patris vertit, l. ſi filiuſfam. 14. ff. eod. V. Contra executorem, vel prætorem datum ob dolum malum, l. 3 § ſi executor ff. eodem, VI. Contra nuncium accipientem aliquam rem, vel pecuniam ad dominum perferendam, d. l. ſi pupilli § ſi quis pecuniam, 2. VII. Aduerſus eum, qui negotia aliena geſſit non contemplatione domini, ſed ſui lucri cauſa, & ſic depredandi animo, d. l. ſi pupilli, §. ſed, & ſi quis. VIII. Contra hæredem, & cohæredem, leg ſi ab eo, 7. & l. curatoris, 17. ff. eod.

6 Tertiò videndum, quæ requirantur adhoc, vt iſta actio locum habeat. Et requiritur. I. Quod negotium ſpectet ad actorem, vna ratione ex modis ſupra relatis. II. Quod reus geſſit negotium alterius abſque mandato, d. §. 1. ſup. de oblig. quæ ex quaſi cont. naſc. Nam quando mandatum interuenit, datur actio mandati, l. ex mandato, 20. in fi. ff. mand. III. Quod reus abſentis negotia geſſit nam ſi in præſentia domini quis aliena negotia gerat, etiam ſine ipſius expreſſo mandato, adhuc videtur ex mandato gerere, vnde actio mandati tunc competit l. ſi remunerandi, 6. § ſi paſſus, ff. mand. IV. Quod geſtio negotiorum eius, qui abeſt non cadat in ſpeciale nomen alterius contractus, vel actionis, vt de tutore dicimus, qui abſentis pupilli negotia gerit, & tamen iſto caſu non hæc, ſed tutelę actio datur, ſec. Azo. in tit. ſup. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc.

7 Quartò principaliter quæritur, Ad quid competat hæc actio, Et I. Datur contra negotiorum geſtorem, vt reddat rationem ſuæ adminiſtrationis, tex. eſt in d. §. 1. de oblig. quæ ex quaſi cont. naſc. Circa quod ſingulariter notandum, geſtorem & quemlibet alium adminiſtratorem, qui obligatur ad reddendam rationem, non confecit Inuentarium, & librum rationũ vel numquam perfectè, aut obſcure, intricate, & doloſe fecit, poſſe condemnari ad omne damnum, & intereſſe, & contra
a eum iurari in *a* litem, ſicut contra tutorem, l. tutor qui repertorium, ff. de adm. tut. de quo vide hic Plat. num. 40. II. Datur
8 ad omne id, in quo dominus damnificatus eſt ex mala, & ne-
9 gligenti adminiſtratione, l. 2. ff. eo. Vnde quæritur, ad quid teneatur negotiorum geſtor? Et dic poſt Gl. ord. in dict. §. 1. ſupra verb. Ad exactiſſimam, & in l. 3. §. interdum, 9. ff. eo. regulariter ipſum teneri, de dolo lata, & leui culpa, non autem leuiſſima, l. tutori, 20. C. eo. Eſtque ratio ſecundum Ang. vt facilius accedant homines ad negotia aliena, & abſentium gerenda, quæ alias negligerentur, & perirent, d. §. Aliquando tamen de leuiſſima culpa, & ita ad exactiſſimam diligentiam tenetur, vt quando alius diligentior, eo fuiſſet commodius adminiſtraturus, ita loquitur, text. in d. §. 1. in fi. Quandoque tamen etiam de dolo, & lata culpa tantum tenetur, vt quando acceſſit ad negotia deſerta, d. l. 3. §. interdum, ibi Gloſſ. ff. eo. & hæc procedūt in geſtis. In neglectis autem ita diſtinguit Ang. in d. §. 1. num. 6. Aut in principio cępit gerere, & poſtea dimiſit, & tenetur de non geſtis, leg. in commodato, 17. §. ſicut, ff.
10 comm. Aut non incępit, & tunc ſi acceſſit a principio, vt omnia geſturus, nec fecit, & tenetur. Aut acceſſit vt aliqua geſturus, & tunc ſi alius non erat geſturus, non tenetur niſi de geſtis. Si o alius erat geſturus; iſque erat diligentior, tenetur de neglectis alias non, d. l ſi pupilli, §. videmus 12. & ibi Bart. ff. eo. III. Datur ad æſtimationem damni, quod ex caſu fortuito
11 contigit, in caſibus notatis per Glo. in l. ſi negotia, 11 ff. eod. 1. Quando geſſit nouum negotium, quod abſens non erat ſolitus exercere, vt quia iniit aliquam negotiationem, vt eſt text. in d. l ſi negotia, 2. Quando caſum fortuitum in ſe recepit, l. negotium, 21. C. eo. 3. Quando culpa præceſſit caſum, l. ſiuè, 22. ff. eod. 4. Quando fuit in mora, l. cum res, 47. in fi. ff. de leg. 1. 5. Quando animo deprædandi geſſit de quo vide Glo. d. l. ſi negotia ſuper verbo. Sit ſolutus. IV. Competit ad fructus l. ſi au-
12 tem, 8 §. item ſi fundum, §. eod. V. Competit ad omne *b* id,
b quod ex geſtione ad ipſum geſtorem peruenit, nam hoc omne domino reſtituere tenetur, per text. in d. §. item ſi fundum, & in d. l. 2. ff. eod.

Forma libelli.

13 Præmiſſis præmittendis, N. comparens breuiter proponit, quod actor anno 61 elapſo Bononiam in Italiam animo, & intentione ſtudia inchoata continuandi, ſeſe contulerit. Cum autem ſub tempore diſceſſus nemini negotiorum metallicorum adminiſtrationem vel curam commiſerit, reus abſque mandato ad negotia eius ſponte acceſſit, initio collectas exactas ſoluens, ac fodinarum fructus percipiens. Quia verò poſtea ex negligentia non datæ debito tempore collectæ, ac ſoluti. Simboli in numerum ſcriptorum (vt metalici vocant) actor relatus ob talem negotiorum geſtionem ſummè damnificatus eſt. Cum autem iure cautum atq; prouiſum ſit, vt qui aliorum negotia, ſine mandato gerenda, ſuſcipiunt maiorem diligentiam quam in proprijs adhibeant, pręſertim ſi alij fuiſſent, qui eorum adminiſtrationem maiori diligentiā ſubiiſſent ideò actor petit pronunciari, ac veſtra iudiciali ſententia declarati, reũ ad debitas rationes ſuſceptæ adminiſtrationis metalicæ reſtitutionem perceptorum ex fodinis fructuum, cum refuſione damnorum, & intereſſe, quod partes fodinæ, vel cuniculi ad ipſum pertinentes in numerum pręſcriptorum relatæ ſint teneri ac condemnari, & ad id eum competentibus iuris remedijs compelli, & cogi, &c.

DE ACTIONE NEGOTIORVM geſtorum contraria.

14 Et diuerſo datur contraria negotiorum geſtorum actio generi negocia alterius abſentis ſine mandato contra eum, cuius negocia geſſit, ad repetendum id, quod de ſuo in negociorum geſtionem impendit, & quidquid ei eo nomine abeſt, vel ab futurum eſt, vt inquit Iuriſc. in l. 2. in fi. ff. eodem.

15 Vnde pro pleniori declaratione huius actionis notandum, eam competere, I. Gerenti alterius negotia, eo abſente, vel ignorante, l. qui ſeruum, 41. ff. eod. II. Danti procuratori alicuius mutuam pecuniam, ſui cui contemplatione vt creditorem, vel pignus liberet, l. ſi pupilli, 6. § 1. ff. eo. III. Soluenti pecuniam alterius nomine nihil mandauerit. leg. cum pecuniam, 43. ff. eod. & l. ſi negocium, 16. Cod eod. IV. Fideiubenti ſine

ADDITIONES.

a *Negotiorum geſtorum actio bonæ fidei eſt, & in ea iuratur in litem aduerſus eum, qui prædandi animo geſſit, aut ſi librum rationum non fecit, aut exhibet Plot. tract. de in lit. iurando, §. 18.*

b *Negotia aliorum, qui tractant rationes etiam reddere debent, & quid in reddendis rationibus obſeruandum, vide apud Menoch. 2. de art. iud. caſu 209.*

ſine mandato, l. mandaſti, 46. in fi. ff. eo. V. patri gerenti vtiliter negotium, quod filio mandabatur, contemplatione mandantis, non filij, d. l. mandaſti in prin. ff. eo. VI. Cohæredi contra cohæredem, pro debito communi, ſoluto l. 3. C. eod. VII. Etiam inter patrem & filium, reſpectu caſtrenſis, & quaſi caſtrenſis, & aduentitij peculij, in quo pater non habet vſumfructum, l. ſi filius, C. eodem. Item inter maritum & vxorem, vt notatur poſt tex. in l. quod in vxorem, 13. C. eo. De quo infra latius dicetur.

26 Secundò principaliter ſciendum hanc actionem dari contra eum, cuius negotia geſta ſunt, & ad quem negotium vna ratione ſpectet ex octo modis ſupra relatis. Vnde contra tutorem competit, ad quem negotium cura, & ſolicitudo pertinet, & contra pupillum, ad quem re ipſa ſpectat, d. l. ſi pupilli ff. eodem, & contra illum ad quem negotium vere pertinet licet contemplatione alterius geſtum ſit, l. quæ vtiliter, 45. §. fi. ff. eo. Item contra hæredes domini negotij geſti, leg. ſin autem apud hoſtes, 20. ff. eod. nec refert cuius conditionis ſit hæres, l. nam & Seruius, 21 §. 1. ff. eod.

27 Tertiò principaliter quæritur, Quæ requirantur ad hoc, vt iſta actio competat? Et breuiter ex ſup. dictis reſponderi poteſt requiri I. Quod negotia abſentis geſta ſint per actionem abſque mandato, II. Quod talis geſtio non cadat in ſpeciale nomen contractus, vel quaſi. Vnde tutor, qui nomine pupilli aliquid impendit, non hanc, ſed contrariam tutelæ actionem habet ad repetendum, id quod pro pupillo expendit, vt in ſeq. actione dicetur. III Quod negotium vtiliter geſtum ſit & inceptum reſpectu domini, licet effectum non habuerit, l ſed an vltro, 10. §. 1. ff. eod. exempli gratia. Quando medicus curat abſentis ſeruum, licet ſeruus moriatur tamen medico hæc actio competit. Incepit enim viriliter gerere. Neq; eſt in Medico ſemper releuetur, vt æger, vt eſt Gl. in l Illicitas, 6. §. ſicuti

28 ff. de off. præſ. Et dicitur vtiliter geſtum quando dominus idẽ erat facturus: ſecus, ſi non erat facturus, ſed potius rem dimiſſurus; quia erat impar impenſis, & ad ſumptus illos faciendos. Nam tunc hæc actio non datur geſtori, ſiue ſciat hoc, ſiue ignoret, & licet res melior inde reddita; ſit ſecundum Caſtrenſ. poſt text. ibi in dict. leg. ſed an vltro, §. 1. Itaque ſi putat domino vtile eſſe, cum non ſit, non obligat dominum, vt not. Gloſ. in l. ſi ſeruum, 10. Cod. eod. & add. hic Angel. nu. 37. ante fin.

29 Quartò principaliter quæritur, Ad quid competat hæc actio. Et breuiter dic eam dari ad repetendum id, quod gerens de ſuo impendit in negotiorum geſtionem. Item ſi gerens ſe in rem abſentis alicui obligauerit, habet eo nomine actionem, tex. eſt in l. 2. ff. eod. vbi inquit IC. Sicut æquum eſt ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari. quicquid vel non, vt opportuit geſſit, vel ex his negotijs retinet ita ex diuerſo iuſtum eſt ſi viriliter geſſit, præſtari ei quicquid eo nomine vel abeſt ei, vel ab futurum eſt. Hinc etiam cõpetit ad ſumptus, neceſſarios ac probabiles factos in communi lite, l. qui aliena, (quæ al. §. 3. in l. liberto. 31.) §. fin. ff. eo. Ita etiam expenſę in honoribus alterius factæ repetuntur, vel quas geſtor ex pecunia percipere potuit, quá in aliena negotia impendit, leg. atqui natura, 19. ff. eo. Item ad intereſſe, leg. actio, 47. ff. eo. Et in ſumma quicquid ratione geſtionis abeſt geſtori, vel ei ab futurum eſt (vt quia ſe pro altero obligauit) per hanc actionem repetere poteſt. Quod tamen limitate poſt IC. in l ſi quis negotia, 23. ff. eo. vbi dicit. Si quis negotia aliena gerens plus quam opportet, impenderit, recuperaturum cum id, quod præſtare debuerit. Et circa hanc quæſtionem principalem dubitari poteſt. An geſtor poſſit per hanc

30 actionem petere ſibi ſalarium pro ſuo officio præſtito conſtitui. Et Plat. hic nu. 37 reſpondet quod non quia quod gratis fit, petitionem non inducit, l. 1. in fin. C. eod. licet recipiens obligetur ad antidota, l. ſed, & ſi lege, 25. §. conſuluit, 11. ff. de hæred. pet. Sicut, & procurator qui gratis facturus erat non petit ſalarium vt probatur per Salic. in leg. 1. mand. Similiter nec tutor, & curator poſſunt petere ſalarium, licet quandoque eis a iudice conſtituatur ex cauſa, §. fi. ff. de adminiſtr. tut. & ibi Bart.

31 Vltimo notandum, aliquos reperiri caſus in quibus etiam vtiliter gerens non habet hanc actionem, qui notatur per Ang. hic nu. 37. & in §. 1. poſt Gloſ. in verb. Obligatum ſupr. de obligat. quæ ex quaſi cont. &c. Et vide quæ ibi per me dicta ſunt. Conſtituas tamen poſt Ang. hic num. 37. vnam concluſionem in dubio, ſi quis aliquid impẽdit in perſonam, vel bo-

32 na alterius, licet non fuerit proteſtatus, tamen videri eum facere animo repetendi, ita eſt Gloſ. notab. in l. ſi paterno, 15. C. eod. niſi concurrant aliæ coniecturæ, de quibus per Ang. hic poſt Bart. & Doct. in d. l. ſi paterno, C. eo.

Forma libelli.

23 Comparens, N. breuiter narrat, quod reus vltra triennium in Italia & alijs locis abfuerit. Quia verò actor agros ipſius ex ſingulari amicitia ad commodum rei curandos ſuſceperit, & omni neceſſaria cultura vſque ad reditum rei diligentiſſimè ſeruando conſtructioni ſæpium in rei maximum commodum circiter 80. floren. impenderit, ac iura nolint quemquam alterius damno atque iactura locupletari, vel ei ſuum officium damnoſum eſſe debere, ſed tale expenſas etiam ſine mandato ſolutas exigi permittant. Ideò petit pronunciari reum in 80. flor. ad commodum ipſius expoſitorum reſtitutionem ac ſatisfactionem teneri.

DE PETITIONE HÆREDITATIS.

1 *Dubitatio, an petitio heredit. ſit bonæ fidei vel ſtrictis iuris.*
2 *Petitio hereditatis mixta actio.*
3 *Omnis definitio in iure eſt periculoſa.*
4 *Petitio hereditatis quid.*
5 *Cui hæc actio competat, & nu. 6. 10. 14. 15. & 16.*
7 *Differentia inter quotam, ſeu partem hereditatis, & quotam bonorum.*
8 *An legatario pro conſequendo, legato detur petitio hereditatis.*
9 *An pro legitima conſequenda poſſit inſtitui heredit. petitio.*
11 *Actor dicens ſe heredem ex teſtamento, debet hoc per oſtenſionem teſtamenti probare. Et ſuccedens ab inteſtato probet ſe eſſe proximum ipſius defuncti conſanguineum.*
12 *An heres in libello ſpecifice deſignare debeat an ſit heres ex teſtamento, vel ab inteſtato, & nu. 13.*
17 *Contra quem competat, & numer. 19. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43.*
18 *Quis dicatur poſſidere pro herede.*
20 *An hæc actio locum habeat contra titulo poſſidentem totam hereditatem, & eius ratio, & nu. 24. 25. 26. & 27.*
21 *Reus conuentus quotuplex ius habeat.*
22 *Quæ actio detur heredi contra titulo poſſidentem.*
23 *An heres poſſit contra titulo poſſidentem intentare rei vendicationem cum reus conuentus aque opponeret exceptionẽ: Ego cum titulo poſſideo, & præter titulum poſſideo.*
28 *Caſus in quibus petitio hereditatis habet locum aduerſus titulo poſſidentem.*
29 *Quando iuſtus error pro titulo habeatur.*
30 *Sententia Scabinorum Lipſenſium in petitione hereditatis.*
31 *An poſſeſſor conuentus cogatur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
32 *An Baro citatus a rege ſub pœna 20. flor. vt monſtret ſua iura, & tit. in caſtris teneatur comparere.*
33 *An conuentus petitione hereditatis cogatur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
34 *Interrogatoria in petitione hereditatis qualiter fieri debeant.*
35 *An, & quando exceptio per reum conuentum ſit opponenda, ſe poſſidere, cum titulo ad repellendum actorem.*
44 *An poſſeſſor hereditatis conuentus hac actione, & ſic pendente iudicio poſſit aliquas res hereditarias alienare.*
45 *Ad quid, vel pro quibus rebus competat hæc actio, ſeu quæ res in petitionem hereditatis veniant, & nu. 47. 48. & 49.*
46 *Res hereditaria quæ dicantur.*
50 *An fructus & res hereditariæ vna, & eadẽ actione petantur.*
51 *An, & quando poſſeſſor teneatur ad fructus.*
52 *An bonæ fidei poſſeſſor teneatur de ipſis rebus hereditarijs conſumptis.*
53 *Qualiter probetur quem eſſe malæ fidei poſſeſſorem.*
54 *An feuda in petitione hereditatis veniant.*
55 *Quãdo poſſeſſor hereditatis alienauit aut permutauit res hereditarias, an ad pretium, vel ad rem permutatam teneatur, vel omnino ad rem ipſam hereditariam.*
56 *An actor in libello petitionis hereditatis teneatur ſpecificare omnes res hereditarias.*
57 *Quæ requirantur ad hoc vt iſta actio locum habeat, & num. 58. 59. & 60.*
61 *Quid ab actore in hac actione articulandum, & probandum ſit, & nu. 62. 63. 64. 66. & 68.*
65 *Quare melius ſit intentare hanc actionem, quam rei vendicationem.*
67 *Articuli probatorij.*
69 *Mors qualiter probetur.*
70 *Quomodo libellus formari debeat in hac actione, & num. 71. 73. & 74.*
72 *Quæ debeat heres in concluſione petere.*
75 *Forma libelli.*

An

Digitized by Google

76 *An hæc actio cum mixta ſit tollatur præſcriptione longi temporis, & num. 77.*
78 *Decedente nobili ſi relinquat bona feudalia, & allodialia inter quas perſonas diuidenda ſint.*
79 *Et quæ bona vxori debeantur.*
80 *Item agnato quæ.*
81 *Item legitimis hæredibus quæ.*
82 *Vxor negligens petere vtenſilia infra annum, poſtea non auditur.*
83 *Sententia Scabinorum Lipſenſium.*

1 CIrca hanc actionem, quam Zaſ. dicit hic eſſe pulchram
quotidianam, & ſubti em primo videndũ eſt de ratione
poſt tex. in ſi §. noſtri, quare olim fuerit dubitaturum: An peti
tio hereditatis eſſet bonę fidei, vel ſtricti iuris. Et D. Iaſ. hic n.
24. poſt Pet. de Bell. Pet. & Io. Fab. hanc rationem dubitandi
aſſignat, quod nulla actio in rem reperitur bonæ fidei vt con-
ſtat ex tex. §. noſtri, per reg. ſup. traditam. Omnes actiones hic
non enumeratas eſſe ſtricti iuris. Sed petitio hereditatis prin
cipaliter, & originaliter eſt actio in rem. Ergo, &c. Minor pro
batur per tex. expreſſum in l. ſed, & ſi lege, 25. §. penul. ff. eod.
& in l. ſi autem 17 §. ſed, & is. ff de re. vend. Hac autem rõne
dubitandi non obſtante ſup. hic, & in l. fi. in fi. C. eo. diſpoſuit
contrarium videlicet petitionem hereditatis, eſſe bonæ fidei
& non ſtricti iuris propterea quod habet multum perſonali-
2 tatis ſecundum DD. hic. Vnde etiam mixta actio dicitur, in l.
hereditatis, 7. C. eo. In hoc enim ſapit naturam realium actio
num, quod heres petit bona corporalia tanquam ſua, & ad re
iure dominij ſpectantia, cum per aditionem hereditatis etiam
ſolo animo acquiratur dominium, vt no. poſt tex. in l. cum he
redes, 23. in princ. ff. de acq. poſſ. Et ſicut cęteræ reales actio-
nes dantur ad declarandum, ita & iſta. Sed quia in ea veniunt
perſonales preſtationes, & iura incorporalia puta actiones,
ita vt per ea petantur heredi debita, & ſicut in alijs perſonali-
bus actionibus ita quoque in hac aliquando petitur reum cõ
demnari ad dandum, & aſſumit naturam perſonalis actionis,
ſic vt mixta actio dicatur, ſecun. Pau. de Cal. & alios poſt tex.
in d. l. hereditatis, & in d. l. ſed, & ſi lege §. penul. & ibi Bart. ff.
eo. Et quamuis omnia definitio in iure ſit periculoſa, l. omnis
definitio. 202. ff. de reg. iur. poterit tamen hęc actio ita deſcri
3 bi, vt ſit mixta, & bonæ fidei per quam actor petit declarari ſe
4 eſſe heredem, & hereditatem ad ſe ſpectare in totum vel pro
parte, & reũ poſſidentem ſine titulo condemnari ad dimit-
tendas, & reſtituendas res hæreditarias cum fructibus l. per-
ceptis, & percipiendis, de quo vide Bar. in lege veluti, 3 ff. eod.
& Iaſ. hic n. 214. & infra, de concluſione libelli latius dicetur.
Pro commodiori autem declaratione huius actionis, ſequẽs
veſtigia IC. qui in tit. ff. eo. hunc ordinem valde concinnum,
ac perſpicuum ſeruat Nam I. Iol. 1. cum l. ſeq. vſque ad l. regu-
lariter oſtendit, cui hæc actio detur. II. Declarat contra quẽ
ea competat. & hoc facit à l. regulariter. vſque ad l. ita viden-
dum, § ſi vbi. III. Docet, quæ res veniant in petitione hæredi-
tatis, & hoc vſque ad l. ita veniunt. § preter hæc, vbi IV. Et vſ-
que ad ſi declarat verba Senatuſ. facti ſuper hoc tit. ſicut Pau.
de Caſt. poſt Ang. ſup. Rubr. ff. eo. illum tit. diuidit. Sed omiſ-
ſa quarta parte, loco eius videndum, quę ſequitantur ad hoc,
vt illa actio locum habeat, quid petendum, articulandum, &
probandum ſit, &c.

5 Quod igitur ad primam hanc q. attinet, petitio hæreditatis
præſertim directa I Competit illi, qui dicit ſe heredem de iu-
re ciuili, ideſt cui deferetur hereditas, ſec. l. 12. tab. & alias par-
tes iuris communis, l. 1. ff. eod. non autem ſecundum diſpoſi-
tionem iuris prætorij, vt bonorum poſſeſſoribus Nam his vti
lis hæc actio non directa datur, vt not. per tex. in leg. item ve-
niunt, 20. § fi. ff. eo. vel poſſeſſoria hæreditatis petitio, à iure
prætorio introducta, de quo tit. in ff. de poſſ. hered. pet. Neque
actor tenetur in libello exprimere, quo iure ſit heres an iure
nouo, vel veteri, ciuili, vel prætorio. Quod enim iuris eſt in ci
uili ſucceſſore, idem quoque eſt in alijs quibuſcunque ſucceſ-
ſoribus dict. lege item veniunt, §. final. & ibi Bartol. Niſi in-
terſit rei continenti, vt quia ſtatutum, vel conſuetudo circa ſuc
ceſſionem aliud diſponit, contra ius commune, ſecund. Plat.
numer. 77. Et ampliantur prædicta, ſiue quis hæres immedia-
tus per ſe, ſiue per mediam perſonam alterius etiam extranei,
lege. 2. & 3 vbi Gloſſ. ff. eodem adeò, vt etiam ante me fuiſ-
ſent mille ſucceſſores, ego qui ſum hæres vltimi, poſſim dice-
re me hæredem illius, & petere hæreditatem ipſius primi de-
functi, tanquam eius hæres per regulam, quæ habet, Quod
hæres heredis primi teſtatoris eſt hæres leg. final. Cod. de he-
red. inſt. de quo poſt Gloſ. in dict. leg 3 ff. eodem vide omni-
no Angel. hic num. 75. Iaſ. 186. & Zaſ. num. 69. Poterit tamen
iudex ad inſtantiam partis, ſi eius intereſt, interrogare. An ſit
hæres mediatè, vel immediatè, & ſic an ex ſua perſona, vel
per interpoſitam perſonam ſuccedere velit, vt eſt text. & ibi
Bart. in l. ſi defenſor quæ alt. eſt, §. 4. in l. ſi ſine, 9. §. illud ff de
interrog. act. & Iaſ. hic numer. 189. II. Datur hæc actio, ſiue
6 quis ſit heres inſolidum, ſiue pro certa parte tantum, l. licet
minimam, 10. ff. eod. dummodo illa pars ſit quota hæreditatis
non autem quota bonorum, ſec. DD hic eſt enim differentia
7 inter quotam, ſeu partem hereditatis & quotam bonorum.
Nam quota hæreditatis continet iura actiuè, & paſſiuè, quia
eſt pars iuris vniuerſalis, cum hæreditas ſit ſucceſſio in vni-
uerſum, ius quod defunctus tempore mortis habuit, l. hæredi-
tas nihil aliud, 62 ff. de verb ſign. Vnde is cui relinquitur pars
aliqua hæreditatis, percipit commoda pro ſua parte, & ſuſti-
net quoque pro ſua rata onera, & grauamina hereditaria. Sed
is cui relinquitur pars bonorum, accipit illam partem titulo
ſingulari, tanquam res particulares, ſine omni onere, deducto
ęre alieno. Ita eſt tex. expreſſus in l. ſi quis ſeruum, 8 §. fi. cum
l. ſeq. ff. de legat. 2. quia bona non dicuntur, niſi ære alieno de-
ducto, l. ſubſignatum, 39 §. bona, ff de verb. ſig. Hanc & lega-
tario pro conſequendo legato, cui non quota hæreditatis, ſed
quota bonorum relicta eſt, non datur petitio hæreditatis, ſed
actio ex teſtamento rei vindicatio, vel hipothecaria, vt not.
8 in l. 1. ff. de l. 1 Et ſumpta hinc occaſione Ang. hic num. 75. &
9 Iaſ. num 193. quærunt, an filius, cui ex teſtamento patris de-
betur legitima, poſſit pro ea conſequenda hanc actionem in-
ſtituere: Et reſpondent, quod non per iſtam rationem: quod
legitima non eſt quota hereditatis, ſed quota bonorum, quam
filius ſine onere habere debet l. Papin. 8 §. quartam autem, ff.
de inoffic. teſtam. Et quamuis hæc opinio videatur magis cõ-
munis, quam etiam Ang. dicit in prædicta ſeruari: contraria
tamen ſententia videtur magis ęqua, nec etiam ratione deſti-
tuitur, cum hodie legitima ſit relinquenda filio, tit. & iure in-
ſtitutionis, ideſt iure hereditario, vt Imp. voluit in Nouel. 115.
vt cum de appellat. cog. § aliud quoque capitulum, 3. de quo
vide hic latius Zaſ. ante fin. §. noſtri III. Competit hæc actio,
10 ſiue quis ſit heres ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, dict. leg. 1.
ff. eo. Vtroque enim modo nobis defertur, hereditas, §. fi. ſup.
per quas perſ. nob. acqu. Et quando actor dicit ſe hæredem ex
teſtamento, debet hoc probare per oſtenſionem teſtamenti,
non vitioſi nec cancellati, iuxta lege final. Cod. de edicto
D. Adria. toll. Si verò ab inteſtato ſuccedit, debet exprimere,
& probare, ſe eſſe proximum ipſius defuncti ſanguineum,
neque ſufficit probare ſe eſſe cognatum niſi etiam, oſtendat
ſe proximiorem eſſe, § ſi plures, 5. ſup. de leg. agnat. ſucceſſio.
& Auth. poſt fratres, Codic. de leg. heres. & vulgo dicitur:
11 Quanto proximior gradu, tanto proximior hæres, de quo
vide tex. iur. Sax. in artic. 3 lib. 1 Non igitur refert, vtrum
quis ex teſtamento, vel ab inteſtato ſit hæres. Sed iam oritur
dubium, vtrum hæres ſpecifice in libello deſignare debeat, an
12 ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato. Et communis vide-
tur eſſe opinio Bar. in l. 1. ff. de pet. hær. quod ſufficiat in gene-
re ſi actor dicat ſe eſſe heredem ſpecificatione illi omiſſa, quia
petitio hæreditatis eſt in ré vniuerſalis, ergo in ea vniuerſalis
petitio admittitur, cauſa non expreſſa, vt notatur in le. 1. ff. de
eden. poſt Gl. mag. ibi. Et hæc ſententia Bar. procedit ſine du-
bio, quando contra actorem non opponitur, quia proceſſus
valebit. Cęterum ſi reus, vel iudex cupiant certificari de qua-
litate ſucceſſionis, an ex teſtamento, vel ab inteſtato actor ſit
heres, tunc hoc declarari debet, per tex. in d. l. ſi defenſor, §. il-
lud ff. de iur. interrog. act. de quo latius vide Plat. num. 99 Iaſ.
171. Zaſ. nu. 70. Et circa prædicta in practica diligenter nota
13 bitis, licet opinio Bar. tanquam vera, de iure ſuſtentari, ac de-
fendi poſſit, tutius tamen eſſe in libello ſpecificè exprimere,
vtrum actor ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato, ne reis,
quorum natura eſt fugere, & ipſorum Aduocatis, qui plerum
que omnia mala norunt, ſecundum Glo. in leg. Ab Anaſtaſio
23. ſup. ver. Morantur, C. mandati, & plerumq. ſec. Bal. ibi tunc
modicæ conſcientiæ, detur occaſio ad plures exceptiones di-
14 latorias opponendas, quaſi libellus ſit generalis, & obſcurus.
IV. Datur hæc actio hæredi fideicommiſſario, cui ex S. Tre-
bell. hæreditas reſtituta eſt leg. ei qui 54. in fin. ff. eod. & adde
ſorum titul. ff de fideic. hær. pet. V. Datur emptori hæredita-
15 tis d. l. ei qui, in fin princ. Et de eo qui emit a fiſco non eſt du-
bium, per tex. in d. l. ei qui. An autem idem ſit de eo qui à pri-
uato hereditatẽ emit, maius eſt dubium. E. Gloſ. in d. l. ei qui
concludit quod ſic, ita vt emptor vtilẽ non directã hanc actio
nẽ habeat argumento, l. emptor 5. C. de hered. vel act. vend.
Ex prædicta ſane intelligatis, vt emptor habeat petitione here
ditatis contra poſſeſſores rerum hæreditariarum non autem
contra vẽditorẽ, quia contra eum actio perſonalis ex empto
locum

Digitized by Google

to hæredi contra venditorem non eſt conſultum, quia non
eſt præſens, vel non eſt ſoluendo d. leg. etiam, §. 15. Niſi titu-
lus eſt procuratus, poſt conuentionem in iudicio factam ſe-
cund. Iaſ. hic numer. 198. qui poſt Plat. hic numer. 112. ſubij-
cit, inanẽ eſſe cautelam, qua vtuntur aliqui imperiti aduocati,
qui videntes conuentum petitione hęreditatis, non habere ti-
tulum, ſuadent ei vt procuret titulum, & emat forte à quo
velit hęreditatem atque ita acquirat titulum, & agentẽ peti-
tione hæreditatis propter titulum excludit. Nam iſta procu-
ratio, quæ ſic in fraudem facta, eſt vt inquit Zaſ. hic non va-
lebit feſtucam quia poſſeſſor habet titulum, & malam fidem:
actor vero titulum, & bonam fidem. Ideo is præferri de-
bet, vt in ſimili dicit Bartol. in lege. ſiue 9. §. ſi dub. ff. dict.
Pub. in rem. act. 6. Niſi reus poſſidet rem hæreditariam titu-
29 lo putatiuo. Licet enim iuſtus error pro titulo, habeatur quã-
tum ad vſucapionem, & præſcriptionem, non tamen habe-
tur pro titulo, quantum ad repellendum eum, qui agit peti-
tione hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum, ſecun-
dum Bart. poſt gloſ. in leg. 1. ſupr. verſic. Si nihil vſucaptum,
ff. quorum bonorum, addi hic Plat. numer. 112. in final. &
Iaſon, 199. 7. niſi titulus eſt inualidus, & habetur pro non
titulo, vt ſi ſciens, quis habet res hæreditarias, ex donatione
vel emptione prohibita, quia emita furioſo, vel pupillo, vel ha
bet ex donatione coniugis, vt declarat Iuriſconſultus, in l. nec
vllam, 13. § omnibus, ff. eo. Hic in practica, vidi per Scabinos
Lipſ. ſecundum prædictam concluſionem in hunc modum
30 pronunciatum eſſe. Si actor omnia hæreditaria, bona ad
ipſum per mortem N. deuoluta actione inſtituta petiuit: ad
quem reus reſpondit: talia bona ſe emptionis titulo tenere,
atque de ijs authorem ſuum laudare poſſe. Si ergo reus, pro-
ut iuris, probauerit talia bona eſſe iuſto titulo empta, qui iu-
re impugnari nequeat: merito meliori iure in ijs permanet,
quam actores illa ab ipſo euincere queant. De his, & alijs
limitationibus vltra prædicta vide poſt gl. DD. in l. hæredita-
tem, 4. C. in quibus cauſ. ceſſat longi temporis præſcr. Et circa
31 prædicta notandum eſt licet, vulgata ſit theorica in iure no-
ſtro poſſeſſorem conuentum nõ teneri dicere titulũ ſuæ poſ-
ſeſſionis iuxta l. cogi 11. cũ ſimilibus, C. eodem quippe quod
valde eſſet inciuile, reum ad ſuum incommodum, & actoris
commodum ab hoc cogi poſſe, vt ſic daret arma actori cõtra
ſeipſum, contra l. nimis graue, 7. C. de teſtam. adeo, vt Bartol.
in l. 1. C. de condict. & procur. pręd. fiſc. 11. dicat, ſi Rex face-
ret citari aliquem ſuum Baronem, vt oſtendat iura, quæ ha-
bet in Caſtri à ſe poſſeſſis, ſub pœna amiſſionis, 200. talem
32 citationem eſſe ipſo iure nullam: & Baronem non teneri
oſtendere ſuum titulum, quod dictum tanquam quotidianũ,
D. Iaſ. hic numer. 202. diligenter notare iubet, tamen conuen-
tus petitione hęreditatis cogitur dicere titulũ ſuæ poſſeſſio-
33 nis, & ad hoc per iudicem compelli poteſt, d. l. cogi, cum ibi
notatis, vt poſſit ſciri an hac actione teneatur nec iudicium
reddatur eluſorium, & ſi interrogatus in iudicio noluerit di-
cere, & propterea proceſſum, ſit vſque ad ſententiam, & tunc
demum dicat ſe poſſidere ex legitimo titulo, ſicut hoc facere
poteſt quia eſt exceptio peremptoria, quę perimit actionem.
Vnde vſque ad ſententiam poteſt opponi, l. peremptorias, 2.
C. ſentent. reſcind. non poſſe, condemnatur in expenſis, pro-
ptera quod fruſtrauit actorem non dicendo hoc à principio,
ſecundum Bald. poſt Paul. de Caſtr. & alios in dicta lege, co-
gi, vbi per eos, traditur etiam forma, qualiter interrogatio-
34 nes iſtas in iudicio fieri conueniat Et ex communi opinione
reus primo debeat interrogari, an poſſideat, quod ſi negat
amplius nõ eſt interrogãdus, cum ſciat actor eum hac actio-
ne non teneri. Conuinctus tamen de mendacio, priuatur cõ-
modo poſſeſſionis, ſecundum Baldum in d. l. cogi, num. 12. per
gloſ. in l. fi. ff. de rei vindicat Si vero reſpondeat ſe poſſidere,
deinceps interrogabitur. An poſſideat vt hæres, & ſi reſpon-
det quod ſic, vlterius non interrogatur, cum actor ſciat ſibi
competere hanc actionem cõtra eum. Si vero negat, iterum
interrogandus eſt, qualiter poſſidere & ſi non vult dicere,
vlterius non debet interrogari. Apparet enim tunc, eum poſ-
ſidere pro poſſeſſore, ita vt actio noſtra contra eum locum
habeat. Si vero dicit ſe poſſidere iuſto titulo, vlterius inter-
rogetur, à quo habuerit titulum, vt ſciatur an valeat, vel non
35 valeat. His ad Angel. hic numero 76. verſic. Ex prædictis ſu-
mas cautelam. Vltimo circa prædicta quæritur, An, & quan-
do hæc exceptio per reum conuentum ſit opponenda, ſe poſ-
ſidere cum titulo, ad repellendum actorem? Et quamuis ve-
teres quidam DD. exiſtimauerint, eam eſſe dilatoriam ex-
ceptionem, & tantum ante litem conteſtatam opponi poſſe,
iuxta l. pen. & fi. C. de excep. tamen Bart. quem communiter
DD. ſequuntur, in d. l. cogi, C. eodem, dicit eam eſſe mixtam,
ita vt habet mixtam cauſam, adeoque tam ante litem conte-
ſtatam in vim dilatoriæ, quam etiam poſt litem conteſta-
tam in vim peremptoriæ, vſque ad ſententiam definitiuam
opponi poſſit, ad ſententiam abſolutoriam conſequendam.
Sicut dicimus de exceptionibus litis finitæ, quæ etiam ad im-
pediendum litis ingreſſum opponi poſſunt, vt notatur in leg.
eleganter, 23. §. fin. ff. de cond. ind & quando ante litem con-
teſtatam opponuntur, abſoluitur reus tantum ab obſeruatio-
ne iudicij. Si vero poſt litem conteſtatam definitiue abſol-
uitur ab actione, vt pulchre declarat D. Iaſ. in leg. iuſiurãdum,
& ad pecunias, 34. §. final. ff. de iureiur. & eleg. Bartol. in leg.
cum quærebatur, 13. ff. iud. ſolui. Et quia talis exceptio vide-
tur requirere altiorem indaginem, cum diſcutiẽdum ſit, qua-
lem titulum habeat reus & a quo, item quo tempore illum
nactus ſit poteſt iudex eius diſcuſſionem reſeruare, poſt li-
tem conteſtatam, ſi in initio fuerat appoſita. Sicut plerum-
que ſuper talibus exceptionibus, quæ in vim peremptoriæ
36 opponi poſſunt, talis ſententia interlocutoria fieri ſolet:
Quòd reus non conſiderata prætenſa exceptione ſua, tenea-
tur producto actoris libello reſpondere. Et reſeruantur ſibi
tales exceptiones, vt poſt litem conteſtatam in vim perem-
ptoriæ eas opponat. III. Datur hęc actio contra eum, qui do-
lo deſijt poſſidere, quia alienauit hęreditatem, ne ipſe conue-
niretur, cum, vt infra dicetur, à parte rei poſſeſſio requira-
tur, ad hoc, vt iſta locum habeat? poterit enim conueniri peti-
tione hęreditatis, perinde ac ſi poſſideret, ſicut in ſimili po-
teſt contra eum, qui dolo deſijt poſſidere, intentari rei vin-
dicatio, quę etiam à parte rei poſſeſſionem requirit, leg. ſin
autem, 27 §. ſed & is, ff. de rei vind. In caſu tamen noſtro, ſi is
in quem ſic doloſa alienatio facta eſt, reſtituat res hęredita-
rias actori, liberatur is, qui dolo deſierat poſſideret, quia non
poteſt alienans conueniri, niſi vt condemnetur ad pretium
loco intereſſe. Sed tunc non intereſt actoris, poſtquam iam
conſecutus eſt poſſeſſionem rerum hęreditariarum, ita eſt
37 text. in dict. leg. etiam, § item ſi quis dolo, 14. & in leg. nec vl-
lam, 13. §. final. ff eodem. IV. Datur contra eum, qui non poſ-
ſidet res hęreditarias, neque dolo deſijt poſſidere, ſed tamen
vt poſſeſſor ſe ſponte obtulit liti, & iudicium ſuſcepit. Tunc
enim propter illum dolum, quod interrogatus non ſignifica-
uit ſe non poſſidere, hac vtili actione tenetur, cum deceperit
actorem, qui alias contra eum non egiſſet, text. eſt in dict. l.
etiam, §. non ſolum, ff. eod. Sicut idem dicimus in rei vindica-
tione. Et hoc eſt verum, quando actor ab initio ignorabat,
rem non poſſidere: ſecus, ſi ſciebat, nam tunc reus non con-
demnabitur, quia actor ſeipſum decepit, leg. qui ſe liti, 45. ff.
38 eod. V. Datur contra debitorem hęreditatis, ſiue fuerit de-
bitor defuncti, ſiue hęreditatis iacentis, ſiue ex contractus, ſi-
ue delicto, ſiue quaſi contractu, vel quaſi delicto, ſiue pure,
ſiue in diem, d. l. etiam, §. fi. cum duabus ll. ſeq. ff. eodem. Quod
tamen intellige verum, ſi iſte debitor contendat ſe eſſe hęre-
dem defuncti, alias ſi hęredem, ſe non contendat non hac a-
ctione conueniri poterit, ſed alijs actionibus, quibus ſecun-
dum qualitatem obligationis ipſi defuncto tenebatur, textum
eſt in l. ſi debitor, 42. ff. eodem, vbi Bart. dicit, iſta lege limitarẽ
totum titulum, de petitione hęreditatis, & eam notare iubet,
quod quamuis ad hoc, vt poſſeſſor rerum corporalium hęre-
tariarum teneatur hac actione non requiratur eum conten-
dere ſe hęredem, quia datur contra poſſidentem pro poſſeſ-
39 ſore vt ſupra dictum, tamen quando agitur contra poſſeſſo-
rem iuris requiritur, vt is ſe hęredem eſſe contendat, de quo
latius videte hic Ang. nu. 66. verſic. An autem debitor, & Iaſ.
hic, num. 205 Zaſ. 75. VI. Competit contra poſſidentem prę-
tia rerum hęreditariarum, vel debita exacta à debitoribus hę-
40 reditarijs, l. quod ſi in diem, 16. §. ſed & is, ff eo. VII. Datur cõ
tra habentẽ actionem occaſione rerum hęreditariarum, vt
eam cedere teneatur vero domino, v. g. Si is, qui pro hęre-
de poſſidebat domum, vel alias res hęreditarias, vi fuerit
deiectus peti ab eo hęreditas poteſt, quaſi poſſeſſore iuris
cum habebit illud ius intendendi interdictum. Vnde vi, con-
tra deijcientem, vt cedat vero hęredi hoc interdictum. Item
ſi poſſidet hęreditatem, & aliquas res vendidit, & pretium
non recepit, poterit hac actione conueniri, vt cedat actio-
nes quibus emptores ipſi poſſeſſori alienanti res hęreditarias
41 obligati erant tex. in d. leg. quod ſi in diem, ſ. Iul. ff. eodem.
VIII. Datur contra eum, qui ſic vi deiecit poſſidentem pro
hęrede, cũ poſſideat res hæreditarias pro poſſeſſore, d. l. quòd
42 ſi in diem §. Iulian. ff. eodem. IX. Datur contra eum qui ſciẽs
& ſic mala fide emit totam hęreditatem, vel eius quotam
vel etiam bona fide emit, ſed modico pretio. Et quando
verus hęres non poteſt habere regreſſum contra vẽditorem,
vt ſupra dictum eſt, poſt text. in dict. l. etiam, §. 1. iunct. §. ſi

43 qui ſciens, ff. eodem. X. competit contra hæredem eius qui
pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſedit Nam pone, quod poſ-
ſidens pro hærede, vel pro poſſeſſore deceſſit, priuſquam ve-
rus hæres contra eum intentauit hanc actionem, hæres iſtius
poſſeſſoris, poterit conueniri ſiue ſit bonæ fidei credens bo-
na, quæ actor petit, eſſe illius cui actor ſucceſſit, ſiue ſciat eſ-
ſe de hęreditate alteris, cui actor ſucceſſit, quia reputatur ea-
dem perſona cum defuncto, in princ. in Nouel. 48. de iureiu-
rand. a mori. præſt. Et ſicut defunctus hac actione tenebatur,
& ita ipſe hæres ita eſt text. & ibi poſt alios Caſtr. in l. Nera-
44 tius, quæ al. §. 3. in l. nec vllam, 13. ff. eo. Vltimo circa hanc ſe-
cundam quæſtionem dubitari poteſt An poſſeſſor hęreditatis
conuentus hac actione, & ſic pendente iudicio poſſit aliquas
res hæreditarias alienare? De hac quæſtione eſt, text. in l. Di-
uus, ff. eod. quam ita Bart. & Doct. communiter intelligunt
diſtinguendo. Aut poſſeſſor ex ſuo capite ſine permiſſione iu-
dicis, vult res hæreditarias alienare, & non poteſt, niſi ſatiſ-
dederit de hæreditate non diminuenda, ſed reſtituenda, ea
aut eius æſtimationem. Nam tunc res tempore perituras, vt
fructus, & ſimiles, poterit alienare, & valet alienatio. Aut ex
permiſſione iudicis vult alienare, & tunc cauſa, cognita ac
præſtita cautione poterit etiam res tempore, non perituras
alienare, & valet alienatio, de quo vide hic Ang. nu. 77. verſic.
quæro an poſſeſſor hæreditatis.

Quid veniat in hanc actionem.

45 Tertio principaliter circa hanc actionem videndum eſt,
a Ad a quid, vel pro quibus rebus competat, ſeu quę res in peti-
tionem hęreditatia veniant? Et hanc quęſtionem declarat Iu-
riſconſ. in l. item videndum, 16. §. fin. cum duabus l. ſeq. ff. eod.
Ac I. Veniunt in hac actione res, corporales hæreditariæ, quæ
ſcilicet fuerunt in dominio defuncti d. l. videndum, §. fi. ff. eo.
46 & obiter notandum res hęreditarias proprie dici quarum do
minium, vel quaſi dominium fuit penes defunctum, ſed aliæ
res, in quibus defunctus, non habuit dominiũ, nec quaſi, pro-
prie nõ dicuntur hæreditariæ, ſed in hæreditate repertę, vt res
defuncto oppignoratæ, vel commodatæ, vt declarat Paul. de
Caſt. in d. §. fi. num. 2. Et ampliatur prædicta concluſio, vt cõ-
petat etiam hæc actio pro re minima hæreditatis, l. licet mi-
nimam, 10 iuncta leg. præced. in final. ff. eod. Et liceat alias di-
ci ſolet prætorem de minimis non curare, tamen hoc eſt ve-
rum, quando quis de iure ſpeciali contra commune vult re-
ſtitui in integrum, tunc in quam non curatur, de minima læ-
ſione, leg. ſcio, 4. cum ſi ff. de in intereſt. Alias de iure regulari
curatur etiam de minimis, vt hic, & not. poſt Gloſ. in § galli-
narum, 16. ſup. de rer. diuiſ. Et dicitur cauſa minima ex arbi-
47 trio iudicis, ſec. Plat hic nu. 78 II. Veniũt etiam in hac actio-
nes res corporales. & ſic omnia iura, & actiones hæreditarię,
dict. leg. item vendendum, §. final. & dict. leg. etiam, §. final. &
leg. quod ſi in diem, 16 § Iul. ff. eodem. Seruitutes tamen in
hac actione non veniunt, cum nihil eo nomine poſſit reſti-
tui. Sed ſi debetur ſeruitus prædio hæreditario, à prædio rei
conuenti, ac reſtituto prædio reus nolit permittere hæredem
vti ſeruitute, tunc incipit fieri debitor hæredis, non defuncti,
ideo dabitur hæredi contra non præſtantem patientiam or-
dinaria actio confeſſoria, ſcilicet, vt eſt tex. in l. & non tãtum,
48 19. §. ſeruitutes ff. eo. III. Non ſolum res quæ fuerunt in do-
minio defuncti in hac actione veniunt, ſed etiam ab eo tantũ
poſſeſſe, vel etiam tantum detentæ, vt re depoſitæ, commo-
datæ, quæ māſerunt in hæreditate tempore mortis ipſius de-
functi hoc ideo, quia periculum talium rerum ſpectat ad hæ-
redem, tex. eſt in d. l. & non tantum, in prin. ff. cod. Et ideo hę
res conficiens inuentarium, debet in eo ponere tales res eſſe
alienas, quas reperit in hæreditate, de quo videte hic Plat. nu.
49 72. IV. In hac actione veniunt non ſolum ea quæ erunt in hę
reditate tempore mortis defuncti, ſed etiã illa, quæ poſt mor-
tem ſuperuenerunt, vt ſunt fructus, ita vt res hæreditatiæ, &
fructus vna, & eadem actione petantur, quia fructus augent
hæreditatem, l. item veniunt, 20. §. item non ſolum, 3. verſic.
Fructus ff. eod Et ampliatur hæc concluſio. 1. Vt intelligatur
50 de fructibus naturalibus, & induſtrialibus, d. ver. Fructus, tũc
gl. ſup. ver. omnes, & l. ſed, & ſi, 25. § fi. cũ duabus ll. ſeq. ff. eod.
Item de fructibus ciuilib. vt ſunt penſiones, quæ ex locatione
vrbanorum prædiorum percipiuntur, Item ex vectura nauiũ
& iumentorum, l. ancillarum, 17. §. fin. iuncta l. mercedes, 29.
eo. Neque diſtinguitur, vt tales penſiones honeſto, vel inho-
neſto, non fuerint perceptæ, vt eſt tex. in l. ſi poſſeſſor (quæ al.
eſt §. 14. l. item veniunt, 20.) & in d. l. ancillarum, in fi. ff. eod. in
multorum honeſtorum virorum prædijs lupanaria exerceri,
a. Vt idem ſit, ſiue ante aditam hæreditatẽ, ſiue poſt tales fru-
ctus ſuperueniant, ex rebus, ſ. hæreditarijs, ſicut ſi extrinſecus,
vt quia ſeruus hæreditarius aliquid acquiſiuit ex re poſſeſſo-
ris propria nam hoc poſſeſſori acquiritur d. l. item veniunt, §.
item non ſolum, iuncta gloſ. in verſic. Si extrinſecus. 3. Vt ad
ad omnes fructus perceptos hæc actio competat, etiãſi actor
eos percipere non potuiſſet, leg. cum hæreditas, 56. ff. eodem
4. Vt nihil interſit, ſiue ſunt extantes, ſiue conſumpti percepti
vel percipiendi: ita tamen vt diſtinguatur inter bonæ, & malæ
51 fidei poſſeſſorem. Malæ fidei enim poſſeſſor omnes fructus
reſtituere compellitur perceptos, & percipiendos, dict. l. ſed,
& ſi leg. §. quod autem ait, ſiue extantes, ſiue conſumptos. §.
ſi quis à non domino, 45. ſup. de rer. diuiſ. Bonę fidei vero poſ-
ſeſſor tantum tenetur in quantum factus eſt locupletior. Vn-
de ad extantes fructus tenetur, non autem ad conſumptos.
De quo, an, & quando poſſeſſor bonæ, & malæ fidei teneatur
ad fructus, videte ordinariam doctrinam Doctorum, in d. §.
ſi quis à non domino, & in leg. & ex diuerſo, 35. ff. de rei vin.
& in cap grauis 11. ext. de reſtit. ſpol. Circa prædicta dubitari
52 poteſt. An bonæ fidei poſſeſſor teneatur etiam de ipſis rebus
hæreditarijs conſumptis? Et de hac quæſtione eſt text. in dict.
leg. ſed, & ſi lege 5. conſuluit, eum aliquot, §§. ſequ. vbi Iuri-
ſconſultus declarat verba Senatuſconſulti, dicentis bonæ fidei
poſſeſſorem non teneri, niſi in quantum factus eſt locuple-
tior ita vt ſi bonæ fidei poſſeſſor conſumat bona hæreditaria,
in quibus ipſe nullum ius habet faciendo aliquos ſumptus, vel
etiam dilapidando, aut perdendo res hæreditarias, non te-
neatur vero hæredi, cum putaret res ſua abuti. Si vero ha-
bebat ius in iſtis bonis hæreditarijs, quia pro dimidia eſt hæ-
res, ipſe vero bona fide putauit ſe eſſe hæredem, & conſum-
ptis, bonę dimidiam partem hæreditatis, alteram dimidiam
partem quæ ſupereſt non tenetur integram cohæredi reſti-
tuere, ſed tantum dimidiam eius partem, quæ ſupereſt, text.
eſt dict. leg. ſed, & ſi, §. adeo autem 15. Primum tamen dictum
Iuriſconſ in d. §. conſuluit, ita intelligendum eſt, vt procedat,
quando bonæ fidei poſſeſſor talem conſuptionem non fuiſ-
ſet facturus de ſuo, ſi hæreditatem illam non fuiſſet o actus.
Nam ſi idem erat conſumpturus de ſuis bonis proprijs, ſi ſe
hæredem non æſtimaſſet, illud vero hæredi reſtituere cogi-
tur. Exempli gratia: Si ebibit penum hæreditarium, quem
ſi non habuiſſet, de ſuo tantundem conſumpturus fuiſſet,
certè hoc nomine tenebitur vero hæredi, tex. eſt in d. l. ſed, &
ſi §. quod autem, 16. vbi in fine dicitur, verius eſt, vt ex ſolo
matrimonio decedant ea, quæ etſi hæres non fuiſſet, erogaſ-
ſet, & addit ibi Paul. de Caſtr. Qualiter autem probetur, quem
53 eſſe malæ fidei poſſeſſorem, vel eum ſciuiſſe hæreditatem ad
ſe non pertinere, cum hoc conſiſtat in animo, & animus ho-
minis ſoli Deo notus ſit, declarat Paul. de Caſtr in d. l. ſed, &
ſi § quod autem vbi dicit, hoc ex poſt facto apparere, quia
nullam habuit iuſtam cauſam credendi hæreditatem ad ſe
pertinere, vt quia non allegauit teſtamentum, in quo eſſet in-
ſtitutus hæres, nec conſanguinitatem & propinquitatem, ta-
lem per quam ab inteſtato ab hæreditatem peruenire potuiſ-
ſet, certe hoc caſu fundata eſt intentio actoris eo ipſo, quod
probat hæreditatem ad ſe pertinere, vt præſumatur reum ſci-
uiſſe eam ad ſe non ſpectaret, & ſic malæ fidei poſſeſſorem
54 eſſe, de quo latius vid. Caſt. in d. §. quod autem nu. 4. V. Dubi-
tatur, An etiam feuda in petitione hæreditatis veniant, ideſt.
An filius, vel alius hæres per hanc actionem poſſit petere
feuda per alium poſſeſſa? Et Cyn. quem ſequitur Bartol. in l.
item videndum, 16. § fin. ff. eodem, reprobando gloſ. ibi tenet,
quod non, quia feudum non debetur iure hæreditario. ſed ex
pacto, vel lege, c. 1, cum ibi notatis, quo ſucceſſio feud. Vnde
Bartol. refert Dyn. conſuluiſſe, quod ſi frater facit fratri quie-
tationem, vel liberationem generalem, de eo quod poſſet pe-
tere de hæreditate paterna, non per hoc eum impediri petere
feuda, & bona emphyteutica, quia non petuntur tanquam ex
hæreditate paterna. Et ſequuntur hanc deciſionem Bartol. &
Bald & Angel. in d. leg. item videndum, §. fi & Plat. hic num.
119. & Doct. Iaſ in tractatu feudali, mihi fol. 119. numer. 45.
Vbi pulchre, & valde ſingulariter limitat hanc deciſionem, vt
procedat, quando frater ſic faciens generalem quietatio-
nem, vſus eſt in renunciatione verba hęreditatis, cum feu-
dum, & emphytheuſis non ſint quidam hæreditarium; ſecus
ſi repudiaſſet bona paterna. Nam appellatione bonorum cõ-
prehenduntur feudum, & emphyteuſis, & hoc ad ſeruandas
iſtas generales renunciationes fratrum, multum notare iubet
ibi

ADDITIO.

a *An, & quomodo in hac actione iuretur in litem aduerſus dolo-
ſum, vide Plat. tract. de in lit. iur. §. 14.*

ibi Doct. Iaſ. Alia eſt in hac quæſtione ſupra formata opinio
Gloſ.fin in dict.§.ſi.indiſtinctè tenentis, tam filijs, quam alijs
hæredibus petitionem hæreditatis pro feudo competere. Et
Bartol.in hoc ſibi contrarius,in leg. vt iuſiurandi, 7.§.ſi liberi,
ff.de oper. liber. dicit iſtam Gloſſ. ita procedere, quando pe-
tens, vel actor eſt ex numero filiorum defuncti, eum filij v-
trumque tam hæreditatem, quam feudum, vel retinere, vel
repudiare teneantur, vt eſt titulus in vſibus feud. An agnatus
vel filius defunct. &c. & Bart.in l.ſi patroni, 55.in princip.ff.
ad S.C.Trebel.iterum variauit, dicendo etiam extraneo hæ-
redi competere hanc actionem pro feudo, cum limitatione,
quando feuda petuntur à poſſidente, qui non habet ius illa
detinendi: ſecus,ſi à filio, vel alio, qui in feudo ſuccedere ſo-
let. Et ergo vera, & communis ſententia Gloſ. in d.§.ſi vide-
licet,feudum venire in petitione hæreditatis, à quacumq; in-
ſtituatur,ſiue à filio, ſiue agnato, & ſic extraneo hærede. Li-
cet enim feudum non ſit quidam hæreditarium, tamen ne-
gari non poteſt, quin fuerit defuncti, & manſerit in eius hæ-
reditate. Sicut igitur veniunt in hac actione res commoda-
tæ,depoſitæ, & ſimiles, quorum dominium defunctus non
habuit,ſed tempore mortis repertę ſunt in hæreditate defun-
cti,vt ſupra dictum eſt, d.l. & non tantum in princip. ff.eod.
ita,& feud. Et ſic opinio Gloſ.in d.§.ſi.eſt tenenda,cum limi-
tatione tamen ſupra adducta ex Bart. in d.l.ſi patroni de quo
latius vide Iacob. de S.Georg. de feud. Sup.verb. Et cum pa-
cto, quod de ipſo feud.n.7.& omnino Iaſ. in d tra.feud n.44.
55 VI.Quærit hic Ang.quando poſſeſſor hæreditatis alienauit,
aut permutauit res hęreditarias,an ad pręciũ, vel ad rem per-
mutatam teneatur, vel omnino ad rem ipſam hæreditariam?
Et diſtinguitur. Aut enim eſt poſſeſſor bonæ fidei, & non
tenetur ad rem hæreditariam,ſed ad id,quod habet ex re hæ-
reditaria. Itaque ſi habet precium, illud reſtituet ſi vero ei
precium,non eſt ſolutum, cedendo actionem liberatur, tex-
tus in l.ſi poſſeſſor, (al.eſt §. 14.l.item, veniunt, 20.) §.ait ſe-
natus,ff.eod.Aut eſt malæ fidei poſſeſſor, & tunc ſi alienauit
rem hæreditariam,& res extat, poteſt ad eam reſtituendam
conueniri,& ſi eam recuperare non poteſt,iuratur contra eũ
in litem. Si vero non extat tenetur ad verum precium cum
vſuris,dict leg.ſi poſſeſſor, §.fin ff.eodem.Et quamuis Angel.
hic numer.77.verſic. Quæro quando poſſeſſor, aliter ſubdi-
ſtinguat, tamen ſubijcit ſe credere poſteriori caſus ſemper
eſſe in electione actori. An ad rem hæreditariam,vel eam,
quam malæ fidei poſſeſſor pro ea accepit, agere velit: quod
tamen intelligaris procedere, re hæreditaria extante, iuxta
56 text.§. final dict.leg.ſi poſſeſſor, ff.eodem. VII. Circa hanc
tertiam quæſtionem principalem quæritur. An libello peti-
tionis hæreditaria teneatur actor ſpecificare omnes res hæ-
reditarias? Et breuiter concludite,quod hoc non eſt neceſſe,
licet hoc actor facere poſſet, ſed ſufficit in genere ſic pete-
re hæreditatem defuncti rebus etiam non ſpecificatis. Nec
propterea libellus tãquam generalis,& obſcurus reijci poteſt
cum hæreditas, ſit quidam vniuerſum comprænbendens,
omne id,quod defunctus reliquit, leg.hæreditas nihil aliud,
62.ff.de reg.iur.Ita eſt gloſ magna,& ibi DD. in le.1.in prin-
cip. ff.de eden. & bene facit textus in leg ff.eodem vbi in
hoc iudicio intelliguntur etiam comprænbendi ea, quæ poſt
libellum productum cæpta ſunt poſſideri per reum, & ſic ea,
quæ non ſunt ſpecificata, de quo latius vide hic Iaſ.num.192.
& Zaſ.76.

Ad quartam quæſtionem principalem, videlicet, quæ re-
quirantur ad hoc,vt illa actio locum habeat? ex ſupra dictis
57 facile reſponderi poteſt. Nam I. A parte actoris duo requi-
runtur, I. Quod ſit hæres defuncti, de cuius hæreditate agi-
tur ſiue fuerit hæres inſtitutus in teſtamento,ſiue ab inteſta-
to ſuccedat defuncto, dicta leg. 1.ff.eod.ſiue ſit hæres de iure
Prætorio,ſiue ciu. ſiue ex ſtatuto ad ſucceſſionem vocetur,
ſiue ſit in totum, ſiue pro parte hæres, dummodo pro quo-
ta hæreditatis l.licet minimam, 10.ff.eod. & ſupr. in 1.quæſt.
princip.dictum eſt. Neque hoc caſu ſufficit, quem eſſe con-
ſanguineum defuncti, ſed neceſſe eſt, quando ab inteſtato
58 hæreditatem petijt,vt ſit proximus in gradu hæres vt inſ.di-
cetur. II. Quod antea non habuit poſſeſſionem rerum, pro
quibus hanc actionem intentaret. Hęres enim, qui ſemel a-
deptus eſt poſſeſſionem rerum hæreditariarum, non poteſt
amplius in futurum intentare petitionem hęreditatis,pro ali-
qua ex iſtis rebus hęreditarijs, quarum poſſeſſionem habuit,
& inde amiſit, vt eſt gl.ſolemnis in cap. 1.de confeſſis, lib.6.
ſuper verb. Statuimus,ante fin. Eſtque ratio ſecundum Bart.
in l.fin.ff.de fideicommiſſ hæred. petit, quia hæres qui conſe-
cutus eſt poſſeſſionem rei hæreditariæ,iam eſt dominus eius
effectus,ita vt amplius non dicatur res hæreditarias,ſed pro-
pria ipſius hęredis, vt eſt Gloſs.notab.in l.1.§.veteres, 16.ſup.
verb.Per vnum,ff.de acq.poſ.At vero certum eſt in petitione
hæreditatis non venire res proprias hæredis, ſed hæredita-
rias quas defunctus poſt ſe reliquit,& hæres nondum appre-
hendit, le.quod ſi in diem,16.§.non ſolum, ff.eo. Et ideo iſto
caſu quando hęres excidit poſſeſſionem quorundam rerum,
quæ ex hæreditate defuncti ei obuenerunt, debet intentare
rei vendicationem, vel interdictum. Vnde vi,ad recuperan-
dam poſſeſſionem amiſſam. Et ſubijciũt hic Doctores aduo-
catum debere eſſe cautum, ne in aliqua parte proceſſus dicat
actorem habuiſſe poſſeſſionem rerum, pro quibus hãc actio
nem intenter,quia inepte ageret,& ſuccumberet De quo la-
tius,vide hic.Plat.num.103.& Ang.77.verſ.Ad vnum tamen
59 & num.215.II. A parte rei etiam duo neceſſaria ſunt ad hoc
vt iſta actione conueniri poſſit. 1. Quod poſſideat hæredita-
tem totam,vel eius partem, vel etiam rem particularem, vel
quaſi poſſideat ius hęreditariũ iuxta l.etiam.(quę al.verſ.§.3.
l.nec vllam,13.)§.fin.iuncta,l.ſi debitor,42. & id eſt, quod ſi
in diem,16.§.Iulianus,ff.eo. Neque neceſſe eſt, vt totũ poſſi-
deat cum etiam pro minima re hęreditaria hæc actio compe
tat,l.licet minimam,10.ff.eodem. Idem dolo deſijt poſſidere,
vel ſi liti ſe obtulit, licet in veritate, non poſſideat, nec vn-
quam poſſederit, dict.leg.etiam, §.non ſolum, ff.eodem,2.
Quod poſſideat pro hærede, vel pro poſſeſſore, non autem
cum titulo: quia hæc actio non datur contra titulo poſſiden-
60 tem, vt ſupr.in 2.qu.princip.declaratum eſt.III. Requiritur,
quod res, quæ petuntur, fuerunt tempore mortis in poſſeſ-
ſione, vel detentione ipſius defuncti. Neque diſtinguitur,an
fuerit earũ dominus,vel poſſeſſor aut detentor tantum:quia
& res commodatæ, ac depoſitæ (quarum dominium,& poſ-
ſeſſio manet pęnes commodantem, & deponentem leg.rei
commodatæ, 8.ff.commod.& leg licet, 17.§.rei ff depoſiti)
in hac actione veniunt, eum periculum earum ad hæredes
ſpectet, dict.lege item videndum, §.final. cum leg. ſequ. ff.
eodem.
61 Ex prædictis iam facile colligi poteſt, quid ab actore in
hac actione ſit articulandum, & probandum. Cum enim
actori incumbat onus probandi,adeo vt actore non proban-
te reus,etſi nihil pręſtiterit, abſoluatur,l qui accuſare, 4.C.de
edend. opportunè, nunc hæc quæſtio declaranda venit. Ac
primo debet probare, ſe eſſe hæredem ipſius defuncti. Et
quamuis regulariter non teneatur exprimere in libello, an
ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato, vt ſup. in 1.quæſt.
princ.dictum eſt tamen cum probatio debeat eſſe certa,& de
neceſſario concludentibus,l.non hoc, 4.vbi Bal Co.vnde leg.
in poſitionibus, vel articulis ſpecifice deſignare debet, quo-
modo ſit hæres an ex teſtamento, vel ab inteſtato. Nam his
duobus modis acquiritur hęreditas,§.final.ſup.per quas perſ.
nob.acq. Et.I. Caſu debet producere teſtamento non vitio-
62 ſum,nec cancellatam. (Muſſeyn beſtaendig teſtament fur le
gen) quod habet ſolemnitates à iure requiſitas, de quibus in
l.hac conſultiſſima, 21.Co.de teſt. Nec mirum, quia hoc eſt
principale fundamẽtum ſuæ intentionis. Nam eo deficiente
reperientur etiam proximiores hęredes ab inteſtato, de quo
63 in l.fin. C.de edict. D.Had.toll. II. Caſu quando dicit ſe hæ-
redem ab inteſtato, non ſufficit probare ſe eſſe vnum ex fa-
milia, vel conſanguinitate defuncti, ſed neceſſe eſt, vt do-
ceat ſe eſſe proximum in gradu hęredem, quia gradatim hæ-
reditas,præſertim collateralibus defertur, vt inquit Iuriſcon-
ſul.in l.1.§.fin.ff vnde cogn. & proximior in gradu remotio-
rem excludit,§.ſi plures, quinto, ſuper de legit. agnat.ſucceſ.
Et dicitur proximus,quem nemo antecedit,l.proximus,92.ff.
de verb.ſignific.
64 Secundo probare debet actor, bona, quæ petat, tempore
mortis fuiſſe in poſſeſſione, vel detentione defuncti, d.l.fin.
ibi, [mittitur quidem in poſſeſſionem,earum rerum,quæ te-
ſtatoris mortis tempore fuerũt,]iuncta gl in d.l.ſi.ſuper verb.
65 Fuerunt, C.de edicto D.Adriani tollen. Et ſic melius eſt in-
tentare hanc actionem, quam rei vendicationem quia actor
in petitione hæreditatis non tenetur probare dominium de-
functi, cuius probatio eſt difficilima, ſed ſufficit probare de-
tentionem,vel poſſeſſionem, d.l.& non tantũ in princ.ff.eo-
dem,& addite hic Angel.num.77.ferre in med. Et licet ſupra
quoque dictum ſit ſufficere,ſi actor in libello in genere petat
hęreditatem, tamen poſtea in proceſſu puta probationibus,
debet res hęreditarias ſpecificare, & eas liquidare quas petit,
vt notatur poſt gloſſ. in leg. 1.ff. de eden. Et hoc ſine dubio
procedit, quando actor aliquas res hæreditarias particulares
per hanc actionem petit,item quando petit res immobiles hę
reditarias, vel etiam mobiles, quæ facile apparent:ſecus au-
tem ſi ſint tales res mobiles quæ occultantur, & non ſic ſunt

Digitized by Google

oculis ſubiecto. Tunc enim in practica obſeruari, & peti ſo-
let vt reus producat ſolemne inuentarium rerum in hæredi-
tate repertarum, cui interim ſtatur donec per hæreditatem
probetur maiorem ſubſtantiam per defunctum relictam eſ-
ſe, argumenta, l. fi. §. licentia, 10. C. de iur. delib. Et quando reus
non confecit inuentarium, tunc poteſt peti, vt mediante iura-
mento patefaciat res hæreditarias, iuxta gl. ſing. in l. 2. ſup. ver.
Iurata fide, C. quando, & quibus, quarta pars, &c. li. 10. Et reo
recuſante iuramentum, petitur vt admittatur actor ad iura-
mentum in litem, quia in actionibus bonæ fidei tale iuramẽ-
tum locum habet l. in actionibus, 5. ff. de in litem iur.
66 Tertio probari debet poſſeſſio à parte rei, quo ſcilicet reus
poſſideat res hæreditaria. Et illa facile probari poteſt, vt ſupr.
in §. omnium, circa rei vendicationem declaratum eſt, poſt
gl. ordinariam, in l. 3. ſupr. ver. Finiatur. C. finium regundorũ.
67 Qua propter articuli probatorij plerumque ſic formari
ſolent,

In primis verum, ac teſti notum, quod Titius abſque legi-
timis heredibus deceſſit, actoremq; fratrem ſuum carnalem,
& proximum hæredem poſt ſe reliquit.

Item, & ſecundo vero, quod dictus mortuus Titius in vi-
ta ſua, & vſque ad extremum halitum, illa & illa bona pacifi-
ce poſſedit, eorumque fructus percepit.

Tertio verum, quod poſt mortem nominati defuncti Ti-
tij, eius relicta vxor, & accuſatus, præfata bona affectarunt,
& occuparunt, eaque vſque in hodiernum diem detinue-
runt, & poſſederunt.
68 Quarto aliquando etiam mors eius, cuius hæreditatem a-
ctor petit, probanda eſt, quando ſcilicet negat reus eum mor
tuum eſſe, præſertim cum ſit præſumptio pro reo negante,
quia homo præſumitur viuere vſque ad centum annos, l. fin.
C. de Sacroſanct. Eccl. & l. an vſuſfructus, 56. ff. de vſuſr. & vi-
69 uentis nulla eſt hæreditas, leg. 1. ff. de hær. & act. ven. Qualiter
autem probetur quem eſſe mortuum, videt Gl. ordinariam, &
ibi DD. in l. ſi quidem, 5. C. ſol. matr. & Bart. in l. a. §. ſi dubite-
tur, 4. ff. quemad. teſtam. ap. & tract. Bart. qualiter mors pro-
betur, & Plat. hic nu. 98.
70 Reſtat nunc pro complemento huius actionis ponere li-
bellum in petitione hæreditatis, pro cuius declaratione præ-
mittendum ex ordinaria doctrina Bart. in l. ſi priuſquam, 15.
ff. de noui operis nunciat quod ſicut bonus ſillogyſmus con-
ſtat ex maiore, minore, & concluſionem, ita quoque bonus
libellus ex tribus conſtare debet. Primo ex narratione facti
quæ habetur loco maiori. Secundo ex medio concludendi
quod habetur loco minoris. Tertio ex concluſione, quæ ne-
ceſſario ex medio concludendi ſequi debet, vt ſupr. in §. om-
71 nium, poſt Iaſ. ibi declaratum eſt Ideo in hac actione. I. Nar-
rari debet, quod Titius mortuus eſt, & hoc ideo, quia viuen-
tis nulla eſt hæreditas, l. 1. ff. de hæred. & act. vend. & quod re-
liquit bona hæreditaria, quæ ſi voluerit, poterit actor ſpecifi-
care, & quod iſta bona de facto ſint occupata, & adhuc poſ-
ſideantur per Caium. II. Poni debet medium concludendi,
quod actor ſit Titij proximus heres, & eſt in electione acto-
ris exprimere, an ea teſtamento, vel ab inteſtato ſit heres. III.
Sequi debet concluſio, quæ ſemper in libello attendi debet,
quia ampliat reſtringit, & declarat libellum, vt pulchre do-
cent Ang. & Iaſ. in d. §. omnium.
72 Et in propoſito noſtro hæres debet tria ſecundum ordinẽ
petere. I. Vt declaretur hæres defuncti. Eſtque ratio, quia in
actione reali ſemper peti, & cõcludi debet, quod declaretur
illud ius actori competere, ſicut in rei vendicatione actor pe
tit ſe declarari dominum. In Publiciana ſe eſſe quaſi domi-
num: In confeſſoria ſibi ſeruitutem competere. In negato-
ria, fundum ſuum eſſe liberum, & non debere ſeruitutem. Et
quia hæc actio, quoque eſt realis, leg. ſed & ſi leg. 25. §. peti-
tio, 18. ff. eodem licet habeat mixtam cauſam, vt ſupra di-
ctum eſt. Ergo, &c. Subijcit tamen D. Iaſ. hic numer. a 14.
procedere concluſionem libelli, licet non petatur declarari
ſe hæredem, ſed ſolum actor petat reſtitutionem rerum hæ-
reditariarum, quia eo ipſo, quod petit res hæreditarias taci-
73 te videtur petere pronunciari ſe hæredem. II. Vt reus vel
inuentarium legitime factum exhibeat, iuxta leg. final. Cod.
de iur. delib. vel in defectum eius proprio iuramento res
hæreditarias, præſertim miles, quæ facile occultantur, indi-
cet eſt Gloſ. in dict. leg. 2. ſuper verb. Iurata fide, Codic. quan-
do, & quibus quar. pars, &c. lib. 10. Et reo recuſante tale iura-
mentum, vt ipſe actor admittatur ad iuramentũ in litem, iux
74 ta leg. in actionibus, 5. & per totum titulum, ff. in lit. iurand.
III. Vt reus condemnetur ad reſtitutionem rerum hæredi-
tariarum, in totum, ſi eſt hæres in ſolidum, vel pro parte, ſi
ex parte eſt heres, vna cum fructibus perceptis, & percipien-
dis. Et licet declaratio iuris veniat iure actionis tamen reſti-
tutio rerum ſit officio iudicis actionis, deſeruientem tantum
leg. licet minimam, 10. ibi (ſed hoc ſolum ei officio iudicis re-
ſtituitur, quod aduerſarius poſſidet,) ff. eo. add. hic Ang. an-
te final. §. noſtri, & Iaſ. nu. 214. in final. & Paul. de Caſtr. in leg.
regulariter, 9. nu. 3. ff. eod. Poteſt igitur, & ſolet in hunc mo-
dum libellus concipi.

Forma libelli.

75 Coram vobis, &c. comparens N. breuiter proponit, quod
ante aliquod tempus Titius ampliſſima hæreditate poſt ſe
relicta nullis hæredibus ex corpore ipſius deſcẽdentibus præ-
terquam actore fratre germano extante, deceſſerit in quem
iam actorem defuncti omnia bona mobilia, & immobilia
quocunque nomine ea dici poſſint, ſint deuoluta. Sed eo
non attento, Sempronius de facto, nulloque iure eam hære-
ditatem inuaſit, & occupauit, atque in hodiernum vſq; diem
eam detinet, & de facto poſſidet, illamq; citra hanc iudicia-
lem controuerſiam actori reſtituere renuit. Quare is cate-
goricam ac ſolidam reſponſionem à reo exigit, eaque facta,
veſtra iudiciali ſententia pronunciari petit, quod actor om-
nium bonorum à Titio defuncto relictorum proximior hæ-
res ſit, & quod reus eorum fide dignum, atque legitimum
inuentarium edere, aut eo deficiente, corporali ſuo iuramen-
to in ſpecie iudicare teneatur, quæ vel mobilibus, vel im-
mobilibus poſt deceſſum Titij inuenta fuerint eumque offi-
cij veſtri nobilis authoritate compelli, vt omnia bona ad hæ-
reditatem dicti Titij pertinentia, actori cum omnibus fru-
ctibus perceptis ac percipiendis à tempore mortis defuncti
cum refuſſionem expenſarum tradat atque reſtituat: caſu
vero quod id non fiat actor iuramentum in litem ſibi defer-
ri rogat. Quæ omnia, & ſingula iuri congrua cum humili
imploratione veſtri nobilis officij, veſtræ iudiciali cognitio-
ni ſubijt, petens ſibi ſuper his, & ſingulis ius, & iuſtitiam ad-
miniſtrari.
76 Vltimo notandum, quod hæc actio, cum habeat mixtam
naturam tam realium, quam perſonalium actionum nõ tol-
litur præſcriptione longi temporis, decem ſcilicet annorum
inter præſentes, & viginti inter abſentes, ita vt reus poſſit a-
gentem excludere exceptione præſcriptionis longi tẽporis.
Sed ad ſimilitudinem perſonalium actionũ tollitur præſcri-
ptione triginta annorum, textus eſt, & ibi Doct. in l. hæredi-
tatis, 7. C. eod. & in l. hæreditate, 4. C. in quibus cauſ. ceſ. long.
tempor. præſcr. De iure vero Sax. præſcribitur petitioni hæ-
77 reditatis ſpacio triginta annorum, vnius anni, ſex ſeptima-
narum, & trium dierum. Quod eſt verum, quo ad res hære-
ditarias immobiles, & quando vniuerſa hæreditas, vel quota
eius petitur, artic. 29. lib. 1. Sed quo ad res mobiles ſi illæ ſolæ
petantur, præſcribitur integro anno, ſex hebdomadis, & tri-
bus diebus, art. 28 lib. 1. Quod ita intelligatis procedere, quã-
do tales res mobiles hæreditariæ actio tantum debentur, &
per eum petuntur. Secus, ſi vna cum rebus immobilibus, vt
78 vniuerſum ius defuncti petantur. Exempli gratia: Quando
moritur aliquis Nobilis, qui fuit vxoratus, & habuit bona
feudalia, & allodialia, tunc de iure Saxonico diuiduntur ip-
ſius bona inter tres perſonas, inter vxorem, agnatum, & pro-
ximum legitimum hæredem, qui vulgo dicitur, (der Lander-
be,) &c. Vxori ergo debetur, ex bonis mariti. I. Donatio pro-
79 pter nuptias. II. Sponſalia largitas. III. Dimidia pars dome-
ſticorum cibariorum. IV. Vtenſilia, (die gerade) Agnato
80 debentur, 1. loco bona feudalia, ſi fuerit cum defuncto ſi-
multaneæ inueſtitus. Licet enim de iure communi agnati
etiam abſque ſimultanea inueſtitura ſibi inuicem ſuccedant
§. his vero deficientibus, de ſucceſ. frat. vel grad. ſucceſſio. in
vſibus feudorum, tamen de iure Saxonico, etiam frater fra-
tri in feudo antiquo poſt eius diuiſione non ſuccedit, niſi fue-
rint ſimultaneè inueſtiti, (Lehent.) c. 32.
81 2. Debentur agnato de iure Saxonico res expeditoriæ, (So-
man das heergevvethe nennet, dazu denn gehoeret der be-
ſte Harniſch, auff eynen leib, vnd das beſte pferd gelattelt vnd
gezaumet, vnd des verſtorbenen ſchvvert ſambt dem he er-
pfuul.) Legitimi hæredibus, (den Landerben,) vt ſunt filiæ,
ſorores & reliquæ cognatæ, debentur cætera bona allodialia
mobilia, & immobilia, quæ, ſ. præter vtenſilia, & dimidiam
partẽ cibariorum domeſticorũ ſuperſunt. Pone igitur, quod
nobilis deceſſit, & reliquit filiam, & vxorẽ, & fratrẽ ſimulta-
nee inueſtitum, ſane filia poterit eius hereditatem petere etiã
vſque ad triginta annos, & vnum, cum ſex ſeptimanis, & tri-
bus diebus, licet regulariter cõtineat etiam res mobiles, quia
ſunt adiunctæ rebus immobilib. vel vniuerſitati, ſeu vniuerſo
iuri,

Digitized by Google

iuri, quod defunctus reliqui, & ideo præſcribuntur ſecundum
32 naturam hæreditatis. Vxor vero ſi negligat petere vtenſilia infra annum, & diem, poſtea nun auditur, ſed per præſcriptionẽ excluditur, ſimiliter & frater defuncti non auditur, ſi poſt annum, & diem a die mortis defuncti primum velit petere res expeditorias, quia tales res mobiles non ſunt adiunctæ ſic hæreditati, & rebus immobilibus ideo ſicut res cæteræ mobiles præſcribuntur. Nam bona mobilia vſucapiuntur anno, & die, de iur. Sax. d. art. 28. De iure vero ciuili triennio præſcribuntur res mobiles, in prin. ſup. de vſuc. Diligenter itaq; notandum, res hæreditarias mobiles per ſe ſumptas præſcribi anno, & die: ſecus, ſi res mobiles adiunctæ ſunt rebus immobilibus hæreditarijs, quia defunctus, tam mobiles, quam immobiles res reliquit, quæ vna petuntur per actorem, vt tota hæreditas, & ſic vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis habebat. Et iſte intellectus ponitur per apoſt. ad tex. in ar. 28. li. 1. Et ita quoq; per Scabinos pronunciatur, vt eſt ſententia poſt Vveichbild. ſub tit. Obvnecheliche Kinder ihre Eltern erbe nemen mogen, ante finem vbi dicitur. Si actor in libello ſuo petijt vniuerſum ius, ſeu omnes relictas res hæreditarias aui ſui defuncti, tunc per exceptionem præſcriptionis nun excludatur, eo quod infra annum, & diem nihil petierit, idque maxime ſi tali hæreditate bona, tam mobilia, quam immobilia comprehenſa fuerint.

ſ. Fuerat.

1 *Quæ diuiſim traduntur, ſunt magis clara, & faciliori capacit.*
2 *Diuiſio huius ſ.*
3 *Olim tam marito, quam vxori duæ actiones competebant.*
4 *Actio ex ſtipulatu ſubrogata eſt in locum rei vxoriæ actionis.*
5 *Actio ex ſtipulatu pro dote eſt bonæ fidei, & n. 8.*
6 *Quare dicatur rei vxoriæ, & non maritalis actio.*
7 *Quæ tangunt iura nuptiarum, faciunt denominationem à muliere, & non a viro.*
9 *Actio ſubrogata ſapit naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur.*
10 *Actio ex ſtipulatu pro dote competens ex parte etiam mariti eſt bonæ fidei.*
11 *Item ex parte heredum mulieris defunctæ agentium contra virum pro dote reſtituenda.*
12 *Quando ex perſona ſoceri dot. & repetẽtis dotẽ, ſit bonæ fidei.*
13 *An in extraneo dotante, & paciſcente dotem ſibi reddi ſit iudicium bonæ fidei, vel ſtricti iuris.*
14 *Extraneus niſi ſtipulatus ſit repetitionem, non habebit actionem ad repetendam.*
15 *Inueſtigatio, an, & quando iſta actio ſit bonæ fidei eſt maxima vtilitatis.*
16 *A parte mariti num petantur vſuræ de iure Canonico.*
17 *Vxor quando dicatur eſſe in mora, ad hoc, vt vſuræ currant.*
18 *Duo ſpecialia quando circa idem concurrere non poſſint.*
19 *Actio ex ſtipulatu pro dote competit ad incertum.*
20 *Item competit etiam ſi ſtipulatio nunquam interceſſerit.*
21 *Actio ex ſtipulatu pro dote tripliciter inſtituitur.*
22 *Fictio, & præſumptio differunt.*
23 *Ex nudo pacto oritur actio exigenda dotis.*
24 *Priuilegiũ fictæ ſtipulationis quib. cõpetat, & n. 25. 26. & 27.*
28 *Priuilegium, tacita hypotheca.*
29 *Hypotheca duplex, expreſſa, & tacita.*
30 *In quibus mariti bonis hoc priuilegium competat.*
31 *Maritus de iure ciuili non lucratur dotem ſecus de iure Sax. & num. 61.*
32 *Vxor mortuo marito poteſt manere in bon. donec ei dos reſtit.*
33 *In quibus caſib. bona patris ſint oppignorata nurus pro dote.*
34 *Expreſſe hypothecata tranſeunt cum ſuo onere, aliquando etiam tacite hypothecata.*
35 *Vxor tacitam hypothecam habet, etiam pro donatione propter nuptias a marito conſtituta in recompenſatione in dotis.*
36 *Mulier pro dote habet priuilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis, non autem in donatione propter nuptias pro qua tãtum habet hypothecam.*
37 *Vxor habet priuilegiũ tacitæ hypothecæ in bonis mariti, etiã pro bonis paraphernalibus per maritum adminiſtratis.*
38 *Bona paraphernalia.*
39 *Vxor habet triplex patrimonium.*
40 *Vxor habet tacitam hypoth. pro alimentis a marito debitis.*
41 *Item pro augmento dotis.*
42 *Dos hoc priuilegium habet etiam matrimonio putatiuo.*
43 *Matrimonium putatiuum.*
44 *Maritus habet tacitam hypothecam in bonis vxoris pro dote conſequenda.*
45 *Item in bonis fideiuſſoris dotis dandæ.*
46 *Bona vxoris pro euictione dotis obligata ſunt.*
47 *Quando dans dotem teneatur de euictione.*
48 *An extraneus habeat tacitam hypothecam in bonis mariti.*
49 *An tacita hypotheca a lege ſit mulieribus, vel ipſi actioni conceſſa, & quæ ſit huius inueſtigationis vtilitas.*
50 *Actio ex ſtipulatu pro dote tranſmittitur ad heredes.*
51 *Priuilegium prælationis.*
52 *Vxor præfertur creditoribus etiã anteriora iura habentibus.*
53 *Creditores triplices, & n. 54. & 57.*
55 *Mulier præfertur creditorib. etiam tacitam hypothecam habentibus.*
56 *An fiſcus præferatur mulieri.*
58 *Vxor an præferatur creditoribus expreſſam hypothecam habentibus.*
59 *An mulier habens expreſſam poſteriorem, præferatur habentibus expreſſam anteriorem.*
60 *Priuilegium prælationis competens mulieribus procedit in dote, non autem in donatione propter nuptias.*
62 *Mulier habet prælationem in donatione propter nuptias in quanto dos fuit data.*
63 *Dos confeſſata.*
64 *Exceptio non numeratæ dotis ſoluto matrimonio, quando opponi debeat.*
65 *Priuilegiũ prælationis an cõpetat in dote confeſſata, & n. 67.*
66 *Exceptioni dotis non numeratæ an poſſit renunciari.*
68 *Ius prælationis ad quos tranſeat heredes.*
69 *Procurator vxoris eodem gaudet priuilegio.*
70 *Ceſſionarius an gaudeat priuilegio prælationis.*
71 *An ſocero competat.*
72 *An maritus petens dotem, priuilegium prælationis habeat.*
73 *An priuilegium prælationis mulieri contra mulierẽ cõpetat.*
74 *Vxor non habet priuilegiũ prælationis in bonis paraphernalib.*
75 *Prælatio competit etiam mulieri iam maritatæ.*
76 *Actio ex ſtipulatu pro dote cui competat, n. 78.*
77 *De iure Sax. maritus omnia bona mobilia vxoris lucratur.*
79 *Actio ex ſtipulatu pro dote contra quem competat.*
80 *Pater cogi poteſt officio iudicis ad dotandam filiam.*
81 *Quando non facta eſt mentio dotis an pater poſſit cogi ad cõſtituendam dotem.*
82 *An maritus expellere poſſit vxorẽ, quãdo pater nõ dedit dotẽ*
83 *Propter dotem non ſolutam matrimonium non ſoluitur.*
84 *An pater teneatur dotare filiã, quæ ſine ipſius conſenſu nupſit*
85 *An pater inops poſſit cogi ad dotandam filiam.*
86 *Pater non cogi poteſt dotare filiam ingratam.*
87 *Filia habens bona aduentitia an poſſit dotari a patre.*
88 *Filia meretrix an dotari debeat.*
89 *An filia heretica, & Iudæa.*
90 *An filia naturalis tantum.*
91 *An filia conſumpta dote iterum dotari poſſit.*
92 *An mater dotare filiam cogatur.*
93 *An filius teneatur dotare matrem viduam.*
94 *An vidua tranſiens ad ſecunda vota videatur aliquam iniuriam facere primo marito.*
95 *An frater ſororem dotare cogatur.*
96 *Frater dotans de communi patrimonio cenſetur dotaſſe de parte ſororis.*
97 *In his terris fratres coguntur dotare ſorores ex bonis feudal.*
98 *Quomodo filiabus conſtituatur dos ex feudis patre decedente ſine maſculo herede.*
99 *An fratres poſſint a ſororibus cogi ad numerandam dotem de bonis feudalibus, etiam priuſquam nubant.*
100 *Actio ex ſtipulatu pro dote datur vxori contra maritum pro dote reſtituenda.*
101 *Infra quod tempus dos reſtituatur ab heredibus mariti, & num. 103.*
102 *De iure Saxonico heredes defuncti poſt triceſimum diem conueniuntur.*
104 *Heredes poſsũt res dotales mobiles ſtatim reſtituere, ſi volũt*
105 *Quando hæc actio contra patrem mariti detur.*
106 *Ad quid hæc actio competat.*
107 *Quæ requirantur vt actio ex ſtipulatu pro dote locũ habeat.*
108 *An ſponſa de præſenti dicatur vxor, & ea mortua ſponſus ratione ſtatuti lucretur dotẽ, ſicut, ſi vxor eſſet præ defuncta.*
109 *Maritus de iu. Sax. lucratur dotem, quando matrimonium eſt conſummatum carnali coniunctione.*
110 *Forma libelli a parte mariti petentis dotem.*

CVm ea, quæ diuiſim traduntur, ſit magis clara, & facilioris capacitatis, vt inquit Io. Fabr. ſupr. Rub. tit. noſtri & melius etiam memoriæ, quæ alias labilis eſt iuxta l. per Io. Oinotomi ſuper Inſtit.

 egre

egre,44.ff.de acqu.poſſ.& l 2.§ ſi quid autem,14. C.de ver.in
enucl.) commendari poſſint,ſec. Gl.in §.igitur, ſup.verb.eaſ-
dem,in procem.inſt.ideo pro commodiori declaratione huius
§. eum poſt DD. hic diuidemus in quatuor partes. In prima
parte,tractat de rei vxoriæ actione ſublata. In ſecunda,de a-
ctione ex ſtipulatu ſubrogata. In tertio, de priuilegio tacitæ
hypothecæ. In quarta,de priuilegio prælationis. Et pro figu-
3 ratione caſus præmittendum poſt Gl.ſup.Rub.C.de rei vxo.
act. quod olim tam marito pro dote promiſſa conſequenda,
quam vxori pro dote data repetenda,duę actiones compete-
bant. Act.ſcilicet ex ſtipulatu,quando ſtipulatio erat interpo-
ſita,& rei vxoriæ actio, quando ſtipulatio non interuenerat
4 Quæ actiones habebant inuicem differentia, & communi-
cationes, ita vt multa ſuperuacanea introduceret antiquitas,
vt declaratur in d.l.vn, C.de rei vx.act. Ideo. Imperator, (cui
viſum fuit vtilius,has actiones reſecare)ſub lata rei vxoriæ a-
ctione,reduxit ad vnicam ex ſtipulatu actionem,tanquã ple-
niorem,& quicquid plus iuris fuit in rei vxoriæ actione in
actionem ex ſtipulatu pro dote tranſtulit, ita vt actio ex ſti-
pulatu,quę alias eſt ſtricti iuris hoc caſu ſit bonæ fidei,addito
priuilegio tacitæ hypothecę,in bonis tam ex parte mariti,pro
reſtitutione dotis.quam ex parte vxoris pro ipſa dote præſtã-
da,& etiam priuilegio pręſtationis, vt vxor ceteris creditori-
bus præferatur,tantus eſt fauor dotis ſicut Iuriſc.in l. 1.ff. ſol.
matrim.inquit.Dotis cauſa ſemper, & vbique præcipuam
eſſe. Nam Reip. intereſt dotes mulieribus conſeruari,vt poſt
tex. hic, & in d. l. vnica inf. declaratur.

5 Circa primam partem, § noſtri, in qua de actione ſublata
agitur,non eſt immotandum, argumento l. fi.ff. ad l.Corn.de
6 falſis. Sicut etiam doctores hic tantum quęrunt de rationem
quare iſta ſit nominata rei vxoriæ, & non rei maritalis actio
cum a potiori, & digniori denominatio fieri debeat,& mari-
tus ſit dominus dotis, l.doce ancillam, 9. Cod. de rei vind. Et
vera ratio ſecundum Gome. poſt Gloſ. noſtram eſt quia hæc
actio datur propter rem vxoris.Nam viro datur ad exigendã
dotem vxori ad repetendam. Et hoc eſt quod dicit hic Fab n.
2. hanc actionem tendere ad repetendam dotem,quæ eſt pro
prium patrimonium ipſius vxoris, vt ſunt verba formalia, I.
C.in l.3.§.ego etiam,ff.de minorib. Vnde in his,quę tangunt
7 iura nuptiarum,ſit denominatio a muliere,nõ à marito.Hinc
matrimonium dicitur,& non patrimonium. Aliam tamen,&
meliorem rationem ponit Papa in c.fi.de conuerſ. in fid. vbi
dicit,Infans ante partum matri eſt onerosus,in partu doloro-
ſus,poſt partum vero laborioſus, Ideo legitima maris, & fe-
minæ coniunctio magis matrimonium a matre quam patri-
monium a patre appellatur: cum in gigenda prole ſuſtinen-
da, & fouenda, mater habeat potiores labores, de quo latius
Gome. hic in princ.

8 Quod ad ſecundam partem attinet principio notandum,
actionem ex ſtipulatu, quando pro dote competit, eſſe bonæ
fidei,vt hic,& d l.vnica,§. ſed etſi non ignorans, licet alias ſit
ſtricti iuris,quia non enumerantur,in §.actionum,ſup.eo.Eſt
que ratio ſpecialitatis,quia ſucceſſit in locum rei vxorię actio
9 nis,quæ erat bonæ fidei Et actio ſubrogata ſapit natura eius,
in cuius locum ſubrogatur,ad quod ſemper allegatur, ſ. no-
ſter. iunct. dict. §.ſed etſi, de quo Brocardo, vide plene poſt
Fab. hic numer.17 & Iaſ.4. omnino Gom. numer.5. Et præ-
dicta concluſio ſine dubio procedit ex parte vxoris repeten-
tis dotem tam de iure antiquo,quo ad rei vxoriæ actionem,
quam etiam de iure nouo quo ad actionem ex ſtipulatu pro
dote, vt hic.

10 Secundo,procedit etiam ex parte mariti,agentis contra v-
xorem,ſocerum, vel extraneum,qui dotem dare promiſſit,vt
eſt Gl. ordinaria, ac communiter approbata,in l.de diuiſione
5.ſup.verb.Poſſeſſione circa med.ff.ſol. matr.Nec enim repe
ritur, vt inquit Bar.ibi ex vno contractu actionem eſſe bonæ
fidei ex vna parte, & ex alia ſtricti iuris. Et vir ac vxor ſunt
correlatiua vnde ſtatutum in vno correlatiuorum, intelligi-
tur quoque ſtatutum,in altero vulg.l.fi. C de indic. vid toll.
de quo latius vide hic Iaſ n.14.& Gomez n.16 & tract.Bald.
Nouel.de dote,in 4.p.n.10.

11 Tertio, quando matrimonium eſt ſolutum per mortem
mulieris, & hæredes ipſius agunt contra virum pro dote re-
ſtituenda adhuc illa actio erit bonæ fidei;ex quo enim a prin-
cipio cępit eſſe bonæ fidei in perſona mulieris, non mutabi-
tur natura actionis ex perſona hæredis,ſecund. Bart.& com-
muniter alios in l.1.ff. ſol.matr. & eſt tex.in dicta l.vni.§.illo
proculdubio,6.& vide Bald.in tract.de dote.

12 Quarto etiam ex perſona ſoceri, ſeu partis dotantis, & re-
petentis dotem,eſt bonæ fidei, cum diſtinctione tamen. Aut
enim agit pro dote profectitia repetenda,tanquam pro dote
communi patri,& filiæ ſicut(hoc caſu pater ſolus habet exer-
citium actionis,vt notatur in l.2.§.quod ſi in patris,ff.ſol.ma-
tri.)& tunc eſt bonæ fidei, l.ſed etſi ideo maritus,21. in fin.ff.
ſolut.matr.Aut pater ſolus agit pro dote, iam ipſi appropria-
ta, ſeu conſolidata per mortem filiæ, & ſimiliter eſt bonæ fi-
dei,vt not.poſt Gloſ.in d.l.2.§.ſup ver Amiſſam,ff. ſol.matr.
Aut vero pater dans dotem expreſſe ſtipulatus eſt ſibi dotem
reſtitui,quo caſu actio de dote non acquiritur filiæ, vt eſt tex.
in l.quoties,29 c.1.ibi not.ff.ſol.matr & tunc ſubdiſtinguitur.
Aut euenit caſus reſtituendæ dotis propter obitum filiæ pre-
cedentis in matrimonio: & tunc hæc actio ex ſtipulatu com-
petens tantum patri, ſtabit in ſua propria natura ſtricti iuris,
quia nullus hic verſatur fauor dotis præſertim cum per talẽ
ſtipulationem fuerit in aliquo detractum fauori ipſius mu-
lieris. Aut matrimonium fuit diſſolutum per diuortium
vel per mortem mariti, & tunc ex quo adhuc verſatur, ſeu
verſari poteſt fauor dotis,& mulieris,cum pater teneatur re-
ſeruare dictam dotem pro ſecundo matrimonio. Auth. ſed
quamuis,C. de rei vxor. act. illa ſtipulatio paterna erit bonæ
fidei propter generalitatem, dict. lege ſed, & ſi non ignora-
mus, cum iſto caſu ſubueniatur dotibus. De quo vide tract.
Baldi Nouel. in d.4.par.num.6.

13 Quinto dubitatur, quid ſit dicendum in extraneo dotante
& paciſcente dotẽ ſibi reddi, an tunc ſit iudicium bonæ fidei
vel ſtricti iuris? Dicitur autem extraneus hoc caſu omnis ille
qui fœminam dotatam non habet in ſua poteſtate, & ſic om-
nis homo citra parentem per virilem ſexum aſcendentem,
ſiue ſit mater, ſiue auia, ſiue frater. & tex. eſt in d.l. vnica, §.
accedit,13.verſ Extraneum.Et cõmuni cõcluſio DD. eſt,tũc
eſſe ſtricti iuris,vt eſt Gl.v,in prin. ſup. verb. Nec cogitur,ff.
ſolut.matr.Bar.& DD.in d.l de diuiſione,ff.ſol matr.quia ibi
non verſatur aliquis fauor dotis,& extraneus dans dotẽ,cen-
ſetur dotem mulieri donare vnde actio de dote nõ extraneo
14 à lege, ſed feminæ dotatæ conceditur. Et ſi extraneus vult
habere actionem ex ſtipulatu ad repetendam dotem,neceſſe
habet vt expreſſe paciſcatur,& ſtipuletur eam ſibi reddi ſolu-
to matrimonio. Et ſic non habet iſtam actionem,ex diſpoſi-
tione legis,ſed propria ſtipulatione.Non mirum igitur, quod
tunc naturam ſtricti iuris habet,de quo poſt tex.in d.l.vnic.§.
15 accedit,13. vide Iaſ.hic num.15.& tract.Bal in d.4.par.nu.4.
Et hæc inueſtigatio,an,& quando iſta acto ſit bonæ fidei, eſt
maxime,vtilitatis propterea ea,quæ in §.actionum in pr.ſup.
eo. dicta ſunt. Vnde de iure ciuili currunt vſuræ à tempore
moræ ex vtraque parte,tam mulieris, quando dotem nõ præ-
ſtat,quam mariti,vel eius hæredem,quando dotem non reſti
† tuunt,l.in inſulam,42.§.vſuras,ibi DD.ſol.mat.† ita vt de iur.
Can.videantur peti poſſe vſuræ a parte mariti, vt intereſſe,cũ
ſuſtineat onera matrimonij per c.Salubriter,16.ext.de vſuris.
16 Non autem a parte vxoris: quia tunc illa ratio ceſſat, de quo
latius vide Pla.hic num.18.Ang.5 & 5.Iaſ.16. & tract. Cam-
pegij de dote,in 1.par.in 6.quæſt.Sed iam quæritur. Quando
17 vxor dicatur eſſe in mora,ad hoc vt vſuræ currant? Et diſtin-
gue. Aut pater pro filia, vel ipſa mulier promiſit dotẽ,& tunc
ſtatim à die contracti matrimonij, ſi dos non præſtatur, inci-
piunt currere vſuræ, & ita procedit Gloſ. in d. l.de diuiſione,
circa finem. Aut extraneus dotem promiſit,& tunc poſt bien
nium,poſtquam mulier ducta eſt in domum mariti,conſtitui
tur ipſo facto in mora,ſine alia interpellatione,& ita loquitur
tex in l.fi.§ præterea,2. C. de iur. dot. Nec enim extranei ita
præcipitari debent, qui plerumq; cauſa pietatis dotant puel-
las,ad quod non tenentur. Merito igitur eis indulgetur bien-
nium, niſi ad certam diem per extraneum dos promiſſa ſit,
nam tunc dies interpellat, pro homine,& conſtituit extraneũ
in mora vulg.l.magnum,13. cum ſimil. C. de contrah. & cõ.
ſtip.De quo latius vide Bar.in d.§ præterea,& Iaſ. hic, nu.20.

Secundo circa hanc actionem ex ſtipulato pro dote no-
tandum,eam vltra illud priuilegium, quod eſt bona fidei, ha-
bere plura alia ſpecialia, de quibus eſt Gloſ. in d. leg.vn. §.ſed
etſi ſup.ver.Actionis. Nec obſtat, quod vulgo dici ſolet, duo
ſpecialia,non poſſe concurrere circa idem,vt eſt Gl.& ibi no.
in l.1. ſuper verb. Dotem, in fin. C. de dot. promiſ. quia hoc
eſt verum quando ſumus in caſu dubio ſecus, quando ſumus
in caſu claro, & à iure determinato, vbi conſtet de diſpoſi-
tione legis, vt declarat Decius ſupr. Rubr. ff. de in lite iniur.
Vnde

ADDITIO.

† *Notandum a iure quidẽ Canonico concedi genero,vt poſſit ca-
pere aliquid pro ſolutione dotis, non tamen nomine vſuræ, ſed
alio titulo quis varie à varijs profertur. Vide Naua.de vſuris.*

Digitized by Google

19 Vnde in propoſito noſtro, licet alias actio ex ſtipulatu non
competat ad certum, ſed tantum ad incertum, & quoties cer
tum deductum eſt in ſtipulationem, tunc certi condictio ge-
neralis locum habeat, vt eſt text. & ibi not. in princ. ſupra de
verborum obligatione, & in l. ſi quis certum, 24. iuncta Gloſ.
ff. ſi certum petatur, tamen in caſu, §. noſtri actio ex ſtipulatu
a competit, ſiue dos certa, ſiue incerta *a* fuerit promiſſa, text.
eſt iuncta gloſ. in d. l. vnica, §. ſed etſi ſup. verb Actiones, & in
prin. ſup. verbor. Actiones. De quo latius vide Fab. num. 4. Iaſ.
51. & Gomez. 20.
20 Tertium priuilegium huius actionis eſt quod ſtipulatio de
b præſtanda, & reſtituenda dote, fingitur *b* interueniſſe licet
in ei veritate nunquam interuenerit, vel ſi ſit interpoſita ſti-
pulatio, ſed inutiliter, quia inter abſentes facta, vel ex inter-
uallo, & præpoſtera conceptione verborum, vt habetur in l.
1. ff. de verborum obligat. & inutilem ſtipulationem pro dote
corroborat, & confirmat, cum & vbi nulla eſt interpoſita lex
quæ ſuppleat, & eam interueniſſe ſub intelligat, tex. eſt in d. l.
vnica, in princ. Et hoc ſecundum Zaſ. hic eſt magnum priui-
legium dotis, vt vxor impune poſſit mentiri, & dicere: Tu ma
rite promiſiſti mihi per ſolennem ſtipulationé reſtituere do-
tem, & tamen non eſt verum, & vxor dicet eſſe fictam verita
21 tem. Hanc ſubijcit hic Zaſ. actionem ex ſtipulato pro dote,
triplici agendi genere inſtitui Nam I. Si ſtipulatio vere inter
ceſſit, rectè, & ex vera ſtipulatione agitur Si vero dubium eſt
an interuenerit, tunc II. Agitur ex præſumptiua ſtipulatione
quia ius præſumit ſtipulationé interueniſſe. Eſtque præſum-
ptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio
in contrarium, vt not. in c. Is qui fidem, 30. poſt text ibi extra
de ſponſ. Et III. ſi certum eſt ſtipulationem, non interueniſſe,
tunc agit ex ficta ſtipulatione, cum ius fingat ſtipulationem
22 interpoſitam, quę nunquam interueni, d. l vnica, in prin. Dif-
ferunt enim fictio, & præſumptio. Nam in caſibus, qui cer-
ti iuris ſunt fingimus, cum fingitur aliquid eſſe, quod conſtat
non eſſe. In caſu vero dubio præſumptio verſatur, vt eſt Gloſ.
23 in d. l. vnica, §. accedit ſupra verbo præſumatur, & ibi Bald. &
Iaſ. hic, numero 55 Et Zaſ. hic ver. Tertio collige, addit quar-
tum modum agendi videlicet ex puncto ad exigendam do-
tem. & hoc fauore dotis, per text. in l. ad exactionem, 6. C. de
dotis promiſ. Hinc Fab. hic numer. 12. & poſt eum Iaſ. num.
63. quærit, ad quid proſit inueniſſe hác fictam ſtipulationem,
cum etiam nudum pactum ſufficiat? Et reſpondent, hoc pro-
pter maiorem firmitatem factum eſſe, cum ſtipulatio ſit infir-
mior ceteris contractibus dicta à ſtipulo, id eſt, firmo, in prin.
24 ſupra de verbor. oblig. Et hoc priuilegium fictæ ſtipulatio-
nis, 1. Non tantum datur mulieri, vt vxor ex ficta ſtipulatione
ad repetendam dotem hac actione experiri poſſit, ſed etiam,
2. Ipſi marito ad conſequendá dotem, & vtroque caſu eſt bo-
25 ne fidei, tex. eſt in d. l. vnica, §. & vt plenius, t verſ. Simili mo-
do. Et patri dotanti, qui habet filiam in poteſtate, vt ex ficta
ſtipulatione agere poſſit ad reſtitutionem dotis, actione có-
muni patri, & filiæ, d. l. vnica, §. accedit, in fin. verſi. Extraneū
add. Bald. in tract. de dote, in 6. pat. 12. priu. num 7. Et hoc eſt
quod vult Gloſ. noſtra ſuper verbo Tranſtulimus. Secus ſi pa
ter vellit pro ſua perſona tantum agere. Quando enim vult
reſtitutionem dotis in ſuam perſonam conferre neceſſe eſt,
vt per ſolénem ſtipulationé expreſſe hoc faciat, neque fingi-
tur tunc ſtipulatio interueniſſe. Et iſto caſu actio dotis adem
pta eſt filiæ, & relinquitur ſoli patri, eſtq; ſtricti iuris, vt nota-
tur poſt tex. in d. l. quoties, ff. ſoluto matrimonio, & in l. auia,
6 C. de iur. dot. Atque ita intelligite hic Zaſ. verſ. Quid autem
in patre. Idem dicendum eſt in matre, fratre, & alijs perſonis
extraneis dantibus dotem, vt nó habeat locum ficta, vel præ-
ſumpta ſtipulatio circa reſtitutionem dotis. Niſi enim tales
perſonæ expreſſa ſtipulatione ſibi proſpexerint, nihil præſu-
mitur, nec fingitur circa ſtipulationem, neque ad reſtitutio-
nem dotis agere poſſunt, & actio dotis manebit circa mulie-
26 rem dotatam, text. eſt in d. l. vnica, §. accedit, 4. Iſta ſtipulatio
dotis ficta habet quoque locum in muto, & ſurdo contrahen-
tibus matrimonium, ſicut facere poſſunt, c. Cum apud ſedem
23. ext. de ſponſ Nec obſtat, quod vbi non poteſt habere locū
veritas, ibi nec fictio locum habere poteſt, & neceſſe eſt vt ait
quid in veritate naturæ eſſe poſſit, ſi debet fingi, vnde minor
natu nó poteſt adoptare maiorem natu, quia ab hoc abhorret
natura, vt filius ſit maior natu patre. Ergo nec fingit, §. mino-
ré ſup. adopt. Sed in mutuo non pôt eſſe vera ſtipulatio, l. 1.
ff. de verb. oblig. Ergo nec ficta. Non obſtat inquam hoc arg.
quia fingitur interpoſita ſtipulatio, eo modo, quo verè potuit
interponi, ſ. per ſeruum preſenté, d. l. 1. in prin. Cum ergo hoc
modo poſſit habere locum veritas habebit quomodoque lo-
cum fictio, de quo videte hic Fab. numero 12. Angel. 4. poſt
27 princip. Iaſ. nu. 65. Gomez. 24. 5. Fingitur ſtipulatio etiam in
fideiuſſore dotis dandæ, & etiam dotis reſtituendæ, in caſu,
in quo fideiuſſor interuenire poteſt, vt ſoluto matrimonio,
leg. ſi conſtante, 4. § quoties, ff. ſolut. matr. vel ſi eſt conſue-
tudo contra tit. C. ne fideiuſs. dot. den. de quo videte tract.
Bald. Nouel. de dote, in 6. par. in 2. priuil. nu. 11. circa med.
28 Quartum *c* priuilegium huius actionis, de quo etiam Im-
c per hic in 3. par. §. noſtri mentionem facit, eſt ius tacitæ hypo-
29 thecæ. Eſt enim duplex hypotheca. Alia expreſſa, quæ expreſ-
ſa conuentione partium inducitur, quia debitor expreſſe op-
pignorat creditori ſua bona, vniuerſaliter, vel particulariter,
de qua propriè loquitur, tit. in ff. & C. de pig. Alia vero eſt ta-
cita, quæ ex legis diſpoſitione introducta, & à partibus nó ex-
preſſa eſt, Vnde etiam legale pignus dicitur, quia lex in qui-
buſdam caſibus conſtituit tale pignus, licet partes in conuen-
tione de eo nullam faciant mentionem, de quo loquitur tit. in
ff. & C. in quibus cauſis pign. vel hypoth. ta. contrah. Et primo
30 illud priuilegium competit vxori in omnibus bonis mariti,
quæ tacite hipothecata ſunt vxori agenti pro reſtitutione
31 dotis d l. vnica §. & vt plenius. De iure enim ciuili maritus re-
gulariter non lucratur dotem, etiamſi vxor præmoriatur, ſed
ſoluto matrimonio dos ipſi vxori, vel eius patri, & hæredibus
eius reſtituenda venit, l 2. ff. ſolut. matr. & l. dos à patre, 4. C.
ſolut. matrimonio. Licet ſecus ſit de iure Saxonic. per text. in
art. 31. lib 1. Glo. & text. in art. 27. lib. 1. & inf. latius dicetur. Et
32 pro tali reſtitutione dotis omnia bona mariti tacite vxori o-
bligata ſunt adeò, vt Bal. in l. pen. C de pig. act. dicat, mortuo
marito vxorem poſſe propriam authoritate, abſque aliqua li-
centia iudicis, remanere in detentione domus, quam cum
marito viuente inhabitabat, iure familiaritatis, tanquam v-
xor, & eam poſſe propria authoritate pro dote ſua poſſidere,
quod dictum diligentiſs. notare iubet D. Iaſ. in §. item Seruia-
na, nu. 72. ſup. eod. Et intelligite illud procedere, donec vxo-
ris dos reſtituatur: ſicut, & hodie in his terris obſeruatur cir-
ca donationem propter nuptias. Vt mortuo marito non te-
neatur relicta vidua bonis cedere, priuſquam ei conſtitura
donatio propter nuptias tradatur. Prædicta ampliate proce-
33 dere. I. Etiam in bonis *d* ipſius patris, vt ſint tacite oppigno-
d rata nurui pro dote, in tribus caſibus. 1. Quando pater iuſſit
filium accipere vxorem, & dotem, 2. Quando filio ducenti
vxorem, & recipienti dotem conſenſit. 3. Quando pater co-
gitur conſentire, vt eſt quando filius ducit vxorem honeſtá,
& eſt in loco vbi donatio propter nuptias non eſt in vſu; quia
tunc pater alias ſatis oneratus eſt circa conſtituendam dona-
tionem propter nuptias, l. fin. C. de dot promiſ.) In his igitur
caſibus pater regulariter obligatur pro conſeruatione, & re-
ſtitutione dotis. Vnde in conſequentiam tacite etiam obli-
gantur bona patri pro dicta reſtitutionem, vt notatur per Bar.
& alios poſt text. in l. ſi cum dotem, 22. §. de tranſgrediantur,
12. ff. ſol matr. & add. Neguz. in d. 4. memb. 2. par. num. 63. &
tract. Bal. Nouel. de dote, in 6. par. in 20. priuil. Et priuilegium
iſtud eſt maximè vtilitatis cum ratione illius hypothecæ, vxor
poſſit agere actione hypothecaria etiam contra extraneos
poſſeſſores rerum ipſius mariti. Sicut enim expreſſe hypothe-
cata, ſi alienantur, tranſeunt cum ſuo onere, l. ſi debitor. 12.
cum ſimil. C. de diſt. pig. ita, & tacitè obligata cum diſtinctio-
ne tamen. Aut enim ſunt res immobiles, & tunc poterit v-
xor ad eas agere hypothecaria, ſiue poſſideantur a marito, ſi-
ue ab extraneo, l vbi adhuc, 26. C. de iure dot. Quod eſt verum
quando tales res ſunt mariti, propriæ, ſi vero non ſunt mari-
ti

ADDITIONES.

a *Incerta dos vtiliter promitti poteſt, vt hic.*
b *Et ſic incertitudo dotis non pertinet ad incertas petitiones de quibus agitur in §. curare, inf. hoc tit. Quid dote non conſtituta omnia bona mulieris num intelliguntur dotis data conſtituta eſſe? vide Gaylum, 2. Obſeru. 82.*
c *Tacitam hypothecam in mariti ſui bonis mulier pro ſua dote habet. De qua vide Neguzantium tractatu de pign. p. 2. membr. 4. num. 24.*
d *Tacitam hypothecam in bonis ſoceri ſui mulier pro dote ſua habet, vt in caſibus hic poſitis etiamſi bona illa ſoceri ſubiecta ſint reſtitutioni fideicommiſſariæ. Authen. res quæ, C. de legat. Bald. Nouel. tract. dotis par. 6. priui. 20. etiam ſi ipſe pater eſſet mente captus vel furioſus. Pater enim cogitur obligare ſe, & bona ſua pro reſtitutione dotis dandæ filio & ita Caſtrenſ. cóſ. 176. per l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon. Quod, & ſequitur Neguzantius tract. pign. p. 2. memb. 4. n. 39. aduerſus Alex. in d. § tranſgrediamur.*

Digitized by Google

ti propriæ, vt emphyteuticæ, vel feudales, tunc idem, donec
ius mariti durat, & non vltra, quia reſolutio iure datoris, reſol
uitur, & ius acceptoris, l. lex vectigalis, 31. ff. de pign. Aut ſunt
res mobiles, & ſubdiſtinguitur. Aut ſunt merces, vel cauſa
mercandi habitæ, & tunc ſi maritus eas adhuc habet, pote-
rit vxor ad eas agere, ſi vero ſuot venditæ, non poterit, l. cum
tabernam, 35. ff. de pigo. Aut non ſunt merces, & poterit age-
re etiam contra extraneos, quia nõ reperitur prohibitum, de
quo vide Bart. io l. ſi conſtante, 24. in princ. num. 34. ff. ſoluto
35 matrimonio II. ampliate prædictam concluſionem, vt vxor
a non ſoluto habeat tacitam hypothecam pro dote, ſed *a* etiam
b pro *b* donatione propter nuptias, quæ marito conſtituitur
vxorem recompenſationem dotis, & vulgo dicitur: [Eynge-
gen vermachung Libgeding, oder Leibzucht.] de quo ex
text. in §. eſt & aliud, 3. ſup. de don. & in tit. C. de donat. ante
nupt. Et ſicut dos ſoluto matrimon. redit ad vxorem, ita è cõ-
trario donatio propter nuptias ad maritum, niſi factum ſit pa
ctum de lucranda dote, cap. fin. ext. de don. inter vir. & vxor.
Æqualitas enim io dote, & donatione propter noptias ſer-
uanda eſt. Auth. ęqualitas, C. de pact. cõuent. Vnde ſi factum
eſt pactum, quod vxor mortuo marito debet habere donatio
nem propter nuptias: vel donatio propter nuptias pro maiori
ſecuritate dotis conſtituta eſt, tunc bona mariti etiam ſunt
tacite obligata vxori pro donatione propter nuptias, text. eſt
expreſſus, & ibi Gl. ſuper verbo Suppoſitas, in l. vbi adhuc, 29.
in princ. C. de iur. dotis, & in l. ſi conſtante 19. in med. verſic.
Iura. C. de donat. ante nupt. & Gloſ. io l. aſſiduis, 12. §. hæc au-
tem ſuper verbo. Suo tempore. C. qui potio. in pign. hab. Et
hæc eſt communis concluſio, & veritas ipſa. Nec obſtat quòd
Dy. hic contrarium tenoit, motus per text. noſtrum in verbo.
36 De dote ſua, & per text. in d. l. aſſiduis, ver. Hic autem. Quia
iſta iura non de priuilegio tacitæ hypothecæ, ſed prælationis
loquuntur, nam molier habet tacitam hypothecam eum pri-
uilegio prælationis pro dote tantum, non autem pro dona-
tione propter ouptias, pro qua habet tantum tacitam hypo-
thecam, vt iofra latius dicetur, & vide hic Iaſ. num. 40. Angel.
25 Neguz. in d. 4. membr. 2. part. nu. 64. Et quamuis Gomez.
hic oumer. 36. nitatur contrarium defendere, tamen cum ha-
beamus textum expreſſos, ceſſare debet dubitatio, vt inquit
37 Bal. in l. ancillæ, 12 Cod. de furt. III. Ampliate priuilegium
tacitè hypothecę competere vxori in bonis mariti, etiam pro
c bonis paraphernalibus *c* per maritum adminiſtratis, vt eſt
text. & ibi DD. io l. fi. C. de pact. cõuen. & in d. l. vbi adhuc, io
38 princ. in verbo. Extra dotem conſtitut. & ibi Gl. in verbo. In-
terpoſitas, C de iur. dot. Et dicuntur bona paraphernalia illa,
quæ vxor præter dotem affert, vt eſt Gl. ſuper Rubr. C. de pa.
conuen. & tex. in l. ſi ego, 9. §. dotis, ff. de iu. dot. Hinc Paul. de
39 Caſtr. in l. maritus, 21. Co. de proc. dicit, vxori triplex eſſe pa-
trimonium. Primo dotem. Secundo res paraphernales quas
vxor tradit marito in cuſtodiam. Tertio res quę non fuerunt
datæ in dotem, nec io cuſtodiam mariti, ſed quas vxor apud
ſe retinet, add. Ang. io §. penult. ſup. de excuſ. tut. Et de iſta am
pliatione vide Plat. hic oumer. 5. in fin. Iaſ. 41. Neguz. diſt. 4.
d memb. 2. par. o. 63. IV. Etiam pro *d* alimentis *e* vxori per ma-
e ritum *f* competit tacita hypotheca, vt late defendit, & de-
f clarat Neguz. in d. 4. memb. numer. 47. add. Ang. hic num. 12.
40 Iaſ. 42 & tract. Bart. de alimentis io fi. V. Quia conſtante ma-
41 trimonio dos ſæpè augeri *g* ſolet, iuxta d. l. ſi coſtante, 19. C.
g de donat. ante nupt. Datur etiam hoc priuilegiom pro aug-
mento dotis, cap. Aliud quoque 2. iuncta Gl. ſuper verbo pri-
uilegium in Nouell. 97. de æqualit. dot. vide Neguz. in diſt. 5.
h memb. numer. 46. VI. Etiam in matrimonio *h* priuatiuo, dos
42 data hanc hypothecam habet. Dicitur autem matrimonium
43 putatiuum, quando conſanguinei ignoranter contrahunt
matrimonium in gradu prohibito. Nam comperto impedi-
mento, iam diremptum eſt matrimonium, & quando tunc
à muliere dos data, eſt habet quoque hoc priuilegium taci-
tæ hypothecæ, text. eſt in leg. ſi cum dote, 22. §. final. ff. ſolut.
matr. vide hic Iaſ. numer. 39 & tract. Bald. Nouel. de dote, in
11. parte.

44 Secundò principaliter circa priuilegium tacitæ hypothecæ
i notandum, illud non ſolum vxori, ſed etiam *i* marito compe-
tere in bonis vxori pro dote conſequenda, text. in d. l. vnica, §.
& vt plenius, ibi, [damus ex vtroque latere hypothecam.] Et
45 illud ampliatur etiam procedere in bonis ipſius *k* fideiuſſoris
K qui ex parte vxoris interpoſui ſuam fidem, de dote ſoluen-
da, vt declaratur per Neguzan. in d. 4. memb. num. 62. Et non
46 ſolum bona vxoris tacitè hypothecata ſunt marito pro dote
præſtanda, ſed etiam pro euictione dotis ſi contingit dotẽ da-
tam à marito euinci d. §. & vt plenus, ibi [pro rebus dotalibus
euictis] Quem tex. reſtringant Doctores procedere iuxta l. 1.
C. de iu. dot. vbi traditur. Quando dans dotem teneatur de e-
47 uictione. Aut enim dos incipit à promiſſione, & tunc is, qui
promiſit, & dedit dotem, quæ poſtea euicta eſt, tenentur de
euictione. Aut incepit à tranitione, & non tenetur ſicut io ſi-
mili de donatione dicimus, per tex. & ibi not. io l. Ariſt. 18. § fi.
ff. de do. & Gl. in §. aliæ, 2. ſuper verbo Venditionis, ſup. de do.
maritus tamen ſcienter recipiens rem alienam in dotem etiã
promiſſam nõ habet regreſſum de euictione contra vxorem
niſi expreſsè ei promiſſa fuerit euictio, l. ſi à matre, 13. & ibi
Gl. Sup. verb nullam, C. de iu. dot. & add. hic Iaſ o. 32. cũ duo-
bus ſeqq. & Neguz. in d. 4. memb. oo. 26. & tract. Bal. Nouell.
48 dote, io 7. part in 24. priuilegio. An autem extraneus qui dotẽ
dedit, & expreſſe ſtipulatus eſt eã ſibi reſtitui habeat tacitã hy-
pothecam in bonis mariti? Cõmunis eſt cõcluſio Doct. quod
non, quia hoc lege non cauetur. Erubeſcimus autem abſq; le-
ge loqui, c. Conſideremus, 5. Nou. 18. de trie. & ſe. Et tacita hy
potheca, & tacita ſtipulatio in dotẽ paribus paſſibus ambulat,
d. §. & vt plenius, ver. Sicut, & ver. & nemo. Sed in fauorẽ ex-
traneis dotantis non fingitur tacita ſtipulatio, d. l. vnica, §. ac-
cedit 13 ante fi. Ego nec tacita hypotheca. Item actio ex ſtipu
latu cõpetens extraneo pro dote repetenda nõ eſt bonę fidei,
ſed ſtricta iuris vt ſupra dictum eſt. Pręterea hoc priuilegium
cõceſsõ eſt actionis ex ſtipulata pro dote quæ in locũ rei vxo
riæ actionis ſubrogata eſt, & qui ipſamet lex concedit, & tri-
buit etiã non ſtipulanti, & illa eſt bone fidei. Sed hanc actio-
nem non habet extraneus. Ergo nec tacitam hypothecam.
Niſi enim expreſſe extraneus ſtipuletur ſibi dote reſtitui, non
habet aliquam actionem ad repetendam dotem, nec lex con-
cedit ei hanc actionem ſubrogatam. Et quando ſtipulatus eſt
dotem ſibi reſtitui tunc habet actionem ex ſtipulatu nõ ex di
ſpoſitione legis ſed ex ſua, & ſic hominis prouiſione: vnde reti
net etiam tunc actio ex ſtipulatu originalẽ naturam ſtricti iu
ris. Et hanc ſententiam tenent poſt Dyn. Io. Fab. hic oum. 5.
Plat. 5 Ang. 13. Salic in d. §. & vt plenius, Paul. de Ca. io l. de di-
uiſione, 5. ff. ſolut. matr. Neguz. io d. 4. memb. o. 67. & Bal. No
uel. in tract. de dote, in 6. par. in 7. priu. nu. 3. Nec obſtat, quòd
Iaſ.

ADDITIONES.

a *Vide quæ ſupra relata in §. vlt. tit. de donatione, nu. 4.*

b *Tacitam hypothecam in bonis mariti ſui mulier pro donatione nuptiarũ cauſa facta habet, idque tam ſoluto, quam conſtante matr. marito videlicet non exiſtente ſoluendo Bal. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Tacitam (inquam) hypothecam habet, at non ius propter nuptias Cyn. & Bald. in l. aſſiduis, C. qui potior. Salic. & Ang. hoc, §. niſi iure donatas propter nuptias mulier agat iure hypotheca, hoc eſt tanquam ſuppoſitas dotis, Alb. & Innoc. in c. Ex litteris, de pign. Nam donatio propter nuptias non datur tantum, vt ſit lucrum nuptiarum, ſec. vt dotis ſit maior ſecuritas, l. vlt. §. ſancimus, C. de donat. ante nupt.*

c *Tacitam hypothecam, pro paraphernalibus reb. ſui per virum conſtante matrimonio adminiſtratis mulier habet, l. vlt. vbi Bar. Bal. Alex. C. de pact. conuent. Iaſ. hoc, §. & in l. maritus, C. de procur. Gl. in l. ſi ego, §. dotis, ff. de iure dotium, non tamen ius prælationis habet in dote d. l. aſſiduis.*

d *Alimentorum priuilegium. Quid? dote promiſſa, & non ſoluta cogitur non maritus vxorem alere. Vide Gayl. 2. Obſer. 87. Adde plura, quæ de aliment. præſtandi vxoris retuli hoc eo. §. n. 82.*

e *Tam cõſtante matrimonio quam ſoluto. Et ita tenet Neguzantius d. loco, nu. 47. & ſeqq. multis rationibus.*

f *An, & eodem modo bona dotem promittentis tacitè obligata ſunt marito, cui dos promiſſa nec ſoluta? obligata (inquam) pro vſuris, vel alimentis? Idem eſſe exiſtimat Neguzantius, d. loco nu. 54. & ſeqq. cum par. ſit vtrobique ratio.*

g *Augmento dotis priuilegium competit, quod & ipſi doti competit. Vide eundem Neguzantium, d. loco nu. 46. Vnde hic author tractatum hunc integrum pęne deſumpſit. Porro an dotis augmentum vxori debeatur, ſi maritus ante primum concubitum deceſſerit, vide Concenat. 2. q. 2.*

h *Putatiua dos fruitur priuilegio veræ dotis, hoc eſt tacitę hypotheca cum prælatione. Neguzant. d. loco, nu. 104. & ſeqq.*

i *Dixi paulo ante de hac quæſtione 1.*

K *Fideiuſſoris, bona tacite obligantur pro dote ſiue ex parte vxoris interceſſit pro dote danda, ſiue ex parte viri pro dote reſtituenda iis ſcilicet caſibus, quibus dotis reſtituendæ nomine fideiuſſor intercedere ſolet. Bald. Nouel. tract. dotis, par. 6. priuil. 21. Quod, & in eo fideiuſſore obtinet, qui poſt ſolutum matrimonium dotis nomine interceſſit, l. ſi conſtante, §. quoties, ff. ſoluto matrimonio. Bald. Nouel. tract. dotis, par. 6. priuil. 6.*

Digitized by Google

Iaſ.& Zaſ. hic pro contraria parte adducunt text.noſt. hic, &
in d.§.& vt plenius,ver. Siue aliæ pro his perſonæ. Quia iſta
iura loquuntur de actione ex ſtipulatu pro dote, quæ ſubro-
gata eſt in locum rei vxoriæ actionis,& quam lex conceſſit,
& quæ bonæ fidei eſt,ac tacitam ſtipulationem habet,vt con-
ſtat ex verbis legis Sed hanc actionem extraneus non habet:
ergo nec tacitam hypothecam. Et tex. in dict ſ.& vt plenius,
non aperit,quo tacite hypotheca competat alijs perſonis do-
tem dantibus, pro mulieribus, ſed quod mulieres, & mariti
habeant illam hypothecam pro dote,ſiue ipſe mulieres, pro-
miſerint, & dederint dotem, ſiue aliæ perſonæ pro mulieri-
bus.& ita in fauorem maritorum, & mulierum, non autem
49 extraneorum hæc hypotheca inducta eſt. Et pro pleniori
declaratione prædictorum quæritur: An tacita hypotheca à
lege ſit mulieribus conceſſa,vel ipſi actioni? Cuius inueſtiga-
tionis euidens eſt vtilitas. Si enim conceſſa eſt actionis,tran-
ſibit ad quemcumque,illa actio trāſmittitur Si vero pro mu-
lieribus inducta eſt,erit priuilegium perſonale, quod ad alios
non tranſmittitur,l.quia tale,13 ff ſolut.matrim. & de hac q.
eſt Gloſ.hic ſup. verb.Ei Ac omiſſis,ſuperfluis,communis, &
vera eſt concluſio, tacitam hypothecam cōceſſam eſſe actio-
ni ex ſtipulatu pro dote, quæ in locū rei vxoriæ actionis ſub-
rogata eſt, vt probatur,per tex.noſt.hic qui in princip. loqui-
tur tantum de hac actionem,& non faciat mentionem mu-
lieris, & poſtea ſubijcit, tacitam hypothecam ei datam eſſe.
Quæ verba referenda ſunt ad actionem, de qua prius dictū
erat non ad mulierem, de qua in princ. text.nulla fit mentio,
Item probatur,per text.in d § & vt plenius,ibi,in huiuſmodi
50 actione damnus ex vtroque latere hypothecam, Vnde etiā
ad extraneos hæredes mulieris tranſmittitur hæc actio cum
ſua natura,vt eſt tex.in d.leg.vnic.§.illo procuidubio, 6.& §.
maneat 4.Hinc Bart. vt eum hic refert Iaſ.nu. 36. in fin.dicit,
tacitam hypothecam tranſire ad quemcumque tranſmitti-
tur hæc actio de dote,etiamſi tranſiret ad diabolum inferna-
lem. De quo latius videre hic Fab.nu. 15.Iaſ 69. Gomez num.
25.Neguz.in d 4.memb.nu. 30.
51 Quintum a priuilegium, quod mulieribus conceſſum eſt
a circa actionem dotis,de quo etiam Imper.hic in fin.§.noſtri,
b mentionem facit,eſt ius prælationis b ita,vt mulier non ſolū
habeat in bonis mariti tacitam hypothecam,ſed etiam priui-
legium prælationis quod præferatur omnibus alijs creditori-
52 bus mariti etiam anteriora iure habentibus,text.eſt hic,& in
l.aſſiduis,12.C.qui pot.in pig hab. Contra vulg reg quæ ha-
bet,priorem tempore,potiorem eſſe in iure,leg. 2. in fin. &
leg. licet, 7. cum ſimilibus, Codic.qui pot.in pig.hab. Et hoc
propter commiſerationem,& fauorem mulierū. Quis enim
ait Imperat. in dict leg aſſiduis, earum non miſereatur pro-
pter obſequia, quæ maritis præſtant, propter partus pericu-
lum,& ipſam liberorum procreationem,pro quibus multa
noſtris legibus inuenta ſunt remedia? Et concurrit etiam hic
publicus fauor,quia Reipub. intereſt, dotes mulieribus con-
ſeruari,cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam,
replendamque liberis ciuitatem,maxime ſit neceſſarium, vt
inquit Iuriſc.in leg. 1. ff.ſolut. matrimon. Sed quia hoc indi-
ſtinctè ſic non procedit, videndum eſt, quibus creditoribus
mulier præferatur. Reperiuntur namque triplices creditores
53 ſcilicet. Aliqui habet tantum perſonales actiones contra per-
ſonam mariti,qui etiam dicuntur chirographarij,& nihil ni-
ſi nudam obligationem perſonalem habent nec eis certum
aliquod ius expreſſe, vel tacite in bonis mariti conſtitutum
eſt, & de his non eſt dubium, quin mulier talibus creditori-
bus præferatur,dict. leg.aſſiduis. Et hoc non ſolum ex pri-
uilegio mulierum, ſed etiam ex diſpoſitionis iuris commu-
nis,qua cauetur, vt quilibet habens ius reale, præferatur ha-
benti priuilegium perſonale,leg.eos,qui,9.Co.qui po. in pig.
hab. & not. eſt vulgata regula, fruſtra precibus impetrari,
quod a l.communi conceſſum eſt,in l.1.cum ſimilibus C. de
54 theſau.lib.10.II. Aliqui ſunt creditores, qui vltra perſonalem
actionem habent etiam bona debitoris tacite obligata, ſicut
bona tutorum pupillis tacite pro mala adminiſtratione obli-
gata ſunt, l.pro officio,20. C.de adminiſtr. tut. Item locatori
tacite ſunt hypothecata bona conductoris,illata in rem con-
ductam.§.Item Seruiana ſup.hoc tit. & ſunt,23.caſus quibus
cauſ.pig.vel hypot &c.enumerat Neguz. in tract.de pign. in
55 4.memb.2.part. Et quando mulier cum talibus creditoribus
mariti concurrit,ita vt ab vtraque parte non ſolum obligatio
perſonalis, ſed etiam ius reale tacita ſcilicet hypotheca in bo-
nis mariti prætendatur tunc vxor etiam talibus creditoribus
idem ius prætendentibus præfertur,etiamſi priores ſint tem-
pore,& priorem tacitam hypothecam habuerint.Ita vno ore
concluditur à Doctoribus propter, text. expreſſum in d. leg.
aſſiduis, verb. Licet prioris temporis priuilegio vallati ſint.
56 Neque circa hoc eſt aliqua diuerſitas inter Doctor. Dubita-
c tur tamen hoc caſu c de fiſco,quando mulier,& fiſcus cōcur-
runt, quis eorum præferatur. Eius enim qui cum fiſco non
contrahit,bona pro tributis,cenſibus, & alijs debitis etiam ta-
cite hypothecata ſunt fiſco, licet non fuerit de pignore con-
uentum,text.ſunt expreſſi in l.1.& 2 C.in quib.cauſ pign. vel
hypot.Et fiſci hypotheca etiam multum priuilegiata eſt,vt in
quæſitis poſt ſuam hypothecam ceteris creditoribus anterio-
ribus præferatur,vt not.poſt tex.in leg ſi is,qui mihi,28. ff. de
iur.fiſci, & hoc propter publicam vtilitatem. Quæritur ita-
que, an etiam,præferatur mulieri? Et in hac quæſtione, ita
communiter concluditur, reſpectu tacitæ hypothecæ mulie-
rem, & fiſcum pari paſſu ambulare, nec fiſcum præferri mu-
lieri,nec contra, ſed qui prior illorum eſt tempore, priorem
eſſe iure. Ita tenet Bartol.in leg.1.ff ſolut. matrim. per text.
in leg.x.Codic.de priuil.fiſc.& in leg.dotis.9.iunct. Gloſs.Co-
dic de iur.dot. Et iſta concluſio procedit, quando conſtat de
prioritate hypothecæ inter fiſcum, & mulierem dotatam.
Tunc enim præfertur ille, qui prior eſt in tempore. In du-
bio vero, quando non conſtat de prioritate temporis, tunc
iſto caſu mulier eſſet præferenda fiſco, vt tenet Bald. in d leg.
dotis,per leg.non puto,10.ff.de iu fiſc. vbi dicitur, non delin-
quere eum, qui in dubijs quæſtionibus contra fiſcum facile
pronunciat. Et in dubio melius eſt pro dote reſpondere, l. in
ambiguis 70.ff.de iur.dot.& iſtam eſſe magis communē opi-
57 nionem atteſtatur Neguz.in 4.memb.part.2.nu.108.III Ge-
nus creditorum eſt eorum,qui vltra perſonalem obligationē
debitoris habent etiam pignora, & expreſſas hypothecas, vt
quando debitor expreſſis verbis obligauit creditor domum,
vel etiam pignus realiter ei tradidit.Et hoc caſu maius eſt du
d bium,an mulier d cum tacita hypotheca præferatur credito-
ribus habentibus expreſſam hypothecam? De hac quæſtione
eſt Gl.ordinaria hic ſuper verbo,Creditoribus, & in d. l. aſſi-
duis,ſuper verbo Licet. Et reperiuntur principaliter duæ opi-
niones. Vna affirmatiua Mart.Gloſſat. quam Cyn. & Vltra-
montani ſequuntur,indiſtinctè tenentes mulierem præferri
omnibus creditoribus habentibus tacitam,vel expreſſam hy-
pothecam etiam anteriorem, & mouentur potiſſimum per
generalitatem,tex.in d.l aſſiduis, qui indiſtinctè loquitur, vt
habeat mulier potiora iura contra omnes mariti creditores
licet anterioris temporis priuilegio vallati ſunt. At vbi lex
non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus,vulg leg. de pre-
tio leg. cum quid, 3.ff.ſi cert.pet. & per plures alias rationes
relatas à Doct. in dict. leg. aſſiduis, Bald. & alijs præſertim
Gomez. hic, numer. 28. ita vt plerique affirment hanc ſen-
tentiam de ſubtilitate legum, & in puncto iuris eſſe verio-
rem, & etiam æquiorem,propter magnum fauorem dotis,
& quia alias parum prodeſſet hoc priuilegium mulieribus
cum raro concurrant, cum creditoribus,habentibus tacitam
hypothecam, & iura debeant adaptari ad ea, quæ frequen-
58 ter fiunt, &c. Contraria vero ſententia negatiua. Bulgari,
ſcilicet eſt magis communis, quam etiam conſuetudo tenet.
Vnde indicare contra conſuetudinem, & quod ſemper ha-
buit certam interpretationem,malum eſſet, vt inquit Bart. in
dict leg.aſſiduis,numer.3.per leg.minime 25.ff.de legibus lo.
D Iaſ.hic nu.72. ſubijcit eam omnino tenendam, & nullate-
nus à communi opinione recedendum eſſe videlicet, quod
mulier habens in bonis mariti pro dote tacitam hypothecam
præferatur quidem ceteris creditoribus habentibus priorem
tacitam,nō autem expreſſam hypothecam anteriorem. Nec
ſcilicet ſit maior prælatio,quam ius ipſius mulieris,cum circa
tacitam hypothecam tantum priuilegiata ſit,& lex ſuum vo-
luerit adimere priuilegium,non illud,de quo partes expreſſe
ſibi proſpexerunt. Potuit enim lex auxilium tacite hypothecæ
quod certis perſonis conceſſit, auferre propter priuilegium
doti datum, neque in hoc aliquam iniuriam facit creditorib.
auferendo ſuum beneficium. Sed quādo creditores prouide-
runt

ADDITIONES.

a *Creditoribus mariti ſui prioribus tacitam hypothecam haben-*
tibus mulier, (licet tempore poſterior) dotis ſua cauſa præfer-
tur l. aſſiduis, Cod. qui pot. Cuius regulæ plures exceptiones vide
apud Soc. reg dotis cauſ. 109. & Neguz. tra de pig par. 5. memb.
2. num. 13.

b *De hac prælatione vide Nouel. 97. c. 3. & 4.*

c *Dotis tacita hypotheca an fiſci tacite hypotheca præferatur.*

d *Dotis tacita hypotheca expreſſam habentibus non præfera-*
tur.

Digitized by Google

runt ſibi expreſſa hypotheca, quæ non fuit introducta, & cauſata legis beneficio, ſed ex facto, & prouiſione hominis ideo per tacitam hypothecam legis, conceſſam doti, non auſertur expreſſa, cum etiam princeps ſine certa, & iuſta cauſa, ius in ſe alteri quæſitum auferre non poſſit, vt not. poſt gl. in l. fi. C. ſi contra in ius, vel vtilitatem publ. &c. Item fiſcus, & mulier pari paſſu ambulant in priuilegijs tacitæ hypothecæ, l. quamuis, 2. C. de priu. fiſc. Sed priuatus habens priorem expreſſam hypothecam præfertur fiſco habẽti tacitam hypothecam anteriorem, leg ſi pignus, 8. ff. qui pot. in pign. hab. Ergo, & mulier, &c. Et tenendo hanc ſententiam poteſt reſponderi ad hoc, quod dictum eſt taciti, & expreſſi idem eſſe iudicium, quod hoc verum ſit, quando tacitum procedit ſecundum regulas iuris communis, vt eſt in caſu dict. leg. cum quid. Nam in omnibus contractibus æqualitas eſt ſeruanda. Non mirum igitur, mutuatarium obligari ad reſtituendum idem non in ſpecie, ſed in genere eiuſdem bonitatis, cuius fuit res mutuo data. Secus ſi contra regulas iuris communis, vt in caſu noſtro, vbi mulier præfertur alijs creditoribus contra regulam. Qui prior in tempore, potior eſt in iure, vt not. per Iaſ. & alios in dict. l. cum quid, & Neguz. in dict. 4. membr. 2. part. numer. 101. Nec obſtat generalitas d. leg. aſſiduis, illa intelligenda eſt ſecundum ſubiectam materiam tacitæ hypothecę, & non de expreſſa ne hoc alijs damnum vel iniuria fiat argumento, tex. in c. ex tenore, 11. extr. de foro, compe. & not. in d. l. fin C. ſi cõtra ius, &c. Hanc tamen communem concluſionem limitare procedere, in hypotheca expreſſa anteriori, non autem in expreſſa poſteriori. Nam mulier habens tacitam hypothecam priorem, præfertur creditori habenti expreſſam poſteriorem. Ita tenet Bald. & Ang in l. aſſiduis. Et probatur hæc opinio contra Ang. hic, nu. 13. ante fin. per tex. in l. vnica, C rem alie. ger. non interd. &c. iuncta gloſ. ſuper verbo. Sua cauſa, vbi pupillus, habens tacitam hypothecam anteriorem in bonis tutoris præfertur etiam fiſco habẽti expreſſam poſteriorem. Ergo, & à fortiori, multo magis mulier debet pro dote ſua in tacita hypotheca præferri expreſſe poſteriori hypothecæ, cum mulier præferatur etiam pupillis, & omnibus alijs habentibus tacitam hypothecam, vt not. poſt text. in d. l. aſſiduis, & ſupra dictum eſt.

Expreſſa hypotheca dotis poſterior præfertur, ne priori expreſſa aliorum creditorum.

59 Circa prædicta quæritur: An mulier habens pro dote expreſſam hypothecam, poſteriorem præferatur creditori habenti expreſſam anteriorem: Ang. in §. his conſequens, Nouel. 97. de æqual. dot. indiſtincte affirmat motus per ratioẽ, quod eadem eſt virtus taciti, quę eſt expreſſi, d. l. cum quid, ff. ſi cer. petat. At vero certum eſt mulierem, quæ habet tacitam hypothecam poſteriorem, præferri creditori habet tacitam hypothecam poſteriorem, text. eſt in d. l. aſſiduis ibi licet, anterioris temporis priuilegio vallati ſint. Idem ergo dicẽdum detur, de poſteriore expreſſa hypotheca, vxoris vt præferatur priori expreſſæ aliorum creditorum. Et iſtam opinionem
a tanquam magis fauorabilem doti amplectendam ſuadet *a* Bald. in tract. dotis, in 10. part. qu. 36. præſertim cum in ambiguis iudicandum ſit pro dote, l. in ambiguis, 70. ff. de iure dot. Contraria vero, ſententia eſt magis communis, & de iure ve-
b rior, *b* videlicet quoties concurrunt creditor, & mulier, & vterque habet expreſſam hypothecam, quod tunc prior in tẽpore, præferatur alteri, propter vulg. regul. Prior in tempore, potior eſt in iure, l. potior, 11. cum ſimilibus, ff. qui pot. in pig. hab. A qua regula non reperitur expreſſe exceptus ille caſus, vt expreſſa poſterior pro dote præferatur anteriori expreſſæ. Succedit igitur illud, quod in l. ſancimus, 27. C. de teſt. dicitur. Quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? Præterea d. l. aſſiduis, quæ introducit priuilegium prælationis, loquitur de tacita hypotheca, & cum illa deciſio, ſit contra regulas iuris communis non debet extendi ad expreſſam hypothecam arg. l. præcipimus, 32. in fi. C. de app. Nec tantus eſt fauor dotis, neque tanta virtus taciti vt propterea ſit inducenda iuriũ correctio, quæ omnino vitari debet, c Cum expediat, 29. de elect. in 6 Et quando agitur de correctione iuris communis, etiam à maioritate rationis, non permittitur extenſio de caſu ad caſum non expreſſum, vt eſt gloſ. & ibi not. in Authen. quas actiones ſuper verbo Excluduntur, ibi, An idem in ciuitate, C. de SS. Eccl. Hanc tamen cõcluſionem limitare procedere. I. In bonis quæſitis ante expreſſam hypothecam mulieri cõſtitutam. Secus autem in bonis quæſitis per maritum poſt expreſſam generalem obligationem mulieri pro dote factam. In his enim mulier habens expreſſam hypothecam poſteriorem præfertur alijs creditoribus habentibus expreſſam anteriorem ad ſimilitudinem fiſci. Nam fiſcus pręfertur in bonis quæſitis poſt expreſſam hypothecam fiſco conſtitutam prioribus creditoribus habentibus anteriorem hypothe-
60 cam, l. ſi is, qui 28 ff. de iur. fiſc. Ergo multo magis mulier pręferri debet, cum illa ſit magis priuilegiata, & fauorabilior in hypotheca, quam fiſcus vt ſup. in quæſtione. Quando mulier fiſcus concurrunt, quis præferri debeat declaratum eſt. Ex prædictis igitur firma conſtituenda eſt concluſio, mulierem pręferri omnibus creditoribus habentibus tacitam hypothecam etiam priorem, non autem habentibus expreſſam anteriorem. Quam limitate procedere in dote, non autem in donatione propter nuptias, qua vxor forte ex pacto, vel ſtatuto lucratur, tex. eſt hic in fi. §. noſtri, & tex. magis expreſſus in d. l. aſſiduis, in fin. vbi Imper. ſubijcit rationem, quod ideo nolit hoc priuilegium doti conceſſum habere locum in donatione propter nuptias, quia non pro lucro fouemus mulieres, ſed ne damnum patiantur ſuiſque rebus defraudentur curamus,
61 de quo poſt alios, videre hic Gomez num. 39. Ex qua ratione
62 infertur hoc quod in his terris Sax. in actu practico obſeruari ſolet. Supra enim dictum eſt, de iur. Saxon. maritum lucrari dotem, nec ſol. matr. ad dotẽ vxori, vel eius patri reſtituendam cogi, per art. 3. lib. 1. ſed in recompenſationem dotis cõſtitui vxori donationem propter nuptias, quæ realiter in his terris de conſuetudine eſt duplicata: ita vt ſi vxor det 2000. aureos in dotẽ, maritus conſtituat ei pro donatione propter nupt. 4000. contra Auth. æqualitas C. de pact. conuent. licet aliquando etiam minus, vel plus ex conuentione partium cõſtituatur. Mortuo igitur marito, qui fuit obrutus ære alieno, ſi concurrant plures creditores cum vxore, pręteņdente tacitam hypothecam in bonis mariti, quam hypot. etiam vxori pro donatione propter nupt. ſup. in 4. priuil. competere diximus, non habet vxor hoc priuilegium pręlationis in donatione propter nuptias in quantum ſcilicet excedit quantitatem dotis ab vxore marito datam, quia non pro lucro fouemus mulieres, inquit Imper. d. l. aſſiduis, ſed ne damnum aliquod patiantur circa res ſuas. Habet igitur vxor tunc prælationem etiam in iſtis bonis pro donatione tali conſtituti in quantum, ſcilicet ſe extendit quantitas dotis numeratæ, non autem in quantitate maiori. Et ita pronunciari, ac in practica obſeruari ſolet. Pro quo optime facit, quod Neguz. in d. 4. memb. 2. part. nu. 65. dicit: Quando mulier agit ad donationem propter nuptias, quęrens illa lucrari, tunc habent tacitam hypothecam, abſque priuilegio prælationis: ſecus, ſi agit ad illam tamquam ſibi ſpecialiter obligatam pro dote, tunc enim haberet etiam prælationem, quia iſto caſu cenſetur potius agere pro dote, quam pro donatione propter nuptias. Ita declarat Abb. poſt Innoc. in cap. Ex literis, 5. ext. de pig. II. Limitate prædictam concluſionem procedere in dote, vere actualiter ſeu realiter marito numerata, non autem in dote confeſſata. Et hæc quæſtio per Ang hic nu. 14. & Iaſ. 73. latiſſime tractatur. Pro cuius declaratione præmittendum dotem confeſſa-
63 tam dici quando maritus dat inſtrumentum, vel cautionem obligationis, in qua confitetur ſe recepiſſe 1000. in dotem à muliere, & non apparet illa 1000. realiter eſſe numerata. Hęc dos dicitur confeſſata, vel dos cauta, non numerata, de qua eſt tit. in Cod. de dote cauta, non numer. vbi Imper. dicit ſæpe euenire, vt maritus, tantum potiundę ſponſæ cauſa confiteatur ſe recepiſſe dotem, quam tamen non accepit, ſed ſperat ſe accepturum, & ad ſimilitudinem exceptionis pecuniæ nõ numeratæ introducta ſunt certa tempora, infra quæ vxoris, vel eius hæredi agenti ex tali cautione opponi poteſt exceptio non numeratæ dotis, ita vt cogatur vxor, vltra illam confeſſionem mariti probare dotem realiter eſſe numeratam. Et iſta tempora ſunt expreſſa in Auth. quod locum, C.
64 de don. cauſ. non nuto. Si enim intra biennium à die matrimonij contracti, morte vel diuortio ſoluatur matrimonium tunc vxori vel eius hęredibus repetentib dotem poteſt à marito obijci, exceptio nõ numeratæ dotis infra annum. Si vero poſt biennium, vſque ad decem annorũ curriculum ſoluatur matrimoniũ, tunc infra tres mẽſes hæc exceptio opponi poterit. Sin autẽ vltra decem annos maritus, & vxor cohabitaſſent tunc ſublata eſt hæc exceptio, & inſtrumentum confeſſionis habebitur pro numeratione dotis d. Auth. quod locũ.

His

ADDITIONES.

a *Confirmatur per tex. expreſſum in d. l. aſſiduis C. qui pot. & ita in Camera ſeruatur. Myſing. Obſeru. 13. cent. 4.*

b *Hæc recepta hic in terris, conſtit. 28. par. 2.*

65 His ſic præmiſſis quæritur, An priuilegium prælationis
a competat vxori in *a* dote confeſſata? Et Gloſſ. in dict. leg.
aſſiduis ſuper verbo Datæ, per text. ibi dicit, quod non, quam
Gloſſ. refutat Bald. ibi aureum, & communiter eam DD. ſe-
quuntur. Et quamuis Bart. ibi limitet illam Gloſs. non proce-
dere in tribus caſibus. 1. Quando maritus in inſtrumento do-
tis confeſſatæ renunciauit huic exceptioni, dicendo: Cõfiteor,
me accepiſſe ab vxore 1000. in dotem, & ne hoc vertatur in
dubium expreſſe renuncio exceptioni non remuneratę dotis,
vulg. leg. ſi quis in conſcribendo, 29. Codic. de pact. 2. Quan-
do tempora præfixa ad opponendam illam exceptionem
ſunt elapſa 3. Quando maritus iurauit ſe recepiſſe dotem,
per ea quæ in ſimili dicit, Bart. in leg. final. Codic. de non nu-
merata pecunia. Tamen iſte limitationes iure ſubſiſtunt.
66 Quod enim ad primum caſum exceptum attinet non præ-
iudica talis renunciatio, cum eadem facilitate, & eodem
amore maritali, quo inductus fuit maritus ad confitendum
ſe dotem recepiſſe, præſumatur inductus ad renunciandum.
Sicut igitur non præiudicat, ſimplex confeſſio mariti, vt ipſe-
met Bart. confitetur in dict. le. aſſiduis, ita nec eius renuncia-
tio præiudicare debet, argum. Gl. in l. ſi patronus, 3. §. patro-
num, ſuper verb. Fauiana, ff. ſi quid in frau. patron. vt eam hic
inducit Iaſ. num. 76. Et faciunt ea quæ in ſimili de exceptione
non numeratæ pecuniæ notantur per Bart, & alios in leg. ſi
ex caut. C. de non numerata pecunia Io. de Imol. & alios in c.
ſi cautio. 14. extra de fide inſtru. Præterea reſponderi poteſt,
illam renunciationem forte nocere ipſi marito, & eius hęredi
bus, non autem creditoribus mariti. Quid enim ad creditores
maritus renunciet, vel non? Et hoc pactum renunciationis nõ
extenditur ad tertium, l. ſi vnius 27. §. pacta, 4. verſ. Ante om-
nia, ff. de pact. Et idem poteſt reſponderi ad ſecundum caſum
de lapſu temporum, vt noceat marito, non autem creditori-
bus, qui iſtam ignorantię cauſam in alieno facto allegare poſ
ſunt, l. ſi. ff. pro ſuo. Sic etiam de iuramento dicitur. Licet enim
maritus, decies iuret ſe dotem accepiſſe, tamen hoc iuramen-
tum ipſum tantum ligat, & ad tertium non extenditur, eſt
enim quiddam perſonale, quod ad tertias perſonas non ex-
tenditur, l. eum qui (al. eſt §. 2. l. ſed, & ſi res, 7.) § petenti ff. de
67 Pub. in rem act. Prædictam tamen concluſionem nempe
mulierem non pręferri ceteris creditoribus propter dotem
confeſſatam limitate duobus modis. I. Vt procedat quando
maritus confitetur ſe recepiſſe dotem ab vxore, vel eius pa-
tre. Secus ſi confiteatur ſe recepiſſe dotem à tertio, quia tunc
pręſumitur ſemper actualiter fuiſſe numeratam, ſecundum
Salic. in Auth. ſed iam neceſſe. Cod. de donat. apt nupt II. Vt
procedat quando alij creditores eorum credita probat per ve
ram, & actualem numerationem. Secus, ſi creditores nihil ha
berent aliud niſi cautionem ſuper eorum creditis confeſſatis.
Nam quia hoc caſu mulier, & alij creditores pari iure nitun-
tur ex ſola confeſſione mariti; mulier tanquam fauorabilior
propter cauſam dotis præferri debet ceteris creditoribus etiã
in dote cõfeſſata, d. l. in ambiguis, ff. de iure dot. Ita Dom. Iaſ.
hic num. 91. quem etiam ſequitur Zaſ. & de hac materia vi-
de latius tract. Bald. Nouel. de dote, in 10. parte, & remiſſiuè
68 Neguz in d. 4. memb. numer. 76. III Limitate ſupra dictam
principalem concluſionem, vt ius prælationis pro dote com-
petat vxori, quando ipſa pro dote agit. Nam licet regulariter
omnia iura actiuè, & paſſiuè ad hæredes tranſeant, & quili-
bet ſibi ac ſuis hæredibus proſpicere intelligatur, etiamſi hæ-
redum expręſſa nõ fiat mentio, vulg. l. ſi pactum, 9. ff. de pro-
bat. tamen hoc priuilegium prælationis ad hęredes non tran-
ſit, ſecundum Glo. hic ſuper verbo. Cum ipſa, in princ. per tex.
in l. 1. C. de priuil. dot. Quod eſt verum, quoad hæredes extra
neos, non autem quoad filios Filijs enim eiuſdem matrimo-
nij, à quo dos proficiſcitur, & ceteris deſcendẽtibus ex vxore
quæ dotem dedit, hoc ius pręlationis iure filiationis, non hæ-
reditario competere communis eſt concluſio, quam tenet
hic Gloſ. ſuper d. verb. cum ipſa, & Gl. in d. leg. Aſſiduis, ſuper
verb. Exceptis, & ſupr. verb. Eis, & in d. l. 1. C. de priuil. & dot.
& probatur per text expreſſum in dict. l. aſſiduis. verſ. Exce-
ptis, & ibi DD. Plat. hic num. 5. Iaſ. num. 94. & Neguz. in d. §.
memb. numer. 94. vbi ſubijcit tale priuil. non tranſire ad filios
alterius, ſed eiuſdem matrimonij, add. Bar. Bal. & Ang. in leg.
etiam, 18. ff. ſolut. matr. & Ang. hic nu. 22. qui dicit non ſolum
filijs primis gradus hoc ius cõpetere, ſed etiam ceteris deſcen-
dentibus per tex. in Auth. ſi quid, ver. Seu quęlibet ſoboles, C.
69 qui pot. in pig hab. Et hæc, quæ de vxore, & eius filij dicta
ſunt, habent quoque locum in procuratore vxoris, qui agit ad
vtilitatem vxoris, & filiorum, ſecundum Glo. hic ſupr. verb.
Cum ipſa: quia perſona domini reputatur, nec debet eſſe du-
rior conditio procuratoris, quam domini, l. ſed & hæ. 35. §. de
70 fendere ff. de proc. An autem illud prælationis priuilegium
ad ceſſionarium tranſeat, maius eſt dubium. Et magis com-
munis opinio eſt negatiua, cum enim nõ ſit tranſmiſſibile ad
hęredes, certe nec ceſſibile per te. l. ex pluribus, 42. ff. de admi-
niſtr. tut. De quo poſt alios vide hic Iaſ. num. 123. & Neguz.
in d. 4. memb. num. 107. Item quęritur. An patri mulieris hoc
71 priuilegium competat? Et Glo. hic ſup. d. verb. Cum ipſa. in fi.
arguit ad partes, & tandem in hoc reſidet, quod pater repeti-
turus dotem viuente filiá, habeat hoc priuilegium, cogitur e-
nim reſeruare dotem filiæ quamdiu viuit, vt denuo dotari
poſſit; ſecus, ſi mortua filia dotem repetere vellet. Nam tunc
hoc priuilegium ei non competeret, & hanc concl Gl. comm.
DD. hic ſequuntur, de quo vide hic Iaſ. num. 138 ex prædicta
72 colligitur, & alia deciſio ad q. An maritus petens dotem, hoc
priuilegium habeat? De qua eſt Gl. in d. l. vnic. § & vt plenius,
ſuper verbo. Ex vtroque latere. C. de rei vxo. act. quę conclu-
dit, quod licet maritus pro conſequenda dote habeat tacitam
hypothecam in bonis vxoris tamen non habere eum hoc ius
prælationis, quod ſpeciali beneficio, mulieris introductũ eſt,
& illam concluſionem amplectuntur ibi DD. & in l. 1. ff ſolut.
73 matrim. Fab. hic, nu. 5. Pla. 5. Iaſ. 139 IV. Limitate hanc con-
cluſionem, vt ius pręlationis non competat vni mulieri con-
tra aliam mulierem prętendentem ſimilem hypothecam, ex
cauſa alterius dotis, veluti, ſi maritus habuit duas vxores, cer-
tè prior vxor, cum qua maritus fecit diuortium, vel eius filij
præferuntur in repetenda dote ſecundę vxori non quidem ex
ſpeciali priuilegio, ſed ex diſpoſitione iuris communis, quod
prior in tempore, potior eſt in iure, d. l. aſſiduis, §. exceptis, iũ-
cto verſ Duabus enim. Niſi ex rebus ſecundæ vxoris, quæ in
dotem datæ ſunt aliquid ſupereſſet, quia in eo quod ſupereſt,
præferri debet ſecunda vxor priori, ſecundum Glo. in d. l. aſſi-
duis, ſuper verbo. Suo tempore, in fin. per text. expreſſum in
Auth. ſi quid ex rebus, C. qui pon. in pig. hab. de quo vide Ne-
74 guz. in d. 4. memb. nu. 96. V. Limitate prædictam concluſio-
nem, vt vxor non habeat ius prælationis in bonis parapher-
nalibus, quæ vltra dotem marito affert vltra enim tacitam hy
pothecam, bona paraphernalia non inueniuntur habere ali-
qua alia priuilegia dotalia vt eſt gloſ. ſing. in l. ſi ego, 9 §. dotis
ſup. verb. Condici, ff. de iur. dot. & not. per Alex. & Iaſ. nu. 41.
& in l. maritus, C. de procur. add. Sal. in d. l. aſſiduis, §. fi. & Ne-
75 guz. in d. 4. memb. nu. 63. in fi. VI. Circa hoc priuilegium pręe-
lationis notandum, competere mulieri quæ ſecundo nupſit,
& actualiter collocata eſt in ſecundo matrim. non obſtante,
quod tunc videatur ceſſare ratio concedendorum priuilegio-
rum mulieribus videlicet, vt eo facilius poſſint maritari iux. l.
1. ff. ſol. matrim. quia dos non ſolum neceſſaria eſt ad maritã-
dam fęminam, ſed etiam ad ſuſtinenda onera matr. iuxt. l. pro
oneribus, 20. C. de iur. dot. De quo vide Bart. poſt tex. in l. nu-
pta, 30. in prin ff. ſolut. matr. Ang. hic nu. 21. in medio, Iaſ. n. 95.
His ſic declaratis, reſtat nunc, vt ne actione ex ſtipulatu pro
dotæ, quæ in rei vxorie actionis locum introducta eſt, dica-
mus, & tam à parte mariti pro dote debita conſequenda, quã
à parte vxoris pro dote data repetẽda competit, & hodie bo-
næ fidei eſt, cum illis priuilegijs de quibus hactenus dictũ eſt.

Cui competat hæc actio.

76 Primo igitur quęritur: Cui hęc actio competat? Et breuiter
res expediri poteſt. Nam. I. Datur marito pro dote conſequẽ-
da ſiue certa ſiue incerta ei dos fuerit promiſſa, ſiue ſtipulatio
interuenerit, ſiue nõ d. l. vnica in prin. C. de rei vxo. act. II. Da-
b tur vxori pro *b* dote marito data repetenda. De iure. n. cõmu-
ni ſoluto matrimonio, per diuortium, vel mortem vxoris, dos
non cecidit lucro mariti, ſed reuertitur ad ipſum patrẽ dotan
tem l. dos à patre, 4. C. ſol. matr. Iure namq; ſuccurſum eſt pa-
tri vt filia amiſſa ſolatij loco ei dos reddatur, ne, & filiæ amiſ-
ſę, & pecuniæ dãnum ſentire, l. iure ſuccurſum, 6 ff. de iur. do.
Vel etiam ad mulierem dotem dantem, & eius hęredes reuer
titur, l. 2. in prin. ff. ſolut. matr. niſi, per pacta dotalia aliter fue-
77 rit prouiſum, de quo eſt titul. in C. de pac. con. Secus eſt de iu-
re Saxon. propter tex. Landrech. lib. 1. art. 31. & lib. 3. ar. 96. ibi
[Hett

ADDITIONES.

a *De dote confeſſata, & an priuilegium dotis locum in ea habeat vide Gayl. 1. Obſeru. 81. Et an lucrum dotis habeat locum in dote promiſſa vide ibid. obſeru. 79.*

b *Quid in ſponſa. An ſtatutum de lucro dotis locum habeat in ſponſa. Vide Gay. 2. Obſeruat. 80.*

Digitized by Google

(Herr aber die fravv.) vbi cum indiſtincte, & generaliter di-
ſponatur, maritum poſt mortem vxoris omnia bona mobilia
lucrari, ita vt nihil prorſus earum rerum excipiatur præter v-
tenſilia, quæ vulgo appellamus. (Dice gerade,) ideo, & con-
ſuetudo illud generaliter tenet atque obſeruat, vt maritus e-
tiam dotem in pecunia numerata exiſtentem, mortua vxore
78 lucretur niſi per pacta dotalia aliter fuerit prouiſum. III. da-
tur de iure commune patri vxoris filiæfamilias etiam ex ficta
ſtipulatione, quo caſu habet iſtam actionem communem cum
filia, eſtque bonæ fidei d.l. vnica, §. accedit, in fi. ver. Extraneũ,
in fin. niſi expreſſe ſtipulatus ſit tantum dotem reſtitui, quo
caſu eſt ſtricti iuris, vt ſup. in 3. priuil. huius actionis verſ. Ter-
tiò datur etiam patri dictum eſt. IV. datur etiam extraneis
perſonis quæ ſcilicet non habent feminam dotatam in pote-
ſtate, vt matri, fratri, & alijs dotantibus mulierem, & expreſſe
ſtipulantibus ſibi dotem ſolut. matrim. reſtitui, ſed tunc non
a eſt bonæ fidei hæc actio, neque priuilegium tacitæ *a* ſtipula-
tionis habet, vt ſupr. in d. verſ. Tertio datur, declaratum eſt
poſt text. in d.l. vnica, §. accedit.

Contra quem detur hæc actio.

79 Secundo quæritur, contra quem hæc actio competat? Et
I. Datur marito contra vxorem, quæ dotem dare promiſit, l. ſi
extraneus, 33. ff. de iur. dot II. Contra patrem vxoris, ſeu ſoce
rum, d.l. ſi extraneus III. Contra heredes, ſoceri, ſi pro te, 2. C.
de dot. prom. IV. Etiam contra extraneum, qui pro muliere
dotem dare promiſit, d.l. ſi extraneus. Et in ſumma promit-
tendo dotem omnes obligantur cuiuſcumque ſint conditionis
& ſexus l. promittendo, 41. in princ. ff de iur. dot Et circa hoc
80 notandum, licet pater expreſſe non promittat dotem, tamen
officio iudicis eum compelli poſſe ad dotandas filias. Nec.n.
incognitæ ſunt leges, inquit Imp. in l. C. de dot. promiſ. quibus
cauetur, paternum eſſe officium filiam dotare, & filio dona-
tionem propter nuptias conſtituere, add. text. in l. qui liberos,
19. al. incip. c. 30 ff. de ritu nuptia. Quam regulam ampliate. 1.
Vt ſine dubio procedat, antequam filia nubat, adeò, vt ſi pater
eſſet abſens, iudex ex ſuo officio de bonis paternis poſſit filiæ
conſtituere dotem ne perdat tempus nubendi ſub expecta-
tione patris, l. profectitia, 5. §. ſed & ſi proponas, 4. ff. iure dot.
81 Quid autem ſi quis duxit vxorem non facta mentione dotis,
an poſſit tunc pater cogi ad conſtituendam dotem, ſecũdum
conditionem perſonarum, & quantitatem ſui patrimonij? Et
Bart. in obligamur, 52. ff. de oblig. & act. tenet quod non ideò
pater cogatur dotare, vt filia nubere poſſit. Ea igitur nupta,
ceſſat cauſa, vnde, & ceſſare debet eius effectus & legis di-
ſpoſitio, vulg. cap. Cum ceſſant, 60. extr. de appell. Quod di-
ctum ipſe Bart. intelligit niſi pater promiſiſſet filiæ dotem
priuſquam nuberet, quia tunc fatetur patrem cogi poſſe ad
dotandum, licet filia ſi maritata. Sed contra Bart. comm. con-
cludunt DD. poſt Gl. in d l. obligamur, ſuper verb. Lege pro-
pter text. l. qui liberos, vbi pater aſtringitur ad duo: videlicet,
ad maritandum, & ad dotandum, & ideò licet impletum ſit
primum cogitur, nihilominus implere ſecundum, arg. l. ſi he-
redi plures 5. ff. de cond. inſt. 2. Ampliate prędictam regulam,
vt nec ceſſet ratio in filia iam nupta, quia dos non tantum
neceſſaria eſt maritandam feminam, ſed etiam ad ſuſtinenda
onera matrimonij, l. dotis fructum, 7. in princ. ff. de iure dot. l.
pro oneribus, 20. D. De iure dot. Quamuis igitur vna ratio,
vel cauſa finalis deficiat in iam nupta, non tamen deficit alte
ra. Ideò adhuc firma debet manere diſpoſitio legis, vt eſt Gl.
valde notabilis, & ſingularis, in c. Si verò etiam rationabiliter,
26. ſup. verb. Confuſione, in Nouel. 22. de nupt. Et hanc ſen-
tentiam Glo. tenet. Io. de Imo. & Ludo. Rom. ibi Bal. & Ang.
in Auth. res, quæ C. communia de legat. Iaſ. in Auth. præterea
nu. 8. C. vnde vir, & vxor. Iaſ. hic, nu. 96. & Campeg. in tract.
82 dot. 1. part. 13. quæſt. 3. Ampliate prædictam regulam, quod
b maritus poteſt *b* expellere vxorem, ex quo pater non dedit
dotem, vt inquit Bal. in l. ſi donaturus, 9. in prin. ff. de condict.
cauſ. dat. & facit tex. in l fin. ibi (à viro forſitan repelli,) C. ad
Senatuſconſ. Velleian. & in ea. Per veſtras, 7. ext de don. inter
virum, & vxorem, vbi Abb. num. 4. hoc expreſſa notat, quia
ex dote tenetur ſuſtinere onera matrimonij, d. l. pro oneribus
C. de iure dot. Poteſt igitur recuſare hæc onera, ex quo non
habet vnde ſumat emolumenta & videtur hoc ibi limitari, vt
procedat quando dos fuit marito promiſſa: alias non, quia
tunc tenetur etiam in dotatam vxoré tractare maritali affe-
ctu ſecundum ſtatum perſonæ, vt volunt Innoc. & Abb. in d.
c. per veſtras, per tex. in l. quod ſi nulla, 28. ff. de relig. & ſump.
fun. & Maynerius, in l. in ambiguis, 85. num. 11. ff. de regul. iu-
ris qui ſubijcit, quod licet videantur hęc procedere de iure fo-
ri, non tamen de iure poli. Et certe maritus conſiderare debet
ſe cum coniuge vnam eſſe carnem cap. Martinus 4. extr. de
co. ſpi. & facit tex. iunct. Gloſ. in l. ſi cum dotem, 22. § ſi mari-
tus ſup. verb. Participem, ff. ſolut. matrim. & concordiam cõ-
iugalem omni lucro præferi debere, vt eſt elegans text. in l.
reprehendenda, 5. C. de inſt. & ſubſt. & add. pulchram Gloſ. in
c. fin. ſuper verb. Coſta, 33. quæſt. 5. mulierem non eſſe factam
ex capite viri, ne eſſet domina, nec ex pede, ne famula, ſed ex
83 coſta, vt ſit ſocia mariti. Nec etiam propter dotem non ſolu-
tam matrimonium ſolui poſſe conſtat, per tex. in ca. Sed à no-
bis 18. verſ. Si quis enim duxerit, Nouel. 22. de nupt.

Qui dotare teneatur.

84 4. Pro ampliatione huius concluſionis quęritur. An ſi filia
c ſine *c* conſenſu patris nubat, pater teneatur eam dotare? De
Iure ciuili, quod ad legitimum matrimonium filiarum con-
ſenſum parentum requirit, videtur dicendum, quod non. Sed
quia de iure Canon. non de neceſſitate, ſed honeſtate requi-
ritur, & conceditur filiabus, nubere ſine conſenſu parentum,
c. Sufficiat, 2. cauſ. 27. quæſt. 2. c. Honorantur, 13. cauſ. 32. q. 2.
concludunt Canoniſt. & comm. DD. ſi filia nupſit viro digno,
etiam patre contradicente, patrem à dote præſtanda non ex-
cuſari, vt eſt Glo. in c. Hoc ſanctum, 16. cauſ. 32. q. 2. & in cap.
De raptoribus, 3 cauſ. 39. q. 1. Pan. in c. Cum cauſa, 6. extr. de
rap. Ex quibus colligitur. I. Limitatio ad hanc concluſionem,
quod filia nubente viro indigno contra honeſtatem familiæ,
pater non tenetur eam dotare, vt eſt Glo. in d. c. De raptorib.
ſuper verbo, Excuſata, quam ſequuntur Iaſ. hic num. 118 &
Zaſ. & Mayner. in d. l. in ambiguis, num. 8. ff. de reg. iur. arg. l.
non tantum, 1. § ſi emancipatus, 5. ff. de bon. poſſ. contra tab.
85 II. Limitatio eſt, quando pater inops, vel multis debitis inuo-
lutus, ita vt facultates ipſius non ſufficiant ad dotandam filiã,
tunc non poteſt cogi eam dotare, imò ſi conſtituat filiæ do-
tem, dos erit nullam ſecundum Bald. in l. fin. C. de dot. prom.
per text. in l. ait prætor, 10. §. ſi cum mulier, 14. & in l. fin. §. ſi à
ſocero, ff. quæ in frau. cred. vbi expreſſis verbis habetur, quod
pater in fraudem creditorum non poteſt conſtituere filię do-
tem. Eſtque ratio in promptu, dos enim debet conſtitui ſe-
cundum qualitatem perſonarum, & quantitatem patrimo-
nij, ſeu facultatem patris, in l. quæro, 60. & 11. l. cum poſt, 4. §.
gener. ff. de iur. dot vbi ergo non ſunt facultates, ibi non poteſt
cadere conſtitutio dotis, cum non entis nullæ ſint qualitates,
86 de quo vide Iaſ nu. 16. III. Quando filia eſt ingrata, tunc pater
non cogitur eam dotare, quia perſona patris filiæ ſemper ſan-
cta, & honeſta videri debet, l. liberto, 9. ff. de obſeq. a lib. &c. Et
ingratitudo tollit debitũ naturæ, ita vt propter eã filius exhæ-
redari poſſit, ſup. de exh. li. add. elegans à Panor. in c. ſi ext. de
don. relatum, D Bernardi dictũ, quo ingratitudo vocatur ven
tus vrens, ſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fru
ctum gratiæ. Cęterum, ſi filia iam dotata efficeretur ingrata,
non propterea dos reuocari poſſet, de quo Iaſ. hic, nu. 117. &
87 Zaſ. 33. IV. Quando filia eſt *d* diues, habens bona aduentitia,
d tunc fruſtra petet dotem à patre, maxime ſi pater non ſit ita
diues, vt tenet Bald. in l. mulier, 22. §. cum proponeretur, ff. ad
Senatuſc. Treb. Sicut in ſimili, licet pater teneatur alere libe-
ros tamen ſi filius aliunde poteſt habere alimenta, vt ex artifi
cio, vel operis ſuis, pater non tenetur eum alere, l. ſi quis à libe
ris, in 5. in princ. verſ. Sed ſi filius, 7. ff. de lib. agnoſc. Et pote-
rit ei pater dicere: Qui non laborat, non manducet, vt inquit,
Glo. in l. quamuis, 10. ff. de dam. infec. Multo minus igitur pa-
ter filiæ diuiti dotem conſtituere compelli poterit, cum ma-
ior ſit ratio alimentorũ, quæ etiam de iure naturali debẽtur,
quam dotis. De hoc tamen ſunt opiniones, quia in contrariũ
fortius

ADDITIONES.

a *Stipulatio tacita.*
b *Ob dotem non ſolutam poteſtne maritus eodem modo alimen-*
ta vxori denegare. Vide Gaylum, 2. Obſer. 87. Num alimenta
præſertim ægrotæ præſtare cogitur? Cogitur. Vide, §. itẽ ſi quis
in fraudem, nu, 33. ſup. hoc eo tit. An, & idem fugienti ob ma-
riti ſeruitium. Planè, vt dictum eſt ſup. tit. de nup. par. 4. nu 18.
Eſt, & hoc notandum, vxori tacitam hypothecam competere
pro alimentis, vt hoc eo. §. dictum eſt ſup. num. 39.
c *Filia inſcio, vel inuito patre nubens an dotanda, ſit vide Gayl.*
2 Obſeruat. 95.
d *Quid? Eo caſu, qui dotem promittit intelligitur ne ex ſuis bo-*
nis dotem promittere, an potius ex bonis, ipſius mulieris locu-
pletis? Et quid in patre, matre, paruo muliere, auia, filiofa-
mil. Vide Conein. 2. qu. 4. Et an dos tacite conſtituta intellega-
tur, vide ib. qu. 5.

Digitized by Google

fortius ſtringit tex. in d. l. fi. C. de dot. prom. de quib. vide hic
88 Iaſ. nu. 100. per aliquot col. V. Pater non tenetur dotare filiã,
quæ peccauit in corpus ſuũ, vt inquit Campeg. in tract. dotis,
in 1. par. 13. q. n. 3. cum & filia meretrix exhæredari poſſit, l. ſi
filiã, C. de inof. teſt. Quod limitate. 1. Niſi pater diſtulerit eam
meritare poſt 25. annos Auth. ſed ſi poſt, C. de inof. teſta. vbi
Paul. de Caſt. inquit, magnũ eſſe periculum in habente filias
nubiles, ſi vltra 25. annum differat eas meritare. 2. Niſi filia
pœnitentiã egerit, ſe. Spec. in tit. qui filij ſint egit num. 16. arg. l.
Imperialis, 23. C. de nupt. Quod quantũ naturæ noſtræ poſſi-
bile eſt debemus imitari beniuolentiam, & nimiã clementiã
Dei erga genus humanũ, qui quotidianis hominum peccatis
ſemper ignoſcere, & pœnitentiã noſtram ſuſcipere dignatur,
ad l. D. 5. ff. ad l. Pomp. de patic. vbi dicitur, patriam poteſtatẽ
in pietate, non in atrocitate conſiſtere debere. VI. Pater filiã
89 hæreticã, vel Iudæam dotare non cogitur, vt eſt gl. ſing. in l.
ſi vero, 9. ff ad in rem verſo. per tex. in l. cognouimus, 19. C. de
hær. vbi diſponitur, filios hæreticos non ſuccedere parentib.
ſiue orthodoxis, ſiue hæreticis, ſed omni beneficio repelli, &
90 fiſcum ſuccedere. VII. Pater à naturalis tantum nõ *a* tenetur
a dotare filiam naturalem tantum, ita Bar. poſt tex. iuncta Glo.
in l. vxorem, 41. §. pater naturalis, 11. ff. de le. 3. & Bal. in l. fin.
C. de dot. pro. Quod intelligite, niſi filia naturalis eſſet inops.
Nam ſicut tũc pater eam alere tenetur, Auth. licet, C. de nat.
liber. ita quoq; conſtituere dotem, ad condignam quantitatẽ,
ex qua poſſit alimenta ti, ita Bal. in l. neq; mater, 14. C. de iure
dot. & hoc Campeg. in tract. dot. in 1. par. 17. q. intelligit pro-
cedere, ſi pater naturalis eam non vult alere, vt nũc teneatur
ei dare dotem: ſecus ſi mallet ſingulis annis præſtare alimẽta,
91 add. hic Iaſ. nu. 104. VIII. Colligitur limitatio ad prædictam
b regulam ex q. quã quæritur, ſi filia ſemel *b* dotata a patre, &
dos conſumpta ſit, an pater denuo eam dotare cogatur? Hanc
quæſt. mouet Bar. in l. ſi cum dotem, 22. §. ſi poſt ſolutum, ff.
ſol. matr. Et communiter ita diſtinguit. Aut dos eſt perdita
culpa filiæ, & pater eam redotare non cogitur, arg. l. fideicõ-
miſſa, 11. § ſi quis decem, 18. ff. de leg. 3. & l. boues, 89. §. hoc
ſermone, ff. de verb. ſignif. Aut ſine culpa filiæ eſt perdita dos
& tũc in eodem matrimonio non tenetur eam redotare, ſed
ſi tranſiret ad ſecunda vota, pater denuo eam dotare cogere-
tur, de quo vide pulchre Paul. de Caſt. Iaſ. poſt Bald. & alios
in Auth quod locum, C. de col. Ang. hic. n. 20 Iaſ. 135. & Zaſ.
hic, qui dicit hunc caſum eſſe notandum, quia contingit ſibi
in ſua filia. Ad e Camp. in 1. p. tract. de dote, in 15. q.
92 Circa prædicta videndum eſt de matre, An ipſa officio iu-
dicis compelli poſſit ad dotandã filiam? Et breuiter dic, quod
non, Nec enim maternum, ſed paternum eſt officium dotare
filia, d. l. neque mater, C. de iure dot. niſi forte mater eſſet di-
ues, pater vero inops: ſicut etiam tunc tenentur eam alere,
d. l. ſi quis à liberis, §. ergo, & matrem, 4. ff. de lib. agnoſc. vel
niſi mater eſſet Iudæa, vel hæretica, nam tunc cogitur filiam
Chriſtianam dotare, ſec. Gl & Doct. in d. l. neq; mater tex in
93 d. l. cognouimus, C. de hæret. Quid autẽ contra, An filius te-
neatur dotare matrem viduam? Et videtur dicendum quod
ſic, quando mater eſt inops, & non habet vnde ſe dotet; cum
tunc alenda ſit à filio, l. 1. C. de alien. lib. & hoc naturali ratio-
ne, qua aſtringimur, vt benefacienti benefaciamus, l. ſed & ſi,
§. conſuluit, iuncta Glo. ſuper verbo. Obligauerunt, ff. de pet.
hæred. Quod procedit, etiamſi parentes infideles ſint & ban-
niti, ſec. Glo. in c. *Si qui* filij, 1. d. 30. Licet enim pater impius,
& contẽptor legum ſit, tamen pater eſt, vt inquit text. in c. *Si*
vero contigerit, a. Nouell. 7. de inceſt. nupt. Contrarium ta-
men de iure videtur eſſe cautum, in l. tutor ſecũdum dignita-
tem, 13. §. in ſoluendis, ff. de adminiſtr. tutor. & in l. 1. § præter
ea, 4. ff. de tutel. & rat. diſtrah. & in l. ſi vineæ, 3. C. de præſcr.
long. temp. & in l. ſi à matre, 13. C. de iur. dot. vbi mater dan-
do res filiorum ſuo marito pro dote, non præiudicat filijs, &
ſuadet ratio, vt propter egeſtatem matris filius non teneatur
ſibipſi iniuriari, arg. l. præſes, 6. C. de ſer. & aqu. Sed ſecundo
94 nubendo mater facere videtur iniuriam filio primi matrimo
nij, c. Deinceps autem, 20. §. ſoluta, Nouel. 22. de nupt. Imo &
marito defuncto, patri ipſius filij, cap. Si autem tutelam, 40.
verſic. Nos autẽ miramur, d. Nouel. de nupt. Hinc & adhuc
hodie valet legatum vxori ſub cõditione viduitatis relictum.
Auth cui relictum, C. de ind. vid. tol. Et ratio iſtius Auth. ſec.
Bal. ibi eſt, quod mulier contenta vnico matrimonio eſt exẽ-
plum honeſtatis, & honeſtas ipſa plus conducit Reip. quam
multiplicatio hominum. Et Pau. de Caſt. ibi ſubijcit, ſecundas
nuptias eſſe ſignum incontinentiæ. Eſt igitur hoc caſu diuer-
ſa ratio inter alimenta, & dotem, d. l. tutor, §. in ſoluendis, cũ
& lex multũ diffidat de matre cõuolante ad ſecũdas nuptias,
quod nouis maritis non ſolum res filiorum ſed etiã vitã ad-
dicat, vt inquit Imp. in l lex quæ tutores, 22. §. ſerui, verſ. Lex
enim, C. de admin. tuto. add. Mayn. in d. l. in ambiguis, nu. 19.
95 ff. de reg. iur. Quid autem de fratre? An is ſororem dotare co
gitur? Ad hanc q. ex l cum plures, 12. §. cum tutor, ff. de admi-
niſt. tut. reſponderi poteſt, primo, quod frater non teneatur
dotare ſororem ex alio patre natam licet ex eadem matre per
tex. ibi. Secundo, quod nec ſorori ex eodem patre natæ dotẽ
conſtituere cogatur, vt determinat. Bal. in d. leg. fin. C. de dot.
prom. & ſequitur hic Iaſ. n. 105. quia non maternũ, multo mi-
nus fraternum, ſed paternum eſt officium filias dotare, d. l. fi.
Hanc tamen poſteriorem reſponſionem limitare poſt Gl. in
d. §. cum tutor, ſup. verb. Alio patre procedere, I Quando ſo-
ror ex eodem patre nata habet proprium patrimonium, ſecus
ſi eſt inops, & non habet vnde dotari poſſit. Tunc enim fra-
ter eam dotare compelli poteſt, ſec. Gl. poſt tex. ibi, (ſumpto
argumento a contrario ſenſu) & Glo. in l. non omni, 16. in fi.
C. de adminiſt. tut. cum & frater teneatur alere fratrem ino-
pem, vt eſt Gl. per tex. in l. qui filium, 4. ff. vbi pupil. edu. deb.
Add. Campeg. in tract. dot. in 1. parte in 25. quæſt. II. Quando
96 frater, & ſoror poſſident adhuc commune patrimonium, vt
eſt gl ſuper d. verbo, Alio patre & tunc intelligitur eam dota-
re de patrimonio, & parte ſororis, tanquam negotiorum ge-
ſtor, vel debitor, arg. l ſi. ff. de pet. hæred. Licet alias frater, &
quilibet alius dans dotem, qui non ſtipulatur eam ſibi reddi,
donare intelligatur, l. vnica, §. accedit, 13. Cod. de rei vxo. act.
quod hoc caſu non eſt præſumendum, cum donatio nun-
c quam ſit præſumenda, quotieſcunque alia *c* coniectura capi
poteſt, vulgar. l. cum de indebito, 25. in princ. verſ Quæ enim
ſoluit, ff. de prob. add. Campeg. in tract. dot in 1. par. in 24. q.
III. Quando pater in teſtamento aſſignauit, vnde filia dotari
debeat, tunc frater tenetur eam de iſtis bonis dotare, ſec. Gl.
ſup. d. verbo, Alio, & non pulcherrimum caſum, (vt inquit
Bart. in d. l. qui filium, ff. vbi pup. edu deb.) ſi pater filio hærede
inſtituto, relinquit in teſtamento filiæ dotem, quod frater te-
97 netur interim alere ſororem, nec poteſt deinde illa alimenta
ſorori nubenti imputare in dotem. IV. Quando introducta
conſuetudo ita ſuadet, quæ circa dotandas ſorores omnino
ſeruanda eſt, vt dicit D. Henrig. God. in conſ. 5. de dote, mihi
fol. 264. n. 7. per Gl. in l. tam de mentis, 28. ſuper verbo, Nobi-
liores, C. de Epiſcop. aud. Et Abb. in cap. 1. extr. de adult. nu. 4.
dicit, in his attendi conſuetudinem, ſecundum puellę dignita-
tem, & eius facultates, ſicut in his terris Saxo. de conſuetu-
dine introductum eſt, quoties pater nobilis decedit, non reli-
ctis bonis hæreditarijs, ex quibus filia commode pro ſtatu, &
conditione ſuæ perſonæ dotari poteſt, vt licet feuda in dotem
dari non poſſint, §. donare, qualiter olim feu. alien. pote. ta-
men fratres iſto caſu teneantur dotare ſorores de bonis feu-
dalib. ſecundum dignitatem natalium patris, & quantitatem
bonorum feudalium, quod etiam ad extraneos ſucceſſores
feudi pertinet, quando nobilis ſine legitimis hæredibus ma-
ſculis decedi., & feudum, vel ad dominum reuertitur, vel ad
agnatos, ſimul tamen inueſtitos, vel etiam extraneos prorſus,
quia à domino obtinuerunt in inueſtituram. Vt exempli gra-
tia, ſi nobilis abſq; hæredibus maſculis feudi capacibus dece-
deret, & bona feudalia ad agnatos ſimultaneam inueſtituram
habentes, aut plane extraneum, qui domini gratia ea impe-
traſſet, deuoluerentur, & filia ex bonis allodialibus ſecundum
dignitatem, & conditionem patris, & æſtimationem bonorũ
feudalium ſufficienter dotari non poſſet, tunc ſucceſſores in
feudo filiam ex bonis feudalib. parentis elocare, eique dotem
dare tenentur. Quæ vero eius dotis quantitas eſſe debeat, id
in iure expreſſum non inuenitur: verum per dominum ſecũ-
dum rationem prædictam æſtimari, atque taxari conuenit.
Et ita pronunciatur, vt habetur ſentẽtia Scabin. Lipſenſ. poſt
[Landr.] ſua Rub. de diuiſione fratrũ, & dote ſororum ex bo-
nis feudalibus: vbi ſubijcitur, ſi feudum ſit valoris trium mil-
98 lium coronatorum Hungaricorũ, tunc ſororib. dotis loco ad
minus quadringentos aureos conſtituendos eſſe. Sed hæc ſẽ-
tẽtia relinquenda eſt arbitrio iudicis, ſeu domino iſtius feudi.
Et

ADDITIONES.

a *An ſpuriam filiam pater dotare teneatur, vide Gayll. Obſeruat. 88.*

b *Pater an teneatur filiam dotare quam ſemel dotauit, vide apud Cephalum, 2. conſ. 169.*

c *Hic autem alia capi poteſt, nempe dotem ex communi patrimonio eſſe datam. Secus, ſi frater donaſſet nullum patrimonium cum ſorore commune habens: tunc enim donare intelligitur.*

Et hæc procedunt quando nobilis relinquit bona allodialia:
nam illis relictis ſi commode poterunt filię inde dotari, eo ca
ſu bona feudalia grauantur, vt habetur in dicta ſententia Lip
ſenſium, & in alia ſententia ibidem ſub Rubr. [Vvas zur ge-
99 rade, morgengabe, muſſtheyl vnd Erbgehorer, &c.] Sed
iam occurrit pulchra quęſtio, quando fratres poſſint à ſorori-
bus cogi ad numerandam dotem de bonis feudalibus, an etiã
priuſquam nubant? Et breuiter dic, quod non. Licet enim
matrimonium poſſit eſſe ſine dote, tamen dos ſine matrimo-
nio eſſe non poteſt, vbi matrimonium nondum eſt contra-
ctum, vel etiam propter aliquod impedimentum, vt conſan-
guinitatis vel aliud contrahi non poteſt, ibi nec dos eſſe, nec
conſtitui poteſt, text. ſunt expreſſi in l. 3. & in l dotis appell. 3.
ff. de iure dot & in l. inneſtæ nuptiæ, 52. ff. de ritu nupt & in l.
cum multæ, 20 in med. verſ enim, C. de dota ante nupt. Qui-
nimo, & ſi dos ſoluta eſſet, matrimonio nõ ſubſecuto, dos da-
ta ob cauſam matrimonij per hanc actionẽ ex ſtipulatu pro
dote repeti non poteſt, ſed per condictionem ob cauſam da-
torum, l. 1 cum ibi not. C. de cond ob cauſam, & vide hic An-
gel. nu. 23. & conſtit. D. Henning God. de dot. 5. Interim ta-
men debens ſorores à fratribus ali, quæ alimenta non debent
poſtea computari in dotem, vt ſupra dictum eſt, per text. in l.
qui filiom, 4. ff. vbi pup. ed. deb. & ita pronunciatur, vt eſt ſen-
tenria ſop Rubr. [Vvas zur gerade, &c.] vbi dicitur: Iuxta ta-
men practicam, & vſum communem, debent fratres ſuſten-
tare ſorores, & victu, & ornatu, ſecundum qualitatem patri-
monij, & conditiones perſonarum, vel apud matrem, vel in
alio loco honeſto, donec matrimonia contrahant. Et tunc
eas de bonis feudalibus dotare, ſinguliſque prædicto modo
congruam dotem aſſignare tenentur. Et hæc quotidiana,
iuxta conſilium Iuriſconſulti, in l. legauit, 25 ff. de lib. leg. di-
ligenter ſunt notanda.

Quando competat hæc actio.

100 Redeundo nunc ad principalem quæſtionem. Contra
quos hæc actio competat? Quinto loco ſciẽdum eſt, eam da-
ri vxori contra maritum, & eius hęredibus, pro dote data re-
ſtituenda. Et hoc regulariter fit, quando matrimonium eſt
ſolutũ per diuortium culpa mariti, quo caſu vxor repetit do-
tem, & lucratur etiam donationem propter nuptias, l. conſen-
ſu, 8. §. ſi vero, C. de repud. & in c. Plerumque, 4. ext. de do-
nat. inter virum, & vxor. vel per morté mariti. De iure enim
communi, vt ſæpe dictum eſt, dos ſoluto matrim. vxori, vel
eius hæredib. reſtituenda eſt, iuxta d. l. dos a patre C. & l. 2. ff.
a ſol. matr. Aliquando *a* etiam conſtante matrimoni hæc actio
b contra maritum locum habet quando is vergit *b* ad inopiam;
quia tunc vxor poteſt exigere dotem, quo ſeruetur pro one-
ribus matrimonij, vt ſcilicet ipſa cum marito, & liberis ex fru
ctibus dotis alatur non vt vxor eam conſtante matrimonio
alienare poſſit, text. eſt in l. vbi autem, 29. C. de iure dot. &
vide Abb. poſt tex. in c Per veſtras, 7. nu. 12. ext. de donat in-
101 ter v.rum, & vxor. Hinc ſumpta occaſione quæritur, infra,
quod tempus dos ſoluto matrimonio ab hæredibus mariti ſit
vxori reſtituenda. Et Imperator in d. l. vnica, §. cum autem, 7.
verſ. Exactio, ita diſtinguit: Aut dos conſiſtit in rebus immo-
bilibus, & illico, poſtquam matrimonium ſolutum eſt, reſti-
tui debet. Quod tamen cum temperamẽto aliquo temporis,
vt inquit Iuriſconſultus in l. quod dicimus, 105. ff. de ſolu. in-
telligendum credo, per Auth ſi. C. de ſepul. viol. vbi diſponi-
102 tur, non debere creditores infra decem dies poſt mortem
defuncti debitoris, petere debitum, & moleſtare hæredes de-
functi. De iure vero Saxon. infra decẽ dies. Nam ante 30. diẽ
nemini tenetur hæres reſpondere, ſeu quidquam perſoluere,
vt habetur in art. 15. lib. 3. & Gloſ. [Vveichbild] artic. 23 in 4.
col. quod ad dictam Auth. ſiu. notabilis. Aut dos conſiſtit in
103 rebus mobilibus, vt in pecunia, & tunc hæredes mariti ha-
bent dilationem anni ad reſtituendam dotem. De ratione
diuerſitatis vide Bart. in l. diuortio, (quæ al §. 1. l. fructus, 7.)
§. interdum, 15. ff. ſol. matr. Et hoc poſterius membrum limi-
tat Angel. hic nu 7. niſi per maritum fuerit dos vxori legata.
Licet enim non videatur valere tale legatum, quando debi-
tor legat creditori hoc, quod ei debet, §. ſi quis debitori, 13. &
§. ex contrario, ſupr. de leg tamen propter commodum reſti-
tutionis valet legatum dotis, §. ſed ſi vxori, 15. ſup. de leg. Sed
quæritur, an infra annum poſt ſolutum matrimonium mu-
lier ali debeat ab hæredibus mariti? Et communis eſt opinio,
quod ſic, quando vxor non habet alias, vnde ſe alat. Ita eſt
Gloſ. in d. l. diuortio, in princ. ſup verb Pacto, ibi Bartol. &
alij, & Gl. in d. l. vnica, § cũ autem, 7. verſ Exactio, ſuper verb.
Reſtituendus, C. de rei vxo. act. Et cũ hoc caſu hæredes quo-
dammodo dicãtur ſuſtinere onera matrimonij, propter pre-
ſtationem alimentorum, lucrantur etiã fructus, per regulã iu-
ris: (Qui ſentit onus, &c.) Et prædicta concluſio limitatur,
104 I. Niſi hæredes mariti velent incontinenti ſoluto matrimo-
nio reſtituere dotem, non expectato lapſu anni ſicut facere
poſſunt, quia enim illa dilatio in metum fauorem hęredũ in-
troducta eſt: ergo ei renunciare poſſunt, vulg. l. ſi quis in con-
ſcribendo, 39. de pact. II. Niſi vxor viduitatem deſideret.
Quippe ita demum vxor eſt alẽda ab hæredibus mariti, ſi ma-
net in viduitate, alias non. Ita Cyn. in l ſi. C. de bon. matr. re-
fert, & ſequitur Iaſ. hic, nu. 25. III. Niſi anous exceſſerit. Nam
poſt annum vxor ali non debet, ſed ſibi imputet, quod dotem
non repetit, cũ elapſo anno dilatio data lege heredib. mariti
ſit finita, & mulier agere poſſit nulla exceptione obſtante, ni-
ſi hæredes poſt annum interpellati different ſoluere doté, de
quib. latius vide Plat. hic, n. 16. Ang nu. 8. Iaſ. 23. cum aliquot
ſeq. & tract. Campaz de dote, in 1. par. in 16. 17 & 18. quæ, &
add. Ang. hic, num. 8. vbi tradit, an & quando conſtante ma-
trimonio vxor à marito ſit alenda. Tandem datur hæc actio
etiam contra patrem mariti, cum diſtinctione tamen. Quan-
105 doq; enim pater recipit dotem à nutu nomine ſuo, & tene-
tur pater in ſolidum, non filius, niſi hæres patris, l. ſi cum doté,
22. §. tranſgrediamur, ff. ſol. matr. & eatenus, quatenus eſt hę-
res, l. cum à matre, 14. C. de rei vind. Quandoque pater rece-
pit nomine filij tãtum, hoc expreſſo, quod ipſe nolit eſſe obli-
gatus & tunc ſi filius ratum habet, tenetur ipſe filius ſolos, d.
§ tranſgrediamur. Quandoque pater recipit dotem ſuo, & fi-
lij nomine, & tunc vterque tenetur, d. §. tranſgrediamur, & l.
fin. C. de du. cauta non num de quu latius vide Doct. in d. §.
tranſgrediamur, & Ang hic, n. 43. in fin.

Ad quid hæc actio competat.

106 Ad tertiam quæſtionem principalem, videlicet. Ad quid
hæc actio competat? Breuiter ex ſupradictis reſponderi po-
teſt. Nam ſi à parte mariti inſtituatur contra vxorem, ſocerũ
vel extraneum. dotem promittenté, datur. I. Ad præſtandam,
dotem, d. l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxor. act II. Pro eui-
ctione dotis, d. §. & vt plenius, ibi, (rebus dotalibus euictis, de
quo ſupra circa priuilegiũ tacitæ hypothecæ dictum eſt. III.
Ad fructus dotis, pro oneribus matrimonij d. l. pro oneribus,
C. de iur. Dot. IV. Ad aliquid pro dote non ſolum à tempore
moræ, de quo ſupra circa primum priuilegium huius actio-
nis dictum eſt. Econtra quando vxor agit contra maritum,
ſocerum, vel eius hæredes, datur hæc actio. 1. Pro dote reſti-
tuenda, d. § & vt plenius. a Ad donationem propter nuptias,
quam vxor, vel vigore pacti, vel ſtatuit lucratur, l. vbi adhuc,
29. cum Authent. ſequen. C. de iur. dot. 3. Ad bona parapher-
nalia, d. l. vbi adhuc, ibi, (pro rebus extra dotem cõſtitutis. 4.)
Ad vſuras dotis debito tempore non reſtitutæ, ſecundum iu-
ra ciuilia, quia ex vtraque parte hæc actio eſt bonæ fidei, d. §.
& vt plenius.

Requiſita in hac actione.

107 Qood ad quartam quæſtionem attinet. Quę ſcilicet requi-
rantur ad hoc, vt iſta actio locum habeat? Sciẽdum eſt à par-
te mariti agentis ad dotem præſtandam, duntaxat requiri le-
gitimum matrimonium eſſe contractum: quia dos ſine ma-
trimonio eſſe non poteſt, dict. l. 3 ff. de iure dot. A parte vero
vxoris, ſoceri & extranei repetentis dotem, requiritur, vt ma-
trimonium ſi ſolutum, vel per diuortium, vel per mortem:
quia conſtante matrimonio hæc actio non habet locum, niſi
quando maritus vergit ad inopiam, d l. vbi adhuc, & l. ſi con-
ſtante, 24. in princ. ff. ſol matr. aut alius caſus interuenit, ex ijs,
cui notantur per Gl. in l. 2. in princip ſuper verbo, Dos debet,
ff. ſol. mat. tum vt non ſit pactum aliquod factum de lucran-
da dote, neq; ſtatuto caueatur, quod ſolut. matrim. per mor-
tem vxoris, maritus debeat lucrari dotem, vt conſtat ex toto
tit. C. de pact. cont. Et circa hoc quæritur.
108 Si ſtatuto caueatur, vt vxore præmoriẽte maritus lucretur
dotem.

A D D I T I O N E S.

a *De dote conſtante matrimonio ob viri inopiam repetenda, vide Gayllum 2. Obſeru. 83. Quid ſi mulier ſcienter nubat mar ito obarato, an eo caſu dotem etiam conſtante matrimonio repetere poſſit: Vide Gayllum 2. Obſeru. 84. Quid ſi maritus locupletior poſtea factus ſit, poſſit ne dotem ex cauſa inopiæ mulieri reſtitutam repetere? vide ibid. Obſer. 85.*

b *Quid ſi confiſcata ſint mariti bona, debetne mulier dotem ſuam ſaluam habere? Vide Gayl. 2. Obſer. 86.*

a dotem: An etiam habeat locum in a ſponſo, quando ſponſa, quæ ei deſponſata eſt per verba de præſenti, moritur antequã traducatur ad domum mariti: Et videtur dicendum quod ſic 1. Quia ſponſa de præſenti proprie eſt vxor. c. Sufficiat, 2. cum ſeq cau. 27. q. 2. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit, l. nuptias, 30. ff. de reg. iur. 2. Quia etiam in materia odioſa & pœnali, ſub vxore comprehenditur ſponſa, l. ſi vxor, 13. §. diuus, ff. ad l. Iul de adult. & in l. eum qui duas 18. iuncta Gl. 1. C. ad leg. Iul. de adult. Ergo multo magis in cauſa fauorabili, 3 Quia ſatis hoc videtur probari per textum expreſſum, in l. cui cum fuerit, 15. ff. de cond. & demonſtr. vbi lectatum relictum, ſi Berta nupſerit, vni ex familia teſtatoris, ſtatim ei debetur, vbi tantũ ſponſalia contraxerit licet nondum venerit in cubiculum mariti. Et vide hic Ang. n. 35. qui refert pro hac ſententia duodecim fundamenta Quibus tamen non obſtãtibus contrarium tenendum eſt. Et principalis ratio huius deciſionis eſt, quia mens, & voluntas ſtatuti vult maritum ſuccedere in dote vxori defunctæ in recompenſationem onerũ quæ ſubijt. Sed illa onera matrimonij nunquã dicitur ſubire, niſi matrimonio conſummato. Hinc illud quod dicitur, maritũ percipere fructus dotis, intelligendum eſt, quatenus ſentit onera matrimoni, alias non, vt eſt tex. iun. Gl. 1. in l. dotis fructum, 7. ff. de iur. dot Et ſtatuium exorbitans à iure cõmuni, in potiori ſignificatn accipi debet, l. 1. ff. ſi aget vect. Nec obſtant in contrarium adducta, licet enim ſponſa dicatur vxor, non tamen ſit ſtricte attento cõmuni vſu loquendi, quo ſemper appellatur ſponſa nondum carnaliter cognita, & quia verba ſtatuti ſunt magis proprie, & ſtricte accipiẽda, vt not. in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. Ideo, &c. Item appellatione vxoris venit ſponſa, niſi ſubſit ratio diuerſitatis, vt eſt text. in l. vxoris, 9 iuncta Gl. & l. ſeq. ff. de his, qui not. infr. Vnde cum eadem ſit ratio ind. l. ſi vxor §. diuus non mirum quod ibi pœna adulterij ab vxore extẽdatur ad ſponſam. Nec obſtat text.
109 d. l. cui cum fuerit quia ibi nimis largis, & generalibus verbis vſus eſt, ſ. ſi nupſerit. Sed in propoſito noſtro ſtatutum vtitur proprijs, & ſtrictis verbis. Et ita etiam in his terris Saxonici obſeruatur, vbi maritus tunc lucratur dotem, quãdo matrimonium eſt coniunctione carnali conſummatũ; alias non æque art. 45. li. 1. Et de hac quæſt. vide lat. Bart. in l. nihil, 15. ff. de act. rer. amo. Bal. & alius, in l. Deo nobis, 56. C. de epiſc. & cler. Sal. in l. cum te, 9. C. de donat. ante nupt. Pan. in c. Ex publico 7. ext. de conuerſat. coniung. & Ang. hic. Reſtat tunc libellus, qui ſub hac forma à parte mariti petentis dotem concipi poteſt.

Forma libelli.

110 Præmiſſis præmittendis, Comparens N. breuiter narrat, quod etſi ſocer ipſius N. ante biennium cum actor eius filiã in vxorem duceret, in dotem ei 500. Florenos promiſerit, ac alias iure cautum, patrem teneri à dotandam filiam, tamen reus non attenta diſpoſitione iuris hactenus neutiquam ſuis promiſſis ſtetit, ſed actori 500 florenos in dotem promiſſos numerare diſtulit, vnde his qui onera matrimonijs de proprijs facultatibus ſuſtinuit, iacturam circiter 40. florenos fecit. Quare petit reſponſione facta pronunciari dictum N. teneri actori ad numerationem dotis 500. florenorum, cum refuſione intereſſe damnorum & expenſarum, & eum ad id vrgentibus iuris remedijs compelli, ius, & iuſtitiam, &c.

ADDITIO.

a *Statutum de lucro dotis an locum habeat in ſponſo, vide Gayl. 2. Obſeru. 80.*

a IN a COMPENSATIONIBVS.

§. In bonæ fidei.

1 *Argumentum, & continuatio huius, §.*
2 *Diuiſio, §.*
3 *Quis ſit effectus an actio ſublata ſit ipſo iure, vel ope exceptionis.*
4 *Exceptio opponẽda eſt, quãdo actio per exceptionẽ tolli debet.*
5 *Olim in bonæ fidei iudicijs compenſatio admittebatur ipſo iure, & non in actionibus ſtricti iuris.*
6 *Hodie in omnib. actionib. bonæ fidei, & ſtricti iuris, perſonalibus, & realibus item mixtis cõpenſatio fit ipſo iure, & n. 27.*
7 *Compenſatio quid.*
8 *Quare introducta.*
9 *Vbi non poteſt fieri compenſatio, locum habet reconuentio.*
10 *Effectus compenſationis.*
11 *Compenſatio excuſat a mora, & pœna.*
12 *In mora non eſt, qui legitima exceptione ſe tueri poteſt.*
13 *Debitum, quod iure naturali, & ciuili debetur, in compenſationem deduci non poteſt.*
14 *Debitum naturaliter tantum quando compenſari poſſit.*
15 *Debitum ciuile tantum compenſantur.*
16 *Debitum ex teſtamento.*
17 *Debita liquida, item illiquida, quæ de facili probari, & liquidare poſſunt, compenſantur.*
18 *Debitum quando dicatur de proximo liquidari.*
19 *An tempus duorum menſium in compenſatione fiſco opponenda expreſſum, etiam locum habeat in priuato.*
20 *Terminus probationis de iure Saxonico, eſt Sex ſeptimorum & trium dierum.*
21 *Debitum litigioſum compenſari poteſt.*
22 *Compenſatio in delictis, & criminalibus admittitur.*
23 *Dolus cum dolo compenſatur.*
24 *Iniuria verbalis, & an alia verbali repelli poſſit, & nu 25.*
26 *Compenſatio in omnibus actionibus admittitur.*
28 *Quomodo in rei vendicatione compenſatio fiat.*
29 *Cõpenſatio de eo, quod officio iudicis debetur, an admittatur.*
30 *Res fungibiles compenſari poſſunt, & quæ res dicantur fungibiles.*
31 *In quantitate pecuniæ, ſcilicet numerata fit compenſatio.*
32 *Solutio pro auro, & argento, & in pondere, vel maſſa debito, qualiter fiat.*
33 *In contractu retrouenditionis, ſoluitur moneta ſecundum valorem temporis quo reemitur res.*
34 *An pro floreno aureo ſolui poſſit pecunia numerata.*
35 *Compenſatio in alternatiuis obligationibus non procedit.*
36 *Nec procedit quando debitor quantitatis habet facultatem ſe liberandi per ſolutionem speciei.*
37 *Nec procedit ſi quantitas debetur, vt ſpecies.*
38 *Compenſatio generis ad genus an admittatur.*
39 *An in reditibus.*
40 *An qualitas compenſari poſſit.*
41 *Species ad ſpeciem non fit compenſatio.*
42 *Nec ſpecies ad quantitatem.*
43 *Nec in rebus non fungibilibus.*
44 *Plures caſus in quibus compenſatio locum non habet, & num. 45. 46 47. 48. 49. 50. 51. 52. & 53.*
54 *Compenſationis exceptio, an in ferre Sax. loco habeat.*
55 *Compenſatio voluntaria iudicium fieri poteſt.*
56 *Compenſatio neceſſaria debet fieri in iudicio.*
57 *Exceptio compenſationis quando opponenda.*
58 *Exceptio compenſationis, an competat ipſo iure, vel an facto hominis opus ſit.*

1 b CONtinet hic §. materiam b compenſationis, & poteſt ad præced. §§. hoc modo continuari, Supra in §. actionum Imper. docuit actiones alias eſſe ſtricti iuris, alias vero bonæ fidei de quibus hactenus dictum eſt. Et quia plures ſunt differentiæ inter has actiones quas ſup. in d. §. actionum declarauimus, & inter eas olim fuit differentia, quod ad compenſationem, ideo nunc de illa hic ſubijcitur, & per Imper. remo-
2 uetur. Et diuiditur hic, §. in tres partes. In prima ponitur illa differentia: In ſecunda remouetur illa differentia. In tertia excipitur caſus, in quo non habet locum compenſatio.
3 Quod ad primam partem attinet, præmittendum eſt magnum eſſe effectum an actio ſublata ſit ipſo iure, vel an ope exceptionis. Primo enim caſu ſi iudici de hoc conſtat, poteſt ex ſuo officio repellere agentem, quaſi dicat tibi non competit actio quia ſublata eſt ipſo iure, & abſoluere reum ipſo nõ petente, vel excipiente, & ſi iudex latius procederet, proceſſus eſſet nullus, & ſententia lata contra reum eſſet ipſo iure, nulla ſiue aliqua appe. Secus quãdo actio tollitur ope exceptionis. Licet enim tunc in effectus reus non teneatur propter exceptionem, per quam poteſt repellere agentem, tamẽ quia tunc actio adhuc conſiſtit ipſo iure adhuc iudiciũ procedit, & ſententia lata valet, & quãdo ab ea non appellatur, tranſit in rẽiudicatã, ita vt pro veritate habeatur, l. ingenuũ, 25. ff. de
4 ſtatu hom & mãdabitur executioni. Ad hoc igitur, vt iſto caſu actio tollatur, neceſſe eſt, exceptione opponi, vt eſt ordinaria doct. Bart. in l. ſi vnus, 27. §. pactus ne peteret, nu. 15. ff. de pact.

ADDITIONES.

a *De compenſationis effectu adde ſup. tit. quibus modis tollit obl.*
b *Ad hãc compenſationis materiam adde quæſtiones ſequentes an legatũ, vel fideicomiſſũ præſumatur relictu animo compenſandi Mant. Card. 10 de coniect. vlt. vol. 2. paſſim. Et quod opponi poſſit contra ceſſionarium vide l. ſi conſtat, C. de compenſat. 75. & Guid. Pap. q. 667. paſſim vbi multis hoc probat.*

Google

pact. Nec obſtat,le.nihil intereſt,112.ff.de regul. iur, vbi dicit
text.nihil intereſt ipſo iure, quis actionem non habeat,an
per exceptionem infirmetur, quia hoc eſſe verum, ſi fuerit
oppoſita exceptio,quo ad effectum, & obtinendam ſenten-
tiam abſolutoriam. Nihil enim intereſt, ſiue quis conſequa-
tur, eam ipſo iure, ſiue ope exceptionis. Secus quoad obſer-
uationem, ſeu ad proceſſum iudicialem. Fundata enim in-
tentione actoris, fertur ſententia pro actore,niſi exceptio ex
parte rei opponatur, & probetur, cum exceptio ſit actionis
concluſio, l.2.ff.de exceptio. quod non ſic eſt quando, ipſo
iure ſublata eſt actio, vt iam declaratum eſt. His ſic præmiſ-
ſis ſciendum, olim in bonæ fidei iudicijs compenſationem
fuiſſe admiſſam ipſo iure, ideſt hoc ipſo, quo iudex com-
petere compenſationi locum eſſe, ſiue reus opponebat il-
lam exceptionem, ſiue non, ipſo iure, ipſa radice, vel vi tol-
lebatur,& minuebatur actio, & petitio actoris in tantum, in
quantum compenſari debeat, etiamſi iudex reum condem-
naſſet in totam ſummam, poterat, is debitum compenſan-
dn tanquam indebite ſolutum repetere. In actionibus verò
ſtricti iuris, ipſa libera poteſtas iudici non ſic permittreba-
tur, ſed ſtrictus agebatur cum reo. Etiamſi enim iudex ſcie-
bat rem compenſabilem, tamen poterat procedere ad ſen-
tentiam, & valebat proceſſus, & ſententiam tenebat, nec
poterat reum abſoluere niſi appoſita per reum exceptione
illa doli,dolo, ſcilicet facis petendo in quod mox debet reſti-
tuere l.dolo,8.ff.de doli exceptione. Et ſi iudex reijciebat illã
exceptionem etiam oppoſitam, proceſſus ,& ſententia con-
demnatoria, nihilominus valebat, executioni mandabatur
niſi interpoſita appellatione à reo ita ſtrictè, & nude ageba-
tur in ſtricti iuris iudicis circa compenſationem, textum eſt
6 hic in principio. In ſecunda itaque parte huius § Imper. hanc
differentiam tollit, ita ut hodie in omnibus actionibus bonæ
fidei, & ſtricti iuris, perſonalibus, & realibus, item mixtis,
vſque ad conuenientem quantitatem fiat compenſatio, ipſo
iure,poſtquam de iure compenſandi conſtat, ad d.l.fin.C.eo-
dem, quod eſt notabile. Quia ſi poſtea iudex condemnaret
reum in totam ſummam,ſentẽtia ſine appellatione eſſet nul-
la,& debitum compenſabilem indebite ſolutum repeti poſſet
per ea, quæ iam dicta ſunt. Sed ab hac concluſione Imper.
hic,in tertia parte excipit caſum depoſiti, vbi propter exube-
rantiam fidei a parte depoſitarij compenſatio non admittitur
ſicut,& alij ſunt caſus, in quibus de iure communi etiam cõ-
penſatio locum non habet,de quibus poſt text. in dict. l ſi in-
fra latius dicemus.

7 Porro ad intellectum materiæ compenſationis videndum
eſt de quibuſdam quæſtionibus, quas Bald. in d,l.fin.Co.eod.
Plat & Angel. hic monent. Ac primo quid ſit compenſatio?
Cuius definitionem tradit Iuriſconſul in leg. 1 ff.eodem vbi
compenſatio dicitur eſſe debiti,& crediti,inter ſe contributio
ſubaudi.ſecũdum Plat & Caſt. ibi debiti ſcilicet liquidi, quia
debitum liquidum cum liquido non compenſatur, d.l.fin.&
infra latius videbimus,ſecundum Bald.in d.l ſi.num.8.eſt de-
bitorum hinc inde locu ſolutionis legitima computatio. Cõ-
penſatio enim vim ſolutionis habet l.ſi debitor, 4. ff. qui pot.
in pign.hab.

8 Secundo, Quare ſit introducta compenſatio? Et quidam
Doctorum hic ſup.Gloſ.in verbo, Doli mali,dicunt, æquita-
tem compenſationem fundari ſuper ratione ibi poſita,videli-
cet quod dolo facit, is qui petit id quod mox eſt reſtituturus
dicta leg dolo, ff.de doli except. Sed quia iſta ratio tantum
habet locum quando idem in ſpecie reſtitui debet in materia
autem compenſationis nam idem in ſpecie, ſed tantundem
in genere iſtarum rerum, quæ inter ſe functionem recipiunt
reſtituitur, item melius eſt intacta iura ſeruari, quam poſt
cauſam vulneratam remedium quærere, lege final Codic.
in quibus reſtitutio in integrum, non eſt neceſſario. Ideo
melior ratio aſſignatur iuriſconſulto, in leg. 3. ff.eodem vi-
delicet, quod intereſt noſtra potius non ſoluere, quam ſolu-
tum repetere. Et Bald.in dict.leg. fin rationem ſubijcit ſimi-
lem, quia fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per paucio-
ra, vnde cum hoc poſſit vno iudicio expediri videlicet per
actionem, & exceptionem non debet admitti pluralitas iu-
diciorum, propter ſumptus,labores,& moram iudiciorum,
ſecundum Gloſ. in dict. leg. 3. præſertim cum iudicis offi-
cium ſit, licet diminuere,& eis imponese modum,& finem,
leg. quidam exiſtimauerunt,21.ff.ſi certum petatur le.equiſ-
ſimum,(al.eſt partic.§.3.in leg.ſi cuius rei,13.) iuncta Gloſ.
9 ff.de vſufruct. In caſibus tamen, vbi non poteſt fieri com-
penſatio, ibi reconuentio locum,habet de qua eſt tit. extr. de
mutuis petitionibus,& nota in l.cum Papinianus, 14.iuncta
Authent.& conſequenter. C.de ſenten.& interlocutoria,&c.

10 Tertio, Quis ſit effectus compenſationis. Et dic poſt Plat,
hic, num.5. per eam tolli omnem obligationem naturalem
& ciuilem. Quod enim operatur ſolutio,idem operatur com
penſatio,quia habet vim ſolutionis,d.l.ſi debitor. Sed ſolutio-
ne eius quod debetur,tollitur omnis obligatio,in princ.ſupra
quibus modis toll.oblig. Ergo & compenſatio extinguit om-
nem obligationem,vſque ad conuenientem quantitatem, ita
vt nullæ reliquæ obligationes, maneant etiam ipſo iure, vt
11 hic,& d.l.fin. Item compenſatio habet etiam hunc effectum,
vt excuſet à mora,& eius effectu, quoad impediendum cur-
ſum vſurarum, & ad impediendum pęnam alias ex mora
ſoluendam,vt eſt Gloſ.in leg.ſi conſtat, 4. verſic. ipſo iure in
final. Codic. eodem per text. in leg. cum alter, 11. cum leg.
ſequ.ff eodem,& in leg.etiam, 5.Codic.eodem. Exempli gra-
tia. Quando hæres differt ſoluere legata relicta pijs locis, in-
cidit in pœnam dupli, §.ex maleficijs, in fine, ſupra eodem.
Si hæres nunc conueniatur ad illam pęnam ſoluendam, po-
terit obijcere procuratori generali talium locorum, ideò
non ſolui, quia tu viciſſim mihi es obligatus, & per hoc eui-
tabit hæres pęnam, & ipſo iure hoc caſu ſic ſit compenſatio.
Ex qua doctrina Fab. hic determinat caſum quotidianum de
emphyteota,qui licet à domino poſſit repelli a fundo emphy-
teutico, ſi intra trienuium non ſoluat debitum cannonum,
l.2. C. de iure emphyteut. tamen ſi dominum in tantundem
habeat ſibi obſtrictum, non prohibetur ad euitandam illam
pęnam opponere compenſationem, de quo vide latius hic
12 Plat.num.23 is l.83 Eſtque ratio, quia vbi nulla eſt petitio,
ibi nulla mora cadit,nec is eſt in mora,qui legitima exceptio-
ne ſe tueri poteſt,vt inquit iuriſconſ. in l.lecta, 40 verſic. pe-
nult.ff ſi cert.per.& in l.nulla,88 ff.de reg.iuris,ca. Non eſt in
mora.60.de reg.iur.in 6. Et paria ſunt ſoluere,& compenſare
d.l.ſi debitor, & per prædicta. Ioan. Fab.hic dicit compenſa-
tionem etiam hunc effectum operari,vt promittens ſup.iura-
mento intra certum terminum ſoluere debitum euitet pęnã
periurij, ſi non ſoluat, ſed compenſationem opponat, quod
etiam tenet Bartol.in l.amplius, 15.ff.rem ratam haberi. Sed
quia hæc ſententia, eſt contra expreſſum text.iur. Cannon.in
c.ad noſtram,7.ext.de iureiuran.recedunt ab eo. Iaſ.nu.83.&
Zaſ mihi fol. 141.in fin.

13 Quarto, quæritur poſt Bal.in d.l.fin. numero 19. Plat.hic,
num.7.& Ang.10 quæ debita compenſari poſſit. Et I. Non eſt
dubium. Sic reus conuentus opponat debitum quod ei vtro-
que iure naturali, & ciuili debetur compenſationem admit-
ti,cum & illud ab actore per legitimam actioně petere poſſit
melius autem ſit non ſoluere, quam ſolutum repetere, d.l.3.
ff.eo II. Debitum naturaliter tantum, etiam compẽſationem
14 deduci poteſt,l.etiam,6.ff.eod.niſi tale debitum naturale ex-
ceptione peremptoria elidi poſſit,vt inquit,Paul.de Caſt.in d.
l.etiam qui ſummat tex.ibi hoc mod. Debito naturali per ex-
ceptionem non eliſo poſſet obijci compenſatio, & poſtea de-
clarat,tunc dici per exceptionem noueliſum,cum debitũ na-
turalem nunquam fuit coniunctum cum ciuili debitum. Vt
quando legatũ relictum eſt in teſtamento minus ſolemni,vel
quando aliquis per nudum pactum promiſit mihi, 10. quibus
caſib. oritur naturalis obligatio tantum propter voluntatem
teſtatoris,& conſenſum promittentis. Sed quia lex ciuilis nõ
aſſiſtit nudo pacto,neq; teſtamento minus ſolemni, non ori-
tur ciuilis obligatio, quæ alias ex lege ciuili inducitur, & tale
debitum compenſari poteſt. Si vero aliquando fuit coniũctũ
cum ciuili debito,& ſic peperit actionem,& poſtea ex aliquo
ſuperueniẽte effecto fuit inane,puta per præſcriptionem vel
ſententiam abſolutoriam,per quam tollitur ciuilis,& natura-
lis obligatio remanet inefficax quantum agendum,& ſi peta-
tur tale debitum,poteſt tolli per exceptionem peremptoriam
præſcriptionis, vel rei iudicatæ, & illud debitum compenſari
non poteſt per tex.in l.quæcunq; 14.ff.eo. vbi dicitur. Quæcũ-
que per exceptionem perimi poſſunt in compenſatione non
veniunt,quod etiam latius hic declarat. Ang n. 10. verſ. Quod
15 autem ſi iudex. III. Debitum ciuile tantum, cui aliquid natu-
ralitatis eſt ad mixtum, vt in chirograph. poſt bienniũ de quo
eſt tit.ſup.de lite obl.fec.commun. Doct. compenſatio poteſt
alias in debito ciuiliter tantum non admittitur compenſatio,
quia ſemper aliqua exceptione eliditur,& ideo nec in conſti-
tutum deducitur, l.3.§ ſi quis autem ff.de conſtit.pec. Notan-
dum itaque, de debito ex mutuo cõfeſſato, ſiue ex literarum
obligatione, ante biennium, non admitti compenſationem,
ſed bene poſt biennium quia tunc, ciuilis obligatio ei adiun-
gitur,vt not.in l.in contractibus, 14.in princ. C.de non nume-
16 rata pecun. IV. Debitum nedum ex contractu, ſed etiam ex
teſtamento in compenſationem deduci, poteſt l.ſi propter
fructus, 8.& l.etiam, 5.C.eod.

Quinto

17 Quinto pro intellectu prædictorum, & pro regula genera-
li, in tota materia compenſationis eſt notandum, debita liqui
a da *a* tantum compenſari. Nec enim de debito liquido ad illi-
quidum compenſatio fieri debet, vt text in dict. leg fin. Cod.
eodem. Et hoc eſt quod loquitur hic Imperat vt iure aperto
compenſatio nitatur. Et quando debitum eſt illiquidum, &
altiorem indaginem requirit, tunc in alio iudicio reſeruari
debet. Sed hoc attento, videtur compenſatiu nunquam
locum habitura, quia per Inficationem actoris, ſi neget ſe
viciſſim debere reo, res ſemper redditur, dubia, & ita debitũ
illiquidum. Contrarium tamen verum eſt quia etiam debita
illiquida, quæ tamen altiorem indaginem non requirunt, ſed
de facili probari, & liquidari poſſunt compenſantur, text. eſt
in dict. leg. final. Sed iam occurrit dubium, quando debi-
18 tum dicatur de proximo liquidari, vel requirere altiorem
indaginem? De hoc variæ ſunt opiniones quas ad longum
hic refert. D. Iaſ. nu. 72. Communis tamen ſententia Doct.
eſt eſſe illud tempus arbitrarium, relinquendum videlicet
arbitrio iudicis, vt probatur ex tex. d. l. fin. dum dicit Impera-
tor, quod iudices non debeanteſſe procliuiores in admitten-
dis compenſationibus, ſed hoc obſeruent, vt ſi interuenerint
compenſationem maiorem, & ampliorem, expoſcentes inda
ginẽ eas alij iudicio reſeruent, & ita iudex inſtruitur per Imp.
cuius officio, & arbitrio cõmittitur. Nec obſtat, quod in l. au-
fertur, 46. §. qui compenſationem, ff. de iur. fiſ. ſit expreſſum
19 tempus duorum menſium, quando compenſatio opponitur
contra fiſcum. Vnde idem ſit dicendum in priuato, cum om-
nia iura, quę loquuntur in fiſco habeant locum in priuato niſi
In lege dicatur, eſſe ſpeciale, in fiſco per tex. in l. item veniunt,
20. § in priuatorum, 9. iuncta Gl. ſuper verb. Publica, ff. de pet.
hær. Hoc inquam, non obſtat, quia verum eſt quando eadem
ratio eſt in priuato, quæ eſt in fiſco. Sed hic eſt diuerſa ratio.
Nam ideo tempus opponendi, & liquidandi debitum contra
fiſcum eſt duorum menſium, quod & tempus ſoluendi toti-
dem menſium eſt l. in fraudem, 45. §. fiſcalibus, ff. de iur. fiſc.
Ergo cum compenſatio ſit ſolutio, non mirum in fiſco tem-
pus ſolutionis, & compenſationis eſſe idem, quod non ſic eſt
in priuato, vbi illud tempus duorum menſium, ad ſoluendum
debitum non eſt expreſſum. Vnde Bar. in c. §. qui compenſa-
tione, eſt in alia, & ſic tertia ſententia, quam ibi vide. Si tamen
20 a lege municipali eſſet certum tempus ſtatutum, ad proban-
dum exceptionẽ (ſicut de iure Sax. terminus probationis eſt
6. ſeptimanarum, & 3. dierũ vnde in ſententijs, in quibus parti
onus probandi imponitur, illa verba inferi ſolent. Quia reus
narrata in libello, prout narrantur negat eſſe vera, idcirco te-
netur actor infra terminum Sax. intentionem ſuam fundare,
& intelligitur terminus de 6. ſeptimanis, & 3. diebus, ar. 62. lib.
1. & vide proceſs. D Konin. c. 81.) videtur cõpenſare volenti
illum terminum aſſignandum eſſe ad liquidandum debitum,
vt videtur vele Ang. hic, mibi in fi. 2. col. & de hoc latius vide
Plat. n 6 Fab. 11. Ang. 4 Iaſ. 72. & Zaſ. mihi fol. 130.
21 Sexto, cum ad minuendas actiones compenſatio introdu-
cta, ſit ſequitur etiam debitum litigioſum poſſe deduci in
compenſationem, ita vt reus conuentus excipiendo poſſit
deducere id, quod ipſe in alio iudicio agendo petit ab actor
huius iudicij text. in l. in compenſationem, 8. ff. eod.
22 Septimo, etiam in delictis, *b* & criminibus compenſatio
b admittitur, ſicut & vulgo dicit ſolet. Paria delicta mutua cõ-
penſatione tolluntur, l. viro, atq. exore, 39. ff. ſol. matr. c pen. &
ſi ext. de adult. Quod eſt verum, quando agitur pecuniariter
ex delicto, tex. eſt in l. ſi ambo, 10. §. 1. ff. eo ſecus ſi criminali-
ter, ne maleficia maneant impunita, vulg. l. ita vulneratus, 51.
ff. ad l. Aquil. Vnde dolus cum dolo compenſatur, l. ſi duo, 36.
23 ff. de dolo. Veluti, ſi permutamus codices noſtros tuq. corru-
ptum librum mihi dediſti, ego ex diuerſo tibi corruptum co-
dicem dedi neuter poteſt contra alium accuſari. Et hoc quo-
tidie fit, ſec. Zaſ. in permutatione equorum, vbi permutatur,
claudus equus cum luſco: Ita quoq. exemplum quotidiano in
d l. viro vbi vir petit dotem ab vxore, tamquam ab adultera:
vxor contra petit donationem propter nuptias à marito tam
quam a lenone, & neutri audiuntur facit tex. in d. c. pen. & fi.
vbi diſponitur, matrimonium non eſſe ſeparandum propter
adulterium, vbi ambo coniuges commiſerũt adulterium. Ita
etiam pronunciari ſolet in conſiſtorijs. Quod vtrumq. adul-
terium, viri ſcilicet, & vxoris mutua compenſatione tollatur.
Et de materia compenſandorum delictorum, vide Dyn. c. in
pari, 65. de reg. iur. in 6. & Iaſ. remiſſiue, n. 81. Hoc enim fallit
24 in delicto iniuriarum vt admonet additio ad l. viro. Pro cu-
ius intellectu quæritur de quæſt. quotidiana. An iniuriã ver-
balem liceat iniuria verbali repellere? Exem. gr. Titius vocauit
te furẽ, tu prouocatus appellaſti eum latronem. An quilibet
poſſit inſtituere actionem iniuriarum pro iniuria ſibi illata?
Et videtur dicendum, quod non, ſed iniurias, inuicem illatas
eſſe compenſandas. I. Per. reg. ſupra dictam. II. Quia vita, & fa
ma æquiparatur, l. iuſta, 9. iunc. Gl. ff. de manu. ven. Sicut igi-
tur ad defenſionem vitæ vim vi repellere licet; ita quoq. ad
defenſionem honoris iniuriam iniuria retorqueri permiſſum
videtur arg. l. vt vim, ff. de iuſt & iur. III. Licet hoc verbũ. Tu
mentiris, ſit iniurioſum, ſec. Bar. in l. item apud Labeonem,
15. §. ait Præt. 25. n. 3. ff. de iur. etiamſi quis vtatur, proteſtatio-
ne dicendo. Tu mentiris, ſaluo honore, ſec. Bar. in dic. l. ſi quis
extraneus 21. in princ. per tex. ibi ff de acqu. hæred. cum pro-
teſtatio actui contraria non reuellet c. Sollicitudinem, 54. in
fin. ext. de appel. Tamen ad defenſionem ſuæ innocentiæ, &
honoris conſeruandi cauſa, poteſt quis obijcienti crimen ali-
quod, dicere: Tu mentiris in gulam, neq. actione iniuria-
rum tenetur, ſec. Bart. in l. quæ omnia, 25. §. 1. in princip per
text ibi ff. de procur. Et quia prouocatus, ita reſpondit, merito
ei ignoſcendum, eſt arg. leg. qui cum maior, 14. §. ſi libertus, ff.
25 de bon. liber. De quo latius vide Alex de Imol. & alios, in
leg. & ſi pepercerit, 3. ff. de lib. & poſth. & Abb. in c. Cum
te, 23. extr. de ſent. & re iud Contrarium tamen affirmat.
Spec. in tit. de accuſ. §. 1. videlicet quamuis, par ſit iniuria
tamen iniuriam cum alia non compenſari, ſed quemlibet de
iniuria ſibi illata agere poſſe allegans ad hoc text. in lege ne-
ganda, 19. C. de his qui accuſ. non poſſunt, & facit ſec. Pan. in
c. Cum te ratio, quia non licet percutere eumꝫ qui me per-
cuſſit, ſi non ſit ad defenſionem, ſed ad vindictam, vt not. in
d. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. Hinc enim conſequitur, ita nec li-
cere inferre iniuriam verbalem inferenti, cum nemini liceat
ſe propria authoritate vlciſci, vt C per tot. tit. quando lic. vni-
cuique ſine iud. ſe vind. Et ita reſpondet: Dec. l. vt vim, ad ſe-
cundum fundamentum, pro altera parte adductum illud ar-
gumentum de defenſione corporis, ad defenſionem honoris
tantum non procedere: quia termini non ſunt pares. Nam
pro vita tuenda, agitur de defenſione vitę, ſed pro iniuria ver
bali, agitur de vendicta? Nam quando mihi infers iniuriã ver-
balẽ, illa iam eſt illata, & remoueri non poteſt, quare ſi tibi vi-
ciſſim dicam conuitium, videtur dictũ, non ad defenſionem
ſed ad vindictam. Nec obſtat dictum Bar. in d. l. quæ omnia,
§. 1. quia ibi agitur de defenſione honoris vt repellatur dictũ
obiectum, & negatur, in effectu, quod dictum eſt animo pur
gandi ad iniuria, non animo vindicandi. Nec obſtat, quod pa-
ria delicta mutua cõpenſatione tolluntur, quia illud ſecundũ
Bar. in dicta l. viro procedit quãdo crimina circa idẽ factum
committuntur: veluti mutuum adulterium vxoris, & mariti.
idem matrimonium concernit, & ad eundem finem ciuiliter
agitur, ſcilicet ad diſſoluendum matrimonium, & ad lucran-
dam dotem. Secus, ſi ſunt ſeparatæ iniuriæ, quæ circa aduer-
ſa facta verſantur, de quo plura vide per Iaſ. & Dec. in d. l. vt
vim, & Abb. in d. c. Cum te de re iud.
26 Octauo videndum eſt, An etiam in obligationibus facti
locum habeat compenſatio? Exempli gratia. Promiſiſti mi-
hi ædificare domum certæ altitudinis, & latitudinis in certo
loco, & ego viciſſim promiſit tibi domum ædificare eiuſdem
altitudinis, in alio loco, hoc caſu ſi agatur ad factum, non ad-
mittitur compenſatio, quia facta non recipiunt functionem
ſolutionis ſicut non liberor, quando debeo tibi ædificare do-
mum in vno loco, ſi faciam in alio, l. 2. §. idem Iulianus, 7. ff.
de eo. quod certo loco, & facit quod Iuriſc. dicit in l. inter ar-
tifices, 31. ff. de ſolut. inter artifices longam eſſe differentiam.
Sed quando ageretur ad intereſſe, & reus factum, quod ſibi
fieri debet, conuerteret, in intereſſe, & illud compenſare vel-
let ita vt hinc inde debitum eſſet pecuniarium, admittendam
compenſationem cenſet hic Fab n. 8.

Nono

ADDITIONES.

a *Liquidi ad non liquidum regulariter non fit compenſatio, l. vl-
tima, C. de compenſat. quod tamen non tenet ſit id, quod non li-
quidum eſſe dicitur, proxime liquidum fieri poſſit al. vltima.
Deinde liquidum intelligitur per teſtes, vel alias probationes,
non per confeſſionem vt not in l. vltima, in verbo coniuncta, C.
de ſponſal. Gl. in l. nemo ex his, ff. de reg. iur. ad hanc quæſtionẽ
vide Menoch. 1. de arbit. iud. caſu 14.*
b *Delicta paria compenſatione tolluntur, l. viro, & vxore ff ſolut.
matrim. l. 1. §. idem, ff. ne quid in loco publico. Secus, ſi diuerſ.
c. Sicut, 1. de iureiur. Idem ſi pœna delicti fiſco committitur non
priuato. Innoc. in d. c. Sicut, Vide Dynum, in c. in pari delicto,
66. de regulis iuris, in ſexto, vbi ad multa contraria huius regu-
læ reſpondet. Adde, §. vlt. ſup. de ſoc.*

Digitized by Google

27 Nono ſciendum eſt, in omnibus actionibus, tam perſona-
libus quam realibus, etiam mixtis compenſationem admitti,
tex. eſt hic, iuncta Gl. verb. Alias actiones, & in leg. final. in
28 princ. Codic. eod. ſed contra hoc quod in rei vindicatione,
& ſic reali actione compenſatio locum habeat opponitur
hic per Gloſ. ſup. verb. Iure aperto, & in dict. leg. final. ſup.
verb. Actionibus quod in ſpeciebus compenſatio non admit-
titur, vt infra dicetur. Sed in actionibus realibus petuntur ſpe
cies, & certa corpora, Ergo &c. Ad hoc reſpondetur per Gl.
& DD. hic in dict. leg. fin. realibus compenſationem induci,
non quod corpora reſtituenda ſunt, ſed quando re, ſeu ſpe-
cie debita perempta dolo, ſeu culpa debituris peruenitur ad
æſtimationem rei, vel etiam quando reus conuentus rei vē-
dicatione offert æſtimatione profundo, dabo tibi 100. pro
iſto fundo, petitor & actor acceptat, iam locum habebit com
penſatio, Idem in caſu l. qui reſtituere, 68. de rei vend. vt de-
clarat hic Zaſ. num. 69.
29 Decimo non tantum de hoc, quod iure actionis, & obliga-
tionis peti poteſt, compenſatio admittitur: vt hic ſed etiam de
eo quod debitum eſt officio iudicis vt ex Glo. ſup. verb. Alias
& not. per Bar. poſt text. in l. etiam, 5. C. eo. Et Zaſ. poſt Gl. hic
declarat in ſtipulationibus prætorijs, vt eſt cautio de damno
infecto, quādo a te, qui habes ædes ruinoſas, peto cautionem
damni infecti, & tu ex contumas, vt per iudicē mittat in poſ-
ſeſſionem domus tuæ ruinoſæ Si tu poſtea habēs ædea in alio
loco, quibus mea domus etiam in alio loco ſita minatur rui-
nam, eandem cautionem à me petas, poſſum vti compenſa-
tione, tu non cauiſti mihi, nec ego tibi cauebo.
30 Quinto principaliter quæritur. In quibus rebus locum ha-
beat cōpenſatio, ſeu quæ res inuicem compenſari poſſint? Et
a I. Omnes *a* res fungibiles, quæ ſcilicet functionem in genere
ſuo recipiunt, cōpenſari poſſunt. Dicuntur autem res fungibi-
les, quæ propter naturę, vel artis ſimilitudinem promiſcuum
vſum recipiūt, ita vt propter omnimodā ſimilitudinem, quæ
eſt inter eas, vna fungatur vice alterius, vt vna pro alia ſolui
poſſit, de quibus eſt text. cum ibi not. in l. 2. §. mutui datio, ff. ſi
cert. per. vt oleū pro oleo, vinū pro vino, frumentum pro fru
mento, &c. Vnde ſi petia à me decē modios, poſſum tibi obij-
cere, quod tu debeas mihi aliquot modios frumēti ita de alijs
Hoc tamen obſeruatur, vt in vtriuſq. ſit æqualis bonitas, ra-
tione territuriorum vbi naſcuntur, quia multum refert, qua
terra naſcuntur vina. Item an vinum nouum compenſetur
cum veteri quia diſſimilitudo impendiret compenſationem.
Eſtq. ratio, quia compenſatio eſt imaginaria ſolutio, l. ſi debi-
tor, 3 ff. qui pot. in pig. hab. Ideo hoc quod inuito creditore ſol
ui non poteſt, ne in compēſationem quidem deduci poterit,
d. §. mutui datio. Et hæc eſt ſimilitudo naturæ. Idem dicendū
puta hic Zaſ. ſi ſit danda ſimilitudo artificij in rebus, quanta
eſt naturæ cum ars imitetur naturam, §. minorem natu, ſupra
de adop. vt in ſimilibus panibus, quando in ciuitate ſunt certi
31 ponderis, & formæ panes ſtatuti, itē lateres, &c. II. Vbicunq.
certa quantitas hinc inde debetur, ibi de quantitate ad quan-
titatem, vſq. ad conuenientem ſummam, admittitur copen-
ſatio. Ita eſt Gloſ. hic ſupr. verb iure aperto Et licet Doct. hic
exemplificent quantitates de omnibus rebus fungibilibus, ta-
b men male hoc, ar, ſecundum Zaſ. hic dicentem, ſub *b* quantita
te hoc loco eſſe intelligendā pecuniam numeratam, quę pro-
prie dicitur quantitas, cum per eam, quanta quælibet, res ſit
æſtimetur, l. 1. ff. de contrah. emptione. Et hoc caſu conclu-
dendum eſt, vbicunque iure, vel conſuetudine pecunia ſolui
c poteſt *c* pro pecunia, ibi competere etiam compenſationem
veluti, quando eſt eadem bonitas in materia monetę, licet ſit
32 alia forma. Hinc notandum ſecundum. Iaſ. hic, nu 62. & Zaſ.
pro auro, & argento in pondere, vel in maſſa debito, poſſe ſol
ui monetam auream, vel aliam quamcumq. monetam, quæ
conſueta eſt recipi, dum illa ſoluatur æſtimatio. Vnde qui ad
marcam argentis obligatus eſt ſoluendo, vel cōpenſando de-
cem aureos in quacunq. alia proba moneta pro marca argē-
ti liberatur, vt eſt tex. expreſſus in l. 1. §. fi. & in l. Titiæ amicæ
35. ff. de aur. & argento le. De qua materia, præſertim de mu-
tatione valoris monetę, vide ordinariam doctr Bar. in l. Pau-
lus, 101. ff. de ſol & Can. in c. Quanto 18. ext. de iureiu. Et obi.
33 ter, ſed diligenter notabitis, quia ſæpe ille caſu cōtigit vt hæ-
redes, & alij velint redimere prædia ab interceſſoribus oppi-
gnorata, vel cum pacto de retrouendendo alienata, pro certa
ſumma aureorū Rhenenſium, qui tempore alienationis va-
lebant, 21. hodie vero valent, 26. groſſis. Idem de marca ar-
genti, quę tūc valebat aureos 8. hodie vero 10. An tunc ſolu-
tio aureorum. Rhenenſium poſſit fieri ſecundū valorem an-
tiquum, vel hodiernum? Et ex doctrina Bar. in d. l. Paulus, pro
nunciatus, cum non ſit materia intrinſeca, ſeu liga aureorum
mutata, quę vulgo dicitur: [Schorth vnd Korn.] tantum valor
aureorum, Der vverd.] aureū Rhenenſem pro aureo Rhe-
nenſi eſſe ſoluēdum, vel ſi aureos habere non poteſt debitor,
tunc ſecundū valorem hodiernum pro quolibet aureo aliam
monetā ſolui debere, Hinc in ſententijs iſta verba apponi ſo-
lent: Si gabella per anteceſſores veſtros pro centū marcis pu-
ri argenti pignorata fuit, tunc eadem ſumma marcarū vos il-
lam redimere, ſeu pro vnaquaq. marca vſualem ęſtimationē,
& monetā tempore luitionis currentem per ſoluere debetis.
34 Et ita quoq. aurei floreni, ante quinquaginta, vel plures an
nos mutuo, dati perſoluuntur pecunia nō vetita, & valore de
pręſenti frequentato. Et an pro floreno aureo poſſit ſolui pe-
cunia numerata, vide poſt tex. Gloſ. in l. ſi quis argentum, 35.
in prin. ſuper verb. Æſtimatione, C. de don. Prædicta tamen
cōcluſio limitatur procedere. 1. Quando hinc inde quantitas
35 pure debetur ſecus, ſi alternatiue, & electio ſit eius, cui com-
penſatio opponitur. Exe. gr. Si tibi alternatiue debeam equū,
aut decem, eſt in mea electione, vel ſoluere decem, vel præ-
ſtare equum, quia in obligationibus alternatiuis electio regu
lariter eſt debitoris, l. plerumq. 16. § fin. iuncta Gl. ſi ff. de iur.
dot. Iam ſi à te petam 10. ad quæ mihi es obligatus, non po-
tes obijcere compenſationem, quod, & tibi debeam 10. cum
nō pure, ſed alternatiue obligatus ſim, & in mea ſit electione
præſtare æquum pro iſtis 10. niſi ego antea elegerim, & decla
rauerim, velle me tibi ſoluere 10. vel niſi tua ſit electio, tunc
enim compenſatio non admitteretur, vt notatur, poſt textum
in l. ſi debeas, 21. ff. eod. add. hic Iaſ. n 63. 2. Limitatur quando
36 debitor quantitatis, cui opponitur compenſatio habet facul-
tatem ſe liberandi, per ſolutionem ſpeciei, vt eſt in debito no-
xali, quando ſeruus meus dat tibi damnum n 10. & ego con-
tra te ago ad alia 10. non poteris obijcere compenſationem,
quia dando ſeruum pro noxa ego liberor, l. mille, 6. ff. de re
37 iud. & in prin inſt. de nox. act. 3. Limitatur ſi quantitas debe-
tur, vt ſpecies vt ſi debeātur 10. quę ſunt in tali arca, vel in ta-
li ſacculo, quo caſu cēſentur, vt ſpecies iuxta l. planc, 34. §. ſed
hoc ita, & l. ſed ſi certos, 51. ff. de l. 1. de quo tamen, hic ſunt
opiniones, quas concordat Iaſ. nu. 68. add. Ang. nu 8 & Zaſ.
38 III. Videndum eſt an generis ad genus compenſatio admit-
tatur veluti, cum peto a te equum quem mihi in genere pro-
miſiſti, tuq. vis copenſare equum, quem tibi viciſſim in ge-
nere debeo. Fab. hic n. 4. Angel. 3. circa medium, Iaſ. hic 70.
& Zaſ. per pulchra fundamenta cōcludunt de rigore iuris, hoc
caſu compenſationem non admitti, ſed de ęquitate procede-
re opinionē Gl. noſtrę ſup. verb. Iure aperto, ſcilicet ſpecies in
genere debitas compenſari poſſe, ita tamen, vt ſint eiuſdē ge-
neris, vt quia debeo tibi bouem in genere poteris cōpenſare
bouem, quem tu mihi in genere debetes ſunt enim in genere
illę ſpecies debitę, paris ęſtimationis, cum in quolibet debea-
tur mediocri, l. legato generaliter, 37. ff. de l. 1. Secus ſi ſpecies
in genere debite, non eſſent eiuſdem generis, & conſequen-
ter diuerſæ æſtimationis, vt quia debeo tibi bouem, tu vero
debes mihi equum in genere, hoc caſu non admitteretur cō-
penſatio, quia tales res non recipiunt functionem in genere
ſuo, per ea quæ notantur in l. 2. § mutui, ff. ſi cert. petat. IV.
Etiam, in redditibus quando hinc inde certa quantitas pecunię
39 vel frumenti debetur compenſatio locum habet alias ſi eſſet
diuerſitas, & vnus forte deberet frumentum, alter pecuniam
40 non admitteretur, de quo vide Fab. hic num. 7. V. qualitatea
etiam compenſari docet hic Zaſ. circa expenſas in iudicio fa-
ctas. Vulgata eſt enim regula iuris, victum victori condem-
nari in expenſis, l. properandum, 13. § ſiue autem alterutra, 6.
& l. ſancimus, 15. C. de iud. Si tamen victus habeat iuſtam
cauſam litigandi, expenſæ inuicem compēſantur, vt eſt Gloſ.
ord. in c. Finem litibus 3. verſ. Expenſas, ext. de dolo, & contu.
Hinc

ADDITIONES.

a *An in decimis compenſatio eſt? Non eſt Gl. in c. Decimæ, 16. q. 3. Roman. ſing. 254.*

b *Solui moneta iuſta quacumque poteſt pro auro, & argento in pondere, vel maſſa debito.*

c *Moneta in retrouenditionis contractu ſoluitur ſecundum valorem temporis quo redimitur res. Contrarium tamen videtur probare Gayl. 2. Obſ. 73. vbi notat ſolutionem faciendā ſecundum valorem, qui fuit tempore contractus, teſtamenti, & pœna ſtatuto impoſitæ. Et antiqua moneta deficiente ſolutionem in alia vſu recepta moneta fieri poſſe ad valorem intrinſecum antiquæ monetæ arg. l. fideicom. §. ſi ſeruus ff. de leg. 3. Porro monetæ valor a quo tempore inſpiciendus ſit, vide Myn. 4. Obſ. 2.*

Digitized by Google

Hinc plerumque in ſentẽtijs illa clauſula apponi ſolet. Et tol-
b luntur, ſeu inuicem compenſantur expenſæ iudiciales iuſtis
quibuſdam de cauſis: iuſtam igitur cauſam dicit Zaſ. hic eſſe
qualitatem, quæ compenſationem recipit. Et huc dicit perti-
nere quod Iaſ. hic num. 65. refert, Si ego mutuauerim famulo
meo 10. qui mihi poſtea certo tempore ſeruiuit, & deinde pe-
tam iſta 10. poſſe illum compenſare ſeruitium, quod ęqui va-
leat mutuo decem, per l. 1. C. de pign. act. tex. in l. fi. C. de c. &
poſt l. reuer. per quem Bal. ibi notat, ſeruitio perſonali exte-
nuari debitum quantitatis.

41 Nunc dicendum reſtat. In quibus rebus & caſibus non ad-
mittatur compenſatio. Ac I. Speciei ad ſpeciem non fit com-
penſatio, ita eſt Gl. hic ſuper verb. Iure aperto, per rationem
in tex. hic poſitam, quia non aperto iure hęc compenſatio ni-
titur, eũ, vtrobiq. nun ſit certa æſtimatio. In ſpeciebus enim,
vt in corporibus fundis, &c. valor & æſtimatio variant; velu-
ti, ſi debeas mihi in ſpecie, vel ſecundum Dialecticos, in indi-
uiduo, hunc equum decoratum: ego vero tibi debeam equũ
nunc nigrum; hanc compenſationem tibi detrectare poſſum,
per rationis ſup. dictas: quia in ſpeciebus cadit affectiu, quod
non ſic eſt in rebus fungibilibus & quantitatibus, l nummis,
3. ff. de in lit. iur. Et pro hac concluſ. Gloſ. adducitur tex. in leg.
ſi conuerit, 18. in fin. princip. ff. de pig. act. & in l. quod dici-
tur, 5. ff. de impenſis in rebus dot. fact. leg. ſi non ſortem, 26.
42 §. ſi certum, ff. de condit. indeb. II Nec ſpeciei ad quantita-
tem compenſatio admittitur: veluti ſi mihi petenti a te 10.
obijceres compenſationem de equo, quem tibi debeo, ſe-
cundum Gloſ. hic ſup. verb. Iure aperto, per text. in dict. leg.
ſi conuenerit, niſi illa ſpecies ex neceſſitate ſit ad æſtimatio-
nem deducta, vt quando teſtator legat Titio fundum, qui eſt
Sempronij, quem Sempronius non vult ſoluere. Nam tunc
cohæres eius ad æſtimationem tenetur. Si ergo, Titius lega-
tarius petat ab hærede iſtum fundum, & Titius ſit obligatus
hæredi ad ſummam aliquam aureorum poterit opponere
exceptionem compenſationis, ſicut & hoc caſu in actione
reali compenſatio locum habet, vt ſupra dictum eſt, & vide-
te text. in leg. ſi domus, 71. § qui confitetur, ff. de leg. 1 &
in l. non dubium, 14. §. final. ff. de leg. 3 III. Pro regula gene-
43 rali notandum, res non fungibiles non compenſari. Quia
enim illa inuito creditore ſolui non poſſunt dict. leg. 2. §. mu-
tui datio, ff. ſi cert. pet. certè nec compenſari per d. l. ſi debitor.
44 ff. qui pot. in pign. hab. IV Nec in obligationibus alternatiuis.
45 V. Neque in debito noxali, vt ſupra dictum eſt. VI. Nec de
a debito *a* in diem compenſatio fieri poteſt antequam dies ve-
46 niat, l. quod in diem, 7. 46. ff. eo. Quod intellige de die appo-
ſita per contrahentes ſecus, ſi eſſet à l. appoſita, vt eſt in debi-
to ex iudicato, quod intra quadrimeſtre tempus ſoluendum
eſt, l. 2. & 3. §. fin. C. de vſuris rei iud. Et enim eius debiti, cuius
ſolutio ex benignitate legis differtur admittitur compenſa-
tio, text. in l ſi. cum militi, 16. §. fin. ff eod. VII. Idem, & magis
47 dicendum eſt, de debito conditionali cuius dies, nec ceſſit, nec
venit ante extantem conditionem, iuxta l. cedere diem, 213.
ff. de verb. ſign. & ſic non tantum eſt illiquidum, ſed adhuc du-
bium, an debeatur. Ergo & incompenſabile per rationem, d.
l. fi. C. eod. VIII. Licet quis pro alio etiam inuito ſoluere poſ-
48 ſit, vt patet ſup. quib. mod. toll. oblig. tamen debitum alienum
compenſari non poteſt. Exempli gratia. Tu debes Titio 10.
non vis ſoluere nomen tuum, & offers me abſolutionem de-
biti tui, ſed quia Titius eſt mihi obligatus ad 10. volo vti com-
penſatione quæritur an poſſim? Et dicendum eſt, quod non
49 per text. in l. eius, 9. iunct Glo. eo. & in l. fi. eo. IX. non admit-
titur compenſatio in caſu l. ob negotium, 20. ff. eod. vbi man-
data eſt alicui cura, vt copia rerum victualium adſit exercitui
data ei pecunia, quam ſi conuertit in ſuos vſus, & poſtea
mandati conueniatur, non poterit de alio debito etiam liqui-
do compenſationem opponere, de qua vide latius Zaſ. hic,
50 ante fi. §. noſtri X. Licet in omnib. alijs Actionib. compenſa-
tio locum habeat tamen, ſpeciale eſt in depoſito, quod com-
penſatio, in eo non admittitur, text eſt hic, & in d. l. Co. eod.
Quod l Extenditur quidam etiam de depoſito ad depoſitum,
b vt Paul. de Caſtr. conſ. 59. in 2. part. 2. Ampliate *b* ſecundum
Ang. hic nu. 4. vt licet pecunia ad numerum fuerit depoſita,
etiam data licentia vtendi iſta pecunia, ſicut poteſt, iuxta l.
Lucius, 14. iunc. l. ſeq. §. 1. ff. depoſiti, nihilominus tamen reti-
neat priuilegium depoſiti, ne compenſari poſſit, per text. no-
ſtrum hic, & in d. l. fin. & in c. Bona fides, 2 ext. de depoſiti. Et
ratio ſpecialitatis eſt ipſa exuberantia bonæ fidei, habita in de-
poſitarium, ſecund. Ang. hic in fi. prin. Et hoc eſt quod Cano-
niſt. in d. c. Bona fides, poſt tex. ibi dicitur: Ne in fraudem al-
legetur compenſatio cauſa differendi reſtitutionem depoſiti,
& ſic contractus depoſiti, qui multum nititur bonæ fidei, &
ex bona fidei oritur, redundet in perfidiam, de quo latius vide
hic Iaſ. nu. 10. XI. In cauſa ſpolij, contra agentem interdicto
51 recuperandæ poſſeſſionis, non poteſt obijci compenſatio, ve-
luti ſi ſpoliaſti me pecunia, vel alia re mobili, non poteris ob-
ijcere illud quod tibi debeo, text. eſt in d. l. fi. & Gl. in c. fin. ſup.
verb. Petentem, ext. de ord. cog. Eſtque ratio, quia ſpoliatus
ante omnia debet reſtitui. Eſt enim priuilegiata, cauſa reſti-
tutionis vt ante reſtitutionem factam quis ſpoliatoribus re-
ſpondere non teneatur, nec exceptio dominij; opponi poſſit,
licet reus conuentus paratus eſſet eam, in continent docere
propter odium ſpoliatorum, vt eſt textus & ibi nota, in dict.
cap. fin. & leg. ſi quis, 7. Cod ad leg. Iuliam, de vi pub. adeo, vt
etiam prædo ſit reſtituendus, capit. In litteris, 5. ext. de reſtit.
52 ſpoliat. add. Iaſ. nu. 12. Plat. 18. XII. Licet regulariter contra
fiſcum, & rempub. compenſatio, admittatur leg. aufertur, 46.
§. qui compenſationem, ff. de iur. fiſc. leg. Idem, 12. & leg. fin.
ff. eodem, leg. ſi ea 3. C. eodem tamen in dict. §. qui compen-
ſationem, & dict. l ea notantur aliquot caſus, vbi compenſa-
tio contra fiſcum, & Rempub. locum non habet veluti ſi pe-
tat tributum, vectigal. vel pecuniam frumẽtariam, &c. XIII.
53 Nec contra ſacerdotem petentem decimas compenſatio op-
poni poteſt, ſecundum Fab. hic nu. 14. & Iaſ. nu. 13. per Glo. in
54 c Decimæ 66. ſuper verb. tributa cauſ. 25. qu. 1. XIV. Notan-
dum in foro Saxo. exceptionem compenſationis locum non
habere, quia eſt ſpecies reconuentionis, ſecund. Gl. in fin. ſup.
verb. Petentem, verſ. Item recompenſatio, extr. de ord. cog.
Sed de iur. Saxon. reus non poteſt actorem reconuenire, niſi
primum actio contra ſe inſtitua ad finem deducta fuerit, vt
eſt text. in art. 12. lib. 3. vbi dicitur, Actor, qui per reum recõ-
uenitur non tenetur eius libello prius reſpondere, quam pri-
c ma, actio ſit, *c* add. Gloſ. art. 61. lib. 1. & proceſ. D. Koning. c.
60. poſt principium.

55 Sexto principaliter quæritur. An neceſſe ſit compenſatio-
nem fieri in iudicio? Ad hanc qu. poteſt reſponderi ex dictis
Bal. in l. ſi conſtat, 4. in fi C. eo. cõpenſationem eſſe duplicem.
Alia eſt voluntaria, quæ fit ex communi conſenſu partium, &
iſta regulatur à voluntate partium, ita vt etiam extra iudiciũ
fieri poſſit. Et habet locum in qualibet re, ac proinde etiam
ex conſenſu partium ſpecies cum ſpecie, & aliæ res alioqui
non compenſabiles inuicem compenſari poſſint, ſicut & quę-
56 libet res pro alia ſolui poteſt de voluntate partium. Alia ve-
ro eſt neceſſaria quæ fit inuito actore, & regulariter requiri-
tur, quod illa fiat in iudicio, & ſit liquidata, & à iudice appro-
57 bata, facit l. quod in diem, 7. §. ſi rationem, ff. eod. Porro circa
hanc quæſtionem notandum exceptionem compenſationis
poſſe quandocunque opponi etiam poſt ſententiam, & ad im-
pediendam executionem, ſec. Bal. & Sal. in l. 2. poſt text. ibi in
fin. Co. eod. Eſt enim regula, quod omnis exceptio perempto-
ria, quæ non venit ad impugnandam ſententiam, ſed ad limi-
tandam, ſeu moderandam executionem poteſt opponi etiam
poſt ſententiam, ſec Bar. in l. 1. nu. 2. Iaſ. n 16. C. de iur. & fact.
ignor. per text. l. Neſennius, 41. §. fin. ff. de re iud. At hæc exce-
ptio compenſationis non impugnat ſententiam, quia ille qui
compenſat, videtur ſatisfacere ſententię, cum compenſare ſit
ſoluere, vt ſæpe dictum eſt. Ergo, &c. Niſi illa exceptio fuiſſet
appoſita ante ſententiam, & per iudicem approbata, nam tũc
diceretur, poſtea opponi contra ſententiam, ſec. Glo. fi. in d. l.
Neſennius, add. Iaſ. in d. l. 1. nu 19. Cod. de iur. & fact. ignor. &
Plat. hic nu. 16.

58 Vltimo circa hunc §. dicendum reſtat, quomodo intro-
d ducatur compenſatio, ipſo iure an *d* opus eam proponere
in iudicio, vt ſic facto omnis egeat, an vero ſine voce ho-
minis ipſo iure cõpetat tacente etiam reo. Et in hac quęſtio-
ne quam mouet hic Glo. ſup. verb. Ipſo iure, & in d. l. ſi con-
ſtat,

ADDITIONES.

a *Sic ad debitum neceſſariũ non fit compẽſatio rei certæ legatæ niſi teſtat. ſufferat. Durand. de arte teſtandi tit. 6. caut. 5. nu. 3.*

b *Reſtringite: niſi petẽtur expenſæ factæ in depoſito, Gl. communiter approbata ſecundum Fulg. in l. ſi in plures, ff. depoſiti.*

c *Reconuentio, quæ idem nõ habet locum, conſt. 7. par. 1. Sed bene compenſatio quando non eſt ſpecies reconuentionis, ſed ſolutionis, & liquido probari poteſt, conſt. 8. part. 2.*

d *Compenſatio fit ipſo iure, ſi modo petatur alias ſit, Gloſ. in l. ſi conſtat C. de compenſat. Adde Guid. Pap. q. 22. Vbi notat plures caſus in quib. ſententia valet, ſi exceptio competens reo fuerit ab eodem omiſſa. Adde eundem, q. 171. num. 5. vbi notat in pœnalib. ipſo iure non fieri compenſationem niſi opponatur, vt ſic pœna vitetur, arg. l. etiam, C. de compenſat.*

ſtat,C.eod.reperiuntur duæ opiniones. Vna Mat.Gloſſatoris dicentis compenſationẽ fieri etiam ſi ab homine non opponatur. Alia.Io.Gloſſatoris tenentis contrariam ſententiam. Et omiſſis fundamentis,quæ ab vtraq.parte adducuntur,ſcẽdum communem eſſe concluſionem.DD.quod compenſatio fiat ipſo iure,ſi à parte allegetur, quia iudex non poteſt diuinare argumento l.ſi putator,31.ff.ad l.Aquil.Vnde ſi reus nõ allegat compenſationem, tunc licet decies milies ei competat nihilominus poterit, iudex in cauſa procedere. Si autem allegauerit compenſationem, eamque probauerit, tunc ipſo iure, id eſt tunc oriuntur iſta beneficia,& iſti effectus, qui reſultant quando res ipſo iure conſiſtit, quia tunc ipſo iure minuitur actio proceſſus vlterius eſt nullus ſententia lata eſt ipſo iure nulla,nec opus eſt,vt ab ea appelletur,& quod reus indebite reſoluit, reperet contra quam in alijs exceptionibus, quæ non habent iſtum effectum, vt ipſo iure extinguãt actionem,ac oppoſitis illis, ſi vltra procedatur proceſſus ſit nullus, & ſententia lata nulla. Veluti ſi opponatur exceptio ſolutionis,quæ etiam à reo probata eſt, ac iudex nihilominus reum condemnet, valet illa ſententia, & niſi ab appelletur poterit mandari executioni, cum res iudicata pro veritate habeatur, l.ingenuum,25.ff.ſtat.hom. De quo latius vide, DD. in d.l.ſi conſtat.& Fab.hic n.11.Plat.22.trib.ſeq.Ang 7.& 8.Iaſ.77.vbi referuntur aliquot caſus in quibus ipſo iure ſine facto hominis ſit compenſatio,de quibus ſupra non nihil dictum eſt,&c.

§. Præterea quaſdam actiones.

1 *Continuatio huius §.*
2 *Diuiſio huius §.*
3 *Arbitraria actio quæ dicatur.*
4 *Nobile officium iudicis quod.*
5 *Mercenarium officium iudicis quod,& quib.actionibus,inhæreat.*
6 *Clauſula in definitione arbitrariæ actionis præter naturam actionis quare appoſita.*
7 *Actiones arbitrariæ quare ſic dictæ.*
8 *Actiones arbitrariæ,bonæ fidei, & ſtricti iuris ſint.*
9 *Differentia inter actiones bonæ fidei,& ſtricti iuris arbitrarias, & nu.10.*
11 *Actio quibus ex cauſis,& quib reſpectibus efficiatur arbitraria,& num.12.13.14.15.17 & 18.*
16 *An etiam plures actiones arbitrariæ ſint, quam iſte, quæ hic enumerantur.*
19 *Quis ſint effectus, quod actio ſtricti iuris ſit arbitraria, & num.20 & 21.*
22 *Iuramentum in litem triplex.*
23 *Iuramentum in litem veritatis quid, & quando locũ habeat.*
24 *Iuramentum,in litem affectionis quid,& quando deferatur.*
25 *Iuramentum in litem, quod præſtatur ratione intereſſe ſingularis extrinſeci,ſeu extra rem, quod, & quomodo probetur.*

1 OMiſſis continuatione,quam faciunt Plat.& Iaſ.hic nu.4. videtur hic §. à præcedentes cõmodius hoc modo continuari poſſe. Supra in § actionum, dictum eſt, quaſdam actiones eſſe bonæ fidei quaſdam verò ſtricti iuris, & in actionibus bonæ fidei, quæ largioris, & vberioris iuris ſunt, quam aliæ,& iudicem etiam ex natura ipſarum actionum ex æquo, & bono æſtimare quantum actori reſtitui debeat, & officium ſuum largius extendere ad ea,quæ nec cõuenta,nec dicta ſunt, & in quibus ex natura actionum iuratur in litem etiam de affectione, quod non ſit in actionibus ſtricti iuris. Sed quia etiam interdum in illis propter aliquod accidens extrinſecum, iudex incipit habere arbitrium aliquid faciendi, pręter naturam iſtarum actionum,ita vt tunc videatur habere naturam actionum bonæ fidei: ideò Imper.de iſtis actionibus ſtricti iuris, quæ propter arbitrium iudicis arbitrariæ dicuntur in hoc §.ſubijcit. Ex quibus colligi poteſt ſecund Fab. & alios, hic non poni nouam aliquam principalem diuiſionẽ actionum, ſed potius membra diuiſionis ſupra habitæ decla-
2 rari. Diuiditur autem §.noſter in tres partes. In prima tradit Imp.quare dicantur actiones arbitrariæ. In ſecunda, ibi (ſed iſtæ) in actiones arbitrariæ ſint reales,vel perſonales. In tertia, (in his enim) declarat quod ſit officium iudicis in iſtis arbitrarijs actionibus.

3 Pro commodiori autem declaratione huius materiæ, pri-
a mo quæritur. Quid *a* ſit arbitraria actio? Et Bar.poſt Gloſ.1. in l.vnica.Co.vbi conueniatur,qui cer. lo.ad prom. quem in hoc vno ore DD.ſequuntur, ita definit, vt arbitrariæ actiones dicantur actiones ſtricti iuris,in quib.exercetur officium iudicis mercenarium,actioni deſeruiens,propter aliquod extrinſecum accidens, præter naturam actionis propoſita. Sed quia iſta definitio eſt obſcura,ideò ad eius intellectũ præmit-
4 tendum.I.Poſt gl.hic officium iudicis eſſe duplex. Aliud dicitur Nobile,quod per ſe ſtat,non deſeruiens actioni,& à iudice ſua, ideſt iuris authoritate exercetur,etiãſi nulla proponatur actio,nec ordinaria aliqua actio competat,vt quando minores petunt ſe reſtitui in integrum,hoc non fit iure actionis ſed officio iudicis nobili, quod obligationem non præſuppo-
5 nit,l.qui per concluſionem,49.§.1.ff.de actio empt.Aliud dicitur mercenarius, quod per ſe non ſtat, ſed actioni deſeruit, & ceſſante actione,ceſſat hoc quoque officium iudicis. Et illud poteſt ſubdiui, vt aliquando ſeruiat actionib. bonæ fidei, & ſtricti iuris, eiſque inhæreat, ſecund.earum naturam, de quo in §. noſtro non agitur. Aliquando autẽ inhæreat actionibus ſtricti iuris arbitrarijs, ac non deſeruiat actioni propoſitæ ſecundum eius naturam, ſed accidentaliter, propter aliquod accidens extrinſecum, ſup.naturam actionis eueniens, de quo hic agitur.Et de diuiſione officij iudicis add. Gloſ.ordin.in leg.4 C.depoſiti.DD.in l.1.ff.de iuriſd.omn.iudic.Can.
6 in c.fi.extr.de offic.iud.Ang.hic,num.1.Plat.9 Iaſ.39.II. Præmittendum in definitione illam clauſulam. Præter naturam actionis appoſitam, eſſe principaliter ad differentiam actionis bonæ fidei in qua officium iudicis deſeruit actioni ſecundum eius naturam. Nam de huius natura eſt, vt veniat intereſſe propter moram,& iureiur.in litem,etiam de affectione, vt ſupr.in §.actionum declaratum eſt. In actione verò ſtricti iuris iſta fieri non poſſunt ſecundũ naturam actionis,quia ibi ex natura actionum non iuratur in litem,ſed tantũ ex quodam intrinſeco accidente ſuperueniente,vt quando conuentus rei vendicatione iuſſus à iudice rem reſtituere, actori nõ reſtituit iratur contra eum in litem de actione, non quidem ex natura rei vendicationis ſed ex arbitrio iudicis, propter illud accidens extrinſecum, contumaciam, ſcilicet ipſis rei cõuenti,vt eſt tex.& ibi nota in l.qui reſtituere, 68.ff.de rei vẽd.
7 & in l.in actionibus, 5.in princ ff.de iureiur. Et ex his reſpon-
b deri poteſt, quare *b* dicantur actiones arbitrariæ, videlicet propter arbitrium iudicis,qui hoc caſu non ex natura actionis propoſito, ſed ex ſuo officio, & arbitrio, propter aliquod extrinſecum accidens ex bono, & æquo æſtimat, quomodo actori ſatisfieri oporteat in ſtricti iuris actionibus arbitrarijs, ad ſimilitudinem actionum bonæ fidei, per text.noſtr. hic.
c Neque arbitraria eſt proprium nomen *c* actionis, ſed adiectio quædam appellatiua, ſiue qualitas actionis ſicut dicimus de actione de peculio, & ſimilibus, vbi agitur contra patrem vel dominum, actione ex eo,contractu,qui celebratus eſt cum filio vel ſeruo, adiecta illa quantitate, quatenus, ſcilicet eſt in peculio, vt ſic dicatur actio depoſiti de peculio, actio ex empto de peculio, vt in §.actiones, ſup.eo.dictũ eſt. Ita etiam actionem illæ ſtricti iuris,in quib. (vt dictum) verſatur arbitriũ iudicis retinent ſua nomina propria adiecta illa qualitate arbitraria,ſ.vt rei vendicatio dicatur arbitraria, atq; ita arbitrariã eſſe actionẽ,eſt quædam adiectio,per quã oſtenditur iudici eſſe arbitriũ, quo pacto iudex puniat contumacẽ non reſtituẽtẽ rem ad ipſius iudicis iuſſum,vel deferat actori iuram.in litẽ. Itẽ eſt gl.in l.2.& l.in bon fidei,7.ff.de eo. quod certo l. & ibi Bart.add.Plat hic nu. 3. & 6. Ang 2. & 3. Iaſ.4.
8 Zaſ.hic poſt princ.Secũdo principaliter quęritur, An *d* actio-
d nes arbit.ſint bonæ fidei,vel ſtricti iuris? Hanc q.mouet,gl.noſtra ſupr.verbo Arbitrarias,& vltima eius opinio à DD.communi

ADDITIONES.

a *Arbitraria actio quæ ſit, ex multorum opinionibus diffuſe explicat.Menoch.tra.de arbit.iud.lib.1.q.3. Qui ad hanc materiam videndus ille planè ac legendus eſt liber.*
b *Arbitrariæ actiones cur dicantur, vide Menoc. d.trac.c.5.in fi.& de pleno,& libero arbitrio, c.6.& 7.& de arbit. boni viri c.8.& an in dubio verba conferant liberum arbit,an vero finitum ac determinatum, c.9.& quæ verſentur circa iudicis arb. c.10.quemadmodũ arbitr. iudicis verſetur circa decem prædicamenta,vide ibid.c.11.arbitrium per modũ ordinariæ vel delegatæ iuriſdict.quando conceſſum cenſeatur,cap.12.quam normam in arbitrio libero, & abſoluto,c.13.& boni viri,c.14.*
c *Arbitraria actio non eſt nomen proprium actionis,ſed qualitas potius. Menoc.1.de arb.iud.q.4.*
d *De differentia arbitrariarum actionum,& bonæ fidei,vel ſtricti iuris, vide Menoch.d.tract. qu.3.nu.13.& ſeqq.*

Digitized by Google

muniter eſt recepta, videlicet, eſſe ſtricti iuris, per rationem
quod in §.actiones,ſup.eod.non reperiuntur enumeratæ. Itē
ſecundū Fab.arbitrariæ, & bonę fidei actiones diſtinguuntur
per oppoſitas ſpecies in d.l.bonę fidei,ff.de eo, quod certo lo-
co,&c.Ergo eſt impoſſibile eas eſſe bonæ fidei add. Iaſ.hic n.
9 19.Sed iam oritur dubium, cum Imperator in §. noſtro in fi.
dicat,in his actionibus, arbitrarijs permitti iudici ex bono,&
æquo,ſecundum vniuſcunque rei naturam de qua actum eſt
æſtimare, quomodo actori ſatisfieri oporteat,& iiſdem ver
bis vtatur in § præcedentis in princ. vbi de actionibus bonæ
fidei loquitur quæ nam hoc caſu ſit differentia inter actiones
bonæ fidei,& ſtricti iuris arbitrarias. Ioann. Fab. In hoc pun-
cto, dicit ſe male diſcere,quam docere,adeo rem eſſe obſcu-
ram. Sed ex mente Bart in d.l.1. C. vbi commune, qui certo
loco, &c.& DD.hic ita reſponderi poteſt, vt etiam ſupra ad-
monui obiter, quod vtrobique eſt poteſtas iudici ex bono,&
æquo æſtimandi. Sed in actionibus bonæ fidei officium iu-
dicis mercenarium deſeruit actio ſecundum ſuam naturam,
ita vt iudex vi,& virtute actionis,quæ originaliter ineſt actio
ni bonæ fidei arbitretur: at hoc officium perdit nomen, pro-
pter efficaciam, & pinguedinem actionis bonæ fidei, & quia
de ſe ipſo nihil facit, proprio nixu nihil operatur, tantumque
deſeruit actioni. Exempli gratia. Cum depoſitarius non red-
dit depoſitum,ex natura actionis depoſiti,quæ eſt bonæ fidei
admittatur deponens ad iuramentum in litem. Vnde ſi iudex
poſtea refert non facit ex mero arbitrio, ſed ex natura huius
actionis,in qua veniunt etiam ea,quæ nec dicta,nec expreſſa
ſunt. Quare ſi in bonæ fidei contractibus conuentū ſit, vt cer-
to loco aliquid pręſtetur, ſi non iſto loco ſoluitur ex natura
actionis bonę fidei ratio intereſſe habenda eſt. In actionibus
vero ſtricti iuris arbitrarijs,non veniūt,niſi ea, de quibus in-
ter partes actum eſt, & ideò ex natura illarum actionum nō
poteſt fieri condemnatio ad alia,ſed per legem prouiſum eſt
remittendo totum ad arbitrium iudicis, vt poſſit in alio con-
demnarit,prout viderit expedire, & ita in illis arbitrium, ſed
officium iudicis deſeruit actioni, non ex natura actionis,ſed
præter eius naturam, propter aliquod extrinſecum accidens
ſuperueniens, ſicut alias in ſtricti iuris actionibus iuramen-
tum in litem locum non habet: ſed ſi accidat contemptus iu-
dicis propter extrinſecum illum euentum,circa talis iuramē-
ti delationem verſantur,vt ſupra quoque dictum eſt, ad Fab.
num.2. Plat.3 & 6. Iaſ.1. & 20 & ita ſecundum, Pla.hic bonæ
10 fidei,& arbitrariæ actiones differunt. I. In condemnandi ne-
ceſſitate eſt natura actionum. II. In pluralitate ſentētiarum.
Nam in actionibus bonæ fidei, vbi defertur iuramentum in
litem vna tantum ſententia fertur, vt eſt Gl.in l. 1. ſuper ver-
bo. Agitur.ff de act.emp. quia ſtatim & à principio actionis
bonæ fidei ex natura ipſius ineſt, vt deferatur iuramentum
in litem. Sed in arbitrarijs, vbi res petitur reſtitui,duæ ferun-
tur ſententiæ,ſecundum Gloſ.hic in ver. Naturam Vna, qua
reus condemnatur,ad reſtituendum,& quando reus non pa-
ret huic ſententiæ, tunc demum actio ſtricti iuris poſt primā
ſententiam efficitur arbitraria, propter contemptum iudicis,
vt iudex deinde habeat arbitrium, & poteſtatem ferendi ſe-
cundam ſententiam, in qua defert actori iuramentum in li-
tem d.l.actionibus, & ad Ang.hic num.31. Plat.7.quis alias
differentias hic ſubijcit.

11 Tertio principaliter circa hanc materiam notandum eſt a-
ctionē effici arbitrariam ex varijs cauſis, & diuerſis reſpecti-
bus. Et illud quatuor regulis comprehendi poſſe,docet Bart.
in l.hoc edicto,5.ff.de pub.& vectigal. Plat.hic nu.2 & tribus
12 ſeqq. Ang.4. Iaſ.3. I. Aliquando actio ſtricti iuris,efficitur ar-
bitraria propter actionem loci non ad hunc effectum, vt iu-
ramentum in litem locum habeat,ſed vt habeatur ratio inte-
reſſe propter locum, quod pecunia non fuit ſoluta in hoc lo-
co,in hoc ſolutio fieri promiſſa erat. Exempli gratia. Promiſ-
ſiſti mihi per ſtimulationem ſoluere 100. Norimbergę,ſi pro-
miſiſſes non adiecto illo loco,non poſſem petere,niſi illa cē-
tum, ſed propter adiectionem loci,ſi non ſolueris Norimber
gæ,& ego conueniam te in hac ciuitate,iudex tam dicitur ar
bitrari intereſſe quanti mea intereſt,illa centum non eſſe mi-
hi Norimbergæ ſoluta,& de hac materia vide, l.ſi hęres, 5.&
l.ſequ.toto tit. ff.de eo, quod certo loco II. Aliquando effici-
13 tur arbitraria ratione pęnæ imponendæ propter dolū à prin-
cipio commiſſum, vel metū illatum, vt in actione quod me-
tus cauſa. Licet enim inferre metum ſit contra bonos mores
non tamen à principio punitur ſi reſtituatur id quod per me-
tum traditum eſt propterea,quod in traditione interuenit cō
ſenſus eius,qui metum paſſus eſt,& coacta voluntas,eſt volū
tas,l.ſi mulier.a 1.§.ſi metu,ibi Bart.ff.quod metus cauſa. Sed
ſi conuentus hac actione iuſſus à iudice reſtituere rē non re-
ſtituit,tunc licet conuentus non iuraleris,tamen propter hoc
accidens ſuperueniens ſit arbitraria actio, vt condemnetur
reus ad quadruplum,l.ſi ex cuius exceptione,14.(al.incip item
eum)§.1.iunc.§ in hac actione,ff.quod metus cauſa, & ita nō
ſtatim & originaliter ad pęnā quadrupli datur, & ſi actor tūc
malet iurare in litem ratione intereſſe,quam petere quadru-
plum,ad tale quoque iuramentum admittitur, l.arbitrio,18.
in princ verſ.Ideò autem iuncta Glo.Sup.verb. Quanti,ff.de
dolo,& in § quadrupli,ſup.eod.declaratum eſt. III. Aliquādo
14 efficitur arbitraria propter interrogationem iudicis, & ita
propter officium iudicis,quod vertitur in interrogando. Vt in
noxalibus actionibus iudex poteſt dominum ſerui interroga-
re, an velit reſarcire damnum illatum à ſeruo, vel dare ſer-
uum pro noxa ſi reſpondeat ſe ſeruum daturum, & poſtea
non faciat, iam oritur arbitrium iudicis, vt etiam ad totam
ſummam damni dati eum condemnari poſſit, & ita ſit arbi-
traria, propter condemnationis qualitatem, an ſolidum, vel
15 noxaliter fiat,de quo vide hic Pla.nu.8.ante ſi.IV. Aliquando
efficitur arbitraria,propter iuſſum iudicis,de reſtituendo,vel
exhibendo rem. A principio enim, & ex natura actionis agi-
tur rei vendicatione, ad ipſam rem tantum, ſed ſi conuentus
a iuſſus eſt à iudice reſtituere rem, & ipſe contumaciter a recu
ſat propter ipſam contumaciam ex poſt facto ſuperuenien-
tem, poteſt & debet arbitrari, etiam contra naturam actio-
nis ſtricti iuris, diferendo actori iuramentum in litem ad ef-
fectionem,d.l.qui reſtituere, ff.de rei vend. add. Iaſ.in dict.l.
in act.num.7. ff.de in lit.iur.

16 Quarto principaliter quæritur, An ſit etiam plures b actio-
b nes arbitrariæ, quam iſtæ, quæ hic enumerantur? De hac
quæſtione eſt text. hic iuncta Glo. ſup.ver. Similibus,non ſo-
lum in actionibus hic enumeratis, ſed etiā in alijs ſimilibus,
locum habere arbitrium iudicis,ſicut Gloſs Hic plures alias
actiones refert,vt eſt actio finium regundorum. Si enim vi-
cinus tertiam mihi adiudicatam non reſtituit iuratur contra
eum in l.4.§.ſed & ſi quis,3.iunct.Gl.ſuper verb. Condemna-
tur, ff.fin.regul. Item redhibitoria, quando emptor redhibet
pecus morboſum venditori, niſi venditor reſtituat pretium
acceſſiones,contra eū in litem ex arbitrio iudicis iuratur l.re
debitoris,45.iunct.Glo.ff.ædil.ædic. Ita etiam actio rerum a-
motarum ratione iuramēti in litem arbitraria eſt, vt maritus
contra vxorem amouētem res mariti,& non reſtituentē poſ
ſit iurare in litē,l.ſi cum dos, 8.§.ſi.ff.de act. re.amot. Et l cet
in actione ex ſtipulatu quæ pro dote repetenda datur etiā iu-
retur in litem l.ſi filiofamilias,a 5.§.maritum,ff ſoluto matri-
monio,quia illa eſt bonæ fidei,vt §.fuerat,ſupra eod. dictū eſt
Item arbitrarias,nō referenda. Ita etiam actio in factum,quę
contra publicanos res aliquas tranſeuntes, vel auferentes ad
illicita in duplum competit de quo in l.1 ff.de pub. & vectig.
non eſt arbitraria, ſecundum Gl. in d.l.hoc edicto ſupra ver-
borum. Abſoluendis. Contra opinionem Gloſ. noſtræ tamen
ita ſaluari poteſt, ſi publicanus iuſſus eſt reſtituere,& non re-
ſtituit,ſecundum Iaſ.num.30. Quo caſu etiam actio illa, quæ
datur contra caupones nautas, & ſtabularios, arbitraria eſſe
poterit contra Gl.hic & gl.in l.1.in prin.ſuper verb.Iudiciū, ff.
naut.caup.& e. Porro ad plenioré cognitionem, quādo actio
ſtricti iuris efficitur arbitraria,duæ principales regulę ex prę
17 dictis colligi,& notari debēt. I. Cōcluſio. Omnis actio ſtricti
iuris, propter adiectionem loci poteſt fieri arbitraria. Vnde
Gl.noſtræ,hic ſup.verb. Promiſſum. C.in l.1.vbi conuen. qui
certo loco,& in l.aut mutua,6.ff de eo,quod certo loco repro
bantur in hoc dum dicunt, quatuor tantum eſſe actiones, in
quibus ratione loci adiecti actio ſit arbitraria 1. Quando lega
tum relictum, eſt certo loco dandū, l.ſi hæres, 6.ff.eo, quod
certo loco, 2. Quando,pecunia mutuo data eſt certo loco red
dēda,d l.aut muta,ff.de eo,quod certo loco, 3. Quādo actioni
cōſtituti,de qua in §.cōſtituta, ſup.eo.dictum eſt, eſt adiectus
locus

ADDITIONES.

a *Cauſa huius actionis eſt contemptus iudicis, & contumacia. Nam ſi quis à iudice iuſſus fuerit ſoluere, & contemnit, imploratur aduerſus eum iudicis officium, vt iudex arbitrio ſuo vt bonum æquumque ei videbitur condemnet contumacem in id quod intereſt. Hoc ſit in ſubſidium rei reſtitutæ. Nam plerumque duæ ſententiæ hic proferuntur, vna vt reus rem reſtituat exhibeat ſoluat, altera vt contumax id quod intereſt, aduerſario ſuo præſtet.*

b *Sedecim arbitrarias actiones enumerat Menoch.tract.de arbit.iud.lib.1.q.5.*

locus ſolutionis fiendæ.4. Quando quis per ſtipulationẽ pro-
miſit aliquid certæ loco ſoluere, vt hic id tex. Quotieſcunque
enim in cõtractibus ſtricti iuris adijcitur certus locus, vbi ſo-
lutio fieri debet, toties actio ex tali contractu efficitur arbitra
ria, ſecundum Bartol. Bald. & Salic. in dict. l. ſi hęres, vbi aſſi-
gnatur iſtius concluſionis aliquot rationes, quia iſta Rubri-
ca, in C. vbi con. qui certo loco, & in ff. de eo quod certo loco,
&c. loquuntur generaliter, nec ſe ſtringunt ad certos caſus tã
tum ſicut & text. noſtr. hic generaliter loquitur. Igitur, & ge-
neraliter intelligi debet, præſertim cum non poſſit aliqua ra-
tio diuerſitatis reddi, & vbi eſt eadem ratio ibi idem ius ſtatui
debet, vul. l à Titio, 108. ff. de verborum obligat. de quo latius
18 vide hic Iaſ. numero 26. II. Concluſio eademque firmiſſima
quam tradit Bar. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & omnes ibi
ſequuntur. Omnis actio de mundo ſtricti iuris, ſiue ſit perſo-
a nalis, ſiue realis, *a* ſiue mixta, in qua res aliqua eſt reſtituen-
da, ſi non reſtituitur ſecundum pręceptum iudicis, efficitur
arbitraria, ad hunc finem, vt iudex habeat arbitraria facultatẽ
b defendi actori iuramentum in litem de *b* affectione, & ſecun
dum illud iuramentum condemnare reũ: Et dicit Ioan. Fab.
ab hac regula nullam actionem, nullum interdictum excipi,
ſubijciens, ſe habere, in hoc patronum IC. Vlpianum in d. l. qui
reſtituere in fin. ff. de rei vend. vbi ſunt verba formalia. Hæc
ſententia generalis & ad omnia, ſiue interdicta, ſiue actio-
nes in rem, ſiue in perſonam ſint in quibus ex arbitratu iudi-
cis quid reſtituitur, locum habet. Et hanc generalitatem de-
clarat Fab. hic vt omnes actiones ad reſtitutionem competẽ-
tes, ſint arbitrariæ non quidem actu, ſed aptitudine, quando,
ſcilicet condemnatio ad reſtitutionem facta eſt, & reſtitutio
non ſit. Facta enim reſtitutionem, non ſunt arbitrariæ. Idem,
quando reus habet rem, & actor eligit, vt ei auferatur res per
manum militarem, nam & tunc iſta actio quoq; non eſt arbi
traria, d. l. qui reſtituere. Et de hac concl. vide latius DD. in d.
l. in actionibus. Plat. n. 8. & Ang. 4. & 29. verſic. Aduertas, Iaſ.
a 5. qui ampliant hanc regulam procedere non ſolum, quan-
do res reſtituenda eſt verum etiam, quando in actionem ve-
nit rem tradi, vel etiam præſtari, quia habent ſimilitudinem
cum obligatione rem, reſtitui l. ſi rem tradi, 28 & l. ſtipulatio-
nes non diuiduntur, 72. ibi Bar ff. de verb. oblig. *Non* autem ſi
rem dari veniãt in actionibus. Licet enim quis iudices iuſſus
ſit rem dare, non tamen iuratur, contra enim in litem, ſi non
debuerit, eſtque ratio quia hoc iuramentum propter dolum,
& perfidiam defertur, l. 1. de in litem iuram. ſed quando non
datur, & ſic non transfertur dominium, eius rei, quæ dari de-
buit non committitur tanta perfidia, quanta committitur,
quando non reſtituitur res, quæ reſtitui, debet ei, cuius iam
eſt, de quo latius hic. Angel. num. 29. & Iaſ. 25.
19 Quinto, & vltimo principaliter quæritur. Quis ſit effectus
c quod actio ſtricti iuris *c* ſit arbitraria? Et ex prędictis, ad hanc
quæſt. reſponderi poteſt, propter aliquod accidens extrinſe-
cus ſuperueniens, incipere iudicem habere arbitrium, vt præ-
ter naturam actionis ſtricti iuris, ex bono & æquo æſtimet,
quemadmodum actor ſatisfieri oporteat ad ſimilitudinem
actionum bonæ fidei. Et principaliter duo effectus inde reſul
tant. Primo vt propter adiectionem, loci ſi non fiat ſolutio
20 in loco ſolutioni deſtinato iudex incipiat arbitrari reſtituen-
dum eſſe intereſſe, de quo antea inter contrahentes actũ non
erat vltra naturam actionem ſtricti iuris, in quibus tãtum ea
veniunt, quæ inter partes dicta, & expreſſa ſunt, vt notatur in
l. quicquid aſtringendæ, 99. poſt tex ibi ff. de verb. oblig. & niſi
illa qualitas loci adiecta fuiſſet, non plus peti potuiſſet, quam
ſors principaliter debita, vt ſupra declaratum eſt, & hoc caſu
non iuratur in litem, ſed illud intereſſe per teſtes, & alio mo-
do probari debet, ſecundum Iaſ. in d. l. in actionibus, num. 7.
& 10. Secundo in actione ſtricti iuris arbitraria iuratur in li-
21 tẽ etiam de affectione, vt notatur in d. l. in actionibus, quòd
iuramentum alias in ſtricti iuris actionibus locũ non habet,
l. alias, 6. ff. de in litem iur. Et circa hunc effectum notandum,
non in omnibus actionibus arbitrarijs iurari in litem de affe-
ctione, ſed in illis tantum, vbi reus iuſſus eſt à iudice rẽ exhi-
bere, vel reſtituere, & non obtemperat iuſſu iudicis. Tunc. n.
propter contemptum iudicis & contumaciam rei iuratur in
litẽ, etiam de affectionibus, vt declarat. Iaſ. poſt alios in d. l. in
22 Actionibus, num. 10. Et pro declaratione prædictorum ſciẽ-
d dum iuramentum in litem eſſe triplex. *d* Quoddam dicitur *e*
e iuramentum, in litem veritatis ſecundum intereſſe commu-
ne, ſeu commune prætium, ſeu valorem rei, vt communiter
f res omnibus valet. Et ad hoc *f* vt iuramentum locum habeat,
duo requiruntur: primo dolus rei ſecũdo difficultas probatio-
nis, vt eſt in caſu l. ſi quando, 9. C. vnde vi, & in cap. fin. extra,
quod met. cauſa, &c. vbi ſi quis me expulit domo, & res meæ
mobiles ſint ablatæ, poſſum Intentare interdictum. Vnde vi
& probata violentia debet fieri reſtitutio domus, & rerum
mobilium ablatarum. Sed quia res mobiles amiſſæ, non ſic
probari poſſunt per teſtes neq; ad oculum demonſtrari, ideò
probabitur per iuramentum. Sufficit etiam aliquando mo-
ra in non reſtituendo, cum difficultate probationis, vt quan-
do debitor ſpeciei eſt in mora reſtituẽdi, & ſpecies deinde pe-
rijt hoc caſu probatur vetus valor iſtius ſpeciei peremptæ, ſe-
cundum communem æſtimationem per iuramentum, & de
hac ſpecie iuramenti in litem veritatis hic non agitur, ſed in
d. l. actionibus, §. planè locum habet tam in actionibus bonæ
fidei, quam ſtricti iuris, etiam non arbitrarijs per textum in
24 d. §. planè. Quoddam iuramentum eſt in litem de affectione,
non ſecundum communem intereſſe, vel ſecundum commu
nem valorem rei, ſed ſecundum ſingulare intereſſe, & ſecun-
dum particularem affectionem ipſius actoris, quia illud inte-
reſſe, & illa affectio non alijs, ſed ipſi actori tantum compe-
tit. Exempli gratia. Habes codicem, quam debes reſtituere
Doctori, qui codex ſecundum communem valorem, & in
rei veritate valet ducatum, ſed quia Doctor diu in iſto codi-
ce ſtuduit, & multas bonas appoſtillas adſcripſit eſt ei charus,
& habet ſingulare intereſſe, & affectionem erga iſtum codi-
cem, vt mallet amittere 20. ducatos, quam iſtum codicem, ad
probandum, illud intereſſe ſingulare, defertur ei iuramẽtum
in litem de affectione, quatuor ſcilicet concurrentibus. I. Na-
tura rei petitæ, vt ſit talis res inquam cedat affectio, vt ſunt
omnes ſpecies, ſeu indiuidua, ſecũdum Dialecticos. *Si* autem
in rebus non cadat affectio non erit locus huic iuramento, vt
eſt in nummis. His enim cæteris partibus habent vniformem
& certam æſtimationem, ideò in eis non iuratur in litem de
affectione, l. nummis, ff. de in litem iur. II. Vt agatur actione
bonæ fidei, vel etiam ſtricti iuris, ſed arbitraria propter con-
temptum iudicis, & huc pertinet regula tradita in d. l. in actio
nibus, omnem actionem in qua res non reſtituitur, ſecũdum
mandatũ iudicis, dic arbitrariam, vt iudex habeat arbitrium,
& poteſtatem deferendi iuramentum in litem de affectione,
de quo ſupra dictum eſt. III. Vt concurrat dolus condemna-
ti in non reſtituendo, rẽ quam habet, ſeu quam dolo deſijt ha-
bere neque hoc caſu ſufficeret lata culpa d. l. in action. verſi.
in omnibus. IV. Vt ſit habilis perſona iurans videlicet domi-
nus rei, vel quaſi dominus, vt tutor. Item pubes, & non impu-
bes, l. videamus, 4. ff. de in lit. iur. V. Secundum, Ang. hic num.
29. requiritur, vt iudex deferat, d. l. videamus, §. deferre. Eſt e-
nim ſpecies iuramenti neceſſarij. Qualiter autem ſuccurratur
parti ſi iudex non deferat, nec faciat, quod ei hoc caſu, &
25 alijs incumbat, vide Plat. nu. decimo, Iaſ. 8. Zaſ. 5. Tertia ſpe-
cies iuramenti in litem eſt, quando præſtatur ratione intereſ-
ſe ſingularis extrinſeci, ſeu extra rem, de quo loquitur text.
in d. l. nummis, in 2. parte reſponſ. Exempli gratia. Depoſuit
penes te mille aureos quos mihi repetenti non reſtituis e-
etiam iuſſus à iudice. Hoc caſu licet agatur actione bonæ fi-
dei depoſiti. l. tuque, ſis in dolo tamen non poteſt mihi deferri
iuramentum in litem de affectione quia in nummis non ca-
dit affectio. Sed pone, quod ego debeam Sempronio 1000. au-
reos

ADDITIONES.

a *Siue quæcunque alia ſiue interdictum. Vt mox dicetur.*
b *Et veritate ſuper re, & pretio rei fructibus, damnis intereſſe expenſis. De qua materia vide plenius Plot. tract. de in litem iurando §. 22 n. 5. & ſeqq. vbi multis oſtendit, quatenus in arbitrarijs actionibus iurari in litem poſſit.*
c *Actio ſtricti iuris ſi arbitraria reddatur ſit melior quam ſi perpetue maneret ſtricti iuris, & in ſua natura. Tunc enim multa veniunt, de quibus inter contrahentes non eſt actum, vt id, quod intereſt. Iuratur præterea in actione in litem: quorum neutrum fit in ſtricti iuris actionibus, vt hic.*
d *Vide de hac materia Duran. tit. de in litem iurando.*
e *Iuramentum in litem aliud veritatis, vt hic aliud affectionis intrinſecæ, aliud affectionis extrinſecæ, vt infr.*
f *In hac quæſtione iuramenti in litem hac regula vti poſſumus. Vbicunque pars non obtemperat iudici per contumaciam, & dolum actio arbitraria redditur, ſiue agatur de tradendo vel reſtituendo, vel exhibendo poteſtque iudex contra natura actionis, ſi modo is a quo petitur, poſſit reſtituere, tradere, exhibere, vel dolo deſierit poſſidere, item ſi pars petat, ſibi deferri, iurari. Iaſ. in l. in act. ff. de in litem iur. Doct. in l. qui reſtituere, ff. de rei vend.*

Digitized by Google

reos, quos promiſi ei ad certum diem ſub pœna ſoluere, & quia tu mihi non reſtituiſti aureos penes te depoſitos, incidis in pœnam, vel propterea mea pignora obligata Sempronio ſunt diſtracta, illud dicitur intereſſe ſingulare extrinſecum, extra naturam rei repoſitæ, & ad probandum tale intereſſe, propter tuum dolum defertur mihi iuramentum in litem, vt iurem quanti mea interfuit, nummos depoſitos ſua die mihi non eſſe reſtitutos, quia incidit in pęnam, vel pignus eſt diſtractum. Et de iſto poſteriori, & prima ſpecie iuramenti in litem non agitur in §. noſtro, quia habet locum tam in actionibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris, ſed de ſecunda ſpecie iuramenti in litem de affectione ſcilicet.

a §. Curare, & de incertis a petitionibus.

1 *Continuatio, & epitome huius §.*
2 *Iudex non debet properare ad ferendas ſententias, & debet habere duplicem ſalem.*
3 *Iudex ex imperitia vel dolo iudicans ad quid teneatur.*
4 *Sententia interlocutoria quæ dicatur.*
5 *Sententia definitiua.*
6 *Sententia an in ſcriptis ferenda.*
7 *Actiones vniuerſales quæ dicantur.*
8 *Actio generalis quæ dicatur.*
9 *Particulares, ſeu ſingulas actiones.*
10 *Petitio in libello debet eſſe certa, & n. 12.*
11 *Petitio quando dicatur certa.*
13 *In actionibus vniuerſalibus petitio incerta admittitur.*
14 *Item in generalibus actionibus.*
15 *Item in actionibus particularibus, quando res petitur quę alternatiue debetur.*
16 *Libellus incertus in omni actione procedit, quando incertitudo ex facto aduerſarij prouenit.*
17 *Incerta petitio admittitur, quando factum aliquod petitur.*
18 *Item ratione certitudinis ſuperuenientis apud vtrumque litigantem.*
19 *Item quandoque aliquid acceſſorie petitur.*
20 *Item ad interrumpendum præſcriptionem.*
21 *Quando a parte de incertitudine libelli non opponitur, procedit libellus incertus.*
22. *Iudex ſententiam ferre debet, & n. 25. 26. 27.*
23 *Verbum Debet, & verbum Omnino quid importent.*
24 *Certa ſententia quæ dicatur.*
28 *Sententia incerta quando valeat, & n. 29. 30. 31. 32. & 33.*
34 *An iudex obſcuram ſententiam declarare poſſit, ſicut actor admittitur ad declarandum libellũ incertum, & n. 35. & 36.*
37 *Petitio declarationis ſententiarum quem effectum habeat, de iure communi, & Sax.*
38 *Leuteratio quando interponenda.*
39 *Leuterationes in quibus ſententijs locum habeant.*
40 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
41 *In quibus libello conformis eſſe debeat.*
42 *Princeps, & Papa poſſunt in ſententia litigantium petitionem egredi.*
43 *Exceptio ineptitudinis libelli apud ſummos principes, & in Camera Imperij non habet locum.*
44 *In criminalibus non eſt opus concluſione.*

1 Dictum eſt in fi. §. precedentis, iuncto §. in bonæ fidei, iudici aliquando ſecundum naturam actionum propoſitarum, aliquando etiam preter earũ naturam permitti ex bono, & æquo, ſecundum cuiuſq. rei, de qua actum eſt, naturã æſtimare, quẽadmodum actori ſatisfieri oporteat. Sed quia multa occurrunt incerta, præſertim in actionibus arbitrarijs & iudex quantum poſſibile eſt curare debet, ne ſententiã ferat incertam, ideo Imper. hunc §. ſubijcit, qui generalis eſt ad omnes actiones, in quo docet, iudici, quo ad fieri poteſt, ferendam eſſe ſententiam certam, etiam ſi de incerta quantitate actum ſit. Sed quia per hæc videtur præſupponi, quod petitio incerta, ſeu libellus continens incertitudinem admittatur contra l. ſi in rẽ, 6. ff. de rei vend. & c. 2. cum ibi no. ext. de li. obl. & l. Præt. edixit, 7. in pr. ff. de iniu. Item quod iudex poſſit aliquando ferre ſententiam incertam, contra l. 3. cum ibi not. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. prof & quod ſententia non conformis libello valeat, contra l. fi. ff. de fideic. liber.

In ſententia ferenda qualis eſſe debeat iudex, & de ſententijs ferendis interlocutorijs.

Ideo ſecund. Doctor. hic principaliter de tribus iſtis quæ in principalibus dicemus. Primo, An, & quando petitio incerta admittatur. Secundo, An incerta ſententia valeat. Tertio, an ſententia debeat eſſe conformis libello. Et quia iſte §. ſecundum Fab hic in pr. tangit practicam, & generaliter loquitur de omnibus actionibus, inſtruendo iudicem, quomodo iudicare debeat, pręmittendum eſt, non debere iudicem properare ad ferendas ſententias, ſed plena inquiſitione rei veritatem explorare, vt iuſtam ſententiam ferat, l. iudices, 9. C. de iudicijs. & c. iudicantem 11. cauſ. 30. q. 5. vbi dicitur, iudicantem cuncta rimari oportet, & Deum timere debet, l. vnic. §. opta-
2 mus, 5. C. de off. præf. pręt. Afr. Hinc Gl. iur. Sax. art. 30 lib 3.
dicit, illa ipſa hora quando iudex iudicat de alijs, ipſum iudicẽ a Deo iudicari, facitq. rem non nouam, 14. §. ſic etenim, C. de iudicijs. Et Gl. [Vveibsbild.] art. 16. antepe. co. dicit, par eſſe, vt imago extremi iudicij in loco iudiciorum habeatur Sic & iudex vir bonus dicitur, in l. continuus, 137. §. cum ita, ff. de verb. obl. Et Bald. in l. 2. C. de ſent. ex breu. recit. inquit quod iudex debeat habere duplicem ſalem, ſalem ſcientię, ſine quo eſt inſipidus, & ſalem conſcientię, ſine quo eſt diabolicus. Iuſtè igitur iudicare debet, cum dicatur iudex, quaſi ius dicens populo, ca. Forus, 10. ext. de ver. ſign. Vnde iudex, qui per imperitiam male iudicat, tenetur parti læſe in quantum iudici æquum videbitur, conſiderato errore, & imperitia, in princ.
3 ſup. de obl. quæ ex quaſi de l. nat. & in l. fi ff. de varijs, & extra
or. cog. Imperitia enim culpę annumeratur, l. imperitia, 132. ff. de reg. iur. Si vero ex propoſito, & dolo iniuſtam ferat ſẽtentiam, in totum tenetur parti lęſæ, de quo vide tex. in l. fi & tot. tit. Co. de pęn. iudic. qui male iud. & quæ dicta ſunt in d. princ. ſupr. de obl. quę ex quaſi de l. naſ. Item præmittendum,
4 ſententiam eſſe duplicem. Alia dicitur interlocutoria, alia de
finitiua. Interlocutoria ſentẽtia eſt, quę fertur inter principiũ cauſę, & finem, non ſuper principali negocio, ſed ſuper incidentibus, & emergẽtibus quæſtionibus, puta ſuper dilatione danda, de perſona procuratoris admittenda, probatione imponenda, & ſimilibus, ſecundum Gl. in Cle. vnica ſuper verb. Definitiua, de ſequeſt. poſ. & fruct. Et quę dicatur quęſtio incidens, ſiue emergens, vid Panor. in c. 1. num. 12. extr. de ord. cog. Vulgo dicitur ſentẽtia a interlocutoria [Eyn bei vrtheyl]
5 Sententia vero definitiua eſt, quæ principalem definit quæ-
ſtionem, & imponit finem negotio principali, ſecun. d. Gl. in d. Cle. vnic. hinc vulgo dicitur, [Eyn end. vrtheyl.] & debet continere vel condemnationem, vel abſolutionem, alias non valet, l. 1. ff. de re iu. Sicut in ſentẽtijs regulariter illa verba apponuntur. Apparet re depoſitionibus productorum teſtium, reum conuentum actori debere deductos in libello ducentos florenos, idcirco ad ſoluendum tales illum cõdemnamus vel, Quia exactis conſtat, reum a prætenſa actione abſolui debere, ideo illum ab actoris impetitione abſoluimus, & libe-
6 ramus. Et quamuis interlocutoria etiam ſine ſcripto pro-
ferri poſſit, ſecundum Gl. l. a. in fi. de app. tamen ad validitatem ſententiæ requiritur, vt feratur in ſcriptis, & ex ſcriptura recitatur, ſecundum Gl. hic ſup. verb. Sententiam, & eſt tex. in l. a & 3. C. de ſent. ex breu. recit. cap. fin. de ſent. & re iud. in 9. Excepta aliquibus caſibus notatis in Gl. & in d. cap. fin ſup. verb. Illuſtrium, & Iaſ. hic n. 60. Quibus add. quod de iure Saxon. valeat ſententia definitiua etiam ſine ſcriptura prolata, vt inquit D. Chil Koning. in ſuo proceſſu, cap. 102. num. 17.

Petitio incerta an admittatur.

7 Quod ad primam q. prin. attinet videlicet, An, & quando
petitio incerta admittatur, præmittenda eſt doct. Gl. magnæ in l. 1. ff. de eden. actiones alias eſſe vniuerſales, alias generales, alias particulares. Actiones vniuerſales dicuntur illæ, quę dantur ad aliquid, quod de ſua propria ſignificatione multa in ſe vniuerſaliter continet, vt eſt petitio hæreditatis familiæ herciſcundæ actio, quæ ad diuidendam hæreditatem competit. Actio ex teſtamento, quæ datur ex Senatuſconſulto
8 Treb pro hęreditatem reſtituenda. Item actio ex empto, quæ
datur quoties tota hęreditas emitur. Hæreditas enim comprehendit vniuerſum ius, quod defunctus tẽpore mortis habuit, l. hęreditas, 62. ff. de regul. iur. Actio vero generalis dicitur, quæ competit ad id, quod plura capitula ſub ſe continet,

ADDITIO.

a *Incertitudo in quib. vitiet probationẽ, delegationem appellationẽ, arbitrium ſiue compromiſſum, tutelã, vide apud Io. And. q. 24. An incerta dotis promiſſio valeat? Omnimodo te. & Gl. in l. vn. §. ſed etſi, in verbo, Actionis, C. de rei vxor. actione.*

net,nõ tamen vniuerſum ius, vt eſt actio negotiorum geſto-
rum,tutelę,pro ſocio, &c. Continet enim ſub ſe plura capitu-
la, vt adminiſtrationem ſalis, vini, frumenti, & ſimiliũ. Secus
autẽ, ſi ex propria ſignificatione non continet multa capitu-
la. Licet enim tunc plures res ſimul petantur, non tamen ge-
neralis, ſed particularis actio dicitur. Particulares ſeu ſingula
9 res actiones dicuntur, quę ad res particulares, non ad aliquid
vniuerſum, vel generale dantur, ſiue ſint reales, ſiue perſona-
les actiones, vt ſi peto veſtem, fundum, vel 100. ex cauſa mu-
tui, vel alio debito, de quibus latius vide Bar. & DD. in d. l. 1.
ff. de eden. Abb. in c. a. n. 18. ext. de lib obl. In actionibus vni-
10 uerſalibus, & generalib. admittitur incerta, & generalis pe-
titio, nõ autem in particularibus niſi ad alternatiua debita, vt
docet Bart. in d l 2. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. prof. Sed
quia Iaſ. hic dicit, Fab. & Bart. diſtinctionem non eſſe perfe-
ctam, ideo pro pleniore declaratione poſt Plat. hic n. 2. Iaſ. 8.
& Zaſ. in prin. conſtituatis hanc regulam. Quod petitio in li-
bello debeat eſſe certe, d. l. ſi in rem, & d. c. a. & d. l. prętor edi-
xit, cum ſim. Dicitur autem certa petitio, quando ex libello
apparet, quid quantum, & quale petatur, veluti, peto 10. am-
11 phoras vini Rhenenſis optimi, l. ſtipulationum quædã cer-
tæ ſunt, 74. iuncta l. ſeq. ff. de ver. obl. Libellus enim tanquam
fundamentum iudicij, ſecund. Plat. hic, num. 2. certus eſſe de-
bet, vt poſſit reus deliberare, an velit credere liti, vel potius
contendere, d. l. 1 ff. eo. & Auth. Offeratur, de lit. cõteſt. Item,
quando petitio eſt incerta, non poteſt fieri cõdemnatio, cum
incertitudo rei petitæ impediat condẽnationem, l. idem Pom
ponius ſcribit, 5 §. fin. ff. de rei vendit. Et hæc regula propriè
12 habet locũ in actionibus ſingularibus per quas res petuntur
particulares, tales enim in libello exprimi debent, d. l. ſi in rem
13 I. Itaque limitatur non procedere, in actionibus vniuerſalib.
vbi petitio incerta admittitur, vt in petitione hęreditatis ſuffi-
cit petere hæreditatem defuncti, rebus hęreditarijs in libello
non ſpecificatis, ſecun. Gl. mag. in d. l. 1. de eden. Neq. enim
neceſſe eſt, vt in proceſſu pendente lite ſpecificentur, ſed ſuf-
ficit res hæreditarias in executione ſententiæ ſpecificari ſeu
certificari, vt quando iudex declarauit me hæredem, & per
ſententiam mandati executioni in rebus hæreditarijs, quas
poſſidet reus, ſi negat aliquas res fuiſſe hæreditarias, extraor-
dinario modo probo illas res in hęreditate defuncti fuiſſe, vt
14 declarat Panor. in d. c. a. num. 21. ext. de lib. oblig. II. Etiam in
generalibus actionibus incerta ſed generalis petitio admitti-
tur, vt quando proponitur actio tutelæ pro ſocio, vbi genera
liter peto reddi rationem adminiſtratæ tutelę, ſocietatis, &c.
non facta aliqua alia ſpecificatione rerũ. debent tamẽ genera
libus res declarari in proceſſu ante ſententiam, ſecun. Pla. hic
num. 7 ante fin. Abb. in d. c. a. nu. 20. & 22. & per l. licet, 2. C.
de iudi. quod fit per arbitrium datum ad calculandum ratio-
nes, argumẽto. l. ſi cui libertas, 50. ff. de cond. & dem. Et ratio
diuerſitatis inter actiones vniuerſales, & generales eſt, quia
iudicium vniuerſale ſecundũ propriam naturã actionis da-
tur ad declarandum ius actoris, veluti, ad declarandum acto
rem eſſe heredem, & reſtitutio rerum fit officio iudicis, ideo
non eſt neceſſe, vt res ſpecificẽtur, ſed ſufficit ſi declaretur hę
res, qua declaratione facta, ſequitur res hæreditarias ei eſſe
reſtituendas, quę poſtea in executione declarari poſſunt. Sed
in iudicijs generalibus datur actio ad reum condemnandum
ideo debet in proceſſu ante ſententiam ſpecificari, & probari
id, ſuper quo debet fieri condemnatio. Hinc ſententia in hoc
iudicio lata non petit præiudicium, niſi in cauſis, quas actor
proſecutus eſt, d. l. licet, C. de iud. vid. Abb. in cap. 2. nu. 22. III.
15 Limitatur etiam in actionibus particularibus vbi ſingularis
aliqua res petitur, quę ſcilicet debetur alternatiue, veluti pro-
miſiſti mihi Stichum aut Pamphilum, quem tu velis. hoc caſu
ſi peto Stichũ, aut Pamphilium, licet ſit alternatiuus libellus
& ſic incertus, & obſcurus, l. pręetor edixit, 7. § quod autem, ff.
de iniur. tamẽ quia in obligatione alternatiua electio rei ſpe-
ctat ad debitorem, leg. plerumq. 10. § fin. ff. de iure dot. talis
incerta petitio admittitur, cum ex facto rei conuenti, non ip-
ſius actoris, cogatur eſſe incerta, & pendente iudicio certifi-
cabitur petitio, quia debitor cogitur eligere, & declarare, quã
rem pręſtare velit. Si vero electio ſpectet ad creditorem, pe-
tentem, non admittitur incerta petitio, cum ſit ipſius volũta-
te declarare rem, quam habere velit, vt in ſeq. §. dicemus, facit
l. vbi autẽ non apparet, 75. §. qui illud aut illud, ff. de ver. obl.
16 Et circa hanc limitationem notabitis, in omni actione pro-
cedere libellum incertũ, quando incertitudo ex facto aduer-
ſarij, ſeu rei conuenti prouenit, ſecun. Bar. per text. ibi expreſ-
ſum in l. 1. §. quia autem, ff. quo d. leg. l Plat. hic nu. 8. Ang. 2.
Iaſ. 10. vt dictum eſt de debito alternatiuo. Idem de debitu in
genere, quãdo in genere equus promiſſus eſt, & debitor nõ-
dum declarauit quem dare velit. Nam ſi actor certum equũ
in indiuiduo peteret, & ita vltra naturã obligationis ageret,
non tantum ſuccumberet, ſed etiam in pęnam §. huic autem
inſt. eod. incideret. Idem, quando eſt dubium an res extet,
quo caſu admittitur petitio rei ſi extat, vel æſtimatio eius ſi
non extat, vt not. in §. fin. l. ſi ſeruum, 91. ff. de verb. oblig. Et
Innoc. in c. Cum cauſam, 6. ext de emp. & ven. dicit, quod ex
quacunq. cauſa actor probabiliter errat, vt dubitat, admitti-
tur libellus incertus, adeò vt plures actiones ſimul proponi
poſſint, vt latius declarat Iaſ. hic. n. 10. ante fi. & Zaſ. hic verſ.
Tertia doctr. Hinc Bar. in l. quæ de tota, 76. § fi. ff. de rei vend.
dicit admitti incertam petitionem, quandocunq. actor iuſta
ignorantiæ cauſam habet. IV. Fallit hæc regula, vt incerta
petitio admittatur; ratione incertitudinis in re petita conſi-
17 ſtentis, vt quando factum aliquod fieri petitur, facta enim
ſunt incerta. d. l. vbi autem, §. qui id quod, ff. de ver. obl. Vnde
poſt moram intereſſe peti poteſt, & admittitur libellus con-
ditionaliter concludens, puta peto factum illud, & ſi non fiat
peto intereſſe, de quo plene notat, in l. ſtipulationes non diui-
duntur, 72. ff. de verb. obl. Sicut & hoc caſu admittitur incer-
ta petitio, quando agitur ad tale factum, vt actor ſeruetur a
reo indemnis. Cum enim indemnitas pendeat ex futuro e-
uentu, & omnia futura ſint incerta, rectè etiam petitio incer
ta admittitur, & ſententia hoc loco incerta lata valet, l. 2. ibi
DD. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. prof. Indemnitas enim
quoad ſententiam eſt certa, ſed qualitas, & modus indemni-
tatis ſunt incerta, vt inquit Zaſ. hic add. Plat. hic n. 9. ante fin.
18 Fab. num. 12. V. Fallit ratione incertitudinis ſuperuenientis
apud vtrumque litigantem, vt quando petitur, ſiue præte-
ritum, ſiue futurum, ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè ad-
mittitur incerta petitio, quia per iudicem declarandum ve-
nit, d. l. 2. C. de ſent. quæ ſine cert. quan. prof. Licet Vltramõ-
tani in caſu, quo intereſſe præteritum principale petitur, te-
neant rerum exprimendum eſſe, de quo vid. Fab hic nu. 4.
Prior tamen ſententia verior eſt per text. in l 3. in fin. C. de
inut. ſtip. Item per rationem inconuincibilem, quotieſcunq.
enim declaratio incertitudinis alicuius non eſt in poteſtate
actoris, admittitur libellus incertus, vt in 3. limitatione di-
ctum eſt, & vide hic Iaſ. n. 57. Ang. 2. poſt Gloſ. ſuper verb.
19 Rei. VI. Fallit, vt admittatur incerta petitio, quandocumq.
aliquid acceſſorie petitur, veluti, peto fundum cum fructi-
bus perceptis, & percipiendis, cum expenſis factis & fiendis,
quæ poſt ſententiam ante executionem taxari, & ſpecificari
debent, ſecundum Inn & alios in c. Finem litib. 4. ext. de do-
lo & contumacia, ſecus autem, ſi fructus & expenſæ non ac-
ceſſorie ad rem, ſed principaliter per ſe petuntur, quia tunc
quantitas in libello exprimi debet, vt certa ſit petitio, de quo
actor petit caſtrum, vel villam cum omnibus pertinentijs, vt
eſt tex. in c. Cum ad ſedem, 15. iun. Gl. ſup. ver. Pertientijs,
ext. de reſt. ſpo. vid. Ang. hic n. 9. Fab. 3. Plat. 11. Sicut, & iſta
petitio valet, qua peto in genere obedientiam, & ſubiectionẽ
ab hominibus illius villæ, de quo Fab. n. 6. Plat. 15. Iaſ 20. &
20 aliq. ſeq. VII Fallit, vt admittatur libellus generalis & incer-
tus ad interrumpendam omnẽ præſcriptionem, quæ ſub illa
generalitate comprehendi poteſt, tex eſt in l. fi. C. de annali
excep. Sicut & citatio hunc effectum habet, vt interrumpat
præſcriptionem, vt eſt Gl. & ibi no. in l. cum notiſſimi, 7. in p.
ſup. ver. Solam, ante fi. C. de præſ. 30. vel 40. annor. add. Chi-
lia Koning in proceſ. 3. 34. in fi. VIII. Dicit D. Iaſ. hic, nu. 16.
pro maximo fundamento in hac materia notandum eſſe,
quod libellus incertus, obſcurus, & generalis, non procedit,
quando a parte opponitur de incertitudine libelli. Si vero nõ
fuerit oppoſitum proceſſus propterea non viciatur, vt eſt ele-
gans doctrina Gl. magnæ in fi. d. l. fi. C. de ann. excep. Debet
tamen actor illum declarare pendente iudicio, quandocunq.
iudex, vel pars hoc petit, alias iudex ſententiam ſuper incer-
to ferre non poſſet. Itidem Pomponius ſcribit, 5. §. fi. ff. de rei
vend. vt no. in c. C. cum Bertoldus, 18. extr. de ſent. & re iud.
Et hæc procedunt in ciuilibus non autẽ in criminalibus cau-
ſis, vbi non valet accuſatio de omnibus maleficijs, quæ reus
commiſit, l. libellorum, 3. in pr. ibi. Bar. ff. de accuſ. facit tex. in
l. prætor edixit, 7. ff. de iniu. & de his latius vide hic Pla. n. 17.
Zaſ. verſ. Septimo multum notabiliter fallit. Fab. n. 11.

Sententia incerta an valeat.

a Secundo principaliter quæritur, An, & quãdo ſententia a in-
certa

ADDITIO.

a *Vide Ioan. Andr.* q. 23.

a certa a valeat, & in hac qu. etiam concluſio affirmatiua con-
22 ſtituenda eſt a iudice certam ſententiam ferri: debere vt per
tot. tit. C. de ſent. quæ ſine certa quant. profe & per tex. noſt.
23 hic, qui primo vtitur, verbo Debet quod de ſui natura im-
portat neceſſitatem, vt notatur poſt Gl. in l. ſæpe audiui Cæ-
ſarem, 8. ff. de offic. præſid & Gl. in Clem. 2. ſuper verb. De-
beant extr. de ſtat. Monac. & plene per Bart. in l. creditores, 3.
C. de pign. Deinde ponderatur in tex. ibi dictio. Omnino de
cuius natura eſt importare generalitatem, vt omnem caſum
comprehendat ſec. Gl. in l. ſi cum exceptione 14. § quatenus
10. ſuper verb. Omnimode ff quod met. cau. Aſtringitur igi-
24 tur iudex ferre ſententiam certam in omni caſu. Dicitur autē
certa ſententia, non tantum iſta, quæ fit per deſignationem
rei vel quantitatis, ſed etiam, quæ per certam relationem ad
aliud, ſec. Iaſ. hic n. 5. Vnde valet ſententia, quæ refert ſe ad
certam partem, actorum veluti, Condemnato te ad quanti-
tatem contentam in inſtrumento producto per actorem l. in
ſententijs 59 & l. ait prætor 5. § ſi iudex ibi DD ff. de re iud. &
d. l. 3. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. &c. ſicut, & alias dicitur
contineri in ſcripto referente quod continetur in ſcriptura,
ad quam fit relatio, l. eſſe toto. 77. ff. de hær. inſt. & l. ſi ita ſcri-
pſero, 38 ff. de cond. & demon. Et de hac materia vid. plures
quæſtiones per Ang. hic n. 3. & Iaſ. 36 Porro præd. concl. I. Non
25 ſolum de ſententia definitiua intelligenda, eſt verum etiam
de interlocutoria, quando materia iſta exigit certitudinem,
vt ſi facti ſunt articuli, vel poſitiones quas dico eſſe imperti-
nentes, & ad eas non eſſe reſpondendum tum iudex per in-
terlocutoriam ſpecifice declarare debet quibus poſitionibus
reſpondere debeat, & quibus non alias, etiam interlocutoria
generalis, & incerta, valet, vt declarat hic Fab. n. 18 ante fin.
26 & Plat n. 18. II Prædicta concluſio procedit quando certum
in libello petitum eſt quia tunc non valet ſententia niſi de ſpe-
cie, vel quantitate, de qua litigatum, pronuncietur ſecundum
Gloſ. hic ſuper verb. Rei, ſiue per deſignationem rei ſiue per
relationem ad aliud, vt ſupra dictum eſt III. Procedit, etiam
27 ſi de incerta quantitate actum, vel in libello incertum peti-
tum, ſit, quod tamen ante ſententiam certificari poteſt. Vt
cum peto generaliter intereſſe, quod deinde corā iudice pro-
bari, & ad certitudinem deduci debet ſecundum Gl. hic ſuper
verb. rei. Si vero tale incertum petitum, eſt quod ante ſenten-
tiam certificari, non poteſt hic ſecundum naturam obligatio-
nis, & petitionis incertæ ſententia ferri debet ſec. Gl. hic ſuper
d. verb Rei in fi. Vnde concluſionem prædictam limitare nō
procedere, 1. Quando debitum in genere petitum eſt quia
28 equus, vel homo in genere promiſſus eſt vbi actor non po-
teſt in ſpecie petere quia caderet in pœnam plus cauſa peten-
tis § huic autem ver. Præterea Inſ eod. Ideo, & condemnatio
ad equum in genere præſtandum fieri poteſt, niſi reus ante
ſententiam declarauerit quem dare velit, ſec. Plat. hic n. 12. 2.
Vbicunq; ex facto aduerſarij incertitudo oritur, vt eſt in de-
26 bitis alternatiuis. Niſi enim reus ante ſententia declarauerit
quam rem dare velit, poterit iudex eum condemnare vt hāc
vel illam præſtet prout in libello, & obligatione continetur vt
notatur in d. l. Prætor edixit. §. quod autem, 4. ſupr. verb Neq.
ſub. alternat in fi. ff de iniur. de quo vid. hic Pl. n. 8. ante fi. 3. in
30 action vniuerſalib. in his enim ſicut petitio ita etiam, & ſen-
tentia incerta, eſſe poteſt ratione rerum vniuerſalium petia-
rum quæ deinde in executione ſpecificantur. Sed quia in
actionibus generalibus ante ſententiam res declarandæ ſunt
etiam certa ſententia ſup. his ferri debet per ea quæ ſupra di-
cta ſunt. Quod ita intelligendum eſt ſec. Fab. hic, n. 13 verſic.
Quid in actionibus generalibus vt ſi petitio continet, ſocium
tutorem vel negotiorum geſtorem, reddere rationem admi-
niſtrationi debere ſufficiat ſi reus ad hoc generaliter cōdem-
netur ſed poſtea debet dari arbiter qui interſit reddendæ ra-
tioni, & ſingulas diſcutiat, & iudici referat, arg. l ſi cui 30 ff.
de cond. & demon & tum iudex certam proferat ſententiam
& in certa ſumma, condemnabit reum, & hoc caſu obtinet §.
noſter. Quamuis enim ab initio de incerta quātitate, actum,
ſit nihilominus tamen iudex curare debet vt negotio exami-
31 nato certam ferat ſententia 4. Sicut ſub acceſſorijs in certa
petitio ita etiam incerta ſententia admittitur de quo vid. hic
Pla. n. 11. Fab. 18. Iaſ. 54. Et pro pleniori declaratione iſtius ma
32 teriæ, notare hic diſtinctionem, quam tradit hic Fab. n. 1. in
quam comprehenduntur omnes caſus in quibus certa ſen-
tentia ferenda eſt, & in certa ſententia lata valet. Aut quæri-
tur quomodo ſit ſententiandum ſup. principali, aut ſuper ac-
ceſſorio. Primo caſu ſubdiſtinguitur, Aut petitio continet cer-
tam, vel deſignatam quantitatem aut rem, & ſententia certa
eſſe debet vel per deſignationem rei, vel quantitatis, vel per
certam relationem ad acta, vt quia conſtat ex actis, quæ res
vel quantitas debeatur, ſic alias ſententia in dubio refertur ad
acta vt cum dicimus conſtare oportere ex actis de debito in
telligendum eſt de actis probatorijs, vt de inſtrumentis, con-
feſſionibus partium, & de atteſtationibus teſtium non au-
tem de actis aſſertorijs, vt quando actor in libello vel poſi-
tionibus aſſerit, ſibi certum quid deberi. Hoc enim non
probato habet locum vulgo quod dicitur: Actore non pro-
bante reus abſolui debet, l. qui accuſare 4. C. de edendo. Aut
petitio continet incertum, & iterum ſubdiſtinguitur. Aut
de natura obligationis ſeu rei ad quam concluditur, non eſt
certificatio facienda, vt quando debetur equus in genere
vel alternatiue, & tunc ſicut, incerta petitio ita etiam in cer-
ta ſententia valet. Et ita quoque de vniuerſalibus actioni-
bus dicendum eſt. Aut petitio eſt incerta de natura tamen
rei, vel obligationis certificanda, & tunc locum: habet §. no-
ſter quod iudex curare debet, vt certam ſententiam ferat.
Secundo caſu principali quando ſententia ferenda eſt ſuper
acceſſorio, puta fructibus, & expenſis valet ſententia incer-
33 ta vt poſſit fieri condemnatio in fructibus expenſis, &c. re-
ſeruata taxatione iudicis de quod vid. latius hic Fab. num. 17.
Vltimo circa hanc ſecundam concluſionem quæritur: Si iu-
34 dex incertam, & obſcuram tulit ſententiam, an eam decla-
rare poſſit, ſicut actor admittitur ad declarandum incertum
libellum? Et videtur prima facie dicendum quòd non per
text in l. iudex poſteaquam 55. ff. de re iud. vbi dicitur, iu-
dicem, poſt quam ſemel tulit ſententiam iudicem, eſſe de fi-
ne, & ſententiam mutare non poſſe, ſiue enim bene ſiue
male pronunciauit, fructus ex ſuo officio. Et quia per ta-
lem declarationem iudex poſſe peruenire ad retractationem
ſententiæ, non videtur ei permiſſa eſſe declaratio ſententiæ
per l. 1. C. ten. reſcind. non poſs. Sed in hac quæſt. ita breui-
uiter diſtinguendum eſt. Aut loquimur de ſententia inter-
35 locutoria, aut de ſententia definitiua. Primo caſu admittitur
declaratio ſententiæ interlocutoriæ, incertæ, & obſcuræ, cum
& interlocutoria ſententia in totum reuocari, & mutari poſ-
ſit, ſiue concernat proceſſum, ſiue emergentem, ſiue inci-
dentem quæſtionem, quia per interlocutoriam non eſt in-
finitum iudicis officium. l. quod iuſſit, 14. cum ibi not. ff. de
re iud. vbi in Gloſ. referuntur limitationes iſtius concluſio-
nis, & late per Felin. in cap. Qualiter, & quando, 17. num. 9.
extr. de accuſ. vbi ampliat hanc concluſione procedere, tam
in iudice de legato, quam in ordinatio: cum, & arbiter in-
terlocutoriam reuocare poſſit, l. dicere, (al. eſt. §. 1. l. qualem
36 autem, 19.) ff. de recep. arb Secundo Caſus ſubdiſtingui-
tur. Aut loquimur de iudice delegato, & is ſententiam a ſe
latam declarare non poteſt ſecundum Bar. in l ab executore,
4. ff. de appellat. & Plat. num. 5. Aut de iudice ordinario. Et
licet is ſententiam proprie non poſſit reuocare cum fructus
ſit ſuo officio, tamen eam declarare, & interpretari poteſt, ſi
contineat aliquam obſcuritatem, per d. l. ab executore cum
ibi no & l actorum verba, 46. ff. de re iud. accipiendo decla-
rationem pro congrua, verbi vel orationis expoſitione. Qui
enim declarat nihil de nouo dat, vel facit, ſed datum vel fa-
ctum ſignificat, & declarat, l. hæredes palam 21. §. ſi quid
poſt, ff. de teſtam. & quamuis Bart. intelligat, hoc procede-
re tantum in maioribus iudicibus habentibus merum impe-
rium, tamen Fel. poſt alios in dict. cap. Qualiter & quando
37 n. 24. ante fin. dicit etiam locum habere in quolibet ordina-
rio iudice, non habente merum imperium quia eadem ratio
militat in vtroq. Et ſic notandum, quod petitio declarationis
ſententiarum. [Dei leuterung.] de iur. com. quoq. locum ha-
beat, ſed tantum ad illum effectum, vt verbum obſcurum in
ſententia, declaretur. Neque enim per eam ſuſpenditur effe-
ctum ſententiæ, ne tranſeant in rem iudicatam, quia hoc nul-
la lege probatur. Erubeſcimus autem abſque lege loqui cap.
Conſideremus, 5. Nouel. 18 de trien. & ſemi. De conſuetu-
dine vero iur. Sax. habet eundem effectum quæ alias appel-
latio obtinet, vbi petitur in effectu, non tantum verba ſenten-
tiæ obſcura declarari, ſed etiam corrigi emendari, & aliquan-
do in totum mutari ſententiam contra d. l. iudex. Nec mi-
rum, quia habet effectū appellationis. Ideo ſemper in leutera
tione præmittitur illa clauſula, quæ alias in appellationibus,
vſurpari ſolet. Non deducta deducam, non probata probabo
38 iuxta beneficium l. per hanc, 4. C. de temp. appella. Et quia
partes

A D D I T I O.

a *An ſub conditione fieri poteſt? Minime, l. 1. biduum, ff. quando appell. Vide tamen quinq. exceptione apud Soc. regis ſententia ſub conditione, 169. an ſub alternatione? Vide Io. And. d. q. 23.*

Digitized by Google

partes non raro in prima inſtantia aliquid omittunt, quod propter beneficium prædictæ regulæ deinde in ſecunda inſtantia de nouo deducunt, propterea ſæpe iudici, primam ſuam ſententiam mutandi, cauſa præbetur. Et quia habet effectum appellationis, notandum, quod etiam infra decē dies a die latæ ſententiæ, ſicut appellatio interponi debet iuxta Authen bodie, Cod. de appellat. & niſi intra decem dies interpoſita fuerit ſententia tranſit in rem iudicatam. Ex quibus colligitur, de iuris Sax. cōſuetudinem, plenius ſuccurri quam de iure comuni, his, contra quos ſententia lata eſt vt habent etiam remediom leuterationis, Et ſi poſtea ſub declaratione ſententia fertur, per quam prima confirmatur quod ſcilicet non obſtante leuterationis exceptione prima ſententia firma manead, tamen poterit adhuc a tali ſententia appellari, vt cauſa ab inferiori iudice, ad ſuperiorem, per viam appellationis,
39 deuoluantur. Et habent tales leuterationes locum, non tantum in ſententijs definitiuis, ſed etiam, in interlocutorijs, adeo vt aliquando etiam coram iſtis iodicibus a quibus propter priuilegium appellare non licet (vt hodie ſunt Electores Imperij, qui in hoc gaudent priuilegio. Præfectus Prætorio, lege vnica, Cod. de offic. prefar. & haber in Aurea Bulla ſub rituli. [Vonder Churfurſtem Freibeyten.] loco appellationis admittatur [die oberleuterung.] Sicut quotidie in his terris practicatur.

Sententia libello conformis verum eſſe debeat.

40 Tertio principaliter dicendum eſt, An, & quando debeat
a ſenteoria conformis *a* eſſe libello, & hic quoque affirmatiue concluditur, ſententiam conformen eſſe libello, debere adeo, vt fatuus dicatur iudex, qui in alio condemnat quam petitum eſt lege fin. Cod. de fideicom. liber & in l. vt fundus decimo octauo. C. communi diuid. Et hæc concluſio non ita intelligenda eſt quaſi ſententia debeat eſſe conformis libello, quod ad concluſionem libelli: alias omnis ſententia eſſet condemnatoria, & reus nunquam abſolueretur, cum actor an concluſione libelli, ſemper petat reum condemnari, & tamen iudex plerumque reos tamquam magis fauorabiles abſoluat præſertim actore oon probante. Sed ita ſententia fit conformis libello, vt ſecundum ea quæ petuntur, vel con-
41 demnatoria, vel abſolutoria ſententia feratur. Hic Bald. in l. 1. C. ſi plures, vna &c. dicit ſententiam io tribus debere conformen, eſſe libello. I. Quo ad rem petitam, & iudex in alia re non condemnet. II. Quo ad cauſam, ex qua res petita eſt vt ſi actor petat 100. ex cauſa depoſiti, iudex non condemnet reum ex cauſa mutui. III. Quo ad actionem, quem actor inſtituit. Et ſic iſta concluſio 1. Limitator procedere vt ſententia ſi conformia libello quo ad modum decidendi vt ſecundum cauſas adductas, & res petita, obſolutoria vel condemnatoria ſententia feratur, non autem quo ad concluſionem, ſeu modum petitionis actoris, alias ſemper reus
42 condemnandos eſſet, vt ſupra dictum eſt 2. Procedit in iudi-
b cibus *b* inferioribus, a Papa, & Imper. conſtitutis, qui ſola facti veritate inſpecta pronunciant, nec talibus ſolennitatibus aſtricti ſunt. Licet enim Imper. debeat viuere ſecundum leges, l. digna vox 4. Co. de legibus, tamen quo ad ſolennia iutia dicitur legibus eſſe ſolutus, l. princeps, 31. ff. de legib. Hinc
43 Zaſ. hic ſubijcit notabile verbum, exceptionem ineptitudinis libelli apud ſummos Principes, & in Camera Imperij non habere locum, & de hac limitatione vide hic Iaſ. numer. vigeſimonono.

44 Limitatur procedere in cauſis ciuilibus, in quibus concluſio fit, vt actori aliquid præſtetur, oon autem in criminalibus vbi etiam libellus ſine concluſione procedit, ſecundum Bart. in l. quid ergo, decimotertio, §. pœna, ff. de his qui not. inf. Ibi enim agitur de vindicta publica. l. licitatio, (al. incip. locatio,) 9. §. qui illicite, ff. de public. quo caſu iudex poteſt ex ſuo officio ſuplere, & procedere nullo petente l. congruit, decimotertio, ff. de offi præſ. Et licet actor in libello accuſatorio concludat ad certam pœnam, tamen iudici datur liberum arbitrium ad plos, & minus condemnandi cognita qualitate delicti, & perſonæ, l. bodie, 13. ff de pœn. ſecundum Bat. in dicto §. pœna, quem referunt, & ſequuntur hic Aog num. 7. Iaſ. 30. qui addit, & alias limitationes di quibus vide Bald. & alios in dicta lege fin. & io cap. Licet, Heli, 31. extra de ſimo. Iaſ. in l. vinum vigeſimoſecundo, ff. ſi cert. pet. Lanf. de Orian. in cap. Quoniam, vndecimo, ſupra verbo, interlocutiones, numero 29. extra de probat.

ADDITIONES.

a *Sententia non valet, niſi ſit conformis libello, vt hic, &c. Licet de Simonia. Cuius ſententiæ vide tredecim exceptiones apud Socinum regula ſententia, 257. Quid ſi ſuper inepto libello lata? Ipſo iure nulla eſt Bald. in l. Actor, C. de reb. credit. & in l. hoc iure, ff. de inſtit. Cyn. in l. 1. Cod. vt quæ de ſunt aduoc. Cuius regulæ vide quatuor exceptiones apud eundem regula, Sententia ſuper inepto libello, 368.*

b *Atqui ſupra dictum eſt, quantumuis incertum petitum ſit, tamen iudicem ſententiam certam ferre poſſe, ad eoque debere: quod certe, & de inferiore iudice accipiendum eſt. Reſpondet Mynſingerus certum, & incertum dumtaxat eſſe qualitates quæ non efficiant libelli, & ſententiæ. Elegantias Donell. tradit iudicem cum certam difformitatem ſummam dicit, non aliam rem dicere, ſed eam quæ petita erat explicare nihilominus vt dicat eundem quam actor intelligi voluit vt de frumento commodiſſime dictum eſt à veteribus eum qui excuſſit frumentum ex ſpicis, non nouuam ſpeciem facere, ſed eam quæ eſt, deligere, l. adeo, § cum quis ex aliena, in fine, ff. de acqu. rerum dom.*

§. Si quis agens.

1 *Continuatio.*
2 *Pœna plus petentis, quæ olim de iure communi fuerit.*
3 *Minor ex imprudentia plus petens reſtituebatur, ſecus doloſe.*
4 *Dolus verus, & dolus præſumptus quis.*
5 *Infans ex delicto non tenetur.*
6 *Maior infante, aut pubertati proximus qualiter obligetur.*
7 *Impuberes ex delicto obligantur, ſed delicta in ijs, adeo ſeuere, vt in maioribus, non puniuntur.*
8 *Maior plus petens quando excuſetur.*
9 *Error facti etiam prudentiſſimos fallit.*
10 *Error facti aliem quando non tolerabilis.*

1 HIc §. poteſt continuari ad præcedentes hoc modo. Dictum eſt hactenus in toto tit. qualiter per actiones id quod debetur peti poteſt, nec enim propria authoritate quis res ſuas, etiam proprias occupare debet, ſub pęna amiſſionis ſui iuris, iuxta l. extat, 13. ff. quod met. cauſ. & l. ſi quis in tantam, 7. C. vnde vi. Sed quia ſæpe contingit, vt actor plus debito petat, ideo nunc Imp. docet, qua pęna plus petētes puniantur. Et continet hic §. materiam cohærentem, vſque ad §. ſin minus. Sed quia prolixior eſt, idcirco poſt DD. hinc per verſiculos hac ratione, eum declarabimus, vt primo dicamus, quę
2 olim de iure antiquo erat pœna plus petentis. Secundo, quot modis dicatur quis plus petere. Tertio, quæ pœna hodie de iure nouo plus petenti imponatur.

Quod ad primum attinet, ſciendum olim plus petentem in libello, cecidiſſe cauſa, ſeu iure ſuo. Ita duriter agebatur cum eo, qui in iudicio plus petebat, quam ei debebatur, quia faciebat iacturam cauſæ, & totum debitum amittebat text. eſt hic. Quę pœna habebat locum. I. Siue plus re, ſiue tempore, ſiue loco, ſiue cauſa petebatur, ſecund. Gloſ hic ſuper verb. Plus. II. Siue agebatur perſonali, ſiue reali actione, ſecundum. Fab. hic nu. 1. Iaſ. 3. in fi III. Siue ſcienter, ſiue ignoranter plus debito petebat, dummodo ignorantia erat craſſa, & affectata, per text. hic, in verbo, Conſtantiſſimus. Vnde Fab. hic, num. 3. dicit: Quod ſi procurator meus accepit a meo debitore partem debiti, & ego poſtea totum debitum peto, incido in illam pœnam, quia eſt craſſa ignorantia. Debebam enim prius inquiſiuiſſe Procuratorem, an totum vel partem exegerit, add. Iaſ. hic num. 2. Zaſ. poſt prin IV. Ampliatur quod nec actori per remedium reſtitutionis in integrum ſuccurrebatur, per text. hic. Sed iſta concluſio 1. Limitatur in minore. Nam is reſtituebatur in integrum, aduerſus plus petentem in libello, vt hic. Quod eſt verū, ſi ex improdentia lapſus ſit petendo, quod in dubio præſumitur, cum delictum nunquam pręſumatur, vulg. l. merito, 51. ff. pro ſocio, ſecus, ſi doloſè plus petijt, quia tunc ſicut maior punitur. Licet enim ſubueniatur minori aduerſus dolum præſumptum de præterito, vt eſt Gl in l vbi exigitur, 8. in princ. ſup. verb. Niſi, dolo, ff. de eden, non tamen contra dolum verum reſtituitur, l. 1. C. ſi aduer. delictum, vbi dicitur: Malorum mores infirmitas animi non excuſat. Et dicitur dolus verus, qui probatur ex manifeſtis indicijs, l. dolum, 6. C. de dolo. Pręſumptus autē dolus dicitur, quando quis non facit id, quod de iure tenetur facere, l. ſi procuratorem, 8. §. fin. ff. mand. Hinc quæritur: Qua-

liter

Digitized by Google

a liter minor a in delictis excuſetur? Communiter à DD. talis
diſtinctio tradi ſolet, in d.l.1.C.ſi aduerſ.delict. Aut loquimur
de infante, qui dicitur vſque ad ſeptimum annum, & quia is
caret intellectu, & ignorat quid agat, ex delicto non tenetur
6 l.infans, 12.ff.ad leg. Corn. de ſica. Aut loquimur de maiore
infante, pubertati proximo, & ſubdiſtinguitur. Aut commiſit
tale quid, quod tantum in maioribus, & non in minoribus
delictum ſtatutum eſt, & tunc quia tale delictū non cadit in
ipſius perſonam, ipſo iure iuuatur, & excuſatur, nec opus ha-
bet aliqua reſtitutione, l.ſi.C.ſi aduerſus delict. aut delictum
cadit in illam perſonam minorem, & tunc ſi per culpam co-
miſit, etiam reſtituitur, nec punitur, d.l.1.in ſi C.ſi aduerſ.de-
lict. Sin dolo commiſit, non reſtituitur, d.l.1.& l.ſi ex cauſa, 9.
§.nunc videndū, ff. de minor. Et notandum, licet impuberes
ex delicto obligentur, non tamen propter miſerationem ęta-
7 tis, ita ſeuere in eis delicta punienda eſſe, vt in maioribus, l.
auxilium, 37.§.1.verſ. In delictis, ff.de minor.cap.1. in fin.ext.
de delict.puer.& l.fere in omnibus 108. ff.de regul. iur. Hinc
Bald. inquit in l.etſi ſeuerior, 3. C. ex quib. cauſ. infa. irrog.
impuberem, quantumuis doli capacem, ſi committat homici
diū, non tamen debere decapitari, de quo Dec. in d.l. fere 2.
8 Limitatur prędicta concluſio, vt etiam maior plus petens ali-
quando à prædicta pœna excuſetur, quando ſcilicet errore
lapſus plus petijt debito, & ex magna cauſa iuſti erroris, non
ex quolibet errore, reſtitutio ei conceditur, ex clauſula gene-
rali, ſi qua iuſta cauſa mihi videbitur, de quo in l.1.ff. ex quib.
9 cau. maio. &c. Et hoc eſt verum, quando non errore iuris,
ſed facti lapſus eſt. Error enim facti etiam prudentiſſimos
fallit, vt inquit.l.C.in l.2.ff de iur. & facti ignor. Quod intel-
ligite de facto alieno: non proprio, quia in facto proprio nō
eſt tolerabilis ignorantia, l.quamquam, 7.ff.ad S.C.Vellei.ni-
ſi ſit factum proprium de antiquo, quia tunc non pręſumitur
ſcientia, ſecundum Dyn.in cap. Præſumitur, 35. de regul.iur.
in 6. Omnium enim habere memoriā, diuinitatis magis eſt,
quam mortalitatis, vt inquit Imper.in l.2.§.ſi quid autem in
tanta, 14.C.de ver.iur.enucl.& memoria hominis eſt labilis,
l. peregre. 44. ff. de ac. poſ. Item ſi factum eſt intricatum, vt
non poſſit de facili memoria retineri. De quo vide Bart.&
DD. in l. ſi res obligata, 57.ff. de l.1. Ang.hic n.12.Iaſ.9. Por-
10 ro quod dictum eſt ignorantiam in facto alieno eſſe tolera-
bilem limitatur non procedere. I Si quis diceret ſe ignorante
factam alienam, & ſępius tractaſſet hoc factum, & interfuiſ-
ſet dum tractaretur, vt eſt in caſu l. Procula, 26. ff. de probat.
II. Si eſſet tale factum quod eſſet publicatum in loco in quo
quis moram habebat, vt quia erat publicatum in valuis Ec-
cleſiæ, quia tunc præſumitur quis ſcire id, quod publice ſci-
tur, ſec. Glo. & Bart. in l.1. ff. de receptator. III. Si eſſet ali-
quod factum alienum, grande, & notabile quod non facile
datur obliuioni, quia in eo non recipitur ignorantia de quib.
& plur. alijs caſib. vide not. in c.Ab excommunicato, 42. ex-
tra de reſc.Iaſ.hic n.7.& ſeqq.Zaſ.in ver.Hoc fallit.

ADDITIO.

a *Aetas an, & quando excuſet, vide Tiraq. tra. de pen. tempe-
ran.cauſa 7.Clar.§.vlt.q.60.& Menoch.tract.de arbit. iudic.
caſu 329. & Doct. in l. fere in omnibus pœnalib. iudicis, 108.
ff.de regul.iur.l.1.§.impuberes.C.de falſ.moneta, l.infans ff.de
ſicar.l.1.§.impuberes l.excipiuntur ff.ad Syllan. l.1.§.impube-
res ff.commodati. Clem.1. de homicid.*

Verſic. plus autem.

1 *Quatuor modis plus petitur primo re, & quando res plus pe-
tens non incidat in illam pœnam.*
2 *Secundo, tempore plus petitur.*
3 *Dictio Plus, quomodo hic accipiatur.*
4 *Tertio plus loco petitur.*
5 *Intereſſe qualiter probetur.*
6 *Quarto, cauſa plus petitur.*
7 *Cauſa plus petere quid.*
8 *Concluſio libelli conformis eſſe debet naturæ, & qualitati o-
bligationis.*
9 *Alternatiuarum ſex ſpecies in iure reperiuntur.*
10 *Rerum.*
11 *Perſonarum.*
12 *Temporis.*
13 *Locorum.*
14 *Rerum, & locorum ſimul.*
15 *Rerum perſonarum, & locorum ſimul.*
16 *An in omnibus alternatiuis, locum habeat diſpoſitio hu-
ius, §.*
17 *Electio in alternatiuis quando ſpeciei ad debitorem vel cre-
ditorem.*
18 *In vltimis voluntatibus plenior, quam in contractibus ſit in-
terpretatio.*

1 Declaratur hic ſecunda quęſtio principalis. Quot modis
quis dicatur plus petere, ſcilicet quatuor modis. Primo
petitur plus re, vt quando quis petit 20. pro 10. vel totum fun-
dum cuius pars, tantum debetur, vel totam hæreditatem in
qua tantum pro parte eſt hæres inſtitutus vt hic. Quod limi-
ta duobus modi. I. Vt procedat in debito principali, quando
illud augetur, non autem in acceſſorio, vt quando quis petit
rem cū fructib. & intereſſe, & poſtea in proceſſu conſtat fru-
ctus, & intereſſe non deberi, ſed tantum res principaliter de-
bitum, ſecund. Fab.n.4.in ſup.§.p. Plat.1. Iaſ.1.per rationem,
quia hoc eſt pęnale, ergo non debet extendi, vul.l.interpreta-
tione, 42.ff.de pęnis II. Plus re petens non incidit in illam
pænam, ſi in libello adiecit illam clauſulam. Peto hæc ſaluo
iure ſuperflui, ſec. Anto.de But.in c.2. ext. de li.obl. quem
refert Iaſ. in ſup.§.pat.n.3.
2 Secundo dicitur plus peti tempore quando quis præmatu-
rè ante diem petit. Sicut enim minus ſoluit, qui tardius ſoluit:
ita contra plus petit, qui citius petit, tex. eſt hic. Quod proce-
dit. I. In die appoſito ab homine, ex conſenſu partiū, vt ſi quis
promiſit ſoluere Calendis Maij, & creditor petat Calend. Ia-
nuar. II. In die vel dilatione, quæ ex natura rei obligationi
ineſt, vt ineſt fructib. naſcituris. Qui enim petit fructus fundi
antequam naſcantur is dicitur plus tēpore petijſſe, adhoc, vt
incidat in pęnam facit l. interdū, 73.ff. de verbo oblig. III. In
die quæ, ex diſpoſitione legis in eſt, vt eſt in caſu l.vnicæ, §.
cū autē, 7. verſ. Exactio. C. de rei vxo.actio. vbi hæredes mari
ti habet annum a lege infra quem reſtituant dotem in reb.
mobilibus conſiſtentē Si ergo vxor, vel eius hęredes infra an
num dotem repetant, in pęnam plus petētis tempore incide-
3 rent. IV. indebito conditionali vt ſi quis petat rem ante euen-
tum conditionis, ſub qua res promiſſa eſt tex. eſt hic add. Pla.
num.5.& 6. Iaſ.3.& Zaſ. qui reſpondent ad illam obiectione,
quomodo hoc caſu quis dicatur plus petere, çum pendente
conditione nō ſit aliquod debitum, nec obligatio aliqua orta
iuxta l.cedere diem, a 13.ff. de verb. ſign. videlicet hic impro-
prie accipi illam dictione, plus, comparatiuus enim nūquam
præſupponit poſitum, quando inde abſurdus legum reſultat
intellectus, vt Gl. in l. in ciuilem, 2. ſuper ver. Cautius, C. de
furtis. Pro limitatione huius doct. notandum, tempore plus
petent excuſari a pęna, quando reus iuſſus eſt a iudice ſoluere
ante diem, facit tex. l. iuſte poſſidet, t 1.ff.de acq.poſ.
4 Tertio, plus loco petitur quando quis, id quod, in certo lo-
co, puta Norimbergæ ſibi dati ſtipulatus eſt in alio loco puta
Lipſiæ, petit. Aufertur enim debitori vtilitas, quam ſi in loco
cōuento peteretur haberet. Poteſt enim ipſius debitoris mul-
tū intereſſe, quia fortaſſe, debitor conuentus in loco non de-
ſtinato, cogitur fœnerari ſub maioribus viuris vt ſatisfaciat
creditori. Item poteſt allegari intereſſe pudoris quia pudor
eſt debitori, quod in alio loco cōuenitur, vt ſic appareat ipſius
egeſtas, ſecund. Zaſ. hic, add tex in l 2 poſt med. princ. verſic.
Quid enim tam durum C. quam & quib. quar. pars deb. li. 10.
Et vtilitas ac intereſſe ſec. Imp. hic facile conſideratur in mer-
cibus vt frumento vino, oleo, & ſimilib. rebus, quorum pre-
cia variantur ſecūdum, varietatem regionum, vt in vno loco
carius, quam in alio vendantur, tex. eſt hic, & in l. ideo in ar-
bitrium ff. de eo quod cer. loc. & in l. precia rerum, 63.§. ſi.ff.
5 ad leg. Falc. Hic ſumpta occaſione quærunt DD. hic qualiter
valor rei probetur. De qua materia vide hic Plat. in verſ.
Loco plus petitur nu.8. Ang.1.& 2. Iaſ.7 & DD. in l. vnica, C.
de ſent. quæ pro eo. & in l.2.C. de reſcind. vend.
6 Quarto, qui cauſa petitur per creditorem, qui vnum ex
pluribus alternatiue debitis petit, vel qui in ſpecies certum
quid a reo petit, qui in genere ei tantum rem promiſit. Eſtq.
ratio quia in debito alternatiuo, & generi, electio ſpectat ad
debitorem quam rem dare velit. Et quia iſta electio aufer-
tur debitori per creditorem petentem certam aliquam ſpe-
ciem, ideo debitor dicitur plus cauſa petere, & incidit in pœ-
nam, §. noſtri. Ex quo hic colligit Zaſ. plus cauſa petere ni-
7 hil aliud eſſe, quam electionem reo auferre. Et differt a pe-
tente plus re, quia is, qui plus repetit agit ad id quod in obli-
8 gationem non eſt deductum. In alternatiuis vero debitis am-
bo quidem ſunt in obligatione, ſed eſt in electione debitori

quam rem dare velit:ſicut etiam in debito generis electio ad
debitorem ſpectat, de quo vide Zaſ. poſt Iaſ. in verſic. Huic
autem, num. 2. & 3. Hinc Angel in verſic. Huic autem, nu. 1.
ſubijt regulã vniuerſalem, in concipiendis libellis, obſeruan-
dam, quod petitio, ſeu concluſio libelli, ſemper cõformis eſ-
ſe debeat naturæ, & qualitatis obligationis, vt ſi eſt obligatio
pura petatur pure, & preciſe reum condemnari: ſi obligatio
eſt in genere, concludatur in genere reum condemnari: ſi
vero eſt alternatiua obligatio, alternatiue quoque conclula-
tur, alias actor incidit in pœnam huius, §. ad Iaſ. hic in verſic.
9 Huic autem, num. 5. Porro quia ſex ſpecies alternatiuarum
reperiuntur in iure noſtro, dubitatur an in omnibus locũ ha-
beat diſpoſitio §. noſtri? I. Eſt quædam alternatiua rerum ve-
10 luti, promiſi tibi Stichum aut Pamphilum. Et quia tunc re-
gulariter alternatiuis electio, eſt debitoris, l. plerunque 10. in
fin. ff. de iur. dot. cap. In alternatiuis, 70. de regul. iur. in 6. ſi tu
petis alterum tantum ſimpliciter non alternatiue incidis in
11 pęnam huius § quia auſers mihi debitoris electionem. II. Eſt
alternatiua perſonarũ, veluti, ſi ſtipulatus ſum a te mihi aut
Titio 10 & tunc ceſſat pęna huius §. ſiue ambo ſimus princi-
pales, correi credendi ex contractu vel vltima voluntate: ſi-
ue Titius ſit adiectus ſolutioni tantum. Qualibet enim agere
poteſt pure, non facta mentione de alternatione, de quo vi-
12 de hic Plat. num. 7. Iaſ. 5. d. verſic. Huic autem, ante fin. III.
Alternatiua eſt temporis, veluti: poſt annum aut biennium
dabo tibi 100. & habet locum hæc pœna, quia electio eſt de-
bitoris per text. in l. ſi ita ſtipulatu fuero decem, aut quinque,
13 12. ff. de verb. oblig. IV. Eſt alternatiua locorum, veluti. Da-
bis mihi 10. Lipſiæ, vel Norinbergæ: & tunc quia electio eſt
creditoris, poteſt alteram tantum partem alternationis elige-
re. Vnde ſi petit ſibi dari Lipſiæ recte agit, nec reus poteſt
dicere, volo Norimbergæ ſoluere. Namſi Norimbergæ
conueniretur poſſet dicere, volo. Lipſiæ ſoluere, & ſic debi-
tor poſſet ludificare, creditor, a ſimilitudinem Marcolphi, vt
14 loquit Zaſ. hic qui nullam voluit eligere arborem in qua ſuſ-
penderetur. V. Eſt alternatiua rerum, & locorum ſimul: ve-
15 luti, Dabis mihi codicem Baſileę, vel Cicerone Argentorati,
& tunc quia etiam eſt electio creditoris, ceſſat hæc pœna, vt
16 poſt alios declarat hic Zaſ. VI. Eſt alternatiua rerũ, perſona-
rũ, & locorũ ſimul vt dabis mihi codicẽ Lipſiæ, vel ſc hiphum
Titiu Norimbergæ. & tua etiã electio ſpectat ad actorẽ ideo
ceſſat diſpoſitio §. noſtri. In effectu igitur diſtinguendum eſt
poſt Ang. hic n. 2. & D. Iaſ. d. verſ. n. 7. inter electionem cre-
ditoris, & debitoris. In omnibus enim debitis alternatiuis, in
quibus electio, eſt penes debitorem, habet locum pęna §. no-
ſtri, per rationem in tex. poſitam, quia auſertur lectio debi-
tori. In alijs vero alternatiuis obligationibus vbi electio ſpe-
17 ctat ab creditorem, ceſſat hæc pœna. Vnde quæritur, An, &
quando electio in alternatiuis ſpectet a debitorem, vel credi-
torem. De qua materia eſt Glo. ordinaria in l. Lucio, 24, ff.
de l. 2 Et breuiter diſtinguite. Aut loquimur in vltimis volun-
tatibus aut contractibus. Primo caſu ſubdiſtinguitur. Aut
verba executiua referuntur ad legatarium, quia teſtator dicit
in teſtamento Frater meus habeat ex bonis meis 100. aureos
vel vineam meam, & electio eſt legatarij, & ſi creditoris,
quia teſtator videtur, ei concedere, eligendi poteſtatem vt in
l. plane, 34. §. penul. ff. de leg 1. Aut verba executiua referun-
tur ad hæredem veluti hæres meus dat 100. vel vineam Sti-
cho, & electio eſt ipſius hæredis, l. ſi ita relictum, 43. §. fin. ff.
de leg 2. Aut ſunt verba dubia vt, Lego Sticho, 100 vel vi-
neam meam, & electiu, & hoc loco ipſius creditoris, legata-
18 rijs, d. l. Lucio. Secundo caſu principali, quando loquimur
de contractibus ſimiliter diſtinguitur. Aut verba executiua
dirigũtur ad creditorem, & eius eſt electio aut debitorem, &
a debitorem ſpectat electio. In dubbio vero electio in con-
tractibus alternatiuis ad debitorem pertinet, ad quib. eſt tex.
expreſſus in d. l. plerumque § fi. ff de reg. iur. dot. Et ratio di-
uerſitatis inter contractus, & vltimas voluntates eſt quia in vl
timis voluntatib. plenior quam contractibus ſit interpreta-
tio propter fauorem vltimarum voluntatum l. in teſtamentis
12. ff. de reg. iur. Et in contractib. imputet creditor ſibi, qui
legem conuentionis expreſſus non dixit, l veteribus, 39. ff. de
pact. De quo latius vide hic Ang. n. 3. & Dyn. in d. c. In alter-
nat. & Fel. in c. Inter cæteras, 5. extra de reſcript.

Verſ. Sed & quidem,

1 *Epitome, & diuiſio huius verſiculi.*
2 *Hodie plus, petens punitur in duplicatione temporis.*
3 *Dilationes qualiter duplicandæ.*
4 *Quid duplicandum, ſit quando debitum conditionale ante euentum conditionis petitur.*
5 *Debitor fugitiuus ante diem ſolutionis capi poteſt.*
6 *Plus petens re loco, & cauſa pro quibus expenſis priuatur in tri plo, & pro quibus in ſimbolo.*
7 *Pœna creditoris petentis debitum ante a debitore ſolutum.*
8 *Plus petens quatuor iſtis modis quomodo pœnas euitare poſ- ſit.*
9 *Quando actor plus debito petit, & reus plus debito negat, an debitor plus negando puniatur, vel hinc inde fiat compen- ſatio.*
10 *Quod ſit officium iudicis, quando actor plus tempore petit.*

1 HÆc eſt tertia pars principalis, §. ſi quis agens, in qua Im-
perat, docet, quæ pœna hodie imponatur plus petenti.
Et poteſt hic verſic. Diuidi in duas partes. In prima ponitur
qualiter plus petens tempore puniatur. In ſecunda, quali-
ter pluspetens re, loco, & cauſa, puniatur. Olim enim vt
ſupra dictum eſt de iure antiquo plus petentes loco, tem-
pore, & cauſa, vniformiter puniebatur, ita vt caderet cauſa,
& omne ius ſuum amitteret, quæ pœna hodie ſublata eſt ex-
cepto vno tantum caſu l. vnica C. de plus petitio, vbi duobus
concurrentibus, plus petens adhuc hodie cauſa cadit, videli-
cet ſi quis doloſe plus petit, & etiam doloſe extorquet cau-
tionem obligatoriam, vel ſatisfactoriam a reo, quod contra
2 vſurario eſt notandum. Primo igitur ex textu noſtro no-
a tandum, quod hodie a plus petens tempore, punitur in
duplicatione induciarum ſeu temporis, ita vt duplo plus, &
diutius cogatus expectare, quæ pœna habet locum in om-
ni dilatione, ſiue ſit data ab hominès, ſiue a lege, ſiue in ſit
ex natura rei, ſiue ſit incerta, & conditionalis dies, vt ſupra
3 dictum eſt. Sed iam quæritur: Qualiter duplicandæ ſint di-
lationes videlicet an dupliciter totum tempus, incohando a
tempore contractus, vſque ad diem ſolutionis, an vero quod
ſupereſt a tempore petitionis vſque ad diem ſolutionis? Bart.
in l. iuſtas 6. C. de iur. fiſc. lib. 10. tenet duplicationem tantum
fieri de tempore, quod ſupereſt ſicut in damnato ad opus me
talli l aut damnum, octaua. §. quiſquis, ſeptimo, ff. de pœnis.
Item quia eſt pœnale, igitur reſtringendum, l. interpretatio-
nem, 42. ff. de pœnis, & cum Bartol. tenet Plat. hic verſicul.
Plus autem, nu. 3. in contrarium autem eſt communis opi-
nio, per tex. in §. temporales decimo, verſic. Hodie, infra de
excet. Nec obſtat dictus §. quiſque, quia loquitur in pœna
corporali, hic autẽ in pœna pecuniaria. Et quia quælibet pæ-
na corporalis eſt grauior pœna pecuniaria, l. in ſeruorum 10.
in fin. ff. de pœnis ideo male ſit inde illatiu, de quo vide hic
latius Iaſ. num. 5. Duplicatur igitur totum tempus inchoan-
do a tempore contractus vſq; ad diem ſolutionis deſtinatum
ab homine. Idem in die legali, vt in caſu dictæ l. vnicæ: §.
cum autem, ſeptimo, verſic. Exatio, C. de rei vxor. actio,
vbi maritus, & eius hæredes habent annum ad reſtituendam
dotem vxori vel hæredibus. Si nunc vxor ſoluto matrimonio
ante annum dotem repetat datur marito integrum biẽnium
ad reſtituendam dotem. Idem procedit; Si natura rei con-
ceditur dilatio videlicet quando quis promittit fructus. Vn-
de ſi quis peteret fructus immaturos duplicaretur dilatio à
die promiſſionis, vſq; ad tempus meſſis, vt declarat hic Zaſ.
4 poſt prius. Sed iam dubitatur, quod duplicandum ſit, quan-
do debitum conditionale ante euentum conditionis petitur?
Et vt pęna ſit vniformis magis placet opinio Bart. in l. pecu-
niam, 36. ff. ſi certum pet. futuram euentus conditionis eſſe
duplicandum ita, vt expectetur euentus conditionis, & tunc
quantum temporis eſt inter diẽ contractis, & diem conditio-
nis extantis illud duplicetur, de quo vide hic Zaſ. & Iaſ. nu. 4.
Limitatur autem prædicta concluſio non procedere in debi-
5 tore fugitiuo, qui etiam ante tẽpus vel die ſolutionis capi po-
teſt, vt ſup. in §. omnia, dictũ eſt add. text. in l. quæſitum, 14.
ff. de pign. Vnde creditor cũ habet debitorẽ ſuſceptum de fu-
ga poteſt diſtrahere dignus etiã ante tẽpus vide Iaſ. hic n. 10.
6 Secundu principaliter in textu noſtro notandũ, quod plus
petens re, loco, vel cauſa punitur in triplo expenſarũ in ſpor-
tulis factarum, vt ſupra in § tripli, dictum eſt: & petitur ille
triplicatio, expenſarum per conditione ex lege, vt hic, iun-
cta Gloſ. ſuper verb. Puniatur. Pro alijs autem expenſis con-
dem-

ADDITIO.

a *Hodie etiam plus petens, iuſtam cauſam litigandi aduerſario debet. Vide Menoch. 2. de arbit. iudic. caſu 177.*

Digitized by Google

demnatur in ſimplum tantum,ſecundum Plat.hic num. 3. &
7 D.Iaſ.num.11 Et circa prædicta quæritur, quæ ſit pœna creditoris, qui petit debitum ante à debitore ſolutum. De hoc eſt tex.in leg ſi fideiuſſor,29.§.in omnibus,ff.mandati,illum, qui debitum ſemel ſolutum iterum repetit, communiter teneri crimine ſtellionatus,cuius pęna eſt extraordinaria, quæ in plebeijs non excedit opus metalli : in alijs vero, qui in honore conſtituti ſunt, eſt relegatio ad tempus, vel ab ordine
8 motio,l.3.in fin.ff.de crim.ſtellio. Item circa prædicta notandum, plus petentem iſtis 4. modis poſſe euitare pœna. I. Si adijciat clauſulam, ſaluo iure ſuperflui, vt ſupra quoque dictum eſt,& add. Iaſ.hic num.2. II. Si ipſum pœniteat ante litem conteſtatam, ſed poſt litem conteſtatam non admittitur pęnitentia,vt eſt Gloſ.ſuper verb.Iudicio, cap.1. de plus petitio. Si tamen reus ètiam ante litem conteſtatam fecit expenſas,actor ad illas reficiendas condemnandus eſt,de quo vide Angel.in §.ſi quis agens,nu.8 ſupra eodem,& Iaſ.hic num.7.
9 Item circa hunc verſ. Quæritur, Quando actor plus debito petit, & reus plus debito negat, ſicut ſæpe, & plerumque fit, cum creditor petit plus,quam ſibi debetur,vt reus, etſi in aliquibus ſit obnoxius, totum neget: an etiam debitor plus negando puniatur, vel an fiat hinc inde compenſatio? Et quamuis per text.in leg. ſi duo,39.ff.de dolo,videatur dicendum quod ſic, tamen communiter concluditur, reum nullam pęnam pati, hoc enim eſt de natura litis conteſtationis, quod reus negat narrata prout narrantur, vt not.in cap. 1.de litis conteſtat. Sicut in ſimili dicitur de fideiuſſore, ſi neget ſimpliciter ſe eſſe fideiuſſorem, eum non gaudere beneficijs fideiuſſorum: ſi autem tantum neget narrata,prout narrantur,non propterea perdere beneficia fideiuſſorum, de quo vide Bart.in l.dubitet,10.§.ita demum, ff. de fideiuſſ. & vide latius Ang. in d.§.ſi quis agens, nu.8. Iaſ.hic nu.13. & Zaſ. in fin.§.noſtri.
10 Vltimo, circa hunc §. notabitis, quod ſit officium iudicis quando actor plus debito petit. Et diſtinguite. Aut lis nondum eſt conteſtata ſuper plus petitis;& tunc oppoſita illa exceptione iudex abſoluet reum ab obſeruatione iudicij,& duplicabit inducias ad ſoluendum, & actorem condemnabit in expenſis: Aut lis eſt conteſtata,& tunc quia illa exceptio non eſt oppoſita ante litem conteſtatam,cum ſit dilatoria,§.temporales,10. infra de except.tenet quidem proceſſus, vt docet hic Iaſ.num.7.& iudex condemnabit reum,ipſi actori;inducias tamen ad ſoluendum nihilominus duplicabit, & actorem in expenſis condemnabit,de quo vide Plat. in verſ.Plus autem,num.7.Ang.8.

---

§. Si minus.

1 *Continuatio & epitome huius §.*
2 *Actor minus petens quam ei debetur, an in reliquo ſibi præiudicet.*
3 *Aſſertioni libellantis, etiamſi illi noceat, ſtatur in fauorem rei.*
4 *Actor libellum mutare, & ab actione inſtituta deſiſtere poteſt.*
5 *Emendare libellum quid.*
6 *Mutare libellum quid.*
7 *Quid cumulare.*
8 *Emendare libellum an liceat,& num.9.10.11.& 12.*
13 *An actori liceat mutare libellum.*
14 *Clauſula,(Saluo iure addendi, mutandi,) &c. in libello nihil operatur.*
15 *Quamdiu de iur. Saxon. libellum emendare liceat, & quæ ſit pœna frangentis guarandam.*
16 *Cumulatio actionum conceditur.*
17 *Caſus & regulæ, quando cumulatio de iure non admittatur, & nu.18. 19.& 20.*
21 *Iudex an iudicare debeat ſecundum conſcientiam, vel allegata,& probata remiſſiue.*

1 IN §.præced.dictum eſt,qualiter puniatur actor,qui plus in libello petit.In hoc vero §. declarat Imperator, quod iuris ſit in caſu contrario, quando actor minus,quam ei debetur, petit. Item ſin aliud pro alio in libello petit, an errorem corrigere poſſit; ita vt principalis materia huius §. ſit, An, & quando libellus poſſit emendari corrigi, & mutari, quæ plene,& ordinarie traditur in l.edita, 3. Cod. de eden.ſicut Fab. hic nu.6.dicit,§.noſtrum eſſe gl & declarationem d. l. edita. Vnde DD.hic iſtam materiam perſtringunt. Ne autem dos debita alijs legibus detrahatur,vt inquit Bald.in leg.falſus, C. de furt.ea tantum,quæ ad intellectum text.noſtri pertinent, paucis declarabimus. Sunt autem ex text.noſtro vſque ad §.
2 præterea,duæ principales concluſiones notandæ. Prima eſt, ſi actor minus in libello petit,quam ei debetur,non punitur, ſed ſaluum manet ius ſuum, nec ſibi præiudicat in reliquo quin, & reliquum in eodem iudicio petere poſſit. Exempli gratia: Peto à Titio 10. ex venditione equi,& iſte equus in rei veritate venditus fuit 20. poſſum petere eadem actione, & ex eadem cauſa. Titium condemnari in alijs 10. nec opus eſt nouo libello,vt declarat Fab.hic num.5.in fi. Ex qua concluſ. DD.colligūt illud notabile,quod ſiue quis ſcienter,ſiue ignoranter petat minorem quantitatem,non tamen videtur confiteri ſe in maiori quantitate non eſſe creditorem, nec per hoc reliquum donare, vel remittere præſumitur, facit leg. ſi quidem 24. Cod.de tranſ. Donatio enim,& quemquam res ſuas iactare velle,in dubio non præſumitur, vulg l.cum de indebito, 25. ff.de prob. Niſi actor appoſuiſſet dictionem taxatiuam, veluti, peto 10. quæ tantum mihi debes,tunc enim præiudicaret ſibi,vt not.in l.rationes, C. de prob. Licet ſecus ſit in debitore, qui dicit ad creditorem, accipe 100. quamuis nihil dicat,vel proteſtetur de petēdo reliquum, non ſibi præiudicat,vt not.per Bart.in l.ſi cum dos, 8.ff.de act. ter.amot.
3 per tex in d.l ſi quidem, & latius vide Pla.hic num. 5.& 6.Iaſ. nu.2.Secunda concluſio eſt,quando quis ex errore aliud pro alio vel ex alia cauſa petierit,poteſt errorem ſuum in iudicio corrigere tex.eſt hic in §. ſi quis.Ex qua DD.hic iterum colligunt aliud notabile, quod licet aſſertio libellati noceat libellanti,adeo vt ſi quis in libello aliquid ponat, quod cōtra ſe faciat, ſtetur aſſertioni contra ipſum libellantem in fauorem rei,vt eſt tex.in l.cum precum,9. & ibi gl.1.C. de lib. cauſ. tamen hæc regula limitatur per text.noſtrum,videlicet,niſi interueniſſet error in libellando, quia errore interueniēte talis aſſertio non noceret libellanti: imo eum reuocare poſſet,lite nondum conte.per text.hic, iuncta gl.ſuper verb. In eodē iu-
4 dicio,de quo vide latius Ang.hic nu.17.in fi. Iaſ.nu.5.& Plat. hic verſ.Si quis autem,num.1.Ex prædictis igitur ſequitur,actorem libellum mutare, & ab actione inſtituta deſiſtere poſſe,quod videtur eſſe contra tex.c.omnem, 3. Nouel. 112. de litig.& decima parte litis,& in auth.qui ſemel, Co. quo & quand.iud. vbi diſponitur, actori eſſe perſiſtendum in libello oblato vſque ad finem iudicij; ita vt quidam fuerint in iſta ſententia, §. noſtrum, iuncta,l.edita eſſe correctum per ius Auth.nouiſ.In contrarium autem eſt veritas, quia legū correctio eſt vitanda, vulg. leg.1.C.de inoffic.dot.Nec obſtat ius Auth Nam illud loquitur in caſu,in quo actor non vult perſequi cauſam certam,tūc enim cogitur perſequi, & perſiſtere in libello oblato,& ita ius Auth. occurrit calumnijs non perſequentium.Sed § noſter iunct. d.l.edita, loquitur de caſu contrario,quādo actor inſtat,& perſequitur, ſed vult aliquid de propoſitis in libello emendare,de quo vide hic Fab.n.4. & Iaſ.13. Hinc ſumpta occaſione paucis dicendum eſt de emēdatione libelli.Ad cuius intellectū poſt Bart.in d.l.edita,Fabr. hic num.2. Ang.2.Iaſ.9. in fi. præmittendi ſunt tres termini,
5 emendare,mutare,& cumulare. Emendare libellum, eſt corrigere libellum, abſque mutatione ſubſtantiæ materialis, vt quando mutantur,vel declarantur verba obſcura, ſententia tamen permanente,item quādo additur vel detrahitur quid, ſalua tamen ſubſtantia materiali libelli. Verbi gratia: inſtituo contra te actionem ex vēdito ad 100 & poſtea in libello adhuc 50. addo ex eadem cauſa, iſta dicitur emendatio libelli. Licet enim addatur aliquid ſummæ petitæ, ſalua tamen manet ſubſtantia materialis, idem contractus,eadem obligatio, & eadem actio,& de hac emēdatione proprie loquitur text.
6 noſter hic in prin.Mutare vero libellum,ſec.Ioan.Fab.hic,eſt alterare ſubſtantiam ipſius libelli,vel ſecun. Pla.hic in d.verſ. Si quis autem, num.5.veteri actione relicta, nouam eligere, & aliam proponere actionem: vt ſi prius egerim contra te ad auream catenam, ex cauſa depoſiti, ſi ea dimiſſa petam iſtam catenam ex actione ex empto, vel ſi relicta prima re petita,aliam petam,& de hac mutatione loquitur, §. noſter,
7 in ſecunda parte,verſ.Si quis autem.Cumulare vero ſecund. Bart.in d.leg.edita,eſt vnam actionem cum alia coaceruare, quando plures actiones ex diuerſis cauſis competentes in eodem libello contra eundem coaceruantur, & proponuntur, de qua cumulatione text. noſter loquitur, ſed plene tractatur in d.l.edita,& per Dyn in c.nullus pluribus,20. de reg.iur.in 6.per Fab.hic nu.13 Ang.22.Plat.12. & pleniſs. ac bono ordine Zaſ.hic.
8 Iam igitur quæritur, An liceat emendare libellum? Et diſtinguendi ſunt quinque caſus principales. I. Caſus eſt

Digitized by Google

Aut quis vult emendare latinitatem, vel incongruitatem ver
borum, & declarare verba obſcura, & poteſt hoc facere, ante
vel poſt litem conteſtatã, tenore; & ſententia libelli perſeue-
rante, l. actorum verba, 46. ff. de re iud. Et hoc eſt verũ ſi pars
rea non opponit de incertitudine, & obſcuritate libelli: hoc
enim exceptione oppoſita à principio, poteſt actor emenda-
re libellum ante litem conteſtatam, non autem poſt de quo
vide hic Zaſ. fol. 264. II. Caſus eſt, Aut actor vult emendare
9 ſubſtantialia libelli: & tũc tam in cauſa ciuili, quam criminali
ante litem conteſtatam hæc emendatio fieri poteſt. Subſtan-
tialia autem libelli in cauſa criminali ſunt, quæ enumeran-
tur in leg. libellorum, 3. ff. de accuſ. in cauſis vero ciuilibus eſt
narratio facti, medium concludendi, & concluſio, vt in § om
nium, ſupra eodem declaratum eſt. III. Caſus eſt, Aut vult
emendare libellum circa rem petitam, & tunc ſubdiſtingui-
tur. Aut vult emendare addendo vel detrahendo. Primo ca-
ſu, quando actor ab initio minus petijt, ante litem conteſta-
10 tam poteſt emendare libellum, & illud plus addere ſine no-
uo libello, & ex priori nouo emẽdato libello petere. Poſt ve-
ro litem conteſtatam non poteſt ſine nouo proceſſu. Et hæc
eſt communis ſententia DD. vt quidem plus peti poſſit, ſed
ex nouo proceſſu, & nouo libello, vt inquit Iaſon per text. in
leg non poteſt, 23. ff de iudic. Et hæc concluſio 1. Limitatur
procedere in actionibus particularibus. In actionibus vero
vniuerſalibus, vt in petitione hæreditatis, & generalibus, vt
in actione tutelæ, quando illas actiones quis ſimpliciter pro-
poſuit, expreſſis quibuſdam rebus hæreditarijs, vel quibuſdam
negotijs adminiſtratis, poteſt ante, & poſt litem conteſtatam
vſque ad ſententiam aliquid addere libello, & plures res hæ-
reditarias, & alia negotia ſpecificare, quia non eſt neceſſe in
vniuerſalibus, & generalibus actionibus aliquas res ſpecifi-
care, ſed ſufficit eas in executione declarare, vt ſupra in §. a-
ctionum, de petit. hæred. & in §. curare, dictum eſt a. Limita-
tur procedere, ſi id quod additur reſpicit rem petitam, vt ad-
datur circa eandem rem, quod alterum in altero comprehẽ-
datur, vt 20. in 20, pars fundi in fundo. Aliam vero diſtinctam
rem actor non poſſet addere, nec ante nec poſt litem conte-
ſtatam, ſed ſemper opus eſſet nouo libello, de quo latius vide
hic Ang. num. 5. verſ. ſecundo caſu, & Zaſ. ibi fol. 265. Secun-
do caſu, quando actor vult emendare libellum aliquid detra-
hendo, vt quia minuit actionem, petendo 10. cum antea pe-
tijſſet 30. talis diminutio ante & poſt litem conteſtatam fieri
poteſt, cum ad officium iudicis ſpectet, diminuere lites l. qui-
dam exiſtimauerunt, 21. in fi. ff ſi cert. pet. tenetur tamen reo
quoad expenſas factas, vſque ad tempus diminutionis, de
11 quo vide hic Pla. nu 3. & Ang. hic. verſ. Secũdo caſu. IV. Ca-
ſus, Aut actor vult emendare libellũ circa qualitates, & po-
teſt hoc facere addendo vel diminuendo, & ante, & poſt litẽ
conteſtatam. Quod eſt verum, ſi ſint qualitates minus prin-
cipales, aduentitię ſcilicet, vel extrauagantes, ſicut ab indoctis
Aduocatis multæ circumſtantiæ non neceſſariæ libellis inſe-
runtur, text. eſt in l. in delictis, 4. §. ſi detracta, ff. de nox. act.
quam pulchre hic inducit Zaſ. & ibi fol. 267. Secus, ſi eſſet ta-
lis qualitas, propter quam mutaretur actio propoſita, vt eſt
in caſu l. 2. §. hoc edicto, ff. de vi bon. rapt. Item ſi per emenda-
tionem libelli induceretur diuerſitas in ſubſtantia facti, vt eſt
in caſu l. denunciaſſe, 17. §. quid tamen, ff. ad leg. Iul. de adult.
Iſtis enim duobus caſibus permiſſa eſt emendatio, libelli an-
te, & poſt litem conteſtatam, de quo vide hic Plat. nu 8. Ang.
12 9. verſ. Tertio caſu, & Zaſ. fol 267. V. caſus eſt. Aut actor vult
circa acceſſoria emendare libellum, vt ſunt expenſæ, fructus,
damna, &c. & poteſt hoc facere ante litem conteſtatam, di-
cta leg. edita & etiam poſt litem conteſtatam, acceſſorie, non
principaliter petendo per officium iudicis, de quo latius vide
hic Pla nu 9. Ang. 6. verſ. Quinto caſu,
13 Secundo principaliter quæritur, An actori liceat mutare li-
bellum, ita vt priori actione inſtituta relicta, aliam propone-
re poſſit? Et breuiter dic, ante litem conteſtatam hoc licere,
poſt vero non item, d. l. edita, cum ibi not niſi actor probabi-
liter erraſſet, de quo latius vide DD. in d. l. edita, & Plat. in d.
14 verſic. Si quis autem, num. 6. Ang. 2. Panorm. in cap. 2. num.
25 de lib. obl. Et prędicta omnia procedunt, etiamſi in libello
fuerit appoſita illa clauſula. (Saluo iure addendi mutandi,)
&c. Hæc enim clauſula nihil operatur, vt not. poſt gloſ. in cap.
inter dilectos, 14. ſupr. verb. Saluo, extr. de fide inſtr. quia hoc
non dependet à poteſtate actoris, ſed legis permittentis vſ-
que ad litis conteſtationem, d. leg. edita, ideo proteſtatio nihil
operatur, vt not. in capit. Cum M. Ferrarienſis, extr. de con-
ſtitut. & vide Panorm. in dict. cap. 2. numer. 28. Plat. hic, verſ.
15 Si quis autem numer. 9. Porro circa prædicta notandum, li-
cet actori à iure ciuili permiſſum ſit emendare libellum vſ-
que ad litis conteſtationem. De iure tamen Saxonico tam-
diu licentia emendandi ei non concedi, ſed ſtatim poſt præ-
ſtitam guarandam, actorem non poſſe amplius corrigere,
vel mutare libellum text. eſt in artic. 14. libr. 3. vbi dicitur;
Quamdiu guaranda nondum eſt præſtita, licet actori corri-
gere actionem ſuam, & poſtea non amplius. Et hoc proce-
dit tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus, & ſi actor
contra quid fecerit, emendando, vel mutando libellum, di-
citur guarandam fregiſſe. Cuius pœna eſt in cauſa ciuili, vt
ſoluat pro mulcta iudici aliquando tres, aliquando octo ſo-
lidos, & pro pœna ipſi reo 36. ſolidos. In cauſa vero crimi-
nali pœna eſt amputatio manus, ſi criminaliter ratione pœ-
næ contra actorem actum fuerit, ſecus ſi ciuiliter. Nam
tunc ſolutione dimidij Vvergeldi liberatur. Ita diſtinguit gl.
artic. 115. (Vveichbild.) de quo latius Chil. Koning. in ſuo
proceſſu cap 48.
16 Tertiò principaliter dicendum eſt de cumulatione actio-
num, An, & quando idem actor, in eodem iudicio, contra
eundem reum, in vno libello, vel diuerſis, poſſit plures a-
ctiones proponere? Et communiter concluditur, cumula-
tionem plurium actionum etiam in eodem libello permiſ-
ſam eſſe. Quia enim expreſsè à iure non repetitur prohibi-
ta, ideo dicitur eſſe de genere permiſſorum, argum. leg. nec
non, 28. §. quod eius ff. quibus ex cauſ. man. non licet, vbi
ea, quæ ſpecialiter à lege non prohibentur, permiſſa intelli-
guntur. Vnde reo excipienti de cumulatione; incumbit
onus probandi, iſto caſu cumulationem à iure eſſe prohibi-
tam. Sufficit enim actori pro ſe habere regulam, donec de
caſu ſpeciali, vel exceptio probatur, vt eſt doctrina Bartol. in
leg. quoties, 13. ff. ſi quis cautionibus. Et exemplum cumu-
lationis habetur in leg. fin. cum ibi notatis, Codic. de ann. ex-
cept. & in leg. ſi idem cum eodem, 11. ff. de iurid. omn. iud.
vbi actor poteſt petere in eodem libello. 11. ex cauſa mutui,
& alia 10. ex cauſa depoſiti, & 1000. ex cauſa empti, quod
ſecundum Zaſ. hic frequens eſt inter mercatores, qui ex plu-
ribus contractibus plura debita petunt à debitoribus in eo-
dem libello. Vnde & cumulationem propter diminuendas
17 lites inuentam eſſe docet. Et quamuis plures ſint caſus, in
quibus cumulatio de iure non admittitur, tamen Pla. hic ver-
ſic. Si quis autem, numer. 15. vna regula omnes iſtos caſus
comprehendere videtur, videlicet quando ſunt plures actio-
nes inuicem contrariæ: Item quæ electione tolluntur, & in
quibus ſententia lata in vna, parit exceptionem rei iudicatæ
in alia, in his cumulatio non admittitur. Et hanc doctrinam
ex dictis Bart. & aliorum in d. leg. edita, & Dyn. in capit. nul-
lus, 20. de reg iur. in 6. Zaſ. hic per aliquot regulas magis red-
di perſpicuam, & claram, quas per modum limitationum ad
ſupra dictam regulam paucis ſubijciam. Et regula, quæ ha-
bet cumulationem eſſe permiſſam, limitatur non procede-
18 re. 1. Quandocunque actiones ſic ſe habent, vt ſententia ab-
ſolutoria lata in prima actione, pariat, vel parere poſſit ex-
ceptionem rei iudicatæ in ſecunda actione. Tunc enim iſtæ
actiones cumulari non poſſunt, vt eſt caſus in leg. fundum,
36. ff. de except. vbi ſi tu poſſides fundum Titianum, & Sem-
pronianum, & ego intendo contra te rei vendicationem, di-
cendum fundum Sempronianum eſſe meum, & proinde pe-
to me declarari eius dominium, ac deinceps addo conceſſo-
riam actionem, dicendo, deberi mihi ſeruitutem realem viã,
ſcilicet à tuo fundo Titiano ad fundum Sempronianum, &
cumulo rei vendicationem, & confeſſoriam actionem: per-
peram ago, quia ſententia abſolutoria lata ſuper rei vendica-
tione parit exceptionem rei iudicatæ, ſuper confeſſoria. Si
enim fuerit pro te lata ſententia abſolutoria, ita vt ego non
ſim declaratus dominus fundi Semproniani, non poſſum a-
gere confeſſoria, & petere ſeruitutem vię deberi à tuo fundo
Titiano ad fundum Sempronianum. Obſtabit enim mihi
exceptio rei iudicatæ, quod fundus Sempronianus non eſt
meus, & actio confeſſoria domino tantum competit, l. 2. ff. ſi
ſer. vendic. Habetis alia exempla in l. fundi, 18. ff. de except. &
in l. interdum, 4. ff. de pub. iudic. de quibus vide Zaſ. hic, qui
prædictam limitationem ſublimitat non procedere. 1. Si de
prima actione conſtat, vt in cap. ſed neque, 2. Nouel. 4. de fi-
deiuſſ. vbi conſtat, de debito, quia fuerant accepti fideiuſſo-
res, & res eorum erant obligatæ, ita tamen vt nõ poſſet time-
re ſententia abſolutoria. Non mirũ igitur, quòd ibi actio per-
ſonalis ad debitũ, & hypothecaria ad pignus accumulari po-
terat. 2. Si ea quæ deducuntur in ſecunda actione, non per
modum principalis actionis, ſed per modum acceſſorij pete-
rẽtur, vt ſi petam fundum cũ ſeruitutibus. 4. Si iſtæ duę actio-
nes cumularentur per expreſſam conditionẽ, vt ſi dico, Peto
fundũ Sempronianũ, qui eſt meus, & ſi obtineo, peto etiam
ſerui-

ſeruitutem viæ per fundũ Titianum ad Sempronianum fun-
dum,arg.Glo l.qui de inofficioſo, 20.ſuper verbo. Exercere,
19 ff.de inoffic.teſt. II. Limitatur prædicta regula,non procede-
re, quando plures actiones ad eandem rem ſic ſe habent, vt
electione tollãtur. Tunc enim prohibita eſt cumulatio,& ne
ceſſe eſt vnam ex eis eligere,certis dimiſſis,vt eſt in legatario
qui tres habet actiones ad conſequendum legatum,perſona-
lem actionem ex teſtamento,rei vendicationem,&,hipothe-
cariam, §.ſed olim, 2.verſ.Noſtra autem, ſupr.de leg.non ta-
men omnes tres actiones ſimul intẽtare, & cumulare poteſt
ſed cogitur vnam ex eis eligere,l.cum filius, 76.§.varijs, 8 ff.
20 de leg.2 III. Limitatur regula non procedere, quando plures
actiones ita ſe habent,vt altera ſit cõtraria alteri. Tunc enim
neceſſario prohibetur cumulatio. Poſito enim vno cõtrario-
rum, remouetur aliud. Exemplum habetur in l.1.C.de fur.
quæ ſemper ad hoc allegatur,quod allegãs contraria in eodẽ
21 iudicio non auditur,& in l.fi. C.de codicill.vt inducit hic Iaſ.
Plura de hac materia vide per DD.in d.l.edita,& Dyn.in d.c.
Nullus plurib.Ang.hic, nu.16.& pulchre Zaſ.qui ſubijcit, cu-
mulationem non tantum ante, ſed & poſt litem conteſtatam
permiſſã eſſe poſteriore tamẽ caſu opus eſſe libello proprio,
& noua inſtantia, ſecund.Bal.in d.l.edita. Vltimo circa hunc,
§.DD.poſt Glo.hic mouent quæſtionem illam. An iudex de-
beat iudicare ſecundum conſcientiam, vel ſecundum allega-
ta,& probata? de quo vide hic Plat.num. 14 Ang 4. & 5.Iaſ,
15.& DD.in l.illicitas,6. §.veritas, ff.de offic. præſid.

§. Sunt præterea.

1 *Continuatio.*
2 *Sexta actionum diuiſio perſecutionis effectum reſpicit.*
3 *Solidum debitum regulariter omnes actiones praſtant.*
4 *Sed executio non fit in ſolidum, ſed in quantum reus facere poteſt.*
5 *Debitor ſi non eſt ſoluendo,detruditur in carcerem,niſi ceſſerit bonis,aut ſi ex perſonis, qua tantum tenentur in id,quod facere poſſunt.*
6 *Appellatione alimentorum qua veniant.*
7 *Qua conſideranda in deductione, ne talis perſona egeat.*
8 *In iſta deductione quid perſona habentis familiam relinquendum.*
9 *Perſona habentes tale beneficium, vt non teneantur niſi in quantum facere poſſint, an maneant obligata.*
10 *Qui releuatur ab onere ſatiſdandi fideiuſſores, non releuatur à cautione iuratoria propria, cum expreſſa obligatione bonorum.*
11 *Exceptio iſta,vt quis non teneatur, niſi,&c. an ſit dilatoria, vel peremptoria.*
12 *Exceptio,qua non impugnat ſententiam, ſed modificat executionem, ſemper, etiam poſt ſententiam, opponi poteſt.*
13 *Pater, & dominus,an ex contractu filij, vel ſerui teneatur.*
14 *Dominus de iure Saxon. ex contractu ſerui quatenus teneatur.*

1 IN §.præcedenti dictũ eſt de eo,qui minus in libello petijt,
quã ei debebatur, ſed quia ſunt aliquæ actiones, per quas
aliquando actor minus debito cõſequitur,ideo Imper. hũc §.
ſubijcit, in quo vſq; ad fi §.noſtri declarat ſextam principalem
2 diuiſionem actionum, quæ perſecutionis effectum reſpicit.
3 Sunt enim quædã actiones, per quas aliquãdo ſolidum, quod
nobis debetur,conſequimur:aliquando vero minus conſequi
mur,quã nobis debetur, vt patet in exemplis hic per Imp. po-
ſitis,& hoc quidẽ non venit ex natura actionum, ſed ex quo-
dam accidente,ſuadente,ęquitate ratione perſonarum,con-
4 tra quas competunt. Vnde etiam in omnib. iſtis actionibus
petitio quidem eſt in ſolidum, quia reus in ſolidum obligatus
eſt,excepto primo exẽplo hic relato, vt declarat Iaſ.hic, nu.2.
ſed executio non fit in ſolidum, ſed in quantum reus facere
5 poteſt. Ad cuius intellectus pręmittendum eſt, licet inanis vi-
deatur eſſe actio,quam inopia aduerſarij excludit,l.nam is,6.
ff.de dolo, tamen debitorem conuentum, ſi integrum debitũ
ſoluere nõ poteſt,detrudi in carcerem, aſt l.1.C.qui bon.ced.
niſi ceſſerit bonis,vel ſit de perſonis hic enumeratis, quæ hoc
priuilegium de iure habent,vt non teneantur, niſi in quãtum
facere poſſunt:quod priuilegium tale eſt,vt à perſona haben-
te iſtud beneficium,non omne,& totum,quod habet, extor-
queatur,& auferatur,ſed ita executio facienda eſt,ne egeat,
aut inopia,& egeſtate præmatur. Non igitur exuitur ad perã,
& ſacculum,ſed relinquantur ei alimenta, ſcilicet in cõdem-
6 natione,173.ff.de re iud. Et appellatione alimentorum nõ ſo-
lum veniunt cibus,& potus,ſed etiam habitationes, veſtes,&
alia,ſine quib.quis viuere non poteſt,l.legatis alimentis, 6.ff.
7 de alim.& cib.leg. Porrò in iſta deductione, ne talis perſona
egeat, tria ſunt attendenda. Nam I. debent conſiderari facul-
tates patrimonij mariti,vel alterius perſonæ allegãtis hoc pri-
uilegiũ,ita vt pro modo facultatum fiat deducto, arg.l.tutor
ſecundum dignitatem, 13.& l.cum plures, 12.§.cum tutor, ff.
de adminiſt.tut. vbi conſiderantur facultates pupilli, quando
aliquid ipſius nomine erogari debet,& facit l.cum poſt diuor
tium, 69.§.gen.ff.de iure dot. vbi dos, pro modo facultatum
conſtituitur. II. Debet attendi conditio perſonæ eius, quæ
deductionem petit. Si anim eſt artifex, vel operarius, tunc
alimenta magis exigua ſunt ei conſtituenda, quia deducũtur
operæ artificij,ſecund.Gl.in l.ſi maritus in id,4:.ſuper verbo,
Mandare in princ.ff.ſol. mat. & facit text. in l.ſi quis à liberis,
§.ſed ſi filius,ff.de lib.agnoſc.vbi licet pater teneatur alere fi-
lium,tamen ſi filius nouit artificium,vel poteſt operari, tunc
iſta deducuntur ex alimentis, & poterit ei pater tunc dicere:
[Qui non laborat non manducet,] vt inquit Glo.in l.quãuis,
10.ff.de dam.inf. Sic etiam haberi debet ratio dignitatis,& cõ
ditionis iſtius perſonæ, vt ſi nobilis ſit, vel Doctor, vel alias
honeſtorum natalium illius pro dignitate eorum ſunt conſti-
tuendi liberaliores ſumptus,vt pro ipſorum ſtatu viuere poſ-
ſint. Si vero ſit ruſticus,vel ignobilis,huic minus pro alimen-
tis deputari debet Ruſtici enim non debent veſci pane albo,
pullis, & alijs delicatis cibarijs,ſed pane atro,caſeo,cæpis, &
fabis,vt inquit Gl.in l.ſeruis vrbanis 99.ſuper verb.cibarijs, ff.
de leg. 33. III. Quantitas temporis conſiderari debet, an ma-
ritus,vel alius ſit ſenex,vel valetudinarius, vel iuuenis: nec e-
nim deductio alimentorum fieri debet pro vno anno,ſed pro
toto tempore vitæ iuxta formam, l.hęreditate, 68.in princ.ff.
ad leg.Falc.de quo latius vide hic in §.item ſi de dote.Io Fab.
nu.1.Pla.5.Ang.l 3. & 5.Iaſ.7. Sed iam quæritur: Si perſona
8 cui hoc beneficium competit,habeat vxorem,liberos,& fami
liam,quam de neceſſitate alere tenetur, an in deductione,ne
egeat,ſit habenda ratio iſtius familiæ,ita vt ſit ei relinquendũ
vnde iſtam familiam alere poſſit? Et videtur dicẽdum, quod
ſic arg.d.l ſi quis à liberis,§.non tantum, 12. Contrarium ta-
men determinat hic Fab.in d.§.item ſi de dote,n.3 Plat.9.per
rationem, quia in deductione, ne perſona egeat,non habea-
tur ratio ęris alieni, nec ei tantum relinquendum eſt, vt cre-
ditoribus ſatisfacere poſſit,excepto donatore,l.ſunt qui in id,
16.iuncta l.inter eos,19.ff.de re iud. Porro circa prædicta no-
9 tandum perſonas habentes beneficium iuris. Vt non tenean-
tur, niſi in quantum facere poſſunt, non propterea liberati à
reſiduo debito,ſed manere obligatas, ita vt ſi perueniant po-
ſtea ad pinguiorem fortunam, reſiduum debitum ſoluere te-
neantur, ſemper habita deductionis ratione,ne egeant. Hinc
etiam poſt gl.hic ſuper verbo.Super facultates,deciditur,tales
perſonas,ſi volunt gaudere hoc priuilegio,teneri cautionem
præſtare de ſolido ſoluendo, vbi ad pinguiorem fortunam per
uenerint,per tex.in l.vnica,§.cum autem, 7.C.de rei vxo.act.
Et licet iſte tex.loquatur de marito tantum, idem tamen eſt,
ex identitate rationis,de cęteris perſonis dicendum: cum vbi
eadem eſt ratio,idem quoque ius ſit ſtatuendum,vulg.l.a Ti-
tio,108.ff.de verb.oblig. Et præſtabit hanc cautionem cum fi-
deiuſſoribus ſi habere poteſt fideiuſſorem arg.c.Odoardus,3.
extra de ſol.ſecus,ſi fideiuſſorem habere non poteſt,l.verum,
63.§.id quod,ff.pro ſoc.tunc enim admittitur ſimplex iurato-
ria cautio,cum obligatione omnium ſuorum,vt eſt tex.iũcta
gl.in d.c.Odoardus,& not.poſt tex.in d.l.verum,& add.Ang.
hic n.1.qui ſubijcit theoricam: quod omnis, qui releuatur ab
10 onere ſatiſdandi fideiuſſores, non releuatur à cautione iura-
toria propria cum expreſſa obligatione bonorum. Eſtq; ratio
quia hoc non eſt ei graue,cum non requirat hoc ab alijs,ſed à
ſemetipſo habeat per tex.in l.filio,7.ff.vt l.nom.caue. Ex præ-
11 dictis reſponderi poteſt ad quæſtionem. An iſta exceptio, vt
quis non teneatur,niſi in quantum facere poteſt, ſi dilatoria,
vel peremptoria. De qua eſt Gl.in l.3.ſup.verb. Poſſunt, ff.de
except. Et dic ex communi ſentẽtia DD.eam eſſe dilatoriam,
& temporalem, reſpectu ſolutionis,& exationis, quia non
perimit actionem, ſed differt tãtum exactionem ad tempus,
quo maritus, vel alia perſona habens hoc beneficium perue-
nerit ad pinguiorem fortunam,& efficiatur ſoluendo, d.l.v-
nica,§.cum autem. Lex enim præſumitur quemlibet in futu-
rum ditari poſſe,l.ſi defunctus, 10.C.arbit.tutelæ. Non autẽ
eſt dilatoria, quoad proceſſum,ſed perpetua,quia non impe-
dit litis ingreſſum, ſed poteſt opponi poſt litem conteſtatam
vſq; ad ſentẽtiam, ſicut peremptoriæ exceptiones, imo etiam
12 poteſt ſententiam in executione opponi poteſt,l Neſennius,
41.§.ſi ff.de re iud.& l.ex diuerſo,17.ff.ſol.mat.per quos text.
tradi-

Digitized by Google

traditur regula, omnem exceptionem, quæ non impugnat
ſententiam, ſed modificat executionem, ſemper, etiam poſt
ſententiam, opponi poſſe, de quo vide DD. poſt Gloſ. in l. 1.
C. de iur. & fac. ignor. Et nota, quod ſi opponatur hoc pri-
uilegium ante ſententiam, tunc operatur, ne condemnetur
reus, niſi infra quam facere poteſt. Si vero poſt ſententiam
objiciatur, licet commodatario ſit facta in ſolidum; tamen
moderatur executionem, nõ autem obligationem, quia reus
in ſolidum obligatus manet, vt ſupra dictum eſt. Et de his vi-
de latius Paul. de Caſtr. in l. maritum, 12. ff. ſol. matrim. Iaſ. &
alios in d. l. inter eos, poſt glo. ibi, num. 10. ff. de re iud. & Alex.
in d. l. ſunt qui, nu. 9. ff de re iud. Doct. in §. appellantur, 8. infr.
de except.

13 Redeundo nunc ad text. notab. ex hoc § primum exem-
plum, in quo actor non cõſequitur ſolidum, & integrum de-
bitum, videlicet, quoties de peculio contra patrem, vel domi-
num ex contractu filij, ſeu ſerui agitur. Licet enim regulari-
ter nemo ex contractu alterius obligatus, l. 3. & per tot. tit. C.
ne vxor pro marito: tamen quando dominus, vel pater con-
ceſſit filio, vel ſeruo peculium ad negotiandum, pater & do-
minus obligantur creditorib. filij, vel ſerui peculio tenus, ideſt
in quantum vires peculij conceſſi ſe extendunt. Itaque cum
conuenitur pater, vel dominus, tunc ſi peculium ſufficit, cre-
ditores ſolidum conſequuntur ex peculio. Si vero peculium
non ſufficit, tunc minus debito conſequuntur. Nec enim pa-
ter vel dominus condemnatur in ſolidum, ſed eatenus, quate-
nus eſt in peculio, tex. eſt hic. Ad cuius intellectu vide ea, quæ
in §. actiones, ſupr. eod. dicta ſunt. Filius tamen inſolidũ con-
ueniri poteſt, & ſi non eſt ſoluendo, detruditur in carcerem,
niſi cedat bonis, l. cum & filij familias, C. qui bo. ced. poſſ. ali-
quando tamen pater, & dominus in ſolidum tenentur, quan-
do fuerunt in dolo, vt quia dolo diminuerunt peculium, l. in
bonæ fidei, ff. de peculio, vide Plat. hic, in fi. nu. 3. & Iaſ. nu. 3.
14 Et obiter notab. de iure Saxon. Quod nullus dominus magis
tenetur pro ſeruo ſuo reſpondere, ſi ſalariũ, ſeu officium eius
ſit finitum, vide art. 32. lib. 2. & Gloſ. [Vveichbild,] cap. 78. &
Gl. [Lebenrecht,] & c. 60 ante fin. vbi dicitur: Niſi ex iuſſu
domini ſeruus aliquid feciſſet.

---

§. Item ſi de dote.

1 *Quare, & quibus hoc beneficium, vt non teneantur, niſi, &c. detur.*
2 *Maritus non tenetur ad integram dotem reſtituendam, ſed quatenus facere poteſt.*
3 *Quando maritus hoc priuilegium non habeat, & num. 4. 5. 6. 7. & 8.*
9 *Hoc priuilegium, an ad mariti hæredes tranſeat.*
10 *Hoc priuilegium, vt non teneantur, niſi, &c. competit etiam vxori.*
11 *Item vtrique ſocio.*
12 *Quando impenſæ a marito factæ in re dotali ipſo iure dotem minuant, & nu. 17. & 18.*
13 *Maritus impenſas in re dotali neceſſario factas conſequitur.*
14 *Impenſæ neceſſariæ.*
15 *Impenſæ vtiles ipſo iure dotem non minuunt, habent tamen exactionem.*
16 *Impenſæ voluntariæ, an & quando debeantur marito.*
19 *An maritus impenſas, quas fecit in litigando pro re dotali, repetat.*

1 AD intellectum eorum, quę in hoc §. vſque ad fi. tit. noſtri
dicuntur, prætmittendom eſt ex verbis Io. de Imol. in d. l.
ſunt qui, ff. de re iud. quod aliqui habent beneficium, vt nõ te-
neantur, niſi in quantum facere poſſunt, propter reuerentiam
eis debitam, vt ſunt parentes, patroni, ſocer, maritus. Quidam
vero habent hoc ex natura contractus, vt ſocij. Quidam au-
2 tem ex facti accidentia, vt hi qui bonis ceſſerunt. Quidam ve
ro propter vtilitatem Reip. vt ſunt milites, l. miles, 6. ff. de re
iudic. Not. igitur ex tex. §. noſtri, maritum conuentum de re-
ſtituenda dote, non condemnari, niſi in quantũ facere poteſt
deducto eo ne egeat, & inopia, aut egeſtate præmatur, vt hic,
& l. maritum, 12. ff. ſolut. matrimon & l. patronus, 17. & l. non
tantum, 20. ff. de re ind. Et quando nihil poteſt ſoluere, quin
egeat, ſimiliter hoc habet priuilegium, cum lex indiſtincte lo-
quatur, & qui nihil poteſt ſoluere, dicitur minus poſſe, l. illud,
7. §. ſi cuius, verſ. Minus, ff. de trib. act. vide Plat. hic nu. 8. Hæc
concluſio procedit ſine dubio. I. Quando maritus pro dote
conuenitur, ſiue actione de dote, ſiue alia in eius locum ſuc-
cedente. Idem, ſi conueniatur alia actione, ex quocunque
alio contractu, conſtante matrimonio inter cõiuges celebra-
to, d. l. non tantum, ſiue conueniatur conſtante matr. ſine eo
3 ſoluto, ſec. Fab. hic nu. 3. Plat. 7. Secus autem, ſi conueniatur
ex contractu inter iſtas perſonas poſt ſolutum matrim. cele-
brato, quia tunc non habet priuilegium, vt not. poſt text. iun-
cta Gloſ. in verbo, Facere poſſunt, in fin. in l. diuortio, 35. ff. de
neg. geſt. vide Alex. de Imol. in d. l. non tantum, nu. 5. Bart. &
4 alios, in d. l. maritũ, II. Non procedit, quando ex delicto con-
uenitur, vt quia amouit res vxoris, vel propter adulterium
mariti ſolutũ eſt matrimonium. Delinquenti enim nõ datur
priuilegium, ideo in ſolidum tunc maritus condẽnatur, l. ſi re-
5 rum, 52. ff. de re iud. III. Non procedit, quando maritus fuit
in dolo; quia necem vxoris doloſe cõſumpſit ſua bona, l. etiã,
18. §. licet, ff. ſol. matr. Debet tamen illa conſumptio facta eſſe
animo doloſo, qui animus probabitur, vt dicit Pau. de Caſt. in
d. §. licet, per teſtes dicentes ſe audiuiſſe à marito, quod velit
dilapidare quidquid habet, vt vxor nihil inueniat, facit tex. iũ-
cta Gloſ. in l. Fulcinius. 7. §. ſed is qui fraudationis, ſupr. verb.
6 Animus, ff. quib. ex cau. in poſ. eatur. IV. Non procedit, quan-
do maritus eſt inops mulier verò diues, ſecun. Bar. in d. l. ma-
ritum. Ordinata enim charitas incipit à ſeipſa, l. præſes, C. de
ſeruit. & aq. Et æquus eſt, vt maritus mendicet, quam mulier
ſuo proprio careat. Nec enim debemus vnum altare diſcoope
rire, & aliud cooperire, vt inquit Bald. in l. aſſiduis, 12. §. exce-
7 ptis, C. qui pot. in pig. hab. V. Non procedit, quando res dota-
lis extat, & maritus ad eam conuenitur, tunc enim non habet
hoc priuilegium, maritus enim, qui eſt in dolo, amittit hoc be
neficium: ſed eo ipſo, quod rem habet, & non vult reſtituere
eſt in dolo. Ergo, &c. Idem dicunt DD. eſſe, quando res dota-
lis non amplius extas, ſed alia res, ex re dotali acquiſita eſt,
quia dos cenſetur quidam vniuerſale: ſed in vniuerſalib. pre-
cium ſuccedit loco rei, l. ſi & rem, & precium, 22. cum ibi not.
ff. de pet. hær. de quo latius vide hoc poſt Fab. nu. 2. Plat. 6. An-
8 gel. 4. Iaſ. 11. & Mayner. in l. an condemnatione, 173. nu. 19. ff.
de reg. iur. VI. Non procedit, quando extraneus qui dotẽ pro
muliere dedit, & ſtipulatus eſt eam ſibi reſtitui, iuxta l. vnicã,
§. accedit, Co. de rei vxor. act. Nam tunc maritus non habet
hoc priuilegium contra ipſum extraneum ſi certam quanti-
tatem ei reſtituere promiſit, ſecus, ſi ſimpliciter ei dotem re-
dere promiſit, nam tunc habet hoc beneficium. Videtur enim
promiſiſſe id, quod in effectu mulieri debet, vt eſt Gl. poſt l. ſi
prior 32 ff. ſol. mat. & vide hic Fab. nu. 4. Angel. 4. & Iaſ. 5. Et
9 notandum, hoc priuilegium eſſe perſonale, ideoque nec per-
ſonam mariti tranſgreditur neq; ad hæredes mariti tranſit, l.
maritum, cum l. ſeq. ff. ſol. mat. Niſi ad filios communes, ſeu
eiuſdem matrimonij, l. etiam, 18 ff. ſol. matr. vbi Ang. & Paul.
de Caſt. num. 5. dicunt, eſſe intelligendum de filijs primi gra-
dus, quia illi ſunt de eodem matrimonio, cuius contempla-
tione conceditur priuilegium. Ideò ad nepotes, & vlteriores,
qui non ſunt ex eodem matrimonio, nõ extenditur, facit tex.
in d. l. etiam qui de filijs loquitur, & appellatione filiorum de
propria ſignificatione non veniunt nepotes, per ea quæ no-
tantur in l. liberorum, 200. ff. de verb. ſign. Vnde hec ad filios
alterius matrimonij tranſit, vt communiter concluditur per
DD. in d. l. etiam, add. Plat. nu. 2. hic.
10 Porro circa hunc §. quoq; notandũ eſt, quod ſicut marito
ita contra vxori hoc priuilegium competit, ſi ſoluto matrimo
nio à marito conueniatur, ex contractu inter ipſam vxorem
& maritum conſtãte matrimonio celebrato, l. ex diuerſo, 17.
§. item ſi mulier, ff. ſol. matr. & d. l. non tantum, vbi in fin. dici-
tur, quod hoc æqua lãce ſeruari æquitatis ratio ſuggerat. Sta-
tutum enim in vno correlatiuorum, cenſetur quoque in alio
11 locum habere, & vtrumq; ſocerum vxoris, & mariti, quando
de dote promiſſa danda, vel reſtituenda conuenitur, hoc pri-
uilegium habere, l. ſicuti, 21. cum l. ſeq ff. de iud. & l. rei iudica
tæ, 14. §. fi. iuncta l. ſeq. ff. ſol. mar. vbi ſubijcitur ratio, quia ſo-
cer loco parentis habetur. Sed pater non condemnatur, niſi
in quantum facere poteſt, §. ſed & ſi quis inf. eod. Socer tamẽ
mariti, & ita mater vxoris, ſi ſunt in dolo, quia doloſe indu-
xit generum ad ducendam filiam, promiſſa ampla dote, quam
ſciebat ſe ſoluere non poſſe, hoc priuilegium non habet, leg.
pen. ff. de iur. dot. ſicut & maritus, qui dolum committit, hoc
priuilegium non habet, vt ſupra dictum eſt.

Verſ. propter retentionem.

12 Traditur hic tertium exemplum, vbi actor non conſequi-
tur ſolidum, videlicet, quando vxor, vel eius hæredes repe-
tunt dotem à marito, qui ſoluendo, & diues eſt, facit tamen
impenſas in rebus dotalibus, quæ ipſo iure minuunt dotem,
& ſic conſequenter repetitionem dotis. Quod eſt verum,
l. Quan-

Digitized by Google

I. Quando dos eſt data in pecunia, & fundo æſtimato ſimul.
Tum enim propter impenſas neceſſarias factas in fundo ip-
ſo iure fit diminutio in pecunia, ſ. quod dicitur, 5. poſt prin ff.
de impenſ. in res dot fact. Si verò ſolus fundus eſt datus in do
tem, tunc bene poteſt retineri propter impenſas neceſſaria ſa
ctas, donec reſtituatur nō autem fundus ipſo iure deſinit eſſe
dotalis, licet factæ ſint tot impenſæ quæ æquiualeant iſti fun-
do contra Gl. hic, & ſententiam Iuriſc. l. ſi is, qui 55. §. quod di-
citur, ff. de iur. dot. quæ correcta eſt per Iuriſc. Vlpian. in d. l.
quod dicitur, ff. de impenſ. in res dot. fac. Abſurdum. n. eſt (in-
quit Iuriſc. ibi) diminutionem corporis fieri propter pecunia
cum non admittatur, compenſatio ſpeciei ad quantitate vt in
§. bonæ fidei, ſup. eo. declaratum. Et facit alia ratio, quod mu-
lier non debet eſſe deterioris conditionis quā alius, imo, me-
lioris, vt nō poſt tex. in d. l. 1. ff. ſolum matr. At vero ſi alius ex-
pendit in rem meam plus quam valeat, non deſinit eſſe, mea,
l. ſi ſeruos, 25. ff. de pig. action. de quo latius vide hic Plat. nu-
13 mer. 1 Ang. 1. & Iaſ. 5. ante fin. II. Limita procedere in expen-
ſis neceſſarijs. Pro cuius declaratione ſciendum, expenſas eſſe
14 triplices. Quædam ſunt expenſæ neceſſariæ, quæ niſi fierent
res dotales perirent vbi neceſſario ſubuenitur rei dotali, iam
labanti, vel detrimentum minanti d. l. 1. & l. quod dicitur 15.
ff. de impenſ. in res dot. fa. Ex tales expenſæ ipſo iure minuunt
dotem, ſicut dictum eſt. Nec mirum quia iſtis non factis, dos
15 non extaret, d. l. 1. & d. l. quod dicitur. Quædam ſunt expen-
ſæ vtiles, quæ conferunt quidam doti, & faciunt dotem me-
liorem, ſed non erat neceſſarium eis fieri, vt ſi nobiles arbo-
res plantarentur in orto, vel puteus foderetur, item ſi domus
lignea lapidea extueretur, d. l. quod dicitur 5. in fin. Et in iſtis
textus noſter non procedit, quia pro illis maritus non poteſt
retinere dotem, poterit dotem eas repetere cum diſtinctio-
ne. Aut enim maritus fecit tales expenſas ex mandato vxo-
ris, & tunc per actionem mandati omnes repetit d. l. vnica §.
taceat 5. in med. verſic. Sed nec ob impenſas, C. de rei vxor.
actio. Aut ſine mandato, & tunc ſi vxor omni tempore fuit
ſoluendo, repetit expenſas per actionem negociorum geſto-
rum, d. verſic. Sed nec ob impenſas, idem ſi tempore expenſa-
rum tantum, fuit ſoluendo, non autem tempore repetitionis.
Nam, & hic marito ſunt refundendæ, quia ſufficit vtiliter ge-
ſtum, & cæptum eſſe. Si verò tempore repetitionis vxor eſt
ſoluendo, non autem tempore impenſarum factarum non
repetit, ſed datur marito facultas tollendi ſi prodeſſe poſſit
id quod datur tolitur, l. ſed an vltro 10. §. 1. ff de neg. ge & l. in
16 fundo 38. ff. de rei ven Quędam verò ſunt expenſę volupta-
riæ quas voluptatis cauſa maritus facit, & quæ rem dotalem
eaornant de quibus ea tex. in l. voluptariæ, 7. ff. de imp in res
dot. fac vt cum ędes dotales pinguntur iſtas expenſas maritus
repetere non poteſt etiam ſi voluntate, & ex mandato vxoris
talis impenſas feciſſet, l. in voluptarij, 1, ff. de impenſ. in res dot.
fact. Vnde Gloſ. contrarium dicens in marito reprobatur. Si
tamen tales impenſæ deduci poſſunt ſine læſione prioris ſta-
tus deductio marito permitti debet & ſi vxor illam non vult
pati tenetur marito tales impenſas ſoluere. Si vero tales im-
penſæ voluptariæ ſame non recipiunt ſeparatione, relinquen-
dæ ſunt vxoris, l. pro volupt. 9. ff. de impenſ. in res dot. fact. Et
hoc eſt ſpeciale in muliere alias enim impenſæ voluptarię fa-
ctæ eſt mandato domini reperiri poſſunt l. quod, ſi ſeruus, 3.
17 §. ſed ſi mutua, ff. de in rem verſo. III. Limita procedere in ex
penſi, quæ fiunt in perpetuam quaſi vtilitatem rei dotalis ſe-
cus, ſi ad tempus. Quamuis enim vtiles, & neceſſariæ impen-
ſæ ſint tamen non repetuntur, ſed compenſantur cum fructi-
bus, l. 3. § 1. ff. de impenſ. in res dot. fact. quod etiam procedit
in expenſis ad cuſtodiam rei dotalis l. ſi. ff. de impenſ. in dot. fac.
18 IV. Limita procedere in expenſis quas facit maritus in rebus
dotalibus non autem circa perſona mulieris procuranda vxo
re infirma, l. quod in vxorem, 13. de neg. geſto, de quo tamen
latius vide in l. ſi. cum dotem, 12. §. ſi autem in ſæuiſſ 8. ff ſol.
19 matr. & in d. l. quod in vxorem, & Plat. in nu. 6. Iaſ. remiſſiuè,
n. 5. circa med. V. Limita non procedere in expenſis, quas ma-
ritus fecit in litigando pro re dotali defendenda, vel recuperā-
da ſecundum Glo. ſupra verb. non ſint: l. 2. ff. de impenſ. in res
dot. fact. Cuius Gl. deciſ. Doct. hic dicunt eſſe duran. Ideo poſt
Bartol. ibi diſtinguite. Aut maritus accepit nomen debitoris
æſtimatum in dotem & tunc ſumptus non repetit, quia peri-
culum ad ipſum ſpectat, l. ſi nomen, 4. ff. de hæred. actio. vēd.
Aut non accepit nomen debitoris æſtimatum in dotem, ſed
ſimpliciter: & tunc tales ſumptus deducuntur, intelligitur e-
nim tantum pro dote datum quantum conſequi potuit de-
ducti impenſis, de quo vide hic Fab. num. 4. par. 6. Ang. 3. Iaſ.
3. & Zaſ. in fin. verſic.

§. Sed & ſi quis.

1 *Parens vtriuſque ſexus, habens priuilegium competentiæ, qua-
tenus facere poſſit.*
2 *An fratribus domino, & vaſallo parentibus, & filijs ſpiritua-
libus Doctoribus, & ſcolaribus, hoc priuilegium compe-
tat.*
3 *Patronus beneficio competentiæ habet.*
4 *Socius gaudet beneficio competentiæ ſi occaſione ſocietatis
conuenіatur.*
5 *Donator conuentus ex donatione habet hoc priuilegium, com-
petentiæ, & nu. 6.*
7 *An hoc beneficium etiam fideiuſſori rei principali compe-
tat.*

1 REferuntur in hoc §. plure aliæ perſonæ, quibus hoc priui-
legium competit. Et primo parentes, quando a liberis cō-
ueniuntur, non condemnantur niſi in quantum facere poſ-
ſunt, vt hic, & d. l. ſunt qui cum l. ſeq. ff. de re iudici propter du
plicem rationem. I. Quia reuerentiam liberi parentibus de-
bent. l. parentes, 6. ff. de in ius vocan. & liberto, 9. ff. de obſeq.
parent & patron. præſt. vbi dicitur, filio ſemper honeſta, & ſan
cta perſona patris videri debet. II. Quia filius tenetur alere
patrem egentem, l. ſi quis, à liberis, 5. §. impubes, 13 ff. de libero
agnoſc. Ideò, filius peteret patrem in ſolidum cōdemnati hac
exceptione repelleretur. Dolo ſcilicet facit dum petit, quod
ſtatim reſtituere debet, ca. Dolo, 59. de regulis iuris in ſexto.
Et ampliatur hoc procedere 1. In parentibus vtriuſque in in-
finitum ſecundum Gloſ. in d. l. patronus ff. de re iud. per tex in
l. 4. §. parentes, ff. de in ius voc. a in filio emancipato, exiſten-
te in patria poteſtate in caſibus in quibus tunc inter patrem,
& filium ſis eſſe poteſt qui notantur in l. is nulla 4. ff. de iud. E
contrario quando pater agit contra filiū, & alios deſcenden-
tes, etiam liberi non condemnantur, niſi in quantum facere
poſſunt concluduntur hic Doct. per ſupra dictam rationem
quod parentes teneantur alere liberos d. l. ſi qui à liberis, per
2 totum tit. C. de alen lib. per quā ratione Doct. hic extendunt
illud priuilegium ad fratres dominum, & vaſallum parentes,
& filios ſpirituales, Doctores, & ſcholares, item clericos, &c.
Sed quia illud priuilegium eſt ita perſonale, vt etiam ad hęre-
des habentis non tranſeat, l. maritum, 12. cum l. ſeq ff. ſol ma-
trimon qui tamen cum defuncto vna, & eadem perſona re-
putantur, Nouel. 48. de iureiur. à mor. præſt. in princ. Et certæ
perſonæ enumerantur in iure, quibus hoc priuilegium com-
petit, inter quas non referuntur prędictæ mihi ſententia Zaſ.
hic placet, extenſionem ad illas fieri non debere, cum in iure
hoc non reperiatur expreſſum, & erubeſcamus abſque legi
loqui, ca. Conſideremus, 5. Nouel. 18. de trien. & ſemiſ. Nec
obſtat, quòd extenſio de parentibus ad liberos facta eſt: quia
illa procedit ex natura correlatiuorum, ita vt ſtatutum in vno
correlatiuorum, cenſeatur quoque ſtatutum in alio, vt ſupra
in §. item ſi de dote, dictum eſt.
3 Secundo notandum eſt ex hoc ſ. nec patronum eſſe con-
demnandum liberto, niſi in quantū facere poteſt, l. patronus,
17. ff. de re iud. cum & liberto ſancta, & honeſta perſona pa-
troni videri debeat, d. l. liberto, propter ingens beneficium li-
bertatis conceſſum, quæ ineſtimabilis res eſt, l. libertas, 106. ff.
de regulis iuris. Vnde etiam libertus tenetur alere patronum
inopem. Et ea natura correlatiuorum hoc beneficium quo-
que libertis contra patronos datur, ſec. Doct. hic.
4 Tertiò, ſocijs inuicem habent hoc priuilegium, vt hic, & d.
l. ſunt qui, & l. verum, 93. ff. pro ſoc Et hoc eſt verum, non ſo-
lum quando ſunt ſocij omnium bonorum, ſed etiam quando
vnius rei tantum ſunt ſocij, d. l. verum in princ. Quod eſt ve-
rum, quando in cauſa negociationis, ſeu ſocietas conueniun-
tur. Item ampliatur procedere, non ſolum quando actione
pro ſocio conueniuntur, ſed etiam alia actione, dum tamen
pro fiat occaſione ſocietatis, & agatur ex contractu inito du-
rante ſocietate, de quo vide hic Fab. verſ. Super textum, item
ſi ſocius, Plat. 10. Iaſ. 6. Et limita, niſi ſocius ſe ſocium negaue-
rit, ſecundum Glo. hic, negans enim id, quod eſt cauſa benefi-
cij, perdit illud, l. ſi dubitet, 10. §. 1. ff. de fideiuſ. niſi ſimpliciter
conteſtatus ſit litem negatiuè, negando narrata prout nar-
rantur, ſecundum Bart. in d. l. ſi dubitet.
5 Quartò, hoc priuilegium donatori quoque competit, qui
ſcilicet promiſit ſe donaturum, vel donauit, ſed nondum, tra-
didit, & conuenitur ad tradendum, vt non teneatur, niſi in
quantum facere poteſt, ne liberalitas ſua ei ſit damnoſa, & is
ſolus

Digitized by Google

ſolus præcæteris habet etiam hoc beneficium vt decedat æs alienum, quo alijs obligatus vt hic, & in l.inter eos 19. & l. & exheredatum, 49. iuncta l.ſeq.ff.de regul.iur.vbi dicitur dignus eſſe donatori ſuccurrendum quam ei qui verum debitum ſoluere cogitur, ne liberalitate ſua inops fieri periclitetur. Et hæc concluſio procedit, I. In donatione pura, & ſimplici, non autem in donatione ob cauſam, quæ propriè nõ eſt liberalitas, vt not.poſt Gl in l.1 ff.de don.ideò ceſſat ratio, l.ne liberalitate 50.ff.de rei iud. Vnde etiam propter ingratitudinem non reuocatur, vt not.in l fi. C.de reuocatur. Et hoc intellige in donatione, quæ ſit ob cauſam concernentem fauorem, & vtilitatem donantis, veluti, do tibi 100. vt ædifices mihi domum. Videtur enim tunc eſſe contractus innominatus, do vt facias, vnde hoc priuilegium locum non habet. Secus, ſi fieret donatio ob cauſam concernentem commodum ipſius recipientis veluti, do tibi 100. vt ædifices tibi domum. Hoc.n. caſu locus erit huic beneficio, & ita non obſtat, quod contra prædictam limitatione de dote per Doct. hic aducitur, de quo vide poſt Doct.hic Fab.in verſic. Idem eſt ſi quis num. 2.
6 Pla. 16. Ang.1.Iaſ.8. II. concluſio hæc procedit, quando quia, ex propria donatione conuenitur ponderando textũ hic ibi. [donatione ſua.] ſecus, ſi ex donatione alterius, vt quia hæres ex donatione defuncti conuenitur ad hæredes enim extraneos hoc beneficium non tranſit niſi ſint ſui heredes, & l.ſi fideiuſſor, 24. in fine cum l.ſeq.ff.de re iudic.& l.maritum, 12. & etiamſi, 18. 7 ſoluto matrim.

7 Vltimo circa hunc, §.& totam materiam notabitis. I. Quod hoc beneficium competit reo principali non autem ipſius fideiuſſoribus, quia eſt perſonale, d.l.& ſi fideiuſ. Traditum tamen per Doct.hic cautela, vt fideiuſſor conuentus denunciet reo principali, vt ſuſcipiat in ſe iudicium, & opponat hãc exceptione in ſua perſona de quo vide Angel. hic, §. Sed, & ſi quis n. 2. ante finem, & Iaſ.12.II. Quod inducendo eo, ne reus conuentus egeat non inſpici proprietas patrimonij quanti valeat, & quantum ex venditione redigi poſſit, ſed quantum ex fratribus patrimonij percipitur, l.qui bonis 6.ibi Bar. ff.de ceſſ.bon.vide Ang.hic, verſ.Idem eſt ſi quis in fin. & Iaſ.n.11.

§. Compenſationes quoque.

¶ *Exceptio compenſationis minuit debitum petitum.*

1 Ponitur hic, & aliud exemplum, vbi actor non cõſequitur ſolidum, quod in libello petijt, quando ſcilicet opponitur ei exceptio compenſationis de debito quod ipſe actor reo debet de quo ſup. in §.in bona fidei, dictum eſt.

§. Finalis, & de ceſſione bonorum.

1 *Cedens bonis in acquiſitis poſt ceſſionem, beneficium competentiæ habet.*
2 *Debitor cedens duo habet beneficia, & num.3.*
4 *Qui poſſint cedere bonis.*
5 *Debitor qui acceptaui quinquennale an poſſit cedere bonis.*
6 *Qui non poſſint cedere bonis, & nu.7.8 9.10.11.12. & 13.*
14 *Ceſſio bonorum quomodo fiat.*
15 *Quæ requirantur vt ceſſio bonorum fieri poſſit.*
16 *An cedens bonis aliquid relinqui debeat.*
17 *An debitor, qui bonis ceſſit, poſſit ceſſionem factam reuocare.*
18 *An de iure Saxon. ceſſioni bonorum locus ſit.*

1 IMpera.in hoc §.adhuc vnum exemplum ſubijcit, vbi conuenius non condemnatur in ſolidum, videlicet, quando quis ceſſit bonis, & peruenit ad pinguiorem fortunam, nam tunc in poſtea quæſitis non condemnatur, niſi in quantum facere poteſt. Et quia beneficium ceſſionis eſt vltimum remedium, ad quod debitores confugere ſolent. Vnde & flebile adiutorium dicitur in l.penult. C.o.qui bon. ced. poſſ. ideo vlt.loco de hoc traditur in titulo noſtro.

Vtilitas Ceſſionis bonorum.

2 Ad cuius intelligendum primo ſciendũ, debitorem cedentem bonis habere duo beneficia. Primum eſt, quod nõ detruditur in carcere. Debitor enim condemnatus ad ſoluenda debita, ſi non eſt ſoluendo, poteſt detrudi in carcerem, vbi tamdiu detinetur, donec ſoluat, vel alius pro eo miſeratione ductus ſatisfaciat. Sed quãdo credit bonis, liberatur à carcere, l.1. cum ibi not. C.eod. Et de hoc, an & quãdo debitor pro debito ciuili poſſit incarcerari, vide Doct in l.1.Fab.hic n.2. Ang. 1.& 2.Plat 2. Et notandum ceſſionem bonorum liberare carcere non tãtum ne quis detrundatur in carcerem, ſed etiamſi fuerit iam intruſus, vt liberetur à carcere, vt dicitur in add.ad Vber. de Bonacurſ.de except. ſuper Rubr. de impedimentis executi. verſ.Nono. Item ſiue fiat ceſſio bonorum ante ſententiam, ſiue poſt ſententiam, vt not.per Bart.in d.l.1.C.eod. Alterum beneficium eſt, quod ille qui ceſſit bonis, ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam habet in illis bonis poſt
a ceſſionem quæſitis priuilegium illud, vt non teneatur niſi a in quantum facere poteſt ideſt deducto eo, ne egeat, vt hic, & d. l.qui bonis.& l.ſeq.ff.de ceſ.bon Afflicto enim non debet addi, afflictio, vt hic fin.& l.Diuus, 14.ff.de offic. præſid. Ex quo infertur, quòd cedens bonis, neque à ciuili neque natura obligatione liberatur, ſed tantum ſibi parat, exceptionem, ſecundum Gl.fi.in d.l.qui bonis, & vide Fab hic n.7.Plat.16.Ang.5. Iaſ.2. Et prædicta intellige procedere reſpectu creditorum, qui tempore ceſſionis erant creditores, non autem eorum, qui poſt factam ceſſionem creditores facti ſunt. Nam iſti boni creditores debitorem in ſolidum conuenire, poſſunt niſi de nouo cedat bonis vide Fab hic, num.8.Plat.10.Ang.9.Iaſ.4. Et notandum, ceſſionem debitoris principalis non prodeſſe fideiuſſori, cum creditor fideiuſſorem redire poſſit, de quo vide Ang.hic, nu.12.& Iaſ.25.

Qui poſſint cedere.

b Secundo principaliter videndum, qui b poſſint cedere bonis: Et regulariter quilibet debitor hoc beneficium habet, non tantum patresfamilias, ſed etiam alij familias l.penul.C.eo. & non tantum maſculi, ſed etiam fœminæ, d.l.pen.ibi (vtriuſque ſexus.) Ex quo infertur, olim mulierem iure codici, tam pro debito fiſcali, quam pro debito priuato in carcerem detrudi potuiſſe. Hodie autem nec pro debito fiſcali incarceratur. Authent.ſed hodie.C.de offic.diuer.iud. item non ſolum debitor priuati, ſed etiam fiſci, qui ex contractu cum fiſco celebrato obligatus eſt. §.itẽ ſi quis ex ſocis.8.ſupr.de ſociet. Item Eccleſ.in præf.fere in med. verſic.Si qui autem adiecerit. Nouel.3.vt determi ſit nu.cleric. Ex quo inferunt Doct. hic, quãlibet vniuerſitatem bonis cedere poſſe de quo vide Iaſ.nu.2.
c Zaſ.ante finẽ tituli noſtri. Et ampliate c prædicta, quod debitor cedere bonis poſſit, licet creditores velint ei dare inducias quinquennale, vt not.poſt lex in l.6.C.eo. Sed quando acceptauit dilationẽ quinquennalem, non poteſt amplius priuilegio ceſſionis vti, ita eſt Gl.in l.fin. C.eod.add.hic. Ang.nu.9.
d Et hęc d eſt I.limitatio. II. Fallit in debitore, ex delicto vel quaſi ne delictum maneat impunitum, habet locum vulg. regula, Qui non habet in ære, luat in corpore] l.fin. ff.de in ius voc.& l.1.in fi ff.de pen. etiam ſi ciuiliter ad pęnam pecuniariã quis ea delicto conueniatur vt in actione iniuriarum exẽ
7 plificant hic Doctores Pla.nu.6.Fab.5.Iaſ.13. Zaſ.in fi.tit.noſtri. III. Fallit in debitore fiſci, qui ad tributum ſe collectas obligatus eſt is enim cedere nequit, vt not.in d.l.1.C.eod.Idem, ſi vellet cedere bonis, ne publicis muneribus fungeretur, leg. propter honorem, 5.C.eo.vide Fab.hic, nu.6. Pla.5.& 9.Ang.
8 6.Iaſ.14.& 14.IV. Fallit in eo, qui ad factum eſt obligatus, id quod præciſe compelli poteſt de quod vide Fab. hic numero,
9 Plat.10.Iaſ.12.Ang.7.V. Fallit in eo qui in fraudẽ creditorum alienauit bona, quæ deinde reperiri non poſſunt, l.fin §.final.
10 iuncta Gloſ. ff.quæ, in frau.cred.&c. VI. Fallit in eo, qui ſcit ſe non eſſe ſoluendo & ſpe ceſſionis cõtrahit. Is enim non gaudet hoc priuilegio ſeu beneficio argum. l.pen.ff.dicitur, dot. VII.

ADDITIONES.

a *Secus, ſi in fraudem creditore bona ſua alienauit, l.vlt.in fin. ff.quæ in fraud. l.etiam in fi. ff.ſoluto matrim. l.rerum ff. de re iud.l.pen.ff.de iure dot.quicunque, C.de ſeruis fugit. Aut ſi unquam vſurarum exactarum nomine conuenitur c. cum tu. de vſuris. Idem ſi a nouis poſt ceſſionem factam creditoribus conueniatur. Panet, §.cũ quoque, hoc tit. Quin ſtudioſis, & milites in arma ſua, & libros conueniri non poſſunt etiam quatenus facere poſſunt Bald. C.qui bonis cedere poſſ. Gl. in l.nepotes ff.de verbor. ſignific.*
b *Minor poteſtne vtiliter bonis cedere, Vide Simoncellum 2. de certorum 6.inſpect.15.*
c *Amplia non tantum in maſculo ſed & in fœminam l.pen.C. qui bon. ced. & in Eccl.§.ſi quis autem adiecerit. Nouella vt determinatus.*
d *Cedens bonis debito liberatur, ff.& C.qui bonis ced. Plures exceptiones, quam hic allatæ ſunt, vide apud Socinum, regula Cedens bonis.46.*

Digitized by Google

11 VII Fallit in illis perſonis, quæ habent beneficium, vt non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt de quibus ſupradictū eſt quia ceſſat ratio ceſſionis, ſcilicet detruſio in carcerem, vi-
12 de Fab. hic, num. 9. VIII. Fallit in diuite, qui ſoluendo eſt de quo vide hic Iaſ. numer. 21. & Vbert. de Bonacurſ. ſupra in d.
13 verſ. nono. IX. Fallit in debitore qui cum iuramento renunciauit, vnde Fab. hic numer. 8 Plat. 17. Ang. 13. Iaſ. 30. qui hic num. 16. aliam limitationem poſt Ang. hic, num. 7. ponit videlicet, vt debitor, quia principio negauit, & poſtea fuit conuinctus & condemnatus, propter mendacium bonis cedere non poſſit cuius contrarium tenuit Salic. in d. l. 1. Co. eod. & add. Vbert. de Bonacurſ. ſupra dicto verſ. nono.

Quomodo ceſſio bonorum fiat.

14 Tertio principaliter quæritur. Quomodo ceſſio bonorum fiat? Et dic eam poſſe fieri in iudicio, & extra iudicium l. ſi ff. eod. ſiue inſcripſit is, ſiue viua voce dicendo ſe cedere bonis, l. in omni. 6. iun. Gloſ. C. eo ſiue per nuncium, ſiue per epiſtolam, d. l. ſi Nam & ſolo verbo ceſſio bonorum fieri poteſt, ſecundum Gloſ. in d. l. in omni. Neque valent ſtatuta, vt cedens bonis ducatur tubis per plateam, vel ſedeat ſuper lapidem, de quo vide Plat. hic, num. 17. Ang 8. Iaſ. 28. Et ad hoc vt ceſſio
15 bonorum fieri poſſit, requiritur I Vt cedens bonis agnoſcat debitum, d. l. pen. ff. eo confitendo ſcilicet debitum extra iudicium interponendo cautionem, ſi perueniat ad pinguiorem fortunam, ſe velle ſoluere, vel confitendo in iudicio, vel patiendo ſe condemnari factis legitimis probationibus ſecundum Gl. & Bar. in d. l. pen. II. Vt indicet omnia bona quæ habet alias perdit hoc beneficium, vt not. per Bar. poſt Gl. in d. l. pen. & in l. 1. ſuper verb Libertati C. eo. tenetur enim omnia, quæ habet, dimittere; vnde ſi quid occultat dolo facit, vide Ang. hic nu. 10 & Iaſ. 8. III. Vt debitores iſtent, & petant debitum. Hoc enim beneficium ceſſionis eſt ſubſidiarium, & miſerabile, nec concedi debet niſi propter neceſſitate, vnde
16 ſponte cedens non debet admitti. Ceſſat, enim ratio carceris euitandi, vide Fab. hic, num. 9. Iaſ. 17. Sed iam quæritur. An cedenti bonis aliquid relinqui debeat: Et dic quod nihil ei relinquitur, ne vnus danarius quidem ſed eſt excutiendus vſque ad peram, & ſaculum vt inquit Gl. in l. ſi ff quæ in fraud. cred. Gloſ. in l. in fraudem, 4. ff. eod. preterquam viles veſtes ne ſit carne nudus, cum tales veſtes etiam condemnatis ad mortem relinquantur l. Diuus 6. ff. de bon. dam. Et dicit Iaſ. nu. 27. relinquit cedenti prohibita alienari. Item vſusfructus & feuda, non tamen eorum commoditates, ſecundum Bart. in d. l. 1. Et ſi ſcolaris poſt ceſſionem acquirat libros, vel miles arma, talia non ſunt eis auferenda vt dicit Bal. ſuper Rub C. eo. per Gl. in l. nepos Proculo 125. ſuper verbo Dignitate ff. de
17 verborum ſignific. Adde hic Iaſ. nu. 6. Item quæritur: An debitor: qui bonis ceſſit poſſit penitere, & ceſſionem factam reuocare. Et dic quod poteſt, re ſcilicet integra, & bonis per debitorem nondum occupatis vnde Iaſ hic num. 23.

Vltimo, nota quod de iure Sax. videtur ceſſioni bonorum
18 locus non eſſe. Quando enim debitor creditori ſatisfacere non poteſt, tunc etiamſi liber homo ſit tamen pro debito pecuniario creditori ſeruire cogitur, qui eum etiam in compedibus tenere poteſt, contra l. ob es 12. C. de oblig. & actio vide verba iuris Saxon. art. 39. [Vveichbild,] art. 27.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTESTATE eſt, negocium geſtum eſſe dicitur.

TITVLVS VII.

1 *Continuatio.*
2 *De inſcriptione tituli.*
3 *Negotium quid.*
4 *An etiam delicta comprehendat.*
5 *Methodus tractatio, vt definitio, diuiſio, cauſa, effectus harum actionum.*
6 *Affinia, & contraria.*

1 Continuationem huius tituli text. initio proponit. Quia namque in §. actiones autem de peculio, & §. ſunt præterea, ſub titul. præced. mentio facta eſt actionis, qua in peculium filiorum familias ſeruorumque agitur, quæ non ſatis potuit tū declarari, neque ſola de contractibus eorum, qui ſunt in poteſtate, redditur in patrem familias. Cum etiam alijs quinque a hoc nomine conueniri poſſit vt quod iuſſu, exercitoria, inſtitoria, tributoria, de in rē verſo ideo viſum eſt de hiſce omnibus diligētius hic admonere. Nec enim perfectus fuerit actionum tractatus, niſi ſpecies earum omnes enumerentur, & exponantur arg. l. 1 & l. 2. de orig. iur. Et quæ notabilia ſunt, niſi ſpecialiter notentur, quaſi neglecta videntur, l. item, 15. §. ait Prætor, 26. ff. de iniurijs.

2 Inſcriptio tituli videtur nullum gignere ſenſum. Sed ſcien-
b dum eſt, prima hæc eſſe verba edicti, quo b Pretor has actiones in dominum, & patrem propoſuit. l. 1. §. 1. verſ. Verba edicti talia ſunt. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum erit, de peculio. Quod & Cuiacius teſtatur. ff. eod. Tralatitium autē eſt, titulos primus edicti verbis inſcribi, vt. Quod falſo tutore authore geſtum eſſe dicetur. Item, vti poſſidetis, Vtrobi, Quorum bonorum, Quorum legatorum, &c. Conſtabit autem inſcriptionum ſenſus, ſiquidem ita ſubaudiamus, & ſuppleamus: Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicitur eius negocij nomine, vt actiones, quarum hic fit mentio, in patrem, dominumve dentor, l. pen. C. eo. & Gl. 1. in verbo, Geſtum, ff. de pecu. id quod innuit, quamquam non aperte ſatis, inſcriptio tit. C. eo. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicetur, vel de peculio, ſiue quod iuſſu, aut de in rem verſo, ſcilicet eius nomine, vt actio in patrem dominumve competat, d. l. pen. ff. eo. tit. Fuit enim hoc edictū triplex, aut de peculio, aut de in rem verſo, aut quod iuſſu, l. 1. in prin. ff. de peculio. Poteſtatis verbum communiter accipiendum eſt, tam in filio, quam in ſeruo, nec magis dominium ſeruorum ſpectandum, quam facultas habendi eos. Nō enim ſeruorum tantum propriorum nomine cōuenimur, item communium, verum eorum quoque, qui nobis bona fide ſeruiūt, ſiue liberi ſint, ſiue ſerui alieni, l 1. §. vlt. ff de pecul. Itaque ad omnem ſexum omneſque, qui alieno iuri ſubijciuntur poteſtatis nomē porrigatur, l. 1. in fin ff. de tributo. actio. In aliena poteſtate dominica quidem, ſunt ſerui, patria filij filiæque familias, ſupra de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. & ff. eod.

3 Negocium hic generatim eſt accipiendum, non pro cauſa, vexatione, & controuerſia, vt in l. 1. §. 1. ff. de clau. ſed pro quolibet contractu, l. pen. ff quod iuſſu, l. quod ſi, 10. l. venditor, 21. ff de hæred. vel actione vend. Quamobrem Vlp. in l. ſi dubitet, 10. § 2. ff. de fideiuſſoribus ait. Quod iuſſu, ad omnes contractus pertinere, hoc eſt, ad omne negocium, ex quo alteri is, qui eſt in poteſtate obligetur, l. Labeo, 19. ff. de ver. ſign. Nam dominus, paterue hiſce actionibus, quæ hoc titulo proponuntur, ex contractu ſuorum conſtringuntur, quæ nō ſunt certæ ſpecies actionum ſingulatiū, ſed adiectiones & acceſſiones, aut actiones cuiuſque contractus, quæ a ſua cauſa, vnde proficiſcuntur, & acceſſione, quam induunt, noua eiuſmodi nomina adſciſcunt, l. ſi eum, 5. §. 1. verſ. Hoc edicto non transfertur actio, ſed adijcitur, ff. de exercito. act. vt ex eo intelligatur agi non directo cum reo ex ſuo contractu, §. vl. hoc tit. ſed per latus ipſius cum patre vel domino eius vt mādati, quod iuſſu d. l. ſi dubitet, §. 2. ff. de fideiuſ. Ex empto quod iuſſu, l. 3. ff. de pec & ſic deinceps, quamuis breuitatis cauſa, qua Iuriſc. gaudent, l. 1. ff quod met. cau. l. ampliorem, 39. § fi. C. de appel. plerum. nomen contractus nō deſignetur. Eam enim narratio, & concluſio libelli exhibent, vel quod perinde eſt l. quod te 5. ff. ſi certum petatur, cū ſimilib. exhibere debent, l. 3. C. de edēdo. c. Dilecti. 6. c. Examinata. 15. de iud. His ergo nomenclaturis illud notatur, actionem omnem cui ille tribuuntur eiuſmodi, eſſe vt non detur in eum, qui contraxit ſed ratione cōtractus in illū, ad quem vtilitas contractus peruenerit, hoc, eſt dominum vel parentē, quos, non eſt iniquum ex contractu liberorum, vel ſeruorum teneri, ad quos commodum contractus redit, & quibus inuicem obligatio ad agendū quęritur l. 1. in prin. ff. de inſtitor actio. Inſt. de legi par. tut. in fi. l. ſecundum, 10. de regulis iur. Quamobrem, regula tituli C. Ne filius pro patre vel pater pro filio emancipato obtinet tantum in caſu diſſolutæ poteſtatis, vt oſtendit verbū Emancipato inſcriptioni inſertum, non in illis, qui vt poteſtatis ſic patri

ADDITIONES.

a *Actione de peculio omiſit. Sunt enim ſex Actiones. In quib. ex negocij per filios, vel ſeruos contractis, parentes, aut domini conueniri poſſunt nimirum, quod iuſſu exercitoria, inſtitoria tributoria de peculio, & de in rem conuerſo.*

b *Hæ actiones prætoria ſunt, & perpetuæ. l. Macedonian. C. ad Senatuſc. Macedon. Quamuis prætoriæ actiones communiter ſint annales, infra de perpet. & temporal. actio.*

Digitized by Google

patri familias iunguntur, vt pro eadem quodammodo perſona fictione iuris habentur l. vlt. Co. de impub. & alijs ſubſt. & in contractibus igitur eadem vtriuſque vox, & obligatio, §. ſi quis. 4. ſup. de inut. ſtipul. l. dominus, 39. l. quod dicitur, 130. l. cum, 56. §. qui ſibi ff. de verb. oblig. l. 2. C. de contrah. ſtipul. vt non mirum ſit ex alterius contractu alterum hic conueniri poſſe.

4 Dico, contractu, vt excludam delicta, nec enim alieni quis criminis ſucceſſor cõſtituitur, ſed vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubijcitur, l. crimen 26. ff. de pœn. Quod tamen ipſum accipiendum eſt, de pęna corporis, vel infamiæ, qua de diſerte d. l. crimen, loquitur: nam pecuniam, vti ex cõtractibus ſeruorum ſic etiam ex delicto aliquatenus patrē familias debere, & hoc nomine conueniri poteſt vt in tit. ff. de his qui defecet. vel effuder. Quamobrem etiam huius tituli actiones eo nomine dantur. Sed quia nimis hæc euagatur oratio, contrahamus ſi placet iſta pro mearum more ſcholarum ad methodum vſitatam.

Vnde igitur nomen habent actiones, quarum hoc titulo ſit mentio?

A cauſa, ex qua vel propter, quam dantur, vt à iuſſu, peculio ab, eo quod in rem verſum, &c.

Quid ſunt?

5 Sunt cuiuſuis contractus actiones, quæ non directo in eum, qui cõtraxit ex contractu, ſed ex edicto propter iuſtam aliquam cauſam, quæ nomine deſignatur in alium, quam qui cum contractum eſt dantur.

Quod earum proprium?

Vt competant, & dirigantur, in patrem dominumve eius, qui cum contractum eſt, ideo non eſſe directæ putantur, §. vlt. hoc tit. Nam directè dicuntur, quæ ex verbis legis contractuſque dantur, &c. Vtiles, quæ ex mente, aut æquitate. Vtrumque genus eiuſdem eſt poteſtatis, l. pen. ff. de neg. geſt. Sicut, & alias non magnopere refert vtrum quid directo, an per indirectum fiat, l. 3. §. in rem. vbi Gloſ. verb. Prius, ff. de in rem verſ. l. quæ ſub cõditione, 8. §. ſed ſi ſub iuriſiurandi ff. de cond. inſt. l. oratio, 16. ff. de ſponſ. Propriũ etiam, ſi inſolidum competant, quamuis ex accidenti minuantur, l. 2. Cod. quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt neg. geſt. eſſe dicetur, l. vlt. ff. de inſt. actio.

Quid earum ſpecies?

Sex hic recenſentur. Prima, Quod iuſſu in §. 1. Secunda, Exercitatoria, in §. eadem ratione 3. Tertia, inſtitoria, in §. inſtitoria, 4. Quarta, Tributoria, in §. introduxit 5. Quinta de peculio, in §. introduxit, 6. Sexta, de in rem verſo in d. §. introduxit, cum ſequ. Quarum in diſtributione ſeruatus hic eſt ordo, vt primo loco poſitæ ſint eæ, quæ proximè accedunt ad obligationes, actioneſque quæ ex proprio contractu dantur, velut ſunt quod iuſſu, exercitoria, tributoria. Dantur enim ex proprio velut contractu, hoc eſt, mandato. § vltim. hoc tit. quare de his quoque Prætor primo edixit. Cętera edictis inferioribus eſt perſecutus, vt loquitur Paulus, l. ſi quis 27 §. 1. ff. de pec. &c.

Cauſa, Prætoris edictum, vnde datur, reſpectu quidem eius in quem dantur, § 1. & paſſim hoc tit. & toto tit. ff. eod. Nam alioqui fluunt ex qualibet conuentione, tam ciuili, vt ex ſtipulatione, quam iuris gentium, vt ex empto, locato, &c.

Cauſa impulſiua propter quam dantur, eſt aliqua æquitas, qua prætoria edicta conſtant, l. 3. ff. de in integrũ reſtit. l. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. 1. 2. & 4. ff. de doli except. l. in omnib. 90. ff. de reg. iur. quam ipſum nomen in qualibet harum exhibet, ductum vel a cauſa efficiente, vt inſtitoria, exercitoriæ quod iuſſu, his enim tenetur ideo pater familias, quia præpoſuit, mādauit, vt propemodum ipſe geſſiſſe videatur, quod eius mandato geſtum eſt, l. 1. ff. quod iuſſu, eoque directo etiam teneatur, §. vlt. hoc tit. Vel à materia, vt in tributoria & peculio ab euentu vt actione de in rem verſo.

Cui dantur hæ actiones?

Omnibus, qui cum quouis ex contractu agere poſſunt, vt qui cum filio ſeruove contraxerunt.

In quem dantur?

In patrem, & dominum, etiam eum, qui vice domini eſt vt in quemuis præponentem, etiam non patrem, neque dominum, inſtitoria, & exercitoria datur.

Ad quid dantur.

In ſolidum, quod ex contractu debetur, §. cæterum, verſ. Qua ſolidum conſequi, hoc tit. quamuis in quibuſdam euentus non reſpondeat, §. cæterum, hoc tit.

Qua forma?

Cuiuſque contractus, & actiones propria, empti, locati, commodati.

Quod medium concludendi?

Cauſa quam nomen indicat. Itaque hæc præcipuè probanda eſt, vt præpoſitio iuſſus, in rem domini verſum eſſe, habere ſeruum peculium, & tantum habere, vnde ſatisfieri poſſit, §. cæterorum, hoc tit.

Quis finis?

Vt petitori, qui probatur, ſatisfiat. Nam ſententia congruit libello, l. 1. fundus, 18. ff. commu. diuid. vlt. C. de fideicom. liber. c. Licet, 31. ext. de ſimonia, ſcilicet, quando intento libelli probata eſt, d. § cæterum, hoc tit. Quod ſi non probetur, ſequens eſt, vt a non probantis petitione conuentus abſoluatur, quod tralatitium eſt, leg. qui accuſare, 4. Co. de eden. l. vlt. Co. de rei vend. c. vlt. ext. de iureiur.

Euentus, vt aut ſolidum, ſi obtineat, conſequatur actor vt in exercitoria, inſtitoria quod iuſſu, aut non ſolidum, ſed eatenus quatenus in peculio ſit, vt in tributoria, de peculio, aut quatenus in rem verſum probatur, vt in actione de in rem verſo, §. cæterum, hoc tit.

6 Affines ſunt hæ ipſæ inter ſe actiones, nam ſæpè concurrunt, vt ei, qui domini iuſſu contraxit, etiam inſtitoria exercitoria, de peculio, de in rem verſo competere poteſt. Sed erit ſtultiſſimus, ſi omiſſa actione qua facillime ſolidum cõſequi poſſit, ſe ad difficultatem perducat probandi in rem domini verſum eſſe, vel habere ſeruum peculium, & tantum habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſſit, d. § cæterum, hoc tit.

Is quoque, cui tributoria actio competit, æque de peculio, & de in rem verſo agere poteſt, ſed ſanè huic modo tributoria, expedit agere, modo de peculio, alias de re in rē verſo, vt declaratur in §. is quoque, hoc tit. Prout ergo expedit ita quiſque vel hanc actionem, vel illam eligere debet, d §. is quoq; verſi. Prout, hoc tit. Sed.

An electione vnius altero conſumatur?

Non puto, cũ ex diuerſis cauſis fluant. Itaque qui exercitoria, inſtitoria ve egit, nõ prohibebitur de peculio, vel in rem verſo agere, cum ſint non actiones ſolum diuerſa: ſed etiam cauſæ earum diſperatæ, vt rei iudicatæ exceptio non poſſit obſtare, l. ſi mater, 11. cum multis legibus ſeq. ff. de except. rei iud. Nam ex ſeparatis nihil infertur l vlt. ff. de calumn. l. Papinianus exuli, ff. de minoribus. Par eſt etiam, & ęquale ius hoc in tractatu tam patris, quam domini, & in altera correlatiuorum regione ſerui, & filijfamilias Nam ſiue cũ ſeruis negotium geſtum ſit ſiue cum his, qui in poteſtate parentum ſunt eadem fere iura ſeruantur, in princ. hoc tit. Itaque ne verboſa fiat diſputatio, dirigit hoc in titulo Imperator ſermonem in perſonam domini & ſerui, qui non ex ſe, l. 3. in fin. ff. de cap. min. & ſup. dé c. dimi. l. ſeruitutem. 209. ff. de reg. iuris, ſed ex domino petionarp, habet. l. non minus, 31. ff. de hæred. inſt. l. debitor. 82. §. 2. ff. de leg. 2 idem volens intelligi de liberis, & parentibus in princ hoc tit Nam ſi quid propriè in his ſeruetur id ſeparatim poſt oſtenderur in §. pen. hoc tit. Non enim per omnia, ſed fere, vt hic habet text. eadem iura in his ſeruantur.

Affines etiam ſunt actiones ipſorum contractuum directæ, hoc eſt, quæ abſque qualitate, quam actiones huius tit. præferunt, directo in patrem, dominumve, aut alium qui horum loco, ſit dantur. Nam quod horum iuſſu contractum quodque in rem eorum verſum erit, directo quoque poteſt ab eis codici, tanquam ſi principaliter cum ipſis negotium contractum eſſet, ſicut eadem, ex cauſa, hoc eſt iuſſu nomine, directa exercitoria, vel inſtitoria tenentur, §. vlt. hoc tit.

Affines etiam ſunt actiones noxales, quæ propterea à titulo ſequenti mox ſubijciuntur. Contrarius eſt maximè defectus cauſæ, propter quam actiones hæ dantur, vt iuſſus, præpoſitionis peculi conuerſionis in rem domini, d. § cæterum hoc tit. Deficere, autem etiam tum intelliguntur, ſi probari nequeant, d. § cæterum, l. duo ſunt Titij, 30. ff. de teſtam. tut.

quia

Digitized by Google

quia paria ſunt non eſſe, vel non apparere, l.in lege 77. ff.de
contrah empt. & tum non ius, ſed probatio deficit, d.l. duo.
Contraria item pręſcriptio 30.annor.in perpetuis.l.3.& 4 C.
de pręſcript 30.annor. vnius anni in annalibus tot.ti.quando
actio de pecu.eſt annal.

§. Si igitur.

L QVOD IVSSV ACTIO.

1	*Iubens mandare videtur.*	7	*Quibus, & contra quos detur.*
2	*Definitio huius actionis.*	8	*Materia.*
3	*Propria.*	9	*Forma.*
4	*Species.*	10	*Finis & effectus.*
5	*Cauſa.*	11	*Affinia.*
6	*An ſubſcribens, ſigillans ſciẽs videatur iubere.*	12	*Contraria.*

EX his præcipua eſt actio, quod iuſſu, ſiue, vt dicitur, l. vlt.
ff.eod.de iuſſu. Parum enim abeſt, quin ipſe contraxiſſe
videatur, qui iuſſit, l. 1. in princ. ff.quod iuſſu, l. 1. ff. de in rem
verſo. Sicut & is, qui mandauit, leg. ſi tibi, 8 C. mãdati, quod
1 iuſſu ineſt. Nam qui mandauit, etiam iuſſiſſe videtur, l. 1. §. ſed
& ſi mandauerit, ff.eod.
2 Hinc ergo dicta eſt hæc actio velut à ſua cauſa. Nam ex
iuſſu datur. Eſt autem actio reſpectu adiectionis prætoria, l.
vlt. Cod quod cum eo, qui in aliena poteſtate, &, vt Cuiac. loquitur,
ff.eod. acceſſoria, ad ciuilem ſcilicet, ſeu, vt Paulus habet
adiecta, l. ſi eum, 5. §. 1. verſ. hoc edicto non transfertur actio,
ſed adijcitur, ff. de exerc. act. Perſonalis, obliqua, rei perſecutoria,
ſtricti iuris, qua dominus, & pater, vel qui horum
loco ſunt, ex obligat quam eorum iuſſu filiusfamilias ſeruuſve
contraxit, conueniuntur, vt quod ex contractu eorum,
quos habent in poteſtate, debetur, præſtent, &c.
3 Propria ſunt, quod obliqua quodammodo, & vtilis, §. vlt.
hoc tit. vbi hæ actiones directus opponuntur. Dantur enim
in eum, qui non contraxit, l. antep. ff. de neg. geſt. Quod perſonali:
quia ex contractu in perſonam, l. 1. §. 1. ff. de inſtit. actio.
Quod ſtricti iuris, id quod translatitium in omnib. actionib.
quæ non excipiuntur in §. actionum, vbi Gloſ. & DD. ſupr. de
actio. eoq; non niſi quatenus iuſſum eſt, cõpetunt, l. 3. ff. quod
iuſſu. Quanquam quoties ex contractu bonæ fidei dantur,
toties videri poſſunt eſſe bonę fidei, quod quidem ad obligationem
contractus attinet. Item quod perpetua, l. 5. C. ad
Senatuſc. Maced. tranſiens in hæredem, l. 4. in fin. ff. de exerc.
actio. Quod ſit in ſimplum (quia non ex delicto, vnde res ob
pęnam augeri poſſit, ſed ex conuentione) in ſolidum tamen,
l. 1. in princ. verb. In ſolidum, ff. hoc tit.
4 Species diſtinctæ nullæ ſunt, niſi velis ea quaſi directas dicere,
quæ tantum ex ſententia, & Iuriſc. interpretatione, vt
quando dantur in eum, qui dominus paterve non ſit, ſed eorum
vicẽ adminiſtrat, puta fructuariũ, l. 1 §. ſi iuſſu fructuarij,
2. ff. eod. adminiſtratorem ciuitatis, l pen. ff. eo. procuratorem
falſum, l. vlt. in fin. ff. eod. aut in dominum, non tamen ex
ſuo iuſſu, ſed tutoris, l. 2 ff. eod curatoris, l. 1. in fin. ff. eod. veri
procuratoris, l. 1. in fi. ff. hoc tit. Cauſa efficiens remota eſt, edi-
5 ctum vnde datur. Quod cum eo, qui, &c Propinquit iuſſu, l. 1.
& tot. tit. ff. quod iuſſu. Impulſiua, æquitas, quoniam is, qui ex
iuſſu domini cum ſeruo, filiove contrahit, fidem non ſerui,
ſed domini ſequi videtur, l. vlt ff. pro ſoc. vt dicitur in hoc, §. &
ſic alterius cuius perſonam ſpectauit. d. leg. vlt. & cuius iuſſu
decipi eum fuerit per iniquum, l. 1. ff. de exerc. act. l. 1. & paſſim,
ff. de inſtit. act. Sed & æquale eſt, eum ad quem vtilitas
cõfractus reddit, eundem etiam incommodum, & actiones
contractus perpeti, l. 1. in princ. ff. de inſtit. actio. & cum agere
queat ex tali contractu, æquum eſt, vt poſſit etiam reconueniri,
vt l. 2. ff. de iud. præſertim ex ſui iuſſu, & mandato, quo
quiſque non minus obligatur, quam ſi contraxiſſe ipſe, l. 1. in
princ. ff. eod. Merito, inquit Vlpia. ex iuſſu domini in ſolidum
aduerſus eum iudicium datur: nam quodammodo cum eo
contrahitur, qui iubet. Nec enim multum refert, vtrum quis
per ſe faciat, an per alium ſuo iuſſu, l. 5. §. hæc verba, ff. quod
vi, aut clam, l. 1. §. deieciſſe, 12. ff de vi, & vi armata. Inter mãdatum,
& iuſſum parum intereſt, l. 1. §. ſed & ſi mãdauerit, ff.
eod. d. l. 5. §. hæc verba, d. l. 1. §. defeciſſe. Vide gl. a ff. eod. l. vlt.
C. ad Senatuſc. Maced. Sed & qui ratum habet mandare videtur,
l. ſemper, qui non prohibet, 60. ff. de reg. iuris, Gloſs. &
Doct. l. ſi pecuniam, 9. C. de neg. geſt. & etiam iubere, d. l. 1. §.
3. ff eod. vt ex competat, quod iuſſu actio, d. l. 1. §. ſi ratum ha-
a buerit, 6. Sic & qui ſubſcripſit, *a* mandaſſe intelligitur, l. 3. C.
quod cum eo, qui in aliena poteſtate, l. ſicut. 8. §. non videtur,
15. ff. quibus modis pig. ſol. vide Gloſ. & DD. l. Caius, 39. ff. de
pig. act. in fin. & etiam iuſſiſſe, ſi ſerui filive chirographo ſubſcribat,
l. 1. §. 4. ff. eod. certe ratificaſſe. Nam perinde habetur,
atque ſi ſua ſe ſubſcriptione, & manu deuinxiſſet, in prin. tit.
ver. Subſcripta, ſup. de empt. l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Chryſogonus,
vbi Iaſ. in l. 1. no. ff. de verb. oblig. l. contractus, 17. in
verſ. Subſcriptionibus partium, C de fide inſtr. l. fin §. 1. verſic.
Subſcriptionem, C. de iur. delib. Bart. nu. 2. Iaſ. nu. 34. & communiter
Doct. l. emptor, 47. § Luc. ff. de pact. Cum autem pa-
b ria ſint ſubſcribere, vel ſigillare, *b* Rom. conſ. 303. hic ſcriptura,
nu. 1. & 2. & ſigillum operetur ratificationem ſigillantis,
gloſ. 2. verb conquiſita, C. de reb. alien. non alien. Bald. c. 1.
nu. 5. & 7. de pace conſtit. Rom. d. conſil. 303. num. 2. idem dicendum
erit in eo, qui ſigillo ſuo contractum ratificauit, dum
tamen conſtet ſigillum, vel ſcripturam illius eſſe. Dec. c. 2. nu.
27. de fide inſtr. Crau. de antiq. temp. par. 1. §. viſo, num 3. & §.
quæritur, nu. 26. Vnde & recognoſci, tam ſcriptionemq; quam
ſigilla debent, quod ſufficit, l. cum ab initio, 4. ff quemad. teſt.
aperian. l. comparationes, 20. C. de fide inſtr. Fran. Mar. dec.
991. Nam ipſius voluntate ſigillum eſſe appoſitum pręſumitur,
donec contrarium probetur. Panor. c. 2. nu. 15. ext. de fide
inſtr. Bart. Abb. Fulg. Rod. Caſtr. l ſi procuratorem, 95. ff. de
procur. & Imo. l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemad. teſt. aper. Alex. l.
quæ dotis, 33 nu. 38. ff. ſol. mat. Couar. pract. q. c. 22. n 9. Sicut
& pręſumitur vltro, & ſcienter ſubſcriptum, niſi deceptio, vel
error doceatur, d. l. ſicut, 8. § non videtur, 15. in verſ. Niſi manifeſtè
dolo malo Et quoniam ſubſcriptio, vel ſigillatio non
valet, niſi ab eo facta, qui ſcripturam legit. 3. Caſt. l. 1. nu 8. ff.
eod per c. 1. ext. de reb. Eccl non alien. l. pen. verſ. fin. vbi gloſ.
ff. eod. ideo præſumitur quoque legiſſe, & rem totam cognouiſſe,
Caſt. ibid. per l. non eſt ferendus, 12. de tranſact. Præpoſitio
etiam pro iuſſu eſt, leg ſi inſtitorem, 29 ff. ſi cert. pet. & §.
vlt. hoc tit. Item rogatio, Glo. 1. §. 2. verb. Quemadmodum, ff.
eod. vbi Alb. nu. 3. inquit. *Eſt rogitare ducum ſpecies violenta
iubendi, Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens:* niſi tãtum admonitio
quædam ſit, l ſi ſerui, 44. ff. de neg. geſt. DD l. rogaſti,
11. ff. ſi cert. petat. Quid ſi ſciat, & patiatur? videtur & id
pro iuſſu eſſe l. liberorum, 11. §. vlt. cum legibus ſequ. ff. de his,
qui no. infr. l. vlt. ff quod cum eo, facit l. vlt ff. de inſtit act. leg.
creditor qui 157. ff. de regul. iur. leg. qui patitur, 18 ff. mãdati,
& ita concludunt Bart. Bald. Caſt. & communiter DD. l. 1. §.
magiſtrum, ff de exerc. act qui tamen textus id probare non
videtur, vt poſt dicam, melius probat, l. 2. ff. de noxal. act. leg. 4.
C. eod. Si enim in delictis ſciens, & patiens habetur pro conſentiente,
& directo conuenitur, vt ibi dicitur, quanto magis
in contractibus. Sed mouet in contrarium, quod fideiubens
non teneatur, qui certè ſcit contractum geri, d. l. 1. § quid ergo
ſi fideiuſſerit, niſi fortè hoc ideò, quod fideiuſſio ſit acceſſoria,
l. hi qui acceſſionis, 34. ff. de fideiuſ. Acceſſorium autem
non regulet principale, l. poſtquam, 3. ff. de pact. cap. Acceſſorium,
42. de reg. iuris, in 6. l. 3. ff. quod iuſſu, & Alber. in l 1. ibi,
ſed ab eo regulatur d. cap. Acceſſorium, l. cum princ. 179. vbi
Doct. de regul. iur. Loriot. in tract. princ. & acceſs Sed tamen
Doct. opinio procedere poteſt, ſi non tantum ſcit ſeruum, filiumve
contrahere, verum etiam quaſi ex ſuo iuſſu mandatove
id agere, d. l. vlt. ff. quod cum eo, & l. vlt. ad Senatuſconſ.
Maced. Iuſſus autem nomine potiſſimum hoc in poteſtatis
c patriæ, vel dominicæ argu. vtimur, quia mandatum, *c* preces,
literę, & quęcunque teſtatio, qua dominus paterve voluntatem
ſuam de contractu filij ſerui ve generatim, vel ſigillatim
indicat, iuſſus appella.ſſſ ſſſ venit, iubendique vim habet,
leg. 1. ff. eod. etiamſi nonnihil inter hæc interſit, ſi proprietatem

ADDITIONES.

a *Subſcribens, mandaſſe, iuſſiſſe, ratum habuiſſe, ſe obligaſſe, vltro actum geſſiſſe intelligitur, vt hic. Adde Socin. in Reg. Subſcribens ſe inſtrumento, 385 & eundem regula 384. vbi diſputat, vtrũ ſubſcriptio teſtium in actis iudiciarijs ſit neceſſaria.*
b *De ſigilli, & obſignationis effectu, vide Men. caſu* 113. *&* 114. *tr. de arbit. iud. Et ſigillum in quibus caſib. loco ſubſcriptionis habeatur, et vtrum in teſtamento ſufficiat loco teſtium, vel actuarij vide Cravet. lib. de antiq. temp. p. 1. q. 44. & ſequ. Et an ſigillis ignoratis ſit credendum, vide Soc. reg* 374.
c *Iuſſum tamen mandato quidam ſeparant, & mandato neceſſitatem non imponi, ſed voluntatem, id eſt, vt velit mandatarius iuſſu vero neceſſitatem inuito iniicij, l. 1. §. iuſſum, ff. quod iuſſu.*

Digitized by Google

tem nominum conſideres, gloſs. d. l. 1. §. 2. verbo. Quemadmo-
dum, l. vlt. C. ad Senatuſc. Mac. Obtinet, n. hic regula. Rogā-
do cogit, qui rogat potiẽtior: qualiſcunque enim ſignificatio
voluntatis paternæ, vel dominicæ filio ſeruo ve pro iuſſu eſt,
d. l. 1 ſicut hæredi teſtatoris, l. fideicommiſſa, 11. §. hęc verba, 9.
cum leg. ſeq. ff. de leg. 3. cum ſimilibus. Quare ſi non ſeruo iu-
beatur, ſed alteri, qui parere neceſſe non habet, verum ex cō-
ſenſu paret, res abit in contractum mandati, vnde & actio
datur, l. ſi tibi, 8. C. mandati, vbi glo. verbo, Pupillos, & l. 1. in
prin. verbo, Qui iubet, ff. eod. vel directa cuiuſque contractus
quoniam cum iubente contractum videtur, cuius perſona
ſit ſpectata, l. vlt. ff. pro ſocio. Iuſſum accipiendum eſt, ſiue te-
a ſtato quis, ſiue per epiſtolam, *a* non tamen commendatitiā, l.
b vlt. C. quod cum eo, qui in aliena, ſiue verbis, aut per *b* nun-
cium, ſiue ſpecialiter in vno contractu iuſſerit, ſiue genera-
liter ad omnes. Et ſi ſic conteſtatus ſit; Quod voles cum Sti-
cho meo negotium gerere periculo meo: videtur ad omnia
iuſſiſſe, niſi certa lex iuſſum prohibeat, vel publica, vt Sena-
tuſc. Maced. mutuum fili. Item in delictis quorum iuſſui lex
obſtat, vel priuata ipſius iubentis, vt lex præſcrip. de qua l. 5.
non tamen, t1. ff de inſt. act. Item lex adminiſtrationis, quæ
donationem excludit, l. contra, 28. § ſi filius, ff de pact. ita ac-
cipe, l. 2. in prin. ff. eod. Quòd ſi vero fideiuſſit pro ſeruo, quo-
niam vt extraneus interuenit, non tenetur hac actione, quo-
c niam aliud eſt *c* iubere, aliud fideiubere, ſed ex cauſa fideiuſ-
ſionis, actione ſtipulatus conuenitur, l. 1. §. 5. ff. eod. l. ſi man-
dato, 8. C. quod cum eo, qui in alien. pot.

7 Datur ergo hæc act. in omnibus qui cū ſeruo filiove fam.
contraxerunt. & eorum hęredibus. In dominum, vel in patrē
qui iuſſit. Si vnus ex dominis iuſſerit, is ſolus tenebitur, ſin
duo pluresve, cum quouis in ſolidum agi poteſt, quia ſimiles
ſunt duobus mandantibus, l. vlt. ff. eo. qui tenentur in ſolidum
ſinguli, l. creditor, 60. §. duob. 2. leg. ſi mandatur, 59. §. Pau. 3. ff.
mandati, ſicut & plures fideiuſſore, §. ſi plures, 4. ſupr. de fide-
iuſ. Si pupillus dominus iuſſerit, vtiq; nō tenetur, niſi autho-
re tutore iuſſit, l. 1. § ſi pupillus, 7. ff. eod. quoniam abſque hoc
non obligatur, tot. tit. ff. de auth. tutor. Quod ſi tutoris iuſſu
ſeruo pupilli creditum ſit in pupillum danda eſt actio, ſi ex
vtilitate pupilli fuerit creditū, l. 2. ff. eo. quia non niſi vtiliū au
thor eſſe debet. Vlp. tit. 11 § 2. verſ. ſi hoc pupillo prodeſſe exi
ſtimauerit, ſupr. de auth. tut. Vtile autem accipimus, quod tē-
pore contractus ſpeciem vtilitatis habet, etiamſi aliquo caſu,
qui prudentiſſimo fallere poteſt, l. ſi merces, 25. §. qui calum-
niam, 7. ff. locati, l. ſed an, 10. ff. de neg. geſt. l. qui mutuam, 66.
§. ſi ff. mandati, l. quid ergo § ſufficit, ff. de contrah. tut. act. l. 2.
ff. de iu. & fact. ign. gl. l. ſi ſeruū, 10. C. de neg. geſt. Secus eue-
nerit ſeruis in rem domini, 17. ff. de in rē verſo. Quod ſi inu-
tilis rei author fuerit, ipſius ex iuſſu conuenitur, veluti, & ci-
uitatis adminiſtrator, l. pe. vbi gl. verbo, contractum, ff. eo. Nō
tamen ſolus alicuius iuſſus ad hanc actionem illi intentandā
ſufficit, niſi eius quoq; res ſit. Procurator enim tutor, curator
quia iubent in re aliena, & ad alterius vtilitatem, ideo nō ipſi
ſed domini, quibus ex iuſſu quæritur, hac actione conueniū-
tur, l. 1. in fi. l. 2. ff. hoc tit. excepto, ſi non ad vtilitatem, ſed in
detrimentum alterius iuſſerint, l. pen. vbi gl. ff. eod.

8 Materia ex qua ſunt omnes contractus, leg. 1. & paſſim, ff.
eod. etiam mutuum, quod licet contra Senatuſc. Maced. non
rectè accipit filius, tot. tit. ff & C. ad Senat. Maced. §. vlt. hoc
tit. l. ſi filius, 6. C. ad Senat. Maced. l. ſi ex alio, 2. C. quod cum
eod. tamen iuſſu patris rectè, l. 2. l. 4. & vlt. C. ad Senatuſ Ma-
ced. gl. tamen in l. 1. verbo, Qui iubet, ff. eo. & l. ſi tibi, 8. in fi. C.
mandati. Roffred in ſumma huius actionis, nu. 1. exiſtimauit
hanc actionem tantummodo obtinere, quando in re dunta-
xat peculiari iuſſum eſt: nam ſi de re domini, dari actionem
mandati, d. l. ſi tibi, maximè ſi iuſſum ad alium, quam poteſta-
ti ſubiectum fuerit directum, gl. ibi. d. l. 1.

An etiam delicta iſtuc pertinent? Equidem hoc nomine
etiam patrem, dominumve teneri, patet ex tit. ſeq. Sed ſi deli-
ctum iuſſerint, aut etiam non prohibuerint, iam non ex filij
ſeruive, verum ſuo magis delicto, non actione quod iuſſu,
propria cuiuſque criminis conueniuntur, l. 2. ff. de noxal. act.
l. non ſolum, 11. §. ſi mandato, 3. vbi late Bart. ff. de iniurijs, l.
liberorum, 11. in fi. cum legibus ſeq. ff. de his, qui notantur in-
fam. Dec. Cag. & Doct. com. in leg. 47. ff. de reg. iur. ipſi enim
videntur deliquiſſe, d. l. 2. ff. de noxal. act. l. 4. C. eod.

Materia circa quam, eſt ſolidum, quod ex contractu debe-
tur l. 1. ff. eo. in prin. & hoc §. verſ. In ſolidum prætor actionē
pollicetur. Quod tamen eatenus ſolidum debetur, quatenus
iuſſum eſt, l. 3. ff. eod. Vt enim mandati fines ſeruandi ſunt, l.
diligenter, quinta, ff. mandati; ſic etiam iuſſus, cuius extra le-
gem, vel contra ſuam intentionem obligari iubentem, fuerit
iniurium, pręſertim cum extra eam legem nullum ſubſit iuſ-
ſum, proindeque ceſſante huius actionis cauſa, nec actio hęc
locum habere poſſit, c. cum ceſſante, ext. de appell. late Tiraq.
in tract. ceſſante cauſa. Itaque qui ſibi mutuo datum nume-
rati ſeruo iuſſit: non tenetur ex iuſſu, ſed ex credito, quando
nihil cum ſeruo contractum ſit, l. vlt. ff. eod. Sed neque ſi cre-
dere ſeruo iuſſit, rectè eius prædia pignori hoc nomine obli-
gabuntur, & id factum erit, non conſtabit obligatio, aut ex
iuſſu actio; quia id iuſſum non fuit, l. 3. ff. eo. ſicut nec ſi aliud
quidquam præter iuſſum promiſſum, aut factum fuerit, leg.
ſeruus, 6. C. quod cum eo, qui in aliena poteſtate.

9 Formam libellandi hac in actione proponit Roffredus in
ſumma huius tit. nu. 4. cuius potiſſimum momentum in eo
vertitur, vt allegetur, & probetur cauſa agendi, ſeu medium
cōcludendi, nempe iuſſum eſſe, & quidē eam in rem, de qua
agitur, alioqui non cohærebit, ne concludet actio, l. vlt. ff. eo.

10 Finis, & effectus, vt quatenus iuſſum, eatenus in ſolidum
iubens exigatur, vt hoc § 1. & l. 1. in princ. ff. eod.

11 Affines, exercitoria, & inſtitoria, quoniam eadem ratione
dantur, vt dicitur in §. ſeq. item mandati actio, l. ſi tibi, 8. vbi
gloſ. C. mandati, & l. 1. verbo, Qui iubet, ff. eod. ſicut & iuſſum
mandato comparatur, l. 1 §. 3. ff. eod. item ciuiles, vel prætoriæ
cuiuſque contractus propriæ, quæ non ſolum in dominum
patremve de peculio, aut de in rem verſo dantur, ſed etiam
directo ex iuſſu, tamquam ſi ipſimet contraxiſſent §. vlt. hoc
tit. Quoniam fide eorum contractum eſt, vt in hoc § dicitur,
ſicut & alias condici eis poteſt, ſi non cum ſibi ſubiectis, ſed
cum alijs liberis contrahi iuſſerint, l. vlt. ff pro ſoc.

12 Contraria reuocatio, quoniam velut mandatum re inte-
gra reuocari poteſt, §. vlt. ſup. de mand. ſic & iuſſum, l. 1. & 2.
ff. eod. vbi Bart. Bal. & Doct. item defectus cauſæ, nempe iuſ-
ſionis, l. 3 & vlt. hoc tit. d. l. ſeruus, C. quod cum eo, qui in alie-
na poteſtate. Dolus malus iubentis, arg. l. illud, 7. §. 1. ff. de trib.
actio. præſcrip. 30. annorum, quæ omnibus actionibus obſtat
l. 3. & 4. cum ſeq. C. de præſcrip. 30. annorum.

ADDITIONES.

a *Epiſtola commendatitia non habetur pro iuſſu.*
b *Iuſſus poteſt fieri verbo nuncio, epiſtola, ſubſcriptione, aliove mo-
do ſic tamen, vt conſtet de voluntate iubentis, l. 1. §. iuſſu, ff. eod.*
c *Fideiubens non habetur pro iubente.*

§. Eodem. a.

DE ACTIONE SECVNDA, NIMIRVM
a exercitoria. *a*

1 *Diſcrimen exercitoriæ, & inſtitoriæ.*
2 *Definitio.*
3 *Propria.*
4 *Diuiſio.*
5 *Cauſæ.*
6 *Quib. & contra quos detur.*
7 *Materia.*
8 *Forma.*
9 *Finis, & effectus.*
10 *Affinia.*
11 *Contraria.*

EAdem ratione prætor duas acceſſorias actiones in domi-
num, & parentem ex contractu eorum, qui ſunt in pote-
1 ſtate, propoſuit, exercitoriam nimirum, & inſtitoriam. Vtra-
que enim velut iuſſu eſt. Nam prępoſitio iuſſus eſt, l. 1. in prin.
ff. quod iuſſu, non enim quis minus facto, quam verbis volū-
tatem declarat, l. pro hærede, 20. ff. de acq. hęr. l. non tantum,
5. ff. rem ratam hab. Qui autem præponit, contrahi cum præ-
poſito permittit, l. 1. § 1. ff. de exer. act. Ceterum hęc actio ve-
luti generalis, ex quolibet contractu datur, d. l. 1. ff. quod iuſ-
ſu. Illæ ſuperiores magis ſpeciales ſunt, quæ tantum ad mari-
timas, vel terreſtres negotiationes pertinent. Patent tamē eo
ſatius quod non tantum ex contractu eorum, qui ſunt in po-
teſtate, ſed cuiuſuis magiſtri, præpoſitique debetur, quod ea-
dem æquitatis ratio, etiam eo caſu interueniat, vt in fi §. ſeq.
traditur. Nempe, quod contrahentes etiam hic ſequantur fi-
dem præponentis, qui eo ipſo, quod præponit, ſe ratum habi-
turum factum eius, quē præpoſuit, teſtatur, vt ait hic Theo-
phil. Subeſt igitur hic cauſa exercitoriæ, & inſtitoriæ.
Nam

ADDITIO.

a *De exercitoria dictum in §. item exercitor, ſupra de obligat.
quæ ex quaſi delict.*

Nam eadem fide, & ratione, alieni, qui præponuntur, contrahunt, & cum his contrahitur, qua cũ poteſtati ſubiectis. Vbiuis igitur dantur hæ actiones, quia ſubeſt eadem præpoſitionis cauſa. Idem in quod iuſſum dicere non poſſumus, l. vlt. ff. pro ſoc. Quia proprie iuſſum non cadit in extraneos, cum cõpelli nequeant inuiti, ſed mandatum, quod vltro ſuſcipitur, l. 1. ff. mandati. Ceſſante igitur in extraneis cauſa huius actionis, nempe iuſſu, ceſſat, & actio ipſa, alijſque cuiuſque contractus actionibus agendum eſt, vt mãdati, &c. Quamquam autem valde ſunt hæ vicinæ actiones, quoniam & magiſter velut inſtitor eſt exercitoris, eoque de vtroque permixtim hic agitur in §. 2. & 3. & tot. tit. C. & D. de exerc. & inſtit. act. tamen diſcrepant in nonnullis, quia etiam ex negotio, quod magiſtri magiſter geſſit, eſt exercitoria, non etiam inſtitoria, l. 1. § 3. ff hoc tit. Omnia enim facta magiſtri debet præſtare, qui eum præpoſuit, alioquin contrahentes deciperentur, & facilius hoc in magiſtro, quam in inſtitore admittẽdum, propter vtilitatem, l. 1. §. magiſtrum, ff. de exerc. act. Cum ſit maior neceſſitas contrahendi cum magiſtro, quam inſtitore. Quippe res patitur, vt de conditione quis inſtitoris diſpiciat, & ſic cõtrahat: in nauis magiſtro non ita. Nam interdum locus & tẽpus non patitur plenius deliberandi conſ. leg. 1. in princ. ff. de exerc. act. Reuardus, l. qui cum alio, 19 ff. de reg. iur. Deinde datur actio ſubſidiaria præponenti contra eos, qui cum inſtitore contraxerunt, l. 2. ff. de inſtit. act. l. 5. ff. de præt. ſtip. Non etiam exercitori, vt probare videtur l. 1. § eſt autem, 17. ff. de exerc. act. & ibi Gloſ. Itaque rectius eſt ſeparatim de vtraque tractare, ſicut etiam in Pandectis factum eſt, ne alterutrum neglectum videri poſſit, l. item apud 15. l. hoc edictum, 26. ff. de iniurijs.

2 Exercitoria nomen *a* habet ab eo, qui præpoſuit, quia nõ *b*
a potuit à magiſtro decenter formari, quod ſecus eſt in inſtito-
b ria. Exercitor eſt, qui præponit naui. Magiſter, qui præponitur, l. 1. & l. 4. ff. eo. Exercitorem enim dicimus eum, ad quem obuentiones, & reditus omnes perueniũt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauem per auerſionem, hoc eſt, vniuerſam ſuo periculo conduxit, l. vlt. in fin. ff. ad legẽ Rhod. & Iac. l. opus, 36 ff. locati, l. ſi quis, 4 § ſi auerſione, ff. de peric. & cõmod. rei venditæ, l. quod ſæpe, 35 § in his, ff. de cõtrah. empt. Baſil. lib. 53. Coiac. Inſtit de empt. & obſeruat. lib. 8. c. 15. Gouean. lib lectio. 2. c. 14. vel ad tempus, vel perpetuũ, l. 1. §. exercitorem, 15. ff. de exerc. actio. Parui autem refert, qui exercet maſculus ſit, an mulier, l. 1. §. parui, 16. l. & ſi, 4. C. eod. Paterfamilias, in filiusfamilias, vel ſeruus; Pupillus autem ſi nauem exerceat, exigemus tutoris authoritatem dict. §. parui, quia de eo obligando agitur, §. 1. & ſup. de author. tutorum. Eſt igitur exercitoria actio, prætoria, leg. 1. §. quamquam, 23. ff. eod. perſonalis, acceſſoria, perpetua, quæ ex contractu magiſtri in exercitorem datur, ad id conſequendum ab eo, quod ex contractu magiſtri debetur.

3 Propria ſunt, quod ſit prætoria, quoniã etiam eſt honoraria obligatio, vnde oritur, leg. 1. § quamquam, 23 ff. hoc tit. Itẽ In ſolidum, l. 2. & l. vlt. C. de inſtit. perpetua, & hæredib. & in hæredes datur, l. 4. §. vlt ff. eod Proinde & ſi ſeruus, qui volũtate domini exercuit, deceſſit, etiam poſt annum dabitur hæc actio, d. l. 4. §. vlt. quamuis de peculio vltra annum non detur d. l. 4 §. vlt. Idem quẽ eſt, ſi alienatus fuerit, d. l. 4. §. pen. Sed & ſi quis alius magiſter etiam liber decerit, nihilominus exercitor tenetur, d. l. 4. § pen. Caſtr in l. 1. § exercitorem, 15. nu. 2. actionem, quæ contra exercitorem datur, appellat datiuam, non enim naſcitur ex contractu contra eum, qui cõtraxit, ſed datur ex edicto contra alium quam qui cum contractũ eſt. Eam autem actionem, quæ datur in magiſtrũ, appellatur natiua, quoniam ex contractu gignitur contra eum, qui cũ contractum eſt, quod & ad alias haſce actiones poteſt extendi. Sed de datiuis, & natiuis plura DD. l. iuriſgent. 7. §. quinimo, ff. de pact. Iaſ. § rurſus, 5. n. 78. & §. item, nu. 106. ſup. de actio. Montan. tract ſi. reg. c. 38. nu. 17. Contraria non eſt, nec enim habet huic contrariam actionem exercitor aduerſus eos, qui cum magiſtro cõtraxerunt, quod nõ eodem auxilio indigeat, l. 1. §. eſt autem, 17. ff. hoc tit. quia cum magiſtro agere hoc nomine poteſt, aut ex locato, ſi mercede, aut mandati, ſi gratuitam operam præbuerit, d. l. 1. §. eſt autem, l. 5. in princ. ff. hoc tit. vt is poſt agat in eos qui ſecum contraxerunt, l. 2. ff. ad leg. Rho. de iact. niſi ſit in poteſtate exercitoris magiſter, quo caſu ex contractu actiones ſibi quæſitas exercet, leg. 1. in princ verſ. Poteſt eſſe ſecurus acquiſitis ſibi actionibus 9. de inſt. act. Solet tamen præfecti prætorij, aut vrbis, in ijs, quæ Reipub. cauſam attingunt, vt propter miſteria annonæ, quæ nauibus aduehitur, l. 1. & toto tit. C. de nauicularijs, lib. 11. cum multis tit. ſeq. Item in ſingulis prouincijs præſides prouinciarum, extraordinaria nimirum cognitione, de qua in tit. ff. de var. & extraord. cog. non actione aliqua data, nec officio mercenario, quod actioni deſeruit, l. ædiles, 25. §. itẽ, 8. ff. de ædil. edict. l. 4. ff. de eo quod certo loco, ſed officio nobili iuuare eos ex contractu magiſtrorũ vt tanto paratior ſit copia eorũ, qui annonam tranſuehere velint, l. 1. §. ſed ex contrario, 18. in fin. ff. de exer. act. Sed & in alijs actio datur ſuſidiaria in eos, qui cum magiſtro pereque, ac cum inſtitore contraxerunt, ſi modo aliter rem ſuam ſeruare præponens non poſſit, l. 2. ff. de inſtit. act. Quamquam enim noſtri flagitioſe hoc prætereant, tamẽ quod in iſtitoria, conſtitutum eſt, exiſtimo, & ad exercitoriã
c porrigi poſſe, cum *c* eadem ſubſit æquitas. Itaque dico in d. l. 1. §. ſed ex cõtrario proponi ius commune, d. l. 2. ff. de inſt. act. caſũ ſpecialẽ, ſeu neceſſitatis, quoties aliter ſeruari res nequit.

4 Diuidere licet hanc actionem ſicut inſtitoriam, in directam, l. 5. ... 1. & paſſim, ff. eod. ac vtilem, l. 1. §. magiſtrum, 5. & §. eſt autem, 17. ff. eod.

5 Cauſa remota, eſt prætoris edictum, l. 1. in princ. & §. 7. verſ. Prætor de actionem in exercitorem, eo, quod adijcit actionem, ſeu qualitatem potius hanc actionis, l. 5. in fi. ff. hoc tit. ei actioni, quæ iure ciuili, vel honorario ex cõtractu alioqui competit, d. l. 5. §. 1. Proxima eſt præpoſitio ex voluntate domini facta, l. 1. §. licet, 20. §. ſi is, 10. verbo. Voluntate, cũ ſeq. l. 4. §. 3. verbo. Voluntate domini, ff. eod. Scientia porro cum patientia hic pro præpoſitione non habetur, d. l. 1. §. licet, 20. verſ. Sed ſi ſciente, quæ de voluntate tantum loquuntur, à qua certe ſciens abeſt, c. Qui tacet, 43. de reg. iur. in ſexto, præſertim in actione ſtricti iuris, quæ non eſt in eum porrigenda, qui nec contraxit, nec vt contraheretur aſſenſit, fit enim contra regulam iuris, quoties actio in alium datur, quam qui contraxit, vel eius hæredem, l. ex contractibus, 49. ff. de obl. & act. l. 1. tot. tit. C. res inter alios acta, & tot. tit. C. de fil. pro pat. huiuſmodi autem iura ſingularia, quæque communis iuris theſibus aduerſantur, odioſa ſunt, nec extendenda. l. in honorarijs, 35. ff. de obl. & act. Sufficit tamen conſenſus generalis, vt verbi gratia, qui magiſtrum præpoſuit, & cum eo contrahi voluit, tenetur etiam ex contractu eius, quem magiſter vlterius præpoſuit, quoniam is per hunc contraxiſſe intelligitur. Itaque hoc caſu multo magis ſcientia, & patientia pro voluntate erit, cum etiam ignorans hoc voluiſſe intelligatur. Omnia enim facta, & conſequenter delegationem magiſtri præſtare debet, qui eum præpoſuit, alioquin contrahentes, deciperentur. Itaque licet ſic præpoſuerit, ne alium ei liceret præponere, aut nominatim prohibuit, ne Titio magiſtro vteretur, tamen vtilitas nauigantium eo producitur, vtrum ex generali præpoſitione teneatur l. 1. §. magiſtri, 5. ff. hoc tit. quia ſubita nauigando neceſſitas non patitur plenius inquirendi conſilium, quia videlicet lege magiſter ſit præpoſitus, quod in inſtitore ſecus, l. 1. in princ. ff. de exerc. act. Quæ quamuis legibus modo adductis videantur conſentanea noſtris in d. §. magiſt. tamen placuit ſufficere ſolam voluntatem l. 1. §. licet, ac, ff. eo. hoc eſt, vt interpretantur, ſcientiam cum patientia, vt indiſtincte inde dominus paterve conueniri poſſit, l. vltim. ff. quod cum eo, qui in aliena poteſtate, cum alijs ſupr. adductis eatenus tamen, quatenus exerceri voluit, vel paſſus eſt. Non enim ex omni cauſa prætor dat in exercitorem actionem, ſed eius rei nomine, cuius ſibi propoſitus fuerit. l. 1. §. non autem, 7. ff. de exerc. actio. quæ præpoſitio legem dat contrahentib. d. §. non autem, l. 5. §. non tamen, 11. ff. de inſtitoria, act.

Impulſiua, æquitas: nam cum interdum ignari cuius ſint conditionis, vel quales, cum magiſtris propter nauigandi neceſſitatem contrahamus, æquum fuit, eum, qui magiſtrum naui impoſuit, teneri, l. 1. in prin ff. hoc tit. Cuius potiſſimum fidem ſequimur. l. vlt. ff. pro ſoc. & ad quem emolumentum præpoſitionis redit, velut in hoc §. & l. 1. §. exercitorem, 15. ff. eod. vt iure etiam onus eandem redire debeat, l. 1. ff. de inſtit. act. ad exemplum inſtitoriæ, l. 3. C. eo. l. 1 in princ. verſ. Vt teneturr

ADDITIONES.

a *Actiones non vno modo nomen ſuum aſſumunt. Interdũ enim, & regulariter, ac proprie à contrahentibus vtriſque, vt actio ex vendito, empto, locato, conducto. Interdum ab alterutro, vt exercitoria hæc à præponente exercitore, & inſtitoria à præpoſito. Interdum ab inuentoribus denominantur, vt Aquiliana, Publiciana, & ſimiles.*

b *Dicenda enim erat magiſteriana actio.*

c *Aequitas, vbi eadem, ibi ius idem eſſe debet, leg. illud, ff. ad leg. Aquil.*

netur qui inſtitorem, ff.eod. vt quoniam ad ſummam reipublicæ exercitium nauium pertinet, l. 1 §.licet, 20.ff.hoc tit.

6 Datur hæc actio omnibus, qui cū magiſtro contraxerunt. Quinimo ſi vnus ex pluribus exercitoribus cū magiſtro nauis contraxerit, agi cum alijs exercitoribus poterit, l. 5. §. vlt. ff.de exerc.act. Magiſtrum autem accipimus, non ſolum quē exercitor præpoſuit, ſed & eum, quem magiſter, etiam ignorante exercitore. Nam ſi ſciat, & patiatur eum in naui magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur. Ignorans autē ideo tenetur, quoniam omnia facta magiſtri debet præſtare is, qui eum præpoſuit, alioqui contrahentes deciperentur, l. 1. §. magiſtrum, quinto, ff.eo. nec intereſt cuius ſit conditionis magiſter, d.l. 1. §. cuius, 4. vtrum liber, an ſeruus, & vtrum exercitor, an alienus, ſed nec cuius ætatis ſit, inter erit, ſiue imputaturo, qui præpoſuit, d.l. 1. §. cuius, 4.

Sicut autem actio contractus propria datur aduerſus magiſtrum, qui contraxit, l. ſi eum, quinta, §. 1. ff. eod. l. 1. §. ſed ex contrario, 18 ff.eod. quemadmodum, & is econtrario cōuenire ex eodem contractu eos, quibuſcum contraxit poteſt, d. l. ſi eum, in princip. ver. Actiones quas eo nomine habui, vbi Glo. ff.eod. Sic ex eodem contractu datur adiecta (hoc enim edicto, nō transfertur actio, ſed adijcitur, d.l. 5. §. pen.) prætoria actio in exercitorem vnum, vel plures, nam cum quolibet eorum in ſolidum agi poteſt, l. 1. §. vlt. hoc tit. ne in plures aduerſarios, qui cum vno contraxit, diſtringatur, le. 2 ff. hoc tit. l & ancillarum, 27. §. illud, 3. ff. de peculio. Nec quidquam intereſt, quotam quiſq; portionem in naue habeat, cum qui ſolidum præſtiterit, ſocietatis iudicio à reliquis, quod eorū nomine præſtitum eſt, ſit conſecuturus, leg. 3 ff hoc tit. Si tamen plures per ſe nauem exercēāt, proportionibus exercitationis directo conueniuntur. Neque enim inuicem ſibi magiſtri videntur eſſe. Sed ſi plures exercitant vnum autem de numero ſuo magiſtrum fecerint, huius nomine in ſolidum poterunt conueniri, l. 4. ff. hoc tit. Si is, qui nauem exercuerit, in aliena poteſtate erit, eiuſq; voluntate nauem exercuerit, quod cum magiſtro eius geſtum erit in eum, in cuius poteſtate eis erit, qui nauem exercuerit, actio hæc datur, l. 1. §. ſi is qui, 16. & §. quanquam, 33. ff hoc tit. Si ſeruus plurium nauē exerceat voluntate eorum, idem placuit, quod in plurib. exercitoribus, l. 4. § 2. ff. hoc tit. ſ. vt in ſolidum ſinguli teneantur, d.l. 4. in prin. Planè ſi domini vnius ex omnib. duntaxat volūtate exercuit, is in ſolidum tenebitur, etiamſi ſeruus alienatus ſit, d.leg. 4 §. pen. E contrario ſi plures ſunt magiſtri, nō diuiſis officijs ſimpliciter præpoſiti, quodcumque cum vno geſtum erit, obligabit exercitorem in ſolidum, ſed ſi diuiſis officijs pro cuiuſque officio erit actio. Sed & ſi ſic propoſuit, vt plerumque faciūt, ne alter ſine altero quid gerat, qui cōtraxit cum vno, ſibi imputabit, l 1. §. ſi plures, 13. cum §. ſeq. ff eod. nec cum exercitore agetur, quoniam is extra legem præpoſitionis non obligatur, l. 1. §. non autem, 7. hoc tit.

7 Materia ex qua, ſunt omnes cōtractus, d.l. 1. §. verſ. Magiſtri, ſecundum legem præpoſitionis, d.l. 1. § non autem, 7. cū magiſtro nauis initi, hoc eſt, cui totius nauis cura mandata eſt, d.l. 1. §. magiſtrum, 2. Quod ſi cum quolibet nautarum ſit contractum, non datur actio in exercitorem, quoniam eos illam ad rem non præponit nec adhibet, quanquam ex delicto cuiuſuis eorum detur hæc actio in exercitorem. Alia eſt enim contrahendi cauſa alia delinquendi. Si quidem qui magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit, qui nautas adhibet, non cōtrahi cum eis permittit, ſed culpæ, ac dolo carere eos curare debet, d.l. 1. §. 2. propter nauigantium vtilitatē, d.l. 1. §. magiſtrum, & quoniam qui nauem, cauponam, ſtabulum exercet, ac viatoribus aperit, hoc ipſum nempe fidū hoſpitium, & proinde miniſteria fida recipere videatur, l. vlt. in princ. ff. nauta, caupo, vt ex eorum delicto iure teneatur, l. 1. §. vlt. l. 2. & l. 3. ff. nau. caup. Non tamen ex omni cauſa prætor dat in exercitorem actionem ex contractu magiſtri, ſed eius
a rei nomine, cui præpoſitus fuit, vt copioſe declaratur, l. 1. §. non autem, 7. l. vlt. ff. hoc tit. Si enim præpoſitus, vt certis mercibus locaret nauim, alijs mercibus locauit, vel alios contractus fecerit, non tenebitur exercitor, d.l. 1. §. igitur præpoſitio
b 12. verſi. Sed & ſi ſufficit b tamen in hoc credere cui rei præ-
c poſitus ſit magiſter, etiamſi is c eo non conuerterit. Nec enim curam eius, ſuſcipere creditor debet, & negotium gerere domini, l. vlt. ff. hoc titul. qui ſibi potius imputare debet, cur talem præpoſuerit, d.l. 1. §. vnde quærit Officius 9.

Materia circa quā negociatio tantum naualis, l. 1. in princ. ff. hoc tit. & accipe naualem, cuiuſcunque nauis ſiue marinæ, ſiue fluuialis, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia fiat, d.l. 1. §. nauem, 6. hoc eſt, inconditum nauigij genus, trabibus tantum inter ſe contextus factum, ſecundum Feſtum, & Budæum hic, cuiuſmodi ſunt, quæ noſtris vocantur. *Floſſen.*

8 Formam contrahendi hęc in materia præſcribit lex præpoſitionis, d.l. 1. §. non autem, 7. & §. igitur præpoſitio, 12. agendi, cuiuſque contractus natura, & formula, cui accedit hæc actio, & quam informat, ita vt contra eum, qui non contraxit, detur, d.l. 5. ff. hoc tit. de quo apud Roff. & Petr. Iacob. in pract. libellorum plura.

9 Finis, vt hac actione ſolidum exigatur ab vno, vel pluribus exercitorum, l. 4. ff. hoc tit. In ſolidum enim tenentur, & exiguntur, cum ex publica cauſa, quoniam ad ſummam Reip. nauium exercitium pertinet, d.l. 1. §. licet, 20. tum ex priuata, ne in plures aduerſarios diſtringatur, qui cum vno contraxit l. 2. ff. hoc tit. Si tamen maior pecunia credita fuerit, quam ad rem, cui præpoſitus ſit magiſter, eſſet neceſſaria, non debet in ſolidum aduerſus dominum nauis, hoc eſt exercitorem actio dari, l. vlt. in princ. verſ. Quare, ff. eod. vt nec cum alias modus exceditur præpoſitionis, quæ certam dat contrahentibus legem, d.l. 1. §. non autem, & §. igitur, 12.

10 Affines ſunt directæ actionis contractuū, quib. tam exercitor tenetur, velut qui contraxerit, cuiuſq; fidem ſecuti ſumus. §. vlt. hoc tit. l. ſi inſtitorem, 29. ff. ſi cert. pet. l. vlt. ff. pro ſoc. quā magiſter, d.l. 1. §. pen. Sane ſi cum alterutro eorum actum ſit, cū altero nihilominus agi poteſt. Eſt enim electio agētis, d. l. 1. §. eſt autem, 17. Nam edictum hic non obſtat, quo minus aduerſus magiſtrum experiat actione, quæ mihi, vel iure ciuili, vel honorario competit ex contractu. Nam hoc ius alij nō officit, quo minus cum magiſtro agere poſſit: hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adijcitur, l. 5 §. penult. ff. hoc tit. quod accipiendum eſt, quam diu præpoſitio durat, Doct. d.l. 1. §. eſt autem. Nam finito officio iniquum eſſet magiſtrum ex contractu alterius cauſa geſtu teneri, l. vlt. ff. de inſtit. act. Cęterum hoc intelligo quatenus, exactum ſit, non enim electione, ſed ſolutione putauerim alteram ab altera conſumi, quia ſolutione demum minuitur, hoc eſt tollitur obligatio, in princ. ſup. quibus modis toll. ſiue ab exercitore, ſiue magiſtro fiat, ſiue ſuo, ſiue alterius nomine, d.l. 1. §. penult. Quoniam & alius pro me ſoluendo, me iure liberat, d.l. 1. §. pen. l. ſolutione 23. vbi Bart. & Doct. ff. de ſolutionibus.

11 Contraria ſunt, defectus cauſæ, hoc eſt, voluntatis domini, d.l. §. licet, 20. res præpoſitionis, d.l. 1. § nō autem, 7. vel quod ab eius terminis receſſum ſit, d.l. 1. §. vnde, 9. Contraria actio exercenti non datur: cum ordinariam ex contractu habeat contra magiſtrum, extra ordinem tamē ei ſubuenitur ex cauſa publicæ vtilitatis, vt diximus ex d.l. 1 §. ſed ex contrario, 18. Item exceptio præſcript. cap. 1. vbi Doct. verbo. Finita, de litis conteſt. in 6. Doli, toto tit. ff. de excep. doli mali, aut alia aliqua peremp. de quo genere int. de except. l. 2. & paſſim, ff. eod. & tit. ſeq. ff. de except. rei iudicatæ.

ADDITIONES.

a *Exercitoria datur contra exercitorem, quoties quis contraxit cum præpoſito nauis in vtilitatem ipſius nauis. Nam ſi alia ex cauſa quis cum præpoſito, ſeu magiſtro contraxit, non dabitur exercitoria, l. 1. §. non autem, ff. de exerc. actio. contrahere autem in vtilitatem, & rem nauis intelligitur præpoſitus, quoties in ſumptus nauis reficiendæ aut nautarum pecuniam accepit, leg. 1. §. magiſtrum, ff. de exerc. act. Tenetur etiam pro delictis nautarum d.l. 1. § magiſtrum, & non eorum nomine, quæ cum ipſis nautis contracta.*

b *Credens pecuniam præpoſito, ſiue magiſtro nauis, non neceſſe habet probare pecuniam ita creditam verſam fuiſſe in vtilitatem nauis. Sufficit enim, vt iuſta opinione ductus crediderit nauis magiſtro in ipſius nauis vtilitatem.*

c *Aliud in œconomo, & procuratore Eccleſiæ, §. ſi vero quis. Nouella de alienat. vel emphyt.*

§. Inſtitoria. 3.

DE TERTIA SPECIE, QVAE eſt inſtitoria.

1 *Inſtitor vnde, & quid.*	7 *Cui & aduerſus quos detur.*
2 *Definitio inſtitoriæ.*	8 *Materia.*
3 *Propria.*	9 *Forma.*
4 *Species.*	10 *Finis, & effectus.*
5 *Diſcrimen veri, & quaſi inſtitoris.*	11 *Adiuncta, & affinia.*
6 *Cauſæ.*	12 *Contraria.*

EXercitoriæ, de qua diximus maxime affinis eſt inſtitoria l. 4. C. eod. ſic vt altera ex altera fluxiſſe videatur, leg. 1. in princ. ff. de exerc. act. (quamquam quædam habent diſſimilia,

vt l. 1.

Digitized by Google

vt l. 1.in prin.§.pen.ff.de exercit.) Hæc non ab eo in quem datur, vt exercitoria, ſed ex cauſa, hoc inſtitore, vnde nomen elegans habere poteſt, appellatur, vt hic dicitur verſic.

1 Ideo autem Inſtitor appellatus eſt ex eo, quod negocio gerendo inſtiret, vel potius inſiſtat,l.3.ff. hoc tit. Inſtitor eſt quã taberne loco ve, vel etiam ſine loco ad emendum, vendendũ ve præponitur l. inſtitor, 18. ff. hoc tit. inſtitor dicitur rẽ agens alterius negociando,l. vlt.ff.hoc tit. & proprie is qui negociationi quæſtuariæ terreſtri,(nam maritimam exercitoriam parit) præponitur Bart. & Doct.l.3.hoc tit.l.ſi inſtitorem,49. ff.ſi certum petatur, vel per mandatum expreſſa prępoſitione vt hic, vel per litteras credentiæ, Bart. d.l.3.l.Lucius, 24. ff. de fideiuſ. Gloſ. liberto,3.ff.de neg.geſt. aut per ratificationem, l. ſed & ſi,7.ff.eod.l.ei qui ſeruo.7.vbi Bald.nu. 1. C. quod cum eo,qui in aliena poteſt.

2 Eſt igitur inſtitoria actio prætoria, acceſſoria, perſonalis, rei perſecutoria, quæ ex contractu inſtitoris in eum, qui prępoſuit in ſolidum eius, quod ex contractu, debitum æſtimatur.

3 Propria, quod detur in ſolidum,l. 2. & leg. vlt. C.de inſtitor. quod perpetua,l.nouiſſime, 15. ff.hoc tit.in hæredes tranſiẽs, d.l.nouiſſime, actiue d.l.nouiſſime, verb.Hæredibus,& paſſiue,d.leg.nouiſſime verbo. In hæredes,l. 5.§.vltim.l. ſed ſi,11. in princ.ff.eod.

4 Species noſtri duas conſtituunt, vnam directam, quę detur ex contractu veri inſtitoris, alteram vtilem, quæ competat, vel ex contractu non veri inſtitoris,l.& ideo,12.eodem vel ex vero contractu quaſi inſtitoris Bald.in l.mandatum, 15.nu.3. C.mand. per l.liberto 13.vbi Gloſ.ff. de neg.geſt. & l.cuicunque 5.ff.hoc tit. Innoc.in c.quod quibuſdam 4.num.3. & 4.& Imol.num.21.ext.de fideiuſ.

5 Inſtitorem proprie volunt eſſe, qui vniuerſitati negociationis præponitur,l. verbo, Officio, vel negociationi,l.3.verbo, Seruum menſæ præpoſitum. C. eod.Bart. & Doct.l.3.ff. hoc tit.& d.l ſi inſtitorem,29 ff. ſi cert.petat. quaſi inſtitorem qui non vniuerſitati, ſed vni alicui negocio præponitur, vt mercib.emendis,l.3.ff.eod.l.5.& 6.C.eod. Bald.d.leg. mandatum, vel quem ſciens patitur dominus etiam abſque mandato gerere,d.l.5.vbi Bart.nu.2.ff.hoc tit. Caſtr.l.1.§.magiſtrum, nu.5.ff.de exer.actio. Iaſ.dict.l.ſi inſtitorem, num.2. ff. ſi certum petatur Bald.l mandatum, 15.numer. 3.C. mand. Innoc. num.3.& 4.Imo.num.21. in cap.pen.ext. de fideiuſs.maxime ſi antea quoque gerere ſolitus fuit Craſt.l.vlt.num.4.ff. quod cum eo,l.1.§.magiſtrum,num.5.ff.de exercit.actio. Bald.in

a Rub.C.de conſtit.pecu.nu.10. Vlpian.tamen omnes a etiam certæ rei præpoſitos recte appellari inſtitores confirmant,d.l. 5.nec intereſſe putat vtrum qui præpoſuerit an gerere paſſus ſit l.5.§. vlt. ff.hoc tit.& ipſi Doct. fatentur effectu nihil intereſſe. Iaſ.l.cum fundus, 51.§ cum ſeruum numero, 15. ff.ſi certum petatur per l.actio,49. ff. de negociat.geſtorum, vt hac diſcriminatione non admodum ſit opus. Et ſane omnis inſtitoria poteſt dici vtilis,& l. ideo vtilis 11. ff. hoc tit. quando quidẽ directæ opponitur,§. vlt.hoc tit. Sane poteſt alia quaſi directa vocari, quæ venit proprie ex edicto eiuſque verbis, l. 2.4.5.& vlt.C.eod.vbi ad exemplum, & inſtar inſtitoriæ vtiles dantur, alia vero vtilis, quæ ex ſententia edicti, & interpretatione Iuriſconſ.l.& ideo,12. leg.habeat, 13.ff.eodem, vel etiam exemplo inſtitoriæ,l.ſi cum vilico, 16. ff. eodem aut ad exemplum vtiliter, ſeu vtilis datur, l.in eum,19.leg.2.3.4.& 6. C.eodem.

6 Cauſa remota, edictum prætoris, leg.1.in princ.verbo.Prætori viſum.l.vltim.ff.hoc tit propinqua præpoſitio. l. 5. §. non tamen,11.& §.vlt.l.7.8 & d.leg.ſed ſi,§.a.verſic. Tenebitur ex ipſa præpoſitione hoc titul. vnde oritur prætoria obligatio l. penult.§.vlt.verſic. Iure prætorio aſtringit,ff.eod.quæ inſtitoriam gignit leg.habebat, 13.§. 1. ff. hoc tit.ex iure ſcilicet prætorio,& æquitate,l.vlt. ff hoc titul. quatenus tamen præpoſitum eſt,& ſecundum conditione præpoſitionis, d. l. ſed ſi, §. conditio,ff hoc tit.Non enim omne, quod inſtitor geſſit obligat eum qui præpoſuit, ſed ita ſi eius rei gratia, cui præpoſitus fuerit, contractum eſt, id eſt, dumtaxat in id, ad quod eũ præpoſuit, leg 5.§.non tamen, 11.ff.hoc titul. Quare ſi inſtitor alium præpoſuerit, eius ex contractu præponens non tenetur,leg.1.§.5.ff.de exercit.action. Si tamen emptioni, aut vẽditioni præpoſitus mutuum in eam rem, aut arrhas acceperit, aut tabernam conduxerit, tenebitur dominus, quia eius rei, in quam præpoſitus eſt nomine contractum eſt d. leg. 5. non tamen,11.& §.ſequenti, 12. & 13. Quod ſi iuſſus præſenti pecunia vendere pignus acceperit, erit inſtitoriæ locus, quia pecunia etiam pignus comprehendit,d.leg.5.§.item, 15. ſecus forte, ſi præſenti precio, ſeu numerata pecunia vendere iuſſus ſit,d.§.15.verſic. Niſi forte, aut æs alienum alia de cauſa, quam cui præpoſitus erat, puta fide iubendo, contraxit, leg. pen.§.vlt.ff.hoc tit. De quo palam præſcriptum fuerit ne cum eo contrahatur, is præpoſiti loco non habetur. Non enim hoc caſum permittendum erit cum inſtitore contrahere, nec inde dabitur in præponentem actio,l.ſi quis,17.§.1. ff. eod. veluti, nec tum quidem efficax oritur obligatio, cum denunciatum eſt alicui, ne cum inſtitore contrahat: obſtat enim agere volenti exceptio, ſi ille illi non denunciauerit, d.l. ſi quis Proculus.4. Sed ſi quis nolit contrahi prohibeat. Cæterum, qui perpoſuit, tenebitur ex ipſa præpoſitione, quæ tanquam ex iuſſu tacite poteſtatem cõtrahendi cum inſtitore facit donec prohibuerit palam præſcribendo, aut modum, & legem contrahendi proſcribat,d.l.ſed ſi,§.de quo palam, ff. hoc tit. Proſcribere palam, ſic accipimus, claris literis, vt ab ijs, qui in plano ſtant viatoribus, legi poſſint; ante tabernam, ſcilicet vel eum locum, vbi negotia exercentur, non in loco remoto, obſcuro, ſed euidenti,& quidem litteris Græcis Latinis, aut alijs vulgo vſitatis, ſecundum loci conditionem, ne quis cauſari poſſit ignorantiam literarum. Certe ſi quis dicat ignoraſſe ſe literas vel non obſeruaſſe quod propoſitam erat cum multi legerẽt, cumque palam eſſe propoſitum, non audietur. Proſcriptum autem perpetuo eſſe oportet. Nã ſi per id temporis, quo propoſitum non erat, vel obſcurata ſublata ve proſcriptione contractum, erit inſtitoria locum habebis,d.l.ſed ſi,§. proſcribere palam cum §.ſequenti,ff hoc tit. Nec intereſt, vtrum dominus præpoſuerit an tutor, ſiue curator, quorum authoritas in minoribus requiritur, l. verum,9. ff. hoc tit.item, an procurator eius l. 5.§.vlt.ff.hoc tit. Peræque enim dabitur in eum actio, ac ſi ipſe præpoſuiſſet,l.5.§. vlt. neque refert, quis præpoſitus ſit,d.l.ſed ſi,§.vlt. cum legibus ſeq. quoniam ſibi imputare debet, qui præpoſuit, ſi forte minus idoneum præpoſuerit,l.7.in fin.ff.eodem,& eadem eſt vbique æquitatis ratio ſiue liber, ſiue ſeruus, ſeu proprius, ſeu alienus præponatur, vt in fi. huius dicitur,&c.

Impulſiua, æquitas,l.2 in princ. verbo, Aequum, ff.eodem Aequitatis ratio, vt hic dicitur in §. tertio, æquitatis conueniendi ex iure prætorio,l.vlt.ff. hoc tit. quoniam iniurium eſſet, qui præpoſitionis intuitu fidem eſſent ſecuti præponentis, l.vlt. ff.pro ſocio,d.l. ſi inſtitorem, vbi Doct.ff.ſi cert.petat. eos decipi non data contra eum, qui cum potiſſimum contraxiſſent actione,d.l.ſed ſi,§.5.maxime cum, qui aliquem præponit videatur, hoc ipſo teſtari ſe, quod cum eo factum fuerit, habiturum, eſſe ratum, vt veluti ex mandato iuſſuque ſuo iure conueniatur Theoph.hic, & quoniam æquum prætori viſum eſt, ſicut commoda ſentimus de contractu inſtitorum, ita etiam obligari non ex contractibus eorum, & conuenit:,l. 1.in prin.ff.hoc tit.

7 Datur hæc actio omnibus, qui cum inſtitore contraxerunt,l.1.& 5.ff.hoc tit. etiam fideiuſſori, qui pro inſtitore interuenit eius rei nomine, in quam præpoſitus eſt,l.5.§. item 16.ff.hoc tit.

Datur in omnes, qui præpoſuerunt, aut quorum nomine præpoſitio facta eſt,d.l.5.§.fi.ff.hoc tit. etiam in mulierem, l. ſed & ſi,7.§.1.ff.eodem l.4. vbi Doct.C.eod. pupillum, ſi quidem tutoris authoritate prępoſitio facta ſit,l.verum,9.ff.eod. Sin minus, eatenus datur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus eſt,l.eatenus,10.ff.hoc tit.l.ſi pupili, 79. ff. de ſolut.l.cum illud, 25.§.1.ff.quando dies leg.l.naturaliter, 13.§. vlt ff.de cond.indeb.dixi in §.pupillus,6.ſupra de inutil. ſtipulat. hactenus enim ſemper ex naturali æquitate re ipſa obligatur,& exigitur.

Datur & in pupillum, ſi præponenti ſucceſſerit, poſt cuius mortem cum inſtitore contrahatur, propter vtilitatem promiſcui vſus l.ſi quis,17.§.ſi impubes, 2 ff.eod. Quemadmodũ quoties mortuo tutore, cuius authoritate inſtitor præpoſitus eſt, cum eo contrahitur d l. ſi quis,§ 2. Sed & eius contractus nomine, qui ante aditã hereditatem interceſſit, dãda eſt actio etiamſi furioſus hęres exiſtat,d.l.ſi quis, eius,3. Quin,& in plures datur,& quidem in ſingulos pręponentes in ſolidũ, quãuis ex diuerſis partib.dñi vel ſocij ſint, leg habebat, 13.§.a. ff hoc tit.ne in plures diſtinguatur, qui cum vno cõtraxit, l. 1. §.vlt.

ADDITIO.

a *Procurator tamen diſtinguendus eſt ab inſtitore. Nam inſtitor præponitur vniuerſæ negociationi,l.quicunque,ff.eod. & quidem quæſtuariæ pluribus vero percipiendis, exigendis colligendis villicus, ſeu procurator l.ſi cum villico,ff.de inſtit.action.*

Digitized by Google

§.vlt.cum l.ſeqo.ff.de exerc. ac niſi quoties inter illos iudiciũ
ſocietatis,aut communi diuidundo exiſtat,leg.idem,14.ff.hoc
a tit.in hæredes *a* etiam datur l.1.§.penult. l. ſed ſi 11.in princ.l.
nouiſſime,15.ff hoc tit.Sicut aliæ actiones ex contractu, l. ex
depoſitis 12. l.ex contractibus,48.ff. de obligat. & act. eoque
perpetua eſt d.l.nouiſſime. Datur,& in procuratorem om-
nium rerum,leg. ſed & 6.ff.hoc tit. & nomine procuratoris,
vtilis,in eum,qui procuratorem negociationi, vt mutuis ac-
cipiendis pecunijs,præpoſuit,l.pen.ff. eod. Nam directa pro-
curatoris nomine non datur,l. 5.§.ſed & 10.ff.hoc tit.

8 Materia ex qua quælibet negotiatio terreſtris,l 3.ff.hoc tit.
vt mertium,cauſa l.pen.§. 2. ff.eod. fuerit propoſitus,vt em-
ptioni,venditioni,l.4.& 5.paſſim,ff.eod.ſiue taberne,ſiue cui-
libet alij negotiationi,vel certe vni etiam negotiationi l.5.pu
ta venditioni fructum,l. ſi cum villico,15. & pecorũ, l.ſi quis,
17.l.3. ff. hoc tit. Non enim hic anxie diſtinguimus inter ge-
neralem præpoſitionem ad negotiandum,& aliquam ſpecia-
lem alicuius officij,l. 1. C.eod. aut ſpecialem aliquam nego-
ciationem,cum nec Iuriſc.diſtinxiſſe videatur,l.5.ff.eo. & cer
te vtilitas ſuadeat,vt vtiliter ſaltem vtrobiq; detur hæc actio,
l.5.& vlt.C.eodem.Satis ergo eſt, ſi vel vnius rei negociatio-
nijpræponatur,puta mutuis accipiẽdis pecunijs, l.pen.in prin.
ff.eod.apud mentam,d.l.penult.§ aut fenerandis, d. l. penult,
§ ſeruus,3.aut etiam naui,vt in hoc,§.verbo,Naui,aut taber-
ne,non quidem,vt exercitor,aut magiſter(ſic enim exercito-
riæ locus eſſet,)ſed vt negociator, videlicet,vt in nauigio, ne-
gocietur, & quæſtum faciat, ita accipio, l.4. C. eod.Nam hic
finis,ſ.præpoſitio, propter quæſtum negociando faciendum,
inſtitoriam inducit eamque à reliquis obligationibus, & a-
ctionibus, quæ aliud obiectum habent, diſcriminat, l.ſi cum
vilico,16.ff.hoc tit.

Nec vero mutat cauſam actionis locus vendendi, emen-
dive, cum interdum etiam ad honeſtos homines ex taber-
na,domum afferantur merces,ibique vẽdantur.& tamen ve-
rum ſit,inſtitorem hic emiſſe,aut vẽdidiſſe,l.4.ff.hoc tit. qua-
re etiam ſine loco ad contrahendum præpoſitus eſt inſtitor,l.
inſtitor,18.ff. hoc titul. & tenetur præponens,etiam ſi in eius
vtilitatem io res verſa non ſit,l.liberte,32.ff.de neg. geſt. Bal.
l.ei qui,7.C.quod cum eo qui in aliena poteſtate.Inno.c.pen.
num.3.ext.de fideiuſ. Sufficit enim in eam rem,cui præpoſi-
tus ſit impenſum eſſe.l.1.§.non autem,7.de exerc. act. l. 5. §.
non tamen,11.cum ſeq.ff.eod. In ſeruis oportet mercem eſſe
dominicam,cui præpoſitus,ſi inſtitor,leg.ſed ſi,15.§ ſi inſtito-
ria,7.Nam ſi in peculiari verſetur, aliæ actiones haberent lo-
cum,vt tributoria,d.§.ſi inſtitoria,de peculio,tot.tit.ff de pe-
culio. Quod ſi non propter quæſtum, ac negociationem ve-
rum ad alium vſum quis ſit præpoſitus, vt vilicus percipien-
dis fructibus, ceſſat inſtitoria quemadmodum ſit ſenebri,pe-
cuniæ præponatur,§.ceterum,veri.Et poteſt infr.hoc tit. Al-
ciat.l.pen.ff.ſi certum petatur,quia materia eius,ac finis, qui
præcipue conſiderandus eſt, Socin.conſi.165 nu.7.& 21.vol.
2 Bald.l.eam 4.numer. 1.C.de fideicom.ceſſat quam diximus
eſſe negociationem, & proinde ceſſante obligationis cauſa,
ceſſat hic effectus,nempe actio,l.licet,42.ea,ff. de procurato-
ribus,& l.generaliter,52.vbi gl.verbo.De relictis C. de epiſc.
& cleric.l. vlt.ff.de teſtam. tutel. niſi hic quoque mercibus di-
ſtrahendis,atque ita quæſtui faciendo ſit præpoſitus, quo ca-
ſum non datur, vera inſtitoria, propterea quod principaliter
negociationi non ſit præpoſitus. Finis autem principalis po-
tiſſimum attendendus eſt. Sed tamen propter hanc acceſſio-
nem exemplo inſtitoriæ,datur vtilis ex æquitate actio, l.ſi cũ
villico,16.ff.hoc tit. Quare ex quolibet præpoſitione facta ad
quodcunque officium,negociationem,&c. l.1. C. eodem ne-
gocium,l.3.C.eod.l.5.ff.eod.contractum,l.4 & 5.l.vlt.C.eod.
dicimus vtiliter ſaltem dominum teneri,d.l.5.cum alijs mo-
do allegatis.

Materia circa,quam eſt ſolidum,quod ex contractu debe-
tur l.2.l.vlt.C.eo.l.penult.§.vlt.verbo.In ſolidum iure præto-
rio,ff.eod.&c.

9 Forma,ex cuiuſque contractus natura eſt petenda,cui hęc
inſtitoriæ appendix adijcitur,l.5.§.1.ff.de exerc. actio. de qua
Roſ.Pet.Iac. & alij libellorum formatores, vnde qui volet
petat.

10 Finis,Ne quis cum aliena iactura locupletetur, l.ſi quis 17.
§.pen.ff.hoc tit.nec qui fidem quam fallere graue eſt, l. 1. ff. de
conſt.pecun. l. 1. ff. de pactis ſequuntur præponentis,l.vlt. ff.
pro ſocio,l.ſi inſtitorem, 9.vbi DD.ff.ſi cert pet.decipiantur,
l ſed ſi pupillus,11.§.conditio,in fi.ff.eod.denique vtilitas pro-
miſcui vſus,l.ſi quis,17.§.ſi impubes,2.ff.eod.

11 Adiunctus inſtitori fideiuſſor, qui ſequela eius rei eſſe dici-
tur,l.5.item,16.ff. eod, Affinis inſtitori eſt procurator, l. 5. §.
ſed,& cum fullo,10.ff.eod. affines actiones ſunt directæ,qui-
bus ex quolibet contractu,ijdem, qui hac conueniuntur,cõ-
dici poteſt peræque ac ſi contraxiſſent,ipſi d.l.1.ſi quis,§.vlt.ff.
eod.§.vlt.hoc tit. Tenentur, enim quodammodo ex ſuo mã-
dato vt dicitur,in §.ſuperiore,& in l.1.ff.eodem.Item directę
quibus inſtitores ipſi,ex ſuo contractu conueniri poſſunt ab
ijs quibuſcum contraxerunt,quamdiu ſcilicet officium durat
l. vlt. ff.hoc tit.ſicut à præponente, mandati, vel negociorum
geſtorum,d.l.1.ff.hoc tit.Affines etiam ſunt tributoria,l.ſed ſi,
11.inſtitoria.7.De peculio,l. & ideo,12.l.2.Cod.eo. De in rem
verſo,d.l.& ideo l.2.C. eo.Mandati,d.l. & ideo. Conducti,d.
l.& ideo locati l.4.ſed,& cum fullo,10.ff.eod. Empti, redhibi-
toria,& ex ſtipula duplæ,l.ſi quis, 10. eod. pecuniæ creditæ,l.
pen.in fi ff.eod.Exceptiones,item de in rem verſo de peculio
d.l.ſi quis.§ pen.Item quoties non ex mandato,ſed ex volun-
tate tamen domini ad inſtar inſtitoriæ in ſolidum agitur,l.vlt.
Cod.de inſtitor.

12 Contraria.Dolus agere volentis,vt ſi decipiendi mei cauſa
contraxit, quod præſcriptum eſt, non etiam dolus inſtitoris,
Nam huius dolus non contrahenti, ſed præponenti nocere
debet,l.ſed ſi,11.§.1.in fin.ff. hoc tit. Cui imputandum eſt,cur
non magis fidum præpoſuerit, ſed & 7. in fin. ff. eod.ſed & è
contrario,exceptio conuenti propter huius dolum replicatio-
ne doli elidi poteſt,ſi probetur, re in vtilitatem eius conuerſa
eum velle cum aliena iactura locupletari d.leg.ſi qui,§.pen.ff.
eod.Cui dolus,ineſt,d.l.ſi quis,in fin. Res iudicata, qua ob nõ
impletam probationem,l.qui accuſare, 4. C. de edendo, quæ
poſt non auditur l.ſub ſpecie 4.C.de rei iud. non admittitur hæc
actio obſtante rei iudicatæ exceptione,tot.tit.ff.de excep. rei
iudicatæ niſi ex noua cauſa agatur,l.habebat,13. ff.hoc tit. Itẽ
nouatio, qua inſtitoriæ actionis obligatio ſit in ſtipulatione
transformata tunc enim hac ceſſante, datur ex ſtipulatu ciui-
lis,d.l.habebat,§.meminiſſe, 1.ff. eod. & præſcr.de qua ſupra.
Item reuocatio mandati,d.l.ſed,ſi 11.§ 2. ff.eod. etiam tacita,
vt ſi inſtitor labi facultatibus cœperit intelligitur enim tum
ipſo iure mandatum,& præpoſitio eſſe reuocata. l.cum quis,
38.in princ.vbi Bart.l.ſi cum Corn.82.ff. de ſolu. Bald. in leg.
mandatum,15.nu.14.C.mand. Cyn.& Faber.in l.falſus, 19. C.
de furt.late Felin. in c.Ex parte Decani,n. 1.ext.de reſcrip.pro
quo text.in l actio,56.in prin.& pub.12 ff.pro ſocio.Contra-
ria,non eſt præponẽti actio ex ædicto, qua experiatur aduer-
ſus eos, qui cum inſtitore ſuo contraxerunt cum ſufficiat ei
mandati, aut negotiorum geſtum contra inſtitorem, ſi ſit
ſui,vel alieni iuris,l.1.§.ſed ex contrario, 18. ff. de exercit. act.
Nam ſi ſit poteſtate præponentis, iam ſecurus eſt, acquiſitis
vi poteſtatis actionibus ex contractu inſtitoris directis,l.1.§.
hoc tit.Quamquam autem non ex edictu datur illi actio, ta-
men ſicut extra ordinem ex cauſa publica iuuantur nauem
exercentes,d.l.1.§.ſed ex contrario,ff.de exer.act. ſic cauſa
priuata datur ei actio ſubſidiaria eo nomine,quo inſtitor cõ-
traxit aduerſus eos, qui cum eo contraxerunt, ſi modo aliter
rem ſuam ſeruare non poteſt,l.1.in final.l.2.ff.hoc tit.

ADDITIO.

a *Inſtitoria in heredes datur l.nouiſſime,hoc tit. Itẽ in exercito-
ria l.ſi tamen in fin.ff.de exercit. actio. Idem in actione de in
rem verſo,l quæſitum,ff.quando actio de peculio,annalis eſt.*

§.Introduxit,4.

DE QVARTA HARVM ACTIONVM
ſpecie,quæ eſt tributoria.

1 *Quid ſit tributoria.* 5 *Materia.*
2 *Eius propria.* 6 *Forma.*
3 *Cauſa.* 7 *Finis,& effectus.*
4 *Quibus,& contraria quos detur.* 8 *Adiuncta,& affinia.*

QVæ propoſitæ ſunt hactenus actiones, velut ex contra-
ctu mandati dantur in alium, quam qui contraxit quæ
ſequuntur,ab hoc genere ſunt remotiores. Dantur enim ex
vi poteſtatis,etiam ſi mandatum, conſenſus, iuſſumque nul-
lum præceſſerit. Cuiuſmodi eſt tributoria actio, ſeu diſtribu-
toria(ſimplicibus enim noſtri pro cõpoſitis frequenter vtun-
tur) à ſuo fine dicta,quod ea nimirum petatur, vt quidquid
a ex merce ſerui,ſeu filijfamilias *a* peculiari ſupereſt, id inter
domi-

ADDITIO.

a *Tributoria,vt detur neceſſe eſt, negociantem eſſe in poteſtate
domini vere,vel præſumptiue, & ideo ex contractu, ſerui fru-
ctuarij,vel bona fide poſſeſſi dabitur etiam hæc actio, l. 1. pote-
ſtatis,ff.de tribus.*

Digitized by Google

dominum patremve, & reliquos creditores, ęqualiter. ac pro rata portione diſtribuatur. Eſt ergo hæc actio prætoria, perſo
1 nalis, rei perſecutoria qua petitur, vt merces peculiares ęqualiter cum creditorib. dominus diuidat, aut ſi inęqualiter diuiſit eius diſtribntionis iniquitas corrigatur.

2 Propria ſunt, quod prætoria, vt hic, verbo introduxit, & aliam actionem prætor. l. 1. in princip. ff. eod. Perſonalis, quia ex contractu datur, vel delicto, leg. 5. §. 1. 2. §. vlt. leg. 3. 4. 5. & paſſim, ff. eo. Rei perſecutoria, l. quia, 8. ff. eod. Perpetua l. illud 7. §. vlt. l. quia, 8. ff. eo: In hæredem tranſitoria, d. l. 7. & 8. ff. eodem.

3 Cauſa remota, prætoris *a* edictum, d. le. 1. ff. eod. Proxima,
a negociatio ſerui, & contractus in merce peculiari ſciente domino nec contradicente facti, l. 1. in princ. verſ. Si ſciuerit, & §. 2. verſic Ita demum ſi ſciente eo negociabitur & hoc §. ver. Sciente domino negocietur, hoc eſt, & patiente, l. 1. §. ſcientiã, 3. ff. eo. Neque tamen ſola ſcientia dominum huic actioni ſubijcit, ſed accedat dolus, & iniqua eius diuiſio oportet, l. 3. §. penult. & vt vbi ſcientia, & dolus iunguntur, l. 4 l. 5. ff. eod. vbi itidem ſcientia, & dolus requiritur, l. 7 l. 8. ff. eod. vbi diſerte inquit I. C. non aliter competere hanc actionem, quam dolo interueniente, l. vlt. ff eo. l. 3. quando ex fact. tuto. per quæ priuilegium deductionis ſui debiti, quod in actione de peculio dominus habet, l. 3. l. 1. in princ. ff. hoc tit. perdit. l. 5. §. in tributum, 6. ff. hoc tit. ſicut partiri cum reliquis creditoribus, quæ ſunt in peculiari merce cogatur. Nam prætor ipſi domino diſtributionem permiſit, & quidquid in merce pecuniari ſerui ſit inter ſe, ſi quid ſibi debeatur, & cæteros creditores
b pro *b* rato diſtribuat, & hic dicitur. Quamobrem ſi ea diſtributio bona fide recte fiat non habent, quod quærantur creditores. Sin vero quis ex creditoribus quæratur, quaſi minus ei tributum ſit, quam oportuerit hanc ei actionem prętor accommodat, vt hic in fin. exponitur per quam cogetur, quidquid mercium occultauerat, in medium afferret, & conferre reliquis, vt addit Theophilus ibid Iulianus, l. vlt. Tributoria, inquit actione tum demum agi poteſt, cum dominus in diſtribuendo precio mercis, edicto prætoris non ſatisfecit eſt, cum maiorem partem debiti ſui deduxit quam crediroribus tribuit, quam rem exemplo declarat vberius quod cuiq. perſpicere licet, & alia exempla proponit, leg. illud, 7. §. 1. & 2. ff. hoc tit. quæ nunc perſequi, non eſt in hoc argumento magni momenti, vel vſus. Cæterum exiſtimo hæc obtinere, quando dominus diſtributionem fecit. Quid autem ſi tergiuerientur facere, atque ita de iure iniuriave diſtributionis quæri non poſſet, vt quæ facta non ſit quamquam facere dominus detrectet, an non erit præſto creditoribus hæc actio ſaltem ad id, vt eum ad diſtributionem ex edicto faciendam cogant? Et quidem exiſtimo eſſe cur eum minus, quam cum negat dominus deberi creditorib. aut merces perire paſſus eſt, vel non exegit, l. illud, 7. §. ſed & ſi, 4. ff. eo. Nam hæc actio non eſt de dolo, quamuis ad dolum detur, ſed perſecutionem rei continet, quæ dolo domini abeſt, nec vt oportet diſtribuitur. Peręque autem dolo fit, atque ſi non rectè diſtributum ſit, d. l. il-
c lud, §. 2. vbi Vlpian. ait minus *c* eum tribuere, qui nihil tribuat, imo maius eſt, prorſus non facere, quam non rite facere, itaq; etiam tum dominus velut extraneus creditor ex edicto, hoc eſt actione edicti in tributum vocatur, l. 1. in princ. ff. hoc tit. Quemadmodum, & cum nihil eſt in peculio, d. l. 1. §. 2. hoc tit. ſiue nolit tribuere, d. l. illud, § 1. ſiue neget creditoribus deberi ne tribuatur, d l. illud, § pen. alioquin ſemper expediret domino negare, vt inquit Vlpian. Sane ſi dominus, non eo tribuere nolit quod tergiuerſatur, ſed quia mauult peculio cedere, quam lites ſuſcipere, audiendus eſt dicta lege illud, in princ. hoc titulo.

4 Datur ergo hæc actio creditoribus quibuſque, l. 5 & paſſim ff. eodem. Datur in dominum, vel qui loco domini eſt cuiuſque in merce peculiari filiusfamilias ſeruuſve, vel quaſi negociatus eſt, l. 1. in fin. leg. 2. ff hoc titul. Si plures ſint ſcientes tantum conueniuntur, l. 2 ff. hoc tit. Sed & pupillus furioſus ac ſimiles ex ſcientia dolove tutoris, vel curatoris tenetur, l. 3. in fi ff. eod. quemadmodum quiſque dominus ex proprio, d. l. 3. in fi. l. 4. ff. eodem, vel ex ſcientia doloque procuratoria, le. 5. in princip. ff eodem. Datur in hæredem quatenus ad eum peruenit, d. l. illud, §. vltimo, ff. eodem, quia licet ex dolo, tamen venit ex contractu, & rei perſecutionem continet, leg. quia 8 ff. eodem, ex regula, l. lex contractibus, 49. ff. de oblig. & actione.

5 Materia non eſt merx *d* dominica, vt ſuperiorum actionũ
d Nam in hac tributoria locum habere nequit, l. ſed ſi, 11 §. ſi inſtitoria, 7. ff. de inſtitor. action. ſed peculiaris, l. 1. in princ. ff. hoc tit. verſ. Si ſcierit ſeruum in merce peculiari, quod peculium hic accipitur non deduto eo, quod domino debeatur d. l. 1. in priuc. & §. 1. Mercis appellatio quamuis anguſtior alias ſit, tamen ad omnes ex negotiationes hoc edictum interpretatione, I C. eſt porrectum, d. l. 1 §. 1. ſ. factas circa mercem, peculiarem non extra, l. 5. §. in tributum, 6. ff. eod. Nec tantum ſeruorum verum omnium qui bona fide ſeruiunt, vt tamen merx, de qua negociętur, ad eum, cui ſeruitur, pertineat, d. l. 1. §. vlt. l. 2. hoc tit.

e Nequę *e* tamen in hac actione totius peculij ratio habetur, vt in actione de peculio, ſed tantum eius, qui negotiatur. Poſt autem quis tertia forte, vel quarta, aut etiam minima peculij parte negotiari, maiorem aurẽ partem in pręrdijs, mancipijs, aut fœnebri pecunia habere, quæ in tributoriam non veniunt, §. cęterum, ff. hoc tit. Tribui autem iubetur per hanc actionem, quod ex ea merce, atque eo nomine receptum eſt d. l. 5. §. 2. ff. hoc tit. id eſt, id ſolum in diuiſionem venit, quod in mercib. eſt, quibus negociatur, l. penult. ff. hoc titul. Nec intereſt ex mercede domini debeatur, an alia cauſa, & num ipſi, an ei quem in poteſtate habet ex cuius obligatione quęrit, & an ante, vel poſt negociationem debere ei ſeruus cœperit, Sufficit enim, quod priuilegium deductionis perdidit, d. leg. 5. §. in tributum, 6. Non tamen totum peculium venit in tributum, ſed id duntaxat, quod ex ea merce eſt, ſiue merx maneat, ſiue precium autum receptum, vel etiam adhuc debitum ſit, d. leg. 5. §. non autem 11. Inſtrumentum, & apparatus tabernæ, item aurum argentum, ac quidquid ex merce eſt tribuitur: ſi aliunde ſit in peculio, nequaquam, d. l. 5 § ſi præter, 13. Cæterum, alienum, vt merx quam aliquis ſuo ſeruo vendendam dedit, non veniat in hac actione, ſed dominus eam ſibi vendicare poteſt, niſi in creditum abijt, dict. leg. 5. §. penult.

6 Vocatur hac actione in tributum is, qui in poteſtate babet cum creditoribus mercis, d. l. 5. §. in tributum, 6. ita vt ſi plures domini ſint, vel creditores, omnibus tribuatur pro rata debiti, dict. l. 5. §. 10. in fi. non deducta domini debitione, l. 1. & l. 3. ff. hoc tit. ſecus quam in actione de peculio, §. præterea verſ. cum autem quæritur, hoc tit. l. ſed, 9. §. 3. ff. de peculio, qua tanquam extraneus creditor vocatur amiſſo deductionis, ſuam ob fraudem beneficio. Si plures ſeparatim merces ſeruus habuerit, & negociationem exercuerit, non confunduntur creditores, ſed ſeparate, quibus in tributum eius mercis vocantur, in quam crediderint, d. l. 5 §. 5. Vocantur autem æqualiter proportione cuiuſque debiti, dict. l. 5. §. 10. & § vltimo, niſi cui pignoris iure merx obligata, ſit quo nomine alijs præfertur, d. l. 5. §. plane, 17. etiam domino, dict. l. 5. §. in tributum, 6. Quod, & ſi vnus tantum veniat, deſiderans tribui integram ſuam portionem conſequetur, ſi tantum in merce ſit d. l. 5. §. vlt. ſed quoniam fieri poteſt, vt alij quoque mercis peculiaris creditores poſt emergant, idcirco cauere debet creditor iſte pro rata ſe refuſurum, ſi poſtea alij cumpareant, dicta lege quinta in final. Non enim hæc actio, ſicut de peculio occupanti conditionem facit meliorem, ſed æqualem omnium quandocunque gentium, l. non enim 6. ff. eodem. Quamobrem, & domino hoc nomine cauendum eſt ſi contingat aliud domini debitum, vt conditionale euentum conditionis emergere, d l. illud ff eo. quoniam iniuriam, hoc eſt damnum, l. 4. 5. ff. ad legem Aquiliam, dominus pati

ADDITIONES.

a *Tributoria vt detur requiritur, vt negociatio facta ſit ſcien domino. Nam ſi ignorante facta eſſet negociatio, de peculio, & de in rem verſo competeret, §. propterea, hoc titulo.*

b *Differt eum in modum hec actio ab actione de peculio. Nam in actione de peculio deducitur id, quod domino debetur, & etiam illis. qui in eius poteſtate ſunt. In hac autem actione tributor ę ſit diſtributio pro rata inter dominum, & creditorem, l. 1. ff. d tributor.*

c *Facit l. minus, ff. de verb. ſignif.*

d *Differt etiam in eo tributoria ab inſtitoria, quod inſtitoria detur ex negociatione facta in re dominica, §. inſtitoria, hoc titul. tributoria, vero ex negociatione rei peculiaris, vt hic, & l. licet, ff. de tribut. Dicitur autem peculium, quod ſeparatum eſt ratione domini, vel patris, ff. de pecul.*

e *Differt tributoria ab actione de peculio primo quod in actione tributoria inſpectetur, quod eſt in merce peculiari, inde peculio vero totum peculium. Secundo actione, de peculio deducitur id omne, quod debetur domino, & illis qui ſunt in eius poteſtate: in tributoria vero dominus recipit partem ſuam, ſicut alij creditores, l. quoque, hoc titulo.*

Digitized by Google

pati non debet, d.l.illud. Plerunque autem arbitrium prætor in hanc rem, dat cuius interuentu merces peculiares tribuantur, d. l.illud, §. 1.

7 Finis, & effectus, vt dominus non ſecus, ac extraneus, qui vis creditor io tributum cum alijs vocetur, d.l.5.& paſſim, ff. hoc tit qui alioqui in ſerui contractibus priuilegium habet, quippe cum de peculio dumtaxat ex ſerui contractu alijs teneatur, cuius peculij æſtimatio fit deducto eo, quod domino debetur, le.1.in prine ff.hoc tit.tanquam ære alieno, quod de bonis ſemper eſt deducendum, l.ſubſignatum, 39.§.bona, ff.de verb. ſignific.

8 Adiuncta eſt cautio de refundenda portione pro rata, d.l. 5.§ fi.l.6.7.in prin.ff. hoc tit. Affinis, de peculio, quæ cum hac ſæpe concurrit etiamſi alter agens contentus eſſe debeat, d.l. 5.§.hoc tit.quoniam vtraq.rem perſequitur debitā, l.8.ff.hoc tit.Bona vero fides nō patitur bis idem exigi, l.bona fides, 57.
a ff.de reg.iur. Itaq.eligere, *a* quis debet qua actione experiatur, vtrum de peculi, an tributoria, cū ſciat vel ſcire debeat, quod periode eſt, l.quod te, 5 ff. ſi cert.petat.ſibi regreſſum ad aliam non futurum. Plane ſi quis velit ex alia cauſa tributoria agere, ex alia de peculio, audiendus non erit, l.quod in hærede, 9. §. 1.ff.hoc tit.quia ceſſat tunc ratio, d.l.bona fides. Cum diuerſæ intelligantur eſſe actiones, quarum cauſæ petendi hoc eſt, materiales, & finales diuerſæ ſint, l.ſi mater, 11.l.& an eadem 14.ff.de exc. rei iud. Et aliquando ſane expedit agenti potius de peculio agere quam tributoria, quod in illam totius peculij quantitas veniat in huius vero diuiſionem tantum, quod in mercibus eſt quibus negociatur, l.pen.ff.eo. Aliquando ve-
b rò præſtat *b* tributoria, cum forte domino multum debetur, quod in actione de peculio, prius vt ante diximus deducitur. Affinis eſt, & de in rem verſo §.cæterum, verſ.Is quoque cui hoc tit. de quorum vtraque reſtat, vt perpurgemus.

A D D I T I O N E S.

a *Concurrentibus pluribus actionibus actor eligere vtiliorem debet eaque electa contentus eſſe, l.quod in hærede, §.eligere, ff. de tribut. Verum vna electa ad alia redire non poteſt, niſi deceptus ſit, l.ſed etſi in fine, ff. quod cum eo l.habetur, in fine, ff.de inſtit.*

b *Tributoria merx, peculiaris inde peculio totum peculium ſpectatur.*

---

§. Præterea 4. quatenus agit de pecul.

a DE QVINTA *a* ACTIONE NEMPE. De Peculio.

1 *Quid ſit hac actio* 6 *Materia.*
2 *Eius propria.* 7 *Forma.*
3 *Species.* 8 *Finis, & effectus.*
4 *Cauſa.* 9 *Affinia, & contraria.*
5 *Cui, & contra quos detur.*

1 SEquitur quinta quæ ex contractu ſerui, vel filijfamilias in dominum patremve datur actio nempe de peculio. Sciendum porro eſt, quamquam omnia ſerui dominis acquirant, tamen quodcunque illis ſuo labore, curaque quæſitum dominus ſciens à ſuis ſeparatum rationibus relinquit, id peculium vocari, l.4.in princ.& l.depoſiti, 5.§.4.l.vlt ff.de pecul. nec poſſe illud dominum in fraudem aliorum ſerui creditorum adimere, l.non ſtatim, 8.l.peculium naſcitur, 4.cum l. ſeq.l.ſum-
b ma cum ratione, 21.ff.eod. Quamquam *b* deducto eo, quod domino, iiſq.qui ſunt in eius poteſtate, debetur computandū ſit, l.ſed ſi, 9.§. 2.ff.eo.quamuis naturaliter tantum debeatur, l.pen.C.quod cum eo, qui in alie.pot. Quamobrem in his peculio tenus etiam conueniri poteſt, quæ actio eſt prætoria, l.3. in princ. ff.eod.ſeu honoraria, l.2.§.vlt. verb. detraq. honorariæ, ff.eo. Adiectitia, l.in Bonæ, 30 in fi.& paſſim, ff.eo. Perſonalis, quoniam ex quouis ſerui, & filij contractu datur, l.3.§.ſi filiuſf. 5.ff.eod. Stricti iuris, Bart.in l.1.ff.eo. per l.mora, 32.§.in bonæ fidei, ff.de vſufr.facit l ſi pro parte, 10.§ in rem autem ff.de in rem verſo, qua pater, vel dominus ex contractu filij, ſeruive conuenitur, vt obligationi ſatisfaciat, quatenus peculium patitur vt hic in contextu traditur.

a Hæc actio quamdiu ſeruus, vel filius eſt in poteſtate perpetua eſt, quia rei perſecutoria, poſt mortē autem eius, vel poſt quam emancipatus manumiſſus, alienatuſve fuerit temporaria eſſe incipit, id eſt annalis, l. 1.§.1.quādo de peculio actio, anna, fit. Nam cum hiſce modis extinguatur peculium ſufficiebat vſque ad annum produci eam obligationem, l.1.§.merito, ff quemad.de pec.act.

3 Hinc quoque actionem indirectam ac vtilem diſtribuere poſſumus, vt paſſim tit. ff.de pecul. velut, & ſuperiore; de quarum differentijs plura Glo.magna in ſ.l.curatores, 17.C.de negot geſt.

4 Cauſam huius actionis Bar. vult eſſe ciuilem obligationem, quæ habeat vim naturalis, in l. frater à frater, 38.ff.de cond. indeb.nobis remotam ponere non diſplicere edictum prætoris, l.1.ff.eod l.penul.C.quod cum eodem proximiorem, contractum, l 3.§.1.ff.quib. ex cauſ. in bono poſſ.eat. Vnde ſicut contra eum, qui contraxit oritur obligatio, & actio, l.ſicut, 5.C. de obl.& actio.ſupr.de obl.per tot ſic non eſt iniquum, l.1.in princ.ff.de inſtitor. act. obligari quoq. dominum patremve, cui inde peculio tenus quæritur, l.3.§.Iul. 6.verſ. Eſſe obligatum dominum, de peculio, ff.eod.& eatenus dari in eum actionem, d.l.3, & toto tit.ff.eod. Eſt igitur impulſiua cauſa æquitas, ſi enim etiam extraneum teneri æquū eſt de eo, quod ex alieno contractu ad eum peruenit, puta hæredem, l.illud, 7.§.vlt.ff.de tribut.d.l.1.ff.de inſtitor.act.cur non, & in dominum, quatenus peculium ſerui patitur? Ad cauſam etiam hāc proximam referatur dolus ac delictum, non quidem eius, qui eſt in poteſtate (nam de delicto eius non tenetur dominus niſi noxaliter) ſed ipſius domini, l. quæſitum, 30.§.vlt. ff.eod. vel hæredes eius, l ſed ſi, 31.eodem. Nam habent actiones iſtæ hanc adiectionem. Et ſi quid dolo malo domini captus fraudatuſque actor ſit, d.l in bonæ, in fi.l.depoſiti, 5.ff.eod. Sed, & culpæ nomine in hac actione reus damnatur, l.ſi poſteaquam 43.ff.eod.

5 Datur hæc actio omnibus creditoribus, l.ancillarum, 26.§. illum, ff.eodem, qui cum filio ſeruove contraxerunt, l.3.§.ſi filiusfamilias, ff.eod.quolibet contractu, l.quam Tuberonis, 7. §.5.l.3.l.5.& l.ancillarum, 27.l.ſi creditor, 39.ff.eod. eorumq. hæredibus, vt ex alijs contractibus, l.1. vbi DD. C.de pact.inter empt.& vendit.& Tiraqu.de retract.conuen. §.1.Gloſ.6. nu.1.2.cum ſeqq.niſi domini hæredes ſint facti, l.filiofamilias 54.l.vnic.58.ff.eod. Tunc enim actiones confunduntur, l.debito, 7.Co.de pact Non etiam datur ſocij, l. Nam inter. 20.ff. eod. Datur in Dominum, l.1.in fi.& paſſim, ff.hoc tit.etiam vſufructuarium, l.2.ff.eo.bona quæ fide poſſidentem, d.l.1.in fin. Quod ſi plures ſint permittitur creditoribus, vel in partes cum ſingulis agere, vel cum vno in ſolidum, l.ancillarum, 27. §.illud, 3 ff.eodem eſſet enim iniquum, vt ſubdit ibi Caius, §. 8.in plures aduerſarios diſtringi eum, qui cum vno contraxit, l.2.de exercitor act.in patrem datur, tam naturalem, quā adoptiuum, dummodo tamen dui ante adoptione ſit contractum leg in arrogatorem, 42.ff.eod. In hæredes datur proportione hæreditaria cuiuſque leg.penult.ff.quod cum eo, qui in aliena poteſtate, leg.& ancillarum, 17.§.1.eodem, ſicut reliquæ actiones, l.2.Cod.de hæreditarijs actio, quatenus ſcilicet peculium ad vnumquemquem peruenit, lege quæſitum, 30.§.1.ff.eodem niſi is ex vnius contractu agitur, ſeruus filijſve hæres ſit factus, qui nedum pro parte ſua, ſed etiam in ſolidum conueniunt, d.l.quæſitum, §.3.ſic tamen, vt condemnetur, quatenus facere poſſit, leg.pen.ff.quod cum eo, qui in aliena poteſtate.

Materia huius actionis eſt peculium, vt hoc §. & toto tit. ff.de peculio, quæ eſt vniuerſitas bonorum, leg.4.§. penult.ff. eodem Gloſſa leg.5.in princ. verb. Sed dotis, ff. de impenſ. in rebus doct.fact. ſoli, & mobilium, l.quam Tuberonis, 7.§. in peculiu, 4.ff.eodem, item iurium, puta legatorum, hæreditatum, quæ ſeruo relicta ſunt, ac nominum, quæ debentur, & eius, quod dominus ſeruo debet, dict.l.7.§.in peculio, 4 alia rumque rerum quam plurimarum, de quibus in lege quinta, §.vlt.l.6.l.id veſtimentum, 25.l.ſi ex duobus, 32. §.in hoc, 1.l.ſi creditor, 37.§.ſeruum, 2.§. vltimo, l.depoſiti, 8. in princ. l.non ſolum, 49.l.eo tempore, 50.cum multis ſeqq. ff.eodem deductio tamen eo. quod domino patrive iiſque qui ſunt, in eorum tutela, curave, l.ſed ſi, 9.§.2. & tertio, vel pore-

---

A D D I T I O N E S.

a *Actio de peculio ſupra quoque expoſita eſt in §.actione tit. de actionibus.*

b *Actione de peculio quoties dominus conuenitur, deducitur id omne, quod ſeruus domino ſuo debuit, iiſve, qui in poteſtate domini ſunt. Nam fingitur dominus conueniſſe cum ſeruo, vt ipſe cæteris omnibus alijs creditoribus, præferatur, l.peculium, ff.de pecul.*

Digitized by Google

poteſtate debetur, §. prętérea, verſ. Cum autem quæritur, in fi. Hoc tit. l. 4. §. ſi opem, 4. l. ſed ſi, d. §. peculium, 2. cum §. ſeq. 11. 16. 38. 47. 49. 51. 56. & paſſim ff eo. l. id quod, 19. in fi cum l. ſeq. ff. de conſt. pec. ſi non iure ciuili, ſaltem naturaliter ex facto, l. nec ſeruus, 41. ff. eo. contractus, l. l. 7. ff & C. de cur. fur. excepto, ſi ei debeatur, qui in ipſius ſerui, filijve peculio ſit, vt ſuo vicario, vt hic dicitur verſic. Aliquando. Et ſi quis dolo malo eius, qui conuenitur, captus fraudatuſq; actor ſit, l. in bonæ, 36. in fi. l. ſed ſi. 31. 6. eo. aut ex dolo anteceſſoris ad eũ peruenit, l. quęſitum, 30. §. vlt. ff. eo. Quod ſi minus inueniatur rei iudicandæ tempore, quam petitur & debetur, fit condemnatio, quatenus peculiũ patitur, vt in hoc §. dicitur. Nec cautionibus locus eſt de futuro incremẽto peculij, hoc enim in pro ſocio actione locum habet, quia ſocius vniuerſum debet, leg. quoties, 47. §. ſi ſemel 2. ff. eo. ſicut & is, qui bonis ceſſit, c. 13. de ſolu. At dominus pater ve nõ debet vniuerſum, ſicuti filius l. ſi quis, 44. ff. eod. aut ſeruus qui contraxit, l. nec ſeruus, 42. ff. eod. ſed tantum peculio tenus, d. l. ſi quis cum filio familias, 44. ff. eod. Ad nullã igitur cautionem tenetur, quia nihil amplius debet, quam ſit in peculio, cuius præſens ſtatus conſideratur, l. ſi ex duobus, 32 §. 1. ff. eod.

7 Formam agendi cuiuſque actionis natura, & ſpecies ſuppeditat, cui tantum hoc adijcimt, quod hic in dominum, vel patremſamilias ex contractus filij, vel ſerui intentetur, vt debitioni contractus ſatisſaciat de peculio ſerui filijue, quatenus, & illud patitur, & ſuppeditat, vt hic dicitur. Et quia quiſque ſolidum actione conſequi intendit, ideo qui hac actione agit, dicit ſeruum peculium habere, & tantum habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſſit §. ceterũ, verſ. Habere, hoc tit. Forma probandi, vt doceat actor ſibi deberi ex contractu ſerui, quod intendit: deinde eſſe in peculio, vnde ſibi ſatisfieri queat, d. §. ceterum, verſ. Se ad difficultatem probandi perducat, habere ſeruum peculium, & tantum habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſſit, hoc tit. Quamquam non fuerit abſurdum dicere, cum peculiũ ſit vniuerſitas, velut hęreditas, gl. l. 5. in prin. ff. de impenſ. in reb. dota. fact. poſſe inſtar poſſeſſoris hæreditatis vrgeri dominum, vt is inuentario idoneo, vel ſacramento edat, quantum ſit in peculio, quod poſſidet, vt in l. vlt. §. licẽtia, 10 C. de iur. delib. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars, li. 10. Nam eius quantitatem ſcire alioquin, & probare non poteſt qui agit, vt qui non poſſidet, ſicut in hęreditate.

8 Finis & euentus congruu cum forma agendi: nempe vt in id, quod reliquum eſt in peculio, deducto eo, quod domino patri ve debetur, creditoris illis condemnentur, d. §. ceterum verſ. Is quoque, verſ. At in actione de pecu. hoc tit.

9 Affinia remedia ſunt, actio de in rem verſo, §. Prętérea hoc tit. l. ei qui, 7 C. quod cum eo, qui in alien. poteſt, quæ ſępe cũ actione de peculio iungitur, vt hic verſ. Licet enim vna ſit actio. Actio aduerſus ipſum filiumfamilias, vel ſeruum, leg. ſi quis 44. cum l. ſeq. ff. eod. quatenus, ſcilicet facere poteſt, poſt emancipationem, l. 2. & 10. 11. ff. quod cum eo. Miſſio in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, ſi conuentus latitet l. eo tempore 50. in prin. ff. eo. Interdum & pro ſocio, vel communi diuidũdo actio. l. hinc quæritur, 16. §. vlt. cum l. ſeq. ff eo. Item ad exhibendum & rei vindicatio, l. depoſui, 38. l. ex facto, 52. §. 1. ff. eod. Item deductio, quam eligit dominus pro actione, vt in caſu l. ſi noxali, 11. §. idem ſcribit, ff. eod. Ceterum alias deductio eius, quod domino debetur, huic actioni eſt contraria; quia ius eius imminuit, vel etiam exhaurit, leg. 4. & 11. & paſſim ff. eod. ſicut præſcriptio anni, quoties eſt annalis action. 30 annorum, quando perpetua, l. 1. vbi Doct. quando act. de pecul. annal. Dolus item agentis, l. in bonæ, 36. in fin. l. depoſiti, 5. ff. eod.

---

§. Præterea, quatenus agit de in rem verſo, cum §§. ſeqq. vſque ad §. penult.

DE SEXTA ACTIONE, VIDELICET de in rem verſo.

1 *Quid ſit in rem verſum. Actio de in rem verſo.*
2 *Propria.*
3 *Cauſa.*
4 *Quibus, & contra quos detur.*
5 *Materia.*
6 *Forma.*
7 *Finis, & effectus.*
8 *Affinia.*
9 *Contraria.*

1 SExta, quæ contra eos, qui in poteſtate habent, ex contractu eorum, qui ſunt in poteſtate datur actio, eſt de in rem verſo, omnium maximè ſolida, quoties quicumque probari poteſt, in rem domini, patrisve verſum eſſe, d. §. ceterum, verſ. Certè, quare non ante ad adiectionem ęſtimationemque peculij tranſiri ſolent, quam vbi aut nihil, aut non totum, quod petitur, in rem domini patrisve verſum apparet, § præterea, verſ. Itaque iudex. In rem domini verſum intelligitur, vt hic dicitur, quicquid *a* neceſſario, vel etiam vtiliter in rẽ eius impenderit ſeruus, vel filius, l. 1. l. 5. §. quod ſeruus, 2. verſ. Rem neceſſariam, vel vtilem, l. 7. 10. ff. de in rem ver. Quod hic aliquot exemplis declaratur, vt ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, ędificia ruentia fulcierit, familiæ frumentum, aut aliam rem neceſſariam, vel vtilem emerit, d. l. 5. Plura exempla videre paſſim licet in l. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 16. 17. 19. 20. 21. Eſt igitur de in rem verſo actio prętoria, l. ei, qui, 7. ff. eo. in verb. Honorariam actionem, C. quod cum eo, qui in aliena poteſtate. Perſonalis, rei perſecutoria, quia ex eo, quod cum ſeruo, & filiofamilias geſtum eſt, agitur contra patrem, & dominum, vt eatenus, quatenus in rem eorum verſum eſt, agenti, quod ex illo geſtu debetur, præſtent.

2 Honoraria eſt dicta lege, ei qui, Cod. quod cum eod. perpetua eſt d. l. ei qui, Cod. quod cum eo, qui in aliena poteſtate, leg. 1. §. 1. verſ. De in rem verſo, niſi in caſu, l. ſeruus, 17. §. cum Sticho, 1. verſic. Sicuti ff. eod. Et in hęredes tranſitoria, d. l. ei qui, vt quælibet rei perſecutoria, inſt. de perpe. & tempor. actio.

3 Datur ex geſtu ſerui, filijve familias, l. 1. ff. eodem, §. præterea, hoc tit. quatenus inde in rem verſum eſt, l. 2. tertia, & paſſim ff. eodem, quod ſcilicet creditũ eſt, l. quamuis, 18. in princ. ff. eodem. Nam qui fideiuſſit pro eo, quod in rem domini crederetur, vt pro frumento, quod ad alendam familiam emebatur, non habet de in rem verſo actionem, ſed tantum de peculio, d. l. quamuis, non enim fideiuſſio, quam pręſtitit, in rem domini verſa eſt, ſed frumentum ab alio emptũ, cuius vt tertij iure ipſius vti nequeat, l. 4. §. competit, 7. ff. ſi ſeru. vendicet. leg. 1. & 2. & vbi Bart. & Caſtr. ff. de exceptione rei iudic. Non tamen opus eſt lucro domini ceſſiſſet, quod conſumptum eſt, ſed in negotium domini, vt ſi volenti emit ad voluptatem, aut ſumptum turpem, l. 3. §. nec non, 6. ff. eodem, ſecus, b ſi contra voluntatem domini in voluptates *b* & inutiles res inſumpſerit, d. l 3. §. ſed ſi mutua, 4. pati tamen dominus debet ſine iniuria auferri, ſi quid eiuſmodi extet, quod ſine damno auferri poſſit, l. 3. §. 4. In vtiles res empta, etſi poſt perierint, priuſquam in domini vtilitatem verterentur, vt ſi frumentum ad alendam familiam emptum, ac horreo conditum ſit, igne conſumptum, videretur in rem domini verſa, l. 3. 4. necnon, 6. vſque ad §. vltimum, cum l. ſequen. ff eodem, quoniam fatalis euentus ab obligatione negotij ſua cauſa geſti non excuſat, l. ſed an, 10. in fine, ff. de negotijs geſtis, dum ſine culpa pereat, l. ſeruus, 17. in princip. ff. eodem, quatenus ſcilicet ſecundum domini conſuetudinem emptum eſt, leg. 3. §. proinde, 3. ff. eodem. Nam ſi vltra neque neceſſaria, neque conſueta domino emit, tantum verò eorum pretium, quo vendi poſſunt, videtur in rem verſum, l. 5. ff. eodem, cum ſi neceſſaria emiſſet, in ſolidum teneretur, d. l. 5. ex ratione, d. l ſed an, 10. in fine. Quod ſi accepit ſeruus, quaſi in rem domini verſurus, neque vertit deceptio creditori potius, qui diligentius inquirere debuit, quam domino nocet, l. 3. §. ſed ſi 9. ff. eod. Et regulariter toties, de in rem verſo eſt actio, quibus caſibus procurator mandati, vel qui negotia geſſit, negotiorum geſtorum haberet actionem, l. 3. §. & regulariter, ſecundo, ff. eod. vt ſi, quod pater deberet, à filio ſim ſtipulatus, l. ſi pro patre, 10. ff. eodem, aut hic fideiuſſor patris factus ſoluerit, d. l. 10. in princ. Verſum autem ſic accipimus, vt duret verſum, & ita demum cõpetat, de in rem verſo actio, ſi non ſit à domino patreve, ſeruo vel filio, ſolutum, d. l. ſi pro patre, §. verſum, 6. niſi dolus ſubſit, d. §. verſum.

4 Datur ijs, qui cum filio ſeruove contraxerunt, eorumque hære-

---

ADDITIONES.

a *Quod ſi partim verſum eſt in rem domini, partim non verſum? Tunc pro parte verſa dominus actione de in rem verſo, pro alia actione de peculio tenebitur, §. præterea, hoc tit. Et ſi pro parte datur actio de in rem verſo, & actio de peculio.*

b *Actio de in rem verſo non datur ob id quod impenſum eſt in voluptatem domini, ſed datur tantum facultas tollendæ impenſæ ſine damno, l. in fundo, ff. de rei vendic. In hac igitur actione ſpectatur neceſſitas, aut vtilitas domini, non honeſtas.*

hæredibus,l.1.3.& paſſim,ff.eodem, & aliquando pluribus electiue, vt occupantis melior ſit conditio, cum ex vna ſcilicet cauſa pluribus debetur,puta creditori, qui in emptione veſtes credidit,& venditori, qui veſtem vendidit, ſi forte vtrumque perierit. Nam vtrique condemnari dominum de in rem verſo iniquum eſſet, l.4.ff.eod. Cum etiam ſi ſalua eſſent omnia, tamen vni dominus non teneretur, nempe, venditori, vt ad quem pretium à creditore ſumptum rediiſſet,d.l.3.& 4. In dominum patremve datur,eorumque heredes,pro cuiuſque ſcilicet parte,l.quæſitum,30.§.1.ff.de peculio, niſi quid amplius in vnius rem verſum ſit,d.l.quæſitum,§.1. Sed & ſi ſeruus ſit hæres ex parte inſtitutus,cum eo eque agendum erit,d.l.quęſitum,§.2.in ſocijs, ſiquidem vnius in rem verſum ſit, alter conueniri nequit, vt & in actione quod iuſſu,l.ſi rem,13.ff.eodem,niſi in caſu l.interdum,14.ff.eod.

5 Materia eſt id, quod in rem verſum eſt. Nam eatenus datur aut in ſolidum, §.præterea, hoc titulo, aut pro patre, d.§.præterea,l.ſi pro patre,10.§.in rem,4.ff.eod.etiamſi minus in peculio ſit,l.ſi ſeruus,17.ff.eodem. Si tamen domini debitor *a*

a ſit ſeruus,& aliunde mutuatus ſoluit,quatenus debuit,nihil in rem domini vertit. Nam aduerſus lucrum domino ſubuenitur. At in lucro non eſt,cui,quod debetur,ſoluitur. Quare etſi poſtquam ſeruus vertit, debere cęperit, non videbitur eatenus verſum,d.l.ſi pro patre,§.ſi domini,7.ff.eodem.

6 Forma ex cuiuſque contractus natura petenda eſt, ſic tamen vt addatur id,quod petitur in rem domini verſum eſſe, atque ipſum etiam probetur,§.cęterum, hoc tit.quam probationem eſſe difficilem idem text. oſtendit, cum videlicet res pendeat à facto alieno, quod plerumque ſcientiſſimos fallit, l.2.ff.de iuris & facti ignorantia. Quomodo enim creditor probabiliter ſcire poteſt,an filius, ſeruus ve ea mente acceperit, vt vertere in rem domini vellet? Nam etiamſi ſolitus ſit vertere, non tamen id prodeſt creditori, ſi negetur verſum eſſe, cum curioſum eſſe actorem oporteat,quo vertatur,l.3.§.ſed ſi ſic,9 ff.eodem. Itaque niſi probationem habeat paratam, d.§ ceterum,verſ. Is quoque in fine; verſ. Certè qui poteſt,hoc tit.circumſpicere debet, num alia præſto ſit actio facilior, d.§.ceterum aut ſaltem rem deferre ſacramento, quo plerumque doceri ſolet id, quod ab alterius animo pendet, l.ſi cui,7.§.iiſdem,ff.de accuſa.Panor.c.Præſentium,31.num.3. extra de teſtam. Iaſ.in repetitio,l.admonendi,31.num.309.ff.de iureiurando, & in §.ſed iſtæ, ſupra de actio.l.penult.num.53.ff.de iuriſd.etiam quo ad factum & facultates, l.vltima, §.licentia,10.C.de iur.de liber.l.2. C.quando, & quibus quarta pars lib.10.

7 Finis & euentus, vt quatenus probetur in rem domini patriſve verſum,eatenus ſatisfacere actioni cogantur, d.§.ceterum,verſ.Is quoque in fin.d.l.ſi pro patre,§.4.ff.eodem. Quare & ſolidum debebitur,ac conſequi actor poterit:ſi petat ſolidum in rem domini verſum, vt hic dicitur in verſ. Ex quo ſcilicet.

8 Affinis *b* præcipuè eſt, de peculio actio, quæ cum hac ple-

b rumque concurrit, §.ſequent.hoc tit. l.ſi pro patre, 10.§.3.ff.eodem, adeò vt vna ſæpe ſit actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur, vt hic verſic. Licet. Quamquam duas habeat actio condemnationes diuerſas,alteram quatenus in peculio ſit, alteram quatenus in rem verſum ſit, d. verſ.licet. Itaque iudex, apud quem de ea actione agitur, ante diſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit,nec aliter ad peculij ęſtimationem tranſit, quam aut nihil in rem domini verſum appareat,aut non totum,vt ſubijcitur in verſ. Itaque. Item inſtitoria,exercitatoria,tributoria,quod iuſſu,§.ceterum, cum §.ſeq.hoc titul.leg.5 §.2.ff.eodem. Inter quas ſemper eſt illa eligenda, quæ poteſt optime probari, d.§.ceterum,& præcipuè hæc,ſi probari poteſt, d.verſ.Is quoque, in fin. Deinde de neg.geſt.act.l.ſi pro patre, 10.§.ſed verum, 5.ff.eodem,l.3.§. & regulariter,ff eodem. Mandati, d.l.3.§.& regulariter,2.ff.eod.exemplo,l & ideo, 7.§.idem, 4.De dolo, d.l.ſi pro patre,§.verſum, 6.verſ.Si tamen. Sed & abſque hac adiectitia directo poteſt domino condici, cuius in rem verſum ſit, tanquam cum illo principaliter neg.geſt.fuiſſet, §.vltimo, hoc tit.

9 Contraria,ſi verſum non ſit,vt in dicto §.ceterum,hoc tit. dicta l.tertia,quinta,ac paſſim, ff.eod. Defectus probationis, d.§.ceterum,hoc ti.Si perditum,vel conſumptum, antequam in rem domini verſum,d.l.3.§.penult.& vlt.ff.eodem. Si non in res vtiles verſum, dicta l.3.§.4.Si ſolutum,quantum in rem verſum, dicta leg.ſi pro patre, §. verſum, 6.Præſcriptio 30. annorum quæ omnibus obſtat,l.3.4. Cod.de præſcrip.30.annorum.

ADDITIONES.

a *Naturaliter domini ſui debitor eſſe poteſt ſeruus, at non ciuiliter, l.quod attinet,ff.de reg.iur.*

b *Eſt tamen diuerſa. Nec enim proponitur eadem inſtantia. Et habet ideò diuerſas qualitates & formas ſeu condemnationes. Nam actione de in rem verſo creditor conſequitur id omne, quod in rem verſum eſt: actione verò de peculio,quatenus eſt in peculio, l.ſi pro patre,§.in rem, ff.de in rem verſo.*

§. Illud penult.

DE SENATVSCONSVLTO Macedoniano.

1 *Summa SC. Macedoniani.*
2 *Author, & cauſa.*
3 *Quibus, & contra quos ſubueniat.*
4 *Materia.*
5 *Forma.*
6 *Finis.*
7 *Effectus.*
8 *Adiuncta, & affinia.*
9 *Contraria.*

1 AD contraria præcedentium actionum pertinet Senatuſconſ. Macedonianum. Per hoc enim creditorib. qui mutuam pecuniam filijsfamilias dederunt, actiones delegantur tam aduerſus ipſum filium,quàm contra parentes,vt hoc §.ff. ac C.eod.

2 Author huius iuris eſt Senatus,qui legem facere poteſt, l.non ambigitur, 9.ff.de legibus, cui ad hoc ius faciendum author fuit Veſpaſianus,Suetonius in eius vita,cap.11.Alexand. ab Alexand.in dict.genialium, lib.1.capit.7.Quamquam & antea ex legibus Solonis, vnde multa Romani ſuam in rempubl.tranſtulerunt, leg.2.ff.de origin.iur. videtur aliquando frequentatum illud fuiſſe.Plaut.in Pſeud. Pau. libr.2.ſentent. tit.10. Rationem huius iuris luculentiſſime perſequitur l.1.ff.eodem, quia filijfamilias cum ętatis inconſultæ leuitate ęs alienum contraherent,ac decoquerent, poſt egentes, & obęrati vitæ parentum, vt Cicer. pro S.Roſ. teſte inſidiabantur, ita ſuam & parentum in perniciem id mutuum vertebatur, id & quod hic innuit verſ. quæ ideò Senatus proſpexit, &c. & confirmatur ratione,l.vlt.§.Ipſum, ver.melius, C.de bon.quælib.

3 Subuenitur autem hoc SC.tam patri de peculio conuento,l.ſi filius,6.Cod.eodem,(nec enim aliæ actiones, quam iuſſu, & ſimiles concurrunt, l.5.Cod eodem,) quam filiofamilias ſiue adhuc in poteſtate,ſiue emancipatus ſit, vt hic dicitur, dum tamen filiusfamilias adhuc mutuo acceperit. Nec intereſt cuius fuerit dignitatis,l.1.in fine, ff.eodem, aut etiam ſextus,l ſed ſi,9.§.hoc SC.ff.eodem, dummodo creditor ſciuerit, vel ſcire potuerit, leg.pen.ff.eodem hoc titul.aut etiam debuerit,quæ paria ſunt,l.quod te, ff.ſi cert.petat. ſicut regulariter ſcire debet,l.qui cum alio 19.ff.de reg.iur. eum filiumfamilias eſſe,l.pen.ff.eodem. Subuenitur etiam fideiuſſoribus ac mandatoribus, qui non donandi animo (nam ſi donent,cum nullum regreſſum contra filium patremue habeat ceſſat hic Macedoniani ratio) nec voluntate patris intereeſſerunt,d.l.ſed ſi,§.non ſolum,3.alioqui tolleretur beneficium SC.quia fideiuſſores conuenit repeterent actione mandati à filiofamilias quod eſſent exacti. Caſtr.& DD.l.1.2.Cod.de fideiuſſ.minor. Item hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque,cum agatur de rei perſecutione, l.item, 7.§.quamquam, 10.ff.eodem & in l.3.§.pen.l.minor, 18.§.vlt. cũ ſeq.ff.de minoribus. Vtile eſt autem hoc Macedoniani beneficium aduerſus creditores mutuę pecunię qualeſcunque etiam ciuitatum leg.nihil,15.ff.eodem,ſiue ipſi mutuũ dederint,ſiue alio dante ſtipulati ſint,l.item, 7.§.proinde, 7.ff,eodem. Item aduerſus ſocios,d.l.item,7.§.proinde. Sed & contra hæredes datur, & ſucceſſores qualeſcunque, dicta l.item, §.non ſolum, 6.adeò vt etiam ceſſionarius quaſi ſucceſſor ſingularis hac exceptione indiſtinctè repellatur, non tamen is, cui delegatio facta ex cauſa oneroſa. Caſtr.in d.§.non ſolum, per leg.dolo, 8.ff.de doli mali exceptio. Sed nec contra pupillos prodeſt, cum mutuum ſine tutore dare nequeant, & eorum ignorantia excuſetur, leg.tertia,§.proinde,ſecundo,ff.eodem. Neque contra minores indiſtinctè, ſed cauſa cognita, ſi paruerit eos curatorem habuiſſe, aut ſcire non potuiſſe, conditionem filijfamilias, dicta leg.tertia, §.proinde. Nam in pari fauore, & cauſa melius eſt creditori ſuccurri, qui de

damno

damno vitando certat,l. vlt.C.de codicil.l.vlt.§.licentia, C.de iur. delib.

4 Materia circa quam,proprie mutua eſt pecunia, vt hic dicitur,& l. 1.l. 3.§.penul.ff.eodem non reliquæ res,quæ mutuo dari poſſunt,vt frumentum,vinum,oleum,&c. quæ pondere numero,& menſura conſtant, leg.2.ff.ſi certum petatur, niſi fraus SC.quæra ſit,vt in l.item,7.§.ſi mutui,3.ff.eodem, quæ omni beneficio excluditur,l.2.in fi.ad S.C.Velleian.non reliqui etiam contractus, in quibus eſt συνάλλαγμα, quia non iã exhaurire,quam locupletare filiumfamilias potsũt,l.3.§ is autem, ff.eodem, niſi fraus (quæ tamen non præſumitur, l.dolum,6.C.de dol.mal.merito,51.ff.pro ſocio) SC.ſit excogitata, vt qui credere non potuit,magis ei vendidit, vt rei pretiũ haberet in mutui vicem,l.3 §. penult.ad l.item,in princ.ff.eo. l.quamuis,§.ſi cum eſſem,ff.ad S.C.Velleian.Sed nec in mutua pecunia tum obtinet Macedonianum, cum in rem patris mutuo accipitur, aut vertitur, vt filiusfamilias in eam rem accepit,quę patris oneribus incumbat,l.1.C.eodem,aut quos patris pietas non recuſaret,l 5.C.eodem, puta ſi filiofamilias alibi ſtudiorũ, vel legationis cauſa degẽti pecunia mutuo data ſit, d l.5.aut etiam præſentia in neceſſarios ſumptus, quos pater recuſare non deberet, gl. in d.l.5. dummodo probabilis modus non excedatur, eaque quantitas, quam pater ſolebat ſubminiſtrare,d.l.item,§.quod dicitur,1.3.ff.de Senatuſc.Macedonian.Nam ſic in rem patris vertitur, l.5.C eodem, qui ea propter de in rẽ verſo tenetur,vt ſupra diximus. Secus verò,ſi in eam cauſam accepta pecunia non ſit,nec enim proderit creditori poſtea conuerſam eſſe aut in peculio extare,l.ſed ſi pater.9 § hoc SC. a ff.eodem,quia ſeueritas Senatuſcõſulti omnem pecuniæ mutationem,non ex iuſta cauſa factam improbat,d.l ſed ſi,9 non conſiderato euentu,qui & alias nõ attenditur,l.ſed an vltro,10.ff.de negot.geſt maximè odio creditorum,l.qui exceptionem,40.ff.de condit.indeb. An tamen hac ratione excuſari quis poſſit in foro conſcientiæ videre licet apud Innoc.Panorm.nu.26.& alios in cap.Quia plerique, extra de immun.eccleſ. Videtur enim iniquum natura locupletari cum alterius damno,ſi extet in peculio pecunia,aut in vſus neceſſarios conuerſa ſit,l.nam hoc natura, ff.de cond.in d.l.ſi cum ſeruum,23 ff.ſi certi.pet.Cic libr.3. Offic. quemadmodum alibi dicitur, iniquiſſimum eſſe dominum ex furto ſerui lucrari,l.3 § ex furtiua,12.ff de pec.

5 Quod ad formam attinet, nihil refert, quomodocunque dat ſit pecunia mutuo,per ſe,an alium directo, an indirecto, l.item,7.§.proinde,7.ff eodem ſiue ſub vſuris,ſiue ſine vſuris d.l.7 §.ſiue autem,ff.eod.

6 Finis eſt.Ne filijfamilias ęre alieno pecuniarum creditarũ, quas prodigunt,grauati,vitæ parentum inſidientur, vt hic dicitur, verſ Quæ ideo ſenatus proſpexit, & in l. 1.ff.eod. Alter finis eſt odium creditorum, peſſima arte filiosfamilias corrumpentium, & deglubentium, l.1.ff.hoc tit. l.qui exceptionem,40.ff.de cond.indeb.

7 Effectus eſt, quod licet obligatio ex mutuo etiam hoc dato,vt & alias oriatur,tam naturales,l.quia naturalis,10 ff.eodem quam ciuilis,l.creditorem,18.ff.eodem, Caſt. & DD.l.1. C.eodem,vnde etiam petitionem oriri neceſſe eſt, d.leg.7.& pen.iuncta l.11.ff.eod. d.l.qui exceptionem, ff.de condict.indeb.ex regula,l.licet,42.§.ea obligatio,ff.de procur. tamẽ obſtat ei exceptio ex SC.Maced.d.l.qui exceptionem,quæ eſt litis vt arbitror,finitę ſi ad impediendum litis ingreſſum opponatur,d.l.7. 11.& paſſim,ff.eod. d l.qui exceptionem,præſertim cum ita detur,vt petitionem excludat, l.1.in princ. verb. Actior petitione,&c.ff.eod. quam nullam habere videtur creditor,qui perpetua exceptione à iudicij limine remoueri poſſit,l.non videtur,13.l.nihil 112.ff.de reg.iur.Nec ſolum datur hæc exceptio ante iudicium, vel eo pendente, ſed etiam poſt condemnationem ad impediendam iudicati exceptionem, l.tamẽ,11.ff.eodem. Nam quamuis regulariter exceptio poſt ſententiam non admittatur,l.peremptorias,2.C.ſentent.reſc. non poſ.tamen fallit in ijs, quæ iudicium retro reddunt nullum cap.examinata,15.extra de iudic.l.licet, 24.C.de procur. Felin.cap.exceptionem,12.nu.28.extra, de excepr. & ita gl.d. tamen 11.dummodo omiſſa ſit,dicta lege,tamen vndecimo, non etiamſi repudiata,l.Neſennius,41.ff.de re iud.hoc eſt oppoſita,& per ſententiam iudicis abiudicata.

8 Adiacet perſecutio,denegatio pignoris,l 4.C.eodem, & actio de peculio, &c.l.5.C eodem. Affine eſt beneficium S.C. Velleiani, quod mulieribus intercedentibus datur,d.l.tamen, 11 ff eod. Quanquam in quibuſdam differunt, vt in d.leg.qui exceptionem,40.ff.de condict.indeb. & caſu renunciationis, de quo gloſ.d.l.tamen.11.ff.eodem.

9 Contraria, quæ Macedonianum excludunt, ſunt, Dolus filijfamilias, & iuſta ſimplicitas creditoris, apud quem is ſe
a ſui iuris eſſe confirmauit & finxit, ac pro a tali palam ſe geſſit,leg.3.ff.eodem,leg.1.C.eodem. Omiſſio exceptionis,dict. leg.tamen, 11.ff.eodem, quam iudex non ſupplet, leg vnica, vbi Caſtrenſ.numero 3.C.vt quæ ſunt aduocat. part. Non
b etiam renunciatio b expreſſa gloſ. d.l.tamen. Nam non omnia expreſſe remitti poſſunt,quæ tacitè omitti,l.e.a.§.ſed quia veremur,4.vbi gloſ Cod de iureiurand.propter calumn.ſi filiusfamilias in ſchemate patrisfamilias publicè verſetur, d.le. 3.ff.eodem l.2.C.eodem,non per ignorantiam facti,l.vltima, ff.eodem, vel alias omne debitum agnouit, dict. leg.2.vt ſoluendo partem aliquam, poſtquam maior factus fuerit, vt ait gloſ.in d.l.2.verb.Agnouit, Sed non continuo debitum integrum agnoſcat, qui partem ſoluit. Quare rectius cum I.C. eſt dicere ſolutum repeti non poſſe, l.item, 7.§.vlt. ff.eodem ſi quidem ſcienter, non per ignorantiam facti. (Nam iuris non excuſat,l.error,9.Cod.ad leg.Falcid. Doct. in leg. 1.ff.de condict.indeb.) ſolutum ſit,l.cum tamen,8 ff.eodem,quamquam enim in fauorabili exceptione, qualis eſt Velleiani, hoc caſu ſolutum repeti poſſit, tanquam indebitum, d.le.qui exceptionem, ff.de condict.indeb. ex d.l.non videtur, l nihil intereſt,1 1 a ff.de regul iur. tamen ſecus eſt in iſta, quã non in fauorem filiorum familias,ſed in odium creditorum inducta fuit,d.leg. qui exceptionem. Iuſſum etiam patris excludit Macedonianum l.2. C.eod.Item mandatum, & permiſſio. l. 2 l.4.C.eodem,Ratihabitio,leg.vlt. C.eodem. In rem patris verſio, l 2.l.5.Co. eodem, contractus extra mutuum initus, l.3.C.eodem.

A D D I T I O N E S.

a *Vt ſi præpoſitus fuit vectigalibus publicis.*

b *Renunciare Senatuſconſulti Macedoniani beneficio expreſſo filius non poteſt, gl.in l.tamen 11.ff.ad Senatuſc. Macedonianum,& l.pen. C.eod. At renunciare poteſt mulier Velleiano, l. vlt.§.4.ff.ad Senatuſc.Velleianum, & merito. Nam Velleiano nuda cauſa bonorum continetur: Macedoniano vero ſcelerum cauſa mali mores peſſima exempla, parricidij, & cætera id genus.*

---

§. Illud vlt.

1 *De directa actione.*
2 *Actiones directa adherent oſſibus contrahentium.*
3 *De vtilibus.*
4 *Directa opponuntur vtilibus, & adiectitijs.*

1 Directo condici (hoc eſt perſonaliter agi,§ appellamus, ſupra de act.) poteſt domino, patriue,actionibus,quod iuſſu, de in rem verſo, inſtitoria, exercitoria, quia cum his contractum, intelligitur, ex quo mandato eorum, & voluntate contractum eſt, vt hic in fin. dicitur. Qui enim per alium fecit, ipſe feciſſe, & contraxiſſe videtur, l.1.§. deieciſſe, 12.ff.de vi,& vi arma,l.tertia,quinta, ff.quod vi, aut clam. Quod quoniam ſupra in harum actiunum explicatione declaratum eſt, non opus eſt hic repeti denuo, tantum id hic notetur,actiones directas dari in eum,qui contraxit, aut cuius iuſſu contractum eſt, non in alium: cum illæ ſic adhæreant oſſibus,vt aiunt contrahentium,inde vt auelli nequeãt, ſicut nec anima à corpore,l quis ergo caſus, 17.vbi gloſ. verb. In nominibus, Caſtr & DD.l.ſi Sticho, 53. vbi gloſs. ff.de pecul. leg.3.ff.pro ſocio,l.1.vbi DD.ff.de oblig.& actio.Specul. de ceſſione,§.1.Alb.l.legato, 37.ff.de leg. primo,Ang.conſil. 70.Ioann.de Imol.conſil 81 domino.in fin Caſtr.conſil.442. videtur,libro primo.Pla.Iaſon, & DD. § omnium. Inſtit.de action. Afflict.deciſ.Neapolit. 335.pro deciſione. Tiraquel. de retract. proxim. §.primo, Gloſſa ſeptima, numero decimo tertio, & §.vigeſimo ſexto. Gloſſa prima, numero 55.

3 Quamobrem quoties contra tertium danda eſt actio ex aliquæ æquitate (regulariter enim non datur ex regul.101. tit. C.res inter al.act.) toties vtilis non directa datur, l. Iulianus, decimotertio,§.ſi procurator, vigeſimo quinto,ff.de action. empt.cum ſimilibus, quæ effectu parum diſtat, l.antepen.ff. de neg.geſt.

4 Notetur, & illud, directas non tantum opponi vtilibus ve-
a rum etiam adiectitijs, a de quibus hoc in tit.tractatur.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

a *Adiectitiæ actiones hic dicuntur, quæ non ſunt actiones propriæ, ſed qualitates potius adiectitiæ aliarum actionum, bonæ fidei, vel ſtricti iuris: quarum ideo naturam aſſumunt. Et ſic qualitas illa. Quod iuſſu, Inſtitoria, Exercitoria, & ſimiles prout adiecta ſunt bonæ fidei vel ſtricti iuris iudicijs, bonæ fidei vel ſtricti iuris, ſunt, vt notantur in l. mandaſti, 46. ff. de negot geſt. Adde quæ dicta ſunt ſuperius § actiones, cap. de peculij actione, num. 10.*

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS.

TITVLVS VIII.

1 *Continuatio.*
2 *Noxa quid, & noxalis actio.*
3 *Propria.*
4 *Species.*
5 *Cauſa.*
6 *Cuius, & contra quos detur.*
7 *Materia.*
8 *Forma.*
9 *Finis, & effectus.*
10 *Affinia.*
11 *Contraria.*

1 Dictum eſt, quomodo ex contractibus ſeruorum filiorumve domini, & patresfamilias teneantur. Quoniam vero non tantum ex contractibus verum etiam delictis obligationes exiſtunt, l. omnem, 20. de iudic. leg. 1. leg 4. & paſſim, ff. de oblig. & ſupra de oblig. quæ ex delict. naſcun. conſequens eſt exponere, quomodo ex his actiones in eos dentur, quorum in poteſtate ſunt, qui deliquerunt, hoc eſt, priuatum aliquod delictum commiſerunt. Nam de hoc genere tantum hic agitur, quod exempla ſubiecta oſtendunt, qui furtum fecerint, bona rapuerint, damnum dederint, iniuriam commiſerint. Hæc enim priuata eſſe delicta ſupra declaratum eſt in huius lib. tit. 1. 2. 3. 4. De criminibus vero non hic, ſed ſuo loco tractatur, inf. de pub. iudicijs.

2 Noxa eſt ipſum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina iniuria. Noxa ipſum corpus, quod deliquit, vt hic dicitur, in princ. illa cauſa eſt, hæc effectus. Propriè noxa pœna eſt, vnde noxæ, hoc eſt, pœnæ dedere, & infra de officio iud. & l. quid ſit, 17. §. quod aiunt, 17. ff de ædil. ædict. Quia vero corpus pœnæ deditur, rectè & hoc noxa vocatur, quomodo maledictum in ſcripturis corpus maledictioni denotum.

Noxalis igitur, eſt quælibet pœnalis actio, quæ ex delicto ſerui in dominum datur alternatiuè, vt aut damni, quod petitur, æſtimationem præſtet, aut ſeruum noxæ dedat. Noxales, inquit caſus lege 1. ff. eodem, actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa atque maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur, quarum actionum vis atque poteſtas hæc eſt, vt ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquerit, euitare litis æſtimationem.

3 Proprium noxalium eſt, quod non ſint directæ, ſed in harum locum potius ſuccedant, leg. electio, 26. §. ſi is, 4. ff. eodem, hoc eſt, non detur in authorem maleficij, ſed vtiles in eum, qui non deliquit, puta dominum, §. omnis, hoc tit. quomodo vtiles directis opponuntur, etiam ſupra tit. pro. quod cum eo, qui in aliena poteſtate, quamquam alio reſpectu, nempe domini, etiam rectè dicatur directo agi, dicta lege, electio, §. 2. & 4. ff. eodem. Item quod non ſint puræ, ſed alternatiuè concipiantur, nempe, vt dominus aut damnum præſtet aut noxium corpus noxæ dedat. Quod in ſolidum, l. 5. ff. eodem, quamuis dedendo beneficio legis á ſolido liberetur condemnatus, leg. miles, 6. §. 1. ff. de re iudic. Quod ſint perpetuæ, l. penult. §. vltimo, ff. eodem, dummodo actio, cui adhæres hæc qualitas, perpetua ſit, l. 4. C. eodem. Abſurdum enim eſſet acceſſorium ſine principali durare, l. cum principalis, 17. 8. ff. de regulis iuris tanquam accidens abſque ſubſtantia cui accedat. Quare noxalis vi bonorum raptorum infra annum in quadruplum datur, nec enim rapinæ actio diutius durat, lege prima, ſecunda, & paſſim, ff. vi bonorum raptorum, poſt annum in ſimplum, per legem in quartam, C. eodem, quia hæc eſt perpetua, d. le. 1. & 2. Quod perſonales, dantur enim ea delicto, d. l. 1. ff. eodem, iunc. §. 1. ſupra de act. non ratione dominij, leg & generaliter, 28. ff. eodem. Vnde tranſeunt in ſucceſſores actiue, l. penul. ff. eodem, non tamen paſſiuè, niſi poſſideant, l. noxalis, 7. d. l. penult. ff. eo. Sed nec diuiſionem recipiunt, l. ſi ſeruus, 27. §. 1. ff. ad leg. Aquil. quia pro parte noxæ dari nequit, leg. ſi ſeruus, 8. ff. eod. eoque cum quolibet domino in ſolidum agitur, l. 5. ff. eod. le. 1. §. noxæ autem, 14. in fine, verbo. Sicut in homine, ff. ſi quadr. pauper. fecdica, quod alternatiue, &c.

4 Species noxalium duæ ſunt. Eſt enim aut legitima omnia noxalis, aut honoraria, §. ſunt autem, hoc tit. l. pen. l. vlt. C. eod. l. 2. ff. eodem, ſicut & reliquæ actiones, §. ſed iſtæ, 3. ſup. de act. quibus actionibus in legibus additum eſt caput de noxa. & quæ legitimæ ſunt, vt actioni furti nec manifeſti, ex l. 12. d. §. ſunt autem, hoc tit. le. 2 ff. eodem. Nam manifeſti ex iure prætorio eſt in princip. infra de perpet. & temp. action. Item actioni damni iniuria dati ex leg. Aquilia, dict. l. 2. §. 1. ff. eodem. Cum vero prætor clauſulam de noxa ciuilibus, aut prætorijs actionibus adiungit, noxalis eſt honoraria, etiamſi directa ciuilis ſit, leg. ſi plurium, 39. ff. eodem, ſicut adiecit actioni Iniuriarum, dict. § ſunt autem, quæ tamen aliquando ciuilis eſt, le. lex Cornelia, 5. ff de iniur. & vi bonorum raptorum, d. §. ſunt autem, leg. 1. in princ. ff. vi bonorum raptorum. Sic adiecit actioni de his, qui deiecerunt, leg 1. in princip. ff. de his qui deiec. quæ eſt prætoria, d. leg electio, 26. §. 2. ff. eodem. Eſt & noxalis, quas cuiuſcunque actionis nomine etiam ciuilis, dict leg. ſi plurium, prætor dat contra eum, qui mentitus eſt ſe poſſidere, dict. leg. electio, 26. §. neque, 5. ff. eodem, aut dolo poſſidere deſijt, leg quoties, 21. § prætor, 2. dicta lege electio, §. 1. 24. cum ſeq. dict. leg. ſi plurium, ff eodem.

5 Dantur ea maleficijs ſeruorum priuatis, l. 1. ff. eodem, furto, damno, rapina, iniuria, quæ hic recenſentur, item dolo, metu, ex beneficio legis, quo dominus conſulitur, ne ſupra corporis ſerui æſtimationem teneantur, l. miles, 6 §. 1. ff. de re iudicata.

Cauſa proxima actionis à parte agẽtis non eſt dominium, l. generaliter, 28. ff. eodem, vt in realibus, l. vnica, C. de alien. iudic. mutand. Sed obligatio ex delicto ſerui, ad damnum repetendum agenti quæſita, dict leg. 1. à parte rei dominium, leg. penult. in fin. ff. eodem, vel aliquid, quod pro dominio ſit, vt poſſeſſio bonæ fidei, leg. bona, 11. eodem, vel malæ, l. non ſolum, 12. ff. eodem, Defenſio, l. ſi plurium, 39. §. 1. ff. eodem, dolo deſijſſe poſſidere, d. l. quoties, 21. §. prætor, 2. leg. ſi bona, 12. ff. eodem, vel inficiari poſſeſſionem, d. l. electio. 26. §. neque 5.

Cauſa impulſiua eſt ratio, quod iniquum erat, nequitiam ſeruorum vltra illorum corpura dominis damnoſam eſſe, vt hic, §. 2. verſic. Namque, leg. 2. Cod. eodem, l. 2. ff. eodem, l. Rurſum, quoniam iniquum eſt, illos tantum peculio tenus ex delicto ſerui teneri, cum hac ratione impune ſeruus eſſet euaſurus contra regulam, qua traditur, delicta non oportere manere impunita. Si tamen ſeruus domino noxam commiſerit, nulla eſt actio, §. ſi ſeruus, per hoc tit. quia nulla conſtat inter hos, qui pro eodem ſunt, obligatio, l. 1. Co. eodem, l. vltim. C. an ſeruus pro ſuo facto, etiamſi poteſtate abierit, l quod dicitur, 18 ff. de furt. quoniam actio nulla rata fuit, l. 1. C. eodem. Quamobrem, ne, ſi ſeruus quidem alienus in te deliquerit, ſuper erit noxalis, ſi in tuam poteſtatem venerit quia in eum caſum deducta eſt, vnde incipere non potuit, l. quia, 16. ff. ad lege Aquilia, leg. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. haben. l. ſi à me, 11. ff de iudic. nec ea ſemel extincta reuiuiſcet, etiamſi illa exeat, §. pe. hoc tit. ex regul. leg. qui res, 98. §. aream 8. ff. de ſolu.

6 Datur, vt ſuperiores, omnibus quibus à ſeruis dolo culpane damnum illatum eſt, vt paſ. hoc titul. ff. eodem. In ſeruum, qui deliquit, non datur noxalis (eſt enim pecuniaria petens damni æſtimationem, quam conditio ſerui facit inanem, leg. nam is, 6. ff. de dolo malo, itaque, 12. ff. de furt. vt qui nullam pecuniam habeat, leg. hos, 12. § vltimo, ff de accuſ.) ſed datur in eum directa tantum, ſi liber euaſerit, §. omnis, hoc tit. Quare, quod dicitur, §. vltimo, hoc titul. in ſeruos tantummodo noxales actiones eſſe proponendas, ſic accipe tantum nomine, & ex delicto ſeruorum proponi, leg. apud, 21. Cod. de fur. Datur ergo noxalis in dominum ſerui, cui ſicut hic omnem pecuniam acquirit, ſic etiam merito, damnum, quod ex pecunia debetur, arg. l. 1. in princip. ff. de inſt. act. Cum autem cum noxio capite noxalis ambulet, lege prima, C. eodem datur in quemuis, cuius tempore agendi ſeruus, ſit in poteſtate, etiamſi apud alium deliquerit, §. omnis, hoc tit. leg. noxalis, 7. ff. eodem lege 1. §. & cum etiam, 12. ff. ſi quadru. pau. feciſ. dicat. Datur etiam in ignorantem, vel prohibentem, lege ſecunda, lege tertia, C. eodem, aut prohibere nequeuntem, lege quarta, C. eodem. Ceterum qui iubentem, conſentien-

Digitized by Google

ſcientem, neque cum poſſet prohibentem, tenet directe actio, detracta nox mentione, leg 2. ff. eodem, l. 4. C. eodem etiam poſtquam ſeruus alienatus eſt, tanquam ex ſuo delicto dict. leg. 2. §. 1. leg. 5. ff. eod. cuius tamen actio in hæredem non tranſit, l. 5. ff. eodem, ex regula, leg. omnes, 139. ff. de reg. iur. Nam ſcientia eius, qui prohibere poteſt pro voluntate eſt lege ſecunda, tertia, quarta, ff. eod. Datur autem in plures dominos, & in quemuis eorum, lege quinta, ff. eod. in ſolidum, leg. ſi ſeruus communis, 8 ff. eodem quia diuiſionem non recipit, dicta lege, ſi ſeruus, etiam bonæ fidei poſſeſſorem lege bona, 11. ff. eodem atque adeo malæ quoque fidei poſſeſſorem, dum tamen pro ſuo poſſideat, nec enim meliori in conditione debet eſſe mala fides, quàm bona, lege non ſolum, 13. ff. eodem non etiam, qui nulla opinione domini poſſident, vt eſt Vſufructuarijs, leg is qui, 18. cum leg. ſeq. §. primo, ff. de noxal. actio. Creditor, leg. ſi ſeruus, 22 §. primo, ff. eodem. Commodatarius, Depoſitarius, dicta lege, ſi ſeruus, in princip. niſi pro ſuo intereſſe, negligente domino, intercedant, leg. electio, 8. §. vltimo, ff. eodem, ſed dominus hic conuenitur, dicta leg. is qui dicta leg ſi ſeruus etiam quoties ei dominium ab alio auferri poteſt, l. ſi quis, 36. ff. eodem, aut qui ſe pro domino offert, leg. ſi plurium, 39. §. primo, ff. eodem. Datur etiam ſucceſſoribus hæc actio, lege penult. ff. eodem, & in ſucceſſores, non tamen vt ſucceſſores, ſed vt dominos, & poſſeſſores, dicta lege penult. in fin. leg. 1. §. vltimo, ff. ſi quadrup. paupe. Quamdiu ſeruus viuit, lege noxalis, 7. ff. eodem, non nunquam etiamſi dominium abſit, vt ex inficiatione, dicta lege, electio, §. neque, 5. ff. eodem. Filiorum familias eadem olim erat ratio, §. vltimo, hoc titul. Cum omnia parentibus, tanquam dominis acquirerent, nihil ipſi in bonis retinerent ſupr. per quas perſon. nob. acquir in princip. Nec multum patria poteſtas à dominica differret, leg. in ſuis, 11. ff. de lib. & poſth. leg. ſecunda Codic. de patribus, qui filios diſtrax. Nec abſurdum videretur quamuis parentes illis adimere libertatem non poſſint, lege vltima, Cod. de pat. poteſt. tamen, & illos ex ſuo delicto ſeruos quadamtenus fieri, leg. ſecunda, & tot. titul. ff. de pœn. non quidem in perpetuum, ſed donec damnum datum ſarciretur, §. dominus, hoc tit. Sed hoc, poſt iniquum viſum eſt, ex delicto præſertim ciuili, & priuato auferri filijsfamilias libertatem cum patribus familias ex hac cauſa, quæ non ſit capitalis auferri non ſoleat, quos, cum fas non ſit in noxam ex tali delicto ducere, cur illud in filijsfamilias & filiabus, quæ idem ius libertatis habent, cum periculo etiam pudoris admittatur? d. l. vlt. ff. hoc tit.

7 Materia ex qua, non ſunt contractus, ſed noxæ, & maleficia ſeruorum, lege prima, ff. eodem, priuata, in principio, hoc titul. Materia circa quam, corpus ſerui, & quidem ſolidum leg. ſi ſeruus, 8. ff. eodem, cum quo hæ actiones ambulant, & tranſeunt in quemuis poſſeſſorem, leg. vlt. leg. noxalis, 7. & paſſim, ff eodem, §. omnis, hoc titul. aut litis æſtimatio leg. generaliter, 28. verſ. litis æſtimationem ſufferat, l. ſi ſeruus, 8. paſſim, ff. eodem.

8 Noxalibus actionibus permittitur dominu damnato, aut litis æſtimationem offerre, aut ipſum hominem noxæ dedere, leg. 3. 4. Cod. eod. in princip. hoc tit. Nam ſic condemnari debent, vt aut noxæ dedere, aut condemnationem ſufferre habeant in ſua poteſtate, leg. 2. Codic. eod. leg miles, 6. §. 1. ff. de re iudica. Cum autem ſententia congruat libello, lege vlt. Codic. de fideicommiſſ. liberat conſentaneum eſt his actionibus ſic alternatiue oportere agi, vt dominus aut damnum, aut noxam præſtet lege prima §. cum arietes, 11. verb. competeret actio, quamobrem, &c. & §. interdum, 15. in verb. in hoc, non conuenietur vt noxæ dedat, ff. ſi quadr. pauper. feciſſe dicat. Ibi autem agi, & exhiberi etiam à reo ſeruus debet, vbi deliquit, lege vltim. ff. eodem, & intra tempus cuique actioni perfinitum, leg. 4. Cod. eodem, & exacta ſatiſdatione, ſi alienus defendatur, l. ſi plurium 39. §. 1. & 2. ff. eodem.

9 Finis eſt, ne delictum ſerui alijs noceat, & impunitum maneat, domino vero, ne vltra corpus ſerui noceat, in princ. hoc tit.

Effectus, quod dominus noxali conuentus, ſeruum noxæ dedendo liberetur ex beneficio, leg. miles, 6. §. 1 ff. de re iudic. dummodo in ſolidum dedat, non partim leg. ſi ſeruus, 8. ff. eodem, & in perpetuum eius ſerui dominium à domino transfertur in eum, cui ſeruus deditur, §. 1 hoc tit. & cui dominium acquiritur, dicta l. electio, §. vlt. ff. eo. aut cauſa dominij, leg. & generaliter, 28 ff. eo. non quidem pleno Quiritum iure, ſed quo ad damnum reſarciatur. Thæophilus hic leg. a. & ſi ex noxali cauſ. vnde dictus ſeruus relictus in bonis eſſe dicitur, quam vero Quiritum iure dicta leg electio, §. vlt. ff. eodem. Ex hac enim cauſa noxæ ſit deditio. Quamobrem ſi damnum aliunde reſarcire ſeruus actori cui deditus eſt, poſtea poſſit, auxilio prætoris, nimirum contra ſubtilem ſtrictamque iuris rationem, quæ inuito ius ſuum auferri non patitur, etiam inuito domino, manumittitur, §. tertio hoc titul. vbi Theoph. cum fauore libertatis, tum quia, ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, capit. cum ceſſante, de appellat. Tiraq. late in tract. ceſſante cauſa. Sed etſi dominus non ſit conuentus, tamen ſufficit eum cedere toto illo iure, quod habet, ſiue poſſeſſionis, l. bona, 11. ff. eodem, ſiue alterius, l. ſi hæres, 16. ff. eodem.

10 Affinis maxime eſt directa, quæ in delinquentem datur. Vt enim alias in ſymbolizantibus facilis eſt tranſitus, ſic etiã noxalis tranſit in directam ſeruo manumiſſo, § omnis hoc titul. 1. Cod. eodem, contra directa fit noxalis, ſi nocens ex libero ſeruus factus ſit, dict. §. omnis hoc titul. Ceterum directa ex his delictis priuatis non datur in ſeruum, cum actio ſit pecuniaria, quæ hunc non tenet leg. hos accuſare 12. ff. de accuſat. Quod ſi tamen ex his agatur extra ordinem, ſicut agi poteſt, leg. vltima, ff. de furt. lege vltima, ff de iniurijs videtur poſſe directo cum hoc agi, præſertim cum in ſeruili corpore facile ad verbera, & in caput etiam ex leui delicto, eatur, leg. capitalium, 28. §. vltimo, leg. in ſeruorum, 10. ff. de pœnis. Nam extraordinariæ, & capitales actiones pœnales, quæ in corpus, non bona diriguntur, etiam ſeruos directo tenent, leg. tertia, leg. quarta, Cod. eodem, dicta leg. hos accuſare. Affinis eſt, & directa, quæ datur in filiumfamilias ex ſuo maleficio quandoquidem noxalis in eum non habeat locum, §. vltimo, hoc titul. qui quidem ſi ſatisfacere nequeat pater peculio tenus eius nomine poterit cõueniri, leg. noxali, 33. cum ſeq. ff. eodem, leg. filiusfamilias, 13. ff. de iudic. leg. 1 § ſi filius, 7. ff. de his qui deiecerũt vel poteſt etiam hic obtioere reg. vt qui non habet in ære, luat in corpore, leg. penultima, & l. vltima, ff de in ius vocando. Item directa, quæ detracta noxæ mentione datur in dominum conſentientem, vel cum poſſet, non prohibentem, leg. 4. Cod. eodem, l. 2. 3. 4. 5. ff. eod. tanquam contra conſcium, leg. 4. §. detracta 3 ff. eodem, & quidem in ſolidum, leg. quinta ff. eodem, vel in dominium, qui dolo poſſidere deſijt, vel ſe poſſidere negauit, leg. quoties, 21. §. prætor, 2. ff. eodem, mendacij enim pęna eſt in ſolidum, & poſſe exigi, lege prima, §. interdum, 15. ff. ſi quadrupedes pauper. feciſſe dica etiam plures aut ſingulos, quemadmodum ſi plures deliquiſſent, leg. 5. ff. eodem. Et alia directa de eo quod ad dominum ex delicto ſerui peruenit, leg ſi ſeruus, 4. C. eodem (nam iniuſta lucra cuius poſſeſſori extorqueri iuſtum eſt) hoc eſt condictio, vt volunt, lege vltima, verbor. condictione, vbi gloſſ. Cod. eodem leg. proinde, ff. de condictio, furt. aut quo ad res extantes, etiam vindicatio, dicta lege vltima, quarum altera alteram conſumat, cum vtraque rei ſit perſecutoria, gloſ. dicta lege vltima, per lege, nemo ex his, 43. § quoties, ff. de regul iuris. Item noxæ deditio, ſi dominus ſuſcipere nolit iudicium, dicta lege noxali, 33. l. vlt. ff. eodem, & ductio eius, qui non defenditur, lege is, qui 32. lege electio, 26. §. vltim. lege ſi plurium, 39. § vlt. leg & generaliter, 28 §. vltimo, ff. eodem, vel pro derelicto habetur, quæ derelictio dominum actione liberat, lege quemadmodum, 38. ff. eodem, ſed ſi dominus ſeruum non exhibeat, vel dolo ſe exhibere non poſſit in ſolidum actio detracta noxæ mẽtione datur, dict. leg. quoties 21. §. 2. cum multis ſeq ff eodem Item exceptio, & replicatio doli, de qua in lege, & generaliter, 28. ff. eodem. Actio ad exhibendum, quæ datur agere de noxa volenti, leg de eo, & ſæpius, ff. ad exhibendum, quæ etiam cum hac rectè poteſt cumulari, argum. dict. lege quoties, 21. §. quod ſi, verbo, neque exhibet, & paſſim, ff eodem.

11 Contraria ſunt, ſi ſeruus libertatem adipiſcatur, §. penult. hoc tit. aut in eius poteſtatem tranſeat, cui deliquit, dict. §. penult. aut deceſſerit priuſquam lis conteſtetur, leg. noxalis, 7. l. electio, 26. §. ſi is, 4. ff. eod. vel ab ignorantem mortem lis cõteſtata ſit, leg. pen. §. ſi ff. eod. morte enim noxæ noxalis tollitur, d. leg. 7. Item exceptio rei iudicatæ ſi cum domino, tanquam conſcio ſine noxę dedictione actum ſit, & eo abſoluto noxalis intenteiur, l. 4 § ſi detracta, 3. ff. eo. vel litis pendẽtis, ac ſolutionis inde factæ, vt ſi à pluribus, noxali dominus cõueniatur, cũ eum omnibus noxe dedere nequeat ei, qui prius ad ſententiam peruenit, ſoluendo, à reliquorum actione liberatur, leg. ſi quis, 14 ff. eodem. Nam deditio ſerui omnẽ noxalem tollit, d. l. electio, §. vlt. ff. eod. niſi tamen ex ſcientia cõueniatur, quæ viliſſimi hominis deditione actionẽ non tollit, l. ſi ex duobus 17. ff. eod. Si ſeruus non ſit in poteſtate abſ-

Digitized by Google

que dolo domini malo, l.quoties, 21.§.2.ff.eod. quo nomine iuſiurandum præſtatur, aut abſque noxæ mentione, fit in ſolidum condemnatio, tanquam ex contumacia, d.l.quoties. §. 2. & 3. Ceterum huius iuriſiurādi exceptio non obſtat, ſi poſt deprehendatur ſeruus in domini poteſtate, d.l. quoties, §. vlt. cum hic ceſſet iuramenti cauſa, & conditio, & proinde effectus l. vlt. C. de non num.pec. Si pro derelicto habeatur, leg. quemadmodum, 38.§.1.ff. eod. vel deferatur neque defendatur, d.l.noxali ff.eod. dum tamen ſine dolo malo, nam ſi dimiſerit, ne agi cum eo noxali poſſit, quaſi dolo deſierit poſſidere, cum exhibere poſſit, tenetur l.ſi bona, 12.ff.eodem niſi ius ſuum omne recuſando iudicium ad actorem transferat, leg. non ſolum, 29.ff.eod. Item exceptio doli mali, l.ſi plurium, 36.§.2.& 3.ff.eodem.

SI QVADRVPES PAVPERIEM feciſſe dicatur.

TITVLVS IX.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit pauperies, & de pauperie actio.*
3 *Eius propria.*
4 *Species.*
5 *Cauſa.*
6 *Cui, & aduerſus quos detur.*
7 *Materia.*
8 *Forma.*
9 *Finis.*
10 *Affinia.*
11 *Contraria.*

1 Cauſa eadem, quæ ſeruorum eſt, & iumentorum in materia noxali, vt horum quoque ex delictis noxaliter domini teneātur actione, leg. 12. Tabularum. Si quadr.pauper. feciſſ. dicatur in princ. hoc tit. leg. 1. ff. eodem, quæ lex voluit, aut animal, quod noxam commiſit, aut æſtimationem noxæ, hoc eſt, delicti & damni facti quaſi ex delicto quadrupedis præſtare, d.leg. 1.princip.ff.eod. ſeu, vt alibi ſummatim verbis ipſius legis fortaſſis effertur, aut noxam id eſt damnum ſarcire, aut in noxam, hoc eſt, pro damno animal dedere oportere, l. 1. §.cum ariete, 11.ff.eodem. Ea etiam actio de pauperie vocatur §. vlt. hoc tit & noxalis, l. 1.§.& cum 12.eodem in princip. hoc tit. verſ. hæc quidem ad noxalem, quoniam petitur, vt in homine, ſeu actione noxali, d.l.1.§.& cum, 12. in fin. aut noxam ſarcire, aut nox dedi oportere animal, quod pauperiem fecit, d l.1.§.cum arietes, 11.in fin.§.eodem.

2 Pauperies, eſt damnum ſine iniuria facientis datum, nec enim animal, quod ſenſu, hoc eſt, ϰαταφρονεῖν nocendi vel iniuriandi caret, vnde iniuriæ pendent, l. 1.ff de iniurijs, leg. qui ea mente 65. ff. de furtis, poteſt videri iniuriam feciſſe, in princ. hoc tit. l. 1. in princ. ff eod. Actio de pauperie, eſt actio perſonalis ex l. 12. quæ ob damnum ab animali datum competit in eius dominium, vt aut damnum reſarciat, aut animal, quod nocuit in noxam dedat.

3 Propria eadem, quæ noxalis actionis, de quibus ſupra, vt quod diuiſionem non recipiat, l.ſi ſeruus, 27.§. 1.ff. ad l. Aqui. l.1.§.& cum, 12.in final. hoc tit. quod alternatiua, d.l. 1.§.cum arietes, 11.in fi. non in ſolidum, d.l.1.§.pen. verb. litis æſtimatione, ſed in ſolidum, noxalis actionis, d.l.1.§.noxæ autem 14. in fin. verſic. erit in ſolidum noxalis, actio, ff.eod. Rei perſecutoria, eoque in hæredem tranſitoria, d.l.1.§ vlt. Legitima Cuiac. ad Paul. lib. 1.c.15 in fi. quia ex lege deſcendit, d. l.1. in princip.

4 Eſt, vel directa ex verbis legis, cum quadrupes pecus nocuit d.leg. 1.& paſſim, ff.eodem, vel vtilis ex ſententia legis ſi aliud animal, puta ferum canis, bipes reptile piſcis nocuerit, l. pen.ff.eod.

5 Cauſa, ex qua datur hæc actio eſt, ſi commota præter genitalem feritatem beſtia nocuerit, d.l. 1.§.4.& hoc tit. ver. hæc autem actio in ijs, quæ contra naturam mouentur, locum habet. Quod ſi genitalis, ſit feritas, huic actioni locus non eſt, d.leg. 1.§.in beſtijs, 10.& hoc tit. verſ.ceterum, ſi genitalis directæ, ſcilicet, Nam, quamdiu ſera in domino eſt alicuius, vtilis competit. Paul. lib. 1.cap. 15.§.vlt. verſ. prætor, hoc tit. d.l §. ſed, & ſi, §.& generaliter, 7.leg.2 §.ſi quis, ff.eodem. Itaque ſi vrſus fugit, & tunc nocuit, non poteſt quondam dominus cōueniri, quia deſinit eſſe dominus, vbi ſera euaſit, d.l. 1.§.in beſtijs. Quod ſi recipiat, vtique tenebitur hac actione, vtiliter ſaltem, Paul. libr. 1.cap. 15. vbi Cuiac. d.§. vlt. verſ. prætor hoc titul. Iure vero Saxon. detracta noxæ mentione in ſolidum Landr. lib. 2.artic. 40. Fachs differ. 68. Reinhard. differ. pen. 16. Oportet autem ferociam eſſe ſpontaneam, & ex ſe commotam, d.l.1.§.4. nam ſi ex alieno, ſit inſtigata, aliæ actiones ſuppetunt, vt l. Aquiliæ, d.leg. 1 §.4. vt ſi eum equum permulſiſſet quis, vel palpatus eſt, calce percuſſit, d.l. 1.§.4. aut alia quadrupes aliam concitarit, d.leg. 1.§.8. quo caſu in dominum concitantis eſt actio, d.leg. 1.§.2. Semper enim in eum, qui damni cauſam dedit, dirigitur hoc actionū genus, d.l. 1.§.4.7. paſſim, ff. hoc tit. quia is damnum dediſſe videtur. Nec intereſt vtrum corpore ſuo quadrupedes pauperiē dedit, vt ſi equus calce, bos cornu percuſſerit, an per aliam rem quam tetigit, vt ſi plauſtro bos obtriuerit aliquem, vel alia re deiecta, d.leg. 1 §. ſiue autem, 9. aut onus in aliquem onerata quadrupes euerterit, d l.1 §.4 Cum arietes, vel boues committunt, & alter alterum accidit, ſi prouocās perijt, nulla eſt actio, ſin prouocatus agi poteſt, d.leg. 1.§.cum arietes, 11 Ex quo duæ notantur regulæ, quòd ſcilicet, cum quis, ſe contra agreſſorem defendit naturale ius omnibus animantibus inditum eſt, l. 4. ff. ad leg. Aquil. Cicer. lib. 1. Offic. impune euadere, non modo à pœna crimina, leg. qui aggreſſorem, 15. Cod. de ſicar. ſed etiam pecuniaria l. Aquiliæ vel ſimil. l.ſi ex plagis, 52.§.1 ff.ad leg. Aquil. Ceterum, ſi quis immiſerit ſe in alterius tabernam atque ibi ab alligato cane feroce læſus ſit, actionem non habet leg. 2. in fin. ff. eod. nec enim domi, ſed in publico feram beſtiam in ea parte, qua populo iter eſt, prætor ſeu edilis alligari prohibet, leg. qua vulgo, 42. ff. de edil. edict. & in fin. hoc tit. Paul. lib. 1. ſenten. cap. 15.§. 1. Ceterum ſi à ſoluto læſus, ſit erit actio, nec enim improbum animal ſolutum habere conuenit, d.l.2. in fine. At ſi animal pecur. vt equus, mula, pauperiem fecerit, vbicumque hoc, & quomodocumque fiat, erit actio, leg vlt. ff. hoc tit. Eſt igitur à parte agentis cauſa damnum acceptum, l 1.& tot. tit ff eodem, ſeu aliquod intereſſe, l. 2 ff. eodem à parte rei damnum ab eius animali datum, & dominium, quod in noxa habet, l. 1. §. in beſtijs, verb. non poteſt conuenire, quia deſijt dominus eſſe, & §. vlt. in verb. ſed eo iure, quo domini ſunt.

6 Datur hæc actio cuilibet damnum paſſo, d.leg 1. & paſſim hoc tit non tantum domino, vt in l. Aquil. l.item Mela, 11.§. legis, 6.& § eum cui ff. ad l. Aquil. verum, & alij quorum intereſt, vt commodatario fulloni. Cum enim domini nomine damni in re dari teneantur, pari damnum à quadrupede, quæ pauperem fecit videntur, l. 2. ff. hoc tit. etiam hæred. cæteriſq; ſucceſſoribus, vt bonorum poſſeſſoribus, d.l. 1. §. vlt hoc tit. vt pote cum ſit rei, nimirum damni perſecutoria. Non tamen ijs, qui ſua culpa factove damnum fecerunt, vt qui feram irritarunt, Paul lib. 1. tit. 15. in fin. d.l. item Mela, §. item cum ff. ad l. Aquil. vel ſe in locum domeſticum, vbi fera alligata eſſet immiſerit, leg. 2. in fin ff. eod. quod ſecus erit in pecude ſoluta leg. vlt. ff. eod. Aduerſus dominum quadrupedis, non cuius fuit, dict. leg. 1.§. in beſtijs, 10. etiam cum noceret dict. leg. 5. §. & cum 12. ſed cuius, nunc eſt dict. leg. 1. § & cum, & quidem ſi plurium ſit animal aduerſus ſingulos in ſolidum dict. leg. 1.§. noxæ autem, 14. quoniam noxalis eſt actio, dict. §. & cum, in fin. Noxæ autem dedi partim nequit, ſed in ſolidum leg. ſed ſeruus, 8 ff. de nox. act. In ſolidum ergo quiſque conuentus condemnatur, ſi tamen vt competente actione, quicquid ſociorum nomine præſtiterit conſequi ab ijs poſſit, dict. leg. ſi ſeruus. Aduerſus hæredes, ceteroſque ſucceſſores vt bonorum poſſeſſores, fideicommiſſarios vniuerſales, non iure ſucceſſionis, ſed eo iure, quo domini ſunt, competit, dict. leg. 1.§. vltim. In cuſtodem non datur hæc actio noxalis, quia à domino pendet, dict. leg. 1. §. fin. leg. penult. ff. de nox. act. ſed vel Aquiliæ, d. leg. 1. §. primo, ver. tenebitur, qui canem tenebat, vel extraordinaria, pro modo admiſſi, Paul. libr. 1. ſent. tit. 15.

7 Materia huius actionis eſt damnum, ſiue pauperies, & paſtus pecoris. Paul. lib. 1. ſentent. cap. 15. l. qui ſeruandarum 14.§. vlt. de præſcriptis verbis, de quo lex ſeorſum locuta eſt, quia paſcere proprie non eſt damnum dare, ſed vti, leg qui occidit, 30.§ ſi quis alienum, ff ad leg Aquil. nec intereſt qua in re damnum datum ſit vtrum in homine, d.l. 1. § 1. cum ſeq. l. 2. l. vlt. ff eodem Seruo, an libero, l. 3 ff. eod in quo non deformitatis ratio habetur: nec enim liberum corpus æſtimationem recipit, ſed impenſarum curationis, & operarum amiſſarum, l. 3. ff. eod. an animali, d.l. 1.§ cum arietes 11. an vero rei inanimatæ, l. 2. verb. ei cui res commodata. Item fulloni, ff. eodem.

Nec intereſt effectus cuiuſmodi ſit animal. Quamuis enim lex 12 tantum de quadrupede pecude, loquatur Cuiac. ad Paul. lib. 1. titul. 15. quo nomine canis non comprehenditur l. 2. ff. ad leg. Aquil. multo minus beſtia d.l. 2. leg. 1.§. in beſtijs,

10.ff.

Digitized by Google

10.ff.eod.& hoc tit.verſ.ceterum,tamen poſt lege Peſuliana, Paul.præall. loco,ad canem idem extenſum eſt,d.l.1.§. ſed & canis,l 2. verſ.à cane feroce, ff.eodem,& vtiliter, ad quoduis animal,quod pauperem fecit,l.pen.ff.eo.& hoc tit.in fi. verſ. præter has autem. Venit in hanc actionem aut litis,hoc eſt, damni,quod in lite petitur,æſtimatio,aut noxæ deditio,d.l.1. §.cum arietes,11.aut actionis ceſſio,d.l.1.§.pen. impenſæ, & curationes factæ,& operæ amiſſæ,l.3.ff.hoc tit.

8 Forma actionis eſt,vt petatur, aut nockam, hoc eſt, damnum farcire,aut noxam,hoc eſt,pœnæ,quod nocuit animal, dedi oportere,d.l.1.§.cum arietes, 11.§.interdum, 15. Noxæ enim dedere,eſt animal tradere viuum, d.l.1.§. noxæ, autem, 14.Interdum tamen(nam regulariter,vt dixi,contra eſt,quod & particula interdum indicat,quæ denotat regulam eſſe in contrarium contra.l. admonendi, 31. Verbo,interdum,ff.de iureiurando,) in ſolidum dominus,in hoc conuenietur (alias ergo conuenitur alternatiuè) purè, vt noxæ dedat, alias vt ſolidum præſtet, vtpote ſit in iure, hoc eſt, ad tribunal prætoris interrogatorijs actionibus, de quibus tit. de interrog. act. interrogatus, an ſua quadrupes ſit, reſponderit non eſſe ſuam,d.l.1.§. interdum, 15. Quòd etſi alternatiuè ſit actum, tamen ſi poſt dolus, vel mendacium comperiatur, poterit id durante iudicio argui, vt condemnatio in ſolidum conſequatur,l.4 §.vlt.ff. de nox.act. ſicut contra, ſi pure ob fraudem actum ſit,licet durante iudicio pœnitere,& ad noxalem cauſam,hoc eſt, alternatiuam redire,d.l.4.§.vltimo, ff.de noxal. act.

9 Finis,vt aut in ſolidum, aut ſaltem pro æſtimatione corporis,noxæ damnum reſarciatur, d.l.1. & paſſim hoc tit. Effectus congruit actioni,vt ſi ea fuerit probata,condemnetur reus noxam farcire,aut noxæ,dedere,d.l.1.§. cum arietes,11. vel etiam in ſolidum damni,propter mendacium,d.l. 1.§. interdum,15.d.l.4.§.vlt.ff.de noxal. act. vel ſi poſt litem conteſtatam ab aliquo animal occiſum ſit,quoniam enim tum noxæ dedendæ facultatem dominus amiſit(nam dedere, eſt viuum tradere,d.l.1.§.noxæ autem,14.) debebit litis, hoc eſt, damni æſtimationem ferre,aut actionem mandare contra illum,qui occidit,d.l.1.§.ſi poſt,16.

10 Affinis eſt actio leg.Aquiliæ, ſi fortè alicuius inſtigatu vel culpa quadrupes damnum dederit, d.leg.1. §.6. aut actio in factum in eum, qui non ſuo corpore damnum dedit,ſed beſtiæ ad damnum concitando cauſam dedit, d.leg.1.§. & generaliter,7.Item actio ædilitia in duplum damni dari à cane, vel fera, quæ ſit ibi habita, vbi vulgo iter fit, §. ceterum, hoc tit.leg qua vulgo,42.ff.de ædil.edict. aut in quantum bonum & æquum iudici videbitur, ſi libero homini cuius corporis damnum æſtimationem non recipit, ſicut nec corpus ipſum l.3.ff.eodem,leg.liber homo, 13.ff.ad l.Aquil. nocitum ita fuerit, dict. §. ceterum, dicta lege,qua vulgo, Paul. libro 1. ſentent. titul 15. §.1. Ex hoc nomine extraordinaria actio pro modo admiſſi datur,maxime ſi ex eo homo perierit, vel læſus fuerit.Paul.præalleg.loco,& ibi Cuiac.quanquam hæc de pauperie quoque locum habeant, vt hic dicitur in fin. Præſto ſunt igitur triplici generis actiones ex hac cauſa, I. Legitimæ,vt hic leg.1 ff.eodem,& Aquil.leg.1.& paſſim, ff.eodem, §. ſunt autem,ſupra titul.prox. leg.2.§.primo,ff.de noxal.act.II.Extraordinariæ,Paul.dict.tit.15 libr.1. & ſubſidiariæ, l.quia, ff. de præſcript. verb. vt in factum, dict. leg. 1.§. generaliter,7.ff.eod.III. Aedilitiæ,dict.leg.qua vulgo,dict.§. ceterum. Neque vero hæ actiones,quamuis pœnales, aliæ alias conſumunt,§.vltimo,hoc tit.leg.2.de priuat. delect.leg. nunquam,60.ff.de obligat.& act.leg.nunquam, 130.ff.de reg.iur.

11 Contraria ſunt, ſi animal quod nocuit, ante litem conteſtatam deceſſerit,extinguitur enim hæc actio,d.leg. 2. §. plane, 13. quia alternatiuæ eius locus eſſe non poteſt, ſcilicet, aut noxam farcire,aut noxæ dedere,dict.leg.1.§.cum arietes, 11.in fin.Non enim dedi mortuam poteſt, noxæ enim dedere eſt animal tradere viuum, dict.lege 1. §. noxæ autem, 14. Quod ſi vero pure intenderet actor damnum reſarciri oportere, iam plus cauſa contra naturam huius actionis peteret, d.leg.1.§.11.& proinde cauſa caderet,§.ſi quia agens,3.verſic. ſic autem, ſupr. de action. aut ſaltem ab agendo repelleretur,l. vnic. C.de plus petitionibus vbi di... niſi ipſius dolo vel culpa interfectum ſit. Tum enim detracta noxæ mentione, in ſolidum etſi actio,ſiue id ante,ſiue poſt litem conteſtatam fiat,arg.l.non ſolum,1;.cum ſequ.ff.de rei vendit.leg.ſi ex legati cauſa, 23. ff de verbor.obligat. Quòd ſi ab alio occiſum fuerit, debebit dominus aut æſtimationem litis ſoluere, aut actionem Aquiliæ mandare agenti contra eum, qui interfecit,d.l.1.§.pen.ff.eo.Si dominium animalis ſine dolo ſit amiſſum, d.l.1.§.in beſtijs, 10. in verbo, non poteſt quondam dominus conueniri,quia deſinit dominus eſſe.

DE IIS PER QVOS agere poſſumus.

TITVLS X.

1 *Continuatio.*
2 *An, & quatenus olim alieno nomine agi potuerit.*
3 *Cur hodie alieno nomine rectè agatur.*
4 *Quid ſit procurator.*
5 *Genera.*
6 *Quomodo conſtituatur.*

1 CVm expoſitum ſit de actionibus debitor ſuo vel alieno nomine conueniri poteſt, conſequens iam eſt exponere, quomodo quis vel ſuo,vel alieno nomine agere, & actiones, de quibus dictum eſt exercere poſſit.

2 Ac olim quidem in vſu fuerat, neminē alterius nomine agere poſſe, erant enim actiones ſolennes, l.2.§.deinde ex ijs ll.7.ff de orig.iur.l.1.2.C.de formulis,& impet.act. ſublatis. Quod genus alieno nomine non rectè pangitur,l.nemo alieno,123.ff.de reg iuris, niſi ageretur pro populo,ſicut Syndicus agit, l.1. & tot. tit. quod cuiuſq; vniuerſ. Cicer.in diuinat.ſeu pro iure publico,cuius nomine popularem eſſe actionem publicè intereſt,le.2.§. hoc interdictum, 34.ff.ne quid in loco publico,l.1.ff.de loc.& itiner.publ.leg. ſi quis,10.C.de Epiſc.& Cler.l.3.§.vltim.ff.de oper.noui,nunc. l.ſi quis,7.ff de iuriſd. Nam Reipubl. prodeſt quam plurimos ad defendendam ſuam cauſam admitti,l.4.ff. de oper. nouis nunc. Aut niſi ageretur pro libertate, quæ ſicut communis eſt,l.4.ff.de iuſt.& iur.& omnibus rebus fauorabilior, leg. libertas,122.ff.de reg. iuris. Sic etiam pro libertate actio quodammodo, l.1.2.3.ff.de li.cauſ.vnde aſſertores, & lites aſſertoriæ,l.1.l.2. C.de aſſertione tollend. Aut niſi pro tutela litigaretur, quo nomine tutorio licet etiam infamibus agere, qui alias poſtulare prohibentur,l.1.circa finem cum l. ſequ.ff. de poſtuland.Sed & alijs fauore pupillorum tanquam populari actione agere licet,§.2.ſupra de ſuſp.tut.l.1. ff.eod. l.1.§. ſuſpecti, 11.ff.ad S. C. Turpill. præterea lege Hoſtilia,quam Aulus Hoſtilius (vnde nomen eſt) Conſul cum A. Atilio, anno ab vrbe condita, 580.tulit, permiſſum erat furti agere eorum nomine,qui apud hoſtes eſſent,aut Reip.cauſa abeſſent quive in eorum tutela eſſent §. præterea,hoc titul.Nam publice vtile eſt, abſentium, præſertim Reipubl.cauſa,res defendi, à quibuſcumque, leg. ſeruum, 33.§.publicè, 2.ff.de proc.

3 Sed quoniam non minimam incommoditatem habebat, quòd alieno nomine neque agere, nec excipere actionem licebat,contra rationem, dictæ legis ſeruum, §. publice, ff. de procur.l.ſeruus,7.de ſeruit.exportan.leg.non tantum,6.ff.de appellat.cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itemque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minus rem ipſi ſuam exequi poſſint,vt hic dicitur,& leg 5.ff.de

4 oblig.& act.Procurator eſt,qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat, leg.1.ff. eod. Cuicumque enim permiſeris rem tuā agere(quæ partes actoria ſunt) aut defendere (quod reorum eſt) is tuus procurator intelligitur, §. vltim. hoc tit.

5 Cui verò omnium rerum mandata eſt adminiſtratio, vt leg. procurator 58. mandato 60. (In qua pro *decidendi*,rectè legit Cuiac. *diminuendi*) ff. de procuratoribus olim legitimus dicebatur. Cicero pro Cæcinna, qui pro præſente litigabant cognitores. Paul.libr.ſentent.1.titul.2. qui ſine mandato curant aliena, vocantur extra iudicium negotiorum geſtores, tot.titul.ff.& C.de negot.geſt.leg. 4.5. ff. de oblig. In iudicio defenſores,l.nō ſolum,39.cum multis ll.ſeq.ff. de procur. vel quaſi defenſores,l.Pomponius,40.l.Plautius,61.ff.de procur. in quos non datur actio iudicati,l.ſi procurator,28 in fin. ff.

6 de procurat. Cuiac. ad Paul. Procurator neque certis verbis datur.Paul.libr.1.tit.2. nec præſente ſemper aduerſario, imò & eo plerumque ignorante, vt hic dicitur. Non enim actus iudicialis eſt, ſed priuatus contractus mandati, qui inter dominum, & procuratorem ſolo conſenſu conſtituitur, leg. licet, 42. §. ea, 2. ff.de procurat. leg. ſi procuratorem, 8. & paſſim, ff.de mandat. vt ſolennibus verbis,vel alterius interuentu, vel citatione non ſit hic opus,ſicut in iudicialibus, leg. à procedente, 4. C. de dilat.leg.de vnoquoque,47.ff.de re iudic.l.nam ita,39. ff.de adopt. cum ſimil. Quamquam ſolitum

eſt preſente etiam aduerſario procuratorem conſtituere, vel ad acta, vt infra §. ſin autem, de ſatiſd. in fi. vel extra iudicium coram Notario. Spec. de procurat. §. ratione formę, num. 89. cũ ſeq. aut miſſis etiam ad aduerſarium literis, quibus ſignificetur, quem conſtituerit procuratorem, & promittat dominus ſe ratum habiturum, quidquid cum illo geſtum erit l. ſi procuratorem, 65. ff. de procur. quæ clauſula in omni mandato neceſſaria eſt, Bart. & Caſtr. & Doct. d. leg. ſi procuratorem, Spec. præal. loco, num. 13. Sed hac de re tota, ſatis multa diximus ad tit. ff. de proc. quæ hic iterũ inculcari non eſt neceſſe. Tutores vero, & curatores, qui & ipſi alieno nomine agunt, leg. furti, 6. §. 1. ff. de his, qui nota. infam. leg. 2 §. vltim. cum leg. ſequ. ff. de poſtulando, quinam ſint, & quemadmodum conſtituantur, 1. lib. expoſitum eſt, ad titul. de tutel. & de curat. &c.

DE SATISDATIONIBVS.

TITVLVS. XI.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſatiſdare, ſatiſdatio,*
3 *An pignoribus fieri poſſit,*
4 *Species,*
5 *De cautione iudicis,*
6 *De ſatiſdatione actoris,*
7 *Partes, ſeu capita huius cautionis.*
8 *De ſatiſdatione rei.*
9 *De cautione. Aduocati.*
10 *De ſatiſdatione procurator,*
11 *Cauſa.*
12 *Materia,*
13 *Forma.*
14 *Circumſtantiæ.*
15 *Finis, & effectus,*
16 *Affinia.*

1 Ceterum hic admonendi ſumus, litigantem alieno nomine ſine ſatiſdatione vix admitti, l. vnica, C. de ſatiſdat. l. non ſolum, 39. cum ll. ſeq. ff. de procurat. Cauere eſt, quoquo modo cautam rem facere, & in ſecuro collocare, l. 1 §. 4. ff. de prætur. ſtipula.

2 Satiſdare eſt ſatis præſtare, l. tribus, octaua, ff. de vſufruct. earum rerum Datis fideiuſſoribus, l. 1. ff. qui ſatiſdare cogantur, qui olim recte in his iudicialibus requirebantur, §. 2. infr. de offic. iud. in verbo, cum fideiuſſore, & Nouel. 53. de exhibeo. reis, l. prætoriæ, ſeptima, ff. de prætor. ſtip. licet non in cõuentionalibus, l. promiſſor, 21. § ſi ff. de conſtit. pec. l. 1. iubet, nono, ff. de coll. l. 2. ff. quorum legat.

3 Contra d. Nouel. de exhib. & introduc. reis, cap. illud quoque, tertio, §. ſumpto verò libello, in verbo, ſola, perſonali fideiuſſione ab eo data etiam in his iudicialibus receptum eſt, pignoribus poſſe caueri, glo. & DD. 1. ff. eodem & in d. l. prętoriæ, & in §. ſin autem, hoc tit. vbi Fab. Gloſ. Bald. & DD. in l. ſi a creditore ſexta, C. de oblig. & act. per l. 1. ff. quæ res pig. etiam iure Sax. Chil. in proceſſ. cap. 46. nu. 2. verſ. *Sonſt mueſs er den mitburgen oder pfanden.* Satiſdatio igitur, de qua hic agimus, eſt actus iudicialis, Spec. & Maran. iſto tit. quo datis fideiuſſoribus, vel pignoribus idoneè de lite cauetur, l. 1. vbi DD. ff. hoc tit.

4 Ea materia, vel eſt ciuilis, de qua tit. ff. qui ſatiſdare cogantur, & l. vnica, C. eodem, quam abſolutè vocamus *Vorſtand, oder caution.* Chil. d. capit. 46. & ord. Elec. par. 1. conſt. 3 & 5. vel eſt criminalis, l. 1 & l. 3. vbi Bartol. ff. de cuſtod. reorum, Bart. Bald. & DD. l. vlt. Cod. de accuſ. Paris de Put. de Synd. verbo, carcer. Maran. de ſatiſd. numer. 14. & 6. late Boſſius de carcer. fideiuſſ. quam noſtri appellãt *peinlich vor ſtand,* Chil. cap. 47. *in der peinlichen Reich ordnung*, cap. 12. A forma alia ſatiſdatio propriè ſic dicta, d. leg. vnica, Cod. eodem, alia cautio iuratoria, l. vltima, ff. eodem, l. 1. §. 2. C. de aſſert. toll. de qua Tiraq. de retractu lign. §. 1. gloſ. 18. num. 49. quam præſtanti, qui aliam nequeunt, l. 1 § omnes, C. de aſſer. tol. Nouel. 51. & 112. gl cap. neceſſarium, nono, verbo, iudicij, in Nouel. 134. vt nulli iud. Paris de Put. de Synd. verbo, fideiuſſores cap. 1. Boſſ. de carcer. fideiuſ. num. 72. Chil. cap. 46. Bald. l. vltima, ff. eodem, Mynſing. obſeru. 11. cent. 2, item viri clariſſimi, l. in ſacris, 12. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. illuſtres, l. pen. l. vltima, C. de dignitatibus, li. 11. item magiſtratus, l. vnica, verbo, iuratoriæ cautionis, C. vt omnes iud. poſt admin. dep. Si tamen perſona digna, & honeſta ſit, Auth. cui relictum, C. de iud. vid. tol. Mynſing. d. obſeru. 11. Alia nuda repromiſſio, l. ſciendum, 15. ff. eodem, l. 3. C. de verbor. ſignif. cui etiam œconomi, & clerici relinquuntur, l. cum clericis, 25. C. de Epiſc. & Cleric. cap. 1. de iura. calumn. Cuiac. Nouell. 49. in fin. Ponit, & alias ſpecies, gloſ. leg. 1. C. de procur. quæ à diſtinctis perſonis, quæ iudicia ſuſtinent, c. forum, de verborum ſignific. rectius poterunt intelligi.

5 Iudex olim in ſingulis cauſis cauebat, l. rem non nouam 14. cum Auth. ſeq. Cod. de iud. & paſſim in oratione Cic. pro Roſ. Cęlio, &c. hodie ſolum initio officij, non ad ſingulas cauſas, Nouel. 8. tit. ius iurand. quod præſtatur, &c. in criminalib. tamen cauet interdum petentibus litigatoribus, præſertim reis, *gibt ihnen ſicher geleyt zu recht, vnd fur vnrechter gevvalt*, quæ noſtris cautio ſecuritatis, aut ſaluus conductus dicitur, Pan. cap. vlt. de tregua, & pace, Bart l. vtimur, 5 ff. de ſepulc. viol. in l. ſi quis reus, 5. ff. de publ. iud. l. prima, ff de cuſto. reorum, & contra violentiam facti, non iuris cauet, Bartol. l. vlt. num. 1. C. de dig. lib. 12. & in l. 3. nu. 3 ad l. Iul Maieſt. li. 1. vbi Rebuſ. C. de nauic. libr. 11. Alex. l. 1. §. non fuit, ff. de dolo malo, & conſ. 15. volum. 4. Mynſing. obſer. 82. cent. 1. continet autem liberam, non tantum accedendi, ſed & diſcedendi facultatem, Bart. d. l. vlt. d. l. 3. Reb. in d. l. 1. C. de nauic. Bart. d. l. vtimur, ff. de ſepulc. viol. Alex. d. l. 1. §. non fuit, & d. conſil. 15. Pan. d. cap. vlt. de tregua, *Sicher geleyt zu und abe*, vt vulgo loquuntur. Iudex delegatus partibus etiam cauet per documentum ſuę commiſſionis, c. cum contingat, 24. extra, de reſcript cum ſimilibus.

6 Actor quanquam iure veteri ſatiſdare nõ cogebatur, §. 1. hoc tit. hodię tamẽ ſatiſdat, primò, intra duos à tempore porrecti libelli menſes ſe litem conteſtaturum, cap. 1. in Nouell. 96. de exec. Auth. libellum, C. de litis conteſt. gl. verbo, nullã, §. 1. hoc tit. Deinde ad finem vſque iudicij ſe in lite permanſurum, Spec. de ſatiſd. in princip Tertiò, pro expenſis, ſi contingat ipſum ſuccumbere, & in expenſas condemnari, Auth. generaliter, vbi Bart. Bald. & DD. C. de Epiſc. & Cler. c. ad excludendas, 2. in nouell. 112. de litig. cap. calumniam, 4. extr. de pen c. vltimo ext. de maior & obed. gloſ. §. 1 verbo, nullam, hoc tit. Spec. eodem, in principio, vbi adit has ſatiſdatione cõſuetudine nonnunquam remitti, ſicut remittũtur interdum tam iure ciuili, l. ſciẽdum, 15. ff qui ſatiſdare cogantur, quæ ſecundum communem opinionem etiã in actore obtinet, Iaſ. ibi. nu. 1. & 2. contra Bart. & alios, quam etiam iure Saxo. immobilia poſſidenti, diuerſimode tamen. Nam iure ciuili cauet poſſeſſor ſaltem promiſſione, vt inſcriptio oſtendit tit. & d. l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur, Iure Saxonico nihil promittit, ſed ſunt pro prædibus prædia obligata, ſi tamen dominus poſſideat, quem tenet executio. Nam procuratorem poſſidere non ſufficit, niſi vadem ſe pro ſuo principali præbeat. Quamobrem domino poſſidente procurator à ſatiſdando immunis eſt, dummodo de mandato eius conſtet. Porrò,

7 quę exigitur ab eo, qui res ſoli in territorio iudicij non poſſidet, cautio, tria habet capita. Vnum de reſarciendo damno; Alterum de reſarciendis expenſis, ſi contingat actorem ſuccumbere: Tertium de proſequenda ad finem vſque litẽ. *Landrecht*, lib. 2. art 9. Chil. c. 46. *Fachs* differ. iudic. 40. eandemq; duntaxat in criminalibus præſtat actor iure Sax. Chil. ca 47. quamquam ex ordinatione Imperi grauiorem, vt apparet *Reichs ordnung*, c. 12. Sicut & iure ciuili, l. vltima, Bart & D. C. de accuſ Bart. l. 1. C. de cuſtod. reorum. Motibus etiam illi, qui petunt reum in carcerari, cautionem prius præſtare debent eam rem iudicio fraudi non fore.

8 A reo poſtulatur cauere iudicatum ſolui, l. qui proprio, 46. §. qui alium, 2. ff. de procuratoribus, etiam in criminalibus, l ſi quis, 66. §. vlt. ff. de fideiuſ. leg ſi Barſatoram, 13. C. de fideiuſſ. quas ſatiſdatione leuatur iure nouo, ſi cauerit iudicio ſiſti, & ſe ad finem vſque in lite perſeueraturum, §. 2. hoc titul. Spec. eodem §. 3. numero 1. & 2 & tempore ſententiæ affuturũ, ſi vero, verſic. alia, hoc tit. quod genus etiam in criminalib. recipitur, l. 1. vbi Bart. leg. 3 C. de cuſtod. reorum, ſicut & alia de reo præſentando, l. ſancimus, 26. C. de fideiuſ. Marant. num. 3.

a & 5. Qui tamen per a procuratorem litigat, iudicatum ſolui ſatiſdare debet, ſin autem in fin. hoc tit. l. 2. §. ſin autem abfuerit, tertio, C. de iuram. prop. calumn. & ſe tempore ſententiæ præſto futurũ, d. verſ. alia, niſi immobilia poſſideat, quo caſu tantum promittit, d. l. ſciendum, quæ propriè loquitur in reo, vt gloſ. ibi, & DD. præſertim Iaſ numero 1. & 2. Ceterum qui ſatiſdedit iudicatum ſolui, non tenetur ad aliam iudicio ſiſti, l. filiusfamilias, 8. vbi Iaſ. nu. 8. poſt glo. ibi, & in l. ſi defunctus, 55. ff. de proc. Iure Saxo. nullam omnino præſtat reus, niſi in criminalibus: *Landrecht*, lib. 1 art. 46. *Fachs*, differ. 45 nu. 3. & 34. vbi gl. n. & in lib. 2. art. 5. vbi gl. n. 3. Licet in his iure ciuili,

ADDITIO.

a *Defenſor alienæ litis nemo idoneus ſine ſatiſdatione intelligitur, l. qui proprio, et qui, ff. de procur. cuius ſententiæ vide tres exceptiones apud Socinum, regula 83.*

Digitized by Google

ciuili non tam facile reus ad cautionem admittatur, potius vinculis,& carcere conſtringuatur,leg.1.vbi Bart. & DD.ff.de cuſtodia reor. etiamſi bona immobilia in loco iudicij poſſideat Iaſ.leg.ſciendum, 15. numer. 3. in 10.limita, ff.qui ſatiſd. cog.

Eſt etiam cum in realibus exigitur à reo cautio de bonis non mouendis,l.Senatuſconſulto,16 ff de off.pręſid.l.ſi fideiuſſor 7.§.vlt.ff.eo.l.1.ff.de petit.hæred,Spec.de ſatiſd. §.2.nu.1.Eſt cum arreſto res mobiles,vel etiam perſonæ ſuſpectę de fuga præcluduntur,d.leg.ſi fideiuſſor,§ pen.ff.eod.l. pen ff.in quib.cauſ.pin.Immobiles cum fructibus ſequeſtraotur, l.vn. vbi Doct.præcipuè,Cur.Cod.de proh.ſequeſt.& extra, ac in Clem. eod.quod tamen non niſi ex certis cauſis faciendum, de quib.gl.& DD.in d.l.vn.Ia.Alex.& DD.d.l.ſi fideiuſſor, §. vlt.Hippol.de fideiuſſor,nu.80.Nec enim huiuſmodi fugitiui operati ad iuratoriam cautionem admittuntur Nouel.53.de exhib.reis,Bart l.litibus,10 nu.8.C.de agric.& ceoſit.lib.11.d. l.ſi fideiuſſor,§.vlt.vbi Alber.ff.eod.Cur.l.vn. ou. 56. & ibid. Sal.ou.10.C.de prohiben ſequeſt.Ionoc.c præterea, extr. de except.Boer.io ſingularibus, verſi.ſequeſtratio nu. 6. In perſonalibus quoque eadem cautio petitur, etiam antequã ceſſerit,aut venerit debitionis,dies maximę ſi vergat ad inopiã reus,l.in omnibus,41.ff.de iudic.l.grege,13. §.ſi ſub conditione,5 ff.de pignor.Moribus etiam reus qui carceribus relaxatur, iurat ſe non vlturum, quidquid ibi paſſus eſt, ac ſi condemnatus ſit patiturum,ſe etiam ſententiæ. *Als der verwiſſen word, muſſ das Land, verſchweren, welches man Vrpheden nennet.*

a Ab alterotro vero exigitur cautio de a non offendendo, ſi forte formidoloſos ſit,& minas exequi ſolitus, Bart.nu.7. & DD.l.de pupilo,5.§.ſi quis ipſi,7.ff.de ope.nou.nonc,quę etiã extra iudicium peti poteſt,l.illicitas,6.§.ne potentiores,2. vbi Bart.ff.de offic.præſid.& l.4.ſi cui plus quam per leg. Falcid.l. qui bona,13.§.ſi quis,10.ff.de dam infect. Fel.in Rub. de treug.& pac.Alex.l.a.ff.ſolut.matrim.Ang.tract.maleſ.gl. verb. iniurioſa,Marant.de ſatiſd num. 13 & Bal.conſil.388. vol.4. Olim etiam ab vtraque parte, atque ad eorum adminiſtratoribus exigebatur calumnię iuramentum,l.1.a.C. de iuram. prop.calum.l.rem non nouam,10 C.de iud. quod etiam nũc in Camera durat,apud nos, Sax. non ſeruatur, Chil. cap.67. Etiam hodie ab vtriſq; exigitur cautio iudicio ſiſti,&,ſi vterque ſit peregrinus de perſecutione litis, aut ob ſimilem cauſam,ne iudicium reddi poſſit eluſorium contra, l. ſi prætor, 75.ff de iud.

9 Aduocati olim in qualibet lite hodie initio officij iuramento cauent,l.rem non nouam,14. cum Authent. inſerta, vbi DD.C.de iud.

10 Procurator actoris non ſatisdat rem ratam dominum habiturum ſi apud acta factus ſit aut pro præſente procuret l. voica,C.eo.l.ne ſatisdatio,21.ff.rem rat. haberi quia mãdaſſe intelligitur,l.qui patiſur,18 ff.mand. Niſi probetur mãdatum reuocatum,d.l.vnica,in fi.C eod. Si nullum mandatum habet ne cum cautione quidem admittitur, DD.l. 1.Cod de procuratoribus,& c.1.vbi glo. verbo,portioribus extr. eod.& in l.non ſolum,39 §.qui alieno, verbo debet, ff.de procur. per l.6.§.fin.ff.de neg.geſt.niſi coniuncta ſit perſona,l.ſed,& hæ, 35.ff.de procur.l.maritus,21.C.eod. Intra quartum gradum, gl.in l.cum alienam 10.C.de legat.s, quæ tamen non admittitor ſi de contraria domini voluntate conſter, l Pomponius 40 §.fin.ff.de procur.d.l.maritus, C. eodem, aot niſi mandatum allegauerit,l.2.§. hoc etiam vbi gloſ. verbo nullo mãdato,C.de iuram.prop.calum.dan.vel iudicem io illam opinionem duxerit, vt exiſtimet etiam cum vſitata rati cautione admittendum,d.l.2.§. hoc etiam. Nam ſi dubitetur probabiliter de mandato, aut non plenũ illud ſit cogitur de rato cautionem præſtare,l.1. vbi Iaſ.nu.3.C.de procurat. At procurator rei rem ratam dominum habiturum cauere non cogitur, l.exigendi,12. C.de procur.niſi quandoque in realibus. Spec. de ſatiſd.§.expedito, nom. 3. Nam de ſuo dependet, ſi dominus non ratificat, l.non cogeodum,45. ff.de proc. vt qui non admittatur,niſi pręſtita de iudicato ſoluendo cautione, vt hic in princ.& verſic.rei vn. C.eod.etiamſi mandatum habeat, l. qui proprio 46 §.qui alium l.minor,51.ff.de procur. d.l.exigendi. Quia ſine hac ſatiſdatione nemo idoneus eſt alienæ rei defenſor,§.vlt.hoc tit d.l.vni.d.§.qui alium,quæ tamen & ipſa cautio moribus Sax. vt principali ſic etiam procuratori remittitur,dum tamen de mandato conſtet. Vt Chili & alij pragmatici ad tit.de ſatiſd.*oder vom vorſtand.*in ſuis practicis annotarunt.

11 Cauſa efficiens remota,lex,Senatuſc.aut aliud, quod vim legis habeat,in princ.huius tit.l.2.ff.de vſufr. earum rerum, l. 5.ff.de petit.hæred.l.2.§.2 ff.qui ſatiſd.cog. vt ſtatutum cõſuetudo,l.4.ff.de cuſtod.reorum,Maran.de ſatiſd.nu.5. Propinqua iuſſus iudicis,l.1.C.vt in poſſ.l.l.in omnibus, 41. ff.de iud.l.aut partium conſenſus,l.de die,8.l fideiuſſor,7.§.pen.ff. qui ſatiſd.cog l.interdum, 10.ff.rem rat.hab. impulſiua à parte eius cui ſatisdatur petitio ante litem conteſtatam facta l. vni verbo in ipſo litis exordio,C.eod.l.Pomponius,40.§.rati habitionis,ff.de procur.l.ita,11.C.eo.vbi Iaſ.Zob. *Landrecht*, lib.2.art.9.ſine qua iudex eam non decernit Hip. in pract.crimin.§.nunc videndum,num.5.per l.4.§. hoc autem, 8. ff.de dam.ioſec.nec enim exceptiones ſupplet,l.voi. vbi Caſtr. Iaſ. num.3.& 4. C.vt quæ deſ.aduoc. à patre eius, à quo petitur, paupertas,& ſuſpicio in principali Maran.de ſatiſd. nu a. d.l. in omnibus, 41.ff. de iud. Defectus pleni mandati in procuratore,l.1.vbi DD C.de proc.& in vniuerſum ęquitas aliqua ex varijs cauſarum figuris, & circumſtantijs occurrentibus emergens,d.l in omnibus.

12 Materia ſunt cauſæ omnes ciuiles, l. vnica Cod.eodem,& hoc tit.etiam criminales ſaltem leuiores leg Diuus, 3.l.1.vbi Bart.ff.de cuſt.re.Nam in capitalibus iure ciuili ſatiſdatio nõ admittitur,d.l.Diuus,Paul.& Fel.in c.legebatur,ſecundo extra de mai.& obed.etiam ſi poſſideantor immobilia, Iaſ. d. l. ſciendum, nu. 3.ff.qui ſatiſdare cogantur, vel mille teſtes offerantur, Bald.conſ.337. vol.a. ſed vinculis & carceribus nocentes aſſeruantur,Bal.l.1.ff.de cuſt.reor Bal.l.2.Cod.eod vel c.vlt.nu.10.ext.de accuſ.Quamquam, vt dixi,iure Sax. etiam hic admittatur ſatiſdatio. *Landrecht*,lib.1.art.3.34.vbi gl.nu. 4.& lib.2. art. 5.vbi gl.num.3.

Sed ad quam vſque,quantitatem? Iure ciuili ad 30. ſolidos in ſatiſdatione iudicio ſiſti,vel ſimili,Auth.libellum, Cod. de lit.conteſt.Iure Saxonico ad viginti quatuor Schockios, ſiue Vergeldum,Chili,d.c.46.*vom vorſtand.*niſi aliud momẽtum cauſæ requirat, vt *Hoffgerichts ordnung* cautum eſt, & in noſtris curijs hactenus obſeruatum. Quis enim iudicatum ſolui ſatiſdationem io cauſa magna tam leui defungi ſumma permittat? In criminalibus igitur vtroque iure pro circumſtantia perſonarum, delictorum quantitas taxatur, leg. 1.vbi Bart.C.de cuſtod.reorum. Vidi in cauſa homicidij reos tenuiores relaxari carceribus præſtita ſatisdatione ad 100. 200. 300. à Nobilioribus vero cautionem ad 100. 200. 300. exigi. Nam vnuſquiſque talem præſtat ſeruitutem, qualem poteſt, leg 1.§. a.Cod.de aſſert.toll.Authen.ſi cui relictum, vbi Bal.C.de indict.vid toll.

13 Quod ad formam attinet ſatiſdationem verbo offerri non ſufficit ſed realiter illa pręſtanda eſt gl.vlt.c.paſtoralis, 11. extra de offic.ordin.& c.quoniam,5.§.in alijs,verbo cautione, extra,vt lite non conteſtata Zob.*Landrecht*,lib.a.artic.5. Vbi enim facto opus eſt verba non ſufficiunt,l non omnes,.§.fi. ff.de re mil.l peculium,40.in fi.princ.ff.de pec.Hipp.l.qui falſam,19.nu.27.ad l.Corn de falſ.ſ.vt ſatiſdanſ. cum ſua acceſſione realiter obligetur,Maran.de ſatiſdat.n.a6.per Bal.conſ. 261.vol.2.puta daos fideiuſſorib.l.1. & l 7.eodem, ff. eodem, vno in leuioribus,l.a.3 4.& 5 §.1 ff.eod. pluribus in grauioribus cauſis.Marao.præal.loco,nu.7 idoneis non ſolum facultatibus,ſed etiam facilitate conueniendi,leg 2.ff ſi quis io ius voc.l pen.C.de pactis,l.2.l.de die 8.§.1.ff.eod.Doct.in Auth. præſente,C.de fideiuſſ.quod per arbitros exploratur, l. quinta,§.primo,l.arbitro,9.ff.eo. niſi abſque controuerſia aduerſarius,recipiat leg.ab arbitrio,(al.incip.ſi ab arbitro,)10.ff.eodem aut à parentibus,ac ſimilibus cautio præſtetur,l.2.§ pretor,ff.eodem,l.1.& 2.ff.ſi quis in ius voc. vel etiam pro valde pignori obligatis rebus mobilibus leg promiſſor, 21.§.vlt.ff. de

ADDITIO.

a *Hec de non offendendo cautio praſtatur vxori à marito quem vxor accuſat male tractationis,vt ſupra dictum eſt tit.de nup. par.4.Ceterum vtrum hec cautio in genere, de non moleſtando in futurum in libello, & ſententia omiſſa in executione peti poſſit,vide Gayll.1.Obſer 116.De mandatis non offendendi, vide eundem,1.Obſer.4. His adde Maſuerium tit. de aſſecuramento, paſſim, vbi pleniſſime hanc totam quaſtionem tractat. Quin,qui veretur,ne in poſſeſſione ſua moleſtetur, poterit à iudice impetrare ius arma deferendi pro ſua, & poſſeſſionis defenſione. Quin, & conducendi armatos homines in eum finem,Bart.in l.ſancte ff.de ver.diuiſ.Ripa,ff.de damno.Poterit etiam à vicinis adiuuari,Iaſ.in l.vltima,ff. de iuſtitia, & iure,Marſil.ſing.151.Corſet.in verbo, defenſio, text. in l. deuotum,C. de metatis.*

Digitized by Google

de conſtit pecu.l.litigatores, 11.§.2.ff.de recept.qui arb.vel pecunia in iudicio depoſita,d.l.litigatores,Fab.hoc tit.verſ.ſi vero aliquis,nu.4. vel ſoli rebus in territorio ſitis hoc nomine, hypothecatis, dict.l.promiſſor, §.vlt.l.ſi mandato,59.§.vlt.ff. mand.l.1.§.iuber,9.ff.de collat.l.2.§.penult.ff quorum le.Renard.in l.plus cautionis, 25.ff.de reg. iur. De quo ſupra initio huius argumenti dictum eſt. Formam cautionis iuratoriæ ponit gl.c.neceſſariu,9.verb.iudicij,in Nouel.134. vt null.iudic, per illum textum,verſ.ſi verò iurauerit. Bal.in Auth.generaliter,C.de Epiſcop.& Cleric.Alexand.l.ſi vero,5.numer. 14. ff.qui ſatiſdas cog. Chil.cap.46.nu 4. quæ talis hodie exigitur, vt anceps periurium euitetur,leg.4.ff.de in lit.iurand.Vtcunque Mauſerus contra diſputet in ſua praxi. *Da Klager ſchweren doerffte,das er glaube, das er nach angewandtem moeglicen fleiſſ die caution mit buergen vnd pfanden nicht beſtellen moegen,* &c. Formam promiſſionis ſimplicis quam poſſeſſores immobilium faciunt, l.ſciendum, 15. & in Rubr. ff. qui ſatiſda. in verb. ſuæ promiſſioni reliquantur gloſ. vlt. iuramento concipiendam eſſe,d.leg.ſciendum verb.nō compelli,& in leg vltim. Cod.de priuileg.ag.lib.11.quod merito. Bart. reprobat in d.leg. ſciendum,num 7 & 8 addens tamen promittentem bona ſua hypothecare opportere: per legem vltimam,§.defenſionem,C.de admin.tut.l filio 7.vt legat.ſeu fideicommiſſ. Sequitur Iaſ. leg. ſi priuſquam, 15.ff de oper. nou. nunc. Ex quo conficeretur,cum iure Saxon.immobilia non niſi cum authoritate iudicis, cui ſubiecta, ſunt oppignerari poſſint differ.Saxon.4.in fin.& *Vverchbuld tit. von verpfendung.* ſicut, & in nouiſſimis ordinationibus cautum eſt part.2. conſtit. 23. etiam iſto caſu conſenſum illis iudicis eſſe neceſſarium quod tamen vſu, non ſeruatur, & quia talis hypotheca tacite promiſſioni ineſt, quod forte Bart. voluit, & quia iudex intelligitur conſentire tantum enim illa prædia liberant a cautione, quæ ſunt in territorio, vbi agitur, ſanè cum edictum promiſſionem tantum exigat in Rubr. ff. qui ſatiſd.cog.cur requiratur hypotecha,quæ præſertim tacite inducitur, vt non ſit opus expreſſa, l.3.cum ibi not. ff.cert.pet. Quamquam iure Saxonico,nec promiſſio quidem vſitata ſit,ſed ſimpliciter,qui poſſidet immobilia ſatiſdatione ac cautione omni liberatur.

14 An in quo loco ſatiſdatio facienda, vel prædia poſſideri oportet? In loco iudicij vel illius territorij vicino,Bart. d.leg. ſciendum,§.1.Iaſ.l.fideiuſſor,7.§ 1.nu.8 ff eod.vt & in executione bonorum principalis,Salic.num.2.& DD.in Auth.præſente C.de fideiuſſor.Sed quoniam eadem debet eſſe conueniendi ſatiſdationem facilitas, quæ eſt in reo principali,leg.2. ff. eod Idcirco rectè in noſtris curijs, non alia recipitur cautio,quam in loco ipſi curie ſubiecto. At quando? Regulariter ante litis conteſtationem,l.Pomponius,40 §.ratihabitionis, 3.verb.ante litis conteſtationem,ff.de procurator,l.vnic. verb.in ipſo litis limine, in ipſo litis exordio,&c. C. eod. niſi ex noua cauſa,vt ſi prædes facultatibus labantur l.de die, 8. §. ſi fideiuſſor 3.ff.eodem.

At quoties? Semel tantum,niſi deſinat eſſe ſufficiens cautio dict.leg de die,§ ſi fideiuſſor,leg.arbitrio, 9. cum l.ſeq. ff. eod.

15 Finis ſatiſdationum, ne reddatur iudicium fruſtratorium & inane,contra l.ſi prætor, 75 ff.de iudic. & vt ſecura ſit res eius,de qua agitur,l.1.verb.ſecurum faciamus,ff.eodem,Marant.de ſatiſdat.numer 1. Quod ad effectum attinet,videtur conſentire in iudicem,qui ſatiſdationem,petit argumen.leg. ſed & ſi,52 ff.de indic.de quo late poſt Bart Iaſ.l. ſi conuenerit 18 num. , 2.33 ff.de iuriſd. Bart.& DD.l.quiddam, 57.ff.de re iudic.Illam qui offert,non poteſt in ius trahi, arreſtari, vel carceri (niſi in capitalibus) includi, leg. ſi vero, 5 §. 1.ff. eodem etiam procurator,qui ſatiſdedit,loco domini eſt,leg. Titius,76 ff.de procurat. Ex cautione oritur obligatio, & actio perſonalis,tam contra reum,quam aduerſus fideiuſſores,leg. 2.l pen & tot.tit ff ſi quis caut.ſecundum Auth. præſente, C. de fideiuſſor.Marant.eodem num.19. in pignus realis hypothecaria, vt dictum eſt,§. item Seruians ſupra de actione ad pœnam vel certam,ſi comprehenſa ſit, & expreſſa in cautione,vel incertam eius, quod intereſt, ſi nulla ſit expreſſa, perſequendam,leg.vltima, ff.ſi quis in ius voca.l.penultima,ff ſi quis caut.niſi excuſatione,iuſta illa têperetur,l.2.& tot.ti.ff.ſi quis caut. Quod ſi plures ſint præſtitæ cautiones, non erit in arbitrio rei, ex qua velit conueniri, ſed actori, ex qua velit agere Caſtr, leg. cum proponas, 17. in fin. Cod. de tranſactionibus.

16 Affinia,fides publica,§.ſed neque,6.in Nouel.17. de manda.princip.de qua Couar.cap.quamuis,num. 4.de pact. in 6. & illa militaris,quam ſaluam guardiam vocant, de qua diximus tit.C.ne lic.poten.cum tit.ſeq.Sequeſtratio. Arreſtatio, d.leg.ſi fideiuſſor,§ fin.ff.eodem.Cautio de non offendendo, quam coniuges iudicem præſtent,& aliæ extra iudiciales, de quibus in titul. de prætor. ſtipul, cum ſequen. & extra de pignoribus.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBUS actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes tranſeunt.

TITVLVS XII.

1 *Continuatio.*
2 *Actiones olim perpetuæ.*
3 *Quæ actiones quanto tempore præſcribantur, aut non.*
4 *Quæ actiones quanto in hæredem tranſeant.*
5 *Cur actio furti pœnalis, quamuis prætoria, ſit perpetua.*

1 PRiuſquam ab actionibus ad reorum arma, hoc eſt,exceptiones trāſeatur, rectè de duabus illarum proprietatibus quæritur. Primò, quænam ſint perpetuæ quæ temporales. Secundo quæ tranſeant in hæredem, quæ non. Nam de his etiam initio litigandi ſolet quæri. Quin oſtendit lib.3.c.8.

2 Olim actiones quæcunque proficiſcebantur ex lege conſulari, vel Tribunitia(vt etiam plebiſcitum,exaudias) ex quo eſt actio Aquilia,§.pen.ſupra de leg. Aquil l.1.ff.eodem tit.vel S.C.quod genus ex iure ciuili deſcendere, vel ipſo iure competere perhibet,§. 1.hoc tit. vel ex conſtitutionibus,vnde condictiones ex lege,l.vnica,ff.de condict.ex leg.vbi Bart & DD. tot. tit. Cod. eodem, omnes ex perpetuo durabant, vt hic in princip.dicitur,ſicut leges ipſæ,leg.5.in fi.C.de hæredi. Qualis enim cauſa,talis effectus, leg. 4 ff.de iuſtit. & iure niſi ipſa lege certus eſſet terminus præſtitutus, cuius rei exempla ab Euſtathio Greco, & Cuiacio noſtro Latino in tract. de diuerſ.& tempor.præſcrip.luculenter,& erudite proponuntur. Sed poſt conſtitutionibus principum, bono publico, vt reliquæ vſucapiones,l.3.ff de vſucap.ſic etiam actionum præſcri-
3 ptiones introductæ ſunt, Quamobrem omnes actiones ciuiles tam perſonales, quam reales, ſpacio,30. annorum præſcribuntur aliæ innominatæ,item quæ ad eccleſiam pertinēt annis 40.leg.3.4.7.8 l.vlt.& paſſim,Cod.de præſcript.30.annorum. Auth.quas actiones vbi Iaſon.& DD.Cod.de Sacroſanct. Eccleſ. Excipiunt,quas lex excipit, vel perpetuando in æternum,vt quæ pertinent ad regalia, leg. competit. 6. Cod. de præſcript.30.annorum,quæ tamen tempore immemoriali terminantur,l.3.§.ductus aquæ,ff.de aqua quotid. cap. ſuper,34.§ 1 extra de verb.ſignific.latè Gabr, Rom. in regulis, li. 5.de præſcriptio,vel breuioribus ſpacijs includendo,de quo Cuiac.dicto tract. præſcript.cap.20.Franc.Bald. & alij in eodem tract.vnde qui volet petat. Non enim ab alijs recte tradita tranſcribere,& pro noſtris vendicare placet. Sic criminalibus actionibus præſtitutum vicenium, leg. querela, 12. C. ad leg Corn.de falſ non nullis quinquennium,l.adulter.5. Cod.ad l.Iul.de adul.Qua vero rationes ciuiles actiones per-
4 petuæ ſunt ſicut earum de cauſa eſt,nempe lex: ſicut contra prætoriæ iudicantium annuæ Cicer. 3. in Verrem, Sicut, & annus eſt,vnde deſcenderet iuriſdictio,vt hic §. primo, verſ. aliquando,& Cicer præalleg loco, & multis exemplis adductis cōfirmat doctiſſimus,& diligentiſſimus Coriphæus Cuiacius dicto tractatu,cap.20. Rei tamen perſecutoriæ ſolent eſſe perpetuæ, hoc eſt ad finem vſque 30. vel 40. annorum conſtitutionibus introductum durare,d.verſi.aliquando,leg. in honorarijs,35 ff.de oblig.Paret ex titul. quod met. cauſ. vi bonorum raptorum, & ſimilibus edictis, quæ intra annum pœnalem actionem, quadrupli poſt annum tantummodo ſimpli(quia hactenus rei perſecutoria eſt) pollicentur, l. 2. ff. vi bonorum raptorum cum ſimil. Eadem ratione, quia bonorum poſſeſſori ceterisque qui hæredis loco ſunt, vt fideicomiſſarijs vniuerſalibus tot. tit. ff. de fideicommiſſ. hæred. per.quorum etiam ius,& actio prætoria putantur. Alb.in l. 2 ff.ſi pars hære. (Contra facis, quod ſint ex S. C. leg. prima ff.de fid. hære. petit, & ideò ciuiles videantur) accommodat prætor actiones in princ. hoc titul. lege tertia, ff.de petit. hæred. Perpetuæ ſunt quia rei perſecutoriæ dicto verſic. aliquando, hoc tit. Licet enim bonorum poſſeſſio à liberis, & parentibus intra annum,leg.4.Cod. qui admit.l.filij, 6.§.1.ff.

ad

Digitized by Google

ad Senatuſconſ. Tertull.gloſ.l.2.C.qui admit.per l.pen.§.1.ff. quis ordo in bon.poſſ.leg.1.§.largius,12.ff de ſucceſſ. edicto. Cuiac.d.tract.cap.20.an alijs proximis & agnatis,& cognatis intra 100.dies petenda,ſit,l.2.C.qui admit l.3.ff. vnde cogi.l. 1.§.ſi intra.9.ff.de ſucceſſ.edict.Cuiac.d.tract.c.15.aut ſaltem per conteſtationem ampleſtenda,l.vltim. C.qui admit.tamē ſicut hæredi, poſtquam adijt, ad perſequendas res hæreditarias datur hæreditati petitio,tot.tit.ff. & C.de pet.hęred. Perpetua,l.hæreditatis,7.Cod.eod.ſic bonorum poſſeſſori, poſtquam conteſtando agnouit poſſeſſ l.1.in fi.verbo, quibus bon. poſſeſs.data eſt,ff.de poſſeſ.hær.petit quod loco additionis eſt d.l.vltima,C.qui admit.datur eadem poſſeſſoria in perpetuū, hoc eſt ad 30 annos petitio,gloſ.Fab.Angel. & Scribentes hic qui vtinam hoc aliquanto perſpicacius declaraſſent. Sic, & reliquæ actiones rei perſequutoriæ, quas ex iure defuncti habent iſti quamuis prætoriæ videri poſſint tamen quoniam origine ciuiles ſunt perpetuo dantur,gl.io l.2.& ibi Bart.Alb. ac communiter Doct. ff. de poſſ.hæred.pet. ſane quæ contra ius ciuile dantur,& quibus prętor ciuilia pacta, vſucapiones, iura reſcindit quę actiones reſciſſorię vocantur,annales ſunt d.l.in honorarijs,ff.de oblig. ſicut reliquæ pœnales d. l. in honorarijs, excepta furti manifeſti actione in quadruplum cō-
5 cepta,§. pœna, 5. ſupra de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, quæ licet ex ipſius prætoris iuriſdictione proficiſcatur,tamen perpetuo datur, vt hic dicitur, in verſ.furti, addita hac ratione,quod abſurdum exiſtimarit prætor, eam anno terminari, addunt Theop. Bart. & alij publice vtile fuiſſe, pœnam quadrupli etiam poſt annum timeri, quæ ratio mihi quidem non ſatisfacit. Cur enim non idem conſtitutum in vi bonorum,raptorum, quod metus cauſa,& ſimilibus? An non,& hic formidari poſt annum pœnas, neque ſeparari impunitatem exemplo fuit vtile, & eo magis, quod hæ actiones rei perſecutionem contineant furti non item, vt ſupra de oblig. quæ ex delicto naſcuntur, & de vi bonorum raptorum viſum eſt.

Dicendum ergo actionem furti manifeſti,ſicut & nec manifeſti,eſſe ex,l.12.tab.l.tres,55. ff. de adm. tut. quæ quamuis ob acerbitatem poſtea leg. Corn. & Sempronia prætoris arbitrio eſt commiſſa, qui illam temperare, & ex illa pro pęna corporali quadrupli pęnam infligere cępit,Gell.lib.11.ca.81. lib.20.c.1.Aug.emenda,lib.4.c.4. Thoph. hic tamen actio ipſa ortu,& natura non deſijt eſſe ciuilis, licet quo ad pœnam, & euentum prætoriæ iuriſdictionis facta ſit. Pœna enim tātum pertinet ad effectum non ad cauſas, vnde natura rerum æſtimatur, & nota eſt regula ſubrogatum, ſapere naturam eius cui ſubrogatur,l.ſi eum,10.§.qui iniuriarum, 1.ff. ſi quis caut. Vt igitur quæ dantur bonorum poſſeſſoribus ex perſona defuncti actiones perpetuæ ſunt, & ciuiles,quamuis quadantenus prætoriæ factæ,gloſ.d.l.2.& Doct. ff.de poſſeſſ.hæred.pet.ſic etiam de hac furti actione iudicādum eſt.Quamobrem ex hoc, & alijs locis mille noſtros compoſitores oſcitantiæ licet arguere etiam imprudentię io eo,quod enim cauſa annalium actionum ſit ſublata poſtquam ex perpetuo edicto ius dici cęptum eſt, non tamen curæ habuerint hæc immutare,& correcta legis ratione,ipſam quoque legem emēdare,l.adigere,6.§.quamuis,ff.de iure patron.l. quod dictum, 32.ff.de pactis cum ſimilibus.

---

§.Non autem.

1 *Quæ actiones hæredi dentur,vel non.*
2 *Quæ actiones in hæredem dentur,vel non.*
3 *Quatenus hæres ex delicto defuncti teneatur.*
4 *Quæ actiones per litis conteſtationem perpetuentur, & tranſeant,quæ non.*

1 ALtera Actionum qualitas,quod actiones, ſiue quæ ipſo iure competunt,vel à prętore dantur (vnde noſtri ſuum inter natiuas, & datiuas actiones omnium commenti ſunt) non æquem in hęredem tranſeant. Ex parte agentis non trāſeunt in hæredem,actiones iniuriarum,l.Iniuriarum,13.l.iniuriarum,28.ff.de iniurijs l.ſi eum,10.§.1.ff. ſi quis caut. & ſimiles,quæ ad vindictam competunt,vt actio ex edicto de in ius vocan.Theoph.hic Actio de morib.l.vltim.Cod. Theod. de inceſt.nupt. Act.ex l.vlt.C.de reuocat.donat. & conſequēter act.reuocatoria feudalis. Feudiſtæ io §.fin. vbi Afflict. ex quibus cau.l. feud. Emphyteuticaria eſt l.2. vbi Iaſ. C. de iure emphyt.Donationis,Pan.cap.vlt.de donat.Bal.& Doct. l.vlt. C.de reuocan.donatio, quoniam ante litem conteſtatam nō ſunt in bonis,l.2.§.emancipatur,4.ff de collat. & proinde,qui ante litem cōteſtatam moritur,cum vna vindicta extinguatur,l.vltima C. de reuocand. donat.nihil huius tranſmittit in hæredem, vt hic oſtenditur,& dicta leg.iniuriarum, d.l.ſi eū. cum ſimil.maxime quando nulla certa pecunia ex hac actione debeatur,quæ trāſmitti poſſet,§.in ſumma,10.ſup.de iniurijs. Poſt litem vero conteſtatam à defuncto non eſt dubiū, quin vtrinque trāſeant, vt hic in verſ. pęnales d.l.iniuriarum tum quia ſunt iam in bonis,d.l.2.§.emancipatus, l.ſi cui ff.de verb.ſign.tum quoniam per eam quaſi contrahatur,l.3.§.idē 11. ff.de pecul. vt iam velut ex contractu exiſtant, & proinde tranſeant in hæredem,quamlibet ex delicto deſcendentes, vt hic in verſ.aliquando traditur,l.ex contract.49.l.ex depoſiti, 12.ac paſſim ff.de obligat l.ſi pęna,20.ff.de pęnis,l.ſi ita,92.ff. de verb.oblig.l.ſicuti,38.vbi Reuar.l.hoc iure,152.leg. ad ea, 157.ff.de reg. iur. l.ſi hominem,7.§.1.ff. depoſiti. Sed hoc verum in iniuria viuenti facta,nam quę ſit defuncto hęredi facta videtur,& hoc nomine,ipſius actio,l.1.§.& ſi,4.§.quoties 6. ff. de iniur. Item obtinet in priuata iniuriarum non criminali,& extraordinaria,l.vlt.ff.de iniur. qua hæredem ſuo nomine poſſe agere receptum eſt Bar.l.vlt.nu.8.ff.de priuat delict.& in l.1.§.vſque adeo,& l.lex Corn. 5.ff.de iniorijs. Exceptis his reliquæ pęnales hęredib.competunt, vt furti vt bonorum raptorum,l.2.§.vlt.ff. vi bon rapt. damni,iniuriæ, l.inde Neratius,23.§.hanc,8 ff.ad l.Aquil. & ſimiles hoc tit.in verb. ſed hæredibus huiuſmodi,actiones (ſcilicet modo, nominatæ) competunt nec denegantur,l.hæredib. 13.ff.de dolo malo.Cuius rei,ratio non eſt obſcura in ijs, quæ intereſſe perſequuntur, vt doli Aquilię,etiam quadantenus vi bonorum raptorum,nam ei ſimplum ineſt vt ſupra traditum, de vi bon. rapt. Sunt enim rei perſecutoriæ, quod genus tranſit etiam ex delicto, & ita quidem vt perpetuo contra hæredem competat,l.3.§.1.ff.vnde vi.De actione furti,quæ tota pęna lis eſt, ac ſimilibus,§ quadrupli,25.cum ſeq.ſup.de actio. magis dubites Sed quoniam ex harum,de obligatione pecunia defuncto debetur, nempe duplum quadruplum, pecunia autem illius tranſit ad hæredes,Cic.in Topic.l.hęreditas 62.ff.de reg. iuris, non eſt iniquum, has etiam actiones, ad debitionem eiuſmodi conſequentiam hæredi dari.

2 Cæterum ex maleficijs, vel quaſi pœnales actiones proditæ io hæredem non competunt,l.Iulianus, 17.ff.de iud.l. 5 §. hæc autem actio,5.ff.de his qui deiecerunt,l.vltima,§.hęc iudicia ff. naut.caup. ſtab. ex certiſſima, vt hic dicitur,iuris reg. l.pupillum,111.§.1.l.ad ea,157.in fin.l.toties,44 ff.de reg iur. Vt enim maleficia tenent authores ſuos non alios leg.ſancimus,22.C.de pęn.ne liberos quidem,l.crimen, 26.ff. eod. ſic cum mortalitate eiuſdem extinguuntur, l.vltima,ff.ad legem Iul.maieſt tot.tit.C.ſi reus, vel accuſat.vt pęna ab hæredibus exigi non poſſint, niſi quatenus, ex delicto ad eos peruenit, vt hic,verb.aliquando,leg.ſicut,38.d.l.toties,44. ff.de regulis iuris,leg.ſi plures,18.in fin.ff.de dolo malo. Nam iniuſta lucra etiam ab hæredibus extorquentur, l. 1. in fin. ff.de eo per quem fact. 1.in hæredē,5.ff.de calum.l.videamus, 17.ff.quod met.cauſ.l.in hęredem,26.ff.de dolo,l.2 .ff.ad l. Iuliam repet. d.l.ſicuti,38.ff.de regulis iuris. Actio tamen vi bonorum raptorum nequidem eatenus,cum ad id ſufficiat condictio, l. 2. §. vltimo, ff. vi bonorum raptorum, cui potius locus eſſet debet,l.1.§.1.2. & 3. ff. de dolo malo, quam huic actioni famoſæ, l. 1. & 2 ff.de his qui not.ioſam. quod contra eſt in actionibus pęnalibus quæ ex contractu deſcendunt, l.Lucius,
3 47. ff. de actio. empt. Tranſeunt enim in hæredem etiam ex delicto defuncti puta dolo,qui in contractu admiſſus eſt,l.ex depoſiti,12.l.ex contractibus,49.ff.de oblig. Cum enim contractus tranſeant,l.2.C.de pactis inter empt.tot.tit.C.vt act. ab hæred, ſequitur,& quod ineſt contractui,tanquam acceſſionem,& partem ſequi totum principale,l.quę de tota,76.ff. de rei vendicatio,leg.cum principalis,178.ff. de regulis iuris. Sed vtrum in ſolidum eius,quod intereſt?id videtur ex leg.1. §.1.depoſiti,quæ ſimplum omnino dari vult ab hærede, ſine diſtinctione, non ſolum quatenus peruenit,leg.ſi hominem, 7. §. 1. ff. depoſiti, leg. ad ea, 157.in final. ff. de regulis iuris. At contradicit hic verſic. aliquando, dum ait, ex contractu actionem non competere contra hæredem, cum teſtator doloſe verſatur eſt, & ad hæredem eius nihil ex dolo peruenit, ſed ſciendum eſt hoc accipiendum eſſe pro materia ſubiecta. Diſputatur enim hic de actionibus ſtricti ex maleficio deſcendentibus, & ſimilibus io quibus hæc regula vera eſt,leg.in hæredem 26.ff.de dolo malo,leg.quæſitum, octaua,§.vltimo,ff.de præcar. lege vnica, in final. Codic. ex delict. defunct.leg.in hæredem,5.ff.de calum.leg videamus, 17.ff.quod met.cau.l.3.§.1.ff.de vi arm.l.2.§.vltimo,ff vi bonorum

Digitized by Google

norum raptorum,cum alijs ſupra adductis,etiam in actionibus ex quaſi delicto,d.l.Iulianus,ff.de iu.d.l.5.ff de his qui defecerunt,cum alijs ſupra adductis. In Iudicijs bonæ fidei, & quibus doli præſtatio ineſt,non item. Nam ibi hæres in ſolidum propter delictum defuncti ex contractu teneretur, vt hâc elegantem diſtinctionem ducere licet ex regula, l. hoc iure, 152.§.vltimo,ff.de regulis. Ita procedit,d.l.1 §.1.d.l.ſi hominem,ſeptimo,ff.depoſit.d.l.ex depoſiti d.l. ex contractibus,ff. de oblig cum ſimilibus.

4 Porro lite cum defuncto conteſtata, indiſtincte hæ actiones in hæredem tranſeunt,& dantur ex rationibus ſupra adductis,d.l.vnica,C.ex delict defun.l.omnes, 139.ff.de regulis iuris,§.1.verſic.pœnales,hoc tit exceptis capitalibus iudicijs, quæ non tenent hæredem, ſi ante condemnationem reum decedere contingat,l.ex iudiciorum,20 ff.de accuſat.Nam in his neque concluſio,nec conteſtatio attenditur, Bart.l. 2 §. ſi publico,nu 13.ff ad leg.Iul.de adult.& in l. libellorum, 3. ff.de accuſat.& in leg.quid ergo,13.§ pœna,num.8. ff. de his, qui not.infa.Cyn.in l.nec exemplum,20.ad leg.Corn. de fal. l. in cauſis,16 C.de accuſ.Ferrat.in for.inquiſit. verb. ſuper Mynſing.obſer.60.cent.4 Chil.cap.54 numer. 2.proindeque ante ſententiam à mortalitate crimen extinguitur, & accuſatio ad nihilum redigitur,leg.1.2.& 3.C.ſi reus,vel accuſat.niſi in crimine maieſtatis,l.vltima,ff.ad leg.Iul.maieſtat.Quamobrẽ, & hodie, cum crimen factæ pacis ſit,publicum extinguitur ei accuſatio,nec tranſit in hæredem,etiamſi. Ijs fuerit conteſtata,Mynſing.obſeruat.98.cent.1 quod ſecus ſe habet, ſi ciuiliter ſit actum. Nam tunc ſaltem poſt conteſtationem, & de eo, quod ad hæredem peruenit tranſitoria eſt actio. Sic intelligo, & declaro.Mynſinger. obſeruat. 98.cent.1. vt reliquis iuribus,ac actionibus modo allegatis ea obſeruatio congruat. Sunt tamen quædam accuſationes, quæ contra hæredem incipiunt,vt repetundarum,intra annum, leg.2. ff. ad leg.Iul.repetund. leg. 2.C.ad l.Falc.peculatus,leg. vlt.ff.ad leg. Iul. repet. De reſidui d. l. vltima, ac ſimilia in quibus,quæſtio principalis, ablatæ pecuniæ mouetur d.l. vlt. ff.de pecul.l.ex iudiciorum,20.ff de accuſ.l.in Senatuſcon. 15.§.ſi propter ff. ad Senatuſconſ.Turpil.

---

§.Supereſt.

1 *Euentus actionum.*
2 *Satisfacere quid.*
3 *An actore inuito poſsit reus offerens abſolui.*
4 *Qualis oblatio,& ſatisfactio requiratur.*

1 COncluditur actionum tractatus euentu, qui eiuſmodi
2 eſt, vt actore non *a* probante reus abſoluatur leg. qui accuſare,4 Cod de edendo probante condemnetur, leg. vlt. Codic. de rei vendic. niſi ante condemnationem malit reus
2 bonam fidem agnoſcere, & actori ſatisfacere. Satisfactio fit voluntate creditoris, lege ſi rem,9. §. omnis, 3. ff.de pign. action.

3 An ergo illo inuito poterit abſolui? Et quidẽ ſi offerat quod debetur ante litem conteſtatam,omnino poteſt,l.ſi reus,8 3. ff.de procurat lite conteſtata non videtur, cum non liceat altera parte inuita penitere,tanquam ex contractu, l.3.§.idem ſcribit,vndecimo,ff.de peculio,leg ſi quinta, C. de obligat. & act.Fauorabilibus tamen eſt id poſſe fieri,l.quinta ff de publicanis. Non enim tam eſt penitentia quam eius quod petitur ſolutio, quæ omnem obligationem tollit in princ. ſupra quimodis tol.oblig & conſeq actionem,l.licet 42.§.ea ff de procur.Sublata namque cauſa tollitur effectus. Tiraqu.in tract.
4 ceſſante cauſa. Id adeo verum,ſi reus offerat, id quod petitur cum omni damno, & intereſſe, quod probare actor poteſt Iaſ.poſt alios,l.ſi inſulam,84.numer.10. 11.12.& 13. ff.de verborum obligat.per glo.l.vtique, 2 2.ff de receptio.qui arb. & ibi Bart. Angel.in leg.& ſi poſt, 8.in princip.per illum textum,ff.ſi quis caut. Nam tunc quia finis, & effectus actionis habetur media ſponte ſua pereunt,§.ſed ſi ſuſpecti, 8. ſupra, de ſuſpec.tut. Bald.l.3. C. de inſtit Secus vero,ſi non totum offeratur,l.acceptam,19.C.de vſu.l.ſi obſignatione, nona, C. de ſolut.non enim alioqui ſic ſolui videtur,l.Iulianus,131. §. 1.ff.de verb. oblig. nec particularem ſolutionem admittere creditor inuitus cogitur,l.tutor,41.§.Lucius,ff de vſur.Doct. l.2 §.1.ff.de verbor.obligat & ſolidum ſoluitur, non ſolidum quantitate,ſed & die,l.ſolidum 85.ff.de ſolut.multo vero minus creditor,aliud pro alio,vt ſibi ſoluatur pati cogitur, l.2.§. 1.ff.ſi cert.petatur l.eum 16.cum Auth.ſeq.l.manifeſti,17.vbi DD.Cod.de ſolut.

A D D I T I O.

a *Siue in ciuili,ſiue in criminali. Vide Iaſonem in l. non eſt nouum,C.de edendo.*

---

a DE *a* EXCEPTIONIBVS.

TITVLVS XIII.

1 *Continuatio.*
2 *Exceptio vnde ſit,quid ſit.*
3 *Propria exceptionis.*
4 *Species.*
5 *Cauſa efficiens.*
6 *Quibus, & contra quos datur exceptio.*
7 *Materia.*
8 *Forma.*
9 *Circumſtantia; loci,& temporis.*
10 *Forma probandi exceptionẽ.*
11 *Finis.*
12 *Effectus.*

ACtor poſtquã actionibus ſatis inſtructus eſt ſequitur,vt de exceptionib. quæ defendendorum reorũ cauſa cõparatæ ſunt, agatur.

Exceptionem ab excludendo dictam inquit Vlpian.l.2.in princ.ff.eod.vtes nota in proprietatis quaſi vim potius, quam vocẽ ponderans,fortaſſe ſecutus Cic. libr. de inuentione ſecundo, qui prætorijs exceptionib. ait multas excludi actiones.Nec id nouum eſt noſtris,vt cum in l.1. ff. de iniur.dicitur.Contumelia dicta à contemnendo, cum potius, ſit à contumelio, ſed eo ſcilicet ſenſu quo contemptionẽ alterius ſignificat.Sic exceptio propriæ ducitur ab excipere,ſed ea ſignificatione,qua excluſionem ſignificat. Nam diuerſas, planè habet ſignificationes,cum alias denotet accipere, arripere,amplecti,vt excipere literis,hoſpitio,clamore, gratia auribus,calamo,excipere ſententias,verba maledicta,memoria dignum,mandata,tela,diffidentem,labentem,dolores, moleſtias,flammam,labores, laudem,plagas,onera amicorum,rumores,vulnera,vim frigoris hyemem, & ſi quæ ſunt ſimilia apud Ciceronem. Alias vero deſſignat eximere aliquid de regula,excludere,demere vt Cic.in Academ.& 1.Tuſc *Nihil excipit*.& de Diuinit. 1. *Excepi de antiquis præter Xenophontem neminem*,ad At.lib.6.*Per aliquem aliquid excipere,&* 11. *Nominatim aliquid excipere* Q.fratri lib.1. *In ſummis laudibus vnam excipere iracundiam*, At. lib.11. *Tum illa edixit ita, vt me exciperet nominatim,& iudicialibus*.Q.fratri,libr. 1.Epiſt.1.*Nominatim lex excipit*,pro Corn.*Vbi eſt exceptum fidere* pro Cluen. *In emptionibus alij plura,alij pauciora excipiunt*,de Inu 1.*adſcribas ad legem,& addas exceptionem hãc*.
a Item prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones & lib.2.*legem exceptam de amicitia ſine except*.2. De diuina *Tacitæ exceptionẽs*,de fi.1.*Dare exceptionem alicui*. Att.lib. 6.*Habere rectam exceptionem*.

Quamquam igitur exceptionis nomine veniat omnis *ervaca rei* defenſio,l.defenſiones vndecima,C.eodem Doct in Rub. ff & extra eodem tamen proprie ſolum hoc nomine notatur,quod ad excludendum actionem reus obijcit, l.2. & l.ante penult.ff.eod. Vnde aiunt eum, qui ſimpliciter negat, non videri excipere,Bald.& Fel.in Rub ff. eod. Idem Bal.l.1. nu.3.C.de iuris,& fact.ignor.& l.peremptorias,2.C.ſentent. reſcind non poſſe gl. Bart.& Doct.in l. nam poſtea,nona, in princ. ff de iureiurand.aut qui negat intentionem tenere, vel competere actionem,vt in cap.1.de lite conteſtata,in 6. quæ exceptio intentionis dicitur,Soc.in Rub.& in l. 1. ff. eodem. Item ſtatutum, aut reſcriptum auferens exceptionem, non tollere defenſionem,aut iudicis implorationem, Bart l. plane, 38. in fin.ff.de petit.hæred. Fel.in prææleg.loco, quod ſane fateor, cum eiuſmodi non modo, de his, ſed de iuſtis quidem exceptionibus intelligantur, verum eo valere tantum debeant, vt friuolæ exceptiones excludantur, Iaſon l.ſed, & ſi,quarta, §.quæſitum, quarto, numero ſexto, & ſeptimo, ff ſi quis caut & leg penultima,num. 17 & 18. Cod. de pactis lege prima,numero ſexto ff.de condictione indeb Bartol. lege prima,§.primo,numero 3. ff. quod vi aut clam Specul. de renunc. & de obligat.ac ſolut. §. 1. Hipp ſingul. 96. Corſet. ſingul. verbo exceptio, numero primo Mantic. ſingul. 1. numero 1 Alexand.conſilio,numero 1.octauo,volum. ſexto,& conſ.208.numero ſexto, vol.ſexto. Et huic ſane,ſenſui congruunt.

A D D I T I O.

a *Adde huic tit.tractatum de exceptionibus Rebuffi,& Nepotis de monte Albano.*

grunnt exemplo exceptionum huic ſubiecta, quæ ſunt eiuſmodi, vt fateatur tenere actionem, ſed in re propoſita eſſe iniuſtam, & excludendum, & congruunt huc definitiones Iuriſc. Exceptio eſt quædam excluſio, quæ opponi actioni cuiuſque rei ſolet, ad excludendum id, quod in intentioné condemnationemve (quam in concluſione libelli præſcribit iudici actor, l. vlt. Co. de fide liber. l. vt fundus, 18. ff. commu. diuid. cap. licet, 31. extra, de Sim Iaſ. & Doctor §. 1. ſupr. de actio. (deductum eſt, l. 2. ff. eod. Seu eſt conditio) nam conditionaliter olim exceptiones reus proponebat, in princip. inf. tit. prox. verſ. ſi nõ conuenerit, & formulis prætor adijciebat, l. ff. famil. herciſc. l. 2. §. 1. l. 4. §. item, octauo, §. Labeo, 15. §. ſi à Titio, 52. cum ſequ. ff. de doli except. quæ modo eximit reum damnatum, modo minuit damnationé. x. exceptio. 22. ff. eod. Sed hæ definitiones congruunt tantum exceptionibus perẽptorijs. At hoc tit. agitur etiam de dilatorijs vt §. appellãtur, §. vlt. inf. eod. in C. etiam de declinatorijs. l. vlt. C. eod. vt omnino latius debeat hoc nomen exceptionis vſurpari, d. l. antep. C. eod. pro omni videlicet defenſione, quam non modo ad actionem excludendam, ſed etiam ſuam ad vtilitatem ſuiq; tuitionem qualemcunque reus vſurpat, in princ. hoc tit. verbo, defendendorum reorum gratia. Arctius tamen hic ſumitur iſtud nomen, quam in Pandectis, vbi replicationes includat, l. 2. §. 1 ff. eod. hic excludit, vt patet ex tit. ſequ. de replica. Quamobrem pro ſubiecta hic materia ſic deſcribere poſſumus ex l. non exceptionibus, decima, Co eod. vt ſi defenſio, c quæ certis, ac iuſtis ex cauſis auxilium reo tribuatur aduerſus intẽtionem actoris, l. 4. ver. integras defenſiones, l. ſi quidem, nona, l. ante penult. C. eod. &c.

3 Propria exceptionis, quod ſit excluſoria, l. 2. §. illud, ff. eod. Multiplicabilis, d. §. illud, Perpetua, l. 3. ff. eodem non modo ad 30. annos, ſed in æternum, l. ſi pactum, 6. verbo, ſine temporis definitione, C. eodem gloſ. l. 3. verbo, præſcriptio, C. de præſcriptio, 30. annorum, Panorm. cap. ſi autem, nono, extra de reſcript. Franc Balb. de præſcript. quarta parte, quartæ partis principalis, quæſt. 37. etiam cum actio tantum eſt annalis, l. 7. & 6. C. eodem, l. pure quinta, §. vltimo, ff. de doli exceptio iuxta regulam. Quæ ſunt annus ad agẽdum, ſunt perpetua ad excipiendum, l. quæſitum, 30. §. in dolo, ff. de pecul. Cuius rei rationem reddit Paulus, § vltimo, dicta lege quinta. Non inquit, ſicut de dolo actio certo tempore finitur, ita & exceptio eodem tempore danda eſt. Nam hæc perpetuo competit, cum actor quidem in ſua poteſtate habeat, quando vtatur ſuo iure, is autem, cum quo agitur nõ habeat poteſtatem, quando conueniatur. Nam præſcriptio in odium negligentiæ non agentium eſt introducta, l. cum notiſſimi, ſeptima, in princ. vbi Doct. Cod. de præſcript. 30. annorum, quæ non ſolet currere agere nequeuntibus, l. 1. in princ. & §. 1. C. de annal. except l. 1. Co. de vſucap. transform. d. l. cum notiſſimi, & paſſim, C. de præſcript. 30. annorum, iuxta regulam, ceſſante ratione legis, ceſſat lex, l. adigere, ſexta, §. quamuis, ff. de iure patron. l. quod dictum, 32 ff. de pactis. Quare quando eiuſmodi eſt exceptio, vt etiam per modum actionis proponi poſſit, velut ſimulationis contractus, de qua Cepol. in tract. de ſimul. contract. numeratæ pecuniæ, Bald. Salic. & communiter Doctores, l. ſi ex cautione, 3. C. de non numerata pecunia, Felin. in ca. ſi cautio, 14. num. 60. extra de fide inſtrumentorum, tum præſcribetur intra legitima actionum tempora: Bald. Salic. & communiter Doctores, in leg. 5. & 6. Co. eodem, per dictam, l. quæſitum, §. penultimo, ff. de peculio, Bald. l. ſicut, tertia, numero duodecimo, C. de præſcriptio. 30. annorum: Cum hic imputari poſſit negligenter excipientis, cur non definitio tempore egerit, Bal. dicta lege ſicut, Franc. Bald. tract. præſcriptionum, quarta parte, quartæ partis principalis, quæſt. 37. numer. 3. Sunt & aliæ temporales, ex pacti temporalis, puta ne intra quinquennium agatur, lege tertia, in fine. ff. eodem vel reſcriptis, lege vltima, Cod. qui bon. ced. poſſunt, dicto §. appellantur, hoc titul. lege ſecunda, C. de precibus, Imper. offer. vbi Doctor. Aliæ quoque exceptiones ſunt perſonales neque tranſitoriæ, hoc eſt perſonę cohærẽnt, nec tranſeunt ad alios, leg. exceptiones, 7. ff. eodem, vt priuilegij perſonalis, in quantum facere poſſit, §. vltimo, infra tit. proxim iuncto, §. vltimo, ſupra, de action. quæ nedum in fideiuſſorem, dict. l. exceptiones, dicta lege, quod dictum, fideiuſſor, ff. de pactis, ſed ne quidem in extraneum hæredem tranſit, lege maritum, duodecima, cum l. ſeq. ff. ſolut. matrimon. Exceptio reſtitutionis minorum in hęredem tranſit, lege tertia, §. penultimo, l. minor, 18. § ſi. cum l. ſeq. ff. de minor. quia damnum familiæ eſt, Caſtr. & Doctor. d. l. 1. & 2. C. de a fideiuſſo. min. non a in fideiuſſorem, d. leg. 1. & 2. Co. de fideiuſſo. min. & dicta lege exceptiones, in fi. ff. eodem, ne inutilis fiat reſtitutio, l. ait prætor, ſeptimo, §. non ſolum tertio, ff. de min. præſertim cum fideiuſſor ſibi imputare debeat, quod vltro interceſſerit pro minore, cuius conditionem, aut ius ſciuit, vel ſcire debuit, l. qui cum alio, 19. ff. de reg. iur. quod perinde eſt, l. quod te, quinta, ff. ſi cert. pet. l. quiſquis, 15. C. de reſc. vend. vbi glo.

Exceptio tamen Velleiani tranſit non ſolum in hæredem, l. hæ actiones, decima, ff. ad Senatuſc. Velleian. verum, & in fideiuſſorem, leg. exceptiones, ſeptima, §. 1. ff. eodem, l. ſi mulier, 16. §. 1. ff. ad Senatuſconſ. Velleian. quia totam obligationem Senatus improbat, vt ibi dicitur. Sicut & Macedoniani, dicta lege exceptiones, ſeptima, §. 1. l. ſed ſi paterfamilias, nona, §. non ſolum, tertio, l. 7. §. quamquam, decimo, ff. ad Senatuſconſul. Maced. l. penultima, C. eodem. Aliæ verò ſunt reales, ideoque tranſitoriæ, hoc eſt, in rem conceptæ, ſeu rei cohærentes, dicta lege exceptiones, ſeptima, § 1. ff. eodem, l. fideiuſſor, l. quod dictum, ff. de pactis, quæ tranſeunt in hæredem, lege exceptiones, §. 1. d. l. ſi fideiuſſor, d. §. vltimo, in fin. tit. prox. vt rei iudicatæ, metus, doli, iuriſiurandi, pacti de non petendo, interceſſionis, Macedoniani, libertatis onerandæ, b de quibus eſt vera regula? Omnes b exceptiones, quæ reo competunt, fideiuſſori quoque etiam inuito reo competere, l. omnes, 19. eodem.

4 Species diſtribuuntur à cauſa efficiente in ciuiles, §. hęc exempli, verſic. alioquin, hoc tit. & prætorias, dicto verſ. alioqui, Cicer. lib. 2 de Inuent. A materia in exceptione metus, in princ. hoc titul. tot. titul. ff & Co quod met. cauſ. & de exceptio. doli, & metus, l. exceptiones, ſeptima, Doli, in princ. hoc tit. tot. tit. ff. de doli except. tot. titu. ff. & C. de dolo malo, lege in pupillo, quarta. l. ſi rem, ſexta, l. exceptiones, ſeptima, ff. eodem, lege prima, C. eod. qui vel conſilio, vel re ipſa committatur, l. ſi quis cum aliter, 36. ff. de verborum obligat. erroris, imprudentiæ, in princip hoc titu l. Iulianus, ſeptima, ff. de doli except. Rei non traditæ, l. exceptiones, 20. ff eodem, vel precij non ſolum, leg. Iulianus, 13. §. offerri, octauo, ff. de act. emptione, non numeratæ pecuniæ, lege qui pecuniam. 30. ff. ſi certum petatur, §. idem iuris, hoc tit. quę contra reliquarum naturam biennio præſcribitur, vt ſupra ad titulum de literarum obligatio, dictum eſt, Dyn. in capit. locupletari, 28 numero 7. de regulis iuris, in 6. Pacti de non petendo, leg. 3. ff. eodem, §. Præterea debitor, hoc tit. l. ſi vnus, 27. §. pactus, ff. de pactis, l. 4. vbi Iaſ. & Doctor. Cod. de pactis, in princip. inſt. tit. proxim. cum qua concurrit exceptio doli, l. 6. Cod. eodem, generalis, l. 1. cum ſequent. ff. de doli exceptio, vel tranſactionis, l. 3. C. eodem, l. 1. C. de tranſact. leg. qui cum tutoribus, nona, ff. eodem, Iuriſiurandi, l. 2. & 5. ff. de iureiurand §. æquè hoc tit. l. qui quinta, l. exceptiones, ſeptima, l. vltima ff. eodem, rei iudicatæ, §. Item, hoc titul. tot. titu. ff. de exceptio. rei iudicatæ, leg. 3. dict. l. exceptiones, ſeptima, l. Modeſtinus, decima, ff. eodem, leg. 2. Cod. eodem, etiamſi alio in foro, puta Eccleſiaſtico, ſententia ſit lata cap. 2. eodem; in ſexto dum tamen eadem nunc agatur cauſa, cap. aduerſario, 13. eodem, leg. 5. 7. & 11. cum multis ſequentibus, ff. de except. rei iudicatæ. In quantum facere poſſit, dict. leg. exceptiones, ſeptima ff. eodem. Interceſſiones ex Senatuſconſul. Velleiano, d. l. exceptiones, ſeptima; Libertatis onerandæ, d. l. exceptiones, ſeptima, l. 1 & tot. tit. ff. quarum rerum act. non detur. Macedoniani, d. l exceptiones, ſeptima, ff. eodem. Reſtitutionis in integrum d. l. exceptiones, ſeptima. Præiudiciales non tantum ſtatus, de quibus in §. Præiudiciales, ſupra de action. ſed etiam aliæ, quibus petitur ne præiudicium maiori cauſæ fiat, l. generaliter, duodecima, l. ſi poſt litem, 13. l. fundum, 26. cum l. ſeq. ff. eodem, le. 1. ff. famil. herciſcun. præſertim maiori, l. vltima, Cod. de ordin. iudic. l. per minorem, 54. ff. de iud. l. rei, 21. ff. eodem. Rei maioris quæſtio in iudicium deduci videtur, num ea quæſtio deducitur, quæ vel tota, vel aliqua ex parte communis eſt quęſtioni de re maiori, dicta lege rei, 21. ff. eodem. A forma exceptio alia eſt iuſta, in princip. infr. tit. proxim. Alia iniuſta, in princ. infr. tit. prox. l. 3. l. penultima, C. eodem. Friuola, Bart. l. 1. §. 1. num. 3. ff. quod vi, aut clam, Spec. de renunc. in princip. Præpoſtera, hoc eſt non ſuo tempore

ADDITIONES.

a *Hoc ſpeciale eſt alias exceptiones perſonales fideiuſſoribus, & mandatoribus etiam inuito domino competere, l. & heredi, §. vltimo, ff. de pactis, l. & ſi deceſſerit, ff qui ſatiſd. cog.*

b *Vide exceptiones aliquot apud Socinum, reg. 131.*

Digitized by Google

pore oppoſita, l. penultima, Cod. eodem, item aliæ exceptiones, item factum, lege 4. §. aduerſus, 19. ff. de doli exception. Quanquam, & alia ratione in factum quoque dentur, l. filiusfamilias, 14. leg. penultima, ff. eodem, & lege 2. §. circa, §. & generaliter, ff. de doli except. & earum quatuor genera conſtituit Ang. hic, ſicut actionis in factum, in § 4. numero 38. hoc titul Conditionales, leg. antepenultima, ff. eodem, quemadmodum & hodie ſublatis licet formulis, l. 2. Cod. de for. act. ſubla. quædam proponuntur, vt ſi feci, dico me ad meam defenſionem feciſſe. Si debui, ſolui, Dyn. capitul. exceptionem, & 63. in fin. de regulis iuris, in 6. per leg. ſi quidem, nona, C. de except. Duplicationes, § 1. infr. titul. ſequ. Quadruplicationes, &c. nam multiplicantur nomina, quamdiu reus, aut actor obijcit, leg. 2. §. illud, ſecundo, ff. eodem. A fine & effectu, aliæ dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, §. appellantur, hoc tit. lege 2. §. vltimo, lege 3. ff. eodem, illæ differunt, hæ perimunt actionem, vnde vtrique nomen, lege 2. §. vltimo, ff. eodem. Dilatoriæ, aut declinatoriæ fori, vt leg. 2. ff. de iud. & extr. de foro compet. & quæ & præſcriptiones, leg. vltima, Cod. eodem, quanquam hoc nomen etiam alijs exceptionibus tribuatur, vt in inſcript. C. de excep. ſeu præſcript. l. 3. ff. de præuaric. etiam peremptorijs, l. preſcriptionem, octaua, Cod. eodem, leg. qui agnitis, 11. l. penultim. ff. eodem, leg. 2. Cod ſentent. reſcind. non poſſe, maximè tamen dilatorijs, leg. penultima, & leg. vltima, Cod. eodem. Aut recuſatoriæ iudicis, l. apertiſſimi, 16. Cod. de iudic. gloſ. capitul. 4. verbo, proteſtate, eodem, ca. quoniam, 11 ext. de probat. etiam ratione loci, vt quod vltra duas dietas reus euocetur, capitul. olim, 7. extra, eodem, vel in locum inhoneſtum, leg. quid tamen, 21. §. ſed ſi primo, ff de recept. qui arbit. aut in ſolitum, atque ſolennem, leg. 5. & 6. C. de ſenten. l. penultima, ff. de iuſtitia, & iure. Aut dilatoriæ, vel ex perſona agentis, quæ, & procuratoriæ vocātur, §. præterea, hoc tit. Vt cum obijcitur actori, non ei licere procuratorio nomine agere, §. penultimo, cum ſequen. hoc tit. leg. 3. §. vltimo, l. 3. in fi. ff. eodem. Vel excommunicationis exceptio cap. 2. & cap. 5. cap. dilecti, & cap. dilectæ, 10. extra eodem, cap. 1. eodem, in 6. aut aliud vitium repellens perſonam agentis, capit. dilecti, eodem, vt eſt ſuſpenſio, amotio ab ordine, cap. apoſtolicæ, nono, eodem Vel ex re ipſa, vt pacti conuenti de certo tempore, §. appellantur, hoc tit. l. 3. eodem. Item vſitatiſſimæ iure Saxon. exceptiones, ſatiſdationis, & guarandæ, de quibus Chilia. Term. & alij in ſua praxi. capit. *vom verſtand, von der gevvehr*. Peremptoriæ quoque in vim dilatoriarum putantur proponi, quoties ante litem conteſtatam inducuntur ad impediendum litis ingreſſum, capit. 1. de lite conteſtata, in 6. laſiſſ. Blanc. tractat. de compromiſſ. parte quarta, de except. imped. quod reſpectu temporis verum eſt, ante nāque litem conteſtatam tum proponuntur, vt reliquæ dilatoriæ, leg. vltima, Cod. eodem, l. ita 13. Cod. de procurat. Cęterum reſpectu effectus vim ſuam retinent, quia negotium perimunt, & agentem à limine iudicij præcludunt, dummodo in continenti probentur, Bart. leg. vltima, numero 3. ff pro ſuo, Iaſ. poſt Bart. in leg. nam poſtea, nona, numer. 16 & 17. in princ. ff. de iureiur. Bald. & DD. l. vltima, Cod. de edict. D. Adr. toll. Gemin. Phil. Franc. numer. 8. in capit. 1. de lite conteſtata, in 6. quia parte tali fere forma in pronunciando ſolemus vti. *Darauſs ſouil Zu befinden, daſs Klagern diſs falſs Keine Klage gebure, dervvegen vvird beKlagter vom gerichts ſtande billich entbunden.* Dilatorię plerumque temporales ſunt, neque ſemper locum habent, ſed vitari poſſunt, l. 3. verſic. temporales, ff eodem, vt procuratoria, d. leg. 3. in fin. Peremptoriæ vero ſunt perpetuæ, ſemper locum habent, nec euitari poſſunt qualis eſt doli mali, & rei iudicatæ, & ſi quid contra leges, Senatuſconſ. factum eſſe dicetur, dicta l. 3. in princ. vt l. iuris gentium, ſeptima, §. ait, ſeptimo, ff. de pactis, leg. pacta 6. C. eod. titul. item pacti conuenti perpetui, id eſt, ne omnino pecunia petatur, dict. leg. 3. verſic. 1. quæ putatur etiam eſſe litis finitæ Iaſ. & DD. in l. 4. C. de pactis, Blanc. d. tract. de compromiſſ. part. 4. de except. imped.

5 Cauſa efficiens lex, §. alioqui, hoc tit. Senatuſconſultum, l. qui exceptionem, 40 ff. de condit indeb. Edictum, §. qui temporales, ver. alioqui, & tot. tit. de doli excep. Impulſiua ęquitas, §. idem, verſic. ſed quia iniquum eſt, hoc tit. l. 1. §. 1. ff. de doli except. cum ſimilibus, de qua Paul. in l. exceptiones, 20. ff. eod. Omnes, inquit, exceptiones opponūtur, aut quia factum ſit quod fieri oportet, ex quo datur exceptio rei iudicatæ, dicta leg. exceptiones, ff. eodem, item rei venditæ, neque traditæ, de qua tit. ff. de except. rei venditæ, aut quia factum ſit quod fieri non oportuit, vnde exceptio doli, quæ doloſo prodeſſe, alteri obeſſe non debet, lege quarta, & vndecima, & paſſim, ff. de doli except. Aut quia factum non ſit, quod fieri debuit, vt bonorum poſſeſſiones non datæ, dicta leg. exceptiones, quia nimirum intra legitimo tempore petita non ſit, leg. 2. & l. 4. Cod qui admitti. Cum autem æquitas eiuſmodi ſit naturalis, §. theſauros, 39. §. per traditionem, 40. ſupra de rerum diuiſ. leg. nam hoc, 14. ff. de condict. indeb. referunt noſtri etiam exceptiones ad ius gentium, & naturæ, in Rubric. ff. & extra eodem, & Angel. hic, in princip. numero 9. & 10. Cauſa ſine qua non, actio, quæ niſi competat, nulla datur exceptio, leg. pure, quinta, §. vltimo, ff. de doli exceptio, cum nulla ſubſit actio quam excludat, leg. 2. §. 1. & 2. ff. eodem. Priuatio enim habitum præſupponit, leg. nam & quinta, ff. de iniuſt. rupt. teſt. leg. decem, 116. ff. de verborum obligationibus. Sed neque neceſſaria eſt exceptio, niſi actor intentionem impleuit. leg ſi quidem, nona, C. eodem, excipere autem eſt reorum, leg. 1. & 2. & paſſim, ff. eodem, l. in exceptionibus, 19. ff. de probat. in princ. nec enim actoribus exceptiones dantur leg. non exceptionibus, decima, C. de except. ſed replicationes, dicta l. non exceptionibus, l. 2. ff. eodem, & latius patet excipiendi facultas, quam agendi. Non enim pauci prohibentur agere, quibus tamen permittitur excipere, capitul. dilecti, octauo, extra, de except. cap. intelleximus, ſeptimo, extra, de iudic. cum ſit ſpecies quædam defenſionis, dicta l. antepenultim. d. cap. dilecti, octauo, ex iure naturali omnibus conceſſa, l. 3. l. vbi DD. præſertim Solomonius, ff. de iuſtitia, & iure, l. 4. & paſſim, ff. ad l. Aquil. l. 2. §. cum arietes, ff. ſi quadrup paupe. feciſſ. dicatur. Reales porro dantur non modo authori, l. exceptiones, ſeptima, in fin. ff. eod. & eiuſdem ſucceſſori, l. ſi à te, nona, §. Iulianus, l. exceptio. 28. ff. de exceptio. rei iudic. l. aliud, 100. l. in his, 175. §. primo, ff. de regulis iuris, ſed etiam fideiuſſori, d. l. exceptiones, ſeptima, l. omnes, 19. ff. eodem, §. vltimo, infr. tit. ſeq. Quod ſecus eſt in perſonalibus, d. l. exceptiones, ſeptima, d. §. vltimo, infra tit. prox. Dantur, & patri, cui filius quæſiuit, vel cuius nomine iuraui, l. vltima, ff. eodem.

6 Et in ſumma admonendi ſumus, multos arceri actione, qui non vetantur excipere, cap. dilecti, ext. de except. d. ca. intelleximus, extra, de iudic. vt excommunicatus non poteſt agere, vel reconuenire, cap. 1. eodem, in 6. c. 5. 8. & 10. eodem, at bene excipere, & ſe defendere, c. cum inter 6. eodem non tamen contra, qui prohibetur excipere, poteſt agere, leg. non debet, 21. ff. de regulis iuris. Item qui agere poteſt, eum multo magis excipere poſſe, l. 1. §. is autem, 4. verbo, nam cui damus, ff. de ſuperficiebus, capit. qui ad agendum, 71. de regulis iuris, in 6. Imò, quæ ſunt ad agendum annua, vel temporalia, ſunt ad excipiendum perpetua, l. quæſitum, 30 §. in dolo, ff. de pecu. Non tamen datur exceptio contra perſonam agentis ei, qui eodem, quo actor, vitio laborat, cap. 2. & 3. ff. eodem, Quod verum eſt cum vtrinque idem operatur propter terminos eoſdem, ſecus, ſi non ſit eadem correlatiuorum ratio, vt ſi reus obijciat actori exceptionem excommunicationis, periurij, &c. propter quod agere non poſſit; non procedit actori replicando eadem reo obijcere, cum hæc non repellant ab excipiendo, ſicut ab agendo, capit. dilecti, octauo, eodem, excepta appellationis cauſa, cap. ſignificauerunt, 11. cap. vltimo, extra eodem, quia hæc indiſtincte, quædam eſt defenſio, d. c. ſignificauerunt, Anton. de S Georg in Rub. de appel. in prin. quæ nulli propter excommunicationem auferri debet, ca. 5. d. capit. dilecti, octauo dicto ca. ſignificauerunt, extr eo. Datur autem exceptio aduerſus actores, l. 2. ff. eodem, eorumq; hæredes, l. ſi rem, ſexta, ff. eodem, l. prima, & ſecunda, C. eod.
a aut ſucceſſores etiam ſingulares, vt legatarios, *a* d. l. ſi rem, ff. eodem.

7 Materia circa quam eſt actor, leg. ſecunda, §. 1. cum ſequ. ff. eodem, etiam ſi ex inſtrumento guarentigionato agatur. Nam licet hoc paratam habet executionem, non admiſſa exceptione, ſicut etiam in his terris ordinatum eſt, vt non admittatur exceptio *vvieder Sigel vnd brieff*: tamen hoc intelligendum eſt, quando agitur ad executionem ex inſtrumento, non etiam quando ordinaria actio proponitur, & inſtrumentum in vim probationis inducitur. Nam tunc, vt in alijs iudicijs, omnibus exceptionibus erit locus, Soc. conſil. 51. preſtantiſſimæ, numero 1. volumine 1. Si vero, non agatur ex inſtrumento, ſed petatur ſimpliciter executio; tum

---

ADDITIO.

a *Et emptores. Vide Conenat. quarto, quæſt. 16.*

Digitized by Google

tum his in terris habet executionem in dorſo, non admiſſa exceptione ex principijs ordinatione, ſub tit. Verſetzte brieff. vnd.ſigel. Cuiuſmodi ſtatutum valet Felin. Dec. & Doct. cap. cum te, 18. ext. de offic. de legat. ſtricte tamen interpretādum eſt Socin. d. conſil. 51. præſtantiſſime, num. 2. cum multis ſeq. vol. 1. quoniam iuri communi eſt cōtrarium, quo iure inſtrumentum non habeat executionem parata. Ruin. conſil. 194. nu. 7. lib 4. per l. minor 25. ann. cui fideicom. 40. ff de minoribus adde, tex. in l. vnica, ibi dixi, C. de plus pet. Ang. l. ſi cū dotem, 22. §. eo autem tempore, 5. ff. ſolut. matr & in l. ait prætor 5. §. 1. ff. de re iudic. Aliquæ tamen exceptiones contra inſtrumentum opponi poſſunt, ſcilicet quæ in executione rectè opponuntur, vt falſitatis. Dec. cap. ex parte 13. ext. de offic. de leg. Raſuræ, vel cancellationis, Iaſ. l vlt. num. 5. Co. de edict. D. Adria. toll. Defectus ſolenniū, Dec. Neap. 283. nu. 11. Dec. d. ca. ex parte fall. 2. Turpis cauſæ, ex qua promiſſum ſit, vt & ipſa prouincialis conſtitutio iudicat. Cæterum exceptio cauſæ tanquam nullæ, quæ alias inſtrumento rectè obijcitur, c. ſi cautio. 14. ext. de fide inſtrum. l. 2. §. circa, vbi Doct. ff. de except. doli non poteſt tali inſtrumento opponi, Dec. conſ. 682. num. 3. & 4. ſicut nec liberatorio. Iaſ. leg. creditori, 5. num. 2. Cod. de pact. Doct. l. tale pactum, 4. in prin. ff. de pact. aut etiā obligatorio ſaltem inter mercatores, Iaſ. l. qui pecuniam, 30. num. 6. vbi addit, nec exceptionem non numeratæ pecuniæ inter hos attendi, ff. ſi certum pet. Felin. & Doct. d. cap. ſi cautio. Item exceptio ſolutionis. Dec. d. c. ex parte, fall. 25. ac quæ huic comparantur tranſactionis, cap. 1. de tranſact. Nouationis, §. præterea, 3. ſup. quibus modis toll oblig. Deniq; cuiuſlibet liberationis, quę omnes ſolutionis, nomine continētur, Corn. conſ. 111 vol. 4. Simulationis, Fel. in 12. fallen. & Dec. in 12 d. cap. ex parte, quamquam in ea diſtinguant, Bal. l. 1. C. plus valere, Panor. ca. item cum quis, 6. num. 5. extr. de reſtit. ſpol. Denique, quælibet exceptio, quæ ſolennitatem, & valorem inſtrumenti annihila, atque ita cauſam qua ſe fundat inſtrumentum, euacuat, Dec. in 2. fall. ac DD. d. cap. ex parte, 2. Moribus tamen noſtris difficulter admittitur aliqua contra tale inſtrumentum præter exceptionem ſolutionis, aut liberationis item nullitatis, ac falſitatis inſtrumenti, quæ tamen tum in continenti probari debet per inſtrumenti, tum confeſſionem, & c. Marant. ſpec. aur. par. 6. memb. 9. de except. & de inſtrum. product. num. 13. aut cum longiſſime, intra 15. dies, cap. 1. de reſt. ſpol. in 6. quos indulgere malim, quam triduum, ext. l. vl. C. de error. aduoc. quę loquitur de triduo, non probationis, ſed appellationis, quod in caſu aliena olim triduum erat, l. 1. ff. quando, & intra quæ tempora. Quod ſi verò altiorem requirant indaginem, fit illis reiectis executio, & exceptiones per modum actionis proponendæ reſeruantur, ex doctrina Bart. & DD. l. vlt ff. pro ſuo, l. nam poſtea, 9. ff. de iureiur. c. 1. de lite conteſt. in 6.

Materia ex qua ius cuiuſque proprium ex obligatione, vel ſimili cauſa, §. 1. & 2. hoc tit. etiam ex tempore, loco, perſonis, alijſque circumſtantijs, §. appellantur, hoc tit. l. 1. §. vlt. l. 3 ff. eod. Non ius alienum, quia nemini de iure tertij datur exceptio l. loci, 4. §. competit, ff. ſi ſer. vind. l. ſi quis. 8. § 1. C. de præſcript. 30. ann. Bar. Caſt. & alij, in l. 1 ff. de re. iud. & d. §. competit. Spec de emph. num. 83.

8 Forma, vt exceptio proponatur, à reo, l. 2. ff. eod. cum ſimilibus Nec enim iudex ſupplet, l. vnica, vbi Caſtr. num. 3. C. vt quæ deſunt aduoc. niſi ex actis appareat, Ang. §. 1. num 3. hoc tit. Boer. deciſ. 344. Vt ſi ex libello agentis appareat præſcriptā eſſe iniuriarum, vel ſimilem actionem temporalem, Boer. prę all. loco Panor. & Doct. cap. ad aures 6. in vlt. notab. extra de præſcr. quo caſu nedū in ciuilib. ſupplere poteſt iudex. Mynſing. obſeru. 28. cent. 3. ac mea ſententia, debet cum acta faciant notorium, Soc. l. 1. ff. de except. Iaſ. l. eius qui 41. num. 3. ff ſi cert petatur. Soc. latè conſ. 96. vol. 4. (vbi diſputat an eodem modo faciant notorium in ſummarijs,) ſed etiam criminalibus vtcunque aliqui pręter rationem diſſentiant Boer. præal. loco, Mynſing. obſeru. 35. cen. 4. & Bart. in leg. eum qui 56. §. qui ita ſtipulatur, ff. de verb. oblig. Guid. Pap. deciſ. 221. Sicut nouiſſime Principis noſtri conſtitutione prudenter ordinatum eſt, par. 1. conſt. 25. quemadmodum in ſimili quoties iudici apparet, non competere actionem poteſt agentem repellere in quacunque iudicij, parte etiam non oppoſita exceptione, gl. & DD. comm. l. vbi 40. C. de tranſac l. 2. §. quod ſi actor 6. C. de iuram. propter calum. Mar. par. 6. de except. nu. 7. Proponebatur autem olim condictionaliter in prin. inſ. tit. ſeq. vers. excipiat debitor, vt ita dampum condemnetur ſi nō conuenerit, ne eam pecuniam petat, vnde condictiones edictæ l. antepe. ff. eodem. Hodie proponitur exceptio ſine certa forma, vel propoſita nuda facti narratione, vnde ius exceptionis reſultet. DD. in l. 1. præſertim, Soc. ff. eo. per leg. itaque, 48 ff de proc. l. qui pendentem, 25. ff. de act. empt. Idque tam in ſcriptis, quam ſine ſcriptis, Bart. l. licite, 13. § oportet 20 nu. 5. per illum textum, ff. de excuſ. tut. vt hoc copioſus explanat. Ang. hic ad Rub. num. 21. 22. & 23. qui materiam exceptionū omnem hic diligentiſſime viſus eſt enucleaſſe, vnde lector diligens petat. Nec enim noſtri amoris, & inſtituti eſt de alienis libris tranſcribere, neſcio quid, & pro noſtris eadem vendicare. Licet autem cuique vti non vna tantum exceptione, ſed etiam pluribus, leg. is qui, 5. ff. eod. quamuis diuerſis, leg. nemo 8. ff. eod. atque adeo contrarijs, glo. in dict. leg. nemo, 8. per cap. nullus pluribus 20. de regulis iuris, in 6. dict. leg. nemo, dict. leg. qui. 5.

9 Quod ad circunſtantiam loci, & temporis attinet, exceptio proponenda eſt ad acta in loco iudicij, c. quoniam 11. verbo, exceptiones ext. de prob. aut ſaltem ea à iudice redigi debet. Ang. hic ad Rub n 35. Et quoties de delicto excipitur, etiam locus, & tempus comiſſi delicti exprimendum eſt Angel. præal. loco, nu. 22. cum ſeq. ſicut in actionibus, l. 3. ff. de accuſ. Sed ante actionem proponi num poterit exceptio? Non videtur, quam illius ſit excluſio l 2. ff. eo idque probat, l. 5. § fin. ff. de dolo except. Sed ab hac regula caſus neceſſitatis excipitur, vt ſi extrahat doloſe actionem actor, vſque dum reus abfuturus eſt. Poteſt enim adire iudicem, & ei ſuam exceptionem indicare, petereque vti cogat actorem intra certum tempus experiri, poſt non audiendum, Bal. l mancipiorum, 6. ff. de optione, & in l. ſi quis libertatem, 7. nu. 8 ff. de pet. hær. per l. ſi ita quis, 135. §. Seia, ff. de verb. obl. Ang. ad Rub. nu. 20. & 21.

a Declinatoriæ porro proponi debent initio [a] litis, leg. vl. C. eod. non modo ante litis conteſtationem, ſed ante reliquias exceptiones omnes gl. l exceptionem, 19. C. de prob. Alioqui videbitur in iudicem conſenſiſſe, l ſed, & ſi, 52. in princ. ff. de iud. Quemadmodum, & exceptio recuſationis qua iudex vt ſuſpectus recuſatur, gl. ver. proteſtatur in c 4. extr. eo. & in d. cap. quoniam, ext. de prob. DD. l. apertiſſimi, 14. C. de iud. vbi dixi, & c. Dilatoriæ ante litis conteſtationem, l. ita demum, 13. vbi Iaſ. & DD. C. de proc. l. Pomponius 40. § ratihabitionis, ff. de procur. d. l. exceptionem, vbi Bal. & DD. C. de probat. Maran. in Spec. aur. parte, ſi capitulo de except. nu. 7 & 8. Quod intellige de dilatorijs, reſpectu perſonarum ad dilationē proceſſus attinentibus, l 4 verſ. cauſam dilatam, Co eod. Nam dilatorię intentionis, & rei petitę, videntur ad merita cauſæ, & ita poſt litem conteſtatam proponi poſſe, d. l. exceptionem, 29. C. de prob. quam de eiuſmodi dilatoria accipit gl. ibi circa fin. aduocatus, qui dilatoriam inter exordia litis prætermiſsā vult exercere, & ab huiuſmodi opitulatione ſubmotus forte per interlocutoriam iudicis, vel præceptum, (vt l. qui agnitis, 11. ff. eo) ſi nihilominus perſeueret, & præpoſterę, defenſioni inſtiterit, vnius libræ aut i condemnatione multatur, l. pen. C. eo. Quoniam vero malitioſę nonnunquam per dilatorias cauſæ prorogātur, ideo iudex aſſignatæ ſolet terminū ad omnes dilatorias proponendas, intra quem omnes allegandæ ſunt, aut certè ſi aliquæ prius, & ante reliquas excutiendę, vt declinatoria, recuſatoria: certæ nominandæ, & proteſtatione cōſeruandæ ſunt, ſalua tali, & tali exceptione, c. paſtorales, 4 vbi gl. verbo proteſtatur, ext. eo. poſt quem terminum aliæ deinceps non audiuntur, niſi de nouo emergentes, l. ſi mulier, 19. vbi Alex. ſolut. matr. Caſt. l. vlt. C. de except. Maran. præalleg. loco, nu. 9. aut quas ante competentes iuret excipiens, iam primum ad ſui notitiam peruenitſſe, d. cap. 4. eod. aut niſi reddere poſſit proceſſum retro nullum, l. licet, 24. Vbi Doct. C. de procur. Maran. in d. 6. c. de except. nu. 18. Fel. in d. c. exceptionem, fallen. 8. de excep. Excommunicationis tamen exceptio poſt proponi poteſt, Clem. 1. eodem refuſis agenti expenſis, ſi reus malitioſe diſtulerit d. ca. exceptionem, 12. extr. eod. Nam tam peremptoriæ, quam dilatoriè proponitur, d. Clement. 1. vbi gloſ. in verbo, dilatoriæ eod. Peremptoria vero poteſt opponi, & probare quandocunque ante ſententiam, l. 4. l. ſi quidem, 9. C. eod. l. peremptorias, 2. C. ſentent. reſcin. non poſſe, l. emptor, 9 Co. de præſc. longi temporis gl. in l exceptionem, 19. C. de probat. Apparet tamen olim initio ſolere proponi litem conteſtando, quod ea reus vti vellet, ſi actorem implere intentionem contingeret, l. præſcriptionem, 8. d. l. ſi quidem verbo habita conteſtationem, C. eo. l. exceptionem, 10. verb. opponi quidem initio, Cod. de prob. poſt vero probari, quam

actor

ADDITIO.

a *Vide plures exceptiones apud Soc. reg. Exceptio declinatoria.*

Digitized by Google

actor intentionem impleuiſſet, d.l.ſi quidem, d.l.exceptione. Poſt ſententiam, hoc eſt, rem iudicatam. (Nam in cauſa appellationis licet proponere peremptorias, l.eos, 6.C.de appellat.l.per hanc, 4.C.de tem appel. non dilatorias omiſſas, l.ita, 13.C.de proc.) numquam licet excipere l.4. Co.de re iud.niſi in caſu c.Apoſtolicæ, 9.ext.eo & excommunicationis, cap.1. eod.in 6.item in exceptione falſi c.cũ venerabilis, 6.ext.eod. leg.qui agnitis, 11.ff.eod.leg.pen. Cod.de tranſac. leg.Dinus, 31.ff.de re iud.& tot.tit.Cod.ſi ex fal.inſtr.nullitatis, l.ſi feriatis, 6.vbi Iaſ..n.3 ff.de ferijs, le.1 Cod de ſent.ex breuic.& ſimiles quæ proceſſum reddunt retro nullum, le licet 24.Cod. de proc.l ſi vt proponis, 4.C.quomodo, & quando iud.eoque & poſt rem iudicatam in executione opponi poſſunt, d.l.licet 24.vbi DD Cod.de proc.Fel.in d.c.exception. num.28. extr. de exception.ſicut, & ille quæ ſentẽtiam non impugnant, ſed modificant vt exceptio priuilegij in quantum facere poteſt; inuentarij &c.Bart.& Alex.& DD.l.ex diuerſo, 18.§.fi.ff ſol. matr. Bald.d.l.exceptionem in fi.Cod.de prob. Bart.l.1.Cod. de iu.& fact.ign.Maran.præalleg. loco par.6.cap.de except. num.18.

10 Omnis autem exceptio probanda, l.in exceptionibus, 19. ff.de probat.cum in hac agentis parte ſuſtineat actor, d.l.in exceptionibus, l.1.ff.eod.cuius proprium eſt probare, l.qui accuſare, 4.C.de eden.l 2.l.actor, 23.C.de prob. Priuilegiatæ, quoniam in continenti probandæ ſunt, Bart.l.vlt.nu.3.ff pro ſuo, in l.nam poſtea, 9.in pr. vbi Iaſ.& DD. ff.de iureiur.Phil. Fran.nu.6 & Can.in c.1.de lite conteſtata, ideo optime probantur per inſtrumenta, Maran par.6.c.de except.num.16.& deciſ.Neapol.63.confeſſionem aduerſarij, Alc.in tract.præſumpt.in princ.qua non eſt melior probatio de mundo, vt inquit Ioan.de Amicis, conſ.8 nu.65.Item per acta iudicij, quæ rem faciunt notoriam ſaltem intra 15.dies vt ſupra probatũ, ex c.1.de reſt.ſpolia, in 6.niſi vbi aliter ſtatutum eſt, ſicut Maran.præallegato loco, num.16.ait conſtitutum in reg.Neap. ſpacium quinque dierum. Quod ſi probari in continenti nequeant reijcit eas iudex poſt litem conteſtatam, Bart.& DD. d.l.nam poſtea in prin.ff.de iureiur.& in l.ſi quis, 11.C.depoſiti.l.ille ęquo, 13 §.ſi de teſtamento, ff ad Senat.Trebell.Maran.præalleg loco, nu.14.hoc modo. Es iſt be Klagter ſeines vorvvendens vgeacht zu antvvorten ſculdig vnd vnvverden ihme ſeine angezogene ſchutzuuehr nachder Kriegs befeſtigung zerſtorlich einzobringen hiemit vor behalten, quæ reſeruatio eo prodeſt, vt ſi poſt probentur proceſſus reddatur retro nullus, quaſi nulla actione actori competenti, vt ait Maran.par.6.c.de except.no.14.per doctrinam Bart.d.l.ille à quo §.ſi de teſtamento, ff ad Senatuſc.Treb.

Reliquæ vero exceptiones poſt litem conteſtatam, & impletam actoris intentionem probandę ſunt, d.l.ſi quidem, C. eod.dato ad hoc legitimo termino, qualis actori dari ſolet, l. 1.C.de dilat.qui iure ciuili eſt trium menſium, d.l 1.iure Saxon.ſex ſeptimanarum, & trium dierum, Landrecht, art.29. & 62.lib 2.art.2.Quamquam propter diſtantiam locorum poteſt longior dari, d.l.1. Landrecht, lib.1.artic.72. als geduppelt Sachſiſche friſt. Quoties tamen reus directo contraria agentis articulis excipit, & allegat, vt non impletam allegatã præſcriptionem, non factum contractum, ex quo agitur. Cuiuſmodi ſunt exceptiones intentionis, de quibus, Bar.l.mater decedens, 19.& l.Papinianus, 8.§.ſi quis, ff.de ınoſ.teſtam. gl.& DD.vbi, 40.C.de tranſ.l.ſi pupilli, 9.§.videamus, 12. ff.de negot.geſt. Maran.præalleg.loco, nu.7.Ad probationem autem exceptionis cogitur actor edere reo inſtrumenta ſua, l.5.l 6.l. pen. l.vl.C.de eden.quamuis ipſe nulla actori, l.1.C.de eden. cap 1.de fide inſtrum.

Non tamẽ ante cogitur probare reus exceptionem, quam actor intentionem impleuit, l.exceptionem, 10.C.de prob d. l.ſi quidem, C.eod l.emptor, C.de præſcripr. longi temporis, vel reus ipſe agentis intentionem confeſſus ſit, d.l.ſi quidem, C.de except.Confeſſio enim aduerſarijs, & probatio paribus paſſibus ambulant, l.qui ſententiam, 16.C.de pęn.l.poſt rem iudicatam, 56.ff.de re iudic.

11 Quod ad finem attinet, exceptiones defendendorum reorum gratia comparatæ ſunt in prin.hoc tit.ad impugnandam actionem, §.1.ver.ideoque, hoc tit.ſeu vt dicitur in le.2 ff.eodem, vt actionem excludant.

12 Effectus quod reus in exceptione actor fit, l.1.ff eodem l. actionis, 37.ff.de oblat. non tamen excipiendo intelligatur confiteri intentionem agentis l.non vtique, nona ff.eod.cap. cum venerabili 6. extra eod. Exceptione probata abſoluatur cap.olim, eodem non tamen ſuper ipſa exceptione pronuncietur, cap 1.extra eo.l.Lucius, 21.ff.de his qui not.infam. niſi vel fiducia ſui iuris dominium contra agentem reus probans lege circa, decima quarta, ff.de prob. ea enim non exceptio, ſed quædam contra vendicatio eſt, &c.

DE REPLICATIONIBVS

TITVLVS XIV.

1 *Quid ſit Replicatio Definitio rei nominis.*
2 *Propria eius.*
3 *Species.*
4 *Cauſa, & cui, contra quem detur.*
5 *Materia.*
6 *Forma.*
7 *Finis.*
8 *Effectus.*

1 AGentis exceptio vocatur replicatio, quod per eam replicatur, atque reſoluitur ius exceptionis. Replicare enim contrarium ſui ſimplicis per translationem ſignificat rurſum dicere, aliquid iterum explicare confirmare vt Cic. pro Sylla. *Replicarem memoriam temporum*, de Diu.1. *Replicare tempus*, & Plinius, *Quum ſæpius ille replicaſſet, tandem perſuaſit*, ſignificat etiam inuertere, reſoluere, Plin.lib.8.ca.27.Cum igitur refutans exceptionem actor, rurſum ab actione intentata de cauſa ſua dicat eo fine, vt actionem, ſeu intentionem ſua iterum dicendo confirmet, & obiectam à reo exceptionem euertat, rectè ſecundum vtrãque ſignificationem, ea altera ipſius poſtulatio nomine replicationis notatur. Eſt igitur replicatio nihil aliud, quam exceptio actoris, qua rei exceptionem replicando elidit, l.2.§.1. ff de except.l.non exceptionibus, 10.C.eod.Iuriſc.d l.2.§.1.ff. eod.Replicationes, inquit nihil aliud ſunt, quam exceptiones, & à parte actoris veniunt, quæ quidem ideò neceſſariæ ſunt, vt exceptiones, excludant. Semper enim replicatio idcircò obijcitur, vt exceptionem oppugnet, Paulus, l.antepenul.ff.de except.Replicatio, inquit eſt contraria exceptio quaſi exceptionis exceptio, per quam contra exceptionem actor ſuam adiuuat intentionem, l.ſi ex maiore, 7.C.de except.Iuſtinian. in princ.hoc tit.Eſt allegatio actoris eius adiuuandi gratia, contra iniuſtitiam exceptionis inducta.

2 Propria, quod ſit excluſoria, l.2.§.illud, 2 ff.de except. Contraria exceptionis, l.antepen.ff.de excep Multiplicabilis, l 2.§. vltimo. Perpetua, ſicut exceptio, etiam cum actio tantum eſt annalis, vt in replicatione doli patet, leg.ſi pactum, 7.Co.eodem, &c.

3 Replicatio porro multiplicatur, ſi contra eam reus duplicet. Nam huic obijcitur actoris noua replicatio, quæ appellatur triplicatio, d.l.2.§.illud & §.1. hoc tit.& contra triplicationem datur, quadruplicatio, & huic aduerſaria deinde quintuplicatio, & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus, aut actor obijcit, d.l.2.§.illud. Quia tamen infinitas eſt vitanda, l.3.§.vlt.ff de teſt Solet officio iudicis modus allegationibus imponi. Authent.iudices, vbi dixi Cod. de iudic.aut de eo per compromiſſum conueniri, nempe, vt duabus, vel tribus ſcripturis, vtraque pars in cauſa concludat, hoc modo. Ceterum quæcunque ſunt exceptionum ſpecies à parte rei eędem eſſe poſſunt replicationes ex parte agentis, vt replicatio doli mali, l.4.& 5.ff.ad Senatuſc.Velleian.quæ pacto rectè obijcitur, leg.3.Codic. eod.non etiam iureiurando, l.aduerſus, 15. ff.eod.Falſi contra rem iudicatam, leg qui agentis, 11 ff.eod. Item pacti de petendo, vt ſi pactus ne peteret conuenit poſt, vt petere poſſit vt in leg.ſi vnus, 27.§.pactus, 3.ff de pactis Excipienti de pacto debitori replicabitur ex pacto poſteriore in princ. hoc tit.quod priori derogat, l.pacta nouiſſima, l.1. Cod.de pact.

4 Cauſa ęquitas, cum videlicet iniqua nocet exceptio, vt alia allegatione, quæ iuuet actorem, opus ſit, in princ. hoc titulo. Datur verò actori, l.2.§.1.& 2.ff.eod. non reo, d.l.exceptionibus, C.eod.ſed contra reum, d.l.2.§.1.& 2.

5 Materia circa quam eſt intentio agentis, & exceptio defendentis, vt illã confirmet replicatio hanc infirmet, l.2.§.1.cum ſeq.ff.eod.in princ.hoc tit.

6 Forma proponendi, & probandi hic eadem, quæ in exceptiones. Nam vt reus probat exceptionem, l.in exceptionibus, 19.ff.de prob.Sic, & actor replicationem, l.3.C.eodem c.dilecti, 8.extr.eo.ad quam probandam putatur etiam reus cogi, vt reddat inſtrumenta actor, l.vlt.vbi Doct.C.de eden. quæ lex non modo hoc non, ſed contrarium mihi probare videtur quare potius ſtandũ regulę, l.1.& 4.C.de eden. c.1.de fide inſtrum.l.1.C de probat.l.nimis graue, 7.C.de teſtibus. Nam ſi reus ad intentionem actoris probandam nihil edere cogitur,

Digitized by Google

cogitur, d. l. vlt. cur quæſo ad acceſſionem intentionis, ſeu cō-
firmationē? quæ eſt replicatio? An quod vna via prohibetur,
7 alia inducetur, contra l. oratio, 16. ff. de ſponſ. cum ſimil.
Finis duplex, alter, vt exceptiones excludat, l. 2. §. 1. ff. eod.
vel oppugnet, d. l. 2. §. 1. verſic. Semper. n. d. l. 2. ff. de exc. Alter
vt adiuuet intentionem agentis, l. ſi ex maiore, 7. l. antepen.
C. de excep. vel actorem ipſum, in princ. hoc tit.
8 Effectus, quod replicatio doli oppoſita faciat iudiciū quo-
dammodo bonæ fidei, & commentum fraudis repellat, l. 3.
C. eod. denique quod quæuis adiuuet agentis intentionem, l.
ſi eo. 7. C. eo. & muniat l. antep. C. eo. excludat exceptionem
leg. 2. §. 1. & 2. ff. eod. leg. 3. 6. & 7. Cod. eod. & reſoluat in eius
in prin. Inſt. eod. dum tamen idonea fuerit, ca. 2. ca. Dilecti, 8.
extr. eod.

DE INTERDICTIS.

TITVLVS XV.

1 *Vtilitas tituli non eget commendatione.*
2 *Ignoratis principijs, ignorantur ea quæ ſequuntur.*
3 *Iudicium in hoc tit. quotuplex.*
4 *Iudicium petitorium, ſeu proprietatis quid.*
5 *Iudicium petitorium quando intentatum dicatur.*
6 *Iudicium petitorium quid.*
7 *Multo conſultius, & vtilius, intentare poſſeſſorium iudicium quam petitorum.*
8 *Dominij probatio difficillima.*
9 *Actore non probante, reus etſi nihil præſtiterit, abſoluitur.*
10 *In interdicto recuperandæ poſſeſſionis ſufficit probare, quod actor poſſedit, & reus actorem poſſeſſione ſpoliauit.*
11 *Vtilitas poſſeſſorij iudicij, & n. 14. & 16.*
12 *Sæpe ius non deficit, ſed probatio.*
13 *Melior conditio poſſidentis, quam petentis.*
15 *Sententia lata in poſſeſſorio non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio.*
17 *Appellatio eſt præſidium innocentiæ, & ſpes defenſionis.*
18 *Si actor iudicio poſſeſſorio obtinuit ſententiā, in qua reus condemnatus eſt reſtituere poſſeſſionem actori: an reus a tali ſententia appellare poſſit, & n. 19. & 20.*
21 *Iure canonico, & ciuili diſcrepantibus in cauſis non concernentibus ſpiritualia, & obſeruantur ius Canon.*
22 *Iuriſperitus in conſilio cautus, in patrocinio fidelis, in iudicio iuſtus eſſe debet.*
23 *Diuiſi tituli in quatuor partes.*
24 *Inter dictorum definitio.*
25 *Interdicta quaſi inter duos dicta quomodo intelligendum.*
26 *Sicut olim circa actiones intentandas certæ ſolemnitates introducta erant, ſic etiam circa interdicta.*
27 *Hodie interdicta abſque ſolemnitate: & pro eis actiones in factum proponuntur.*
28 *Quatuor genera actionis in factum, & n. 29. 30. & 32.*
31 *Quomodo hic titulus in ff. inſcribatur.*
33 *Regula quando actio præſcriptis verbis, vel actio in factum competat.*
34 *An ſit differētia inter actiones extraordinarias, & interdic.*
35 *Dictio, Seu eſt ampliatiua.*
36 *Actio in factum quare extraordinaria dicatur.*
37 *Quæ olim differentia inter actiones, & interdicta, & n. 38.*
39 *Concluſiones ex Gl. ſuper verbo, Maxime, notanda, & n. 40.*
41 *Actio triticaria vnde dicta.*
42 *An interdictum, & ſi iudicium poſſeſſorium pro iuribus, & rebus incorporeis intentari poſſit.*

1 PRo commendatione, & declaratione tit. noſtri
qui continet materiam poſſeſſorij iudicij, in vſu
practico quotidianum, & vtiliſſima, ita vt de ip-
ſius vtilitate vere dici poſſit, quod Iuriſconſult.
in l. 1. ff. de reſt. in integrum, inquit vtilitas huius
tituli non eget commendatione, ipſa enim ſe oſtendit, aliqua
2 euidentalia ſunt permittenda, ignoratis enim principijs, opor
tet etiam ignorare ea, quæ ſequuntur principia, vt pulchre
dicit Dyn. in cap. Nullus pluribus 20. de reg. iur. in 6.
3 Principio igitur præmittendum, in titulo noſtro reperiri du
plex iudicium. Tuum quod proprietatis, ſeu petitorium di-
citur, & alterum quod poſſeſſionis, ſeu poſſeſſorium appel-
latur, vt conſtat ex cap. Paſtoralis, 5. & integra Rub. Decre-
4 to de cauſa poſ. & propriet. Et notatur poſt tex. in l. natura-
liter, 12. §. nihil commune, ff. de acqu. poſſeſ. Iudicium petito-
rium, ſeu proprietatis eſt, & dicitur, quando agitur ad rem iu
re dominij, vel quaſi, vt quia actor in libello petit declarari
fundum Tuſculanum, quem Titius reus iam poſſideat, ad ſe
ſpectare iure dominij, vel quaſi, & reum condemnari ad re-
ſtitutionem iſtius fundi: vel petit declarari ſibi competere ali-
quod ius, vel ſeruitutem in iſto fundo, & ita vbi eſt contentio
5 de iure, vel dominio rei in libello petitæ, ibi iudicium peti-
torium intentatum eſſe dicitur, vbi non eſt quæſtio tantum
de poſſeſſione rei ſed cuius eſt illa res, & cui dominium, vel
ius in illa re competat, vnde hoc caſu à parte actoris requi-
ritur dominium, vel quaſi, vel ius in re, vt in §. omnium, ſup.
de act. rei vend. dictum eſt. Itaque, & hoc caſu, actor grauatur
onere probandi dominium, vel quaſi, l. in rem, 22. ff. de rei
6 vend. cuius probatio eſt difficillima, vt not. in l. cum res, 12.
C. de prob. Poſſeſſionis vero, ſeu poſſeſſorium iudicium di-
citur, quando agitur ad rem ratione poſſeſſionis tantum, vbi
non de dominio, ſed de nuda poſſeſſione eſt contentio, & a-
ctor tantum petit, vt vel adipiſcatur poſſeſſionem rei, quam
antea numquam habuit, vel vt retineat poſſeſſionem rei iam
poſſeſſæ quietam, vel vt recuperet poſſeſſionem amiſſam.
Neque hoc caſu quæritur, an dominium, vel quaſi ad acto-
rem ſpectet, ideo nec actor oneratur probatione dominij,
ſed poſſeſſionis quam iam habet, & in ea turbatur, vel quam
amiſit, & alter iam habet, cuius probatio eſt facilis, vt ex in-
fra dicendi latius apparebit.
7 Secundò, præmittendū, conſultius eſſe, & vtilius intentare
poſſeſſorium iudicium, quam petitorium. Ita inquit Iuriſcon.
in l. is qui deſtinauit, 24. ff. de rei vend. Is qui deſtinauit rem
petere animaduertere debet in aliquo interdicto poſſit nan-
ciſci poſſeſſionem, quia longe commodius eſt ipſum poſſi-
dere, & aduerſarium ad onera petitoris compellere, quam
alio poſſidente petere. Hinc Paul. de Caſt. in l. ſi de vi 37. ff. de
iud. Rectum conſilium legis eſt, inquit, vt habēs vtrumq. re-
medium, primū intentet poſſeſſorium, ſi. n. obtinet in eo iam
8 fit reus in petitorio, & releuatur ab onere probādi in petito-
rio, quod eſt magnum commodum, cui dominij probatio
ſit difficillima, cuius rei patet exemplum in d. c. paſtoralis ext.
de cauſa poſſeſ. & propt. vbi Titius, qui fundo ſuo fuit ſpolia-
tus à Caio, intentauit contra Caiū ſpoliatorē, rei vindicatio-
nem, & ſic petitorium iudicium, dicendo iſtum fundum ad ſe
ſpectare iure dominij, vel quaſi poſtea; accidit, vt quia forte
ſuper cauſa ſua cum petitoribus conſultationem, & tractatū
habuit, vt loquitur Imp. in l. ſi auiā, 3. C. de inge. manu, intelle-
9 xit ſe inconſulto contra iuriſconſulti conſiliū intentaſſe peti-
torium, ſentit. n. ſibi iam incumbere onus probandi, fundū ad
ſe ſpectare iure dominij, & quia difficilima eſt eius probatio
10 metui ne in probatione deficiat, & reus, & ſi nihil præſtite-
rit, & de iure ſuo probauerit abſoluatur, iuxta vulgatam re-
gulam l. qui accuſare, 4. C. de edendo, vult igitur recurrere
ad poſſeſſorium iudicium, & intentare interdictum recupe-
randæ poſſeſſionis, vbi ſufficit probare, quod actor poſſedit,
& reus actorem ſua in poſſeſſione ſpoliauit, quę de facili pro
bari poſſunt, quæritur, an ſit admittendus; Et odio violēti in-
uaſoris, ne ex dolo, & improbo ſpolio lucrum aliquod ſentiat
contra l. 1. ff. de excep. doli, & in fauorem ſpoliati, ne ſi gra-
uiter ledatur ſpeciali quodam beneficio Papa concedit, ante
concluſionem in cauſa facta, ſuſpenſo iudicio proprietatis
aduerſus ſpoliatorem iudicium poſſeſſionis recuperādæ intē-
11 tari poſſe. Ex his ſic apparet vtilitas poſſeſſorij iudicij. I.
Cum regulariter actori incumbat onus probandi, l. actor,
33. C. de probat. hic releuatur ab onere probandi dominiū,
II. Quando in iudicio poſſeſſorio, actor nactus eſt poſſeſſio-
nem, vt deinde aduerſarius, condemnatus rem reſtituere
velit recuperare iſtā rem cogitur de nouo intentare petitoriū
iudicium, & dominium rei probare, quod ſi facere non pote-
rit quia inſtrumenta, per quæ dominium probare potuiſſet,
amiſſa ſunt, vel teſtes mortui ſunt etiamſi foueat bonam
cauſam, quod in rei veritate res ſit ſua, tamen propter defe-
ctum probationis ſuccumberet, quomodo ſæpe fit, vt non
12 deficiat ius, ſed probatio, vt inquit Iuriſconſ. in l. duo ſunt
Titij, 20. ff. de teſt. tut. ſicut, & Cyn. in l. generaliter, 52. C. de
Epiſcop. & Cleric. dicit, multa ſub iuſto clypeo perire. Et hoc
eſt quod Imper. in §. retinendæ, verſ. Commodum, inf. eo. di-
cit. Commodū poſſidendi in eo eſſe quod etiamſi res non ſit
eius, qui poſſidet, non tamen auferatur ab eo res ſi actor
deinde non probare potuerit rem ſaluam eſſe, addite l. fi. Co.
de rei vend. vbi dicitur: Res aliena poſſidens, licet iuſtam
cauſam tenendi nullam habeat non niſi intentionem ſuam
implenti reſtituere cogitur, & hoc caſu ex poſſeſſione præſu-
mitur dominium, vt notat Bar. poſt Gl. in l. quidam in ſuo, 27
ff. de cond. inſtitut. Nec enim curamus de iure poſſeſſoris, ſi
non conſtat de iure petitoris, vt in inquit Bald. dicta, l. finali

Digitized by Google

13 Hinc & vulgo dicitur meliorem eſſe conditionem poſſiden-
tis,quam petentis,c. In pari,cum ſimilibus de reg. iur.in 6. Et
beati dicuntur poſſidentes,quoniam fructus eorum in Gloſ.
§.ſi clericus,verſ.Si tres,vel plures ſuper verbo, Requitat,ca.
De pace tenenda, & eius violat in vſibus feud. Addite Iaſ. in
14 d.l.naturaliter,§.nihil commune,nu.80 ff.de acquit.poſſ. III.
Hanc ob cauſam etiam conſultius eſt primo loco intentare
poſſeſſorium iudicium, quo actori argent l de poſſeſſione,
etiam ſi ſuccumbat,ſaluum ius pretorij conſeruatur.ita vt ni-
15 hilominus deinde petitoriũ intentare poſſit, quia ſententia
lata in poſſeſſorio,non patit exceptionẽ rei iudicatę in petito-
rio.In primo.n.iudicio de poſſeſſione,in ſecundo de proprie-
tate eſt contentio,textus eſt expreſſus,& ſingularis in l. & an
eadem,14.§.fin.ff.de excep.rei iud ſicut,& ipſi reo ius in peti-
torio conſeruatur, licet in poſſeſſione contra ipſum feratur
ſententia condemnatoria,ad reſtitutionem poſſeſſionis quo-
modo plerumque in ſententijs ſuper poſſeſſorio fatis hęc ver
ba apponi ſolent,ex atteſtationibus teſtium, omnibuſq. actis
& actitatis,vbiq. appatet, reum conuentum actori teneri ad
reſtituendam poſſeſſionem agri in libello deducti, vna cum
omnibus perceptis emolumentis,ac fructibus. Et reſeruatur
è contrario actoribus ſuum,vt in iudicio petitorio illud dedu
cat,&c. Quod non eſt vice verſa,quando actor initio inten-
tari petitorium, & in eo ſuccumbit, quia non poteſt deinde
recurrere ad poſſeſſorium iudicium, obſtabit enim ei exce-
ptio rei iudicatæ, prætereum quãdo reus ideo abſolutus eſt,
quia de ſuo dominio probanit. Et de hoc, quia indiſtincte
non ſit procedit, infra latius dicemus poſt ordinariam do-
ctrinam, Bart. & aliorum in d.l. generaliter, §. nihil commu-
ne. Accedit, & hæc vtilitas, quod licet in cauſis criminali-
bus, & ciuilibus maioribus, & minoribus negocijs appellan-
di facultas conceſſa, ſit leg. & in minoribus, 20. Cod. de ap-
17 pel.& leg.non tantum,6.ff.de appel Eſt enim appellatio præ-
ſidium innocentiæ, & ſpecies defenſionis, vt inquit Alex.
18 de Imol. in conſ.113. vol.5. Tamen quando actor in iudicio
poſſeſſorio obtinuit ſententiam, inqua reus condemnatus eſt
reſtituere poſſeſſionẽ actori,tunc res in tali ſententia appella
re non poteſt,nec per appellationem,ſi quam de facto inter-
ponat executionem differre, vel impedire poteſt,tex.eſt no-
tab.in leg. vnica, Cod.ſi de moment. poſſ.fuer. appellat. Cu-
ius diſpoſitio procedit tam in poſſeſſorio adipiſcendæ, quam
retinendæ, & recuperandæ ſecundum Gloſ & communiter
Doct. hic. Eſtque ratio, quia non affert perpetuum præiudi-
cium,ſed momentaneũ,nec enim præiudicat cauſæ proprie-
tatis, ſed grauamen, quod affer talis ſententia, poteſt reſtau-
rari per iudicium petitorium, ideo mittitur executioni ſalua
cauſa proprietatis,nec ſit reo iniuſta quia res reſtituitur in
priſtinũ ſtatum,& ſicut ante poterat petere ita,& nunc, vt in
19 quit Bart. in leg 3. num.7 ff. de appell. recip. Ex his igitur in-
fertur limitatio ad prædicta, vt 1. Non procedunt, cum per
ſententiam latam ſuper poſſeſſorio paratur præiudicium ir-
reparabile, quia fortè non habebit aliud remedium niſi poſ-
ſeſſorium,& ſit ei pręiudicium ſuper proprietate. De quo vi-
20 dere poſt Docto.d.l.vnica omnino Bartol. in dict leg 2. nu-
mer.7.ff de app.recip. II. Limitantur prædicta procedere de
iure ciuili non autem de iure Canon. vbi etiam in cauſa mo-
mentaneæ poſſeſſionis appellari poteſt,vt eſt caſus in cap Ex
conqueſtione, 10.extr.de reſt. ſpol & vide Bart. in d.l.a.nu.9.
io fi.& add.Bart d.l.vnica,& ibi Bal.& ſpec. in tit.de app.§. in
21 quibus nu 8. Vnde hoc caſu locum habet vulgata doctrina,
quoties ius Canon.& ciuile diſcrepant,in cauſis non concer-
nentibus ſpiritualia toties ſeruari ius Canonicum in terris
Ecceleſiæ,vel Papæ.vel Epiſcoporum,ciuile vero in terris Im-
perij, vt notatur poſt text in cap. Clerici 8 extr. de iud. & in
cap.1 extr.de noui oper. nunc.

22 His ſic præmiſſis (quæ in practica ab aduocatis diligenter
obſeruanda ſunt. Iuriſperitus enim in conſilio debet eſſe cau-
tus, in patrocinio fidelis,in iudicio iuſtus, quoniam de talen-
to ſibi credito tenetur reddere rationem,vt inquit Spec in §.
ſi in fi.de aduocatis) aggredior nunc declarationem tituli no-
ſtri, & omiſſa eius continuatione diuido eum poſt Ang. in 4.
23 p. In prima ponit Imp.quod olim eſſent interdicta in ſecun-
da,tertia, & quarta parte tres diuiſiones interdictorũ refert,
24 vt conſtat ex ordine text. Quod primam partem attinet
ſciendum, Interdictam nihil aliud,fuiſſe quam quædam ver-
ba præcipientia, vel prohibentia aliquid fieri, a prætore con-
cepta, & cum certa quadam ſolemnitate verborũ inter duos
contendentes propoſita,præſertim quando depoſſeſſione,vel
quaſi diſceptabatur, vt hic in princ. Vnde ſecundum Imper.
in §. fe.in fi.interdicta appellãtur,quaſi inter duos dicta,quia
inter duas perſonas litigantes præponebantur quod ſec. Bald.
ſuper Rubr.C.eo.non intelligas inter duos ex numero perſo-
narum,quia idem foret,ac ſimile eſſent ex vna parte, & mille
ex alia,ſed intellige inter duos,ſ.actorem,& reũ. Vnde Azo.
in ſumma,C eo.dicit in interdictis, plerũq. obſeruatũ, vt ſpe
cificarentur nomina perſonarũ, vel conciperentur verba eo-
rum facta ſemper demonſtratione perſonarum,vt in l.1 .ff de
26 tab. exhib. Et notandum, quod ſicut olim circa actiones in-
tentandas certæ ſolẽnitates introductæ erãt, quippe quę pri-
mo à Pontificibus eſſent impetrandę,& cum certis ſolennita-
tibus verborũ proponendæ,adeo, vt ſi quis in ſyllaba errabat
caderet à tota cauſa,vt habetur,in l.2. §.deinde ex his,ff.de o-
rig iur. Sic & interdicta qua prætore proponebantur, errant
cum certa ſolemnitate obſeruanda.Sed quemadmodũ nimis
curioſa illa ſolemnitas verborum,hodie tam in actionibus ci
uilibus quam in prætorij ſublata eſt per tit. C.de formulis,&
27 impetrar. Ita quoq. ſolemnis illa verborum conceptio in in-
terdictis receſſit ab vſu, vt hodie interdicta abſq. ſolemnita-
te,& pro eis actiones in factum proponantur,§.fin. inf.eod.
Ad cuius intellectum ſciendum,poſt Gl. ibi quatuor eſſe ge-
nera actionis in factum I Quędam enim actio in factum eſt
28 quę datur in locum legis Aquil. Nam ſi quis vulnerauit ſer-
uum,vel animal meum,quòd pecudum numero continetur,
potuerit conueniri Actione l. Aquilię, ſed quando intulit dã-
num ſeruo,vel iumento meo per indirectũ, ita vt non poſſit
dici directo mihi,damnũ dediſſe,hoc caſu actio l. Aquiliæ nõ
datur,ſed in eius locum,& ſubſidium datur actio in factũ, vt
ſi quis ſeruũ meum ligatũ miſericordia ductus liberanit, qui
ſeruis poſtea aufugit, vel equum ligatum in ſtabulo liberauit,
vel caueam aperuit, vt auiculæ auolarent, is l Aquilia non te-
netur,ſed quia æquũ eſt dare actionem contra eum cũ occa-
ſionẽ damni dederit, actio in factum competit,§.ſi. ſup. ad l.
Aquil II eſt actio in factum,quæ in contractibus inominatis
29 locum habet ac proinde tũe vna,& eadem eſt actio cũ actio
ne pręſcriptis verbis, & vbicunq. locum habet actio præſcri-
ptis verbis,ẽt hæc in factum competit, vt probatur per tex.in
l.ſi tibi arca (al.eſt §.1.l.ſi tibi rẽ,13.) & in l.ſi tibi polienda,22.
in fi ff.de pręſ verb.vbi vtrobiq. in tex.dicitur cõpetere actio-
nem in factum, ſcilicet præſcriptis verbis III Eſt actio in fa-
30 ctum,quę in loco interdictorum competit Olim enim vt di-
ctum eſt, cum certis ſolemnitatibus proponebãtur Interdicta
quæ ſolemnitates hodie receſſerunt ab aula, vt non verbis ex
quiſitis proponãtur,ſed eorum loco actio in factum,quæ ex-
traordinaria actio dicitur. d. §. fin. infra eod. Ideò inſcribitur
31 iſte tit.in ff.de interdictis,& extraor. act.quaſi dicat. Iuriſc. ſe
dicturũ de materia interdictorum, & de actionib.in factum
32 quę loco interdictorum dantur. IV. Dicitur actio in factum
ſubſidiaria, quæ generaliter compet it vbicunque proprium
nomen actionis, vel contractus deficit, & tamen equum eſt
33 dari actionem. Et diligenter notanda eſt regula, quam tra-
dunt Bat. & doct. ſupra Rubr. ff. de præſcr verb. vbicunque
negocium geſtum eſt inter partes, quod non cadit in certam
ſpeciem contractus, & æquum eſt dari actionem. nec ta-
men ſpecialiter de ea in iure cautum reperitur, tunc ſi verba
interuenerunt, ex quibus reſultat contractus innominatus,
actio præſc iptis verbis competit, vbi actor concludit reum
condemnari debere, ſecundum verba præſcripta, narratis,
ſcilicet verbis conuentionis,ſi autem verba non interueniunt
& eſt tale aliquod factum, propter quod æquum eſt dari
actionem, iſto caſu actio in factum competit,vbi actor ſim-
pliciter narrat factum, & petit reum condemnari, ſecun-
dum qualitatem facti in libello deducti, de quo latius videte
Gloſ. & Doct. in leg. quoties, 21. ff. de præſcriptis verbis, &
in l. factum decimarertia, ff. de obligat. & action. Doctor.
34 præſertim. Zaſ.in §.actionum,28.ſup.de actio. Circa prædi-
cta pro declaratione Gloſſæ noſtræ, ſupra ver.Conceptiones
verborum in fin. quæritur. An ſit differentia inter introdu-
cta, & actiones illas extraordinarias, in factum, quæ hodie
ſublata ſolemni verborum, Conceptione loco interdicto-
rum proponuntur? Et gloſ. noſtra hic in final. & in Rubr.
eod. in final. tenet nullam eſſe differentiam, quòd Bartol.
poſt Dyn. ſuper Rub. Fab. & Ang. hic impugnant, propter
dictionem *Seu*, quæ ponitur in Rubr. ff. de interdictis, ſeu
35 extraordinarijs actio. Sed dictio *Seu*,eſt ampliatiua per tex.
in l.ſi quis ait,30.ff de auro,& argent.lega. Ideo dicunt inter
illa eſt differentiam, ſicut inter obligationem, & actionem,
materiam,& materiatum.Sicut,n.obligatio eſt mater actio-
nis perſonalis,l.licet,42 §.ea obligatio.ff.de procur.ita interdi
ctũ patit actionũ in factũ.Et diuerſa eſſe interdicta,& actio-
nes probatur per text. in l.ſi quis miſſus,3 §.prætor, ff. ne
vis fiat ei, qui in poſſ. eſt, & in l.1. §. eſt igitur, verſic. Re-
36 ſtituendæ, ff. vt poſſidetis. Hinc, & Ang. Aret. hic in princ.
poſt

Digitized by Google

Poſt Ang.Peruſ.in d.§.pretor, dicit hodie interdicta non eſſe ſublata ſed tantum illam curioſam ſolemnitatem verborum, & poſſe agi, vel interdicto, vel actione in factum, quæ ideo extraordinaria actio dicitur, quod in ea extra antiquam ſolẽnitatem verborum ſimpliciter factum narratur, & concluditur: Quia tu hoc feciſti: Quia vim intuliſti: Quia me turbaſti in poſſeſſione ideo puto, &c. Et ſic in effecto parum inter hanc actionem in factum, & interdictum intereſt. Deinde dubitatur circa Gloſ.noſtram, cum olim interdicta, ſicut omnes aliæ actiones, tam ciuiles, quam prętoriæ, cum certa quadam ſolemnitate verborum proponenda erant, d.l.2.§. deinde, 6 ff.de orig.iur. quęnam fuerit differentia inter interdicta & actiones in genere, gl hic, & in d. Rubr ff.eod. refert duas
37 differentias. Prima, quod interdicta referebantur à prætore ſolum ad duos inuicem litigantes: vnde etiam interdicta appellata ſunt, veluti: Quia tu illum vi deieciſti de eo contra te iudicium dabo, l. 1. in princ. ff. vi, & vi armata. Actiones vero proponebantur generaliter in perſonis omnium: vt, Quicũque emerit vaget ex empto. Sed hæc differentia pleriſque diſplicet. Repetiuntur enim interdicta, quæ formantur in perſona vnius tantum, vt eſt Vtrobi. vbi dicitur. Vtrobi, ideſt, apud quem hic homo, de quo agitur, maiore parte huiuſce anni fuit, quo minus enim ducat, vim fieri vtero. Item ſunt, & interdicta, quæ generaliter formantur, vt in ff. ne vis fiat
38 ei, qui in poſſeſ.miſ.eſt. Altera differentia Gl.eſt, quod actiones tam à iure ciuili, quam prætorio ſunt introductæ, interdicta autem omnia à iure prætorio. Sed quia nec hæc realis differentia dici poteſt, ideo Doct. videntur concludere nullam tealem differentiam fuiſſe, ſed modum loquendi alium fuiſſe de interdictis, alium de actionibus, vel certe prætores nullam actionem dediſſe, poſtquam introduxeruut interdicta, & voluiſſe interdicta locum actionum obtinere, de quo vide poſt Fab. hic Angel. in princ.

Ex Gloſ ſuper verbo, Maximè.

39 Notabitis duas concluſiones: Primo, quod licet interdicta à prętore potiſſimum fuerint introducta, ad dirimendas cõtrouerſias ſuper poſſeſſione, vel quaſi, inter duos vertentes, tamen ſunt aliqua interdicta, in quibus non ſuper poſſeſſione, ſed ſuper iure rei, & de proprietate eſt, quæſt. In iſtis non ſufficit, ſi quis probet ſe poſſidere, vel poſſediſſe, ſed ſi vult obtinere victoriam, neceſſe habet dicere cauſam dominij, vel quaſi cur poſſideat Et ita de iure ſuo docere cogitur. Vnde talia interdicta dicuntur continere rei perſecutionem ſeu cauſam proprietatis, de quibus eſt tex. in l.2.§.quędam, ff.eo. vt interdictum de mortuo inſerendo, vbi eſt quæſtio: An ius inferendi mortuum, vel conſtruendi ſepulchrum in illo loco competat, quo probato, deinde non prohibeatur inferre mortuum, vel conſtruere ſepulchrum, l. 1. ff. de mortuo inferendo. Ita etiam in interdicto, de aqua quotidiana, & æſtiua, nõ ſufficit ſi actor dicat, ſe eſſe in poſſeſſione ducendi aquam de loco publico, ſed an ei hoc ius competat, & a principe conceſſum ſit, & tunc cauſa poſſeſſionis, & proprietatis ſimul dirimitur leg. prima, §. permittitur, 41. & 3. fin. ff. de aqua quotid. & æſtiua. Secus eſt in alijs interdictis, in quibus ſi deducatur cauſa proprietatis, & poſſeſſionis ſimul, primo examinatur cauſa poſſeſſionis, l. incerti, 3. C. eod. & l. ſi de vi, 31 ff. de iud.

40 Secundo notabitis ex Gloſ. noſtra, quod licet interdicta à prætore propter poſſeſſionem ſunt introducta, tamen ad auocandas poſſeſſiones etiam de iure ciuili actiones competunt, vt eſt condictio triticaria, per quam poſſeſſio omnium rerum petitur, per Bart. & alios in l. 1. ff. de cond. trit. Et dicta
41 eſt triticaria à tritico. Veteres enim nomine tritici intelligebant opes noſtras, vt inquit Zaſ. ſuper Rubr ff. de interd Item per condictionem indebiti poteſt peti, & auocari poſſeſſio nummorum extantium, lege indebiti decimaquinta, §. ſed & ſi nummi, ff. de condict. indebiti.

Gloſ. ſuper verbo. Quaſi poſſeſſio.

Declarat tex. vt intelligatur de quaſi poſſeſſione rerum incorporalium, ſeu iurium, & ſeruitutum. Cum enim poſſeſſio ſit ius inſiſtendi rei corporali, & inde quaſi pedum poſitio dicta ſit, l. 1. in princ ff. de acq. poſſeſ. iura incorporalia, quæ nec videri, nec corporaliter apprehendi, aut tangi poſſunt, improprie, & ſic quaſi poſſideri dicuntur, l. ſequitur, quarta, §. ſi viam, 47. ff de vſucap. Dictio enim quaſi, denotat improprietatem ſecundum Iaſ. in §. ſed iſtæ, tertio, numer. 68. ſupra de
42 actio. Notandum igitur ex text. & Gloſ. interdictum, & ſic iudicium poſſeſſorium etiam pro iuribus, & rebus incompaſabilibus intentari poſſe, quod declarat Glo. procedere in interdicto retinendæ poſſeſſionis, vt, ſi quis eſt in quaſi poſſeſſione iuris, vel ſeruitutis, & turbatur, & impeditur vti ſeruitute, is vtili interdicto. Vti poſſidetis experiri poſſit, text. eſt in l. ſicuti, 8. §. Ariſtot. 5. in fin. ff. ſi ſeruitus vendicetur, & in l. quoties, 20. ff. de ſerui. Idem dicendum eſt de recuperandæ poſſeſſionis interdicto, vt ad quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium vtile interdictum. Vnde vi competat, de quo infra commodius dicetur. Et vide Bart. in 3. §. in id, 13. verſ. Vnde vi, ff. de vi, & vi arm. Panor. in cap. Querelam, 24 extr. de elect. Canon. in capit. cum Eccleſia, 3. extr. de cauſ. poſ. & propr.

---

§. Summa autem diuiſio.

1 *Vna res ſecundũ varias conſiderationes varie diuidi poteſt.*
2 *Prima diuiſio interdictorum.*
3 *Secunda diuiſio ex effectu ſumpta.*
4 *Tertia diuiſio a tempore.*
5 *Quarta diuiſio a perſonis litigantium.*
6 *Quinta diuiſio.*
7 *Interdicta prohibitoria quæ.*
8 *Interdicere ſignificat denunciare, & prohibere.*
9 *Quatuor interdicta prohibitoria.*
10 *Quis dicatur iuſte poſſidere.*
11 *Quibus competat interdictum vnde vi, & nu. 17. 18. 19. 20. & 21.*
12 *Contumax qui dicatur.*
13 *Pœna contra contumacem ſtatuta, & nu. 14.*
15 *Primum decretum quid.*
16 *De iure Saxon. quomodo procedatur aduerſus contumacem.*
22 *An quis habeat regreſſum ad damnum reſarciendum, ſi ex negligentia commiſerat petere cautionem de damno infecto.*
23 *Contra quem competat hoc interdictum.*
24 *Quæ requirantur ad hoc, vt iſtud interdictum locum habeat, & nu. 25.*
26 *Ad quid competat hoc interdictum, vel quid conſequantur creditores, cum hoc interdicto agunt.*
27 *Nunquid ille, qui ex primo decreto miſſum poſſeſſionem vi expellit, incidat in penam, l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, & quomodo illa lex ſit intelligenda.*
28 *Miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ.*
29 *Secundum interdictum prohibitorium de mortuo inferendo.*
30 *Nihil certius morte nihil incertius hora mortis.*
31 *Mos ſepeliendi apud veteres.*
32 *De ſepultura Chriſtianorum.*
33 *Competat hoc interdictum.*
34 *Religionis intereſt, monumenta conſtrui, & exornari, & ſepultura eſt memoria humanæ conditionis.*
35 *Quis dicatur prohibere ædificare.*
36 *Contra quem detur.*
37 *Pœna inferentis in ſepulchrum alienum.*
38 *Per illationem mortui corporis locus fit religioſus.*
39 *An vterq; locus ſit religioſus, ſi oſſa ſepeliãtur in diuerſis locis*
40 *Si in medio duorum confinium committatur homicidium ad quem iudicem ſpectet cognitio illius maleficij.*
41 *Diſpoſitio l. ſi. cum Auth. ſeq C. de ſepul. viol. contra creditores qui cadauer mortui debitoris faciunt arreſtari notãda.*
42 *Pœna iure Authenticorum ſtatuta in creditores impedientes ſepulturam defuncti propter debitum, eiuſque ampliationes, & num. 43. 44.*
45 *Error aſſeſſorum, & iudicum qui in defunctos executionem ſententiæ capitalis faciunt.*
46 *Tempus heredibus conceſſum intra quod à creditoribus conueniri, & moleſtari non debent.*
47 *An mulier prægnans mortua debeat humari, antequam partus ei excidatur.*
48 *Tertium interdictum, ne quid in loco ſacro.*
49 *Ad quid competat.*
50 *Nemini licet facere domunculas in muris ciuitatum ſine conſenſu Principis.*
51 *Quibus competat hoc interdictum.*
52 *Quartum interdictum, ne quid in flumine publico.*
53 *Cui detur.*
54 *Quæ requirantur, vt locum habeat hoc interdictum.*
55 *Si quis habeat molendinum in ſuperiori parte fluminis, & alius velit in inferiori parte eiuſdem fluminis aliud conſtituere, an poſſit, & nu. 56.*

57 *An vicinus qui vult in proprio fundo conſtituere aliquod molendinum poſſit a nobilis habente molendinum in eodem loco ad quod vltra hominum memoriam homines illius loci circumcolentes, iuerunt prohiberi, & nu. 58. 60. & 61.*
59 *In dubio præſumitur quis ædificare propter ſuam vtilitatem non ad iniuriam tertij.*
62 *An ſubditi alicuius domini: qui longiſſimo tempore iuerunt ad molendinum domini poſſint compelli, vt in futurum eodem etiam vtantur.*
63 *Plura interdicta prohibitoria præter numerata.*
64 *Interdictum ne quid in loco publico, quando competat.*
65 *Officium ædilium Curulium.*
66 *Viæ publicæ inter regalia inferuntur, & regalia quid dicantur.*
67 *An in generali concessione meri, & mixti imperij intelligantur regalia concessa.*
68 *Interdicta reſtitutoria quid.*
69 *Interdictum vnde vi.*
70 *Interdictum quorum bonorum.*
71 *Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*
72 *An libellus ſuſtentetur, ſi actor petit ſibi reſtitui id, quod antea nunquam habuit.*
73 *Interdicta exhibitoria quid.*
74 *Pro perſonis exhibendis duo interdicta propoſita ſunt, primum de libero homine exhibendo.*
75 *Cui competat hoc interdictum.*
76 *Contra quem competat.*
77 *Quæ requirantur, vt locum habeat, & nu. 78.*
79 *Plagiarius quis dicatur.*
80 *Qui tenentur lege Fabia.*
81 *An domini qui mimum cantorem, aut alium aptum miniſtrum ſibi inuicem donant incidunt in hanc legem.*
82 *Secundum interdictum de liberis exhibendis, datur ratione iuris, quod quis habet in detento.*
83 *Bene concordantia matrimonia, iure patriæ poteſtatis non ſunt conturbanda.*
84 *An marito contra patrem detinentem filiamfamiliam nuptam, quæ cum marito, aliquantulum altercata eſt detur.*
85 *An illud interdictum patrono ratione iuris patronatus.*

1 IMper. in hoc §. vſque ad finem tituli noſtri tres diuiſiones
interdictorum refert. Et quia vna res ſecundum varias
conſiderationes varie diuidi poteſt, ideo præmittendum, di-
uerſis reſpectibus plures reperiri diuiſiones interdictorum,
quas Iuriſcon. per l. 1. & tota tit. ff. eod. proſequitur.
2 Primo enim diuiduntur interdicta ratione rerum, de qui-
bus interdicitur. Quædam enim interdicta dantur de rebus
diuinis, vt ſunt loca ſacra, & religioſa, quale eſt interdictum,
ne quid in loco ſacro fiat, & ſi quid in eo factum eſt, hoc tol-
latur Item ne vis fiat mihi, quo minus inferam corpus mor-
tuum in locum religioſum. Quædam vero interdicta dantur
de rebus humanis, quæ ſunt, vel in nullius bonis, vt de libero
homine exhibendo, vel ſunt in patrimonio noſtro, & reſpi-
ciunt, aut publicam vtilitatem, aut priuatam, d. l. 1. in princip.
ff. eodem.
3 Secunda diuiſio interdictorum, de qua habetur hic in ſ.
noſtro, ſumitur ex effectu, quẽ interdicta noſtra producunt.
Quædam enim ſunt prohibitoria, quædam exhibitoria, quæ-
dam reſtitutoria, quędam vero mixta, quæ partim ſunt exhi-
bitoria, partim prohibitoria, vt eſt illud de liberis exhiben-
dis, vbi prętor iubet liberos exhiberi, & ſimul prohibet vim
fieri patri petenti exhibitionem liberorũ. Sic aliquando ſunt
prohibitoria, & reſtitutoria ſimul, vt ſunt pleraque interdi-
cta, vbi prætor prohibet vim fieri, & ſi vis fiat, vt reſtituatur,
de quo textus, & gl. in d. l. 1 ſ. interdictorum, ff. eodem.
4 Tertia diuiſio ſumitur à tẽpore: Quædam interdicta ſunt
annalia, vt ſunt pleraque interdicta excogitata à prętore, cu-
ius officium anno finiebatur, vt ſupra, de perpet. & temporal.
actio. Quædam vero ſunt perpetua, quæ vſque ad 30. annos
proponi poſſunt, vt eſt interdictum de tabulis exhibendis.
Item de liberis exhibendis, d. l. 1. in fine, iunct. glo. ibi quę tra-
dit regulam, interdicta, quæ habent rei perſecutionem, &
non oriuntur ex maleficio, regulariter eſſe perpetua: quæ ve-
ro ex maleficio oriuntur, & rei perſectionem non continent
annalia eſſe. Item diuiduntur interdicta reſpectu temporis,
ad quod eorum effectus extenditur, d. l. 1. §. interdictorum.
Quędam enim competunt, ex pręſenti tempore, vt eſt inter-
dictum. Vti poſſidetis. & Vtrobi, quando enim peto poſſeſ-
ſionem fundi mei defendi ab aduerſario neceſſe eſt, vt ſim
in poſſeſſione fundi, tempore litis conteſtatæ. Quædam vero
ex prætetito tempore, vt eſt interdictum, de aqua quotidia-
na, & æſtiua. Si enim aliquis turbatur, ne aquam ducat ex ri-
uo, vel flumine, debet proponere, ſe pręterito anno vſum eſ-
ſe hac aqua, & tunc defendetur, leg. 1. in princip. ff. de aqua
quotid. & æſtiua.
5 Quarta diuiſio ſumitur à perſonis litigantium. Aliqua
enim interdicta ſunt duplicia, vbi vterque litigantium poteſt
dici actor, & reus, vt eſt in interdicto. Vti poſſidetis, qui qui-
libet contendit ſe poſſidere, aliqua vero ſimplicia, in quibus
alter eſt actor, & alter eſt reus, de quo in §. tertia diuiſio, in
eod. dicemus. Addite tex. in l. 2. in princ. ff. eod. Sicut in ſimili
de actionibus mixtis, familiæ erciſcundæ, & communi diui-
dundo, & final. regund. dicitur, §. quædam, 20. ſupra de actio.
l. in his tribus, 13 ff. de iudic. Vnde text. in leg. hæres abſens,
19. ff. de iud.
6 Quinta eſt diuiſio, quod interdicta alia ſunt adipiſcendæ,
alia retinendæ, alia vero recuperandæ poſſeſſionis, de qua in
7 §. ſeq. dicemus Quod igitur ad diuiſionem in §. noſtro poſi-
tam, attinet, ſciendum interdicta prohibitoria dici, quæ ver-
bis prohibitiuis proponebantur à prætore, qui aliquid fieri
prohibebat. Vnde quidam putabant interdicta proprie ea vo
cari, quæ prohibitoria ſunt. Interdicere enim eſt denunciare,
8 & prohibere, vt dicit Imper. in fi. ſ noſtri. Et enumeratur hic
quatuor interdicta prohibitoria, de quib. ordine dicemus. Ac
9 primo de interdicto. Ne vis a fiat ei, qui in poſſeſ. miſſus eſt
a Ioan. ſine vitio, (vt inquit Imp. hic,) & iuſte poſſidere dici-
tur, qui authoritate, & iuſſu prætoris in poſſeſſioné mittitur,
10 l. iuſte, 11. ff. de acquir. poſſeſ. Vnde ſi quis impediatur immit-
ti, vel immiſſus deijciatur, locum habet hoc interdictum, vel
actio in factum ad intereſſe, contra impedienté, vel deijcien-
tem, de quo eſt tit. ff. ne vis fiat ei, &c. Pro cuius declaratione
videndum eſt, quibus hoc interdictum competat. Et dic ge-
11 neraliter illud cõpetere omnib. qui ex primo decreto in poſ
ſeſſionem mittuntur, veluti actori, qui propter cõtumaciam
rei, in ipſius bona mittitur, ex primo decreto, ſeu iuſſu iudicis.
12 Ad cuius intellectũ ſciendũ, contumacem dici illum, qui tri-
bus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgo perem-
ptorium, appellatur, litteris vocatus, ſeu citatus nun compa-
ret in iudicio, & præſentiam ſui facere recuſat, leg. contuma-
13 cia, 53. ff. de re iudicat. Et inter alias b pœnas contra contu-
b macem ſtatutas, etiam hęc a iure introducta eſt, vt ſi conuẽ-
c tus reali c actione ſit contumax, tunç actore inſtante, & con-
tumaciam rei accuſante, iudex mittat actorem in poſſeſſioné
rei petitæ, cauſa cuſtodiæ, vel rei ſeruandæ, ad compeſandã
contumaciam rei, vt compareat, & reſpondeat, quo caſu
expellitur reus ex poſſeſſione, & actor ſolus habet detentio-
nem rei petitæ. Vnde & Legiſtæ dicunt, actorem fieri verum
poſſeſſorem, rei ſed commutabilem, quia reus comparens in-
14 fra annum, recuperat poſſeſſionem, vt ſtatim dicetur. Si ve-
ro conuentus perſonali actione ſit contumax, tũc actor mit-
titur in poſſeſſionem bonorum ipſius rei, pro modo debiti in
libello petiti, & declarati, ſeruato ordine in c. Quoniam fre-
quenter, 5. ſ. in alijs, extra vt lite non conteſtata, expreſſe vi-
delicet, vt primo mittatur in poſſeſſionem bonorum mobi-
lium, quibus non exiſtentibus, in poſſeſſionem immobilium,
ad ſimilitudinem executionis, l. a diuo Pio, 15. in véditione,
ff. de re iudic. Et hoc caſu expellitur reus de poſſeſſione, nec
actor ſolus habet detentionem, ſed cuſtodiam, reo tantũ poſ-
ſidente, l. is cui, 5. in princ. ff. vt in poſſeſ. legat. ſeu fideic. nom.
cauſ. Et ſic erit actor moleſtus, & oneroſus reo. Quãdo enim
miſſus eſt in perſonali actione in poſſeſſionem bonorũ im-
mobiliũ, veluti domus, tunc ſi reus vult ire in cameram, miſ-
ſus ſimiliter intrabit, ſi vero miſſio facta eſt in re mobili, pu-
ta equo, & dominus velit ducere equum ad aquam vnam,
poterit miſſus ducere equum ad aliam aquam ſaniorem. &
ita erit actor moleſtus reo, vt tradunt Canoniſtę in d. c. Quo-
niã frequenter, & in c. Contingit, 9. ext. de dolo; & cõtumacia
ac Legiſtæ in l. ſi finita, 15. §. Iulianus, 16. ff. de dam. infect. Et
vtroq; caſu, ſi reus infra annũ cõpareat, & ſoluat expẽſas litis
ab actore factas, ac præſtet cautioné iudicio ſiſti, actor tene-
tur reo rem reſtituere cũ fructibus, & neutro caſu actor lu-
cratur fructus, l. Fulcinius, 7. ff. ex quibus cauſis poſſeſ. eatur
Et

ADDITIONES.

a *De interdicto. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, vide Menochi. tract. de retinend. poſſ. remed. 1.*
b *Contumacis plures pęna inter quas, & hæc eſt, ſi verus ſit cõtumax appellare a ſententia non poſſit. De quo vide Socinum regula, Contumax verus, 73. & regula, Contumax fictus, 74.*
c *Contumax in reali actione aliter ponitur, quam in perſonali.*

Digitized by Google

15 Et hoc eſt verum, quando ex primo decreto iudicis miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum. Dicitur autem primum decretum primus iuſſus iudicis, quo mandat bona propter contumaciam rei, in pęnam contumaciæ obtinere, ſed quando infra annum reus non comparet, nec ſoluit expenſas, neq; cautionem pręſtat, & ſic perſeuerat in cõtumacia, tunc interponitur à iudice ſecundum decretum, quo iubet bona propter contumaciam rei poſſideri, quæ antea ex primo decreto in effectu tantum detinebantur. Et in perſonalibus actionibus bona in quæ miſſus eſt pro menſura debiti, retinet actor in ſolutum. In realibus verò efficitur actor verus poſſeſſor, ita vt fructus tanquã bonæ fidei poſſeſſor faciat ſuos, nec reus poſt annum auditur, niſi ſuper proprietate, de quo plenius videte Doct. in d. §. Iulianus, & in d. c. quoniam, & in d. ca. contingit.

16 Et circa prædicta notandum, de iure Sax. aliter contra contumacem procedit, & ad grauiorem pœnam. Quando enim reus legitimè citatus non comparet, tunc quaſi pro confeſſo, & conuicto habetur, ita vt iudex cauſa eum cecidiſſe pronunciet, niſi reus in proximo ſequenti iudicio veniat, iſtaſq; cauſas abſentiæ, vel legitima impedimenta, ob quæ comparere non potuerit, proponat: quibus probatis a cauſa non cadit, nec ſententia lata ei nocet: pœnam enim contumacia non patitur, quem aduerſa valetudo, vel maioris cauſæ occupatio defendit, d. l. contumacia, § pęnam, ff. de re iudicata. Vnde nec iudex ſimpliciter, & abſolutè eum condemnare poteſt, ſed cum prædicta limitatione, quatenus ſe impeditum fuiſſe legitimè non probauerit. Et hoc eſt vulgo quod dicitur: *Das er biß auff die Ehehafft vertheilet werd*, ſicut plerumque his verbis ſententia concipi ſolet. Super accuſata contumacia rei pronunciamus, & decernimus, quod actor dictum reum vſque ad legitimum impedimentum, & competentes exceptiones, expectarit, & accuſarit. Ideo reus iterum citandus eſt, ad deducenda legitima impedimenta, & ſi ſecundo ſit contumax, vel comparet, & legitimum impedimentum allegare, vel probare non poteſt, tunc in totum condemnatur, cauſamque perdit, ſiue iuſte, ſiue iniuſte litigari. Vnde ſecunda ſententia ita concipi ſolet: Super contumacia iam ſecunda vice accuſata pronunciamus, quod actor reum conuentum, vſque ad executionem, accuſarit, & expectarit, &c. Et hoc indiſtinctè obſeruatur, tam in realibus, quam perſonalibus actionibus, propter odium contumaciæ, de quo vide de iure Saxon. artic. 7. libr. a. & proceſ. Chil. Koning. cap. 37.

17 Redeundo nunc ad ſupra poſitam quæſtionem, primo notandum: Quod hoc interdictum. I. Competit actori, qui propter contumaciam rei, ex primo decreto iudicis mittitur in poſſeſſionem bonorum ipſiuarei, & impeditur immitti, vel immiſſus deijcitur, l. 1. in princ. ff. ne vis fiat ei. &c. II. Datur
18 ei, qui in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa mittitur, d. l. 1. § eſt autem, verſic. ſed ſiue rei, & l. ſi quis miſſus, 3. ff. ne vis fiat ei, &c. Quãdo enim teſtator relinquit legata ſub conditione, vel in diem, tunc iſta legata ante conditionem, vel diem extantem peti non poſſunt: interim tamen cauendum eſt ab hærede, de præſtando legato ipſi legatario, extante conditione, & die, vt per tot. tit ff. vt legato, ſeu fideic. nom. cau. Et ſi hæres cauere noluerit, legatarius mittendus eſt in poſſeſſionem bonorum, leg. 1. in princ. ff. vt legato, ſeu fideic. nomin. cau. per quam miſſionem legatarius non fit dominus neque poſſeſſionem rerum, ſed cuſtodiam tantum conſequitur, neque ius expellendi hæredem habet, ſed ſimul poſſidere iubetur, vt ſaltem tædio perpetuæ cuſtodiæ extorqueat ab hærede cautionem, vt eſt text in d. l. is cui, in princ. ff. vt in poſſ. legat &c. Vnde ſi hæres, vel alius nomine caueat, oportet legatarium recedere de poſſeſſione, leg ſi legatarij, 11. ff. vt legato, no. cau de quo latius vide tot. tit in fin. & Cod. vt in
19 poſſ. legat. &c. III. Datur mulieri, quæ ventris nomine in poſſeſſionem mittitur, l. 1 ff ex quibus cauſ. in poſſ. eatur, & d. l. 1. eſt autem verſ. ſed ſiue & l. ſi quis, 3. §. prætor, a. ff. ne vis fiat, &c. Quando enim maritus moritur, & vxor dicit, ſe eſſe grauidam ex marito, & petit poſſeſſionem bonorum cauſa ventris, qui grauidus eſt, vt poſſit ali proles in vtero, tunc prætor mittit eam in poſſeſſionem bonorum mariti defuncti, ita vt vxor alatur ex iſtis bonis donec pariat, nec tamen reliquos
20 fructus ſuos faciat, l. 1. ff. de vent. in poſſ. mittendo. IV. Datur ei, qui ex cauſa damni infecti immiſſus eſt in poſſeſſionem ædium vicinarum, l. fin. ff. ne via fiat, &c. Quando enim vicinus meus habet domum ruinoſam, & ego peto mihi caueri de damno infecto, ideſt, quod timeo ruituram, l. 2. ff. de damno in[illegible] vicinus autem non vult cauere de reſarciendo da[illegible], quod ex ruina ſuarum ædium mihi contingat, iudex mittit me in poſſeſſionem domus ruinoſæ, donec vicinus caueat, l. dies, 4. §. ſi intra diem, ff de damn. infect. Si vicinus me prohibeat, vel immiſſum expellat, poſſum vti hoc interdicto, vel actionē in factum. d. l. fi. Et obiter notate, ſi quis ex negli-
21 gentia omittat petere hanc cautionem damni infecti, & patiatur deinde aliquid damni ex ruina ędium ſui vicini; regulariter eum non habere regreſſum ad damnum reſarcien-
22 dum, de quo vide text. in leg. euenit, 5. & l. prætor, 7. §. fin. ff. de damn. infect. V. Etiam hæredibus eorum, qui miſſi ſunt in poſſeſſionem, hoc interdictum datur, leg. 1. § fin. ff. ne vis fiat, &c.

23 Secundo principaliter quæritur: Contra quem hoc interdictum competat? Et breuiter dic illud dari, I. Contra eũ, qui in prædictis caſibus prohibet quem mitti, & venire in poſ. le. 1. in princ. & § hæc actio, 3. ff. ne vis fiat, &c. II. Contra eum qui iam immiſſum expellit ex poſſeſſione, ſicut enim iudex immittit, ita quoque immiſſum tueri debet, d. l. 1. §. & d. §. hæc actio. Neque hoc caſu non diſtinguitur. ſiue dominus rei ſit, qui prohibeat, ſiue alius, qui in fauorem domini, vel debitoris hoc faciat, d. l. 1. §. eſt autem, verſ. Sed ſiue, & l. a ff. eodem III. Contra patrem, quando filius voluntate patris prohibet, perinde enim eſt hoc caſu, ac ſi ipſe pater feciſſet. Idem de domino, & ſeruo dicimus, l. 1. § ſi domini, 7. ff. ne vis fiat, &c. IV. Contra pupillum quoque, ſi tutor nomine pupilli dolo prohibeat, præſertim ſi tutor ſoluendo ſit, ita vt pupillus poſſit habere regreſſum contra tutorem, d. leg. 1. §. hoc edicto, verſ. Ergo.

24 Tertio principaliter quæritur, quæ requirantur ad hoc, vt iſtud interdictum locum habeat? I. Requiritur à parte actoria, quod à iudice mittatur in poſſeſſionem bonorum, vt ſupra dictum eſt. II. A parte rei requiritur, quod dolo prohibuit actorem mitti, vel dolo ipſum deiecit, d. l. 1. in princ. Nec opus eſt, vt vis, aut violentia interueniat, ſed ſufficit, ſi actor in aliqua machinatione fallaci prohibeatur, vel per dolum expellatur, d. leg. 1. §. hæc actio. ibi, *nec exigitur*, nec lata culpa hoc caſu ſufficit, ſecundum Gloſ. poſt tex. in d. l. 1. §. ſi quis ideo, 4. ſuper verb. Putabat. Itaque ſi quis ex aliqua cauſa, licet ſupina, & improuida, prohibeat dummodo abſit dolus, hoc interdicto non tenetur: veluti poſſideo domum fide bona, & credo hanc eſſe meam, cum ſit alterius. Ille alter factus eſt contumax creditori: Vnde creditor mittitur in omnia bona debitoris, & ſic vult etiam mitti in domum, quam ego poſſideo bona fide, vt dominus, vel tanquam creditor, cui hæc domus iure pignoris obligata fuit, ſi prohibeo mitti,
25 non tenebor hoc interdicto, d. l. 1. § ſi quis, ff. eod. III. Requiritur, quod decretum tenuit, ex quo actor miſſus eſt in poſſeſſionem, ſi enim fuit ſubreptitium, vel actor petit ex falſo debito ſe immitti, vel fuit tale debitum, quod exceptione remoueri potuit, decretum eſt ipſo iure nullum, quare prohibens immiſſionem non tenetur hoc interdicto, d. l. 1. §. hæc verba, verſ. Proinde.

26 Quarto videndum eſt. Ad quid competat hoc interdictum vel quod conſequantur creditores, cum hoc interdicto agũt, quia non ſunt admiſſi? Prætor in ſuo edicto, de quo habetur in d. l. 1. in prin. dixit reum hoc caſu teneri quãti res eſt, quod declarat Iuriſc. in d. l. 1. §. hæc verba; iſta verba concernere vtilitatem creditoris, vt quãti ſcilicet interfuit, creditorem ex illa poſſeſſione non eſſe eiectum, vel prohibitum immitti, tamen ſoluat prohibens, vel vi expellens, quod Accur. ibi ſuper verbo, Intereſt, declarat, ſi debitum eſt magnum, puta 100. aureorum, & res, in quam creditor miſſus eſt, valet tantum 20. vel minus: tunc prohibens ſoluat tantum 20. Sic è diuerſo, ſi debitum eſt paruum, poſſeſſio vero multum valet, tunc prohibens ſoluat intereſſe, non quale debitum ſit ſed quanti intereſt creditoris, non amiſiſſe iſtam rem poſſeſſam, vt notatur in d. l. 1. §. hæc verba.

27 Vltimo circa hoc interdictum dubitari poteſt, numquid ille qui ſic ex primo decreto immiſſum in poſſeſſionem vi expellit: incidat in pęnam l. ſi quis in tantam, 7. C. vnde vi, videlicet, vt ſi ſit dominus rei, perdat eius dominium, & omne ius ſuum, Glo. & DD. in d. leg. 1. §. eſt autem, verſic. ſed ſiue, ſuper verbo, Vtrum, reſpondent, quod non, quia d. l. ſi quis in tantam, loquitur in veris poſſeſſorib. qui per vim ex poſſeſſione eijciuntur, ſed in caſu noſtro miſſus non eſt poſſeſſor, licet ſit in poſſeſſione. Ergo, &c. Miſſi enim in poſſeſſionem ex primo decreto non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ, vt eſt tex. & ibi notatur in l. 3. §. fin. ff. de acqu. poſſeſſ. Vnde & hoc interdictum, nec adipiſcendæ, nec retinendæ, nec recuperandæ poſſeſſionis dicitur: quia illa tria interdicta reſpiciunt veram poſſeſſionem, quam miſſus ex primo decreto non habet, de quo vide Plat hic, nu. 2. in fin. & Ang. hic, num. 2. verſ. Aduertas.

Digitized by Google

DE MORTVO INFERENDO.

29 Secundum interdictum prohibitorium dicitur de mortuo
inferendo, quo prohibet prætor, ne vis fiat inferēti mortuum
in eum locum, vbi ius inferendi habet: item ne vis fiat ei, qui
ibi ſepulchrū conſtruere vult, de quo eſt titulus, in ff. de mort.
30 inferendo, & ſepulch. ædific. Cum enim homini nihil certius
ſit morte, & nihil incertius hora mortis, vt text. in leg. 1. ff. de
cond. & demon. & vbique terra, & mari, tam in pace, quam
bello, tam domi, quam militiæ, multis generibus mortis expo
31 ſiti ſimus, vt inquit Iuriſc. in leg. Senatus. 35. §. mortis cauſa,
ff. de mort. cauſ. don. prætor etiam mortuis hominibus circa
ſepulturam proſpicere voluit. Et de iure ciuili corpora de-
functorum propter fœtorem non poterant ſepeliri intra ciui-
tates, ſed extra in campanis, in locis priuatis, vbi quilibet ſibi
locum ſepulturæ eligere poterant: & per illationem mortui
iſte locus efficiebatur religioſus, l. 4. §. Diuus, 5. ff. de ſepulchro
violato, § religioſum, 9. ſup. de rer. diuiſ. Hodie vero in ciuita-
tibus, in cœmeterijs, & etiam in templis ſepeliri poſſunt, cap.
nullus, 18. cau. 13. quæſt. 2. Clem. 1. de ſepulturis, niſi ſint vſu-
rarij, vel excommunicati, d. Clem. 1. & c. quia in omnibus 3.
32 extr. de vſuris. Vel deſperati, qui ſibi ipſis ferro, veneno, aut
laqueo mortem inferunt, c. placuit, 12. cauſ. 23. quæſt. 5. vbi gl.
a caninam *a* eorum ſepulturam appellat. Non tamen reis cri-
minum, de quibus ſumptum eſt ſupplicium, denegatur ſepul-
tura, quando egerunt pœnitentiam, l. obnoxios, 11. C. de rel. &
ſump. funer. c. fures, 2. extr. de furtis, c. quæſitum, 30. cum ca.
ſeq. cauſ. 13. q. 2. Et quia cuilibet ex permiſſione legis licitum
erat in ſuo proprio fundo facere ſepulchrum, & inferre mor
tuum: ideo prætor hoc interdicto cauit, & prohibuit, ne vis
fieret mortuum ſic inferenti, vel conſtituenti ſepulchrum, l. 1.
in princ. & §. 1. de mortuo infer.

33 Competit igitur hoc interdictum. I. Ei, qui impeditur infer
re mortuum, vt hic, & d. l. 1. in prin. II. Illi, qui impeditur con-
ſtruere ſepulchrum, & monumentum. Habenti enim ius in-
ferendi, & ſepeliendi mortuum in aliquo loco, competit etiā
34 ius ibi ædificandi monumentum, d. l. 1. §. prætor, 5. Religio-
nis enim intereſt monumenta conſtrui, & exornari l. 1. §. hoc
interdictum. Eſt enim ſepultura memoria humanæ conditio-
nis, vt inquit Iuriſconſ. in l. quidam in ſuo, 27. ff. de cond. inſt.
35 Et notandum, etiam illum prohiberi ædificare, qui impedi-
tur ad locum quid ferre, lapides, calcem, & ſimilem mate-
riam d. l. 1. §. ædificare, 9.

36 Et datur I. Contra eum, qui prohibet inferre mortuum in
locum, vbi ius ſepeliendi actori competit, d. leg. 1. in princ. II.
Contra eum, qui debet ſeruitutem viæ ad iſtum locum per
ſuum fundum, & prohibet iter, & acceſſum ad iſtum locum,
d. l. 1. § item ſi mihi. III. Contra impedientem ædificare mo-
numentum, d. l. 1. §. facere. IV. Cōtra eum, qui id agit, vt laba-
tur ſepulchrum, d. l. 1. in fi. Et ſi inferat in ſepulchrum alienū,
37 tenetur de ſepulchro violato, & pœna pecuniaria centum au
reorum, l. 2. §. prætor ait, iunct. gl. in verb. Pecuniaria. ff. de re-
lig. & ſum. fun. Poterit autem actor ſtatim hoc interdicto ex-
periri, & implorare officium iudicis, ne vis ei fiat, vel interim
mortuum alio inferre, & poſtea actione in factū contra pro-
hibentem agere, in qua venit omne ſuum intereſſe, & pretiū
loci empti, vel conducti, in quem mortuus interim illatus eſt
38 vel pretium ſui loci, quem coactus eſt facere religioſum, l. li-
berum, nona, ff. de religioſis. Per illationem enim mortui cor
poris, locus fit religioſus, ita vt dominium quoque iſtius loci
dominus amittat, vt notatur poſt tex. in d. §. religioſum, ſupr.
39 de rer. diuiſ. Et quando oſſa, & reliquiæ hominis mortui in
diuerſis locis ſepeliuntur nō vterque locus fit religioſus, quia
vna ſepultura plura ſepulchra efficere non poteſt: ſed tātum
ille locus, vbi principale conditum eſt, id eſt, caput eius, cuius
imago fit, vnde cognoſcimur, vt inquit Iuriſc. in l. cum in di-
uerſ. 41 ff. de religioſis, & ſumpt. fun. Per quem textum deci-
ditur notabilis quæſtio, in vſu quotidiano frequens, quando
in medio duorum confinium committitur homicidium, ad
40 quem iudicem ſpectet cognitio iſtius maleficij. Debet enim
attendi, in cuius territorio caput hominis occiſi repertum ſit
& ad dominiū iſtius territorij pertinet cognitio iſtius delicti
licet in alterius domini territorio totum corpus, & reliqua
mēbra reperta fuerint. Caput enim eſt principalior, & nobi-
lior pars hominis: at verò id attēdi debet, quod eſt magis prin
cipale, d. l. cum in diuerſis: & ita in vſu obſeruatur, de quo vi-
41 de Plat. in §. quædam, in expl. act. fi. reg. n. 8. ſup. de act. Porrò
circa hoc obiter notabitis diſpoſitionem l. fi. iunct. Auth. ſeq.
C. de ſepulchro violato, contra creditores, qui cadauera mor
tui debitoris faciunt arreſtari, ne ſepulturæ tradātur, ſicut il-
le mos fuit apud Ægyptios, dantes corpora mortuorum de-
bitorum creditoribus in pignora, quæ dein deps hæredes co-
gebantur luere, vt refert author de moribus gentium, quod
tamquam inhumanum, & credulitati proximum vetant le-
ges. Et iura quidem, C expreſſe prohibent ſepulturam defun-
cti, propter debitum impediri, ſub pœna quinquaginta librarū
42 auri. Sed ius Auth. grauiorem in creditores ſtatuit pœnam, vi
delicet, vt priuentur iure, ſeu credito ſuo, & ab actione cadāt,
& quantum acceperunt in ſolutum, tantū reſtituere tenean-
tur, & tertia parte bonorum per confiſcationem mulctentur
& infamiam quoque ſimul incurrant, vt habetur in Nouell.
60 vt defunctus, ſeu funera eorum non, &c. Hinc & Specu-
lator in tit. de appell. §. in quibus, nu. 10. dicit creditorem non
43 audiri, ſi appellet ne corpus debitoris ſepeliatur: quia eſt res
non recipiens dilationem. Ergo ſuccedit reg. l. fi. ff. de appell.
recipiendis. Et prædicta. I. Amplianur, etiamſi creditor habe-
re inſtrumētum, per quod debitor capi poſſet, ad omnem in-
ſtantiam creditoris, ſec. Fel. in c. Sicut Iudæis, 9. ext. de Iudæis:
niſi hoc opponeretur vſurario manifeſto, cui Eccleſiaſticam
ſepultura denegatur, donec de vſuris plenarie fuerit ſatisfa-
ctum, c. Quamquam, 2. de vſuris in 6. II. Ampliatur, etiamſi
44 mortuus ex ſentētia lata teneretur ſatisfacere ex delicto, vel
quaſi, ſi morte præuentus deceſſit, ſec. Fel. in d. c. Sicut Iudæi,
quia defuncto eo, qui reus fuit criminis, pœna corporalis ſit
45 extincta, l. defuncto, 6. ff. de public. iudicijs. Errant igitur aſ-
ſeſſores, & iudices, qui in defunctos excuſationem capitalis
ſententiæ faciunt, ſecund. Ang. & Cyn. in l. 2. C. qui teſtam fa-
cere poſſunt. Et procedit hoc dictum, quo ad pœnam corpo-
ralem, nō autem pecuniariam, quia hæres defuncti eam ſol-
uere tenetur, ſec. Gl. in d. l. defuncto. His addite tex in Auth.
fin. C. de ſepulchro violato: vbi traditur de iure ciuili, infra
46 nouem dies à morte defuncti, non debere hæredem à credi-
toribus conueniri, & moleſtari. De iure verò Saxo. Ante tri-
ceſimam diem non tenetur hæres cuiquam reſpondere, ſeu
quidquam perſoluere, vt Gl. *Vueichbild*, art. 23. in 4. col. verſ.
Ihr ſolt wiſſen, per tex. art. 15. lib. 3. Vltimo notabitis, l. regiā
47 (de qua eſt tex. in l. 2 ff. de mortuo inferendo) vetari mulie-
rem prægnantem, quæ mortua eſt, humari, antequam partus
ei excidatur, ne contra faciens ſpem animantis peremiſſe vi-
deatur, ſicut & de muliere prægnante, quæ commiſit delictū
non poteſt ſumi ſupplicium, ſed differtur executio donec pa-
riat, l. prægnantis, ff. de pœnis, vbi & Bart. dicit, prægnantem
mulierem torturæ ſubijci non poſſe, addite tex. iure Saxo. in
art. 3. lib. 1.

48 Tertium interdictum prohibitorium, iuris diuini eſt, de
quo loquitur tit. in fin. ne quid in loco ſacro fiat. Prohibet
enim aliquid fieri in loco ſacro, tendens ad deformitatem, &
49 incommoditatem iſtius loci, l. 1. ff. eod. Et competit non ſolū
ad hoc ne quis ædificet in loco ſacro, ſed etiam, vt tollat ædi-
ficatum, l. 2 §. locorum, 19. ff. ne quid in loco publico. Et re-
quiritur, ad hoc, vt locum habeat, quod iſtud ædificiū, vel no-
ceat loco ſacro, vel ad deformitatem eius tendat; ſecus, ſi or-
namenti cauſa aliquid fiat: veluti, ſi quis in templo vellet fa-
cere aliquam picturam, prohiberi non poſſet, text. eſt in d l. 2.
50 ff. eod. Et non ſolum datur contra eum, qui aliquid facit in
loco ſacro, ſed etiam contra eum, qui in portis, vel in muris
ciuitatis aliquid opus conſtruere velit, l. 2 & 3. ff. eo. vbi Bart.
dicit, nemini licere domunculas facere in muris ciuitatum,
ſine conſenſu Principis, vel communitatis, per text. in l fin. ff.
eod. & in l. ſacra. 9. §. fi. ff. de rerū diuiſio. Dicuntur enim mu-
ri, & portæ res ſanctæ, §. ſanctæ, 10. ſupr. de rer. diuiſio. quod
ſanctione quadam ab hominum iniuria defenſæ, atque mu-
nitæ ſunt, l. ſanctum, 8 ff. de rer. diuiſ. vbi pœna capitis ſtatuta
eſt contra eos, qui violant muros, adde l. fi. ff. de rer. diuiſ. quo
loco Bart. intelligit hoc procedere, in muris vrbis Romanæ,
non municipiorum, in quibus pœnam arbitrariam eſſe dicit,
addite Ang. in d. §. ſanctæ. Non autem competit hoc interdi-
ctum de ſacrario, id eſt, de loco vbi ſacra res ponuntur, d. l. 2.
51 iunct. gl. ibi, ff. eod. Vltimo notandum, illud interdictum non
ſolum competere his, qui habent cuſtodiam loci ſacri, ſed etiā
cuilibet de populo, ſec. Doct. in d. l. 1. & l. ſi quis in hoc genus
10. verſ. Sicq; cunctis, C. de Epiſc. & Cler. & l. iubemus, 14. §.
ſane, C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi cuilibet competit rei vendicatio
ad vendicandam rem Eccleſiaſticam, iniuſte alienatam, adde
hic Plat. num. 9. & Ang. 3. ſub finem.

Quartum

A D D I T I O.

a *Idem ſupr. tit. de hæreditatibus ab inteſtato, cap. De ſucceſ-
ſione fiſci.*

ſ

Digitized by Google

51 Quartum interdictum eſt, ne quid in flumine publico, ri-
paue eius fiat, vel immittatur, quo peius nauigetur, vel quo
aliter aqua fluat, quam in priori æſtate fluxerit, de quo habē-
tur duo tit. in ff. de fluminibus item, Ne quid in flum. publ. Et
eſt partim prohibitorium, dū aliquid in flumine publico fieri
vetat & partit reſtitutorium, vt ſi aliquid quod iam factum
ſit tollatur, & in priſtinum ſtatum reſtituatur, l. 1. §. non autē
omne, 12. verſic. Vtile interdictum, & §. deinde ait prætor,
53 19. ff. de flum. Et debet talis reſtitutio fieri ſumptibus facien-
tis, vel mandantis, de quo vide Plat. hic num 11. Et quia hoc
interdictum ad publicam vtilitatem pertinet: ideo etiam cui-
libet de populo datur, l. 1. §. hoc interdictum, 9. ff. ne quid in
54 flum. publ. Et requiritur ad hoc, vt locum habeat, quod flu-
men ſit publicum, & perenne, quod perpetuo currat: ſecus ſi
ſit priuatum, & torrens, l. 1. §. flum. 3. iunct. §. ſeq. ff. de flum.
item quod per tale ædificiū impediatur nauigatio, vel dam-
num aliquod vicinis inferatur, l. 1. in princ. ff. ne quid in flu-
min. publ. veluti, ſi fiat aliquod opus, per quod aqua impedi-
tur currere ad meum molendinum, ſicut ante conſueuerat,
55 ſec. Spec. in tit. de cauſ. poſſ. & propriet. §. quia vero, num. 17.
Pro cuius declaratione moueo quotidianam, & pulchram
a quæſt. Pone Titium habeat molendinum *a* in ſuperiore par-
te fluminis, & Sempronius vult in inferiore parte eiuſdem
fluminis aliud molendinum conſtruere, quæritur an poſſit?
Et communiter ita diſtinguitur poſt Bart. & Doct. in l. quo
minus, 2. ff. de flum. Aut flumen illud eſt publicum, aut pri-
uatum. Primo caſu ſubdiſtinguitur. Aut Titius habet ibi mo-
lendinum licet ædificatum, ex conceſſione forte principis, cu-
ius ſunt flumina publica, vel ex præſcr. tanti temporis, cuius
initij memoria non extat: & tunc Sempronius non poterit
ibi aliud molendinum conſtruere, & auferre Titio illud lu-
crum, quod habet ex publico, l. 2. §. merito, 10. ff. quid in loco
publ. Aut Titius habet illicite ibi molendinum ædificatum, &
non poterit alium impedire, l. 2. ff. idem ait, ſi in pub. 15. ff. ne
quid in loco publ. &c vt quia ſine licentia principis ædifica-
uit, nec tutus eſt præſcr. tanti temporis, cuius initij memoria
non extat. Nam ſine licentia principis in publico flumine
aliquid ædificare non licet, etiamſi publico non noceat, vt eſt
communis deciſio Doct. in d. l. quo minus, per tex. in l. ſerui-
tutes, 14. §. publico, ff. de ſeruit. Altero caſu, quando flumen
56 eſt priuatum, & proprium ipſius Titij & Sempronij, & quo-
que ſubdiſtinguitur. Aut enim is, qui de nouo vult conſtrue-
re facit principaliter, vt ſibi pro ſit, licet alteri noceat: & hoc
ei permiſſum eſt per leg. Proculus, 27. & leg. flumina, 24. §. fi.
ff. de damn. infect. & in leg. ſi in meo fundo, 21. ff. de aqua
pluuia arcenda. Aut facit principaliter, vt noceat Titio, & nō
eſt audiendus, l. 1. §. denique Marcellus, 12. ff. de aqua pluuia
arcenda. Hæc tamen notabiliter limitantur per Bald. in leg.
vnic. n. 58. Cod. de ſent. quæ pro eo, quod inter prof. vt ſi mo-
lendinum inferius eſt prius ædificatum, non poſſit conſtrui
ſuperius, per quod auferatur inferiori commodum naturale,
ideſt, commodum aquæ, ſed bene poſſit auferri commodum
concurſus molentium; quia iſtud eſt in poteſtate hominum
ad quod molendinum ire velint. Ideo ſi aqua ſufficiat, tunc
commodum molentium non impedit, quin aliud molendi-
num ædificari poſſit, de quo vide Iaſ. in dict. leg. quo minus,
num. 38. qui allegat ad hoc text. in l. libertas negotiatoris, 45.
ff. de operis libertorum. Et ita pronunciari ſolet, vt habet ſen-
tia Scabin. Lipſ. poſt *Vveichbild.* ſub Rubr. *Vueman Teich
vnd Muhlen von newem bavven ſol.* vbi habetur: Aut ſi mo-
lendinum, quod veſtri homines de nouo conſtruere cogitāt,
nullum adferret impedimentum antiquiori molendino, nec
etiam aqua ſe in bonis inferioris molendinarij ſtagnaret:
tunc dictus molitor vicinus, talem ædificationem noui mo-
57 lendini, veſtris hominibus prohibere non poſſet, &c. Ex prę-
dictis poteſt reſponderi ad aliam, & ſimilem quæſtionem;
Pone, aliquis nobilis, & illius anteceſſores longiſſimo tem-
pore vltra hominum memoriam, ſoli habuerunt aliquod mo
lendinum, ad quod homines iſtius loci, & circumcolentes
ſemper, etiam vltra hominum memoriam, iuerunt ad maci-
nandum frumentum, an per tantum tempus ſit eis tale ius
acquiſitum, vt ſi poſtea vicinus vellet in proprio fundo con-
ſtruere aliquod molendinum, is poſſet à nobili prohiberi? Et
videtur dicendum quod ſic, cum antiqua conſuetudo non
debeat mutari in præiudicium alterius, vt habetur in l. ſi ma-
nifeſte, 7. Cod. de ſeruit. & aqua, & qui habet aliquid ex præ-
ſcript. tanti temporis, cui initij memoria non extat, dicitur
habere ex vi conſtituti, & priuilegij, leg. hoc iure, 3. §. ductus
aquæ, 4. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua. In contrarium ta-
men eſt veritas, cum quilibet in fundo proprio ex permiſſio-
ne iuris poſſit ibi ædificare, etiam in præiudicium alterius, d.
l. fluminum, §. fin. & d. leg. Proculus. ff. de damno infecto, &
58 d. l. ſi in meo fundo, ff. de aqua pluuia arcenda. Quæ conclu-
ſio I. Limitatur procedere, ſi principaliter facit ibi, vt proſit,
licet alteri noceat: ſecus, ſi tantum animo nocendi faciat, d.
59 leg. 1. §. denique Marcellus, ff. de aqua plu. arcend. Et in dubio
ſemper præſumitur quis ædificare propter ſuam vtilitatem,
non ad iniuriam, & æmulationem tertij, vt eſt gl. ordinaria,
in d. l. flum. §. fin. ſup. verb. non teneri. Delictum enim non
60 præſumitur, l. merito, 51. ff. pro ſoc. II. Non procedit, quando
per conſtructionem ſecundi molendini auferetur priori com-
61 modum naturale, aquæ, ſ. vt præced. quæſtio. dictum eſt. III.
Non procedit quando tale ius legitime eſt præſcriptum. Po-
teſt enim tale ius prǽſcribi, vt quis ſolus, & ſui poſteriores ha-
beant in iſto loco molendinum, & alius ibi non poſſit con-
ſtruere nouam molam, tribus, ſ. concurrentibus. 1 Prohibitio-
ne præſcribere volentis. 2. Patientia aduerſarij contra quem
vult præſcribere. 3 Legitimo tempore ad prǽſcriptionem re-
quiſito, vt notatur per Doct. in d. l. quo minus, ff. de fluminib.
per tex. in l. ſi quiſquam, 7. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. vi-
delicet, quando prohibuit alios conſtruere molendinum, &
ipſi acquieuerunt prohibitioni. Nam ex eo tempore prohi-
bitionis factæ, incipit currere præſcr. Sine poſſeſſione enim
præſcriptio non procedit, cap. Sine poſſ. 3 de reg. iur. in 6. Sed
talis prohibitio conſtituit quem in quaſi poſſeſſione iſtorum
iurium negatiuorum, vt eſt gl. ordinaria in l. qui fluminibus,
11. ſupr. verb. Formam, ibi Paul. de Caſtr. ff. de ſeruit. vrb. præ-
dio. Vnde ſi aliquis nobilis per mille annos ſolus ibi habuiſſet
molendinum in iſto loco, non poſſet prohibere alium in ſuo
proprio fundo conſtruere nouam molam, niſi talis prohibi-
tio interueniſſet, & alter acquieuiſſet, ſicut dicitur de ſerui-
tutibus negatiuis, vbi per vnicum actum prohibitionis, cum
patientia aduerſarij, dicitur acquiſita quaſi poſſeſſio ſeruitu-
tis negatiuæ: veluti, ſi vicinus domum collapſam velit refice-
re, & pręter priſtinam formam altius eleuare, & per me pro-
hibitio interueniat, cui ipſe acquieſcat, tunc ergo per huiuſ-
modi actum acquiro quaſi poſſeſſionem ipſius ſeruitutis al-
tius non tollendi, ita vt accedente legitimo tempore pręſcri-
bam illam ſeruitutem negatiuam, vt vicinus in perpetuum
ædes ſuas eleuare non poſſit, & niſi talis prohibitio, & patiē-
tia interueniat, nunquam præſcriptio procedit. Itaque ſi do-
mus vicini per mille annos fuiſſet collapſa, abſque mea pro-
hibitione nunquam dicor eſſe in quaſi poſſeſſione illius ſer-
uitutis altius non tollēdi, nec mihi propterea aliquod ius ac-
quiſitum eſt, neque vicinus à me prohiberi poterit ædes ſuas
eleuare, & obſcurare lumina mea, l. altius, 8 cum ibi notatis,
C. de ſeruit. & aqua, de quo vide Bart. poſt gl. in l. 1. C. de ſeru.
& aqua, Paul. de Caſt. in d. l. qui luminibus poſt text. & gloſ.
ibi, & Cepol. de ſeruit. vrb. præd. cap. 50. & pulchrè Iac. de S.
Georg. de feudis, ſuper verb Et cum molendinis, nu. 5 Idem
b dicendum eſt de *b* illa quęſtione, quando ſubditi alicuius do-
62 mini longiſſimo tempore iuerunt ad molendinum domini,
vt in futurum compelli non poſſint ad ibi molendum, cū ſit
actus meræ facultatis, in quibus non inducitur pręſcriptio, ſe-
cundum Cyn. & alios in l. 1. D. de ſeru. & aqua in l. 2. C. quę ſit
longa cōſuet. niſi alibi volētes molere dominus prohibuiſſet,
& ipſi per legitimum tempus ad præſcriptionem requiſitum
huiuſmodi prohibitioni acquieuiſſent, vt iam dictum eſt, de
quo vide Iac. de S. Georg. ſuper d. ver. Et cum molēdinis, n. 4.
Iaſ. in d. l. quo minus, nu. 155. & in d. l. 1. ff de legib. Porro cir-
ca tex. § noſtri notandum, licet in eo tātum quatuor interdi-
63 cta prohibitoria enumerentur, de quibus hactenus dictū eſt,
plura tamē alia eſſe interdicta prohibitoria; videlicet, ne quid
in loco publico fiat, per quod prohibet prętor, ne qui i ſiat, vel
reficiatur in publico, quod viui pub i:o, vel priuatorum no-
cere

ADDITIONES.

a *De molendini ædificatione, adde quæ ſuperius poſita ſunt in §. flumina, nu. 12. ſupra, de acqu. rer. dom. & §. poſſidere, nu. 128. inf. hoc tit. Gayl. 1. obſer. 69. n. 27. Paleum, q. 72. Crauettam, 4. de antiq. temporum. Vbi de molendi, & coquendi iure. Et an molendina aquarum periculis obnoxia, poſſint per minorem alienari, vide Simoncellum, 3. de decret. 8. inſpect. 12. de molendinis adde Cepollam tractatu vrbanorum prædiorum.*

b *Repetitur hæc eadem quæſtio in §. flumina, nu. 15. ſup. de rerum diuiſione. Adde Balbum tract. de præſcr. p. 5. principali, p. 4. q. 5. De molendi, & coquendi iure, vide plura apud Crauettam, 4. de antiquis temp. vbi etiam inter cetera tractat, an hoſpitandi ius præſcribi poſſit.*

Digitized by Google

64 cere poſſit. Et quando nocet vſui publico, omnibus de po-
pulo hoc interdictum competit, l. 2. §. hoc interdictum, 34. ne
quid in loco publico. Si vero ad priuati damnum redundat,
priuato hoc iudicium datur. Quandocumque enim permit-
titur aliquid fieri in publico, ita concedi oportet, vt ſine iniu-
ria cuiuſquam fiat, d. l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publico,
cum nec princeps alteri ius quæſitum auferre poſſit, vt nota-
tur in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. Item illud interdi-
ctum, quo prohibet prętor vim fieri ei, qui vult reficere, & a-
perire viam publicam, de quo eſt tit. in ff. de vis publica & iti-
nere publ. reficiendo, item tit. de via publ. & ſi quid in ea. vbi
in l. vnica, ſ vlt. habetur, ad officium ædilium curulium per-
tinere, vt viæ publicæ in ciuitatibus adæquentur, & refician-
tur, neque permittatur rixari in vijs, neque ſtercora proijce-
re, neque morticinia. neque pelles facere. Et quilibet con-
ſtruere debet vias publicas iuxta propriam domum, ita ta-
65 men ne prohibeatur vehiculum tranſire, dicta leg. 4. Vnde ſi
quis claudat viam publicam, quilibet de populo agere poteſt,
vt reſtituatur in priſtinum ſtatum, l. 1. & 2. iunct. Gloſ. de lo-
66 cis & itineribus public. Et obiter notandum, vias publicas,
quas *Landſtraſſen*, & vias regias appellamus, enumerari in-
ter regalia, cap. 1. in princ. quæ ſint regalia, in vſibus feud. Et
dicuntur regalia, quæ ſunt reſeruata Imper. & regi, in ſignum
ſupremæ eminentiæ, & ea nemo habere poteſt, niſi ex con-
ceſſione principis, vel regis, à quibus omnes dignitates tan-
quam à fonte fluunt, l. ſacrilegij, 5. cum ibi not. C. de diuerſis
reſcriptis, vel ex præſcriptione tāti temporis, cuius initij me-
moria non extat, quia talis præſcriptio habet viam conſtitu-
ti, & priuilegij, d. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid.
& æſtiu. Et regalia ita præſcribi poſſe, eſt text. in capit. Super
67 quibuſdam, 26. §. præterea, extra de verbor. ſignific. Et in ge-
nerali conceſſione etiam meri, & mixti imperij, nunquam
intelliguntur regalia conceſſa, niſi exprimantur, de quo vide
Iac. de S. Georg. de feud. ſuper verb. In feudum nu. 3. Vnde li-
cet aliquis nobilis habeat in feudum aliquod caſtrum cum
ſuo territorio, ac ſimul merum & mixtum imperium ibi, nō
tamen viæ publicæ, vt regalia, ei conceſſa intelliguntur. Qua-
re ſi in via publica iſtius caſtri aliquis interficeretur, non ſpe-
ctaret ad illum nobilem cognitio ſuper iſto delicto, ſed ad
ſuperiorem eius loci dominum, qui ibi habet regalia. Si tamē
caput occiſi extra viam reperiretur, cognitio ad nobilem per-
tineret: attenditur enim locus vbi caput reperitur, cum caput
ſit principalior pars hominis, vt eſt text. in l. cum in diuerſis,
44. ff. de relig. & ſumpt. funer.

68 Secunda ſpecies interdictorum, de qua in tex. noſtro men-
tio fit, eſt, quod quædam interdicta ſunt reſtitutoria, quibus
prætor aliquid reſtitui iubet: quorum duo enumerat Impe-
rator, videlicet, interdictum. Vnde vi, quod intentatur ab eo
69 qui per vim de poſſeſſione rei immobilis deiectus eſt, ad re-
cuperandam poſſeſſionem, contra eum, qui per vim deiecit
actorem, & reſtituat poſſeſſionem, quam per violētiam oc-
cupauit, vna cum rebus mobilibus ablatis, de quo in § recu-
perandæ, infr. eod. dicetur. Idem interdictum. Quorum bo-
70 norum, quod competit ei, qui iure prętorio ad ſucceſſionem
defuncti, ſeu bonorum poſſeſſionem vocatur, contra poſſi-
dentem bona hæreditaria, de quo in §. ſeq. dicetur. Et quia
hoc caſu actor agit pro adipiſcenda poſſeſſione bonorum,
quam antea non habuit impropriè dicitur reſtitutorium in-
terdictum, ſec. Gloſ. magnam hic in fi. Reſtitutio enim eſt in
71 priſtinum ſtatum repoſitio, & quod abſtulit læſio, reſtitutio
reddit, l. quod ſi minor, 24. §. reſtit. 3. ff. de min. & l. 1. in fin. C.
de ſentent paſſis. & reſtitutis. Ex quo referunt DD. hic quan-
72 do actor in libello petit ſibi reſtitui id, quod ante nunquam
habuit, libellum ſuſtentari, ſecundum Bartol. in leg. 1. ff. quo-
rum bonorum. Pro ſuſtentatione enim libelli, licitum eſt ver-
ba impropriare, vt not. per Bart. poſt gloſ. in l. ſi olei, 21. C. de
locato.

73 Tertia ſpecies interdictorum eſt, quod quędam interdicta
ſunt exhibitoria, quibus prætor iubet aliquando exhiberi res
vt tabulas teſtamenti, de quo eſt tit. in ff. & C. de tabul. exhi-
bend. cum & is, qui amouit, & celauit teſtamētum, incidat in
crimen falſi, l. 1. ff. ad leg. Cor. de falſis, & legatarius celans te-
ſtamentum priuetur legato, l. pen. C. de legatis, aliquando ve-
ro perſonas, pro quibus exhibendis duo interdicta propoſita
74 ſunt. Primum de libero homine exhibendo, quod tuendæ li-
bertatis cauſa inuentum eſt, cum non multum à ſpecie ſer-
uientium differant, quibus non datur facultas recedendi, vt
75 dicitur in l. 1 & 2. ff de liber. homine exhibendo. Vnde etiam
cuilibet extraneo hoc interdictum competit, l. 3. §. hoc inter-
dictū, 14. ff. eo. Reſpicit enim officium & affectionem natu-
ralem hominis, propter quandam communionem, quam
homo habet cum homine. Intereſt enim hominis, beneficio
hominem affici, vt inquit Iuriſconſ. in l. ſeruus, 7. in fin. ff. de
ſeruit. exportand. facit text. in leg non tantum, 6. ff. de appell.
76 Et datur contra eum, qui dolo malo detinet hominem libe-
rum inuitum, puberem, aut impuberem, maſculum, vel fœ-
minam, ſiue ſit ſui, ſiue alieni iuris, leg. 1. & 3. §. hæc verba, ff.
eod ad hoc vt perſona libera exhibeatur, id eſt, in publicum
deducatur, & priſtinæ libertati reſtituatur, d. l. 3 §. ait prætor,
77 8. ff. eodem. Et ad hoc, vt locum habeat. I. Requiritur quod
reus detinet hominem liberum dolo malo, d. leg. 1. ff. eod. Se-
cus, ſi ignoranter, vel ex iuſta cauſa. Vnde nec datur contra
patrem detinentem filium in poteſtate conſtitutum, quia iu-
re ſuo vtitur, d. l. 2. §. is tamen, 2. Item non datur contra eum,
qui redemit hominem ab hoſtibus, donec ſoluatur ei preciū,
d. l. 3 § ſi quis eum, l. ab hoſtibus, 2. C. de captiu. & poſtlim. re-
uerſ. Et not. redimentes captiuos ab hoſtibus non poſſe ma-
iorem quantitatem à redemptis exigere, quam ipſi hoſtibus
78 ſoluerunt, de quo vide Bald. & Paul. de Caſtr. l. 1. Codic. de
epiſc. audient. II. Requiritur, quod detineat hominem inui-
tum; ſecus, ſi volentem, d. leg. 3. §. ſi quis volentem. 5. Volenti
enim non fit iniuria, l. 1 §. filij, ff. de iniurijs. Vltimo notabitis,
contra eos, qui homines liberos captos abducunt, vel capti-
uos retinent, non tantum hoc interdictum competere, vt re-
ſtituant eos libertati, ſed etiam criminalem accuſationem
contra eos intentari poſſe, ex leg Fauia de plagiarijs, leg. 3. in
princip ff eodem, l. non ſtatim, 6. l. Fauia, ff. ad leg. Fauiam, de
79 plagia. vbi Bartol dicit. Not. quod is, qui hominem liberum
ſubtrahit, & celat dicitur plagiarius, & ſubiunſit Bart. eo tem-
pore quo fuit in ſtudio quoſdam ex iſta lege fuiſſe condem-
80 natos, propterea quod vnum iuuenem ſubtraxerant. Tenē-
tur etiam hac lege Fauia ſcienter ementes, vendentes, & do-
81 nantes liberos homines, vt eos pro ſeruis habeant, l. 1 & leg.
Fauia, 4. ff. ad l. Fau. de plagiarijs, vbi Bart. quærit de iſtis do-
minis, qui vnum nanum, vel cātorem, aut alium aptum mi-
niſtrum ſibi inuicem donant, an incidant in hanc legem? Et
reſpondet quod non, abeſt enim dolus, nec eo animo do-
nant, vt eos libertate priuent, ſed vt ſint liberi. Pœna autem
committentis plagium, hæc eſt, vt, ſi de conſuetudine faciat,
& ſeruus aut libertus ſit, beſtijs ſubijciatur, ingenuus vero
decapitetur, alias damnabitur in metallum, l. fi. C. ad l. Fau. de
82 plagiarijs. Secundum interdictum de liberis exhibendis datur
ratione iuris, quod quis habet in detento, & quando pater pe-
tit exhiberi filium, in quo habet ius patriæ poteſtatis. Et per-
æque requiritur, quod filius inuitus ab illo detineatur dolo
83 malo. Vnde non datur patri, qui exhiberi, & abducere deſi-
derat filiam ſuam nuptam, nec enim bene concordantia ma-
trimonia iure patriæ poteſtatis conturbanda ſunt, vt inquit
Iuriſconſ. in leg. 1 in fin. eodem facit tex. in leg. reprehenden-
da, 5. Cod. de inſtit. & ſubſtit. vbi dicitur, concordiam coniu-
84 galem omni lucro præferendam eſſe. Hinc & vtile illud in-
terdum datur marito contra patrem detinentem filiamfami-
lias nuptam, quæ cum marito aliquantum altercata eſt, l. 1.
ff. eodem, niſi vxor ex iuſta cauſa à marito propter nimiam
eius ſæuitiam aufugiſſet. Tunc enim non cogenda eſt, vt re-
deat, neque volens conijciat in periculum, vitæque diſcrimē,
niſi maritus prius ſufficienter caueat, de ea non ſic crudeli-
ter tractanda, text. eſt in c. ex tranſmiſſa, 8 & ibi Can. extr. de
reſtit. ſpoliat. Et illud interdictum eſt præparatorium ad il-
lud interdictum de liberis deducendis, vt, poſtquam liberi iā
ſint exhibiti, liceat patri eos ſine vi aliqua inferenda abduce-
re, leg. 3. § hoc autem, 3. ff. de libert. exhib. Ad ſimilitudinem
iſtius interdicti, datur etiam patrono ratione iuris patrona-
85 tus, quod habet in libero, vt ei operas indicere poſſit, in-
terdictum de lib. hom. exhib. vt eſt text. in l. 2. §. 1. verb. Iuris,
ff. de interd. Et generaliter dicit Bart. in l. 1. ff. de liber. exhib.
vbicunq; quis prætendit ſe habere aliquod ius reale in perſo-
na detenta, vt in vaſallo, Monacho, &c. datur ei interdictum
pro illa perſona exhibenda, de quo vide Plat. hic, verſ. Exhibi-
toria autem, nu. 6.

§. Sequens diuiſio interdictorum.

1 *Trimembris diuiſio interdictorum, & propriam, & principa-
lem poſſeſſorij iudicij materiam continentium.*
2 *Quando de poſſeſſione eſt quæſtio pro qua adipiſcenda agatur.*
3 *Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis quare ſic dicatur.*
4 *Summa interdictorum diuiſio.*
5 *Verbum reſtituere impropriè accipitur pro dare.*
6 *Tria tantum interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis.*
7 *Inter dictorum quorum bonorum vnde dicatur.*

Cui

8 *Cui detur, & num. 13.*
9 *Quomodo ſucceſſerint olim ex l. 12. Tab agnat. & cognat.*
10 *Bonorum poſſeſſio quomodo hodie agnoſcenda.*
11 *Filius emancipatus ad poſſeſſionem non vacuam hoc interdi-*
cto agere tenebatur.
12 *His, ad quem hæreditas defuncti ſpectat, duas ſuccedendi*
habet vias.
14 *Contra quem detur, & num. 15. & 16.*
17 *An hoc interdictum detur contra titulo poſſidentem.*
18 *Hæres rei vendicationem contra titulo poſſidentem inſtitue-*
re poteſt.
19 *Reus negans ſe poſſidere priuatur poſſeſſione.*
20 *Reus allegans titulum tenetur illum probare.*
21 *Requiſita ad hoc, vt interdictum locum habeat.*
22 *Hoc iudicium eſt vniuerſale.*
23 *Succedens de iure prætorio bonorum poſſeſſionem coram iudi-*
ce cognoſcere debet.
24 *De iure ciuili hæreditas ſolo animo adiri poteſt.*
25 *Actor qui ſemel poſſeſſionem rerum accepit, hoc interdictum*
non poteſt intentare.
26 *Interdictum vt poſſidetis pro adipiſcendis rebus hæreditariis*
competit.
27 *Bona hæreditaria ſemel aditas, res hæreditaria non amplius*
dicuntur.
28 *Filia renuncians paternæ hæreditati, poſt mortem patris fra-*
tri defuncto nihilominus ſuccedit.
29 *Vt hoc interdictum competat neceſſe eſt, vt reus poſſideat, vel*
detentet res hæreditarias, vel vniuerſales, vel particulares.
30 *Interdictum vnde dicatur.*
31 *Hoc interdictum tantum pro rebus corporalibus competit.*
32 *Res petitas per hoc interdictũ defunctus in ſuis bonis habere.*
33 *Res quando dicantur eſſe in noſtris bonis.*
34 *Qualis probatio in hoc interdicto ſufficiat.*
35 *In quibus conueniant hoc interdictum, & petitio hæreditatis,*
& num. 36. & 37.
38 *Differentia inter hoc interdictum, & petitionem hæreditatis*
cum numeris ſequentibus.
48 *Forma libelli in hoc interdicto.*

1 TRaditur in hoc §. alia trimembris diuiſio interdictorum
quæ propriam, & principalem materiam poſſeſſorij iu-
2 dicij continet. Quandocunque enim de poſſeſſione eſt quæ-
ſtio tunc agitur, aut pro adipiſcenda poſſeſſione, quam ante
noo habuimus, aut pro retinenda poſſeſſione, quam iam ha-
bemus & in qua turbamus, aut pro recuperanda poſſeſſione,
quam habuimus, & amiſſimus. Ideò quædam ioterdicta adi-
piſcendæ, quædam vero retinendæ, & quædam recuperandæ
poſſeſſionis cauſa introducta ſunt quam diuiſionem imper.
vſq; ad §. pen. huius tit. proſequitur, add. l. 1. §. hæc autem in-
3 terdicta, ff. de interdic. Interdicta igitur adipiſcendæ poſſeſſio
a nis *a* ideo dicuntur, quia his tantum competunt, ante non
habuerunt. Nam ſi quis ſemel adeptus eſt poſſeſſionem rei,
& deinde eam amittit, hoc interdictũ ei inutile eſt, vt inquit
text. hic, & in d. ſ. hæc autem interdicta. Nec obſtat, quod in
§. præced. ſup. eod. & in l. 1. ff. quor. bon. interdictum illud re-
ſtitutorium appellatur, quaſi proprie reſtituãtur bona ante à
nobis poſſeſſa. Sed quia ſumma diuiſio ioterdictorum eſt,
4 quia interdicta quędam ſunt prohibitoria, quædam exhibito-
ria, quædam vero reſtitutoria, & in interdictis adipiſc. poſſeſ.
prætor id quod noſtrum eſt, non prohibet, nec iubet exhibe-
ri, neceſſe eſt, vt in tertia ſpecie contineantur, & habeant re-
ſtitutionem, atque ita reſtituere hoc loco impropriè accipia-
tur pro dare, facit lex verbum reddendi, 49. ff. de verb. ſignif.
vbi verb. Reddendo abutimur pro verbo Dandi. Sunt autem
5 tria tantum interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis; Quorum bo-
norum, Quorum legatorum, & Saluianum interdictum, In-
b terdictum quorum *b* bonorum à primis verbis edicti præto-
6 ris nominatur, ſicut interdictum, Vti poſſidetis. Vnde vi, &c.
7 Et datur ei, qui de iure prætorio ad ſucceſſionẽ defuncti vo-
8 catur, & bonorum poſſeſſor dicitur, pro adipiſcenda poſſeſ-
ſione bonorum hęreditariorum, contra poſſidentem pro hę-
9 rede, vel pro poſſeſſore, vt hic, & l. 1. ff. quorum bonorum, Ad
cuius intellectum ſciendum, olim, de iure, l. 12. tabu. liberos ſo-
lum in poteſtate patris exiſtentes, & agnatos ſucceſſiſſe, ex-
cluſis cognatis, & emancipatis liberis, vt ſup. de legi. agna. ſuc-
ceſ. & §. emancipati, 9. ſup. de hære. quæ ab inteſt. def. Quod
c prætori viſum eſt iniquum, cum in cognatis *c* & emancipa
d tis *d* iura ſanguinis durent, licet enim filius centies emancipẽ
tur, nihilominus tamen manet naturaliter filius cum iura na
turæ, & ſanguinis nullo iure ciuili tolli, aut mutari poſſint, l.
iura ſanguinis, 8. ff. de reg. iuris. Itaq; naturali ęquitate motus
prætor vbi videret filium emancipatum, & cognatos, auxilio
leg. 12 tab. deſtitutos eſſe, hunc rigorem, & aſperitatem iur.
ciu. mitigauit, & cum eis hæreditatem dare, aut eos hæredes
facere nõ poſſet, verſ. Quis autem, in prin. tit. ſup. de bon. poſ-
ſeſ. vocauit eos ad ſucceſ. per edictũ. Vnde liberi, & Vnde co
gnati, concedendo bonorum poſſeſſionem i. hæreditatem,
ita vt filius emancipatus, vel cognatus, qui in hæreditatis, pa-
tris, vel cognati ſuccedere nõ poterat infra tempus iure pręe-
fixum, adiret prætorem, qui decernebat ei bonorum poſſeſ-
ſionem, licet hodie ſufficiat, eum coram quocumque iudice
agnoſcere, l. fi. C. qui admi. ad bon. poſſeſ. & agnita, ac decre-
10 ta bonor. poſſeſ. non ſtatim conſequebatur filius emancipa-
tus naturalem poſſeſſionem bonorum, ſed ſi vacans erat pro-
11 pria authoritate iſtam occupabat. Si vero iſta bona per a-
lium poſſidebantur, tunc contra detentatores bonorum pro
adipiſcendis rebus hæreditarijs hoc in interdicto agebatur,
ita vt actor diceret: Ago contra te, vt aſſignes mihi poſſeſ-
ſionem talium rerum, cum ſint de illis, quorum bonorum
poſſeſſionem authoritate iudicis agnoui, & hoc eſt, quod
12 inquit Iuriſc. in d. le. 1. Quorum bonorum. Ex edicto illi poſ-
ſeſſio data eſt, quod de his pro hærede, aut pro poſſeſſorio
poſſides, id illi reſtituas, & ita non de proprietate iſtarum
rerum eſt, ſed de ipſarum poſſeſſione adipiſcenda. Vnde pro
pleniori declaratione notandum, quod Gl. in d. §. præcedent.
ſuper verbor. poſſeſſore, dicit eum, ad quem hæreditas de-
functi pertinet, duas vias ſuccedendi habere, videlicet ex di-
ſpoſitione iuris ciuilis, & iuris prætorij, & vtroque caſu habe
re duplex remedium, petitorium, & poſſeſſorium. De iure
enim ciuili habet petitionẽ hæreditatis, per quam actor prin
cipaliter petit declarari ſe eſſe hæredem defuncti, & ad ſe ſpe-
ctare hæreditatem, neque hoc caſu res hæreditariæ veniunt
iure actionis reſtituendæ, ſed officio iudicis, l. licet minimam,
10 ff. de pet. hæred. Deinde hæres in teſtamento inſtitutus, ha
bet de iure ciuili etiam remedium poſſeſſorium, videlicet, l.
fin. C. de edicto. D. Adriaoi toll. vbi ex ſola inſpectione teſta-
menti noo cancellati, neque aboliti, hæres ſcriptus mitten-
dus eſt in poſſeſſionem rerum, quæ per defunctum tempo-
re mortis detinebantur, de quo vide plene per Ang in § qua-
drupli, 15. num. 40. ſupra de actio. Sic etiam de iure prætorio
ſuccedenti competit remedium petitorium, videlicet poſſeſ-
ſoria hæreditatis petitio, quæ ad ſimilitudinem petitionis hæ-
reditatis datur, per quam actor tantundem conſequitur, quã-
tum hæres de iure ciuili per petitionem hęreditatis Sũt enim
in effectu idem, bonorum poſſeſſio, & hæreditas, vt notatur
in d. verſ. quos autẽ ſup. de bon. poſſeſ. & vide tit. in ff. de poſ.
hæred. petit. Deinde remedium poſſeſſorium, videlicet inter-
dictum, quorum bonorum.
13 Ex prædicta reſponderi poteſt ad primam quæſtionem
principalem, videlicet, Cui hoc interdictum competat. I. Di-
rectum datur bonorum poſſeſſori, qui ſcilicet iure prætorio
ad ſucceſſionem defuncti vocatur, & apud iudicem bono-
rum poſſeſſionem agnouit, iuxta l. fin Cod. qui admin. ad bo-
nor. poſſeſſionem, ad declarauit apud magiſtratum ſe talem
eſſe, qui iure prætorio velit amplecti hæreditatem defuncti,
licet enim iuris authoritate, & ita bonorum poſſeſſione edi-
ctali habeat omnia, quæ ad hæredem pertinere poſſunt, non-
dum tameo cooſecutus eſt corporalem rerum hæreditaria-
rum poſſeſſionem, ideo contra detentatores rerum hoc in-
terdictum competit, vt hic, & d. l. 1. §. eod. II. Vtile hoc inter-
dictum datur hæredi, & ſic ſucceſſori de iure ciuili, ſecũdum
gl. communiter approbatam ſup. Rub. C. eo. Sicut alias diſtin-
guitur inter actionem directam, quæ datur, quando mens, &
verba legis conueniunt, & vtilem actionem, quãdo mens, &
ſententia legis non etiam verba conueniunt, l pen. ff. ſi quad.
paul. feciſ. dicatur, & not. per Bartol. & Doct. in l. curatoris
27. C. de negot. geſt. III. Datur hæredi venienti ab inteſtato,
vel ex teſtamento de iure prætorio, vel ciuili, ſiue teſta-
mentum

ADDITIONES.

a *De his late Menoch. de remed. adip. poſſ.*
b *De interdicto. Quorum bonorum, vide Menoch. tractatu de*
adipiſcenda poſſeſſione, remed. 1.
c *Cognati agnatis exequati Nouell. 118. c. 5. Auth. ſicut hæredi-*
tas, C. de legit. tutela.
d *Emancipati ſuis exequati, ſup. de ſucceſ. cognat. Et ideo hodie*
(vt & ſui teſtamentum patris ipſo iure nullum poſſunt dicere,
gloſ. ſupra de inoff. teſtam. adde l. maximum vitium, C. de lib.
præter.

Digitized by Google

mentum ab initio tenuit, ſiue non, vt not.pro Salic.in l.2.C.
eod.Bart in l.fin.C.de edic.C.Adr.tol.& Ang.in d.§.quadru-
pli,nu.19.ſup.de actio.IV.Heredib.nouo poſſeſ.competit, ad
perſequendam hæreditatem defuncto delatam iure præto-
rio: cum bonorum poſſeſſores in omnibus vice hęredum ha-
beantur,l.item veniunt,20.§ fin.ff.de peten. hæred.
14 Secundo principaliter quæritur, contra quem hoc inter-
dictum competat? Et dic ad ſimilitudinem petitionis hære-
ditatis dari. I. Contra bona poſſidentem pro hærede,qui con-
tendit ſe eſſe hæredem, cum tamen non ſit, ſiue bona, ſiue
mala fide hoc faciat.vt hic, & leg. pro hærede, 11.ff.de petit.
15 hæred.II Contra poſſidentem pro poſſeſſore, qui non con-
tendit ſe hæredem, ſed nullo iure, de facto tantum poſſidet,
nec interrogatus poteſt aliquem tit.ſuæ poſſeſſionis allegare;
niſi quia poſſideo,vt quilibet malæ fidei poſſeſſor,tex.eſt hic,
16 & d.l.pro hærede, cum le.ſequ ff.de petit. hæred. Nec diſtin-
guitur,vtrum reus poſſideat totam hęreditatem,vel eiusquo
tam,cum etiam contra detinentem minimam rem hęredita-
riam competat,per tex.noſtrum hic,& in d.l.licet minimam,
ff da pet.hęred.Nec obſtat,quod ſit iudicium vniuerſale, l.1.
§.fin.ff.eod.quia talia remedia vniuerſalia apta ſunt compete
re ad vniuerſitatem, licet enim aliquando competant ad rea
etiam ſingulares, tamen hoc non fit ex titul.ſingulari, ſed ex
17 fonte vniuerſali, vt poſt alios declarat Zaſ. in le.1.§.fin.ff.eo.
addite Ang.hic,nu.2 Non autem patitur contra tit.poſſiden
tem,d.l.iun.gloſ.& not.per Bar.ibi,ff.eod.ſicut nec petitio hę-
reditatis,vt notatur in l.hæreditatis, 7.Co. de petit. hæredit.
Eſtque ratio,ſecundum Doctor.ibi,quia ad hoc,vt actor vin-
cat reum, debet ſe fundas te in iure potentiori, quam habet
reus: alias in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis,quam
petentis, c.in pari,65.de regul.iur.in 6.Sed in hoc interdicto,
& in petitione hæreditatis, actor, principaliter ſe fundat ex
ſuo titulo, dicendo ſe eſſe hęredem,qui tamen non eſt verus
titulus; alias non competeret hoc interdictum contra poſſi-
dentem pro hęrede, hęres vero conuentus habet duplex ius,
titulum, ſcilicet emptionis,vel alium,& poſſeſſionem, & ſic
habet cum acto. e ęquale ius. Vterque enim habet ſuum titu-
lum,& deinde habet etiam poſſeſſionem. Succedit igitur re-
18 gula,dict.cap. in pari. Datur tamen hoc caſu hæredi contra
poſſidentem cum titulo rei vendicatio, l.vnica, C.de alienat.
mut. iudicij cauſa facta, quod propter onus probationis hæ-
redi eſt in commodius, quam proponere hoc interdictuio,
per l.is qui deſtinauit, 24.ff.de rei vend. Et de hac quæſtione
videte ea, quæ in §.actionum, ſupr. de act.circa petitionem
19 hęreditatis copioſe dicta ſunt. Hinc ex ſententia Plat. hic,
actor initio debet interrogare reum an poſſideat,& ſi reſpõ-
deat quod non,tunc ſi probatur reum poſſidere,propter mẽ-
dacium aufertur ab eo poſſeſſio,& transfertur in actorem,l.
20 fin.ff.de rei vend. Si vero reſpondet ſe poſſidere cum titulo,
tunc tenetur docere titulum ſuę poſſeſſionis,iuxta l.cogi,11.
C.de petit. hæred.à quo, ſ.habeat rem, quanti emerit,ex qui-
bus deinde deprehendi poteſt,an ſit tit.procuratus, & inuali-
dus, ita vt adhuc conueniri poſſit hoc interdicto, vt notatur
in l.hæreditatem,4.C.in quibus cauſ ceſ.longo tempor.pręſc.
Si vero interrogatus non poteſt oſtendere titulum tunc præ-
ſumitur poſſidere pro hærede, vel pro poſſeſſore, vt hoc in-
terdicto rectè conueniatur,vt traditur in d.l.cogi.& l.qui in-
terrogatus,12.ff.de pet hæred,
21 Tertio quæritur, quę requirantur ad hoc, vt locum habeat
hoc interdictum? Et breuiter d.c.I. A.parte ipſius agentis re-
quiri,quòd ſit hęres eius,cuius bona petit,ſiue de iure pręto-
rio,ſiue ciuili, ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato,ſiue in to-
tum,ſiue pro parte,dummodo pro quota hæreditatis: ſi enim
in re certa, & particulari inſtitutus ſit hæres, loco legatarij
habetur, ita vt actionibus hæreditatijs, vti non poſſit, l.quo-
22 ties,14.C.de hęred.inſtit. Eſt enim vniuerſale hoc iudicium,
ex fonte vniuerſali deſcendens, ſicut petitio hæreditatis, d.l.
1.in fin.ff.eod.licet ad res particulares aliquando competat,
23 vt ſupra dictum eſt,per text.in d.l.licet minimam,ff.de petit.
hęred. II. Quod de iure prætorio ſucceſſurus agnouerit bo-
nor.poſſeſſ. coram iudice in eius præſentia: licet hodie non
requiratur, vt iudex interponat ſuam authoritatem, d.l.fin.
C.qui admit.ad bonor. poſſeſ.Sicut de inſinuatione donatio-
nis dicitur, quam ſufficit etiam coram iudice fieri, licet non
interueniat authoritas iudicis, vt not.Bal. & Salic. in l.illud,
24 19.C.de ſacroſan.Eccleſ.Bartol.in l.Modeſtinus,23.ff.de do-
natio. De iure vero ciuili hæc ſolennitas non requiritur,cum
hæreditas ſolo animo adiri poſſit, ſine præſentia, & autho-
ritate iudicis præſentis, l.ſi auia, 6.Co.de iur.deliber. & l.pro
25 hærede 20.in princ. ff.de acquir. hęred. III. Quod actor an-
tea non habuerit poſſeſſionem rerum,pro quibus hoc inter-
dictum intentat. Eſt enim interdictum adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis, ideò ſi quis ſemel adeptus eſt poſſeſſionem, & eam
amiſerit,hoc interdictum ei non datur,ſed interdictum. Vn-
de vi quod pro recuperanda poſſeſſione amiſſa introductum
eſt,vel etiam rei vendicatio, ſecun. gloſs hic,ſuper verb. inu-
26 tile, ſicut de petitione hęreditatis dicitur. Eſtque ratio, qoia
hoc interdictum, & petitio hæreditatis dantur pro rebus hę-
27 reditarijs, ſed quando quis ſemel apprehendit res hæredita-
rias, adeundo, ſcilicet hęreditatem, non dicuntur amplius
res hęreditariæ, ſed proprium patrimonium Ipſius, ſecund.
gloſ.in d.l.1.§.veteres,16.7.de acqu.poſſeſ. vide Bart. in l.fin.
28 ff.de fideicommiſ. hęred petit. Quod pro renunciantibus hę-
reditati paternæ,diligenter notandum eſt pone enim, filiam
accepta dote renunciaſſe mediante iuramento hęreditati pa-
ternæ, iuxta capit.quamuis,2.ff.de pact.in 6. Si poſt mortem
patris filij ſoli ſuccedant, excluſa filia,& ſic ſorore, & poſtea
vnus ex fratribus decedat, licet is nulla alia bona relinquat,
quam ea, quę ex hæreditate paterna illi obuenerunt, tamen
ſoror ad ipſius ſucceſſionem admittitur,non obſtante renun
ciatione. Renunciatio enim cum ſit ſtricti iuris, ſtrictè quo-
que accipienda eſt: ſoror non fraternæ, ſed paternę hęredi-
tati renunciauit: Ergo,&c. Et bona illa paterna ad filium de-
lata poſt aditionem hæreditatis, non amplius dicuntur res
paternę,ſed proprium patrimonium ipſius fratris,ſecundum
29 gloſa in dict. §.veteres, IV. A parte rei requiritur, quod de-
tineat,vel poſſideat totam hæreditatem,vel eius quotam, vel
etiam res particulares. ſine titulo tamen,alias enim nomine
poſſidente hoc interdictum non competit, vt inquit Bartol.
in dict.leg.fin.Co.de edict. D.Adrian.tollen. Eſtque ratio ſe-
cundum Angel in dict §.quadrupli, numer. 6.verſ.aduertas,
quia hoc eſt interdictum At vero ſi nõ haberet poſſeſſorem,
vel detentatorem contradicentem, non poſſet dici interdi-
ctum, cui interdictum dicatur quaſi inter duos dictum, vel
redditum,vt eſt text.in fine præcept. §.beneficium autem d.l.
30 final.Co.de edict. D.Adrian. tollen.habet locum etiam ne-
mine poſſidente, de quo vide Angel. in dict ſ.quadrupli, nu-
mer. 26.ante fin. Si tamen reus dolo deſijt poſſidere, adhuc
poterit hoc interdicto conueniri intereſſe ſcilicet actoris,
text.eſt in dict. leg.1.ff.eodem,ſicut de petitione hęreditatis,
& rei vendicatione dicitur, leg. etiam, al. eſt parte, §.3.leg.
item videndum, 16.§.item ſi quis dolo, ff.de pet.hæred.& l.
ſin autem, 27.§.ſed & is, ff.de rei vendicat. V. Quod res,
31 quæ petuntur, ſint corporales, pro incorporalibus enim hoc
interdictum non competit,leg.2.ff.eod. VI. Quod huiuſmodi
32 res, quarum poſſeſſio per illud interdictum petitur, fue-
rit in bonis ipſius defuncti, ſiue per eum tempore mortis fue
rint poſſeſſæ,ſiue non, ſecundum Bart. in d.l.1.numero 4.C.
33 eo. per text in d.l.1.in prin. ff.eod. Res enim in bonis noſtris
dicitur eſſe,quoties poſſidentes eam exceptionem, aut amit-
tentes ad recuperandam eam actionem habemus,leg.rem in
bonis, 52.ff.de acqu. rer.dom.de quo vide Bart.in l.1.num.4.
34 eodem. Et ſufficit in hoc interdicto ſummaria probatio, &
præſumptiua, vt actor ſummatim doceat ſe eſſe heredem
defuncti ex teſtamento, vel ab inteſtato, & res illas fuiſſe in
bonis ipſius defuncti quas reus iam poſſidet. Eſt enim parui
pręiudicij, cum poſtea in petitorio plene, & liquide iſta ve-
niant probanda,& examinanda, ſecundum Ang. in d.ſ.qua-
drupli, num.26.in fin. Nam hoc caſu in tantum de poſſeſſio-
ne eſt quęſtio,vt illa à reo auferatur,& in actorem transfera-
tur. Eſtque hęc prima differentia inter petitionem hęredita-
tis, & hoc noſtrum interdictum cum alias in multis conue-
35 niant. Sicut enim petitio hęreditatis ſolum datur contra
titulo poſſidentem, & pro hęrede, & pro poſſeſſore, non
autem contra titulo poſſidentem, ita enim hoc interdictum,
l.pro hęrede, 11.§ fin.cum l.ſequ.ff.de petitio. hęred. text.no-
ſter hic. Item vtroq; caſu requiritur, quod actor ſit hęres,l.1.
ff.de petit. hęred. & l. 1.ff.eodem. Item quod reus poſſideat,
36 vel dolo deſierit poſſidere, vt iam dictum eſt. Item vtrunque
iudicium eſt vniuerſale pro vniuerſitate rerũ introductum,
licet aliquando pro rebus particularibus competat, d.le.1.ff.
eodem, & in d.l.licet minimam, ff.de petit.hęred.& quando
hęres ſemel nactus eſt poſſeſſionem rei hęreditarię, tũc am-
plius pro recuperanda iſta re, neque petitionem hęreditatis,
neque hoc interdictum intentare poteſt, text.eſt hic, iunct.
gloſ.ſuper verb.inutile, & gl. in cap.1.de confeſſis, in 6.ſuper
verb.ſtatuimus Bartol.in d.l.fin.ff.de fideicom. hęred.pet. Sę-
37 pius tamen pro poſſeſſione rerum diuerſarum adipiſcenda,
vtrunque iudicium proponi poteſt,vt eſt glo.ſup. Rub.C eo.
verſic. Et non redditur amplius. Et quamuis. Zaſ. ſuper Ru-
brica, ff. eodem, dicat in effectu non eſſe differentia inter
petitionem hęreditatis, & hoc interdictum, plures ta-
men

Digitized by Google

38 men differentiæ reperiuntur. Ac I. Differunt origine. Petitio
enim hereditatis eſt a iure ciuili introducta, hoc interdictum
à iure pretorio, d.l.1.ff. eodem, Sed quia eſt rei perſecutorium
non annale, ſed perpetuum eſt, de quo vide Angel. in dict. §.
39 quadrupli, num. 29. II. Differunt ſubiecto. Nam hæreditatis
petitio directa datur hæredi de iure ciuili, vtilis verò bono-
rum poſſeſſori. Interdictum quorum bonorum directum
datur bonorum poſſeſſorij, & vtile hæredi de iure ciuili, vt ſu
pradictum eſt, & vide Gloſ. ſuper Rubr. Codic. eod. Bart. in
40 dict. leg. 1. num 3. Cod. eod. III. Differunt natura. Petitio
enim hæreditatis eſt bonæ fidei, interdictum quorum bo-
norum haud per æquè, quia non enumerantur, in § actio-
41 nū ſupra de actio. IV. Differunt, ſine hoc enim interdictum
ad poſſeſſionem datur eſtque poſſeſſorij iudicij petitio vero
hæreditatis ad petitorium pertinet, ſecundum Gloſ. in dict.
Rub. C. eodem & Angel. in dict. §. quadrupli num. 16. in med.
42 Ex quo ſequitur V. Differentia ex ſententiarū adiuncto quia
à ſenteotia lata in petitione hæreditatis appellari poteſt, oon
autem à ſententia ſuper hoc interdicto lata cum ſit momen-
taneæ poſſeſſionis, ſecundum Bart. in d l. final. Codic. eodem
43 per text. in leg. vnica, Codic. ſi de momen. poſſeſ. appell. fue.
VI. Differunt in modo libellandi. In petitione enim hæredi-
tatis actor principaliter petit declarari ſe eſſe hæredem, & vt
in conſequentiam ex officio iudicis res hæreditariæ reſtituā-
tur, dict. leg. licet minimam, Sed in hoc interdicto principali-
ter actor petit iure actionis ſibi reſtitui res hæreditarias, &
ita poſſeſſorem ſe conſtitui, ſeu poſſeſſionem ſibi tradi, d.l.1.
44 & ibi Bar. Co. eodem. VII. Differunt in modo ſententiandi.
Nam in petitione hereditatis iudex debet declarare actorem
eſſe heredem. In hoc vero interdicto condemnatur reus prin-
cipaliter ad reſtitutionem poſſeſſionis, ſecundum Bart. in d.
l.1.ff. eod. & Ang. in d. §. quadrupli, num. 37. VIII. Differunt
in modo probandi. Agens enim petitione hæreditatis plenè,
& liquidè probare debet. ſe eſſe hæredem, & bona quæ pe-
tuntur, fuiſſe hæreditaria, vel ſaltem poſſeſſa, & detenta à
45 defuncto. Sed in hoc interdicto, cum ſit modici præiodicij,
ſufficit ſummario probatio, quæ ſemiplenè, vel præſumptiue
concludat ſecundum, Bart. l. 1. num. 3. Co. eodem IX. Diffe-
46 runt rerum ſubiectarum qualitate. Petitio enim hæredita-
tis datur etiam pro rebus à defuncto ſimpliciter poſſeſſis vel
detentis, l & non tantum, 19 ff. de pet. hær. In hoc vero inter-
dicto, agitur tantum pro rebus, quæ fuerunt in bonis ipſius
defuncti, vt ſup in 5. requiſito dictum eſt. X. Differunt gene-
ralitate, & ſpecialitate. Quippe petitio hereditatis datur ad res
corporales. & incorporales, ita vt etiam contra debitores hæ-
reditarios competat, d.l. item videndum, §. fi. & d.l. etiam, §. fi.
47 ff de pet. hæred. Sed hoc interdictū tantum pro rebus corpo-
ralibus non autem incorporalibus datur: ideò etiam contra
debitores hereditarios non competit, vt inquit Iuriſc. in l. 2. ff.
eod. Et de his latius videre Bart. in d.l.1.ff. & in l. 1. C. eo. poſt
Glo. ſup. Rub. C. eo. & Plat. hic § ſumma, verſ. Reſtitutoria,
num. 3. Reſtat nunc forma libelli, quam Ang. in d. §. quadru-
pli, n. 29. ſup. de act. ſubijcit. Et ex prædictis iuncta ord. doctr.
Iaſ. in §. omnium, ſup. de act. facile concipere licet. Cum enim
libellus ad ſimilitudinem ſyllogiſmi, qui in maiore, minore,
& concluſione conſiſtit, continere debeat narrationem facti
medium concludendi, & concluſionem. agēs hoc interdicto,
initio narrare debet. Titium eſſe defunctum, (viuentis enim
nulla eſt hæreditas, l. 1. & ibi Glo ff. de hęr. vel act. vend. & l. 1.
§ impubere, 21. ff. de cle. Et iuriſconſ. improbum eū dicit, qui
de hæreditate viuentis eſt ſolicitus, leg 2. § interdum, 2. ff. de
vulg. & pup. ſubſt.) & Titium habuiſſe illa res, quas reus, iam
poſſidet in ſuis bonis tempore mortis, & actorem eſſe ipſius
hæredem ex teſtamento, vel ab inteſtato, quod & medium
concludendi in hoc interdicto dicitur. Deinde ſubijciet con-
cluſione ac petet actor, vt conſtituatur io poſſeſſione dictæ
hæreditatis, vel talium bonorum, & rerum detentator con-
demnetur ad tradēdam actori iſtarum rerum poſſeſſionem.
Et poteſt ita concipi.

Forma libelli.

48 Com reſeruatione omoiū iuris remediorum, & in primis
eorum, quæ actori in iudicio poſſeſſorio adipiſcendi ex natu
ra actionis competunt: item cum proteſtatione non proban-
di non neceſſaria, comparet Stichus breuiter narrans, quod
paucis, elapſis menſibus, iuxta Dei voluntatem frater eius le-
gitimus, & naturalis vita defunctus, domum ſuam in aulico
vico ſitam, item vineam, & hortum lupulorum, nec non alia
bona tam mobilia, quam immobilia poſt ſe reliquerit, quæ
omnia in ipſum actorem tanquam fratrem germanum, pro-
ximioremque hæredem ſint deuoluta. Sed eo non attento,
Sempronius conuentus, dicta bona relicta, oullo titulo, cauſa
ſeu iure de facto inuaſit atque occupauit. Et quamuis ſæpius
amice requiſitus, & admonitus fuerit, vt dictam hæreditatē
præfato Sticho reſtitueret: tamen id facere hactenus iniuſtè
renuit, & recuſauit eamque in hodiernum vſque diem deti-
nuit & poſſedit. Quare petit actor, dictum Sempronium (fa-
cta prius per ipſum reſponſione, quæ in præſentia fieri exigi-
tur) veſtra iudiciali ſententiam ad reſtituendum præfatam
hæreditatem condemnari, & condemnatum legitimus, & in
hoc caſu conſtituti iuris remedijs compelli: ſeque in poſſeſ-
ſionem omoium relictorum bonorum immitti: atque omne
id quod æquum & iuſtum fuerit decerni, vna cum refuſione
omnium litis expenſarum. Officium veſtrum nobile ad hoc
humilimè implorando, &c.

a DE INTERDICTO a QVORVM, Legatorum.

1 *Interdictum hoc vnde dicatur.*
2 *Hæres contra legatarium ante aditam hæreditatem rem le-
gatam occupante hoc interdicto experiri non poteſt.*
3 *Quare dicatur interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis.*
4 *Legatario ius ſuum contra hæredem ſaluum remanet.*
5 *Reſponſio ad regulam, Dolo facit qui petit quod reſtituere
oportet eundem.*
6 *Solutio obiectionis ſumpta ex l. non eſt dubium, C. de leg.*
7 *Lex cum quærebatur, C. vnde vi, hic non obſtat.*
8 *Cui competat hoc interdictum.*
9 *Hodie legata extra teſtamentum relinqui poſſunt.*
10 *Contra quem competat cum num. ſeq.*
16 *Hoc interdictum contra titulo poſſidentem competit.*
17 *Requiſita à parte actoris ad hoc, vt hoc interdictum cōpetat.*
18 *An hoc interdictum in omnibus legatarijs locum habeat.*
19 *Non tantum pro Falcidia, ſed etiam ex alia cauſa hoc inter-
dictum proponi poteſt.*
20 *Quomodo hæres probare poſſit hæreditatem non eſſe ſoluēdo.*
21 *Legatarius non reſtituens hæredi poſſeſſionē rei legatæ propria
authoritate occupata, tenetur ad id quod intereſt hæredis.*
22 *Hoc interdictum pro rebus corporalibus, & incorporalibus
competit.*
23 *Libellus quomodo formari debeat.*

1 SEcundum interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, etiam à
primis verbis edicti pretorij appellatur, quorum legatorū
2 ſcilicet quod datur hæredi poſt aditam hęreditatem contra le
gatarium, qui propria authoritate ante aditam hæreditatem
occupauit rem ſibi legatam, vt hęres adipiſcatur poſſeſſionē
iſtius rei legatæ, & vt poſſi retinere quartam Falcidiæ de iſta
rei legata. Aequiſſimum enim prætori viſum eſt vnum, quē-
que non ſibi ipſi ius dicere occupatis legatis, ſed hoc ab hære-
de petere, le. 1. in prin. ff. quor. legat. iunc. l. vnic. C. eo. Et facit
3 tex. in l. extat, 13. ff. quod met. cauſ. Et ideò interdictū adipiſcē
dę poſſeſſionis dicitur, quod legatario, qui occupando pręue-
nit hęredē mandatur reſtituere poſſeſſionem hæredi, quia rei
4 legatę poſſeſſionem antęa non habuit. Et quamuis legatarius
cogatur hæredi reſtituere rem legatam propria authoritate
occupatam, tamē legatario ius ſuum ſaluum manet, ita vt hę
redem conuenire poſſit, ad illam ipſam rem legatam redden-
dam, tex. eſt, in d.l.1. in prin. verſ. Redigit, ff eo. Sed cōtra hoc
opponitur primo de regula. Dolo facit, qui petit, quod reſti-
tuere oportet eundem, l. io condemnatione, 137 §. dolo, §. de
reg. iur. c. Dolo 59. de reg. iur. in 6. Ad quam regulam reſpon-
detur per Zaſ in d.l.1. poſt prin. ff eo eam non procedere quā-
do intereſt actoris, vt io caſu noſtro intereſt hæredis, vt res
ablata ei reſtituatur propter Falcidiam, quam hæres vult de-
ducere de legato, & deducere non poterat, cum totum lega-
tum à legatario eſſet occupatum. Nec obſtat quod in reſiduo
vltra iſtam quartam hæres videatur eſſe in dolo. Nam ad hoc
reſpondet Bal. in leg. 1. in fin. C. eod. iſtam exceptionem non
habere locum in poſſeſſorio adipiſcendæ, quando conuentus
poſſidet cum vitio, quia dixit ſibi ius propria authoritate,
propter odium violentiæ, cum nemo ſibi ipſi ius dicere de-
beat: ſicut in ſimili de interdicto recuperandæ dicimus. agē-
ti interdicto. Vnde vi, non poſſe opponi exceptionem domi-
nij

ADDITIO.

a *De interdicto quorum legatorum vide Menoch. tract. de adi-
piſcen. poſſeſſ. rem. 2.*

nij,ſed ſpoliatum ante omnia debere reſtitui, vulgar.l.ſi quis
ad ſe fundum, Cod.ad leg.Iuliam de vi pub. & capit. In lite-
ris, 5.extra de reſtit.Spol. Secundo opponitur contra prædi-
6 cta, quod legatarius hoc caſu non poteſt habere ius ſuum
ſaluum, & conuenire hæredem ad rem legatam reſtituen-
dam. Occupando enim rem legatam propria authoritate
cadit ab omni iure ſuo text.eſt in l.non eſt dubium, 5.Codic.
de l.ſicut alias occupans rem alienam licet ſit ei debita perdit
ius ſuum, & occupans rem propriam apud alium conſtitu-
tam priuatur eius dominio, leg. ſi quis in tantam, 7 Codic.
vnde vi, leg creditores,7.ff.ad l.Iuliam de vi priuata, & dict.
leg.extat, ff. quod metus cauſa. Ad hoc contrarium com-
muniter ita reſpondetur, prædicta iura loqui de occupata
re, aut poſſeſſione aliena, aut etiam re propria, penes alium
tamen conſtituta. Ante aditam hæreditatem vero, quando
illa adhuc eſt iacens, legatum eſt in nullius poſſeſſione, nec
etiam alterius,imo eſt legatarij,ad quem a die mortis teſtato
ris legati dominium recta via tranſit, ficte ſcilicet,& verè
poſt aditam hęreditatem,leg.à Titio, 64.in fin.cum ibi nota.
ff.de furt.& no.per Iaſ.in leg.1. ff.de legat 1. Nemini igitur
aufert rem, aut poſſeſſionem ſuam. Vnde diſtinguitur per
Doct. At legatarius occupauit rem legatam ante aditam hæ-
reditatem ab ipſo hærede,& tunc quia nemini quicquam au-
fert, merito ius ſuum non amittit. Aut poſt aditam hæredita-
tem occupauit rem locatam,& ſic poſtquam hæres apprehē-
dit poſſeſſionem rerum hæreditariarum,& tunc incidit in pę
nas legum ſupra allegatarum, ita vt amittat ius legati, ita eſt
Gl.in d l.1.§.2.ſuper verb. Vt perinde,ff.eod.& in l.vnica,ſu-
per verbo, Retentione, C.eod. ibi Bart & Bald. Glo in cap.ſi.
ſuper ver.Impetitione,extr.de ſucceſſ.ab inteſt.& Pla.hic nu-
7 mer.7.Nec obſtat text in l.cum quærebatur vndecimo, Cod.
vnde vi, vbi occupas etiam rem vacantem tenetur eam reſti
tuere domino, aut prædo, vel fur,nec excuſatur ignorantia,
cum quilibet ſcire debeat, quod ſuum non eſt hoc ad alium
ſpectare,quia iſte text. loquitur de re aliena vacante propter
abſentiam forte domini, non autem de re propria occupan-
tis, vel etiam de re hæreditaria, quæ in nullius bonis eſt ante
aditam hæreditatem, ſecundum Glo.in d.l.cum quærebatur,
ſuper verbo. Per ignorantiam.

8 Datur autem hoc interdictum hæredi, & bonorum poſ-
ſeſſori,& cuilibet vniuerſali ſucceſſori, item hæredi, hęredis,
ſiue de iure ciuili,ſiue de iure prætorio ſit hæres,l.1.§.hoc in-
terdictum,ff.eodem,ſiue ſit hęres ex teſtamento, vel ab inte-
ſtato ſecundum Plat.hic numero 6. Licet enim olim legata
extra teſtamentum relinqui non poſſent,§.pręterea,10. ſuper
9 de fideicommiſſis hæred.hodie tamen etiam extra teſtamen-
tum legata relicta valent, ſecundum Gloſ. in princ. ſupra dę
legati, ſuper verbo, Sequenti. Legata enim & fideicommiſſa
hodie ſunt exæquata.l.1.ff.de legat.primo. Sed fideicommiſ-
10 ſa ab inteſtato relinqui poſſunt dict. §. præterea. Ergo,& le-
gata. Competit autem. I. Contra legatarium, qui ſine vo-
luntate hæredis, propria authoritate occupauit rem lega-
11 tam,dict.leg.1.in pr in.II.Datur contra legatarium,qui etiam
cum voluntate hæredis occupauit legata. Quod eſt verum,
ſi hæres accommodauit voluntatem ante aditam hæredita-
tem, quia tunc nondum cognouit de viribus hæreditarijs, de
ære alieno, & alijs circumſtantijs: ſecus, ſi poſt aditam hære-
ditatem conſentiat tunc enim talis conſenſus ei præiudicat,
12 d.l.1.§.quod ait prætor vndecimo,ff.eodem.III. Datur con-
tra legatarium,qui legatorum,ſeruandorum cauſa miſſus eſt
in poſſeſſionem à iudice, cum eo nomine ſatiſdatum eſt ab
hærede nec tamen legatarius à bonis recedere voluerit, di-
cta leg.prima, §.quæſitum, 9 ff.eodem. Quando enim te-
ſtator legat aliquid ſub conditione, vel in diem,tunc mortuo
teſtatore hæres cogitur ſatiſdare de præſtanda re legata ipſi
legatario, extante die, vel conditione, & hærede recuſante,
legatarius mittitur in poſſeſſionem bonorum,iuxta tot.tit.ff.
vt legatorum. Sed quando hæres poſtea offert cautionem,
oportet legatarium recedere à poſſeſſione,leg.ſi legatarij 11.
ff vt legatorum nomine caueatur. Quod ſi legatarius facere
recuſet, poterit hoc interdicto conueniri, dict §.quæſitum.
13 IV.Datur contra legatarium, qui propria authoritate occu-
pauit rem legatam, & deinde dolo deſijt eam poſſidere,
ad reſtituendam rem, vel æſtimationem eius, dicta leg.1.§.
quod ait prætor aut dolo,ff eodem,ſicut de pet. hæred. & in-
terdicto,quorum bonorum ſupradictum eſt per text. in leg.
prima, ff.quorum bonorum, cum dolus nemini debeat pa-
14 trocinari, leg prima, ff. de except.doli. V. Datur aduerſus
cohæredem ex cauſa præceptionis, ideſt, aduerſus eum, cui
aliquid iure legati pro alio cohærede relictum eſt, ſi illud
propria authoritate occupauit, pro ea ſcilicet parte, quam
iure legati habet, non pro ea, quam quaſi hæres habet, dict.
15 leg.prima, §.ſi quis ex mortui,poſt princ.ff.eodem. VI.Com-
petit contra hęredes, & ſucceſſores legatariorum, ſiue ſint
ſucceſſores vniuerſales,ſiue ſingulares dict. l.1.§. legatorum,
16. 10.& illud tenendum, 13.ff.quorum legatorum. Vltimò
16 nota,hoc interdictum contra titulo poſſidentem, & ita dif-
ferre ab interdicto præcedenti, vt eſt Gloſ. in dict.leg.1.in
princ. ſuper verb. Vt perinde, ff.eōdem.

17 Ad hoc autem, vt illud interdictum competat, requiri-
tur.I. A parte actoris, quod ſit hæres ex teſtamento, vel ab
inteſtato de iure ciuili, vel prætorio, vt ſupra dictum eſt.
II. Quod interſit ipſius hæredis ratione quartæ partis de
bonis hæreditarijs ſibi debitæ ex leg. Falcidia, vt quia hære-
ditas fuit legatis exhauſta. Tunc enim hæres ex diſpoſitio-
ne leg.Falcidiæ, poterit detrahere quartam partem omnium
18 bonorum,quæ moriens teſtator relinquit,ſup.de leg Falcid.
Et ita non habet locum hoc interdictum in omnibus legata-
rijs ſua legata propria authoritate occupantibus, ſed eo præ-
cipuæ caſu, vbi ob legem Falcidiam, intereſt hęredis auo-
care poſſeſſionem a legatario, & ita quando eſt locus Falci-
diæ,ita eſt Gloſ. ſing in leg.1 ſuper verb. Vt perinde, ante
fin. & ibi Bart.ff.eodem,& probatur, in l 1.C.eodem, vbi in-
quit Bal. Nota pro vxoribus, quibus mariti aliquid legant, ſi
ante aditam hæreditatem occupent legata, quod non tenen-
19 tur reſtituere, niſi immineat Falcidia. Zaſius notabiliter ex-
tendit hoc interdictum locum, habere quoties, etiam ex alia
cauſa intereſt, ipſius hæredis, vt res legata ei non auferatur,
veluti quando legatario equus in genere legatus, & electio
hæredi relicta eſt. Nam tunc, quia nec optimus, nec peſſi-
mus, ſed mediocris equus debetur iuxta leg. legato genera-
liter, 37.ff.de leg.1. ſi legatarius optimum equum propria
authoritate occupatur,dicit etiam hoc caſu Zaſius illud inter
dictum proponi poſſe,de quo vide eum in d.leg.1.in princ.&
latius Bald. & Salic. d.l.1.Codic.eodem.Pla. hic numer.8.III.
Quod hæres antea iſtius rei legatæ poſſeſſionem non eſt a-
deptus eſt enim adipiſcendæ, non recuperandæ poſſeſſio-
nis interdictum.IV. Quod legatarius propria authoritate
ſine conſenſu hæredis legatum occupauit, vel etiam acce-
dente conſenſu, ſed ante aditam hæreditatem, vt ſupra di-
ctum. V. quod reus poſſideat rem legatam, vel dolo deſijt
eam poſſidere per ſupradicta. Circa prædicta quæritur,cum
ſecundum communem, & veram concluſionem Doctorum
hæres tum demum poſſit auocare per hoc interdictum poſ-
ſeſſionem rei legatæ, propria authoritate occupatæ, quando
20 locus eſt Falcidiæ, quomodo hæres poſſit docere hæredita-
tem non eſſe ſoluendo,aut Falcidiam oportere detrahi? For-
mam probandi tradit Vlpian. in leg.1.§. cum dicitur, 6.ff.ſi
cui plus quam per lege Falcid. ex cuius præſcriptio hæres à
iudice debet petere arbitrium ad ineundam æſtimationem
quantitatemque conſtituendam, bonorum hęreditariorum,
& vocandi omnes legatarij,vt veniant ad tale arbitrium, cal-
culationibus interſint,ibique cauſam ſuam agi videant, item
creditores citandi,vt es alienum, & debita ſua declarent. Sic
itaque collatis,bonis æres alieno, & legatis, facile apparebit,
an nimis onerata ſit hæreditas legatis,& quantum illis detra-
hendum ſit.

Vltimo circa hoc interdictum notandum dari illud con-
tra legatarium, ad reſtituendam ipſi hæredi poſſeſſionem rei
legatæ,quam propria authoritate occupauit, leg.1.in princ.ff.
eod.quod ſi non faciat legatarius condemnabitur in id,quod
21 intereſt hæredis, leg.2.§.ex hoc interdicto, ff.eodem. Vnde
ſequitur,ſi hęredis non interſit rem fuiſſe occupatam non eſ-
ſe locum huic interdicto, vt ſupra declaratum eſt. Et non ſo-
22 lum pro rebus corporalibus, ſed etiam incorporalibus com-
petit. Vnde in hoc differt a præcedenti, per text. in dict.leg.
1.§.quod ait prætor, poſt princip.ff.eod. vbi cum teſtator le-
gaſſet alteri vſumfructum fundi, & legatarius poſt mortem
teſtatoris occupaſſet illum fundum, & propria authoritate
collegiſſet fructus: Reſpondet Iuriconſ. competere hoc in-
terdictum ad reuocandum illud ius vtendi,& fruendi. Et ex
23 his libellus facilè formari poteſt. Narrabit enim actor ſe eſ-
ſe a defuncto inſtitutum hæredem, & multa legata alijs in
eodem teſtamento relicta eſſe, & Titium propria authorita-
te occupaſſe fundum ipſi legatum,& de reliquis bonis defun-
cti non poſſe hæredem habere integram, quartam ſibi ex bo-
nis defuncti ratione legis Falcidiæ debitam. Quare petat a-
ctor reum condemnari,& condemnatum legitime compelli,
vt poſſeſſionem talis legati ſibi reſtituat, ſimul cum fructi-
bus perceptis, quod niſi fecerit, petat eum condemnari ad
id, quod ſua intereſt videlicet, ad decem, vel viginti au-
reos.

Digitized by Google

a DE INTERDICTO a SALVIANO.

1 *Illata vel inuecta per colonum in fundum vel domum conductā locari tacite pro penſione obligata vel hypothecata ſunt.*
2 *Agens actione Seruiana, tenetur probare dominium debitoris.*
3 *Hoc interdictum eſt merè poſſeſſorium.*
4 *Saluianum interdictum quid.*
5 *Vnde dictum.*
6 *Cui directum hoc inter dictum detur.*
7 *Vtile hoc interdictum etiam contra extraneos poſſeſſores datur.*
8 *Quid potius intentandum inter hypothecariam actionem, & hoc interdictum.*
9 *Ad quid competat.*

AD intellectum huius tertij interdicti adipiſcendæ poſ-
ſeſſionis eſt pręmittendum, cum frequenter inquilini, &
coloni ſub finem temporis, quo regulariter ſolutio penſionis
fieri debet, niſi aliud expreſſe a partibus conuentum, vel con-
ſuetudine introductum ſit, ſecund. gl in l. æde. 3. C. de locato
ſoleant res ſuas, vt ſolutionem penſionis effugiant paulatim
1 exportare, vel etiam alienare quod ex diſpoſitione regis etiā
ſine expreſſa conuentione partium omnes res illatæ, & inue-
ctæ per conductorem in fundum, vel domum conductam
tacite ipſi locatori obligatæ, & hypothecatæ ſunt pro penſio-
ne, & deterioratione rei locatæ. l. a. ff. in quibus cauſis pignus
tacite contrahitur, & l. certi iuris, 5. C. de locato. Vnde & Ser-
uiana actio introducta, per quam locator a quocunque poſ-
ſeſſore tales res illatas in rem conductam, quaſi pignus auo-
cat, & donec ei integre ſatisfiat, retinet, §. item Seruiana, 7.
ſup. de actio. Sed quia eſt petitorij iudicij hæc actio, vbi agēs
granatur onere probandi aliquando dominium, vel quaſi ip-
2 ſius debitoris, vel ſaltē, quod huiuſmodi res fuerint in ipſius
bonis, qui eas bona fide vt ſuas poſſederit, & agenti hypothe-
caria, vt plene not. in d. §. item Seruiana, ac multo commo-
dius ſit intentare poſſeſſorium, quam petitorium, l. is, qui de-
3 ſtinauit, 24. ff. de rei vendic. Ideò hoc Saluianum interdictum
propoſitum eſt, quòd eſt mere poſſeſſorium, vbi actor nō ha-
bet neceſſe docere de obligatione, vel conductorem eſſe do-
minium, vel quaſi iſtius rei, vel eam fuiſſe in ipſius bonis, ſed
ſufficit probare eam eſſe poſſeſſam a conductore, ſecundum
gl. fin. hic, & tantum inſpicitur, id quod conductor importa-
uit res, nec curioſe diſputatur, vtrum fuerint importantis,
nec ne: com etiam pro rebus alienus competat, ſecundum
Plateam hic n. 10. per no. in leg. 1. C. de præcario, & Saluiano
4 interdicto. Eſt igitur Saluianum interdictum adipiſcendæ
poſſeſſionis, quod competit locatori pro adipiſcenda poſſeſ-
ſione bonorum a conductore in prædium conductum in-
troductum, tacitè pro penſione, & deterioratione rei locatæ
obligatorum, text. eſt hic. Sic, & actio locati in his caſibus
5 competit, leg. cum conductorem, 29. Codic. de locato. Et di-
ctum eſt à Saluio pręrore quem Imper. lege. pen. Codic. de
condict. indebiti ſummæ authoritate hominem, & prætoria-
ni edicti ordinatorem nominat, licet aliquid illud a ſaluando
appellent quaſi ſaluum conſeruet ius creditorum, & locato-
rum.
6 Et directum hoc interdictum datur domino locanti fun-
dum contra colono, & ipſorum hæredes, l. 1. ff. eodem. Sed
7 vtile hoc interdictum etiam contra extraneos poſſeſſores cō-
petit quibus conductor alienauit res illatas, d. l. prima, in prin.
ff. eo. vbi Vlp. loquens de ancilla in fundum pignoris nomine
inducta deinde vendita. Quod apud emptorem, inquit, ex ea
natū eſt eius apprehendi gratia vtile interdictum reddi opor-
tet, & ita concordantur iſtæ duæ leges, add gl. in d. l. 1. C. eod.
& gloſ. noſtram hic eſt verb. comparata. Sic & vtile hoc inter-
dictum datur cuilibet locatori etiam prædij vrbani, & cuili-
bet creditori, contra inquilinos, & alios debitores, ſecundum
Bar. in d. l. 1. poſt princ. ff. eod. Plat. hic num. 10 & Ang. in d. §.
item Seruiana, numero ſeptimo, in fine, vbi poſt relatas ali-
quot differentias inter hypothecariam, vel quaſi Seruianam
actionem, & hoc interdictum tandem concludunt vtilius eſ-
8 ſe intentare Saluianum interdictum cautumque aduocatum
nunquam intentare hypothecariam, licet enim per eum quo
que auocetur nuda poſſeſſio rei expreſſe hypothecatæ, cum
detur creditori contra poſſidentem rem, ei in ſpecie, vel ge-
neraliter obligatam, non vt conſequatur eius dominium, ſed
vt tamdiu retineat, donec ei de debito ſatisfiat, tamen eſt iudi
cium petitorium, & ratione, iuris ſeu pignoris datur ideo de
hypotheca conſtare, & probare debet. Saluianum verò eſt
poſſeſſorij iudicij, quod datur ratione poſſeſſionis, quam ha-
buit debitor, & ea tantum probanda venit. De quo latius vide
Neguz. in tractatu de pign. in 1. memb. 8. partis Iaſon & alios
9 in d. §. item Seruiana. Et ad hoc ſolum competit, vt locator a-
dipiſcatur poſſeſſionem earum rerum, quę expreſſe, vel tacite
actori obligatæ ſunt, ſiue debitor eas poſſideat, ſiue ad alios
tranſtulerint. Hinc etiam actor in libello ſimpliciter narrat ſe
fundum locaſſe. Titio pro penſione. 30. aureorum annua-
tim ſoluendorum, & Titium importaſſe tales res in prædium
conductum, quæ iuris diſpoſitione ei obligate pro penſione,
& per Titium ex re conducta tranſlatæ ſunt. Quare petit Ti-
tium ad reſtituendam poſſeſſionem talium rerum condem-
nari. De quo videte latius DD. in d. §. item Seruiana.

ADDITIO.

a *De Saluiano interdicto adde quæ ſupra dicta ſunt, in §. item Seruiana, ſup. de actio, & Menoch tract. de adipiſc. poſſ. rem 3. Vide Neguſantium trac. de pignorib. parte principali, vbi differentias Saluiani, & quaſi Seruiana actionis point.*

---

§. Retinendæ.

1 *Argumentum huius §. & duorum ſequentium.*
2 *Interdicti retinendæ poſſeſſionis duæ ſpecies.*
3 *Hæc interdicta cur ſint introducta.*
4 *Species violentiarum, & nu. 5. 6. 7. & 8.*
9 *Vſus horum interdictorum eſt præcipue in duobus capitibus.*
10 *In dubio quando iura ſunt obſcura ſunt pro poſſeſſore contra petitorem pronunciatur.*
11 *Ciuilis, & naturalis ratio facit, vt in petitorio alius poſſideat alius a poſſidente petat.*
12 *An petitorium, & poſſeſſorium coniungi poſſint.*
13 *Quando cauſa proprietatis concurrit, præfertur poſſeſſorium petitorio.*

1 IMperator in hoc, & duobus ſequens §§. ſecundum mem-
brum diuiſionis ſupra tradite proſequitur, & duo interdi-
2 cta retinendæ poſſeſſionis declarat, quorum vnum. Vti poſſi-
detis ſcilicet ad retinendam poſſeſſionem rerum immobiliū:
alterum vero. Vtrobi videlicet, ad poſſeſſionem rerum mo-
bilium tuendam pertinet. Ac primo docet imper. quare hæc
interdicta ſint introducta, in §. vero ſequenti refert differen-
tias, quæ olim erant, & adhuc ſunt inter hæc duo interdicta,
Et qui poſſidenti tantum competunt, poſtea docet, quis dica-
3 tur poſſidere & qualiter poſſeſſio retineatur. Sunt igitur hæc
interdicta propter violentiam turbatiuam introducta contra
eos, qui turbant nos, in poſſeſſione, quam iam nacti ſumus, &
habemus, vt deſiſtant à turbatione, & nos poſſeſſionem quie
tam retineamus, & nō amittamus. Et ſic differt ab interdicto
recuperandæ poſſeſſionis, quod propter violentiam expulſi-
uam competit, ad recuperandam poſſeſſionem quam habui-
mus, & amiſimus, l. prima, §. eſt igitur, 4. ver. illud enim reſti-
tuit, ff. vti poſſidetis Sunt autem quinque genera violentiarū
ſecūdum gl. ordinariam, in l extat, 13. ff. & in l. prima, C & inc.
4 ad audientiam, 4. extra, de his, quæ vi metus ve cauſa. I. Quæ-
dam eſt violentia compulſiua, quando quis per vim, & metū
cadentem in conſtantem virē, compellitur ad aliquid dandū,
vel faciendum, quo caſu actio, quod metus cauſa, locū habet
quæ ſummam æquitatem continet, ita vt Bald. ſuper Rubr. in
fin. de controu. inueſt. in vſibus feudorum dicat, vocem præ-
toris dicentis: Quod metus cauſa geſtum erit ratum, non ha-
† bebo, l. 1. ff. quod metus cauſa, eſſe † vocem Dei, quam poſuit
in ore prætoris. Hinc matrimonium contractum per huiuſ-
modi metum non valet, cap. veniens, 15. extr. de ſponſalibus
Matrimonia enim plena libertate, & libero conſenſu gaudere
debent c. gemma 29. ext. de ſponſal. l. Titia, 134. cum ibi nota-
tis, §. de verb. obligatio. II. Quædam eſt violentia ablatiua, quę
5 circa res mobiles committitur, quando tales per vim aufe-
runtur, & rapiuntur, quo caſu actio. Vi bonorum raptorum
competit. de qua tit in ff. & Cod. & ſupra, Vi bonorum rapto-
6 rum. III. Quædam eſt violentia expulſiua, quæ prope cadit
in rebus ſoli, ſeu immobilibus, quando quis ex poſſeſſione
fundi, vel domus per vim deijcitur & expellitur. Cōtra talem
violentiam interdictum. Vnde vi, competit ad poſſeſſionem
amiſ-

ADDITIO.

† *Vide quod dictum eſt in Additionem † pag. 458. parum ante numero 34.*

Digitized by Google

amiſſam recuperandam, de quo in §. recuperandæ, inf. eo. di-
7 cetur. IV. Quædam eſt violentia inquietatiua, quãdo aliquis,
qui non eſt poſſeſſor, vi aut clam inquieta, & non ſinit alium
vt re ſua quiete, & tunc interdictum. Quod vi aut clam, locũ
8 habet, de quo vide Iaſ. in l. ſi quando 9. n. 6 C. vnde vi. V Quæ-
dam eſt violentia turbatiua, quæ committitur, quando duo
plures, vt contendunt ſe poſſeſſores eiuſdẽ rei, & vnus turbat
alium: & tunc ſi cadit in rebus immobilibus proditum eſt in-
terdictum. Vti poſſidetis. Si verò in rebus mobilibus tunc in-
terdictum. Vtrobi, locũ habet, de quibus dicitur in §. noſtro.
Et ad intellectum tex. noſtri, §. ſciendum, in duobus præcipue
9 caſibus eorum interdictorum vſum eſſe. Nã t. His interdictis
vti fas eſt, quando inter plures de proprietate alicuius rei eſt
controuerſia, & neuter vult intentare rei vendicationẽ, & ſic
ciuile iudicium, ſed quilibet ſe poſſidere cõtendit propter cõ-
modum poſſeſſionis, quod eſt maximum, cum poſſeſſores ſu
ſtineãt partes reorum, qui ſunt fauorabiliores actoribus nec
onere probandi grauantur, cum actori incumbat onus probã
di, & ſi res petita non eſt ipſius poſſeſſoris, non tamen ab eo
aufertur, niſi actor probet ſuam eſſe, vt hic, & l. ſi. Cod. de rei
10 vend. Et in dubio, quando vtriuſque iura ſunt obſcura, pro
poſſeſſore contra petitorem pronunciari ſolet, vt hic, & in c.
in pari, 65. de reg. iur. in 6. Hoc igitur caſu dicit Imper. com-
parata eſſe hæc interdicta, vt diſcuſſa poſſeſſionis, quæſtione,
11 poſſit conſtare quis in petitorio ſit actor, vel reus. Ciuilis e-
nim, & naturalis ratio facit, vt in petitorio alius poſſideat, &
12 alius à poſſidente petat, vt eſt text. hic. Hinc, & petitorium, in
quo actor præſupponit reum poſſidẽt, l. vnica, C. de alien. iud.
mut. cauſa fac. non poteſt cum poſſeſſorio retinendæ poſſeſ-
ſionis (quod præſupponit actorem poſſidere) propter con-
trarietatem copulari, vt pulchre no. in l. naturaliter, 12. §. nihil
commune, ff. de acq. poſ. Et regulariter quandocunque cauſa
proprietatis concurrit, præfertur poſſeſſorium petitorio, vt
prius de poſſeſ. quam de proprietate cognoſcatur, leg. ſi de vi,
37. ff. de ind. & l. incerti, 3. C. de interdictis, & l. ordinarij, 13.
C. de rei vend. 2. Non ſolum quando de proprietate quæſtio
moueri ſperatur hæc interdicta intentare licet, ſed etiã quan-
do inter duos de ſola poſſeſſione eſt contentio, ſecundum gl.
hic in verb. proprietate, & l. ſi duo, 3. ff. vti poſſidetis, ſiue vter-
que contendat ſe eſſe poſſeſſorem iſtius rei, ſiue turbans non
prætendat ſe poſſidere, vt inf. latius declarabitur.

DE INTERDICTO VTI Poſſidetis.

1 *Cui detur hoc interdictum.*
2 *Vnde habeat nomen.*
3 *Duplex interdictum vti poſſidetis.*
4 *Directum quid.*
5 *Vtile quid.*
6 *Pro quibus rebus competat.*
7 *An pro perſonalibus præſtationibus detur hoc interdictum.*
8 *Poſſidens immobilia non tenetur ſatiſdare.*
9 *An maritus vxori habenti certos quoſdam annuos reditus, ſi moriatur, in iſtis tanquam in bonis immobilibus ſuccedat.*
10 *Si vxor habet multos debitores, an maritus in iſtis debitis tanquam bonis mobilibus ſuccedat.*
11 *An nomina debitorum computentur inter res mobiles, vel immobiles.*
12 *Quibus hoc interdictum competat.*
13 *Duæ ſpecies poſſeſſionis.*
14 *An cuilibet poſſeſſori competat, & nu. 15. 17. 19. 20 & 22.*
16 *Cui detur impugnatio, multo fortius defenſio.*
18 *Quomodo duo poſſint eandem rem in ſolidum poſſidere.*
21 *An per diffamationem, veluti ſi dicas, me mala fide poſſidere prædium, aut non habere iuriſdictionem in villa poſſeſſio impediatur.*
23 *Contra quos hoc interd. competat, & n. 24. 25. 26. 27. & 28.*
29 *Subditi videntur dominum ſpoliare quaſi poſſeſſione iuriſdictionis eo ipſo, quod recuſant ei obedientiam.*
30 *Quando duo contendunt ſe poſſidere vineam, vel fundum, & vnus mittit operarios in vineam, per quos turbatur alter in poſſeſſione, an iſti operarij hoc inter dicto conueniri poſſint.*
31 *Fabri & operarij excuſantur operando, in re alterius ex mãdato conducentes.*
32 *Quæ requirantur ad hoc, vt interdictum: Vti poſſidetis locum habeat, & num. 37. & 39.*
33 *An detinenti, vt depoſitario, commodatario, & his qui cauſa cuſtodiæ, & rei ſeruandæ cauſa miſſi ſunt in poſſeſſionem, competat hæc actio.*
34 *An hæres poſſit intentare hoc interdictum pro tuenda, & retinenda poſſeſſione quam habuit defunctus.*
35 *Ratio quare poſſeſſio niſi naturaliter comprehenſa ſit, ad hæredes non pertineat.*
36 *An laico dicenti ſe poſſidere res ſpirituales, vt decimas res ſacras, religioſas, detur hoc interdictum.*
38 *Quomodo quis dicatur, vi clam, aut precario poſſidere.*
40 *Quis dicatur vim facere, vel turbare.*
41 *Regula, quod quotieſcunque impeditur aliquis actus per quem probetur poſſeſſio, vel quaſi, tunc quis dicitur turbant in poſſeſſione quomodo intelligenda.*
42 *Quod lege permittente fit, rectè fit, nec pœnam meretur.*
43 *An actor turbationem præſentem, alligare, & probare teneatur, cum in hoc interdicto actor teneatur proponere poſſeſſionem de præſenti, pro qua tuenda, & retinenda agit.*
44 *Agens hoc interdicto quid probare teneatur, & nu. 61.*
45 *Circa probationem poſſeſſionis, quæ conſideranda veniant.*
46 *Qualiter poſſeſſio probetur, & nu. 48. 49. & 53.*
47 *An per ſolam locationem poſſeſſio probetur.*
50 *Quid operetur clauſula in inſtrumento emptionis appoſita, quod venditor conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere.*
51 *An per conſtitutum confeſſionem venditorum fictio, ex artificio ſ. iuris ciuilis transferatur poſſeſſio in emptorem.*
52 *Quid requiratur vt quis per inſtrumentum conſtituti probet poſſeſſionem.*
54 *Re duobus vendita quis præferatur.*
55 *An per ſolutionem cenſus collectarum, & tributorum probetur poſſeſſio.*
56 *Ciuilis poſſeſſio probatur per actus congruentes huiuſmodi poſſeſſioni.*
57 *Cuius temporis poſſeſſio in hoc interdicto probãda ſit, & n. 59*
58 *Poſſeſſio ſemel apprehenda etiam ſolo animo retinetur, vnde & continuata præſumetur.*
60 *Periculoſum eſt agere pro annuis præſtationibus & alijs iuribus, diſcontinuam cauſam habentibus.*
62 *Negantis nulla eſt probatio.*
63 *Poſſeſſio releuat ab onere probandi.*
64 *Duobus contendentibus de poſſeſſione, vincit is, qui nec clam, nec vi, nec precario poſſidet.*
65 *Qualiter probatur ab actore reũ vi clã, vel precario poſſidere*
66 *Ad quid interdictum, Vti poſſidetis competat, & nu 68.*
67 *An prohibitio, & cautio de non moleſtando in futurum debeat eſſe perpetua.*
69 *Quanti interſit actoris ipſum non habuiſſe liberam, & quietam poſſeſſionem.*
70 *Qualiter libellus in hoc inter dicto formari debeat, & n. 73.*
71 *An qualitas, vel ſpecies poſſeſſionis exprimenda ſit.*
72 *Si vnus teſtis deponat de vno actu, & die poſſeſſionis, an probetur poſſeſſio.*
74 *Admonitio Ioannis Fabri.*
75 *An annus menſis, & die, itẽ locus in libello exprimi debeãt.*
76 *In concluſione libelli tota vis libelli conſiſtit.*
77 *Actor debet petere reum condemnari ad quatuor.*
78 *Forma libelli.*
79 *Qualiter ſuper hoc interdicto ſit concipienda, & ferenda à iudice, ſententia per quam finis controuerſia imponatur num. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 88. & 95.*
80 *Sententia debet eſſe conformis legi.*
87 *Aduocati in hoc interdicto faciant poſitiones, & articulos probatorios, non tantum ſuper poſſeſſione, ſed etiam dominio & titulo.*
89 *Quatuor opiniones gloſſatorum, & nu. 90. 91. & 92.*
93 *Communio parit diſcordiam.*
94 *Paribus exiſtentibus probationibus pro reo fertur ſententia.*
96 *Nemini ante ſententiam auferendum eſt commodum poſſeſſionis ſuæ.*
97 *An debitor per pactum, ſe ad ſequeſtrum, vel areſtum obligare poſſit.*
98 *Quod lex poteſt per eius prouiſionem, hoc idem poſſe debet homo per eius conuentionem.*

1 HOc interdictum datur poſſidenti res immobiles pro
tuenda poſſeſſione, quam habet, & in qua turbatur, vt
poſſeſſionem quietam retineat, & reus deſiſtat, a turbatione
ac cautionem de amplius non turbando præſtet, & intereſ-
2 ſe præteritæ turbationis ſoluat. a Hæc enim tria concluſio
libelli in hoc interdicto continere debet, quod intra latius
decla-

ADDITIO.

a *Vide latiſſ. Menoch. de poſſeſſ. rotin.*

Digitized by Google

declarabitur,poſt Bart.in l.1.§ hoc interdictum,num.4.ff.eo.
2 Et habet nomen a primis verbis edicti prætoris,quo cauetur.
Vti poſſidetis, ita poſſideatis. Voluit enim prætor, vt vnuſ-
quiſque poſſideat, ſicut poſſedit, donec iure conuicatur, id-
que propter tranquillitatem Reipubl.vnde,& poſſidenti vim
2 fieri vetat,d.l.1.in prin.ff.eo.Eſtque duplex hoc interdictum.
Directum, quod pro poſſeſſione rerum corporalium com-
3 petit:Hę enim proprie poſſideri dicuntur,l.poſſideri,3. in pr.
4 ff.de acquiren. poſſeſ. Vnde & verba,& mens legis directam
hanc actionem producunt. Et vtile,quod pro tuendam quaſi
5 poſſeſſione rerum, & iurium incorporalium datur, ſecun-
dum gloſ.1.in dict.leg.1.ff.eod.& in l.vnica,ſuper verbo,fun-
dum,C.eod.

Pro quibus rebus competat hoc interdictum.

6 Hinc ſumpta occaſione, pro declaratione huius interdicti
quæritur,Pro quibus rebus competat?Et ex prædictis cōſtat
illud dari.I.Pro poſſeſſione rerum corporalium immobiliū,
vt ſunt ædes,l.1.in prin. ff. eo. Item fundi,ſiue quis in totum,
ſiue pro parte eiuſmodi res poſſideat,d.l.1.§. hoc interdictū.
II.Pro rebus incorporalibus,vt ſunt iura,& ſeruitutes,ſecun-
dum gl.in l.1.ff & C.eod.& eſt opt.tex.in l.ſicuti,8.§. Ariſto,
in fi.ff.ſi ſeruitus vendicetur. Quod ſine dubio eſt verum,quā-
do iura illa adhærent rei immobili,ſecund. Fabr. hic.num.15.
Idem, & de alijs iuribus perſonalibus dicendum eſt ſecund.
Fab.in fi prin.ſuper ti.noſtro,per tex.& ibi not.in cap.quere-
lam,24.ext. de electio. Vnde datur pro quaſi poſſeſſione ſer-
uitutum perſonalium,vt,eſt vſuſfructus & vſus per leg,fin.ff.
eod. & realium habentium cauſam continuam, vt continuò
quis poſſidere dicatur. Nam pro ſeruitutibus, habentibus
cauſam diſcontinuā, vt eſt iter, actus, vbi factū hominis re-
quiritur,requiritur ad interdictum,de itinere actuque priua-
to ſecundum gl.hic in verbo,ingens,& Bart.in d.l. 1. nu.5.ff.
eod.Et hęc ſunt intelligenda quando quis propter hoc non
turbatur in poſſeſſione rei corporalis immobilis ſed quando
turbatur in quaſi poſſeſſione tātum iuris,& ſeruitutis:veluti
ſi velim altius tollere domum meam,& tu ſimpliciter prohi-
beat, tunc datur mihi hoc interdictum directum ratione rei
corporalis,quia prohibeor vti re mea immobili:ſi vero prohi
bes me altius eleuare domū meam, quia aſſeris tibi ſeruitu-
tem illam altius non tollēdi deberi: tunc quoniā ego turbor
in tali iure altius tollendi datur mihi vtile hoc interdictū, vt
declarat hic Ang. num. 3. Idem dicendum eſt, quando quis
turbatur in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis,vel alterius iuris,
vt in iure eligendi, colligendi vectigalia, recipiendi ſeruitia à
7 vaſallo,&c. Nam,& tunc competit mihi hoc interdictum,c.
licet,9.ext.de probat. Pro perſonalibus vero præſtationibus;
veluti,ſi es mihi obligatus ad aliquid annuum,vt ad par capo-
num,vel aliam rem, non competere poſſeſſorium hoc inter-
dictum affirmat Bart.per tex.ibi in l.2.ff.quor.bonur.niſi prę
tendam me habere ius in perſonam ſic obligatam,vt quia ſit
vaſallus,vel adſcriptitius,quod ſequitur hic Pla.n.6. Pro tur-
batione autem quaſi poſſeſſionis iuris percipiendi alios an-
nuos reditus, qui ratione alicuius rei immobilis ſoluūtur, nō
ſolum contra tertium turbantem, dicentem ſibi illud ius cō-
petere, ſed etiam contra debitorem, vtile hoc interdictum
competit,de quo infra poſt Ioan.Fab.hic nu.20. in medio,la-
tius dicemus. Et poteſt aſſignari ratio, quia indubitati iuris
eſt hoc interdictum in omnibus rebus immobilibus locū ha-
bere,dicta l. prima in prin. & §. hoc interdictum,ff.eod. Sed
annui redditus, & cenſus computantur inter res immobiles.
Ergo,&c.ita eſt text.expreſſus in Clemen.exiui,1.§. cumque
annui redditus de verb.ſignific. Et gl.ordinaria in l. iubemus,
14 in prin. ſuper verbo,annonas. C. de ſacroſanc. Eccleſ. Vnde
in talibus annuis reditibus feuda conſtitui poſſunt, vt eſt tex.
in §. ſciendum de feud. cognit. Hinc,& Iaſ. poſt alios in leg.
8 ſciendum,15.ff.qui ſatiſdar.cog. (vbi traditur regula;poſſidē-
tem immobilia non teneri ſatiſdare,) dicit eos,qui poſſident
annuos reditus,releuari ab onere ſatiſdādi,add.Abb.in c.nul-
9 li,5.& ibi addit. extr. de reb. Eccleſ.non alinand. vel non. Et
hæc faciunt ad deciſionem quotidianæ quæſtionis, quando
ſcilicet vxor quę habet certos quoſdam annuos redditus,mo
ritur,vt tunc maritus,qui de iure Sax.vxori alias in omnibus
rebus mobilibus exceptis vtenſilibus,ſuccedit *Landrecht* lib.
1.artic.27.& 31.in annuis reditibus,tanquam in bonis immo
bilibus ei nō ſuccedat. Et pro pleniori declaratione iſtius quę
ſtionis cum quotidiana,ſecund.Iuriſconſ.in l.legaui,25.ff.de
10 liber lega. ſint plenius attingenda. quæritur. Quid ſit dicen-
dum de debitis ſeu nominibus, quādo videlicet vxor habuit
multos debitores, an tunc maritus ei ſuccedat in iſtis debitis
tanquam in bonis mobilibus? Et deciſio iſtius quæſtionis pē-
det ex determinatione alterius quæſtionis videlicet. An no-
mina debitorum computentur inter res mobiles, vel immo-
11 biles? In hac queſtione talis diſtinctio communiter a Docto
ribus traditur in l.a Diuo Pio,15.§.in venditione,ff.re de iud.
Aut non eſt neceſſe,vt nomina debitorum attribuantur ſpe-
ciei bonorum mobilium,vel immobiliū, ſed per ſe ſtare poſ-
ſunt tanquam tertia ſpecies, & tunc appellatione mobilium
vel immobilium non continētur,vt eſt in caſu d. §. in vendi-
tione,& in l.quam Tuberonis,7.l.pen.ff.de pecu. Aut eſt ne-
ceſſe, vt nomina debitorum attribuātur vni ſpeciei bonorum
mobilium,vel immobilium, vt quia ſtatuto, cauetur quod a-
gnati ſuccedāt defuncto in bonis immobilibus, cognati ve-
ro in bonis mobilibus,ſicut eſt in caſu noſtro vbi maritus ſuc-
cedit vxori de iure Saxo.in bonis mobilibus tantum,in bonis
vero immobilibus proximi conſanguinei vxoris admittun-
tur,& tunc diſtinguitur ſecundū gl. in med. fere præfat.ſup.
verbo numeranda,Nouel.7.de nō alien. rebus Eccl. Quando
autem actio iſta datur ad rem mobilem tūc iudicatur prout
de re mobili, at quando datur ad rem immobilem, tunc iu-
dicatur de ea tanquam de re immobili. Sed de conſuetudine
in his terris Sax. ita pronunciari ſolet Maritum tantummo-
do in ijs debitis ſuccedere,quæ iam iam debentur, & non il-
lis quorum ſoluendi terminus in vita vxoris non ſit elapſus,
quod in practica diligenter notandum.

Quibus competat hoc interdictum.

12 Secundo principaliter quæritur, Quibus hoc interdictum
competat? Et quia pro retinenda poſſeſſione datur præſup-
13 ponitur illud poſſeſſori tantum competere,l.1.ff.eodem. Sed
cum duæ ſpecies poſſeſſionis, vt vna ciuilis,altera naturalis,
poſſeſſio dicatur,vt not.in lege 1. ff. de acquir. poſſeſ. viden-
dum eſt,an cuilibet poſſeſſori competat. Pro declaratione igi
14 tur iſtius quæſtionis dic vti poſſidetis. I. Dari ciuiliter poſſi-
denti tātum,qui in ciuili poſſeſſione turbatur fortè ab eo qui
naturaliter tantum poſſide,vt eſt caſus in l.fin.iunct.gloſ. ſu-
per verbo alter poſſeſſionem,ff.eod.& gloſ. in le. vnica,ſup.
verbo,vti poſſidetis,in princip.Cod. eod. Exempli gratia,
proprietarius dominus emphyteuſis item dominus feudi, &
is,cuius bona in ipſius abſentia ſunt occupata,nō dicitur na-
turaliter poſſidere, cum naturalis poſſeſſio ſit penes vſufru-
ctuarium,emphyteutam,vaſallum, & eum, qui abſentis bo-
na occupauit. Sed ciuiliter poſſidere dicuntur propter iſtum
conatum animi quē in mente retinente,vt poſſeſſionem na-
turalem aliquando recuperent. Hæc enim poſſeſſio dicitur
ciuilis, vel intellectualis quæ in animo, & intellectu con-
ſiſtit,& retinetur ſecund.Iaſ.& alios,in leg. 1. ff. de acq.poſſ.
per tex.in l.clam poſſidere,6.§.qui ad nūdinas,ibi gl.& Doct.
ff.de acquir.poſſ.Iam ſi ita ciuiliter poſſidens turbatur in hu-
iuſmodi ciuili poſſeſſione ſuccurritur ei per hoc interdictū d.
15 l.fin.in ſecunda eius parte iuncta gloſ. in d.l. vnica in princ.
Codic.eodem. II. Datur naturaliter poſſidenti tantum vt eſt
vaſallus vſufructuarius.Hi enim naturaliter,tantū poſſidere
dicuntur,leg.naturaliter,12.in princip.ff.de acquir.poſſeſſ. Et
his pro poſſeſſione naturali quiete retinenda competere
hoc interdictum probauit per text. in dict. leg. ff. eodem
dum de vſufructuario loquitur, & confirmatur ex eo, quia
interdictum. Vnde vi,ad recuperandam poſſeſſionem amiſ-
ſam habent, leg. ſi plures, 9. §. deiectum, ff. de vi, & vi arm.
16 Multo magis igitur hoc interdictum pro retinēda poſſeſſio-
ne competit, cui enim damus impugnationem multo for-
tius defenſionem,vt inquit Azo.in Summa Cod.eiuſdem ti.
num.

ADDITIO.

a *Eſt,& alia diuiſio poſſeſſorij retinendi,vnū ordinarium, in quo
iuris ordine ſeruato proceditur,& principaliter atque abſ. iure
de poſſeſſione partiū diſcrepatur, plenæque probationes requi-
runtur.Bart.in Ex. Ad reprimendum in verbo.ſummarie. Al
terum ſummarium ſiue extraordinarium in quo nullo iuris
ordine ſeruato tempeſtiue,& ſummarie proceditur, ne lite diu
pendente partes ad arma veniant Momentaneum etiam ap-
pellatur,quia ſententia in eo lata non perpetuum, ſed momētā-
neum, & ad tempus præiudiciū adfert, idque reprobabile,quod
in ordinario poſſeſſorio reformari poſſit, quod, & interim, aut
fiduciaria, ſeu depoſitaria poſſeſſio aut prouiſionale remedium
appellatur, in quo probationes imperfecta, & ſemiplena (quia
modici præiudicij eſt) recipiantur, De quo vide Gaylum,1.ob-
ſer.7. De vtroque hoc poſſeſſorio vide Pictum in repet. leg. ſi
quando,C.de in litem iurando,§.3.n.35,& ſequentibus.*

Digitized by Google

17 num.6.III. Datur ciuiliter,& naturaliter ſimul poſſidenti,d.l.
1.§ hoc interdictum,ff eodem dum ſimpliciter de ſolo poſſeſ
ſore loquitur,cum verba in poriori ſignificatu ſint accipien-
da,l. 1.iuncta.gl.in verb.domini,ff.ſi ager vectig.vel emphy-
teut non ſolum,quando turbatur ab eo,qui non contendit ſe
poſſidere,ſed etiam ab eo,qui poſſeſſorem ſe eſſe affirmat,d.
l.1.§.3 verſ. ſed ſi inter ipſos ff.eod. Imò etiam duobus in ſo-
lidum poſſidẽtibus huic interdicto locus eſt l.ſi duo,3.in prin
cip. ff. eod. Sed iam oritur dubium. Quomodo duo poſſint
eandem rem in ſolidum poſſidere, cum habeamus regulam,
18 Quod ſicuti duo in ſolidum non poſſunt eſſe eiuſdem rei do
mini,ita nec plures poſſunt eandem rem in ſolidum poſſide-
re,l.ſi vt certo,5 §.ſi duobus,15.ff.commodati. Contra natu-
ram enim videtur eſſe vt cum ego aliquid teneam, tu quo-
que tenere videaris, & vbi ego ſedeo tu quoque ſedeas, niſi
me amoto,l. 3.§.ex contrario,5.ff.de acquir.poſſeſ. Ad hoc re
ſpondetur, vt procedat contrarium in vna, & eadem poſſeſ-
ſione,numero,& ſpecie. Plures autem poſſeſſiones eiuſdem
rei,ſpecie vel numero differentes poſſunt eſſe in ſolidum pe-
nes plures. Exempli gratia, duę ſunt ſpecies poſſeſſionis: a-
lias eſt ciuilis,quam quis peregre proficiſcens in animo reti-
net: alia vero naturalis,& duo non poſſunt ſimul in ſolidum
eandem poſſeſſionem ciuilem tantum, vel naturalem tantũ
tenere,ſed plures poſſunt habere eiuſdem rei poſſeſſionea in
ſolidum,differentes ſpecies videlicet,vt vnus habeat natura-
lem,vt vaſallus,alter vero ciuilem poſſeſſionem, vt dominus
feudi. Sic etiam duo poſſunt habere poſſeſſiones eiuſdem
rei in ſolidum,nõ quidem differentes ſpecie,ſed numero, ita
vt quilibet poſſideat eãdem rem naturaliter in ſolidum,vt eſt
in caſu, d. l. fin. in fin. eodem,vbi vſuſructuarius agitatione
naturalia poſſeſſionis alicuius ſundi contra viuarium, qui e-
tiam eandem rem in ſolidum naturaliter poſſidet: & sũt duę
poſſeſſiones non quidem differentes ſpecie,ſed numero. Na-
turalis enim poſſeſſio mea eſt ratione vſuſructus, & tua re-
ſpectu vſus,de quo vide Doctor.in dict.§. ex contrario,& in
19 dict. §. ſi duobus, poſt gloſ. hic. IV. Non tantum poſſidenti
res corporales,immobiles, ſed etiam quaſi poſſidenti res in-
corporales, hoc interdictum datur: illi directum,huic vtile.
Vnde is qui turbatur in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis,& iu-
ris percipiendi annuos redditus poterit, hoc interdicto ex-
periri,vt not.in dict. leg. 1.Cod.eod.& in dict. cap. licet extr.
20 de prob.& per Bart.in leg.1.ff.eod. V. Datur ei,qui diffama-
tur de poſſeſſione aut iure alicuius rei, quaſi illud ſibi non
21 competat, cum diſtinctione tamen. Nam pone, quod præ-
dium aliquod poſſideam & tu dicas me eſſe malæ fidei poſ-
ſeſſorem, vel dicas me non habere iuriſdictionem in villa.
Hoc caſu diſtinguit Bar in dict.leg. 1.§.huius autem interdi-
cti,ff.eod. Aut per talem diffamationem non impeditur mea
poſſeſſio vel quaſi, & tunc quia non turbor, non datur mihi
hoc interdictum, quod violentiam turbatiuam requirit, leg.
1.in prin.ibi,*Vim fieri veto* potero tamen ex practica leg. diſ-
famati C. de ingenu. manum. petere a iudice, vt faciat cit-
ri diffamantem,ſtatuatque ei terminum certum,infra quem
agat vel accuſet diffamatum, ſub illa comminatione, vt ſi in
illo termino non compareat, de cætero non audiatur, & ei
perpetuum ſilentium imponatur. Aut per talẽ diffamationẽ
impeditur mea libera poſſeſſio, quia propter eam non poſsũ
inuenire operarios,qui velint colere meũ prædium, vel pro-
pter ſubditi mei nolunt ad me venire,tanquam ad non habẽ-
tem iuriſdictionem,& tunc videris me turbare in poſſeſſio-
ne, ideo hoc interdictum aduerſus te diffamantem compe-
tit,vt declaratur per Bar.in d.§.huius autẽ interdicti,per tex-
tum in l. vim faciat,11.ff.de vi,& vi armata vbi dicit Iuriſcõ-
ſultus. Vim facit,qui non ſinit poſſidentem eo,quod poſſidet
vti ſuo arbitrio,ſiue in ſerendo,ſiue fodiendo,ſiue arando,ſi-
ue quid omnino faciendo, per quod liberam poſſeſſionem
22 aduerſarij non relinquit. Add.Pla.hic num.6.& Ang. VI. Cõ-
petit domino pro turbatione facta colonis vel ſuis hominib.
in poſſeſſionibus quas tenent a domino, quia tunc dominus
turbari dicitur,argum.l.aut qualiter,3.§.fin. quis dum putat,
5 ff quod vi aut clam. Niſi enim hi,qui tenent a domino,res
poſſit libere gaudere,& vti poſſeſſione non pręſtabunt ei de-
bitam penſionem,& ſeruitia. Idem dicendum eſt,ſi emphy-
teuta turbetur in re emphyteutica, vel vaſallus in re feudali,
de quo latius videre Fab.hic n.7.Pl.6.& Abb. in ca. licet cau-
ſam,9.num. 13.extr.de probationibus.

Contra quos detur hoc interdictum.

23 Ad tertiam quæſtionem, videlicet. Contra quos hoc in-
terdictum competat; Ex prædictis reſponderi poteſt illud
24 dari. I. Contra turbantem nos quietẽ vti poſſeſſione rerum
corporalium immobilium etſi contendat ſe quoque poſſide-
re,per text.in d.l.1.§.3.verſic.Sed ſi inter ipſos,ff.eod.II. Con-
25 tra turbantem nos in poſſeſſione,licet non contendat ſe poſ
ſidere,vt eſt communis concluſio Doct.in d.l.1.§ huius autẽ
interdicti,poſt gl.ibi in verbo,affirmat,per tex.in d.l.ſi duo 3.
§ ſi vicinus,9.ff.eod. Et eſt glo. & ibi Canoniſtæ,in d. c. licet
cauſam,ſuper verbo,vti poſſidetis,in prin.ext.de probat. Ad-
dite hic Fab. numero 11. Pla. 7. Ang. 1. Ferra.in forma libelli
pro turbata poſſeſſione, ſuper verbo, ac præſentialiter tur-
26 bat,numer.3 III. Contra turbantem nos vti quaſi poſſeſſio-
ne ſeruitutis,iuriſdictionis,& aliorum iniuriũ incorporaliũ,
per text.in dict.cap.licet cauſam,l.ſicuti,8. §. Ariſtot. in ſi. ff.
ſi ſeruitus vendicat & vide Bar.& in d.l. ſi duos,§. hoc inter-
dictum.ff eodem, vbi poſt glo.infert ad practicam, Si tu vis
ducere aquam per fundum meum, & ego prohibeo, poteris
intentare contra me vtile hoc interdictum, quod impediam
te in quaſi poſſeſſione ſeruitutis. Ita è cõtrario, & mihi dict-
ctum hoc interdictum competit contra te, volentem duce-
re aquam per fundum meum,quod turbas,me in poſſeſſione
fundi mei cum non permittas me libere illum poſſidere;
quia aſſeris tibi ſeruitutem deberi. IV. Contra turbantẽ nos
in ciuili,vel naturali poſſeſſione. Vnde de vſuſructuario,quia
naturaliter poſſidet,& proprietario,qui ciuilem,retinet poſ-
ſeſſionem hoc interdictum competit,d.l.fin.ff. eod. V. Con-
tra diffamatorem, vt in præcedenti quæſtione dictum eſt,
27 VI. Contra ceſſantem ſoluere annuos cenſus ſeu reditus,in-
teruenięte aliquot facto, vel ficta excuſatione,vt turbari vi-
28 deatur quaſi poſſeſſio domini. Alias enim ſola, & ſimplex
ceſſatio,quæ ſorte ſit propter inopiam coloni,non producit,
hoc interdictum quod turbationem, & vim aliquam requi-
rit,ſicut nec huic interdicto locus eſt, quando is, qui per ali-
quot annos ſoluit cenſum contradicit iuri petentis cenſum,
negando deberi ei hos reditus, & recuſando in poſterum ta-
les reditus ſoluere. Per talem enim contradictionem videtur
expellere & ſpoliare dominum, ita vt hoc caſu interdicto. Vn
de vi,pro recuperãda poſſeſſione locus ſit,vt notatur per In-
no.Panormit.& alios poſt text. in cap. quærelam 24. ext. de
29 elec. Et facit dictum Innoc.in ca.ſuborta,21.ext. de ſent. &
re iudic. aſſerentis, ſubditos videri ſpoliare dominum quaſi
poſſeſſione iuriſdictionis, eo ipſo, quod recuſant ei obedire,
30 & de hac quæſtio videre,hic Fab.num.29. Vltimo pro huius
quęſtionis declaratione quæritur quando duo contendunt ſe
poſſidere vineam, vel fundum, & vnus mittit operarios in
vineam,per quos turbatur alter in poſſeſſione, an iſti opera-
rij hoc interdicto conueniri poſſint? in hac quęſtione ita cõ-
muniter diſtinguitur. Aut iſti operarij ignorabãt illam vineã
ab alio poſſeſſam, & credebant eam poſſideri a mittente ip-
ſos, & tunc excuſantur, quia ab alio conducti ſunt, argum.
gloſ. & in l.rem, 23.§. tignum 6. ſuper ver. deſcendit,verſic.
an Faber, ff. de rei vend. quam ſingulare exclamant Docto-
31 res ibi ad hoc,quod fabri, & operarij excuſantur operãdo in
re alterius ex mandato conducentis, vnde non teneantur ad
aliquid. Aut ſciebant vineam ab alio poſſeſſam,& tũc eos tã-
quam participes & opem præſtantes teneri,concludunt cõ-
muniter Doct.argum.l.ſeruos,8.C.ad l.Iuliam,de vi publ. Et
ita limitatur gloſ.in d. l. in rem,§. tignum, de quo vide Alex.
& Iaſ.in l. de pupillo,5.§. nunciationem, ff. de no. ope. nunc
& Ferrar. in forma libelli pro turbata poſſeſſione, ſuper ver-
bo,animo, Pla. hic num. 14. Et notandum, quod conceden-
tes huiuſmodi operarios, tenentur illis actione iniuriarum,
per quam conſequi poterunt damnum, ſi aliquod paſſi ſunt,
vt voluit Bald.in l.qui ſepulchra 4.ſepulc.viol.& videte Alex.
in d.§.nunciationem,num.13.

Quæ requirantur vt hoc interdictum competat.

32 Quarto principaliter Quæritur, Quæ requirantur ad hoc
vti interdictum vti poſſidetis,locum habeat,& intentari poſ
ſit? Et I. A parte actoris requiritur poſſeſſio de præſenti, §.
hodie, infr. eod. Vnde etiam interdictum retinendæ poſſeſ-
ſionis dicitur, vt quis retineat poſſeſſionem quietam,nec vis
fiat ei,qui poſſidet,vt dicit Iuriſconſ.in d.l.1.§.eſt igitur, 4. ff.
eod. Hinc Ioan.Fab.numero,18.dicit in libello huius interdi-
cti,factum ſapienter narrandum,& cauendũ eſſe, ne ita nar-
retur factum, per quod actor videatur cõpulſus, & expulſus
deſiiſſe poſſidere. Et ſi iſtud poſſeſſorium habet contrariam
naturam petitorij, quod petitorium eſt ipſa rei vendicatio,
quæ non competit habenti poſſeſſionem,ſed contra poſſidẽ-
tẽ datur, vt habetur in l. vnica,C.de alien.iud.mutar.cauſ. fa-
cta,& in §.omniũ,28.ſupra,de actio declaratum eſt. Neque
hoc

Digitized by Google

hoc caſu diſtinguitur, ſiue ſit poſſeſsio naturalis tantum, ſiue
ciuilis tantum, ſiue naturalis, & ciuilis ſimul, per ea, quæ ſupr.
in 2. quæſt. principali dicta ſunt, poſt tex. in l. fin. eodem. Ne-
que actor neceſſe habet in libello exprimere, an naturaliter,
vel ciuiliter poſſideat, niſi interſit ipſius rei conuenti, vt poſt
Bart. in d. l. 1. §. hoc interdictum, infra latius dicemus. Neque
refert, vtrum quis per ſeipſum, an per alium poſſideat, vt per
colonum, depoſitarium. Ille enim poſſidet, cuius nomine
poſſidetur, § poſſidere, infra eodem, & l. quod meo, 18. ff. de
acquir. poſ. Ex his infertur. I. Quod ſola detentatio non ſuffi-
ciat ad cauſandum hoc interdictum. Pro cuius declaratione
quæritur. An detinentur vt depoſitario, commodatario, &
his, qui cauſa cuſtodiæ, vel rei ſeruandæ cauſa miſsi ſunt in
33 poſſeſsionem, competat hoc interdictum? Tales enim non
dicuntur poſſidere, ſed detinere rem: cum dominium, & poſ-
ſeſſio maneat penes deponentem, commodantem, &c. l. rei
commodatæ, 8. ff. commodati, & l. licet, 17. §. rei, ff. depoſiti Et
videtur dicendum quod ſic: quia ad hoc, vt interdictum, Vn-
de vi, competat, etiam poſſeſſio neceſſaria eſt ipſo, ſcilicet tē-
pore ſpoliationis factæ. § recuperandæ, infr. eodem. Et tamē
interdictum, Vnde vi, quod pro recuperanda poſſeſſione
datur huiuſmodi detentatoribus competit, l. 1. §. quod autem
ait prætor, 32. ff. de vi, & vi arm. Item & violento poſſeſſori
hoc interdictum datur, l. 1. §. fin. ff. eodem. Ergo & detinenti.
In contrarium tamen eſt veritas, & per tex. in d. leg ſi duo, §.
creditores, 8 ff. eod. Nec obſtat § quod autem, quia ibi princi-
paliter pro recuperanda poſſeſſione rerum immobilium in-
terdictum. Vnde vi proponebatur, ac in conſequentiam, &
acceſſorie in eo res mobiles depoſitę, & commodatæ venie-
bant. Nec item obſtat, quod violento poſſeſſori hoc interdi-
ctum. Vti poſſidetis datur: quia prętor tueri tenetur eum, qui
eſt in poſſeſſione, ſed eum, qui non eſt in poſſeſſione, vt de-
tentatorem tueri non poteſt. Poſſunt tamen huiuſmodi de-
tentatores alijs remedijs vti, videlicet actione in factum, ex
edicto. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt. Item
actione ciuili contra eum, à quo habent cauſam, vel actione
ceſſa, vel iniuriarum, aut officio iudicis, vt tradunt hic Fabr.
34 num. 4. & Angel. t. lib. 2. Ex his infertur, quod hæres non po-
teſt intentare hoc interdictum pro tuenda, & retinenda poſ-
ſeſſione, quam habuit defunctus, niſi & ipſe hæres realem
poſſeſſionem conſecutus fuit. Licet enim cum hæredes in-
ſtituti ſumus, adita hæreditate (quod ſolo etiam animo fieri
poteſt, §. ſi ſupra de rerum qualit. & diſ.) omnia iura actiue,
& paſſiue ad nos tranſeant, poſſeſſio tamen, niſi naturaliter
35 apprehenſa ſit, ad nos non pertinet, vt inquit Iuriſconſultus
in l. cum hæredes, 23 in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Eſtque ra-
tio, quia poſſeſſio licet ſi ius, tamen habet plurimum facti,
quia non continuatur nec retinetur niſi animo, vel corpore,
l. licet, 4. C. de acquir. poſs. Et ſi oportet hoc factum interue-
nire, vt adſit animus, vel corpus: ſed poſſeſſore mortuo neu-
trum adeſt, quia per mortem dicitur extincta eius voluntas,
l. 4. ff. locati. Igitur & poſſeſſio. Vnde neceſſaria eſt realis ap-
prehenſio poſſeſſionis per hæredem, cum in ea acquirenda
requirantur corpus & animus, l. 3. in princ. ff. de acqu. poſſeſs.
& §. poſſidere, infra eod. Vide Paul. de Caſtr. & Alexand. in d.
36 l. cum hæredes. III. Infertur quod laico dicenti ſe poſſidere
res ſpirituales, vt decimas, res ſacras, religioſas, hoc interdi-
ctum non datur, quia tales res à laico poſſideri non poſſunt,
l. qui vniuerſas, 30. § primo, ff. de acquiren. poſs. & d. l. 1. §. hoc
37 interdictum, 8. ff. eod. addit. Fab. hic num. 4. II. A parte acto-
ris requiritur, vt non habeat illam poſſeſſionem, vi clam, vel
precario à reo, contra quem hoc interdictum proponit. Nec
enim poterit implorare à iudice, vt conſeruet eum in poſſeſ-
ſione contra reum, cum habeat poſſeſſionem violentā, clan-
deſtinam, vel precariam, & ſic iniuſtam, & reus hęc pro-
bans excludit agentem. Vti poſſidetis, ſicut è contra, quando
vterque concedit ſe poſſidere, & actor probat, ab ipſo reum
vi, clam, vel precario poſſidere, tunc actor obtinebit contra
reum, text. eſt in hoc ipſo §. verſ. hodie, infr. eodem, & in leg.
1 in princ. iuncto §. fin. & leg. ſi duo, 3. in princ. ff. eodem l. 1.
Cod. eod. Secus, ſi actor ab alio poſſideat vi, clam, vel preca-
rio. Tunc enim reus non poterit excipere de iure tertij, d. l.
1. in fin. & d. leg. ſi duo. Sed poterit actor replicare, & dicere,
quo ad te liberas ædes habeo, vt inquit Iuriſconſult. in l. loci
38 corpus, 4. §. competit, 7. ff. ſi ſeruitus vend. Quomodo autem
a dicatur qui vi, a clam, aut precario poſſidere, declarat Azor.
in Summa, Cod. eodem titul. Bartol. & Doctor in dict. lege
1. §. quod ait prætor, 9. Cod. eodem, vide Fabr. hic numer. 11.
& 12 Plat. 10. Ferrar. in dicta forma libelli, pro turbata poſ-
ſeſſione, ſuper verb. hodie tenet & poſſidet, numero 4. vbi
ſubijcit, eo ipſo probari actorem, vi clam, vel præcario poſſi-
dere, quando reus de ſua antiquiori poſſeſſione probat. Nam
tunc ſequens poſſeſſio ipſius agentis præſumitur clandeſti-
na, vel violenta, niſi probet titulum ſuæ poſſeſſionis, vt nota-
39 tur poſtea text. in d. cap. licet extra de probat. III. A parte ip-
ſius rei conuenti hoc poſſeſſorio, requiritur, vt turbatio, & ſic
vis aliqua interueniat, d leg. 1. in princip. dum prætor ibi dicit:
Vim fieri vero, & in ead. l. §. eſt igitur, habetur, ideo retinen-
dæ poſſeſſionis interdictum dici, quia huius rei cauſa reddi-
tur, ne vis fiat ei, qui poſſidet. Dicitur autem vim facere vel
40 turbare, qui non ſinit poſſidentem eo, quod poſſidet, vti ar-
bitrio ſuo, in ſerendo, ſiue fodiendo, ſiue arando, ſiue quid æ-
dificando, ſiue quid omnino faciendo, per quod liberam poſ-
ſeſſionem aduerſarij non relinquit, l. vim facit, 11. ff. de vi, &
vi armata. Hinc Lanfrancus ſuper tit. de cau. poſſeſſionis, &
41 proprietatis, in euidentalibus, nu. 10. tradit regulam. Quod
quotieſcunque impeditur aliquis actus, per quem probatur
poſſeſſio, vel quaſi toties quis dicitur turbari in poſſeſſione,
& competit interdictū. Vti poſſidetis, ſiue quis turbetur per
ipſum reum, ſiue per ipſius ſeruum miniſtrum, aut procura-
torem, argum. l. prohibere, 3. in princ. ff. quod vi, aut clam. Et
hæc intelligi debent non tātum deturbatione facti, ſed etiam
verbi: ita tamen, vt per talem verbalem turbationem libera
actoris poſſeſſio impediatur, vt ſupra in 2. quęſtione de diffa-
mante dictum eſt: alias enim ſola verbalis turbatio non ſuffi-
ceret, vt notatur per Alexand. & Iaſ. in l. ſi prius 15 ff. de noui
oper. nunciat. Item intelliguntur de turbatione extraiudicia-
li: ſecus ſi aliquis turbaretur iudicialiter, vt quia ſibi moue-
retur lis aliqua ſuper re, quam poſſidet. Pro tali turbatione
hoc interdictum non datur, ex quo is, qui iure ſuo vtitur per
viam iudiciariam, non facit alteri iniuriam, & quod lege per-
mittente fit, rectè fit, & pęnam non meretur, vulgat. l. Grac-
42 chus, 4. C. ad leg. Iul. de adulter. Notandum tamen, ſi actor
prætendat moleſtationem extraiudicialem, & agat interdi-
cto: Vt poſſidetis, ac reus conuentus in iudicio conteſtetur li-
tem, non negando turbationem allegatam in libello, vel ne-
gando poſſeſſionem actoris, vel contendendo ſe poſſidere,
ſatis eum dici turbare, ita vt abſque alia probatione turbatio-
nis hoc caſu ſufficiat iſta moleſtatio & oppoſitio iudicialis,
ad hoc, vt cæteris paribus obtineat actor: ſicut in ſimili dici-
mus de conuentu rei vendicatione, qui non poſſidet, & tamē
ſuſcipit in ſe iudicium: tunc enim quia videtur ſe liti offerre,
perinde condemnabitur ac ſi poſſideret, l. is qui ſe obtulit, 25.
ff. de rei vendic. l. qui ſe liti, 45. ff. de petit. hęred. de quo vi pul-
chre Abb. in c. audita, 4. nu. 8 ext. de reſtit. ſpol. Alex. nu. 19. &
Iaſ. 22. in d. l. ſi prius, 15. ff. de nou. oper. nunc. Ex his reſponde-
ri poteſt ad quæſtionem, quam mouet hic Fab num. 24. cum
in hoc interdicto actor teneatur proponere poſſeſſionem de
43 præſenti, pro qua tuenda, & retinenda agit, an etiam turba-
tionem præſentem allegare & probare teneatur? Et conclu-
dit Fab. hic, hoc non eſſe neceſſe, per text. in l. 3. §. illud ſcien-
dum, ff. quod vi, aut clam, vbi dicitur, non in omnib. momen-
tis vim eſſe faciendam, ſed ſemel factam perſeuerare. Subij-
cit tamē Imperator, tutius eſſe allegare etiam præſentem tur-
bationem, licet eam probare non teneatur, cum eo ipſo, quod
reus ſe opponit in iudicio, turbare & impedimentum pręſta-
re videatur, argumento d. leg. is qui ſe obtulit. Addite Spec. in
tit. de actio. ſeu petit §. ſuper petitionibus n. 8. Neque hoc ca-
ſu neceſſe eſt, vt reus conuentus & turbans actorem in poſ-
ſeſſione, contendat ſe quoque poſſidere, per ea quæ ſupra in
princ. 3. quæſtionis principalis dicta ſunt. An autem locus, tē-
pus, qualitas, & modus turbationis factæ exprimi debeant,
infra circa formationem libelli dicetur.

Porro cum actori incumbat onus probandi, vulgata, l. qui
accuſare, 4. C. de edēdo. Quinto principaliter quæritur? Quid
44 agens hoc interdicto probare teneatur? Et dic duo principa-
lia, & ſubſtantialia requiſita probanda eſſe poſſeſſionem ſci-
licet a parte actoris, & turbationem à parte rei conuenti.
Tertium enim requiſitum, quod non vi, non clam, non præ-
cario actor poſſideat rem a reo, præſumitur, ita vt reus hæc
opponens probare teneatur, cum reus in exceptione ſit
actor, leg. 1. ff. de exceptio. Circa probationem poſſeſſionis,
duo

ADDITIO.

a *Hoc interdictum: Quod vi aut clam, datur pro vi inquietati-*
na, quoties ſcilicet non poſſeſſor, aut non prætendens ſe poſſidere
inquietat me in meo ædificare, vel aliud facere. De quo vi di-
ctum eſt ſupra, tit. vi bonorum raptorum, in princ. Adde Iaſ. in
l. ſi quando, C. vnde vi, Platum eadem l. § 3. nu. 48.

duo principaliter conſideranda ſunt. Primum, qualiter poſ-
ſeſſio probetur: alterum, cuius temporis poſſeſſio probanda
45 ſit. Quod ad primum attinet. I. Poſſeſſio probatur eo ipſo,
quod quis naturaliter, vel corpore inſiſtit in re. Vnde poſ-
ſeſſio appellata eſt a pedibus, quaſi pedum poſitio, quia na-
turaliter tenetur ab eo, qui rei inſiſtit, lege prima, in princi-
pio, ff. de acquirend. poſſeſ. II. Eo ipſo, quod quis fecit fun-
dum ſeminari, arari, vel alio modo coli, probatur poſſeſſio,
glo. eſt ſingularis, & ibi Bald. in lege tertia, ſuper verb. finia-
tur, C. finium reg. III. Eo ipſo, quod quis ex fundo, vel vinea,
percipit, & colligit fructus, vt probatur per leg. Titiam, 48. in
princ. ff. de ſolut. vbi Paul. de Caſtr. dicit eſſe text. quod ille,
qui percipit fructus ex re, cenſeatur eam in dubio tenere, &
46 poſſidere tanquam dominus. IV. Per locationem, & merce-
dis perceptionē, probatur poſſeſſio eius, qui a colono ſic per-
cepit mercedem, quod notatur per Bart. in lege ſecunda, C.
de acquir. poſſeſſ. & in l. qui vniuerſas, 30. § quod per colo-
num, poſt gloſ. ibi, in verb. colonum, ff de acquirend. poſſeſ. Et
limitat ibi Bartol. hoc procedere, niſi alius poſſideat: quia tūc
non probaretur te poſſidere, licet tibi penſio ſolueretur. Nec
enim ſolutione penſionis quæ tibi fit, alius, qui poſſidet pri-
uatur ſua poſſeſſione, l. quamuis, 32. §. 1. ff. de acquirend. poſſ.
47 Per ſolam autem locationem poſſeſſio non probatur, vt no
tatur poſt text. in c. inter dilectos, 1. §. quarto, per inſtrumen-
ta, ext. de fide inſtrument. cum inquilinus, & conductor (qui
tamen non habent poſſeſſionem, l. 1. C. communia de vſuc.)
poſſint rem conductam alteri locare, l. nemo, 6. C. de locato.
48 V. Per inſtrumenta locationum & inueſtiturarum probatur,
poſſeſſio, contra inueſtitutum, & conducentem, quia hi non
poſſunt referre quæſtionem dominij, & poſſeſſionis locato-
ri, cum ab eo habeant cauſam, l. ſi quis conductionis, 25. & l.
conductores, 34. C. de locato. Contra tertium vero per ſola
inſtrumenta locationum poſſeſſio non probatur, d. cap. inter
dilectos, §. quarto per inſtrumēta, niſi & percepto penſionis
probaretur, per ea quæ iam dicta ſunt. add. Ferrar. in forma
49 libelli pro turbata poſſeſſione, §. hodie tenet, nu. 6. VI. Licet
per illa verba, quæ quotidie ponuntur in inſtrumentis ven-
ditionum Titius vendidit, dedit, & tradidit Seio talem fun-
dum, *Setzet ihn hiemit in krafft diſes kauffbrieffs in hyne*
frete, ſtill ie, vnd gerublche gevvehr, &c. non probetur ali-
qua tranſlatio poſſeſſionis, ſed illa verba hoc tantum impor-
tent, vt videatur data per venditorem emptori capiendi poſ-
ſeſſionem propria authoritate; vt eſt textus ſingularis, & ibi
Doctores, in l prædia, 48 ff. de acquirend. poſ. Tamen ſi ven-
ditor in inſtrumento venditionis confitetur, & conſtituit ſe
fundum venditum emptoris nomine poſſidere, translata eſt
poſſeſſio ficte in emptorem, adeoque per talem cōfeſſionem
venditoris, & verba conſtitui probatur poſſeſſio emptoris.
Ita eſt gloſ. ab omnibus approbata in l. ab emptione, 58. ſuper
verbor. conſtituantur, ff. de pactis, per text. in l. quædam mu-
lier, 77. ff. de rei vend. Hinc infertur, quod licet vēditor actio-
ne ex empto ad rem venditam tradendam teneatur, l. ex em-
pto, 11. in princip. ff. de actio. empt. tamen ſi inſtrumento em-
50 ptionis eſt appoſita clauſula illa, venditorem, conſtituiſſe ſe
nomine emptoris poſſidere, quamuis realiter non tradiderit
rem, eſt liberatus à tradendo, ac proinde actione ex empto
ad rem tradendam nō tenetur, quia ſtatim tradidiſſe dicitur
vt o, us ſit, rei vēdicationem, Publicianam, vel interdictum.
Vti poſſidetis, contra eum intētare, de quo vide omnino Iaſ.
51 in §. actionem, 28. nu. 130. ſupra de actio. Circa prædicta ta-
men in practica notādum eſt, licet per conſtitutum, & talem
confeſſionem venditoris ficte, & artificio, ſcilicet iuris ciuilis
transferatur poſſeſſio in emptorem, & eo quoq; modo pro-
betur, tamē ad hoc, vt tunc translata intelligatur poſſeſſio, re-
quiri, vt conſtituens ſe emptoris nomine poſſidere, vere poſ
ſideat fundum venditum tempore quo conſtituit, & confi-
teatur ſe emptoris nomine poſſidere, vt not. in d. leg. quam-
uis, §. ſi conductor, ff. de acquir. poſſeſ. Ideo volens probare
52 poſſeſſionem per huiuſmodi inſtrumentum cōſtituti, neceſ-
ſe habet facere articulum probatorium, & illum per teſtes
probare, quod venditor, conſtituens ſe nomine emptoris
poſſidere, tempore conſtituti poſſidebat iſtum fundum, vt
ducet Lanfranc. in repet. Rubricæ, de cauſa poſſeſſio, & pro-
53 priet. §. nunc eſt tranſeundum, numer. 15. VII. Per ſignatio-
nem rei emptæ, poſſeſſio probatur, iuxta l. quod ſi neque, 14.
54 ff. de peric. & commod. rei vendit. Per quam limitatur, leg.
quoties, 15. de rei vendit. diſponens in vna re duobus vendi-
ta præferri illum, cui res eſt tradita, vt procedat, niſi primus
emptor eam ſignaſſet; quia per talem ſignaturam videtur ei
res tradita, per text. in d. l. quod ſi neque. Vide Iaſ. in dict. leg.
quoties, numer. 18. Sic etiam per traditionem clauium poſ-
ſeſſio intelligitur translata, per l. clauibus, 74. ff. de contrahen.
empt. quod intellige verum, ſi venditor tempore traditionis
clauium poſſidebat domum venditam, ſecus, ſi aliud poſſide-
bat, cum duo in ſolidum non poſſint eandem rem ſimul poſ-
55 ſidere, d. l. 3. §. ex contrario, ff. de acqu. poſ. Per ſolutionem au
tem cenſus collectarum, vel tributorum, non probatur poſ-
ſeſſio ſoluentis, l. ſi pater, 8. ibi Bart. & Bald. C. de actio. empt.
& l. quæ quiſque, 64. ff de acquir. rerum dominio, & l. ſolem-
nibus, 25. Cod. de rei vend. l. cenſuales, 7. & l. ſi functiones 4.
C. de donat. Ita, nec per librum æſtimi dominium vel poſſeſ-
ſio probatur. Vnde ſi quis dediſſet officiali alicuius commu-
nitatis multos fundos in ſcriptis, dicens eſſe ſuos, & rogans vt
ponat in æſtimo ſuo, per hoc nō probat illos fundos à ſe poſ-
ſideri aut eſſe ſuos in pręiudiciū tertij, ſed bene probaret pro
communitate, in præiudicium eius, qui fecit poni in æſtimo,
ad hoc vt cogeretur ſoluere collectas pro iſtis fundis. Et licet
Paul. de Caſtr. in l. ſcriniarios, 16. num. 4. C. de teſtament. mi-
lit. dicat, in dubio pro ęſtimo præſumi, ita vt ſi in ęſtimo meo
reperiatur deſcripta aliqua poſſeſſio, præſumatur mea. Prior
tamen opinio de iure eſt verior, per iura ſupra allegata, de
quo vide Lanfranc. ſuper dicta Rubrica, de cauſa poſſeſſio. &
propriet. numer. 16. Vltimo circa prædicta notandum, ciui-
lem poſſeſſionem, cum illa ſolo animo retineatur, & inuiſi-
bilia cognoſcantur per ea, quæ videntur, probari per actus
congruentes huiuſmodi poſſeſſioni, ſecundum Bald. in l. ſo-
56 la, 4. num. 4. C. de teſtibus, vt poteſt exemplificari in domino
feudi, qui retinet ciuilem poſſeſſionem in animo, & exigen-
do a vaſallo debita ſeruitia, retinet illam ciuilem poſſeſſionē,
& per huiuſmodi actum & ſimiles, probatur ciuilis eius poſ-
57 ſeſſio. Nunc dicendum reſtat, Cuius temporis poſſeſſio in
hoc interdicto probanda ſit. In hac quæſtione duæ reperiun-
tur opiniones. Vna eſt, quod agens hoc interdicto, ſi velit
obtinere, teneatur. I. Probare, poſſeſſionem duobus tempo-
ribus apud ipſum actorem fuiſſe, tempore ſcilicet turbatio-
nis illatæ, lege 1. in principio, iuncto §. eſt igitur, ff. eodem, &
tempore litis conteſtatæ, hoc ipſo §. verſic. hodie. Et hæc o-
pinio in puncto iuris vera eſt, de quo videre Bartolum in le-
ge prima, §. fin. numero decimo, ff. eodem. Hoc enim interdi-
ctum pro retinenda & tuenda poſſeſſione, quam quis habet,
propoſitum eſt, ideo hæc poſſeſſio de præſenti requiritur, &
probanda eſt. Altera opinio eſt, quod ſufficiat probare acto-
rem poſſediſſe rem immobilem aliquo tempore ante litem
conteſtatam, allegando ſe adhuc poſſidere. Licet enim tunc
teſtes de poſſeſſione præſentis temporis nihil deponant, ta-
men obtinebit actor, quia poſſeſſio ſemel apprehenſa ſolo
etiam animo retinetur, §. poſſidere, infra eodem. Vnde, &
58 continuata præſumitur, vt notatur in l. ſiue poſſidetis, 16. C.
de probat. & in l. quidam in ſuo, 25. ff. de condit. inſtitut. ita
vt reo dicenti actorem amiſiſſe poſſeſſionem, incumbat o-
nus probandi, ſecundum Fabr. hic numer. 21. per leg. 2. ff. de
probat. Et hæc opinio, quam tradit Hoſtien. in capit. cum ad
ſedem, 13. extr. de reſtitut. ſpoliat. eſt æquior, & in practica
ſeruatur. Et ſecun. Lanfranc. in dict. §. nunc eſt tranſeundum,
numer. 17. de cauſa poſſeſſ. & propriet. videtur potius eſſe de-
claratio prioris opinionis, videlicet, probandam eſſe poſſeſ-
ſionem tempore litis conteſtatæ, niſi de anteriori poſſeſſione
conſtet, quia tunc præſumitur continuata vſque ad tempus
59 litis conteſtatę. Limitatur autem procedere. 1. Quando actor
probat ſe poſſediſſe & titulum proponit ſe de præſenti quoque
poſſidere. Licet enim præſentem poſſeſſionem per teſtes non
probet, tamen quia ſolo animo poſſeſſio retinetur, præſumi-
tur etiam continuata vſque ad litis conteſtationem, ſecund.
Fabr. hic numer. 23. 2. Limitatur procedere in interdicto.
Vti poſſidetis, quod pro tuenda poſſeſſione rerum immobi-
lium datur, non autem in interdicto. Vtrobi, pro poſſeſſione
rei mobilis. Tunc enim probanda eſſet poſſeſſio tempore
turbationis, & litis conteſtatæ, quia poſſeſſio rei mobilis de
facili perditur, nec ſolo animo retinetur, l. prima, §. Nerua fi-
lius, ff. de acquirenda poſſeſſ. Addite hic Fabr. numero vige-
ſimo ſecundo, qui in effectu ſubijcit 3. Limitationem, vt pro-
cedat in probanda quaſi poſſeſſione iurium incorporalium,
habentium cauſam continuam, non autem diſcontinuam t
Tunc enim dicit, de rigore iuris ciuili requiri probationem
quaſi poſſeſſionis tempore litis conteſtatæ, per dict. verſicul.
hodie, ſubijciens, periculoſum eſſe, agere pro annuis præ-
ſtationibus, & alijs iuribus diſcontinuam cauſam habenti-
bus. Vix enim præſens probari poterit. De æquitate tamen
Canonica etiam iſto caſu locum eſſe dicit huic interdicto:
cum iura Canonic. & eorum commentatores non faciunt
dubium de hoc, quin poſſeſſio iurium animo etiam reti-
neatur; & addit fieri repetitionem vſus vltima vice facti, ac
ſuffi-

Digitized by Google

ſufficere, ſi actor probet, ſe vſum illa vltima vice, de quo la-
tius videre Fab. hic, num. 23. vbi in fin. dicit de iuriſdictione,
videri eam habere cauſam continuam, præſertim quando ſi-
gna particularia ſunt eleuata ad ſimilitudinem ſtillicidij, leg.
foramen, 28. ff. de ſeruit. vrban. prædior. Et adde Angel. hic,
numer. 2. Ferra. in d. forma libelli, pro turbata poſſeſſione, ſu-
61 per verb. hodie tenet, & poſſidet. II. Tenetur agens hoc in-
terdicto, probare turbationem à parte rei conuicti, per quem
cunque actum, vel modum reus impediuit, vel non permiſit
agentem pro ſuo arbitrio, eo quod poſſidebat, libere & quie-
te vti, ac frui, dict. l. vim facit, ff. de vi, & vi arm. Neque neceſ-
ſe eſt probari turbationem præſentem: eo ipſo enim, quod
reus ſe in iudicio opponit, in præſentia turbare videtur, vt ſu-
pra dictum eſt, in fin. quartæ quæſt. principalis, poſt Fab. hic
62 numer. 24. III. Licet actor non teneatur probare ſecundum
requiſitum, videlicet, quod nec vi, aut clam, nec præcario
poſſideat a reo, quia hæc ſunt verba negatiua, & negantis
nulla eſt probatio leg. actor, 23. C. de probat. & probata poſ-
ſeſſione, hæc etiam probata eſſe videntur, cum poſſeſſio re-
63 leuet ab onere probandi, vt hic, & bona fides præſumatur,
ita vt reus opponens hæc probare teneatur, ſecundum Fab.
64 hic, numer. 25. Tamen quando reus, & ſe poſſidere conten-
dit, idque probat, tunc quia duobus contendentibus de poſ-
ſeſſione, is vincit, qui non vi, non clam, nec præcario poſ-
ſidet, dict. §. hodie, ideo actor hoc caſu, vt obtineat, probare
debet, reum ab ipſo actore, vi clam, vel præcario nactum
eſſe poſſeſſionem, & eo ipſo, quod actor de antiquiori poſ-
ſeſſione probat, præſumitur rei poſſeſſio clandeſtina, & vio-
lenta, & vitioſa, d. cap. licet cantam, extr. de probat. Notan-
dum autem, quod hoc caſu, vt actor vincat, non ſufficit pro-
bare reum ab alio vi, clam, vel præcario poſſidere, ſed pro-
betur neceſſe eſt, reum ab ipſo actore, vi clam, vel præcario
poſſidere, vt eſt in d. l. 1. in fin. & in l. ſi duo, 3. in princ. ff. eo-
dem quia actor de iure tertij excipere non poteſt, & reus po-
terit ei obijcere, quod in ſimili dicit Iuriſconſ. in l. loci corpus.
4. §. competit, ff. ſi ſeruit. vendic. Quo ad te liberas ædes habeo
de quo vide Plat. hic, num. 3. Ang. Ferrar. ſuper verbo, hodie
tenet, & poſſidet. Et qualiter probetur reum ab actore vi,
65 clam, vel præcario poſſidere declarant Cyn. Bart. & alij in l.
1. Cod. eodem, & Bart. in l. 1. § quod ait prætor, ff. eodem. Sic
etiam aliquando actor, vt obtineat, neceſſe habet probare de
dominio, vel quaſi, quando ſcilicet vterque tam actor, quam
reus de poſſeſſione probant. Tũc enim ille obtinet, qui etiam
de dominio, vel quaſi probauit. Ipſius enim poſſeſſio tunc
iuſtior præſumitur, d. c. licet cauſam, extra de prob. add. Plat.
hic, num. 10. & Ferrar. in d. forma libelli, ſuper verbo, tenuit,
& poſſedit.

66 Sexto, principaliter quæritur; Ad quid interdictum. Vti
poſſidetis competat? Et I. In hoc interdicto veniat, vt reus de-
ſiſtat à turbatione præſenti, & ſic ceſſat a vi turbatiua. Et hoc
eſt, quod dicit Iuriſc. in d. l. ff. eodem. Quo minus ita poſſidea-
tis, vim fieri veto. Item hoc interdictum dat, ne vis fiat ei, qui
poſſidet, & ſi reus nolit deſiſtere ab impedimento, compel-
litur manu militari per iudicem arg. l. ſi quis miſſus, 3. ff. ne vis
fiat ei, qui in poſſeſſion. miſſus eſt. II. Datur. Vti poſſidetis
ad hoc, vt reus deſiſtat à turbatione etiam in futurum. Sed
quia illa ceſſatio non poteſt, ſic vno momento a reo præſtari
(licet enim hodie non impediat, tamen poſt mentem impe-
dire poteſt) ideo recurritur ad ſatiſdactionem, vt caueat reus
de non turbando in futurum, arg. l. harum, 7. & leg. egi, 32. ff.
de ſeruit. vendi. & l. penult. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua,
quæ cautio ſuccedit loco perfectæ ceſſationis & patientiæ, ſi-
cuti cautio Mutiana in legatis relictis ſub conditione negati-
ua de qua eſt text. in leg. Mutiana, 7. ff. de cond. & dem. Et de-
67 bet iſta cautio fieri, vel cum fideiuſſoribus, vel pignoribus,
vel etiam multa indicta, ſecundum Bart. in l. ſi prius 15. nu. 3.
ff. de nou. oper. nunc. An autem iſta prohibitio, & cautio de
non moleſtando in futurum debet eſſe perpetua, dic ſec. Bart.
in l. 1. §. hoc interdictum, num. 9. ff. eod. quod ſi ius agentis eſt
perpetuum, prohibitio, & cautio perpetua eſſe debet, ſi vero
ius agentis eſt ad certum tempus reſtrictum, vt quia vſufru-
ctuarius agit pro retinenda quieta naturali poſſeſſione, vel v-
ſusfructus iuxta l. ſi. ff. eod. tunc quia morte naturali, & ciuili
extinguitur vſusfructus, l. 1. in prin. & l. 3. §. fi. ff. quibus modis
vſusfruct. amit. & l. corruptionem, 15. in fine, C. de vſufruct.
ideo hoc caſu cautio, & prohibitio erit temporalis, & nõ per-
68 petua. Et ſic III. Venit in hoc interdicto cautio de non mole-
ſtando in futurum, ſecundum Doct. in d. l. 1. C. eo. & Bar. in d.
69 §. hoc interdictum. IV. Datur hoc interdictum etiam ad in-
tereſſe præteritæ turbationis, quod reus ſoluere, & præſtare
tenetur, non vt poſſeſſio rei, vel res ipſa æſtimetur, ſicut in in-
terdicto. Vnde vi, fieri ſolet, iuxta l. ſi quis in tantam, 7. C. vn-
de vi: ſed vt quæratur, quanti intereſt actoris, ipſam liberam,
& quietam poſſeſſionem non habuiſſe, & a nemine fuiſſe
turbatum, text. eſt expreſſus in d. leg. ſi duo, §. fin. ff. eod. Vnde
omnia ablata, & damna illata, item fructus, ſi aliquos perce-
pit, reus reſtituere cogitur. Aliquando etiam ipſa poſſeſſio,
quam reus habuit præſtanda venit: veluti, ſi vterque poſſi-
debat, vnus ciuiliter, alius naturaliter, ſi reus habet illam na-
turalem poſſeſſionem ab actore vi, clam, vel precario, con-
demnatur, vt à turbatione ciuilis poſſeſſionis deſiſtat, & per
conſequens prohibetur, ne vtatur illa naturali poſſeſſione,
quæ actori reſtituenda, venit, vt notatur poſt text. in princip.
d. leg. ſi duo, & leg. clam poſſidere, 6. §. qui ad nundinas, ff.
de acquirend. poſſeſſione. Item quando quilibet contendit
ſe in ſolidum poſſidere, adiudicatur ſolida poſſeſſio illi, qui
potiora habet iura, de quo latius vide hic Fab. numero 14.
Plat. 12.

70 Septimo principaliter videndum eſt, qualiter libellus in
hoc interdicto formari debeat, de quo eſt ordinaria doctri-
na Bar. in leg. 1. §. hoc interdictum, ff. eodem. Ad cuius declara
tionem ſciendũ, cum ad ſimilitudinem ſyllogiſmi libellus de-
beat conſtare narratione facti, medio concludendi, & con-
cluſione, ſecundum Bar. in l. ſi prius, 15, nu. 19. ff. de noui oper.
nunc. quod agens hoc interdicto, debet I. Narrare, ſe de præ-
ſenti poſſidere, vel quaſi poſſidere rem immobilem, corpo-
ralem, vel incorporalem, in qua turbatur, & inquietatur a reo:
71 Sed quia pro poſſeſſione naturali tantum, & ciuili tantum, &
pro vtraque ſimul retinenda hoc interdictum competit quæ-
ritur, an qualitas, vel ſpecies poſſeſſionis exprimenda ſit?
Bart. in d. §. hoc interdictum, concludit, quod non. Sicut enim
in rei vendicatione ſufficit, actorem ſimpliciter proponere
ſe eſſe dominum, non expreſſa cauſa dominij, quæ in pro-
greſſu declarari poteſt, l. & an eadem, 14. §. actiones, ff. de ex-
cep. rei iud. ita quoque in hoc interdicto ſufficit, ſi actor dicat
ſe poſſidere, & in proceſſu declaret qualitatem, vel ſpeciem
poſſeſſionis, quam contendit retinere. Hoc enim ſufficere aſ-
ſeruit Fab. hic, num. 22. addendo, tunc debere iudicem ferre
ſententiam ſuper poſſeſſione: de qua fuit probatum. Limi-
tatur tamen hoc procedere, niſi intereſt rei conuenti id ſci-
re, & niſi hoc reus petat declarari, puta ſi naturalem poſſeſ-
ſionem reus alleget, cum actor caueetur ciuilem, vel è con-
trario ſi opponat ciuilem actori intendenti naturalem. Tunc
72 enim actor ſpeciem poſſeſſionis declarare debet. Alias enim
reus non poteſt eſſe certus, an velit credere liti, vel contende-
re iuxta l. 1. ff. de edend. & Authen. offeratur, C. de litis conte-
ſtatione. Et de ea, quæ ſupra de probatione poſſeſſionis dicta
ſunt, ad datis. Quod ſi vnus teſtis deponat de vno actu, &
die poſſeſſionis, alius de alio actu, & de poſſeſſionis, quod
nihilominus probetur poſſeſſio, nec hoc caſu dicuntur teſtes
ſingulares, quia non de die poſſeſſionis eſt quæſtio, ſed de
hoc tantum quæritur; An actor poſſederit, quod teſtes depo-
nunt, ideo probant, licet diuerſas cauſas ſcientiæ aſſignent,
vt eſt gl. ſing. in l. ob carmen, 21. §. fin. ff. de teſtibus, & videte
73 Fab. hic nu. 27. II. Actor debet narrare, ſe à reo in ſua poſſeſ-
ſione, vel quaſi turbari. Ex iſtis enim duobus ſequitur me-
dium concludendi. Et quia turbatio multis modis fieri po-
teſt, iuxta l. vim facit, 11. ff. de vi, & vi armata. Actor modum,
& qualitatem turbationis exprimere debet, præſertim quan-
do dolus aduerſarij arguitur ſecundum Innoc. in c. licet can-
ſam, 9. ext. de probat. Bar. in d. §. hoc interdictum, vbi aſſignat
rationem diuerſitatis, quare exprimi debeat modus turbatio-
nis, & non qualitas poſſeſſionis. Non ea quæ continent fa-
ctum, & dictum aduerſarij, illa diſtinctè debent poni, ea vero
quæ ius agentis, & non factum rei concernunt non ita diſtin-
ctè, niſi ad petitione rei, & quando ipſius intereſt, poni debet.
74 Et circa hæc diligenter notabitis verba. Io. Fab. hic, nu. 18. vbi
admonet factum ſapienter narrandum eſſe, ſuper omnia ca-
uendum, ne ita narres factum, per quod videaris compulſus,
vel expulſus deſijſſe poſſidere, quia tunc rei ipſum pro retinẽ-
da poſſeſſione agentem excluderes, l. ſi rerum, 5. ff. de vi, & vi
75 armata. Dubitatur autem an tempus anni, menſis, & diei, itẽ
locus iuxta l. libellorum, 3. ff. de accuſat. in libello exprimi de-
beat. Et Bar. in d. §. hoc interdictum, reſpondet, quod nõ, præ-
ſertim, quando non arguitur dolus aduerſarij quia tunc eſt iu
diciũ ciuile, vbi de iure nõ reperitur cautum vt quis teneatur
ſe adſtringere ad certum locũ & tempus, l. 1. §. 1. ff. de edẽ. Se-
cus, ſi dolus ipſius rei argueretur, quod dolo turbaſſet, tunc
quippe tempus exprimendum eſſet. Nec enim ita vagari licet cũ
diſcrimine alienæ exiſtimationis, vt dicitur in l. prætor edi-
xit, 7. in princ. ff. de iniu. Addite Ang. in §. quadrupli, n. 9. circa
76 medium, ſup. de act. Quod vero ad concluſionem libelli atti-
net,

Digitized by Google

net, in qua tota vis libelli conſiſtit, cum non tã quid narretur
in libello, quam quid concludatur attendi debeat ſecundum
Innocen. in cap. ſuper litteris, 20. ext. de reſcript. & Iaſ. in §. om
nium, 28. nu. 128. ſupr. de actio. actor petere debet reum con
77 demnari ad illa quatuor. 1. Vt ceſſet à turbatione præſenti.
2. Vt in futurum non turbet. 3. Vt caueat de non turbando in
futurum. 4. Vt reſtituat ablata damna, & intereſſe, vt in præ-
cedenti quæſtione dictum eſt. Addite Ferrar. in d. forma li-
belli, pro turbata poſſeſſione, ſupra verbo ad ceſſandum, vbi
ſubijcit, quod licet ad obtinendam victoriam, & coadiuuan-
das vires huius interdictis, actor de iure dominij incidenter
probare poſſit, iuxta d. c. licet cauſam, ext. probat. tamen non
poteſt petere pronunciari ſe eſſe dominum, propter repugnã-
tiam ho caſu iudicij petitorij, & poſſeſſorij, vt infra latius de-
clarabitur. Et quamuis ſecundum diuerſitates modis libellus
in hoc interdicto formandus ſit, vt pulchrè tradidit. Spec. in
tit. de cauſ. poſſeſs. & propriet. in §. retinendæ, poterit tamen
vulgo ita concipit.

Forma libelli.

78 Præmiſſis præmittendis Coram vobis comparẽs N. actio-
nem inſtituit contra N. breuiter dicẽdo, quod quamuis actor
& eius parens iugerum agri inter N. & N. iacens multis an-
nis coluerint, opera ſua ararint, fructus in eo natas collegẽ-
rint inque horrea ſua condiderint, & ita in quieta eius poſ-
ſeſſione, vel quaſi fuerint, & actor in eius poſſeſſione, vel
quaſi ſit. Ad hæc, quod etſi in poſſeſſione, vel quaſi venandi,
& aucupandi in ſylua N. fuerit, & adhuc ſit, ita vt à nemine
in ſua poſſeſſione, vel quaſi, moleſtandus, turbandus, vel in-
quietandus ſit: tamen his minimè perpenſis, maximè etiam,
quod omnes turbationes, & moleſtationes in iure prohibitæ
ſint, cum actor proxima æſtate præterita in nominato iugero
ſementem demeri curare vellet, reus de facto, & contra ius,
eam in ſuum horreum auehere, atque abducere, ſimiliter
quoque cum retia ſua ad capiendas feras in dicta ſylua ten-
diſſet, dictus reus ea deijcere, atque abducere præſumpſit per
hoc actorem in ſua pietas poſſeſſiones, vel quaſi iniuſte tur-
bando. Quare ſuper hoc actor a reo exigit ſolidam, ac cate-
goricam reſponſionem, eaque facta, petit iure decerni, ac
pronunciari actorem à reo iniuſte turbatum eſſe, & hunc à
tali turbatione, ac moleſtatione deſiſtere, actori abductos
fructus cæteraque ablata, cum reſtitutione intereſſe, & dam-
norum, reddere, & reſtituere; inſuper actorem in ſua poſſeſ-
ſione, vel quaſi iugerum colendi, & iure venandi de facto
turbare, vel inquietare minimè debere, ſed ad ſufficientem
cautionem de amplius non turbando præſtandam cum refu-
ſione expenſarum teneri, eumque ad hæc legitimis iuris re-
medijs compelli. Id quod vel aliud iuri congruum iudiciali
veſtræ cognitioni actor ſubijcit. Petens ſuper his, & ſingulis
ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari, &c.

79 Præmiſſa ſic forma libelli, vltimo nunc dicendum reſtat,
Qualiter ſuper hac interdicto ſit concipienda, & ferenda ſen-
tentia à iudice, per quam finis cõtrouerſiæ imponatur, iuſta
l. 1. ff. de re iud. De hac quæſt. all gloſ. ordin. & ibi Doct. in le.
vnica, ſuper verbo, prohibebit, C. vti poſſidetis, & in capitu-
lo licet cauſam, ſuper verbo, vti poſſidetis, ibi Canoniſtæ, ex-
tra de probat. & per Bart. in d. l. ſi duo, poſt princ. ff. eodem, &
Fab. hic, numer. 28. Plat. num. 11. & 12. Et quia ſecundum di-
uerſitatem caſuum, & probationum hinc inde factarum, fe-
renda eſt ſententia, quæ regulariter debet eſſe conformis li-
80 bellus, vulgara l. fin. C. de fideicom. liber. ideo ex mente gloſ.
81 & DD. in prædictis locis diſtinguẽdi ſunt aliquot caſus prin-
cipales. Et primo aut reus conuentus non contendit ſe poſ-
ſeſſorem, & ex actis apparet actorem poſſidere, & tunc iudex
condemnabit reum ad illa quatuor, de quibus ſup. in 6. quæſt.
principali in fin. 7. quæſt. dictum eſt, videlicet, vt deſiſtat à
turbatione.

82 Secundo, aut reus conuentus ſe quoque poſſidere conten-
dit, vt ab vtraque parte de poſſeſſione ſit controuerſia, & tũc
ſi vnus ex litigatoribus probauit tantum de poſſeſſione, is ob-
tinebit, & ſecundum eius petitionem alter ad prædicta, qua-
tuor condemnabitur, ſecund. Sal. num. 22. in d. l. 1. Cod. eod. &
Panor. in d. c. licet, num. 36.

83 Tertio, aut vterque probauit de poſſeſſione, ſed diuerſo
iure, & de diuerſa poſſeſſione, quia vnus probauit de poſſeſ-
ſione naturali, vt vſufructuarius, vaſallus, alter vero de ciui-
li poſſeſſione, vt proprietarius, dominus feudi, & tunc ſecun-
dum Bart. in d. l. ſi duo, iudex vtrumque condemnabit, & v-
trumque abſoluet, diuerſis tamen reſpectibus, ferendo ſentẽ-
tiam pro qualibet, nõ quidem ſic verbis generalibus, vti poſ-
ſidetis, ita poſſideatis, ſed diſtinguendo qualitates poſſeſſio-
nis prout quiſque probauit: Vt quia tu probaſti te habere poſ-
ſeſſionem proprietatis ciuilem, pronuncio te ita poſſidere, &
circa iſtam poſſeſſionem tibi vim fieri vero, & quia alter de
naturali poſſeſſione, vt vſufructuarius probauit, pronuncio
eum ita poſſidere, & ei naturali poſſeſſione vim fieri vero, de
quo latius vide Cyn. in d. l. vnica, C. eod. & Panorm. in d. cap.
licet cauſam, num. 27. & hæc ſunt vera, niſi alter poſſideat ab
aduerſario iniuſtè, & quis vi, clam, vel precario ab eo poſſi-
det, nam tunc iſte condemnabitur iuſtè poſſidenti, d. l. ſi duo.
in princ. vt quia abſente domino alter eius fundum, vi, clam,
vel precario ingreſſus eſt, iuxta materiam l. clam poſſidere, 6.
§. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſ. Licet enim tunc domi-
nus pro ciuili poſſeſſione hoc interdictum proponat, & reus
etiam naturalem defendat, non tamen reus in naturali tueri
debet, neque pro ipſo ferenda eſt ſententia, cum habeat illam
naturalem poſſeſſionem, vi vel clam, vel precario ab ipſo a-
ctore, d. l. ſi duo, cum ibi notatis.

84 Quarto, aut vterque probauit ſe poſſidere, & eadem ſpe-
cie poſſidendi, & tũc obtinere debet is, qui de antiquiori poſ-
ſeſſione probauit. Poſſeſſio enim iunior, & recentior præſu-
mitur clandeſtina, & viiloſa, per ea, quæ ſupra dicta ſunt poſt
tex. & ibi notata in d. cap. cauſam, adde Alex. de Imo. in conſ.
110. num. 1. vol.

85 Quintò, aut neuter probauit de antiquiori poſſeſſione, ſed
quilibet de pari in tempore, & tũc præfertur, & obtinet is, qui
per teſtes probauit magis veriſimilia deponentes, & quando
teſtes ab vtraque parte dicunt æque veriſimilia, obtinebit is,
qui produxit teſtes honeſtiores, & exiſtente paritate honeſta-
tis, debet is vincere, qui produxit teſtes numero plures, l. ob
carmen, 21. §. fin. ff. de teſtib. & in cap. in noſtra præſentia, 31.
extra de teſtibus.

86 Sextò, aut teſtes ſunt pares, & quilibet probat de ſimili poſ-
ſeſſione eiuſdem temporis, vnus autem probat de poſſeſſione
& titulo ſimul, alter verò de poſſeſſione tantum, & tunc poſ-
ſeſſio titulo iuſtificata eſt fortior, vnde probãs etiam titulum
præfertur alteri de poſſeſſione probanti tantum, text. eſt in d.
c. licet cauſam. Duo enim vincula fortius ligant. c. ſi igitur de-
87 functus neq; 3. Nouel. 118. hæred. ab inteſt. venien. Et in hoc
aduocati debent eſſe cauti, vt pro agere, & conuento hoc
interdicto, faciant poſitiones, & articulos probatorios, non
tantum ſuper poſſeſſione, ſed etiam domino & titulo. Ne-
que poterit pars aduerſa contra tales articulos, tanquam im-
pertinentes excipere, quaſi agatur poſſeſſorio, non petitorio
iudicio: quia reſpondetur, hoc caſu eſſe pertinentes articulos,
cum vtraque parte pariter probante de poſſeſſione, obtineat
is, qui probauit titulum, multo magis dominium, de quo la-
tius vide Lanfran. in repet. Rub. extra, de cauſa poſſeſ. & pro-
priet. §. nunc eſt tranſeundum, num. 27.

88 Septimo, aut per vtramque partem æqualiter probatũ eſt
de poſſeſſione eiuſdem temporis, & etiam de æquali titulo,
pari numero, & dignitatem teſtium, ita vt per omnia ſint æ-
89 quales probationes, & hoc caſu reperiuntur quatuor opinio
nes. I. eſt quorundam veterum gloſſatorum, quod iudex de-
bet pronunciare ſimpliciter, vti poſſidetis, ita poſſideatis. Sed
hæc opinio, per gloſ. in d. l. 1. Co. eod. & d. cap. licet cauſam, &
ibi per omnes Doctor, reprobatur, quia ſententia, hoc caſu nõ
eſſet certa, neque per ſe, neque per relationem ad aliud, con-
tra §. curate, 32. ſup. de act. & l. hæc ſententia, 4. Cod de ſent.
qua ſine certa quantitate proferuntur, neque per talem ſen-
tentiam imponeretur finis controuerſiæ, ſed eam in primæ-
uis terminis iudex relinqueret, & partes de facili ad rixas,
& arma venirent contra l. æquiſſimum, (al. 9. 3. leg ſi cuius,
13.) ff. de vſufruct. Nec obſtant verba, l. 1. ff. eodem quia ſunt
90 verba edicti, non ſententiæ. II. Opinio eſt, quod iudex de-
beat ſuperſedere, & facere ſequeſtrari poſſeſſionem, vt par-
tes tædio ductæ, per amicos, & arbitros componant contro-
uerſiam. Sed quia partes ex tali dilatione etiã de facili perue-
91 nirent ad arma, etiam hæc opinio pleriſque reprobatur. III.
Et opinio, quod ſorte tunc lis dirimi debeat, argum. l. ſed cum
ambo, 14. ff. de iud. & l. ſi duobus, 3. in princ. Cod. communia
de legatis. Sed quia hæc quæſtio, quis ſit poſſeſſor, eſt facti,
iudicium ſortis non habet locum in facto incerto, l. duo ſunt
Titij, 30. ff. de teſt. tute. ſed tantum in dubio iuris, d. l. ſed cum
ambo. Et hæc opinio à Bart. & commu. Doctor. in d. l. ſi duo,
reprobatur, niſi partes ſuper hoc conuenirent, vt talis ſen-
tentia pronunciaretur, hoc enim facere poſſunt, l. ſi conuene-
rit, 26. ff. de re iud. IV. Igitur eſt opinio Bart. in d. leg. ſi duo, in
92 princ. ff. eo. quod iudex debet adiudicare poſſeſſionem vtri-
que parti pro dimidia parte pro indiuiſo, & mouetur hac ra-
tione, quia idem videmus eſſe in legato, quando pluribus in
ſoli-

Digitized by Google

ſolidum vna res legatur,& vterque eam rem in totum habe-
re non poſſit, faciunt ſibi legatarij partes per concurſum, ita
vt quilibet habeat dimidiam partem rei legatæ, vt oota poſt
text.in l.coniunctim,80 ff.de l.3.Ita,& hic dicendū eſt,quan-
do pars,plene probauit de poſſeſſione in ſolidum,cum nō ſit
poſſibile duos in ſolidum eiuſdem rei eſſe dominos,vel poſ-
ſeſſores,leg.5.§.ex contrario,ff.de acquiren. poſſeſſ. recte iu-
dicato pronunciaturum, vtrumque iſtotum poſſidere com-
muniter,& pro indiuiſo. Nec obſtat, quod tunc, iudex vide-
tur pronunciare ſuper non petitis, cum de iure ſententia de-
beat eſſe conformis libello,leg. final. Cod. de fideicom. liber.
Satis enim vtraque pars hoc petijt, dum quilibet petit alium
a turbatione compeſci. Vnde & iudex vtrique præcipere
debet,ne alterum turbet,quo minus medietatem pro indiui-
93 ſo poſſidere liceat, vt inquit Abb.in dict.cap. licet numer.37.
circa med. Et quamuis communio pariat diſcordiam le. cum
pater,77.§.dulciſſimis fratribus,ff.de lega.2. poterunt tamen
diuidere ſi velint, cum nemo inuitus teneatur manere in
communione,leg.final.Codic.comm.diuid.Et licet Lanfran.
ſup.d.Rub.de cauſa,poſſeſ.& propriet.videatur eſſe in alia
opinione videlicet, quod tunc iudex debeat ferre ſententiam
94 pro eo,per text.in cap.ex literis,3.ext.de probat. vbi paribus
exiſtentibus probationibus pro reo fertur ſententia, & lo-
quitur tex.ibi de iudicio finium regundorum,& ita de actio-
ne communi,vel mixta,vbi vterque actoris,& rei vicem ob-
tinet,ſicut in interdicto noſtro,l.ſi duo,3.§ hoc interdictum,
ff.eod.tamen iſta opinio in caſu præſenti non videtur proba-
ri,per tex.in d. c. ex literis,quia loquitur in terminis petitorij
iudicij,vbi alias non curamus de iure poſſeſſoris, niſi conſtet
de iure petitoris,l.ſi. Cod. de rei vendic. Non mirum igitur,
quod Papa ibi dicit, ſi ambarum partium teſtes ſint æque
idonei, poſſeſſoris teſtes præferri, ſed hic ſumus in iudicio
poſſeſſorio vbi vterque probauit de ſua poſſeſſione præſenti,
ideo pro vtroque etiam ferendo erit ſententia,iuxta opinio-
nem Bat.in d.l.ſi duo.Præterea iſta opinio Lanfran.quam in
effectu refert gl.in d.c.licet cauſam,ſolum procederet,quan-
do vnus tantum prouocauit ad iudicium, vt tunc feratur ſē-
tentia contra eum,qui prouocauit,& abſoluatur procuratus,
qui locum rei tenet;ſecus,ſi vterq.ſimul ad iudicium prouo-
cauit,& probationes omnino ſunt pares,ſecundum gl.in d.c.
licet & ibi Canoniſtæ.

95 Porro prędictis addatis octauum caſum,quando ſcilicet
neuter probauit de poſſeſſione, & non eſt liquidum quis eo-
rum poſſideat. Tunc enim iudex abſtinere debet a iudican-
do, & faciet ſequeſtrari poſſeſſionem cum fructibus donec
cauſa fuerit diſcuſſa in ordinario iudicio,petitorio ſcilicet,&
prohibebit ne partes interim accedant ad poſſeſſionem,& ve-
niant ad rixas,& arma iuxta d l. æquiſſimum,in princ. ff. de
vſufr u.Secus autem ſi conſtet vnum ex litigatoribus poſſide-
re fundum, ſuper quo mouetur ſibi quæſtio, & timetur ne
partes ad rixam perueniant. Nec enim tunc iudex ad inſtan-
tiam alterius partis ſequeſtrare debet fundum,etiamſi addat
illud ſequeſtrum debere eſſe ſine præiudicio iuris vtriuſque
partis,ita Innocen. in cap.in præſentia,8. ext. de proba. & ſe-
quitur Bald.in l.vnica.C.de prohib.ſequeſtr. pecu. dicens iſto
caſu iudicis officium eſſe præcipere ſub certa pœna parti,quæ
non poſſidet, vt non impediat poſſeſſorem, nec eum in ſua
poſſeſſione turbet, facit l.pen. ff. de aqua quotidiana.& æſti-
ua. Alias enim ſequeretur,abſurdum,quod quilibet excogita-
ta malitia fingeret rixā imminere, vt aduerſarius,interim pri-
96 uaretur commoditate fructuum & poſſeſſionis. Neque hoc
caſu obſtat d.l.æquiſſimum: quia procedit, quando eſt dubiū,
quis poſſideat,ſecus,quando conſtat de poſſeſſione. Nemini
enim ante ſententiam eſt auferendum commodum poſſeſ-
ſionis ſuę quæ in fructuum perceptione conſiſtit,l.1.Cod.de
execut. rei iudic. Vnde,& regulariter tam de iure Canonico,
quam ciuili omni ſequeſtratio,& arreſta ſunt prohibita, leg.
vnica,C.de prohibi.ſeq.pecu.& ext.de ſequeſt.poſſeſſ. & fru-
97 ctum,exceptis caſibus ibi in gloſ. notatis. Et pro declaratio-
ne quæritur, an ext. illos caſus debitor per pactum ſe ad ſe-
queſtrum, vel arreſtum obligare poſſit ſicut quotidie in in-
ſtrumentis illa clauſula opponi ſolet. Quod ſi illo tempore
non fuerit ſatisfactum de debito,debitoris bona poterunt ca-
pi arreſtari,& ſequeſtrari donec creditori ſatisfiat.

Si in ſolutione ſortis principalis, vel intereſſe pactis noſtris
negligentia intercederet,tūc creditoribus noſtris, atque cō-
ſortibus ipſorum, facultatē, copiam, atque ius concedimus,
atque permittimus, noſtra bona vbicunque locorum ea inue-
niuntur libere capiendi, arreſtandi, ac detinendi, donec nos
ipſis ſortem principalem cum intereſſe, & dānis ſoluerimus
eoſque contentos dimiſerimus, &c. An autem virtute iſtius
conuentionis extra caſus ſpeciales in iure expreſſo poſſint
bona debitoris ita capi arreſtari, & ſequeſtrari? Et videtur
quod,nō quia hæc conuentio eſt contra iuris prohibitionem,
98 d.l.vnica cum ſimilibus. Ergo non valet per l.pacta.6.Co.de
pactis. In contrarium tamen eſt veritas. Quod enim lex po-
teſt per eius prouiſionem hoc idem poſſe debet homo per
eius conuentione,l.non impoſſibile,50.ff.de pactis. Conſtat
autem legem potuiſſe prouidere contra regulam in caſibus
notatis,d.l.vnica,ergo,& partes hoc per conuentionem face-
re poſſunt,præſertim cum hoc in fauorem debitoris ſit intro
ductum cui per partes renunciari poteſt, vulgata, l. ſi quis in
conſcribendo 29.Cod. de pactis, Item homo per conuentio-
nem poteſt prouidere ſuper detentatione, & ſequeſtratione
perſonæ, in caſu quando debitor cum iuramento renunciat
beneficio ceſſionis bonorum, vt notatur in leg. 1 Codic. qui
bon.cede.poſſ & in § fin.ſup.de act. dictum eſt. Ergo multo
fortius ſuper ſequeſtratione bonorum,talis prouiſio fieri po-
teſt,de quo latius vide Ferrarienſ. in forma ſequeſtri, ſeu la-
xamenti.

a DE INTERDICTO a VTROBI.

1 *Quare hoc interdictum introductum ſit,& quare ſic dicatur.*
2 *In quibus caſibus huic interdicto locus ſit.*
3 *Differentia inter interdictum,Vti poſſidetis, & interdictum Vtrobi.*
5 *Cum ambo ſint interdicta retinendæ poſſeſſionis, quare habeant diuerſitatem.*

1 HOc interdictum ad tuendam poſſeſſionem rerum mo-
bilium introductum eſt,& primis eius verbis nuncupa-
tur. Vtrobi,ſcilicet compoſitum ab vtrum,& vbi i. apud quē
quaſi dicat Prętor, apud quem eſt rei mobilis apud eū ſit, vt
duob.pariter probantib.de poſſeſſione rei mobilis,feratur ſē-
tentia,apud quem res,eſt apud ipſum ſit ſecūdum gl.hic,& in
l.vnica,ff de vtrobi. Sed iam oritur dubium,quando duo poſ-
ſint contendere,ſe vnam rem mobilem poſſideret? Quando
enim vnus tenet equum, vel aliam rem mobilē conſtat,hunc
ipſum ſolum poſſidere,arg.d.l.3 § ex cōtrario 5 ff.de acquir.
poſſeſſ. Ergo ſemper is debet vincere, non actor cum ei, qui
non poſſidet,non competat hoc interdictum,ſicut Vti poſſi-
detis,& ita videtur ho. interdictum,ſicut vti poſſidetis,non
poſſe habere locum. Ad hoc reſpondet Bartol. in d l. vnica, in
2 duobus caſib, locum eſſe hic interdicto. I. Caſu quando quis
poſſidet rem mobilem,& ab alio turbatur,qui nō contēdit ſe
poſſidere,ſicut ſupra de interdicto. Vti poſſidetis,dictum eſt.
II. Caſu,quando duo contendunt,ſe eadem rem mobilem
poſſidere, quod fieri poteſt, veluti habeo, equum quem dico
me vere poſſidere,tu autē obijcis me a tę habere iſtum equū
ex cauſa depoſiti, commodati, vel ſimili, quibus caſibus non
transfertur poſſeſſio,l.rei commodare,8 cum ſimilib. ff. cō-
modati. Priuſquā ergo diſcutiatur,ex qua cauſa habeam,du-
bium eſt,vter poſſideat,& datur hoc interdictū vtrique. Ad
intellectū aūt huius interdicti,omnia huc referēda ſunt,quæ
ſupra de interdicto. Vti poſſideris diximus. Licet enim olim
3 dua fuerint differentiæ principales inter hæc duo interdicta,
prima. Quod vtrobi, de rebus mobilibus. Vti poſſideris ve-
ro, pro immobilibus competeret. 2. Quod in vti, poſſideris
vinceret ille, qui poſſidebat tēpore propoſiti interdicti, etiāſi
mala fide poſſidebat,dūmodo non vi, non clam, nō precario
ab aduerſario poſſidebat, in vtrobi vero ille vinceret,qui poſ-
ſidebat rem pro maiore parte illius anni,d.l.vnica.§.retinen-
dæ, verſ. quorum, hoc titulo noſtro. Hodie tamen excepto
vno caſu,in omnibus conueniunt, videlicet, vt interdictum.
Vti poſſidetis,pro retinēda poſſeſſione rerum immobilium.
Vtrobi pro tuenda poſſeſſione mobilium competat, ſubla-
4 ta altera differentia. Hodie enim vtroque interdicto ſufficit
actorem poſſidere tempore litis conteſtatę, vt hic d.§.retinē
dæ verſ. hodie,de quo ſup. etiam dictum eſt, Vltimo quæri-
tur,cum ambo ſint interdicta retinendæ,poſſeſſionis, quare
habeant diuerſa nomina? gloſ.hic & in d.l vnica ff.eo.reſpon-
det,quia immobilia proprie poſſidēt pr.mobilia vero impro-
prie,ſi quidem non poſſit in eo dici pedum poſitio iuxta l. 1.
ff.de acquir.poſſeſ. Sed hæc ratio a Bart & comm.a Doctor.
reprobatur,per tex. in l. ordinarij, 13. C. eodem,de rei vend.
&

ADDITIO.

a *De interdicto. Vtrobi tuendæ poſſeſſionis mobilium cauſa, vide Menochium tractatu de retinenda poſſeſſione, remedio 2.*

Digitized by Google

& l. 3 §. Nerua, ff. de acq. poſſeſ. ideo aſſerunt aliam rationem, quo rerum mobilium poſſeſſio ſit vtilis, & abiecta, & ita non tam fortis, quam immobiliũ poſſeſſio, l. ſi rem mobilẽ, 47. ff. de acq. poſ. quę tamen ratio in effectu conuenit cum ratione gl. videlicet, vt non poſſideãtur res mobiles, illa propria vera, & forti poſſeſſione, per quam verbum illum poſſidetis poſſit eis proprie conuenire, vt declarat Salic. ſup. Rub. C. vti poſſidetis. Et quia hæc inueſtigatio nullius, aut modicæ videtur eſſe vtilitatis, dici poteſt, quod in ſimili inquit Accurſ. ſuper Rub. In fortiati, hæc pertinacibus eſſe relinquenda.

§. Poſſidere.

1 *Continuatio huius §.*
2 *Regula ex hoc §. notanda, & n. 3. & 4.*
5 *Poſſeſſio vnde dicta, & quare a pedibus potius, quam ad alia parte corporis.*
6 *Quare poſſeſſio potius nominetur a corpore, quam ab animo.*
7 *Peritiſſimi neſciuerunt definire poſſeſſionem.*
8 *Poſſeſſionis definitio a Bart. tradita, eiuſque explicatio, & nu. 11. 12 & 13.*
9 *An poſſeſſio ſit iuris vel facti.*
10 *Priuatio præſupponit habitum.*
14 *Definitio ſemper intelligatur loqui de habilibus, ſicuti alias vniuerſalis, & generalis concluſio.*
15 *Duæ opiniones de diuiſione poſſeſſionis, & n. 19.*
17 *Rationes oſtendentes duplicem eſſe poſſeſſionem.*
18 *Diuiſio Bartoli.*
19 *Duplex poſſeſſionis ratio.*
20 *Naturalis poſſeſſio in genere quid.*
21 *Ciuilis poſſeſſio quid.*
22 *Poſſeſſio naturalis aliquando non ad doctrinam poſſeſſionis ciuilis, ſed ſimpliciter hoc nomine appellatur, aliquando vero ad doctrinam ciuilis poſſeſſionis.*
23 *Quare poſſeſſio dicatur aliquando naturalis ſimpliciter.*
24 *Quot modis naturalis poſſeſſio dicatur ad doctrinam ciuilis poſſeſſionis, & n. 25. 26. & 27.*
28 *Poſſeſſio naturalis in ſpecie ſeiuncta a ciuili quid.*
29 *An poſſeſſio naturalis tantum, ratione approbationis poſſit dici ciuilis.*
30 *Quare dicatur naturalis tantum in ſpecie.*
31 *Eadem poſſeſſio ſpecie, & numero, non poteſt eſſe apud plures in ſolidum.*
32 *Effectus naturalis poſſeſſionis.*
33 *An vſufructuarius, emphyteuta, & ſimiles perſonæ, quæ naturaliter tantum poſſident, habeant etiam aliquam ciuilem poſſeſſionem in animo, & quæ ſint circa hanc quæſtionem conſideranda, & n. 34. 35. & 36.*
37 *Patientia loco traditionis habetur.*
38 *Verba in definitione poſſeſſionis naturalis tantum (ciuilis effectus) quomodo intelligenda.*
39 *Præſcriptio eſt iniquum præſidiũ contra naturalẽ æquitatem.*
40 *Quid naturalis poſſeſſio operetur ſecundum Bart.*
41 *Refutatio opinionis Bart. præcedentis.*
42 *Occupans rem abſentis quamuis naturaliter poſſideat fructus tamen non facit ſuos.*
43 *Qui ſint effectus naturalis poſſeſſionis tantum.*
44 *Communis Doctorum concluſio quod naturaliter tantum poſſidens nihil præſcribat.*
45 *Negligens naturalem poſſeſſionem infra decennium præſumitur deſinere poſſidere.*
46 *Naturaliter poſſidens poteſt intentare interdictum Vti poſſidetis contra extraneum turbantem.*
47 *Ciuilis poſſeſſio quot modis accipiatur.*
48 *Poſſeſſio dupliciter conſiderari poteſt ſecundum Iaſ.*
49 *Naturalis, & ciuilis poſſeſſio in genere ſimul coniuncta eſſe poſſunt.*
50 *Vaſallus naturaliter, & ciuiliter poſſidere non poteſt cæteris paribus.*
51 *Quæ perſonæ habeant ciuilem poſſeſſionem in ſpecie ſeparatam a naturali in ſpecie, cum n. ſeq. 53. 54. 55. 56. & 57.*
58 *Quare in precario accipientem tranſeat poſſeſſio naturalis, & non in commodatarium.*
59 *Dubitat rem oppigneratam creditoris, naturaliter poſſidere dicitur quo ad duos effectus, & n. 60. & 61.*
62 *Definitio Bart. ciuilis poſſeſſionis in ſpecie ſumpta.*
63 *Oppoſitio Iaſ. contra Bart. definitionem.*
64 *Quomodo verba definitionis.* Aptum ciuile producere effectus. *ſint intelligenda.*
65 *Alius effectus ciuilis poſſeſſionis in ſpecie.*
66 *Quæ ad gl. in Aut. niſi tricẽnale, C. de bonis maternis notãda.*
57 *Qui ſunt effectus ciuilis poſſeſſionis.*
68 *Quamdiu abiens ad nundinas nemine domi relicto iſtius domus ciuilem poſſeſſionem retinere videatur.*
69 *Vſucapio etiã ex ſola ciuili poſſeſſione cauſatur, & inchoatur.*
70 *Quatenus poſſeſſio rerum a ſeruo fugiente in fuga apprehenſarum domino acquiratur.*
71 *An emphyteuta non ſoluens Canonem, cadat a ſuo iure.*
72 *Obiectio Iacobi Butri. contra hoc. Quod ſola ciuilis poſſeſſio ſufficiat non ſolum ad complendam, ſed etiam ad inchoandum præſcriptionem.*
73 *Reſponſio Bar. ad hanc obiectionem.*
74 *An ſi is, qui per vim a poſſeſſione fundi deijcitur, & interim ciuilem poſſeſſionem in animo retinuerit, & fundum illum in continenti recuperarit, præſcriptio interrumpatur.*
75 *Tres concluſiones de poſſeſſionibus præſcriptionem producentibus, & nu. 76. & 77.*
78 *Ciuilis, & naturalis poſſeſſio in genere ſumpta in vna perſona ſimul concurrere poſſunt.*
79 *Secundus effectus ciuilis poſſeſſionis.*
80 *Notabile in practica contra allegatã præſcriptionẽ completã.*
81 *Tempus ex quo obliuio poſſeſſionis præſumitur ad inchoandam præſcriptionem, oportet eſſe elapſum.*
82 *Ciuilis poſſeſſio tantum ſufficit ad acquiſitionem fructuum.*
83 *Fructus fundi oppignerati computantur in ſortem.*
84 *Quatenus hoc procedat, quod ciuiliter poſſidens faciat fructus ſuos.*
85 *Ciuiliter tantũ poſſidẽs propria authoritate naturalẽ poſſeſſionem occupantẽ impune repellere poteſt ſi id continenti fiat.*
86 *Pro ſola ciuili poſſeſſione amiſſa recuperanda interdictum, Vnde vi competit.*
87 *Pro turbata ciuili poſſeſſione etiam interdictum Vti poſſidetis datur.*
88 *Ciuiliter poſſidens etiam rei vendicationem intentare poteſt.*
89 *Alia ſpecies poſſeſſionis, quæ ciuiliſſima dicitur.*
90 *Statutum, vt hæreditas defuncti abſq; alia apprehenſione in heredem continuetur, valet.*
91 *Poſſeſſio ciuiliſſima nouam ſpeciem poſſeſſionis non cõſtituit.*
92 *An quaſi poſſeſſio iurium incorporalium quoque diuidatur in quaſi poſſeſſionem naturalem, & ciuilem.*
93 *In ſeruitutibus realibus hoc caſu quid iuris.*
94 *Qualiter poſſeſſio acquiratur.*
95 *Vtraque poſſeſſio corpore, & animo ſimul acquirenda.*
96 *An ſola ciuilis poſſeſſio ſine naturali poſſit acquiri.*
97 *Gloſſa contraria præcedenti quæſtioni.*
98 *De mutatione non præſumitur.*
99 *Modi quibus poſſeſſio rerum corporalium acquiratur.*
100 *An ſtatutum puniens gerentem arma, puniat quoque viſum a familia iudicis gerentem arma non tamen ab ipſa deprehenſum vel captum.*
101 *Actus quibus acquiritur poſſeſſio interdum ſunt iuris naturalis interdum mere ciuilis.*
102 *Primus, & magis vſitatus modus acquirẽdi poſſeſſionẽ quis.*
103 *Apprehendens poſſeſſionem domus intelligitur apprehendiſſe poſſeſſionem omnium rerum in ea exiſtentium.*
104 *Lex, quis vniuerſa ff. de acq. poſſ. quomodo intelligenda.*
105 *An exercens vnum actum iuriſdictionis, qui pertinet ad vnam ſpeciem iuriſdictionis, intelligatur acquiſiuiſſe poſſeſſionem alterius ſpeciei iuriſdictionis.*
106 *Licet præſcriptio de vna ſpecie iuriſdictionis ad aliam non extendatur, tamen de perſona in perſonam.*
107 *Apprehenſa parte caſtri, poſſeſſio omnium partium exiſtentium in caſtro apprehenſa cenſetur.*
108 *Poſſeſſio rei per apprehenſionem acquiritur, quando poſſeſſio eſt vacans.*
109 *Res ſacræ, ſanctæ religioſæ, per apprehenſionẽ non poſſidentur.*
110 *Primus modus iuris ciuilis acquirẽdi poſſeſſionẽ eſt cõſtitutũ.*
111 *Ad acquirendam ſeruitutem requiritur vſus ſeruitutis eius cui debetur, & patientia eius, qui eam debet.*
112 *An inſtrumentum, in quo continetur, venditorem conſtituiſſe ſe nomine emptoris poſſidere fundum venditum, probet venditorem tempore conſtituti poſſediſſe.*
113 *Per traditionem clauium acquiritur poſſeſſio nedum domus ſed etiam rerum in domo incluſarum.*
114 *Requiſita ad hoc, vt traditio clauium poſſeſſionem operetur.*
115 *Poſſeſſio etiã per ſolum viſum, & aſpectum rei acquiritur.*
116 *Requiſita ad hoc, vt poſſeſſio per ſolum viſum acquiratur.*
117 *Per traditionem inſtrumenti traditur poſſeſſio fundi, vel rei de cuius emptione in inſtrumento fit mentio.*
118 *Per retentionem vſusfructus formales rei in qua quis habet plenum dominium poſſeſſio ciuilis, & proprietas rei in alium transfertur.*
119 *Septimus modus, & reliqui, notati nu. ſeq. 120. 121. & 122.*

Ratio

Digitized by Google

123 *Ratio quare per traditionem bireti, enſis, anuli non transfertur poſſeſſio in vaſallum, cum traditione clauium acquiratur poſſeſſio rerum, quæ ſub clauibus cuſtodiuntur.*
124 *Effectus inueſtituræ abſuſiua.*
125 *Quæ requirantur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium.*
126 *Diſtinctio inter iura negatiua, & affirmatiua.*
127 *Quædam ſeruitutes de facili ratione amicitiæ concedi ſolent, quædam vero non.*
128 *An & quãdo poſſis me compellere, vt in tuo molẽdino molã.*
129 *Volens acquirere, quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium, intendere debet ſe vti ſuo iure, & non alieno, ſeu precario.*
130 *An in dubio præſumatur ius proprium, ſeu gratioſa conceſſio, & cui onus probandi incumbat.*
131 *An ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iniuriam bona fides acquiratur.*
132 *Requiritur quoque ſcientia, & patientia domini, cuius rei poſſeſſio vult acquiri.*
133 *Quomodo ſcientia, & patientia probetur.*
134 *Per quas perſonas, hæc poſſeſſio acquiri poſſit.*
135 *An, & quando impubes, ſeu pupillus poſſeſſionem acquirere poſſit.*
136 *In furioſo quid iuris.*
137 *An, & quomodo ſurgens in ſomnis, & aliquem occidens puniri debeat.*
138 *Poſſeſſio acquiſita ſana mente per ſuperuenientem furorem non ammittitur.*
139 *An, & quando patri, vel domino per filium, vel ſeruum poſſeſſio acquiratur.*
140 *Quo ad acquiſitionem monachus æquiparatur ſeruo, & æquiparari debet, vel filio, vel ſeruo, prout eſt vtilius monaſterio, & num. 141.*
142 *Quomodo procedat acquiſitio per ſeruum facta.*
143 *Seruus furioſus poſſeſſione nobis acquirere non poteſt, etiamſi adſit animus tradentis.*
144 *An equus currens ad metam ſine ſeſſore, qui cecidit acquirat præmium propoſitum.*
145 *An, & quomodo per procuratorem nobis acquiratur poſſeſſio.*
146 *Non ſolum ſpeciale, ſed etiam generalem mandatum ſufficit.*
147 *Mandatum cum libera æquiparatur ſpeciali.*
148 *Quatenus per liberas perſonas vniuerſitatis poſſeſſio acquiratur.*
149 *Quando tradens geſſit in animo, vt domino, acquireretur, procurator vero ſibi voluit acquirere, quid iuris.*
150 *Quomodo, & per quas perſonas Vniuerſitati poſſeſſio acquiretur.*
151 *Per mentem, vel remotionem adminiſtratorum, vel Syndici, præſcriptio Vniuerſitatis non interrumpitur.*
152 *Generalis limitatio circa perſonas, per quas poſſeſſionem acquirere volumus.*
153 *Qualiter poſſeſſio acquiſita retineatur.*
154 *Si quis per vim deiectus à poſſeſſione, præparata ſe ſtatim ad recuperandam illam, non deſinit ciuiliter poſſidere.*
155 *Dux vel Comes expulſus de ducata, quandocunque velit propria authoritate illum recuperare poteſt.*
156 *Vocabulum Statim, quomodo hic intelligatur.*
157 *An etiam naturalis poſſeſſio in animo retineatur.*
158 *Cui datur actio ad acquirendũ multo magis ad cõſeruandũ.*
159 *An, & quando per alios retineamus naturalem, vel etiam ciuilem poſſeſſionem.*
160 *Qualiter quaſi poſſeſſio iniuriam incorporalium retineatur.*
161 *An non vtens priuilegio ſibi conceſſo illud perdat.*
162 *Ius naturale ſemel acquiſitum, & habens cauſam cõtinuam retinetur ſine animo per ipſum fundum cui debetur.*
163 *Vſu partis retinetur poſſeſſio vbi ius totius.*
164 *Poſſeſſio acquiſita quomodo amittatur.*
165 *Sicut ad requirendam, ita & ad amittendam poſſeſſionem animus & corpus requiritur.*
166 *Circa naturalem poſſeſſionem amittendam diſtinguitur.*
167 *Vtraque poſſeſſio, an & quando inundatione amittatur.*
168 *Quando res efficitur ſacra, vel religioſa vtraque poſſeſſio amittitur.*
169 *Tranſiens in alterius poteſtatem amittit poſſeſſionem res antea poſſeſſa, cum num. ſeq. 170. 171. 172. 173. & 174.*
175 *Caſus in quibus abſens ciuilem quoque poſſeſſionem amittit.*
176 *An vadens ad iudicem, & intentans interdictum Vti poſſidetis quia non vult eſſe author rixarum, propter hoc amittat ciuilem poſſeſſionem.*
177 *Per negligentiam quis ciuilem poſſeſſionem amittat.*
178 *Qui non per negligẽtiam, ſed alijs occupationibus impeditus non recuperat naturalem poſſeſſionem, an tanto tempore, ex quo reſultat obliuio, elapſo, ciuilis poſſeſſio amittatur.*
179 *Longum tempus quod dicatur.*
180 *Negligens rem tanta negligentia, vt res quaſi pereat amittit ciuilem poſſeſſionem.*
181 *Speciale in agro tributario.*
182 *Vtraque poſſeſſio ab Imper. ex cauſa auferri poteſt.*
183 *Quomodo poſſeſſio rerum mobilium amittatur.*
184 *Differentia notanda inter res, mobiles & immobiles.*
185 *Qualiter amittamus poſſeſſionẽ quam per alios retinemus.*
186 *Aliquot caſus in hac materia diſtinguendi.*
187 *Qualiter quaſi poſſeſſio iniurium incorporalium amittatur, præſertim ad hunc finem, vt præſcriptio interrumpatur.*

1 Dictum eſt, in interdicto retinendę poſſeſſionis principaliter requiri à parte agentis puſſeſſionem de pręſenti, recte igitur nunc ſubijcit Imper. quãdo quis poſſideat, & poſſeſ-
2 ſione retineat, ita vt ex hoc, §. tres regulæ ſit notidæ. I. Regula, quod quis non tantũ per ſeipſum, ſed etiam per aliũ poſſidere poſſit, vt per colonum, inquilinum, depoſitarium, ſic vt dominus ciuiliter poſſideat per ſe & naturaliter mediãte corpore coloni. Is enim poſſidet cuius nomine poſſidetur, text. eſt hic, & in l. quod meo, 18. ff. de acq. poſſ. Ex quo infertur colonum, inquilinum, commodatarium, depoſitarium, nullam neque naturalem, neque ciuilem poſſeſſionem rei conductæ depoſitæ, vel commodatæ habere, ſed tantum tenutam, ſeu aſininam detentationem, ſec. Gl. & doct. in l. 1. §. 1. ſupr. verbo, colonum, ff. pro hærede. Vnde & cum miſterio in tex. dicitur, eos tantum eſſe in poſſeſſione, ideſt detentione. Aliud enim eſt poſſidere, & aliud in poſſeſſione eſſe, vt inquit tex. in leg. ſi
3 quis ante, 10. ff de acq. poſſ. II. Regula, quod ſolo etiam animo poſſeſſio retineatur, licet quis non ſit in poſſeſſione fundi, neque eius nomine alius. Si enim non relinquendæ poſſeſſionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde deceſſerit, retinet poſſeſſionem, tex. eſt hic, quæ non tantum de ciuili poſſeſſione intelligas, ſed etiam natural. ſecund Bart. in l. 1. in prin. nu. 18. ff. de acq. poſ. niſi in abſentia eius alter occupaſſet poſſeſſionem. Tunc enim ciuilis poſſeſſio tantum animo retinetur leg. clam
4 poſſidere, 6. § qui ad nundinas, ff. de acq. poſſ. III. Regula eſt, quod ſolo animo poſſeſſio non acquiritur, nec enim ſolus animus ad poſſeſſionis acquiſitionem ſufficit niſi interueniat actus corporalis apprehenſionis ſcilicet, ſed ad adipiſcendum poſſeſſionem vtrumque requiritur, animus, & actus corporalis, nec vnum ſine alio ad adipiſcendam poſſeſſionem ſufficit, tex. in leg. 3. in princip. ff. de acquir. poſſ. & l. licet, 4. Cod. de acquir. poſſeſs. Porro cum poſſeſſionis hic fiat mentio, paucis eius materiam per aliquot quæſtiones declarabimus 1. Vnde dicatur poſſeſſio. 2. Quid ſit poſſeſſio. 3. Quotuplex ſit. 4. Qualiter poſſeſſio acquiratur. 5. Qualiter retineatur, 6. Qualiter amittatur, ita vt vltimo loco de recuperanda poſſeſſione in §. ſeq. communius dicetur.

Vnde dicatur poſſeſſio.

5 De prima quæſt. eſt tex. in l. 1. in princ. ff. de acq. poſs. videlicet poſseſsionem dici à pedibus quaſi pedum poſitio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui re inſiſtit. Et l. Quærunt ibi Doctores, quare denominetur potius à pedibus, quam ab alia parte corporis? Iaſ. ex mente tex. ibi dicit, hoc factum propter originem rei, quod homines à principio cęperunt pedibus acquirere poſseſſionem, & dominium, vt quid calcauerit pes tuus, tuum erit. Aliam rationem aſſignat Paul. de Caſtr videlicet, duo eſſe inſtrumenta acquir. poſſeſs. pedes ſcilicet, & manus, at pedibus vtimur ad acquirendam poſseſsione rerũ immobilium, quæ pedibus calcantur, manibus vero ad acquirẽdam poſseſsionem rerum mobilium, quæ manibus apprehẽduntur. Sed quia poſseſſio immobilium eſt dignior, cũ mobilium vilis, & abiecta dicatur poſseſsio, l. ſi rem mobilem, 47. ff. de acq. poſſeſ. ideo à digniore fit denominatio, arg. l. cum in
6 diuerſis, 44. ff. de relig. & ſumpt. ſuper. II. Quærunt Doctores. Cũ in acquirenda poſseſſione requiratur animus, & corpus, quare poſſeſſio denominetur potius à corpore, quam ab animo præſertim cum animus ſit nobilior corpore? Vnde, & homo digniſſima creatura dicitur, per gloſ. in l. iuſtiſſime 44. ſuper verbo, dignitatem, ff. de ædil. edict. præterea à potentiori debet fieri denominatio, l. quęritur, 10. ff. de ſtatu homin. Animus autem eſt potentior circa poſſeſſionem, quam corpus, quia poſſeſſio ſolo, animo retineri, & amitti poteſt, ſed non ſolo corpore, vt hic, & d. l. 3. §. in amittendo. Et reſpondetur, licet in amiſſione, & retentione poſſeſſionis plus operetur animus quam corpus, tamen ex quo in acquiſitione poſſeſſioni principaliter corporalis apprehenſio requiritur, merito

rito

Digitized by Google

rito id attendi, quod principaliter agitur. Præterea acquiſitio
poſſeſſionis eſt, quid facti, & plurimum facti habet, vt inquit
Iuriſc. in l. denique, 18. ff. ex quibus cauſis maior. &c. At qui
facta non reſident in animo, ideo à corpore, potius, quam ab
animo denominata eum poſſeſſio.

Quod ſit poſſeſſio.

Quod ad ſecundam queſtionem attinet, videlicet, quid ſit
poſſeſſio? variæ definitiones à gl. & Doct. in d. l. 1. in princip.
traduntur, quæ omnes patiuntur difficultatem, & impugnari
poſſunt ita, vt verificetur illud, quod dicit glo. in l. ſi ſtipulatio
iſta, 38. §. hæc quoque, 7. ſup. verb. ſtipuletur ff. de verb. oblig.
etiam peritiſſimos neſciſſe definire poſſeſſionem, ſicut etiam
alias in iure omnis definitio eſt periculoſa, parum eſt enim
quin ſubuerti poſſit, vt inquit Iuriſc. in l. omnis definitio, 202.
7 ff. de reg. iuris. Et omiſſis alijs Bartoli definitio, quæ conuenit
cum Io. Gloſſatoris definitione, communiter recepta eſt, vide
licet: Poſſeſſio eſt ius inſiſtendi rei corporali non prohibitæ
8 poſſideri. Pro explicatione huius definitionis quæritur. An
poſſeſſio ſi iuris, vel facti? Et quod ſit facti, probatur per text.
in l. denique, 19. in fin. ff. ex quibus cauſis maior. &c. vbi dici-
tur, poſſeſſionem plurimum facti habere, & per text. in l. 1. §.
furioſus, 3. verſ. eam enim rem facti non iuris eſſe, ff. de acqu.
poſſeſ. & per l. poſſeſſionem pupillum, 29. ibi quia enim facti
eſt poſſeſſionem amittere poteſt, ff. eod. Item ſi eſſet ius tran-
ſiret ad hæredem, ſicut alia iura, quod tamen non ſit, leg. cum
hæredem, 23. ff. de acquir. poſs. Contrarium vero, quod poſ-
ſeſſio ſit iuris non facti probatur per text. in l. peregre, 44. ibi
poſſeſſionis ius, ff. eod. & per leg. non ideo minus, 4. ibi, *in con-
cuſſum ius poſſeſſionis obtinebis*. C. de liber. cauſ. & per l. poſ-
ſeſſio, 49. §. 1. verſ. quia non tantum corporis, ſed & iuris eſt,
ff. eod. & per l. ſi ea, 31. ff. de act. empt. ibi, *tuendus eſt, qui prior
apprehendit ius, id eſt, cui primum tradita eſt poſſeſſio*. Et hæc
communis concluſio Doct. qui tenendo hanc ſententiam re-
ſpondent ad iura quæ in contrarium allegari ſolent, illa loqui
de poſſeſſione acquirenda prout poſſeſſio eſt in fieri. Tunc
enim opus eſt facto hominis, id eſt, apprehenſione corpora-
li. Sed poſtquam in eſſe deducta, & acquiſita eſt, non facti,
ſed iuris eſt, ſicut in ſimili de obligatione dicitur. Contractus
enim, & delicta ex quibus oritur obligatio, ſunt facti, §. pen.
ſupr. de oblig. Sed illis contractibus nunc celebratis, vel deli-
ctis commiſſis oritur obligatio, quæ eſt iuris ſupr. de oblig. in
princip. Ita quoque ex ipſa apprehenſione corporali, quę eſt
facti, oritur illa poſſeſſio, quæ iam in eſſe deducta eſt, ius in-
ſiſtendi. Nec obſtat, ſi dicatur tex. in d. l. denique loqui de
poſſeſſione iam acquiſita, cum fuerit per captiuitatem amiſſa
vnde præſupponitur eam fuiſſe acquiſitam, cũ priuatio præ-
10 ſupponat habitum, l. decem, 116. ff. de verb. oblig. Sicut enim
poſſeſſio, in actu acquirendi eſt facti, ita quoque in actu re-
cuperandi facti dicitur, ſecundum Iaſon. in d. l. 1. num. 32. ante
fin. & tex. in d. l. cum hæredes, videtur potius confirmare cõ-
munem ſententiam dum dicit, licet omnia iura tranſeant ad
hæredes, poſſeſſio autem niſi naturaliter apprehenſa ſit, non
tranſit, quia illa dictio. *Autem*, ſtat ibi aduerſatiue, & præſup-
ponit quod ſit ius præſertim cum exceptio debeat eſſe de re-
gula. Præterea loquitur de acquiſitione poſſeſſionis, quæ ſa-
11 cti eſt, vt ſupra dictum eſt. Dicitur deinde in definitione. *Et
ius inſiſtendi*, ad differentiam dominij, quod eſt ius diſponen-
di de re corporali, pro libito, ſecund. Bart. in l. ſi quis vi, 17. §.
12 differentia, ff. de acqu poſs. Quod autem additur in definitio-
ne, *res corporalis*, ſeparatur poſſeſſio à ſeruitutibus obligatio-
nibus, & actionibus, quæ ſunt res incorporales, nec proprie
poſſidentur, ſed quaſi ſupra de rebus corporalib. & incorpo-
13 ralib. Sic clauſula illa. Non prohibitæ poſſideri, adiecta eſt ad
14 differentiam ſacrarum rerum, & ſanctarum, quæ tamẽ clau-
ſula de inhabilitate rerum eſt ſuperflua, cum ſemper definitio
intelligatur loqui de habilibus, ſicut Iuriſconſ. definiendo te-
ſtamentum, in l. 1. ff de teſtam. non addit, de quo ſit licitũ te-
ſtari, cum non minus planum ſit etiam res ſacras, & religio-
ſas legari non poſſe l. apud Iulianum, (al. eſt par. princ. l. cum
ſeruus, 39.) §. conſtat, ff. de leg. 1. Et in definitione ſtipulatio-
nis tradita in l. 5. §. ſtipulatio, ff. de verb. obligat. quoque omit-
tuntur huiuſmodi res quæ etiam in ſtipulationem deduci nõ
poſſunt, l. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram. ff. de verb. oblig. ſicut
alias vniuerſalis, & generalis locutio ſemper recipit reſtri-
ctionem, de habilitate l. vt gradatim, 11. in princ. ff. de muneri-
bus, & honoribus de quo latius videre Iaſ. in d. l. 1. nu. 35.

Quotuplex ſit poſſeſſio.

15 Tertio quæritur: Quotuplex ſit poſſeſſio? De hac quæſtio-
eſt gloſ. ordin. in d. l. 1. in princ. ſuper verb. ait ff. de acquirendo
poſſeſs. in leg. licet, 4. Cod. eodem, quæ refert duas opiniones,
vnam Placent. & Azo. qui tenẽt vnicam tantum eſſe poſſeſ-
ſionem, naturalem ſcilicet, quæ inducta eſt à iure naturali ſe-
cundario, ſeu iure gentium primæuo, quæ & ciuilis dici po-
teſt, approbatione videlicet, ſicut de obligatione naturali, &
ciuili ſimul dicitur l. leg. obuenire, 130. ff. de verborum ſigni-
ficat, ita vt hanc poſſeſſionem habeat quis dum in re natu-
raliter inſiſtit, & eam retineat, dum ſe abſentat à re myſte-
rio iuris ciuilis, ex qua etiam dominia rerum eſſe cæperunt.
Antequam etiam iura ciuilia, eſſent fuit inductum, vt quam-
cumque terram calcauerat pes tuus, tua eſſet, ſecundum glo.
poſt text. in d. leg. 1. in princip. ſuper verbo naturaliter. Pro
qua opinione inter cætera fundamenta principaliter adduci-
tur text. in l. 3. §. genera, 21. ff. de acquiren poſſeſs. vbi dicitur,
poſſeſſionis vnum eſſe genus, & ſic vnam ſpeciem, cum il-
lud, quod apud Dialecticos dicitur ſpecies, & prædicatur de
pluribus indiuiduis, apud Legiſtas dicatur genus, ſecundum
Bart. & Doctor. in l. 2. in § mutui datio, ff. ſi certum petatur.
16 Altera eſt opinio Ioannis Gloſſatoris, tenentis duplicem eſ-
ſe poſſeſſionem, naturalem ſcilicet quæ corpore retinetur, &
ciuilem, ſeu intellectualem quæ in animo conſiſtit. Quę ſen-
tentia de iure eſt verior, & communior, & probatio. I. Per
17 text. in leg. 2 §. 1 ff. pro hæred. vbi dicitur. Quod vulgo tradi-
tum eſt, neminem poſſe mutare cauſam poſſeſſionis, ſic ac-
cipiendum eſt, vt poſſeſſio non ciuilis ſolum, ſed etiam na-
turalis intelligatur, quæ nomina ſignificant ſubſtantiam:
apparet igitur duas eſſe ſpecies poſſeſſionis. Nec obſtat re-
ſponſio Bart. ad textum, illum ibi naturalis poſſeſſionis no-
minẽ detentionem ſignificari ponderando, illationem quam
facit Iuriſconſultus regula ibi tradita ad colonum, & depoſi-
tarium, qui non dicuntur, poſſidere, ſed detinere, text. eſt hic
in §. noſtro, & in l. licet, 17. §. rei depoſitæ, ff. depoſiti, iſte in-
tellectus Bart. non eſt verus, cum iſte vero ſecundum gloſ.
ibi veniat aditiue, ita vt Iuriſconſultus ibi à fortiori arguat, ſic
videlicet. Si is qui poſſidet naturaliter, & ciuiliter, non po-
teſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis certè multo minus is po
terit, qui habet detentione, vt colonus, & depoſitarius, ſe-
cund. Iaſ. & alios in d. l. 1. in princ. numer. 56. II. Probatur per
text. in l. 1. §. deijcitur, 9. ff. de vi, & vi armata, ibi *deijcitur is
qui poſſidet, ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter poſſideat. Nam
& naturalis poſſeſſio ad hoc interdictum pertinet*, quæ dictio.
Nam & implicat aliam eſſe ſpeciem poſſeſſionis, ciuilem, ſci-
licet. III. Per text. in l. 3. §. fin. ff. de exhibend. vbi ad exhiben-
dum tenetur non tantum is, qui ciuiliter, ſed & qui naturali-
ter poſſidere. IV. Per leg. quemadmodum, ff. de acquir. poſs.
vbi dicitur, nullam poſſeſſionem, neque acquiri, neque
amitti ſine corpore, & animo, quo loco ponderando dictio-
nem. *Nulla*, præſupponendum, plures eſſe ſpecies poſſeſſio-
nis. Et adducitur. V. Ratio ex text. d. §. qui ad nundinas dum
præſupponit duos poſſidere eundem fundum, ingreſſum ſci-
licet, qui acquirit poſſeſſionem naturalem, & abſentem qui
retinet poſſeſſionem. Sunt ergo plures poſſeſſiones, cum
eadem poſſeſſio numero, & ſpecie non poſſit apud duos eſſe
in ſolidum, l. 3. § ex contrario, 5. ff. de acquiren poſs. Per hæc
& alia iura adducta, per Doct. in leg. 1. in princ. & per Dyn. in
capit. ſine poſſeſſione, 3. de regulis iuris in ſexto, communi-
ter concluditur duas eſſe ſpecies poſſeſſionis. Nec obſtat tex.
dict. l. 3. §. genera, quia genus accipitur ibi pro genere prout
capitur apud Dialecticos, quod prædicatur de pluribus dif-
ferentibus ſpecie, ita vt ſit dari poſſeſſionem in genere, ſicut
actio in genere datur ſecundum Bar. & alios, in d. l. 1. in prin-
18 cip. Et quamuis Bart. ibi triplicem poſſeſſionem dicat ciuilẽ
quam habet dominus feudi, & proprietarius naturalem, quã
habet vſufructuarius, & vaſallus, & corporalem, quam ha-
bet is qui ingreſſus eſt fundum domino abſente, tamen vno
ore à Doctoribus reprobatur, quid diſcunt hanc doctrinam
procedere à capite Bart. ita vt locum habeat vulgo, quod dici-
tur: *Erubeſcimus abſque lege loqui*, cap. conſideremus, 5. in
Nouel. 18. de triente, & ſe & confunditur per tex. in l. nemo,
10. C. de acquir. poſſeſ. vbi dicitur poſſeſſionis duplicem, &
ſic non triplicem eſſe rationem, alteram, quæ in iure, & al-
19 teram, quæ in corpore conſiſtit. Poſſeſſio enim corporalis
eſt eadem, & vna cum naturali, ita vt poſſeſſio, corporalis
dicatur naturalis, & contra, ſecundum, glo. in d. l. 1. in princip.
ſuper verbo, naturaliter, & eſt textus iuncta glo. ſuper verbo,
corporalis in l. ſi id, quod, 25. §. fin. ff. de acquiren. poſſeſs. Nec
obſtat ratio motiua Bartol. quod ingreſſus, fundum abſentis,
non faciat fructus ſuos, ita vt ſic corporalis illa poſſeſſio non
habeat omnes iſtos effectus, quos alias naturales poſſeſſio
producit. Licet enim naturalis poſſeſſio, quam habet vſu-
fructua-

Digitized by Google

fructuarius, vaſallus, ſit iuſta, & plus operetur, quam poſſeſ-
ſio naturalis eius, qui fundum abſentis ingreſſus eſt, & ſic ha-
bet poſſeſſionem iniuſtam, quia clandeſtinam, vel violẽtam:
non tamen ſequitur, propterea eſſe diuerſas ſpecies. Huiuſ-
modi enim qualitates, quod vna poſſeſſio eſt iuſta, altera in-
iuſta, diuerſas ſpecies non conſtituunt, vt notatur in l. ſi duo,
3. ff. vti poſſidetis, de quo poſt Doct. in l. 1. vide Salic. in d. l. li-
cet, nu. 9. poſt medium, C. eod. ſubijcit, tenendam eſſe opinio-
nem Io. Gloſſatoris, tanquam communem, & conſuetudine
approbatam, iuxta l. minime, 23. ff. de legi. Porro pro declara-
tione iſtarum duarum ſpecierum poſſeſſionis, præmittẽdum,
quod naturalis poſſeſſio io genere eſt quędam corporalis in-
ſiſtentia rei, quando quis per ſe, vel per alium corporaliter in-
ſiſtit rei, & quam corpore quis retinet. Ciuilis vero, quæ & in-
20 tellectualis dicitur, eſt quæ in animo conſiſtit, & quã abſens,
& exiens de fundo in animo retinet. Hinc Bald. in c. ceterum
21 quinto, de iud. inquit, poſſeſſionem dupliciter cõſiderari poſ-
ſe, vno modo prout homo corporaliter eſt in poſſeſſione, &
iſtam eſſe poſſeſſionem naturalem, qua naturaliter quis inſi-
ſtit rei: alio modo, prout poſſeſſio eſt in homine, & iſtam eſſe
poſſeſſionem ciuilem, quæ in animo conſiſtit. Vnde dum ſe-
deo ſuper equo, naturaliter poſſideo equum, ſed quando poſ-
ſeſſio non eſt in conſpectu, ſed in mente, & voluntate abſen-
tis, illa dicitur ciuilis poſſeſſio, vt refert, & ſequitur poſt alios
D. Iaſ. in d. l. 1. in princ. num. 96. & in d. l. clam poſſidere, § qui
ad nundinas, nu. 21.

DE NATVRALI POSSESSIONE.

22 Ad intellectum igitur poſſeſſionis naturalis præmittendũ
eſt, quod poſſeſſio naturalis aliquando non ad differentiam
poſſeſſionis ciuilis, ſed ſimpliciter hoc nomine appellatur, ali-
23 quando vero ad differentiam ciuilis poſſeſſionis. Primo ca-
ſu poſſeſſio aliquando naturalis dicitur, quia fuit inuenta à
iure naturali, ſecundario ſcilicet, vel iure gentium primæuo,
ſecundum gloſ. poſt text. in d. leg. 1. in princip. cum ibi not. &
iſto modo poſſeſſio ciuilis, quæ animo retinetur, etiam natu-
ralis dici poteſt, tamquam inuenta de iure gentium, ſicut &
illa, cui corpore quis inſiſtit. Aliquando vero appellatur na-
turalis, & quę corporeo inſtrumento acquiritur, & retinetur.
l. 3. §. Neratius, 3. ff. eodem, vbi ſolo animo nõ acquiritur poſ-
ſeſſio, niſi accedat naturalis apprehenſio, & hoc modo etiam
illa poſſeſſio corporis quæ animo retinetur, dici poteſt natu-
ralis, quia inſtrumento corporis retinetur, animo ſcilicet. Et
è contrario vtroque caſu iſta poſſeſſio naturalis, etiam ciui-
lis dici poteſt, approbatione, ſcilicet quia ius ciuile approbat
huiuſmodi poſſeſſionem, d. leg. obuenire, ff. de verbor. ſignif.
Secundo caſu, quando naturalis poſſeſſio dicitur ad differen-
tiam ciuilis poſſeſſionis, hoc quatuor modis contingere po-
24 teſt. I. Quando iſta naturalis poſſeſſio à iure eſt reprobata, &
quis naturaliter poſſidet res, quæ de iure ciuili poſſideri pro-
hibentur, vt ſunt res ſacræ, religioſæ, leg. qui vniuerſas, 30. §.
1. ff. eod. Idem, quando res de iure ciuili poſſideri poteſt, ſed
perſona non eſt habilis, neque de iure ciuili capax poſſeſſio-
nis, vt quia ſeruus, l. quod ſeruus, 24. circa medium, & l. poſ-
ſeſſio, 49. §. qui in aliena. ff. eod. Item quando res poſſideri po-
teſt, & perſona quoque habilis eſt ad poſſidendum, cauſa ta-
men acquiſitionis eſt prohibita, vt quia maritus donat vxor.
Vxor enim dicitur poſſidere naturaliter, l. 1. ff. denique, 10. ff.
de vi, & vi arm. ſed non ciuiliter, l. ſi eum, 26 in prin. ff. de do-
nat. inter vir. & vxor. quia donatio inter coniuges conſtante
matrimonio regulariter eſt prohibita, vt eſt ff. Cod. & decret.
25 de do. inter vir. & vxo. II. Dicitur poſſeſſio naturalis eſt dif-
ferentiã ciuilis, quando poſſeſſio à iure ciuili non eſt repro-
bata, neq; etiam expreſſe approbata, vt quando perſona eſt ca
pax poſſeſſionis, & res non eſt prohibita poſſideri, & cauſa
acquiſitionis eſt valida, ſeu cauſa poſſeſſionis eſt iniuſta, vt
quia mala fide quis poſſidet, vt in caſu l. quod ſeruus, 24. ff. eo.
Et ſic iſtis duobus caſibus poſſeſſio naturalis tantum dicitur,
ita vt nec approbatione ciuilis dici poſſit: quia à iure ciuili eſt
reprobata, vel expreſſe non approbata, ſec. Crot. in repetit. d.
l. 1. ſicut in ſimili de obligatione naturali dicitur. Sed quando
poſſeſſio à iure ciuili approbata eſt, tunc origine poteſt dici
naturalis, approbatione vero ciuilis, arg d. leg. obuenire, ff. de
26 verb. ſignif. III. Dicitur poſſeſſio naturalis ad differentiam ci
uilis in genere, ratione corporalis apprehenſionis, & inſiſtẽ-
tiæ ipſius rei poſſeſſæ, quando ſcilicet corpore quis inſiſtit in
re, & ita exterius aliquis actus corporalis interuenit, vbi ciui-
lis io ſolo animo, & intellectu conſiſtit, ac retinetur, naturali
27 etiam poſſeſſione amiſſa, vt ſupra dictum eſt. IV. Dicitur
poſſeſſio naturalis ad differentiam ciuilis in ſpecie, quando
ſcilicet eſt ſola, & ſeparata à ciuili, ita vt apud vnum, velnti
vaſallum, ſit poſſeſſio naturalis tantum: apud alterum vero,
dominum feudi ciuilis tantum: quæ duæ poſſeſſiones ſic in
ſpecie ſumptæ, nunquam coniunctæ, & ſimul apud eundem
eſſe poſſunt, vt infra dicetur. Et iſto ſic reſpectu accipiuntur,
& definiuntur iſtæ duæ ſpecies poſſeſſionis à Bart. & Doct.
in d. l. 1.

28 Eſt igitur poſſeſſio naturalis in ſpecie, ſeiuncta ſcilicet à ci
uili, ſecund. Bart. in d. l. 1. ius inſiſtendi rei corporali, non pro-
hibitæ poſſideri, aptum producere ciuiles effectus, reſpectu
alicuius iuris à domino ſeparati, & reſpectu naturalium ac-
ceſſionum. Huiuſmodi poſſeſſionem naturalem tãtum ſepa-
ratam à ciuili habent vſufructuarius, vaſallus, emphyteuta,
precario poſſidens, & occupans bona abſentis. Nam tales om
nes dicuntur oaturaliter, ſiue corporaliter tantum poſſidere,
non ciuiliter, ſecundum gl. & ibi notata in d. l. oaturaliter, ſu-
per verbo, videtur, in fine, dum dicit, quod nec quandam ci-
uilem poſſeſſionem huiuſmodi perſonæ habere dicantur. Sed
proprietarius, dominus, feudi, & emphyteuſis, precario con-
cedens, & abſens, ciuilem poſſeſſionem in animo retinet, d. l.
naturaliter, cum ibi notatis, & in l. 3. §. ex contrario, & in d. l.
29 clam poſſidere, §. qui ad nuodinas, ff. eod. Pro declaratione
autem huius definitionis primo ſciẽdum, quod hæc poſſeſſio
naturalis tantum ratione approbationis poteſt etiam dici ci-
uilis, ſecundum gl. in l. ſi vt certo, 5. §. ſi duobus, ſuper verbo,
dominium, ibi, *niſi naturalem appelles; approbat tamen ciuilem*.
ff. commod. & d. l. lege obuenire, ff. de verb. ſignif. Nam à lege
ciuili huiuſmodi poſſeſſionem quam habet vſufructuarius,
vaſallus, emphyteuta, approbatam eſſe conſtat ex tit. de vſu-
fruct. item ſi ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur,
& ex vſibus feudorum. Sed ea ratione dicitur naturalis tantũ
30 in ſpecie, quod prorſus ſeiuncta, & ſeparata eſt à ciuili poſſeſ-
ſione in ſpecie, non tantum ratione corporalis inſiſtentiæ, ſed
enim ratione diuerſarum perſonarum, & diuerſorum effe-
ctuum, quos hæ duæ ſpecies poſſeſſionis producunt, ita vt
apud vnum ſit naturalis poſſeſſio fundi tantum, apud alterũ
tantum ciuilis poſſeſſio eiuſdem fundi, & quælibet poſſeſſio
ſuos ſeparatos effectus habet. Exempli gratia, Emphyteuta
naturaliter poſſidet fundum, qui ei à domino pro annua pẽ-
ſione in perpetuum id eſt, quamdiu canonem ſoluit, locatus
eſt, l. ſciendum, 15. §. 1. verſic. ſed & qui vectigalem, ff. qui ſa-
tiſd. cog. Naturaliter enim inſiſtit fundo arando, & colendo
fundum, & colligendo fructus, iuxta gl. in l. 3. C. finium regũ-
dorum. Idem dicẽdum eſt de vſufructuario, & ſimilibus per-
ſonis, d. l. naturaliter, in princip. cum ibi not. Dominus vero,
& proprietarius eundem fundum poſſidet, non quidem na-
turaliter obſtante ſcilicet regula, d. l. 3. §. ex contrario, ſed ciui
liter tantum animo, d. l. ſciendum, §. 1. verſic. item qui ſolam.
Retinet enim directum dominium, & habet iſtum conatum
animi, vt finito vſufructu, & non ſoluto canone, infra trien-
nium velit auferre, & recuperare oaturalem poſſeſſionẽ ab
emphyteuta, l. 2. C. de iure emphyt. & not. in § adeo, 3. ſupr. de
locat. Hoc caſu emphyt. non poteſt habere ciuilem poſſeſſio-
nem eius fundi, quia eam habet dominus, neque contra do-
minus poteſt habere naturalem poſſeſſionem iſtius fundi,
cum eam habet emphyteuta, propter regulam d. §. ex con-
31 trario, quod eadem poſſeſſio ſpecie, & numero, non poteſt
penes plures eſſe in ſolidum: quæ regula tam in naturali,
quam ciuili poſſeſſione in ſpecie locum habet, vt notatur &
declaratur per Doctores ibi. Et operatur hoc caſu quælibet
ſpecies poſſeſſionis ſuos effectus. Naturalis enim poſſeſſio
inter ceteros etiam hunc effectum operatur, vt emphyteuta
faciat fructus ſuos, non autem præſcribat dominium fundi
emphyteutici, quia ille eſt effectus ciuilis poſſeſſionis, quam
32 emphyteuta non habet. Et hoc caſu ciuilis poſſeſſio, quan-
do minus retinet in animo, hoc operatur, vt interim natura-
liter poſſidens contra dominum non præſcribat dominiũ, &
33 ſic impedit hoc caſu præſcriptionem, ſicut infra latius dice-
tur. Et pro pleniori intellectu quęritur. Numquid vſufructua
rius, emphyteuta, & ſimiles perſonæ, quæ ſic naturaliter tan-
tum poſſident, habeant etiam aliquam ciuilem poſſeſſionem
iſtius fundi in animo? Et quamuis gl. 1. in d. l. naturaliter, in fi
referat quoſdam tenuiſſe, quod ſic, ita vt naturalis poſſeſſio,
quam habet vſufructuarius, & ſimiles perſonę, contineat etiã
quid ciuilitatis, tamen iſta opinio a gl. & DD. ibi vno ore re-
probatur, quia ſi vſufructuarius haberet aliquem ciuilem poſ
ſeſſionem, cũ proprietarius etiã habeat ciuilem, d. l. ſciendum,
verſic. item qui ſolam, ſequeretur, eandem rem ſimul poſſi-
deri ciuiliter in ſolidum, quod eſt impoſſibile, & contra reg.
d. l. 3. §. ex contrario. Item ſequeretur & illud inconueniens, ſi
vſufructuarius poſſideret fundum ciuiliter, quod etiã poſſet

præſcribere dominium iſtius fundi, cum effectus ciuilis poſ-
ſeſſionis ſit præſcriptio, vt infra dicetur. Quod autem vſu-
fructuarius rem, in qua ei vſusfructus conſtitutus eſt, præ-
ſcribere non poſſit, eſt text. expreſſus in leg. acquiritur, 10. ff.
de acquir. rer. dom. Item ſi quis emiſſet fundum a non domi-
no bona fide, & dediſſet eum ruſtico in emphyteuſim, pro-
pter ciuilem poſſeſſioné, quam emptor retinet præſcriberet
fundum. Si nunc emphyteuta haberet ciuilem poſſeſſionem
eiuſdem fundi, quoque præſcriberet dominium fundi, & ita
duo præſcriberent, & eiuſdem rei dominium in ſolidum ac-
quirerent & haberent, quod fieri regulæ iuris noſtri prohi-
34 bent, l. ſi vt certo, 5. § ſi duobus, ff. commodati. Eſt igitur cõ-
munis, & vera concluſio, ab vſufructuario, emphyteuta, & ſi-
milibus fundum tãtum naturaliter poſſideri, ita vt reſpectu
fundi, & ipſius rei, in qua vſusfructus, vel eius emphyteuti-
cum cõſtitutum eſt, dicantur habere tantum naturalem poſ-
ſeſſionem, non ciuilem, quia illa eſt penes dominum, adeo,
vt vſufructuarius, & ſimiles perſonæ, ſi proficiſcantur ad nũ-
dinas, & exeant de fundo, in animo non poſſint retinere ci-
uilem poſſeſſionem iſtius fundi, præſertim, quo ad effectus,
quos producit ciuilis poſſeſſio, ſed dicantur naturalem poſſeſ
ſionem retinere, etiam quando ſunt extra fundum, vt decla-
rat Alex. de Imo. in d. §. ex contrario, n. 14. & Salic. in d. leg. li-
cet, num. 9. poſt princ. C. de acq. poſſ. & in l. vnica, num. 25. C.
35 vti poſſidetis. Et hæc concluſio procedit reſpectu ipſius fun-
di feudalis, & emphyteutici, vt emphyteuta, vaſallus, & vſu-
fructuarius, &c. iſtum fundum naturaliter tãtum poſſideãt,
& dominus ciuiliter, non autem reſpectu iuris, quod habeat
in huiuſmodi fundo. Nam illud ipſum ius incorporale, vſuſ-
fructus, iuris feudalis, vel emphyteutici, per vſufructuarium,
vel vaſallum quaſi poſſidetur naturaliter, & ciuiliter: natura-
liter, per actus naturales, quos exercet colendo fundum, &
recolligẽdo fructus, & ciuiliter animo quia ſi recedat vſufru-
ctuarius de fundo, retinet ciuilé poſſeſſionem iſtius iuris in
animo, quæ hoc operatur, vt ſi interim occupetur vſusfru-
ctus ab alio; talis non poſſit præſcribere vſũfructũ cõtra re-
cedentem, & ſi ille recedens habuit vſumfructum conſtitu-
tum a non domino, nihilominus propter ciuilem poſſeſſio-
nem, quam habet in animo, poteſt complere præſcriptionem
iſtius iuris vſusfructus, De hoc eſt gl. in l. ait prætor 23. §. item
ei, ſuper verbo, quaſi, ff. ex quib. cauſis maior. &c. quam gloſ.
Cyn. in l. vnica, C. vti poſſidetis, exclamat ſingularem, & non
eſſe aliam in mundo, ad hoc. ſ. quod vſufructuarius, & ſimiles
perſonæ, illud ius incorporale naturaliter, & ciuiliter dican-
tur poſſidere, nec propterea dici poſſit duos poſſidere eandé
rem ciuiliter ſimul & in ſolidum. Etenim dominus habet ci-
uilem poſſeſſionem iſtius fundi, quem fundum vſusfructua-
rius naturaliter tantum poſſidet, ſed vſufructuarius hoc caſu
non habet ciuilem poſſeſſionem ipſius fundi, ſed ciuilé quaſi
poſſeſſionem ipſius iuris vſusfructus, & ſic in diuerſis rebus,
& ſpeciebus ciuilis poſſeſſionis cadit, vt declarat Iaſ. in d. §. ex
contrario, nu. 45. & in d. l. naturaliter, nu. 17. Et hoc eſt quod
dicit Bart. in d. l. naturaliter, in princ. circa hanc quæſtionem,
an vſufructuarius habeat aliquam ciuilem poſſeſſionem, in-
36 quit, conſideranda eſſe duo, rem ipſam, & ius vſusfructus.
Rem ipſam non poſſidet ciuiliter, ſed tantum naturaliter: ip-
ſum autem ius vſusfructus naturaliter, & ciuiliter quaſi poſ-
ſidet, & iſta quaſi poſſeſſione ciuilis, & naturalis iuris incor-
poralis acquiritur per præſtationem patientiæ ipſius domini,
quæ ab initio interuenit, & loco traditionis habetur, iuxta l.
quoties, 20. ff. de ſeruitut. & l. 3. in princ. verſic. dare. ff. de vſu-
fruct. Et licet Bartol. hanc concluſionem in dict. l. naturaliter,
limitet procedere reſpectu ſolius domini, quę pręſtat patien-
tiam, a quo cauſatur quaſi poſſeſſio; non autem tertij, a quo
iſta patientia non eſt præſtanda, ita vt ratione huiuſmodi
quaſi poſſeſſionis, non poſſit agere interdicto. Vti poſſidetis,
contra alium, quam contra dominum: tamen communiter
37 reprobatur hæc limitatio. Sicut enim videmus per traditio-
nem rei corporalis factam, a domino aliquem effici poſſeſſo-
rem, non ſolum quo ad dominum, ſed etiam quo ad alios: ita
etiam patientia iſta ab initio præſtita a domino, quæ loco
traditionis habetur, dict. l. quoties, debet me conſtituere in
quaſi poſſeſſione iſtius iuris, non ſolum quo ad dominum,
ſed etiam quo ad alios, ita vt ſic quaſi poſſidens, interdicto.
Vti poſſidetis, non tantum contra dominum, ſed etiam alios
experiri queam, de quo latius vide Alexand. in d. l. naturali-
ter, n. 7. & Iaſ. n. 20.

Redeo nunc ad definitionem naturalis poſſeſſionis, cuius
priora verba ſupra circa definitionem poſſeſſionis in genere
38 declarata ſunt. Et dum dicit Bart. quod ſit ius aptum pro-
ducere ciuiles effectus, ſciendum eſt, ciuiles effectus hoc lo-
co accipi pro vſucapione, & præſcriptione, quibus de iure ci-
uili dominia rerum, & iura incorporalia acquiruntur. Pręſcri-
ptio enim eſt modus acquirendi rerum dominium, non a iu-
re naturali, ſed ciuili introductus, textus eſt in princ. ſupra de
vſucapionibus, & eſt gloſ. in l. 1. poſt text. ibi, ſuper verbo, ci-
uitatis, ff. de acquir. rer. dom. Hinc & Bald. in l. 1. C. de præſc.
30. ann. dicit, præſcriptionem eſſe iniquum præſidium con-
39 tra naturalem æquitatem, per text. in verſ. habeat, Nouell. 9.
vt etiam Eccleſ. Rom. gaudeat 100. ann. præſcript. Item dum
dicitur. Reſpectu alicuius iuris a domino ſeparati, vult Bart.
per exempla ibi poſita ita intelligi, vt licet poſſeſſio natura-
lis non operetur pręſcriptionem dominij fundi illius natura-
liter tantum poſſeſſi, tamen operetur præſcriptionem alicu-
ius iuris in iſto fundo, quod ius eſt intra dominium, & ſepa-
ratum a directo, vel etiam vtili dominio, quod directo con-
40 trariatur, & illud occidit. Et ſic ſecundum Bar. naturalis poſ-
ſeſſio hunc effectum operatur, quod licet ille, qui naturaliter
tãtum poſſidet fundum, vt vſufructuarius, vaſallus, non pręſ-
ſcribat dominium ipſius fundi, qué naturaliter poſſidet, pro-
pter text. in d. l. acquiritur, in fin. ff. de acquir. rerum domin.
tamen ſi vere non eſt vſufructuarius, vel vaſallus, quia non
habet fundum a vero domino, nihil obſtat, quo minus ratio-
ne illius naturalis poſſeſſionis præſcribat illud ius vſusfru-
ctus, vel ius feudale in fundo, per quod transfertur vtile do-
minium, quod directo dominio ſubalternatur, & illud reco-
gnoſcit, ita vt naturaliter ſic poſſidens, deinde a vero domi-
no non impediatur vti re, ac iure ſuo, ſic acquiſito, per l. fin.
in fin. C de præſcrip. long. temp. & per gloſ. ſuper verbo, ca-
nonem, in fine, cum ibi notatis in leg. competit, 6. C. de præ-
ſcr. 30. annor. & per §. ſi quis per triginta, ſi de feud. defuncti
fuerit controuerſia. Hæc doctrina Bart. tenentis, licet natu-
ralis poſſeſſio non ſit ſufficiens ad præſcriptionem dominij
ipſius fundi, per text. in d. leg. acquiritur, in fin. ff. de acquir.
rer. domin. tamen eam eſſe potentem ad vſucapionem iuris,
quod eſt inf. dominium, ita vt naturaliter ſic poſſident præ-
ſcribat ius vſusfructus ratione naturalis poſſeſſionis tantum,
41 communiter a Doctoribus reprobatur, vſque adeo, vt Iaſ. in
d. l. 1. numer. 62. dicat, Bart. hoc peſſime, & contra terminos
iuris loqui, & cum euidenti ratione conuinci ait Paul. de
Caſtr. ibi. Illud enim quis præſcribere debet, quod poſſidet,
cap. ſine poſſeſſione, 3. de regul. iur. in 6. Sed vſufructuarius
poſſidet fundum naturaliter tantum d. l. naturaliter, in princ.
At vero ſi naturalis poſſeſſio cauſaret præſcriptionem, iam
deberet præſcribere fundum ipſum, quem vſufructuarius ſic
naturaliter tantum poſſidet, quod tamen non eſt verum, per
text. in d. l. acquiritur, in fi. Vnde concludunt moderni huiuſ-
modi iura incorporalia nõ præſcribi ratione naturalis poſſeſ
ſionis ipſius fundi, ſed ratione naturalis, & ciuilis quaſi poſſeſ
ſionis iurium ipſorum, quam tales dicuntur habere cõtra na-
turalem poſſeſſionem rei, vt ſupra dictum eſt, per gl. in d. l. ait
prætor. §. ité ei, ff. ex quibus cauſ. maior. &c. de quo latius vi-
dere Paul. de Caſt. in d. §. ex contrario, nu. 2. verſ. ſed ego. Iaſ.
nu. 30. & Alex. in d. l. 1. nu. 54. & Iaſ ibi, nu. 62. Item dicitur in
definitione, reſpectu naturalium acceſſionum, vt naturaliter
poſſidens habeat hunc effectum ciuilem, quod faciat fructus
rei ſic poſſeſſæ ſuos, vt conſtat de vſufructuario, l. g. ſi vſufru-
ctuarius, 13. ff. quibus mod. vſusfr. amit. & l. vſufructu legato,
7. & per tot. tit. ff. de vſuſ inct. & de vaſallo per tex. in c. 1. an-
te fin. in quib. cau. feu. amit. ca. his conſequenter, cum ibi not.
Hic finitur lex, & incip. &c. & probatur per text. in l. Iul. 13 §.
poſſeſſionem, 21. ff. de actio empt. dum dicitur ibi, quod ſatis
ſit poſſeſſionem traditam fuiſſe precario, vt accipiens poſ-
ſit fructus conſequi. Sed quid precario ré recipit, naturaliter
tantum poſſidet, text. eſt expreſſus in l. & habetur, 15. §. cum
qui, ff. de precar. & in d. §. ex contrario. Ergo, &c. Fallit in eo,
42 qui bona abſentis occupauit, is enim licet naturaliter poſſi-
deat, fructus tamen ſuos non facit, quia eius poſſeſſio facti
potius eſt, quam iuris. Vnde ſi me abſente ingreſſus es poſſeſ-
ſioné mei fundi, ergo retineo ciuilem poſſeſſioné, tu vero ha-
bes naturalem, & fructus perceptos nõ facis tuos, ſed illi ſũt
mei, & a te, & a quolibet poſſeſſore vendicari poſſunt, vt not.
in d. l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, & per Doct. ac Pau.
de Caſtr. in d. §. ex contrario, num. 2. circa medium. Hinc &
Bart. ibi num. 3. in hoc ſibi contrarius, præſertim in his, quæ
dixit in d. l. 1. numer. 8. inquit, naturaliter, ſic poſſidentes fa-
cere fructus ſuos, non ratione ſolius naturalis poſſeſſionis,
ſed quia voluntate domini poſſident, vt precario poſſidens,
ſicut & de colono dicimus. Licet enim is non dicatur poſ-
ſidere, vt hic §. noſtro, tamen quia voluntate domini per-
cipit fructus, ſuos facit, l. ſi ſeruus, 61. §. locaui, ff. de furt.
& ita reſpondet Bartol. ad text. in dicta leg. Iulianus, ſ. poſ-
ſeſ-

Digitized by Google

ſeſſionem,ff.de act.empt. Idem dicit Bart. de vſufructuario,
vaſallo,& ſimilibus, quod non tantum propter naturalẽ poſ-
ſeſſionem fructus ſuos faciant , ſed propter ius vſusfructus,
& ſeudale,quod habent in re. Ex quibus poteſt inferri poſſeſ-
ſionem naturalem in ſpecie à Bart. male eſſe definitam , ſec.
Alex.in d.l.1. nu.55.in fi quia non operatur iſtos effectus qui
ei in definitione tribuuntur,quo ad fructus, & quo ad pręſcri
ptionem. Quod tamen naturalis poſſeſſio ſola,etiam ſine vo-
luntate dominij producat hunc effectum, probat Ang. in d.l.
1.& d.§.ex contratio,vt eum refert,& ſequitur Alex.de Imo.
in d §.ex contrario,n.24 citea medium,hoc fundamẽto,quia
emens vſumfructum à non domino bona fide poſſidet fun-
dum naturaliter,vt vſufructuarius putatiuus,& licet non ha-
beat voluntatem domini,neque ei ſit ante pręſcriptionem il-
lud ius vſusfructus acquiſitum cum habeat à nõ domino,qui
in eum non potuit transferre plus iutis,quam ipſe habuit,per
l.nemo,54.ff.de reg.iur.tamẽ lucratur fructus.Quia enim ha
bet Publicianam actionem pro vſufructu.Ergo,& fructus lu
crari debet,cum habens Publicanam,faciat fructus ſuos, per
l.ſi ego,11.§.ſi de vſufructu juncto §.partus,& §.fin.ff.de Pu-
blic.in rem actio. Ex prædictis reſponderi poteſt ad quæſtio-
nem,quinam ſint effectus poſſeſſionis naturalis tantum? Nã
43 I.Effectus ſecundum definitionem Bartol.eſt quod producit
præſcriptionem iuris à dominio ſeparati,ita vt licet naturali-
ter tantum poſſidens non pręſcribat dominium fundi tamen
ius incotporale in re ſic poſſeſſa,vt ius vſusfructus,aut ius feu
44 dale,præſcribat.Quę tamen opinio Bar.ſup. ex cõmuni Mo-
der. teprobata eſt adeoque communis eſt cõcluſio DD. in d.
§.ex contrario,poſt Dyn.in c.ſine poſſeſſione,3. de reg.iur.in
6. naturalem poſſeſſionem tantum , non ſufficere ad produ-
cendam præſcriptionem,neque dominij directi, neque vtilis
quod vel directo contrariatur,vel ei ſubalternatur, neque al-
terius iuris,per text.d.l.acquiritur, §.fin. Et facit etiam tatio,
quia ciuiliter poſſidens præſcribit,vt infr.dicetur.Sed ſi natu-
raliter poſſidens tantũ quoque præſcriberet,ſequeretur duos
in ſolidum, & ſimul pręſcribere,& acquirere dominium eiuſ
dem rei contra reg. iur. quæ habet, duos in ſolidum eiuſdem
rei dominos eſſe non poſſe,d.l.ſi vt certo,§. ſi duob. ff. cõmo-
dat,& l. de hæreditate,19.§.pater,ff.de caſtr.pec. & d.§. ex cõ-
trario,cum ibi not. Et iura illa incorporalia præſcribi tatione
quaſi poſſeſſionis ciuilis, & naturalis ſimul ſupra dictum eſt
poſt gl.in l.ait prætor,23.§ itẽ vi,ff.quib.ex cauſa maiore,&c.
Et quamuis Angel.in dict.leg.prima, & in dict.l.3. §. ex con-
trario hanc concluſionem , quod ſola naturalis non ſufficiat
ad præſcribẽdum dominium,limitet procedere, quando poſ-
ſeſſio ciuilis non eſt vacans. Secus autem ſi vacaret, nam tũc
inquit naturaliter poſſidentem præſcribere tatione naturalis
poſſeſſionis etiam dominium vtile,quod directum occidit ta
men hæc limitatio cõmuniter à Doctoribus teprobatur , qui
dicunt,hoc caſu fundum non præſcribi tatione naturalis poſ-
ſeſſionis tantum,ſed quia poſſeſſi ciuilis vacans accreſcit na-
turali,& vnitur cum poſſeſſione naturali iuxta gl.in l.& ſi no
lit,7.ff.eo.exempli gratia,pone, me abſente ingreſſus ex fun-
dum meum,& quia ego poſſideo fundum ciuiliter animo,tu
qui habes corporalem,ſeu naturalem poſſeſſionem,nõ potes
præſcribere interim fundum,l.male agitur,2.iun.gl. mag. ibi.
C.de pręſcr.30 ann.& gl.mag.in l.1.ſup.verbo pręſcriptionẽ,
in fi.C.de ſer. fug. Sed ſi ego deſinam ciuiliter poſſidere ani-
mo,vt quia reuerſus nolo in fundum reuerti, quoniã metuo
ne per vim deinde expellat,iuxta d.l.ſi nolit,ac intra decennij
ſpatium(lapſu,enim tanti temporis colligitur dimiſſio poſſeſ-
ſionis) negligam poſſeſſionem naturalem, tunc incipis illam
45 contra me præſcribere,non quia naturaliter tãtum, ſed quia
etiam ciuiliter poſſides. Tunc enim ciuilis poſſeſſio naturalis
accreſcit,per gl.in d.l.ſi nolit,de quo poſt alios vide Alex.in d.
§.ex contrario,n.5.& 8 & Iaſ.in d.l.1.nu.71.& Dyn in c.ſine
poſſeſſione,ante fin.II.Effectus eſt, quod naturaliter poſſides
facit fructus ſuos, excepto eo, qui fundum abſentis occupa-
46 uit de quo ſopra dictũ eſt. III. Effectus naturalis poſſeſſionis
eſt,quod producit interdicta tetinendæ, & recuperandæ poſ-
ſeſſionis, ita vt ſi naturaliter poſſidens turbetur in ſua poſſeſ-
ſione naturali poſſit pro tuenda ea contra turbantem quem-
cumque extraneum interdictum. Vti poſſidetis intentare,nõ
autem contra dominum à quo vi clam, vel precario poſſide-
tur l.fin.ff.vti poſſidetis de quo ſupr.in §.præc.in 2.q.prin. di-
ctum eſt. Item ſi naturaliter poſſidẽs deijciatur de poſſeſſio-
ne naturali,pro recuperanda ea poterit interdicto. Vnde vi,
experiri text eſt expreſſus in d.l.1.§.deijcitur & l.3. §. in id, 3.
verſic.vnde vi,ff.de vi,& vi arma,vt in ſeq. §. dicetur. Et hoc
eſt,quod dici: Bart.in d. l. 1. definiendo poſſeſſionem corpo-
ralem,quam authore Bart.occupãs bona abſentis habet,quod
ſit ius inſiſtendi rei corporali non prohibitæ poſſideri, reten-
tionis,& recuperationis producẽs effectum, ideſt pro retinẽ-
da, & recuperãda poſſeſſione, producens interdicta retinen-
dæ & recuperandæ poſſeſſionis.Et pręſuppoſito eo pro vero,
quod naturaliter poſſidens tantũ,non faciat fructus ſuos pro-
pter naturalem poſſeſſionem tantum, cuius contrarium ſup.
contra Bart. cõcluſum eſt ſequitur definitionem poſſeſſionis
naturalis,traditam à Bart.nõ conuenire naturali poſſeſſioni,
cũ nõ producat iſtos effectus relatos in definitione,ac proin-
de naturalẽ poſſeſſionẽ eſſe definiendã:prout Bart.definit cor
poralem poſſeſſionum,vt inquit Alex de Imol.in d.l.1.nu.51.

DE CIVILI POSSESSIONE.

47 Secunda ſpecies poſſeſſiones dicitur ciuilis ad cuius intelle
ctum premittendum , tribus modis ciuilem poſſeſſionem ac-
cipi,ſeg.Largiſſime reſpectu approbationis,ita vt propter ap-
probationem iuris ciuilis quælibet poſſeſſio naturalis quæ à
iure ciuili approbata eſt ciuilis dici poſſit,per tex.in d.l. obue-
48 nire,ff.de verb.ſignif. I. In genere, ſeu largepro ea poſſeſſio-
ne, quã in animo quis retinet,quæ intellectualis dicitur, pro-
pterea,quod in animo,ſeu intellectu conſiſtit, ad differẽtiam
poſſeſſionis naturalis in genere, quæ de corporali inſiſtentia
rei intelligitur,de qua dicit Bald.in c. ceterum, 5. de iudic. &
refert Iaſ.in l.clam poſſidere,6.§.qui ad nundinas,n.21.ff.eod.
poſſeſſionem dupliciter conſiderari poſſe vno modo prout
homo corporaliter eſt in poſſeſſione. Et iſta eſt poſſeſſio na-
turalis in genere,qua ſcilicet naturaliter quis inſiſtit rei eiuſ-
modi eſt naturalis in genere ſupra appellata,alio modo, pro-
ut poſſeſſio eſt in homine,quæ ſcilicet in animo conſiſtit, &
ciuilis dicitur. Hæ duæ ſpecies poſſeſſionis ſic large,& in ge-
nere ſumptæ ſimul cõcurrere poſſunt, ita vt quis naturaliter
teneat rem corpore,dum eſt in fundo,& etiam animo ſimul
cum habeat animum poſſidendi , ſicut plerumq; ſit vt poſſeſ-
ſio naturalis,& ciuilis in genere ſimul ſunt cõiunctæ, vt infr.
49 latius dicetur poſt Iaſ.in d.l.1.n 44.ff.eo.III.In ſpecie,ſeu ſtri-
cte ad differentiam poſſeſſionis naturalis in ſpecie,quę pror-
ſus ſeiuncta,& ſeparata eſt à naturali poſſeſſione in ſpecie, ita
vt impoſſibile ſit eam cum naturali poſſeſſione in vna, & ea-
dem perſona ſimul concurrere poſſe. Exempli gratia, Domi-
nus concedendo feudum retinet defectum dominium,& ſi-
mul ciuilem poſſeſſionem rei infeudate in animo vaſallus
vero conſequitur vtile dominium, quod directo ſubalterna-
tur, & naturalem tãtum poſſeſſionem rei feudali, ſiue aliqua
ciuili poſſeſſione habet,vt ſupr.dictum eſt poſt gl.primam, in
d.l.naturaliter,in fi.& in d.l.3 § ſi ex contrario,ſup.ver.ex cõ-
trario,in medio, ff.eo.Et impoſſibile eſt vt vaſallus ſic ſtricte,
ſeu in ſpecie naturaliter poſſidens rem feudalem etiam ciui-
lem poſſeſſionem in ſpecie eiuſdem rei habeat, cum illam do
minus feudi retineat nec quis ſimul eiuſdem rei vaſallus, &
dominus ceteris paribus,eſſe poſſit. Si enim vaſallus,quoque
50 ciuiliter poſſideret,ſequerẽtur duo abſurda. I. Quod duo ea-
dem rem vna ſpecie poſſeſſionis ſimul in ſolidum poſſiderent
contra l.3.§.ex contrario.II.Quod vterque præſcriberet pro-
prietatem fundi feudalis,cum ciuilis poſſeſſio ſufficiat ad præ
ſcriptionem dominij,vt inf.dicetur, & ſic duo eiuſdem rei do
minium ſimul in ſolidum conſequerentur contra textum in
d. l. ſi vt certo, §.ſi duobus ff.commodati,de quo videte poſt
alios Alexand.in d.l. 1.num.31.& ſeq ff.eod.

51 Secundo præmittendum,quænam perſonæ habeant huiuſ-
modi ciuilem poſſeſſionem in ſpecie ſepararam à naturali in
ſpecie. Et poſt gloſs.in d.§.ex contrario, & in d. §. ſi duobus,
a dic quod eam habet. I. Dominus a feudi. II. Dominus em-
52 a phyteuſis. III. Proprietarius, qui alteri conceſſit vſumfru-
53 ctum feudi reſeruata ſibi proprietate . Hi enim poſſeſſores
rei immobilis dicuntur, vt ab onere ſatiſdandi releuentur , l.
54 ſciendum, 15. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. IIII. Abſens qui nemi-
nem domi ad cuſtodiam rei reliquit . Si enim in eius abſen-
tia fundus occupetur, amittit ille qoidem naturalem, poſ-
ſeſſionem , ciuilem autem in animo retinet , de quo eſt tex-
tus,& ibi Alex.in dict.leg.clam poſſidere, §.qui ad nundinas,
55 ff.eodem. V. Dominus locans fundum ad longum tempus,
decem ſcilicet annorum. Quemadmodum enim huiuſmodi
conductor ad ſimilitudinem emphyteutæ, naturaliter dicitur
poſſi-

ADDITIO.

a *Et ideo feudi domino , vt & emphyteuſos, competit rei vindi-
catio,vt ſuperius oſtenſum eſt §.omnium,tit.de actionibus.*

Poſſidere ita è diuerſo dominus locãs ciuilem retinet poſſeſ-
ſionem, ſec. gl. in d. §. ſi duobus, & Alexand. in d. §. ex contra-
56 rio, & ibi Iaſ. nu. 48. VI. Dominus ſoli cum ſuperficiarius ha-
bet naturalem poſſeſſionem tantum, cuius ratione interdi-
ctum vti poſſidetis, ei competit, l. ſi duo, 3. §. Sed ſi ſup. ędes, ff.
57 vti poſſid. & toto tit. ff. de ſuperfic. & Alex. in d. §. ex contra-
rio, num. 35. VII. Precario rem alteri concedens, vt pote qui
ciuilem retinet poſſeſſionem, naturali translata in precario
58 accipientem textus eſt expreſſus in leg. & habet, 15. § cum
qui. ff. de precar. & in dict. leg. 3. §. ex contrario, ff. eodem. Sed
dubitari poteſt, quare in accipientem precario transeat poſ-
ſeſſio naturalis, non autem in commodatarium, qui nudam
tantum detentationem rei habet leg. rei commodatæ, 8. ff.
commodati, cum tamen contractus commodati videatur
fortior precario, commodatum enim non ita ad lubitum cõ-
modantis, ſed ſolum finito in vſu reuocari poſt textus eſt in
leg. in commodato, 27. §. ſicut, ibi gloſs. & Bartol. ff. commod.
precarium vero ad libitum concedentis reuocatur, leg. cum
precario, 12. ff. de prec. Ratio autem talis aſſignatur, quod li-
cet quo ad reuocationem fortius ſit commodatum, quam
precarium, tamen ratione vſus (cuius reſpectu quis poſſide-
re dicitur, leg. Titia, 48. ff de ſoln.) fortius videtur precarium
commodato. In cõmodato enim vſus eſt limitatus, & reſtri-
ctus ad certum tempus expreſſum, vel tacitum, d. § ſicut, pre-
carium vero ad certum vſum, & incertum tempus cõceditur
ita vt maiorem poteſtatem vtendi habeat rem præcario acci-
piens, quam commodatarius, vt notatur poſt gl. in l. 1. in prin.
ff. de precario. Et illud incertum tẽpus propter dubium repu-
tatur perpetuum eſſe, donec reuocatur, leg iuriſperitos, 30. in
prin. ff. de excuſ. tut. Ac perpetuum fortius cenſetur, quam tẽ-
porale, l. 1. § quod ait prætor, ff. de ſuperfic de quo vide Iaſ. in
59 d. §. ex contrario, nu. 12. VIII. Debitor, qui rem oppignoratã
creditori tradidit. Is vero ciuiliter rem poſſidere dicitur quo
60 ad duos effectu, ſec Iaſ. poſt alios in d. §. ex contrario nu. 41.
Primum quo ad effectum vſucapionis, ſi forte rem oppigno-
ratam non habuit à vero domino, vt propter ciuilem poſſeſ-
ſionem in animo retentam præſcribat rem, & impediat cre-
ditorem, ne ipſe naturaliter ſic poſſidens vſucapiat pignus l.
pignori, 13 ff. de vſuc. l. qui pignoris 36 & l. 1. §. per ſuum cor-
61 poraliter, ff. de acq. poſ. Secundo, quo ad acquiſitionem fru-
ctuum, quia fructus, etiam percepti à creditore ex re pigno-
rata, non cedunt lucro creditoris, ſed debitoris, quia compu-
tantur in ſortem, eam quem extenuant, l. 1. & 2. C. de pig. act.
Quo ad alios verò effectus, creditor naturaliter pignus poſſi-
dere intelligitur, vt notatur poſt text. in d. §. per ſeruum cor-
poraliter, 15 & gl. in l. cum notiſſimi, 7. § 2. ſuper verbo, con-
ſtitura, C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. & gl. in d. l. ſciendum,
§. 1. ſuper ver. poſſeſſor, ff. qui ſatiſd. cog. Sed hic obſtat reg. d.
§. ex contrario, prohibens duos in ſolidum eandẽ rem ſimul
ciuiliter poſſidere. Et licet hoc diuerſis reſpectibus, & ad di-
uerſos effectus fieri poſſe dicat Alex. de Imo. in d. §. ex cõtra-
rio, num. 16. & ibi Iaſ num. 41. pro vitando tamen hoc dubio
dici poteſt, ſec. Alex. ibi debitorem prorſus non poſſidere, ſed
creditorem tantum, vt ille quo ad aliquos effectus, & ſuã vti-
litatẽ, & quo ad aliquos effectus ad vtilitatem debitoris, na-
62 turaliter, & ciuiliter poſſidere intelligatur. Porro huiuſmo-
di ciuilem poſſeſſionem in ſpecie ſic ſumptam definit Bart. in
d. l. 1. num. 7. hoc modo; Quod ſit ius inſiſtendi rei corporali
non prohibitę poſſideri, aptum producere ciuiles effectus, re-
ſpectu veri dominij. Pro declaratione huius definitionis op-
ponitur per Iaſ. in d. l. 1. num. 56. ante fi. quod non ſit bona
63 definitio, quia non conuertitur cum quolibet definito. Do-
minus enim feudi, & emphyteuſis, retinẽt ciuilem poſſeſſio-
nẽ fundi feudalis, & emphyteutici, vt ſupra dictum, & tamen
non habent ius inſiſtendi rei durante feudo, & emphyteuſi
imo dominus, qui fecit abuſiuam tãtum inueſtituram de feu
do, ſi habet facultatem rei tradendo, pręcisè compellitur tra-
dere poſſeſſionem feudi ipſo vaſallo, ita vt nec præſtando in-
tereſſe liberetur, §. ſi facta cum ibi notat, ſi de feud. defun. fue
rit contro. Sed reſponderi poteſt eſſe omnino ius inſiſtendi
rei. Quamquam enim tunc durante, ſ. feudo corpore parum
præſtat, ciuiliter tamen, ſeu animo, ſuos interim producit ef-
fectus donec naturalis poſſeſſio in ſpecie eſt penes vaſallum.
Si enim concedens rem feudalem, vel emphyteuticam, nõ eſt
verus dominus, quia emit eum forte a non domino, propter
ciuilem poſſeſſionem in animo retentam præſcribit, rem, &
impedit, ne vaſallus naturaliter poſſidens proprietatem eius
rei præſcribat, & retinet interim directum dominium, cuius
ratione vaſallus, & emphyteuta ad plura domino tenentur,
quæ ſi non fiant, res ad dominũ fecit, & vtile cum directo do
minio, & naturalis poſſeſſio in genere, cum ciuili poſſeſſione
in genere conſolidatur, vt infra latius dicetur. Quod autem
dicitur de definitione. Aptum producere ciuiles effectus in-
64 telligendum eſt de vſucapione, & præſcriptione. Hos enim
modos acquirendi rerum dominium ius ciuile introduxit, vt
ſupra circa naturalem poſſeſſionem declaratum eſt, per text.
in prin. ſupr. de vſuc. & gl. in l. 1. ſuper verbo, ciuitas, ff de acq.
rerum domin. Et quod additur, Reſpectu veri dominij, ita
accipiendum eſt, vt mediante præſcriptione ciuilis poſſeſſio
producat dominium ipſius rei, ſic ciuiliter poſſeſſæ, ſecund.
Doctor. in d. l. 1. ff. eodem gloſ. & Canon. in c. cauſam, 7. ſuper
verbo, detinere, de præſcript. Et hæc verba reſpectu ſcilicet
veri dominij, à Bartol. ibi poſita ſunt ad differentiam effe-
ctuum naturalis poſſeſſionis in ſpecie quam dixit etiã habere
hunc ciuilem effectum præſcriptionis, non quidem reſpectu
veri dominij, ſed alicuius iuris à dominio ſeparati, ita vt me-
diante naturali poſſeſſione præſcribatur, non dominium ip-
ſius rei naturaliter poſſeſſę, ſed ius in re, quod eſt infra domi-
nium, & ſeparatum à directo, vel etiam vtili dominio, quod
directo contrariatur, ſic vt vaſallus, vel emphyteuta non prę-
ſcribit proprietatem, ſeu dominium ipſius rei naturaliter poſ-
ſeſſæ, ſed ius in re, quod eſt infra dominium, & ſeparatum à
directo dominio recognoſcens illud & ita vtile dominium,
quod directo ſubalternatur. Quamuis Bartol. in hoc maledi-
cat, cum non ratione naturalis poſſeſſionis hoc ius præſcri-
bat, ſed ratione naturalis, & ciuilis quaſi poſſeſſionis ipſius iu
65 ris feudalis, vel emphyteutici, vt ſupra declaratum eſt. Hanc
autem ciuilem poſſeſſionem dicit Bart. hunc quoque habere
effectum, vt apta ſit ad præſcriptionem veri etiam dominij,
ſeu proprietatis ipſius rei ciuiliter poſſeſſæ. Veluti emi à Ti-
tio fundum incultum, quem cõceſſit tibi in emphyteuſim, &
quia Titius non fuit verus dominus, non potuit in me tranſ-
ferre dominium, & licet naturalis poſſeſſio ſit in me emphy
teutam trãslata, tamen propter ciuilem poſſeſſionem, quam
in animo retineo, præſcribo proprietatẽ, & dominium iſtius
fundi ſic poſſeſſi ita vt verus directus dominus eius efficiat,
neque illa res per antiquum dominium auocari, vel vindica-
ri poſſit. Sed contra hoc primo opponitur per Bart. in d. l. 1. n.
7. præſcriptione non quæri directum, ſeu verum dominium,
ſed vtile, ſec. gloſſ. & ibi not. in Auth. niſi triennale. Codic. de
bon. mat. Ergo male dicitur in definitione, reſpectu veri do-
minij. Ad hanc oppoſitione reſpondent Bart. & Alexand. in
dict. l. 5. numer. 49. præſcriptione hoc caſu acquiri vtile do-
minium, non quod directo ſubalternatur, aut illud recogno-
ſcit, ſed vtile quod directo contradicit, & illud occidit, quod
erat apud verum antiquum dominiũ, ita vt excludat ipſum,
& ei præferatur vt eſt gloſſ. fi. in l. ſi ædes meæ, 32. §. final. ff.
de ſeru. vrb. præd. vt not. poſt gloſ in dict. Auth. niſi tricenna-
le. Satis igitur dicitur quem conſequi rerum dominium præ-
ſcriptione. Et hoc dictum Bartoli inferunt Iaſ. & alij in d. leg.
1. num. 59. ad practicam, ſi quis inſtituat realem actionem, &
in libello dicat rem ad ſe pertinere, ratione, etiam veri domi-
nij, & probet tantum titulum præſcriptionis, quod debeat
obtinere, cum etiam verum dominium pręſcriptione acquiri
dicatur: ſecus, ſi probet de vtili dominio, quod directo ſubal-
66 ternatur, addite Crot. in dict. leg. 1. numer. 45. Et hæc gloſ. in
Auth. niſi triennale, eſt notanda, quæ inter cetera docet, tit.
præſcriptionis, non tantum excipiendo, ſed etiam agendo ad
probationem dominij ſufficere. Secũdo opponitur per Bart.
quod dominus feudi, & emphyteuſis propter ciuilem poſſeſ-
ſionem non præſcribant directum dominium, quia iam ſunt
domini, ſed quod ſemel meum eſt, amplius meum fieri non
poteſt vulgato, § ſed ſi rem, 10. ſupr de leg. Verum nihil hoc
obſtat, quia non dicitur, quod verus dominus concedens feu
dum, vel emphyteuſim præſcribat dominium, cum iam ſit
dominus, ſed quod ciuilis poſſeſſio apta ſit producere hunc
effectum præſcriptionis, ſi forte concedens non erat verus
dominus, quia habebat rem bona fide à non domino, vel ſi
priuaretur dominio, & retineret poſſeſſionem in caſibus
in quibus transfertur dominium, ſiue poſſeſſione, quod fieri
poteſt, ſecundum gloſs. in leg. ſi fratres, (al eſt, §. 6. leg. cum
duobus, 52.) §. idem reſpondit, ſuper verbo, dominium, ff. pro
ſocio. Tunc enim propter ciuilem poſſeſſionem, præſcribit
dominium de quo vide Bart. in d. l. ſi nu. 7. Alex. ibi, nu. 48 &
Iaſ. num. 56. in fin.

67 Pro pleniori igitur intellectu ciuilis poſ. quęritur, quinam
ſint eius effectus? Primũ dic verã, & cõem eſſe concluſionẽ,
quod ſola ciuilis poſſeſſio ſine naturali eſt ſufficiẽs ad vſuca-
pionem dñij, ſeu proprietatis rei ciuiliter tantũ poſſeſſę ita eſt
gl. & ibi DD. in d. l. ſi vt certo, §. ſi duob. ſup. verbo cõtrarium,
ff. cõmodati, & in d. l. 3. §. ex contrario, & gl. in d. c. cauſam, de
pręſcr. & pulchrè Dyn. in cap. ſine poſſeſ. l. 3. de regul. iur. in 6.

Et

Digitized by Google

Et adducitur pro hac concluſione text.in d.l.1.§.per ſeruum,
qui in fuga,14.ff.eod. vbi ſi quis emit ſeruum a non domino,
& antequam eum vſucaperet, ſeruus aufugit, decidit ibi Iu-
riſconſult.quamdiu ſeruus iſte ab alio non occupatur,ab em-
ptore eum poſſideri, & interim eum vſucapi. Sed quia pro-
pter fugam ſerui,emptor amiſit eius naturalem poſſeſſionẽ,
ſequitur,ipſum poſſidere naturaliter tantum ſeruum,& pro-
pter hanc ſolam ciuilem poſſeſſionem eum vſucapere, cum
ſine poſſeſſione præſcriptio non procedat,c.ſine poſſeſſione,
3.de reg.iuris,in 6.Et facit text.in l.3.§.ſi ſeruus,10.ff.eod.&
text.in l.ſerui,& filij,17.§.ſi.ff.de fur.& in l.in acceſſione,ff.de
diuerſ. & tempor. præſc. quæ iura omnia ſic volunt, ſeruum
in fuga exiſtentem ab emptore bonæ fidei propter ciuilem
poſſeſſionem vſucapi poſſe. Et hoc non eſſe ſpeciale in ſeruo
fugitiuo de quo prędicta iura loquuntur,vt ſola ciuilis poſſeſ
ſio ſufficiat ad præſcriptionem, ne ſcilicet malitia ſeruorum
noceat dominis,l. Pomponius,12. in princ. ff. eod. ſed etiam
in alijs rebus immobilibus procedere, probatur per text. in l.
qui fundum,7. in princip. ff. pro emptore, vbi ſi quis emerit
fundum a non domino, & ante præſcriptionem completam
deceſſerit,clari iuris eſt, poſſeſſionem rerum hæreditarium,
niſi naturaliter fuerit apprehẽſa,non continuari in hæredem,
l.cum hæredes,23.in princip. ff.eodem. Si tamen per ſeruum
hæreditarium detineatur iſte fundus emptus per defunctum
a non domino, hoc caſu adita hæreditate (quod etiam ſolo
animo fieri poteſt,l.ſi ania,6. Co. de iure deliber.) acquiritur
hæredi per iſtam detentionem ſerui ciuilis, & naturalis poſ-
ſeſſio iſtius fundi,l.1.§.item acquirimus,5.ff. eod. ita vt ciui-
lem hæres animo retineat,naturalem vero corpore ſerui. Si
nunc a dicta hęreditate ſeruus accedat animo eſerendi poſ-
ſeſſionem fundi, facit hæredem perdere poſſeſſionem fun-
di, quæ corpore ſerui retinebatur non autem ciuilem,quam
hæres animo retinet,ſec. glo. in l.ſi colonus,31.ſup.verb. pla-
cet in medio,ff.eodem. Et propter hãc ciuilem poſſeſſionem,
poteſt præſcribere illum fundum, & ſic eius vſucapionem
continuare. Idem probatur per text.in l.ſi id quod 25.§.fin. in
68 fi. ibi,& *videtur vtilius eſſe*,ff.eod. vbi quis iuit ad nundinas,
nemine domi relicto, quo caſu retinet tantum ciuilem poſ-
ſeſſionem. Et quærit ibi Iuriſconſ.quamdiu retineat hanc ci-
uilem, an eo vſque, donec alius corpore ingrediatur,vt po-
tior ſit corporalis illius poſſeſſio, an donec reuertentem in-
grediens repellat,vel rediens domum ſe repelli ſuſpicetur: Et
poſteriorem ſententiam approbat ibi Iuriſconſ. propterea,
quod ſit vtilius ciuiliter poſſidenti,vt ſcilicet interim præſcri-
ptionem complere poſſit. Vno enim ore Doctores vtilitatẽ
iſtam declarant conſiſtere in præſcriptione, quæ à ciuili poſ-
ſeſſione cauſatur, vt interim ſic abſens præſcribat fundum,
quem forte emit à non domino. Et quamuis contra hæc D.
Iaſ.in d.§.ex contrario,num.22.& in dic.§ per ſeruum qui in
fuga, diſputandi cauſa opponat, quod iura pro hac commu-
ni concluſione allegata loquuntur de vſucapione cępta com-
plenda, non autem de inchoanda præſcriptione, ita vt ex ſo-
la ciuili poſſeſſione, perficiatur quidem, non autem inchoe-
tur præſcriptio, & quod facilius perficiatur vſucapio cœpta,
quam de nouo incipiatur,leg.fundum,16.ff. de fundo dotali.
69 Communem tamen eſſe concluſionem,ibi D. Iaſ.atteſtatur,
ſola ciuili etiam cauſari vſucapionem inchoandam. Habens
enim ſolam naturalem poſſeſſionem rei,non pręſcribat,vt ſu
pra dictũ per tex in d.l.acquiritur,§.ſi.ff.de acq. rerũ domin.
Sed quando ciuiliter poſſidens deſinit animo poſſidere,tunc
ille alter,qui antea tantũ naturaliter poſſidebat incipit ciuili-
ter poſſidere,& ab eo tunc tempore, & non ante incipit vſu-
capere,vt infra circa ſecũdum effectũ latius dicetur. Ergo ex
ſola ciuili poſſeſſione cauſatur,& inchoatur vſucapio,ita quo
que probatur per dic §.per ſeruum,qui in fuga,hoc modo in-
ducendo. Dicitur d.l.1.§.item acquirimus,ff.eod.per ſeruum
70 acquiri domino poſſeſſionem. Et in d.§.per ſeruum,interce-
tera quæritur,an hoc etiam procedat in ſeruo,qui aufugit,vt
poſſeſſio rerum per ſeruum in fuga apprehẽſarum, quęratur
domino. Et reſpondet Iuriſc.quod ſic,cum modificatione ta-
men, donec ab alio non occupetur, ita vt non ſolum iſte ſer-
uis,ſi forte a nõ domino fuerit emptus,interim præſcribatur
ab emptore,& ſic vſucapio incępta compleatur propter ciui-
lem poſſeſſionem in animo retẽtam, ſed etiam per emptorẽ
præſcribantur res in fuga a ſeruo apprehenſæ, ratione ciuilis
poſſeſſionis, cum emptor naturalem earum poſſeſſionẽ nũ-
quam habuerit,& ita etiam ad inchoandam præſcriptionem
prodeſt ciuilis poſſeſſio,vt videtur inducere Alex.in d. §. per
ſeruum,qui in fuga, in princ. Et ne eamus per mendicata ſuf-
fragia,hæc concluſio optime probatur per text. quem adhoc
allegat Ang.in d.§.ex contrario,n.9.in l.locum,17.§.propriè-
tarius, ff. de vſufruct. vbi quis emit nudã proprietatem ſerui
ab aliquo; quem putabat eſſe dominum,ſciens alium habere
vſumfructum iſtius ſerui,& ita ſcit ciuiliter tantũ poſſidere,
per text. in d.l.ſciendum,§.1.ff.qui ſatiſdat.cog.& vſufructua-
rium habere naturalem poſſeſſionem, d. l. naturaliter,in pr.
ff. eodem. Et tamen dicitur ab emente etiam poſt conſtitu-
tum vſumfructum nudam proprietatem ſerui præſcribi. Ex
quo neceſſario ſequitur, ciuilem poſſeſſionem ſufficere etiã
ad incipiendam præſcriptionem. Nec enim dici poteſt,quod
ibi vnquam habuit naturalem poſſeſſionem ſerui,cum illa
tempore emptionis fuerit penes vſufructuarium, alias ſeque
retur illud inconueniens, duos in ſolidum ſimul eandem rẽ
naturaliter poſſidere: Sic facit pro hac ſententia, quod dicit
Paul.de Caſt.in d.§.per ſeruum,qui in fuga,nu.2. vbi inquit:
71 Quod ſi aliquis 20. annis ſoluerit canonem de fundo per ip-
ſum naturaliter poſſeſſo,tanquam ab emphyteuta,& poſtea
infra trienniũ non ſoluat debitum canonem atque ita cadat
a iure ſuo,iuxta l.2. C. de iure emphyt.non poterit Titio,cui
ſi ſoluit per 20.annos canonem,putans eum eſſe dominum,
repetenti iſtum fundum obijcere quæſtionem dominij,quaſi
ipſe non ſit dominus, cum eo ipſo, quod per 20. annos pen-
ſio rei ſoluta eſt, & ſic ciuiliter poſſedit, ratione iſtius ciuilis
poſſeſſionis, præſcripſerit dominium fundi,licet ipſe natura-
liter nunquam poſſederit eum,de quo vide Spec.in tit.de lo-
cat.§.nunc aliqua,de iure emphyt verſ.13.num.67. Et iſta eſt
communis concluſio, ſolam ciuilem poſſeſſionem non tan-
tum ad perficiendam,ſed etiam ad inchoandam præſcriptio-
nem ſufficere,de qua videte Canon.in c.cauſam,7. & in cap.
vigilanti,5.de præſcrip. Doctor. in l. 1.in princip & §.per ſer-
uum,qui in fuga,& in d.l.3.§ ex contrario,ff.eod. & in l.ſi vt
certo,5.§.ſi duobus,ff.commod. Salic.& alios in l.licet,4.Co.
72 de acq. poſſeſ. Contra hanc concluſionem, quod non ſola
ciuilis poſſeſſio ſufficiat,ſed vtraque naturalis,& ciuilis ſimul
ad præſcriptionem requirantur,opponitur per Iac Butr. per
text.in l.nemo.10.Co.de acq poſſeſſ vbi poſſeſſio requiritur
animo,& corpore ad vſucapionem,& per tex.in leg.natura-
liter,12.in princip.ff.de vſucap.vbi naturalis interruptio poſ-
73 ſeſſionis impedit præſcriptionem compleri. Ergo naturalis
& ciuilis poſſeſſio ſimul ad præſcriptionem perficiendã re-
quiruntur. Sed ad hæc contraria reſpondet Bal.in d.§.ex con-
trario,hoc modo, quod in l. nemo non dicatur requiri vtrã-
que poſſeſſionem ad præſcriptionem, ſed quod textus ibi di-
cat ad præſcriptionem requiri,vt poſſeſſio non ſit interrupta
ſicut Alex in d.§.ex contrario,num.6.ante fin. ibi reſpondet.
74 Nec obſtat text.in d.l.naturaliter, quia intelligitur de huiuſ-
modi interruptione,per quam etiam ciuilis poſſeſſio amitti-
tur,ſecus ſi naturalis poſſeſſio tantũ per huiuſmodi interru-
ptionem amitteretur,quia tunc ciuiliter poſſidens perſeuera
ret vſucapere,per l qui poſſeſſionem,iuncta gl. ibi,ff.de vi,&
vi arm.& gl.ſi.in l.ſi quis ad fundum,17.Cod.ad leg Iul.de vi
publ.vbi ſi quis naturaliter eſt expulſus de fundo, quæ incipit
præſcribere,perdit naturalem,ſi tamen in continenti recupe-
ret, non interrumpitur præſcriptio, cum retinuerit ciuilem
poſſeſſionem in animo,vt declarat ibi Alex.in d.§.ex contra-
rio,nu 6.& Iaſ.ibi.n.32.Ex prædictis igitur tres concluſiones
75 ſunt colligendæ. I. Quod ſola naturalis poſſeſſio ad præſcri-
ptionem rei naturaliter tantum poſſeſſæ non ſufficiat,dict. l.
76 acquiritur.§.fin.ff.de acq.rer.dom.II.Quod ſola ciuilis etiam
ſine naturali non tantum ad præſcriptionem cœptam perfi-
77 ciendam,ſed etiam ad nouã inchoandam ſufficiat. III.Quod
naturaliter,& ciuiliter ſimul poſſidens,etiam præſcribat, per
text.in d.l.nemo.C.eodem. Nec obſtat quod ſup.dictum fuit,
impoſſibile eſſet,vt naturalis,& ciuilis poſſeſſio ſimul cõcur-
rere poſſint,quia hoc eſt verũ de naturali, & ciuili poſſeſſio-
78 ne in ſpecie,ſeu ſtricte accepta. Nam dominus feudi nõ po-
teſt ciuiliter poſſidere fundũ in feudum conceſſum, vt domi-
nus feudi,& etiam ſimul naturaliter,vt vaſallus,ſed naturalis
poſſeſſio in genere,ſumpta de naturali, ſeu corporali inſiſtẽ-
tia rei,& ciuilis in genere,quę in animo,ſeu intellectu conſi-
ſtit,in vna perſona ſimul concurrere poſſunt,vt dominus na-
turaliter poſſideat fundum,& etiam ciuiliter in animo,ſicut
plerumque fit,quod ſunt coniunctæ,vt de obligatione natu-
rali,& ciuili ſimul dicitur,& tunc poſſeſſio iuſta,ſeu plena di-
ci poteſt,de quo vide gl.in l.1.§ ſine autem corpore,24.ſuper
verbo animo,ff.de vi,& vi arm. & poſt glo. mag. circa opin.
Iaſ.in l.1.in princ.ff.eo. Paul.de Caſtr.nu 9.ante fi.& 16.ante
fi. Alex nu.32.Iaſ.44.& 70. Paul. de Caſtr.in d l.ſi vt certo. §.
ſi duobus,nu.10.ff.commod.
79 Secundus effectus ciuilis poſſeſſionis eſt, quod impedit
præſcriptionem eius, qui naturaliter tantum poſſidet: donec
enim quis in animo retinet ciuilem poſſeſſionem rei,ipſa res

Digitized by Google

ſeu dominium,& proprietas eius,non poteſt præſcribi ab eo,
qui etiam cum titulo,& bona fide naturaliter tantū poſſidet,
ita eſt tex.iuncta glo.in l.2.C.de præſcript.30. vel 40.an.& gl.
in l.1.ſupr.verbo,præſcriptionem in fin.Cod.de ſer.fug.& gl.
in §.ſed aliquâdo,ſup. verbo,ſeruum,ſupra de vſucap. vbi in-
quit Ang. cum ciuilis ſit potens ad vſucapionem parandam,
multo fortior,& potentior eſſe debet ad vſucapionem contra
ſe impediendam. Præterea ſi naturaliter poſſidens quoque
præſcriberet rem, ſequeretur illud abſurdum, cum ciuiliter
poſſidens,vt ſup.dictum,præſcribat,ſic duos poſſe ſimul eodē
tempore eandem rem præſcribere, vnum ex naturali,alterū
ex ciuili poſſeſſione,contra reg.dict.l.ſi vt certo,§.duobus,ff.
80 commod.Pone igitur,quod me abſente quis ingrediatur fun
dum meum,certe is non ideo poterit præſcribere contra me,
dum ciuilem in animo retineo poſſeſſionem,& hanc doctri-
nam in practica valde vtilem exclamat D Iaſ.in d.l.1. nu.45.
Cod.de ſer.fug.quando allegatur contra aliquem præſcriptio
completa, quod ad eam excludendam dominus poſſet repli-
care, ſe ſemper retinuiſſe ciuilem poſſeſſionem animo, licet
abſens fuerit,atqui ita non potuiſſe contra ſe currere præſcri-
ptionem,cum donec duret ciuilis poſſeſſio,penes alium natu
raliter poſſidens non poſſit inchoare præſcriptionem, de
quo videre eundem Iaſ.in d.l.1.nu.50.ff. eod. Sed contra hęc
poteſt inſtari, ſecundum Dyn. in d. cap. ſine poſſeſſione, de
reg iur.in 6.quod ſecundum hanc doctrinam nunquam poſ-
ſit contra abſentem vel dominum præſcribi,quia ſemper po-
terit dici eum retinuiſſe ciuilem poſſeſſionē in animo. Quā-
do igitur iſte poſſidens incipiet præſcribere contra ciuiliter
poſſidentem? Et dic,tunc incipere,quando alter deſijt ciuili-
ter poſſidere,ſecundum gl. in d.l.1.ſup. verbo,præſcriptionē,
in fin.Cod.de ſer.fug.Quod præſumitur,ſi vel ciuiliter poſſi-
dens neglexit naturalem poſſeſſionem,ab alio in eius abſētia
occupatam per 10. ann. recuperare. Tunc enim ex curſu
longi temporis præſumitur obliuio poſſeſſionis,& quod de-
poſuerit animum poſſidendi vt infr.circa quæſt.6.princip.di-
cemus:vel ſi ſciens alium ingreſſum domum,rediens animo
ſuſpicetur ſe poſſe repelli,nam & tunc dicitur amiſiſſe poſſeſ-
81 ſionem,leg.& ſi nolit,7.& leg.ſi id quod,25.§.final.ff.eodem.
Et nota hoc tempus, quo ſcilicet præſumitur obliuio ciuilis
poſſeſſionis, elapſum eſſe oportere ad hoc, vt alter incipiat
præſcribere. Nam ex eo tunc tempore, & non ante incipit
vſucapere, neque illud tempus retrotrahitur, ita vt fingatur
præterito tempore ciuiliter poſſidentem animum poſſiden-
di non habuiſſe, ſed ab illo tempore, quo abſens,& prior do-
minus præſumitur deſijſſe poſſidere, initium præſcriptionis
inchoandum eſt,non ex eo tempore quo primum apprehen-
dit naturalem poſſeſſionem, quæ ad vſucapionem nō eſt ſuf-
ficiens,vt ſupr.Ita eſt gl.mag.in fin. in d.l.1. C. de ſer.fug. vbi
inquit Bart.Si hodie incipis poſſidere rem abſentis,non inci-
pit hodie tua præſcriptio,ſed neceſſe eſt labi longum tempus,
vt ſic præſumatur obliuio,& vide Sal.nu.23.Paul.de Caſt.nu.
11.in fin.Abb in c.vigilanti,numer.4. de præſcr. Hanc tamen
concluſionem Bar.& quidam alij in d.§.ex contrario,viden-
tur limitare,vt ciuilis poſſeſſio impediat naturaliter poſſidē-
tem præſcribere, quando ſcilicet vult præſcribere proprieta-
tem, ſeu dominium rei, quod directum dominium occupat?
ſecus ſi vellet præſcribere ius feudale, vel ſimile infra domi-
nium,& quod directum dominium recognoſcit: tunc enim
dicunt ciuilem poſſeſſionem non impedire præſcriptionem
naturaliter poſſidentis,per tex.in d.§.ſi quis per triginta,ſi de
feu.defun.fuerit controuerſia. Sed in hoc,vt ſup quoque di-
ctum fuit,reprehenditur Bar.quia præſcriptio huiuſmodi iu-
ris non currit ratione naturalis poſſeſſionis ipſius rei, ſed ra-
tione quaſi ciuilis poſſeſſionis illius iuris, de quo vltra loca
ſupra allegata vide Paul.de Caſt.in d.l.1. num. 12. circa med.
C.de ſer.fug.

82 Tertius effectus ciuilis poſſeſſionis eſt,quod ea ſola etiam
eſt ſufficiens ad acquiſitionem fructuum,ita vt ciuiliter poſ-
ſidens faciat fructus ſuos,licet alter naturaliter tantum poſſi-
deat.Ita eſt gl.ab omnibus approbata in d.§. ex contrario,ſu-
per verbo,ex contrario,verſi.item quilibet efficeretur domi-
nus fructuum, quæ allegat ad hoc text. in leg. qui ſcit, 25. §.
in alieno,ff de vſuris. Nam ibi quis bona fide mercatus erat
fundum, & ipſo abſente forte tertius coluit fundum, ſemi-
nauit, & fructus collegit, & ſic habet naturalem poſſeſſionē
vt eſt glo.ord.in l.3.ſup.verb.finiatur.C.fin.regund.Et tamen
deciditur ibi, quod bonæ fidei poſſeſſor, exiſtens extra fun-
dum,& ſic ciuilem tantum habens poſſeſſionē,faciat fructus
ſuos, & non tertius, qui coluit fundum. Sola igitur ciuilis
poſſeſſio eſt cauſa acquiſitionis fructuum. Item alio modo
inducendo iſtum tex.ſec.Iaſ.in d.l.3.C.fi.reg.§.ex contrario,
nu.34.probatur hæc concluſio. Text. enim ibi æquiparat ac-
quiſitionem fructuum his,quæ ſerui ex operis ſuis acquirūt,
Sed ex operis ſerui in fuga exiſtentis ab alio nōdum occupa-
ti, quem dominus ciuiliter tātum poſſidet, acquiritur domi-
no,d.l.1.§.per ſeruum,qui in fuga,ff.eod.Eodem ergo modo
poterunt acquiri fructus ratione ſolius ciuilis poſſeſſionis Itē
allegatur pro hac concluſione per Bar.in d.§.ex contrario,n.
3.text.in l.ſi fur.(al.eſt §.5.l.arboribus,12.) ff.de vſufr.vbi nu-
dus proprietarius, qui ciuilem tantum habet poſſeſſionē, vt
ſupr. dictum eſt, facit fructus ſuos fundo,in quo alter habet
vſumfructum,& ſic naturalem poſſeſſionē,quando ab alio
quam vſufructuario,fuerint percepti.Vnde & contra furem
condictione furtiua, vel rei vindicatione agere poterit.vt ibi
83 in princ. habetur, Sic etiam videmus in debitore, qui oppi-
gnorauit,& tradidit fundum alteri.Is ciuiliter tantum dicitur
poſſidere,& tamen creditor naturalem habens poſſeſſionem
non facit fructus ſuos,ita vt cedant lucro,non creditoris,ſed
debitoris, quia extenuant debitum,& in ſortem computan-
tur,d.l.1.& 2. Cod.de pig.act. Nec obſtat ſi dicatur dominum
feudi emphyteuſis, & proprietarium, qui alteri conceſſit v-
ſumfructum,quoque ciuiliter poſſidere,& tamen fructus nō
facere ſuos ſed vaſallum, emphyteutam, &c. qui naturalem
84 tantum habent poſſeſſionem. Nō obſtat inquam,quia vt in-
quit Paul.de Caſt.in d.§.ex contrario,num.2. verſ. item circa
ſecundum, iſta concluſio quod ciuilis poſſeſſio ſufficiat ad
acquiſitionem fructuum,procedit,quoties alius habet natura-
lem poſſeſſionem iniuſte,& ſine volūtate eius, qui habet ci-
uilem,vt in caſu d.l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, vbi
me abſente nemine domi relicto qui ingreſſus ad poſſeſſio-
nem fundi, & ſic ego habeo ciuilem, ipſo vero naturalem
poſſeſſionem. Nam tunc fructus percepti etiam per ipſum
fiunt mei,& poſſum eos vendicare,tam ab ipſo,quam a quo-
libet poſſeſſore, cum ſine volūtate mea, & iniuſte poſſeſſio-
nem naturalem habeat,per tex.in d. l. qui ſcit, §. in alieno,ff.
de vſuf. Secus, ſi naturalem poſſeſſionem haberet iuſte,puta
ex voluntate mea,vt vaſallus, vſufructuarius &c. Tunc enim
fructus fiunt ipſius naturaliter poſt debitis,& percipienti fru-
ctus,licet quidam hoc fieri dicant,non ratione naturalis poſ-
ſeſſionis, ſed quia domini voluntate poſſident, vel ratione
iuris quod ciuiliter, & naturaliter quaſi poſſidere dicuntur,
vt ſupra quoque circa naturalem poſſeſſionem admonui, de
qua vide latius poſt glo. & Bart.in d.§.ex contrario,ibi Paul.
de Caſtr.num.2.Alc.24. Iaſ.34.& pulchrè,Cyn. in l. certum,
a 2.n.6.& omnino ibi Bal.C.de rei vend.Sal. in d.l.licet,n. 10.
C.de acquir.poſ.Caſtr.in d. l. 1. §. per ſeruo,qui in fuga,nu.1.
ff.eod.Angel.in §.ſe aliquando, 1.ſup.de vſucap.

85 Quartus effectus eſt,quod ciuiliter poſſidēs etiam propria
authoritate poteſt repellere occupantem naturalē poſſeſſio-
nem,abſque pœna, dummodo in continenti id faciat,non ex
interuallo,l.qui poſſeſſionem,17.de vi,& vi arm.& gl.fi.in d.
l.ſi quis ad ſe fundum,C.ad l.Iul.de vi publ. vide Iaſ.in d.§.ex
contrario,nu.32 in medio,& Pau. de Caſt. in d.l. clam poſſi-
dere §.qui ad nundinas,nu.3. verſ.ext.iſtos caſus. ff eod.

86 Quintus effectus eſt,quod pro ſola ciuili poſſeſſione amiſſa
recuperanda,datur interdictum. Vnde vi, vt eſt tex.expreſſus
in l.1.§.ſiue autem,ff.de vi,& vi arma,vbi in abſentia merca-
toris alter clam occupauit fundum,atque ita non poteſt con-
ueniri interdicto. Vnde vi,cum non commiſerit violentiam,
& tamen tenetur interdicto. Vnde vi ſi mercatorem domū
redeuntem non admittat, & ei ſic per violētiam reſiſtat, quo
caſu patitur iſte mercator violentiam in ciuili poſſeſſione, vt
ab eo vi deiectus intelligatur, & pro recuperanda ea interdi-
ctum Vnde vi,intentare poſſit,facit tex.in d. l. clam poſſide-
re,§.qui ad nundinas,ff.eod. Idem quoque dicendum,quādo
abſens ſuſpicatur ſe poſſe repelli, & propter hoc non audet
redire. Quamuis enim nulla tunc violentia interueniat, ta-
men quia abſens etiam priuatur ciuili poſſeſſione propter ti-
morem violentiæ, datur contra ingredientem pro illa ciuili
recuperanda vtile. Vnde vi interdictum. Ita communiter cō-
cludunt Doct.in d.§.qui ad nundinas,poſt glo.in d.l. 1.§. ſiue
autem,ſuper verbo,poſſeſſionē,& glo.in l. 3.§.proinde,ſuper
verbo,cum armatos,ff. de vi,& vi arma,de quo latius vide in
d.§.qui ad nundinas,Paul.de Caſt. num 6. Alex.22. Sal. in l.ſi
quis in tantam,7.C. vnde vi. Et dicit ibi Paul. de Caſtr. tunc
ſolo verbo,de iſta ciuili poſſeſſione fieri reſtitutionē, de quo
87 in §.recuperandæ, plura dicemus. Datur etiam, Vti poſſide-
tis,ſeu retinēdæ poſſeſſionis interdictum,ratione ciuilis poſ-
ſeſſionis, quæ turbatur per retentionem naturalis clandeſti-
ne occupata. Vnde actor petet ingreſſum condemnari ad de-
ſiſtendum à turbatione, quod non poteſt facere,niſi reſtituat
naturalē. In effectu igitur hoc caſu per Vti poſſidetis,petitur
reum

Digitized by Google

reum condemnari, ad reſtituendam poſſeſſionem naturalē cum reus retinendo naturalem non ceſſet actorem turbare in ciuili, vt eſt gl.mag.ante fin.in dicto §.qui ad nundinas, cuius practicam multum exclamant ibi Doct.Paul.de Caſt.numer.3.in fin.& num.6.Alex.15.& 17.Iaſ.61. Et interdictum vti poſſidetis dari ciuiliter poſſidenti tantum ſupra in §.reti-
88 nendæ, in 2. quæſt.principali dictum eſt. Competit certe rei vendicatio ciuiliter poſſidenti tantum, cōtra naturaliter poſſidentem, adeo vt & cum interdicto. Vti poſſidetis rei vendicatio cumulari poſſit, Nec enim ſunt contraria hoc caſu remedia. Dico enim re detinere naturalem, & me turbari in ciuili poſſeſſione, ſic dicantur diuerſis reſpectibus, vt notatur poſt gloſ.dicto §.qui ad nundinas, per Bar.num.7.Pau.de Caſt.8. Alexand.20.Iaſ.63.Et quod ciuiliter tantū poſſidens, vt dominus feudi habeat rei vendicationem, eſt tex.in leg.in rem, ff.de rei vendic.& gloſ. prima, in princip. in cap. primo, de cont.inter dom.& emptorem feud. ſicut è contrario ciuiliter tantum poſſidens rei vendicatione conueniri poteſt, vt eſt gloſ.in l.Pomp.13.§ ſi is qui precario, ſupra verbo accedere, in fine ff. eod. de quo in §. omnium, in ſecundo, requiſito rei vindicationis dictum eſt. Porrò circa hanc tertiam quæſt.
89 princip. videlicet, quotuplex ſit poſſeſſio notandum, etiam reperiri quandam poſſeſſionem, quæ appellatur ciuiliſſima, quando ſcilicet ex diſpoſitione legis, vel conſuetudinis, vel ſtatuti, abſque aliquo actu corporis vero, vel ficto, transfertur poſſeſſio de qua eſt in l. raptores, 54. in ver. plenam poſſeſſionem Cod. de Epiſc. & Cleric. vbi ſi quis rapiat ſanctimonialem virginem, transferuntur omnia ipſius bona, quo ad proprietatem, & plenam poſſeſſionem, ipſo iure in tale monaſterium. Et poteſt ſecundum Doctores, poni exemplū, quo ſtatutum diſponit, vt defuncti poſſeſſio in heredem con-
90 tinuetur abſque aliqua apprehenſione, contra l. cum heredes, 23. in princip. ff. de acquirenda poſſeſſ. Et hanc ciuiliſſimam poſſeſſ. Bald. in Rubrica de cauſa poſſeſſione, & proprietatis appellat artificialem, quia iuris artificio inducta eſt.
91 Hæc tamen ciuiliſſima poſſeſſio non conſtituit nouam ſpeciem poſſeſſionis, ſed ſolum ſignificat differentiam in modo acquirendi, quia acquiritur ſine actu apprehenſionis vero, vel ficto, cum alias poſſeſſio ſine animo, & corpore nunquam acquiratur leg.tertia, in principio, & leg. quemadmodum, 8. ff.eodem. Et de hac poſſeſſione videre latius Alex. in dicta lege prima, in principio, num. 57. Iaſon 72. & ibi Crot. num.43.

92 Vltimo circa hanc quæſt.princ.dicendum reſtat, An quaſi poſſeſſio iurium, & rerum incorporalium quoque diuidatur in quaſi poſſeſſ.naturalem, & ciuilem. Et primo dicto capitulo in iuribus incorporalibus, & perſonalibus a re perſonæ debitis, vt in vſufructu & ſimilibus eſſe quaſi poſſeſſionē naturalem, & ciuilem iſtorum iurium, per tex.iuncta gl.fi. in l.ait prætor, 25.§.item ei, ff.ex quibus cauſis mai, &c.& facit tex.in l.tertia §.penul.in ver.quaſi in poſſ. ff. de vi, & vi armata. Ipſum enim ius incorporale vſusfructus & ſimilium, quaſi poſſidetur per vſufructuarium naturaliter, per actus naturales, quos exercet in recolligendis fructibus, & ciuiliter animo, quando recedit de fundo, tunc enim retinet ciuilem iſtius iuris poſſeſſ.in animo, vt poſt alios declarat Iaſon in dicta l.naturaliter, in princ.nu.17.ff.eodem. Vnde ratione iſtius ciuilis quaſi poſſeſſ. præſcribuntur huiuſmodi iura, vt ſupra dictum
93 eſt. An autem idem ſit dicendum in iuribus ſeu ſeruitutibus realibus, quæ a rei debentur, maius eſt dubium, cum fundo acquiratur ſeruitus, ita vt fundus præſcribere dicatur, qui tamen animum non habet, l.via 13.§.ſi fundus, ff.de ſer.ruſtico. prædio.& l.qui aliena, (al.eſt, §.3.lib.31.)§.fin.ff. de neg. geſt. & in leg.ſecunda, in fi.princ.ff.ſi ſeru.vindi. Sed breuiter poſt Bart.in dicta l.prima, in prin.num.10.ff.eo.quem communiter ſequuntur Doct concludite, quod ſic. Quæ enim præſcribuntur, neceſſe eſt, quod poſſideantur, dicto c. ſine poſſeſ. de regulis iuris, in ſexto, & quidem ciuiliter poſſideantur. Sed enim ciuilis poſſeſſio ſufficit ad præſcriptionem, vt ſupra dictum eſt. Sed ſeruitutes reales præſcribi conſtat ex l.prima, & ſecunda, C.de ſer.& aqua, & ex l.ſi quis diuturno, 10.ff.de ſer. vend. Et quia huiuſmodi ſeruitutes, vt res incorporales, propriè, & verè poſſideri nequeūt ſequitur eas quaſi ciuiliter poſſideri. Et hoc ſine dubio procedit in ſeruitutibus realibus, quę habent cauſam continuam, quæ ſcilicet ſemper ſunt actualiter & potentialiter in vſu, vt ſeruitus aquæductus, vbi quaſi poſſeſſio ſeruitutis, quæ retinetur per ipſum fundum abſque facto hominis, dicitur naturalis, l.qui fundum, 12.ff.quemad. ſer.amit.& l.prima, §.quæſitum, 21.ff. de aqua quotidiana, & æſtiua. Nam ibi fundus retinet vſum ſeruitutis aquæductus, per ſe naturaliter fluentis, abſque facto hominis. Licet enim longo tempore non ſim vſus aqua, tamen propterea non dicitur amiſſa ſeruitus, quia per ſolum fundum retinetur, & iſte fundus præſcribitur mediante ſcientia domini a principio interueniente. Ab illo enim animo domini, qui initio vult hanc ſeruitutem fundo acquirere, cauſatur quaſi ciuilis poſſeſ. & quia iſte animus ab initio interueniens, præſumitur durare, fit vt longo etiam tempore huiuſmodi ſeruitus habens cauſam continuam præſcribatur: ſecus in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuam. Nam ibi ad præſcribendum requiritur tantum tempus, cuius initij memoria nō extat, quod vim conſtituti, & priuilegij habet, vulgat. leg. hoc iure, 3. §. ductus aquæ, 4. ff. de aqua quot. & æſtiua. Et de his latius videte Bartol.in d.l.1.in princ.num.10.& ibi Alexand.num.60. & Iaſ.73.

Quomodo poſſeſſio acquiratur.

94 Quarta quęſtio principalis eſt. Qualiter poſſeſſio acquiratur? Circa quam primo dicemus de modis quibus poſſeſſio acquiritur. Secundo, de perſonis, per quas poſſeſſio acquiri poteſt. Quod ad primum attinet, præmittenda generalis quędam regula, ad acquirendam poſſeſſionem requiri animum & corpus ſimul, neque ſolo animo, neq. ſolo corpore poſſeſſionem acquiri poſſe, text.eſt in l.3. in princ. & in l. quemadmodum, ff.eod.& in l.licet, 4.& in l.nemo, 10.Cod.eod. & hic in §.noſtro. Et hæc regula eſt tam de naturali, quam ciuili poſſeſſione, vt nulla ſine corpore & animo ſimul acquiratur, per
95 text.in d.leg.quemadmodum, in verb.nulla. Licet enim corpore ingrediar fundum, etiam vacantē, a nemine poſſeſſum, ſine animo occupandi, ſeu intentione acquirendi poſſeſſionem, non acquiro eius poſſeſſionem, etiam naturalem tantum licet corpore inſiſtam, cum deſit hoc caſu animus poſſidendi. Ita è contrario liceat habeam animum poſſidendi fundum, etiam vacantem, tamen ſine actu corporali, etiam ſola ciuilis poſſeſſio non acquiritur, quippe quę in animo quidem conſiſtit, & animo retinetur, ſolo tamen animo acquiri non poteſt, vt hic, & d.leg licet. Hinc dicit Iaſ.in d.leg. 3. in princ. duo inſtrumenta copulatiuę requiri ad acquirendam poſſeſſionem ſiue naturalem, ſiue ciuilem, corpus ſcilicet, & ani-
96 mum. Ex quo videtur inferri, quod ſola ciuilis poſſeſſio ſine naturalis nunquam poſſit acquiri, vt videtur ſentire Bart. in d.l.clam poſſidere, §. qui ad nundinas. Pro qua ſententia facit tex.in d.l.3.§.Neratius, ff.eod. vbi Iuriſc.inquit ſolo animo non poſſe acquiri poſſeſſionem, ſi non antecedat naturalis poſſeſſio. In contrarium tamen eſt veritas & communis cōcluſio Doctor.ſolam etiam ciuilem poſſeſſio. vacantem ſine naturali acquiri poſſe, dummodo interueniat aliquis actus corporalis: alias enim ſequeretur quod nudus proprietarius & dominus feudi, qui ciuiliter tantum poſſident, non poſſent transferre illam ciuilem ſolam in alium, inducendo eum in poſſeſſionem, quod tamen eſt falſum, per leg. locum, 17. §. proprietarius autem, ff.de vſufruct. Sic & Iudex poteſt quem mittere in poſſeſſionē pro ſola ciuili poſſeſſione conſequenda, abſque naturali, ſecundum Bald.in l.2.num. 5. Cod.vbi in rem act. exerc. Nec obſtat text.in d.§.Neratius, quia ibi ſecūdum gloſ. naturalis poſſeſſio accipitur pro corporali apprehenſione, vel alio æquiualente actu corporeo, ideo & cum myſterio dicitur, ad acquirendam poſſeſſionem requiri animum & corpus ſimul, vt corpus intelligatur de actu quodam corporali, non naturali poſſeſ.de quo poſt alios vide Iaſ. in d. §.qui ad nundinas, num.37.& in d.l.3.§.Neratius, num.1.ff.
97 eod. Sed ad prædictam regulam, quod ciuilis poſſeſſio aliquando etiam ſine animo acquiratur, opponitur glo. in l.& ſi nolit, 7.ff. eodē, vbi ingreſſus fundum abſentis acquirit naturalem eius poſſeſſionem, & ciuilis remanet penes abſentem. Verum ſi abſens domum rediens, ſuſpicetur ſe poſſe repelli, perdit poſſeſſionem ciuilem, & iſta vnitur cum naturali, ita vt naturalis trahat ad ſe ciuilem vacantem, etiam poſſeſſore Ignorante, ſic vt ille, qui antea habebat tantum naturalem poſſeſſionem, ignorans etiam, & ita ſine animo acquirat ciuilem. Sed ad hoc reſpondent gloſ. & DD. ibi, quod ingrediens a principio habuit animum omnem poſſeſſ.acquirendi ſed quia ciuilis tunc non fuit vacans, nec duo in ſolidum vnā ſpeciem, poſſeſſionis poſſidere poſſunt, acquiſiuit tantum naturalem, & quia habet naturalem, ex tunc videtur voluiſſe habere etiam ciuilem, & cum non conſtat animum eſſe mutatum, videtur adhuc eſſe in eodē propoſito acquirēdi poſſeſ. ciuilem, quia de mutatione animi non præſumitur, l.cum tacitum, 3.ff.de probat.& l cum hic ſtatus, 32.§.primo, in fine ff.de donation.inter virum & vxor.de quo latius videte Bart. & in d.leg.& ſi nolit, & Alexand.§.qui ad nundinas, num.22.

& Ia-

Digitized by Google

& Iaſ. ibi. 68. Secundo contra opponitur, quod aliquando
poſſeſſio etiam naturalis, & ciuilis ſolo animo ſine corporali
apprehenſione poſſeſſionis acquiratur, dicta l. prim. §. ſi iuſſe-
rim, 21. & l. quod meo, 18. in princip. §. ſi venditorem, ff. eod.
& l. clauibus, 74. ff. de contrab. empt. cum ſimilibus alleg. per
gl. in dicta leg. 3. in prin. ſuper verbo animo, ff. eod. Sed ad hæc
ſura reſpondetur, regulariter quidem ad acquirédam poſſeſ-
ſionem requiri corporalem apprehenſionem poſſeſſionis idē
tamen eſſe, ſi quid aliud æquipollens interueniat, quod pro
corporali apprehenſione habetur, vt inquit gloſ. in d. c. l. ter-
tia, §. Neratius, ſuper verbo naturalis poſſeſſio, ff. eod. Hinc
Ioan. Fab. in §. noſtro num. 1 inquit, in omnibus illis iuribus,
quę videntur ponere fallentias ad regu. noſtram, interuenire
aliquem actum corporalem, qui cadat in vnum ex quinq; sé-
ſibus corporeis, vt viſus, vel receptionis clauium, &c. ſic vt li-
cet verus, ac directus actus corporeus, apprehēſionis ſcilicet
non interueniat, tamen per alios actus æquiualentes, iuris fi-
ctione poſſeſſio naturaliter apprehédatur, vt inquit Pl. hic n.
quinto, & Sal. in dicta l. licet, verſ. ratio vero, C. eod. Hinc &
Bald. in l. traditionibus, 20. Cod. de pactis, dicit traditionem
aliam eſſe veram, aliam vero quaſi traditionem per fictioné
iuris ciuilis, vt ex ſequentibus apparebit. Hac regula ſic præ-
miſſa, ſeparatim nunc dicamus. Primo de modis, quibus poſ-
ſeſſio rerum corporalium acquiritur. Secūdo de modis, qui-
99 bus poſſeſſio quaſi rerum incorporaliū acquiri ſolet. Quod
ad primum attinet, eſt gloſ. ord in dicta l. prima, in princ. ſu-
per verbo, qui primi, ff. eod. quæ refert tres opiniones. Qua-
rum prima communiter a Doct. approbatur, reiecta tamen
diſtinctione inter res animatas, & inanimatas, ita vt poſt glo.
& DD. ſub generali quadam diſtinctione comprehendant in
effectu omnes modos, quibus poſſeſſio rerum corporalium
acquiri ſolet hoc modo. Aut loquimur de rebus corporalib.
à nemine poſſeſſis, vt ſunt res vacantes, vel pro delicto habi-
tæ, vel quæ in nullius bonis vnquam fuerūt, & in eis ſolus vi-
ſus non ſufficit, ad acquirendam poſſeſſionem, ſed naturalis
apprehenſio, ſeu occupatio neceſſaria eſt. Et hoc ſine dubio
procedit in rebus animatis, licet irrationabilibus, per te. l. na-
turalem, 5. §. primo, de acquirendo rerum dominio, & §. illud
13. ſupr. de rer. diuiſ. vbi ſi quis feram, vel beſtiam vulnera-
uit, non acquirit eius poſſeſſ. vel dominium, niſi eam cepe-
rit. Sic & in l. in laqueum 55. ff. de acquirend. rerum domin.
dicitur de apro qui incidit in laqueum venatoris, non tamen
dicitur acquiſitus venatori, niſi in manu capiatur. Multa
enim poſſunt accidere ne capiatur, vt dicitur in d. §. illud, &
in d. l. naturalem, §. 1. Idem dicendum de rebus inanimatis, vt
de gemmis vel theſauro, per text. in dicta l. 1. in princ. & in d.
l. 3 § Neratius, licet gl. in dict. leg. 1. ſuper verbo, qui primi, in
fine, diſtinguat inter modum occupationis, & inuentionis.
Niſi enim, & theſaurus apprehendatur, non acquiritur, d. §.
Neratius. Inuenire, enim eſt apprehendere, l. ſi Barſatoram,
13. C. de fideiuſſ. Quod inducit Bart. in d. l. 1. in princ. num. 3.
100 ad quęſt. de ſtatuto, quo cauetur, ſi quis fuerit inuentus cū
armis, quod puniatur tali pęna, &c. vt non intelligatur inué-
tus ille, qui á familia iudicis fuerit viſus portare arma, niſi etiá
fuerit deprenſus vel captus, de cuius veritate latius videte
Cyn. in dict. leg. licet, Bart. in d. l. ſi Barſaturam, Iaſon d. l. pri-
ma, in princip. num. 187. ff. eodem, & ibi Dom. Rep. Harmo-
nium Decum in dict. l. 1. in princip. numero 62. cum ſeq.
Aut loquimur de rebus ab alijs poſſeſſis, ſiue ſint animatę, ſi-
ue ſint inanimatæ, mobiles, vel immobiles, & tunc ſubdiſtin-
guitur; aut interuenit voluntas, & conſenſus vtriuſque poſſi-
dentis, & ipſius acquirentis, & tūc quæritur poſſeſſio per ſo-
lum aſpectum, & alios modos fictos, abſque actuali appre-
henſione ipſius rei, propter voluntatem poſſidentis, poſſeſ-
ſionem in alium transferre volentis, dict. leg. quod meo, in
princ. & §. ſi venditorem, cum ſimilibus. Aut non concurrit
vtriuſq; voluntas, ſed ipſius acquirentis tantum, & non ſuffi-
cit ad acquirendam poſſeſ. ſolus aſpectus acquirere volentis,
ſed naturalis apprehenſio ipſius rei neceſſaria eſt, dicta leg.
quod meo, §. fin. ff. eo. Et de hac diſtinct. vide latius poſt gloſ.
in d. l. 1. Bart. num. 13. Paul. de Caſt. 18. Alex. 74. cum ſequ. Sal.
in d. l. licet, in 3. oppoſ. Cod. eod. Circa prædicta notanda ſunt
101 verba Pauli de Ca. in d. l. tertia, in princ. ff. eodem. Aliquan-
do (inquit) acquiritur poſſeſſio per actus introductos à iure
naturali, vel gentium, vt per apprehenſionem corporalem
manuum vel pedum, & tunc requiritur illa apprehenſio vna
cum animo dict. leg. 1. in princip. §. feræ, 12. ſupr. de rer. diuiſ.
Aliquando vero acquiritur poſſeſſio per actus mere ciuiles, a
ciuili iure ſimpliciter introductos, vt quando aliquis conſti-
tuit ſe meo nomine poſſidere præcedente iuſta cauſa, vt in l.
quod meo, 39. in princip. ff. eod. Item per retentionem vſuſ-
fructus, vt in l. quiſquis, 28. Cod. de donat. Et tunc requiritur
animus vna cum illo actu à iure ciuili introducto, licet non
interueniat inſtrumentum corporale manuum, vel pedum
ipſius acquirentis. Aliquando vero per actus mixtos, quia in-
teruenit aliquis actus naturalis, non tamen principaliter ad
hoc ordinatus, niſi iuris miniſterio interueniente, puta per
viſum, vel per traditionem clauium, & tunc requiritur ani-
mus vna cum iſtis mixtis actibus, d. l. quod meo, §. ſi vendito-
rem, d. l. 1. §. ſi iuſſerim, ff. eodem.
102 Primus igitur, & magis vſitatus modus acquirendi poſſeſ-
ſionem, eſt corporalis apprehenſio, ſeu occupatio poſſeſ. ac-
cedente ſcilicet animo apprehendentis, in d. l. 1. § 1. & d. l. 3.
in princip. & §. Neratius, 3. ff. eod. Et ampliare hanc conclu-
ſionem procedere. I. Tam in rebus animatis, quam inanima-
tis, vt ſupra dictum. II. Tam in mobilibus, quam immobili-
bus, dict. l. 3. in princip. §. Nerat. III. Quod apprehendendo
poſſeſſionem partis fundi, acquiritur poſſeſſio totius fun-
di, nec requiritur, vt quis omnes glebas fundi circumambu-
let, ſed ſufficit partem eius fundi intruire, dum ea mente hoc
faciat, quod totum fundum vſque ad terminum poſſidere
velit, te eſt in dict. leg. 3. in princip. ff. eodem & Iaſ. ibi num.
3. I. Ampliatur procedere, non tantum reſpectu partium fun-
di, quę erant tempore apprehenſionis, ſed etiam aliarum par-
tium, quæ poſtea per alluuionem accreuerunt, arg. text. in l.
quod in rerum, 24. §. ſi quis poſt teſtamentum, & in l. ſi ex to-
to, 8. in princip. ff. de legat. 1. II. Ampliatur procedere in vni-
uerſitate rei, quando vna res ſub ſe comprehendit plures res.
Tunc enim ſatis eſt inhęrere rei principalis, quamuis alię res
non apprehendantur. Veluti ſi emo caſtrum cum territorio
vel pertinentijs non eſt neceſſe in quemlibet fundum caſtri,
vel in quemlibet locum caſtri intrare, ſed ſufficit appreben-
dere poſſeſſionem continentis, vt intelligatur poſſidere con-
tenta ſub ea, ſecundum Iacob. Beluiſ. vt eum refert. Bartol.
in dict. leg. 3. in princip. argum. leg. Caius Seius 86. §. 1. ff. de
l. 2. Quod intelligit Bartol. in dict. lege. 3. procedere, quo ad
corpus caſtri intra limites ſuos ſed quo ad quaſi poſſeſ. iuriſ-
dictionis acquirendæ in caſtro, & villis caſtro ſubiectis, dicit
requiri, vt vtus ſit iuriſdictione, de quo infra latius poſt Ale-
xand. in dict. leg. 3. numer. 21. & Iaſ. 32. III. Ampliatur proce-
dere in rebus quæ non ſic propriè, & ſeparatim diuiſæ ſunt,
ſed vbi facta aliqualis diuiſio vnius fundi in plures cauſa cō-
modioris culturæ: vbi ſufficit ingredi vnam partem fundi eo
animo, vt acquiratur poſſeſſio omnium partium eiuſdem
fundi ſic diuiſi d. leg. Caius Seius § primo, & gloſ. in l. iube-
mus nulli, 14. in princip. in ver. diuidere, Cod. de Sacroſanct.
Eccleſ. vide Alexand. in d. l. 3. in princip. numer. 21. in fin. III.
103 Ampliatur vt apprehendens poſſeſſionem domus intelli-
gatur apprehendiſſe poſſeſſionem omnium rerum in ea exi-
ſtentium. Qui enim poſſidet continens, cenſetur etiam poſ-
ſidere contentū, ſecundum Bald. in leg. de his, 11. Co. de furt.
per tex. d. l. clauibus, de contrahend. empt. & in l. ſi ego, 9. §.
ceterum, verſ. quid enim intereſt, ff. de iure dot. Nec obſtat
tex. in leg. qui vniuerſas, 30. in princ. ff. de acqu. poſſeſſ. vbi di-
citur, qui vniuerſitas ædes poſſidet, ſingulas res, quę in ædi-
104 ficio ſunt, poſſidere non videri. Ibi enim te. loquitur de
rebus ex quibus domus eſt ædificata, ita vt poſſidens ædes,
non intelligatur poſſidere quamlibet particulam, vel res ſin-
gulares, ex quibus domus conficitur, lapides ſcilicet, & ligna
in abſtracto, ſed concreto, ſicut ibi ſummat ur per Bart. quod
poſſidens vnum totum integrale, non poſſideat ſingulares
eius partes. In quibus terminis loquitur etiam tex. in leg. cum
qui ædes, 23. in princ. ff. de vſur. vbi dicit. I. C. quod ſi ſingulas
res poſſidere intelligeretur, ipſas ædes nō poſſideret. Separa-
tis enim corporibus ex quib. ædes conſtant, vniuerſitas ædiū
intelligi non poteſt, de quo latius vide DD. & ibi, & in d. leg.
qui vniuerſas, & Alex. in d. l. 3. in princ. num. 27. & Iaſ. nu. 33.
105 V. Pro ampliatione tradita in d. l. 3. in princ. quæritur, quid
ſit dicendum de iuribus incorporalibus, quando quis exercet
vnum actum iuriſdictionis, qui pertinet ad vnam ſpeciem
iuriſdictionis, puta ad mixtum imperium, an intelligatur ac-
quiſiuiſſe quaſi poſſeſ. alterius ſpeciei iuriſdictionis, puta me-
rij imperij; Et dic communem, & veram concluſionem eſſe,
quod exercendo vnum actum iuriſdictionis, voluntate eius,
qui vendidit caſtrum cum iuriſdictione, & qui habuit iuriſ-
dictionem, in eo acquiritur quaſi poſſeſſio totius iuriſdictio-
nis, propter voluntatem vendentis, qui & iuriſdictionem
vniuerſalem voluit transferre in emptorem, argumento leg.
ſi ſtillicidij, octau. §. finali, ff. quemadmodum ſeruitus amit-
tatur, vbi is, qui vadit per partem itineris, id eſt loci vbi erat
conſtituta illa ſeruitus, totum ius illius ſeruitutis conſequi-
tur; & retinet. Idem dicendum, ſi nullus eſſet in quaſi poſ-
ſeſ-

Digitized by Google

ſeſſionē vniuerſalis iuriſdictionis, & ſic iuriſdictio eſſet va-
cans. Nam, & tunc exercendo vnum actum iuriſdictiona-
lem, animo acquirendi vniuerſalem iuriſdictionem, ſimul
præſcribitur ius vniuerſale illius iuriſdictionis vacantis, vt eſt
communis concluſio Doct. ita vt Iaſ. in d. leg. 3. in princip. nu.
37. dicat ſe, non inuenire contradicentem. Secus ſi poſſeſſio
non eſſet vacans, & quia contra voluntatem alterius, haben-
tis, iuriſdictionem vellet occupare, & acquirere quaſi poſ-
ſeſſionem iuriſdictionis, & ſic non interueniente voluntate
poſſidentis vellet præſcribere iuriſdictionem. Tunc enim ſi
vſus eſt vna ſpecie iuriſdictionis, exercendo, ſcilicet actum
ſimplicis iuriſdictionis, (*Der Erbgericht*) non acquirit
quaſi poſſeſſionem in alia ſpecie iuriſdictionis, puta meri
imperij (*der obergericht*,) quia in ſpecie tantum dicitur qua-
ſi poſſidere, in qua vſus eſt iuriſdictione non in alia, licet ha-
buerit animum acquirendi omnem iuriſdictionem in gene-
106 re, per vul. reg. Quantum poſſeſſum, tantum præſcriptum,
& non plus, leg. 1. §. ſi quis hoc interdicto, 4. ſecund. iuncta
gloſ. in ver. quo ad vſque, ff. de itinere, &c. De quibus latius
vide Bald. in leg. ſi quis diuturno, 10. in 2. not. ff. ſi ſer. vin. vbi
inquit, eum qui præſcripſit iuriſdictionem ciuilem, non vi-
deri præſcripſiſſe iuriſdictionem criminalem, & addit Alex.
in dict. leg. 3. in princip. numer. 22. in medio, & Dict. Iaſ. ibi
numer. 34. qui numer. 20 ſubijcit aliam ampliationem, vide-
licet, quod licet præſcriptio iuriſdictionis non extendatur
de vna ſpecie ad aliam tamen extendatur de perſona in per-
ſonam, ita vt ſi quis præſcripſit iuriſdictionem etiam crimina
lem in villa, quo ad puniendos ſubditos, poſſit eam etiam
exercere in forenſes, & aduenas ibi delinquentes licet quo-
ad eos nonquam fuerit in quaſi poſſeſſione, quia iſta præſcri-
ptio cauſat ius reale, quod contra quemlibet redditor, ſecun-
dum Bald. in dict. leg. ſi quis diuturno, per text. ibi ff. ſeruit.
vind. Contra hanc concluſionem ex dict. leg. 3. in princip.
ff. eodem ſumptam, opponitur de dict. leg. quod meo, ff. eo-
dem in final. vbi quis poſſedit fundum, & alius ingreſſus
eſt etiam cum exercitu certam partem eiuſdem fundi, & ta-
men non acquirit poſſeſ. totius fundi, ſed tantum eam par-
tem quam ſic occupauit, poſſidere dicitur. Ad hanc oppoſi-
tionem reſpondet gloſſ. dict. leg. 3 in princ. ſuper verb. quam-
libet, quod ratione cauſæ impeditur in d. §. fin. acquirere
poſſeſſionem totius fondi, quia poſſeſſio ibi non erat vacans,
ſed per alium poſſeſſa. Non mirum igitur, quod tunc exer-
citus non plus acquirat, quam quatenus occupat ne duo
eandem rem vna ſpecie poſſeſſionis ſimul, & in ſolidum poſ-
ſidere dicantur, contra reg. dict. l. 3 §. ex contrario. Ex ex his
colligitur. I. Limitatio ad iſtam concluſionem, vt procedat
in poſſeſ. vacante, & tunc per apprehenſionem, partis quis
totius fundi poſſeſſionem apprehendiſſe dicatur, ſecus in
re ab alio poſſeſſa. Nam tunc acquiritur tantum poſſeſſio
eius partis, quæ occupatur, d. §. fi. a Limitatur, iſta conclu-
ſio per gloſ. in d. leg. 3. ſuper verb. quamliber, in fine, vt non
procedat, quando ſunt plures diſtinctæ. Nam tunc per ap-
prehenſionem vnius rei, vel vnius prædij non acquiritur poſ-
ſeſſio aliorum prædiorum, etiam concurrente voluntate
acquirendi poſſeſ. aliorum quoque prædiorum facit text. in
d. l. 3. §. veteres, 16 iuncta gloſ. in verb. per vnum, in princip. ff.
eodem, vbi apprehenſa poſſeſſio vnius ſerui, non intelligitur
apprehenſa poſſeſſio aliorum, quamuis vnde tit. ſimul debi-
torum. Hinc, & Spec. in tit. 1. & 2. decreto, §. iam de effectu
in princ. reprehendit nuncios, & executores iudiciales, qui-
bus data eſt licentia, vt actorem inducant in poſſeſ. fundo-
rum plurium ſeparatorum. Licet enim inducat eum in vnum
fundum, non tamen dicitur immiſſio facta etiam in alios, vt
maxime animus executoris, & partis fuerit apprehendere
poſſeſ. omnium fundorum. De quo latius videte Alex. in
d. l. 3. in princ. num. 21. & ibi Iaſ. num. 30. vbi extendunt hanc
limitationem etiam ad plures res comprehenſas ſub vniuer-
ſitate iuris, puta hæreditatis. Tunc enim apprehenſa poſſeſ.
vnius rei hæreditariæ, non dicitur apprehenſa poſſeſſ. alia-
rum rerum hæreditariarum, ſecundum gloſ. in d. l. 1. §. vete-
res, licet omnes contineantur ſub vniuerſali nomine hæredi-
tatis. Secus, ſi eſſet vniuerſitas rei puta vna res plures ſub ſe
continens, vt caſtrum comprehendens omnia ædificia ſub
ſe in caſtro, vbi apprehenſa poſſeſ. partis ipſius caſtri, dici-
tur quis poſſeſſionem de omnibus partibus exiſtentibus in
caſtro apprehendiſſe, de quo ſupra dictum eſt. Porro ex ſu-
pradictis colligitur quoque limitatio ad primum modum ac-
quirendi poſſeſ. videlicet vt tunc acquiratur poſſeſſio rei per
apprehenſionem, quando poſſeſſio eſt vacans ſecum ſi res ſit
per alium naturaliter, poſſeſſa. Licet enim tunc, quis eo ani-
107 mo corpore quoq; ingrediatur fundum, vt velit acquirere
eius poſſeſſionem non tamen per illam apprehēſionem ac-
quirit poſſeſſ. rei per alium poſſeſſę, cum impediatur quis poſ-
ſidere naturaliter id quod alius poſſidet, per d. leg. 3. §. ex con-
trario, niſi prior poſſeſſor, per huiuſmodi ingreſſum, & ap-
prehenſionem alterius, deſinat poſſidere, vt quia per vim de-
ijcitur, ex poſſeſ. fundi per ingredientem. Tunc enim natu-
108 ralis poſſeſſio acquiritur occupanti. Idem, quando ſcit rem
eſſe occupatam ab alio etiam clam, & ſuſpicatur ſe poſſe re-
pelli, vel negligit infra decennium recuperare poſſeſſionem.
Nam tunc quia antiquus poſſeſſor amittit poſſeſ. naturalem
acquiritur ea occupanti, vt ſupra dictum, & infra latius dice-
tur, per ea quæ habentur in d. l. clam poſſidere, §. qui ad nun-
109 dinas. Secundo limitatur iſta concluſio ratione rerum, vt
per apprehenſionem non acquiratur illarum poſſeſſio, quan-
do ſcilicet ſunt res ſacræ, religioſæ, vel ſanctæ, vel alio modo
prohibitæ poſſideri, per text. in leg. qui vniu. 18. §. 1 ff. eodem.
Addite, gloſ. in dict. leg. 3. ſuper verb. quamlibet, & ibi Alex.
de Imol. nu. 19. Vnde generalitas illa, quod per apprehenſio-
nem acquiratur poſſeſſio eſt reſtringenda ad res habiles, &
quæ poſſint poſſideri, cum quęlibet generalitas recipiat reſtri
ctionem de habilitate, vulg. leg. vt gradatim, 11. ff. de imun.
& ho. Declarato primo modo acquirend. poſſeſ. quia iure
naturali, vel gentium introductus, & magis frequens eſt,
dicendum, nunc reſtat de modis à iure ciuili introductis,
qui per fictionem iuris corporalis apprehenſioni æquiparan-
tur de quibus eſt gloſ. ord. in dict. leg. 4 §. 1. ſuper verb. animo
& ibi Doct. ff. eodem. Et quamuis, hi modi dicantur ficti non
veri: & Bald. in leg traditionibus, 10 Codic. de pactis, de tra-
ditione vera, & ficta loquitur poſſeſſio tamen quę acquiritur
ex huiuſmodi modis fictis non ficta, ſed vera eſt, & dicitur
poſſeſſio vt notatur in leg. ſi is qui pro emptore, 15 ff. de vſuc.
& vide Caſt. in d. l. quod meo in fi. in princ. ff. eod. & ibi Alex.
num. 3. cum ſeq. & eundem Alex, dict. leg. 1. in princ. nu. 89. ff.
eod.

110 Secundò igitur poſſeſſio acquiritur per conſtitutum, quā-
do ſcilicet is, qui poſſidet fundum, ſolo verbo conſtituit ſe
alterius nomine poſſidere omnia ſua bona nomine credito-
rum. Per huiuſmodi enim conſtitutum trāsfertur omnis poſ-
ſeſſio, quæ erat pęnes debitorem in ipſum creditorem, ita
vt creditor dicatur ciuiliter poſſidere animo ſuo, & etiā na-
turaliter corpore debitoris. Is enim poſſidet, cuius nomine
poſſidetur, & debitor retinet tantum nudam detentionem,
dicta l. quod meo, in princ. eo. Et ſic licet non interueniat cor
poralis apprehenſio fundi ex perſona creditoris, tamen ius
fingit actum corporalem debitoris conſtituentis ſe poſſidere
nomine creditoris, eſſe actum corporalem ipſius creditoris,
vt declaratur per Paul. de Caſt. & alios in d. leg. quod meo. Et
ampliatur hæc concluſio procedere. I. In transferenda poſ-
ſeſſione naturali, & ciuili ſimul, quando ſcilicet is, qui con-
ſtituit ſe nomine alterius poſſidere, habet vtramque poſſeſ-
ſionem. II. In transferenda naturali tantum, quam conſti-
tuens ſolam habet. III. In ciuili tantum poſſeſſione, quæ &
ipſa per conſtitutum transferri poteſt, vt declarat Bart. in d.
leg. quod meo, num. 3. & ibi Paul. de Caſt. num. 3. & Alex. nu.
17. cum ſeq. IV. Etiam in quaſi poſſeſſionem rerum incorpo-
ralium, vt in ſeruitutibus. Etenim ſi dominus & poſſeſſor fun
di concedat tibi ſeruitutem itineris, vel aliam ad fundū tuum,
& conſtituat ſerui nomine poſſidere, & poſtea vtatur huiuſ-
modi ſeruitute tuo nomine, eundo ſcilicet ad fundum do-
minantem acquiritur tibi quaſi poſſeſſio iſtius ſeruitutis per
huiuſmodi conſtitutum, accedente vſu ſeruitutis. Si enim v-
111 ſus non interueniat, nō acquiritur tibi quaſi poſſeſſio iſtius
ſeruitutis, cum ad acquirendam quaſi poſſeſſionem ſerui-
tutis requiratur vſus eius cui ſeruitutis debetur, & patien-
tia eius, qui eam debet, quæ pro traditione habetur, vulg. leg.
quoties, 20. ff. de ſeruitutibus. Idem quando quis eſt in poſſeſ.
iuriſdictionis alicuius caſtri, & conſtituat ſe nomine alte-
rius quaſi poſſidere iuriſdictionem, & vtatur ea pro altero,
de quo latius vide poſt Bart. in d. l. quod meo, numer. 5. Alex.
24. cum ſequ. Ad hoc autem vt per conſtitutum ſic transfe-
ratur poſſeſ. 1. Requiritur quod conſtituens habeat huiuſ-
modi poſſeſſionem, quam in alium vult transferre, per reg.
leg. nemo plus iuris, 54. ff. de reg. iur. Vnde non ſufficit produ-
cere inſtrumentum, quo continetur venditorem conſtituiſ-
112 ſe ſe nomine emptoris poſſidere fundum venditum, niſi
probetur debitorem tempore conſtituti poſſidere, vt eſt
gloſ. in l. ſecunda, ſuper verb. tradita, Cod. eodem & notatur
in leg. quamuis, 32 §. ſi conductor ff. eod. & vide Alexand. in
d. l. quod meo, num. 22. Iaſon. d. l. 1. nu. 105. Salic. in leg. licet, 4.
num. 3. in verſ. in tertio autem caſu, Cod. eod. 2. Requiritur,
quod interueniat volūtas, & animus illius, cuius nomine alter
con-

Digitized by Google

conſtituit ſe poſſidere, per ea, quæ in princ. huius quartæ quæſtionis principalis prædicta ſunt. Et licet gloſ. in dict. leg. quod meo, ſuper verb. poſſidere, addat tertium requiſitum, videlicet, vt iuſta cauſa præcedat, quæ ſit habilis ad tranſlationem dominij, & ſine cuius interuentu non transferatur poſſeſſio per conſtitutum, tamen in hoc communiter à Doctor. reprobatur, per tex. in le. 1. §. ſi vir, 4. ff. eod. vbi ex contractu donationis inter virum, & vxorem, qui eſt à iure reprobatus, nihilominus transfertur poſſeſſio, ſecuta traditione in vxorem, & tamen interuenerit iniuſta cauſa, & per text. l. clam poſſidere, 6. § ſi. cum leg. ſequ. vbi ingrediens poſſeſſionem abſentis acquirit naturalem poſſeſſionem, & quam primum vacabit ciuilis, eam quoque acquiret ingrediens, vt ſupra quoque declaratum eſt, & tamen ibi nulla cauſa habilis ad transferendum dominium interuenit. De quo latius poſt alios vide omnino Alex. in d. l. quod meo, num. 9. cum aliquot ſequ. ff. eodem.

113 Tertio, per traditionem clauium acquiritur poſſeſſio nedum domus, ſed omnium bonorum in domo incluſarum, l. clauibus, 74. ff. de contr. emp. & d. leg. 1. ſi. ſi iuſſerim, in fine ff. eod. Iuris enim fictione res ipſæ traditæ cenſentur propter facilem aperiendi, & apprehendendi facultatem, vt inquit Salicet. in dict. leg. licet. Et ad hoc, vt tradito clauium opere-
114 tur tranſlationem poſſeſſionis. I. Requiritur animus poſſeſſionem transferre volentis. Nam in dubio, ſi non præcedat titulus habilis ad tranſlationem dominij, vel poſſeſſionis, traditio clauium præſumitur facta cauſa cuſtodiæ, vt eſt text. & ibi gloſ. ſuper verb. cuſtodiæ, in leg. cum pater 77. § pater, pluribus, 21. ff. de leg. 2. vbi inquit Bartol. eundem actum ſecundum diuerſam intentionem agentis operari diuerſos effectus. Et facit iſte text. ad hoc, quod claues rerum communium penes ſeniorem ex familia ſunt reponendæ, ſicut & communia inſtrumenta penes ſeniorem, & digniorem deponi cauetur, in leg. final. ff. de fide inſtrument. II. Requiritur ſecundum Bart. in dict. leg. 1. numer. 13. in final. vt tradito clauium fiat in re præſenti, per text. in dict. leg. clauibus, qui amplius vult ita demum acquiri poſſeſſ. rerum in domo exiſtentium, ſi ſciat emptor, in qua parte domus res ipſæ poſitæ ſint. Imola tamen, vt eum ibi refert Alex. numer. 78. dicit ſufficere, quod emptor generaliter ſciat res eſſe in domo per dict. leg. clauibus, quæ aliud non requirit. Et ſubijcit in Alexand. etiam non eſſe neceſſe vt claues tradantur in aſpectu, & præſentia domus venditæ, ſed ſufficere eas eſſe traditas in loco propinquo domui, ita vt facile emptor poſſit ad domum venire, & vult gl. 2. in d. l. 1. ſuper verb. quia naturaliter, verſ. ſed quod ſi non eſt in conſpectu, ff. eodem. Si enim requireretur præſentia, & aſpectus ipſius domus traditio clauium nihil operaretur, cum & ſolus aſpectus ad acquiſitionem poſſeſſionis ſufficiat, vt ſtatim dicetur. De quo tamen latius vide Iaſ. d. l. 1. nu. 91. & Repetent. Harmanoctium ibi. num 65.

115 Quarto acquiritur poſſeſſio per ſolum viſum, & aſpectũ rei concurrente voluntate transferre volentis, non interueniente alio actu ſeu corporali apprehenſione. Veluti ſi quis mihi vendat fundum, & eum demonſtret, de turri, ea intentione, vt velit in me transferre poſſeſſionem, licet alter me non inducat tamen acquiro eius fundi poſſeſſ. d. l. 1. §. ſi iuſſerim, & d. l. quod meo, §. ſi vend. ff. eod. Ad hoc autem vt per
116 ſolum aſpectum poſſeſſio acquiratur requiritur. I. Quod res ſit præſens, dict. §. ſi venditorem. II. Quod non ſit vacans vel in nullius bonis, nec aliena, & ab alio poſſeſſa. In rebus enim vacantibus non ſufficit ſolus aſpectus ſed corporalis apprehenſio requiritur vt ſupra dictum eſt, per tex. in d. leg. 1. in princ. & in d. l. 3. §. Neratius, ff. eod. III. Quod voluntas tradentis, & etiam acquirere volentis intercedat per reg. generalẽ ſupra præmiſſa. De quo, latius vide Docto. in dict. l. 1. & ibi Bart. num. 13. Alex. num. 74. Iaſ. in d. §. Neratius num. 6. Salic. in d. l. licet.

117 Quinto, per traditionem inſtrumenti trãsfertur poſſeſſio fundi, vel rei, de cuius emptione, vel donatione fit mentio in inſtrumento ita vt ius fingat ipſum fundũ naturaliter apprehenſum eſſe, tex. eſt in l. 1. Cod. de donat. Sic quando tibi trado inſtrumentum in quo continentur nomina meorum debitorum, videor tibi tradidiſſe & ceſſiſſe actiones mihi competentes contra debitores, vt inquit Bart. in l. Labeo 2. ad fin. ff. de pact. per tex. in d. l. 1. Co. de don. Et procedit hęc concluſio, quando cum animo & voluntate acquirentis concurrit voluntas tradentis, neque neceſſe eſt, vt tradatur inſtrumentum in præſentia rei ſecundum gl. in d. l. 1. ſuper verſ. & traditis, C. de donat. quam ibi ſequitur Cyn. Ang. & Alex. de Inno. in d. l. 3. in princ.

118 Sextò per retentionem vſufructus formalis rei, in quo quis habet plenum dominium, transfertur ciuilis poſſeſſio, & proprietas rei in alium, cum proprietas donata, vel vendita eſt, l. quiſquis, 29. C. de don. Nã pone, quod habeam plenum dominium fundi, & vendam tibi proprietatem fundi, reſeruato mihi vſufructu, hic licet interueniat aliquis actus corporalis traditionis, ſola tamen retentione vſusfructus transfero in te ciuilem iſtius fundi poſſeſſionem. Et hæc fictio iuris deſcendit ex neceſſaria conſequentis, vt inquit Salic. in d. leg. 3. Cum enim à iure concedatur mihi vendere fundum, & retinere vſumfructum, neceſſario ſequitur, in emptorem tranſire ciuilem poſſeſſionem, & dominium rerum, cum vſufructuarius habeat tantum naturalem poſſeſſionem, d. l. naturaliter, in princip. ff. eod. Et ciuilis poſſeſſio eſt penes proprietarium, & res mea non poteſt mihi debere ſeruitutem cum res ſua nemini, ſeruiat, l. vti frui, 5. ff. ſi vſufruct. pet. Et ſic ſolam naturalem poſſeſſionem retineo, & emptorem ciuilem poſſeſſorem facio. De quo vide Salic. l. licet verſ. in quarto quęro caſu. C. eod.

119 Septimo, per appoſitionem cuſtodis, ſine alio actu corporali ſolito, ſeu ad hoc ordinario, acquiritur poſſeſſio, vt plerumque fit in rebus, quæ propter earum magnitudinem, vel naturam, non ſic corporaliter apprehendi poſſunt, vt eſt in caſu leg. quarundam, 15. in princip. ff. eod. intelligendo, ibi ligna non fuiſſe in conſpectu, ſed forte clauſa in domo, vel adhuc in nemore, quia tunc per appoſitionem cuſtodis acquiritur poſſeſſio, alias ſolus aſpectus ſufficeret per ea quæ ſupra dicta ſunt, & vide Alex. in dict. l. 5. in princ. num. 7.

120 Octauo, per ſignationem poſſeſſio eius acquiritur. Vnde ſi quis in nemore emit arbores, & ſecuri eas ſignauerit, vel, porcos, quos de grege emit, ſignauit, traditio facta intelligitur, vt periculum poſtea ad emptorem ſpectet, l. quod ſi neq; ff. de per. & com. rei vend. de quo latiqs vide Bald. ſup. Rubr. nu. 1. C. de per. & com. rei ven. & Iaſ. in l. quoties, 15. nu. 18. C. de rei vend.

121 Nono per adoptionem eius, qui poſſidet rem transfertur poſſeſſ. bonorum adoptati in adoptationem, l. ſi adoptauero, 16. ff. de precario. Hinc Doct. dicunt, monaſterio acquiri poſſeſſionem eius rei, quam habuit ingrediens monaſterium, abſque alia apprehenſione, vide Bart. in l. vniuerſos, tertio, §. item quod mari, tertio, verſic. aut ſi is qui ff. eod.

122 Decimo, per abuſiuam inueſtituram, vt per traditionem bireti, pilei, enſis, &c. transfertur poſſeſſio rei feudalis in vaſallum, quando ſcilicet fit in præſentia feudalis: alias per ſolam abuſiuam inueſtituram non transfertur, neque poſſeſſio, neque dominium rei feudalis, vt eſt gloſ. in cap. author. 4. ſuper verbis inſtituatur, in fin. de inſtit. & capit. ex ore, 3. ſuper verb. annul. de his, quæ fiunt à maior. part. Cap. & eſt
123 text. in c. 1. in fin. & ibi Feudiſtæ, de noua for. fidel. Ratio autem diuerſitatis, quare per traditionem enſis, vel annuli hoc caſu non transferatur poſſeſſio, vel quaſi in vaſallum cum tamen per traditionem clauium, acquiratur poſſeſſio rerum, quæ ſub clauibus cuſtodiuntur dict. le. clauibus aſſignatur talis per Dyn. in cap. 1. verſ. quæri poſſe tertio de regul. iur. in 6. quia res ſub cuſtodia clauium continentur. Non mirum igitur quod traditis clauibus, ſub quarum cuſtodia ſunt ipſæ res intelliguntur etiam traditæ res. Enſis vero, annulus, &c. nihil commune habent cum bonis feudalibus. Ideo nec per traditionem enſis poſſeſſio rei feudalis tranſlata intelligitur, de quo, vide Alu. capit. primo numer. 7. quid ſit inueſtitura.
124 Et habet hac abuſiua inueſtitura alios effectus videlicet, quod dominus præciſe compellatur deinde tradere rem feudalem, nec præſtando eius intereſſe libertur, §. ſi facta ſi de feudo defunct. fuer. contro. inter. dom. Item hac abuſiua inueſtitura facta in abſentia rei feudalis, intelligitur per dominum conceſſa poteſtas, & licentia propria authoritate re ingrediendi, & apprehendendi corporalem poſſeſſionem ipſius rei in feudum conceſſæ, de quo vide Cyn. in l. 1. Cod. de don. Alex. in d. l. 3. in princ. nu. 15. ff. eod. Bald. in l. traditionibus 20. num. 2. in fi. C. de pactis, Iaſ. in d. l. quoties, num. 31. ante fin. C. de rei vend. Aluar. & Præpoſ. in cap. 1. quid ſit inueſtitura. Iacob. de S. Georg. de feud. ſuper verb. inueſtiui, num. 3. & Zaſ. in 6. parte feud.

Vndecimo, ſine naturali apprehenſione transfertur poſſeſſio, quando ex diſpoſitione legis, vel conſuetudinis inductum eſt, transferri poſſeſſionem abſque aliquo actu vero vel ficto apprehenſionis, de quo ſupra circa ciuiliſſimam poſſeſſionem dictum eſt poſt text. in l. raptores, 65. Cod. de Epiſcopis, & cleric. Et plura de his modis fictis vide poſt gloſſ. & alios, & Alexand. in d. leg. 3. in princip. ff. eodem, Baldum &

Doct.

Digitized by Google

Doct. in l. traditionibus, C. de pact. & Doct. in d. l. quoties, C. de rei vendic.

Hactenus dictum eſt, qualiter poſſeſſio rerum corporaliũ acquiritur, dicendum nunc reſtat, qualiter quaſi poſſeſ. iuriũ incorporalium acquiritur. Et Innocentius in ca. in litteris, 5. de reſtitut. ſpoliatorum, quem refert, & ſequitur Bald. in l. 1. num. 7. in fine, C. de ſeruit. & aqua, dicit hanc eod. fere modo acquiri, ſicut rerũ corporalium poſſeſſionem, corpore ſcilicet, & animo, vel facto, & animo, ſicut ſupra in princip. huius quartæ quæſtionis generalis quædam regula præmiſſa eſt.
125 Pro cuius declaratione ſciendum poſt Bald. in leg. ſecunda, num. 11. C. de ſeruit. & aqua, plura neceſſaria eſſe ad acquirẽdam quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium. Nam I. Requiritur animus poſſeſſionem acquirentis. in leg. fin. ff. quomodo ſeruit. amit. non tantum in iuribus, & ſeruitutibus perſonalibus, ſed etiam realibus, adeo vt licet fundus retineat, & perdat quaſi poſſeſſionem ſeruitutis prædialis, tamen ab initio non acquirat huiuſmodi poſſeſ. niſi interueniat animus hominis, domini ſcilicet iſtius fundi, vt ſupra in fin. 3. quæſt. in princ. dictum eſt, & adde Bal. in d. l. ſecunda, num. 10. qui num 14. ſubijcit, hoc caſu animum præſumi ex actibus. Facto enim datur voluntas intelligi, l. reprehẽdenda, 5. C. de inſtit. & ſubſt. & intima per mores cognoſcimus exteriores, vt inquit gloſ. ſuper verbo deſierint, in §. panonum, 15. verſic. certos quoque, ſupra de rerum diuiſ. & rer. in l. ſi non conuicij, 5. iuncta gl. C. de iniurijs, II. Requiritur exercitiũ illius iuris, vt inquit Pan. in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 22. de cauſa poſſeſſio, & proprieta. vel, vt Bald. dicit in d. l. 2. nu. 10. congruus actus corporalis, in quo ius illud repræſentatur, neceſſarius eſt, vt in ſeruitutibus requiritur vſus ſeruitutis eũdi, paſcendi, &c. In iure eligendi, actus electionis, in iuriſdictione, exercitium iuriſdictionis. Et quandoque ſufficit vnus actus, quandoque etiam plures non ſufficiunt, ideo diſtinguendum eſt inter iura negatiua, & affirmatiua. Nam primo caſu quando loquimur de ſeruitutibus negatiuis, quę in pro-
126 hibendo conſiſtunt, vt eſt altius non tollere, &c. In his per vnicum actum, puta per vnicam prohibitionem, cum patientia aduerſarij, acquiritur mihi quaſi poſſeſſio iſtius ſeruitutis, altius non tollendi, quia natura harum ſeruitutum eſt, quod conſiſtunt in actu, & iure prohibitiuo, vt inquit Bald. in d. l. 1. num. 8. C. de ſeru. Exempli gratia. Pone, ego teneo meam domum altam. Tu vicinus vero tenes tuam domum depreſſam, quam pręter priſtinam formam vis altius eleuare. Si per me prohibitio interueniat cui tu acquieſcas, per huiuſmodi actum, qui in ſola prohibitione mea, & tua patientia conſiſtit, acquiro quaſi poſſeſſionem iſtius ſeruitutis negatiuæ, ita vt deinde accedente legitimo tempore ad præſcriptionem requiſito, præſcribam illud ius, tuque in poſterum altius ædificare non poſſis, ante illum actum prohibitionis non ſum in quaſi poſſeſſione iſtius ſeruitutis. Eſtque ratio, quia ad acquirendam quaſi poſſeſſionem requiritur factum hominis, ſeu actus ad hoc ordinatus. Sed antequam prohibeam, nullum meum factum interuenit, Ergo, &c. vt dicit Bald. in d. l. 1. numer. 7. C. de ſeruit. & aqua. Itaque ſi domus vicini per cẽtum annos ſine mea prohibitione fuiſſet depreſſa, vel collapſa, nunquam præſcribo illud ius altius non tollendi, quia ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, ſed abſque prohibitione non conſtituor, in qua ſi poſſeſs. iſtius ſeruitutis. Ergo, &c. de quo vide glo. ordinariam, in leg. qui luminibus. II. ſuper verbo formam, ff. de ſeruit. vrban. prædiorum, gl. Bart. & alios in d. l. 1. C. de ſeruit. & aqua. & Paul. de Caſt. in d. leg. qui luminibus, & Bar. in leg. ſicut, octaua, §. ſed ſi quæritur, ff. ſi ſeruit. vindicetur. Ita quoque dicendum eſt de ſimili quæſt. Pone, nobilis ante 40. annos habuit molendinum in villa, non propterea eſt conſtitutus in quaſi poſſeſſ. iſtius iuris negatiui, vt in vicinia, & fundo proprio non poſſit quoque conſtruere aliud molendinum, niſi alterum ædificare volentem prohibuiſſet, qui huiuſmodi prohibitioni acquieuiſſet. Alias enim quilibet in ſuo fundo pro lubito etiam cum detrimento alterius ædificare poteſt, licet auferat commodum cõcurſus molentium dummodo nõ auferat commodum naturale, aquæ ſcilicet. Sicut etiam pronunciari ſolet, vt habetur ſẽtentia Scabin Lipſen. poſt *Vveichbild* ſed titu. *VVie man Teich vnd Muehlen von newem bawen ſoli*. vt dicitur, Si molendinum quod veſtri homines de nouo conſtruere cogitant, nullum impedimentum adferret vetuſtiori molendino, nec aqua ſuper bonis antiquioris molitoris ſtagnaret, tunc ædificatio noui molendini per vicinum molitorem veſtris hominibus prohiberi non poſſet, de quo videte gloſ. & Doct. in leg. ſi manifeſte, 7. C. de ſeruit. Iaſ. in leg. quo minus, 2. nu. 83. ff. de fluminibus. Iacobin. de Sancto Georg. in tract. feudali, ſuper ver. & cum molend. & Cępol. de ſeru. vrban. pręd. capit. 30. Secundo caſu quando loquimur de ſeruitutibus, & alijs iurib. affirmatiuis ſeu permiſſiuis, puta, vt liceat ire, agere per alienum fundum, vel ibi paſcere gregem, aquam duce-
127 re, iuriſdictionem exercere, &c. ſubdiſtinguendũ eſt. Quædam enim ſunt ſeruitutes & iura, quæ non ſolent concedi de facili ratione amicitiæ, vel naturalis facultatis, nec ſi cõſiſtũt in mera facultate a iure gentium permiſſa, veluti aquam ducere per alterius fundum, aut exercere iuriſdictionem, & tũc per vnicum actum inducitur quaſi poſſeſſio iſtius iuris. l. 1. in princ. iuncto §. quod autem ſcriptum, 4. & §. item quęſitum, 22. ff. de aqua quot. & æſtiu. vbi ad probandam quaſi poſſeſſ. ſeruitutis ducendi aquam per fundum alterius ſufficit probare quem ſemel vſum fuiſſe. In iſtis enim præſumendum eſt, quod vtens intendebat vti iure ſuo, & quod dominus patiebat vt eum ſic vti vt pro iure ſuo, ſecundum Abb. in d. c. cum Eccleſia Sutrina, num. 23. De cauſa poſſeſſ. & propr. Et hoc non ſolum procedit in ſeruitutibus continuis; ſed etiam in alijs iuribus, & ſeruitutibus diſcontinuam cauſam habentibus, licet etiam hoc anno quis non vſus ſit iſto iure, quando ſcilicet tunc talia iura. quæ non ſic requirunt vſum, niſi quis interpelletur etiam ex longo interuallo, vel huiuſmodi caſus ſe offerat. Tunc enim quoque ſufficit à longo tempore retro vſum, ſeu quaſi poſſeſſ. interueniſſe, veluti ſi a. 20. vel 30. annis citra exercuiſſes actum meri imperij in aliqua villa, vel interfuiſſes electioni Epiſc. vel Abb. dando tuum ſuffragium, ſi poſt longum aliquod tempus de nouo contingeret caſus in iſta villa, ad cognitionem meri imperij pertinens, vel ſi eligeretur Epiſcopus, & quis te impediret, competeret tibi hoc caſu remedium poſſeſſorium pro tuenda tua iſta quaſi poſſeſſ. & ſufficeret probare te fuiſſe in quaſi poſſeſſ. iuris eligendi, vel exercendi iuriſdictionem in proxima pręcedenti electione, & cum proxime ſe caſus iuriſdictionis obtuliſſet, etiamſi hoc factum ſit ante 20 vel 30 annos. Vnde tex. in d. leg. 1. de aqua quot. & æſtiua, & in d. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuato, qui dicit: Hoc anno, &c. Iſto caſu intelligi debet de tempore, quo requiritur iſte vſus, vt iſto quinquennio, iſto decennio, &c. vt declarat Bart. in d. §. hoc interdicto, num. 4. Quædam vero ſunt ſeruitutes, & iura, in quibus poteſt vſus eſſe per modum amicitiæ, vel cuiuſdam naturalis facultatis, & quæ conſiſtunt in actu meræ facultatis, à iure gentium vel naturali conceſſæ, velut, ire per alterius fundũ, venari, aucupari, &c. quod etiam cuilibet de iure gentium permiſſum eſt, niſi prohibeatur, leg. diuus, 16. de ſeruit. ruſtic. præd. & l. 3. §. 1. ff. de acquiren. rerum dom. Et in huiuſmodi iuribus ad hoc, vt quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſs. non ſufficit vnus, actus ſed plures continuati requiruntur, ex quibus colligitur vtentem non ratione amicitiæ, vel facultatis naturalis, ſed tanquam pro iure ſuo vſum eſſe, & dominum fundi ita quoque paſſum fuiſſe, d. l. 1. §. hoc interdicto, vbi ad acquirendam quaſi poſſeſſionem ſeruitutis itineris, non ſufficit quem ſemel vſum fuiſſe, ſed 30. vicibus ad minus in anno. Hinc dicit Innoc. vt refert eum Bald. in d. l. 1. nu. 9. C. de ſeruitut. non omnem actum præſumi fieri iure ſeruitutis, & iudicem diſcrete ex actuum qualitate, & pluralitate, & varijs circumſtantijs hoc arbitrari debere. Itaque hanc materiam
128 multum arbitrariam eſſe inquit Panor. in d. c. cum Eccleſia Sutrina, n. 14. in fi. vnde aliquando nec plures actus ſufficiũt.
a Veluti, iui ad molendinum a tuum per longhiſſimũ tempus, & vis me compellere, vt ſemper ibi molam, quia intereſt tua propter reditus molendini, qui augentur, quæritur an poſſis? Et concluditur per Doct. quod non: quia hoc cuilibet liberum eſt & per me factum eſt tantum per modum facultatis, ex quo tibi nõ eſt acquiſita quaſi poſſeſſio, & per conſequẽs nec præſcriptio, nec etiam in libero homine ſeruitus cadere poteſt, vt poſt Cyn. & alios dicit Bald. in d l. 1. Cod. de ſeruit. Quod tamen limita, niſi me alibi molere volentem tu prohibuiſſes, & ego prohibitioni tuæ acquieuiſſem, quæ molendina dicuntur, *Zwanck muel ben*, de quo videte Iacobi. de Sancto Georg. in tract. feu. ſuper verb. in molendinis, num. 4. & Iaſ. in l. quo minus, num. 155. ff. de flum. & in l. 2. ff. de ll. III.
129 Requiritur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium, quod exercens huiuſmodi, actus, de quibus

ADDITIO.

a *De molendino vide plura, §. ſumma autem diuiſio, numero 55. hoc titulo.*

bus iam dictum intendat vti tamquam iure ſuo nō tamquā alieno, vel ex gratia conceſſo, aut iure familiaritatis, vel amicitiæ, l. qui iure familiaritatis, 41. ff. eo. & l. fin. ff. quemadmodum ſeruit amittūtur, vel quia expreſſe dicit, ſe velle vti iure ſuo, vel prohibitus non obſtante illa prohibitione exercuit
130 iſtos actus. An autem in dubio hoc, vel potius gratioſa conceſſio præſumatur? Veluti aliquis fuit in poſſeſſione iuris eligendi, vel alterius iuris, deinde excluditur ab exercitio iſtius iuris, & petenti reſtitutionem objicitur, gratioſè ipſum fuiſſe admiſſum: ipſe vero negat gratiam, & dicit ſe ſuo iure eſſe vſum, quæritur cui incumbat onus probandi? Et Innoc. in cap. bonæ memoriæ, 4 de poſtulatio. prælator. concludit, allegandi gratiam incumbere onus probandi. Ex quo enim alter probauit ſe fuiſſe in poſſeſſione, & ab ea deiectū ante omnia debet reſtitui, cap in litteris, 5. de reſtitut. ſpoliato. Et hanc opinionem Innoc. communiter Doct. ſequuntur, cum hac declaratione, quando quis ſcilicet exercuit tale qoid, quod de gratia non ſic facile ſolet concedi. In iſtis enim non præſumitur gratioſa conceſſio, ſed in his, quæ ſolent gratioſè concedi, non præſumitur quempiam intendiſſe vti iure ſuo, niſi probetur ſaltem per indicia. Vnde ſi ciuis Lipſicus, quando hoc venit, ſolitus eſt hoſpitari in domo amici ſui, licet pluries hoc factum ſit, non tamen propterea eſt ei acquiſita quaſi poſſeſſio hoſpitandi. Nec enim credendum eſt, quod ille, qui eum recipit, paſſus ſit eum prandere, vel eum recepit, tanquam vtentem iure ſuo, niſi hoc probetur. De quo vide Pan. poſt Innoc. in dict. cap. bonæ, num. 19. & in d. cap. cum Eccleſia, num. 24. & 25. vbi num. 26. poſt Innoc. ſubjicit, an ſufficiat hoc caſo, vt intendat vti iure ſuo, vel an neceſſe ſit, vt credat ſe iure ſuo vti. Ad iſta in effectu quę-
131 ritur. An ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iuritm, requiratur bona fides? Et in effectu concluditur, quod non, quantum ſcilicet attinet ad acquirendam poſſeſſionem, & effectum agendi poſſeſſorio recuperandæ, ſi ſpoliaretur. Sufficit enim intendere, licet non credat ſe iure ſuo vti, atque ita non ſit in bona fide, cum & prædo poſſeſſionem acquirere poſſit, d. cap. in litteris, de reſtit. ſpoliator. Secus autem, quo ad præſcriptionem & alia, ad quæ bona fides requiritur. De quo latius vide Pan. in dict. capit. bonæ, num. 20. ante fin. &
132 Bart. in dict. leg. prima, §. hoc interdicto, num. 7. ff. de itiner. actuque priuato. IV. Requiritur ſcientia, & patientia domini, ita vt quis exerceat illud ius ſciente & patiente aduerſario, in cuius præiudicium acquiritur poſſeſſio. Et hæc patientia loco traditionis poſſeſſionis habetur, in iuribus incorporalibus, leg. quoties, 20. ff. de ſeru. & d. l. 2. Co. de ſeruit. vbi Bart. num. 1. in fi. inquit, iſtam quaſi poſſeſſionem in iuribus incorporalibus nihil aliud eſſe, quam aduerſarij patientiam, & hanc patientiam eſſe non poſſe, niſi duobus concurrentibus, videlicet, quod & eo vtar, & aduerſarius ſciat me vti. Et quando plurium intereſt, requiritur ſcientia & patiētia omnium, vt inquit Inn. quem refert Abb. in dict. cap. bonæ, num.
133 20. Et addit Bald. in dict. leg. 2. num. 18. in medio. Et probatur hæc ſcientia & patientia dupliciter, verè, & præſumptiuè ſecundum Ferra. in forma libelli actioois confeſſoriæ, ſuper verb. ſeruitus aquæductus, nu. 25. Vere quando hoc denunciat aduerſarius, argumento l. emptor, 8. cum ſimilibus. Cod. de euictionibus. Præſumptiue autem probatur iuxta qualitatem ſeruitutis, & ex alijs circumſtantijs, & pluralitate actuū, ita vt iudex hoc arbitretur ex qualitate, & multiplicatione actuum, vt inquit Panorm. in dicto cap. cum Eccleſia, num. 25. veluti, ſi quotidie quis vtebatur ſeruitute itineris, per domum vicini, io qua habitabat, aut per eius fundum aquam ducebat, &c. In his enim ſimilibus, præſumitur habuiſſe ſcientiam, argumento, l. quiſquis, 15. C. de reſcind. venditione. De quo latius videre, Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere, actuque priuato.

Per quas perſonas acquirere poſſit poſſeſſio.

134 Secundo, circa quartam hanc quæſtionem principalem, dicendum reſtat de perſonis, per quas poſſeſſio acquiri poteſt. Et conſtituenda eſt regula, quod quilibet per ſeipſum animo & corpore ſibi poſſeſſionem acquirere poteſt, leg. 1. §. adipiſcimur, ff. eod. Quam regulam ampliate. I. Procedere ſine dubio in maiore viginti quinque annis, dummodo ſit ſa-
135 næ mentis. II. In minore. III. In impubere, ſeu pupillo, ita vt pupillus etiam ſine authoritate tutoris poſſeſſionē acquirere poſſit, d. § furioſus, verſic. Offilius, & l. quamuis, 31. §. infans, verſic. pupillus, ff. eod. Quod eſt verum, ſi ſit maior infante. Vnde diſtinguendi ſunt tres caſus ſecundum Doctores ibidem, Aut enim iſte pupillus caret omnino intellectu, quia eſt infans vnius, duorum, vel trium annorum, & tunc neque per ſe ſolum, neque etiam cum authoritate tutoris poſſeſſionem acquirere poteſt ſed ſolus tutor infanti acquirit poſſeſſionem: Aut infans habet aliquem intellectum vt quia eſt quinque, vel ſex annorum, & tunc non per ſe ſolum, ſed cum authoritate tutoris poſſeſſionem acquirere poteſt, d. leg. quamuis, §. infans, ff. eodem. Nec obſtat text. in leg. donationem, 3. C. eodem quia ſecundum communem intellectum Doct. intelligitur de iocalibus donatis, & conuenientibus ipſis infantibus, in quibus habent affectionem. Itē intelligitur de poſſeſſione, in qua interuenit traditio poſſidentis, ita vt animus tradentis, qui voluit & poſſeſſionem, & dominium ſibi applicare, ſuppleat animum infantis, vt poſt alios declarat Salicetus ibi, numer. 3. poſt princ. & in fine iſtius legis. Sed quando infans per ſe vult apprehendere poſſeſs. non poteſt ſine authoritate tutoris facere d. l. quamuis, §. infans, de quo vide Alex. in d. §. furioſus, num. 6 verſ. reſtat reſpondere ad contraria. Aut iſte pupillus eſt maior infante, ita vt perfectum habeat intellectum & tunc etiam ſine tutoris authoritate poſſeſs. acquirere poteſt, dic. §. furioſus, & leg. ſequitur, 5. §. pupillus, ff. de vſucapio. Quod eſt verum, ſi tendat mere ad acquirendum, & ſic ad vtilitatem pupilli, ſecus, ſi tendat in præiudicium, vel ad obligandum pupillum, quia tunc cum authoritate tutoris fieri debet, vt in aditione hæreditatis, leg. potuit, 5. cum ibi notatis, C. de iure deliber. Ex his colligitur limitatio ad ſupradictam concluſionem, videlicet, quod infans regulariter per ſe poſſeſſionem acquirere nequit. Idem dicendum eſt de furioſo, d. §.
136 furioſus. Eſtque ratio, licet enim interueniat ibi vnum requiſitum, inſtrumentum ſcilicet corporale, tamen in eis deeſt aliud inſtrumentum, videlicet animus & voluntas ad acquirendum poſſeſſion. cum ſine affectu & animo poſſidēdi non quæratur poſſeſſio, d. leg. 3 in princip. ff. eodem, & d. §. furioſus, vbi I. C. æquiparat infantem furioſum, & dormien-
137 tem. Ex quo colligunt ibi DD. quod ſicut furioſus & infans non puniuntur de homicidio, leg. diuus, 14. ff. de offic. præſidis, & leg. infans, 12. ff. ad legem Cornel. de ſicarijs, ita etiam nec dormiens, qui in ſomnis ſurgens aliquem occidit, & eſt text. in Clem. 1. de homicidio. Quod limitatur procedere, vt non puniatur lege Cornelia de ſicarijs, quæ requiri dolum. Poſſet tameo puniri ratione culpæ, ex quo ſciuit vitium ſuum, & non prouidit, vt nemo ſecum dormiret, & ne cameram exire poſſet, vt notat Bartol. in l. pen. ff. ad l. Pompeiam de parricidijs, & vide Alexand. in dict. §. furioſus, numer. primo, & ibi Iaſ. numer. 9. Et hoc quod de furioſo dictum eſt, ampliatur, quod nec cum tutoris authoritate ipſe per ſe poſſeſſionem acquirat, ſed per ſolum curatorem, vt notatur poſt tex. in d. §. furioſus, & ibi Iaſ. num. 16. per leg. in ne-
138 gotijs, 5. ff. de regul. iur. Si tamen cum ſanæ mentis eſſet, acquiſiuit poſſeſ. per ſuperuenientem furorem eam non amittit, ſed retinet. Licet enim videatur deſinere habere animum poſſidendi, non tamen dici poteſt habere animum non poſſidendi, quod requiritur in remiſſione poſſeſſ. per dict. §. in amittenda, ff. eodem. Alexand. in dict. leg. furioſus, numer. 8.
139 Secundo principaliter ſciendum, quod non tantum per noſmetipſos, ſed etiam per alias perſonas, quæ noſtro iuri ratione dominicæ vel patriæ poteſtatis ſubiectæ ſunt, poſſeſſio nobis acquiri poteſt. Et I. Per filium in poteſtate patris exiſtentem, ſi apprehendat poſſeſſionem alicuius rei, patri tam naturalis quam ciuilis poſſeſſio acquiritur, d. l. 1. §. item acquirimus, ff. eodem. Et hoc fit ratione patriæ poteſtatis, §. primo, ſupra, per quas perſon. nob. acquir. non ratione poſſeſſionis. Licet enim pater dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis, tamen filium poſſidere non dicitur, de quo Bart. in d. §. item acquirimus, num. 3. Alex. 15 Iaſ. 23. & 33. Et ampliatur hoc procedere. 1. Quod licet filius noſter ab alio poſſideatur, tamen acquiret nobis poſſeſſionem ex cauſa peculiari, id eſt, ex rebus à patre filio vt peculium profectitium conceſſis, l. quicquid, quarta, ff. eod. 2. Quod ex rebus peculiaribus etiam aliarum rerum poſſeſſio, ſi eam apprehendat filius, patri etiam ignoranti acquiritur, cum conſenſus ab initio in conceſſione peculij adhibitus, intelligitur etiam adhiberi in acquiſitione poſſeſſionis poſtea facienda ex cauſa peculiari, d. §. item acquirimus, & ibi Iaſon num. 3. & l. peregre, 44. §. quæſitum, ff. eodem. Communiter tamen concludunt Doct. poſt gloſ. in dict. §. item acquirimus, ſuper verb. peculiariter, idem dicendum in rebus non peculiaribus, ita vt etiam patri ignoranti poſſeſſio acquiratur. Nec obſtant iura quæ in contrarium videntur facere. Hæc enim ſunt intelligenda, quod ſeruus vel filius acquirat domino, vel patri ignoranti poſſeſſionem, etiam in alijs rebus non peculiari

Digitized by Google

ſiaribus,ſed non vſucapiendi conditionem,quia ignorãs,cum
deſit voluntas, non poteſt vſucapere, ſed ex cauſa peculiari
vtrumque acquiti domino, & poſſeſſionem, & vſucapiendi
conditionem, propter voluntatem præcedentem in conceſ-
ſione peculij. Et quamuis hæc ſit communis ſententia,vt re-
fert Alexand.num.7.ibi,tamen contrariam opinionem vide-
tur ibi defendere Domin.Iaſon.numer.39. Porro hæc intelli-
genda ſunt procedere de iure Digeſtorum, ſed inſpecto iure
Codicis, quo filius, familias extra peculium profectitium ſibi
proprietatem acquirit,& patri vſumfructum,acquiritur filio
per ſemetipſum ciuilis poſſeſſio:naturalis verò patri tãquam
vſufructuario, qui tantum naturalem habet poſſeſſionem,
leg naturaliter,12.principio,ff.eodem,& l. ſciendum,15. in
princip. ff. qui ſatiſdat. cog. & de hoc eſt pulchra gloſſ. & ibi
Doctores in l.poſſeſſo,49 §.primo,ſuper ver.habere, ante
fin.ff.eodem,& vide Alexand.in dicta leg.1.§. per ſeruum qui
In fuga,in fine,num.15.ff.eodem,II.per ſeruum proprium no
bis etiam ignorantibus adquiritur poſſeſſio, vt ſup.de filio di-
ctum eſt,quia cum poſſidemus eum,d.§.item acquitimus,&
ſeruus præſtet domino miniſterium corporis, & animi, leg.
3.§.ſaltus,11.in fin.ff.eodem, quod etiam ad ancillam exten-
dendum eſt,d.l.1.§.cæterum,9.in fin.ff.eodem.Hinc & infan-
ti & furioſo, vt ignorantibus, acquiritur per ſeruum poſſeſ-
ſio,d § item acquitimus,ibi Iaſon.numer.24. Et quamuis ſe-
cundum doctrinam Bart in leg.hoſtes,24.ff. de capt. & poſt-
140 lim.reuerſis,ſeruitus inter Chriſtianos hodie ſit ſublata: ta-
men ea,quæ de ſeruis dicunt, ad monachos, vt qui monaſte-
rio acquirunt ratione monaſticæ poteſtatis,quam habet mo-
naſterium vel Abbas in monacos, accommodari poſſunt.
Nam quo ad acquiſitionem, monachus æquiparatur ſeruo,
vt notatur poſt gloſ.in leg.cum hæredes,23.§. fin. ſuper verb.
non puto, ff. eodem, & gloſ.penult. in leg.Pedius,7.ff.de re-
cept. qui arb. cum multis concordantijs allegatis per Alexan.
in dict.l.1 §.per ſeruum,qui in fuga,num.11.ff.eodem. Sicut
enim ſeruus ſibi nihil acquirit,ſed totam domino,ſ.item vo-
bis, 3. ſupra, per quas perſon. nobis acquir. ita etiam mona-
chos indifferenter acquirit monaſterio cum proprium habe-
re non poſſit capit cum ad monaſterium, 6. extr.de ſtat.mo-
nacho.& Auth.ingreſſi,C.de Sacroſ. Eccleſ. licet quo ad ali-
qua prout eſt monaſterio vtilius, æquiparetur aliquando fi-
141 lio.Vnde Bald.in l.1.Cod.qui admitti ad poſ. dixit, æquipa-
randum eſſe monachum,vel ſeruo, vel filio, ſec. quod vtilius
eſt monaſterio, fauore monaſterij, de quo poſt alios vide A-
lexand in d.§.per ſeruum qui in fuga,num.10.III.Per Mona-
chum poteſt acquiri poſſeſſio Abbati, vel monaſterio, capit.
bonæ,in princip. & ibi Abb. in ſecundo notab. extr. de appell.
Iaſon d.§. item acquitimus, num. 1. IV. Per ſeruum alienum
bona fide poſſeſſum acquiritur poſſeſſio,ſecus,ſi mala fide
d.l.1.§.ſed & per eum. V. Etiam per liberum hominem, ſi bo-
na fide vt ſeruus poſſideatur,ſecus,ſi mala fide,d.ſ.ſed,& per
eum.Et hoc tamen fit ratione poſſeſſionis, quia ſeruus alie-
nus, vel liber homo vt ſeruus poſſidetur, ſicut declarat Alex.
in d.§ per ſeruum qui in fuga,num.14. Et limita prædicta,vt
ſeruus alienus, & liber homo bona fide poſſeſſus acquirant
nobis poſſeſſionem ex duabus tantũ cauſis,ſcilicet ex re no
ſtra,& ex operis ſuis,ſ.de ijs,4. verſic. idem placet, ſupra per
quas perſ.nob acqu de quo vide Alexan.in d.§. item acquiri-
mus,num.8.VI. Per ſeruum communem poteſt vni ex domi
nis poſſeſſio inſolidum acquiri,ſi hoc egerit,ſicut & ſtipulari;
ſed ſi ſimpliciter recipiat,acquiritur vtriq,proportione domi-
nica,d.l 1.§.per communem ſeruum,iuncta gl. & vide Alex.
in d.§.item acquirimus,n.12.VII Per ſeruũ, in quo habemus
vſumfructum, acquiritur nobis poſſeſſio ex re noſtra, & ex
opera ſua, licet ipſum ciuiliter non poſſideamus & hoc ratio-
ne iuris vſusfructus,quod ideo habemus, ſicut & de filio di-
cimus, quem non poſſidemus, & tamen per eum ratione pa-
triæ poteſtatis nobis poſſeſſio acquiritur,d.l.1.§.per eum in
quo 8.cum ibi not.ff.eodem,& §.de his autem ſeruis, 4. ſuper
quas perſ.nob.acq.& Alex.in d.§.item acquirimus, numer. 1.
verſic.nec obſtat. VIII. Per ſeruum fugitiuum, quamdiu ab
alio non occupatur, ſi ijs in fuga apprehendat poſſeſſionem
142 alicuius rei,iſta poſſeſſio domino acquiritur, dict.l.1.§. per
ſeruum qui in fuga. Prędicta autem omnia de ſeruis limitã-
da ſunt procedere. I. Si poſſideatur aliquo modo ſeruus:
nam per ſeruum,quem nullo modo poſſidemus,nõ acquiri-
mus poſſeſſionem, vt poſt Angel.dicit Alexandr. in d.leg.1.§.
hæc quæ de ſeruis,19.num.3.ff.eod. & facit text. cum ibi not.
in dict.leg.1.per ſeruum corporaliter,ff.eod.II.Si interueniat
voluntas ſerui, niſi enim illa concurrat, ſeruus non acquirit
poſſeſſionem domino, etiamſi domini iuſtus præcedat. Ita-
que ſi dominus iubeat ſeruum poſſidere, & ipſe ingrediatur
fundum eo animo,vt Titio velit acquirere poſſeſſionem,non
acquiritur tunc domino,quia nullum miniſterium prębet do
mino, text.eſt in d.l.1.§. hæc quæ de ſeruis, ſed Titio acquiri-
tur per ſeruum, vt per negotiorum geſtorum,ſi poſtea Titius
ratum habeat,ſecund.gloſ.in d.§. hæc quæ de ſeruis. In dubio
tamen præſumitur velle domino acquirere, ſecund. Paul. de
Caſt.ibi. Vnde debet intelligi iſte tex. de animo ſerui,vel etiã
procuratoris expreſſo,non de tacito in mente retento qui ni-
hil operatur,l.ſi repetendi,7.C.de cond.ob cau.Volũtas enim
hominis clauſa in mẽte,vt inquit Bal.in l.1 n.32. C.qui adm.
ad bon.poſ.poſt.abortiua eſt, & in actibus hominum nihil o-
peratur,niſi proferatur in lucem tanquam poſthumus in vte-
ro exiſtens,qui ſi non naſcatur,vel naſcatur imperfectus, ni-
hil facit,l.penult C.de poſthum.hæred.inſtitut & l.quod dici-
tur,12.ff.de liber.& poſthum.hæred.inſtitut.& vide Iaſ.in d.§.
hæc quę de ſeruis,num.5.Item fallit ſi concurrat animus tra-
dentis,qui intendebat domino ſerui acquirere. Hoc enim ca-
ſu malitia ſerui vel procuratoris non debet obeſſe domino.
Quare ſi trado fundum tuo procuratori, vt tibi quæratur ex
cauſa donationis, vel ſimili, tunc acquiritur tibi, etiam ſi ac-
cipiens fuerit alterius propoſiti,text.eſt expreſ.in leg. qui mi-
hi donatum, 13.ff.de donat.& leg. per ſeruum, 37. §. final. ff.
de acq.rer.dom.& vide Alex. in d. §. hæc quæ de ſeruis, III.
143 Limitate procedere prædicta in ſeruis intellectum haben-
tibus non furioſis,d.l.1.§.cæterum, ff.eod. nam per furioſum
ſeruum nobis poſſeſſionem acquiri non poſſe, etiamſi adſit
animus tradentis,concludunt Doctores contra gloſ.in d. leg.
1.§.cæterum,ſuper verb. pupillos, de quo vide Alexan.in d.§.
item acquirimus.nu.17.alias nu.ſecundum eos ſequeretur, ſi
quis poneret rem ſuper lapidem,ea intẽtione, vt lapis quęre-
144 ret poſſeſſionem Titio,tunc poſſeſſionem Titio per lapidẽ
acquiri,quod tamen non eſt dicendum ſecũd. Alex.d.n.17.vbi
inducuntur hæc ad quęſtionem, de equo currente ad metam
ſine ſeſſore,qui cecidit, an dominus equi debeat habere præ-
mium propoſitum. Et per hoc videtur dicendum quod non,
quia æquus caret animo.Ideo non poteſt acquirere domino.
ſicut nec ſeruus furioſus,d.§.cæterum. Nec obſtat text. in l.1.
§. quæſitum,ff.de aqua quot.& æſtiua,& in l.qui fundum, 52.
ff. quemadmodum ſeruit. amit. vbi retinetur poſſeſſio ſerui-
tutis aquæ ducẽdæ per fundum, licet dominus fundi ignoret,
quia ibi agitur de retinenda, non de acquirenda poſſeſſione,
vbi animus principaliter cum corpore requiritur, d. leg.3.in
princ.ff. eod. In hac tamen quæſtione communiter poſt Bart.
ita diſtinguunt Doctores,attendenda eſſe verba ſtatuti. Aut
enim verba ſtatuti referuntur ad equum,quod is,cuius equus
primo peruenerit ad metam,& tũc domino equi,primo cur-
rentis debetur premium, etiamſi dominus cecidit de equo.
Aut ad perſonam, ita nimirum, vt ei,qui primo venerit cum
equo ad metam, detur, & tunc ſi ſeſſor cecidit,& equus ve-
nerit primo ſine ſeſſore, non conſequitur dominus equi illud
premium.Aut verba ſunt dubia,vt quia dicit primo venienti,
& tunc in dubio debetur præmium equo primo currenti, li-
cet ſine ſeſſore.Mens enim ſtatuentium videtur fuiſſe,vt pro-
pter virtutem equi daretur præmium, & illa mens ſtatuen-
tium eſt attendenda,de quo poſt Bart. num.6. vide Alex. in d.
ſ.item acquirimus,num.18.& ibi Iaſ.43.& Paul. de Caſtr. in
d.§.cæterum,nu.3.

Tertio principaliter notandum,quod non tantum per per-
ſonas noſtro iuri ſubiectas, ſed etiam per alias extraneas, &
liberas, noſtro iuri non ſubiectas, poſſeſſio nobis acquiri po-
teſt, vt per procuratorem,tutorem, curatorem, negotiorum
145 geſtorem, & alium legitimum adminiſtratorem, ſi procu-
ratorio vel adminiſtratorio nomine apprehendant poſſeſſio-
nem,tex.eſt in d.leg.1.§.per procuratorem,20. ff.eodem,& §.
ex his, 5. ſupra per quas perſon.nob. acquir. Nec obſtat quod
per liberam perſonam alteri regulariter non acquiritur, leg.
cum hæredes, 23. §. fin.ff.eodem, quia hoc caſu miniſterium
nobis tantum præſtant adminiſtratores,l.& licet, 15. ff.de cõ-
ſtit.pecun. Et ampliatur hoc procedere varijs modis. Nam I.
Etiam ignoranti domino poſſeſſio per procuratorem acqui-
ritur,d.l.1. Cod.eod.& d.§.ex his. II. Miniſterio procuratoris
tam ciuilis,quam naturalis poſſeſſio domino acquiritur, ſec.
gloſ.ſuper verb.poſſeſſionem,& ibi Salic. num.4. verſ.quarto
quæ poſſeſſio, in l.1.C. eod. III Cum procurator,& legitimi
adminiſtratores nudam operam ſuam ſeu miniſterium præ-
ſtent in acquirenda poſſeſſionem, ita vt poſſeſſio non radice-
tur in perſona ipſorum,vt,è,& propriè dominus per eos poſ-
ſidere dicitur,& non per fictionem, vt inquit Iaſ.in dict.§.per
procuratorem,num.3.& 4.per l.certè,§. 1. ff. de prec. IV. Ad
146 acquirendam poſſeſſionem non tantum ſpeciale, ſed
etiam generale mandatum ſufficit, præſertim cum hic de

Digitized by Google

acquirendo,& ſic domini commodo agatur,nec ſpeciale mā-
datum neceſſarium eſt,vt poſt opinionem Ioann. Gloſ.in d.§.
per procuratorem, ſuper verb. acquiritur, communiter ita
concludunt Doctor.ibi,& d.leg.1. C.eod. quod enim ſpeciale
mandatum operatur in ſpecie,hoc generale operatur in gene
re,ſecund.d.gloſ.& Bartol.in l.qui mihi donatum,13.ff.de do-
nat.Alexand.in d.§ per procuratorem, nu. 5. in medio, vt eſt
text.iunct.gloſ.in l.ſi rem,41.ff.de vſuc.& fac.tex.in d. §. item
acquirimus,vt eum inducit Iaſon.in dict.§.per procuratorem
num. 2. Et idem multo magis dicendum eſt in habente man-
datum generale cum libera,d.§.per procuratorem,dum,text.
ibi loquitur de tutore,& curatore,qui huiuſmodi mandatum
cum libera habere dicuntur ſecundum gloſ final & ibi not.in
147 l.mandato generali,60.ff de proc. Mandatum enim cum li-
bera æquiparatur ſpeciali,& poteſt omnia quę requirunt ſpe-
ciale mandatum,l.iuſiurandum quod ex conuentione, 37.§.
procurator,cum l.ſeq ff.de iureiur.& cap.qui ad agendum,4.
in fin de procur.in 6.vide Iaſ.in d.§ per procuratorem, num.
2. V. Non tantum per liberam perſonam habentem manda-
tum,ſed etiam ſine mandato,vt per negotiorum geſtorū no-
bis poſſeſſio acquiritur, non tamen nobis ignorantibus, ſed
ſcientibus,& ratum habentibus text.eſt in l.ſi ego,24.cum ibi
not.ff.de neg.geſt & l.communis,41.§.fi.ff.eod.gloſ.& Doct.
148 in d.l.1.C.eodem. Prædicta autem limitantur procedere,vt
per procuratorem, & alios legitimos adminiſtratores nobis
acquiratur poſſeſſio,quando ſcilicet procuratorio, ſeu admi-
niſtratorio nomine,accommodando nobis ſuum miniſteriū,
nacti ſunt poſſeſſionem: ſecus, ſi ſuo nomine apprehendant
eam,quia tunc,cum non præſtent nobis aliquod per miniſte-
rium,nobis huiuſmodi liberas perſonas noſtro iure nō ſubie-
ctas,non acquiritur poſſeſſio,tex.eſt in d.l.1.§.per procurato-
rem. Et pro intellectu iſtius limitationis diſtinguēdi ſunt qua-
tuor caſus principales poſt gl.in d.l 1.C.eo.& in d.l. qui mihi
donatum,ff. de donat.& in leg.2. C.de his qui a non dom ma.
Aut procurator & tradens intendūt acquirere domino, quia
procurator emit nomine ſui domini,& ille ſimiliter vendidit
& tradidit ſic rem procuratori,& tunc ſtatim domino acqui-
ritur poſſeſſio,& ſimul etiam dominium, ſi venditor fuit do-
minus,d.l.1.& l.per procuratorem,8. C.eodem. Idem eſt di-
cendum in negotiorum geſtorum,ſi ſubſequatur ratihabitio
domini,vt ſupra dictum eſt. Aut neuter hoc geſſit in animo,
quia venditor non ita vendit, nec emptor emit procuratorio
nomine,ſed proprio nomine, vel ſimpliciter,& tunc domino
non acquiritur,nec dominium,nec poſſeſſio, niſi quando res
traditur domino,l.2.C. de his qui à non domin.manum. & l.
149 res ex mandato,59 ff.de acquirend.rer.domin & d.leg 1.§.
hæc quæ de ſeruis,ff.eodem. Aut tradens hoc geſſit in animo
vt domino acquireretur,procurator vero ſibi voluit acquire-
re,& tunc dicit Alex.de Imol.in d § per procuratorem, com-
munem eſſe opinionem, quod attendatur animus tradentis,
ne malitia procuratoris noceat ipſi domino,per tex.in d.l.qui
mihi donatum,ff.de don. Contrarium tamen de iure videtur
eſſe verius, videlicet vt ſubdiſtinguatur inter dominium, &
poſſeſſionem,ita vt dominium tunc mihi domino acquiratur
per tex.in d.l.qui mihi donatum,ff.de donat. poſſeſſio autem
mihi non quęratur,ſed procuratori,per tex.in d.l 1.§.hęc quę
de ſeruis,ff eodem,& in d.§.per procuratorem, quem tex.D.
Iaſ.ibi nu.9.contra communem opinion. ita inducit. Procu-
rator & alij adminiſtratores legitimi in acquirēda poſſeſſio-
ne domino præſtant ſuam operam & nudum miniſterium, l.
quod meo,18.§.procurator,ff.eodem. Illud autem miniſte-
rium eſt animus & corpus procuratorum,d.l.3 in princ.ff.eo-
dem. Ceſſante ergo animo ipſorum, ceſſat miniſterium,&
conſequenter acquiſitio poſſeſſionis,pręſertim cum ſine ani-
mo numquam acquiratur poſſeſſio,d.l.3.in princip. Nec ob-
ſtat tex.in d.l.qui mihi donatum,quia loquitur de transferen-
do domino, in quo voluntas domini dicitur eſſe potentior,
cum id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium trāſfer-
ri non poſſit,l.id quod noſtrum, 11.ff. de reg. iur. Secus eſt in
acquirenda poſſeſſione,vbi potius miniſterium procuratoris,
quam tradentis voluntas requiritur,d.§ hæc quę de ſeruis.De
quo latius vide Iaſ.in d.§.per procuratorem,numero 9. Aut à
contrario tradens non ea mente tradit, vt domino procura-
toris acquiratur,procurator tamen ea mente recipit: & tunc
iterum diſtinguendum eſt inter dominium & poſſeſſionem.
Nam dominium non acquiritur ei, cui recipiens agit quære-
re,cum in eum tradens non velit transferre dominium. Ideo
remanet dominium penes tradentem,per d l.id quod noſtrū.
Poſſeſſionem vero acquiri domino procuratoris affirmant
Doctores,cum tradens eam amiſerit,l.ſi quis vi,17.§.differē-
tia,ff.eod.Et de his latius vide poſt alios Alex.& Iaſ.in d.§.per
procuratorem,Bart.& alios in d.l.qui mihi donatum, & Syl.
in d.l.1.num.3.C.eodem,& ibi Paul.de Caſtr.num. 3. Porrò
circa prædicta notandum,etiam vniuerſitati per ſeruos, ſyn-
150 dicos,& adminiſtratores acquiri poſſeſſionem. Vnde pro-
bando,quod adminiſtratores vniuerſitatis poſſident aliquam
rem, ſatis eſt probatum vniuerſitatem poſſidere: & quia no-
mine,& ad vtilitatem vniuerſitatis poſſident, non propterea
interrumpitur poſſeſſio, neque præſcriptio, quando admini-
ſtratores & ſyndici moriuntur, vel remouentur.De quo poſt
151 text. vnde Doct.in dict.leg.1.§. fin.iunct.l.2.ff. eodem. Hu-
iuſmodi enim adminiſtratores publici dicuntur habere man-
datum generale cum libera, vt eſt gloſ.fin.in d.l.mandato ge-
nerali,ff.de proc.quia poſſunt tranſigere,l.præſes,12. Cod. de
tranſ.Sed in tranſactione requiritur ſpeciale mandatum, vel
152 generale cum libera l.tranſactionis,7. Cod.de tranſact. De
quo latius poſt alios vide Iaſ.in dict.l.præſes,num.7.cum ſeq.
Vltimo circa omnes prædictas perſonas notanda eſt genera-
lis quædam limitatio, videlicet, vt tunc per eas acquiratur
poſſeſſio, quando ſcilicet ſunt habiles, ita vt habeant intelle-
ctum & animum acquirendi poſſeſſionem. Carens enim in-
tellectu,vt furioſus & infans,nec ſibi, nec alij poſſeſſionem
acquirere poteſt,d.leg.1.§.item acquirimus,3.§. cæterum,9.
ff.eodem.

Quomodo poſſeſsio retineatur.

153 Ad quintam quæſtionem principalem, qualiter ſcilicet
poſſeſſio acquiſita retineatur,breuiter reſpondere.I.Sine du-
bio eam retineri animo & corpore ſimul,dum ſcilicet quis eſt
in fundo. Si enim corpore & animo ſimul poſſeſſio de nouo
acquiritur, vt ſupra dictum eſt, multò magis ita retinetur, cū
facilius aliquid retineatur,quam acquiratur, d.l.licet,in prin.
C.eod. Et tunc ciuilem & naturalem poſſeſſionem in genere
retinere dicimur. II. Solo etiam animo poſſeſſio retinetur, li-
cet enim quis corpore non inſiſtat rei, nec alius ipſius nomi-
ne, attamen ſi non relinquendæ poſſeſſionis animo, ſed po-
ſtea reuerſurus inde diſceſſerint, poſſeſſionem retinere vide-
tur,text.eſt hic in §.noſtro,& in d.leg licet. Et hoc ſine dubio
procedit in poſſeſſione ciuili,quæ cū in animo conſiſtat ſem-
per etiam animo retinetur,ſiue quis ſit in fundo,ſiue extra
fundum,ſec.gl.in d.l 1. in princ. ſuper verb. quia naturaliter,
in fi.ff.eod.Quam concluſionem Doct. Iaſ. ibi nu.49.dicit eſſe
vtilem in practica, quia donec dominus abſens retinet ciuilē
poſſeſſionem rei, interim alius naturalem poſſeſſionem ap-
prehendens non poteſt eam præſcribere, quia contra ciuiliter
poſſidentem nunquam præſcribitur,ſec.gl.in l. . gloſ. magna
in fi.C.de ſeruis fug.de quo ſup.in 3.quæſt.principali, in 2.ef-
fectu ciuilis poſſeſſionis,dictum eſt.Et hæc concluſio 1. Am-
pliatur procedere in quacunque ciuili poſſeſſione, ſiue intelli-
gatur de ciuili in ſpecie, quam habet dominus fundi proprie-
tarius,ſiue de ciuili in genere,& tunc ſiue ſit ſola,ſiue coniū-
cta cum naturali,ſemper in animo retinetur,ſecund. gl.in l.
154 1.in prin.ſuper verb.qui naturaliter,in fi.III. Ampliatur pro-
cedere, vt licet per vim quis ſit deiectus à poſſeſſione, ſi tamē
præparat ſe ad recuperandam poſſeſſionem, nunquam deſi-
nit ciuiliter poſſidere, vt eſt gl notab. & ibi Bart.in l.3.§. cum
igitur,9.ff. de vi,& vi armata.& probatur per tex.l.clam poſſi
dere,6.§.qui ad nundinas,iuncta l.ſeq.ff.eodem. Deinde dum
dicitur ibi,quod ſi nolit in fundum reuerti, amiſiſſe poſſeſſio-
nem videatur. Ergo ſi velit in poſſeſſionem reuerti,& ſe præ-
parat,non amittit ciuilem poſſeſſionem,facit ſimilis tex.in d.
l.3.§.in amittenda,6.iunct § ſi quis nunciet,ff.eo.ibi, *timore
conterritus noluerit accedere.* Ergo ſecus ſi voluit accedere,&
155 ſe præparauit,de quo vide,latius Doct. Iaſ.in d.§. qui ad nū-
dinas,num.36 vbi etiam notare iubet, quod ſi dux vel comes
expellatur de ducatu,licitum eſt ei quādocunque propria au-
thoritate recuperare,quoties ſeſe facultas obtulerit, etiā poſt
decennium,& dicitur in continenti recuperaſſe, cum ſemper
habuerit animum recuperandi,nec vnquam diligentiam pre-
termiſerit in recuperando. Facit glo. in c.olim,14.extr.de reſt.
156 ſpol.ſuper verb.ſtatim. Quę exponit ſtatim.i quam primum
potuerunt. Et hoc expreſſe hodie ſtatutum eſt. *Indes.Reichs
Lanfriden* ſub Rubr.*Von peen der Lanfridbrecher*,in fine,vbi
dicitur. Quod læſis conceſſum eſſe debeat contra violatores
pacis publicæ ſe defendere,eoſque perſequi,vel in continenti,
vel quandocunque ſuos amicos,& adiutores habere poſſint.
Sed iam quæritur.

An etiam naturalis poſſeſſio animo retineatur?

157 Hoc caſu communiter Doctor.poſt gloſ.in d.l.1.in princ.
ſup.

Digitized by Google

ſuper verb. quia naturaliter, ff. eod. diſtinguunt inter poſſeſ-
ſionem naturalem, & ciuilem in genere ſimul iunctã, & poſ-
ſeſſionem naturalem in ſpecie tantum. Nam I. Quando quis
habet poſſeſſionem naturalem in genere cum poſſeſſione ci-
uili coniunctam, communis eſt concluſio, ſi poſſidens exeat
de fundo, qui non ſit in conſpectu per decem milliaria, necét
ſit in propinquo retineri ciuilem amiſſa naturali poſſeſſione,
quam reuerſus deinde recuperat Et ſic iſto caſu naturalis nõ
poteſt animo retineri, ſed requiritur corpus, dicta l. clam poſ-
ſidere, § qui ad nundinas, ff. eod. II. Quãdo quis habet poſſeſ-
ſionem naturalem tantum in ſpecie, vt vſuſructuarius, & va-
ſalus tunc communis eſt concluſio. DD. illam ſolam retineri
animo ita, vt habens eam ſi exeat de fundo, quamuis non ſit
in conſpectu rei prope, tamen illam non perdat, ſed retineat
animo, per l. 3. §. in id quod, verſic. vnde vi, & §. ſeq. vbi gl. ſu.
verb. non amiſit, ff. de vi, & vi armata, vbi vſuſructuarius, qui
diſceſſit à fundo, & rediens non eſt admiſſus, habeat interdi-
ctum. Vnde vi tanquam ſpoliatus poſſeſſione naturali. Neceſ
ſe eſt ergo dicere diſcedentem retinuiſſe poſſeſſionem natu-
ralem: alias in abſentia non potuiſſet ſpoliari poſſeſſionem, &
per conſequens nõ competeret ei interdictum vnde vi, quod
non datur niſi ei, qui cum deijceretur, poſſidebat naturaliter,
vel ciuiliter, vt in §. recuperãdæ, infra dicemus. Rationem au-
tem diuerſitatis, quare priori caſu non ſit retineatur natura-
lis poſſeſſio ſolo animo, ſicut in ſecundo, talem aſſignant Do
cto poſt glo in dicta leg. 1. ſuper verb. quia naturaliter, quan-
do enim naturalis eſt coniuncta cum ciuili, tunc animus ope
ratur effectum circa retentionem ciuilis, ideo ne animus fati
getur, non operatur tunc circa retentionem naturalis poſſeſ-
ſionis argument. leg. quod Labeo, 13. ff. de compenſ. Secus,
quando eſt ſola naturalis. Tunc enim animus operatur in ea
retinenda, quia aliud operari tunc non poteſt. Hanc tamen
rationem pulchrè Doctor Iaſon impugnat in d. l. 1. num. 47.
cum ſequen. qui contra gloſſ Bartol. & omnes ibi concludit,
vtroque caſu naturalem, ſiue ſit ſola, ſiue coniuncta cum ci-
uili retineri animo, niſi alius tertius ipſam poſſeſſionem in-
grediatur, tunc enim naturalem amitti dicit, & ita loqui tex.
in dicto. § qui ad nundinas, ne ſcilicet duo eadem ſpec. poſ-
ſeſſionis eandem rem poſſideant, contra, d. le. 3. §. ex contra-
rio, ff. eodem. Ideo pro defenſione communis opinionis plu-
res aliæ rationes diuerſitatis redduntur, inter quas ſubijcitur
per Crotum hæc ratio, quod lex non fingit, niſi in caſu neceſ
ſario & exigente neceſſitate, vt not. per Bart. in l. ſi is qui pro
emptore, 15. in 6 q. ff de vſucap. Sed primo caſu in poſſiden-
te ciuiliter non ſubeſt aliqua neceſſitas fingendi, vt abſens re
tineat naturalem, cum retineat ciuilem, per quam ſuæ indem
nitati conſultum eſt. Sed quando quis tantum poſſidet na-
turaliter, tunc ſubeſt neceſſitas fingendi naturalem ſcilicet in
animo poſſideri, vt conſulatur indemnitati naturaliter poſſi-
dentis tantum. De quo poſt gloſ. & alios in d l. 1. in princip.
vide Caſtr. numer. 12. Alexand. 38 Iaſ. 4. Harmonoctium
Repetent. 75. Crotum. 34. III. Retinetur poſſeſſio naturalis
etiam coniuncta cum ciuili, quando fundus eſt in conſpectu;
licet enim tunc poſſidens recedat de fundo per decem millia
ria tamen retinet non ſolum ciuilem poſſeſſionem animo,
ſed etiam naturalem aſpectu, & ſic corpore. Ita gloſſ & ibi
Doctorum in d. l. 1. ſuper verb. quia naturaliter. Cum enim
per huiuſmodi aſpectum acquiritur poſſeſſio de nouo lege,
quod meo, 18. §. ſi venditorem, ff. eodem. Certe multo ma-
158 gis ita retinetur. Cui enim damus actionem ad acquiren-
dum, multo magis ad cõſeruandum, vulgata l prima. §. quod
ait, ff. de ſuperficieb. De quo poſt glo. & alios in dict. leg. 1. in
princip. vide ibi Alexand. num. 33. in fine, & Crtol. Ruinum,
nu. 12. Iaſ. in d. §. qui ad nundinas, num. 2. & 15. IV Per ean-
dem rationem concluditur poſt gloſſ. in dicta. l. 1. ſupr. verb.
quia naturaliter retineri etiam naturalem poſſeſſionem licet
fundus non ſit in conſpectu, dummodo ſit prope, & de facili
aditi poſſit argumen l clauibus, 74. ff de contrahend. emptio-
ne. Alias enim ſequeretur, ſi quis iret in plat. vel forum, ne-
mine domi relicto, ab eo amiſſam iri poſſeſſionem natura-
lem ſtatim. Quod eſt abſurdum, vt inquit Paul. de Caſtr. in
d. l. 1. in princip. num. 11. in fin, & ibi Alexand. 54. V. Licet per
furioſum, vt ſupra dictum eſt non acquiratur poſſeſſio ta-
men poſſeſſionem, quam tempore ſanæ mentis acquiſiuit,
per ſuperuenientem furorem non amittit, ſed retinet. Et ſi
enim non habet animam poſſidendi non tamen dici poteſt
habere animum non poſſidendi, id quod requiritur in amiſ-
ſione poſſeſſionis, d. l. 3. § in amittenda, ff. eo. & vide Alexan.
in l. 1. §. adipiſcimur, num. 8. ff. eod. Porro non tantum per noſ
metipſos, ſed etiam per alios, ſiue ſint noſtri iuri ſubiecti, vt
filijfamilias ſiue non, vt liberi homines, poſſeſſionem retine-
mus, cum per eos etiam de nouo acquiramus, dummodo no-
ſtro nomine ſit in poſſeſſione. Vnde per ſeruum colonum.
inquilinum, procuratorem, & per quemcunq; qui noſtro no-
mine eſt in poſſeſſione retinemus poſſeſſionem. Nec iſti poſ-
ſidere, ſed detinere dicuntur. Is enim poſſidet cuius nomine
poſſidetur, vt hic, & l. generaliter, 9. & l. ſi colonus, 31. le. quod
meo, 18. in prin & l. 3. § ſaltus, tit ff eod. & eſt pulcher tex. in l.
ſi mulieri, 22 ff. quibus mod. vſuſr amit, vbi dicitur, maritum
per vxorem, & è contrario, item per familiam, quam quis cũ
peregrinaretur domi reliquit, poſſeſſionẽ retinere. Sic, & per
ſyndicos, & adminiſtratores vniuerſitatis retinetur poſſeſſio,
& ad probãdum vniuerſitatem poſſidere, ſatis eſt ſi probatur
hoc fieri per ſyndicum, vel alios, qui vniuerſitatem regunt, de
quo vide Bart. & alios poſt, d. l. 1. §. ſi ff. eodem. Sed iam occur
rit dubium. An per alios ſic retineamus naturalem, vel etiam
159 ciuilem poſſeſſionem? De quo tex in d. l. 3 §. ſaltus, & gloſ.
quam vno ore Doct. ſequuntur, d l. 1. in prin. ſuper verb. quia
naturaliter, quæ diſtinguit tres caſus principales. Aut quispoſ
ſidet rem ſuo corpore, & animo ſimul, & tunc, donec eſt in
fundo, retinet ciuilem, & naturalem poſſeſſionem, ſed quan-
do recedit nec habet fundum in conſpectu, tunc retinet ciui-
lem amiſſa naturali, niſi habeat poſſeſſionem naturalem tan-
tum quam tunc exiens in animo retinet, per ea, quæ ſupra di-
cta ſunt. Aut quis poſſidet rem animo alieno, & corpore alie-
no vt per ſeruum in rebus peculiarib. vel procuratorem, qui
etiam nobis ignorantibus acquirunt, iuxta l. 1 C. eod. & tunc
per alios ipſorum animo, & corpore retinemus naturalẽ, &
ciuilem poſſeſſionem, cum iſto caſu ſic nobis acquiratur vtra
quæ poſſeſſio, vt ſupra dictum eſt, & eſt tex. in d. §. ſaltus. Aut
quis ſuo animo, & corpore alieno poſſidet, & tunc quando
diſcedens domi relinquit familiam colonum, &c. retinet ci-
uilem ſuo animo, naturalem verò corpore ſerui, vel coloni,
adeo vt ſi iſte colonus exeat de fundo nihilominus per ani-
mum ipſius coloni naturalis poſſeſſio nobis retineatur, quan
du non animo deſerendi poſſeſſionem recedit, d. le generali-
ter & d. le. ſi colonus, & de hoc infra in 6. qu. principali plura
dicemus. Circa prædicta quæritur de quaſi poſſeſſione iu-
rium incorporalium, qualiter iſta retineatur? De quo eſt glo.
in l. 2. ſupr. verbo interdictis. Cod. de ſeru. & aqu. & ibi Cyn.
160 num. 3. Et 1 ſicut ſupradictum eſt eam ad ſimilitudinem
rerum corporalium animo, & corpore ſimul acquiri: ita qui
iure animo, & corpore, id eſt facto, & exercitio illius iuris re-
tinetur. Et hoc eſt quod inquit glo in d. l. 2. per continuationẽ
vſus retineri ſeruitutem, ſiue illud ius habeat cauſam conti-
nuam, ſeu diſcontinuam, ſiue is cui debetur ſeruitutis, vtatur,
ſiue alius ipſius nomine ſit in poſſeſſione vt mercenarius, ho
ſpes colonus, leg. qui fundum. 12. in princ. & leg. vſu. 20. cum
trib. ll. ſeq. ff. quemadmodum ſeruit. amir. 2. Etiam ſolo animo
retinetur quaſi poſſeſſio iuris incorporalis, d. l. licet. Cod. eod.
iunct l arboribus 12. §. de illo, ff. de vſuſr. vbi in fine dicit Iu-
riſconſultus. Qua ratione retinetur à proprietario poſſeſſio,
etiamſi in fuga ſit ſeruus, pari ratione etiam vſuſructus reti-
netur, & poſtea in fine ſubijcit, ad retinendum vſumfructum
ſufficere, affectum retinere volentis. Quod eſt verum, niſi in-
teruenaiat tempus, quo alias non vtendo amittitur huiuſmo-
di ius in corporale. Intelligitur enim tunc depoſuiſſe animum
poſſidendi, vt infra dicetur, dicta leg. hęc autem iura, 6. ff. de
ſeruitut verb. pręd. vel niſi quid aliud interueniat, quo ſerui-
tus, vel ius amittatur, vt ſi quis per vim expellatur, vel impe
diatur vti iure ſuo ſecund. Cyn. in d. l. 2. num. 3. Et hoc maxi-
me procedit in iuribus iſtis perſonalibus, quæ cauſam conti-
nuam habent vt animo retineantur, licet non exerceantur,
dummodo occaſio ſe non offerat. Hinc eſt quod quaſi poſ-
ſeſio iuriſdictionis, vel iuris exigendi vectigal retinetur ani-
mo, & ſecun. Bartol in l. iuſto, 44. non mutat, 5. in fin. ff. de vſu
cap. dicitur habere cauſam continuam, ita vt ſi per o. an-
nos quis non vteretur iuriſdictione, retinere tamen illud ius,
ſi caſus interim ſe non obtuliſſet, vel alius eo tempore non
vſus fuiſſet, ſecund. Ferrarienſ. in forma libelli, actionis con-
161 feſſoriæ, ſuper verb. plenam, num. 12. ſicut, & de priuilegio
dicitur. Licet enim priuilegium alicui indultum ad aliquid fa-
ciendum perdatur ſpatio decem annorum, ſi priuilegiatus eo
non a vtatur, l. 1. & ibi Bartol. ff. de nundin. & gloſſ in cap. cum
acceſſiſſent, 8. ſuper verbo contrauenerint, extra de conſtitut.
tamen

A D D I T I O.

1 *Vel ſtrictius vtatur, quam ſit conceſſum, Bart. in l. vſum aquæ C. de aquæ duct.*

a tamen *a* hoc eſt verum, ſi priuilegiatus non fuerit vſus priui-
legio voluntarie, cum potuerit, ſecus ſi non eſt vſus ex neceſ
ſitate, vt quia per ipſum non ſtetit, quo minus vteretur, ſed
nõ potuit, quia occaſio, ſe non obtulit. Nam per hoc nõ per-
dit priuilegium, etiamſi per mille annos non vteretur, ſecun-
dum Canoniſtas in d.c. cum acceſſiſſent, & Legiſtas in l. fal-
ſo, a. C. de diuer reſcrip. & adducitur pro hoc text. valde ſin-
gularis, in l. & Attilicinus, 35. ff. de ſer. ruſt. præd. vbi non per-
ditur ſeruitus mihi debita ducendi aquam ex ſundo vicini, ſi
non vtor, quia fons exaruit. Et ita per iſtum tex tenet gl. ordi-
naria in c. Abbate S. Syluani, a 5. ſuper verb. donec ibid. verſ.
ſed pone, ext. de verbor. ſign. Ex qua gl. Panor. notat per non
vſum priuilegij vuluntarium, tolli priuilegium, non auté per
non vſum neceſſarium. Ex quo enim quis non potuit priui-
legio vti, non eſt in mora vel culpa. De quo vide latius Iaſ. in
l. ſi. nu. 53. cum ſeq. ff. de conſt. Sicut nec vaſallus præſcribit li-
bertatem contra dominum, qui eius ſeruitio per cẽtum aut
plures annos non eſt vſus, quia non obtulit ſe caſus io quo
opus fuiſſet ſeruitio Nam dominus videtur eſſe in quaſi cõ-
tinua poſſeſſione ſeruitiorum, vt inquit Aluar. in §. licet, nu.
1. ſi de ſeud. defuncti fuerit cõtr. 3. Ius naturale ſemel acquiſi-
tum quod habet cauſam continuam retinetur, etiã ſine ani-
mo, & ſine perſona, per ipſum etiam fundũ, cui ſeruitus de-
betur, vt eſt in ſeruitute aquæductus. Si enim aqua illa ſpon-
te defluat, etiam nemine poſſidẽte, ſine facto hominis, iſta
ſeruitus retinetur per fundum, dict. leg qui fundum, ff. quem.
admod. ſeruit. amittent ita vt ſi quis per mille annos nõ vta-
tur ea non tamen perdatur. Ex quo enim fundus ea vtitur,
conſeruatur per fundum vt inquit Bald. in tract. præſcript. in
363 3. part. 4. partis princip. in 3. quæſt. numer 7. 4. Notandum,
quod vſu partis retinetur poſſeſſio, vel ius totius, vt inquit
Bartol in l. is, qui vſumfructum, 20. quibus modis vſusf. amit.
Vnde is, qui vtitur ſeruitute per partem loci ſeruientis, reti-
net iſtam ſeruitutem in toto fundo, qui ſeruitutem debet
leg. ſi ſtillicidij, 8. § final. ff. quemadmod. ſeruit. amit. & leg. ſi
eo loco, 9 §. final. ff. ſi ſeru. vind. vbi Bart. ſummat iſtum text.
quod per vſum partis retinetur ſeruitus tota. Hinc eſt, vt, ſi
quis habeat iuriſdictionem in certo territorio, vbi ſunt plu-
ſa caſtra, & in vno ſolo vſus fuerit iuriſdictione, retineatur
poſſeſſio in omnibus caſtri eiuſdem territorij. De quo Ferr.
in d. forma libelli actionis confeſſ. ſuper verb. plenam, nu. 11.
Et hoc non tantum in iuribus incorporalibus procedit, ſed
etiam in poſſeſſione rerum corporalium, per text. in leg. 3. in
prin. ff. eod. licet enim iſte text. loquatur in acquirenda poſ-
ſeſſione tamen idem dicendum eſt de retinenda, cum vt ſu-
pra dictum eſt, facilius retineatur, quam acquiratur poſſeſſio,
d. l. licet, C. eod.

Quibus modis poſſeſsio amittatur.

364 Sexta, quæſtio principalis eſt qualiter poſſeſſio acquiſita
amittatur? De cuius vtilitate dicit Abb in cap. illud autem, 8.
nu. 6. in fi. ext. de præſcr. quod poſſeſſionem amiſſa ſeu inter-
rupta, etiam præſcriptio naturaliter interrumpatur, l. natura-
liter, 5. ff. de vſuc. cum ſine poſſeſſione præſcriptio non pro-
cedat, l. ſine poſſeſſione, 25. cum ſimil. ff. de vſucap Item reli-
qui effectus poſſeſſionis ceſſãt, de quibus ſupr. in 3. quæſtio.
365 prin. dictum eſt. Ceſſante enim cauſa ceſſat effectus, c. cum
ceſſante, 60. extr. de appel. De hac quæſt. eſt tex. in l. quemad-
modum, 8. ff. eod. vbi traditur regula: quod ſicut ad acquirẽ-
dam ita ad amittendam poſſeſſionem requiratur corpus, &
animus ſimul, fere quibuſcunque, 253. ff. de reg. iur. Omnis
enim res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſol-
uitur, vt eſt tex in c. 1. extr. de reg. iur. l. nihil tam naturale, 35.
ff. de reg. iur. & l. prout qui 80 ff. de ſol. Sed contra hanc regu-
lam opponitur, d. l. 3. ſ. in amittenda, ff. eo. vbi habetur, & ſolo
animo ſine corpore poſſeſſionem amitti. Ideo gl. & Doct. ibi
varias adferunt ſolutiones, quarum hæc communiter eſt ap-
probata, quod in perdenda poſſeſſione requiratur corpus &
animus ſimul, quando quis á corpore incipit deſinere poſſi-
dere, quia corpore exiui de fundo, non ſtatim amitto poſſeſ-
ſionem ſundi, niſi & haberem animum deſerendi poſſeſſio-
nem. Et ita loquitur tex. in d. l. quemadmodum. Secus ſi inci-
pio animo deſinere poſſidere. Tunc enim licet ſim in fundo,
tamen ſi conſtat, me nolle poſſidere, ſtatim animo, & affe-
ctione deſinendi poſſidere, amitto poſſeſſionem, antequam
de fundo exeam Et ita loquitur tex. in d. l. 3. §. in amittenda
vbi poſt alios vide Alex. n. 5. Itaque amittitur poſſeſſio tam
naturalis, quam ciuilis l. corpore, & anima ſimul, d. l. quem-
admodum. II Solo animo, antequam corpore quis de fundo
exeat, ſtatim vt quiſque cõſtituit ſe nolle poſſidere, vt inquit
iureconſultus in l. ſi quis vi, 17. §. differentia, ff. eodem, & d. §.
in amittenda. Et de ciuili poſſe non eſt dubium, cum ille ani-
mo tantum retineatur. Idem, & de naturali dicendum eſt
quando conſtat quem nolle poſſidere. ſec. gloſ. & DD. d. §. in
amittenda, vbi Paul. de Caſtr. ſubijcit quod ſi quis maneat in
fundo, tunc dici eum eſſe in detentatione, & non poſſeſſione
ſeudi, poſtquam de animo non poſſidendi cõſtat, facit, quod
meo, 18. in prin. ff. eod. An autem ſolo etiam corpore, quãdo
quis recedit de fundo, & ita per exitum amittat poſſeſſionẽ,
diſtinguendum eſt inter poſſeſſionem ciuilem, & naturalẽ.
Ciuilis enim per exitum non amittitur ſed ſolo animo, quo-
cumque vadat ciuiliter poſſidens eam retinet tex. eſt d. l. clã
366 poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. eod. Circa naturalem autẽ
diſtinguitur inter naturalem tantum in ſpecie, quam habet
vaſallus vſufructuarius, &c. & naturalem in genere, quæ eſt
coniuncta cum ciuili. Primo caſu ſola naturalis ſeu in ſpecie
per exitum non amittitur, ſed animo etiam retinetur quo-
cumque quis vadat etiam ſi fundum non habeat in conſpe-
ctu, vt eſt gl. in d. l. 1. ſuper ver quia naturaliter, verſ. Idem dic
in quarto caſu, & ibi omnes Doct. ff. eo. de quo ſup. etiam in
præcedenti quęſtione dictum eſt. Secundo caſu ſubdiſtingui-
tur. Aut quis ſuo corpore & animo ſimul poſſidet, & tunc ſi
inde recedens, non eſt prope fundum, neque habet eum in
conſpectu, amittit naturalem, retenta ciuili tantum, ſec. gl. &
Doct. in d. l. 1. ſuper verb. quia naturaliter. Et de ratione diuer
ſitatis ſupr. in præced. quæſt. dictum eſt. Aut quis poſſidet rẽ
animo, & corpore alieno, vt per procuratorem, ſeruum, &c.
& tunc per procuratorem vtraque poſſeſſio retinetur, adeo
vt licet exeat de ſundo, non tamen animo deſerente poſſeſ-
ſionis, retineatur etiam naturalis poſſeſſio l. ſi colonus, 41. ff.
eod. Et licet Alex. de Imol. ibi dicat, quando colonus recedit
de ſundo animo deſerendę poſſeſſionis, non ideo priuari do-
minum poſſeſſione naturali, per text. in l. ſi. C. eod. ne ſcilicet
malignitas procuratoris noceat domino, in contrarium ta-
men eſt communis opinio, vt tunc naturalis amittatur, & ci-
uiles retineatur, 2. gloſ. in d. l. ſi colonus, & ibi Doct. vt ſcilicet
iurium correctio vitetur. Aut quis ſuo animo poſſidet ſun-
dum, & ſic ciuiliter corpore vero alieno naturaliter, vt per
ſeruum, vel colonum. Et tũc neque per coloni diſceſſum vel
exitum amittitur naturalis poſſeſſio, ſed retinetur mihi per
coloni animum licet, & is de ſundo exeat ad ſimilitudinem
naturalem poſſeſſionem habentis tantum, d l. ſi colonus, &
gl. in d. l. 1. ſuper verb quia naturaliter & ibi Doct. ff. eod. III.
367 Vtraque poſſeſſio tam ciuilis, quam naturalis inundatione
maris vel fluminis amittitur, l. 3 §. Labeo, 17 & l. Pomponius
12. in prin. & l. qui vniuerſas, 30. §. 1. ff. eo. & l. cũ vnus, 12. § fi.
ff. de reb. author iud. poſ. Et hoc ſine dubiu p ocedit io natu-
rali poſſeſſione. Vbi enim rei nõ poteſt naturaliter inſiſti per-
ditur poſſeſſio, l. 1. in prin. ff. eo. Idẽ, & de ciuili poſſeſſione di-
cendũ eſt, per gl. in d. l. Labeo, dũ inquit: per inundationẽ in-
terrũpi prǽſcriptionem. Si enim naturalis tantũ amitteretur,
præſcriptio nõ interrumperetur, cũ ſola ciuilis ad præſcribẽ-
dum ſuffi. iat, vt ſupra circa effectus ciuilis poſſeſſionis dictũ
eſt. Vnde Bart. & Doct. in d. l. labeo, hæc deducunt ad practi-
cam, quod allegans ſe fundum exiſtentem prope flumen
præſcripſiſſe repellatur, ſi probetur tempore præſcriptionis
ſundum iſtum inundatum fuiſſe cum per inundationẽ præ-
ſcriptio interrumpatur adeo vt nec ibi piſcando retineamus
poſſeſſionem, fundi inundari, ſecundum Iaſ. in d. § *Labeo*
per tex. in leg. ſi aget cuius 23 ff. quib. mod. vſufr. amit. Quod
tamen limita procedere. 1. Si eſſet tanta inundatio, vt ſundus
pedibus calcari non poſſet, ſec Alex. & Iaſ. in d. § Labeo, 2. Si
totus fundus eſſet inũdatus, alias nõ, cũ vſu partis retineatur

ius

ADDITIO.

a *Priuilegium per non vſum amittitur decennio, l. 1. de nũd. Fal-
lit ſi vti non potuit, quia occaſio ſe non obtulit arg. & l. Attilici-
nus, ff. ruſt. præd. tex. & Bar. in l. in filijs C. de decurion. & in l.
cum ſcimus, C. de agric. Fallit, ſi priuilegiato data eſt facultas
faciendi pro ſuo arbitrio, & mera voluntate. Tũc enim priui-
legium quantocunque tempore non amittitur per non vſum, gl.
in c. vt priuilegia, in fi. extr. de priu. Gemin. c. vlt. de conſuetud.
Fallit in Eccleſiæ priuilegijs. Nam per non vſum Eccleſiaſti-
ca priuilegia non amittuntur minore ſpatio, quam 40. annorum
c. de quarta, c. illud de præſcript. Fallit in priuilegio immuni-
tatis quod 30. annis amittitur. Alex. 5. conſi. 13. Fallit ſi priui-
legiatus per id tempus, quo priuilegio ſuo non vtitur, certam
penſionem præſtitit ei a quo priuilegium impetrauit. Hac enim
præſtatione priuilegium ſuum retinet, licet eo non vtatur. Al-
bericus in l. de quibus, ff. de legibus, Felin. in c. illud de præſcrip.
De amiſſione priuilegiorum add. Gayllum, 2. obſeru. 60.*

Digitized by Google

ſus totius,l.3.in princ.ff.eod.& ſupra in fin.5.quæſt.principa-
lis dictum eſt.3.Niſi nundatio ſecundum conſuetudinem re-
gionis eſſet vtilis,& prodeſſet ſitientibus agris,& ſic adferret
vtilitatem poſſeſſori,vt eſt inundatio.Nili in Ægypto,ſecun-
dum Bald.in l.vnica,num.87.Cod.de conſeſ.Alex.& Iaſ.in d.
§.Labeo 4.Si modico tantum tempore inundatio duraret,pu
tam vno atque altero die,ſecundum Iaſ.in d.ʃ. Labeo, nu.7.
168 qui dicit ita etiam tenere Bal.in cap.illud 8.ext.de preſc.IV.
Amittitur ciuilis & naturalis poſſeſſio, quando res efficitur
ſacra vel religioſa, vt ſic deſinat eſſe in commercio hominũ,
veluti ſi hominem mortuum quis in eum locum inſerat,
quem poſſidet,amittit eius loci poſſeſſionem, d.l.qui vniuer-
169 ſas,§.2.ff.eodem.V.Poſſidens rem aliquam, ſi is tranſeat in
poteſtatem alienam,amittit poſſeſſionem rei antea poſſeſſæ,
text.eſt in dict.l.qui vniuerſas,§.1.& in l.ſi adoptauero, 16.ff.
de precario. Vnde ſi aliquis efficiatur monachus,deſinit poſ-
ſidere rem,quam antea poſſidebat, qui tranſit in poteſtatem
Abbatis ſeu monaſterij. & acquiritur tam proprietas quam
poſſeſſio ipſi monaſterio,Authent.ingreſſi, Codic. de SS.Ec-
cleſ. VI. Quando qui ex ſecundo decreto iudicis mittitur in
poſſeſſionem,tunc prior poſſeſſor amittit tã naturalem, quã
ciuilem eius rei poſſeſſionem,dict.l.qui vniuerſas,§.1 & leg.
3.§.fin.& ibi gloſ.& DD.ff.eodem,& vide not.per DD.in l.ſi
finita,15.§.Iulianus,ff.de damn.infect.& in leg.iuſtè, 11.ff.de
170 acquirend.poſſeſ. VII. Vtraque poſſeſſio amittitur per ſe-
queſtrationem rei,& per conſequens interrumpitur præſcri-
ptio,l.intereſſe puto, 39.ff.eodem. Quod eſt verum in ſeque-
ſtratione voluntaria,quæ fit partium conſenſu,& voluntate,
ſemperque eſt licita, & regulariter priuat poſſeſſorem ſua
poſſeſſione,leg.licet, 17.§.rei,ff.depoſiti. Niſi expreſſe agatur
contrarium, vt cuſtodiæ tantum cauſa deponatur. Quod ta-
men in dubio non preſumitur,ſecundũ gl.& ibi Doct. in d.l.
intereſſe. Secus eſt in ſequeſtratione neceſſaria,quæ fit à iu-
dice parte inuita, quæ regulariter prohibita eſt, niſi in certis
caſib.not.per glo.& Doct.in l.vnica, C.de prohib.ſeq.Et quia
in illa videtur facta cauſa cuſtodiæ tantum,per eam poſſeſſio
non amittitur,niſi aliud de volũtate iudicis appareat, de quo
vide Bart.in dict.l.intereſſe,& dict.l.licet,ff.depoſiti, & in l.ſi
oleum, (al.eſt §.3.leg.ſi quis affirmauerit,)9. ff.de dolo. VIII.
171 Conſtituens ſe alieno nomine poſſidere rem, quam antea
ſuo nomine poſſidebat amittit vtramque eius rei poſſeſſio-
172 nem,leg.quòd meo,18.in princ.cum ibi not.ff.eod.IX. Si id
quod poſſidemus,ita perdiderimus, vt ignoremus vbi ſit de-
ſinimus poſſidere,tã ciuiliter,quam naturaliter, quod maxi-
me in reb.mobilib.accidit,l.ſi id quod,25.in princ.& ibi Paul.
173 de Caſtr.ff.eod. X. Vtraque poſſeſſio amittitur,quando res
mobilis furto ſubtrahitur,vel vi eripitur,aut occupatur, cum
vilis & abiecta ſit poſſeſſio rei mobilis,tex.eſt in l.rẽ quæ no-
bis,15.& in l.ſi rem mobilem,57 ff.eod.XI. Quando quis per
174 vim deijcitur poſſeſſione rei immobilis non tãtum natura-
lem,ſed etiam ciuilẽ poſſeſſionem amitit,quia tunc præſcri-
ptio interrumpitur,l.naturaliter, 12.ff.de vſuc.Quod non fie-
ret,ſi ciuilis retineretur, vt ſupra dictum eſt circa effectus ci-
uilis poſſeſſionis.Nec obſtat text.in l. ſi quis vi,17. in princ.ff.
vbi dicitur quòd ſi quis vide poſſeſſione fuerit deiectus, per-
inde hoc haberi,ac ſi poſſideret,cum ex interdicto. Vnde vi,
recuperandæ poſſeſſionis facultatem habeat.Nam quo ad ip-
ſam rẽ,damna & fructus attinet,perinde habetur, ac ſi poſſi-
deret, cum omnia recuperetur, l.2. in princip.iuncto §.quod
autem ait prætor,33.& l.in interdicto,6.ff.de vi & vi arm.&
in ʃ.recuperandæ,infr eodem dicemus Secus autem,quo ad
præſcriptionem, & ipſam poſſeſſionem, quã quis amiſit,vn-
de & recuperandæ interdictũ neceſſarium eſt,ſec.gl.& Doc.
in l.ſi quis vi.Item non obſtat,quòd ciuili poſſeſſio cõſiſtit in
animo, & ad eam amittendũ requiritur animus,l.3.§.in amit
tenda,ff.eo. Sed ſi quis de poſſeſſione per vim deijcitur,non
videtur animum habere perdendi poſſeſſionem, cum in du-
bio quis non videatur conſentire amiſſioni poſſeſſionis: quia
animus requiritur, quando amittitur poſſeſſio voluntarie, d.
§.in amittenda,& in d.l.ſi quis vi, §.differentia. Secus,ſi coa-
ctè aut violenter. Nam tunc ſufficit coacta aut meticuloſa
voluntas,l.3.§.ſi quis nunciet,8.ff.eo. & d.l. clam poſſidere,
§.qui ad nũdinas,cum l ſeq.ff.eo.ſiquidem,& coacta volũtas
eſt voluntas,l.ſi mulier,21.§.pen.& ibi gl. ff quod metus cau-
ſa,& c.merito,15.q.1.Non tamen dicitur abſoluta voluntas,
ideo & coacta voluntas nõ ſufficit in matrimonio,in quo re-
quiritur abſoluta,& libera voluntas,c.veniens, 15.& c.gẽma,
29.ext.de ſpon.Et notabilis verba Bald.poſt Rubr.poſita, C.ſi
quis aliquem teſtari prohib.vbi dicit meticuloſam voluntatẽ
habere in ſuperficie volitionem ideſt voluntatem: ſed in me-
dulla nolitionem ideſt diſſenſum,vt refert Iaſ.in d.l.rem quæ
nobis,num.2.Porro hanc concluſionem, quod per vim deie-
ctus amittat ciuilem poſſeſſionem, notabiliter limitate non
procedere, quando per vim deiectus præparat ſe ad recupe-
randam poſſeſſionem, quia tunc numquam deſinit ciuiliter
poſſidere,ſec.gl.& Bar.in d.l.3.§.cum igitur,& in l.qui poſſeſ
ſionẽ,17.ff.de vi,& vi arm.Pro quo facit tex. in l. ſi nolit,17.
ff.eo.dum dicit.Et ſi nolit in fundum reuerti,amiſiſſe poſſeſ-
ſionem videbitur.Ergo ſi velit in poſſeſſionem redire, & ad
hoc ſe præparet,non amittit ciuilem.De quo ſup.in 5.q.prin.
Qualiter,ſcilicet poſſeſſio retineatur,dictum eſt. Et vide Iaſ.
in d § qui ad nundinas,nu.35. An autem idem dicendum ſit,
quando quis ſimpliciter occupat fundum abſentis vacãtem,
vt tunc abſens poſſeſſionem amittat, diſtinguitur inter natu
ralem & ciuilem poſſeſſionẽ.Nam is,qui poſſidet fundũ ani.
mo,& corpore ſuo,ſi ſe abſentat, nemine domi relicto ad cu
ſtodiam rei,amittit naturalem poſſeſſionẽ. Vnde ſi alius in-
greditur & occupat fundum,is acquirit naturalem poſſeſſio-
nem iſtam vacantem tantum,d.§.qui ad nundinas. Quod eſt
verum,ſi abſens habeat naturalem,& ciuilẽ poſſeſſionem:ſe-
cus,ſi habeat naturalem tãtum,vt vaſallus,emphyteuta, quia
tunc illa naturalis ſolo animo per abſentem retinetur,vt ſup.
dictum eſt,poſt gl.in d.l.1.in pr. ſuper verb quia naturaliter,
ff.eo De quo vide Alex.nu.11.& Iaſ.14.in d.ʃ. qui ad nundi-
nas. Ciuilem autẽ poſſeſſionem abſens,etiam domi nemine
relicto,non amittit,licet alius ingrediatur & occupet fundũ,
ſed eam retinet abſens animo & ingrediens tantum naturalẽ
acquirit,quia illa ſola eſt vacans, & occupatio non eſt niſi de
poſſeſſione vacante,d.§.qui ad nundinas & ibi D.vbi per eos
concluditur, abſente retinere poſſeſſionem ciuilem animo,
non tantũ quouſq,ignorat naturalem eſſe occupatã,l.quam-
uis,46 ff.eo.ſed etiam poſtquam ſcit eſſe occupatam natura-
lem, ita vt etiãpro defenſione ciuilis poſſeſſionis propria au-
thoritate ingreſſum in continenti deijcere queat,d.l.3.§.cum
igitur,ff.de vi,& vi arm.Item poterit intentare interdictũ vti
poſſidetis,pro retinenda ciuili poſſeſſione. Et effectus eſt,vt
occupãs compellatur reſtituere naturalem poſſeſſionem, cũ
ſine ea non ceſſet ipſum inquietare in ciuili,ſec.Pau.de Caſt.
in d.§.qui ad nundinas,n,3.in fi. Excipiuntur autem quinque
caſus, in quibus abſens amittit etiam ciuilem poſſeſſionem.1.
Caſus eſt,quando is, qui occupauit fundum abſentis,non ad-
175 mittit abſentem reuerſum,ſed ei reſiſtit. Nam tunc vi dici-
tur occupaſſe etiam ciuilem poſſeſ.d.§.qui ad nũdinas. 2. Ca-
ſus, ſi abſens reuerſus, nolit ad fundũ redire, quia ſuſpicatur
& metuit ſe repelli.Hoc enim caſu amittit ciuilem poſſeſ.nõ
quidem ex facto illius poſſidentis, ſed ex propria voluntate,
l.& ſi nolit,7.& ibi gl.ff.eo.vbi audiens domum à latronibus
occupatam,& præ nimio timore volens accedere,amittit ci-
uilem poſſeſs.etiamſi timor eſſet ſalius, ſec.gl. ibi ſuper verb.
amiſiſſe.Et hæc non ſunt intelligenda de metu perſonali, ne
ſcilicet perſona ab hoſtibus offendatur,qua huiuſmodi timor
non inducit amiſſionem poſſeſſionis. Nec ſequitur. Timeo
ire ne à latronibus offendat, ergo habeo animum perdendi
poſſeſs.Sed de metu expulſionis, vt quia ſuſpicior me de poſ-
ſeſſione repelli,vel ad eam non admitti,ſec.glo.& ibi DD. in
d.l.licet,ſuper verb.metus,C.eod.Alex.nu.4.& Iaſ.in d.l.5.in
d.l.3.§.in amittenda,ff.eod. Secundo limitatur per Aret. in d.
§.in amittenda,ff.eod.vt eum refert Iaſ.in d.§. qui ad nundi-
nas,nu.32.vt procedat,quando quis eſt extra fundum: ſecus,
ſi in fundo.Nam tunc licet ſuſpicetur ſe poſſe repelli, tamen
ſi non eijciatur corpore extra locum,nõ perdit poſſeſſionem
loci in quo eſt, cum ad eam amittendam requiratur corpus
& animus ſimul, d.l.quemadmodũ, & facit l. quod meo,18.
§.fi.in fin.ff.eod.Et licet Iaſ.reprehendat hanc limitationem,
per tex.in l.1.§.in operis,6.iunct.gl.ibi,in verb. aduerſarium,
& in l.de pupillo,5.ʃ.meminiſſe,10.ff.de oper. noui nunciat.
vbi dominus exiſtens in fundo quem poſſidet, ſi nunciet alij
nouũ opus,ſolo etiam verbo per talem nunciationem verba-
lẽ amittit poſſeſſionem,propter ſuſpicionẽ meticuloſam,ſec.
gl.in d.ver.aduerſarium.De quo latius Iaſ.in d.§.qui ad nũdi
nas,nu. 32. Tamen altera opinio mihi videtur æquior, & de
iure verior,vt nimirũ ſi quis eſt perſonaliter in loco, licet ſu-
ſpicetur ſe poſſe repelli: tamen ex quo metus & ſuſpicio non
ſortitur effectum, quia is ſi perſeuerat remanere corpore in
loco,non priuetur poſſeſſione, per iura ſupra allegata. Nec
obſtat text.in d.§.in operis, & §. meminiſſe, quia ibi non eſt
ſolus metus, ſed accedit etiam hoc, quòd alter vi ædificat in
ſolo,& fundo prohibentis,iuxta text. in l. quo tutela,37.§.vi
factum,ff.de reg.iur.vbi dicitur, vi factum eſſe,quod quis, cũ
prohibetur,fecit, & ibi gloſ. exemplificat in nunciatione no-
ui operis. Non mirum igitur, quòd tunc amittatur ciuilis
poſſeſſio,per ea quæ ſupra in 12.modo dicta ſunt.Sicut alias

communiter cõcluditur, ſi quis ędificat in meo ſolo me ſciẽ-
re & negligente, me amittere poſſeſſionem, vt refert Alexãd.
176 in lege ſi de eo, 8 §. ſi ſorte, nu. 8. ff. eod. Circa prædicta iſta
quęritur, quando in mea abſentia fundus per alium eſt occu-
patus, & reuerſus non ſuſpicior me poſſe repelli. Sed cum pro
tuenda ciuili poſſeſſionem propria authoritate poſſem expel-
lere clandeſtinum poſſeſſorem, vt ſupra dictum nolo tamen
eſſe author rixæ & alterius mali, ſed vado, ad iudicem, & in-
tento interdictum. Vti poſſidetis, contra ingreſſum: An per
hoc perdam poſſeſſionem ciuilem, quaſi ſuſpicer me poſſe re-
pelli? De hoc eſt glo. ſing. & ibi Bart. nu. 2. in l. 1. §. hoc interdi-
ctum, ff. vti poſſideti, quod non. Et probatur per text. in d. l. de
pupillo, §. meminiſſe, in fi. vbi is, qui vadit ad iudicem, & de-
nunciat edificanti nouum opus, non perdit poſſeſſionem, ſi-
cut nec quando per iactum lapilli nunciat nouum opus; ſed
ei tunc. Vti poſſideris interdictum competit contra eum, qui
perſeuerat in alieno fundo ædificare, add. gloſs. in d. §. qui ad
nundinas, ſuper verb. non clam, in fi. ibi, & ſic ciuiliter poſſi-
dentem tuetur, antequam nõ admittatur De quo latius vide
poſt alios Pau. de Caſt. in d. § qui ad nundinas, nu. 4. & ibi Iaſ.
60. Alex. in d. l. quemadmodum, nu. 3. ff. eo. Fel in c. vigilanti,
5. nu. 8. verſ. & not. ext. de præſcr. 3. Caſus eſt, quo abſens re-
uerſus amittit etiam ciuilẽ, quando, ſ. non timet ſe repelli, ſed
rationabiliter timere debet, vt quia ingreſſus erat potentior
ipſo, vt ſic non poſſit eum expellere, vt inquit Paul de Caſtr.
in d. § qui ad nundinas, verſ. ſec per glo. in l. clam poſſidere, 6.
in princ ſua per verb. ſuſpicabatur, cum paria ſint ſuſpicari,
& debere ſuſpicari, ſec. gl ibi, ſicut paria ſunt ſcire, & ſcire de-
bere, l. quod te, 5. in fi. ff. ſi cert. pet. Et adde Iaſ. d. §. qui ad nũ-
dinas, nu. 18. vbi dicit, ſi quis ingrederetur fundum te abſente
cum tanta potentia, vt nulla ſubeſſet ſpes recuperationis, tũc
ab abſente, & etiam ignorante perdi ciuilem poſſeſſio. Et al-
177 legat ad hoc not. per Alex. in d. l. quod meo, § ſi eo. 4. Caſus
eſt, quo etiam per negligentiã amittitur ciuilis poſſeſſio, quã-
do, ſ. quis ſcit poſſeſſionem naturalem vacantem, eſſe occu-
patam ab alio. Tũc enim ſi negligit per modicum tempus re-
dire & expellere ingreſſum, cum primum potuit, & naturalẽ
recuperare, perdit quoque ciuilem poſſeſſionem, vt conclu-
dunt Bart & alij poſt tex. & gl. in l. ſi de eo, 40. §. ſi forte, ſuper
verb neglexerit, ff. eodem, per text in l. quamuis, 46. & l. quod
meo, 18. §. fi. ff. eod. quia tunc iuris præſumptione videtur ſu-
ſpicari ſe poſſe repelli, vt refert Alex. in d. § ſi forte, n. 6. verſ.
dici etiam. Oportet ergo ſtatim ſeu incontinenti recuperare
poſſeſſionem naturalem, d. l. 3 §. cum igitur, & in leg. qui poſ-
ſeſſionem, 17. ff. de vi, & vi arm. Et illud modicũ tempus de-
bet eſſe tantum, infra quod dominus veriſimiliter poteſt ſe
præparare ad recuperandam poſſeſſionem, quod in arbitrio
iudicis conſiſtit, qui declarabit hæc inſpecta qualitate facti, vt
eſt gloſ. & ibi Doctor. in d. l. 3. ſ. cum igitur, 9. ſupr. verbo ex
continenti, ff. de vi, & vi arm. De quo latius vide poſt Bartol.
178 & Alexand. & alios in d. §. ſi forte. Felin. in d. c. vigilanti, ext.
de præſcrip. 5. Caſus eſt, quando quis ignorat fundum ab alio
occupatum, vel etiam ſcit, non tamẽ per negligentiã, ſed alijs
occupationibus impeditus, non ſtatum recuperat naturalem
poſſeſſionem. Tunc enim propter negligentiam tãti tempo-
ris, ex quo reſultat obliuio, quoque amittitur ciuilis poſſeſſio,
text eſt in l. furtum, 37. in fine, ff. de vſucap. & §. quod autem,
ſup. de vſucap. & not. poſt gl. fin. in d. l. licet, C. eod. Sed quan-
tũ tempus tunc requiratur, variant gl. & Doct. Quidã enim
hoc arbitr. eſſe dicunt, & relinquunt arbitrio iudicantis, qui
ex facti qualitate negligentiam conſiderabit, vt vult gloſs. in
d. l. furtum, ſuper verb. vel longo, & in l. ſi finita, 15. § non au-
tem, 21. ſuper verb. miſſo, ff. de dam. infec. & gl. in d. § furtiuę,
2. verſ. quod autem, ſuper verb. propter, ſupra de vſuc. Com-
muniter tamen concluditur, & intelligitur de negligentia lõ-
gi temporis decem, ſ. annorum, propter text. in d. l. furtum, in
fi. qui de longo tempore loquitur. Sed longum tempus dici-
tur 10. annor. text. eſt in prin. ſupra, de vſuc. & gl. ſuper Rubr.
C. quæ ſit longa conſuet. & gl. in l. ſi eum fideicommiſſa, 16. ſ.
Ariſto. ff. qui, & à quin. manumiſ. & gl. in l. 3. ſ. ſi ſeruus, ff. eo.
Et de hac quæſt. vide latius DD. poſt gl. fin. in d. l. licet, C. eod.
& in d. l. ſi id quod, in princ. ſuper verb. vbi ſit, ff. eod. & Doct.
poſt gl. mag. in fin. C. de ſer. fugit. Paul. de Caſtr. in d. §. qui ad
nundinas, nu. 3 in fin. & poſt Bart nu. 3. vide Alex. nu. 4 in d. l.
ſi de eo, §. ſi forte, ff eod. Fel. d. c. vigilanti, nu. 10. & DD. in d.
verſ. quod autem, ſupra de vſuc. Alex. in d. l. quod meo, §. fi. n.
3. ff. eo. Et Paul. de Caſt. in d. l. 1. in princ. nu. 14. ff. eo. Addatis,
& 6. Caſum, quando quis ignorat rem ab alio occupatam, &
negligit tanta negligentia, vt res quaſi pereat: amittit enim
179 ciuilem poſſeſſionem, ſecundum Bart. in d. §. ſi forte, & Fel.
in d. c. vigilanti, nu. 9. Ioan. Fab. in d. verſ. quod autem, ſupr. de
vſuc. Item & 7. Caſum notabilis, quando quis per biennium
deſerit prædium tributariũ incultum & deſertum, ſolo enim
biennio amittit dominium, & poſſeſſionem, leg. qui agros, 8.
181 C. de omn. agr. de ſer. libr. 11. Et hoc eſt ſpeciale in agro tri-
butario ſecus in alijs prædijs, vbi omiſſio vel dilatio culturæ
non eſt ſufficiens cauſa poſſeſſionis amittendę, text. eſt in d. l.
licet, vbi Salic. dicit eſſe communem, quia quod differtur non
aufertur, l. deberi, 6. iuncta glo. ibi. C. de fideicom. libert. & §.
libertas, 2. iuncta glo. ſupra, de ſing. rebus per fideicomm. re-
lictis XII. Amittitur vtraq; poſſeſſio per conſtitutum, de quo
ſupra dictum eſt poſt text. in d. leg. quod meo in princ. ff. eod.
182 XIII. Etiam per Imperatorem vtraque poſſeſſio nobis ex
cauſa auferri poteſt, de quo vide Iaſ. in d. l. 1. num 48. ff. eod.
& Doct. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. XIV. Quando
quis ædificat in alieno ſolo abſentis, tunc abſens vtramque
poſſeſſionem amittit Facilius enim perditur poſſeſſio, quam
dominium, d. leg ſi quis vi, §. differentia, ff. eod. Et quando ha-
beo vſumfructum areæ, & ſuper imponitur ædificium per a-
lium, perdo vſumfructum, l. repeti, 5. § fin. ff. quib. mod. vſusf.
amittatur. Ergo multo magis poſſeſſionẽ, de quo poſt Cyn.
in l 2. C. de rei vind. vide Alex. in d. l. 1. in princ numer. 41. ff.
eodem. XV. Per nunciationem noui operis, quæ ſolo verbo
fit, vtraque poſſeſſio amittitur, & alter cui nunciatur nouum
opus, poſſeſſor efficitur, d. l. 1. §. in operis, & d. l. de pupillo, me-
miniſſe, ibi gl & Doct. ff. de noui operis nunciatione. Et præ-
dicta diligenter notãda ſunt in practica contra eos, qui fun-
dant ſe ex pręſcriptione. Quamdiu enim quis retinet ciuilem
poſſeſſionem contra eum non præſcribitur, vt ſupra de effe-
ctibus ciuilis poſſeſſionis dictum eſt vide Iaſ in d. l. 1. in princ.
nu. 49. cum ſeq. ff. eod. gl ord. magna in fi. & ibi Doctor. C. de
ſeruis fugit. & Abb. in d. c. vigilanti, nu. 4. ext de pręſcriptioni-
bus. Porrò hæc de hac amiſſione poſſeſſionis rerum immo-
bilium intelligenda ſunt.

De poſſeſſione mobilium amittenda.

183 Sequitur nunc qualiter poſſeſſio rerum mobilium amit-
tatur. Et diſtinguuntur duos caſus principales. Aut enim res
mobilis eſt apprehenſa, vel occupata per alium; aut non eſt
apprehenſa. I. Caſu dic, per occupationem ſeu apprehenſio-
nem rei mobilis, ab antiquo poſſeſſore etiam ignorãte, perdi
& naturalem, & ciuilem poſſeſſionẽ, ſiue ſit ſeruus, ſiue alia
res animata, ſiue inanimata, l. 1. §. per ſeruum, & l. ſi rẽ mobi-
lem, 47. ff. eo. Et in hoc differunt res mobiles ab immobilibus.
Nam in reb. immobilib. licet quis amittat poſſeſſionem natu-
ralem per occupationem alterius, tamen ignorans, & etiam
ſciens in caſib. ſupra dictis retinet ciuilem poſſeſſionem, d. §.
qui ad nundinas. Et ratio diuerſitatis eſt, quia mobilium, vilis
& abiecta eſt poſſeſſio, vt dicitur in d. l. ſi rem mobilẽ. II. Ca-
ſu diſtinguitur inter ſeruum, & alias quaſcunq; res mobiles.
Nam ſeruus licet auſugiat, non tamen amittimus eius poſſeſ
ſionem ciuilẽ, niſi ab alio occupetur, vel niſi diu ſe gerat pro
libero homine. Nam & tunc ciuilis eius poſſeſſio amittitur,
d. l. 3. § ſi ſeruus, 10. & §. per ſeruum, 14. & d. l. ſi rem mobilem
& l. Pompo. 13 in princ. ff. eo. In alias autem reb. mobilib. Sa-
lic. in d. l. licet, ſubdiſtinguit inter res animatas & inanimatas.
Nam primo caſu vt in boue, equo, &c. ſtatim atq; cuſtodiam
noſtrã exierunt, & perquiſiti nõ reperiuntur, amittimus iſta-
rum rerum naturalem, & ciuilem poſſeſſionem, etiamſi per
alium res non ſit occupata, d. l. 3. § Nerua, 13. cũ § ſeq. ff. eod.
Et Pau. de Caſt. ibi dicit, hæc menti tenenda eſſe, quia per hoc
apparet, ſi emiſti bouem, vel aliam rem mobilem a nõ domi-
no bona fide, & ſic cępiſti etiam vſucapere, eaq; ſorte auſugit
ex tua cuſtodia, & poſt diligentem inquiſitionem abſte non
potuit reperiri, licet poſtea te inuenias, vſucapio tamen fuit
interrupta, ita vt de nouo cogaris incipere vſucapere, & præ-
teritũ tempus tibi non proſit. Secundo caſu, reprobata diſtin-
ctione Salic. in d. l. licet, n. 16. & in d. l 1. n. 21. ante fi C. de ſer-
uis fugit, credo indiſtinctè vtramque poſſeſſionem amitti ſta-
tim, quãdo res ipſa amittitur, vt ignoremus vbi ſit, ita vt facta
diligenti perquiſitione non poſſit inueniri res, per text. in d. l.
3. §. Nerua, & in l. ſi id quod, 25. in prin. ff. eo Vnde nõ obſtat
text. in l. peregre, 44. in princ. ff. eod. vbi peregre proficiſcens
pecuniam abſcondit in fundo quem poſſidebat, & rediens nõ
erat memor de loco, & tamen infirmitas memoriæ ei nõ no-
cet, nec deſinit poſſidere, quia ibi de facili non ſic poterat in-
uenire: ſecus, ſi diligenti inquiſitione facta non inueniſſet, ſe-
cund. gl. & Doct. ibi. Et vide Alexand. in d. §. Nerua, nu. 6. in
fine. Vnde & ſi res mobilis demergatur in mare vel flumen,
eius poſſeſſio amittitur, d. l. Pomponius, in princ. ff. eo. Et hoc
loco iterum notanda eſt differentia inter res mobiles, & im-
mobi-

Digitized by Google

mobiles. Licet enim immobiles non ſint ſub cuſtodia noſtra, non tamen ſic amittimus earum poſſeſſionem, d.§. qui ad nũdinas. Et ratio diuerſitatis eſt, quia res mobilis facile poteſt occultari, & amiſſa cuſtodia contrectari per alium de loco ad locum, & ſic amitti, quod non eſt in re immobili, cũ ſemper pateat, & poſſit recuperari. De quo vide Iaſ. in dict. l. 3. §. Nerua, num. 3. ff. eod.

De poſſeſſione quam per alios retinemus amittenda.

185 Circa prędicta dicendum reſtat, qualiter poſſeſſionem amittamus, quam per alios retinemus? De quo eſt text. in d. l. peregre, §. fi. ff. eod. & gl ſing. in l. 1. §. non alij, 45. ſuper verbo, retineo, ff. de vi, & vi arm. quod licet poſſeſſio, quam nos corpore, & animo noſtro retinemus, ſolo animo amittatur, d. §. in amittenda, tamen ea, quam animo noſtro, & corpore alieno retinemus, ſolo noſtro animo non amittitur, vt maximè quis conſtituat animo ſuo ſe nolle poſſidere. Quouſque enim colonus, vel procurator noſter inſiſtit rei naturaliter, non perditur ciuilis, d. l. peregre, ſ. fi. Eſtq; ratio diuerſitatis, 2. gloſ. Bart. ibi, quia in ea ciuilis ſequitur naturalem, quam per colonum retineo, & ei cohęret. Ideò naturali retenta, etiam ciuilis retinetur. Ex quo iterum ſequitur, ſicut ſolo animo tunc non amittitur ciuilis, ita etiam ſine animo amitti ciuilem, amiſſa illa naturali, quam per colonum, vel per alium retinebamus. Veluti, ſi colonus per vim deijciatur, tunc etiam ciuilis perditur, quæ erat apud dominum, domino etiam inuito, vel ignorante, vt eſt tex. & ibi pulchre Paul. de Caſt. in d. l. peregre, §. fi. Et pro pleniori intellectu diſtinguendi ſunt aliquot
186 caſus. I. Aut colonus per vim deijcitur a poſſeſſione, & tunc dominus, vtramque poſſeſſionem amittit etiam ignorãs per expulſionem coloni, d. §. ſi cum ibi no. II. Aut dominus tantum deijcitur de poſſeſſione fundi, & tunc naturalem non perdit, quia eam retinet per colonum, nec ciuilem amittit, quam antea in animo habebat, cum illa ciuilis cohæreat naturali, qua retenta per colonum, conſeruatur & ciuilis, vt ſupra dictum. Et vide Plat. hic, in §. noſtro, n. 5. ante fi. & Pau. de Caſt. in d. l. peregre, §. fin & probatur per text. in d. l. 1. §. non alij, ff. de vi, & vi arm. III. Aut colonus, vel alius, per quem poſſidemus exit de fundo, non animo deſerendæ poſſeſſionis, & tũc dominus, nec ciuilem, nec naturalem per d. l. ſi colonus, 31. ff. eod. IV. Aut exit animo deſerendi poſſeſſionem, quod in dubio non præſumitur, quando alteri non tradit, & tunc de ciuili non eſt dubium, a domino eam retineri animo. De naturali vero, quæ corpore, & animo coloni retinetur, ſunt opiniones. Et communis eſt ſententia, quod tunc dominus priuetur naturali poſſeſſione per colonum, per text. in d. l. ſi colonus à contrario ſenſu, ibi gl. & Doct. Tamen Pau. de Caſt. & Alex. ibi videntur reſtringere iſtam communem ſententiam procedere, de iure, ff. non autem, C. quo caueur, vt nihil penitus præiudicij per malignitatem coloni, vel procuratoris, circa poſſeſſionem domino generetur, d. l. fin. C. eodem. V. Aut is, cuius corpore quis poſſidet, tradit alteri rem poſſeſſam, & tunc aut ex contractu, ex quo non conſueuit transferri poſſeſſio, vt ex depoſito, commodato, & dominus eam non perdit, d. l. qui vniuerſos, ſ. fin. ff. eod. Aut ex contractu habili, & tunc aut tradit ficte, vt per conſtitutum, & tunc dominus quoque non amittit, nec naturalem poſſeſſionem, l. quamuis §. ſi conductor, ff. eo. Aut vere tradit, & tunc dominus amittit naturalem poſſeſſionem, ſec. gl. in d. l. ſi colonus, per tex. in d. l. 3. §. ſi quis nunciet, 8. verſ. quod ſi ſeruus, ff. eod. Et vide Iaſ. in d. §. in amittenda, nu. 8. Nec obſtat tex. in d. l. fin. C. eod. quia non loquitur in iſto caſu, ideo nec ex identitate rationis debet induci iurium correctio, l. præcipimus, 32. in fi. C. de appell. gl. & ibi nota in Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. De qua regula vide omnino Alex. in d. l. peregre, ſ. fi. nu. 4. ff. eo. VI. Quando dominus, ſponte tradit alteri poſſeſ. tunc trãsfert in eum ciuilem, quam animo ſuo retribuat, & etiam naturalem, quam corpore ſerui, vel coloni tenebat, etiam ignorante, vel inuito colono, vt eſt gl. in d. l. 1. ſ. non alij, ſup. verb. retineo. ff. de vi, & vi arm. Et vide Paul. de Caſtr. in d. l. peregrè, §. fin. nu. 3. VII. Quando colonus furere cęperit, vel mortuus fuerit, retinet dominus ciuilem, & naturalem, poſſeſſionem, niſi dominus neglexerit recuperare rem, dict. l. 3. verſ. quod ſi ſeruus, & d. l. ſi de eo, ſ. ſorte, & l. ſi id quod, 25. §. 1. ff. eodem Et plures alios caſus vide per Alex. poſt alios in d. l. peregre, §. fin.

De poſſeſſione iurium incorporalium amittenda.

187 Vltimo quæritur, qualiter quaſi poſſeſſio iurium incorporalium amittatur, præſertim quo ad hunc finem, vt præſcriptio interumpatur? iſtam quæſtioné mouet Bar. in d. l. naturaliter, ff. de vſucap. quem referũt Panor. & Canon. in c. illud, 8. ex de præſcr. vbi dicunt, quod quædam ſunt iura incorporalia, debita fundo, vt ſeruitus realis, & in iſtis interrũpitur quaſi poſſeſſio, & per conſequens præſcriptio, perdita poſſeſſione fundi dominantis, l. ſi ędes, 18. §. 1. ff. de ſeruit. vrban. præd. Itẽ interrumpitur, quando ille, contra quem præſcribitur impedit præſcribentem vti ſeruitute, vel iure, ſequitur, 4. §. ſi viam, 27. ff. de vſucap. Cum enim in corporalibus quaſi poſſeſſio nihil aliud ſit, quam patientia aduerſarij, l. quoties, 20. ff. de ſeru. ſtatim, vbi quis deſinit pati, interrumpitur quaſi poſſeſſio ſeruitutis. Idem in alijs iuribus non cohærentibus prędijs, vt in iuriſdictione, & ſimilibus. Nam ſtatim, atque fit vnus actus, per quẽ quis prohibetur vti illo iure, videtur interrupta quaſi poſſeſſio, ſec. Bar. in d. l. naturaliter, & Pan. d. c. illud autem. Item non vtendo iure, per negligentiam, vel abſentiam amittitur non tantum quaſi poſſeſſio iuris, ſed etiam ipſum ius, accedente legitimo tempore ad præſcriptionem requiſito. De quo vide Bart. & Bal. in l. 2 & text. in l. pen. & fin. C. de ſer. Et plura de hac q. vide remiſſiuè per Alex. in d. l. 1. n. 42. & 79. ff. de acq. poſ. & Bal. in d. l. 2. nu. 10. cum ſeq. C. de ſeruit. & aqua. & Fab. in d. §. quod autem, n. 4. verſ. ſorte, ſup. de vſucap.

§. Recuperandæ.

1 *Continuatio huius §.*
2 *Interdictum unde vi, ad quid à prætore introductũ, & n. 18.*
3 *Iura oderunt violentias, & rapinas.*
4 *Per vim deijciens aliquem criminaliter, & ciuiliter poteſt conueniri.*
5 *Ex omni delicto duplex naſcitur iudiciũ, ciuile, & criminale.*
6 *In iudicio ciuili ad quid agatur, & ad quid in criminali.*
7 *Vnum iudicium quando alteri non præiudicet.*
8 *Qualis actio criminalis contra vi deijcientem in caſu huius §. competat.*
9 *In quas pęnas deijcientes per vim armatam hodie incidant.*
10 *Pœna violatorum publicæ pacis.*
11 *Quæ requirantur, vt hæc pœna locum habebat.*
12 *Alia leges, & iura communia per nouiſſimam conſtitutionem contra violentos inuaſores, an abrogata.*
13 *Violatores pacis in iudicio Cameræ Imperialis conueniri poſſunt.*
14 *An per ſententiã declarari debeant violatores publicæ pacis.*
15 *Inter verba ipſo iure, & ipſo facto, quo ad iuris effectum, non eſt differentia. Et quis ſit effectus ipſorum verborum.*
16 *Accuſatione criminali principaliter intentata, deinde incidẽter per officium iudicis reſtitutio rei occupatæ peti poteſt.*
17 *Quando ciuiliter pro recuperanda poſſeſſione agitur plura remedia a iure ſunt introducta.*
19 *Interdictum unde vi, competit ei, qui habuit naturalem, & ciuilẽ poſſeſſionẽ rei immobilis, & ex ea per vim deiectus eſt.*
20 *Item deiecto ex poſſeſſione naturali tantum.*
21 *Item ei, qui ciuiliter tantum animo poſſidebat.*
22 *Nec refert in hoc interdicto, an quis per ſe, vel per alium poſſidebat.*
23 *Item hoc interdicto ſuccurritur prædoni, ſeu ſpoliatori, ſi ipſe ex eadem poſſeſſione, ex qua alium deiecit, deijciatur.*
24 *Prior ſpoliatus, in continenti a ſpoliatore recuperans poſſeſſionem ſuam, non incidat in pœnam.*
25 *Defenſio corporis, & rerum, ſi ſit in continenti, eſt licita.*
26 *Quando dicatur fieri incontinenti.*
27 *Forma libelli in interdicto unde vi.*
28 *Informatione libelli duo ſpectanda.*
29 *Cui hoc interdictum detur.*
30 *Quare annus, & dies in libello exprimi debeat.*
31 *Hoc interdictum principaliter datur pro rebus immobilibus, ſecundario pro re mobili, de qua quis deiectus eſt.*
32 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*
33 *Nemo debet etiam rem ſuam propriam alteri poſſidenti vi eripere.*
34 *Quid in hoc interdicto petendum, vel quæ in libello concluſio eſſe debeat.*
35 *Debitor ſpecie extincta, an & quando liberetur.*
36 *Fur raptor, inuaſor violentus, ſemper ſunt in mora.*

1 SVpra in d. §. ſeq. diuiſio, dictum eſt, interdictorum alia eſſe adipiſcendæ, alia retinendæ, & alia recuperandæ poſſeſſionis. Et quia hactenus materiam adipiſcendæ, & retinendæ poſſeſſionis abſoluimus, ſequitur nunc de interdicto
2 recuperandæ poſſeſſionis. videlicet, Vnde vi, quod ad recuperandam poſſeſſionem, quam prius quis habuit, & de qua vi deie-

deiectus eſt, prætor introduxit. De quo eſt titu. in ff. de vi, &
b vi arm. & Co. vnde vi. Et ſicut *a* interdicta retinendæ poſſeſ-
ſionis contra vim turbatiuam, ita hoc cõtra vim expulſiuam
b *b* competit. Iura. enim maximè oderunt violentias, & rapi-
3 nas, ideò pluribus etiam modis ſuccurrunt ſpoliatis, & vim
paſſis, tam via criminali, quam ciuili, tam per modum agen-
di, quam excipiendi, vt habetur in c. cum dilectus, 2. & ca. ſu-
per ſpoliatione, 4. ext. de ordin. cogn. & hic, §. noſtro, & leg. 1.
4 in princ. verſic. ne quid autem, ff. eod. Præmittendum igitur,
eum qui per vim deiecit, & expulit alium de poſſeſſione, cri-
minaliter, & ciuiliter conueniri poſſe. Nam exercendo vim,
turbat. Reipubl. tranquillitatem, & ſic delinquit, vt hic & d. l.
1. in princip. ff. eod & l. ſi quis ad ſe fundum, 7. C. ad leg. Iul. de
vi publ. & l. fin. Co. quando act. ciuilis criminali præiud. Et ex
5 omni delicto, tam publico, quam priuato duplex iudiciũ na-
ſcitur ciuile, & criminale, leg. fin. & ibi Bart. ff. de priuat. deli-
ctis, & in l. fin. ff. de furt. & l. licitatio, (al. locatio, 9.). §. quod il-
6 licitè, ff. de pub. vect. In ciuili agitur ad commodum priuatũ
ipſius læſi: in criminali vero ad commodum publicum, vin-
dictam ſcilicet delicti, & etiam pœnam pecuniariam appli-
candam fiſco, ſecundum gloſ. in d. §. quod illicitè, & in leg. 3.
7 verbo centum, ff de ſepulchr. viol. Nec vnum iudicium præ-
iudicat alij, adeo, vt ſi prius fuit actum ciuiliter, poſſit idem de
agi criminaliter, quando ſcilicet tendunt ad diuerſa: vt quan-
do criminalis actio tendit ad vindictam, ciuilis vero ad perſe
cutionẽ rei familiaris, vt in accuſatione furti, vt hodie crimi-
naliter agitur ad pęnam corporalem, & ciuiliter etiam con-
dictione furtiua, ad rei ablatæ reſtitutionem, l. interdum, 56.
§. qui furem, ibi Bart. ff. de furt. Secus, ſi vtraq; tam ciuilis, quã
criminalis actio competit ad vindictam. Nam tunc vna intẽ-
tata, altera tollitur, vt in actione iniuriarum, quæ pro verbali
iniuria competit, & criminaliter, & ciuiliter intentari poteſt,
§. in ſumma, 10. ſup. de iniur. & vtroq; modo tendit ad vindi-
ctam, quia nullum damnum paſſus eſt actor, & ideo ſi ciuili
ter agat, petit pœnam pecuniariam ſibi applicari. Si vero cri-
minaliter, pęna pecuniaria applicatur fiſco, & corporalis in-
fligitur reo, ſec. gloſ. & DD. in dicto § in ſumma, & tunc vna
tollitur per aliam, l prætor edixit, 7. §. fin. ff de iniur. Nam pro
vno delicto non debet quis bis puniri, l. pen. ff. nau. cau. &c. &
vide Bar. in l 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. & text. ibi. Doct. in d. l. 1. C.
quando ciu. act. crim. præiudicet. In caſu igitur §. noſtri quan-
8 do quis per vim deiecit illum ex poſſeſſione, quæritur qualis
nam actio criminalis contra deijcientem competat? & diſtin
guitur: Aut n. vim publicam, & atrocem cum armis. i. commi
ſit, & tunc tenetur pęna l. Iul. de vi publica, quæ eſt deporta-
tio, & confiſcatio omnium bonorum, text. eſt hic in §. noſtro,
& in d. l. ſi quis ad ſe fundum, in fi. C. ad l. Iul. ad vi pub. §. item
lex Iulia de vi, 8. inf. de publ. iudic. & in l. 4. in fin. ff. ad leg. Iul.
de vi pub. & in l. 3. ff. ad l. Iul. peculatus. Aut ſine armis quem
deiecit, & tunc dicitur committere vim priuatam, ideo inci-
dit in pęnam l. Iuliæ de vi priuata, quæ eſt confiſcatio tertiæ
partis bonorum. Item ſit infamis, & omni officio, & dignitate
priuatur, d. §. item l. Iulia de vi inf. de pub. iud. & in leg 1. ff. ad
9 l. Iul de vi priuata. Hodie vero ex nouiſſimis conſtitutionibus
Imperatorum Maximiliani, & Caroli V. deijcientes per vim
armatam alium de poſſeſſione, vel quaſi, incidunt in pœnam
violatæ pacis, quam vulgo vocamus, den Lonfriden. Nam
per prædictos Imperatores comuni calculo, & ſuffragio om-
nium ſtatuum Imperij cautum eſt, vt nullus alium ex poſſeſ-
ſione ſua temere, & armata manu deijcere audeat, ſed vnuſ-
quiſque alterum bona ſua pacifice poſſidere non impediat,
nec poſſeſſori violentiam, ſeu aliquod aliud grauamen infe-
rat, ſiue ille poſſideat arces, ciuitates oppida, redditus, bona
tam mobilia, quam immobilia, ſiue iuriſdictiones, iudicia, flu-
mina, paſcua, omnia alia iura, nullis prorſus exceptis. Et huiuſ.
modi dicuntur violatores publicæ pacis, quorum pęna eſt,
quod ipſo facto, vel ipſo iure incidunt in bannum Imperij.
10 Et quamprimum per ſententiam Imperij declarantur ban-
niti, permiſſum eſt vnicuique offendere eos in ære, & perſo-
na, nec moleſtando tales qui peccat, ſeu pęnam meretur. Po-
nuntur namque è pace in diſcrimina, & omnes obligationes,
quarum vigorẽ contra alios agere poſſent, ipſis auferũtur, &
ceſſantur. Feuda quoque amittunt, & quamdiu bannum du-
rat, pro infamibus reputantur, & habentur. De quo vide con-
ſtit. Des Landſridens, ſub tit. Die peender fridbrecher, & ſub
tit. vuie gegen denen, die des fridbrechẽs, oder daſſ ſie die frid
brechern vor ſchubgethã, verdacht ſein, gehandelt vuerden,
fol. 5. vnd voher deſſ halbẽ lodie Acht declariert. Et circa præ-
11 dicta notandum, ad hoc, vt locum habeat iſta pęna, requiri
vim & violentiam eſſe armata manu illatam, vt patet ex ver-
bis prædictæ, conſtitutionis, ibi, Mit ge vvehrt hund vundge
vualtiger that. Quo tamen caſu ſufficit, quod deijcientes ar-
mati veniant. Licet enim armis non ſit vſi ad deijciendum, ſi
tamen deiecerunt, armata vis facta eſſe dicitur. Sufficit etiam
terror armorum, vt videantur armis vi deieciſſe, vt inquit Iu-
12 riſconſ. in l. 3. §. qui armati, 5. ff. eo. II. Notandum eſt, per hanc
nouiſſimam conſtitutionem alias leges ciuiles, & iura com-
munia, contra huiuſmodi violentos inuaſores, & occupato-
res poſſeſſionum, alias pęnas ſtatuentia, non eſſe abrogata, vt
habetur. Im Landfrid. ſub tit. Diſſer Landfrid ſoll damit ando
13 ren Rechten nicht abbruch thum. III. Notandum huiuſmo
di violatores pacis in iudicio Cameræ Imperialis, licet imme-
diate ei non ſint ſobiecti, conueniri poſſe, vt habetur in der
Cammergerichts ordung, ſub tit. Daſſ von vvegen vbertrt-
brundes Keyſerlichen Landfrides am Cãmergericht geklagt
vuerden mag. Dan vueil ſit in des Raichs Acht gafellen, ſe
mueſſen ſit buch vom Reich darimner Klaeret vuerden. Li-
14 cet enim ipſo iure, vel facto incidant in bannum Imperij, ta-
men præcedente citatione debent per ſententiã declarari vio
latores pacis publicæ, vt dicitur. Im Landfriden, ſub titu. Dio
der Fridbrecher. Et obiter nota, inter iſta verba, ipſo iure, &
ipſo facto, quoad iuris effectũ, non eſſe differentiã, vt not. per
15 Archid. in c. 1. de homic. in 6. Et effectus iſtorum verborum
eſt, quod lex ipſa facit executionem ſuper diſpoſitione illa, in
qua verba huiuſmodi ponuntur, ita tamen, vt de iſto facto, ſu
per quo debet fieri executio, ſententia proferatur, veluti ſi le.
communi, vel ſtatuto caueatur, vt ſi quis committat tale cri-
men, ipſius bona ſint ipſo iure, vel facto publicata, vel ſit infa-
mis, omnino adhuc ſit neceſſe, vt prius pronuncietur crimen
eſſe commiſſum, quo declarato fiet deinde executio, primo
per legem hinc per iudiciũ, 2. Arch. in d. c. 1. & Doctor. in d.
l. ſi quis in tantã, C. vnde vi. Nec obſtat, ſi diceretur, verba iſta
tunc fruſtra eſſe appoſita, quia reſponderetur, multũ illa ope-
rari. Nam a tempore criminis cõmiſſi habetur ratio fructuũ
& interdicta eſt alienatio bonorum, ita vt ſi de facto alienet
bona, huiuſmodi alienatio non valeat. De quo vide Ferrar. in
forma libelli, in cauſa ſpoliatæ poſſeſſionis, ſuper verbo ipſo
facto. Sicut & de compenſatione dicitur, quod fiat ipſo iure,
ita tamen ſi a parte opponatur. Nam tunc ipſo iure debitum
tollitur, actio minuitur, & ſi viterius procedatur, proceſſus
eſt nullus, vt nota, in l. ſi conſtat, C. de compenſ. & de hoc poſt
Doct. in §. in bonæ fidei, 30. ſupr. de actionibus diximus. IV.
16 Notandum quod licet quis nõ poſſit ſimul ciuilem actionẽ,
& etiam criminalem ęquè principaliter intentare, l. interdum
4. cum ibi not. ff. de publ. iudic. poſſit tamen intentare accuſa-
tionem criminalem, principaliter petendo reũ puniri pęna ſta
tuta, & deinde incidenter per officiũ iudicis petere reſtitutio
nem rei occupatæ, d. l. interdũ, §. qui furẽ, ff. de furtis. De quo
vide omnino Bart. in d. l. 2. §. 1. ff de vi bonorũ raptorum. Ita
in terminum iuris expreſſe quoque ſtatutum eſt. Im Landfri-
den: Quod deiecto ex poſſeſſione, ſeu ſpoliato liberum ſit
contra ſpoliantem agere, aut ad pęnam conſtitutam iuris, &
fractæ pacis ſimul, vel vnam illatum tantum; item ſuper illa-
ta violentia, & ſpoliatione, vna cum dictis pœnis, aut præci-
puè ſpoliatorem in Camera Imperiali, & principaliter conue
nire vt eſt in Rubr. Im Landtfriden. Quod ſpoliatus non ſo-
lum ad pęnam banni, verum etiam ſuper reſtitutione dam-
norum ſibi illatorum principaliter agere poteſt. Secundo ca-
ſu, quando pro recuperanda poſſeſſione ciuiliter agitur, plu-
ra remedia à iure ſunt introducta, de quibus eſt gl. in ca. cum
ad ſedem, 15. ſuper verbo, interdictum, & in c. ſępe, 18. ſuper
verbo, non ſubuenitur, & ibi Doct. ext. de reſtit. ſpol. & gl. in
ſumma cauſ. 3. qo. 1. ſuper verbo, quidã Epiſcopus, in fi Spec.
in tit. de reſtitu. ſpol. §. 1. num. 12. Angel. in §. quadrupli n. 24.
ſupr. de action. Maran. de ordine iudiciorum, in 4. parte in 7.
18 diſtinct. iudic. nu. 28 Et primum interdictum. Vnde vi, quod
prętor introduxit ei, qui per vim ex poſſeſſione rerum immo
bilium eiectus, vel ſpoliatus eſt, contra deijcientem, ad recu-
perandam poſſeſſionem, quam vi aduerſarij ſic perdidit, de
quo loquitur §. noſt. & titu. in ff. de vi, & arm. & Co. vnde vi.
Et habet nomen à primis verbis edicti prætoris, quæ talia
erant.

ADDITIONES

a *Differentia vis turbatiua, & expulſiua.*
b *Prout expulſiua (quoties, ſ. aliquis ex fundo, aut re immobili expulſus eſt) cõpetit deiecto, & expulſo hoc interdictu. Vnde vi Competit etiam remedium legis, ſi quis tantam, C. vnde vi, & l. ſi colonus, C. de agric. vbi Bartol. Ang. Pennus, Plateus, & alij. Competit etiam remedium ex cap. redintegrandæ, 3. q. 1.*

erant. Vnde vi tu illum deiecisti, te restituor cogam, ſecundũ
gloſ. hic, ſupr. verbo, vnde vi, per tex in l. prima, in princip. ff.
eodem, vide Plat. hic numero ſeptimo.

Quibus competat, hoc interdictum.

19 Pro declaratione autem iſtius interdicti principio viden-
a dum eſt quibus competat. Et I. Datur *a* ei, qui habuit natura-
lem, & ciuilem poſſeſſionem rei immobilis, & ex ea per vim
deiectus eſt, text. eſt hic, & in d. l. 1. §. hoc interdictũ, & §. deij-
20 citur 9 ff. eod II. deiecto ex poſſeſſione naturali tãtum, qua-
lem habet vaſallus vſufructuatius, & vſuarius, l. naturaliter,
12. in princ. ff. de acqu. poſs. Nam his, ſi per vim prohibeantur
vti frui fundo, vel deijciantur, hoc interdictum competit, d. l.
1. §. deijcitur, leg 3. §. ſi autem iuncto, §. vt frui, 14. & § item ſi
21 non vſusfructus, 16. & §. qui vſus fructus, 17. ff eod. III Etiam
ei, qui ciuiliter tantum animo poſſidebat hoc interdictum cõ
petit d. l. 1 §. deijcitur. Vnde ſi in abſentia mea Titius occupa-
uerit fundum, & me reuertentem noluerit admittere hoc
interdictum datur, d. l. 1. § ſiue autem corpore, 14. ff. eod. Imò
ſi inſpicet tantum me poſſe repelli (ex quo ſtatim amino poſ-
ſeſſionem, l. clam poſſidere, 6. §. fi. cum l. ſeq. ff. de acq. poſſeſ.)
vtile hoc interdictum mihi competere cõcluditur per Bart.
& alios poſt gl in d. l. 1. §. ſiue autem ſupra ver. poſſeſſionem.
Et vide Ang. in d § quadrupli 25. nu 18. verſ. & aduertas, ſup.
de actio. Maran. de ordine iudiciorum, in 4. part. in 7. diſt. nu.
22 31. IV. Non refert in hoc interdicto an quis per ſe, vel per
alium poſſideat, veluti per procuratorem, factorem, vel colo
num. Nam ſi hi deiecti fuerint, domino fundi, vel ædium hoc
Interdictum competit: quia per tales ipſi domini poſſidere
videntur, d. leg. 1. §. quod ſeruus, 22. & §. non alij autem 45. ff.
eod. Et faciunt not poſt tex in l. peregre, 44. § quibus explici-
23 tis ff de acqu. poſs. V. Prædoni, *b* ſeu ſpoliatori, qui alium ex
b poſſeſſione deiecit, ſi & ipſe poſtea ex eadem poſſeſſione
deijciatur hoc interdicto ſuccurritur, d. l. 1 § qui à me vi, 30.
ff. eo. Cum etiam prædo reſtituendus ſit, c. id litteris, 5. ext. de
reſt ſpol. l. 1. §. ſi prædo, 39 & l bona fides 31. §. incurrit. ff. de-
poſiti. Et hoc eſt ſine dubio verum quando agit contra extra-
neum, vel alium deijcientem, quam contra dominum, quia
tunc ipſius intereſt, cum teneatur domino reſtituere, d. §. qui
à me vi, & ibi not. & in d. c. in literis vbi Abb. num. 9 Idem di-
cendum eſt, quando agit contra dominum, vel alium, quem
ipſe actor antea ſpoliauerat: nã & tunc is qui prius ab actore
erat ſpoliatus, tenetur hoc interdicto primo deijcienti rem
reſtituere l. ſi quis ad ſe fundum, 7 C. ad l. Iul de vi pub. & ibi
24 not. & eſt glo. in d. l. 1. §. qui à me vi. Quod eſt verum, ſi prior
ſpoliatus ex interuallo ſpoliatorem deijciat, ſecus, ſi in conti-
nenti à ſpoliatore etiam per vim, & propria authoritate re-
cuperaſſet poſſeſſionem ſuam quia in continenti vim vi re-
pellere licet, tex. eſt. in l. 3. §. eum igitur, 9 & in l qui poſſeſſio-
ne, 17. ff. eod. & not. in l. 1. C. eod Et eſt gloſ hic, in verbo, licet
is, & gl. in d. l. 1. §. qui à me vi, ſup. verbo habet hoc interdictũ.
Nec incidit quis tunc in pęnam l. ſi quis in tantam, 7. C. vnde
25 vi, vel aliam, vt eſt gl. fi. in d l. ſi quis ad ſe fundum. Defenſio
enim corporis, & rerum, dummodo in continenti fiat, licita
eſt, d l. 1. cum ibi not. C. vnde vi, & l vt vim 3. ff. de iuſt & iur.
Et quod lege permittente fit, pęnã non meretur, l. Gracchus,
26 4. C. ad l. Iul. de adult. Dicitur autem in continenti infra pau-
cos vel multos dies, arbitrio boni viri, ſeu iudicis, ex qualita-
tate ſcilicet perſonarum, & rei, ex qua quis deiectus eſt, vt in-
quit Bart. in d. l. 3. §. eum igitur, 9. poſt gl. ibi, in verbo, ex con-
tinenti, arg l. continuus, 137. §. cum ita, ff. de verb. obl. Si enim
homo priuatus, deijciat aliquem, modicus apparatus neceſſa-
rius eſt ad recuperandam poſſeſſionem, ſi verò aliquis nobi-
lis, vel comes expelleret alium de caſtro, magnus quidem ap-
paratus requiritur, qui in aliquibus menſibus vix fieri poteſt.
Vnde hoc caſu non dicitur diuerti ad extraneos actus, ſi ſpo-
liatus vadit ad ciuitatem, & conuocat amicos, & parat arma
pro recuperatione ſuæ poſſeſſionis, ſec. gl. & Bar. in d. l. 3 §. cũ
igitur, adeo, vt poſſit extendi etiam ad decem annos. Quin-
imo ſi dux, vel princeps expellatur de terra ſua licitum eſt ei
quandocumque propria authoritate recuperare, quoties ſeſe
facultas obtulerit etiam poſt decennium, & dicetur in conti-
nenti recuperaſſe cum ſemper habuerit animum recuperan-
di, nec vnquam diligentiam prætermiſerit in recuperando,
facit ad hoc gl. in c. olim, 12. ſuper verbo, ſtatim, quæ exponit
ſtatim, ideſt, quam primum potuerunt, extr de reſtit. ſpol. de
quibus vide latius Ang. hic, nu. 4. & in d. § quadrupli, nu. 22.
Iaſ. d. l. clam poſſidere § qui ad nundinas, n. 36. ff. de acq poſs.
Fel. in c. vigilanti, 5. nu 8. ext. de præſcr. hoc hodie expreſſe ſta
tutum eſt. *in des Reichs Landfriden*, ſupr. Rub. *von peender
Fridbrecher*, in fine, vbi dicitur: *Læſis* conceſſum eſſe debe-
re contra violatores pacis publicæ ſe defendere, eoſque per-
ſequi, vel in continenti, vel quandocumque ſuos amicos, &
adiutores habere poſſint. Et prædicta habent locum in de-
fenſione rerum, quando quis vult propulſare iniuriam rea-
lem ſecus, ſi iniuriam perſonalem, ſeu in defenſione perſo-
narum. Nam tunc dicitur in continenti in ipſo flagranti cri-
mine, arg. leg. quod ait, 23. in princ. ff. ad l. Iul. de adult. de quo
vide Bart. in d. l. 3. § eum igitur in fin. & Doct. in d. l. 1 C. vn-
de vi, & Plat. hic nu. 6. in fin.

Forma libelli.

27 Præmiſſis præmittendis Comparens N. breuiter narrat,
quod currenti anno 4 circa diẽ Martini (paulo ante, vel poſt)
reus conuentus, dictum actorem ex poſſeſſione fundi ſui, in
tali vel tali loco ſiti, & huc vſque ab ipſo quiete, & pacifice
poſſeſſi, armata vi expulit, atque deiecit, eumque ſic de facto
& violenter poſſeſſione ſua priuauit, & ſpoliauit. in quo fun-
do tempore violentæ deiectionis, etiam nonnulla bona mo-
bilia, videlicet talia, extiterunt, quæ omnia in tam violẽto tu-
multu direpta, & ablata ſunt. Verum cum manifeſti, atq; ex-
plorati iuris, nec non grauiſſimis pœnis, prohibitum ſit, ne
quis alterum indicta, & nõ cognita cauſa ex qualicunq. poſ-
ſeſſione ſua immani violẽtia deijciat, & ſpoliatus ante om-
nia reſtitui debeat idcirco petit actor, poſt factam l. quidam
reſponſionem, quam à reo fieri exigit per veſtram diffinitiuã
ſententiam pronũciari, decerni, & declarari, vt pręfatus reus
dicti fundi priſtinam poſſeſſionem, cum omnibus bonis mo-
bilibus ſeu ſe mouentibus quæ direpta ſunt, actori reſtituat,
vel ſi reſtituere non poſſit, eorum æſtimationem, quam ad
100 aureorum ſummam æſtimat (moderatione tamen iu-
diciali reſeruata) vna cum litis expenſis, & omni eo quod
ſua intereſt, ſibi præſtet, atque perſoluat, officio veſtro, &c.
28 Hac forma libelli colligitur ex doctrina Bart. in d. l. 1. §. ſiue
autem, 24 & §. rectiſſime 34. ff. eod. in qua duo omnino ſpe-
29 ctanda, & notanda ſunt. Poſſeſſio ex parte agentis & deie-
ctio ex parte rei conuenti. Nam datur hoc interdictum nul-
li alij, niſi ei qui tempore deiectionis poſſidebat, nec alius vi-
detur deiectus niſi is, qui poſſidet, d. l. 1 § interdictum autem.
Ampliatur I. ſiue poſſidet ciuiliter, & naturaliter, ſiue natura-
liter, vel ciuiliter tantum, d. l. 1. §. deijcitur. II. Siue poſſidet iu-
ſte, ſiue iniuſte, puta vi vel clam, vt hic, in fin. tex. & l. ſed ſi vi,
14. ff. eo. III. Siue poſſidet per ſe, ſiue per alium, puta ſeruum,
vel colonum. Nam ſi colonus meus deijcitur, ego deijci vi-
deor, & habeo interdictum. Vnde vi d l. 1. §. quod ſeruus, 22.
& §. non alij autem 45. Idem aduertite hoc interdictum non
competere ſolum, ſi quis deiectus fuit ſed etiam abſentis &
redeunti, in cuius abſentis fundum interim alius iuit, eumq;
occupauit, & redeuntem prohibet fundum ſuum accedere,
vt in caſu l. clam poſſidere, 7. § fi. ff. de acquir. poſs Poſtremo
datur, quoque hoc interdictum vtile, pro quaſi poſſeſſione
rerum incorporalium l. 3. §. in id quod, 13. ver. vnde vi, ff. eo.
ſicut etiam datur pro his interdictum. Vtile poſſidetis l. quo-
ties, 30. ff. de ſer. l. 2. in fin. ff. ſi ſeru. vinc. Dicitur in libello tali
30 die, & anno. Debet enim in hoc interdicto omnino locus,
tempus deiectionis exprimi, ſicut in qualibet criminali a-
ctione, leg prætor edixit 7. in princ. ff. de iniur. Ita dicit Bart.
in dict. leg 1. §. ſiue autem, 24. & in §. retiſſime, 34. Quod no-
tandum eſt ſecundum Angel. qui vidit multos errare, in hoc
artic. & omnino notare ea, quæ ſubijcit ipſe quia proderunt
31 in practica. Item dicitur. De fundo bene, quia hoc interdi-
ctum datur pro immobilibus, vt ſi quis de fundo, vel domo
deijcitur, dict. leg. 1. §. illud 6. Nam pro rebus mobilibus vi
ereptis, prodita eſt actio vi bonorum raptorum. Vnde ſe-
quitur ſi quis de vehiculo, vel naui deijcitur, quod hoc inter-
dicto, non poteſt experiri, quia non eſt res immobilis aut ſo-
lo cohærens, dict. leg. 1. §. ſi quis de naui. 7. Licet autem pro
rebus mobilibus ſicut dictum eſt illud interdictum principa-
liter

ADDITIONES.

a *Vide Menoch. tract. de recuperanda poſſeſ. remed. 1 paſſim vbi
hoc interdictum, eiuſque naturam pleniſſime exequitur.*

b *Prædoni, ſeu ſpoliatori hoc interdictum. Vide, vt, etiam compe-
tit, vt hic & ſic malæ fide poſſeſſori. Idem in remedio capitis,
redintegranda, de quo paulo ante dictum eſt facit, l. 3. q. 1. c. vlt.
Ripa in c. ſæpe de reſt ſpol. Alex. 3. conſ 9 & 5. conſ. 94. & mul
to magis improprie poſſeſſoribus, vt commodatario depoſitario,
& ſimilibus. Socin. in l. rem quæ nobis ff. de acqu. poſs. Colono,
conductori, mandatario. Socin. 3. conſ. 17.*

Digitized by Google

palliter non detur, tamen datur, quoq. pro his in conſequen-
tiam,& ſecundario ratione rei immobilis, de qua quis vi de-
iectus eſt. Vnde pro his,quæ erant in tali fundo, vel ædibus
competere interdictum. Vnde vi,ambiguum non eſt, d.l. 1.§.
illud & §.rectiſſime. Ideo ſubiuoximus in libello. Et tot taleſ-
que res mobiles in fundo erant, quia hæ in conſequentiam
peti poſſunt. Deinde dicitur quod expulit, reus, bene: quia
hoc eſt alterum caput quo venit tam dicendum, quam pro-
bandum in hoc interdicto puta, deiectio ex parte rei. Vnde
actor in hoc interdicto duo adſtringitur probare, poſſeſſio-
nem ex ſua parte,& deiectionem ex parte rei ſecund.gl. in c.
olim cauſam, 1 in verb. reſtitutionem, ext. de reſtit. ſpol. Imo
non ſufficit ſimpliciter poſſeſſionem probare, niſi etiam a-
ctor probet ſe tempore deiectionis poſſediſſe, d.l. 1. §. interdi-
32 ctum autem. Sequitur in libello, ſpoliatus *a* ante omnia eſt
a reſtituendus. Hęc eſt vna principalis regula,& mediũ conclu-
dendi in hoc interdicto, nam aſſerens ſe vi, vel dolo aduerſa-
rij eſſe deiectum, & ſpoliatum, ante omnia debet reſtitui pri-
ſtinam in ſua poſſeſ. l. ſi quis ad ſe fundum, 7. vbi gl. & DD. C.
ad l. Iul. de vi pub. Ampliate prędictam regulam ſpoliatum
reſtitui debere, etiamſi reus authoritate, vel decreto ſcilicet
inualido iudicis hoc faceret; nam nihilominus tenetur in-
terdicto. Vnde vi, quia ex authoritate iudicis poterit etiam
quis dici eſſe ſpoliatus, quando iudex non rite, & rectè, id eſt
non ſeruato iuris ordine, decretum, & ius ſuum interponit, l.
meminerint, 6. & quod ibi not. C. vnde vi, vide Io. Fab. in §.
retinendæ, ita verſ. quod ſi quis facit inhibere per iudicẽ, &c.
Habens ex ſuperioribus, vt deiectum, & ſpoliatum omnino,
& ante omnia eſſe, reſtituendum. Id vero eſt tantum dicere,
quòd non auditur reus, ſi in hoc interdicto paratus ſit pro
defenſione ſua in continenti de dominio rei ſpoliatę docere,
& probare eam ſuam eſſe. Debet enim adhuc prius reſtitue-
re in priſtinam ſuam poſſeſs. ſoluendo intereſſe, & damna.
Ratio eſt quia ſpoliatus ante omnia, &c. d. l. ſi quis ad ſe fun-
dũ. Sic etiã nõ auditur reus ſi paratus ſit probare, quod actor
prior ſpoliauerit, debet enim non reſpoliare, niſi in continẽti
hoc fiat, leg. 3. §. eum igitur, l. ſed ſe armata, ff. eod. quia in hoc
33 interdicto prodeſt etiam iniuſta poſſeſſio, vt hic in fi. tex. Nã
nemo debet etiam rem ſuam propriam alteri poſſidenti vi
eripere, & ſic propria authoritate, ſibi ius ſtatuere, ſed qui-
uis debet potius his vti iudicijs, & officio magiſtratuũ. Hinc
etiam grauiſſimæ pęnæ in tales proditæ ſunt, in l. extat, 13. ff.
quod metus cauſa, & in d. l. ſi quis in tantam. Item reus non
auditur de dominio rei in interdicto. Vti poſſidetis, quia ſi-
cut nec ſpoliare, ita nec turbare debet cum turbare ſit deli-
ctum ſec. gl. fi. in l. ſi de eo, 40. §. ſi ff. de acq. poſs. licet aliud ſit
hoc caſu in interdicto adipiſcendæ, de quo Paul. de Caſtr. l. ſi
de vi, 37. ad fi. in 1. lect. ff. de iudicijs. Et ſic habetur per exce-
ptionem dominij non excludi agentem poſſeſſorio tam re-
cuperandæ, quam retinendæ, idq; in odium delinquentis pu-
ta ſpoliantis, ſiue turbantis. Sunt tamen certi quidam caſus in
quibus reus contra prædictam regulam excipiendo de iure
ſuo auditur, quis proſequitur Ang. hic vide Paul. de Caſtr. in
34 d. l. ſi de vi. Sequitur nunc in libello concluſio in qua videtur
quod principaliter petendum ſit, puta reſtitutio rei. Veniunt
tamen acceſſorie etiam ſicut vidiſtis, duo. I. Intereſſe agentis,
quod probatis iuramento ſuo in odium deijcientis, & ſic de-
linquentis, quia in dolo eſt l. interdicto, 16. vbi gl. 2. ff. eod. II.
Res mobiles quæ forte erãt in ipſo fundo tempore deiectio-
nis, l. 1. §. quod autem, cum ſequ. ff. eo. Et hæ ſi extant petun-
tur, vel ipſarum æſtimatio ſi deperditæ ſunt, l. in re furtiua, 8.
35 ff. de condict. furt. Nec mirum ſi reus teneatur hic re perem-
pta etiam ad eius æſtimationem, contra regulam, l. ſi ex lega-
ti cauſa, 23. ff. de verb. oblig. & l. quod te, 5. ff. ſi cert. pet. quia
etſi regulariter debitor ſpecie extincta liberetur, tenetur ta-
men adhuc, ſi eſt in mora, & poſt moram res perierit, d. leg. ſi
legati cauſa, quia propter odium moræ, res fingitur adhuc
extare, ita vt peti poſſit, licet actor eius æſtimationem con-
ſequatur, l. nemo 82. §. 1. l. ſi ſeruum 9. §. fi. vbi gl. in verbo poſ-
36 ſit, ad fi. ff. de ver. obl. Sed fur raptor, item inuaſor violentus,
qui hoc caſu furi ęquiparatur, l. pen. ff. eo. ſemper ſunt in mo-
ra, quia fur eo animo furatur, vt ea nunquam reddere velit,
d. l. in re furtiua, §. 1. & l. ſi ff. de cond. fur. Ergo non mirum, ſi
etiam re perempta obligentur, puta ad æſtimationem. Vnde
dici ſolet, furem quãtum ad interitum, & periculum rei de-
bitæ attinet moroſo æquiparari, quia vterq; tenetur etiam re
perempta, l. inter ſtipulantem, 83. l. penult. ff. de verbor. oblig.
Adeo in noſtro propoſito inuaſor, ſicut etiam fur, & moro-
ſus, tenetur ad æſtimationem rei mobilis extinctæ, etiamſi
res eod. modo perijſſet apud actorem, qui petijt penes ſe, per
l. cum res, 47. §. ff. de leg. 1. quia iſta diſtinctio in delictis adhi-
beri non ſolet in d. l. 1. rectiſſimæ, 34. vbi Bart. in l. ſubtracto,
9. C. de furtis. De quo tamen diſtinctionem videte Doctores
in d. l. nemo, §. 1. ff. de verb. oblig. & d. l. quod te, ff. ſi cert. pet.

ADDITIO.

a *Spoliatur, (ſiue de temporalibus ſiue de ſpiritualibus quera-
mus) ante omnia reſtituendus eſt, c. 4. c. in litteris, ext. de reſt.
Spol. l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iuliam, vnde vi, Vide ta-
men plures exceptiones apud Soc. reg. ſpoliatur. 376.*

---

§. Sed ex conſtitutionibus.

1 *Summa conſtitutionis, l. ſi quis in tantam, C. vnde vi.*
2 *Quomodo hæc conſtitutio differat ab interdicto vnde vi.*
3 *In materia ſpolij competunt etiam leges Iuliæ de vi publica & priuata.*
4 *Lex Iulia de vi publica quem puniat, & qualem pœnam imponat.*
5 *Lex Iulia de vi priuata quem puniat, & quæ ſit eius pœna.*
6 *Quomodo hæ duæ leges Iuliæ differunt ab interdicto Vnde, & vi conſtitutione, d. l. ſi quis in tantam.*
7 *An plura remedia in materia ſpolij prodita ſint.*
8 *Appellatione armorum quæ veniant.*

1 Datur aliud remedium in cauſa ſpolij, nempe conſtitu-
a tio, l. ſi quis tantam, 7. C. vnde, vi *a* quam Imperator hic
renouat, & hæc punit rapientem vi, vel in perditionem rei, ſi
ſua eſt quam eripuis, & ſic concurrit cum l. extat, 13. ff. quod
2 metus cauſ. vel in æſtimationem rei, ſi res eſt aliena. Differt
autem hæc conſtitutio ab interdicto. Vnde vi, quia illud da-
tur tantum pro rebus immobilius principaliter, licet etiam
ſecundario pro rebus mouentibus, ſicut ſupra viſum eſt. Sed
conſtitutio datur nedum pro immobilibus, ſed etiam mobi-
libus tantum, & in hoc concurrit cum actione vi bonorum
raptorum, §. Ita tamen, primo ſupr. vi bon. rapt. gloſ. in verbo
rerum, d. l. ſi quis in tantam.

In verſic. Qui autem.

3 Subijciuntur alia duo remedia, quæ in iſta materia ſpolij
quoque competunt, nempe lex Iulia de vi publica, & lex Iu-
b lia de vi priuata, vt ff. eod. *b* Porro lex Iulia de vi publica pu-
nit vim inferrentem tum armis, & eius pęna eſt deportatio,
& publicatio omnium bonorum, §. lex Iulia de vi 8. inſ. de pu
bl. iudicijs, l. quoniam multa facinora, 6. C. ad l. Iul. de vi publ.
Nec hic refert, vtrum vim inferens ab initio arma habuit, vel
poſtea ea aſſumpſit. Item nec refert vtrum omnes ſodales,
qui cum eo fuerunt, geſſerint, vel habuerint, vel tantum ali-
qui ex eis, quia adhuc prædicta pęna locum habet, leg. 3. §. ar-
5 mis, & §. ſeq. ff. de vi, & vi armata. Lex Iulia autem de vi pri-
uata, punit vim inferentem ſine armis, & eius pœna eſt rele-
gatio, & publicatio tertiæ partis bonorum, d. §. item lex Iulia.
6 Differunt autem iſta duo remedia à ſuperioribus quia hæc
ſunt criminalia, l. ſi quis à ſe fundum, 7. in verb. criminalis, C.
ad l. Iuliam de vi. Sed priora duo iudicia ſunt ciuilia, vbi agi-
tur ad rem, puta pro reſtitutione rei oblatæ, quamquam con-
ſtitutio, l. ſi quis in tantam mixta ſit, tam in rem, quam pęna-
7 lis, ſec. gl. fi. §. ex maleficijs, 18. ſup. de actionib. Sunt etiam alia
plura remedia, quæ in hac materia ſpolij prodita ſunt, quæ
examinat gl. & Bart. in d. l. extat & principatum inter ea ob-
c tinet vulg. c. redintegranda, 4. cauſ. 3. q. 1. *c* De cuius intellectu
vide Panor. in c. cum ad ſedem, 15. in prin. 8. col. ext. de reſtit.
ſpol. & omnino Iaſ. in l. rem quæ nobis, 15. ff. de acqu. poſs. in
8 fin. tex. habetur quid veniat, appellatione armorum, nempe
d omne id quod eſt aptum *d* ad nocendum, vt fuſtes, lapides, l. ſi
pignore, 54. § furem, ibi denique quod nocendi cauſa habe-
tur ff. de furtis, l. armorum, 41. ff. de verb. ſignif. l. 3. §. armis, 2.
ff. de vi, & vi armata.

§. Penul.

ADDITIONES.

a *Vide ad hanc Menoc. remed. Recup. 9. nolo enim aliorum commentarios huc tranſcribere.*
b *Menoch. remed. Recup. 60. & de his infra agetur de publ. iud.*
c *Menoch. remed. Recup. 15.*
d *Rectius habetur, vt ſequitur, & infra de publ. iudic. §. 3. Item lex Cornelia, de ſicarijs.*

§. Penultimus,

1 *Tertia diuiſio interdictorum. Quodam ſimplicia, quadam duplicia, ſeu mixta ſunt.*
2 *Hec diuiſio vnde pendeat.*
3 *Simplicia inter dicta que.*
4 *Que duplicia.*
5 *Quis actoris partes ſuſtineat.*
6 *Quid à iudice faciendum, ſi non apparet vter poſſideat.*

1 SEquitur tertia diuiſio interdictorum. Quia quædam inter dicta ſunt ſimplicia, quædam autem duplicia, ſiue mixta, quod Imperator exemplis ſubiectis latius declarat. Porro iſta,
2 diuiſio pendet, atque declaratur ex diuiſione prima, in §. ſumma autem, ſupra poſita, vbi dicitur, interdictorum quædam eſſe reſtitutoria, quædam prohibitoria, quędam vero exhibi-
3 toria. Modo in propoſito noſtro iſtorum omnium interdictorum quædam (vt ſunt reſtitutoria, & exhibitoria) ſimplicia ſunt, ideſt, in his apparet, qois reus. quis vero actor ſit: prout exempla in textu poſita arguunt, quædam autem ſunt dupli-
4 cia ſiue mixta, ideſt, in his non facile cernitur, quis actor, & quis reus ſit, ſed quilibet ex litigatoribus vtriuſque tam agentis, quam rei partes ſuſtinet, vt ſunt interdicta nonnulla prohibitoria, vt eſt vti poſſidetis, & Vtrobi: ſicut etiam in ſimili habetur, §. quædam actiones, quæ duplices, ſunt, ſiue mixtam cauſam continent, l. iudicium, in §. fina. ff. finium regundorum l. ſecunda, ff. famil. hercíſc. & l. in tribus, 13. cum l. ſequ ff. de iudic. & videte Doctores in dicto §. quædam, quot modis actio mixta, ſiue duplex dicatur.

In tex. ibi. Sed vnuſquiſque.

5 Addite, is tamen actoris partes ſuſtinet, qui prior ad iudi-
a cium prouocauit. *a* Sed quando non poteſt conſtare ſorte di-
6 rimitur, d. l. eg in tribus. Fit tamen quandoque, vt iudex, quia non poteſt videre vter poſſideat, poſſeſſionem auocet, & re-
b ponat, *b* l. ſi vſusfructus, (al. eſt partic. princ. l. fin. cuius rei 13.) §. fin. cum l. ſeq. in princip. ff. de vſufruc. Et tunc poterit ambas partes cogere, vt ſimul tum iurent, tum probationes adferant
c *c* l. inter cohęredes 44. qui familiæ, 4. ff. fam. hercíſc. Quo caſu, quæ partes iudicis ſint, vide Ang. d. §. quadrupli, ſuper forma
d interdicti vti poſſidetis. *d*

ADDITIONES.

a *Hoc quidem putant tantummodo verum eſſe quoad litis ordinationem gl. & Caſt. Angel. in l. duo, 28. ff. de reg. iur. & Ang. §. tertia h. t. n. 1. Sed communis concluſio eſt, vt obtineat etiā quo ad litis definitionem, & proinde non probante eo, qui prouocauit, reus abſoluatur Bal. & Doct. l. in trib. 13. ff. de iud. & in c. licet, nono, vbi Bal. n. 28. ext. de prob. Iaſ. poſt Alex. & Imo. d. l. duo, num. 14. & hoc communiter teneri teſtatur Matheſil ſing. 109. tex, in c. ex litteris, 3. verbo, poſſeſſores teſtes præferentur, vbi Panor nu. 10. ext. de prob. & ita practicari in curijs Franciæ teſtatur Faber §. tertia in fi. hoc tit.*

b *In ſequeſtrum videlicet, propter timorem armorum, l. æquiſſimum, 17. (al. par. § l. ſi cuius, 13.) ff de vſufr. quod iniquum eſt, quando non apparet, vt poſſideat, Pan. c. 2. nu. 14. de ſequeſt. poſſeſ. Io. And. c locupletari, 48. col. 3. de reg. iur. in ſexto, Bal. conſ. 244. nu. 1. par. 1. Corn. conſ. 292. Viſis n. 6. vol. 3. Nam ſi conſtat, de poſſeſſore, non debet iudex ſequeſtrare, ſed mandare alteri parti, vt accedat vtque poſſeſſorem imperturbatū in poſſeſſione, donec cauſa cognoſcatur, relinquat Bal. l. vnica, n. 1. C. de prob. ſeq. & in l. vlt. nu. 16. C. de edict. diui Adr. tol. Zabar. Clem. 1. nu. 10. de prob ſeq. d. l. æquiſſimum, vlt. ff. de offic procur. Cæſar niſi fauore dotis l. ſi cum dotem, 12. § ſin autem 8. ff ſol. mat. itē niſi contra poſſeſſorem iam ſit pronunciatum, Clem. 1. §. vlt. de prob. ſeq. Pan c. vlt. n. 8 9. & 10 de ſequeſtr. cur. d. l. vnice nu. 8. C. de prohib. ſequeſt. nec his per triennium quiete poſſederit, Zabar. d. Clem. 1. § fin. nu. 3. & 22. Cęterum etiam quando iudex aufert poſſeſſionem per ſequeſtrationem non tamen aufert parti commodum, & vtilitatem poſſeſſionis, quin qui fuit poſſeſſor in iudicio pro poſſeſſore habeatur, Bal. c. 1. nu. 12. 13. & 15. de ſequ. Cyn. in l. vnica, in fi. & idem Salic. nu. 2. Cur. 49. C. de prohib. ſequeſt. Fel. c. examinata, n. 10 de iud. Fulgoſ. l. ſi oleum, (al. eſt, §. 3. in l ſi quis affirmauit, 9.) in princ. ff. de dolo malo*

c *Scilicet cum vtraque pars probare vult. Spec. cap. ex litteris, 3. ext. de probat. & de probat. §. probaro, nu. 14. & de petit. ac poſſeſ. nu. 38. Bar. l. ordinarij, 13. C. de rei vend. allegant enim directe contraria, & proinde vno eodemque tempore probare debent, Spec. de probat. §. 1. nu. 17.*

d *Vide Bar. l. 3. nu. 4. ff. vti poſſ. Ferrar. in for. lib. pro turb. poſſeſſ. verbo, ad ceſſandum, num. 4. ac videntur hæ regulæ iudicandi I. Quod in hoc duplici iudicio in primis obtineat, qui antiquiorem probat poſſeſſionem, ex qua ſubſequens alterius præſumitur eſſe vitioſa, c. licet cauſam, 9. extr. de prob. c. vlt. de reſt ſp. Bal. l. penul. nu. 15. C. ſi a non compet. iudic. Couar. c. poſſeſſor, 2. par. 2. §. 1. nu. 1. & 3. de reg. iur. in 6. Alex. conſ. 100 nu. 1. lib. 1. conſ. 103. nu. 1. lib. 7. Dec. conſ. 252. agitur, nu. 1 Iaſ. conſ. 6. ſpectatis ſuper eo. tit. li. 1. Quamquam. n. olim exigebatur quis ad victoriam probare, ſe litis conteſtatæ tempore poſſediſſe, §. ſed interdicto, hoc ius tamen cum hodie locupletoria ſint hæc remedia, non ita arctatur litigator, ſed ſufficit ei antiquiorem, atq; ita iuſtiorem poſſeſſionem probaſſe, d. c. licet, Bart. l. 1. §. quod ait prætor, 33. n. 13. & 18. eod. Iaſ. l. non hoc, 4. C. vnde leg. Ferrarien. in for. iur. poſſ. ver. hodie tenet, nu. 3 & 4. Dec. conſ. 57. II. Quando de poſſeſſione antiquiore conſtare nequit, is obtinere debet, qui meliorem, & iuſtiorem, & magis coloratam poſſeſſionem probauit, Iaſ. l. naturaliter, 12. § nihil commune, num. 39. ff. de acqu. poſſ. Bar. l. ſi de eo, 40. § ſi ſeruum, nu. 3. ff. eod. tit. Cyn. l. vnica, n. 16. C. vti poſſ. Mont. tract. finium regundorum, c. 67. nu. 4. & 8. per oſtenſionem tituli. Montan. prææalleg. loco, c. 59. nu. 3. & 4. contra quem non valent probationes coniecturales, ac præſumptiuæ, Socin. conſ. 194. numer. 9. cum ſeq. volum. 2. Cranet. de antiquitate temp. par. 1. § viſo de fama, n. 31. Montan prææallegato loco, ca. 60. n. 13. aut per teſtes firmiores, honeſtiores, c. 3. d. c. licet. extr. de prob. & iure Saxon. numeroſiores. III. Data & hic paritate pro reo erit pronunciandum, vt abſoluatur ab actione eius, qui prius prouocauit, Bald. & communiter Doct. in l. in tribus, 13. ff. de iud. Iaſ. poſt Alex & Imol. l. duo iudices, 28. nu. 14. ff. de re iud. Canon. in d. c licet extr. de probat. late Montan. tract. finium regundorum, c. 48. nu. 16. & 7. & c. 50. nu. 18. pro quo tex. in c. ex litteris, 3. verb. poſſeſſoris teſtis præferētur, quem ad hoc notat ibi Pan. num. 10. ext. de prob. IV. Sine hoc quidem patet (quod raro vſuueniit) vt ſi vterque prouocauit, poſſedit, &c. extremum eſt, vt iudex inter eos poſſeſſionem æqualiter diuidat, Bar. l. 3. n. 4. eod. Ferrar. pro turb. poſs. verb. ad ceſſandum, n. 4.*

§. Finalis.

1 *Solennitates interdictorum, vt & actionum, hodie ſublatæ.*
2 *Interdicta qualiter hodie proponantur.*

1 SIcut olim in actionibus ita etiam in interdictis proponendis certæ formæ, & ſolennitates verborum erant præſcriptæ, quibus omiſſis qui cauſa cadebat, l. 2. §. deinde ex his, 6. ff. orig. iur. Vnde hæ ſubtilitates, ſicut in actionibus, l. 1 & 2. Co. de formul. ita etiam io interdictis proponendis hodie ſublatę
2 ſunt, vt hic in tex. Proponūtur tamen nihilominus interdicta hodie, obſeruata certa quadam ratione agendi, ſicut etiam actiones, vel actio in factum, quæ ſic larga, generalis, & ſubſidiaria eſt in locum eorum. Poſtremo habetis hic gloſ. magiſtralem, & communiter approbatam, quæ declarat, quot modis & qualiter capiatur actio in factum. Similem gloſ. habetis in verb. ex permutatione, §. actionum, 28. ſup. de act.

a DE POENA *a* TEMERE litigantium.

TITVLVS XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Triplex pœna temere litigantium.*

1 HActenus de partibus vtriuſque litigatoris diximus, ſed quia publicè intereſt lites minuere, ac coerceri litigantium calumnias, tot tit ff. ac Cod. de calum. idcirco pro corollario rectè ſubiectus eſt titulus de pœna temere litigan-
2 tium, quæ triplex eſt. Iuramentum calumniæ, pœna pecuniaria, & infamia, de quibus ſigillatim eſt dicendum, §. 1.

ADDITIO.

a *Adde de pœna temere appellantium, Menochium, 2. de arbitr. iudic. caſu 545.*

§. 1. §. Item actoris. cum ſeq.

a DE *a* IVRAMENTO *b* CALVMNIÆ.
b

1 *Calumnia vnde, & quid.*
2 *Calumnia iuramentum quid.*
3 *Propria iuſiurandi,*
4 *Species.*
5 *Cauſa.*
6 *Qui cogantur iurare, vel non.*
7 *Materia. Quibus in cauſis præſtetur, & quid contineatur.*
8 *Forma.*
9 *Quomodo iurandum ſit.*
10 *Finis.*
11 *Effectus.*
12 *Affinia.*
13 *Contraria.*

1 CAluo. caluis, caluire, & paſſiue caluor, fruſtrari, decipere antiquitus ſignificabat, vnde dicta calumnia, l. ſi caluitur 233. ff. de verb. ſignificat. quæ omnem verſutiam, & malitiam in alterius incommodum intentatam denotat, Cic. li. 2. de Re publ. & 1. Offic. præcipuè tamen malitioſam iuris interpretationem, Cic. lib. 1. Offic & fraudes, quibus litigatores in iudicijs vtuntur, vt eſt Nonio malitioſa, & mendax alterius infamatio, l. 1. §. 1. ff. ad Senatuſc. Turpil. Item falſa crimina intendere, d. l. 1. §. calumniari, l. 1 ſancimus, 23. C. de pen. per fraudem, & fruſtationem aliquem iudicio vexare, l. 1. & toto tit. ff. de calum. Non debitum petere, l. penul. ff. ne quis eum, qui in ius voc. vexandi alicuius cauſa petere, l. poſtquam, 43. ff. de pet. hæred. temere cōtrouerſiam mouere, l. cui neceſſitas, 39. §. 1. ff. de liber. cau. l. auxilium, 37. ff. de minor. c. calumniam, 4. ext. de pęn. ſcienter, prudenterque negocium alicui facere, vel comparare, Paul. Sen. 1. titul. 5. nullo iure, vexandi aduerſarij cauſa poſtulare, l. 3 § 1. ff, vt in poſſeſ. legat. l. 1. §. penult. & leg. Paulus, 8 ff. de prætor. ſtipulatio. Denique ex certa ſcientia, & dolo malo tam agere, quam excipere, l. 1. §. per calumniam, ff. ſi mul. vent. nom. in poſſeſ. l. 1. in princip. C. de iuram. propter calum. vbi Azon. ad Rubr. Nam pro iniuſta actione capitur titulus de calum. accuſatione, d. l. auxilium, ff. de minor. d. l. 1. ff. ad Senatuſc. Turp d. l. ſancimus, C. de pęnis, l. 2. de cenſibus, C. lib. 11. Exceptione, d. c. calumniam 4. ext. de pęnis, temeraria litigatione, d. c. calumniam, d. l. auxilium, & hoc in tit. quomodo Cic. lib. 2. de Repub. ait Carneadem ſæpe optimas cau-
2 ſas ingenij calumnia ludificari ſolitum. Hinc dictū iuramentum calumniæ, quod initio diſceptationis litigatores, eorumque adminiſtri de bona ſua conſcientia. Nouel. no. Theoph. hic, § 1 bonitateq; ſuæ quam opinantur cauſæ præſtent, l. 2. C. eod. ff. 1. in princ & vbi verſ. item actoris, cum ſeq. hoc titu.

3 Proprium huius iuramenti, quod fit non de veritate, capit. dudum, 54. vbi gl. verbo, de veritate, extra de elect. ſed de crudelitate, gl. 1. circa princ. c. pen. extra eo. per text in l. 1. §. quod obſeruari, 2. verſ. & licet, C. eod.

4 Iuramentum autem calumnię, vel eſt iudiciale, de quo hic, vel extraiudiciale quod in actibus extraiudicialibus pręſtatur l. 6. & 7. l. quædam, 9. § vlt. ff. de eden l. 15. ff. de exhib. leg. pen. quemad. teſtam. aper. l. vlt. C. de quæſtio. l. de pupillo, 5. § qui opus, 14. ff. de oper. no. nunc. l. qui bona, 13. §. qui damni, 3. ff. de damn infec. Iudiciale, aut ſpeciale, aut generale eſt. Speciale olim in ſingulis iudicij partibus exigebatur, leg. 2. Cod. eod. l. de die 8. §. 4. qui ſatiſdare cogantur. Hodie ne ſæpius in vna cauſa iuretur. Auth. in iſto. C. eod. Nouel. 50. cap. pen. c. fi. de his qui ingred. ſufficit generale (quamquam, & hoc ſpeciale facit Cuiac. Nouel. 49. in fin.) cum initio iuretur, nihil in toto negotio calumniæ cauſa factitatum iri, in Auth hoc ſacramentum, C. eodem, & dicto Nouel. 50. cap. pen. de his qui ingred. ad appel Innoc. Panormit. & Doct. c. vlt. eod Sed hoc Saxo. non vtuntur, retinent ſpeciale, art. 41. lib. 1. vbi gloſſ. & Kebenrecht, c. 68. cum quis alteri iuſiurandum in iudicio deferri poteſt enim tum, & ſolet a deferente iuſiurādum exigi, non calumniæ cauſę delatum iri, l. iuſiurandū, 34. §. qui iuſiurandum, 4. l. ſi non fuerit, 57 ff. de iureiur. l. vlt. C de fideicom. l. delata, 9. C. de reb. cred. Ac fortaſſis alijs etiam caſib. leg. deſignatis etiam non exigi poteſt, vt cum ſerui in quæſtionem petuntur, l. 1. C. eo. l. vlt. C. de quæſtio. Cuiac. Nouel. 49. in fin. aut in comparatione literarum, Nouell. 73. vel accuſatione falſi inſtrumenti, l. vlt. C. de fide inſtr. item in oper. noui nunc l. de pupillo, 5. §. qui opus 14. ff. de oper. no. nunc.

5 Cauſa *c* lex l. 1. & 2. C. de iuram. propter calum. aut ſaltem
c mos verus, Cic. pro Roſc. ductus, vt alia multa, ab Athenienſium Reipublicæ, qua reus, & actor æque de calumnia iurabant, illius iuſiurandum διωμοσία, huius ἀντωμοσία vocabatur, cuius etiam veſtigium extat in l. inter, 44. §. qui familiæ, ff. famil. hercisc. vt cauſa non fuerit, cur Iuſtinianus ſe huius iuris authorem gloriaretur. Impulſiua, publici boni ratio l. 2. §. ſed quia, verſic. non pro commodo priuatorum, ſed pro cōmuni vtilitate præſentem legem poſuimus, C. eod. quo ſacramenti timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcatur l. 1. in princ. in verſic. nam ſacramenti, C, eodem. Item petitio partis aduerſæ, argum. l. 5. § qui opus, 14. ff. de nou. ope. nunc. l. iuſiurandum, 34. §. quis iuſiurandum, 4. verſ. ſi hoc exigatur, ff. de iureiur: nam niſi petatur, index non tenetur exigere iure Canon. capit. 1. eodem, in 6. quod nunc vſu ſeruatur. Maran. par. 6. iud. in cap. de iuram. calum. num. 2. quamuis iure ciuili etiam partibus diſſimulantibus iudex omnino exigere cogatur, l. 2. §. ſed quia veremur, C. eod. qui textus non de expreſſa remiſſione loquitur, vt Doct. male interpretantur, ſed de tacita, in verbo colluſione aliqus vtentes. Item diſſimulatione noſtram ſanctorum deludente, &c. Sicut, & Bart. rectè interpretatur, in l. 4. §. petitum, numer. 4. & 5. ff. de dam. inſ. Id ſane fatendum eſt, ſpeciale iuramentum calumniæ non exigi niſi ab aduerſa parte fuerit petitum, l. de pupillo, 5. §. qui opus 14. ff. de nou. oper. nunc. d. l. iuſiurandum, 34. §. 3. ff. de iureiuran. quod poſt etiam ad iſtud generale porrectum eſt in d. cap. 1. eod. in 6. Tandem etiam apud Saxon. nam in Camera (& alibi ſeruatur) prurſus illum antiquatum eſt: Credo, quod deprauatis infectiſq; hiſce ſeculis religionem iuſiurandi, vt reliquam omnem, minus homines curent, eoque periuria multa comittantur, de quo Bald. etiam coinqueritur, leg. ſi poſt 24. Co. de euict. quem ſequitur Marant. prealleg. loco, num. 11. Iſtud, inquit, iuramentum hodie non æſtimatur vno obolo: quia facti ſumus contemptores Dei, & religionis eius. Vnde de ego puto, quod litigatores noſtri temporis potius iurant de calumnia committenda, quam vitanda, & ideò melius eſſet, quod iſtud iuramento ex toto tolleretur à iudicio, cauſa vitandi tot periuria, non obſtante, quod hoc iuramentum ſit inuentum ob publicam vtilitatem, d. l. 2. §. ſed quia veremur, tamen iſtud parum curant iurantes, argumentum illius dicti per poetam Aquinaté. *Quid enim ſaluis infamata numinis?* Hæc ille: inſtrumentalis eſt præceptum, & interlocutio iudicis, qua imponi ſolet, leg. 2. §. hoc etiam, in verbo, a iudice ſtatuendum, C. eod.

6 Præſtant autem iuramentum *d* calumnię, non quidem iu-
d dex in ſingulas cauſas, quamquam olim cogebatur, l. rem non nouam, 14. in prin. Co. de iud. Cic. pro Sexto Roſ. & in orato. paſſim, cum ſufficiat eum initio officij iurare. Authentic. hodie, C. de iud Nouel. 9. cap. penul. Nouell. 15. c. pen. ſed partes principales, l. 7. §. ſed quia, in fin. Cod. eod. videlicet cuiuſcunque dignitatis, l. 2. §. ſin autem, vel dignitas, Co eodem etiam communitates, quæ per ſuos ſyndicos iurant, l. 2. §. hoc etiam in fi. C. eod. c. 4. ext. eo. ex conſtitutionibus Principis, vbicunque opus eſt, per tres, aut quatuor præcipuos ſui ordinis, part. 1. conſtitut. 13. Iurat autem tam actòr, §. 1. verſi item actoris, hoc titul. quam reus, §. ecce. hoc titul. item hæres vtriuſque, Authen. principales, vbi gl. verbo, migrauerit, C. eodem per l. qui bona, 13 § ſi quis, 12. ff. de dam. infec. Eſt enim credulitatis, vt dixi, quod hæredes ſalua conſcientia præſtare poſſunt, ſicut, & nuper ordinatum eſt, etiam ſi probabilem obtendere poſſunt factorum defuncti ignorantiam, leg. qui in alterius, 42. ff. de regulis iuris, cap. cum quis, 14. de regul. iur. in ſexto, vbi Dyn. & Dec. num. 1. 2. & 3. cum multis ſeq. Cagn. Mayn. ac reliqui, d. l. qui in alterius.

Præterea aduocati vtriuſque partis, §. 1. verſic. vtriuſque, hoc tit. li. 2. in fi. princ. & §. ſed quia veremur, in fin. Co. eod. l. rem non nouā, 14. C. de iud. quamquam etiam hi pleriſq; nūc locis initiò ſui muneris, non in ſingulas cauſas iurant, quod
e in noſtris curijs ſeruatur. Item *e* procuratores, d. Auth. principales

ADDITIONES.

a *De iureiurando vide quæ ſuperius poſita, §. item ſi quis poſtulante, tit. de actionibus.*

b *Adde de actione in factum contra calumniatores, §. quadrupli, ſup. de act. Quod iuramentum calumniæ in arbitrarys iudicys neceſſarium ſit, & quid in cæteris cauſis, vide Menoch. 1. de arbitr. iud. caſu 20.*

c *Conſuetudine, vel ſtatuto vtrum remitti poſſit calumniæ iuramentum, vide Gayl. 1. obſeru. 86.*

d *Iuramentum calumniæ præſtant omnes, qui alteri iuramentum deferant vt ſup. no. §. vlt. tit. de fideic. heredit.*

e *His adde, quod iuramentum calumniæ requirat ſpeciale mandatum Gayl. 2. obſ. 83. Et an procurator ex officio datus iurare de calumnia debeat, ibid. obſeruat. 88. & an contumacia procuratoris? non iurantis de calumnia noceat domino, ibid. obſ. 89. Procurator fiſcalis, an de calumnia iurare teneatur, ibid. obſeru. 90.*

pales vbi gl. pro arbitrio tamen iudicis, cap. 3. ext. eod. niſi pro
his ipſi principales iurent, quod fieri debet, ſicubi poteſt, l. 2. §.
ſin autem abſuerit, 3. & §. hoc etiam, 5. C. eod. etiam in cauſa
collegij, vel vniuerſitatis, d. l. 2. §. hoc etiam. Et defenſores qui
ſine mandato agunt, d. l. 2. §. ſin autem abſuerit. Quin etiam ſi
poſt iuſiurandum à principali præſtitum, primum ordinetur
procurator, etiam hic de calumnia iurare debet, c. 1. §. eod. in
6. ſicut tutores, & curatores, Auth. principales, in fi. C. eod. nõ
eorum pupilli, & adulti, quorum res adminiſtrant ex ratione,
l. 2. §. quod obſeruati, 2. C. eod. Item Oeconom. c. 3. extr. eod.
etiam vniuerſitatem, c. 4. extr. eod. Imò tanto magis in aduo-
catis, & procuratoribus, ac ſimilibus requiritur hoc iuſiuran-
dum, etiã ſi principales iurauerint, quanto melius calumniari
norunt, quam partes, l. ab Anaſtaſio, 23. vbi gloſ. verb. moran-
tur, C. mandati, & niſi coerceantur de omnibus cauſis, etiam
peſſimis ſe impediunt, vt ait Iaſ. l. rem nõ nouam, 14. §. patro-
ni, n. 3. C. de iudi. Quamobrem non putatur valere conſuetu-
a do, quia his iuramentum aiſtud remittitur, Io. Andr. cap. Ro-
mana, 1. verb. aduocatorum, de for. comp. in 6. Spec. de aduo-
catis, §. 1. nu. 31. Non coguntur tamen in iudicio iurare cleri-
ci, l. cum clericis, 26. C. de epiſc. & cler. eoque nec præſtare ca-
lumniæ iuramentum, c. 1. ext. eod. ac ne poſſunt quidem, niſi
cum venia ſuperioris, aut ex reſcripto, quo tamẽ caſu per aliũ
iurare poſſunt, d. c. 1. quod alijs nõ licet, l. 2. in prin. & §. ſin au
tem, C. eod. vt maximè contra ibi ſtatuat Bald. & Bar. in l. qui
bona, 13. § fi. ff. de dam. inf. exceptis principibus, quorum pro-
curatores in animas ipſorum iurant, c. 1. §. hanc igitur, verſ. no
mina verò, vbi gloſ. verb. in animam, de pace Conſtan. ſicut
& epiſcoporum, c. vlt. extr. eod. quamquam iure Canon. hoc
b ad alios etiam perductum, vt *iub* ſpeciali ſcilicet mãdato per
procuratorem quiſque iuramentum hoc præſtare poſſit, c. vl.
de iuram. calu in ſexto; ex arbitrio tamen iudicis, vt diſpiciat
vtrum à principali potius ob honeſtatem perſonæ, an à pro-
curatore, vel œconomo ſit hoc exigendum, c. 3. extr. eo.

7 Materia olim quælibet iudicij pars, l. 1. C. eo. l. de die, 8. §. 4.
ff. qui ſatiſd. cog. Hodie tota cauſa Auth. hoc ſacramentum,
C. eod. ciuilis qualiſcumque, ſiue parua, ſiue magna, ſiue etiã
compromiſſaria, ordinaria, delegata, l. rem non nouam, 14. in
princ. & §. patroni, in prin. C. de iud. l. 2. §. ſed quia, verſ. licet ex
compromiſſo cognoſcant, C. eod. Dico ciuilis. Nam in ſpiri-
tualibus non iurabatur olim de calumnia, c. 2. ext. eod. neque
iuramentum calumniæ, ſed de veritate dicenda præſtabatur,
c. dudũ, 54. vbi glo. verb. de veritate, ext. de elec. Sed poſt pro-
pter calumnias clericorum inductũ eſt, vt hic ſimul, & de ca-
lumnia, & de veritate iuretur, c. 1. §. vlt. eo. in 6. Sed nec in cri-
minalibus, Nouel. Leo, 107. 97. cum ſufficiat inſcriptio. l. vlt.
C. de accuſat. cũ ſimil. Cuiac. Nouel. 49. in fi. quæ quamquam
hodie obſoleuit quo ad ſolemnitatem, non tamen, quo ad ef-
fectionem; nam etiam abſque inſcriptione ex diſpoſitione le
gis calumnioſus accuſator ad ſimilitudinem pœnæ obligatus
eſt, l. vlt. C. de calum. iure Sax. ad arbitrariam, Zobel. gl. noua
Landrecht, lib. 2. ar. 8. Iuramentum hoc præſtatur tam in pri-
ma inſtantia, quam ſecunda, c. 2. in princ. eo. in 6. Quamobrẽ,
& hodie quibuſdam locis in vſu eſt, vt de non temerè appel-
lando proſequendoque iuretur, Mynſing. obſeru. 65. cent. 3.
Continet autem hæc ſecundum Maran de iuram. cal. nu. 10.
Primo, quod iurans credat ſe iuſte agere, & non calumnioſe.
Secundo, quod reſpondebit veritatem ſuper omnib. Tertio,
quod non vtetur falſa probatione. Quartò, quod nõ corrum-
pet iudicem, nec tabellionem. Quinto, quod calumnioſam di-
lationem non petet, vt notat Spec. de iur. cal. §. nunc dicamus,
in princ. & tangitur per Bart. ac DD. in Auth. princ. C. eod.

8 Quòd ad formam attinet in hoc iureiurando, velut & in
alijs olim obſeruatum fuit, vt tactis ſacroſanctis ſcriptis depo
neretur, l. 1. in fi. l. 2. in princ. C. eod. hoc eſt, affirmaretur, l. hac
conſultiſſima, 21. in fi. C. de teſt. gl. in d. l. 1. verb. deponãt Ho-
die ſufficit ad acta iurari, Auth. principales, §. 4. verſic. ſub ge-
ſtis monumentorum, verſ. ſed ſi in ſacro conſiſtorio, item, §.
1. verſ. ſub præſentia ſacri ſenatus, l. 2. §. ſin autẽ abſuerit, verſ.
actis interuenientibus, verſ. inter acta iuramentum præſtet,
§. hoc etiam, verſ. inter acta, C. eo. publicè, muliere excepta, d.
Auth. principales, §. mulier, l. 2. §. ſin autem, C. eo. per Deum,
digitis erectis preſente aduerſario. Aut principales, §. 2. verb.
cum aduerſa parte, l. 2. §. ſin autem, C. eo. aut eius procurato-
re, d. l. 2. §. ſin autem, 1. & §. ſin autem abſuerit 3. §. hoc etiam,
5. C. eod. aut ſaltem ordine citato, Auth. principales, 4. verbo,
vel vna earum abſens fuerit, C. eod. l. 2. §. ſin autem abſuerit,
vbi gl. verbo, abſente, C. eo. excepta muliere, quæ etiã abſen-
te aduerſario, l. 2. §. hoc etiam, verſ. præſente aduerſario, ſi hoc
maluerit, (aduerſarius ſcilicet) C. eo. vel alio pro eo agẽte, nẽ-
pe procuratore, vel penitus altera parte ceſſante, hoc eſt, cõ-
tumaciter emanente; niſi & hanc citari oportere putandum
eſt, l. 2. §. ſin autem, Co. eod. Coram officialibus iurat, d. Auth.
principales, §. mulier, in præſentia iudicis, l. 2. in prin. verb. euã
gelijs ante iudicium pontis, d. Auth. principales, in princ. ver-
bo. coram iudicibus, & §. 1. verb. ſub præſentia ſacri ſenatus, §.
4. verb. apud iudicem prouinciæ, l. 2. §. ſin autem abſuerit, Co.
eo. aut ſi eo venire nequeunt, coram officijs ad hoc à iudice
deleg. d. Auth. principales, vel apud iudicem prouinciæ, aut
defenſorem loci, vbi degunt, d. Auth. principales, §. ſed ſi par-
tes, l. 2. §. ſin autem abſuerit, verbo, in prouincia in qua degit,
& §. hoc etiam, verſ apud defenſorem loci, C. eod. Quanquã
in domo litigatoris hoc ſacramentum procedit corã miſſis
ad hoc ex officio, c. 1. verſ ſi autem, vt contingit, Nouel. 124.
vt litig. iureiur. l. ad perſonas, 15. ff. de iureiur. l. generaliter,
12. C. de reb. creditis, c. quoniã, 5. in nouel. 90. de teſtib. gl. d. l.
2. §. ſin autẽ, verbo, litigatoris, C. eo. altera videlicet parte, vel
procuratore eius præſente, d. l. 2. §. ſin autẽ, ſi vel dignitas per-
ſonæ, d. §. ſin autem, ſcilicet egregiæ, d. l. ad perſonas, vel ſexus
id exegerit, d. §. ſin autem, puta mulieris, l. 2. C. de offic. diuerſ.
iudic. honeſtæ vitæ, d. Auth. principales, §. mulier honeſtæ vi-
tæ, ſic vt iuret actor, quod non calumniãdi animo litem mo-
uerit, ſed exiſtimando ſe bonam cauſam habere, §. 1. verſ. itẽ
actoris, hoc tit. l. 2. in princ. C. eod. Nam in vniuerſum hic ex
animi ſui ſcientia, ſeu vt alij legunt, ſententia, & conſcientia
iuratur, l. 2. §. quod obſeruati, vbi gl. verbo ſcientia, C. eod. Et
licet vera cauſæ natura fortaſſis alia eſt tamen quid quiſque
credit, & exiſtimat, hoc eſt affirmandum, l. 2. §. quod obſerua-
ri, verſ. & licet, C. eod. Reus verò, quod putans ſe bona inſtã-
tia vti. § 1. hoc tit. l. 2. in princ. Co. eod. vel potius conſcientia,
Nouel. 59. ſicut Theoph. interpretatur, §. 1. hoc tit. peruenerit
ad reluctandum, d. l. 2. in princ. vel contradicendum, dict. §. 1.
hoc tit. Hodie adijcitur nullam in tota lite probationem exa-
ctum iri, niſi quã pro veritate putauerit litigator neceſſario
exhibendam, c. vlt. Nou. 49 de his qui ingred. ca. vlt. Auth. in
iſto C. eod. Item nihil penitus patrocinij cauſa iudicibus, vel
alij cuicumque perſonæ pro hac cauſa datum, promiſſumve
eſſe, nihil datum promiſſum ve iri, vel per ſe, vel aliã interme-
diam perſonam, exceptis ijs, quæ dari ll. diſponunt, c. 1. Nouel.
124. vt litig. iurent. d. Auth. principales, C. eo. Poſt litigatores
vtriuſque partis aduocati iurant, l. 2. in princ. C. eod. videlicet
coram iudice tactis ſacroſanctis Euãgelijs, d. l. 2. in princ. leg.
rem non nouam, 14. §. patroni, C. de iud. § 1. verſ. vtrinſque,
hoc tit. ſed alia tamen conceptionis forma, nempe quod om-
ni virtute ſua, omniq; ope, quod verum, & iuſtum exiſtima-
uerint, clientibus ſuis inferre procurabunt, nihil ſtudij relin-
quentes, quantum ſibi poſſibile ſit. Cognito autẽ, quod cau-
ſa ſibi credita ſit improba, vel penitus deſperata, & ex mẽda-
cibus allegationibus compoſita, ipſi ſcientes prudenteſque,
mala conſcientia liti nõ patrocinabuntur. Sed etſi certamine
procedente aliquid tale ſibi cognitũ fuerit, à cauſa recedent,
ab huiuſmodi cõmunione ſe penitus ſeparantes, d. l. rem non
nouã, §. patroni. Quod ſi plures erũt aduocati adhibiti, ab om
nibus ſigillatim iuſiurandum tale erit præſtandum, d. l. rẽ nõ
nouam, in fi. C. de iud. Procuratores quoties admittuntur, nõ
ſolum in anima domini ſed etiã ſuã iurare debent, gl. verb.
ab ipſis, c. 2. §. 1. eod. in 6. quod vtinam ſtrictius obſeruaretur.

9 Præſtatur autem hoc iuſiurandum ſtatim in exordio litis,
l. 2. §. vl. C. eod. aut ſaltem poſt litem conteſtatam, d. l. rem non
nouam, §. 1. in princ. C. de iud. l. 2. in prin. vbi gl. & DD. C. eo.
intra tempus, ſeu terminum ad hoc a iudice ſtatuendum, d. l.
2. §. hoc etiam, C. eod. quamquam hoc non ſit de ſubſtantia
iudicij, cum in qualibet litis parte iurari poſſit, d. l. 2. §. 1. & §.
vlt. C. eod. cap. 1. in princ. eod. in 6.

10 Finis eſt, vt ſacramenti timore, litigantium temeritas & au
dacia compeſcatur, in prin. & §. 1. verſ. hæc autem, hoc tit. l. 1.
in princ. verſic. nam ſacramenti timore, l. 2. §. pen. C. eodem,
vbi dicitur: ſic enim non lites ſolum, ſed etiam calumniato-
res minuentur, & pro iudicijs putabunt ſe homines in ſacra-
rijs.

ADDITIONES

a *Quid ſi amiſſum ſit ante ſententiã? Poteſtne pars petere, vt iu-
retur de calumnia? Vide notata in l. cum iudices, C. de iur. calu.*

b *Per procuratorem mandatum generale in omnibus cauſis mo-
tis, & mouendis habentem, iuramentum calumniæ præſtari
poſſe refert Maſu. tit. de iureiur. num. 20. aduerſus Bart. in l. ſi
quis opus, §. ſi quis alieno nomine, ff. de damno infecto, cap. vlt.
de iuram. calum. in 6.*

tijs ſiſti. Et paulo poſt. Si enim principales partes per iuramẽtum lites exerceant, &c. quid aliud niſi pro hominibus Deũ in omnibus cauſis eſſe iudicem credendum eſt ? Item vt ſit dirimendarum controuerſiarum remedium, l. 2. §. pen. in fin. C. eodem, arg. l. 1. ff. de iureiur. & litium compendium, d. l. 2. §. vlt. vt per illud veritas eliciatur, cap. ceterum, 5. verbo, ad eliciendam veritatem, vbi gl. ext. de iura. calum. & ſummatim, vt calumnioſæ litea omittantur, partes probationibus exonerentur, veritas cauſæ manifeſtetur, cap. quia igitur, 3. in Nouel. 49. de ijs qui ing. ad appell.

11 Affectus non a præſtiti, vt ſi actor hoc præſtare iuſiurandum noluerit, per ſententiã iudicis caſum actionia ſuſtineat, cauſa cadat, d. Auth. principales, verſ. pen. l. 2. §. quod ſi actor, 6. & ibi Bar. Bal. ad DD. C. eo. Spec. eod. § 1. Maran. de iuram. calum. nu. 6. gl. c. 2. eod. lib. 6. Reus vero tanquam confeſſus condemnationem ſuſtineat, d. Auth. principales, §. pen. d. l. 2. §. quod ſi actor, C. eo. gl. d. c. 2. Spec. Maran. Præal. loco. Effectus iuramenti præſtiti, quod patroni dant, hic eſt, vt non liceat partibus alios poſt aduocatos adſciſcere, d. l. rem nõ nouam, in fi C. de iudi. aut hia a cauſa ſemel ſuſcepta recedere, d. l. rẽ non nouam, niſi inioſtam competerint, d. l. rẽ non nouam; quo tamen caſu ad partem diuerſam tranſire non poſſunt ne melioribus improbi ſuccedant, vt dicitur, d. l. rem nõ nouam, §. 1. quæ tamen hodie non vſquequaque ſeruantur, vt ibi Caſtr. & Iaſ. annotant. Effectus iu genere, vt a calumnijs inſantes arceantur. Si vero peierare ratum ſit, non tantum Deum habeant vltorem periurij, l. 2. Co. de rebus credit, ſed etiam alias pęnas ſuſtineant, vt fuſtigationis, l. ſi duo, 13. §. vlt. ff. de iureiur. l. fuſtibus, 16. C ex quibus cauſ. infa. quæ propriè de calumniatore agũt, item infamiæ, l. ſi quis maior, 41. C. de tranſact. l. peo. C. de dignit. li. 12. Nouel. vt non luxur. homin. 77. §. quoniam, & extraordinariam, gl. & DD. l. vlt. ff. de cri. ſtell. & d. l. 2. C. de rebua credit. Quin & linguam illis abſcindi ſolemne quandoque fuit, Harmenop. li. 1. tit. 7. ex Nouel. Leonis, & Cõſtant. ſicut nunc duos digitos quibus iurarunt, Grã. mat. dec. 16. verſ. in cauſa, & in ordin. Imperij, *peinlich halſgerichts ordnung*, c. 107. 108. 299. gloſ. *Landrecht*, art. 9. lib. 3. & ord. Principis noſtri, parte vltima, conſt. vlt. Vnde vſitatum, vt in iurando duos digitos, puta indicem, & medium, erigere cogantur: quò & de pęna huius admoneantur, & ea conueniẽtius à periuris exigi poſſit. Quamquam enim iuramentũ calumniæ hoc operetur, vt iurans a præſumpta calumnia excuſetur, Maran. præal. loco, no. 12. non tamen excuſatur, nec liberatur ab expreſſa, Bar. l. ſi quis, 7. §. ſi ſtellionatus, ff. ad Senatulc. Turpil. Bal, l. ſi tibi, 23 C. de lib. cau. Alex. le. ait prætor, 3. in princ. ff. de iureiur. Quamobrem committens calumniam, nedum in criminali, verum etiam in ciuili cauſa poteſt ea finita accuſari criminaliter, gl. in l. & io priuatis, 5. ff. ad Senat. Turp. Bal, in d. l. ſi tibi, & conuictus punitur pęnis, de quibus ſup. & ff. ac C. de cal.

12 Affinis eſt cautio de decima parte litis reo præſtanda, ſi actorem ſuccumbere contingat, olim vſitata, §. 1. verſ. hęc autem, hoc tit. l. 2. §. pen. verſic. antiqua, C. eod. iure codicis abrogata, d. l. 2. §. pen. iure Nouel. iterum inducta, Nouel. 112. de litig. cap. ap excludendaa, 2. de qua Cuiac. Nouel. 96. Item affine iuramentum veritatis, c. 1. in princip. & §. vlt. c 2. eodem, in 6. c. dodum, 54. vbi glo. verbo, de veritate, extr. de elect. Iuramentum malitiæ, quod in omnibus cauſæ partibus etiam poſt præſtitum iuramentum calumniæ, poteſt iudex prout opus videbitur exigere, d. c. 2. §. vlt. eodem, in ſexto. Iuramentum quo poſitionibus reſpondetur, cap. 1. & 2. de confeſſ. in 6, nam & id per iuramentum quoddam fit calumniæ, Ferrar. in for. act. real. & io for. poſit.

13 Contraria remiſſio litigantium, quã lex quidem ciuilis inhibet, l. 2. §. ſed quia veremur, C. eod. ſed canonica tacitè permittit, c. 1. §. 1. eod. in 6. An conſuetudo? Iura quidẽ prohibent conſuetudine remitti, c. 5. ext. eod. etiam aduocatis, & procuratorib. Io. Andr. ca. Romana, 1. verbo, aduocatorum, de for. comp. in 6. Spec. de aduoc. § 1. nu. 31. Sed vſu non ſeruatur, vt ex moribua Sax. apparet. Et certè quod pacto remitti poteſt multo magis conſuetudine, vel ſtatuto, cũ ſint publica pacta decretaq; l. 1. l. de quibus, 32. ff. de legi. quæ priuata plus operari debent, l. ſna publicum, 38. cum ſimil. de pact. Authen res quę, C. com. de leg. Euerhar in loco lega. a pacto ad ſtatutum.

ADDITIO.

a *Iuramentum calumniæ exactum, & non præſtitum, an proceſſum vitiet, vide Gayl. 1. obſer. 84 Pœna non iurantis de calumnia, an committatur ipſo iure, & an ad heredes tranſeat, vide ibid. obſer. 86. de pęna non iurantis de malitia, vide ibid. obſer. 87.*

§. Aduerſus.

DE SECVNDA POENA PECVNIARIA.

1 *Quibus in cauſis creſcat ex inficiatione in duplum actio.*
2 *Quibus in cauſis ad triplum.*
3 *De reliquis pęnis pecuniarijs temere litigantium.*
4 *Quæ damna, & expenſas, & quando victus, & temere litigans aut contumax debeat.*

1 Altera pena, quę in temerè litigantes eſt conſtituta, damnum eſt, ſeu mulcta pecuniaria, non tamen generalis. Nam aduerſus fraudulenter inficientes, & tergiuerſantes in iudicio quibuſdam ex cauſis creſcit actio in duplum, veluti, ſi damni, iniurię, agatur ex l. Aquilia, l. contra, quarta, C. ad leg. Aquil. § omnes, 21 §. ſed furti, 26. ſup. de act. leg. item, 19. § 4. ff. de petit. hæred. Aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine, vt hic dicitur, & in d. §. ſed furti, 26. §. vi autem bonorum, 19. d. §. omnes, 19. ſupra, de actio. item ſi hæres defuncti bona celarit, nec bona fide in inuentarium retulerit, l. vnica, § licentia, decimo, C. de iure deliber. Nouella prima, de hæred. vbi Cuiac. in fi. & Nouel. 48 vel creditor cadauer defuncti arreſt. Nam & amittit creditum, & tantumdem etiam hæredibus reddere cogitur, in Nouell. 115. vt cum de appell. cog. cap. hęc autem, 5. & titulo, vt defuncto, ſeu fundo eorum, Nouel. 60. Sed hoc exemplum propriè huc nõ pertinet, cum non ſit temere litigantis, ſed explicantis, & defunctum violantis pęna. Sicut nec furti manifeſti in quadruplum, nec manifeſti in duplum actio. Nam ſiue neget, ſiue fateatur reus ſemper tanti eſt hæc intentio.

2 Ceterum, quòd hic de tripli actione additur, mendum aliquid ſuſpicantur. Hęc enim verba, vel tripli, nec vetuſti Codices, nec Theophilus hic habent. Nam tripli actio aduerſus inficiantem nulla conſtituta eſt. Poteſt tamen lectio vulgaris ſuſtineri, quoniam licet non contra inficiantem, tamen in temere litigantem pęna quoque tripli ordinata eſt, in §. tripli, 24. ſupr. de act. ſicut & incorruptum iudicem, Authen. ſed nouo iure, C. de pęn. iud. qui male iud.

3 Sunt autem, & aliæ pęnæ pecuniariæ in eoſdem proditæ, Vt in eos, qui diffidentia bonæ cauſæ iudicem largitionibus corrumpunt, l. 1. C. de pęn. iud. qui mal. iudic. qui textus quamquam de actore tantum loqui videatur, tamen à gloſ. & DD. rectè ad reum extenditur.

Conſimilem etiam pęnam ſcilicet æſtimationem litis in ciuilibus, publicationem bonorum in criminalibus decernit. Auth. nouo iure, C. de pęn. iud. qui mal. iud. in litigatorẽ, qui falſo corruptionis iudicium inſimulauit. Aliam quoque pecuniariam poenam, nempe decimam litis partem expoſcit ab actore ſuccumbente, Nouel. 112. de litig. c ad excludendas, 2. Cuiac. Nouell. 99.

4 Communis eſt etiam temerè litigantium condemnatio, ac præſtatio damni, & expenſarum, nam eadem fere ſunt. Panormit. capitulo vltimo, numero 53. extra, de reſcript. quæ altera pars alteri debet in iudicis, & reſundit ex triplici cauſa, ſecundum Bartol. leg. ſancimus, 15. Cod. de iudic. I. ratione retardati proceſſus, dict. leg. ſancimus, cap. examinata, 15. extra de iudic. II. ratione contumaciæ, leg. properandum, 13. §. primo, & 2 Cod. de indic. & extra, de dolo, & contum. capit. primo, & 2. & paſſim. III. ratione victoriæ, quia pars victa vincenti debet expenſas, & damna, dicta lege properandum, §. ſiue autem alterutra. Moderata tamen, ac probata gloſ. verbo, expenſis, in capit. finem litibus, quinto, extr. de dolo, ac contum. Panorm. capit. primo, numer. 21. extra, de prohib. ſequeſtr. quam condemnationem iudex omittere non poteſt, Panormit. conſil. 106. numer. ſecundo, volum. 4. niſi ex iuſta cauſa, putà, quia ex iureiurando obtentum eſt, Corſ. libro 2. indag. cap. vigeſimoſeptimo, aut quia cauſam litigandi probabilem victus habuit, capit. 5. extra, de dolo, & contum. Panormit. cap. vltimo, extra, de reſcript. & ibi gloſ. & iure Saxon. artic. 47. lib. 3. Chil. in proceſſ. capit. 133. De qua latiſſimè Iaſ. in dict. §. ſiue autem alterutra, aut quia expenſæ petitæ non ſint, Bald. leg. quarta, §. hoc autem, ff. de damn. inf. quamquam etiam tum iudex in eas condemnare ex officio poſſit, vt ibid. Bart. & in leg. ædiles, 25. §. item ſciendum, 8. ff. de ædil. edicto Mynſing. obſeruat. 55. cent quarta, quod tamen fieri non ſolet, cum nemini plus ſit adiudicandum, quam petat: illud enim eſſet extra acta pronunciare, contra leg. illicitas, 6. §. veritas, vbi DD. de offic. præſid. leg. 1. numer. 2. Cod. de quæſt. Panorm. conſil. 249. in quæſt. prima, numer. 2.

§. Pęna

§. Pœna.

DE TERTIA TEMERE LITIGANTIVM, pœna videlicet infamia.

1 *Pœna infamiæ grauior pecuniaria.*
2 *Qui litigatores notentur.*

1 TErtia præter iuſiurandum, ac pecuniæ damnum pœna eſt infamiæ, grauior vtique quouis damno pecuniario, l.ſi in duabus, 104.ff.de reg.iur. Nam infamia morti comparatur, & eius cauſa capitali.l.iuſta 9.ff.de manu vind.Iaſ.l.admonendi, 31.nu.278.ff.de iureiur.

2 Notatur autem rei damnati iniuriarum, doli, &c.de qua re aliunde diximus ad tit.ff.de his, qui not. infam. etiam de his de pacti, §.a.verſ,ſed furti, hoc tit.l.5.ff.de hic qui not. infam. niſi ex contractu teneatur, d.§.2.in fin. verſ. plurimum hoc tit.l.in actionibus,7.ff.de his, qui not infam. Actores vero calumniæ, præuaricationis, &c.conuicti, l.1.4.pen.& vlt.ff.de his qui not.infam.l.fructib.16.C.eod.tit.

§.Omnium.

DE IVDICIIS.

1 *Continuatium.*
2 *Quid ſit iudicium.*
3 *Propria iudicij.*
4 *Partes iudicij.*
5 *Species iudicij.*
6 *Cauſa.*
7 *Materia.*
8 *Forma.*
9 *Finis.*
10 *Effectus.*
11 *Adiacentia iudiciorum.*
12 *Secundum quod ius ſit iudicandum.*
13 *Affinia.*
14 *Contraria.*

1 ABſolutis Actorum, & rerum partibus, erat de ordine iudiciorum dicendum. Quorum vnicam tantum particulam, & quidem primam, nempe citationem, hic noſtri proponunt. Nobis liceat, quod fieri hic debuit, de re tota aliquid dicere.

2 Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum in iudicio diſceptantium Bal num.1. Hoſt.2, Feliu. & DD.in rub.ff.eod. Siue eſt legitima controuerſiæ iudicialis, quæ eſt inter actorem, & reum, apud iudicem diſceptatio, & dijudicatio, vt publica authoritate lites ſopiantur, l.nulli, 10.C.de iud.

3 Eſt autem munus publicum, le.vlt.§.1.ff.de muner. Publici iuris, d.l.nulli, 10.C.de iud.ciuile, Cuiac.l.a.ff.de reg.iuris. Neceſſarium, Hippol.ſing.7. 127. Indiuiduum, d.l.nulli 10.C.eo. l.ſi familiæ, 47.ff.fam.herciſc. Specul.de arb.§ 8. Diurnum, c.ſedebunt, 3.in Nouel.82.de iudicib.DD.l.non minorem, 20. ff.C.de tranſact. Diuturnum, l.etiam, 15 ff.vt le.nomi.cauea. Olim annale, l.reus, 7.ff.de mun. Hodie in criminalibus biennale in ciuilib.triennale, l.properandum, 13.in princ.Co.eod. Aequale, c.in iodicijs, 12.de reg.iur.in 6. Stricti iuria Doct.in l.ius noſtrum, 7.nu.1.ff.de reg.iur.

4 Eius duæ a inſtantiæ, & l.poſt, 73.§ pen.ff.de iudic. Prima,
a & ſecunda nimirum appellationis, Doct d.l.properandum, vtriuſque vna pars prior, altera media, tertia poſterior Auth. ad hæc vbi Iaſ.nu.2.C.de iudic. Primæ partis decem membra conſtituit Mar.in Spec.aur.in 6.part.in princ.nu.3.I. Citationem, de qua hic, & ff.ac C.de in ius voc.quam deſcribit Soc. tract.de cit.art.1. II. Contumaciam, de qua in d.l.properandum, §.1.& 2.l.conſentaneum, 8.quom.& quam. iud.tot.tit. ext.de dol. & cont. III. Libelli oblationem de qua in l.1.ff.de eden. Auth.offeratur, C.de lit.conteſt. IV. Reconuentionem, l.cum Papinianus, 14.C.de ſent.l.a. §.item ff.de iud.tot.titul. ext.de mut.pet. V. Authoritas laudationem, l.Pomponius, 13.§.cum quis, ff.de acq.poſ.l.5.ff de diuer.& temp.præſcript. l.authore, 7.C.de euict.l.1. C.vbi in rem act. VI. Poſſeſſoris nominationem, l.a.C.vbi in rem act.cap.5.ext.vt lit.non conteſt. VII. Interrogationem, tot.tit.de inter act.l.cogi, 11. C.de petit. hæred. l.qui interrogatus, 12.ff.eod Specul tit.de inter. quæ fiunt ante lit.conteſt. VIII. Satiſdationem, de qua ſupr. tit.de ſatiſd. IX. Exceptionem dilatoriam, l.exceptionem, 19. C.de prob.l.ita, 13.de proc. X. Litis denique conteſtationem, l.1.& tot.tit. C.de lit.conteſt.

Mediæ partis membra ponit iuramẽtum calumnię de quo ſup.in princ.huius tit. compromiſſum, c.expoſita, 1.ext.de arbitr. (Quamquam hoc cum dilationibus rectius ad primã partem refertur, quoniam & arbitria iudicium antecedunt, le.ſi quis, 30.ff.de recept.qui arb.& ſtatim à libelli oblatione dilatio reo datur, Authent.offeratur, C.de lit.conteſt.) terminum ad probandum, l.1.C.de dilat.l.vlt.ff.de fer. Poſitiones, & articulorum, exhibitionem, c.1.& 2.de conſeſ.in 6.ac interrogatorium, cap.præſentium, 2.de teſtib.in 6. Teſtium productionem, de qua ext. de teſtibus, Specul. de teſt.& inſtrumentorum de qua tit.de fide inſtrum.& Spec.de inſtrum.edit. Iuramenti præſtationem, cap.vlt ext. de iureiur. actorum editionem, de qua, l.2.C.de eden. proceſſus publicationem. Authẽt. at qui ſemel, C.de prob.c.cum dilectus, 9.vbi gloſ.ext.de fide inſtrum. falſi quæſtionem, l.nullum, 14.C.de teſtibus l.pen.C. de fide inſtrum. teſtium reprobationem, ca.cum præſentium 31.ext.de teſtib. torturam, de qua tit.de quæſ. Concluſionem in cauſa Aut.iubemus, C.de iud.clem.ſæpe, §.& quia de verb. ſign. allegationes iuris, c quoniam, 11.ex de probat.c.paſtoralia, 5.ext.de cauſa poſſ. Tertiæ poſtremæque partis membra facit ſententiam, de qua tit.de re iud.& C.de ſent. appellationum, de qua tit.de appell. executionem de qua in l.Diuo Pio, 19 ff.de re iud.&c.C.de exec.re iud.

Diuiditur porro iudiciũ, aut à cauſa, ſicut aliud ſit iuris gentium, Pan.c.dilecti, 6.nu.1.ff.de iud. Aliud ciuile, Bald & DD. l.prolatam, 4.C.de ſent. Aliud eccleſiaſticũ, tot.tit.C.de epiſc. aud. Aliud ſęculares, c.4.ext de iud.c.1.cum ſeq. ext.de ſo.cõp. Aliud ſpirituale, aliud temporale, Maran.par.4.diſt.13.& hoc aut ciuile, aut prætorium, §.1.ſup. de bon.poſſeſ.l.1.ff.ſi menſ. falſ.mod.dixer. Aut ordinarium, ext de offic.ord. Aut delegatum, Maran.in Spec.4.par. diſtin.5. Aut ſubdelegatum, l.3.C. de iud. Maran.part.4.diſt.15 A materia, aliud ciuile, aliud criminale, aliud miſtum, Mar.par.4.diſt.1.nu.2.l.1.§ ff.de calum. Bart.& DD.in l.vlt.ff.de priuat.del.l.3.ff.de ſepul.viol. Criminale, aliud capitale, aliud non capitale, l.2.l.capitaliũ, 28.ff.de pen. Aliud priuatum, tot.tit.ff.de priuat.de l. Aliud publicum, tot tit.de publ.iud. Aliud extraordinarium, tot.tit.ff.de extraord.crimin. Ciuile, vel rei perſecutorium, & hoc aut reale quod vel petitorium, vel poſſeſſorium eſt, ext.de cauſ. poſſ. Aut perſonale, §.1.ſup.de actio. Aut pęnale, § ſequens, ſup.de act.&c. Aut vniuerſale, l.1.in princip.ff de rei vend. gloſ.mag. & DD.ff.de eden. Aut generale, l.2.vbi Bart.num.2. ff.de negot.geſt.l.2.ff.de iud. Aut particulare, leg.3.in princip ff.de rei vend. A forma aliud ordinarium, aliud extraordinarium, l.an temp.ff de neg.geſt.§.vlt.ſup.de interdict. l.ordo 8.ff.de publ. iud.cum ſimilib. Aliud ſimplex, aliud duplex, l.in trib.13.ff.de iud.l.2.ff de interd.§.tertia diuiſio, ſup.eo. A fine & effectu, alia publica, inf.de publ.iudic. Alia priuata, ff.de priuat.delict. & hæc in ſimplum, duplum, triplum, quadruplum, §.quædã, 20.ſup.de act. Alia extraordinaria, §.vlt.ſup.de interd. Aliud principale, aliud præiudiciale, tot.tit ff.famil herciſc. l.fundũ, 16.cum ll.ſeq.ff.de except. Aliud præparatorium, leg.1.& 3.ff. ad exhib l.2.de interog.act.l.qui, 36.ff.de rei vend.

5 Cauſa habet ex iure gentium, Maran.par.3.nu.133.vel potius diuino, quod libri Moyſis teſtatum faciunt formam ex iure ciuili, gl.§.1.verbo, neceſſitate, ſup.de oblig. Iaſ.§.ſupereſt, n 41.ſup.de act. Proximam cauſam Magiſtratus, qui iudicia conſtituunt, l.cum prætor, 12.ff.de iud.l.nam, & ipſum, 8. ff.de iuſtitia, & iure, & perſonis, quæ iudicia ſuſtinent nempe iudicem, actorem, & reum, c.forum, 10.extr.de verb.ſignific. Impulſiuam generalem humanarum rerum neceſſitatem, c. ad hoc, 63.cauſ.16.q.1.c.niſi, 1.cauſ.23. q.1.§.ius autem, verſ. exigentibus neceſſitatibus, ſupra de iure natur. gentium, & ciui. Marant.part.3.num.136. ωρεσατοραταλιω particularem reatum fruſtationem, Doct.in §.appellamus, 15.vbi Fab nu. 5.Plat.num.5.& 6.Iaſ.num.41. Inſt.de act. Zobel. Landrecht, libr.2.artic.a.quam ideo in libellando ſolet actur allegare, vt Zaſ & alij notant, §.1.Inſt.de act.

Materia ſunt cauſæ ciuiles, & criminales, l.1.§ pen.ff.de calum etiam minimæ, §.gallinarum, 16.vbi gl.verb. qui lucrandi ſup.de rer.diu. Nam ordinariæ actiones etiam ob rem minimam dantur, l.ſi proprietarius, 22.ff.de dam. inf.l.1.§.illud, 10.ff.de coniug.cum eman.lib.ſaltem ciuiliter, cap.pen.& vlt. cauſ.14.qu.vlt.& d.l.ſi proprietarius, non etiam criminales, forte ſicut moribus noſtris, ob minimum furtum non eſt criminale iudicium, nec extraordinaria odioſa, l.4.ff.de integr. reſt.l.ſi quis, 9.§.vlt.cum ll.ſeq.ff.de dolo malo.

Extraordinarijs cognitionibus, quæ magiſtratui, ſpeciali leg.imponuntur, ſic vt delegare nequeat, l.2.& 3.C.de peda. iud.l.1.& paſſim, ff.de var.& extraord. ſicut alias, l.ſolet, 16. ff.cum

ADDITIO.

a *Sunt etiam plures inſtantiæ à municipalibus enim appellatur ad præſide prouinciales ab ijs ad parlamenta.*

Digitized by Google

ff.cum ſequ.de iuriſdict.hæc materia ſubſternitur, quod in ijs aut de munerib.ac honoribus agitur,aut de re pecuniaria,aut de exiſtimatione, aut de capitali crimine,l.cognitionum,5.ff. de var.& extraor.quam materiam etiam ordinarijs licet ſubiungere,præſentem tamen non futuram, l.non quemadmodum, 35.ff.de iudic. Non enim venit in iudicium, quod poſt accidit, l.non poteſt, 23.ff.de iudic. ſed illud tantum, quod actione comprehenſum eſt,l.ſolemus, 61.ff.de iudic. exceptis acceſſionib.quæ poſt lit.conteſt.non iure actionis, ſed officio iud.veniunt,l.ædiles,25.§.item,8.ff.de edil.edict.l.ex diuerſo, 35.§.1.vbi Bart ff.de rei vind.l.1.C.de iud.l.lite,35.l.videamus 38.& paſſim,ff.de vſu.

8 Forma iudiciorum à tribus obiectis petenda, I. A perſonis, actore, reo, & iudice, d.c.forus, 10 ext.de ver. ſigni.l.vt rectè conſtituantur, & diſcriminentur, l.inter,62.ff.de iudic.ne iudicium claudicet, c.cum inter, 5.ext.de except Spec.de acto. nu.4.aut confuſis partium, officijs confundatur,l.ille 13 §.pe. nult. ff.ad Senatuſc.Treb. II. A reb.vt poſſeſſorium petitorio præferatur,c.2.ext.de ord. cog l.ordinarij,13.C.de rei vin.l.ſi de vi, 37.ff.de iudicijs.Incidens principali,l 3.C.de iud. Præiudicialis quæſt.fin.l.1.& 2.C.de ord.iud.Criminalis ciuili,l.3.& l.vlt.Co.de ord.iudi. III. Ab actionibus, & partibus iudicij,vt ordine ſecundum iuris formam obſeruentur. Clem. ſæpe,de verb.ſign.c quoniam, 11.extr.de prob. Nempe citatio,libelli oblatio,cautio,litis conteſtatio,cauſæ cognitio,definitio, &c. De quibus partibus ſupra dictum eſt,& tractatur in Auth.offeratur,ac not.tit.C.de lit.conteſt.leg.iubemus, 9.C.de iud.l. prolatam,4.vbi Bald.C.de ſent.

9 De fine iudiciorum pro Cecinna Cic. *Omnia*, inquit, *iudicia, aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt.* Noſtri ideò aiunt: *Iudiciorum vigor iuriſque publici tutela in medio conſtituta eſt, nequiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem*, l.nulli,10.C.de iudic. Spec. de offic.omn.iudic. § 7. vt oppreſſis liceat legitimum impetrare præſidium,l.4 C.de his qui ad Eccleſ.confu. vt lites terminentur, l.properandum,13.C de iud.l.quidam,21. ff.ſi cer.petat. finis controuerſijs ſententia iudicis imponatur, l.1.ff de re iud. atq; ita ius ſuũ vnicuique publica authoritate reddatur,c.cum æterni de ſent.& re iud.in 6.non iniuria,cap. nonnulli, 28.ext.de reſcript. contra rationem, l.meminerint, 6.C.vnde vi,l.nulla,25.ff.de legibus.

10 Quod ad effectum attinet,iudicium redditum in inuitum, l.inter,83.§.1.ff.de verb.oblig.hoc eſt reum. Nec enim actor inuitus initio agere cogitur, tot.tit. C.vt ne inuit. niſi poſt litem conteſt. Auth.qui ſemel, Co.quom.& quando iudic. quaſi contrahitur,l.3.§.idẽ ſcribit,11.ff.de pecun.vt hic obtineat regula,l.ſicut,5.C.de obl & actio. qua de re plura, Alc.l.4.C.de pact. Item inducit obligationem, d.l.3.§.idem, 11 ff.de pecu. Nouationem,l.aliam,29 ff.de nouat.l.non ſolet, 86.ff.de reg. iur. iuriſdictionem,c.gratum, 20.ext.de offic. iud.de le.l.1.& 2.l.ſed & ſi, 52 ff.de iudic li.4 & 5.ff. de iuriſd.præuentionem, l.vbi acceptum 30.ff.de iudic.capit.vlt.vbi Pan. & DD. ext.de for.comp.perpetuatur actiones l.vnica C.ex delict.def.interrumpit præſcript.l.vlt.C.de præſcr.30.ann moræ purgationẽ & pœnitentiam excludit, l ſi inſulam, 84.vbi Iaſ. & DD.ff.de ver.obl.cõſtituit in mala fide poſſeſ.l.ſed & ſi,25.§.ſi ante,7.ff. de petit.hær. Auth.malæ fidei.l.nemo, 10 Co.de acquit.poſſ.l. 2.l.antep.C.de præſc.long.temp.c.vlt.ext.de præſcript. Denique nullius ius deterius facit,ſed firmius, l.non ſolet, 86.l.nemo 87.ff.de reg.iur d.l.aliam,ff de nouat.

11 Adiacentia ſunt ſportulæ,ſumptus,tot tit.C.de ſport.& ſump. Acta.c.quoniam,11.ext.de prob.ſcr pturæ, l.properandum,13.§ cum autem,4.l.rem non nouam,14.C.de iudic.l.2. C.de iur.propt.cal.dan. Tempus diurnum,c.ſedebunt,3.Nouel.82.de iud.c.conſuluit,24.ex de offic.de leg. DD. non minorem,20.C.de tranſ.non feriatum, l.2.3.& 4.& paſſim, ff.de fer.& C eod non nimis anguſtum, l.iudices, 9.vbi Iaſ.nu.2.& 3.C.de iudic.c.2.& paſſim,ext.de dilat.locus competens, tot. tit.ext.de foro comp.& C.de iuriſd cum multis tit. ſeq.l.4.ff. de iud.Honeſtus,l.e.quid tamen,21.§ ſi arbiter, 10.§.ſed ſi aliquem,11 ff.de recept.qui arb.Idoneus tutius cap. ex parte,47. ext.de appel.ſolemnis,l penul.ff.de iuſtitia, & iure publicus,l. eum ſententiam,6.C.de ſentent.

12 Ius denique ipſum,vel municipale, vel ciuile, quo in foro ciuili cauſæ terminantur,c.quod clericus,9.ext.de foro comp. etiam in Eccleſiaſtico,quando canonicum deeſt, c.1.& 2.ext. de oper.nou.nunc.Iaſ.l.2.C.ſi contra ius,vel vtil.publ. vel canonicum,ſecundum quod deciduntur cauſæ in foro Eccleſiaſtico,d c.quod clericus,etiam in foro ciuili, quando agitur de materia Eccleſiaſtica,c.1.ext.de conſtit.& paſſim, diſt.8.9.10. & 12.vel cauſa peccati,c.cum venerabilis,7.c.ad noſtram audientiam, 3.c.vlt.ext.de conſuet. ca 1 eod.in 6.l.6 vbi Bald.& DD.C.de ſacroſ.Eccl.& in Nouel.131.de Eccleſ.tit.c.venerabilem,13.vbi Pan.& Doct ext.qui fil.ſint le.gl.ord.in §.habebimus, 7.verbo generata, ſupra, de grad.cog. vel vbi ius ciuile deeſt,aut controuerſum eſt,canonicum autem expreſſum, c. 1.in fi.ext.de iureiur.c.1.& 2.vbi Doct.ext. de oper.nou.nũc. Iaſ.l.1.nu.13.C.ſi contra ius,vel vtil.publ. Corſ.indag.lib.2.c. 6.Blanc.de comprom.qu.2.nu.47.&c.

13 Affinia ſunt arbitrium,l.1.ff.de arb.arbitramentum, tranſactio d.l.non minorem,C.de tranſact.iuſiurandum,l.1.& 2. ff.de iureiur.confeſſio,l.1.ff.de confeſs.l.poſt rem, 56.ff.de re iud.priuata vindicta, l.2.C.quando liceat vnicuique, apprehenſio,l.ait, 10.§.ſi debitorem, 16.quæ in fraud.credit. cuſtodia,Bart.l.capite,25.nu.3.ad l.Iul.de adult.Bart.l.vnica,n.7.ff. ſi quis ius dicen.Socin.in c.cum contingat,13.num.18.ext.de foro comp.Mynſing.obſeru. 69.cent.2. Priuata recuperatio, l.1 §.vim,27.l.3.§ eum,9.ff.de vi,& vi arm.& defenſio priuata, leg.1.C.quan.lic.vnic.leg.5.C.de iure fiſci, li.10.Bald,Sal. & Doct.l.1.C.vnde vi.Bart. Iaſ.in leg 3.ff.de iuſtitia, & iure, & vltimæ etiam interdum voluntates, le.non eſt mirum, 23. vbi Bart.ff.de pign act.le.2.vbi Bald. C.de diuiden. tut.l.1.§.ſi pupillis,6 vbi Bal.ff de tut. & rat.diſtrah.leg.qui teſtamento, 20.§.cum qui,5.vbi Bart.& Doct.ff.de teſtam.

14 Contraria ſunt præſcriptio inſtantiæ, l.properandum,13.in prin.C.de iud. litis,l.3.4.& vlt.C.de præſcript.30.ann inæqualitas,l.litigatores,11.ff.de recept. qui arb.l.non debet, 41.ff.de reg iur.c.non licet,32.de reg.iur.in 7.Mors iudicis, le.venditor,49.l.mortuo,60.vbi Doct.ff.de iud.l.4.ff.de iuriſd. c.gratum,20.ext.de offic.de l.accuſatoris, le.ſi petitor, 31.ff.de iud. Rei tot.tit.C.ſi reus,vel accuſa l.1.ff.quæ ſentent. ſine appel. prohibitio ſuperioris,l.iudicium,58.ff.de iud.partium à lite diſceſſus,l.4.C de pact.tranſactio,l.nec,23.C.de tranſ. Solutio rei aut ſatisfactio,§.vlt,ſup.de perpet.& temp. actio.l.ſi reus, 73 ff.de procur.l.ſi debitori,23.ff de iud.Denique omnia,quæ reddunt proceſſum retro nullum,l.1.vbi gl.& DD.C.de cond.ob cauſ.vt in competentia iudicis,& iuriſdictionis, l.vlt. & tot.tit.C.de his,qui a non comp.iud. c.1.de præſcript. in 6. cle. vt calumnijs, de ſentent. & re iudic. Illegitimas partium, & perſonarum litigantium,l.licet,14.vbi Doct. C.de procur. Boſſ.conſ.134 nu.7 & 17.ineptitudo libelli, c.examinata,11, ext.de iud.Iaſ.l.ſi patronus, 16.nu.2.& 3.ff.de iureiur. Omiſſio formæ,& legitimi proceſſus,l.prolatam,4.C de ſentent.iudices,9 C.de iudic.c.cum dilecta,22.vbi Fel.nu.6.de reſcript. & ſimilia,de quib.Blanc.tract.de comprom. q.7.cap.de annullantibus compromiſſum.

§.Vltimo.

DE CITATIONE.

1 *Citatio quid ſit.*	8 *Materia.*
2 *Eius propria.*	9 *Forma.*
3 *Partes.*	10 *Fines.*
4 *Species.*	11 *Effectus.*
5 *Cauſa,*	12 *Affinia.*
6 *Qui citari poſſunt.*	13 *Contraria.*
7 *Qui citare debeant.*	

QVoniam in genere de iudicijs diximus, ſupereſt, vt paucis materiam huius loci propriam,quæ eſt de in ius vo-
1 cando, perſequamur. In ius vocare eſt experiundi iuris cauſa vocare,leg.1.ff.de in ius vocan hoc eſt, vt nunc loquimur, citare. Citationem nuſquam a DD. definitiuam ſic deſcribit Socin.tract de cit. art.1. vt ſi actus vocatiuus alicuius, cuius intereſt, qui fit, vel iuris diſpoſitione, vel iudicialiter iudicis mandato,aut arbitri commiſſione ad partis inſtantiam, vel ex officio,quandoque per ipſum iudicem, quandoque per nuncium,aut alium in ſubſidium,quandoq; per partem,epiſtolas, præconem, campanam, ad iudicij, & eorum quæ in iudicio fiunt fundamentum, validitatem, & definitionem, & ad alios varios effectus iudiciales legitime celebratos. Breuis citatio eſt actus iudicialis, §.vlt.hoc tit.c.quoniam, 11.verb. creationes,ext.de prob.quo is,quem iudicio ſiſti opus eſt,leg.de vno quoque,47.ff.de re iudic.mandato iudicis, l.vult. C.de exhib. reis, in iudicium vocatur, l.1.ff.eod. iuris experiundi cauſa,l. vlt.C.de in ius voc,l.1 ff.eod. Eius, propria, quod natura ſua
2 ſit perẽptoria,& eſſe debeat, l.vlt.ff.de fer.l.1. C.de dila.Spec. de citat.§.viſo,num.3. Legitima.Pan.c.illud,11.nu.14.ext.de præſumpt.Fel.in c.gratum,20.n.5.ext.de off.ext.de l.non obſcura,Bal.l.hac conſultiſſima, 21.n.3.C.de teſt.per l.eum, 79. ff.de

ff. de iudic. cap. quia nonnulli, 43 extr. de reſcript. Decil. Rot. 17. retento, de re iud. non nimis arcta, leg. eum quem temere 79. vbi Bal. ff. de iud. Bal. & Doct. l. iudices, 9. vbi Iaſ. num. 2. C. de iudic. c. 2. ext. de dilationibus. &c.

3 Partes tres, Bal. l. vlt. num. 3. de fer. Soc. in art. 4. de cit. in fi. Mynſing. obſeru. 77. cent. 2. I. commiſſio iudicis, l. neminem, 8. C. de exhib. reis, l. contumacia, 53. ff. de re iud. c. 2. §. contrahentes, in ver. eorum authoritati, de for. comp. in 6. c. prudentiam, 21. ext. de offic deleg. II. Executio, ſeu intimatio citationis, Fel cap. gratum, 20. num. 3. ext. de offic. deleg. III. Executionis relatio, quæ ad acta referri per nuncium, & relata à Notario regiſtrari debet, Spec. de cit. §. ſequitur, nu. 11. Mynſing. obſer. 79 cent. 2 Bal. nu. 3. Sal. nu. 7. in l. vlt. C. de fer. Mar. de cita. num. 55. gl. cap. quoniam, 11. verbo. per duos, extr. de probationibus.

4 Species ſex ponit Mar. de iud. parte 6. num. 50. plures Soc. eo. art. 3. Nobis liceat diuidere primum à cauſa efficiente, in ciuilem, l. 2. ff. eo. & prætoriam, leg. 4. ff. eo. & §. vlt. h. titu. in fi. item aliam legis, cap. ſæpe, 44. ext. de appe. c. 2. c. cupientes, 16. de elect. li. 6. aliam hominis, c. 2. de pœn. Deinde à materia, in vniuerſalem, Auth. ſi omnes, C. ſi minor ab hæred. generalem ad totam cauſam, c. vlt. vbi Pan. c. cum dilecti, 6. ext. de dol. & cont. Lanfr. c. quoniam, 11. nu. 12. extr. de prob. ſpecialem, ſeu particularem ad ſingulos cauſæ actus, c. 1. extr. de caui, poſſ. & prop. cap. inter, 8. ext. de maio. & obed. cle. ſæpe, de verb ſign. Iaſ. in l. 1 in fin. Co. quan. li. prin. dat. per l. nam ita Diuus, 39. ff. de adopt. l. e. de vnoquoque 47. ff. de re iud. Soc. de citat. art. 7. nu. 5. & 6. A forma in legitimam, ſeu ordinariam, & anomalam, ſeu extraordinariam, quæ in caſu fit neceſſitatis contra morem, & regulas vſitatas, Fel. c. gratum, 20. n. 5 ext. de offic. delegat. vt ſunt arreſtationes, leg. ait, 10 §. ſi debitorem, 16. ff. quæ in fraud. cred. l. generali, 54. vbi Bart. C. de Decu, lib. 10. l. cum eo (al. eſt par. §. 6. in l. ſacrilegi, 9.) ff. ad l. Iul. pecu. l. 1. Co. de rapt. virg. l. ſi quis, 7. ff. de fur. leg. capite, 23. ff. ad leg. Iul. de adult. Iaſ. §. ſupereſt, numer. 68 ſup. de act. Item in realem, ſeu perſonalem, & verbalem. Realis eſt, qua perſonæ, vel bona propter delictum, æs alienum, aut aliam cauſam iuſtã apprehenduntur, & arreſtantur, c. ſi clericus, 11. de ſent. excommu. in 6. Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. l. cõſentaneum, 8. & Auth. qui ſemel, C. quom. & quando iud. l. plerique 18. vbi Iaſ. num. 33. de in ius voc. & in l. pen. n. 18. ff. de iuriſd. regulariter in criminalibus, Mar. de cit. nu. 60. irregulariter in ciuilib. d. l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem, ff. quæ in frau. cred l. vlt. C. de his qui ad Eccl. confug. Mar. ibi nu. 58. Verbalis eſt, quæ fit verbo, hoc eſt, per literas, apparitorem, denunciationem, c. 6. ext. de dol. & cont. & paſſim tot. tit. de in ius voc. l. ad peremptorium, 68. cum ſeq. ff. de iud. A fine, & effectu in conuentionalem, monitoriam, & peremptoriã, Spec. de cit. §. viſo, n. 16. Conuentionalis prima eſt, qua reus in iudiciũ vocatur, Spec. præall. loco, per d. l. ad peremptorium. Monitoria altera quæ ſub interminatione peremptorij emittitur. Tertia peremptoria, 8. per præal. loco, & d. l. ad peremptorium, vbi Vlp. primũ alterum, & tertium edictum vocat, oſtenditque poſt tertiã demum peremptoriam denunciationẽ ſolere impetrari, l. & tertiũ, 70. ff. de iud. quanquã, & aliquando citius pro iudicis arbitratu, l. nonnunquã, 72. ff. de iud. Bart. l. ſi finita, 15. § Iulia. n. 4. ff. de dam. infe. Spec. de dilat. §. 1. n. 3. Et ſane olim pluribus opus fuit, cum cauſa caderent vocati rei, niſi parerent, l. Diuus, 7. ff. de in integr. reſtitut. l. contumacia, 53. ff. de re iud. ſicut & nunc, ſi ante litem conteſtatam emanaut. Nam ſi poſt, tantum vtilitatem termini perdunt, vide lib. 2. art. 6. lib. 3. art. 50.

5 Cauſam trahit citatio à natura, clem. paſtoralis, de ſent. & re iud. Bart. l. omnes, 9. ff. de iuſt. & iure, Bald. l. cum fratrem, 9. num. 8. C. de his quibus vt indig. & in l. executorem, 8. nu. 34. C. de exec. rei iud. cum ſit ſpecies quædam defenſionis, d. cle. ſæpe, vbi glo. verbo citatio, de verb. ſig. Bal. d. l. cum fratrem, Maran. de cit. nu. 13. cuius reſpectu dicitur eſſe iuris naturæ, Bal. d. l. executorem, n. 34. C. de exec. rei iud.

6 Cauſa efficiens præcipua præceptum, ſeu commiſſio iudicis, l. vlt. vbi Bart. C. de exhib. reis, l. conſentaneum, 8. C. quomodo, & quando iud. l. etiam, 29. §. vlt. in verbo, ad agendum à præſide euocato, ff. de minor. videlicet competenus, l. 1. C. de ann. præſcrip. Ang. l. ſi vacantia, 5. Co. de bo. vac. lib. 10. aut etiam arbitri, l. non diſtinguemus, 32. §. fi. 18. l. quid tamen, 21. circa fi. l. ſed & 49. § 1. ff. de recept. qui arb. Nam apparitores abſque præcepto iudicantis per ſe citare nequeunt, Bal. nu. 2. vlt. C. de exhib. reis, Fab. num. 5. Iaſ. num. 12. in §. quadr. ſup. de actio. Præceptum autem tale iudicis, vel vniuerſale eſt, vt cũ initio ſui officij viatoribus hæc poteſtas à iudice datur, vel generale initio litis ad totam cauſam, vel particulare in ſingulis cuiuſque actus citationibus, Fel. in cap. 1. num. 13. ext. de iudi. Alc. in rub. C. de edēn. Imbertus inſt. forenſ. lib. 1. Cauſa impulſiua petitio partis, cap. ſignificaſti, 18. verb. ad petitionem, ext. de for. comp. d. l. ad peremptorium, verbo primò quis petat ff. de iud. l. vlt. ff. de bo. aut. iud. poſſ. & ſummaria ſuper petitione cognitio, vtrum ſcilicet iuſta, an iniuſta ſit, Fel. d. cap. 1. num. 12. ext. de iud. Alexand. Iaſ. & Doctor. in rubr. Cod. de eden. quamquam in prima citatione non admodum eam requirat, Fel. c. ad petitionem, 22. ext de accuſ. de quo noſtri ad rubr. ff. de in ius voc. Ex quo facile intelligi poteſt, cur apparitori non ſit licitum ſuo arbitratu citare, cum exequendi tantum, non cognoſcendi poteſtatem habeat, l. ſi vt 9. C. de exec. re iudic. Itaque nõ hic curatur de nuncio, qui quiuis eſſe poteſt, Bart. l. cum, 14. §. ſi epiſtola, 17. n. 1. de furt. Panor. c. cũ ſit Romana, 5. nu. 24. de appell. Iaſ. in rub. C. vt lic. fin. iudi. auth. nu. 4. dummodo conſtet de iudicis commiſſione, vt loquitur Panorm. d. c. cum ſit Romana, num. 23. &c.

7 Citati autem omnes debent quorum intereſt, l. de vno quoque, 47. ff. de re iu. l. nam ita, 39. ff. de adop. l. ſi quando, 19. C. de teſtib. Citari non poſſunt alij indiſtinctè propter prohibitionem legis, qui enumerantur in l. 1. ff. de in ius voc. alij non aliter, quam venia prætoris ſpeciatim impetrata, de quibus in l. 4. & paſſim, ff. de in ius voc. l. 2. C. eod.

8 Materia ſunt omnes cauſæ, quæ cognitionem deſiderant, l. in cauſæ, 13 §. 1 ff. de min. leg. 1. §. item cum, ff. quæ ſent. ſin. app. leg. ea quæ, 7. Co. quomodo, & quando iud etiam ſinguli cauſarum actus, in quibus aliqua cognitione ſit opus, l. 4. Co. de dilat. c. Romana, 3 §. quod ſi, de app. in 6. cap. ex ratione, 8. ext. eod. Soc. de cit. art. 7. numer. 9 Nam vbi cauſæ cognitio non requiritur ibi nec citatione opus eſt, l. vltim. Cod. ſi per vim, vel alio modo, l. nec quidquam, 2. §. vbi decretũ, vbi Iaſ. & Doctor. ff. de offic. procon. Socin. de citat. art. 7. num. 66. Fel. in cap. qualiter 24. §. licet, num. 15. ext. de accuſ. Maran. de citat. num. 37. Bald. ſi qua per calumniam, 22. Co. de epiſcop. & cleric. de quibus caſibus, Bald. l. ceſſante, 2. num. 10. & 11. C. quomodo, & quando iud. Fel. d. c. qualiter, Soc. & Maran. præall. loco.

9 Citatio porrò fieri debet ſecundum ſtatuta cuiuſque loci, Bal. l. ceſſante, n. 8. C. quomodo, & quando iud. alias non valet Bal. in l. non ſunt liberi, 24. ff. de ſtatu homin. Tiraqu. de retractu ligna. §. 8. gl. 2. n. 3. nam ſtatutis noua citationis forma tribuitur, Bal. l. 1. C. quomodo, & quãdo iud ſi nulla peculiariter data ſit, ſeruanda erit forma iuris communis, vt per nunciũ, vel epiſtolam à iudice citatio fiat, l. ſed & 49. §. 1. ff. de recept. qui arb. & dirigatur ad perſonã, ſi haberi poteſt, l. 1. §. permittit, ff. de liber. agnoſc. l. 4. §. prætor, 5. ff. de damn. infe. ſin minus ad domum eius, l. 2. §. 1. ff. quod vi, aut clam, Doct. d. §. prætor, Tiraq. de retractu lignag. §. 9. gl. 2. num. 44. Mynſin. obſeruat. 69. cent. 2. aut vxorem, & familiã, Mynſing. obſer. 37. cent. 3. vel amicos, d. l. 3. §. 1. ff. quod vi, aut clam, vel ſi nec hi in promptu ſint, affixa publicè ſcriptura, eo loci, vnde veriſimiliter notitia eius, qui vocatur, inſinuari poſſit, Bal. & Ang. in l. vt perfectius, 2. C. de ann. excep. Inno. & Doct. in cap. vlt. ext. de eo, qui mitti, in poſſ. Tiraq. de retractu lignag. § 6. gloſſ. 1. num. 8. & 9. cum ſeq. quæ, ſcriptura ſex continere debet ſecundũ noſtros, I. Nomen iudicis citantis, l. e. eum quem temere, 79. ff. de iu. II. Nomen eius qui citatur, c. vlt. ext. de dolo, & cont. cap. 1. & 3. cauſ. 5. q. 3. III. Nomen eius, ad cuius inſtantiam citatur, Doct. d. c. vl. IV. Cauſam propter quam citatur, cap. 1. cauſ. 5. q. 2. l. 1. ff. de fer. Cle. 2. vt lit. per d. Innoc. in c. conſuluit, 24. ext. de offic. deleg. Bal. & Sal. l. conſentaneum, 8. C. quomodo, & quando iud. Soc. de cit. ar. 20. n. 9. V. Locum ad quem citetur, l. quid tamen, 21. §. antep. & pen. l. ſi cum dies, 22. (al. eſt, §. 5. in l. quid tamen, 21.) ff. de recep. qui arb. §. pe. de act. l. ſi locus, 59. ff. de iud. c. cum parati, 19. ext. de app. vbi gl. & DD. & in cap. vlt. ext. de reſc. Bart. & Ang. in l. ſi vt proponis, 4. C. quomodo & quando iud. VI. Tempus, ſeu terminum, quo citatus comparere debeat, d. c. conſuluit, 24. ext. de off deleg. c. hortamur, 20. cauſ. 3. q. 9. Bar. l. liber homo, 118. §. 10. ff. de ver. oblig. Bar. l. vlt. Co. de iure dom. imp. De his ex requiſitis plura, Soc. de citat. art. 20. cum ſeq. Spec. de citat. §. Iam, de citat. num. 21. In citatione tamen iudicis delegati ſolemne eſt mandati quoq; ſuæ commiſſionis initio inſeri, cap. cum in iure, 31. ext. de off. deleg. c. 2. ext. de dilat. Soc. de citat. art. 20. num. 10. Sed & generaliter ad totam cauſam citationes fiunt, Mynſing. obſ. 33. cent. 4. etiam per modum præcepti, Bal. Sal. in rubr. & l. 1. Co. commin. epiſtolas, dal. l. nec quidquam, §. vbi decretum, 19. ff. de offic. pro conſ. gl. vlt c. ex parte, 23. extra de verbor. ſignifi. Innoc. in c. tua nos, 8. extra de cohabit. cler. & conditionis, vt; Si vis opponere, venias, Innoc. in c. d. lect. 8, num. 2. extra de excep. Bal. in Auth. ſi quis, C. de teſtibus per ci. ſignificauit, 41. extra, eo. tit. Bal. in l. conſentaneum, 8. C. quo. & quando iud.

Digitized by Google

In citando vero vniuerſitate non ſufficit citari Syndicum, ſed opus eſt eos vocari, qui præſunt, Bart. in leg. ſi ciuitates, (al. an ciuitates) 8. ff. quod cuiuſque vniuerſ. illud tralatitium in omnibus, vt ad acta ſcribatur commiſſio iudicis, nuncio facta, per cap. quoniam, 11. extr. de prob. & deinde poſt citationem factam nuncij relatio. Spec. de citat. § ſequitur. Soc. de citat. art. 13. num. 5. Bart. l. ne in arbitris, 4. C. de recept. arbit. Lanf. cap. quoniam, 11. verb. citationes, num. 1. extr. de probat. Maran. par. 6. num. 56. & par. 4. diſt. 16. num. 9. Chil. in pract. c. 24. in fi. apud quos plura de forma licet reperire, ſicut & in l. 5. §. 1. ff. quod vi, aut clam, l. 2. § 1. ff. quod cuiuſque vniu. l. ad peremptorium, 68. cum l. ſequ. ff. de iud. l. 4. §. prætor ait, vbi Bart. & Doct. ff. de damn. infe.

10 Finem citationis oſtendit leg. 1. ff. de in ius voc. in ver. iuſtis experiundi cauſ. quem ita explicat Bal. in l. cum fratrem, 9. C. de his quibus vt indign. Citatio fit, inquit, ad duo, nempe ad effectum comparitionis, & præparandæ defenſionis, ſequitur Soc de citat. art. 5. q. 16. nu. 22. & art. 31. nu. 5. Mar. nu. 13. part. 6. fac. l. 1. in prin. de eden. Auth. offeratur, C. de lit. conteſt. leg. nam ita, 29. ff. de adopt. Clem. paſtoralis, 2. de ſent. & re iud.

11 Effectum exhibet hic § vlt. cum ait, citationem eſſe omniũ iudiciorum principium, ſeu, vt alibi dicitur, fundamentum, d. clemen. paſtoralis, vt actus iudicialis ſine citatione geſtus ſit ipſo iure nullus, d. clem. paſtoralis, l. 1. §. item, ff. quæ ſent. ſine appel. Chil. cap. 24. num. 3. citatus autem credere nuncio debet, c. cum parati, 19. vbi gloſ. ad verſ. ſuus nuncius, extra de appell. Spec. de citat. §. ſequitur, num. 7. & vocanti parere, l. ex quacunque, 2. ff. ſi quis in ius voc. l. 3. ff. de iud. c. ſuper, 20. ext. de reſcr. cap. ſi diligenti, 12. extr. de foro compet. alioqui pro præſente habetur, Auth. qua in prouincia, Cod. vbi de crim. & contra eum velut contumacem proceditur, tot. titul. extr. de dol. & contum. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. l. Diuus, 7. ff. de integr. reſtit. l. properandum, 13. §. 1. & 2. C. de iud. l. conſentaneum, 8. C. quom. & quando iud. l. ad peremptoriũ, ff. de iud. ac olim quidem rectè vltima citatio peremptoria vocabatur, cũ eius, qui peremptorio edicto nõ paruiſſet, ius omne perimeretur, & caderet, d. l. Diuus, ff. de in integr. reſtit. l. contumacia, 53. ff. de re iud. Citatio quoque inducit præuentionem c. propoſuiſti, pen. ext. de foro compet. vbi Soc. gloſ. l. vbi, 30. ff. de iud. & clem. 1. ver. citationis, de iud. ca. gratum, 20. extr. de off. deleg. Pan. Fel. Soc. c. vlt. ext. de for. comp. Soc. in tract. de citat. a. 31. nu. 2. perpetuat iuriſdictionem, d. c. gratum, DD. l. & quia, 6. ff. de iuriſd. Inducit litis pendentiam, Soc. de citat. art. 21. nu. 4. & latiſſimè in tit. vt lit. pend. per clem. 1. & 2. eo. tit. &c. Interrumpit præſcriptionem longiſſimi temporis, l. ſicut, 3. vbi gl. verb. executorem, l. cum notiſſimi, 7. vbi gl. ver. conuentione, C. de præſcr. 30. annor. non breuiter, Bart. d. l. ſicut, per l. iubemus, 26. C. de rei ver. l. Franc. Balb. tract. præſc. par. 3. ſextæ partis princ. q. 4. num. 3. & 4. Interdum, & perpetuat actionem, l. 1. & 2. C. quan. lib. princ. dot. Suſpendit iudicis poteſtatem per interuallum termino datum, l. ſiue, 3. C. de dila. cap. cum inter 28. extra de elect. Soc. de citat. art. 30. nu. 19. Ceterum de effectu citationis plura licet inuenire in tit. ff. ſi quis ius dicenti cum multis ſeq. De effectu citationis generalis Mynſ. obſeru. 31. cent. 4.

12 Affinis ſunt denunciatio l. 1. C. vbi in rem actio. Nominatio, l. 1. C. eod. tit. Præceptum iudicis, Bal. in rub. C. comminationes, vel epiſt. Arreſtatio, l. pen. ff. in quibus cauſ. pign.

13 Contraria ſunt defectus cauſarum, & formæ, vt ſi quis citetur ab eo qui ius citandi non habeat, l. 3. vbi Bart. ff. ne vis fiat ei, l. prohibitum, 5. vbi Bar. C. de iure fiſci, lib. 10. DD. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. Si vocetur qui vocari nõ debuit, l. quamuis, 21. ff. de in ius voc. ſi ad diem feriatam, l. 1. ff. de ferijs, locum inhoneſtum, leg. quid tamen, 21. §. arrep. ff. de recept. qui arb. aut non tutum, c. ex parte, 47. extra de appell. c. 4. ext. vt lite nõ conteſt. clem. paſtoralis, de ſent. ſi termino nimis arcto, leg. eum quem temere, 79. vbi Bal. poſt gl. 1. ff. de iud. c. quia nonnulli, ext. de reſc. Bal. l. hac conſultiſſima, 21. n. 4. C. de teſt. ca. 2. & 3. extra de dilat. vel nimis tardè inſinuetur, Mynſing. obſeruat. 62. cent. 3. vt ei, cui fit, inutilis ſit futura, l. ſi dictum, 56. §. vlt. ff. de euict. & carituta finibus illis, de quibus ſupra.

DE OFFICIO IVDICIS.

TITVLVS XVII.

1 *Officium iudicis quid.*
2 *Partes, & ſpecies.*
3 *Cauſa.*
4 *Materia.*
5 *Forma.*
6 *Quomodo in ſingulis actionibus adiudicatio facienda.*
7 *Quomodo in rei vendicatione, & petitione hereditatis.*
8 *Quomodo in actione ad exhibendum.*
9 *Quomodo in familiæ herciſcundæ.*
10 *Quomodo in communi diuidundo.*
11 *Quomodo in finium regundorum.*
12 *Effectus adiudicationum.*
13 *Quomodo in realibus, & perſonalibus pronuncietur.*
14 *Finis, & effectus rei iudicatæ.*
15 *Affinia, & contraria.*
16 *De tempore, & modo executionis, quæ eſt ſententiæ effectus.*
17 *Cauſa executionis.*
18 *Materia.*
19 *Forma.*
20 *Finis, & effectus.*
21 *Affinia, & contraria.*

1 POſtquam de partium iure ſatis dictum eſt, ſupereſt, vt de officio iudicis videamus, Bart. in l. 3. ff. de iuriſ. ſic illud definit, vt ſit ius faciendi ea, quæ iudici, vt iudici facienda incũbunt de quo Gell. lib. 14. cap. 2. l. 1. & paſſim, ff. de iuriſ. rem non nouam, 14. C. de iud. quod certè eſt ampliſſimum, l. 1. ff. de iuriſd. l. maritus, 20. ff. de quæſt.

2 Eius partes cognitio, definitio, executio. Species tres facit gloſ. in § præterea, 31. ſupr. de act. Iacob. Arena. alias tres hic in rub. Receptior Bart. diuiſio in l. 3. ff. de iuriſd. diſtribuentis in officium nobile, quod eſt Imperio mixtum, l. 1. & 3. & paſſim, ff. de iuriſ. & mercenarium, quod actioni deſeruit, l. 4. § 1. ff. de eo quod cer. loc. l. ædiles, 25. § 8. ff. de ædil. edic.

3 Cauſa eſt iuriſdictio, l. 3. ff. de iuriſ. Materia, quoad præſens inſtitutum, hoc eſt, mercenarij officij, ſunt omnes iudicij partes, d. l. ædiles, § item, ff. de ædil. edic. Nam de extraiudicialibus, vbi nobili officio potiſſimum locus eſt, hic non agimus.

4 Verſatur enim iſtud officium iudicis mercenarium in decernendis citationibus, vt ſupra dictum eſt, recipiendis, aut repudiandis libellis, l. 1. ff. de offic. aſſeſ. audiendis reſponſalibus, l. 1. C. de lit. conteſt. dandis dilationibus, l. à procedente iudice 4. C. de dila. non tamen iudex actiones ſupplet, vel exceptiones, l. vnica, vbi Caſt. n. 2. 3. & 4. C. vt quæ deſ. aduoc. hæ enim partium ſunt partes, non cognoſcentis, cuius, vt dixi, officium vertitur in cognoſcendo, l. 3. Co. de exec. rei indic. l. 5. ff. de re iud. l. 4. C. ſi contra ius, l. iudices, 9. C. de iud. & definiendo, leg. iudex poſteaquam, 55. l. 1. & 2. & paſſim, ff. de re iud. & Co. de ſent. & exequendo, l. à Diuo Pio, 15. ff. de re iud. l. 4. C. ſi contr. ius, vel vtil. l. 1. 2. 3. & 4. & paſſim, C. de execut. rei iud. Cognitionis ratio eſt ea, vt omnes partes iudicij ordine ſeruentur, l. 1. in verbo, ſeruato ordine actionem aduerſus eam dirigas, & cauſa cognita ſententiam accipias, l. pen. verb. poſt ſententiam inter partes, audita omni, & diſcuſſa lite, prolatam, C. de execut. rei iud. clem. ſæpe, de verbor. ſignific. cap. quoniam, 11. vbi Lanf. ext. de prob. l. prolatam, 4. vbi Bal. C. de ſent. neutri parti ius ſuum claudatur, aut coarctetur, leg. argentarijs, 10. §. 1. vbi gloſſ. & Doct. ff. de eden. Bal. Sal. d. l. prolatam, vtraque ex æquo audiatur, vtriuſque allegationes, ſine effectu expendantur, d. l. iudices, cum Auth. ſeq. d. l. rem non nouam, C. de iud. omnia denique, quę ad cauſam pertinent, timentur, & excutiantur, Deut. 19. c. iudicantem, 11. cau. 30. q. 5.

5 Formam pronunciandi, & definiendi titulus hic ſubijcit, nempe, vt poſt plenam rei diſquiſitionem, l. iudices, 9. C. de iudic. Deuteron. 19. & interrogatam, ac auditam ſufficienter vtramque partem, d. l. iudices, cauſamque concluſam, ac peroratam, Authent. iubemus, C. de iud. iudex eam definiat ſecundum leges, l. leges, 7. C. de legibus, conſtitutiones, cap. 1. extra de conſtit. cap. 1. eodem, in ſexto, mores, vt hic dicitur, & leg. venditor 13. §. 1. ff. commun. præd. leg. 1. & 2. C. quæ ſit longa conſ. l. 1. C. de ſetu. l. 1. C. de adopt. quæ quidem ſi diſcrepent, ſemper nouiſſimum ius ſequendum, leg. 1. ff. ad leg. Aquil. leg. vlt. ff. de conſtitut. ex reg. leg. pacta nouiſſima, 12. Co. de pact. ex quo fit, vt conſuetudinem, vel ſtatutum potius ſequi iudex debeat, quam legem. cap. 1. de conſtitut. in ſexto, Iaſ. & Doctor, leg. 2. Cod. ſi contra ius, vel vtil. publ. & ita nouiſſimè bis in terris conſtitutum, vt parte 2. conſtitutio. 20. & paſſim. quidquid hac de re variè diſputent Doct. leg. de quibus, 32. ff. de

ADDITIO.

a *Officium iudicis nobile, & mercenarium quid ſit, & an officia iudices, & actiones eadem ſint, vide in §. actiones, in gloſſ. verbo, quam plus nu. 18. & ſeq. ſup. tit. de actionibus. Magiſtratus an requiſitus vel officio ſuo ...*

Digitized by Google

ff.de legib.l.1.2.C.quæ ſit longa conſue.ſic tamen vt illud ex iure communi interpretetur,l.2.Co.de nox.act.& omnia ad æquitatem attemperet,l.placuit,8.Auth.hodie,Co.de iud.l.in omnibus,90.ff.de reg.iuris,ex fide eorum,quę probantur,l.illicitas,6.§.1.ff.de offic.præſid.ſecundum quæ ſententia ferenda eſt,Bal.l.1.num.2.Cod.de q.ſicut ſecundum formam inſtitutæ petitionis,§ 1.2.3.hoc tit.l.vlt.C.de fideic.liber.l.vt fundus,18.ff.communi diuidun.cap.licet Heli,31.extr.de ſimon. ſicut & ſecundum naturam cuiuſq;actionis,l.4.ff.de eo,quod
6 certo loco.Nam in bonæ fidei,& arbitrarijs iudicijs ſecundũ cuiuſque rei,de qua actum eſt,naturam ſententiam ferre,reſque æſtimare oportet,§.præterea,31.ſupr.de act.l.ex empto,11.ff.de act.empt.d.le.4.§.1.ff.de eo,quod certo loco. In noxali iudicio ſecundum alternatiuam petitionis, de qua ſupr. ad tit.de noxa.act. Condemnare in pecuniam petitam, aut noxæ dedere, vt hic §.ideoque,l.6.§.1.ff.de re iudic.l.2.Cod. de noxa.ſcilicet vbi condemnatio facienda eſt. Quod toties faciendum,quoties abſolutio decerni nequit: nam alterutrũ, vel condemnationem, vel abſolutionem ſententia continere debet,l.1.ff.de re iud.Abſolutionem actore non probante, l. qui accuſare,4.C.de eden.condemnationem actore intentionem implente,l.vlt.C.de rei vend.neque reo contra quid excipiente,leg.ſiquidem,9.C.de excep.vel probante,l.circa,14. ff.de probat.

§. Et ſi in rem.

Sic ſi in rem agatur,ſiue contra petitionẽ iudicauerit pronunciandum,abſoluere debet poſſeſſorem,§.& ſi in rem, hoc tit.l.vlt.Co.de rei vend. ſiue contra poſſeſſorem iubere eum debet,rẽ reſtituat cum fruct.dict.§ & ſi,l.qui reſtituere, 68.l. & ex diuerſo,35.& paſſim,ff.de rei vend. qui in ſententia exprimendi ſunt,l.terminato,3.C.de fruct.d.l.& ex diuerſo,vbi Bartol.ff.de rei vind.alioqui vix eſt, vt deinceps peti poſſint, dict.l.terminato,ſec.communem intellectum Bal.l.1.C.eod. tit.de fruct.& lit.exp.Pan.in c.grauis,11.extr.de reſtitut. ſpol. Sed d.leg.terminato,non de fructibus agit, verum de expenſis iudicij tantum, & poſt condemnationem de proprietate, vendicationem etiam de extantibus, condictionem de conſumptis fructibus ſuppeditat,l.mala,3.Co.de cond.ex leg. Sed nec reſtitutio facta videtur niſi fructus,& cauſa reſtituantur, l.& ex diuerſo,35.§.1.ff.de rei vend.l.reſtituere, 75.& l.81.ff. de verb.ſig.l.cum fundus, 31.ff.ſi cert.petat. vt mirum ſit noſtros in alia omnia tranſiuiſſe.

7 Reſtitutio autem rei ſtatim facienda eſt,non diſtinguendo inter rem ſoli, vel mobilem. Vtraque enim eadem æquitate ſtatim ei reſtituenda eſt, qui dominus pronunciatus eſt, gloſ. Angel.& Doct.hic,etiamſi in perſonalibus exactionibus,quatuor menſium,ſpacium indulgeatur, l.3.Co.de vſuris rei iud. Vnde non ſolet illud ſententiæ, inſeri, cum ſit legitimum, & ſubintellectum.Qua tamen hæc res pendet ab æquitate, leg. ſi debitori,21.ff.de iud.l.2 le.debitoribus, 31.ff de re iud. & petentibus indulgeatur l.debitoribus,31.verb.non tantum petentibus,idcirco ſi poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtatione, videbitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum eſt ei,vt tamen caueat de litis æſtimatione, hoc eſt, pretio rei controuerſæ,leg.21.ff.de iudic.l.11.ff.de rei vend.l.2.§.vlt.l.3.ff.pro emptor.leg.vlt.ff.de condic. tritic.leg. centum,8.ff.de eo,quod cert.loco, cum fideiuſſore, qui mos eſt ſatiſdationum iudicialium,l.1.in fine, ff.qui ſatiſ.cogan.vt ſupra dixi, tit.de ſatiſd.nimirum ſi intra tempus, quod ei datum eſt,non reſtituerit, vt fideiuſſor eam æſtimationem præſtet, §.& ſi in rem,hoc titul. Et ſi hæreditas petita ſit, eadem circa fructus interueniũt,dict.§.& ſi.hoc tit.qua de re agitur in leg.fructus,33.cum leg.ſeq. ff.de rei vend.leg.cum ſeruus, 39.ff.de legat.1. Cuiac.lib.9.obſeru cap.34.& nos vtique non nihil ſupra diximus in §.ſi quis à non domino, 35.cum ſequ. Inſti.de rer.diuiſione. Quarum rerum ſumma eſt,vt illorum fructuum,quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit,ſiue quos percepit in vtraque actione eadem penè ratio habeatur, vt ſi prædo,hoc eſt,vt Theophilus hic interpretatur, & Vlpia.leg. ſed & ſi,25.§.1.ff.de petit.hæred.malæ fidei,vel in dolo poſſeſſor fuerit,leg. fructus,33.ff.de rei vend.quique nullam poſſeſſionis ſuæ cauſam dicere poſſit,leg.11.12.13.leg. penultim.ff. de petit.hæred.leg.ſi pignore,22.§.1.ff.de pign.act.hoc eſt iuſtum titulum,leg.3.§.vltim.ff.de acquir.poſſ.Nam paria ſunt, nullum habere titulum,vel iniuſtum,leg.7. C.de acquir.poſſeſſ.leg.8.C.de præſcr.long.temp.Bal.l.in ciuile, 1.Co.de fur, Panorm.c.grauis, 11.num.7.ext.de reſtit.ſpol.le.cum fundus, 31.ff.ſi cert.petat.talis poſſeſſor ſuper extantibus, rei vendicatione, de conſumptis, condictione teneatur, l.3.C.de condit. ex lege, d.l.ſi pignore,22.ff.de pigno. action. Si verò bonæ fidei poſſeſſor fuerit,non habeatur ratio,neque conſumptorũ, neque non perceptorum,quoniam hos lucratur,l.4.§.2.ff.fin. regun.l.4.§.iam,19.ff.de vſucap.l.quæſitum, 40.ff.de acquir. rer.domin.Extantes vero perceptoſque neque dum conſumptos omnino teneatur reſtituere in petitione hæreditatis iure actionis,l.1.2.C.de petit.hæredit. d.le.ſed & 25 §.quod autem 3.eod.in vindicatione,iudicis officio,leg.cum fundus,31. ff.ſi cer.pet.l.videamus,38.ff.de vſuris, etiã conſumptos, quatenus factus eſt locupletior in petitione hæreditatis, dict.l.1. Cod.de pet.hæred.gl.hic. In vendicatione fortaſſe non item, l.Neſennius,41.§.fundum, ff.de re iud. qua de re diximus in noſtris commentarijs, ad §.ſi quis à non domino, 35.ſupr.de rer.diuiſ.Et hoc fortaſſis eſt quod ſup.dixi, pene eandem eſſe in vtroque iudicio fructuum reſtitutionem, vt obiter indicet non eſſe per omnia ſimilem. Ceterum poſt inchoatam petitionem, etiam illorum fructuum habetur ratio, qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, vel percepti conſumpti ſunt, l. Iulianus,9.§.quantum,5.ff.ad exhib.l.2.C.de fructibus, & lit. expenſ. Inchoatam litem Theophilus hic interpretatur litis conteſtationem,d.l.ſed & ſi,§.ſi ante,7.cum ſeq.ff.de pet.hæred.tum enim proprie petita intelligitur, l.amplius, 15.ff.rem rat.hab.& omnis poſſeſſor quamuis optimæ fidei, in mala eſſe fide,incipit,d.l.ſed etſi,§.ſi ante,ff.de pet.hæred.leg.nec bona, 10.C.de præſcrip.long. tempor. quia de iure ſuo probabiliter dubitare incipit, cum dubius ſit litis euentus leg. quod debetur,51.ff.de peculio, & quoniam officium iudicis inde incipit l.ædiles,25.§.item,8.ff.de ædil.edict.cui incumbit omnium inde acceſſionum rationem habere,leg.2.l. videamus, 38 ff.de vſur.l.4.§ poſt litem,ff.finium regund.l.vlt.§.fructus,6.ff.quæ in frau.creditor,l.certum,22.C.de rei vindi. d.leg.ſed & ſi §.ſi ante, ff.de pet.hæred.l.bonæ fidei, 48.in fi.ff.de acqu. rer.domin.Et hoc quidem in rei vendicatione,ac ſimilibus dubium non habet: in petitione hæreditatis quamuis idem videri poſſit, vt hic & l.1.l.2. C.de pet.hæred.dict. l.ſed & ſi,§.ſi ante, in princ. ff.de petit.hæred. & cap.Raynucius, 16.ext. de teſtam. obſtat tamen l.item 20.§.petitam,11.d.l.ſed etſi,§.ſi ante,poſt princip. ff.de petit. hær. quæ qualicunque denunciatione, & controuerſia volunt poſſeſſorem in mala fide conſtitui,& inde vſuras deberi, quod in petitione ſpeciale eſt, quia fructus ante litem conteſtatam percepti augent hæreditatem, dict.l. item, §.item.3. & proinde iure actionis petuntur, & ab eo, qui ſcire qualitercumque cœpit rem ad ſe non pertinere ex iure actionis,debentur, dict.leg.ſed etſi, §.ſi ante, Ceterum, quæ poſt litis conteſtationem percipiuntur, non poſſunt videri iure actionis in iudicium deducta, l.non poteſt,23.ff.de iudic. quare in his ſuperior regula obtinebit, vt non niſi a lite conteſtata eiuſmodi incipiant deberi, dict.leg. ædiles, §. item.

§. Si ad exhibendum.

8 Si ad exhibendum actum fuerit, non ſufficit, ſi exhibeat rem is, cum quo actum eſt,ſed debet etiam rei cauſam exhibere, vt eam cauſam habeat actor, quam habiturus eſſet, ſi cũ primum ad exhibendum egiſſet, (hoc eſt, tempore litis conteſtationis, l.præterea, 20.ff.de rei vendic.) exhibita res fuiſſet, l.Iulianus,§.penul. & §.vltim.ff.ad exhib. cauſæ appellatio continet omne, quod habiturus tum erat actor reſtitutione facta,d.l.præterea,ff.de rei vind.leg.cum fundus, 31.ff.ſi cert. pet.l.reſtituere,25.ff. de verb.ſign. Ideoque ſi inter moras reſtituendi vſucapta ſit res à poſſeſſore, nihilominus condemnabitur reus,quanti interfuit exhibitum eſſe, dict.l.Iulianus, §.vl.ff.de exhib.Præterea fructuum medij temporis, quod eſt à litis conteſtatione tanquam principio. Nou.60.cap.illud, 2. ad ſententiam vſque velut exitum,d.c.illud, l.1.ff.de re iudic. tempus iudicij, & proceſſus intermedium,leg.ſi libertinus,4. ff.de colluſione detegen. rationem habere debet iudex, cum ſcilicet in ea cauſa res eſt, vt non tantum exhiberi,verum etiã reſtitui debeat, ſeu cum non tantum de exhibendo, verum etiam de reſtituendo agitur,d.le.Iulianus,§.quantum,5.& §. quia,7.ff.ad exhibendum.Nam reſtituere videtur is,qui reſtituit id,quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet,d.l.reſtituere,75.de verb. ſign. Quod ſi neget reus, cum quo ad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſa petat (petenti enim ſolum conceditur, vt ſupra diximus, §.1.ex l.debitoribus, 31.ff.de re iudic.) idque ſine fruſtratione poſtulare videatur (non enim malitijs eſt indulgendum, l.in fundo, 38.ff.de rei vend.) dari ei debet, vt tamen caueat, ſe commodo tempore, & poſt dilationem hoc nomine datam reſtituturum, lege de eo, 12.§. penult.

Digitized by Google

penult. ff.ad exhibend. Ex quo intelligi licet, hic de exhibendo agi; cui reſtitutio ſit implicata, & adiuncta, quæ non tantum rem, ſed & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti temporis res ei reddita fuiſſet, id eſt, vſucapionis, & fructuum cauſam dict. leg. reſtituere, ff. de verbor. ſignificat. Quod ſi neque ſtatim iuſſu iudicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caueat, condemnandus eſt in id, quod actoris intereſt, ſi ab initio, id eſt tempore litis conteſtatæ, res exhibita fuiſſet, dict. leg. Iulianus, §. quantum, cum multis ſeq. ff. ad exhib. quod interdum minoris erit, quã res ipſa, quod quidem ad ſolum exhibitionis intereſſe attinet, d. leg. Iulianus, §. vltim. Quia vero eius intereſſe probatio difficilis eſt, leg. vltim. ff. de prætor. ſtip. ideò propter rei contumaciam, ab actore per iuſiurandum, iudice quantitatem taxante, poteſt comprobari, d. l. Iulianus, § præterea, 8. ff. ad exhibendum.

§. Si familiæ.

9 Si familiæ *a* herciſcundę iudicio actum ſit, ſingulas res ſingulis hæredibus, hoc eſt, alias alijs pro debita cuiuſque portione hæreditaria, non ſectione corporum, ſed numero, iudex diſtribuit, l. 3. ff. famil. herciſ. & ſi alterius in perſona prægrauare, hoc eſt, pretioſior, & momentoſior eſſe videatur adiudicatio, debet hunc inuicem cohæredi certa pecunia condemnare, vt reſtituto pretio eius, quod plus accepit, omnes partes exęquentur, ex bona huius iudicij fide, l. 9. C. eodem tit. §. quędam, 20. ſupra de actio. Eo quoque nomine cohæredi quiſque ſuo condemnandus eſt, quod ſolus fructus hæreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit, conſumpſerit, l. inter, 44. §. ſi cohæredes. 2. & §. fructus, 3. & paſſim, ff. fam. herciſc. Nec intereſt, vtrum duo, an plures, vel pauciores ex pluribus hæredes hoc iudicio diſceptent, leg. 2. §. penult. ff. famil. herciſc.

§. Eadem.

10 Eadem interueniunt, etſi communi diuidundo, de pluribus rebus actum ſit. Quod ſi de vna re, veluti de fundo: ſiquidem iſte fundus commodè regionibus diuiſionem recipiat: partes eius ſingulis adiudicare debet: & ſi vnius pars præponderare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. Quod ſi commodè diuidi non poſſit fundus, vel homo, ſeruus fortè, aut melius, ſi aliud animal erit, de quo agatur (nam hæc diuiſionem non recipiunt, leg. in executione, 85. ff. de verbor. oblig. tunc tota res vni adiudicanda erit, ei nimirum, qui plures partes habeat, Iaſ. in d. §. quędam, num. 59. ſupra de act. aut cui ex ſtatuto debetur, vt iure Canon. cap. 1. vbi DD. per illum text. de paroch. & Saxon. iuniori gl. libr. 1. art. 29. Fach. diſ. 31. & nouiſſ. ordinat. par. 3. conſtitutio, 15. aut ſaltem ei, quem ſors prætulerit; leg. vlt. Co. commun. de leg. Iaſ. leg. 1. num. 39. ff. ſi cert. pet. & §. ſequens, 16. num. 61. ſupra de actio.

§. Si finium.

11 Si finium *b* regundorum actum fuerit, diſpicere debet iudex, an neceſſaria ſit adiudicatio. Nam ſi controuerſia aliter
b dirimi poteſt, hoc eſt, fines ſine cuiuſquam iniuria dirigi, vel ex veteri determinatione, le. in finalibus, 11. ff. eodem, vel ex noua, d. l. in finalibus, l. 1. l. 3. Co. eo ea diudicatio fieri non debet, l. 2. ff. fin. regundor. id verò ſi abſit, ad adiudicationes eſt perueniendum, dicta le. 2. & neceſſe tum erit ex alterius agro partem aliquã alterius agri domino adiudicari, quo caſu conueniens eſt, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari, l. 2. 3. 4. & paſſim, ff. eodem. Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc iudicio, quod forte circa fines malitioſe commiſit, verbi gratia, quia lapides finales, qui terminos diſtinguunt, furatus eſt, vel arbores fertiles excidit, quo nomine in id, quod alterius intereſt condemnatur, l. 4. ff. eo. quanti ſcilicet in litem erit iuratum, gloſſ. hic per leg. 3. ff. de in lit. iurand. quanquã etiam extra ordinem criminaliter hoc crimen coercetur, l. 2. 3. ff. de termin. moto. Pau. Sen. lib. 1. tit. 16. terminos per menſorem declarari iudex iubet, l. ſi irruptione, 8. ff. eod. Ad cuius officium pertinet menſores mittere, & per eos quęſtionem finium, vt æquum eſt, dirimere, locis etiam, ſi opus eſt conſpectui ſubiectis, d. l. ſi irruptione, §. 1. ff. eod. Itaque ſi iubente iudice metiri agros aliquis paſſus non fuerit, contumaciæ quoque nomine hoc iudicio condemnatur, vt hic dicitur, ſcilicet in quantum aduerſarius in litem iurauerit, gloſ. hic per d. l. 3. de in lit. iurand.

§. Quod autem, vlt.

12 Adiudicationes autem in iſtis iudicijs factas præter tuetur, exceptiones, aut actiones in rem dando, l. inter, 44. §. 1. ff. fam. herciſc. Nam quod iſtis iudicijs adiudicatũ eſt, id ſtatim eius fit, cui adiudicatum eſt, ex re nimirum iudicata, quæ legis inſtar dominium transfert, licet non poſſeſſionem, quæ facti eſt l. poſſeſſio, 49. ff. de acq. poſſ. Alc. poſt alios DD. in l. traditionibus, 20. Cod. de pact. Nam hac ipſum lege definitum eſt, vt hic, & in Georgicis Iuſtini. Et hæc quidem in iſtis tribus iudicijs miſtis obtinent, de quibus dictum eſt ſupra, de act. §. quædam, 20.

13 In vendicationibus non fiunt adiudicationes, ſed declarationes, neque fertur ſententia adiudicatoria, ſed declaratoria, l. & ex diuerſo, 36. §. 1. ff. de rei vend. Agit enim de his ipſis dari l. in rem, 23. ff. de rei vend. cui res ſua amplius dari, & adiudicari nequit, §. ſic itaque, 24. ſupra de act. ſed reſtitui, l. qui reſtituere, 68. l. officium, 9. ff. de rei vend. in perſonal. ſicut dari, fieri oportere petitur, d. §. ſic itaque, ſic etiam fit condemnatio, vt detur, fiat, quoties ſcilicet abſolutio ob impletam actoris intentionem fieri nequit, l. 2. 3. C. de vſur. rei iudic. l. penul. C. de re iud. Verbum facere, omnem omninò faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, iurandi, &c. l. verbum, 218. l. facere, 189. l. faciendi, 175. ff. de verb. ſign. etiam reddendi, quod è reſtituendo differt, cum etiam per ſe dandi habeat ſignificationem, l. verbum, 94. ff. de verb. ſignific.

14 Et hactenus quidam de forma pronunciandi. Finis eſt, vt controuerſia ſopiatur, c. 2. ext. de ſentent. & re iud. Iuſque publica potius, quam priuata authoritate reddatur, & cuiq; contingat, leg. nullus 14. C. de Iudæ. Effectus, quod ſententia poſt decem dies tranſeat in rem iudicatam, §. 1. & tota No. de appell. & intra hæc tempora ius inter litigatores & non alios l. ſępè, 63. ff. de re iudic. faciat, tot. tit. ff. de excep. rei iud. l. Iulianus, 60. ff. de cond. indeb. pro veritate habeatur, l. ingenuum, 25. ff. de ſtatu hominum, iuſta præſumatur, l. Herennius, 63. ff. de euict. c. cum ad ſedem, 15. extra de reſt. ſpol. cap. ſicut, 16. in fi. extra de ſent. & re iud. actionem producat, l. actori, 8. C. de rebus credit, l. miles, §. vlt. ff. de re iud. & exceptionem, tot. tit. ff. de excep. rei iud. quæ eſt litis finitæ, cap. 1. de lit. conteſt. in 6. cum res iudicatæ retractari nequeant, l. ſub ſpecie, 4. C. de re iud. ne prętextu quidem nouarum probationũ, d. l. ſub ſpecie, C. de re iud. aut ſupplicationibus, l. vl. C. vt lit. pendente, ſed ijs omnino ſtandum ſit l. ſi patronus, 12. ff. de bonis libertorum.

15 Affinia ſunt decretum, l. nec quicquam, 9. §. vbi, ff. de offic. proconſ. ſententia interlocutoria, l. quod iuſſit, 14. ff. de re iudic. arbitrium, ſeu laudum, l. pen. C. de arb. comminationes & epiſtolæ iudicum, tot. tit. comminat. epiſt. vbi Bal. leg. tranſactionem, 35. l. non minorem, 20. C. de tranſact. l. poſt rem, 56. ff. de re iud. iuſiurandum, leg. 2. ff. de iureiur. dict. leg. poſt rẽ. Contrariis remedia aut ordinaria, vt appellatio; l. 1. & tot. tit. ff. de appel. quæſtio nullitatis, leg. 1. 2. C. ſi ex falſis inſtr. DD. l. Diuus, 33. ff. de re iudic. Bartol. leg. ſi expreſſim, 19. ff. de appel. Innocent. & Canoniſtæ cap. vltim. extr. de offi. iudic. Ferrar. in for. lib. app. verb. fuiſſe nullam, numer. 4. Bal. dict. l. 1. nu. 3. de fer. ſa. ſ. tot. tit. C. ſi ex falſ. inſtr. l. querela, 12. Cod. de falſ. & iure Saxon. Leuteratio, qua ſub ſpecie declarationis petitur ſententia reformari, item exceptiones variæ, de quibus tit. ff. de except. doli mali, & rei iudicatæ, præſertim, quæ poſt ſententiam opponi poſſunt, de quibus DD. leg. licet, 24. Co. de procur. Fely. c. exceptionem 12. numer. 28. ext. de except. Aut extraordinaria, vt reſtitutio in integrum, tot. titul. C. ſi aduerſ. rem iudicat. d. l. Diuus, vbi DD. ff. de re iud. ſupplicatio, leg. 5. & Auth. quæ ſupplicatio, Co. de precibus Imperat. offer. relaxatio ſententiæ ad cautelam, cap. Apoſtolicæ, 9. ext. de excep. & tantum de ſententia, quantum quidem primæ inſtitutioni ſatis ſit. Poſt ſententiam verò inter partes audita omnia, &
16 diſcuſſa lite pronunciandum, l. pen. C. de execu. rei iud. ſicut fieri oportere diximus, rei iudicatæ vigor ad effectum addu-
c cendus *c* eſt d. l. penult. C. de execut. rei iudicatæ. Nam & hic

vel

ADDITIONES.

a *De hac actione vide plura ſupra, tit. de actionibus, §. quædam actiones.*

b *Vide ſupra tit. de actionibus, §. quædam actiones.*

c *Quid? Executioni ſententiæ poteſtne certo tempore præſcribi? puta annis 30. Vide Concen. 1. q. 6. An & executioni reſcripti? Dec. Vt in l. ſi falſo, C. de diuerſ. reſcript. & in cap. pleruniq; extra eod. ſpi.*

vel præcipuus eſt ſententiarum finis, & euentus, l.2. toto tit. C.de exec.rei in d.l.a Diuo Pio, 15.ff.de re iudicata. In realib. ſtatim, vt ſupr. demonſtratum eſt, §.1. hoc tit. in perſonalibus poſt lapſum temporis quod iudicatis datur, l.vlt.Co. de exec. rei iud. quod iure ciuili nouiſſimo (nam olim breuius fuit, l.2. l.ſi debitoribus 31.ff.de re iud. & duorum tantum ad ſummũ menſium, l.vlt.§.vlt.C.de viur.rei iud.) quadrimeſtre eſt, l.vlt. C.de viur.rei iud. iure Saxon. eſt ſex ſeptimanarum. Author. differ.56. Nam exinde ſententia paratam habet executoriã, l.2.C.de execu.rei iud.non ante l.1.C.eod.tit.

17 Cauſa igitur executionis remotior, lex, tot.ti.C.de execut. rei iud. reſcriptum, l.4.C.ſi contra ius, l.ſi vt proponis, 6.C.de exec. rei iud. proximior, magiſtratus, penes quẽ ſit imperiũ, d.l.à Diuo Pio, in prin.ff. de re iud. nam ex qui magis eſt imperij ſaltem mixti quam iuriſdictionis, l.1.2.3.ff. de iuriſdict. Quamobrem delegati, vt arbitri iuris, l.9.10.ff. qui ſatiſd.cog. non exequuntur, ſed magiſtratus a quo dati ſunt, d. l. a Diuo, in pri. cauſa impulſiua petitio partis, vel imploratio iudicis officio, vel Inſtitua ſummatim in factũ actione, l. actori, 8 vbi Bald. & DD. Co. de rebus cred. Inſtrumentalis, executor, qui partes exequendi tantum non cognoſcendi vſurpat. leg. vt ſi proponis, 6. l. pen.C.de execu.rei iud. Cuiuſmodi eſt ſemper iudex loci, cuius in territorio bona ſita, ſunt a quo executio eſt facienda, d.l.à Diuo Pio, §. 3. ff. de re iud.leg.cum vnus 12. §. 1.ff de rebus author.iud.poſſ.etiam ſi alius pronunciarit, leg. epiſcopale 8. vbi Bal.Caſt & DD.Cod.de epiſc.audient. 1. de off.ord.Bar.d.l.à Diuo, §.1.numero 5.ff.de re iud.Ferr.in for. exec. ſent. in prin. num. 15.ſi quidem requiſitus ſit illius loci iudex Mynſing.obſer.78.cent.3. aut a ſuperiore iuſſus, d. l. à Diuo. §. 1. & DD præal.loco. Materia circa quam, eſt res iudicata, cuius terminos executio excedere non debet alioqui appellari poteſt, l.ab executore, 4. vbi Bar.ff.de appel.l.ab executione, 5.C.quor.appel.

18 Materia in quam fit executio, eſt res de qua condemnatus eſt reus, l.qui reſtituere, 68.ff.de rei vend. aut ſi dari præſtari que nequit, eius æſtimatio, l. longis, 7.C. de exec.rei iud. vel ſi nec illa quidem præſtatur, bona condemnati (non aliena, d. l. à Diuo, §.ſi rerum, 4. cum ſeq.ff. de re iud.) d.l.à Diuo, §.1. Primo mobilia, d.l.a Diuo §.2. deinde immobilia, d.l.à Diuo, §. 2. Poſtremo iura, d.l.à Diuo, §.2. cum ſeq.l. 3. C.eod. & quidem ea, quæ ſunt extra controuerſiam, d.l.à Diuo, §.ſi rerum, 4. Stipendia militiæ, ac ſimilia, non aliter in cauſam rei iudicatę pignorantur, quam ſi nihil ſit vnde ſatisfieri poſſit, l. 4. Cod. de exec.rei iud. Sed, & in feudis tantum fit executio, quo ad fructus in vita vaſalli, Caſt.l. pro hærede, 20.nu.4.ff. de acq.hær. Bar. l. ſi finita, 15. §.26. ſi de vectigalibus, nu.5.ff. de dam. infect. vbi Alex.Rom & comm. DD. Quamquam vidi ſæpius totum vtile dominium de conſenſu domini, & idcirco agnatorum non audientium obſiſtere, vel aliqua præuij parte delinitorum, ad ſatisfaciendam rei iudicatæ diſtrahi, deque pretio creditoribus ſatisfieri.

19 Forma eſt vt in realibus ſtatim fiat executio, §.2.hoc tit.in re ipſa, vel armata adhibita manu, ſi neceſſe ſit, l.qui reſtituere, 68.ff.de rei vend. vel ſi haberi nequit, in eius æſtimatione, l.antepen.C. de execut. rei iud. In perſonalibus vero vt poſt elapſum rei iudicatæ tempus, l.2.leg.vlt.C.de exc. rei iudic. ſi non fiat ſolutio eius, quod debetur, pignora capiantur, & quidem pecunia primo ſi præſto ſit, qua commodiſſime ſoluitur d.l.à Diuo, §.pen.ff.eod. Deinde (ſi quidem abſit) res mobiles & mouentes, quę venundantur, & quarum de prætio ſatisfit; quod ſi non ſuffecerint, ad immobilia itur, d. l. à Diuo, § 2. & poſtremo ad iura d.§.2. l. 5. C. eod. vt in rem iudicatam conuertantur, d. vlt.l. 3. C. de exec. rei indic. aut diſtrahendo, aut exigendo nomina, d.l à Diuo, §.antep. & pen. vel addicendo res, d.l.à Diuo Pio, §.2.3.cum ſeq. Nam ſi pignora, quę capta ſunt, & publice ſubhaſtata, emptorem nõ inueniant, creditoribus addicuntur, d.l.à Diuo, §.ſi rerum, 4.ff. de re iud.l.3.Co. eod. Sed hac de re plura, d.l. Diuo Pio, ff. de re indic. quæ hac in materia coronam portat, & in ordi.noſtri principis, par.1. conſt.32. Exequentis nulla conſueuit eſſe cognitio, l. 6. Cod. de exec.rei iud.niſi ſit neceſſaria, leg.4.C. ſi cõtra ius vel vtil. quæ tamen ſummaria ſolet eſſe, nec pręiudicium facere iudicio ordinatio, d.l.a Diuo, §.3.4.cum ſeq.ff.de re iud.

20 Finis eſt, vt rei iudicatæ ſatisfiat, dict.lege, a Diuo, §.2.3.cũ multis ſeq l.3.l.pen.l.vlt.C. eodem. Effectus, quod non liceat ab executione prouocare, l.ab executione, 5 Cod.quor.appel. non recipiant, niſi modum executor exceſſerit, d.l. ab executione, l.ab executore, 4. de apell. quod ex ea dominium transferatur addicendo, d.l.a Diuo, §.3.& §.ſi poſt addictum 6.non etiam euictionis cauſa præſtetur, dicta lege a Diuo, §. ſi poſt addictum, 6.

21 Affinis eſt actio rei iudicatæ, l.actori, 8. C.de reb.cred. Ceſſio bonorum, l.2.C.qui bon.ced poſſ.l. pen.ff.de ceſſ.bono. In bona miſſio, l.4.C.qui bo.ced.& tot.tit.Cod.de bo. auth. iud. poſ. Sequeſtratio, quæ poſt rem demum iudicatam decerni ſolet, cle.vnic de prohib.ſequeſtr.

Contraria ſunt, appellatio, leg. 1. tot. tit. de appellat. Exceptiones executionem impediẽtes, de quibus, l. Neſennius, 14. ff.de re iud.l.ex diuerſo, 17.§.vlt.ff.ſol.mat. & vtrobique DD. aut reddentes proceſſum retro nullũ, de quibus DD.in l. vlt. C.ſent.reſcin.l.licet 24.C.de procur.Fel.& Canoniſt. c.exceptionem, 12.ext. de exceptionibus Reſcriptum aut differens executionem, l. vltim.C.qui bon.ced.l.2.C. de precibus Imperat.offer.aut reſcindens, vt l.5.cum Authent.ſeq.C. de precibus Imperat. offer. Reſtitutio in integrum ex iuſta cauſa, aut quæſtio nullitatis de qua l.Diuus, 3.ff.de re iudic. leg. 1.2.C.ſi ex falſ.alleg.l.penult.C.de tranſactio.Zaſ. in intellect. ſingu. item reſtitutio ex gratia aut indulgentia, quæ fit per principem, de qua, ff.& C.de ſent.paſſis, &c.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

TITVLVS XVIII.

1 *Vnde dicta, & quid ſint.*
2 *Propria.*
3 *Species.*
4 *Cauſæ.*
5 *De iudice horum iudiciorum competente.*
6 *Quinam accuſare poſſint, vel non.*
7 *Quinam accuſari poſſint, vel non.*
8 *An alieno nomine hic agi defendique poſſit.*
9 *Materia.*
10 *Forma.*
11 *Finis.*
12 *Euentus.*
13 *Affinia.*
14 *Contraria.*

ABſolutis ciuilibus, & priuatis iudicijs, reſtat, vt de publicis aliquid ſubijciatur. Publica dicta ſunt, quod plerumque cuilibet (ſcilicet non prohibito agere) executio eorum datur, §. 1. hoc titul. hoc eſt, ex his accuſatio omnibus pateat, leg.ſi tamen omnes, 11. ff.de
1 accuſ. leg. quamuis, 2. Codic. ad leg. Iuliam, de adult. lege. leg. Cornelia 9.ff.ad l.Cor.de falſ. quo ſenſu etiam popularia publica ſunt, l.eum, qui, 30.§.in popularibus, ff.de iureiur. Publicum enim eſſe dicitur, quod cuiuis de populo commune eſt, §.flumina, 2.cum ſeq.ſupra, de rer.diu.l.9. de contr.empt. l.1.ff.de popularibus act.l. 1.§. 4. ff.de ſuſpec. tuto. Verum de his non hic agitur, ſed tantum de iudicijs propriè publicis, id eſt capitalibus, vt exempla ſubiecta demonſtrant. Talia enim ſunt ſubiecta, quali permittuntur eſſe a prædicatis, gl. vlt.cap. dudum, 31 ext. de decimis, Cæpo.in tract ruſtic.præd. cap. de aquæductu, num.14. Huiuſmodi igitur publica iudicia ſunt, quæ certa aliqua lege de atroci crimine, cuius vindicta ad rempub.pertineat, publice eſt conſtituta, leg.1.ff. de pub. iud.

2 Propria, quod ſint popularia, & cuiuis de populo pateant, l.hi tamen omnes, 11.ff.de accuſ.Famoſa, l. infamem, 7.ff.eodem, aliter quam priuata, quæ non notant, niſi ex delicto, cui lex infamiam irrogat, vt furto, iniuriæ, vi bo rap.d.leg.infamem, in fin.

3 Publicorum iudiciorum quædam capitalia ſunt quædam non capitalia, §.2.hoc titulo, l.2.ff.eod. Capitalia dicimus, quę vltimo ſupplicio, afficiunt, vel aquæ, & ignis interdictione, vel deportatione, quæ in eius locum ſucceſſit, vel metallo, l. 2.ff.de pen. vt maieſtatis § 3.hoc tit. §.adulterij 4.hoc tit.cum ſeq. Cætera ſi quam infamiam irrogant vt omnia, d.l.infamẽ 7 ff.eodem, cum damno pecuniario publica quidam eſſe poſſunt ex certa aliqua lege l. 1. 2.ff.eodem, non tamen capitalia, §.2.hoc tit.vt de reſiduis, §.pen.hoc tit. de vi priuata, l.hos accuſare, 12.§.omnibus, 4.ff.de accuſ.

4 Cauſa efficiens eſt lex, l.1. ff. eo. & magiſtratus, aut qui cũ poteſtate eſt olim a populo ad id electus, qui priuatus etiam interdum eligebatur, leg.2.§.& quia, 21.ff. de orig. iur. hodie à principe, cuius conſtitutionibus in vrbe præfectura vrbana crimina vindicat, leg. 1.ff. de offic.præf. vrb.in prouincijs proconſules ac præſides, le.congruit, 13.ff.de offic.præſ.l.1. ff. de offic.eius cui manda. eſt iuriſd. quamquam his etiam ex leg. vel Senatuſ. eiuſmodi exercitio in nonnullis mandata eſt, le. 1.ff.de offic. eius cui manda eſt iuriſ. Sed de his quærere modo nimis anxie, non eſt neceſſe, cum iſta nunc pertineant, nedum ad ſuperiores magiſtratus, ſed etiam plerumque muni-

nici-

Digitized by Google

nicipales,& iuriſdictionis omnimodæ ius etiã gladij inſit iu-
reque magiſtratus competat, Alb. Dec.& DD. leg. 1. ff. de of-
fic.eius cui mand.eſt iuriſd.Cagn.l.nemo.7.ff. de regn.in cap.
quod ſedem,10.vbi gl.extra de offic.ord.Soc.in trac. citat.ar.
4.n.7.quod olim contra fuit:nam nec penes magiſtratus mu
nicipales ius gladij erat,l ea quæ,26.ff.quæ ad municipal. nec
reliquis ſuper iuribus iure magiſtratus,ſeu ex l.S.C.conſtitutio-
5 ne ſpeciali competebat,l.1 ff. de off. eius cui mand.eſt iuriſd.
Vt autẽ priuata iudicia,ſic publica proxime conſtituũt etiam
hæ tres perſonæ, Iudex , accuſator (ſic enim actor in crimi-
nalibus vocatur) & reus,c. forum, 10. ext. de verb.ſignif. Iu-
a dex etiam hic aditus a competens debet,Auth. qua in prouin-
cia.C.vbi in rem act. tempore,vel eius loci,vbi delictum com-
miſſum,hoc eſt,tam ceptum, quam inchoatum eſt,l.1. C. vbi
de crimine agi oport.aut vbi reus domicilium habet,DD.d.l.
1.& in d. Auth.qua in prouincia,l 1.C. vbi de poſſ. vel ſi ſit va
gabundus,vbi repetitur,l.1.C.vbi de cri.l. 1. C. vbi quis de cu-
rial.excluſa omni dignitatis prærogatiua. Nam reatus omne
dignitatem excludit,l. 1. C. vbi Senatores vel clariſſ.Sunt ta-
men qui tertium etiam in criminalibus iudicem habent,vt il-
luſtres principem, l. vlt. C. vbi Senatores,milites præfectum
prætorio , vel magiſtrum militum , miniſtri & coloni diuinę
domus,procuratorem fiſci,ſeu rationalem,l. vnica,C.in qui-
bus cauſ.militantes,l.cum aliquid,8.l.nullum,10.& paſſim,C.
vbi cauſa fiſc. quilibet tamen iudex in his propter momentũ
cauſę (nihil enim periculoſius quam de vita & ſanguine ho-
minis iudicare) clariſſimos quoſque,& peritiſſimos iuris aſ-
ſeſſores in conſilium debet adhibere,l. cuſtodias, 12. ff.eod.
6 Accuſare hic omnes poſſunt,qui non certa lege prohiben-
tur l.palam,43.§.Senatus,10.ff.de ritu nup. l. qui accuſare,8.
cum le. ſeq.ff. de accuſ.hoc eſt quod hic in §. 1.dicitur,cuiuis
dari plerumque, videlicet ijs exceptis qui lege prohibentur
accuſare cuiuſmodi ſunt alij,ob ſexum,vt mulier,d l. qui ac-
cuſare,quia publicis muneribus,quo accuſatio pertinet,arce-
tur,le.2.ff.de reg.iur. niſi ſuam iniuriam perſequatur, leg. de
crimine, 12.ff.de his qui accuſ.aut lex ob publicũ bonum hoc
ſpeciatim illi concedat,vt in maieſtatis,l.in quæſtionibus,8. ff.
ad leg.Iul.maieſtatis,& annonę,l.ſi. ff. ad leg. Iul. de annona.
Alij ob ætatem immaturam,vt pupillus,cum quia ſe inſcrip-
tionibus,& pœnis accuſatorum obligare commode nequit,l.
vnica,C.de falſa moneta,l.fere,108.vbi Dec.& DD.ff.de reg.
iur.& in l.auxilium,37.ff. de mino. tum etiam quod publicis
muneribus (cuiuſmodi , & hoc quodammodo eſt) non fun-
gantur,l.2.§. 1.ff.de reg.iur.vbi Dec.Cag & DD.d.l.qui accu-
ſare,niſi authore tutore paternam iniuriam vindicet,l.2.Co.
qui accuſ.l.2.ff.de accuſ.quod eum ex lege liceat,d. l. 2. ff. de
accuſ. ſit abſque calumniæ ſuſpicione,& pœna , l. in Senatuſ-
conſult. 15.§ eos,ff. de Senatuſc. Turp.l.2.& 4. C. de calum.l.
2.Cod. de aboli.le.vlt.ff.de publi.iud. Alij ob ſtatum,vt ſerui,
leg vis certis,53.ff.de iud. Sed nec filij,aut liberti,parentes &
patronos accuſare poſſunt ob reuerentiam ijs debitam,d. leg.
qui accuſare,nec fratres,& conſanguinei ſe inuicem in atro-
cioribus quidem,leg.ſi magnum,13 l.propter 14.l.ſi ſororem
18.Cod.de his qui accuſ.præſertim cum in his etiam ob con-
iunctionem colluſio præuaricatioque ſit extimeſcenda. Alij
ob munus publicum , vt magiſtratus , & qui cum poteſtate
ſunt,d.l qui accuſare,lege ſi maritus, 15.ff.ad leg.Iul.de adul.
item milites,d.l.qui accuſare,l.non prohibentur,8. leg. ſi cri-
men,10.C.de his,qui accuſ. Nonnulli ob paupertatem,vt qui
minus 50.aureis in bonis habent,l.nonnulli, 10.ff. de accu.alij
propter delictum,& turpitudinem,vt infames,d.l.qui accuſa-
re,iudicio publico damnati l.4.ff.eod.aut accuſati leg. 5.ff. de
pub. iudic.l 1.leg.negands, 19. Cod. de is qui accuſ.qui num-
mos ob accuſandum vel non accuſandum acceperunt, d.leg.
qui accuſare,l. ead.§. 1.2.ff.ad leg Iul.repet.falſum teſtimoniũ
dixerunt,leg.alij,9 ff.eod. Item qui duo iudicia aduerſus duos
ſubſcripta habent,l.cum rationibus,16. C. qui accuſ.l. qui ac-
cuſare,8.leg.hi tamen, 11.l.hos accuſare, 12.§.lege.2.(vbi pro
tribus,Cuiac.rectè legit duobus,lib.obſer.6.c.12.) ff.de accuſ.
l.inter,6.§.vlt.ff.ad leg.Iul.de adult.niſi ſuarum iniuriarũ cau
ſa agat,d. l. cum rationibus quam ob cauſam plerique agere
poſſunt,qui alias prohibentur,d.l.hi tamen,in princ. & §.1. ff.
de accuſatio,l.de crimine, 12.& paſſim,Cod.de his qui accu-
ſat. vt & in ciuilibus,leg.1. in fin. & paſſim,ff. de poſtul. Poſ-
ſunt autem,& plures accuſare,Duar.diſd.lib.1.cap.39. per l.ſi
accuſatoribus,4.Cod.de accuſ.quamquam illi iure præferan-
tur,quorum intereſt,l.ſi plures 16.ff.de accuſ.l.2.§. vl.ff.ad le-
gem Iul. de adul.cum ſimil.& iudex magis idoneum eligere
& admittere poſſit,d.l.ſi plures, 16 & d.leg.2.§.vlt.l.3.ff.de lib.
exhib l.ſi vero,§.hæc autem,5.ff.de his qui deiecerunt. Tutor
& curator ſuorum nomine , quorũ res ſuo periculo admini-
ſtrant,accuſare,non prohibentur,leg 2. Cod.de his,qui accu.
Procurator alieno nomine nequit accuſare,l.pen § 1.ff.eod.l.
antep.C.de accuſ.morib tamẽ Saxonũ admittitur,vt in ciui-
li Chil.c.47 *Fachs*,differ.41 Cum ad nullam leg. patria inſcri
ptionem veterum teneatur,l vlt.C.de accuſ. vel pœnæ ſimili-
tudinem,d.l.vlt.ff.de calum.ſed tantum ciuiliter,& pecunia-
riter accuſator conueniri poſſit , ſi eum ſuccumbere contin-
gat,nempe ad ſumptus & mulctam.*Landr.* libr. 1. art. 68. vt
per procuratorem,cur agere nequeat,cum nulla iure Saxon.
ſubſit cauſa . Quia tamen iniuriatum eo nomine tenetur ab-
ſoluto,l iniuriarum,13.§.2.ff de iniur.ca.illud,penul.in Nou.
49. de his qui ingre. ad appel. § item ſi delator,vbi DD. quæ
fuit prima cauſ.beneſ.amitt. Cuius pęna ex conſtitutionibus
noſtri Electoris non amplius eſt,vt ante,pecuniaria. Anthor.
differ. 67.Chil c.58. & 59. ſed arbitraria,& pro modo delicti
ac perſonarum corporalis,ordinat.par.4.conſtitut.42.Ex hoc
concludi poſſit , non amplius procuratorem , in accuſationi-
bus præſertim publicis iſtis, eſſe admittendum, maximè cum
res facile redeat ad ſuam naturam & ius commune per ea ,
quæ tradit Mar.in Spec.aur.par.4.diſt.2.num.51.cum ſeq niſi
fortè,quando quis ſuam iniuriam perſequeretur,Bart.in l. li-
cet,42 in princ. ff. de procu.Mar.in Spec. aureo parte,4. diſt.
1.nu.42.per l.non cogendum,45.§.2.ff.de proc. c. tuæ,5.extr.
eodem,quo in genere ſolutior eſt a calumnia & iniuria accu-
ſandi facultas,l.in Senatuſconſulto,15.§.eos,ff.ad S.C.Turpil.
l.2.& l 4.C.de calumn.l.2.C.de abolit.l.vlt.ff.de pub. iud. l.2.
7 de accuſ.Sed & accuſari poſſunt omnes paucis exceptis, l.hos
accuſare,12. ff. de accuſat.cuiuſmodi ſunt legati,& magiſtra-
tos d.l.hos accuſare, 12. qui poſt depoſitam demũ prouinciã
rectè conueniuntur,leg.vn.C.vt omnes iud.poſt admi.depo.
ſerui ijs legibus quarum pœna tantum bona, vel ciuitatẽ adi-
mit:his enim carent,d.l hos accuſare,12. §. omnibus, 4. mor-
tui,l.antep.ff.hoc tit. l vlt.ff.ad l.Iul. Maieſt.l.defuncto,6.ff de
publ.iud.dic,niſi in caſu perduellionatus,dicta leg. vlt.ff. ad le-
gem Iuliam maieſt. Sed & accuſatus aliqua leg. de eodẽ cri-
mine alijs legibus fieri reus nequit,l.ſenatus, 14.ff.eod. ll. qui
de crimine,9.C.eodem nec plures duobus ab eodem, dicta
lege,hos accuſare,12 §.lege,Cuiac.obſeru. lib. 6. capit 12. niſi
ſuam iniuriam accuſator perſequatur,d.§.lege,nec abſolutus
de crimine,eiuſdem reus amplius fieri poteſt,l.ſi cui,7. §.1.ff.
eod.cum ſententia pro veritate habeatur.l. ingenuum,25. ff.
de ſtatu hominum,niſi præuaricatione prioris iudicijs demõ
ſtrata,l. 3.ff.de præuar.l.4.§.vlt.ff.ad legem Iul de adult. Paul.
8 lib 1.ſent tit.6.tutorem & curatorem hic intercedere pro ſuæ
poteſtatis commiſſis poſſe,conſentaneum eſt ex l 2 ff. de ac-
cuſ.l.2.C.de his qui accuſ. Procuratorem non item,l pen.§.1.
ff.eod.l.antepen.C.de accuſ l.vlt.Cod.de procu. l.vlt.in med.
prin.verb.cui tamen per procuratorem nõ reſpondere liceat
C. vbi Senat. vel clariſ. niſi ad probandas excuſandaſque ab-
ſentiæ cauſas,l inter 10.ff.eod l.abſens,71.ff.de procur.l. 1.vbi
Bar.& DD.ff.an per alium cauſæ appella. Cum tamen in fa-
moſis admittatur procurator,l.licet,42.ff.de proc.l.furti,6.ff.
ſi quis alieno ff.de his qui not.infam.quoties ſcilicet pęna mi-
nor eſt relegatione,d.l.licet,argum.d.l.1.ff. an per aliũ cauſæ
appel.Maran. præal. loco. Hinc poſſet inferri,procuratorem
etiã hic recipi in accuſatione ex leg.Iulia,de vi priuata,aut re-
ſiduis, aut ſtupri ab honeſtioribus commiſſi, vbi tãtum fama
& pecunia petitur,d.l.hos accuſare,§.omnibus,4.ff. de accuſ.
§.item lege Iulia,in fin.hoc tit.& ad legem Iuliam,ff.de pecu-
la . Sed tamen quolibet publicum iudicium momentoſius
quocunque priuato,quamuis famoſo, habetur, & lege gene-
raliter ait publico iudicio fruſtra procuratorem interuenire,
lege penult § 1.ff.de publ.iudic. vt hoc ad formam horum iu-
diciorum pertinere videatur,quæ mutari non poteſt,le. pro-
latum,4. vbi Bald.& DD.C.de ſentent.

Materia circa quam , ſunt crimina , & pœnæ criminibus
debitæ non quidem omnia, ſed lege aliqua publica , publi-
coque ex lege iudicio vendicata . Cuiuſmodi hoc in titulo
decem , & ſeq ordine recenſetur , I. Maieſtatis læſæ , §. pu-
blica , hoc titul. II. Adulterium, §. item ex Iulia , de adulter.
III. Stuprum, d. §. item lex Iulia, de verſicu. ſed eadem lege
IV.Homicidium,§.item lex Corn. de ſicar. V. Veneficium,
d.§.

ADDITIO.

a *Camera Imperialis in prima inſtantia , quibus caſibus ſit
competens,vide Gaylium 1.obſeru.2.*

Digitized by Google

d.§.item lex Cornelia.verſ.eadem lege IV. Parricidium,§. alia,VII.Falſum,§.item lex Cornelia,de falſis,VIII.vis publica,§.Item lex Iulia de vi public.IX. Vis priuata.d.§. item lex Iulia,X.Raptus,d §.item lex Iulia,verſ.ſin autem per vim rapt. XI.Peculiatus,§.item lex Iulia peculia,XII.Plagium,§.eſt & inter,XIII.Ambitus XIV. Repetundarum,crimen,XV. Annonæ flagellatio.XVI.Reſidui crimen,§.penult.hoc titul.

20 Forma, & ordo publicorum iudiciorum vetus in vſu eſſe deſijt,l.ordo,8.ff de pub.iud.lex,7.§.vlt.ff.ad leg.Iul. rep.l. vl. ff. de pla. Iudicia tamen hæc etiam num perinde, vt in ciuilibus,ad quorum formam hodie redacta pene ſunt,Bald. le. 1. num.4.Co.de lit.conteſt.per leg.abſentem,5.ff. de pœn. cum primis ordinanda ſunt,leg.4.hoc titul. ſæpius enim ciuile,vel a minus cum maiore,aconcurrit,l.pe.l.vlt.C.de ord.iud.l.vnic. C.quando ciuilis act. Quare cauendum etiam hic,ne maiori præiudicium fiat per id,quod minus,d leg. 4.l. per minorem, 54.ff.de iud.qua de re diximus in d l.pen.& l.vlt. Cod. de or. iu.libellus offerendus,l.libellorum,3.ff.de accu. cum deſignatione perſonarum,quæ in quas,quomodo delinquerint,item loci,ac anni,& menſis,d.l.3.vbi Bartol.Gandi. in practi.qual. fiant accuſatione,in fin.Myns.obſeruat.32.centu.2. quo delictum eſt,etiam diei,ſi ſciri certo poteſt,leg.3.Socin conſ.108. ſtatuto,num.11. volu. 4. quamquam hic concluſione non ſit opus,Bar.l.2.§.ſi publico,§.num:15.ff.ad leg. Iul.de adul. d.le. 3.ff.de accuſ.Bald.l.2.num.2.Co.de prob. Iaſ.in l. 1. num. 10. C.de eden.quam Iudex ex officio ſupplet,etiam aliter,quam ſit petitum,Iaſ.l.vinum,22.num.24.25.ff.ſi cert. pet.Bar. leg. quid ergo,13.§.pęna,ff.de his qui notan.infa.Bal.le.3. Co.eo. titul. Cęterum omiſſionem loci, ac temporis non item, quæ ne quidem in articulis probationum poſt ſuppleri poteſt Iaſ. in § ex maleficijs, 18.num. 63. ſupra,de act. Citationes item faciendæ,l. 3. Co. de his qui accuſ.dandæ dilationes idoneæ, l.ſi ea,7. Cod. de his qui accuſ.nam illa ex lege veteri per triduum ſingulis diebus,quę fiebat citatio,antiquata eſt,l.inter, 10.ff.eodem,Cuiac,obſ.lib.7.capit. 35. ſicut,& vſitata quondam in crimine inſcriptio,l.ſi cui,7.in princip.ff.de accuſ.l.3. C.de his qui accuſare,iam obſoleuit,l.vlt.vbi Doctor. Co.de accuſ.l.vlt.C.de caſu. Item ſatiſdationes præſtandæ,non tantum à parte rei,niſi carceribus coerceatur,l.1.vbi Bar & DD. ff.de cuſtod.reor.ſed etiam a parte actoris de proſequenda lite,& iniuria,ſic ſuccubuerit,reſarcienda,le.3.Co. de his qui accuſ.l.2.C.de exhib.reis,quo nomine,etiam carceribus detinetur, donec idoneè caueat. Angel. tract. maleſ. verb. & ad querelam Hyppol.in pract.§.diligenter,n.707.etiam ex ordinatione imperij,c.12. At iure Saxonico tantũmodo tenetur actor ad cautionem in ciuilibus vſitatam,Chil.ca. 47. per artic.8.le. 2. quod nunc habere dubitationem poteſt,ex quo,ſicut antea dixi,iam ex cõſtitutione principis iniuriarum pęna ad quam proculdubio iniurioſus & futilis accuſator tenetur, §.item ſi delator,c.quæ fuit prima cauſa,in vſibus feu.leg.qui eum maior,14.ff.de bonis liber.l.iniuriarum,13. §.ff. de iniurijs,cap.illud,penul.in Nouel.46.de his qui ingred.appel.non pecuniariam,vt hactenus,Landr. libr.2. artic. 68. ſed arbitraria,& corporalis eſſe poteſt,ordi.part.vlt.cap.42.Ceterum,& litis conteſtatio fieri debet in iſtis,l.in Senatuſconſulto, 15.§. pen.verb.ante litem conteſtatam,ff.ad Senatuſc.Turpil.Bart. l.1.§.accuſationem,10.eod.tit.maximè iure Saxon.gloſſ. art, 15.lib.3.num.3.verſic. *Es ſei in peinlichen oder Burgerlichen. Klagen.*& artic.lib.2.*Vveichbild* art.23.cum glo & recipiuntur exceptiones ac defenſiones,l.ſi maritus,15.§ præſcriptiones,7.ff.ad l.Iul.de adult.non æque iuramenta,l.1.3. vbi gloſ. & Doctor,in l.admonendi,31. vbi Iaſ. ff. de iureiurand. niſi purgationis,tot.tit,de purg.Can.Probationes,l.3.Co. vbi Senat.vel clariſſ.l.pe.C.de fid.inſt.l.1.C.vbi cauſ.fiſc.etiam vtrinque,l. vbi 22.Cod.ad l.Corn.de falſ.quæ tamen quo ad damnationem debent eſſe liquidiſſima,l.qui ſententiam,16.C.de pę.& luce,ſicut dicitur,meridiana clariores,l.vl.Co.de prob. l.vniuerſi,9.verſ.quæ res cum fuerit certis probationibus declarata,C.vbi cau.fiſc.adeo vt quod in ciuilibus plenè probat, id in criminalibus præſertim capitalibus,vix ſemiplenam probationem impleat.Dec.conſ.175.in cauſa,num.6.Quare præſumptiones hic non ſufficiunt ad condemnationem,l. abſentem,§.ff.de pęn.c.literas,14.ex.de præſump.Caſt. & Doctor. d.l.vlt.C.de prob.Gad.de præſumpt.nu.22. Ang. in tract.cri. verb. fama publica,num.22.niſi quæ lege pro idoneis habentur,l.ſi qui,34.& in Auth.ſi quis,Co.ad l. Iul. de adul.cap. his quoq;15.Nou.117.vt lic.mat.& auiæ,Cod d.l.vl.Co.de probat. & conſ.197.vol.1.Hip.in rub.C.de prob.nu.136.& in pr. cri.§.quoniã n 29.per e.pe.in nou.134.& vt nulli iud præſertim in ijs,quæ alibi difficulter probari poſſunt,Docto.d.l.vlt. C.de prob.& d.l.ſi quis,34.C.de adult.Boer. deciſ. 164.Chri. in pract.ca.1.num.7.Euer.in top.legalibus,in proęm Quo tamen ipſo caſu nũquam ex pręſumptionib.reus capitaliter,ſed pœna aliqua leuiori condemnari debet,l.pen. Co. de probat. Caſt.d.l.vlt.C.de prob.Paul.& Imola in ca. quia non eſt vero ſimile 10.ex de præſ. Angel.in pract.verb.fama publica,num. 22.Hip.in rub.de prob.num.24.& in pract.crim.d. §. quoniã, num.29.& §.poſtquam,nu. 50 & in l.repeti,1.6n.24. ff. de qu. latè Tiraquel.de pę.cau.27. per totum. Ad abſoluendum tamen præſumptiones ſufficiunt,gl.clem.vni.verb non valens, de homic.Sali.l.ea quidẽ,7.q.5.C.de accuſ.Hip.conſ.61. poſt reditum,n.31.facit l.non omnis,6.§. a Barbaris,ff.de re militari,quæ cum de abſolutione loquatur, male trahitur ad condemnationem,c.afferte,2.e.litteris,12.ext.de pręſumpt.l.quicunq;4.vbi Bal.Co. de ſeru fug. Nam defenſionis & abſolutionis cauſa fauorabilior eſt,quam cõdemnationis,Hip ſing. 90.le,fauorabiliores,125.ff de regul.iur leg.Arianus,47.ff.de obl.& actio.le.abſentem,5.ff de pęnis,l.tale pactum,40.ff. de pact.adeoque priuilegiata,leg.in contractibus,54.§.ſuper ceteris,2.C.de non. nu. pec. vt ſemper potius abſoluere debeamus,quam condemnare.Hipp.l.1.nu.56.C.de ſicar. & leg.1. §.Diuus,3.nu.38.ff. eod.tit. vt quo ad hanc probationes minus idoneæ recipiantur,& ſufficiant,Iaſ.l.3.n.4.& 5 ff.de iuſ. & iur.Fel.c.ſignificaſti,18.nu.13. extr. de homicid.Mattheſ. ſing.37.n.16.puta per teſtes ſingulares,par.4.conſtit.8.Matt. d ſing 37.Hippol.ſing 9.vel de credulitate,Iaſ.d.l.3.num.4.ff. de iuſt.& iur aut non reddentes ſcientiæ cauſã,item domeſticos,&c.Iaſ.ibid.Hippol.ſingu. 658. in cauſis. Quamobrem poſt concluſionem in cauſa, atque adeo poſt ipſam ſententiã defenſionis hic probatio recipitur,Hipp.l.vnius,18. §. cognitorum,9.num.36.& 37.ff.de qu.& in pract. crim.§. occurrit, num.3 & §.ſequens,nu 8.& 9.Gandinus de homicid. n. 5.6. nedum à reo,ſed etiam à tertio aliquo cauſa miſerationis intercedente,l.non tantum,9.ff.de ap.defendi enim reos publicè intereſt,l.ſeruum,33.§.2.de procu eoq; populare,ac publici iuris eſt,d.§.2. imo etiam ipſe iudex rei defenſiones poteſt, & vero perſequi debet ex officio,l. ſi non defenduntur, 19. ff. de pœn.l.1. in fine,ff.de q.Bart.l.libellorum,3.ſi accuſator,nu. 4.ff.de accuſ.ſicut & actoris accuſationes,Bar.n.5.&7.d.l.3. ff.de accuſat.Bal.l.vlt.C.de accuſ.pe.cap.1.ext. de colluſ. det. Cur enim minus id ei liceat,quam ex officio,vel ſine accuſatore in delicta inquirere,l.congruit,13.ff.de offic.præſi.leg.2. §.ſi publico,§.vbi Bar.ff.ad leg.Iul. de adulter. Chilian. cap.1. de inquiſi.Ferrar.in form. inquiſit. 1. Itaque quãuis in his diſtinctæ perſonæ ſint actoris,iudicis,& rei, aliquando tamen ob bonum publicum, & ne qua cui capitalis fiat iniuria, vel delicta maneant impunita,confunduntur. Nam iudex inquiſitionis etiam accuſatoris partes ſuſtinet. Chil. de inquiſit.in princip. nec conſideratur hic perſonarum diuerſitas, Socin. conſil.100.ſtatuto,num.21.volu. 4. & in alijs accuſationibus, quoties reo idonea aduocatio deeſt, non quidem rei ſed defenſoris partes ſuſcepit,ſicut ex prædictis liquet, accerrime enim veritatem inquirere hic debet,l.cuſtodia,ff. 12. eodem, & ſi opus eſt etiá a reo forte ſuſpicionibus onerato probationem exigere,l.vbi,antep.C.ad l.Corn.de falſ. quã ego de reo infamiæ ſuſpicionibuſque relicto interpretor. Nam alias hic etiam obtinere debet regula, Actore non probante reus abſoluitur,l.qui accuſare,4.C.de eden tanto magis, quod quiſque præſumatur bonus donec probetur malus,cap.vlt.ext de præſumpt. & ſatius ſit nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare,l.abſentem,§.ff.de pę. Sed an confeſſio rei hic pro probatione ſufficiat,videtur id quidem ex l.1.ff.de re iud.l.vni.C.eo quia confeſſio etiam in criminalibus inducit notorium,& tollit ineptitudinem proceſſus,ac modum agẽdi.Socin.conſ.108.nu.18. vol. 4. & quia comparantur etiam in materia delictorum apertiſſimæ probationes, ac cõfeſſio, l.qui ſententiam,16 C. de pęnis,ęquior tamen eſt ſententia, non ſufficere confeſſionem, niſi aliter conſtet delictum eſſe commiſſum,l.1.§.item illud,24.l.neceſſarios,§. non alias,vbi Bart.Alber.Rom.ff.ad Senatuſconſ.Syll & in Auth.ſed nouo iure C.de ſeru.fugit.l.qui ſeruum,20.vbi Bal.ff.de intert. act. Iaſ.l.error.7.Co.de iur.& fact.ign.Alex.conſ.19.li. 7. Mynſ. obſeru.85.cen.3.ideo in capitalibus ſententijs furtorum,cum quibus furt. non eſt deprehenſus, & de quibus non aliter quam ex eius confeſſione conſtat, adijci ſolet hæc clauſula.

Da

ADDITIO.

a *Ciuilis cauſa vtrum criminali poſſit concurrere, vide Concenatium,* 1.q.7.

Digitized by Google

Da nach gennomener er Kundigug ſich be finden verde, daſſ dermebrer theil ſolcher beKaner ſtucKe verlorem, &c. De quo vide Caſtron.in l. 1.§.interdum,5.ff.ſi pars hær. petatur, & Angel.in tract.maleſic.ad verbum,etiam veſtem,num.25. quamquam acerrima inquiſitione ſit hic opus,d.l.vbi, C.ad l. Corn.de falſ.l.vlt.C.de prob.d.l.cuſtodias,12.ff.eo. tamen ne reus diuturna cuſtodia affligatur,le.1.& tot.tit. Co.de cuſto. reor. celeriter examinatio facienda eſt, nec vltra biennium protrahi debet,l.properandum,13.in prin.C.de iudi.tot.tit. C.vt intra cert.tempus.Quin etiam leuia crimina ſine ſtrepitu iudicij audire,& diſcutere de plano proconſ. debet,l.leuia. 6. ff. de accuſ. quod idem receptum in oo?orijs, Bal. Salicet. DD.l.ea quidem,7.C.de accuſ. Fel.in ca. qualiter, 24. ext. de
11 accuſ. Quamquam & hic malim reo defenſionem non calumnioſam neque fruſtratoriam relinqui. *Hipp.* in pact.§. quoniam.nu.31. & 32. Hæc porro iudicia ad totius ciuitatis ſalutem comparata ſunt, § 1. hoc tit. vt innocentiæ præſidio ſint malis terrori,vt delicta puniantur,& alij exemplo commonefacti,ſimilibus flagitijs abſtineant, l. congruit,13. ff. de offic. præſid. Ideo poni ſolet in ſententijs, *zu Straff des vbels vnd anderen Zur abſchevv.*

12 Euentus eſt,vt reus conuictus,l.1.C.vbi cau.fiſc. l. qui ſententiam,16 l.cum reis,18.C. de pœnis,vel propria confeſſione vel idoneis probationibus,d.l.2.C.quorum appell. damnetur iudicis ſententia (qua ſemper in criminalibus etiam in cõfeſſum opus eſt,d.l.cum reis,18.l.ſeruo,13.d.l.qui ſententiã, C. de pœnis,l.1.& paſſim,ff.de pœnis,& de quæſtio.le.2. C. quot. appellat non recip. quanquam non ęque in ciuilibus, vt dixi ad tit.ff.de confeſſ.) damnatus pœnæ ſubdatur,l. cum reis,18. C. de pœn. quæ delicto ſit commenſurata,l. reſcriptum,6. ff. de his quibus vt indig. cũ ſimilibus & l. expreſſa, a qua iudex recedere non debet.l.aliud 131.§.1.ff.de verbor.ſign.c. oportet,10.Nou. 32. de iud niſi ex cauſa vel in ſententia expreſſa, vel ex actis apparente Mynſ.obſ. 30. cent. 1. per communem doctrinam in leg.quid ergo,13.§.pœna grauior,7 ff.de his qui not infam.l.etſi ſeuerior,13.C.eo.Rol.tract.de relaxa.Caſtr. cap.1.Paris de puteo tract.de ſyndicatu verb.pœna,latiſſimam Tiraquel. de pœnis,in prin.idque velociter,& abſque dilatione,l.5.ff.de cuſto. reor d.l.cum reis,18.Cod. de pœn.ac plurimum ſine ſpe prouocationis,l.2. C.quorum appel.l.conſtitutiones,16.ff.de appellatio.l.ſi qua,244.ff.de verb.ſign. quia legis beneficio indigni ſunt,qui in legem committunt,l.auxiliũ 37.de min.l 1 C vbi ſenator,vel clarit.Vſitatum eſt etiam reũ in criminalibus damnari in expẽſas,ſicut in ciuilibus, vt probat Iaſ.in l. properandum,13.§.ſiue,nu.21.C.de iud per eum tex.& l.vlt.C.de fru & lit.expenſ.cum alijs ab eo allegat,quãquam iſtis locis, qui capitis pœnas luunt, morte euocta perſoluunt,argumento,l.Diuus,7.ff.de iure patr.Bal.in Auth.ſed nouo iure,num.4.C.de ſeruis fugit.Nam mors omnia ſoluit, cap.deinceps,26.in princ.Nou.22.de nupt. nec vllæ expenſæ ab hæredibus exigi poſſint,ord.part.4.conſtit.22.vbi idem,& ad eos extenditur, qui in corpore caſtigantur. Non impleta vero accuſatione,reus abſoluatur,l. qui accuſare,4. Cod. de eden.ſic & nulla repeti poſſit,l.4.§.vlt.ff.ad leg Iul.de adul.& ſententia ius inter omnes faciat contra regulam,l.ſæpe,63.ff. de re iud.niſi præuaricatio conuincatur,l.3. ff. de præu. damnetur & calumniæ,pœniſque talionis iuſtiſſimus, leg. 1. quod quiſque iur.diſtringatur iniurioſus accuſatur,l.vlt.C.de cal.l. 1.& paſſim,ff ad S.C.Turp.l.vlt.in fi.C.vbi ſenatores,vel clariſſimi,quæ pœnæ in iure Saxon.ſunt extraordinariæ,Zobe. *Landr.*lib.2. artic. 8. præſertim ex noua,vt diximus principis conſtitutione,Old.par.vlt.c.42.

13 Affinia ſunt omnia iudicia pœnalia,tam ciuilia, de quibus ſupra,de obl.ex delict. cum tit.ſequ. quam extraordinaria,de quibus ff.de extraord.crim.cum multis tit. ſeq.

14 Contraria ſunt,mors partium,& tot.tit.C.ſi reus,vel acc.l. vlt.ff.ad l.Iul.maieſt. Itaque exiſtimo legendum in l. 3. ff. de publ.iud.Publica accuſatio reo, vel rea ante defunctis permittitur.Sic enim Græci locum hunc *Vlpiani* declarant,& eodẽ ordine collocant in hoc tit.Baſilicon,lib.60.tit.33. niſi manis cum Cuiacio, permittitur, interpretari, pro, remittitur, vt idem confirmat in præfat.Baſil.lib.60.Quęſtiones tamen pecuniariæ poſt mortem ſuperſunt,l.1.l.2.C.vbi accuſ.fiſc.l.vlt. § maieſt.Contraria item,exitus inſtantiæ,l.properandum,13. in princ. C. de iud. Præſcriptio actionis communiter vicennalis,l.querela,12.C.ad leg.Corn. de falſis,in quibuſdã quinquennalis,vt adulterio,& ſtupro,l.a de adul.peculatus,7.ff.ad l.Iul.pec.vel breuius,vt in l.vni.C. vt omnes iudices,quę etiã officio iudicis eodem tempore,ac modo præſcribit,Bald. d. l. querelam,Boer.deciſ.23.num.2.3.Socin.conſ.10. 3. ſuppoſito,num. 3. vol. 4. Pœnis canonicis exceptis,quæ non præſcribuntur,Crauet.de antiquit.temp.§.4.& alijs quibuſdam lege exceptis,vt apoſtaſiæ,l.2. C. de apoſtatis,ſuppoſiti partus,leg. qui falſum,19.§.1.ff.ad l.Corn.de falſ.Parricidij,l.vlt. ff. ad le. Pomp.de Parricidis,concuſſionis,l. 1. ff. de concuſſ. & hodie ex conſti.noſtri principis adulterij,& ſtupri, conſt.19. parte 4. Item ſtupri violenti,l.vim paſſam,39.§.vlt.ff.ad l.Iul.de adult. Raptus,l.8.§.vlt.ff. de vi publ.Inceſtus,d.l. vim paſſam,39.§. præſcriptione,§.Puto tamẽ hæc omnia, 30.vel certe 40.annis finiri,& præſcribi,per l.3.& 4.C.de præſc.gloſ.d.l. querela,in princ.C.ad leg.Corn de falſ. niſi quis pœnam parricidij putet excipiendam,ex Baſ.lib.60,cap.40.in fin. quod accipio de ijs, quæ præſcriptioni 20. annorum eximuntur. Nam in quibus breuior, vt quinquennalis præſcriptio tollitur, & putandum eſt generali regulę,d.l.querelæ,relinqui.Abolitio,qua iutamẽto reus eximitur,& aboletur accuſationis memoria,leg.ſi interueniente, 1..ff.ad S.C.Turpillian.quæ fit tripliciter,aut vt Cuia. vult,dupliciter,ad Paulum lib.5. tit.17. I. Ob publicam gratulationem,l.8.9 l.antepen.l.pen.ff.ad S.C.Turpill. II. Ex l.mortuo reo,vel accuſatore, vel iuſta cauſa,puta morbi,peregrinationis,&c.impedito,leg. 10. & 15. §. ſi propter,ad S.C. Turp.III.Priuatim actore, vel reo poſtulãte,d.l.10. quibus id cauſa cognita concedi à præſide ſolet,leg.1.§.abolitio,8.ff.ad S.C. Turp. In cauſæ autẽ cognitione verſatur,an altera pars aſſentiatur abolitioni,nec enim aduerſario inuito aboleri lis ſemel mota poteſt,l.vl.ff.ad S.C.Turp.ſicut nec in ciuilib.Authen.qui ſemel,C. Quom. & quando iudex,l. 4. vbi Iaſon & DD.C.de pact.cum in iudicijs quaſi contrahatur,l.3.§. idem, 8. ff. de pact. à contractu autem initio niſi mutuo vtriuſque contrahentis conſenſu recedi nequeat,l.ſicut, 5. C. de obl. & act.Ceterum, quia nec calumniatoribus indulgendum,to.ti. ff.& C.de calum.l.1.& paſſim,ff.ad S.C. Turp. illud quoq; in cognitione quæritur,num calumnioſe ſit accuſatio inſtituta, l.3. & 3.C.de abolitionibus. Cõtraria eſt etiam ineptitudo libelli Inn.& DD.c.examinata,15.ext.de iud.& l. 1. ff. de offic. aſſeſſor. puta omiſſio nominis eius, qui deliquit vel in quem delictum eſt.Fel.c.auditis,15. circa fin. extra,de præſcr. Item temporis,& loci,Bart.l.3.ff de accuſ.adeo vt & parte non opponente ex cauſa proceſſus reddatur nullus,ſecundum Bart. d. l. 3. ff. de accuſ.Gand.in practi.tit. qualiter fiant accuſationes,in fi.Iun.Hoſt.Ioan.And.in c.fi.de purgat.Can. Imola c. cum dilecti,ext.de empt. quod limita,niſi defectus in probationibus poſt ſuppleatur,arg.c.1.de homicid.libr.6. ita Socin. conſ.149. num.13.vol.1.Mynſing.obſer.32,cent.2.Contraria etiam nullitas ſententiæ,vt ſi iudex aliam pœnam decernat, quàm lex ipſa,nec ex ſententia, vel actis appareat iuſta eius rei cauſa,poteſt enim tunc proceſſus argui nullitatis, Bart. l. quid ergo,13.§.pœna grauior.7.ff.de his qui not. infa. Mynſi. d.obſer.30.in fin.cent.2.tanquam lata contra ius conſtitutionis,per expreſſum iuris errorem,l.1.ff.quæ ſent. ſine appel.l. cum prælatis,31.ff.de re iud.

---

§. Publica.

PRIMVM LÆSÆ MAIESTATIS crimen, & iudicium publicum.

1 *Maieſtas quid ſit.*
2 *Quotuplex.*
3 *In quem hoc delictum committatur.*
4 *Quomodo.*
5 *Quæ eius propria.*
6 *Quomodo puniantur: qui inferiores magiſtratus offendunt.*
7 *De pœna blaſphemantium.*
8 *Affinia.*

1 PRimum publicum iudicium eſt imminutæ a maieſtatis,
a quæ eſt magnitudo quædam imperij ſummi,Cic. in par. tit.orat.Eſt autem vel diuina,l.vlt.C.de fer.vel humana Cæ-
2 ſaris,leg. quiſquis,& paſſim, C. eodem,in quem populus ius & imperium ſuum tranſtulit,leg.1.ff.de conſtit.princip.cuius antea maieſtas hoc iudicio defendebatur,leg. 1. in princip.ff. eod.Magiſtratuum etiamſi maieſtas quædam eſt,leg.ſi familia,9. ff. de iuriſd. tamen eorum violatio non huc æquè pertinet,Guid.Pap.deciſ.418.Fab.& Iaſon,num. 107. in §. pœnales, 12. ſupra de action. Iaſon. leg. qui iuriſdictioni, 10. in princip. ff. de iuriſdict. Nam maieſtatis crimen illud eſt, quod

---

ADDITIO.

a *Quid? Qui maledicit principi,qua pœna tenetur? Vide Menoc. 2. de arbitr.iudic.caſu* 377.

Digitized by Google

quod aduerſus poſt Romam (non alterius ciuitatis,) Bart. l. 1. nu. 7. ff. ad leg. Iul. maieſt. niſi ſuperiorem non recognoſcat, vt Alex. ibi de quo Ang. & Ang. in tract. maleſ. verb. *che has tradito*, nu. 2. 5. 6. 7. & Ang. in §. publica, nu 1. hoc tit. vel ſecuritatem eius cõmittitur, l. 1. ff. eo. Paul. lib. 5. tit. 29. cuius ius quoniam in principem translatum eſt, §. ſed & quod principi, 6. ſup. de iure natur. gent. & ciuil. ideo in hunc ſolum crimen læſæ maieſtatis, nunc committi principaliter, & proprie, putatur d. l. quiſquis, & paſſim, C. eo. vbi Cyn. Bal. Salic. & DD. Bar. & alij, l. 1. cum ſeq. ff. eo. Secundario etiã in inferiores Cæſarem recognoſcentes, vt ſunt præfecti prætorio, & intimi principis conſiliarij, d. l. quiſquis, in princ. & ex aurea bulla Electores item ciuitates, non recognoſcentes ſuperioré, ſed in his omnibus excepto ſummo principe, DD. aiunt improprie cõmitti crimen læſæ maieſtatis, ſic vt ipſi tantũ, non eorum liberi puniantur Cyn. & Sal. d. l. quiſquis Bart. in conſt. qui ſint rebelles, med. ver. contra noſtrum honorem, & in conſt. ad reprimendũ, verbo rebellionibus, clem. paſtoralis, 2. in 8. notab. de ſent. & re iud. Ang. in l. 1. ff ad l. Iul. maieſt & in tract. maleſ. in verb. *che has tradito*, num. 2. 5. 6. 7. qui ſic etiam interpretatur Bar. in l. data, 11. Cod. de his qui in cauſa, in fi. cum ait in hos
4 iſtud crimen non committi Huiuſmodi nunc cõmittere putantur, qui pacem imperij, publicam turbant, & hoſtilia cõtra ſtatũ imperij, publicũm machinantur, l. vlt. ff. eo. Item ſeditioſi, qui in furcam tolluntur aut deportantur, l. ſi quis, 38. § 2. ff. de pen. ſ. contra principem, & rempub. Rom. ſeditioſi, Ang. in d. tr. maleſ. in verb. *che has tradito*, n. 2. Nam in alijs ciuitatib, qui arma parãt, vel turbant, magis de vi, quam maieſtatis tenentur, Bald. l. 1. nu. 7. ff. ad lege Iul. maieſt. Ang. hic in §. publica, nu. 1. & 2. Sed, & non recognoſcentes ſuperiorem, bellum mouendo non incidunt in hoc crimen, Bar. l. lex, 12. 3. nu 2. ff. eo. etiam ſi ab imperio aliquod feudum habeant, Angel. d. tr. verb. *che has tradito*, nu. 8. Euerchar. in locis legalibus, loco à
5 tanquã, ſeu reſpectiuis. Cęterum huius criminis conuictis pęna capitalis, præſtituta eſt, l. quiſquis 5. C. ad leg. Iul. maieſt. publicatis etiam bonis d. l. quiſquis, l. vlt. ff. eod. & damnata defuncti memoria, d. l. vlt. quod tamen vltimum videtur tãtum ad eos pertinere, qui hoſtilia contra rempublicam agitaſſe cõuicti ſunt: ſunt tranſeunt etiam infamiæ, & prohibitæ factionis teſtamẽti pęna in liberos, d. l. quiſquis quod iniuſtum eſt, l. ſancimus, 22. C. de pęnis, & tot. tit. C. ne filius pro patre, ac contra legem diuinam: *Filius nõ portabit iniquitatem patris.* Quamobrem nec ſeruari vnquam vidi, ſed tantum vſurpari pœnam gladij, aut in grauioribus diſſecationem diſtractionemve membrorum, cum publicatione honorum, vnde tamen liberis legitima debetur, l. quiſquis, l. vlt. ff de bon. damnat. quæ nullo patris facto liberis auferri poteſt, l. quoniã, 32. & Auth nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. Omnia vero bona illis reliquuntur, quoties contra inferiorem à principe commiſſum eſt, Cyn. Salic. in d. l quiſquis, C. eod. cum ſup. alleg.

6 Cæterum inferiorem qui dignitatem violant, pęna arbitraria tenentur, Iaſ. l. 1. §. quod prætor, nu 12. ff. ne quis eum, qui in ius voc. & §. pęnales, 12. nu. 107 ſup. de act. & l. qui iuriſdictioni, 10 ff. de iuriſdict. Guid. Pap. deciſ. 408.

7 An in diuinam maieſtatem commiſſa vt blaſphemię, capitale puniuntur. §. vlt. in Nouel. 77. vt non luxur. ord. Imper. c. 106. vel præciſione linguæ, Boer. d. dec. 301. Couar. c. quamuis, 2. §. 7. nu. 11. de pact. in 6. aliave pęna arbitraria Boniſ. in pract. crim. de pęnis blaſph. nu. 2. Lucas de pęna, l. omne, 5. C. de dilat. lib. 10. Præciſione linguæ etiam in principis noua conſtitutio in blaſphemos animaduertit: arbitraria carceris, multæ, vel relegationis in temere iurãtes, & execrantes. ord.
8 part. 4. conſtit. 1. In æternam vtique Trinitatem commiſſa huic crimini, proxima cenſeri oſtendit, l. 1. in princ. ff. eod. vbi iſtud proximum eſſe ſacrilegio prohibetur. Affine etiam huic delicto eſt prodere patriam, vel aliquid in eam moliri, quod non incidit in hoc crimen, niſi fiat eo animo, vt principi auferatur Ang. d. tract. verb. *che has tradito*, nu. 2. & Ang. nu. 7. & 8. vbi nu. 4. reprobat gl. in l. fallaciter, 3. C. de abolit. illa crimina confundentem, cum textus aperte diſtinguat.

ADDITIO.

a *Cæterum, vt grauiſſimum eſt omnium peccatorum hereſis, itẽ grauiſſimo omnium ſupplicio punienda eſt. Nam (vt optimè dicitur in l. Gazaros, C. de hereticis, & Manichæis,) longe grauius eſt æternam quam temporalem offendere Maieſtatem. Quod ſi falſarij monetæ iuſtè omnium bonorum ſuorum dominio priuantur, multo iuſtius eſt, vt ſimili, & adeo grauiori pena feriantur, heretici qui multo peiores illis ſunt falſarij. Heretici enim falſa & erronea dogmata pro veris diſſeminent, & ſacram Scripturam ad falſum, & à Dei ſpiritu longe alienũ ſenſum detorquent. Porro lege Diuina olim præceptũ fuit. Exo. 24. blaſphemum hominem extra caſtra educi, & ab vniuerſo populo lapidari. Quare multo magis hæreticus eſt iuſtè occidendus, quoniam multe grauius peccatum eſt hæreſis, quam blaſphemia. Quare Felix Papa, & martyr in Epiſtola ad Paternũ Epiſcopum ait. Hæreſis quippe eſt nimis impia, & Euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundamenta conuellere. Quoſcumque enim rapit ad ſe, non ſolum in hoc vitium, ſed in multa alia vitia ruere facit, & ipſe ſuadente antiquo hoſte, non ſolum perſecutores Eccleſiæ, ſed etiam Sacerdotum eius fiunt.*

§. Item lex Iulia de adulterijs.

a IL DE a ADVLTERIO.

1 *Quid ſit.*
2 *Quæ eius pœna.*
3 *De reliquarum libidinum pœnis.*

1 SEcundum in pęnis, & iudicij publicis locum obtinet adulterium, c. quid in omnib. 16. cau. 32. q. 7. Adulterium dictũ quaſi adulterium nimirum acceſſus c. lex illa, 2. cau. 36. q. 1. & agglutinato authore Feſto, vel quaſi alterius partus, vt dicitur l. 7. §. 1. ff. eod. eſt enim proprie violatio thori alieni, d. c. lex illa, cap. non mœchaberis, 15. cauſ. 32. q. 5. ſeu aliene matrisfamilias corruptio, l. fugitiuus, 225. ff. de ver. ſig. ſed, & alibi qualiſcumq; coitus illicitus contra legem ſui vel alieni coniugij perpetratus, adulterij nomine, pęnaq; continetur. Cum nec decalogus diſtinguat. *Non mœchaberis.* Sed hoc argumentũ infirmum eſt. Sic enim omnia in decalogum peccata capite puniti pars eſſet, nec quiſquam talem pęnam vis effugere poſſet. Et cur vere non blaſemphiæ ac execrationes non epicureiſmus, non contumaci in parentes, non calumniæ, mendacia, obtrectationes in proximum, quæ nũc pro obnoxio ſunt, æquè vindicantur? Eſt igitur lex ſeuera excedens, nedum ciuilem, ſed & Moſaicam, quę definitiua adulterium, & morte punit, quoties vir dormit cum coniuge alterius, Deut. 22. Leuit. 20. Ezech. 18. & his nouiſſimis temporis difficile futurum eſt abſque multo ſanguine, aut ſine mitigatione hac indiſtinctæ ſeueritatem retinere. Sed tamen ita ſcripta eſt, vt dicitur, l. proſpexit, 12. ff. quis, & à quibus. Num ob delicti frequentiam? At hac ratione pęnas omnium delictorum intendas licet, quid enim illis nunc vulgatius?

2 Cæterum adulterij pęna *b* eſt gladius l. quamuis 30. C. eo.
b in vtroque ſexu ex l. diuina, Deuter. 22. Leuit. 20. Ezech. 18. &
c principis conſtitutiones, par. 4. conſt. 19. vna cum *c* dotis, vel donationis propter nuptias amiſſione l. conſenſu 8. §. vlt. leg. vlt. C. de repud. c. quia vero, 8. in Nou. 117. vt licet matri, & auiæ, c. ſi quando, 10. Nou. 134. vt nulli iud. & nouiſſ. ord. p. 4. conſtit. 21. cuius generalitate quidam nobilitatem, & ſimiles perſonas in dignitate conſtitutas excipiunt, Bart. l. ſi quis viduam, 5. ff. de quæſt. Tiraq. de nobilitate, cap. 10. nu. 108. cum multis ibi allegat. item ſi coniuges ſibi inuicem condent, iuxta diſtinctionem tamen de conſtit. 19. quomodo, & alias partibus læſis reconciliatis, pęna publica mitigari ſolet, Iaſ. in leg. tranſigere, 18. nu. 3. C. de tranſact. per l. Imperatores, 34. ff. de iure fiſc. eandem pęnam ſuſtinent, qui nefandam contra naturam ſui ſexus libidinem exercent, vt hic dicitur, & leg. cum vir, 31 C. eodem, & Leuit. 20. Deut. 22. aut lenocinium cum vxoribus, & liberis, p. 4. conſt. 29. de quo vid. in Nou. 14. de lenonib. vbi gl. verb. nouiſſima, l. mariti, 29. §. quęſtũ 4. eo. Ang. in dict. tract. verb. *che has adulterato*, num. 69. Item qui binas nuncias contrahunt, l. eum qui duas, 18. C. eo. ordin. Imper. c. 121. & principis noſtri conſt. p. 4. c. 20. Licet iure ciuili mitius ſoleant puniri, cum ſi ſolutam ſuper inducant ſtuprũ, potius, quam adulteriũ comitatur, Ang. in d. tr. verb. *che has adulterato*, num. 65. Sal. Bald. d. l. eum qui duas, Alex. conſ. 165. Viſis Vol. 7. Roma ſing. 537. Sed quoniam cum ſoluta quoq; is, qui in coniugio eſt adulterium cõmittit ſui reſpectu thori ex ordina-

ADDITIONES.

a *De adulterij variarum generum pœnis, vide Menoch. 2. de arbitr. iud. caſu 419.*
b *De pęna adulterij vide Paponium 2. Arreſt. 9. Clar. lib. 5. Sentent. § adulterium verſic. ſed quæro.*
c *Dictum eſt ea de re ſup. tit. de nuptijs, par. 4.*

Digitized by Google

dinationibus, vt anteà diximus, idcirco fortaſſis hęc pęna iſto
caſu quoque placuit, d conſtit. pro 20. par 4. relatione ad ordi
nationes imperij facta: quæ tamen eiuſmodi pęnam non ex-
primit. d. ord. 131. ſed adulterij pęnam arbitraria habet, d. ord.
120. & 121. Eadem pęnam animaduertitur in eos, qui inceſtū
a *a* cum aſcendentibus, vel deſcendentibus committunt ord. p.
4. conſt. 12. de quo Ang. in d. tract. præall. loco nu. 66. nam in
collateralibus fuſtigatio placet, l. vlt. ff. de ritu nupt. Leuit. cap.
20. Deut. 22. niſi ætas, vel aliæ circunſtantię pęnam mitigent,
d. conſt. 22. 23. & 24. Itaque quod in c. lex illa, 2. cauſ. 36. q. 1.
inceſtus definitur eſſe conſanguineorum, vel affinium abu-
ſus, ex ſupradictis prudenter diſtinguendum eſt, ſaltem quod
ad pęnam ciuilem, & capitalem attinet.
5 Mulier ſoluta contaminans ſe cum coniugato, adulterij
tenetur, & quia huius opera thorus alterius conſpurcatur, ex
noua principis conſtitutione cum fuſtigatione relegatur, d.
conſtit. 19. Reliqua quæ huc pertinent, abunde retulimus ad
tit. ff. ad l. Iul. de adult. vnde qui volet petat. & hoc crimine
vti, & ab omni Dei offenſa ſi ſapit, abſtineat. Scortatores enim
& adulteros iudicabit Deus Heb. 13. 2. Neque regni Dei hæ-
reditatem poſſidebunt, 1. Cor. 6. & 9.

ADDITIO.

a *De pęna contrahentium inceſtas, & nefarias nuptias, adde
quæ ſuperius ſunt tradita titulo de nupt. par. 3. adde l. ſi adul-
terium cum inceſtu ff de adult. l. vlt. ff. de ritu nupt.*

Verſ. ſed eadem.

a III. DE *a* STVPRO.

1 *Differentia ſtupri, & adulterij.*
2 *Pœna ſtupri violenti, & non violenti.*
3 *Pœna lenocinij.*

EAdem l. Iulia, cuius pęna tantum erat relegatio, l. ſi quis
viduam, 5. ff. de quęſt. l. 5. ff. de diuor. ſtuprum quoque
non violentum coercuit, quod ex hoc verſ. licet diſcere.
1 Adulterium in nuptas ſtuprum in innuptas virginem vi-
duamve committitur, l. 6. §. 1. l ſtuprum, 34. ff. ad l. Iul. de adul.
& in hoc §. Angel. in d. tract. malef. verb. *che has adulterato*,
Stuprum proprie virginum eſt illicita defloratio, vt dicitur in
d. c. lex illa, 2 cauſ. 36. q. 1. quamquam, & ad viduam alias ho-
neſtam porrigatur, d. l. 6. §. 1. Cæterum in inhoneſtas, non cō-
mittitur ſtuprum, l. quæ adulterium, 29. C. de adult. ſicut, nec
adulterium d. l. quæ adulterium in fi. l. ſi ea, 22. C. eod. tit. vbi
verba illa, vel ſtupri, &c. capienda ſunt de ſimplici ſcortatio-
ne, qualis eſſe iudicatur coitus, qui cum talibus initur, d. c. lex
illa, 2. cauſ. 36. q. 1 qua de re vide hic Io. de Plat.
2 Pęnam autem irrogat ea lex (interpollata fortaſſe) ſtupra-
toribus ſi honeſti ſint publicationem partis dimidię bonorū,
ſin humiles, corporis coercitionem cum relegationem, ſed
diſertè hic inquit text. hoc obtinere cum quis ſine vi vitium
virgini, viduæve obtulit. Nam violentum perfectum capite
punitur imperfectum deportatione, l. 1. in fi. ff. de extraordin.
crimin. Et ſi enim vim publicam committit, qui per vim ſtu-
prum infert, vt dicitur, l. mariti, 29. §. fi. ff. ad l. Iul. adult. leg. 3.
in fin. ff. de vi publ. tamen nihilominus grauius, puniri poteſt
ſicut raptus, l. 5. §. vlt. ff. de vi publ. cum ad vim publicam hic
aliud crimen accedat nempe ſtuprū, & alienæ pudicitiæ, qua
virginibus nihil precioſius, violatio. Intelligitur autem eſſe
violentum, quod impuberes nō committitur, etiamſi vis ab-
ſit, cum perſuaſio hic pro coactione ſufficiat, d. l. 1. §. vlt. ff. de
extraord. crim. Ang in *§. che has adulterato*, nu. 56. Boſſius de
coitu, n. 67. de quo tamen, Carrer. in pract. ea. de ſtupro, varie
diſputat, & in l. ſi quis, 38. *§.* qui nondum, 3. ff. de pęn. Stuprū
nondum viri potenti illatum, metallo, vel deportatione tan-
tum coercetur, vt videatur improprie ſtuprum violētum eſ-
ſe, proindeque mitius puniendum, quod ordinario principis
noſtri comprobat, part. 4. ord. 31. vbi tantum fuſtigatio (quæ
loco deportationis apud Saxon. recepta eſt huic) ſtupratori
præſtituitur Non obſtat, l. 1. ff. de extraord. crimin. Non enim
de ſimplici ſtupro loquitur, ſed illo cui raptus quidam impli-
catus eſt, ſcilicet cum abducto corruptove cuſtode ſtuprum
puero puella vel illatum eſt, & vt maximè Paulus perſuaſio-
nē pueritiæ adhibitam pro vi habuerit, in d. l. 1. ſicut in l. 1. §. 1.
ff. de ſeruo corrupto dicitur, plus eſſe perſuadere, quam com-
pellere: tamē nec ratio illud ſimpliciter admittit, nec ſequitur
cōſuetudo. Vis enim, & iniuria volenti perſuaſoque propriæ
non inferuntur, l. 1. §. vſq; adeo, ff. de iniur. cum ſimilib. Cęte-
rum ſtupri reuera violenti pęna capitalis, eſt ord. Imper. c. 119.
Iure Saxo. lib. 2. art. 13. lib. 3. art. 46. Nam iure ciuili ea res cō-
trouerſa eſt, ex l. 3. ff. de vi pub. vt dixi, ff. de adul. ac noua prin
cipis leg. p. 4. conſt. 30. qua ſtuprum violentum capite ex dict.
art. 46. lib. 3. d. art. 13. lib. 2. non violentum pęna punitur. Attica,
& Canonica, c. 1. de adult. vt ducat aut dotet, item carce-
ribus, p. 4. conſt. 27. niſi circunſtantiæ delictum aggrauent, d.
conſt. 27. in fi. vt cum aliqua ſimilitudo violentię ineſt. Veluti
ſi commentarienſis, carceratæ ſtuprum inferat, ord. p. 4. cōſt.
25. de quo Ang Boſſ. & alij in pract. crimin. aut alios, quiuis
virgini fatuæ, vel furioſæ, p. 4 conſt. 26. aut, vt ſup. dictum eſt
3 impuberi p. 4. conſt. 31. Tales enim vt ibi ſancitur, cum fuſti-
gatione exterminantur, quemadmodum, & lenociniū exer-
centes par. 4. conſt. 29. aut cum aliorum nora. ſcortationibus
indulgentes, p. 4. conſt. 28. quæ alias carcere pecunia, vel re-
legatione coercentur iuxta diſtinct. d. conſt. 28.

ADDITIO.

a *De pęna ſtuprantis ſeruum liberum, virginem, dictum ſupr. §.
in duplum, cap de ſeruo corrupto, ſup. tit. de actionibus.*

§. Item lex Cornelia.

IV. DE HOMICIDIO.

1 *Quid ſit proprie homicidium.*
2 *Quatenus error vel culpa excuſet.*
3 *An homicidio, non conſummato, pęna legalis corneliæ locum
habeat.*

1 LEx Cornelia de ſicarijs homicidas *a* vltore ferre perſe-
a quitur, ſ. doli mali conuictos, l in lege, 4. ff add. l. Corne.
de ſicar. qui in factis illicitis præſumitur. l. 3. C. vnde vi i. ſi nō
2 conuicijs, Cod. de iniur. Adeò, vt error perſonæ non excuſet,
ord. p. 4. conſt. 6. quod ſecus erit, ſi data ſit opera rei licitæ, aut
certè non equæ prohibitę, vt ſi quis petens canem, aut proie-
cto baculo incitare volens iumētum, percutiat, & interficiat
puerum, aut alium imprudēter atractum, vt memini iudicari
de quo Iaſ l. 1. nu. 17. & 18. ff. legibus circa fin. & l. ſi per erro-
rem, 15. nu. 17. ff. de iuriſd. Sed etſi data ſit opera rei illicitæ,
tamen putauerim ob errorem pœnam eſſe mitigandam, vt ſi
volens ferire Titium, Seium interficiat. Quamquā enim do-
lus eſt in genere, non tamen in ſpecie, imò circa percuſſio-
nem tantum dolus eſt, non in cæde, inde cuius pęna quæri-
tur, Nec obſtat l. ſcientiam, 45. § 2. ff. ad l. Aquil. nam in l. A-
quilia talis error non excluſa, d. l. ſcientiam, §. 2. quia in culpa
hæret, quæ ſola ad pęnam eius legis vt porè pecuniariam ſuf-
ficit, l. ſi. putator, 31. l. 4. 5. & paſſim, ff ad Aquil. non etiam ad
3 pęnam l. Corn. quæ vt in animaduerſione capitali, d. l. in lege,
quare humanius eſt hic pęnam mitigari, vt concludit Angel.
contra Bart. in l. reſpiciendum, 11. *§.* delinquitur, ff. de pęnis, &
l. ſi cum ſeruo 4. per illum tex. ff. de iniur. cuius ſententiā con-
firmat Iaſ. d. l. 1. num. 18. ff de legibus ſubdens, per theoricam,
Bal. d. *§.* delinquitur, iudices in magnum diſcrimen conijci,
Quemadmodum & illi pęna mitigatur, qui nondum inculpa-
te tutelæ exceſſit, Iaſ. d. l. 1. DD. l. 1. C. vnde vi, ord. p. 4. conſt. 8.
aut prouocatus eſt, DD. l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadr. pauper.
fec. dica. l. is qui agreſſorem, 2. C. ad l. Corn. de ſicar. ordin. p.
4. conſt. 10. qui tamen, quando relegantur, aut mitius puniū-
tur, etiam Vvergeldum Saxonicum debent, ſin verò grauius,
non item ord. p. 4. conſt. 11.
Legis Corneliæ pęna etiam ij tenentur, qui hominis occi-
dendi cauſa cum telo ambulant, vt hic dicitur, & in d. l. is qui
Cod. ad l. Corn. de ſicar. ac idem oſtendit Cic. pro Rabirio, ex
ratione leg. Diuus, 14. ff. ad l Cornel. de ſicar. ſicut & l. Iulia
de vi, tenetur qui vi a cauſa, cum telo eſt in publico, l. 3. ff. de vi
publica. Cæterum, hoc lege Cornelia, conſtitutum fuit, leg.
b 1. ff. ad l. Corn. de ſicar. cuius *b* pęna tantum erat deportatio,
& omnium bonorum ademptio in liberis, l. 3. §. legis, 5. ff. eo.
vltimum autem ſupplicium dūtaxat in ſeruis, §. item lex Cor
nelia

ADDITIONES.

a *Non modo eos qui alios interficiunt, ſed, & qui ſe. De quibus
vide quæ relata ſunt in cap. religioſum ſup. de rerum diuiſ.*
b *Homicidium quando pęna ordinaria vel extraordinaria pu-
niendum, vide Gail. 2. obſeru. 110. Homicidiū à pluribus com-
miſſum quomodo puniendum, vide ibi c. 109. Vulneratus ſit ex
vulnere moriatur, vtrum ex vulnere mortuus cenſeatur, ibid.
c. 101. De homicidij pęna adde Clar. 5. Senten. § homicidium.*

Digitized by Google

nelia, de falſis, ver. quod etiam in lege de ſicarij. & veneficijs hoc titulo. At quia ex diuina lege Gen. 9. & paſſim io legibus Moyſis homicidiæ gladio, & capite puniri apud Chriſtianos cęperunt, d. l. 3. §. 5. Idcirco in propoſito, vel etiam aggreſſione, non ſecuto euentus, hęc pęna nimis dura viſa & generali conſuetudine abolita eſt. Specu. de accuſa. §. 1. num. 7. Bald. & Cyn. io l. is qui cum telo, 7. C ad l. Corn. de ſicar. quam eſſe debere relegationem, aut ad ſummum manus amputationem probaui, ff. ad l. Corn. de ſica. nu. 17. 18. & confirmatur in oouiſſimis ordinationibus, quibus prouocantes relegatione, aut ſimili duntaxat pęna coercentur, par. 4. conſt. 8. Sicut, & inſidiantes, par. 4. conſtitur. 13. extra tamen inſidias latrocinij, vel graſſationis, aut boſtilitatis nam tales gladio puniuntur, d. cōſtit. 13. ſicut graſſatores cum latrocinio tota. *Landr.* lib. 2. art. 13. 14. quod congruit, l. capitalium, 28. §. graſſatores, 10. ff de pęnis, ſine latrocinio prædātes gladio, d. ar. 13. vbi gl. quemadmodum, & diffidantes, par. 4. conſtit. 14. eum ſeq. eadem rotæ pęna crucientur, qui tempore peſtis lethaliter decumbentes interficiunt, & expoliant gladio, qui tantum interficiunt, arbitrariæ, qui duntaxat deſerunt, aut ſpoliant, par. 4. conſt. 5.

Verſ. Eadem.

V. DE VENEFICO.

1 *Quinam ſint venefici* 4 *Pęna veneficij non conſumati.*
2 *Pœna eorum.* 5 *Pœna prata venenantium.*
3 *Pœna abigētis partum.* 6 *Pęna magorum, & incantatricum.*

1 EAdem lege, & venefici capite damnaotur, ſerui vltimo ſupplicio, liberi deportatione, §. item lex Cornelia, de falſ. verſ. quod etiam, infra hoc titul. ex ratione, l. 1. C. de malefic. ſiue veneno, quod nomen indicat hominem occiderint, ſiue mala medicamenta publicè vendiderint, vel etiam hominis necandi cauſa babuerint, l. 3. in princip. ff. ad l. Cornel. de ſic. ſiue, vt hic additur artibus odioſis, puta ſuſurris magicis, idem effecerint, d. l. 3. ad l. Cor. de ſicar l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. C. de maleſ.

2 Vbi diſtinguitur vtrum damnom magnum, vt homicidium inde factum ſit, quo caſu capitale eſt ſcelus, an verò non quod leuius punitur, idque ſequuntur ordinationes Imperij, c. 109. maximè, quia, vt ſopra dictum eſt illa l. Corn. ſeueritas mitigatur, quoties euentus homicidij propoſitum non eſt conſecutus. Sed in noſtri principis ſtatutis hæc Paulò copioſius diſtincta ſunt.

3 Et enim quamuis iure noſtro abigentes partum exilio, hoc eſt, vt interpretantur alibi leges, leg. 5. & paſſim, ff. de interdictis, deportatione ſolum plectantur, l. ſi mulierem, 8 ff. ad leg. Cornel. de ſicar. leg 4. ff. de extraor. crim. ſeu, vt alibi dicitur, omiſſa parte bonorum in inſulam relegetur, l. ſi quis. 38. §. qui abortionis, 5. ff. de pęnis, & de qoadraginta diebus gloſſ. noo nihil ſomniet, in d. le. 4. tamen ex nouis conſtitut. ſi poſt dimidium vterum gerentium, tempus partus abigatur, capitale eſt, tam danti, quam ſuſcipienti pharmaeum.

4 Siot autem ante illud tempus datum fuerit, vel partui pharmacum lethale non extiterit, fuſtigatione, aut relegatione, caſtigantur, part. 4. art. 4. eademque pęna tenebit eos qui mala medicamenta vendunt, vel necandi hominis cauſa habent, euentu, hoc eſt homicidio nullo ſecuto. Nam quamuis, & hęc lex Cornelia pari lance ponderet, l. 3. ff. ad l. Corn. de ſica. tamen ſupra poſui hac in parte legi Cornel. derogatum eſſe per generalem conſuetudinem, quæ conſilium, aut præparamenta homicidij non ęque punit capitis ſupplicio, atq; cædem ipſam Cyn. Salic. & Doct. d. l. is, qui cum telo, Cod. ad l. Cornel. de ſicar.

5 Qui prata venenaot, damno ſecuto, flammis ex iure Saxo. concremantur, ord. Imp. c. 109, par. 4. conſtit. 18 vt iure communi aggerum perfoſſo res l. vnica, C. de Nil. agg. non ſecando, fuſtigatione, aut alias arbitrarie, plectuntur, ad conſtit. 18.

6 Qui rem, & pacta cum diabolis conſtituta babent pariter
a ignibus abſumuntur, par. 4. conſtitur. a. Qui vero abſque tali à coniuratione magicis artibus damnum cuiuſcumque modi faciunt, ex criſtallo ſimilibuſque ariolantur, gladio feriuntur, par. 4. conſt. 2. in fin. quod coogruit legi Moſaicæ, Deut. 18. & 22. Leuit. 20. Etiamſi in his iure communi, & Cæſareo aliter diſtinguatur, l. item apud 15. §. ſi quis Aſtrologus, 13. ff. de io iur. l. 2. 3. & 4. & paſſim, Cod. de malef. & ord. Imp. c. 109.

ADDITIO.

a *De ſortilegis adde Menoch. 2. de arbit. iud. caſu* 388.

§. Alia deinde lex.

VI. DE PARICIDIO.

1 *Qui teneantur crimine parricidij.*
2 *Pęna eius.*
3 *Pęnam parricidij non obtinere extra aſcendentes, & deſcendentes.*
4 *Conſcij, & auxiliatores qualiter puniendi.*

1 ALia deinde lex tetertimus crimen noua pęna perſequitur, quæ pompeia de parricidis vocatur, qua cauetur, vt ſi quis pareotum, aut liberorum mortem perpetrauerit, ſeu vt alij Codices habent, præparauerit (nam & conſcij etiam extranei eadem pęna afficiuntur, l. vtrum, 6. ff. eod. & qui venenum pręparauerunt, aut emerunt, quamuis date non potuerint, leg. 1. io ſi. cum l. ſeq. ff. eod.) nec non is, cuius id dolo malo facto eſt, vel qui conſcius criminis exiſtit, licet extranees ſit pęna parricidij puniatur, & neque gladio, neque ignibus denique nulli alij pęnę ſimili ſubijciatur, ſed virgis ſanguineis cæſus, l. pen. ff eod. inſutus culeo, cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & ſimia. & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, vel in vicinum mare, vel amnem proijciatur, vt omnium elementorum vſu viuus carere incipiat, qui vitæ datori vitā eripuit, & ei cęlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur, vt hic dicitur, & l. pen. ff. eod. vbi tamen hęc pęna ex more maiorum ducitur non ex lege Pompeia: nam hæc pęnam eandem, quā lex Cornel. de ſicar. videtur præſtitiſſe, l. 1. ff. eod. præſertim cum conſter Cornelium Syllam non tantum de falſo, & ſicarijs, verum etiam de parricidio quæſtiones publicas conſtituiſſe, leg. 2. §. capta, 32. ff. de orig. iur. & Plutar. io lib. de amore fraterno, Cic. in orat. pro S. Roſ. vbi lucu'entiſſimè rationes huius animaduerſionis enucleatur non ad l. Pompeiam, ſed maiorum inſtituta pęnam hac ſingularem referunt, vt liceat exiſtimare, ſicut ſup. de leg. Iulia, ſic hic de Pompeia agi interpolata, non qualis ſcilicet primum lata eſt, ſed cuiuſmodi tempore Iuſtiniani in vſu habeatur. Sanè quòd eodem hic loco etiam illi putantur eodem ſcelere, & ſupplici comprehendi, qui affinem aliquem parentis nomine complexum vt vitricum, nouercam, ſuſtulerint, aut vitæ, eius inſidiati ſint, vel eius rei conſcij licet extranei fuerint, profecto nimis durum eſt, nec ſequendum, cum ſupra demonſtratum ſit generali conſuetudioe delictū non conſummatum ordinaria pęna non puniri, vt maximè hic Accurſ. & DD. contra affirmēt. Non enim illi vere parentes ſunt, l. 4. vbi DD. ff. de io ius vocand. & in atrociſſ. iſtis pęnis extra proprietatem verborum extenſio fieri nō debet, nec moueor hoc textu, qui corruptus eſt, & in quo pro voce affinitatis, reponendum eſt, & affectionis, vt Theophilus interpretatur, & fons, vnde hic riuus deriuatus eſt, oſtendit. Eſt. o. text. hic ad litteram deſumptus ex l. vnica, C. de his qui par. occider. vt collatio docet, vbi ſic legitur. Si quis io parentis, aut filij, aut filiæ, aut omnino affectionis eius, quæ ouncupatione parricidij continetur, &c. quæ lectio confirmatur C. Theodoſ. li. 9. tit. 15. cuiuſmodi verò tantum ſunt, ex leg. Pompeia, & more maiorum aſcendentes, le. pe. §. qui alias, ff. eodem quorum, qui aliquem occiderit, verè parricida eſt vt nomen indicat, hoc ſolum ſcelus parricidi, ſeu patricidij, aut parrencidij continetur, quod etiam ſolum more maiorum illo ſingulari ſupplicio vindicatum fuit, d. le. pen. ff. eod. Hoc conſtitutionibus productum eſt poſt ad filios, leg. vnica, C. de his qui par. vel liber occid. In quibus tamen parētibus, plus iuris, & ideò pęna mitior ſtatui debebat, l. Diuus, ff. eodem. Quocirca pęna gladij, vel ſimilis ord. Imper. rectius ſancitur, conſt. 131. cum ſeq. vbi etiam in demerſione mulierum parridarum nulla fit ferarum mentio ideoque pęne illa ethnica, & barbara, ac diſperationis pęna plenitus ex finibus Reipub. Chriſtianæ remoueri debebat, quamuis cooſt. part. 4. propè ſeuerior hic ſit quam imperij.

Item cum more maiorum tantummodo vſitatum eſſet in mare conſutos proijci, d. leg. pen. Cic. pro S Roſcio ex conſtitutione Hadriani cęperunt beſtijs obijci, vbi mare non eſſet, d. l. pen. poſt etiam in amnem, & profluentem aquam, ſecundum regionis, qualitatem, d. l. vnica, C. eod. aut etiam ignibus comburi, vt oſtenditur Βασιλικῶν, lib. 60. titul. 40 & fortaſſis illud de animalibus non eſt ex more maiorum, ſed conſtitutionibus, d. l. vnica, C. de his qui parem occid. alioqui Cic. qui tam multis pro S. Roſc. hanc pęnam exaſperat, & amplificat non prætermiſiſſet, niſi conſuetudo fortè poſt Ciceroois ętatem ob frequentiam, conſentaneum eſt, delicti, hac atrocitat illam exacerbauit. Cęterum ad vitricum, vxorem, virum, patruum, priuignam, & ſimiles extenſam hāc vnquam fuiſſe

Digitized by Google

pęnam nuſquam inuenio, lege quidem Pompeia continentur, leg. 1. ff. eo. Sicut, & ſobrinus, l. 3. ff. eo. & ex ſententia legis nouerca, & ſponſa, l. 3. l. 4. ff. eod. ſed quæ tantum coercitionē ſicariorum, irrogaret, vt diſertæ ſcribitur, in d. l. 1. ff. eod. & d. l. pe. §. qui alias perſonas occiderint, præter patrem, & matrē, auum, & auiam, quos more maiorum puniri diximus, capitis pœna plectentur. Quamobrem, gl. hic ad ver. continetur, quã ſequuntur DD. vitioſi textus argumento, vitioſè, duriterque nimis hanc pęnam ad fratres affineſque porrigit. Nec memini horum interfectores durius quam gladio puniri addito tamen aliquo, quo ſignificetur eos plus alijs homicidis deliquiſſe. Nam aut proſtrati trahuntur ad locum ſupplicij, conſtitut. 3. part. 4. in fine, quod nos in noſtra iuriſdictione ſequimur, aut poſt ceruices abſciſſas rotæ imponuntur, quod alibi ſeruatum memini eodemque inclinat principis noſtri conſtitutio, qua hoc ſupplicium tantum ad aſcendentium, & deſcendentium, item coniugum necem reſtrictum eſt reliquis pœna gladij præſtituta, part. 4. conſt. 3. quam etiam ex leg. Pompeia obtinuiſſe crediderim in ijs, qui delictum perficere non potuerunt, l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. eo. aut qui eius fuere conſcij, l. vtrum, 6. ff. eo. vbi ſecundum ſubiectam materiam pœnam parricidij accipio de communi, & vſitata, l. Pompeia, d. l. 1. & non de inuſitata, & ſingularis maiorum, de qua in l. penult. cum hic diſertè dicatur: cęteros qui parentes non occiderint, non ea pęna, ſed capite plecti, vt qui non occiderint, ſed conſcij tantum fuerint, vel aliquid machinati ſint illa pęna non comprehenſos fuiſſe putandum ſit, quod & ſenſus dictat cõmunis, cum in his ceſſent rationes illius pęne, de quibus Cic. in orat. pro Sex. Roſc.

4 Itaque inſcite noſtri terribile hanc anima aduerſionem ad conſcios etiam extraneos hic producunt contra l. Pompeiam amplianteſ eò, vſque l. vni. C. de his qui parent, quæ tamen de his nec verbum quidem facit vllum amplius dico non eſſe dubium, quin iſtud inductum fuerit ad legis Corneliæ ſimilitudinem, l. 1. ff. eodem, quæ ſicut diximus animum interficiendi ſe telo præparantem pæreque ac homicidium conſummatum punit. Cęterum cum hoc in le. Cornelia antiquatum ſit generali conſuetudine, videri poteſt etiam in l. Pompeia, non amplius eſſe ſequendum, niſi parricidium ſit ſecutum, & opera huic adminiſtrata Nã iure præſertim Sax. adiutores, & authores maleficij pari pęna plectuntur, articu. 13. lib. 2. quod in atrocioribus non eſt inuſitatum, l. vni. vbi Sal nu. 24. Cod. de rapt. virg. Barto. l. cuiuſque, 4. num. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. Ang. in pract. crim. verb. & Semproniun, num. 20. 22. cum ſeq. Clar. lib. 5. Sent. §. 5. qu. 90. ſed accipiendum id euentu, vt dixi ſecuto maximè iure Saxon quo nunquam inchoatio ſic punitur aç præfectio delicti. Scientibus vero ſolum, nec patefacientibus, ne quidem euentu ſecuto putauerim capitalem eſſe pęnam imponendam, vt maximè Bartol. & alij quidam id vrgeant in l. Diuus, 5. ff. de parricid. ſed ibi nomen conſcij, ſicut & vis ipſa Latinæ vocis exhibet, tantum complices, & auxiliatores, atq. coniuratos ſignificat, à quibus diſtinguendi ſunt ſceleris gnari, qui licet non indicent haud quanquam vltimo ſupplicio, ſed relegatione puniuntur, l. 2. ff. eod. vbi id not. Angel. & contra Bart. receptiorem eſſe hanc pleri ique teſtantur Dec. & Cagn. num. 10. 12. in leg. culpa caret, 50. ff. de regul. iur. Berous poſt Felin. c. 1. 69 & 70. de offic. de l. Cacheran. deciſ. Pedamontan. 80. num. 5. Angel. & Aug. in pract ad verb. *che has tradito*, nu. 10. & ſeq.

---

§. Item lex Cornelia de falſis.

VII. DE FALSO.

1 *Summa legis Corneliæ de falſo.*
2 *Quid ſit falſum.*
3 *Propria.*
4 *Diuiſio falſi.*
5 *Cauſa, & qui comittant.*
6 *Materia.*
7 *Forma.*
8 *De probatione.*
9 *Finis.*
10 *Euentus, & pęna.*
11 *Affinia.*

1 ITem lex Cornelia de falſis, quę etiam teſtamentaria, quod propter teſtamenta potiſſimum lata ſit, pęnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerint pro vero, vel ſignum adulterinum, hoc eſt, ſigillum ſignatorium alicuius ſculpſerit, expreſſerit ſciens dolo malo lege prima, cum ſequ. ff. ad legem Corn. de falſ.

2 Falſum eſt quod animo corrumpendæ veritatis in alterius fraudem dolo malo fit, l. nec exemplum, 20. C. eod. l. quid ſit falſum, 23. vbi Bart. C. eod.

Eſt actus doloſus veritatis mutandæ gratia ad alterum decipiendum factus, quem lex pro falſo habet, & leg. Cornel. de falſis coercet, vt definit. Hoſt. in ſumma de crim. falſi, §. 1. quē refert & probat. Hippo. in rubr de falſ. nu. 5. qui hanc ſubijcit. Eſt immutatio vel occultatio veritatis doloſè, & ex certa ſciētia facta. Qua in definitione duo deſidero. Primum, quod omittitur ad alterum decipiendum, nec enim ſine eo immutatio veritatis in falſi crimen incidit. vt rectè Hoſt. animaduertit. Secundò, quod non additur aliquid de le. quod tamen neceſſarium eſt. quia nõ omnis immutatio veritatis ad alterius deceptionem inſtructa falſi crimen eſt niſi lege ſit conſtitutum, d. l. quid ſit falſum, 23. in fi. eod. vnde poſt legem Cornel. tot conſtitutiones, & SC. de falſo ſunt prodita, vt caſus l. Cornelia non expreſſi ſupplerentur, & ad claſſem falſorum redigerentur. Et enim in genere, quidquid à vero deuiat, falſum eſt, Bart. d. l. quid ſit falſum, 23. Matth. de Afflict. deciſ. 21. n. 7. quod omne falſi pęna coercere nimis fuerit acerbum, & cõtra ſententiam, d. l. quid ſit falſum, in fi. vbi gl. & Bartol. Nam ſic etiam quoduis mendacium lege Cornelia vindicaretur, cum ſit mutatio veritatis doloſa, ſeu falſa vocis ſignificatio, cum intentionem fallendi, ſec. Auguſtinum, quem refert & ſequitur Iaſ. leg. ſi quis extraneus, 21. in princ. nu. 4. ff. de acqu. hęreditate ad idem Agell. lib. 11. cap. 11. quamobrem ψευδλογία falſi appellatione comprehenditur, ſicut, & quilibet dolus, Bart. d. l. quid ſit falſum, 23. eo. Alexand conſ. 73. non puto nu. 5 lib. 1. non tamen falſi pęna punitur, quæ tantum obtinet in caſibus lege aliqua expreſſis Bartol. d. leg. quid ſit falſum, Alexand. conſ. 73. nu. 5. lib. 1. Afflict. deciſ. Neap. 21. nu. 12. qui referuntur in l. 1. & paſſim, tot. tit. ff. ad l. Cornel. de falſ. & Cod. eod. à Bonif. de Vital. tit. de falſ. num. 2.

3 Proprium eius, quod dolo fiat, l. 2. l. ſi quis, 26. ff. eod & paſſim, ff. de dolo malo animo corrumpendæ veritatis, d. leg. nec exemplum, 20 C. eod. l. vnic. C. de mutat. nom. l. inſtrumentorum, 16 ff. eod. & ad alterius deceptionem, Paul. lib. 5. titul. 15. Salic & DD. d. l. vnic. C. de mutat nom. In facto non in dicto conſiſtat, l. quid ſit falſum, 23. ff. eod. quod ferre tranſlatitium eſt in his grauioribus, l. fugitiuus, 235. ff. de verb. ſignif. leg. famoſi, 7. §. 1. vbi Bart. nu. 2. ff. ad leg. Iul Maieſtatis.

4 Diuidit illud Marcianus in falſum, & quaſi falſum, leg. 1. §. vlt. ff. eod. quod, ſ. ex interpretatione pro falſo habetur, l. eos, 27. §. vlt. ff. eo. Paul. lib. 5. tit. 15. vt in l. pen. verb. quaſi falſarios C. de prob. d. l. eos, 27. verb. quaſi falſum fecerint, ff. eod.

5 Author huius iudicij Cornelius Silla dictator, vnde lex Cornelia d. l. 1. 2. l. 9. & paſſim, ff. eod. Hic enim quæſtiones de falſo publicas cõſtituit. Paul. l. 5. tit. 23 & 25. l. 2. §. capta, 32. ff. de orig. iur. cauſa proxima falſi dolus, l. eos, 27. ff. eod. l. qui falſo, 16. ff. de teſtibus, l. nec exemplum, 21. C. eod. Bart. l. quid ſit falſum, 23. ff. eod. & factum d. l. quid ſit falſum, ff. eod. Committere itaque falſum poſſunt, in quos dolus cadit, non impuberes niſi doli capaces, quibus tamen ideò pęna remittuntur, vel mitigantur, quia minor in hos dolus cadit, le. impuberem 22. ff. eod. l. vni. DD. C. de falſa moneta.

6 Materia ſunt falſa teſtamenta, l. 1. 6. l. Diuus, 15. l. vxoris, 18. ff. eo. l. Paulus. 221. ff de verb. ſignif. inſtrumenta, l. inſtrumentorum, 16. ff. eod ſcripturæ publicæ, d. l. 16. l. ſi quis 21. verſ. publicis, C. eod. priuatæ non itidem; præſertim quæ fidem non merentur publicam, l. pen. vbi Bald. d. l. ſi quis 21. verb. priuatis, C. eod, Chirographum, l. quid ſit, 23. ff. eod. l. lege 9. leg. qui falſam, 19. ff eod. l. vni. C. de falſa mon. Corrupta falſa iniqua menſura, l. penul. §. 1. ff. eod. l. modios, 9. C. de ſuſcept. lib. 10. l. Paulus 221 ff. de verb. ſignifi. adulterinæ ſtateræ, l. annonam, 6. in fi. ff. de extraord. crim. pondo, leg. arbitrio, 18. §. de eo. vbi gl & DD. de dol malo modijs, d. l. modios, C. de ſuſcept. Doctor. in cap. 2. de empt. Suppoſitus partus l. 1. C. eod. ementitæ conſtitutiones, l. pen. eod. l. vbi, C. eod. rationes, l. 1. in fi. l quid ſit falſum, 23. ff. eod. functio, l. eos, 27. §. vlt. ff. eod. mutatum nomen, l. vnic. C. de mutat. nomi, l. falſi, 13. ff. eod. falſa ſubornata teſtimonia, l. 1. l. lege, 9. l. eos 27. ff. eo. l. qui falſo, 16. ff. de teſtibus, Denique quæuis res, in qua veritas deprauari, falſum inſinuari, cum alterius iniuria poteſt, d. l. 1.

7 Falſum autem comittitur non dicto. ſed facto, d leg. quid ſit falſum, 23. ff. eodem, non mentiendo, ſed peruertendo, d. l. quid ſit falſum, vt ſi quis chirographum alienum imitetur, & effingat, d. l. quid ſit libellum vel rationes intercidat, aut alienas deſcribat, & cum domini damno diuulget, d. leg. quid ſit Nam, & qui literas, vel rationes aliena ſibi creditas aperit, vt alijs doloſe pandat, tenetur falſi, lege Titio, 36. vbi Bart. n. 3. ff. ad munic. per l. 3. §. is qui, §. eo, l. ſi quis, 38. §. qui vim, 7. ff. de pœn.

pen.Rom.conſ.365.quæritur,num.2.& 3.Cor.con.43.num. 3.& 4.li. 1.non etiam qui tantum reſignat. Bar.in l.qui teſtamentum,2.ff.de falſ.Iaſ.l.non dubium,5.nu.53. C.de legibus Boer.deciſ.82.Guid.Pap.deciſ.213.Fely.c.cum olim,33.extr. de offic.iudic.de leg.Hinc enim extra ordinem,quaſi de ſtellionatu potius punitur, Bart.d.leg. Titio Iaſ. d.l.non dubium fac.l.ſi quis in graui,3.§.ſi quis tabulas,23. vbi Bart. de Senatuſc.Syllan.Roma,d.conſ.365.quæritur,qui inter vtrumque caſum ita diſtinguit , item falſa, vel diuerſa teſtimonia præbentes, aut contraria (in contradictorijs enim alterā partem falſam eſſe neceſſe eſt,) aut contra ſuum ſignum,leg.eos,27. ff.eo.quique ſibi in alieno teſtamento aliquid adſcribunt, l. 1. 6.paſſim, ff.eodem, qui ſe pro millite gerit,illicitis inſignibus vtitur falſo diplomate per vias commeat,l.eos,27.in fi. ff. eodem.Item notarius,qui falſo ad acta refert, teſtem dixiſſe teſtimonium,gl 1.§ ſed,& ſi,2. verbo ob renunciandum, ff. eodem Nuncius referens ſe citaſſe,cum non citauit. Alexan. ad Bart in d.l.Titio,ff.ad municip.An etiam litteras non reddēs? E quidem doloſe occultans inſtrumenta ad alterius fraudem falſum committit,leg.inſtrumentorum,16.§.1. in vulgaribus , exemplaribus eſt l. Paulus vbi Bartol.& Alex.eo.Ang. de maleſ.verb.falſatio,verſ.quæro ſi aduocatus, Franc. Mar. quæſt. 740.etiam priuata,Bar.d.l.inſtrumentorum per illum ex. gl. ſi quis affirmauit,9.ff de dolo malo, & in l.eum, 14. vbi Bart. Bald.Cyn.Sal.C.eo.Salic.l ſi.de poſſeſſione,20. Cod.de prob. Ang & Imo.l 1.de publ.iud.Iaſ.§.pœnales,nu.33.Inſtit.de act. Boer.deciſ.272.Sed cum ſupra dixerimus, apperientem literas non teneri hoc iudicio,niſi alijs,puta aduerſarijs communicauerit , multo minus non reddenti hæc pœna decernenda eſt , niſi alijs cum iniuria damnoq; ſcribentis, vt inimicis reddiderit,d l. Titio,vbi Bart.nu.3 & 4.ff. ad monicip. & ita nuper iudicatum denūcio, qui litteras principis non reddiderat *Ob vvol diſer fall vnter den rechtsgelerten ſehr beden Klich vnd ſtreitig Dievveil aber dennoch en ſolchen zvveyffelhafftigen peinlichen ſellende gelindere Straff Zuervvehlen , Soſprechen dennach die ſchoppenſtule , daſſ auff ſolchen vnd anderen vrſachen mehr der defangene ? Boſte von vuegen obgedachter ſeiner verbrechung mit brennung eynes Zeychens Zur ſtaupe geſchlagen,vnd aller hocher melles vnſers gnedig ſten Herrnlanden evvigbilig ver vuiſen vvird.Vonrechts vvegē.* Cæterum alijs etiam multis modis committitur crimē falſi , qui paſſi exponuntur in l 1.& to.tit ff.& C.eo.vnde qui volet

8 petat. Quia tamē actis ſemper eſt ita intelligendus. vt falſitas excludatur, Ang. in tract.maleſ.verb.falſari,num.1.Poller.in pract.crim.artic,2. par.2. Rubrica item quod commiſit falſitatem,num.14. Idcirco accerrima,& exquiſitiſſima probatione hic opus eſt,l.pen.C.de prob.l. vbi 22.Cod.de falſ.quæ quidem exigitur ab accuſatore falſi pœnam ſubituro, niſi probet d.l.pen.C.de prob. interdum etiam à reo ad purgandam eius innocentiam,ſi forte coniecturis,& ſuſpicionibus relictus ſit d.l.vbi,quam de tali caſu intelligo.Non enim in criminalibus exigenda eſt à reo probatio, actore nihil probante , cum ne quidem in ciuilibus id ſit vſitatum,le.vlt.Codic.de rei vindic. leg.2.leg.actor, Cod. de prob.ſed actore non probante reus ſit abſoluendus l.qui accuſare, Cod. de edendo, niſi aduerſus eum indicia,& præſumptiones extent,quo caſu vel iuſiorandū purgationis ab eo exigitur tot.tit.ext. de pur. Can. vel per tormenta veritas inquiritur,ſi quidem indicia ſint ſufficiētia, leg.1. vbi Hipp. tot.tit. de quæſtio,niſi ipſius probat.ſuſcepta eiuſmodi diluat, ſicut contrarijs documentis elidi diluiq; poſſunt,l.ſiue,12.C.de prob.l.cum de indebito,ff. eodem cum ſi-

9 milibus. Fine diſtinguitur falſum a furto,d.leg.inſtrumentorum,ff.eo.hoc enim fit animo lucrandi,l. 1.ff de furt.in princ. inſtit.de oblig.ex delic.in falſo quamuis idem queri poteſt,tamen principalis finis,eſt vt immutatione veritatis alter decipiatur,d.l.inſtrumentorum,vbi alias eſt l.Paulus ff.eo.Nouel. de inſtru.caut.& fid.in prin.Ang.in tract.malef. ver. falſario, num.7.Matth.de Afflict.dec.21.n.7.Boer.deciſ.82.nu 8. Itaque Corn.conſ.45.n.3.& 4.lib.1.inquit, quando delictum ſonat in furtum,nō in falſum , non habet locum pœna falſi propterea quod falſum ſit contrarium veritati,quippe quod veritatem peruertat atque immutet. Furtum autē non fiat animo peruertendi,vel celandi veritatem,ſed lucrandi rem ablatam l.1.ff.de fur.& in pri.Inſt.de oblig.ex delict. ſequitur Menoc. lib.2.arb.quæſt.centu.3.caſu 309 falſi,nu.6.allegans ad hoc, l. 1.l.qui tabulas,27.l.quidam tabularum,32.ff.de fur.gl. Bart.in l.1.ff.de pub.iud.Alc.l.qui accuſare,num.12.C.de eden.Boer.

10 deciſ.292.n.2.Euentus huius iudicij,atque effectus,vt nō impleta accuſat reus abſoluatur,accuſator pœna falſi quam alijs intentarat teneatur,l.pe.C.de prob.l.1.& vlt. C.de fidei inſtr. quam accipio iuxta analogiam falſi,ſcilicet ſi pereat, cum per calumniam,& dolum malum (ſine quo falſum non committi diximus) accuſaſſe Sed an id præſumetur? Equidem in illicitis præſumitur,l.1. C.vnde vi,l. ſi non conuicij,5. C.de iniu. At accuſare non eſt per ſe illicitum,laudabile potius,ſi Reipublic.cauſa fiat,vt & Cic.in Officijs oſtendit. Quamobrem dolum hic non præſumam,l.dolum, 6. C.de dol. niſi iudex pronunciauerit eum eſſe calumniatum,lege 1.ff.ad Senatuſconſ. Turp.ſententia enim pro veritate habetur,l ingenuum,25 ff. de ſtatu hom.& pro ea præſumitur,leg.Herennius, 63. ff. de euict.Accuſatione vero impleta,reoque conuicto,vel probatione aduerſarij,vel confeſſione propria, leg qui ſententiam, 36.l.cum reis, 18. C.de pen. pœnæ ſubdatur,quæ olim fuit in liberis hominibus deportatio,& bonorum publicatio,l.1.§.fi. ff.eod.quæ deportationem ſequi ſolet,l.bona,39.ff.de iure fiſci,& not glo.DD.in l.inter,6.cum leg.ſeq.ff.de interdictis,& relegatis. Cum autem hodie bonorum publicatio generatim ſit ſublata,Auth.bona damnatorum, Cod. de bonis proſcript. & in corpore,vide ſumitur,relinquitur, iam ſolā deportationem eſſe pœnam falſi propriam, glo. in dict.leg.1.§. vlt.verbo publicatio,ff. eod. Bonif. Vita. eodem tit. numer. 3. Alex. conſil.55.in cauſa , numer,2 libr.7. Matth. de Afflic. deciſio. Neap.21 numer.8.Boer.deciſ.82.numer.9.Alexan.conſi. 55. in cauſa , numer. 1. & 2. libr.7. Ex quo factum arbitror , vt compoſitores inſtitutionum nouum forte illud abolendæ bonorum publicationis conſilium excoquentes, tantam deportationis hic meminerint , bonorum confiſcationem omiſerint . Huius in locum hodie apud Saxones fuſtigatio ſucceſſit,lib.2.art. 12. Chil.in pract.tit.de penit. exceptis certis quibuſdam , & ſpecialibus falſi ſpeciebus , Angel. in leg. vbi,22. Codic.eodem in quibus præſtituta eſt pœna mortis, vt in ſeruis generatim,leg. 1.in fin.ff.de falſ.& hoc, §. verſ. eiuſque in liberis,& in crimine ſuppoſiti partus,leg.1.Codic. eodem. In eo,qui falſo principis reſcripto vtitur, dict. leg. vbi iuncta gloſ.peo.Codic eod.Sal.maiorem,4.numer.1.in final. C. eo. In notario falſum inſtrumentum immunitatis conficiente, Bart.leg.1.per illum text.Codic. de immun. non conced.libr. 10.& Rom.ſing.385.pone. Angel.tract. malef verb.falſario, numer.48. quod etiam ad alios notarios , qui multis per falſa inſtrumenta impoſuerant, obſeruatum vidi nempe vt gladio percuterentur,quam etiam pœnam decernit Ang ei , qui multa Reipubl.acta combuſſit,ne veritas appareret, in d.l.1. & d.l vbi.C.eo.& Carret.in pract.crim.tit.de fal. etiam tum quando multi ſunt per falſarium defraudati,Ang. preælleg.loco.Nam non tantum ordo procedendi , ſed etiam pœne delictorum ſunt arbitrariæ. Cuiac.tit.de publ.iud. cum ſeq. Bart. l.ſi quis viduam ff. de quæſtionibus ſic vt extendi ad mortem poſſint ſecūdum communem gl.§.in ſumma,10.ſup.de iniur. Bart.l.vlt.vbi pupil.educar.deb.Bal.c.1.§.iniuria,de pac,tenen. int.ſub.& iuram.firm.quam propugnat. Maranta in ſpeculo aureo,par.4.d.1.& in diſputat.3.per tot. tit. ſcilicet in his quæ ſunt genere ſuo capitalia,Iaſ.l.etſi,4.nu.3. C. ſi contra ius,vel vtil.Maran.præall.loco. Tutius tamen eſt in caſibus non exceptis, acquieſcere in regula Dec.& DD.l. 1.de reg. iur. nec pœnam egredi lege ſtatutam,l.1.§.ſed non,ff ad Senatuſc.Turpil. qua iudex nec mitior, nec ſeuerior eſſe debet, c. oportet , 30 Nouel.82.de iud late Tiraq.de pen.in prin.niſi ex iuſtis cauſis,quarum complures (nonnullas tamen infirmas) cumulat Tiraq.d tra. per totum. Quamobrem noſtri quoque conſtituunt in crimine falſi non poſſe iudicem extra caſus exceptos pœnam mortis arbitrari, Alexand.conſ.55. in cauſa nu. 1. & 2.lib 7. Imol.l.2.num.4.ff. de pub.iud.& in c. inquiſitionis, 21. vbi gl.verbo alioquin,ext. de accuſ. Eſt igitur duplex falſi pœna,vna maior videlicet mortis l. maiorum,vbi Sal.Cod.de falſ.altera minor,nempe deportatio,Capitius deciſ.30.gl. Panor.& DD.in c.ad falſariorum,7.ext.de crim.falſ.Paril. conſ. 124.lib.4.nu.15. vbi dicit pro qualitate delicti etiam aliquando pœnam capitis decerni,aliquando vero non.Sed nec in clerico eſt pœna falſi corporalis verum depoſitio iure Can. d. c. ad falſariorum,vbi DD.de falſ.Rom.conſ.365.quæritur, nu. 2.3.Etiam ordinaria pœna mitigatur , vel alterutra interdum in vnam alteratur interdum in aliam , vt in amputationem manus.Nouel.17.& 42.relegationem,l.qui duobus 21. l. falſi. 13.§.1.leg.antepen.cum ſimilibus,ff.hoc tit. Iaſ.in l.pen.Cod.ſi contra ius vel vtilitatem publicam.

11 Affinia ſunt furtum,l.inſtrumentorum, 16. alias eſt l. Paulus ff.eod Corn.conſ.45.num.3.& 4.libr. Mendacium, l.quid ſit,23.in fin.ff.eod. Dolus,Bartol.d. l. quid ſit. Et quęuis veritatis immutatio,depratiatio,calumnioſa interpretatio,l.1.& paſſim,ff.eod.Bart.in d.leg.quid ſit falſum,Contraria,veritas Corn.conſ.45.num.3 & 4.lib.1.Ignorantia facti,l. qui ignorans,3.ff.eod.nō iuris,l.Diuus,15.in princ.ff.eod.error, l. impube-

Digitized by Google

puberem, 1.2.§.item,2.ff.eod. Doli defectus,leg.impuberem, 22.in princ.ff.eod.l.in leg.7.ff.ad l Com.de ſicar. latè Tiraq. de pęn.cauſa,10.& 44.Penitentia l.qui falſam, 9 eudem,ante delictum perfectum, d. l. qui falſam,verſ.ſi id totum formare noluerint,vbi gl.& DD.& l.1.ff.de extraor. crim. Nam illo perfecto,nemo penitentia deſinit eſſe nocens,l. quia, ea. 65.ff.de fur.quia factum infectum reddi nequit, l. in libello, 12.§.facti,2.ff.de cap.& poſtlim.reuerſ. ex cauſa tamen penitentiæ pęna mitigantur. Hipp.d.l.qui falſam. Tiraq.in tract. de pęnit.cauſa 28. Eſt etiam contraria præſcriptio viginti annorum,de qua in l.querela,12.Cod.eod.

---

§.item lex Iulia de vi.

VIII. VIS PVBLICA.

IX. VIS PRIVATA.

1 *Differentia vis publicæ,& priuata.*
2 *Accuſatio.*
3 *Pœna vis publicæ.*
4 *De pęna minantium, ac diffidantium.*
5 *De vi priuata,& eius pęna*

1 QVidquid per vim fit,aut in vis publicæ, aut priuatæ crimen incidit,l.hoc iure, 152.ff.de reg. iuris Vis publica committitur armis priuata ſine armis §.recuperandæ, in fin. ſupr.de interdictis. Armorum appellatione non tantum gladios, verum,& fuſtes,lapides, ac quicquid nocere poteſt accipimus,l.armatos,9.ff.ad l.Iul.de vi publica,d.§.recuperandæ, Paul.lib 5 tit.3.Committitur etiam ſine armis vis publica à perſonis publicis,quæ vel inermes vim facere poſſunt,vt magiſtratus,officiales,&c.leg.7.ff.eod.

Accuſatio publica, & pupillaris eſt, tam ad reſtitutionem damnorum ciuilem,quam pœnam criminalem, Myns. obſ. 34.cen.4 obſer.97.& 98 cent. 1.obſer.18.& 29.centur.2.

3 Pœna vis a publicæ olim erat aquæ, & ignis interdicto, l. qui dolo,10.in fi ff.de vi pub.poſt cępit eſſe deportatio, vt hic §.oſtendit,quæ illi ſucceſſit,l.3.ff.ad l.Iul. pec quæ cum annexam habeat bon publicationem,l.6.& 7.& tot.tit.ff.de interd. & releg.l.bona,39. ff. de iure fiſci: etiam damnato de vi bona adimebantur,l.ſi quis,7.vbi Bald.nu 11. C.eod. Cic. in Epiſt. ad Brutum. Sed huius mentionem hic quoque, vt in §. ſuperiore,omiſſam puto,ob nouum ius Auth.bona damnatorum C.de bonis damnatorum. Cæterum vt in atrocioribus falſi, ſic etiam vis publicæ pęna capitalis eſt, vt in authoribus ſeditionis crux,l.ſi quis,36.§.2.ff.de pę. Pau.li.5.tit 22.in alijs gladius,l. capitalium,28.§.ſolent,3. ff.de pęn. Item in incédiarijs l.5.ff.eo.oppugnatoribus, effractoribus expilatorib. alienarū ædium,& villarum,l.pen.ff.eo.leg. 1.C.quando lic.vnicuique & generaliter in ſeruis,l.ſeruos,8.C.eo.&quoties ex vi cędes eſt in ſecuta l.quoniā,6. vbi Bar.C.de vi pub.§ ſi quis hominē de pace tenen.& eius violat. Ex ordinationibus Imperij pęna fractæ pacis publicæ tenentur.Mynſ obſ.28.& 29.cēt.2. quæ eſt bannum publicum, Mynſ.obſ.98 c.1. iure Sax. pœna gladij,art.13 lib.2.in verſ.*vnd den friedenbrechern*, & artic.38. iuncta gl.nu.5.li.3. quo loco etiam verberantes,& captiuum hominem facientes priuata authoritate, gladio quoque plectuntur,d.art.13 ex l.1 in fi.C.de priu.carc. Sicut,& graſſantes abſque latrocinio,d.art.13.ord.p 4. conſt. 13.(nā latrones rota confringuntur,d.art.13.)& inſidiantes, d.conſt.13.diffidantes,par.4.conſtit.14.& 15. niſi ante conſummatum delict. pęniteant,part.4.conſt 16.quod intelligitur, antequam hoſtilia,*als vhebrieffe,brandzeychen*,ſint affixa,nec vllum damnū ſit ſecutum: ſecus,ſi per appoſitionem terror diffidatis incuſſus, & ſumptus in vigilijs, ac defenſionum præparatione factus,vt eſt in ord.Imper.c.128.& 129 & in his terris conſtitutum,ac hactenus obſeruatum eſt. Incendiarij, qui ignem ſubiecerunt,quamquam regulariter igne conſumantur iuxt. d. art.13.mitigatur tamen illis pęna,vt gladio tantum feriantur, ſi incendium conſecutum non ſit,ord.par.4.conſtit.17.cæteri vero omnes,qui,vim cū armis alicui faciunt,extra graſſationis,& cœdis cauſam,capite non puniuntur moribus noſtris, ſed plerunque carcere, relegatione fuſtigatione, aut etiā manus amputatione, vt ſæpius obſeruatum ſcio, pro quo facit ord.parte 4.conſtit.13.circa finem.

4 Sicut & qui minantur alicui,qui ſi ſint formidoloſi ſolent carcere detineri donec cautionem præſtent de non offendendo,Bar. & Imo.l.hæc autē, 4.ff.ſi cui plus,quam per l.Fal.DD.l.illicitas, 6. §. ne potentiores,ff.de offic.preſid. l.qui bona,13.§ ſi quis,10.ff.de damn.inf. Ang.tract.malef.verbo,verba iniurioſa,num.8.Sed cum tam leuis ſit pęna minarum,diffidationum autem capitalis,etiam ſi effectus, puta cædes, incendium,ſecutus non ſit, quemadmodum hæc diſtinguemus? Equidem ord.par.4.conſt.15.ſtatuit indiſtincte diffidationem eſſe,ſiue pure, ſiue conditionaliter hoſtiles literæ miſſæ ſint,vt niſi,intra 10.dies 1000.de deris,tranſegeris,&c. hoſtilia expecta & meritò. Nam æquè ſic terror incutitur,ac alijs purè ſcriptis, & plerunque iniqua petunt,qui vi, quam iure agere malunt. Non tamen ſatisfacit ibi nigrum rubro, hoc eſt, non declarat quod titulus promittit, *was fur vnder ſcheid vnter drawworten, vnd abſage oder vhedē ſein*.Ego ſic diſtinguere ſoleo. Aut quis minatur,quod tantum priuatum aliquē concernit,& tunc verba, vel literas tale quid minitantes habeo pro ſolis minis,vt ſi quis minetur alicui gladium pugnam, *oder das er eyne Kugel will mit jhm wechſeln, oder durch jhnſchieſſen*,&c. Difficantes autem, & hoſtilia, *als vehede vnd abſage*, ſonant in publicum,ſicut hoſtes,& hoſtilia non pertinet ad vnum aliquem, ſed totum populum,vel vniuerſitatem,l.hoſtes,24.& paſſim, ff.de capt. & poſtlim.reuerſ. Ergo pro diffidationibus eas duco literas, vel diffidationes,quibus pax publica violatur,& vnde hoſtilia toti communitati ſunt expectanda, ſiue ad vnum, ſiue totam communitatem dirigatur diffidatio, vt quando minatur aliquis incēdium,dato etiam, quod vni minetur de vniuerſitate,aut in vnius Inimici ſui ædibus ſignum inflammationis appendat. Nam tales minę pertinent ad totam communitatem cui toti incendiū vnius domus nocere poteſt, vt quod proxima quæque ſoleat aripere, ſicut veriſſimæ dicitur: *Tunc tua res agitur,paries cum proximus ardet*. Cum igitur talibus minis,vel ſignis turbetur, atque ideo violētur pax publica communitatis Bar.l.iniuriarum,13.§.vlt.n.1.ff.de iniur. Bal.l.vlt. nu.4.C.fi.reg.& in l.momentariæ, 8.l.ſi quis in tantam, 7. C. vnde vi,& conterreantur vicini, ſic vt cogantur omnes vigilias agere,in metu eſſe,domo ſe cōtinere,nec perinde egredi ad agriculturam & alia negocia poſſint, ſed domus ſuas ſinguli, aut plerique defendere compellantur iſto caſu exiſtimo eiuſmodi pro diffidationibus, & hoſtilibus eoque capitalibus criminibus eſſe habenda, ſiue ſpeciati incendij fiat mentio, vel ſigno appoſito illud denuncietur, ſiue generatim hoſtilia alicui ſignificentur,*als wann man eineem abſaget, oder feindſchafft zuſchreibet vnd ent bieten laſſet*. Nam cum hoſtes *abgeſagte feinde*,deprædari,interficere, incēdia facere, captiuos facere homines ſoleant, quæ omnia incurrunt in pacem publicam.tit.de pace tenenda,& capitalia ſint, *Landrecht*, lib.2. art.13.ideo, ex his ſemper conſequitur terror totius communitatis,& violatio pacis publicæ:quod ſemper delictum eſt capitale etiamſi,aliud nihil ſequatur,d.art.13.quod diſcrimen etiam diligenter expendenti ordinationes Imperij, & principis noſtri hac de re factæ,dilucidius,vt opinor conſtabit.

Vis priuata fit ſine armis,§.recuperandæ, ſup.de interdict. vt ſi quis conuocatis hominibus aliquem verberet, l.2. ff.eod. aut pugno l.item,1.& 5.§.1.ff.de iniur. Nam etiamſi,hic præſto ſit iniuriarum actio,vt ibi dicitur,tamen eſt, & criminalis de vi priuata,quoniam omnis vis quæ non eſt publica, in hāc incidit,l.hoc iure,152.ff de reg.iur. Itē ſi alicui quid auferat, l.3.ff.eo.vt pignus,l.1.& 5.C.eo.alienum occupet,l.5. ff. eod. quamuis ſibi debitum,d.l.5.l.pen.& vlt.eo.l.extat, 13 ff.quod met.cauſ.DD.l.creditores, 3. Cod. de pig. Sed quid ſi turbet aliquem in poſſeſſione? Negat hoc nomine publicam eſſe actionem,Bart.in l.iniuriarum,13.§.vlt.nu.1.ff.de iniur.& hāc opinionem vult Alexand.eſſe illi communem,quamuis alioqui criminaliter etiam vindicari poſſit Bald.leg.vlt.numer.4. C.fi.regund.Boſſ.de pluribus violentijs,num 48.quia propriè non eſt vis neque maleficium,Bart.d.leg.vlt.Cyn.l.1. Cod. de acquit.poſſeſſ.De quo valde dubito ſi turbatio dolo malo fiat Bald. dict.leg. vlt. numer.4.qui publicum delictum perficere ſolet in ijs ſua natura ad hoc ordinatis, leg.in leg. 7. ff.ad leg. Corn.de ſicar. Illa tamen receptior eſt opinio Alber. & Cagnol.num.2.in l.hoc iure 152.ff.de reg.iuris,per l. ſeruus non in omnibus,ff.de oblig. & act. licet obſtet generalitas, d. leg. hoc iure. Quare putauerim iſtud eſt arbitrarium.Quid enim ſi quis vicini agrum conſitum noctu exaret, aut alioqui turbando palam ei damnum det, num hæc vis priuata publico iudicio vindicanda non erit? Eodem tenentur, qui de aliena lite ſocietatem,& pacta de quota faciunt, l.6.ff. eod. ex naufragio incendio ve rapiunt, leg.1.in fin.ff.eod. Poſſunt eo referri,qui ſine armis alicui in domo, vel ante ædes tumultum conci-

---

ADDITIO.

a *De vi publica, & priuata, & quando armorum vſus ſit interdictus,vide Menoch.de arbitr.iud.caſu 394.*

concitant, aut prælium faciunt, vt loquitur Bar. in l. 1. §. vlt. ff.
ad l. Iul. de vi publ. non qui alios prouocant, quoniam vis non
verbis committitur, ſed facto, l. 1. §. hoc interdictum, ff. de vi,
& vi arm. Faber. in §. retinendæ, n. 1. ſup. de interd. His tamen
propterea, quod cædes conſequi plerunque ſolent, pęna no-
uis, conſtitutionibus relegationis præſtituitur, par. 4. conſt. 9.
Et denique quæcunque vis, quæ non poteſt demonſtrari pu-
blica, in dubio, pro priuata eſt habenda. Dec. l. hoc iure, 153.
nu. 2. ff. de regulis iuris, facit l. interpretatione, 42. ff. de pænis.
Boſſ. in pract. crim. cap. de vi num. 5. & tit. de pluribus violent.
nu. 75. Pęna vis, priuatæ eſt publicatio tertiæ partis bonorum,
& infamia, l. 1. & vl. ff. eo. & hoc, §. quæ ex omni publico iudi-
cio damnato ſequitur, l. infamem, 7. ff. de publ. iud. 1. ff. de his,
qui not. infam. ſed quia iure Saxon. bona propter delicta non
publicantur idcirca pęna eſt apud nos, huius criminis arbitra-
ria carceris, aut relegationis, vt in d. conſt. 9. parte 4.

de olim author eſſe cuiquam, vt à communione, ideoque tu-
tiore ſententia deduci ſe facile patiatur.

ADDITIONES.

a *De raptu vide Papon. 22. Arreſt. 6. pleniſſime Boſſium, tit. de raptu in praxi crimin. Clar. 5. Sent. §. raptus.*
b *Lex tamen non diſtinguit animum raptoris.*
c *An & confiſcationis bonorum: Dixit ſup. tit. de nuptijs.*
d *Clarus illo loco diſtinguit hoc modo: Aut raptor mulierem nō cognouit, quia non potuit eam commode cognoſcere, & tunc pœnam capitis patitur, aut quia noluit, & tunc punitur citra mortem pœna arbitraria pro qualitate facti, & perſonarum. Alij ſine diſtinctione putant eum capitis pœnam pati vt notat. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. circa princip. Boſſ. tit. de raptu. Alij penitus negant, vt Boer. deciſ. 319. Didacus in repetitione Clementinæ, ſi furioſus.*

§. Sint autem.

a X. RAPTVS. a

1 *Differentia raptus, & ſtupri.*
2 *Quomodo raptus committatur.*
3 *De eius pœna.*
4 *An obtineat ſtupro non ſecuto.*

1 RAptus aliud eſt, quam ſtuprum, c. lex illa, 2. cauſ. 36. qu. 1.
Hoſt. in Rubr. de pęn. rapt. n. 1. vnde ſtatuta in raptu non
trahenda ſunt ad ſtuprum Hip. ſing. 65. Cuman. conſil. 95. Al-
ber. in 3. parte ſtatutorum. q. 30. Gandin. in tract. maleſ. tit. de
mult. q. nu. 19. & 20. vt verbi cauſa pęnæ conſtitutæ in l. vnica
C. de rapt. virg. non ſunt ad ſtupra porrigendæ. Eſt enim ra-
ptus grauior, quia vis accedit, & quidem publica cum armis
plerumque, ac tumultu, l. 5. §. vlt. ff. ad l. Iul. de vi publ.
2 Raptus committitur cum puella violenter à domo patris ab-
ducitur, vt corrumpatur, vel corrupta vxoris loco habeatur,
d. c. lex illa, 36. q. 1. niſi prius pactio de matrimonio præceſſit,
c. penult. de rap. d. c. lex illa, & c. ſi quis virginem, 5. cauſ. 36. q.
2. cap. raptor, 34. cauſ. 27. q. 2. Quibus canonibus mitigata eſt
pęna l. vnica, C. de rapt. virg. Nam ibi in verſ. quib. connume-
3 ramus etiam in raptus pęna afficit eum, qui ſponſam rapuit,
& pro eo facit ordinat. Imper. cap. 118. in verb. [vnechlicher
vreiſcent] furet, ex quo ſequitur aliud ſeruari, ſi ex cauſa con
iugij fiat propter exemplum tamen arbitrarie puniri talis po-
teſt. Sed & in alijs pęna eius legis, mitigata eſt vt propter cō-
b ſenſum *b* mulieris, qui tamen ibi non attenditur, d. l. vnica, §.
& ſi quidem, 2. vbi gloſ. verbo, volentib. Nam morib. noſtris,
ſi mulier conſenſerit tantum fuſtigatio decernitur gloſ. [Lan-
drecht,] lib. 2. art. 15. Caret in pract. crim. § hinc nacta occa-
ſione, fol. 200. Hipp. d. l. vnica, quod & in proximo conuentu
receptum eſt. Nuptias quoque, d. l. vnica, inter raptorem, & ra
ptam prohibet, at lex canonica admittit, ext. de rapt. & 36. q.
1. & 2. quod etiam ſeruatur, & hoc caſu pęnam ſupra relega-
c tionem *c* non oportet extendi placuit. Sane quamquam iure
4 ciuili communis receptum videtur, pęnam l. vnicæ, & huius
§. nempe capitalem gladij in rapientem, & eius auxiliatores
(qui olim infuſo in os liquente plumbo puniebantur, l. vnica,
C. de rapt. virg. cuius apud Horat. mentio fit. Nec ſeuerus vl-
d tor abeſt, liquidumque plumbum) non *d* obtinere, ſi ſtuprum
non ſit conſecutum Clar. lib. 5. ſentent. tit. de rapt. Public. in
conſuet. Aluar. eod. Boer. deciſ. 316. tamen apud nos obtinuit
contraria ſententia Ia. & Boſſ. in pract. crimin. quoniam aliud
raptus, eſt aliud ſtuprum neque illum euentum attendit, d. l.
vnica, ſed ſolum raptum, vt crimen per ſe conſummatū abſq;
ſtupro ſecuto, quod aliud delictum eſt capite plecti. l. 5. §. vlt.
ff. de vi publ. & probat idem artic. 13. [Landrecht] lib. 2. vbi,
qui homines rapit, & captiuum facit capite punitur: quod
certe etiam fit à raptoribus qui vim publicam committunt,
d. l. 5. §. vlt. ff. de vi pub. pacemque publicam violare putantur,
quod hoc quoque iure capitale eſt d. art. 13. Quod ſi iure ciui-
li maiore pęna punitur raptus quam vis publica nempe gla-
dio, d. l. 5. §. vltimo, vbi alterius vis publicæ pœna tantum eſt
interdictio ignis, & aquæ, l. qui dolo, 10. §. vlt. ff. de vi publica,
aut deportatio, § item l. Iul. de vi, ſup. eod. Cur iure Saxon. nō
eodem, ſaltem ſupplicio coerceatur? Deinde in d. l. 5. §. vlt. de
vi publ. raptus dicitur poteſtatem, l. Iuliæ de adulterijs excede
re, hoc eſt, grauius eſſe crimen adulterio, & acerbius puniri.
At adulterij pęna apud Saxon. gladius eſt art. 13. lib. 2. cur er-
go non, & huius peccati longe grauioris? Mihi tamen necdū
liquet, an crimen reuera ſit grauius ſtupro non ſecuto. Proin-

§ Item l. Iulia peculatus.

XI. PECVLATVS.

1 *Qui teneantur peculatus.*
2 *Quid ſit.*
3 *Quæ eius pœna.*
4 *Qui teneantur de reſiduis.*
5 *Qualiter puniantur, qui rem creditam interuertunt.*
6 *Crimen ſacrilegij.*

1 ITem lex Iulia peculatus, eo punit, qui pecuniam vel rem-
publicam, aut ſacram, vel religioſam (nam hæc quoque pu-
blici iuris ſunt, l. 1. ff. de iuſtitia, & iure, & hoc nomine publica
eſt actio, c. in primis, 7. cauſ. 2. q. 1. gl. in cap. penult. diſt. 1.) fu-
2 rantur quod crimen peculatus dicitur, l. 4. §. vlt l. ſacrilegi, 9. §.
1. ff. ad Iul. pecul. quod enim ſi furtum in re priuata, hoc pe-
culatus in republica, ideoque furtum eſſe publicæ pecuniæ de
3 finitur, d. leg ſacrilegi, §. 1. ff. eod. Cuius pæna l. Iul. eſt aquæ, &
ignis interdicto, cui hodie ſucceſſit deportatio, cum bonorum
publicatione, l. 3. ff. eo ſed ex conſtitutionibus, ſi quidem iudi-
ces tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint
capitali anima aduerſione cum ijs, qui vel adminiſtrarint, vel
ſcientes res ſubtractas ab ij acceperint, punientur vt hic tradi
tur ex l. vnica, C. de crim. pecul. & l. 1. C. Teod. eod. Alij vero,
quin in hanc legem inciderint, pænæ deportationis ſubiugā-
tur, vt hic additur. Cæterum hæc accipienda ſunt de ijs, quo-
rum periculo credita res non fuit. Bart. n. 2. d. l. ſacrilegij, §. La-
4 beo, ff. de pecul. Nam quorū periculo, & adminiſtrationi res
eſt credita, magis perfide agere, quam furari videntur, l. tres
5 tutores 55. vbi Bar. n. 2. ff. de adminiſtr. tut. & iure Saxo. Lan-
drecht, lib. 3. art. 22. Ideo non lege Iulia peculatus, ſed de reſi-
duis, tenentur, l. 1. & 4. §. ſed, & quis, §. vlt. ff. eo. de qua §. ſeq.
Atqui, multa iura etiam furti obligant eum qui in re credita
male verſatur, & abutitur illa, l. ſi mandauero, 22. §. ſi tibi cen
tum 7. cum §. ſeq. ff. mandati, l. ſi is, 7. l. ſi ſeruum, 56. C. de furt.
l. ſi tibi dederim, 25. ff. de donat. vbi dicit Imola, ſe non potuiſ-
ſe liberare à ſuſpendio nuncium, qui pecuniam ad transferen
dum data retinuerat, quod vulgo fieri videmus, adèoq; ipſum
etiam tutorem male in re pupillari verſantem furto leges o-
bligant, l. 1. §. fin. ff. de tut. & rat. diſtra. l. tutor, 33. ff. de furt. &
idem habent ordinationes Imperij, c. 170. facit, & ratio, quod
in nullo mandato intelligatur delictum mandati, vel permit-
ti, l. vlt. ff. mandati; quare, nec commodatarius extra furti cul-
pam eſt ſi realiter vtatur, quam conceſſa ſit, vt ſup. ad titul. de
oblig. ex delicto, vidimus. Et diligitur quo adminiſtrationem
ſit credita pecunia tamen, non quo ad dilapidationem, vel in-
teruerſionem, imò hoc magis iſtos puniri oportet, quo maio-
rem debent bonam fidem minuſque caueri, illorum ſtatus
poteſt, vt recte Caſſ. in conſuet. Burg. §. 5. num. 6. cum multis
ſequ. Et ſane teſtibus, DD. multi capitaliter, aut corporaliter
puniuntur, qui in officio credito publicum defraudant, vt pę-
na gladij, d. l. vnica, C. de crim. pec. in l. vniuerſi, 9. C. vbi cauſ.
fiſc. deprædatores, procuratores fiſci, & Reipublicæ ignibus
concremantur, d. l. vniuerſi, cap. coges, 8. Nouel. 17. de mand.
princ. ſic Rationalibus publicis, qui nō integras rationes red-
dunt manus amputatur, quod etiam Adizo. notat tract. feud.
part. 4. capit. 151. Rom. ſing. 379. Cæpol. Auth. ſed nouo iure,
num. 15. C. de ſer. fugit. Quamquam igitur communis fere re-
ceptum ſit pęna ordinaria eos, quibus res eſt credita, nō eſſe
propter admiſſum furtum plectendos, Iaſ. nu. 6. Dec. 11. & D.
in

in l. eius qui, 41. verſ quas verò pecunias, ff. ſi certum petatur tamen in his regionibus aliter ordinatum ex, vt pro ſumm. maiore etiam hi poſſint ſuſpendi pro mediocri fuſtigari, &c. maximè propter delicti huius frequentiam, & extremam adminiſtrantium perfidiam, ord. part. 4. conſt. 41. At nuncij etiam ob leuiores ſummas interuerſas laqueo perſoluunt, d. conſt. 41. quia non illis creditur pecunia adminiſtranda, ſed
6 tantum perferenda, de quo l. ſi is, 7. C de fur. Ceterum ſacri-
a legi, *a* & qui templa effringunt, res ſactas depeculantur, iure communi capite puniuntur, d. l. ſacrilegi, ff. ad l. Iul. pecul. iure Saxo. rota, art. 13. [Landr.] lib. 2.

ADDITIO.

a *Vide Menochium ſecundo de arbitr. iudic. caſu 389.*

§. Sunt præterea.

XII. AMBITVS.

1 *Ordo ſtudiorum.*
2 *De crimine ambitus, & eius pæna.*
3 *De crimine, & pæna repetundarum.*
4 *De crimine, & pæna flagellata annona.*
5 *De crimine, & pæna reſiduorum.*

1 SVnt præterea quædam publica iudicia, quæ hic inducantur magis, quam explicantur. Nam eorum diligentior expoſitio de Pandectis eſt aſſumenda, quæ poſt inſtitutiones ita perceptas, incommodum ſtudioſorum, Imperator hinc tráſmittit, oſtendens hunc in diſcendo iure ordinem eſſe ſeruandum, vt primum Inſtitutiones, tum Pandectæ, poſtremo conſtitutiones principium enucleentur. Nunc ad ipſa iudicis.

2 Duodecimum igitur iudicium eſt ex leg. Iulia de ambitu, contra eos, qui pecunia, & largitionibus honores ſacerdotia, & magiſtratus ambiunt, quibus pęna deportationis, nonnunquam pecuniaria, cum infamia præſtituta eſt, l. vo. ff. ad l. Iul. de amb. l. vul. C. eo. quæ & eos perſequitur, qui iudicem corruptum eunt. d. l. vnica, ff. eod. Sed hos aliæ pęnæ ex conſtitutionibus, manent, l. 1. & 2. Cum Auth. Co. de pęna iudic. qui mal. Nundinantes vero ſacerdotia pęnæ quoque canonicæ ſimoniaci criminis tenent, de quibus tit. de ſimon.

XIII. REPETVNDARVM.

3 Decimumtertium eſt Repetundarum, in eos, qui in officium conſtituti, pecuniam, vt officium impertiantur, puta ſententiam dicant, quod gratis, præſtari debui, aut vt contra officium faciant acceperunt, l. 1 & 10. tit. ff. ad l. Iul repet. eadem lege tenentur, qui ob denunciandum teſtimonio, vel nõ, pecuniam faciunt, l. eadem, 6. ff. eo. quod iudicium quatenus pecuniarium eſt, etiam in hæredes intra annum à morte eius, qui arguitur, tranſit, l. 2. & vlt. ff eo. & quidem dupliciter datur. Aut in quadruplũ eius, quod datum acceptum, vel eſt, l. 1. & vlt. C. eo. interdum in triplum, vel duplum, Auth. nouo, C. de pęn. iud. quam pęnam fiſco applicari vult Aſo, in Rub. C. eod. Patri vero leſę Cuiac. ad Paul. l. 5. tit. 28. per l. 1. C. eod. aut ad pęnam extraordinariam exilij, l. lex. 7. ff. eo. hoc eſt, deportationis, cum exilium, ſic à relegatione diſtinguat. Paul. l. 5. tit. 28. & confirmat id Auth. nouo iure Co. de pęn. iud. quæ exilio publicationẽ bon. adiungit, quod proprium eſt deportationis, l. 6. & 7. & 10. tit. ff. de interd. & releg. quam ex l. Iul. manare oſtendit Aſconius in Verrin. 2. confirmat. Cuiac. prę allegato, loco item relegationis. Paol. d. titul. 28. & ab ordine motionis. Paul. præal. loco. Interdum etiam duriorem pro grauitate admiſſi, ſi ab hominem innocentem, necandum pecuniam acceperint, vel licet non acceperint, in ordinato tamen inducti affectu morte multarum, quem non debuerant, d. l. lex Iulia in final. ff. eod.

XIV. DE ANNONA.

4 Decimum quartum, eſt ex l. Iulia de annona, proditum in eos, qui annonam vexant, quo carior fiat, qui & ipſi extra ordinem puniri ſolent, l. annonam, 6. ff. de extraor. crim. l. ſolet, 3. §. item in eum, ff. de ſeru. non tamen animæ amiſſione, vt hic dicitur, ex quo liceat argumentari, pænam arbitrariam ad mortem regulariter, non eſſe extendendam, qua de re Maran. in Speculo aureo, & in diſp. 3.

XV. DE RESIDVIS.

5 Decimum quintum fluit ex l. Iulia, de Reſiduis qua tenentur qui pecuniam publicam ſibi concreditam in alios, quam oportuit, vſus conſumpſerunt, l. 2. 4. & 9. §. vlt. ff. de peculat. Itẽ qui in rationibus publicis relinquantur, l. 5. cum ſeq. ff. de pec. Duar. diſput. lib. 2. c. 26. apud quos pecunia publica poſt annũ ab officio exacto reſidet, le. 4. §. lege, l. cum eo (al. part. §. vlt. l. ſacrilegi, 9.) ff. eo. Et hac quidem lege damnatus, amplius tertia parte, quam debet, punitur, l. 1. §. ſed & qui ff. ad Iul. pecul. quod alij de triplo, alij de quadruplo, alij aliter accipiunt, vt videre licet apud gloſ. d. l. 4. § ſed qui, Cæterum cum verba ſint aperta, non eſt opus coniecturis, l. continuus, 137. §. cum ita, ff. de verbor. oblig. ergo cui 300. reliquantur tertiam amplius partem hoc eſt, 100. vltra inferet, atque ita in ſimilibus. Quod ſi etiam reticeantur, vel occultentur rationes, in duplum, pęna eſt l. excellentia, 9 Cod. de erogatione militaris, annonæ lib. 12. cum ea fraus à furto, nec manifeſto parum abſit, leg. 1. cum ſequ. ff. de tutel. & rat. diſtrah. Sed hæ nunc pęnæ ciuiles locum habere poſſunt, ſi tantum reliquantur adminiſtratores & debitum vltro confiteantur, vt rectè Fab. hic num. 3. Cæterum ſi perfide agant, ſubtrahant, ſubticeant, & in adminiſtrationis ratione doloſe verſentur, plectendi videtur durius, c. coges 8. Nouel. 17. de mand. princ. Cępol. Authent. ſed nouo iure, nu. 15. C. de ſeru. fugit. Ludou. Rom ſing. 379. etiam ex ordinationibus Imperij, c. 170. Quamquam Ang. hic circa finem pecuniarijs tantum pęnis locum eſſe vult quoties perfidioſe, ac male concreditæ pecuniæ adminiſtrantur. Et Boſ. in pract. crim. tit. de decret. Mediolan. nu. 14. ait optima ratione ſtatutum Mediolanenſe factum eſſe, ne contra hos criminaliter procedatur. Quo circa non alienum eſt de his certis, & ſpecialibus ſtatutis aliquid caueri, ſicut in his terris cautum eſt ord. parte 4. conſtit. 41.

Atque hæc quidem admoniti Iuſtiniani hic quaſi per indicem tetigiſſe ſufficiant, ne Pandectarum Centones, vnde harum rerum vberior cognitio petenda eſt in Inſtitutiones abſurdiſſima docendi ratione, transfudiſſe videamur. Atque ideo fateor, me contra genium quibuſdam fuiſſe proliziorem, quam primæ Inſtitutioni conuenire intelligebam. Sed quoniam alieno operi danda fuit conſimili ſi filio tuæ opera, candidi lectores hanc in meliorem partem interpretabuntur.

Deo Domino ſit gloria.

Inſtitutionum Imperialium Libri Quarti, & vltimi Finis.

Digitized by Google

INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM PRAECIPVARVM MATERIARVM IN HIS COMMENTARIIS CONTENTARVM,

Hic prior numerus paginam, poſterior ſummarium indicat. Litteræ præter eà, a, b, c, & ſi quæ aliæ præter has occurrant, Additiones ſubiectas denotant.

A

A Quo remouetur nomen, ab eo remouetur vis,& eff ctus nominis. 51.6.b

Abiens ad nundinas nemine domi relicto, quamdiu iſtius domus ciuilem poſſeſſionem retinere videatur. 569.68

Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem. 377.17

Abnepos, aut etiam vlterior deſcendens, ſuccedit cum ſuperſtite filio defuncti in ſtirpem. 221.17

Abortiuus habetur pro non nato, ideoque teſtamentum non rumpit 168. Fallit. ibi.6

Abortum procurans quomodo puniatur. ib.7

Abreptio pertinet ad res mobiles. 328.a.b

Abiens cauſa Reipubl. quando non reſtituatur 378.37.ex cauſa neceſſaria quis dicatur 379 56. in præſcriptionib. quis dicatur 126.3. d, in quibus caſibus ciuilem quoque poſſeſſionem amitta 581.175 propter delictum non reſtituitur 378.35. puniri,& damnari non debet 164.13. quando domi procuratorem non relinquit, eſt citandus per publicum proclama, vel à præſente fieri debet denunciatio præſidi, quæ præſcriptionem interrumpit 378.30. quando domi reliquit procuratoré, præſens contra eum agere poteſt, ib. 28. Reipubl. cauſa, reuerſus quamdiu vocationem a tutela habeat 74. 5. Reipubl. cauſa, tamdiu pro abſente habetur, donec commodè redire poteſt. 378. 38. reuerſus ante completam vſucapionem à præſente, an poſſit petere reſtitutionem in integrum. 379.44

Abſentem, an præſens exſpectare cogatur. 378.33

Abſente, qui dicantur 377. 23. quot,& quibus caſibus vocandi in alienatione rei Eccleſiaſticæ. 87.9.a

Abſenti,& ignoranti legari poteſt 163. 10. quando contra præſenté reſciſſoria competat 378.34. Reipubl. cauſa excuſat a tutela 74.1.in fin. Reip. cauſa nemini debet eſſe dānoſa 379.45.

Abſentibus ad redeundum 20. milliaria præfixa ſunt, pro qualibet die. 378.39

Accepta à patre Doctoratus adipiſcendi cauſa, num filius patre mortuo conferre teneatur. 440.45.f

Acceptilatio differt a ſolutione 314.4. fit verbis, ib.2.a, generalis, ſeu liberatio, aut quietatio, id quid in dubio referatur, 315. 14. qualiter fiat 314.5. quid ſit, ib. 3. quib. verbis fiat, nihil refert ibidem 6. ſpecies eſt donationis 283.1.b, vnde dicta ſit 314.4.

Acceptilatione tollitur obligatio. Et quod vera ſolutio operatur, hoc idem operatur,& acceptilatio, ibid. 1. tollitur ſolum verborum obligatio, non autem certæ, ib. §. Idem per acceptilationem, n 8. cum ſeq.

Acceptilationis effectus, qui ſint. ibi.7

Acceſſio fit bona,& mala fide,& quid vtroque caſu ſit iuris 96. 3. quid ſit. ibi.1

Acceſſione acquiritur dominium. ibi.1

Acceſſus ad mare, an cuilibet licitus ſit. 84.3

Accuſare, qui poſſint, vel non. 598.6

Accuſare quis cogitur etiam inuitus. 452.3.a

Accuſari, qui poſſint, vel non. 598.7

Accuſatione criminali principaliter intētata, deinde incidente per officium iudicis, reſtitutio rei occupatæ peti poteſt. 584.16

Accuſationes ſemper ſunt perpetuæ. 416.6

Accuſator ad quid teneatur 79. 5. non probans accuſationem, inſtitutam, an præſumatur calumniari. 456.6

Accuſatus criminaliter in actione iniuriarum, capite punitur 337.3. de delicto, qui citatus non comparuit,& propter contumaciam fuit proſcriptus, ſi poſt viginti annos reuerteretur an præſcriptione, ſe tueri poſſit 130. 46. quod impregnauerit aliquam, ſi negat, poteſt nihilominus peti ſummariè cognoſcit, vt ille interim alat partum. 423.27

Acquiſitio obligationis actu ciuili perficitur. 153.2.a

Acta iudicij quod non requirant teſtes, quomodo accipiendum 157.18. negatiuè vim tantam non habent, quantā habent acta affirmatiuè 129.38.b, putant eſſe vbicūq; iudex eſt. 157.18. c

Actio ad acquirendum cui datur, multò magis datur actio ad conſeruandum 179.158. albi corrupti ad quid competat 417. 26. albi corrupti, quid ſit 416. 11. an ſit ciuilis, vel prætorio quomodo cognoſcatur 372.10. arbitraria, quæ dicatur 500.3 bonæ fidei,& ſtricti iuris quomodo differant 463 19. Clauiſiana quid ſit, 382.8. ciuilis,& criminalis, ex vno delicto ortæ non poſſunt ſimul,& ſemel intentari principaliter, 334 2. ciuilis quando tollatur per criminalem 319. 10. commodati, competit de iure Saxon. tantum domino contra commodatarium. 326. §. quæ de fullone a. commodati directa, cui, & aduerſus quem,& ad quid competat 427. 20. cum ſeq commodati directa,& contraria 271. 17. commodati directa, & vtilis 427.19. commodati, vt locum habeat quæ requirantur ibi.24. communi diuidundo ad quid competat 445. 11. communi diuidundo, an cuilibet habenti rem communem detur. 446.14. cōmuni diuidundo, quæ ſit 445.2. communi diuidundo quotuplex ſit: & contra quem competat 446. 15. cōmuni diuidundo, vt locum habeat, quæ requirantur 449.9. cōfeſſoria contra quem detur 368. 12 confeſſoria, & aliæ actiones perſonales per quas ad ſeruituté conſtitutā agitur, quomodo differant, ib. 15. confeſſoria,& rei vindicatio quomodo differant, ib. 16. confeſſoria pro quib. rebus cōpetat 367.10. confeſſoria quid ſit,& vnde dicatur, ibi. 7. conſtitutoria firmior eſt nudo pacto, propter vim geminatam, quæ ineſt conſtituto. 396.18.f. de albo corrupto, an competat contra corrumpentem quolibet album 416. de albo corrupto contra qué competat 417.22. de albo corrupto qui competat. 416 20. de albo corrupto, vt competat, quæ requirantur, ibid. 18. de conſtituta pecunia, contra quos,& cui detur 398.35.& 34. de conſtituta pecunia dicitur etiam conſtitutoria 395.5.a, de conſtituta pecunia eſt proprium nomen actionis 396.10. de conſtituta pecunia hodie ſucceſſit in locum receptitiæ actionis, quæ olim fuit 395. 2. de conſtituta pecunia pro quibus reb. competat 48.945 b, de conſtituta pecunia quid ſit 396. 9. de conſtituta pecunia, vt locum habeat, requiritur nudum pactum. ibi.15. de conſtituta pecunia, vt locum habeat, quæ requirantur. ibi. 12. de partu agnoſcendo cui detur. 423. 28. de partu agnoſcendo quid ſit. ibi. 25. de pauperie, neque ex contractu eſt, neq. ex maleficio, vel quaſi maleficio 272 1. a, de paupere quid, cui,& contra quos detur 530. 2. & 6. de peculio contra quos detur 402.33.& 524.5. de peculio cui cōpetat. 402. 33. & 524. 5. de peculio ad quid detur. 402. 3. de peculio eſt in duobus priuilegiata, in quantitate peculij,& modo deda-

ctionis,ibi.36.de peculio eſt,vel perpetua,vel téporalis pro natura principalis actionis,ibi.40. de peculio non eſt proprium nomé actionis,ſed tãtũ adiectio,ſeu qualitas,ſeu cognomen actionis 400.10 de peculio perſonalis quid ſit ibi.12.de peculio,quid ſit,ib.6.& 524.01.de peculio,quod iuſſu,&c.non sũt propria nomina actionum,ſed tantum adiectiones 377.8.de peculio tantum habet locum in peculio profectitio 401.14.de peculio,vt locum habeat,quæ requirantur ib.13.de in ius vocãdo ad quid detur 419.54.de in ius vocando,vt locũ habeat,quæ requirantur 418 51. de in ius vocãdo contra quos detur,& quòd nõ tantum cõtra eos,qui dolo vacant,ſed etiã qui ex ſuſlicitate ibi. 50. de in ius vocato vi exẽpto cui cõpetat 420.82.& contra quem ib.83 de in ius vocato exempto,mere pœnalis dicitur 419.72. de in iũs vocato vi exẽpto,quãdo locum habeat ib.73.de in ius vocato vi exempto,quid ſit,ibid.70. de in ius vocato vi exẽpto,vt competat,quę requirãtur,& quando ceſſet 420.79. & 80. de in rem verſo quid,quibus,& cõtra quos detur 525.1 & 4.de rationib. diſtrahendis competit pupillo tutoré de fraude accuſanti 68. 4. b, de rebus in futurum legatis non ſtatim oritur 195.3. b, depoſiti ad quid competat 428.32.depoſiti contraria cui detur 429.42.depoſiti contraria cui,& ad quid cõpetat 272.20.depoſiti directa cui,& ad quid competat ib 19.depoſiti directa,& contraria 428.30.depoſiti directa infamat,ſecus in cõtraria 273.21.depoſit in quib. caſibus ad duplũ cõpetat 428. 31. depoſiti,vt competat,quæ requirãtur 429.38.directa quãdo nõ detur alicui 517.3.directa,& vtilis, quo ad effectum idẽ important 335.2. directa quid ſit,quãdo imponitur vtili,& quid vtilis 356.5.& cauſa,an ſint idẽ 352.5.& officium iudicis ſunt diuerſa 354.11.ex cõducto,ad quid cõpetat 476.10 cũ ſeq ex cõducto,an cõtra ſingularem ſucceſſorem detur 475.5.ex conducto cui & contra quẽ detur,ib 1.& 2.ex conducto,vt locum habeat,quæ requirantur,ib.7 ex empto ad quid competat 467.18. ex empto competit ad repetendum id quod datum eſt 469.36.ex empto cõpetit contra venditorem pro euictione rei venditæ,ib.42. ex empto contra quem competat 466.3.ex empto cui competat ibi.1. ex empto,non ſolum ad tradendam rem venditam, ſed etiam fructus pendentes competit 468. 29. ſerui corrupti ex iure ciuili eſt,quamuis etiam criminalis competat 453.19. ex ſtipulatu pro dote ad quid competat 494 106.ex ſtipulatu pro dote competens,ex parte etiã mariti bonę fidei 486.10.ex ſtipulatu pro dote cõpetit ad incertũ 487.19.ex ſtipulatu pro dote cui,& cõtra que cõpetat 491.76 & 492.79.ex ſtipulatu pro dote datur vxori cõtra maritũ pro dote data reſtituẽda . 494.100.ex ſtipulatu pro dote eſt bonæ fidei 486.5. & ex ſtipulatu quãdo locũ habeat 426.10.ex ſtipulatu pro dote tranſmittitur ad hæredes 489.50.ex ſtipulatu pro dote tripliciter inſtituitur 487.21. ex ſtipulatu ſurrogata eſt in locũ rei vxorię actionis. 486.4.ex teſtamẽto ad quid cõpetat 435 17.ex teſtamento,an ſit bonæ fidei 462.8.ex teſtamẽto cui,& cõtra quẽ competat 435.21.& 23.ex teſtamẽto habetur inſtar bonæ fidei,ib.14.ex teſtamento pro legato venerabilibus locis relicto, vt locum habeat,quæ requirantur 434.3.ex vendito ad quid competat 471.5 ex vendito,an contra tertium emptorem competat,ib.4.ex vẽdito,vt locũ habeat quæ requirantur, 472. 23. exercitoria quib.& cõtra quos detur 520.6.exercitoria quid ſit 519.2.exigẽdæ dotis ex nudo pacto oritur 487.23.familiæ herciſcũdæ ad quid nõ petat 438.25.familię herciſcũdæ,an cũ petitione hæreditatis cumulari poſſit in vno,& eodẽ libello 337.10.familię herciſcundæ,an pluries intentari poſſit,ibid. 16.& 438.18.familiæ herciſcundæ cõtra quem competat : & vt cõpetat,quæ requirãtur 437 6.7.11.familiæ herciſcundæ eſt duplex,directa,& vtili,& quib.vtraque detur ibi.1.& 5. familiæ herciſcundæ,& communi diuidundo in quibus conueniant, in quib.differãt 445.3.7.familię herciſcũdę quæ ſit.436.1.familiæ herciſcũdæ quãdiu induret 444.67.familiæ herciſcũdæ vnde oriatur 436.3.familiæ herciſcũdæ naſcitur ex quaſi cõtractu 477.3.a,ſi dubitatur de hærede nõ cõpetit ante iudicium hæreditatis finitũ 337.13.b.Fauiana quid ſit 381.7.Fauiana vtilis quid,ib.9.finiũ regũdorũ,an ét cõpetat pro finib. alicuius partis fundi 448.12.finiũ regũdorum,an ſit mixta ib.4. Item an ſit natiua,vel datiua,ib.5.finium regũdorum cui detur,ib.15.& 449.17.& contra quem locum habeat,ib.18.finium regundorum qualis ſit 463.12. finium regundorũ præſcribitur ſpatio triginta annorum 449. 18.a,finium regundorum vnde oriatur,& ad quid cõpetat 448.6.cum duob.ſeq.furti ad quid competat 430. 8. furti,an detur pro re modicæ: & quæ dicatur res modica 93.2.furti,an inſtitui poſſit cõtra cogitantem,& agentẽ,ſed non perficiẽtẽ 322 6. furti contra quem locum habeat 430.6.furti cui cõpetat 326.1.& 429.5. furti,& l.Aquiliæ actio differunt 330. 4. furti nõ cõpetit matri pro filio furto ſubtracto 323.2.furti pœnalis quæuis prætoria ſit, ſit perpetua 537.5.furto,quãdo cõtra tutorem detur 68.5. furti cui,& cõtra quos cõpetat 327.5.generalis,quę dicatur 503. 8. hodie eadẽ eſt,quæ fuit olim 353.6.hypothecaria contra quem detur. 393.80.hypothecaria cui cõpetat. ib. 78. hypothecaria,& pignoratitia quomodo differant,ib.73. hypothecaria eſt realis:pignoratitia eſt perſonalis, ibi. 76. hypothecaria,& quaſi Seruiana idẽ sũt,ib.71.hypothecaria quare pro legatis cõpetat,& pro quib.detur 192. 11.hypothecaria, vt competat,quæ requirantur 394.86.in factum contra calumniatores,ad quid cui,& contra quem competat 456.13 & 457. 14.15.16.17.18.& 19. in factum de iuramento præſtito,cui cõpetat 411.95. in factũ de iuramẽto præſtito,datur etiã ratione credulitatis, quã habuit pars de aduerſario ibi 98. in factum de iuramento,vel exceptio,an locũ habeant,quando pars non detulit iuramẽtũ,nec altera pars iurauit,ſed tantũ per conſcientiam,in quã reiecta res fuit,aſſeruit,ib.101. in factũ ex edicto prætoris deſcendens,ne quis vocet in ius,parentem,vel patronum, cur inuenta ſit 417.31. in factũ ex iuramento contra quẽ detur 413.110.in factum ex iuramẽto præſtito quid ſit 407.60. in factũ datur dño ex iuramento ſui procuratoris 312.102.in factum de iuramento pręſtito,vt locum habeat,quę requirãtur 409.72.in factum ex iuramento ad quid detur 413.112.in factum ex quo iuramẽto cõpetat 411.99.in factum qualis ſit 463.13.in factum quare extraordinaria dicatur, 442.& 543.36. in factu quare non oriatur ex iuramento neceſſario 411.100.in quibus caſibus ex pacto nudo oriatur 399.49.in quib. caſibus ex ſolo pacto,nudoq.conſenſu oriatur 296. 2. in rem tãquã genus,multas ſub ſe comprehendit ſpecies 360.55. iniuriarum,an cõpetat domino pro iniuria ſubditis illata 540.4 iniuriarum ciuilis,an ſit perpetua, vel annalis, in trib. exceptis caſibus 342. 3. iniuriarũ cõpetit marito, pro iniuria vxori illata 539.3.iniuriarũ competit patri ex iniuria filio illata,ibid.3.iniuriarum competit pro iniuria verbali,ſiue pręſenti,ſiue abſenti 338.13.iniuriarum contra quẽ competat 345.§. Non ſolũ 2. iniuriarũ contumeliã, & ideò animũ iniuriãdi vindicat 336.2.a, iniuriarũ,an etiã competat contra eũ,qui violẽto introitu in agrum venandi cauſa ingrediatur 343. 9. b,iniuriarum criminalis tollitur anni lapſu 345.3.a,ciuilis perpetua eſt,ib.ead. adnotat. item conuerſatione habita cũ eo,qui iniuriã intulit 346.3 b.itẽ diſſimulatione 345.1. iniuriarum,prætoria,& ciuilis quomodo differunt 342.1.iniuriarũ qualis hodie ſit 341.3.iniuriarum quãdo cõpetat domino pro iniuria ſeruo illata,rõne dominicæ poteſtatis 340.§.Seruis 1. iniuriarũ quibus , & pro quarũ perſonarũ iniuria cõpetat 339.1.iniuriarum quomodo tolli poſſit 314.9.iniuriarũ ſemel remiſſa amplius intentari non poteſt, 346. 5. iniuriarum cõpetit,an neceſſe ſit,vt iniuriatus dicat.Reuoco ad animũ. 345.2.iniuriarũ,vt cõpetat,dolus requiritur 336.2.inſtitoria quid ſit 522.2.legis Aquiliæ a quo inuenta,& vnde dicta 330.2.legis Aquilię ad quid cõpetat 433.3.legis Aquiliæ ex primo capite,vt locũ habeat,quæ requiratur ib.8. legis Aquiliæ cui cõpetat 331.13. legis Aquiliæ cui cõpetat,& cõtra quem locum hẽat 433.11.& 12. legis Aquiliæ pœnalis eſt 333. legis Aquiliæ quare dicatur mixta 432.1.legis Aquilię,vt locum habeat,quę requirantur 433. 8. & 10. libelli famoſi perpetua eſt,ſcriptæ verò iniurię annalis 336.1.a,locati ad quid cõpetat 473.14.locati cõpetat pro deterioratione rei,quę culpa cõductores procesſit 474.23.locati cõtra quẽ competat 473.8. locati cui cõpetat,ib.2.locati eſt perſonalis,& bonę fidei,ib.1.locati,vt locum habeat quę requirãtur ib.9.merè perſonalis quid ſit 429.3.natiua regulariter ad hæredes tranſmittitur,nõ aũt datiua. 377.12.natiua quid ſit,&quid datiua,pag.357 7.negatoria datur contra quẽlibet impedientem re ſua liberè,vti 369. 32. & 33.negatoria directa cui detur,& cui vtilis, ibi. 31. negatoria eſt realis ib.30,negatoria,quæ requirãt,ib.34.negatoria quid ſit,ib.29 negotiorũ geſtorũ duplex eſt,directa,& contraria . 477.3.& vt locum habeat,quæ requirantur,ib.6.negotiorum geſtorũ ad quid competat 478.19.cum ſeq.negotiorũ geſtorum , an locum habeat quando quis aliena negotia gerit , vt nõ cadat in ſpeciale nomẽ actionis 312.3.negotiorum geſtorũ bonæ fidei eſt 477.7.a, negotiorum geſtorũ contraria cui cõpetat,ib 14.itẽ contra quem competat,478. 16. negotiorũ geſtorum directa, & contraria quibus dentur 312. 5. 6. & 8. negotiorum geſtorũ vnde oriatur 476.4.non datur ex pacto nudo 395.7 noxalis quid,528.2.cui,& cõtra quos detur,ib 6. oneris auerſi qualis ſit 465.11.particularis,ſeu ſingularis,quæ dicatur 304.9.Pauliana datur contra hæredes poſſeſſorum,in quos bona debitoris alienata sũt 385.8. Pauliana datur contra poſſeſſores bonorum debitoris 384.34. Pauliana datur ẽt ad fructus rei alienatæ reſtituẽdos 183.19. Pauliana datur ẽt credi-

Digitized by Google

creditoribus hypothecarijs,ib.27. Pauliana datur etiam hæredib.creditorum,ib.23.Pauliana in factum quid 382.6.Pauliana non habet locũ,quando debitor hoc agit,ne locupletetur, 383.20. Pauliana oritur ex maleficio 382.14.Pauliana quare inter prætorias reales actiones referatur,ib.1.Pauliana quid ſit,ib.5.per litis conteſtationem perpetuatur 125.54.a,perſonalis,& realis q̃uo differant 352. 17. perſonalis ex teſtõ vnde dicta,& ad quid competat 191. 15. 17. & 18. perſonalis num extinguatur cũ perſona 357.12 a,pignoratitia contraria cõtra quẽ competat 274.18. pignoratitia directa cui competat, 273.16 pignoratitia quotuplex ſit,ib.15.pœnalis inter coniuges non datur,ſicut nec actio furti, ſed rerũ amotarũ 45.6.3. popularis qñ per plures intẽtatur,præfertur magis idoneus, 417.21.præiudicialis non tantũ datur ei qui pro ſeruo tractatur,ſed etiam parentibus eius,liberis,fratribus, & cęteris cognatis 422 13.præiudicialis prima datur domino contra ſeruum gerentẽ ſe pro libero, & viciſſim ſeruo contra dominũ vt declaretur liber.ib. 12. pręiudicialis prima eſt duplex directa,& contraria, ib. 15. præiudicialis ſecunda quid ſit,& cui detur,ib.17. præiudicialis vtilis,an competat domino contra vaſallũ,non volentem eum recognoſcere, ib.20. præiudicialis vtilis de partu agnoſcẽdo etiam inter fratres, & cognatos locũ habet,vt fratres,vel cognati, vel de familia agnoſcantur 423.34. præſcriptis verbis,vel actio in factum qñ competat, 542.33. prætoria de non in ius vocãdo abſque venia,cui cõpetat 417.35.prætoria tripliciter dicitur 372.12. pro ſocio,& actio cõi diuidundo,q̃uo differat 445.8.pro ſocio,vt ratio administrationis reddatur,ſocietate cõſtãte nata non eſt,ſed ea tantum finita 444.68.a,pro tutela qualis ſit 463.10.Publiciana,an,& quando detur cõtra verum dominum 373.34.Publiciana contra quem detur, ib.27. Publiciana quid ſit,& vnde dicta,372.14.& 17.Publiciana requirit,vt agens à non domino rem acceperit 374.39. Publiciana,vt locũ habeat,quæ requirantur 385.51.qualis detur contra heredem pro euictione 438.24.quali detur hæredi contra ti.poſſidentẽ 480.22.qualis oriatur ex contractu mutui 268. 29. quaſi Seruiana quid ſit & vnde dicta 392.68.& 393.70.quib.ex cauſis,& quib. reſpectib.efficiatur arbitraria 501. 11. 12. 13.14. 15. 17. & 502. 18.quo iure introducta ſit 353. 9. quod iuſſu quib.& contra quos detur 618.7.quod iuſſu quid ſit 517.2.quod metus cauſa ad quid cõpetat 460.55.quod metus cauſa,an requirat duas ſententias,vnam de reſtituẽdo,alteram de quadruplo, ib. 59. quod metus cauſa,cui,& contra quẽ detur ib. 51. & 52. quod metus cauſa cur perſonalis ſit 458.35.quod metus cauſa,quid ſit,ib. 34.realis,an competat contra quemcumq; poſſeſſorem 358. 16. realis cõpetit rõe rei,vel iuris,quod actor habet in re per alium poſſeſſa 357.15.realis eſt vniformis,perſonalis non 364.1.6.realis gñraliter accepta q̃ requirat a parte agẽtis 360 56.realis nõ præſupponit obligationẽ,ib. 51. realis num cedi poſſit 472.18.d,realis quãto tẽpore pręſcribatur 127.7.receptitia,vnde ſic dicta ſit 395.4.rei perſecutoria,quę dicatur 426 3 reſciſſoria,an ſit directa, vel vtilis 377.17.reſciſſoria,an ſit directa,vel vtilis 377.13.reſciſſoria contra quem detur 379. 50 reſciſſoria cõtraria eſt Publicianæ in rẽ 376.1.reſciſſoria datur abſenti cõtra abſentẽ 379. 46.reſciſſoria datur præſẽti contra abſentem 378.24.reſciſſoria,& Publiciana q̃uo differant 376. 2. reſciſſoria nũquã competit, niſi obtenta prius reſtitutione in integrũ aduerſus vſucapionẽ 377. 16. reſciſſoria pro quib. rebus cõpetat, ib. 18. reſciſſoria proponenda eſt infra annum vtilẽ 380. 76. reſciſſoria quare ponatur inter reales actiones 377. 10. reſciſſoria quid ſit ibi. 6. ſerui corrupti ad quid competat 453. 15. ſerui corrupti,an competat ipſi corrupto cõtra corrũpentem 452. 10.ſerui corrupti contra quem locum habeat,ibid ſerui corrupti eſt duplex,directa,& vtilis,& cui detur ibid. 6. ſerui corrupti,& actio leg.Aquiliæ q̃uo differant, 451.2.ſerui corrupti,vt competat,quæ requiratur,ib. 3. ſerui corrupti vtilis cõpetit pro filio corrupto 452. 7.c,marito pro vxore corrupta,ib. 8. d, Seruiana,& hypothecaria q̃uo differant 393.72.Seruiana cui cõpetat 390. 47. Seruiana pro quibus rebus cõpetat 389.21.Seruiana quare ſit Prætoria,& non ciuilis,cũ tñ hypothecaria à iure ciuili inducta ſit 388.2. Seruiana quid,& vnde dicta ſit ib. 12. & 13. Seruiana,vt locum habeat,quæ requirãtur 391.54. ſingularis quid ſit,quid generalis,quid vniuerſalis 356. 3.ſubſidiaria quãdo pupillo contra magiſtratum cõpetat 68.6.tripli ad quid,& contra quem cõpetat 97.6.tributoria,cui,& cõtra quos detur 523. 4. tributoria,& actio de peculio differũt 402.39.tributoria quid ſit 523 1.tripli contra quem competat 355.12.tripli,vt locum habeat quæ requirantur, ibid.13.4. & 15. tutelæ directa finita tutela pupillo contra tutorem,ad quid competat 67. 3.tutelę nõ naſcitur niſi finita tutela 273.16.d,tutelæ tã directa quam contraria,ex quib.naſcatur,& quibus detur 312.§.Tutores,nu.2. 3.4. vbi bonorum raptorum,cui,& contra quẽ,& ad quid cõpetat 431.n.6.7.8. vi bonorum raptorum quando locum habeat 328. 2. b, vi bonorum raptorum, tollitur per actionem furti manifeſti, & contra, ibid. 21. vi bonorum raptorum, vt intentari poſſit, requiritur vis, & dolus 329. 1. vi bonorum raptorum,vt locum habeat,quæ requirantur 431.10. vna,an tollat aliam 344. 2. vna tantum oritur ex iuramento infortuniter præſtito,actio, ſcilicet in factum 408. 64. vniuerſalis, quæ dicatur,quæ item generalis,quæve particularis ſiue ſingularis 503.7.8 & 504.9.vtilis ſecundum Bar. quid ſit, 357.6

Actione de conſtituta pecunia illi tantũ conueniri poſſunt qui per nudum pactum ſe ſoluere conſtituerunt 398.41. directo cui condici poteſt 527.1. hypothecaria,quomodo,& quando agi poſſit contra tertium poſſeſſorẽ pignoris 393. 81. hypothecaria, vt agi poſſit contra tertium pignoris poſſeſſorẽ neceſſe eſt,principalem eſſe excuſſum 394.87.iniuriarum,an teneatur qui alicui verum dicit 338. 14. iniuriarum condẽnatus,ſit infamis 345. 11. iniuriarum extincta elapſo anno,adhuc locum habet lex Aquilia ad emendationem dãni, 344.4 iniuriarũ tenetur, non ſolum faciens iniuriam, ſed etiam eã fieri procurans 345.§.Non ſolum,n.1.legis Aquiliæ attenditur ratio lucri ceſſatis,& intereſſe extrinſeci 334.§. Illud non ex verbis,nu.1. negotiorum geſtorum in quo caſu quis deſtituatur,licet vtiliter geſſerit 478. 21. perſonali,qua agitur ad dandum,an poſſit quis rem ſuam petere,& condicere 4:4.8 quod metus cauſa agens, an teneatur offerre pretium, quòd pro re extorta per metũ,a metũ inferẽte accepit 461.67.reali agens exprimere debet de neceſſitate cauſã propinqua, ſcilicet dominium: vtile tamẽ eſt,vt etiam cauſa remota exprimatur 463.111.Seruiana agens,tenetur debitoris dominium probare 553. 2. vi bonorum raptorum agi poteſt, ex eiſdem cauſis,ex quib furti agitur pro re clam ſurrepta 330.§.Fi.nu.1

Actionẽ iniuriarũ ingratitudo nõ reſuſcitat 346.6.negotiorũ geſtorũ quo caſu quis non habeat,liceat vtiliter geſſerit,478.21

Actiones arbitrariæ quare ſic dictæ,&,an bone fidei, vel ſtricti iuris ſint 500.7.& 8.bonæ fidei quot ſint 463. 16. ciuiles ſunt perpetuæ,prætorię verò annales 262.6. cõtra fures plures introductæ ſũt 429.4.deſcẽdẽtes ex maleficijs quotuplices ſint ib. a,deſcendentes ex ſtatutis, an ſint Ciuiles, vel prætoriæ, 372. 7. deſcẽdentes ex ſtatutis eſſe Ciuiles,vel Pretorias,quid proſit ſcire,ib.8.directæ adhærent oſſibus contrahẽtium 527. 2.directę opponuntur vtilib.& adiectitijs 528.4. directæ ſũt infixæ oſſib. hæredis vt in aliũ trãsferri nequeant 210. 3. duæ oriũtur ex cõtractu filij 256.8.duæ oriuntur in actionib.perſonalib.quando formiter eſt iuratũ 408.62. duas oriri,ex vno contractu,vnã directã, alteram contrariã, q̃uo cognoſcatur, 356. 4. ex maleficijs non tranſeunt ad hæredes,niſi lis conteſtata 333.4.extraordinariæ,& interdicta,aut differãt 542 34. in contractibus incipere poſſunt ab hæredibus, & contra hæredes 205.7.in factum 262.§.Sequens 1.a,mixtæ,quæ,& vnde dicantur 435.1. a, mixtæ q̃uo a perſonalibus in rẽ ſcriptis differãt 436.5.olim perpetuæ 534. 2. perſonales dicũtur condictiones 425. perſonales ex contractib. an ſint rei perſecutoriæ 426.5.perſonales in rẽ ſcriptæ quid ſint 357. 10. perſonales in rem ſcriptæ, q̃uo differant à mixtis actionibus, ib. 11. perſonales quare ita dicantur,ib.12.pœnales quid 415.3. pœnales ſint ne odioſæ, ib.2. a, pœnales tribus modis dicuntur, ib.4.populares contra hæredes non dãtur 417.24.præiudiciales pluri b.modis dicũtur 421.3.a,præiudiciales quare dicãtur in rẽ 422. 8. & 10. prę iudiciales quod modis dicantur 421.3. præiudiciales tres ſunt 422.7.prætoriæ ſũt annales 262.6.quę duntur ex dãno dato 335.1.quæ,& qñ tranſeant in hæredem 534.quæ,& quanto tempore præſcribantur,aut non,ib.3.quę ex depoſito competant 273.18. quæ ex verborum obligatione oriantur 275. 19 quæ hæredi dentur, vel non 531. 1. quæ in hæredẽ dentur, vel non ib. 2. quæ per litis conteſtationem perpetuentur,& quæ tranſeant,vel non 536.4 quæ pro ſeruitutibus dantur,quare dicantur reales 567.3.quędam dãtur in ſimplum,quædam ad triplum,quædam ad quadruplum 450. 2.quædam ſunt ciuiles,quædam Prætoriæ 371.2.quibus a iure minus ſpatium eſt præfixum, minori etiam ſpatio pręſcribũtur 130.47. quot,& quæ cõpetãt deponenti rem ſuã in naui,pro re ſubtracta 327.2 quo,& quę cõtra fures a lege introductæ ſint 327.2.reales aduerſus quos trãſeant 361.78.c,reales contra quemcumq. poſſeſſorem competere quomodo limitetur 413.111.reales dicũtur vẽditiones 425 2.reales quare cẽſeantur digniores perſonalibus 360. 58. reales quid ſint quid perſonales 357.8.rei perſecutoræ,& pęnales differunt, 415.5.rei perſecutoriæ quid ibid.2.tutelæ 67. §. Finali 3.b

Actiuni cõtra citatũ,vi ab alio detẽtũ, vt non poſſit comparere

in iudicio, non præſcribitur 420. 76. de peculio præſcribitur ſecũdum naturã eius actionis,cuius cognomẽ recepit 400 11

Actionis de in rem verſo propria,cauſæ 515.2.& 3.materia forma,finis,affinia,contraria 526.5 6.7.8. 9. de paupere propria 530.3.ſpecies,cauſę,ibi.4.5.materia,ibid.7.forma anis,affinia 531 8 9. m contraria ib. 11 de peculio propria,ſpecies,cauſæ 524.2.3.4.materia,ib.6.forma 525.7.finis,& effectus,ib 8 affinia,ib 9.exercitoriæ,& inſtitoriæ propria,ſpecies, 521 3.4. cauſæ,ib 6 materia 522.8 forma,ib.9 finis,& effectu,ibi. 10. adiuncta,& affinia,ib 11,contraria,ib.12.diſcrimen 518.1.exercitoriæ propria 519 3 diuiſio,cauſæ 521.4. & 5.materia,forma,finis,& effectus,affinia,contraria 520.7.8 9.10 & 11.in factum quatuor genera 542.28 29.30.& 32.in factum vtilitas, quæ ſit in realibus 408.57.nomen generale eſt 4.51. noxalis propria 528.3.ſpecies,cauſę,ib.4.5.materia,forma,finis,& effectus 529 7.8.9.affinia,contraria,ib 10. & 11. quod iuſſu propria,ſpecies 517.3 &4.cauſæ,ib.5 materia 518 8. forma,finis, & effectus,affinia,contraria,ib 9 10.11.& 12. tributoriæ propria,cauſæ 523 2.& 3.materia,ib.forma,ib.6.finis,& effectus 524.7.adiuncta,ib.8.vocabulum,quot modis accipiatur 352.1

Actionum euentus 536.§.Super eſt,n.1.generalis,& principalis diuiſio,462.3.reuocatoriarum enumeratio. 381.4

Actor,an in libello debeat exprimere, & docere cauſam quare res ſit communis 445. 10. an in libello petitionis hæreditatis teneatur ſpecificare omnes res hæreditarias 483.56.an poſſit perſonali actione agere ad rem dandam,quando res eſt ſua, 424. 2. an teneatur in libello ſpecifice exprimere perſonam eius,qui metum incuſſit 460 53 cogitur eligere,& electione facta ſententiam mutare non poteſt 159. De Publicatione teſtium,n.3.c,de iure Saxon. poteſt ante guarandam præſtitam libellum mutare,& reo iuramentum deferre 410.84. an debeat ſe referre ad damnum,vel ad lucrum 341.6.debet petere reum condemnari ad quatuor 560. 77. etiam nihil probans, poteſt de iure communi reo deferre iuramentum ſecundum communem opinionem, 405. 21. habet duplicem viam fundandi ſuam intentionem 404 19. in libello actionis negatoriæ dicere debet, fundum eſſe liberum quo ad reum, 370 44.in Publiciana a ſua parte debet probare traditionem, & titulum,& a parte rei poſſeſſionem 374.48. minus petens quam ei debetur, an in reliquo ſibi præiudicet 509. 2. petens hæreditatem per libellum, an teneatur in libello ſingulas res ſpecificare, 483. 56. petens hæreditatem,quid articulare, & probare debeat 483 61.quando dubitat de actione ſibi competente,quòd plura remedia cumulare poſſit,qua cautela vti debeat 375. 62 quando plus debito petit, & reus plus debito negat, an debitor plus negando puniatur, vt hinc inde fiat compenſatio 509.9.qui poſſidet,& negatur eſſe hæres,an habeat regreſſum ad petitionem hæreditatis,in qua petit ſe declarari hæredem.437 8. quid,& quomodo in libello actionis Publicianę narrare debeat 375 64.quomodo damnum ſuum æſtimare debeat 471. 17. quomodo ſatiſdare cogatur 532. 6. ſemiplenè probans,à iudice delationem iuramenti neceſſarij petere debet ante concluſionem in cauſa 407.47.ſi in iudicio poſſeſſorio obtinuit ſententiam, in qua reus condemnatus eſt reſtituere poſſeſſionem actori,an reus à tali ſententia appellare poſſit 542. 18 cum ſeq. ſi in principio libelli porrecti non erat dominus, & poſt litem conteſtatam ſuperueniat ei dominium,an debeat ſequi condemnatio per ſententiam. 361. 65. ſi mauult iurare in litem contra non reſtituentem, quam petere rem cum intereſſe,& quadruplo,an poſſit 461. 60 ſi omiſerit ſpecificationem loci, & temporis in libello, an poſſit deinde in probationibus ſupplere,& ſpecificare 431. 18. ſindicus,& procurator, quomodo differant, 71. 4. tria habet remedia,quando reus doloſe deſijt poſſidere 362.85.

Actore non probante regula,fallit in cauſa matrimoniali 33 28.

Actori competunt ea iuramento præſtito in actionibus realib. actio vtilis in rẽ,& actio in factum,ſiue formiter ſiue informiter iuratũ ſit 408.65.quando incumbat probatio. 193.13.

Actoris eſt probare. 361 66

Actus ad conſuetudinem inducendam quod neceſſarij ſint 9a. §.Pauonum quoque.

Actus ciuilis perſonis ipſas principales requirit 153.col.1. nn.2. a,inducẽs additionem in extraneo,idẽ inducit immixtionem in ſuo 189.4.c,iudiciales non poſſunt eſſe in pendenti 54.Ad certum 3.2,iudicis per iudicem alium ſuppleri nequit,ibi.legitimus conditionem non recipit,ibid.ead. Additione a,morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo 205.§.Ao ſeruo,n. 2. b teſtatoris per iudicem ſuppleri poteſt 54 §. Ad certum 3. a, vnde dictus ſit, & in quibus actus, & iter conueniunt 106.17

Addictio bonorum libertatis cauſa,qua re introducta ſit,256.2. bonorum,vt valeat,quæ requirantur. ibi.4

Addictionem bonorum petens non eſt hæres, ſed extraordinarius ſucceſſor. ibi.3

Ademptio,an extra teſtamentum,vel codicillos fieri poſſit 200. 15.expreſſa ſit aliquãdo purè,aliquando conditionaliter,quãdoque in eodem teſtamento:item quandoq; in codicillis,ibi. 6.legatorum ſit dupliciter,ibi.4.legatorum quid ſit. ibid.3

Adiecta fundo fructuarij fluminis vi,ad quem pertineãt 94. §. Præterea,n.2.c,& 116 §.Conſtituitur,n.5.b

Adiectio inuocationis nominis diuini in inſtrumento non facta,non vitiat illud ipſum. 2.2.b

Adimi non poteſt,quod non datum eſt. 206.1.3

Adire propriè eſt aliud ire. 187.3

Aditio hæreditatis, cum ſit facti, præſumenda non eſt, ſed probanda 187.10 d,hæreditatis expreſſa, vel tacita 189.3.a, hæreditatis,vt fieri poſſit, ſed requiruntur. ibid.1

Adiudicatio finium regundorum quomodo facienda.596.11.in actione ad exhibendum,quomodo facienda 595.8 in communi diuidundo actione,quomodo facienda 596.10.in familiæ herciſcundæ actione,quomodo facienda,ibid. 9. quomodo in realibus, & perſonalibus actionibus facienda, ibid. 13. quomodo in ſingulis actionibus facienda. 595.6

Adiudicationum effectus. 596.12

Adminiſtratio rerum fiſci excuſat a tutela 741. tutelæ eſt quaſi contractus 312.§. Tutores,n.1.tutoris ex conſuetudine,non pubertate,finitur. 66.1.a

Adminiſtratores ciuitatis,bona eius obligare poſſunt. 85.4.c

Adoptans debet plena pubertate præcedere adoptandum 45.3. extraneus,non ſuccedit filio adoptiuo mortuo. 230.37

Adoptare,qui poſſint,& qui non 45. 1.& 2.& 46. 5.6.7.

Adoptatus ab extraneo, patri adoptiuo, ſuccedit ab inteſtato ſicut naturalis, & legitimus,& ſuus hæres 222.2.æqualiter ſuccedit cum patris adoptiui liberis naturalibus, & legitimis ſimul,ib. 3.filius non ab extraneo,ſed aſcendente aliquo qualiter illi ſuccedit. 223.11

Adoptio, an hodie permiſſa ſit 44. 3. a, ab extraneo facta,quid operetur,ibi §. Sed hodie,num. 1. coram quo,& a quo fieri poſſit,ibi §.Adoptio,n.3 quid ſit,ibi. 1. quotuplex ſit,ibi.eod. num 1.ſi a conſanguineo fiat,cuius ſit effectus,ibi.§ Sed hodie,num. 2.

Adoptione ſpecifica, patria poteſtas diſſoluitur. 49.1

Adoptiones cur inuentæ ſint. 46.col.a.5.a

Adoptionis origo antiquiſſima. 44 3

Adoptiui filij qui dicantur,& quotuplices ſint. 222. 1

Adoptiuus appellatione liberorum non venit,niſi in caſibus iure nuncupatiuo expreſſis 44. §. Sed hodie in titulo a filius licet patri ab inteſtato ſuccedat, non tamen ab adoptante neceſſariò inſtituendus venit 169.2.filius patri adoptiuo in feudo non ſuccedit 223.10.filius patri adoptiuo tantum,non ipſius agnatis,aut cognatis ſuccedit. ibi.9

Adſcriptus artis alicuius, ſi rem eam non exerceat, priuilegijs eius non gaudet. 77 4.b

Adulterij,& ſtupri differentia ona 1.pœna quæ ſit. 41.a5

Adulterini,nefarij,& inceſtuoſi ſibi inuicẽ nõ ſuccedũt. 235. 47

Adulterio quinquennio præſcribitur. 130.49

Adulterium quid ſit. 601.1

Adultus in quib.caſibus in iudicio eſſe poſſit ſine curatore, 63. 3.b,an ſine curatoris authoritate in iudicio eſſe poſſit,ib.6.habẽs curatorẽ, ſine authoritate curatoris alienare nequit 150. 9 qui egreſſus eſt 14.annum, poteſt facere teſtamentũ 164:4

Aduocati,an à pauperibus ſalarium accipere debeant 454. 9 impij ſunt excoriatores pauperum,&c.ibi. 10.non habent priuilegium teſtamenti militaris. 162.12

Aduocatus de quota litis paciſci non poteſt 311. 7. a, quo modo cauere debeat. 533.9

Ædificans in ſuo loco de aliena materia, an efficiatur dominus ædificij 96.3.in ſuo loco de ſua materia facit ſuum,ib.2.ſcienter in alieno ſolo de ſua materia,perdit ædificium, ſiue bona ſiue mala fide ædificauerit. 97.8

Ædificare cuilibet licet in cęlum vſque. 370. 51. in dubio quis præſumitur propter ſuam vtilitatem, non ad iniuriam, & æmulationem tertij 547.59 prohibere quis dicatur. 546.35

Ædificatio molendini,an cuique in proprio permiſſa ſit 85.10 b

Ædificatione dominium acquiritur. 96.1

Ædificium cedit ſolo 97.4. ſi fiat in alieno fundo de aliena materia,an dominus ſoli efficiatur dominus ædificij,& materiæ. ibid 9

Ædiles curule qui. 548.65

Ægrotus,& decumbens,an teſtari poſſit. 166.15

Æqualitas inter dotem, & donationem propter nuptias, an de conſuetudine ſeruetur. 240.44

Æquiparatur ſi duo ſũt à iure,an pęna adiecta in vno intelligatur

Digitized by Google

tur etiam adiecta in alio. 434.6
Æquiparatum nihil addit illi, ad quod fit æquiparatio, ſed bene contra. 192.8
Aequitas vult, neminem diteſcere cum damno alterius. 121. 11.a
Aequitatem ſemper prætor ob oculos habere debet. 382.13
Aeræ alieno deducto primum debentur legata. 385.56
Aes alienum à filio viuente patre, ſtudiorum, & Doctoratus conſequendi gratia, contractum de bonis defuncti patris cõmunibus ſoluendum eſt, 144.73.c, alienum deduci debet ante omnia de hæreditati defuncti. 208.1
Aeſtimatio damni ex primo capite legis Aquiliæ, quomodo ſecundum ius Saxon fiat, 335.9. damni fit de præſenti, 453. 16. datur pro quanto quis noliſſet paſſus, 344. 3. debet fieri ſecundum communem æſtimationem, non ſingolarem affectionem, 331.10. læſa non pœna ſed reuocatione redintegratur, 344.9 c, operarum qualiter fieri debeat, 349. 10. quomodo fieri debeat de iure Saxon. & alias, 433.5. & 6 rei è defuncti voluntate debetur, quę alias pręſtanda non eſſet, 193.10.d, relinquitur arbitrio iudicis, quando oritur contentio inter hæredem, & legatarium, de iuſto valore rei legatæ, 193.7. ſecundum quæ loca fieri debeat. 331.12
Aetas in ſponſalibus maior infantia conſtituta eſt, 30.a.b, integra, perfecta, plena. 46.4.b, 58.5.c
Aetates ſeptem ſunt in iure. 45.4
Affectatum non dicitur oneroſum, 75.§. Item tria 3.
Affectio teſtatoris aut pupilli, num ſpectanda ſit in ſubſtitutione pupillari, 173 Tit. de pupillari ſubſtit. a
Affectus hominum ſunt varij, 210.3. punitur quanquam non ſequatur effectus. 322.4
Affinis vtrum excludat fiſcum. 244.22.b
Affinitas duplex, 28.6. quid ſit. ibid. 5
Affinitatis iure ſucceſſio nulla permittitur, ibidem 2. generaque, & aliquot regulę pro intellectu generum affinitatis, ibidem 7 cum ſeq.
Affirmatio, & non negatio, probanda eſt. 369.39
Afflictio non addenda afflictio. 164.10
Agens actione confeſſoria, quæ probare debeat, 368. 18. & 19. contra perſonam ratione iuris, quod in ea habere ſe prætendit, habet vtilem præiudicialem actionem, 422. 16. ex iuramento præſtito, quid probare debeat, 413.113. hypothecaria, quæ probare debeat, 394. 88. iniuriarum, iniuriam ſibi illatam aliqualiter ſine iuramento æſtimare poteſt, 346. 11.b, negatoria, num teneatur probare libertatem rei ſuæ, 369. 37
Agenti ad ſeruitutem ſibi debitam vltra confeſſoriam, an etiam alia remedia competant, & quæ ſint illa. 368.13
Ager inundatus, an aqua recedente maneat eius, cuius fuerat, 95.§ Quod ſi naturali, num. 4.
Agere pro annuis præſtationibus, & alijs iuribus diſcontinuam cauſam habentibus, periculoſum eſt. 558.60
Agnati & cognati hodie ad decimum vſq; gradum ſuccedunt, 248.§. Finali, num. 1. & cognati quomodo olim ex leg. xij. tab. ſucceſſerint, 549.9. in feudis ſuam ſeruant prærogatiuam, 51. §. Permiſſum, nu. 5 b, qui dicantur, 55.8. & 244.5. quo ordine de iure Saxon. cognatis præferantur, 55. 12. ſi ſint plures, cui tutela deferatur, ibid. 11. vnde cognoſcantur. 55.8 b
Agnatio per capitis diminutionem tollitur. ibid. 2
Agnationis, & cognationis differentia, in quibus ſit ſublata, ibidem 10.
Agnato, quæ bona debeantur, decedente nobili. 484.80
Agnatus hæreditatem repudiare, & feudum retinere poteſt. 185.6 d
Agrimenſores iurare debent. 449.23
Agrum corrumpentes, ſi criminaliter contra eos agatur, puniütur pęna falſi, 417.29. quid & quotuplex ſit. 416.14
Alienare, an tacitè obligari poſſit. 390.45
Alienare, qui prohibeantur. 148.3
Alienatio ex qualibet neceſſaria cauſa permiſſa eſt, 149. 12.g, facta per Prælatum ſine conſenſu Capituli quando valeat, 8. 9.a, facta in perſonam coniunctam, vel clam, facit præſumi fraudem, 386.74 fraudulenta quòd ſummo iure valeat, quomodo limitetur, 385. 53. fundi dotalis vtrum valeat, 148.4.c omnium bonorum, facit pręſumi fraudem, 386.72. quot modis fiat, 383. 18. rei Eccleſiaſticæ ſolemniter facta, vnde Eccleſia tamen læſa ſit, an efficax ſit, 87 9.a, rei prohibitæ num valeat, 148. col. a.a, & 383.17.a, rerum Eccleſiaſticarum, & Monaſteriorum. & aliorum piorum locorum, quocumque titulo fiat, an ſit prohibita, 86.§. Sacræ, numer. 3. rerum ſacrarum quæ requirat, 87.9
Alimenta denegans, necare videtur, 50.3. legata quid complectantur, 201. 10.g, qualiter pupillo decerni debeant, 81.7. vxori per maritum præſtanda. 384.33.b
Alimentorum appellatione quæ veniant. 8.14. & 511.6
Aliud pro alio ſolui poteſt volenti, nolenti non poteſt. 298. 1.a
Allegans titulum tenetur illum probare. 550.29
Allegauti bonam fidem abſque titulo, nec iuranti creditur. 374.53
Allegatio malæ fidei poſt annos triginta præſcriptionem ſeruitutis non impedit. 113.13.a
Allegationibus falſis aliquid obtinens, caret impetratis, 79.§. Finali, 2.
Allodialia, & feudalia bona habens, ſi decedat relictis duobus filijs, qui bona inter ſe diuiſerunt, & is, cui feudum aſſignatum eſt, etiam decedat relicta filia quæ in feudo non ſuccedit, an filia poſſit agere contra patruum de euictione. 438.20
Alluuio quid ſit, 94.§. Præterea, nu. 2.
Alluuione acquirimus rerum dominia. ibid. 1
Alternatiuarum ſex ſpecies in iure reperiuntur: & quæ illæ ſint 508.9. cum ſeqq.
Altius tollendi verba quomodo intelligenda ſint. 371.56
Alueus à flumine derelictus, eſt circumcollentium, 195.§. Quod ſi naturali, numer. 3. eſt iuris publici, ibidem, 2. quid ſignificet. ibidem 1.
Amator, & ebrius æquiparantur. 257.b
Amatorium poculum, vel medicamentum præbens mulier, vt abortum faciat, quomodo puniatur. 168.7
Ambitus crimen quid ſit, & quæ eius pęna. 608.2
Ambulamus cum alijs, ire ſoli dicimur. 105.11.g
Amor æquiparatur furori, 257. 7. deſcendit, & non aſcendit, 168.12
An annis triginta pacto retrouendendi, vel iuri offerendi præſcribi poſſit. 472.17.a
Animalia groſſa quatuor vel quinque conſtituunt gregem, 200.8 irrationabilia iniuriam inferre non poſſunt, 331 2. manent dominorum, quando habent conſuetudinem redeundi, 92.§. Apum quoque a.b, quotuplicitet manſueta ſint ibid. eodem §.2
Animalium tria ſunt genera, 92.§. Apum quoque, num. 2.
Animantia, feræ naturæ, & cicurata, tum demum occupantis fiunt ſi animum redeundi habere deſinunt, ibid. 1. & 2. manſuetæ naturæ ſunt occupantium, ſed qui eam detinet, furtum committit, ibid.§. Gallinarum autem, nu. 1, ſi ex inſidijs aliuſus animum reuertendi deponant, an occupantis fiant, ibid. §. Pauonum quoque 3.
Animus, & intentio hominis diſtinguunt facta. 18.6.k
Annonæ flagellatæ crimen, & pęnę quæ ſit. 608.4
Anni cenſus, & redditus computantur inter immobilia, 240. 33. & 34. redditus quando quem excuſent à ſatiſdatione, ibid. 38.
Annulus ſignatorius. 160.8. col. 2.b
Annulus ſignatorius maiori nãtu filio relinqui ſoleat, ibid. eadem additione.
Annua alius continuus, alius vtilis dicitur, 380. 61. an inſeri debeat libello iniuriarum, 346. 11.b, continuus qui dicatur, 65. 18. & 380.63. & dies, quare in libello exprimi debeat, 559.75. 585. 30. in actione iniuriarum eſt cõtinuus, 342. 2. in actione iniuriarum prætoria, quando currere incipiat, ibidem 1.a in dubio intelligitur de vtili in diſpoſitione prætoria: ſecus in ciuili, 380. 66. Incarnationis Chriſti non ponitur neceſſario in principio inſtrumentorum, 2.1.b, iniuriarum criminalis continuus eſt, 345.5.a, in actione iniuriarum quando currere incipiat, ibidem eadem additione, vtilis incipit currere à die impetratæ reſtitutionis, 380.77. vtilis intra quem Pauliana proponenda eſt, currit à die ſucceſſionis, 386.83. vtilis qui dicatur, 65. 19. & 380. 65. vtilis, qui olim dabatur ad petitionem reſtitutionis, hodie in quadriennium continuum commutatus eſt. 380.74
Apes tamdiu tuæ ſunt, quamdiu animum reuertendi habent. 92. 5
Apum natura fera eſt. ibid. 3
Appellanti quid faciendum ſit, ſi iudicis copia haberi non poteſt. 380 69
Appellari non poteſt ab Electoribus Imperij, 348.14. quare poſſit à ſententia arbitri iuris, & non à ſententia arbitri compromiſſarij. 338.17
Appellatio à diffinitiua in criminalibus locum non habet, 461. 66. a ſententia ſortis non admittitur, 443.66. eſt pręſidium innocentiæ, & ſpes defenſionis, 542. 17. facienda eſt intra dies decẽ, 78.§. Qui autem, n. 1. a, illicita eſt de conſuetudine Ger-

maniæ, 461. 66. b, non admittitur in cauſa per iuramentum deciſa, 413. 115. non auditur niſi ſententia iudicis executioni mandata ſit, 452 9. a, vt iuſtificetur, & proſequatur, regulariter datur annus 178. §. Sed & ſi quis, num. 7.
Appellationis proſequendę tempus dicitur fatale, & incipit currere à die interpoſitæ appellationis. ibid 8
Appellatus in appellationis cauſa ſuccumbens vtrum in expenſis condemnatus ſit. 341. 5. c
Apprehendens res nauis leuandæ cauſa in tempeſtate proiectas non acquirit earum dominium, 103 §. Fin num. 1.
Apprehenſione miſſilium acquiritur dominium ibi. §. Hoc amplius, iuncto §. Qua ratione, nu. 1. rei pro derelicto habitę, dominium quæritur. ibid. 2
Aqueductus quid ſit. 107. 24
Aquæhauſtus quid ſit, & vt talis ſeruitus conſtituatur, quæ requirantur. ibi. 27
Aquam ducendi facultas, in pluribus concedi poſſit, ibid 26. ducens per fundum alienum tenetur ſuis ſumptibus reficere fiſtulas, & alia inſtrumenta. ibid. 25
Aquila factum iniuria, id eſt non iure, perſequitur, etiamſi animus contumeliæ faciendę ſit. 339 2. a
Arbiter, & iudex in quibus conueniant, 259. 34. compromiſſarius malè iudicans, tenetur ex quaſi maleficio. 347. 7. & 8.
Arbitramentum parte læſa poteſt reduci ad arbitrium boni viri. 348. 31
Arbitrator, quis dicatur, 298. §. Pretium autem, num. 3.
Arbitri compromiſſarij qui dicantur, 358. 32. iuris qui dicantur. ibid. 25
Arbitraria ad inſtar iudiciorum redacta ſunt. 359. 33
Arbitrium alicuius ſi eſt electum, an cogatur arbitrari, 298 6. iudicis ad quid ſe extendere poſſit, 344. 7 quanto dicatur iniquum, ibi 5 quando iudex vſque ad mortem extendere poſſit, 3 14. 8 Arbitrorum quot ſint ſpecies. 358. 24
Arbor affinitatis propter quas cauſas à iure ciuili inuenta. 28. 1. Et quare à iure Canonico inductam, ibid. num. 3. & paulo ante p 27. nu. 1. conſanguinitatis, quare à iure ciuili introducta ſit 26. 1. conſanguinitatis, quid ſit, 25. 3. prope confinium poſita, an ſit communis, & fructus vtrinque partiri debeant, 97. 3. tua ſi in fundum meum immiſit radices, an propria authoritate liceat incidere eas, vel ipſam arborem, aut eius ramos. ibid. 4
Arbores putans prope viam publicam, aut vicinalem, ſi deijciendo ramos prætereuntem occidat, an teneatur l. Aquilia 332. 1. radices egiſſe qualiter cognoſcatur, & probetur, 94. §. Præterea, nu. 33.
Arboris appellatione vites continentur, 97. §. Si Titius, num. 5.
Arborum putator ſi deijciens ramum, & non proclamans occidit prætereuntem, an teneatur leg. Cornel. de ſicar. 322. 9
Argentariæ quo ad decimam partem, dicuntur de regalibus. 17. 6
Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates quãdo procedat, 20. 6. a, contrario ſenſu validum eſt, 22. 10. à iudicijs ad vltimas voluntates bonum eſt negatiuè, non affirmatiuè, 158 7. à liberto ad vaſalum valet, 422. 21 à maiori ad minus quomodo formari conſueuit, 228 15. a, à pacto ad ſtatutum procedit affirmatiuè, 401. 22. & 414. 70 à partium enumeratione ſufficiente, 311. 4. b, a præſcriptione ad Publicianam quando procedat, 375. 38. a rubrica ſumptum, 319. 2. a, à ſufficienti partium enumeratione an bonum ſit in iure, & quando procedat, 312. 4. ab etymologia valet negatiuè, 51. col. 1. 7. & 154. col 2. in fi. nu. 2. & 267. 9. ab ordine rubricarum ſumi poteſt, 352. 12. a, ab vltima voluntate ad contractum quando valeat, 19. 6. d, dando inſtantiam ad conſequentiam tollendam an valeat, 463 18. de feudo ad emphyteuſim an valeat & econtra, 303. 5. c, ſumitur ex ordine Rubricarum. 352. 12
Arma portans præſumitur habere malum animum, 328: 11. & 432. 14
Armorum appellatione, quæ veniant. 586. 8
Arrhæ quot modis dentur. 228. 13. & 469. 38
Arrharum datio, an in contractibus neceſſaria ſit, ibid. 37. datio an faciat deſinere rem eſſe integram. 316. 3
Arrhas duplicatas, an venditor à contractu recedens, emptori perſoluere teneatur. 298. 13
Arrogans debet ſatisdare. 45. 6
Arrogare qui poſſint. ibid. 4
Arrogati parentibus ſuis, an ſuccedant. 255 6. b
Arrogatio, & adoptio qualiter differant, 45. 12. cum ſequ. per quos fiat, ibid. 2. non facit irritum militis teſtamentum, 163. 23. quare nõ coram quouis magiſtratu fieri poſſit, 45. 3. quid & vnde dicta ſit. ibid. nu. 1
Arrogationis effectus. ibid. 8. cum ſeq.
Arrogato quid debeatur, ſi eſt emancipatus cum cauſæ cognitione. 223. 16
Arrogator in bonis aduentitijs arrogati hodie nudum vſumfructum habet, 255. 3. quando filio arrogato ſuccedat. 230. 39.
Arrogatus filius quis ſit, & qualiter arrogatori ſuccedat, 223. 14. in quibus æquiparetur filio naturali, 255. 4. patri, qui eum arrogauit, in feudis non ſuccedit, 223. nu. 10. a, quando arrogatori, in feudo ſuccedat, ibid. 17. quid conſequatur ab arrogatore, ſi in teſtamento ſit præteritus, ibid. 15. ſe, & ſua ſubijcit arrogatori. 255. 2
Articuli probatorij de ſcientia, & patientia, an faciendi ſint, quòd præſcribens vſus ſit ſciente, & patiente aduerſario, 112. 12. probatorij in præſcriptione tanti tẽporis, cuius initij, &c. qualiter formandi, 125. 37. probatorij qualiter concipiendi ſint, 126. 63. probatorij qualiter faciendi ſint, quando agitur interdicto. Vti poſſidetis, 560. 87. probatorij quomodo formentur. 484. 67
Arumine à paſcuo fieri poſſit. 107. 33. c
Aſcendens an poſſit ducere vnam ex deſcendentibus. 27. 4
Aſcendentes quamdiu exſtant, tamdiu collaterales à ſucceſſione excluduntur de iure Saxonico, 230. 35. quando ſunt plures in ſecundo, vel tertio gradu, diſparis numeri, defuncto verò in pari gradu, quomodo ſuccedatur, 228. 22. ſuccedunt, quando deſcendentes non exiſtunt. 227. 1. & 5
Aſcendentibus in infinitum competit querela inofficioſi teſtamenti, 182. 6. pluribus exſtantibus, qui in gradu ſunt diſpartes, proximior in gradu remotiorem excludit. 228. 20
Aſcenſio thori in quibus de iure Saxonico requiratur. 237. 13. k
Aſſectans matrem familias iniuriarum tenetur. 339. 21
Aſſertioni libellantis, etiamſi illi noceat, ſtatur in fauorem rei. 509 2
Aſſeſſorum ſalaria licet à patribus exigi poſſunt. 454. 5
Aſſignatio quibus modis amittatur. 250. 43
Aſſis appellatione in legibus plerumque tota hæreditas continetur, 170. § Hæreditas, nu. 1. partium nomina ibid. 2
Aſtringens ſe ad factum per iuramentum, præciſè ad factum tenetur, nec liberator ſoluendo intereſſe. 407. 54
Auari conſtituti in articulo mortis, demum ſunt largi. 200 4
Auaritia eſt mater omnium malorum præſertim cum iudicium inhæret animabus, 201. 5. legitimis ictibus facienda eſt ibidem 4. 8.
Auaritia ſenili nil turpius. ibid. 7
Auarus ſeruit nummo tamquam Deo. ibid. 8
Aucupari an in fundo alieno liceat. 91. 6
Auferens violenter res ſuas mobiles penes alium exiſtentes, ad quid teneatur. 329. 2
Augumentum dotis an vxori debeatur ſi maritus ante primum concubitum deceſſerit, 488. 41 g, quod conuenit doti ipſi conuenit etiam augmento dotis, ibidem ijſdem pag. num. & additione.
Auia nepotum ſuorum tutria eſſe poteſt. 52. 11. b
Aureus quo hodie vtimur, veteri ſolido ſurrogatus. 139. 24
Aureus Vngaricus pro ſolido vſurpatus. ibid. 25
Authentica. Bona damnatorum, locum quoque non habet in nuptijs latiſſima interpretatione inceſtis, 39. 10. e, hoc niſi, C. de ſolut. quomodo intelligatur, 393. 84. præſente, C. de fideiuſſ. quando ceſſet. 291. 3
Author conſuetudinis, quia plerumque incertus eſt, ideò fruſtra de eo quæritur. 13. 3 b
Authoris, & ſucceſſoris tempora in præſcriptione coniungi poſſunt. 132. 64
Authoritas iudicis quando in contractu requiritur, & bona alienantur ſine decreto iudicis, præſumitur fraus, 486. 75. tutoris quando neceſſaria, 61. 4. cum ſeq. tutorum quid ſit, ibi. 2
Authoritatem præſtare quid ſit. ib. 3
Auus non poſſit nepotem è ſpurio hæredem inſtituere, 168. §. Poſthumorum, nu. 1. 2, & auia, & vlterius aſcendentes, ſuccedunt cum fratribus, & ſororibus defuncti, 229. 25. ſi ſubſtituit nepoti, qui mortuo auo in poteſtatem ſui patris eſt recaſurus, euaneſcit ſubſtitutio. 174. 9

B

BAnniti noſtri temporis, an æquiparentur deportatis, & quæ iura amittant, 47. 11. num. deportatis, & relegatis comparentur. ibid 9. f
Bannitio capitis diminutione perit, 67. § Sed & capitis a,
Bannitus à principe, vbique iura amittit, 47. 14.
Bannum quando imponatur. ibid. 13.
Bar-

Digitized by Google

Barbam alicui expellere realis iniuria eſt. 343.8

Baro citatus à Rege pena ducentorum flor. vt monſtret ſua iura, & titulum in caſtris, an teneatur comparere. 481.42

Baſtardi Delphinatus, & locorum quorumdam vicinorum, quibus fruantur prærogatiuis, & immunitatibus, 224.52.a, qui filij dicantur. 74.6.c, vt ſuccedant ab inteſtato ſtatuto introduci poteſt. 225.3.a

Bella iure gentium introducta ſunt. 9.9

Bellum denunciandum eſt hoſti, 365.125. eſt duplex, 9.10. Publicum eſt, quod authoritate Principis ſuperiorē non agnoſcentis inducitur, ib.10. Priuatum, & improprium quod ſit, ib.10.f

Belli finis quis ſit. 9.9.c

Beneficiū Auth. præſente, C. de fideiuſ. quando ceſſet, 291.3. cedendarum actionum quid ſit, 293.23. & quo tempore ſit petendum, ib.24. deductionis, quando ceſſet in actione de peculio, 402.58. diuiſionis, quando competat, quando non 293.29.a, Epiſtolę D. Adriani, vt competat, quæ requirantur, 291.15, & quando illud beneficium ceſſet. 293.20. Epiſtolæ D. Adriani, an locum habeat inter debitorem principalem, & fideiuſſorem, 292.16. fideiuſſorum, cur diuiſionis dicatur, 291.15.g, inuentarij cuius eſt, quam deliberandi 287.11. inuito propriè dari non poteſt impropriè, & per conſequentiam poteſt, 314.7.à legis Commiſſoriæ in fauorem venditoris introductum eſt. 472.13. vt inuito non datur, ſic ab inuito etiam non præſtatur. 310.2.a

Biduum appellatiōne dierum intelligitur. 276.9.b

Blaſphemię pena quæ ſit de iure ciuili, & canon. 313. & 414.n.117

Bona ab inquilino in domū conductam inuecta, & illata quando cenſeantur pro pēſione domus hypothecata 388.12.a, alienata in fraudem creditorum reuocari debent a creditoribus infra annum vtilem 386.80. apud vxorem reperta, an intelligantur ex bonis mariti acquiſita 151.21. communia non forte diuidenda ſint. 44.61.a, damnatorum, an hodie confiſcentur, 307.5. defuncti quando tranſeant immediatè ad ſeruum heredem 184.4.b, fideiuſſoris obligantur tacitè pro dote ſiue ex parte vxoris interceſſit pro dote danda, ſiue ex parte viri pro dote reſtituenda, iꝰ ſcilicet caſibus, quibus dotis reſtituēdæ nomine fideiuſſor intercedere ſolet. 488.45.k

Bona fides a quo probanda. 122.21. Actoris eſt neceſſaria in Publiciana, 374.40. an in dubio præſumantur, & qualiter probetur, 112.13. an in omni præſcriptione requiratur. 112.19. an requiratur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iurium, 576.131. in contractibus requiritur, 263.17. in re variè accipitur, ibi.16 in quibus temporibus adeſſe debeat, 374.41. non præſumitur niſi allegetur, ib.44. qualiter probetur, 123.28. quæ dicatur, & quæ mala. 121.14. requiritur duobus temporibus in titulo emptionis tempore contractus initi, & traditionis factæ, 384.39. quo tempore requiritur in contractibus, 121.16, ſemper præſumitur. 374.49

Bona hereditaria ſemel adita, res hæreditariæ nō amplius dicuntur. 550.29. illata ante incluſionem factam, an alienari poſſint abſque onere tacitæ hypothecę, 391.53. illata per colonum, & inuecta per inquilinum, quomodo differant, 589.28. inuecta, & illata in domum conductam, tacitè pignori obligata ſunt, 389.28.a, mulieris omnia non dote nō conſtituta dote data cōſtituta eſſe intelliguntur 487.2.b, non intelliguntur eſſe cuiuſquam, niſi quæ deducto ære alieno ſuperſunt, 208.3. paraphernalia quæ ſit, 488.38. poſſeſſa ſi aduerſus fiſcum præſcribuntur, cur non etiam contra alios præſcribuntur, 230.50.d, profectitia hodie conferuntur, ſecus in aduentitijs, & caſtrenſib. 449.41. promittentis dotem, an tacitè obligata ſint marito, ubi dos promiſſa non eſt ſoluta 488.40. f, ſoceri mulieris tacitè hypothecata ſunt, etiamſi reſtitutione fideicommiſſariæ ſubiecta ſint 487.33.d, tutorum, & curatorum tacitè pupillis pro adminiſtratione tutelæ ſunt hypothecata, 68.7. vacantia, & hæreditas iacens quid, & quomodo differant. 243.13

Bonæ fidei poſſeſſor continuus, an, & quando teneatur reſtituere fructus perceptos. 98.5

Bonam fidem alleganti abſq; titulo, nec iuranti creditur, 374.53

Bonam fidem, qui poſſeſſores habere præſumantur. 122.22

Bonorum poſſeſſio Carboniana, quæ ſit, 253.6. contra tabulas, quando hodie neceſſaria ſit, 254.10. contra tabulas cui detur, & quomodo tabulæ hic accipiantur, 252.6. duplex, 254.7. & hereditas in quibus conueniant 251.6. extraordinaria quæ, & quotuplex ſit, & quæ requirantur, vt locum habeat, 253.2. cum ſeq. infra quod tempus peti debeat. 254.1. olim petitionem, & decretum exigebat, hodie ſola declaratio animi ſufficit, ibi.4. quomodo hodie agnoſcenda ſit, 549.10. ſecundum tabulas, cui, & quando detur, 252.7. ſecundum tabulas eſt voluntaria. 255.11

Bonorum poſſeſſionem induxit Prætor, emendandi veteris iuris gratia, item, & confirmandi. 251.5

Bonorum poſſeſſiones decem à Prætore introductæ ſunt: Quæ autem ſublatæ ſint, & adhuc durent, 252.1. cum ſeqq. quatuor locum habeat ab inteſtato, & quæ illi ſint, ibi.8. cum ſeq.

Boum coniunctio qualis contractus ſit. 303.col.1.5

C

Cadauer eius, qui ſeipſum interfecit, vbi ſepeliatur. 88.9.f

Caducitas emphyteuſis. 383.10.a

Cęci quomodo ſecretò teſtari poſſint, 165.§. Cęcus autem, 1.a Quæ retineant, & à quibus non prohibeantur, ibid.ead. Addit teſtamentum, & quæ requirat præter alias ſolemnitates teſtamentorum. ibi.4

Cęcus an teſtari poſſit, ibi.1. in ſcriptis teſtari nequit, ibi.col.1.5

Calata comitia vnde dicta ſit. 155. poſt med. col. nu.3

Calefactio ceræ actus eſt pertinens ad vltima volūtates. 156.7.f

Caluiſina actio quid ſit. 382.8

Calumnia quid, & vnde. 588.1

Calumniari an præſumatur, qui accuſationem inſtitutam non probat. 456.6

Calumniator an poſſit accuſari criminaliter, & quib. teneatur, ibi.8.9. cum tribus ſeq. quisve dicatur calumniator. ibi.5

Camera Imperialis, quibus caſibus in inſtantia prima ſit competens. 598.5.a

Canem mordacem habens, an teneatur pro damno à cane dato 135.7

Canonici, an bona quæſita ex rebus Eccleſiæ, ſeu intuitu Eccleſiæ, tranſmittant ad hæredes. 87.b

Capere, an poſſit quilibet malefactorem, & delinquentem. 320.4

Capitis diminutio accidit liberis hominib. non ſeruis, 57.col.1 nu.1. maxima quæ 56.6. media, ibi.7. minima, ibi 8 quid ſit, ibi.3. quotuplex ſit, ibid.5. diminutionis maximæ, & mediæ effectus, ibi.col.1.nu.1.& 2,

Capta ab hoſtibus imbellia ſtatim fiunt capientium, 93.§. Item, quæ ex hoſtibus, num.2. poſt prohibitionem, an fiant capientium. 91.7

Capti ab hoſtibus hodie libertatem non amittunt, 49.2. in bello antiquiſſima conſuetudine libertatem non amittunt, 165.§. finali, num.3.a

Captiui hodie non fiunt ſerui. 15.10

Captiui teſtamenti factionem habent Leonis Imperatoris conſtitutione. 16.3.e

Captiuitate acquiritur dominium de iure gentium, 93.§. Item ea, quæ ex habitus, num.1. patria poteſtas ſoluitur, 49.§. Si ab hoſtibus, nu.1

Captus à ladronibus poteſt condere teſtamentum, 175.§. fin. nu.2. ab hoſtibus captus quomodo vſucapiat, 380.61. ab hoſtibus teſtari nequit. 165.§. Finali, nu.1. amore, qua pœna afficiatur. 257.4.b

Caput hominis pars nobiliſſima, 15.col.1.7. legis Aquiliæ ſecundum in deſuetudinem abijt. 433.10. à quomodo in capitis diminutione accipiatur 16.2. quomodo in ſucceſſione accipiatur, & quot ſint capita ſuccedendi, 245.16. cum ſeq.

Caſtaldus quis dicatur. 341.13

Caſtigatio modica patri, & domino permiſſa eſt. 325.5

Caſtitas maior requiritur de iure ciuili in fęmina, quàm in maſculo. 66.7

Caſtri parte apprehenſa, poſſeſſio omnium partium in caſtro exiſtentium apprehenſa cenſetur. 573.107

Caſtrum, & ſimilia, an facere quis poſſit ad inuidiam alterius. 19.2.a, ſit ſit conceſſum nobili à principe cum ſuis pertinentijs, mero, & mixto imperio, & omnibus iuriſdictionibus, an intelligatur via conceſſa. 109.23

Caſus centum, & plures de correlatiuis enumerati. 129.21.d, fortuiti qui dicantur, 269.33.a, quatuor, in quibus libellus ſine concluſione admittitur, enumerati, 364.119.b, quidam ſunt, in quibus pater filio aliquid donare poteſt, in quibus item mulier, 144.78.b, i. ſedecim, in quibus alter alteri ſtipulari poteſt, enumerari. 286.8 b

Catoptro quibus rebus per totā vitam pęnitentiam egerit, 279.5

Cauere verbum quid ſignificet. 369.26

Cauponi ſi hoſpes valiſiam tradidit an ſtetur iuramento hoſpitis ſuper rebus ex valiſia amiſſis. 350.5

Cauſa appellationum defertur ad alium iudicem 78.col.2.1.a, ciuilis vtrum criminali concurrere poſſit, 599.10.a, ſit per dictionem, Quia, Sed, Quoniam, 204.§. Longe magis, num.1. fructuum potior eſt, quam ædificiorum, 114.26.c, iuſta in principe contra ius in dubio diſponente, an præſumatur. 48.16.c,

Digitized by Google

56.c, nulla obligandi ſubeſt nudo pacto, 164.6.b, obligationi remota, eſt ius proxima, factum hominis, ideſt, contractus. 258.8 d, actionum propinqua quæ dicatur, & quę remota, 363, 110. validationis finalis, quæ ſit. 71 9.c, vitæ, & famæ ęquiparatur. 19 Eadem lege nu.3

Cauſæ ciuiles, & criminales quæ dicantur, 319.8 a, complures, ob quas ſponſaliorum tempora differuntur enumerantur, 31. 10 a, cur proœmium in teſtamento condendo omitti non debeat. 160 col.2. in pr n.8.a, inimicitiarum. 76.7.c, Iudæorum quo iure decidendæ ſint. 218 9.a

Cautarium non eſt, vbi non eſt cauſa. 264.6.b

Cautela Angeli, vt actor in initio litis reũ interroget, an poſſideat rem, quia velit eam vindicare, 362.95. vt metus reuerẽtialis ſuſpicio tollatur. 459.47. contra abutentes exceptione non numeratæ pecuniæ, 296 20. obſeruanda in contractu locationis, 475.6. vt reus neget narrata prout narrantur, 362.92

Cautio de non moleſtando in futurum, an debeat eſſe perpetua 559.67. dictio ſimpliciter prolata à l. Prætoria, de qua intelligatur, 71 3. dubiuta, 115.1 2.g, geminata tollit beneficium Velleiani. 196 19. generalis de non moleſtãdo in futurum, vtrum in bello, & ſententia omiſſa in executione peti poſſit. 533.8.a, idonea quæ dicatur, 256 5. & in addit. ibi. ad eundem nu. 5.a, Mutiana à quo & ad quem finem inuenta, 278. col.1. §. Si quis ita, nu. 2. Mutiana, an locum habeat in contractibus, ibi. nu. 5. nudam cautionem in iure ſignificat, 41.16.f, plena dicitur cum fideiuſſoribus. plenior cum pignoribus, 290.13. præſtita vxori a marito malæ tractationis per eam accuſato. 533.8.a, quã reus agenti confeſſoria præſtare debet, de in poſterum non impediendo actorem vti ſua ſeruitute, ſuccedit in locum perfectæ præſtationis, 368.25 ſufficiens, vel idonea, quæ dicatur. 71.7. vſufructuario, an a teſtatore remitti poſſit. 115.10. e, vſufructuaria, an ſit de ſubſtantia vſusfructus, 115.12. vſufructuaria per quos debeat præſtari, & ſi præſtari non poteſt, an debet is, cui relictus eſt vſusfructus gaudere commodo vſusfructus, ibi 11. vſufructuaria quotuplex ſit, & quando præſtetur, ibi. 9 & 10

Cautionem exigere aliquis poteſt ab inimico ne offendatur in poſterum 347.11.a, Eundem à teſtimonio quoque, accuſationeque repellere poteſt, ibi. eadem additione.

Cautiones, quæ introducuntur ex forma ſtatuti, an ſint Prætoriæ, vel Iudiciales. 284 6

Cautionis, quando ſimpliciter mentio fit, an intelligatur de nuda, vel idonea. 256 col.2.6.7

Cedens bonis, a debito liberatur. 307.6.e, bonis alioqui in carcerem, & cuſtodiam conijci poteſt, 383.28.c, non tenetur niſi in quantum facere poteſt. 384.29.a

Cedere idem dicitur duobus modis in legatis. 200.§. Si pecuniã, nu. 1. dictu quid ſignificet. ibi. 2

Cenſus, an, & quanto tempore præſcribi poſſit. 13.5. n. 1

Ceſſio bonorum ad quid proſit. 307.7

Ceſſionarius, an gaudeat priuilegio prælationis. 491.70

Chartarum hodie cedat ſcripturæ, 98.§. Literæ quoque numero 1.a

Chriſtiano non licet ducere Iudæam. 41.21

Cibaria domeſtica, quæ ſint. 240.42

Cingendus habetur procincto, 74.§. Item ij qui a

Citare qui poſſint. 593.6

Citari debent omnes in actibus præiudicialibus, quorum intereſt, 159. col.3. in princ. nu.3. & 593.7

Citatio quid ſit, 592.1. valuis iudicij, aut eccleſiæ affigitur hodie, quoties reus inueniri non poteſt. 416 14.c

Citationis propria, partes, ſpecies, 592.2. & 593.3.4. cauſa materia, forma, ibi.3.8. & 9. finis effectus, affinia, contraria, 594.10. 11. 12. & 13

Citatus ad locũ peſte infectum, comparere non cogitur, 420.81

Ciuiliter, quando agi dicatur, & quando criminaliter. 352.2

Ciuis, an in cauſa ciuitatis ad teſtimonium admittatur 86. col.1. in princ. nu.5

Ciuitatis nomen in actione reſciſſoria, etiam de alijs ciuitatib. caſtris, & villis intelligendum eſt. 379 52

Clam, vi, vel precario poſſidere quis datur. 557.8

Claritas amica eſt legibus. 363.10a

Clauium traditio acquirit poſſeſſionem, nedum domus, ſed etiã rerum in domo incluſarum, 374.113. traditione, an dominiũ transferatur. 103.§. Item ſi quis, nu. 1

Clauſula codicillaris ſi adijciatur, tunc intelliguntur rogati venientes ab inteſtato, vt reſtituat hæreditatẽ, 209.§ In primis, nu. 5. coram vobis, quare libello inſerenda ſit, 364.120. de hæredibus in inſtrumẽto appoſita eſt, ſuperuacua, 383.25. illa generalis in edicto Prætoris. Si qua mihi aliqua iuſta cauſa videbitur, quam habeat vim, 379.53. in extremo libellorum adijci ſolita. Et alias petit debitam ſibi iuſtitiam adminiſtrari, quid operetur. 365.120.a, in inſtrumento emptionis appoſita.... Quod venditor conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere, quid operetur, 358 50. Non aſtringens ſe ad probandum, an neceſſaria, & quid proſit 364.121. Petens ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari, omnium ſaluberrima eſt, 553.12.b, Peto reum cõdemnari in expenſis, an ſit neceſſaria. 365.128. qua actor petit reum condemnari, & compelli, an ſit neceſſaria, ibi. paulo ante n. 116. Saluo iure addendi, mutandi, &c. in libello nihil operatur. 510.14. Saluo iure addendi, minuendi, mutandi. & corrigendi libellum, an habeat locum, 365.130. Super quibus omnibus, & ſingulis, quid operetur, ibi. 129. Vendidit, & tradidit, non probat actualem poſſeſſionem. 468 27

Clauſulæ codicillaris effectus quis ſit, 216.15. Ipſo iure, & ipſo facto, quoad iuris effectum non differunt, & quis ſit effectus earum. 584.15

Clerici, an gaudeant priuilegijs Eccleſiæ, 128.25. an inuiti tutelam recipere cogantur. 77.§. Idem, & in milite, nu. 3. quotuplicia bona habeant. 87.7

Clericorum filij qualiter ſuccedant. 225.12

Clericum violenter inuadens, ſtatim anathematis vinculo ſubiectus eſt. Limitatur tamen, ſi quis ex cauſa offendat clericum, 99.§. Si res legata, nu. 6

Clericus metu reuerentiali ducitur erga epiſcopum, 459.44.d

Codicillari quis rectè poſſit. 214.31

Codicilli ab inteſtato, & codicilli cum teſtamẽto facti, quomodo differant, 215 14. iiſdem modis infirmantur, quibus teſtamenta, ibid. 10. Fallit, vt ibi. num. 11. cum teſtamento facti dupliciter confirmantur in teſtamentis, tacite, & expreſsè, 214. 19. duobus modis fieri poſſunt, aut cum teſtamento, aut ſine teſtamento, ibi. 14 fiunt cum teſtamento tripliciter, aut ante teſtamentum, aut poſt teſtamentum, aut in ipſo teſtamento, ibid. 14. in teſtamẽto quomodo fiant, ibid. 21. nullam ſolemnem ordinationem habent, 214 8 poſſunt fieri, vel in ſcriptis, ad ſimilitudinem teſtamenti ſolemnis, vel ſine ſcriptura, ad inſtar teſtamenti nuncupatiui, 214 28. quando dicantur fieri ſine teſtamento, ab inteſtato, ibi 25. quando ſunt contrarij, ſtatur poſterioribus, 215.4 quomodo infirmentur, ibi. 9. & 10. rumpuntur rupto teſtamento, 214.22.b, confirmantur autem per aditionem hæreditatis factam à venientibus ab inteſtato. ibid. 25. ſi cum teſtamento fiunt, etiam irrito facto teſtamento conſeruantur ex clauſula codicillari adiecta, ibid. 24. vt dicantur cum teſtamento fieri, quæ requirantur. ibid. 23.

Codicillorum, ante, vel poſt teſtamentum factorum, omnis vis dependet ex teſtamento, ibi. 23. effectus qui ſint, 215.5. origo. 214.7. ſolemnitas, in quibus conſiſtat. ibi. 33

Codicillos facere poſſunt, quibus teſtamento condere licet. ibid. 30

Codicillis habet ſe ad teſtamentum ſicut ſcapha ad nauem, ibi. 4. quid, & vnde dictus ſit, ibi. 2. & 3. vt valeat, quæ requirantur, 214.29. & 32

Cognati agnatis exæquati, 549.9 c, & agnati hodie æquo iure ſuccedunt, 248. col.1. in prin. à lege duodecim tabularum non ſuccedebant, 247. col.2. in fi. nu. 1 qui dicantur. 55.9

Cognatio, an capitis diminutione perimatur, 55.13. ciuilis de iure ciuili etiam circa matrimonium attenditur, 248.4. quatenus iuris naturalis ſit, 57.120, ſeruilis quid ſit. 248. column. 1. circa finem, nu. 1. ſeruilis ratione hæreditatis non attenditur, ibi. col. 26

Cognationis, & agnationis differentia in ſucceſſione ſublata eſt, 244.8

Cognatorum tres ſpes iure Canonico conſtituuntur, 219. colum. 21

Cognatus proximior hodie pupillo fit tutor, agnato gradus remotioris excluſo 55. 10. c, non habet actionem iniuriarum contra iniuriantem, licet iniuria toti cognationi illata dicatur, 421.14

Cognatio computationis graduum, conſanguinitatis, & affinitatis, vtilis, & neceſſaria eſt. 25.1

Cognitio vno de contrarijs, cognoſcitur, & aliud. 50. col. 2.3

Cohæres aduerſus cohæredem euictionis nomine non agit, ſi tempore diuiſionis ſibi rem alienum tradiſciuit. 458.18.a

Collaterales ad quorum gradum iure patronatus ſuccedant, ad quorum gradum item iure ingenuitatis, 249.4.a, etiam proximiores non eſt neceſſe inſtitui, aut exhæredari, 168.23. in gradu proximiores vocantur ad ſucceſſionem poſt fratres, fratrumq; filios, & pares in gradu pares admittuntur in capita, omni ſublata differentia. Sed de iure Saxo. contrarium pronunciatur, 234.31. & 35. vocantur ad ſucceſſionem, non relictis deſcendentibus, neque aſcendentibus. 331.8

Colla-

Digitized by Google

Collateralibus proximioribus competit querela inofficioſi teſtamenti. 182.15

Collateralium ſucceſſio de iure ciuili, abſque ylla differentia extenditur vſque ad decimum gradom. 225.38

Collatio quando locum habeat 440. 40. quid ſit & quomodo fiat, ibi. 39

Collationes per liberos faciendæ. 152.17.d

Collegium approbatum conſuetudinem facere poteſt 14.7.f. licet non poſſit ex vno homine tantum cõſtitui, tamẽ ſi ſemel fuit collegium conſtitutũ, & deueniat ad vnum, retinet nomen & ius collegij 200.§.Si grex legatus,n.7,perſoois tribus perfici poteſt 14.7.ſ,& 200.§.ſi grex legatus,n.9.

Coloni qui dicantur 303.§.Præterea,n.3.

Coloni qootuplices ſint 106.8.303 col.1.3.a,& 475 8

Colono an fiat remiſſo mercedis propter ſterilitatem,& caſum ſine eius culpa contingentem. 476.17

Colonorum ſpecies 303.§.Præterea,n.4. & 589.27

Colonus & fructuarius io quo differaot .100.9 fructus fundi ſuos facit, ibi. 6. non faciens ſuo quoque tempore operas ruſticas, actione ex locato tenetur 474.27. quamdiu ceſſare debeat in ſolotione penſionis, antequam expellatur, ib. 19. quis dicatur 100.7. quomodo fructus faciat ſuos, ibid. 6.g, fructus pendentes ad hæredes tranſmittit. ibi.9.1

Comes expulſus de comitatu, quandocumque velit, propria autoritate illum recuperare poteſt. 578.115

Comites,& miniſtri eorum, qoi Reipub. cauſa abſunt excuſantur 74.§.Item iſ,n.3.

Comixtio, & confuſio quomodo differant 96. §. Quod ſi frumentum, nu.2. quando vim confuſionis habeat. ibid 3

Commixtione ſpecierum acquiritur dominium. ib.1

Commodans, locans, deponens, auferendo rem commodatam, conductam, depoſitam, an incidat in pœnam leg ſi quis in tantam, C.vnde vi. 329.4

Commodata re vtens quando furti teneatur 321.§.Placuit, numero 1

Commodatam rem deterioratam, an quis inuitus recipere teneatur commodatario. 271.19

Commodatarius aduerſus commodantem in litem iurabit ſi vaſa vitioſa commodauerit 271.18.e, quando teneatur, ſi res commodata caſu pereat, ibid. 14. vſus re aliter quàm debuit quando furti teneatur. 270.5.b

Commodati actio contraria cui cõpetat. 428.29. actio directa cui & aduerſus quem,& ad qnid competat 427.20. cum ſeq. actio directa,& vtilis, ib. 19. definitio,& vnde dicatur 270.1

Commodatum eſt gratuitum, ib.8. & 310. §.fin. num.1.a,& mutuum differunt 271. 10. & precariũ quomodo differant 427.25. in quibus rebus conſiſtat 271.12. quid ſit. 427. 18. ſi quis alicui vltro offert, ad quid teneatur accipiens, 428. 27. vt ſit quæ requirantur. 270.cum ſeq.

Commoniti ne emerent, ſi emant, ſunt in fraude. 384.38

Communio mater eſt diſcordiæ 30.§. Manet autem, num.2. & 446.18. rerum eſt quaſi contractus, 312.§.Item ſi nu.1. rerum quam actionem pariat, ib.4. perpetua neque pacto neque teſtamento introduci poteſt 446.19.a, tantum ſancta quædam eſt inter fratres ſpirituales. 231.2.a

Compater poteſt eſſe teſtis pro filio ſpirituali, quem ex facto baptiſmatis fonte lauauit. 418.43

Compenſatio, an locum habeat in obligationibus facti 497. 26. de eo quod officio iudicis debetur, an admittatur 498.29. cauſata a mora,& pœoa 496. 11. fit in quantitate, pecunia ſcilicet numerata 498. 31. hodie fit ipſo iure in omnibus bonæ fidei,& ſtricti iuris, cum perſonalibus, & realibus, tũ mixtis actionibus ibi 27. in alternatiuis obligationibus non procedit ib. 35. in delictis,& criminibus admittitur 497. 22. in quibus caſibus non procedat 498.37. cum ſeq. ipſo iure tolit obligationem 317.6. neceſſaria debet fieri in iudicio 499.56. quando admittatur 317.8. quare introducta ſit. 496.8. quid ſit 317.7.& 496.7. quomodo fiat in rei vendicatione 498.28. vbi fieri non poteſt, ibi locum habet reconuentio 496.9. voluntaria extra iudicium fieri poteſt. 499.55

Computaoo graduum, an aliter fiat in iure ciuili, quàm canonico 26.10. in matrimonialibus eadem eſt vtrùm quis ex vtroque an altero tantum latere cooiunctus ſit 332. 10. b, graduum propter duas cauſas introducta eſt. 248.3

Conceſſio gratioſa, an in dubio præſumatur, vel ius proprium, & cui incumbat onus probandi. 576.130

Conceſſio voo, videtur omne id conceſſum, ſine quo illud expediri no opoteſt. 18.8

Conciliatio l. ſi quis intentione, ff. de iudic. & l. veteribus, ff. de pact. 266.24

Concluſio ampliat, reſtringit,& declarat actionem. 364.118. libelli conformis debet eſſe naturæ, & qualitati obligationis. 508.8

in Concluſione libelli, tota vis libelli conſiſtit 559.76. in fi. pag. & fol. ſeq.

Concluſione non eſt opus in criminalibus. 506.44

Concubinatus, an permiſſus ſit 22. 15. & pag. ſeq. non eſt prohibitus de iure ciuili, ſecus de iure canonico 224. 2. probibitus à Leone. 23.15.a

Condemnati ad mortem teſtamentum facere nõ poſſunt, 47 1. b, in actione perſonali habent quatuor menſes ad ſoluendum iudicatum, de iure Saxon. xiv. dies. 399.51

Cõdẽnatio qũo ſuſpendi debeat incertitudinis tatione, 203 4. a

Condemnatus actione iniuriarum fit infamis 345. 11. ad mortem naturalem, vel ciuilem, an teſtari poſſit. 166.10

Condicere quid ſignificet,& condictio vnde. 268.30

Condictio certi duplex eſt, generalis & ſpecialis 426.7. certi generalis,& condictio certi ſpecialis 268.30.& 31. certi ſpecialis cui competat 426. 11. certi ſpecialis quare habeat locum in mutuo ibid. 8. furtiua eſt perſonalis,& reis perſecutoria; 425. col.1. nu.3. furtiua non infamat furem infamia iuris, ſed facti, ibi. 7. furtiua quibus detur, ibi. 4. furtiua quomodo differat à rei vendicatione, item ab actione furti, ibid. 5. & 6. indebiti quando ceſſet 270.16. indebiti vt competat, quæ requiraotur, ib. 11. 12. & 14. vnde dicta ſit. ib col.2.4

Condictiones quædam tranſeunt in ſpeciale nomen actionis, quædam remanent ſub generali nomine condictionis, ib. eo. col.2. nu.5.

Condictionis furtiuæ naturæ quæ ſit. ibi. col.1.2

Cõdictio alia expreſſa, alia tacita 277. 10. an tãtũ fiat per dictionem, *Si*, an verò per alias dictiones, ibi. 11. cauſalis quid, ibi 8. fit per Si, vel Cum, aliquando per vbi, aliquando In 203. §. Longè magis, nu 2. impoſſibilis de facto, natura, iure,& perplexitate verborum, an ſtipulationem vitiet 378.14. impoſſibilis eſt quadruplex 171.§. impoſſibilis conditio n.2. impoſſibilis in vltimis voluntatibus, pro non adiecta habetur, ib. n. 1. & 278. §. Si impoſſibilis, nu.2. impoſſibilis reijcitur ex teſtamento 171. col. 2. n. 1. a, hæc tamen è contractu nõ reijcitur, ib. ead. additione,& cur ex illis non reijciatur, ib. ead. additione io forma ſpecifica adimpleri debet 472.16. io tempus nuptiarum relata non impletur ſponſalibus tantum contractus 30 1 a, in rei cõi potior eſt prohibentis 110. b, inuiti, & ignorantis a nobis melior fieri poteſt non deterior, 309. 3. d, matris in agricolis & cenſitis non ſpectatur 94.§. Item ea quæ ex animalibus, num.2.b mixta quid,& quot modis fiat 9. neceſſaria quid,& quotuplex ſit, ib. 3. perſone in metu æſtimando conſideranda eſt 460.48 a, poſſibilis quid, & quotuplex ſit, 277.5.6. poteſtatiua quid, ib.7. quid ſit,& qoomodo diuidatur, ibi. 1.& 2. tacita ineſt promiſſionibus ex natura rei 277.10.c

Conditione deficiente deficit legatũ 204.§ Longè magis, nu. 5.

Conditiones honeſtæ ad coniugium pertinentes, an,& quando matrimonium impediant 33. 34. impoſſibiles contractibus appoſitæ, vitiant eos 171.§. Impoſſibilis conditio, n.4. inhoneſtæ, turpes,& impoſſibiles, an,& quando matrimoniom vitient 33. ou. 33. in legatis, an ante euentum tranſeant ad hæredes 278.§. Ex conditionali, n.3.

Conditionibus pluribus coniunctim ſcriptis, omnes pariter adimpleri debent. Diſiunctim verò ſi ſcribantur, ſufficit vnam impleri 171.§. Si plures, n.2.

Conditionis impoſſibilis ſubdiuiſio. 277.4

Conducens ad certum tempus, ſi ante tempus finitum recedit, an teneatur ad integram penſionem. 474.10

Conductio,& emptio dicuntur fraternizate. 301.6

Conductor, an à locatore ante præfinitum tẽpus expelli poſſit, 304 §.final.n.3.& pag 305 n.9. an de caſu fortuito teneatur 304.§.Qui pro vſu, num 3. an & quando ante tempus conductionis finitum expelli poſſit 474.29. an poſſit rem conductã alteri locare 304.§.finali, n. 5. an poſſit rem conductam retinere, donec ei ſatisfiat de expẽſis 476. 12. an propter penſionẽ nõ ſolutã expelli poſſit 474. 18. an teneantur de incendio, ib.24. an teneatur reficere oſtia,& feneſtras 304 §.Item quæritur, nu. 3. appellatur ſępè is qui mercedem accipit 302. 3. c. domus, an de incendio teneatur 474. 24. b equi, ſi illo vltra tẽpus cõductionis vtatur, an teneatur furti 321.§.Placuit, n.3. fructuum nihil de ſeruis, aut ancillis exigit 100.K nolẽs rem conductam finito tempore cõductionis relaxare, ad quid cõdemnetur 475.32. poſſitne ædibus refectis conductionem ſibi adſerere 305. 9. e, præſtat dolum, latam,& leuem culpam 304.§. Qui pro vſu, nom.1. quando de leuiſſima culpa teneatur 575.33. quando dicatur malè verſari in re locata 385. 10. ſi expellitur, an fiat remiſſio mercedis 473.31. tenetur ex incendio, ex culpa ſeruorũ ſuorũ orta 474. 26. vt ante tempus

condu-

Digitized by Google

conductionis finitum dimittat domum conductum, qua actionis conueniri debeat. ibi.28
Conductoris bona illata in domum cõductam, locatori obligata ſunt propenſione, & deterioratione 388. 15. morte an finiatur contractus locationis 204. §. finali, n. 1. res in domum conductam illatæ, poſſunt per locatorem etiam pro alio debito pecuniario retineri 388. 20. ſecundi res illatæ hypothecatæ ſunt pro obligatione primi conductoris. 491.50
Confeſſio, an poſſit pro parte acceptari, & pro parte non, 409. 76. debiti ſponte per in mortis articulo poſitum facta, uum valeat 23. b, extraiudicialis geminata præiudicat. 396.18
Confeſſoria actio pro quibus rebus competat 367.10. alia directa, alia vtilis, & quibus vtraque detur, ib. 11. quando expiret, 368.14. quid ſit & vnde dicatur 367. 7. & 8. vt locum habeat quæ requirantur. 368 17
Confirmans non operatur plus quam confirmatum. 243 59.a
Confiſcare quid ſit. 242.4
Confiſcatio, an ad proprietariũ, vel fructuariũ pertineat, ib.8.b
Confugientes ad Eccleſiam, an, & quando inde violenter extrahi poſſunt. 21.7
Confuſa caſu fortuito communia ſunt, ſi materiæ nullo modo ſeparari poſſunt 96. ſi duorum, n.2.a
Confuſio, & commixtio quomodo differant, ibi. eod §. & num.
Confuſione acquiritur dominium, ibi. §. Si duorum n. 1. rerum tollitur obligatio. 317.9
Cõgregationem faciũt duo, vel tres 200 §. Si grex legatus, n.11.
Coniecturæ circa ſubſtitutionem exemplarem verſantes, 176. in titulo de Exemplari ſubſtitutione a circa ſubſtitutionem pupillarem 17. 3. Tit. de pupill. ſubſtit. a. ex ordine, & contextu teſtamenti quemadmodum ſumantur 205. Ante heredis, n. 3. a, ex quibus colligatur aliquem bonorum poſſeſſionem agnouiſſe 254. col. 2. a, in Codicillis locum quæ habeant 213. ad Tit. de Codicillis, a.
Coniunctæ perſonæ quæ dicantur, iudicis relinquendum eſt arbitrio. 193.10
Coniunctire tantum qui dicantur, & qui verbis tantum 195. Si eadem rei, n.4. & 5.
Coniuges in quibus caſibus, & quando hodie ſibi inuicẽ ſuccedant, & quæ iura eos ad ſucceſſionem vocent, 23.10. cũ ſeqq. olim ſibi inuicem non ſuccedebant, ibi. 7. per pactum ſuum prohibitorio ſtatuto detrahere nihil poſſunt 136.1.b, ſi diuortio ſeparentur, an ſibi inuicem ſuccedant 230. 23. ſibi inuicem non ſuccedunt, ſi matrimonium fuit illicitum. ibi.22
Coniugium pertinet ad ſtatim vitæ. 37.33.c
Coniux, an, & quando dicatur inops 238. 16. inops ſuperſtes, quomodo cum liberis communibus, vel etiam alterius matrimonij ſuccedat, ibi. 14. non leproſus amplexum coniugis leproſæ non debet recipere. 43.36.b
Conſanguinitas inter affines non eſt licet perſonarum vinculum inter eos ſit 25. 2. c, inter fratres ſpirituales non eſt 231. 2.a, quid ſit. 25.a
Conſcientiæ quæ conſiſtunt, non poſſunt probari per teſtes, ſed per iuramentum. 474.n.51
Conſenſum parentũ ad matrimonium contrahendũ, an requirat ius diuinũ, quod maximè attendi dẽt, 37.30.31.32.& 33
Conſenſus eſt de ſubſtãtia matrimonij & quomodo illa declaretur 36. 17 & 18. facit nuptias non concubitus 237. 13. 1. in matrimonijs qualis eſſe debeat 36. 20. iudicis loci in alienatione, vel oppignoratione rerum immobilium ſecundum ius Saxonicum neceſſarius eſt 149. 12. g, licet in omnib. contractibus requiratur, tamen cum contractus non reddatur in inuitũ, ille conſenſus in alijs cõtractibus non ſufficit, ita quod ſine alio adminiculo producat actionẽ, & obligationẽ 269. 3. nudus ad obligationem producendam non ſufficit 297. 3. a, parentum qualis ſufficiat, ib. 29. tutorum, vel curatorum, an requiratur 38. 36. vtrum in contrahendis matrimonijs de iure Canonico parentum conſenſus requiratur. 37.32
Conſequens qui vult, videtur, & velle antecedens. 365.127
Conſignatio a teſtibus quomodo fieri poſſit. 157.1
Conſilium, an aliquem obliget 308. §. Tua tantum gratia nu.2. dans ad faciendum furtum, an, & quando teneatur, 325. 13. dans alicui, an teneatur. 452.5
Conſtantinus Porphyrogeneta. 23.15.a
Conſtituens pro alio, ſi ſoluit, an poſſit repetere à principali, quod ſoluit 397. 30. ſe ſoluturum indebitum ſcienter, an videatur donare 398. 33. ſe ſoluturum pro alio, an habeat exceptionem ordinis, ſeu executionis, 397. 29. ſe ſoluturum omne id, quod conſtituerit olim deberi, tunc is cui promittitur debet in vita debitoris debitum probare, ibid. 32. Titium pro ſe fideiuſſurum intelligitur promiſiſſe ſe curaturum, & effecturum, vt Titius fideiubeat, 398
Conſtituere quæ perſonæ non poſſint 198. 37. verbum, quam vim in iure habeat. 396. 11
Conſtituti inſtrumentum, vt probet poſſeſſionẽ quid requiratur 338. 52. tria tẽpora conſideranda ſunt, quo ad originem 395. 6. vtilitas quæ ſit eo caſu, quo actio ordinario cõpetit 396 23
Conſtitutio principis quæ propriè dicatur 11. 10. principis quotuplex ſit. ibi.11
Conſtitutum eſt primus modus iuris ciuilis acquirendi poſſeſſionem 173. 110. fortius eſt nudo pacto, & cur fortius ſit 396. 8 a, fragilius eſt ſtipulatione, quòd nudo conſenſu fiat ſine verbis, nu. eo. addit. ſeq. b, Fit duobus pactis ibi. 18. f, in multis caſibus fieri poteſt, ib. 14. nudo pacto fieri debet 15. e, per quæ verba fiat 398. 42. quæ res comprehendat. ibi.45
Conſuetudinem quis inducere poſſit. 13.3
Conſuetudinis diuiſio, ib. 2. effectus qui ſint 18. 9. cum ſeq. requiſita quæ ſint. 13.4
Conſuetudo areſtandi cadauer mortui debitoris improbanda eſt 18. 10. attendenda eſt 92. Apum quoque, num. 6. fori derogat iuri ſcripto 363. 100. introducta quanto tempore confirmetur 13. 5. b, irrationalis quæ cenſeatur, ib. 4. f, non ſcripta teſtibus probanda 14. 8 b, num poſſit aliquid contra ius commune ſuccedendi inducere 232. 17. g, quando ſola librorum apertione probetur 15. 8. b, quod villa teneatur viatoribus emendare damnum a furibus, vel latronibus in eius territorij illatum, valet 401. 34. quot actibus inducta cenſeatur, 14. 6. b, ſeu ius non ſcriptum quid ſit 13. 1. venatorum, in his quæ ad venationem pertinent, ſequenda eſt 9. 5. c, vt aliquis pro furtu bulletur, vel ſtigmatizetur, admittere poteſt 15. 5. b
Contentio forte non dirimitur, ſi vnus iudicium fortis ſubire non velit. 443.63 b
Contra conſenſum duorum voluntate vnius non infirmantur, 309. §. Recte quoque, n. 1.a
Contractus a minore iuratus, & iuramento firmatus, retractari non poteſt 405. 5. bonæ fidei conſenſu, aut pacto nudo non ineuntur 267 3.a, bonæ fidei, & ſtipulatio qualiter differant, ibi. 4 bonæ fidei, & ſtricti iuris in quibus conueniant, 469. 47. c, cauſalis definitio 262. Tit. de Contract. 2. claudicare poſſunt, & quando 61. 9. f, conſtituti fragilior eſt ſtipulatione, & fortior nudo pacto 369 8. emphyteuticus quo iure introductus, & quid ſit 303. §. Adeo autem, n. 1. emphyteuticus quotmodis celebretur, ib. 6. emptionis quot modis celebretur 297. 1. eſt nullus, ſi quis dolo inducitur ad contrahendum 461. 26. etiam in vltimis voluntatibus celebrari poſſe conſtat, 190. 10. ex alieno arbitrio pendere poſſunt, 163. 11. ex iure gentium proceſſere 10. . o. ſit inter duos pluresve, 171. §. Impoſſibilis conditio, n. 1 a, innominati qui 263. 11
Contractus Iudæorum 218. 9. a, mandati vnde oritur 308. 1 mutui actio, condictiu certi ſpecialis appellatur 426. 6. nominati innominati quo differat 263. 13. & 14. nominati qui, & quare ſic dicantur, ib. 9. omnes de generali conſuetudine notariorum deducuntur in ſtipulationem 274. 10. omnis ſemper ita intelligetur celebratus vt includantur hæredes 266. 19. pendere poteſt ex arbitrio alieno 135. 9. b, potius valere debent, quam perire 119. 23. e, proprius, & ſtrictè acceptus quid ſit, 263. 4 b, improprius, & latè acceptus, ib 5. f, impropriiſſimus ibi. 6. e, qualiter cognoſcatur, an ſit permutationis, vel emptionis, quando ex vna parte vna ſpecies tantum datur, & ex altera parte ſpecies quoque & pecunia 299. 6 7. 8. & 9. quatuor innominati, ex quibus oritur actio præſcriptis verbis, 263. 12. quot modis in legib. conſiderentur, ib. 3. 4. 5 & 6. ſtricti iuris qui ſint, ib. 18 alij ſunt facti alij ſtricti iuris. ib. 15.
Contractuum accidentalia quæ 264. 24. naturalia quæ, ib. 22. origo vnde 262. col. 2. in fi. 1. prima diuiſio 263. 8. ſecunda diuiſio ib. 15. ſolemnia quæ 264. 21. ſubſtantia quæ ſint, ib. 26. tertia diuiſio. ib. 19
Contraria immediata talia ſunt, vt cognito vno cognitum ſit, & alterum. 20.3.b
Contrariorum eadem diſciplina 10. col. 1. n. 3. eamdem eſſe rationem quomodo intelligendum 306. §. Illud expeditum, n.a
Contractans rem alienam volente domino, licet ipſe credat inuito domino hoc fieri, an committat furtum 321. §. Sed, & ſi credat, n. 1
Contumatia procuratoris intare nolentis vtrum noceat domino 589.6.a
Contumax in reali actione aliter ponitur quam in perſonali, 544. 13. c, quis dicatur, ib. 12. quomodo puniatur, ib. 13. & 14. verus pro præſente habetor. 529.a
Contutor contutorem ſuſpectum facere poteſt, 80. §. Conſequens, nu. 2
Couẽtio, quòd vẽditor velit ſtare, & credere ſimplici aſſertioni emptoris ſuper intereſſe, dãnis, & expẽſis, an valeat 470. 603

Con-

Digitized by Google

Conuentus à Ctioſt iniuriarum, an infamiam euitet ſi ante ſententiam iniuriæ æſtimationem ſoluat, 345.12.c, ſi non poſſet duplum ſoluere, an tunc debeat luere in corpore. 435.32

Copia iudicis, ſi haberi non poteſt, quid appellanti faciendum ſit. 380.69

Copula *Et*, ponitur inter diuerſa. 462.9

Copulatiua quando faciat plures reos debendi. 282.12.d

Corpore luat, qui non habet in ære. 419.55

Corpus, ex confuſione effectum, eſt vtriuſque domini, 96.§. Si duorum, num.2.

Correi debendi, an quilibet pro ſua parte, & rata tantum hodie conueniri, & excuti poſſit, 383 §. Ex huiuſmodi, num.4. vnde dicantur. 282.5

Correus alter quando liberatus intelligatur, vno è correis debendi liberato, 197.6.col.2.n.6.b, vnus debitum totum ſoluendo facit, vt alter liberetur. 283.col.1.nu.1.a

Corrumpentes album, ſi criminaliter contra eos agatur, puniũtur pœna falſi, 417. 28. an ea actione teneantur omne album corrumpentes, 416. 16. temporalia edicta, vt citationes, aut alia mandata temporalia, puniuntur pœna arbitraria. 417.17

Corruptores cur non facilè pœnis eximantur. 452.10.e

Creditor accipiendo rem aliquam loco pignoris re obligatur, 273.1.ad quæ teneatur, 317.21. An habeat facultatem conueniendi vnum ex pluribus confideiuſſoribus, quem velit, 292.18.de iure, C.habet electionem conueniendi primo fideiuſſorem, vel principalem, quem vult, ſecus de iure nouiſſimo, 281.2.debitori quando denunciare teneatur, vt pignus luat, 150.1.a, & debitores pupillo tutores cur teſtamento dari poſſint, 60.1.d, ex omni cauſa, 273.1.b, hypothecarius non poteſt agere hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem, niſi diſcuſſo reo principali, 394.9 .a, non liberatus, ſi pecunia pupillo ſalua non eſt numerata, 150.nu.8.c, non poteſt propria authoritate debitum a debitore auferre, vel rem ſuam ab alio poſſeſſam occupare, 354.14. non poteſt propria authoritate occupare hypothecam, 393.77. num propria authoritate hypothecam occupare poſſit, 194.25.b, num authoritate propria hypothecam occupare poſſit, 354.16. b, offerens debitori ſuo emptorem, qui offerat pro re vile aliquod pretium, perinde eſt, ac ſi nullus eſſet emptor, 213. 10 petens debitum ante à debitore ſolutum, quomodo puniatur, 509. col. 1.7. poteſt debitori legare id quod debet, 197. col. 1. 1. poteſt reſiduum à debitore repetere, quando pignus venditum pro debito non ſufficit, 190.§.contra autem, n. 5 poteſt vendere pignus, debitoris, etſi modicum ſuperſit, 93.2. e quando agit Seruiana contra poſſeſſorem, qui habet cauſam a debitore, quid probare debeat, 391.62.quãdo alienare, & diſtrahere poſſit pignus, in quo dominium non habet, 150.§ Contra autem, n.1. cum ſeq. quando tutor eſſe poſſit, 64.§. Fin. nu.3. ſcienter recipiens indebitum furtum committit, 269.15. ſi rem ſibi hypothecatã emerit, an iuri pignoris renunciaſſe intelligatur, 382.6.b, vel debitor pupilli, tutor eius eſſe non poteſt, 53. 10.b, vel debitor pupilli, an eius tutor eſſe poſſit, ibid. 12. vt bona per debitorem alienata reuocare poſſit, quid fieri neceſſe ſit. 384.37

Creditores antequam agant Pauliana, neceſſe eſt in bona debitoris ex ſententia iudicis miſſos eſſe, & præceſſiſſe excuſſionem debitoris, 386.59.impedientes ſepulturam defuncti propter debitum, quomodo puniantur, 88. 10.& 546 41.cũ ſeqq. præferuntur omnibus legatarijs. 208.a. quando plures ſunt, in quorum fraudem res alienata eſt, & vnus tantum agit, an ſolida rei reſtitutio veniat, 386.77. Qui dicantur, & quib.creditoribus Pauliana detur, & an etiam futuris creditoribus detur, 383.2 & 22.triplices reperiuntur, 489.53.54.& 57.

Creditori, an detur Publiciana ad rem ſibi opigneratam ab eo qui non ſunt dominus, 373 16. an in ſolutione computentur fructus percepti, 273.17 inuito regulariter aliud pro alio ſolui non poteſt, 212.8 Fallit tamen, vt ibi.num.9. poſſidenti pignus, non currit præſcriptio in hypothecaria, 394.93. quid agendum ſit, quando debitor citatus non comparet, 257.col. 1. 3. vtilius eſt, ad auocandam pignoris poſſeſſionem ab ipſo debitore, vel tertio poſſeſſore, intentare interdictum aliquod, vt Saluianum. 391.63.

Creditoribus præfixus eſt annus vtilis ad reuocanda bona in fraudem creditorum alienata. 386.80

Crimen ambitus, & eius pœna, 608.2.flagellaræ annonæ, & eius pœna, ibidem, læſæ maieſtatis committens teſtari prohibetur, 166 8.læſæ maieſtatis in quem, & quando committatur, 601.3.& 4.læſæ maieſtatis teſtem infamem infamia facti admitti, 57.4.d, obiectum probans iudicio, an teneatur, 338.15. paternum nullam maculam filio infligere debet, 416.8.repetundarum & eius pœna, 608.3.reſiduorum, & eius pœna, ibi.5.ſacrilegij, 606.6.vnum alteri ſæpe præiudicium facit, 421.32.

Criminaliter quando agi dicatur, & quando ciuiliter, 318.9.& 352.2

Criminis læſę maieſtatis affinia. 601.8

Criminis læſæ maieſtatis pœna. ibi.5

Criminoſi ſunt puniendi. 318.3

Crines alicui expilare realis iniuria eſt. 343.8

Culpa lata in quibus dolo non comparetur, 81.1.b, lata quando non æquiparetur dolo, ibid.2.lata quid ſit, 159. 38. leuis quid, ibi.39.leuiſſima quid, ibid. 40. nemini debet adferre lucrum, 378.32.qualis præſumatur in incendijs. 474.25

Cumulare quid ſit. 509.col.2.7

Cumulatio actionum, an concedatur, 510. 16. in quibus caſibus de iure non admittatur. ibid.17

Cura datiua quibus modis expiret, 70.12.quid ſit, 68.2.quo tempore incipiat, & finiatur. 69.12

Curator ad litem, 69.10.g, an inuitis dari poſſit ibid.10 conſtituitur à magiſtratu, 78.§.Idem reſcripſerunt, 1.c, & nu. 4. 68. col.2 nu 4. cum tutore datur bonis pupilli ab hoſtibus capti, 67. §. Item finitur, n 4.c, datur ad res, & cauſas, 69 5.& tutor, & curator, in quibus conueniant, & in quibus differant, 68.c.2.nu.4.& 5.legitimus non datur pauperibus, 58.col.1.nu.1.a, negotiorum geſtorum actione tenetur, 78.1.c, non datur inuito, niſi ad litem, 69.8.e, nouo iure inuitis dari poſſe videtur ibid. in additione f, quando infamis efficiatur, 81.§.Suſpectus autem remotus, nu. 1.reuocari non poteſt, 78.§. idem reſcripſerunt nu.1.c.ſuſpectus poſtulari poteſt, 80. §. Oſtendimus, num.4.teſtamento non datur. 1.10 d

Curatores ad onus curæ cogi poſſunt, 73. Tit. de excuſationib. tutor, vel curator, col.2.n.1.an à parentib in teſtamento dari poſſint, 69.8.in teſtamento iure dari non poſſunt, ibid.8.e, legitimi, & datiui in quibus differant, & in quibus conueniant, 70.col.1.nu.2.& 3.legitimi qui vocentur, ibid.1. legitimi quibus dentur, ibid. 4. cum ſeqq quam cautionem præſtare debeant, 71.8.qui dare poſſint, 69 7.quibus dari poſſint, ibid.9.

Curatorem quot ſint genera, ibid.6.vſus quare inuentus ſit, 68. Tit.de curatoribus, nu.3.

Cuſtos carceris qui propter miſericordiam alleuat debitorem captiuum, ad quid creditoribus teneatur. 336.6

Cyri teſtamẽtum, & ad filios concio, apud Xenophontem, li 8. Cyripediæ. 154.18

D

DAmna tempore belli ſubditis illata, an à principe remitti poſſint. 48.16.e

Damnatus ad mortem teſtari poteſt, ſi ipſi pœna pro loco inſueta infligi debeat iudicis ſententia, 166.10.b, ad triremes peculium ſuum labore ſuo quæſitum habet, 16.§.Serui autem, numer. 5. d

Damni, & lucri quales debeant eſſe pares, 306. 10. occaſionem dans ipſum damnum dediſſe videtur. 336.7

Damnum datum, quando ſit reſtituendum, 453.7. de corpore in corpus, quando dicatur, 335. 3. de non corpore in corpus datum, quando dicatur, ib.4.dupliciter accipitur, 330.3.incurrere, & lucrum non facere, non eſt eadem ratio, 384.45.occaſione fluminis non hominis factum actionem non parit, 94.§.Pręterea, 2.d, pecuniarum iniurię verbali poſtpoſitum quid operetur, 146.6.c, quando in perſona datum ſit, 349. 9.quod leuandæ nauis, & incendij cauſa ſentitur commune eſt omnium, qui in naui ſunt, & in vicinia habitant, 103.5.quoduis è corruptione proueniens duplatur. 453.15.a

Dare eſt accipientis facere, 314.7.a, eſt dominium transferre, 280.4.quid ſignificet, 424.3.proprie eſt dominium transferre. 280.4.b

Datio curatorum in teſtamento facta valebit, ſi iudex confirmauerit, 69.8 e, tutelæ actus eſt legitimus, 54. §. Ad certum, nu.3.a, tutoris ſubſiſtit, ſi teſtamentum ab initio cum datione tutoris factum fuerit, licet poſtea nuptum ſit, ibid.col.2.in fine. Addit. a

Debere verbum generale eſt, & tam realem, quam perſonalem actionem comprehendit. 355.18

Debet verbum importat neceſſitatem. 505.23

Debita liquida item illiquida, quæ de facili probari, & liquidari poſſunt, compenſantur. 497.17

Debiti liberatio quando eſt legata, vnica actio ex teſtamento ſcilicet, & exceptio competit. 191.25

Debitor citatus ſi olim non cõparebat, creditor in omnibus bonis, tamquam mortuo illi ſuccedebat, 257.Tit.xiij.n. 2. cui legata eſt liberatio, habet exceptioné non ſolũ contra heredem teſtatoris exigenté ab eo debitum, ſed etiam actionem cõtra

hære-

Digitized by Google

hæredem, vt eum per acceptilationem plenè liberet, 297. col. 2.4. habet de iure ciuili quatuor menſes ad iudicatum ſoluendum, de iure Saxon. dies quatuordecim. 359. 36. & 399. 51. in contractibus ſtricti iuris non liberatur præſtando intereſſe, 465. 40. in fraudem creditorum non poteſt manumittere, 18. Tit. 6. 3. non poteſt creditori perſequenti pignus replicare quæſtionem dominij, quod non ſit dominus rei pignoratæ, 391. 59 non tenetur rem debitam ſuis ſumptibus ad domum creditoris afferre, 472. 11. principalis, & eius fideiuſſores debent excuti priuſquam perueniatur ad extraneum pignoris poſſeſſorem, 381. 62 quando legat creditori rem quam ei debet, an, & quando valeat legatum, 197. §. Si quis debitori, n. 1. quando ſoluit vni creditori, vtrum alius creditor habeat Paulianam contra illum creditorē cui debitor ſoluit, 385. 50. quādo tutor eſſe poſſit, 64. §. Fin. nu. 3 quantitatis ſi habet facultatem ſe liberandi per ſolutionem ſpeciei, non admittitur compenſatio, 498. 36. qui non eſt ſoluendo, quō de iure Saxon. puniatur, 391. 56 rem oppignoratam creditori tradens, naturaliter poſſidere, dicitur, quo ad duos effectus, 568. 59. cum ſeq. ſi non eſt ſoluendo, detruditur in carcerem: niſi ceſſent bonis aut ſi ex perſonis, quæ tantū tenentur in id, quod facere poſſunt, 511. 5. ſpecie extincta, an, & quando liberetur, 586. 35. ſoluens pupillo ſine tutore, an liberetur, quando ſit tutus ope exceptionis, 149. 4. cum ſeqq. ſurripiens rem oppignoratam, committit furtum, 323. §. Aliquando, nu. 1. an de neceſſitate, an verò de vrbanitate ſit conueniendus, 425. aut verſ. Appellamus, nu. 6. an poſſit ſoluere creditori creditoris, 314. Tit. 30 nu. 9 an præſumatur liberatus, ſi penes ipſum inſtrumentum reperiatur, 317. 20. an ſe poſſit à creditore liberare ante tempus ſoluendo, 313. Tit. 30. nu. 4. poſſitne creditori ſoluere debitum, ſi is id alteri ceſſerit ibid. ead addit. an ſequi teneatur creditorem vagabundum, 42. 32. fideiuſſorem indemnem ſeruare cogitur, 293. §. Si quis autem fideiuſſor, nu. 2. a, fugitiuus ante diem ſolutionis capi poteſt, 508. 5. interitu ſpeciei ante moram liberatur, 299. 2. a, non habens vnde ſoluat, in corpore luere debet, & ita luendo liberatur, 313. Tit. 30. nu. 5. b, creditori ſuo cedens actionem, & nomen contra ſuum debitorem, ea nominis ceſſione non liberatur, ibi. nu. 6. ſequenti addit. c, ſuſpectus de fuga, vt capi poſſit, quæ requirantur, 354. 26, verus non eſt, in cuius poteſtate eſt ſoluere, vel non ſoluere. 258. 17 g

Debitori aliquod tempus ad ſolutionem concedendum eſt, ſecundum arbitrium iudicis etiam in pura obligatione. 399 50

Debitoribus poſtulantibus competens terminus ad ſoluendum conſtituitur. 359. 35

Debitoris conuentio, an valeat, in inſtrumēto obligationis promittentis, ſi conſtituto tempore non ſolueret debitum, quod ſuper damnis velit ſtare iuramento, vel etiam ſimplici aſſertioni creditoris. 249. 10

Debitum alienum conſtitui poteſt, 3. 7 28. ciuile conſtitui non poteſt, & quare ibi. 24. ciuile duplex eſt. ibid. 25. ciuile quando conſtitui poſſit, ibi. 23. a, ex teſtamento compenſari pōt. 496. 16. hæreditarium nōdum ſolutum, computatur inter immobilia, 240. 15. in diem, item conditionale quoque conſtitui poteſt, 397. 27. in quib. caſibus, quis propria authoritate perſequi poſſit, 354. 15. litigioſum cōpenſari poſſit, 497. 21. naturaliter tantū, quando cōpenſari poſſit, 496. 14. quādo dicatur de proximo liquidari, 497. 18. quod iure naturali, & ciuili debetur, in cōmpēſationem deduci poteſt, 496. 13. ſeu æs alienū, quod pater ob ſtudium, & diſciplinam à filij cōtraxit, de communi ſoluendum, 440. 42. d, triplex eſt, & quid quodque ſit. 396. 21

Decedere cum hærede intereſt cuiuſque. 251. 4. b

Decendium ad appellandum, an detur in criminalibus, 461. 66. quod datur ad appellādum ab initio eſt vtile, ſed quoad progreſſum eſt continuum. 380. 68

Deceptus volēs ſtare cōtractui, an cōtractus annulletur. 494. 28

Declaratio interdum præſumitur. 70. 13. f

Declarationis natura quæ ſit. ibi. 13

Decretum iudicis decernentis, vt debitor ſoluat pupillo ſine vllis pupilli expenſis faciendum, 149. colum. 1. 4. c, iudicis in alienatione rerum minoris neceſſarium eſt, ibi. col. 1. ſub nu. 12. g, iudicis in tutela quale ſit, 55. 14. primum quid ſit, ibid. numero 13.

Decurio primus, qui iure ipſo præpoſitus vniuerſitatis cenſetur, adminiſtratores ciuitatis abſentes repræſentat. 85. 4. c

Deductio quomodo fieri debeat. 411. 7. cum ſeq.

Defendere promittens de iure, & de facto, an teneatur armata manu defendere. 285. 10

Defendens ſe, ſi excedit modum, qualiter puniatur. 10. 18

Defenſio corporis, & rerum ſi fit in continenti, eſt licita, 9. 13. debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelę, ibi. 12. eſt iuris naturalis, 9. 11. quoad formam verò poteſt dici iuris ciuilis, 154. 19. facta poſt rixam finitum, potius eſt vindictam quam defenſio, 9. 15 quæſt. qualiter probetur, 10. 17. rerum, an licita ſit, 9. 13. ſeu iniuriæ propulſatio cuius ibi. 11. talis, & tanta eſſe debebit, qualis, & quanta eſt neceſſitas. ibi. 14 m

Defenſor ciuitatis, item patria, Reſpubl. vel fiſcus, ſine venia in ius vocari non poſſunt. 418. 44

Deferens iuramentum iudiciale, prius tenetur iurare de calumnia, ſi id petatur, 404. 18. iuramentum quando probabiliter ignorat rem ſuper qua iuramentum defertur, tunc referri ei non poteſt. 410. 86

Deferre, & referre iuramentum quis dicatur. 404 12

Definitio contractus auctore Theophilo, 263. 2 a, omnis in iure pericoloſa eſt, 372. 13. ſemper intelligitur loqui de habilibus ſicut aliàs vniuerſalis, & generalis concluſio. 564. 14

Defuncti bona ſi ſub voce præconis vænean, ignominioſum eſt. 18. 9

Defunctus, & hæres vna perſona eſſe cenſentur, 169. col. 2. 2. b

Deijciens per vim aliquem, poteſt criminaliter, & ciuiliter conueniri. 584. 4

Deijcientes per vim armatā, in quas pęnas hodie incidant. ibi. 9

Deliberandi ſpatium ab homine impetrare etiius ſit vtilitatia, cum à lege annum tempus conceſſum ſit, 187. 9. tempus quantum à lege conceſſum ſit hæredibus, ibid. 7. tempus ſtatui poteſt etiam ab homine. ibi. 8

Delicta in faciendo grauiora quam in omittendo, 144. 75. f, & 440. 45 paria, compenſatione mutua tollūtur, 42. 29. 2, & 307. §. nu. num 3. non adeo ſeuerè puniuntur in impuberibus ſicut in maioribus, 62. 19. priuata quæ dicantur 328. 7. quotuplicia ſint, ibid. 5. ſi ſunt conſumata, tunc pęnitentia ad euitandam pęnam locum non habet. 456. a

Delictum extinguitur morte, 166. 12. grauius eſt quod faciendo committitur, quam quod omittendo. 440. 45. & 144. 75. f, in dubio non præſumitur, 414. 121. omne duplex parit iudicium, ciuile ſcilicet. & criminale. 584. 5

Demonſtratio falſa, an, & quando vitiet legatum, 204. §. Huic proxima, nu. 1

Denominatio fit à muliere, & non à viro in ijs, quæ tangunt iura nuptiarum. 486. 7

Denunciatio debito, & iuſto tempore fieri debet, 469. 51. in quibus, & quot caſibus, hodie neceſſaria ſit, 365. 124. & 425. 7. vel extraiudicialis interpellatio, an ſit neceſſaria antequam quis agat. 464. 122

Denunciatione legitimè facta, quia venditor compareat, an emptor propterea ſit exemptus à perſecutione litis. 470. 54

Deportati teſtamentum non valet. 153. 14

Deportatio hodie in vſu non eſt, 47. 5. d, pro quo maleficio imponatur, ibi. 7. quid ſit ibid. 6

Deportatione tollitur patria poteſtas. ibi. 1

Deportatus in integrum reſtitutus, omnia priſtina iura recuperat ibi. 15. licet amittat, quæ ſunt iuris ciuilis, retinet tamen, quæ iuris gentium ſunt, 153. 13 propter rebellionem, ſi ſimpliciter reſtituatur, ad quid intelligatur reſtitutus, 48. 76 teſtamenti capax non eſt. 154 21. c

Depoſita re ſubtracta, domino actio competit, 326. §. Sed is apud quem, nu. 1

Depoſitario, & his qui cauſa cuſtodiæ, & rei ſeruandę miſſi ſunt in poſſeſſionem, an cōpetat interdictū, Vti poſſidetis. 577. 33

Depoſitarius ad quid teneatur. 272. 13. & 428. 16. an teneatur de leuiſſima culpa, & caſu fortuito, 272. 16. & 17. vtens re depoſita furtum committit. ibid. 11

Depoſiti actio ad quid competat, 428. 31. actio directa cui, & contra quem detur, ibi. 30. cum ſeq. actio in quibus caſibus ad dumplum competat, ibi. 33. definitio, & alluſio, 272. 1. priuilegia. ibid. 12. requiſita quæ ſint. ibid. 9

Depoſitum ciſtæ occluſæ, 272. 10. d, differt à ſequeſtro ibid. 7. fit per verbum, depono, vel commendo, vel ſerues, vel cuſtodias rem, ibi 8. quotuplex ſit ibid. 2. recipiens, ſi illud neget, an poſſit ad duplum cōueniri, 428. 34. ſimplex in quibus rebus conſiſtat. 271. 10

Derobatus ſi petat damni emendationem, an ſtetur iuramento eius ſuper qualitate rerum amiſſarum. 432. 19

Deſcendentibus in infinitum competit querela inofficioſi teſtamenti. 182. 2

Deterioratam rem, an quis cogatur recipere, abſque pretio deteriorationis, 465. 43. rem recipiens, qua cautela vti debeat, ibid. 46. rem recipiens, an ſibi præiudicet. ibi. 45

Detractio Falcidiæ quomodo fieri debeat. 208. 12

[illegible] paulo magis eſt pactio, & fędus qui teſtamētū. 154. 18. b

Dicens vas aureum, quod æneum eſt, furtum non committit, 319. §. Furtum eſt, nu. 2. a

Dictio

Digitized by Google

Dictio (Autem) aduerſatur præcedentibus tam in iure, quam in facto 440. 38. Item eſt repetitiua præcedentium clauſularum 93. §. Itero lapilli, numero quarto, omnino, quid importet 505. 23. perpetuò, varias recipit ſignificationes 447. 24. plus, quomodo accipiatur 507. 3. quaſi deoorat improprietatem. 311. 3. quaſi, eſt regulariter nota improprietatis 90. 8. Semper perpetuitatem temporis ſignificat 125. 6. h, ſeu, eſt ampliatiua 542. 35. ſtatim, quomodo intelligatur 578. numeru 156.

Dictum alicuius Sancti, fulcitum authoritate veteris, vel noui teſtamenti, præfertur conſtitutioni Principis, vel Papæ 442. 60. Pertinaces Imperatoris memorabile 180. §. fi. num. 2. Fabri de ratione diſcendi ius legale 192. 11. Pomponij Iuriſconſulti de continuatione ſtudij. ibi. 12

Dies legati quando dicatur cedere, & venire, quo ad tranſmiſſionem, & petitionem in legato puro, in legato in diem certum, in legato conditionali, vel in diem incertum 200. §. Si peculium, numero quarto, cum ſequent. quando in fauorem debitoris adiecta intelligatur 276. 9. quare in ſtipulatione apponatur, ibid. 8. regulariter pro nomine interpellat 364. 122. d, ſtipulatus cedit promiſſori, ita, vt eo nundum exacto conueniri non poſſit 276. §. Omnis ſtipulatio, numeru nono, a. quando in fauorem debitoris adiecta intelligatur, ibid. eod. n 9.

Dierum appellatione biduum intelligitur, ibidem, ad numero eundem nouum, b, vbi in obligatione non apponitur, die præſenti, debetur, ibi. eod. §. Omnis ſtipulatio, nu. 9.

Diffamans aliquem de paupertate, qui es diues, iniuriarum tenetur. 338.19

Diffamatus de crimine, vel debito, poteſt agere condictione ex l. diffamari, C. de ingen. manum. 422.18

Differentia agnatorum, & cognatorum hodie quoad ſucceſſiones, & tutelas, ſublata eſt 51. columna ſecunda, numero 5. a, cognationis, & agnationis hodie ſublata eſt 182. 17. d, emancipationis, & patriæ poteſtatis, quod ſucceſſionem, hodie ſublata eſt; non quoad effectus patriæ poteſtatis 24. numer. 24. fructuum naturalium, & induſtrialium 98. 3. c, infantis ab infante maiore, & pubertati proximo 62. 11. 2, inter pœnam legalem, & conuentionalem 435. 19. a, legati vniuerſalis, & particularis 194. 3. b, vis turbatiuæ, & expulſiuæ. 584. 2. 8. ſponſaliorum de præſenti, & matrimonij, non omnino repudianda 30. 4. inter venditionum, & locationem. 304. §. Item quæritur, n. 1.

Differentiæ inter contractus, & voluntates vltimas viginti recitatæ per Euerhardum 20. columna, 16. a, inter procuratorem, & curatorem 78 1. c, iudicum maiorum, & minorum. 157. 7. a, relegationis, & deportationis. 47.9.f

Differre quando reus dicatur. 434 10

Difficultas præſtationis non impedit obligationem 171. 5. c, proueniens ex multiplicitate in legibus eſt vitanda 211. §. Sed quia ſtipulationes, n. 1.

Digniora cenſentur, quæ præcedunt, ac premittuntur 15. col. 1. 6. c, præferenda ſunt, ib. n. eod. 6.

Dignitas aggrauat delictum 108. 6. filij eſt gloria, & laus patris. 48.4

Dignitatis nomina, an quis de ſeipſo ſcribere poſſit. 23

Dilatio aliqua, an detur in criminalibus 461. 66. competens concedenda eſt, qui a factum condemnatus eſt. ibi.64

Dilationes qualiter duplicandæ ſint. 508.3

Diſciplina contrariorum eadem eſt, & notitia, effectus autem contrarij eſſe non deſinunt. 50.col.2.3.a

Diſcipulus præceptorem ſine venia in ius vocare poteſt. 418.47

Diſpoſitio iuris Saxoniæ de furibus. 327.7

Diſpoſitum in ſenſu directo, an oppoſitum arguat a contrario, §. Illud expeditum, n. 2.a

Diſputare de authoritate ſtatuentium crimen eſt ſacrilegij 225. 3. a

Diſtinctio quædam affertur a quibuſdam inter ſuos, & extraneos. 169.2.b

Diſtrahere rationes quid ſit. 68 4.b

Diuerſitas cauſæ vitiat conſtitutionem duorum reorum debendi. 238 §. fin. n. 1.

Diuerſum in donatione cauſa mortis, & inter viuos conſtitui neceſſe non eſt. 135.13.d

Diues quis dicatur. 19.11.a

Diuiſim tradita ſunt magis clara, & facilioris capacitatis 485. in fine paginæ, n. 1.

Diuiſio, an facta præſumatur ex diutina poſſeſſione, 444. 72. commodè quando fieri non poſſe dicatur 445. 4. & 9. ſorte facta non retractatur, nec à ſententia ſortis appellari poteſt, 443. 66. bonorum communium num ſorte fieri debeat, ibid. 61. 2, feudi, & quemadmodum illa prohibita ſit 250. 5. a, hæreditatis a teſtatore facta nihil addit hæreditatis ſubſtantiæ, 70. col. 2. 3. a, inter fratres præſumitur ex decem annis inter præſentes, ex viginti inter abſentes 444. 72. b, paterna inter liberos, an ſeruanda. 156.13.b

Diuiſionem, an teſtator prohibere poſſit. 446.21

Diuites neque pauperes homines præſumuntur. 385.58

Diuitijs diminutis, diminuitur, & honor. 151.8 & 389.29

Diuortia lege Moſaica permiſſa ſunt 40. 2. non ſine iuſtis cauſis facienda ſunt, & varia iura circa cauſa diuortij conſideranda 41. 7. cum ſeq.

Diuortij cauſæ, in nouo teſtamento, & iure Canonico expreſſæ, quæ hodie ſeruantur in noſtris Eccleſijs, ibidem 14 & ſequentibus.

Diuortium, an fieri poſſit propter incurabiles morbos, lepram, & ſimiles 42. 36. niſi lege cenſente fieri non poteſt 40. 1. ob inſidias vitæ alterutrius ſtructas, fit quo ad thoru, & menſam 41. 19. quid, & vnde dictum ſit. 40.3

Doctor actu legens habet priuilegium, vt non poſſit capi, nec incarcerari. 418.48

Doctoratus, & armatæ militiæ dignitas, an liberet quem a patria poteſtate. 48.5

Doctores non habent priuilegium teſtamenti militaris 162. 14.

Doctores, qui excuſentur ab onere tutelæ. 77. §. Item Romæ, n. 2. cum ſeq.

Dolus alienantis habetur pro poſſeſſione. 362. 86. cum dolo compenſatur 497. 23. cum in animo conſiſtat, directè probari non poteſt 386. 70. dans cauſam contractui ſtrictis iuris, an ipſum annullet 464. 29. dans cauſam matrimonio, an illud vitiet, ibi 32. & lata culpa æquiparantur 271. 14. manifeſtus qui dicatur 269. 36. præſumptus quis, & in quo committatur, ibi. 37. quando incidat in contractum 464. 30 quid ſit 81 §. Suſpectus autem nu. 1. a, quomodo præſumatur 429. 37. quomodo purgetur 464. 31. quotuplex ſit 269. 35. tripliciter conſideretur 464. 12. verus, & dolus præſumptus quid ſit 506. 4. vnde probetur. 81.12

Domeſticæ perſonæ ſunt, quibus poteſt imperari ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis. 158.9

Domeſtici in delictis domeſticis teſtes eſſe poſſunt. 169.9.e

Domeſticum teſtimonium regulariter non admittitur. 158.8

Domini ædium poſſunt compelli ad locandas ædes Scholaribus 304. 7. § Finali, numero ſeptimo mittentes legatos, an teneantur eis damna reſarcire, ſi in via capiantur, 310. §. Mandatum, num. 5. qui nanum, cantorem, aut alium aptum miniſtrum ſibi ſouicem donat, an incidant in legem Fauiam, 48.81

Dominia acquiruntur traditionibus, & non nudis pactis, 299. 2. a, & 374. 36

Dominij partes, quæ ſint 90. 6. probatio difficillima eſt. 361. 70. & 541. 8. quæ ſit cauſa efficiens 90. 9. vtilis ſubdiuiſio, ibidem 5.

Dominis, an in ſeruos crudeliter ſædire ſit licitum. 211

Dominium an, & quod præſcriptione, & vſucapione acquiratur 132. 69 c, an præſumatur ex poſſeſſione 361. 72. a, dicitur interdum ius 115. 5. c, directum, & vtile quomodo acquiratur 89. colum. 2. numero quarto, d, probari quomodo poſſit 391. 60. quod teſtamento nanciſcimur, per Principem tolli num poſſit 153. 6. e, quomodo acquiratur de iure ciuili 90. 11. quomodo probandum ſit in actione negatoria 369. 36. quomodo probetur 361. 72. de iure ciuili dupliciter acquiritur 120. 2. directum, vel vtile, an in præſcribentem transferatur, & quæ ex hoc reſultet vtilitas 132. 70. cum ſequentibus, duplex 89. §. Singulorum autem, numero quarto, neque directum, neque vtile acquiritur ex præſcriptione longiſſimi temporis cum mala fide 133. 73. & proprietas quomodo differant 90. 7. non præſumitur ex poſſeſſione, niſi allegetur. 391. 60. plenum habens, habet etiam directum, & vtile, 360. 64. præualet titulo 361. 78. quando tranſit ſine traditione, quid agendum ſit 374. 37. quid ſit 89. §. Singulorum autem, numero ſecundo, rei legatæ recta via a morte teſtatoris ad legatarium tranſit 199. 3. a, transfertur traditionibus non nudis pactis 300. 13. triplex 172. 18. vtile ab alijs quibuſdam dicitur dominium non verum 90. 5. b, & à quibuſdam verum, ibi. ſeq. addit. c.

Dominij probatio difficilis eſt, immo difficillima 541. numero 8.

Dominus, an ex contractu ſerui teneatur 512. 13. an hominib. proprijs ſuccedat ab inteſtato decedentib 243. 18. e, an inuitos vaſallos alienare poſſit 236. columna ſecunda, num. 9. b, an ius vitæ, & necis in ſeruos habeat 20. §. In poteſtate. numero ſecundo, an poſſit ſubditis prohibere, ne cant ad aliud

Digitized by Google

molendinum nouiter extructum, 83. 13. an vaſallos nolentes alienare poſſit, 256. 9. b de iure Saxon. ex contractu ſerui quatenus teneatur, 512. 14. loci, an ſub certa pœna prohibere poſſit, ne quis venetur capreolos, lepores, & perdices, 91. 9. planiç quo reſpectu actione vtili agere poſſit 97. §. Si Titius, nu. 1. a, ſiluæ num ſeruitutem venadi deteriorem facere poſſit, 90. 3. 2. territorij, qui non percipit vectigal, an teneatur de robaria ibi facta. 348. 4

Domo duobus vendita poſterior emptor, cui eſt tradita, præfertur, & qualis contra venditorem competat actio. 258. 20. legata, columnæ adiectæ legatario cedunt, 200. 15. legata, quæ poſtea comburitur debetur tamen area. ibid. 16.

Domum alienam violenter ingrediens, actione iniuriarum ciuili tenetur. 34. 9

Domus poſſeſſionem apprehendens, intelligitur apprehendiſſe poſſeſſionem omnium rerum in ea exiſtentium 572. 103. ſi ſit vendita, & pecunia in muro abſcondita, ad quem ſpectet iſta pecunia, ad emptorem, vel venditorem 101. 4. vſusfructus ſit legatus ſit, quid iuris. 200, 17

Donare eſt perdere 138 8 e, inter viuos, qui poſſint, & qui prohibeantur 143. 66. cum ſeq. mortis cauſa an quis de iure Saxonico poſſit 136. 17. mortis cauſa, qui poſſint, 135. 8

Donari, an poſſit res aliena 145. & 84. inter viuos quibus poſſit 142. 55. mortis cauſa poteſt omnibus, qui teſtamenti factionem paſſiuam habent 135. 10. quæ res poſſint. 145. 83

Donatio animæ quantitatis, legitimum modũ non excedens, an ſit inſinuanda 139 20. bonorum futurorum libertatem teſtãdi aufert, ideoque non valet 136. 20. e, bonorũ omnium non valet, ibi. ead. addit cauſa mortis, an inter coniuges fieri poſſit 134. 6. cauſa mortis cuius iuris, & quid ſit 134. 1. & legatũ in quibus conueniant, & in quibus differant 137. 24. cum ſeq. facta ea lege, vt non reuocetur, eſt donatio inter viuos 134. 6. d, etiã nudo pacto fieri poteſt 135. 15. d, magis comparanda eſt vltimis voluntatibus, quã contractibus 137. 23. b, num contractibus accedat, ibid. ead. addit. b, qualiter fieri poſſit 135. 13 quibus ex cauſis reuocetur 136. 21. cũ ſeq. fortius effectus omnes quos voluntates vltimæ habẽt 137. 24. c, ſpecies eſt voluntatis vltimę 136. 21. f, ſummam 500. aureorum excedens, an apud acta iudicij inſinuari debeat 135. 14. vt valeat, quæ requirantur 136. 20. cuius ſit iuris 133. 2. dicitur contractus 263 5. d, eius qui capitale crimen commiſit ante, vel poſt ſentẽtiã facta, an valeat, necne, 122. 50. excedens 500. ſolidos inſinuanda eſt 139. 14. excedens merita eatenus quatenus excedit non valet 144. 71 b, excedens ſummam aureorum quingentorum ob cauſam facta inſinuatione non indiget 140. 33. f, excedens ſummam quingentorum aureorum inſinuationem exigit 130. 20. d, facta à Conſtantino Imperatore Pontifici Siluestro, an de iure valeat 317. facta a Papa Imperatori de regno Ieruſalem valet 294. 20. facta ex neceſſitate donatio non eſt 133. 3. b, facta ob cauſam remuneratio eſt potius quam donatio. ibidem, ead additione, facta filio a patre, vel matre tranſeunte ad ſecundas nuptias, ex quibus cauſis reuocetur 147. 10. facta ob benè merita non reuocatur ob ſuperuenientes liberos 259 4. b, facta per matrem filio non exiſtenti in poteſtate patris ſui valet 144. 78. 1. filiofamilias à patre facta, an, & quando ſubſiſtat 143 66. cum ſeq. in dubio nonnunquam tacitè præſumitur 190. 11. b, in dubio nunqua præſumitur, ibi. 12. inter coniuges num iuramento firmetur 140. 39. 2. inter coniuges quando confirmetur, aut euaneſcat 143. 65. ſimplex, & pura inter virum, & vxorem conſtante matrimonio, an, & quando valeat 141. 57. cum ſeqq. inter virum & vxorem regulariter non valet, niſi morte confirmetur 208. 16. quare inter viuos appelletur 138. 2. inter viuos cenſetur, quando illa clauſula eſt adiecta, Donator promiſit donationem ratam habere 134. 4. inter viuos facta, an reuocari poſſit 146. 1. inter viuos præſumitur, quando non eſt facta mentio mortis, & contra 134. 3. inter viuos qua intentione fiat 138. 1. & 3. inter viuos quomodo perficiatur, ibi. 4. inter viuos, vt valeat, quæ de iure Saxon. requirantur 140. 40. iurata num valeat ſine inſinuatione 140. 39. 1. non præſumitur, quando alia coniectura capi põt 441. 51. ob cauſam, ad quam pater iure tenetur, an cõferatur 145. 80. omniũ bonorũ, an valeat, ib. 88. cum ſeq. omniũ bonorum futurorũ, & præſentium, quæ comprehendat, ib. 89. omnium bonorum mobiliũ, & immobiliũ, futurorũ, & præſẽtium, quæ comprehẽdat, ib. 90. omnium bonorũ ſimpliciter facta an valeat, ibi. 91. pauperibus facta tamquam perſonis incertis, an vitietur 142. 55. e, perfecta, an Imperiali reſcripto poſſit reſcindi, 146. 4. poſſitnè ob ingratitudinem reuocari 56. 6. a, propter liberos ſuperuenientes reuocari poteſt 147. 8. a, propter nuptias ad quẽ ſoluto matrimonio redeat 148. 6. propter nuptias exequatur doti, & qualiter in his terris Saxonię cõſtituatur 147. 4 propter nuptias habet quidẽ priuilegiũ hypothecæ tacitæ, vt dos, ſed priuilegium prælationis non habet 147. 4. c. propter nuptias non datur ſolum, vt ſit lucrũ nuptiarum, ſed vt dotis ſit maior ſecuritas 448 35. b, propter nuptias, quę ſit, 147 3. propter nuptias quid, & qualiter cõſtituatur 147. 3. & 4. quę defraudat filios legitima, an, & quatenus reuocetur 145. 81. quæ mortis cauſa voluntati vltimæ accedit 135. 9. b, quando non requirat ſcripturam 1, 8 6. excedens ſummam 500. ſolidorum non valet 140. 39 quando valeat iure legati, vel fideicommiſſis, ib. 39 K. quatenus reuocetur propter ſuperueniẽtiam liberorum 147. 9 quid ſit 133. 3 vnde dicta ibi. 5. ratione affinitatis præſumitur 442. 58. d, reciproca inter coniuges valet. vt, volunt plerique 134. 7. e, remuneratoria, an ſit donatio & an reuocetur 133. 4. remuneratoria, an ſit reuocabilis 147. 11. remuneratoria quãdo nõ requiratur inſinuationem 140. 35. reuocari poteſt ingratitudinis cauſa 146. 5. b, reuocatur ex cauſa ingratitudinis etiã adiecta clauſula. Quòd ob ingratitudinẽ reuocari nõ debeat, ibi. 5. reuocatur ob ingratitudinem 167. 7. ſemper ad quingentos aureos valet, ne vtile per inutile vitietur 140. 26. b, ſimplex facta filiofamilias à patre non confertur, 144. 79. K, ſimplex filio à patre facta, an poſt mortem patris in diuiſione conferatur, ib. 79. teſtibus quinque præſentibus, an reuocanda ſit 136 22. h, vel eſt propria, vel impropria 133. 6. d, vt cenſeatur remuneratoria, quæ requirantur 140. 34. vt reuocetur, quæ, & quot requirantur 147 13. vt ſit cauſa mortis, quæ requirantur. 134. 2

Donationes inofficioſæ liberis à parentibus factæ reuocari poſſunt per liberos alios 145. 81. a liberis à parente nuptiarum cauſa factæ eo mortuo conferendæ ſunt 144. 77. g, per quas hæredibus legitimis hæreditas aufertur, odioſæ ſunt. 134. 7. e.

Donationibus acquiritur rerum dominium. 133. 1

Donationis appellatiõ de qua ſpecie intelligatur 136. 16. cauſa mortis forma inter coniuges in terris Saxoniæ vſitata 134. 7. cauſa mortis tres ſpecies, ibi. 5. ſpecies. 133. 16

Donature ab inteſtato decedente, & non diſponente de bonis reſeruatis, an portio reſeruata donatario accreſcat. 146. 95

Donator, an teneatur de euictione 145. 85. conuentus ex donatione, habet priuilegium competentię 154. 5. & 6. inops à donatario alendus eſt 146. 7 quando ad traditionem teneatur, ibi. 3. poſſint ne donationem reuocare factam abſenti, cum eam nondum ratificauit 146. 5. a, poſtquam donauit rẽ, cogitur eam tradere. 133. 3 c

Dos ad quem ſoluto matrimonio redeat 149. 7. an ſit titulus onerotus, vel lucratiuus 384. 32. confeſſata, quæ ſit 490. 63. conſiſtens in rebus mobilibus ſoluto matrimonio hodie poſt annum primum reſtituitur: ſecus ſi in immobilibus: nũ ſtatim reſtitui debeat 198. 6. filiæ prælegata, non eſt ſoluenda antequam nubat. Sicut ne fratres, qui aliquando de bonis feudalibus ſorores dotare tenentur, dotem conſtituere, vel dare tenẽtur, niſi cum nubant, ib. 17. habet priuilegium tacitæ hypothecæ, etiam in matrimonio putatiuo 488. 42. incerta vtiliter promitti poteſt, 487. 19. a, infra quod tempus reſtitui debeat ab hæredibus mariti 494. 101. & 103. matrimonio ſoluto redit ad mulierem 143. 3. b, proprium patrimonium vxoris eſt 149. 6. propter illicitum matrimonium caduca facta per maritum reſtituenda eſt 39. 6. c, puellæ corruptę quomodo conſtitui debeat 453. 13. putatiua fruitur priuilegio dotis verę, hoc eſt, hypothecæ tacitæ cum prælatione 488. 43. h, quomodo filiabus ex feudis conſtituatur, quando pater ſine maſculo hærede deceſſit 493. 98. ſi legata fuerit, illico debetur 198. 7. ſine matrimonio non eſt 149. 7. c. ſine matrimonio eſſe non poteſt 198. 18. reuertitur ad patrem ſoluto matrimonio 291. 12. ſoluto matrimonio ad vxorem reuertitur 249. 7. aut ad patrem dotantem; niſi pactum de lucranda dote interuenerit 197. §. Sed ſi vxori, n. 1.

Dotem dans quando teneatur de euictione 488. 47. ſi pater filiæ legat, non expreſſa certa quantitate, tunc non euaneſcit legatum. 198. 15

Dotis legatum plenius eſt, quam actio de dote, ibidem 5. quando nulla mentio facta eſt, an pater cogi poſſit ad conſtituendam eam. 492. 81

Dubitans, & ignorans æquiparantur. 374. 48

Dubium per æquè dubium non probatur. 499. 1. a

Duo pluresve ob delictum vnius puniri non debent, 16. 4. c

Dupondium quid ſit, & Tripondium 170. §. Hæredita, numero 3.

Dux Andegauenſis in regnum Siciliæ adoptatus eſt à Ioanna Regina 44. col. 1. expulſus è ducatu, quandocumque velit, propria authoritate illud recuperare poteſt. 578. 153

E

EBrius,& amator æquiparantur. 257.6

Eccleſia clerico ſuo ſuccedere dicitur,244. 20 a, contra Eccleſiam quantu tempore præſcribat, 128. 20. habet aurum non vt ſeruet,ſed vt eroget,434 8. Romana quot modis accipiatur,128.27.Romana ſola gaudet præſcriptione centenaria,ibid. 26.

Edictum fraudatorium quid ſit, 382. 10. ſucceſſione de ordine in ordinem,245.17.c,de gradu in gradum,ibid. 19.d,ſucceſſorium quid ſit,& quare inductum,& quotupliciter locum habeat,ibid.13.17 & 14.15.

Effectus clauſulæ codicillaris,ſeu finalis,160.8.c, clauſulæ qua quis ſibi ius,& iuſtitiam adminiſtrari petit, 343 12.b, conſuetudinis ſucceſſiuus,14.6.d, conteſtationis litis enumerati, 99. 5 g, contrariorum contrarij ſunt,20.Tit.8 col.2. ad nu.3. additio 1.a, ingratitudinis varij,249. 11.c, ſatiſdationis tutorum, vel curatorum,71.4 b, ſeparationis thori quoad alimenta,42 32.d, melæ quis. 61.5.a

Effugere,& fugere quomodo differant. 532.5.a

Effundens aliquid dumo,quo tranſiens læditur, ad quid teneatur. 348.1 & 349 8

Electio actionis vnius quando conſumat aliam actionem,326. §.Quæ de fullone,ad nu.6.b, alicuius rei ſi pluribus competit, qui diſſentiunt circa optionem,tunc iſta altercatio iudice fortuna , vel ſorte dirimitur, 202. 3. qui debetur quam ſpeciem eligere poſſit,202.18.cui ſit concedenda, ſi ex verbis non apparet quid iuris,ibid. 16.cuius ſit in legato, vt ſciatur conſiderari debent verba executiua ad quem dirigantur,ibid.15.in alternatiuis eſt regulariter penes debitorem, 404. 11.in alternatiuis quando ſpectet ad debitorem , vel creditorem, 508.17.non conceditur in rebus alienis,202. 17. partes hæreditatis, vel legati num ſorti committenda ſit,443.63.b, ſit ne hæredis,an legatarij,202.1.a

Electionem habet minor de iure Saxoniæ. 439.27

Eleemoſynam dans viuens,plus meretur quam qui dat moriẽs, 200.§ Peculium,num.3

Emancipandi vna tantum ratio hodie obſeruatur , 49. §. Præterea,num.4

Emancipati hodie teſtamentum patris nullum dicere poſſunt, 549.9 c,ſuis exequati,ibid.ead addit.c

Emancipatio qualis apud Francigenas ſit in vſu,49.§. Præterea, nu.3.a,quamlibet imaginariam venditionem ſignificat, 155. col.2. 6.tollit patriam poteſtatem,49 § Præterea,num.1.

Emancipationis effectus qui ſint,ibi.8.& patriæ poteſtatis differentia hodie eſt ſublata, quoad ſucceſſiones, 168. §.Emancipatos,nu 1. vetus ſolemnitas,49.§.Præterea,nu.3.

Emancipatus ſuccedit parentibus vt extraneus, & voluntarius. 220.5.a

Emendare libellum quid ſit. 509.5

Emendatio libelli quando,& quõ admittatur. 365.131.c,& d

Emens bona fide rem vitioſam,quãto tempore præſcribat,132. 66. fundum à duobus cum pacto de retrouendendo , an teneatur vni partem reuendere, 472.19 ignoranter rem non exiſtentem in commercio hominum, poteſt agere contra venditorem ad intereſſe,300.§. Fin.nu.2.rem furtiuam,tenetur eam ſine refuſione pretij reſtituere domino, 301. 3. res Eccleſiaſticas amiſſo pretio eas reſtituere tenetur. 87.5

Ementes contra monitionem ne emerẽt, ſunt in fraude. 384.38

Emere nolle,vel minori pretio emere velle,paria ſunt,213.§ Libertas,nu.7.qui poſſunt, 301.4. quis inuitus cogitur,fauore vltimæ voluntatis, 193.6.vel vendere,an quis inuitus cogi poſſit,301.6.cum ſeqq.

Emolumentum vbi eſt, ibi quoque onus eſſe debet. 207 3

Emphyteuſis,in quibus differat a locatione , & emptione, 303. § Adeo autem,nu. 3.quare dicatur melioratio,ibid.2. quotuplex ſit,ibi 8.ſcripturam requirit, ibi.7. vt à contractu libellatio,& cenſuali differat. ibi.5.c

Emphyteuta, an ius ſuum alienare , ſeu vendere poſſit, 304. 12. an nihilominus eijci poſſit , ſi dominus elapſo triennio recipiat ſolutionem,ibid. 11. dominium vtile habet, domino ſuo directo cenſum aliquem præſtans,89.4.e, ex quibus cauſis re emphyteutica priuari poſſit, 303. 10. non ſoluens canonem, an cadit à iure ſuo,569.71.rei vtile dominium habet, agitque rei vendicatione,& omni interdicto. 303.3.b

Emphyteutæ res illatæ , item res Eccleſiaſticæ alienabiles illatæ adminiſtratorem in domum conductam ſunt obligatæ locatori.389.32

Emphyteuticarius , an, & quomodo poſſit rem emphyteuticariam obligare,& ei ſeruitutem imponere. 110.2.c

Emptio,an valeat,ſi in ſpẽ non dicat, quis debeat arbitrari, 296. §.Pretium autẽ,n.4.& conductio dicuntur fraternitate, 302. & conductio in quibus conueniant,& differant, ibi.5.& 7. & permutatio in quibus conueniant,& in quibus differant, 298. §.Pretium autẽ, n.2.& ſeqq. & venditio præſumuntur ſemper vbi mentio ſit pretij,299.7. b, in ſcriptis quõ celebretur, 297. Tit.24.nu.4.ſine ſcriptis quomodo fiat,& perfecta dicatur,ib. a.non transfert dominium,niſi ſoluto pretio,102.§.Venditæ, n.2.purè,& conditionaliter contrahitur,300.§.Emptio,nu.1.

Emptione,& ſecuta traditione dominium acquiritur, 102.§.Vẽditæ,nu.1.perfecta rei emptæ ſolutione periculum ſtatim ad emptorem pertinet.

Emptionis perfectio triplex eſt,297. 3. ſubſtantia ex tribus conſiſtit,298.§.Pretium autem,nu.1.

Emptor ad retrouendendum cogi non poteſt , ſi venditor intra certum tempus pretium non obtulerit, 472. 15. an appellare poſſit,quando per iudicem contra eum lata eſt ſentẽtia, 470. 58.an poſſit compromittere in arbitrum,ibi. 56.an poſſit propria authoritate rem emptam occupare,468 28. an prohiberi poſſit ne emat, 301. 11. an rem emptam authoritate propria occupare poſſit, 354. 16.b, an reuendere teneatur,ſi vnus ex venditoribus offerat totũ pretium,472.20. bonæ fidei ab initio, & malæ fidei poſtea factus , & è contra quomodo lucretur fructum rei emptæ vel non lucretur,99 9.m, bonæ fidei, cui res tradita eſt actionem furti habet,262.§.Item ſi fullo,n. 2.cum effectus agere poteſt oblato prætio. 467.16. & venditor ſi dubitant,quod ſit iuſtũ pretium rei , tunc recurritur ad arbitrium iudicis,213. 11. euictionis cauſam venditori ante litis conteſtationẽ,denunciare cogitur, 302.8.d, quando metuit ne res euincatur, an poſſit compellere venditorẽ ad præſtandum fideiuſſorẽ euictionis, 302.8.quõ in iudicio ſeſe gerere debeat,470.55.rei dominus ante traditionẽ non eſt,299. a.a,ſcienter emens rem alienam,de euictione agere non poteſt,470.61.ſecundus,qui bona fidei à fraudulento poſſeſſore, & ita a primo emptore bona debitoris emit,an teneatur Pauliana,385.49.ſi tenetur ad aliquod factum, qua actione conueniatur,472. 10.tenetur euictionis cauſam ante litem motã denunciare venditore,469.46.c, vt contra vẽditorem de euictione agere poſſit,quæ requirantur, ibid. 46. vt de euictione agat,res debet per ſententiam euinci,470. 63.& 64.

Emptoris ſicut eſt periculum, ita quoq; commodum rei emptę. 300.11

Enunciatio generalis,de quibus intelligenda ſit. 191.7.b

Epiſcopalis, & Conſulatis dignitas hodie liberant à patria poteſtate. 83.3

Epiſcopi,an bona quæſita ex rebus Eccleſiæ, ſeu intuitu Eccleſię tranſmittant ad hæredes. 87.6

Epiſcopus , an poſſit in conſulto Pontifice rem in menſa Eccleſiæ repertam alienare, ibid. 9.a, quomodo poſſit hodie dare tutorem pupillo. 59.3.c

Epiſtola, an, & quando probet, 288. 8. c, commendatoria non obligat ſcribentem,300.5.a, diui Hadriani, 292. 15.h, exhortatoria inducit conſenſum ſcribentis. 308.5.a

Eques,iter habens,equo inſidens ire poteſt,non aliter, 105.11.b

Equos facientes currere, qui ſunt difficiles bucca , ex damno alteri illato tenentur,333.§.Impetu quoque nu.2.

Equum meum ablatum ſi reperiam ad manus alteri,an mihi liceat recuperare,licet non expreſſe fiat mentio per quem ablatus ſit,460.54.

Equus currens ad metam ſine ſeſſore , qui cecidit , an acquirat præmium propoſitum. 577.144

Eripiens aliquem è manibus familiæ iudicis, non aliter tenetur, ac ſi in omnem caſum fideiuſſiſſet. 420.84

Errantis nullus eſt conſenſus. 43.40

Error communis aliquando ius facit,158 §. Sed cũ aliquid, n.2. & 196.§.Si quis rem ſuam,nu. 3.conſenſum non facit,43.41.c etiam in nomine proprio rei legatæ, non vitiat legatum,ſi de corpore conſtat,204.§. Si quidem in nomine,nu.3.iacri alieni quando non tollerabilis, 507. 10. facti etiam prudentiſſimos fallit,ibi. 9.facti,non iuris,eſt tolerabilis, 108.20. fortunæ non facit, vt dirimatur matrimonium,464.33.in nomine, & qualitate hæredis nũ officiat inſtitutioni,104.§.Si quidem in nomine,1.a,in nomine appellatiuo vitiat diſpoſitionem, ibid. b, Si tamen ſimilitudo quædam ſit inter nomen appellatiuũ errate expreſſum,& id de quo teſtator ſenſit,fallit,ibid. ead.addit.b,Fallit idem ſi ſermo errantis ſuſtineri poteſt communi, ac promiſcuo loquendo vſu, ibid. ead. addit.b, item,quando res in cuius nomine erratũ eſt, tẽpore legati fuit præſens , & per ipſum teſtatorẽ demonſtrata,ibid.ead.addit.b,in nomine appellatiuo ſemper vitiat diſpoſitionẽ , vt nominando per errorẽ equum pro boue,ibi.4.Fallit , vt nu.7.in nomine proprio,

prænomine,cognomine,agnomine,non vitiat legatum,neq; hæredis inſtitutionem, vel alios contractus,ſi de perſona cõſtat ibi 1.iuſtus quando pro titulo habeatur,481.29.teſtatorix in nomine proprio rei legatæ, quomodo probetur, 204. §. Si quidem in nomine,nu.8. iuſtiſſimus vnde cauſetur, 123. 41. qualitatix quare non reſcindat matrimonium, 43.45. qualiter probetur in condictione indebiti,270.12.triplex,iniuſtus iuſtus,& iuſtiſſimus,123.38.vel culpa quatenus excuſet,602. §.Item lex Cornelia,nu.2

Erroris quatuor ſpecies referuntur circa materiam matrimonialem. 43.41.cum ſeq.

Euadendi ſpẽ faciens pari pœna punitur cum perpetrante. 324.9

Euentus, & conſilium debitoris alienantix quare quoad fraudem in contractibus inſpiciantur: in vltimis verò voluntatibux euentus tantum. 385.57

Euictio,an locum habeat in iudicio diuiſorio.438.17.in diuiſione qualiter à cohærede præſtetur. ibi.23

Examen apum quodnam cuiq; capere liceat,92. §. Apum quoque,num.5.c

Excommunicato non eſt communicandum. 577.0,ſ,

Exceptio,an,& quando per reum conuentum ſit opponenda,ſe poſſidere cum titulo ad repellendum actorem,481.35. compenſationis,an competat ipſo iure,vel an facto hominis opus ſit,499 58.compenſationis in foro Sax.locum habeat,ibi.54. compenſationix quando opponenda ſit,ibid. 57.competit interdum ei, qui naturaliter, & ciuiliter obligatus eſt: quomodo,& filiofamiliax competit exceptio Macedoniani,262.col. 1.n.2.additione prima,dominij agenti interdicto recuperandæ objici non poteſt,268.28.b,ineptitudinis libelli,apud ſummos Principes,& in Camera imperij non habet locum, 506. 43 Macedoniani S.C.odioſa,270 co.17.b,mercatoria potiux moratoria,vel dilatoria dici debeat,11.11.c,nõ numeratę dotis,ſoluto matrimonio,quando opponi debeat, 490.64.nõ numeratæ pecuniæ,an etiam locum habeat in creditore,296.17 non numeratæ pecuniæ, an poſt bienniũ opponi poſſit, 295. 11. non numeratæ pecuniæ contra quam ſcripturam opponi poſſit,ibid.13.non numeratæ pecuniæ quando ceſſet,296.18 opponenda eſt, quando actio per exceptionem tolli debeat, 495.4.ordinis non eſt anomala,ſed dilatoria, 292.14 c, ordinis,ſeu excuſſionis,an ſit peremptoria,vel dilatoria,ib 14.per quam cõcluditur actionem non competere, impedit litis ingreſſum,467.12.pretij non ſoluti à reo venditore in ſpecie deponi debet, ibid.8. pretij non ſoluti à venditore omiſſa,an poſſit per iudicem ſuppleri,ibi. 9 pretij non ſoluti etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt,ibid.13. quæ non impugnat ſententiam, ſed modificat exceptionem, ſemper etiam poſt ſententiam opponi poteſt,511.12.quibus, & contra quos detur,538.6.quid ſit,& vnde,536.1.& 2.Senatuſconſulti Macedoniani in pluribus caſibus ceſſat,256.10.venditoris,an proſit emptori. 466.a

Exceptiones,& replicationes præiudiciales,quæ dicantur, 421. 5. perſonales fideiuſſoribux, & mandatoribus etiam inuito domino competunt,537.3.a,præiudiciales, 421. 3.a, quotuplices ſint,270.7.a

Exceptioni dotis,& pecuniæ non numeratæ,an renunciari poſſit,296.19.& 491.66.ſuæ renunciare videtur,qui non excipit. 419.66

Exceptionis propria,537.3.ſpecies,ibid.4.cauſa efficiens,538.5. materia,ibid.7 forma,539.8.circumſtantiæ loci,& temporis, ibid.9.finis,& effectus. 540.11.& 12

Excuſatio à tutoribus quando proponenda, 79. §. Qui autem, num.3.ab appellatione differt tempore,78.§. Qui autem,nu. 1.a,ſit apud iudicem eundem apud quem propoſita eſt,ibid. ead.addit.a,quid ſit. 73.4

Excuſationes proponẽdæ ſunt intra quinquaginta dies, & quomodo computentur,78 §.Qui autem,num.1.

Excuſationibus falſis vſus,an onus tutelæ effugiat,ibid.

Excuſationix cauſæ quot ſint. 73.5

Excuſſio quando fieri debet, citantur bonorum poſſeſſores in quos alienatio facta eſt,vel fideiuſſores,& quomodo citandi ſint, 386.68 quando in Pauliana non ſit neceſſaria, 385.64. quare ſit neceſſaria,antequam agatur Pauliana,ibid.90.

Excuſſio quando fieri poſſit. 385.62.cum ſeq.

Executio mandati in beneficio,& officio conſiſtit,309.§.Recte quoque num. 1.a, quomodo fiat contra nudum detentatorem. 361.81

Executioni ſententiæ non certo tempore præſcribi poſſit, 596. §.Quod autem,num.16.c

Executionix cauſa, materia, forma, finis, & effectus affinia, & contraria, 597.17.18. cum ſequ.quæ eſt ſententiæ effectus, tempus,& modus. 596.16

Executoribus teſtamentarijx duobus datis ſuperſtes exequitur, 59.§ Sed etſi a,

Executorum in legibus tres ſpecies ſunt. 454.1

Exemplo non creditur,niſi producatur originale. 204.9

Exemplum nobilium à Falckenſtein allatũ per Zaſium. 24.28.b

Exhæredare quid ſit. 167.5

Exhæredatio eſt tacita,& expreſſa,167.8. poſthumorum magis ſono verbi quam re ipſa contingens,184.16.b,vt valeat quinque requiruntur. 166.9

Exhæredationis legitimam cauſam ſi pater in teſtamento exprimit quam tamen filius non commiſit, vel quæ non potuit ab hærede probari,competit quærela inofficioſi. 181.15

Exhæredatis filijx ob aliquam ingratitudinis cauſam quibus remedijs ſuccurratur. 167.17

Exigere eſt ab inuito extorquere,201.§.Tam autem,nu.5.

Eximenx aliquem ex carcere quomodo puniatur. 410.85

Exiſtentia hæredis ſui facit quem hæredem, non poſſeſſorem, 244.3.a

Expenſæ in ſtudium, matrimonium, & cauſas ſimiles filijs poſt mortem patris è communibus cæterorum liberorum ſumptibus fieri non debent, 441. 54. d, neceſſariæ, quæ fiot,476.3. nuptiales, an poſt mortem patris alteri ſorori nubenti ſint de communibus bonis conferendæ, 440. 46. quas pater pro filio ſtudente fecit,an tempore diuiſionis ſint conferendæ,444.75 quibus de cauſis in iudicio fiant,454.8.quo iudicis officio debeantur,465.39 ſtudiorum filij cauſa factæ, an conferantur. 440.41 cum ſeq.vtiles quandu repetantur. 476.14

Expenſarum quantitatem à patre pronunciatam iudex taxat delato patri iuramento,341.5 & de earum æſtimatione vide ibi in additione.c

Expertes literarum quando officia adminiſtrare poſſint, 77. §. Similiter,num.a

Expromiſſor quomodo differat à fideiuſſore, mandatore, & ſponſore.

Expulſio non ſufficit,niſi poſſideat expellens. 131.62.h

Extenſio ad ſimiles,vel maiores cauſas licita eſt etiam in materia pœnali,& ſic odioſa, 167.16.Falcidiæ ad Trebellianicam in Camera Imperiali non admittitur, 188.19.d, propter identitatem quando,& ob quid fiat. 238.17.e

Extranei dicuntur adire,& repudiare hæreditatem,187.2 nullo iure cognitionis attinent. Item qui non ſunt ex numero aſcendentium,& deſcendentium, 186.§.Cæteris,num.3.

Extraneus, an habeat tacitam hypothecam in bonis mariti, 488.48.an hæredi inſtitutu tutorem teſtamento dare poſſit, 52 12.niſi ſtipulatrix ſit repetitionem dotis, non habebit actionem ad repetendum,486.14.plus offerens,an admitti debeat. 438.26

F

FAbet apud ſcholas malleans,an poſſit repelli à Doc. & ſcholarib.305 §.Fin.nu.6. qui conduxit opux faciendum ſi frangat aliquod inſtrumentum,non habet actionem locati. 473.6

Facere nos non poſſe præſumitur,ceu impoſſibilia, eaque contra bonos mores fiunt. 205.§.Finali.n 3

Facilitas in iurando improbatur. 33.29

Facti alieni promiſſio quando non valeat,285.§.Si quis alium, nu.2.quibus caſibus admittatur. ibid.7.cum ſeq.

Factio teſtamenti iuris eſt publici. 53 4.c

Factum alienum nemo promittere poteſt,285.§ Si quix alium, nu.1.alienum promittens,promittit ſe curaturum,vt fiat,398 44.clarè,perſpicuè,& congruenter narrari debet, 363.108. & contumacia procuratoris quando noceat domino, 309. §. Is qui exequitur,num.3.b,& pœna,an exigi poſſit. 280.10

Facultas teſtandi eſt ex mero iure,non ex gratia. 153.6.b

Falcidia detrahitur ex legatis, è mortis cauſa donationibus, ex fideicommiſſis,& donatione inter viuos,ſi morte confirmetur,206.colum.a.1.b,dici poteſt,quidquid reſecat, largè ſumpto vocabulo, 207 10. dicitur quarta pars patrimonij ipſius defuncti, quæ debetur hæredi inſtituto,ibid.12. etiam dicitur Trebellianica,ibid 9.in quibus donationibus non detrahatur, 208.17.quando,& à quibus legatis non poſſit detrahi,ibidem 18.quomodo detrahatur,ſi teſtator vltra vires patrimonij legauerit,ibid.13.vnde dicta ſit,207.8 lex vtrum locum habeat, inſpicitur valor totius patrimonij tempore mortis teſtatoris. ibidem 1.

Falcidia lege quid diſpoſitum ſit. ibid. 6

Falcidiæ detractio quomodo fieri debeat, 108.1a. duo ſunt capita,207.11.habenda eſt ratio in ſingulis hæredibus, vt quilibet quartam ſua portionis ſaluam habeat. ibid.15

Fal-

Digitized by Google

Falcidiam, an poſſit hæres detrahere in vna re, ibi. 18. in eam, ſeu in Quartam, quid computetur. ibid. 16

Falſi probatio qualis eſſe debeat, 505. 8. proprias partes cauſa, 604. 3. cum ſeq. materia forma, ibi. 6. & 7 finis, 405. 9. euentus, pęna, & affinia. ibi. 10. & 11

Falſum qui committat, 404. 5. quid ſit. ibi. 2

Fama in factis antiquis regulariter non plene probat, 129. 37. f, viciniæ attendenda. 122. 14. e

Familia aliquando pro hæreditate ponitur, 436. a. per agnatos conſeruanda, 245. 10. a, num conſuetudinem inducere poſſit, 3. 3. a

Familiæ appellatione qui contineatur. 431. 9

Familiam faciunt tres homines ad minus. 200. 10

Famoſum libellum pandens, an puniatur ſi authorem indicet. 337. 5

Fatuitas eſt damnabilis. 211. 19

Fauiana actio quid ſit, 382. 7. diſerte dicitur eſſe perſonalis, ibid. 1. a

Fauor alimentorum. 81. 6. e

Fauori pro ſe introducto quòd quilibet renunciare poſſit, quãdo procedat. 207. 6

Feneſtram, an quis poſſit facere in ſuo pariete, vbi antea nulla fuit, vt videat ſecreta vicini. 110. 21

Feræ beſtiæ captæ quando fiant capientium, 90. §. Feræ, numero 4.

Feuda, an, & quæ diuidi poſſint, 439. 32. b, an, & quomodo diuidi poſſint. 439. 32. & 440. 37

Feuda, an veniat in petitione hæreditatis, 482. 54. in Gallia redacta ſunt ad inſtar patrimonialium, & allodialium, 166. 14. f, regalia diuidi iam poſſunt generali quadam conſuetudine perinde, vt feuda quoque alia. 440. 38. b

Feudum hæreditarium quid, 251. 6. a, in quo differat ab emphyteuſi, 303. §. Adeo autem, nu. 4. non regale quid, 439. 36. num reuocari poſſit ob ingratitudinem, 56. 6. a, regale quid ſit, 439. 34. ſi reuertatur ad dominum, an teneatur hæredibus defuncti præſtare melioramenta in eo facta, 476. 23. vt dicatur regale, quæ requirantur. 439. 35

Fictio, & præſumptio differunt. 487. 22

Fidei fuit Romæ templum erectum, 209. columna prima, numero 5.

Fideicommiſſa, & legata hodie per omnia ſunt exequata, 192. 4. & 209. 11. in teſtamento relinqui poſſunt, vel purè, vel ſub conditione, vel etiam ex certo die, ibid. §. in primis, nu. 3. num debeantur ex teſtamento quod eſt nullum, 190. 2. a, per quæ verba relinqui poſſint, 213. §. Final. nu. 1. tam in teſtamento, quam ab inteſtato relinqui poſſunt, 209. §. In primis, nu. 1. & 212. §. Præterea, nu. 1. tam ſingularia, quàm particularia relinquuntur, vel expreſſe, vel tacitæ. 209. 12

Fideicommiſſarij quando duo ſunt, & vnus vult compellere hęredem, vt adeat, alter verò non, tunc compellens debet recipere totam hæreditatem, 211. §. Nihil autem, num. 3.

Fideicommiſſarius an poſſit facere inuentarium, 188. 10 hæres quis dicatur, 299. 8. particularis etiam poteſt compellere hæredem ad adeundam hæreditatem, 211. §. Nihil autem, nu. 1. vniuerſalis in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, 158. §. Legatarius, num. 1. loco hæredis, & iuris ſucceſſor eſt, ibid. eadem additione.

Fideicommiſſorum vniuerſalium effectus qui ſint, 210. §. Reſtituta, numer. 1. vſus apud veteres quid fuerit, 209. Titulo 23. num. 3.

Fideicommiſſum conditionale vtrum ad heredes tranſmittatur ibi. §. in primis, nu. 3. a, eſt duplex, ibid. Titul. 23. num. 6. in codicillis relictum, qua actione petatur, 216. 16. in codicillis relictum vtrum per officium iudicis petatur, ibid. 15. b, particulare quid ſit, 212. Titulo 24. num. 1. quid & vnde dictum ſit, 209. Tit. 23. nu. 2. quomodo expreſſe relinquatur, & quomodo tacitè, ibid. 13. & 14. relictum ei, qui non habet teſtamenti factionem paſſiuam, hodie non valet, & defertur ad fiſcum, 211. 9. vniuerſale, & ſingulare quid ſit, 109. Tit. 23. 10. vniuerſale in teſtamento relictum, an valeat ſine inſtitutione hæredis, ibid. §. in primis, num 4.

Fideiubendo ſe ſimul principalem debitorem conſtituens, an beneficium excuſſionis habeat. 292. 11. cum ſeq.

Fideiubenti pro abſente competit actio negotiorum geſtorum contra principalem. 263. 3

Fideiubere qui poſſint. 294. 2

Fideiuſſor, an habeat beneficiũ cõpetentiæ, 514. 7. an habeat regreſſum, ſeu actionem contra debitorem principalem, antequam ſoluat, 293. §. Si quis autem fideiuſſor, nu. 4. an in plus obligari poſſit quam principalis, 190. 3. an interuenire poſſit in contractu, cui lex expreſſe reſiſtit, & prohibet obligationẽ contrahi, 291. 13. an ſponte ſoluere poſſit, vel an debeat exſpectare, donec ei a iudice mãdetur, vt ſoluat, 194. 6. cum habeat exceptionem ordinis, ſeu excuſſionis, vt prius conueniatur principalis, an illa exceptio ſit peremptoria, vel dilatoria, 292. 14. interuenire poteſt in omni obligatione qualitercumque contracta, 190. 2. mendacij cauſa beneficium diuiſionis amittit. 193. 20. c, non conuenitur quamdiu debitor principalis eſt ſoluendo, 291. §. Si plures nu. 2. a, non obligatur propter nudum pactum, ſed propter ſtipulationem, 396. 10. non poteſt conuenire ante principalis excuſſionem, etiamſi fideiuſſor conſtituat ſe principalem debitorem, 385. 61 non poteſt obligari in plus, quàm principalis, 293. § Fideiuſſores, nu. 1. quando ex pluribus confideiuſſoribus conuentus non oppoſuit exceptionem diuiſionis, & totum debitum ſoluit, an poſſit à creditore repetere id, quod ſuam portionem excedit, 299. 21. & 22 quando habeat mandati actionem, & regreſſum contra principalem, 294. 5. quare accedere poſſit debito ciuili inefficaci, & conſtitutum ſuper eo fieri non poſſit, 367. 16. qui in nexu fideiuſſione ſua diu ſtetit, poteſt a reo principali exigere, ſeu petere, vt à reo fideiuſſione eximatur. 294. 4. 9, col. 1. quod pro principali ſoluti, repetere poteſt mandati actione, 293. §. Si quis, &c. num. 2. ſemper obligatur in ſolidum, ſicut principalis, & ſi plures ſunt fideiuſſores, omnes in ſolidum obligantur, 292. 17. ſi conueniatur propter abſentiam principalis, & lite cum eo conteſtata principalis reuertatur, an pendente proceſſu competat fideiuſſori exceptio, ibid. 15. ſoluens an liberet confideiuſſorem, 314. Tit. 30. num. 11. & 12. ſoluens ſolidum, an poſſit à confideiuſſore repetere id, quod vltra ſuam portionem pro debito ſoluit, 293. 22. ſoluens ſolutum in caſibus aliquot repetere non poteſt, ibid. 22. d, tametſi ſe obliget ad inſtar principalis debitoris, habet tamen beneficium ordinis minorum. 292. 13. d

Fideiuſſorem idoneum recipere recuſans, tenetur iniuriarum, 358. 20. liberat principalis ſolutio, & contra, 314. Tit. 30. numero 10.

Fideiuſſores, an in cauſa criminali interuenire poſſint. 280. 8. an interuenire poſſint in omnibus cauſis, ſiue ciuilibus ſiue criminalibus ibid. 10. an puniantur pęna mortis quando reus eis traditus in caſu, quo pœna mortis venit imponenda, aufugit, ita, vt eum exhibere non poſſint, ibid. 9. an recipiantur pro dote conſeruanda, ibidem 11. non poſſunt ſe obligare ad pęnã corporalem in cauſis criminalibus 6. §. Iuris præcepta, num. 5. qui, & quare introducti ſint, 289. Titulo 21. num 11. & 12.

Fideiuſſori, an quoque competant exceptiones debitori principali competentes. 290. 5

Fideiuſſorum beneficia quæ ſint, 291. §. Si plures, num. 1.

Fides adhibetur vnicuiq; in arte ſua perito, 94. §. Præterea, 4. g. an an habenda ſit literis credentiæ, 308. 6 b, an haberi poſſit ſigillo ignoto, ſi indicia quædam concurrerint, 457. §. Poſſunt autem, nu. 2. a, bona ſemper requiritur in præſcribente ſeruitutem, 112. 12 ſ, bona toties præſumitur, quoties de mala non conſtat, 124. 15. d, bona, quæ dicatur, & quæ mala. 121. 14

Fieri contra bonos mores quid dicatur. 145. 87

Fieri extra territorium, & in territorio, ſeu in loco exempto paria ſunt, 161. colum. prima addit. 2. ad numerum octauum a, in fine columnæ.

Filia, an teneatur conſentire, ſi à patre nuptiæ ſub certa pœna, aut cum iuramento eſſent promiſſæ, 38. 24. an teneatur dotẽ conferre, quam à patre accepit, 152. 18. declarata per actionẽ præiudicialem, poteſt poſtea non tantum petere alimẽta, ſed & dotem, & donationem propter nuptias ſibi conſtitui, 423. 33. habens bona aduentitia, an poſſit à patre dotari, 492. 87. inſcito, & inuito patre nubens, nũ dotanda ſit, 37. 32. b, inſcio vel inuito patre nubens, an dotanda ſit, 492. 84. c, meretrix, dotari debeat, item, an filia hæretica, & Iudææ; item, an filia naturalis tantum, 493. 88. cum ſeq. nubens ſine patris voluntate num ob id exhæredari poſſit, 167. 15. d, peccans in ſuum corpus, dote, & alimentis à patre priuari poteſt, ſecus, ſi agat pęnitentiam ibi. 18. quamuis dotata ſit, à legitima tamen non excluditur ibid. 2. a, renuncians paternæ hæreditati poſt mortem patris, fratri defuncto nihilominus ſuccedit. 550. 28

Filiæ excluſæ per filios maſculos, non intelliguntur excluſæ per adoptiuum filium, 44. §. Sed hodie, ad Tit. additione a, quare in feudis non ſuccedant. 151. 9

Filiafamilias nupta, an de iure Saxonię acquirat marito, vel patri, 50. 8. nupta an liberetur à patria poteſtate, ibid. 4. quatenus ſit in poteſtate patris, & quatenus in poteſtate mariti, 246. 10. viuente patre, non poteſt condere teſtamentum, nec donare cauſa mortis, &c. 50. 7

Filiationis profeſſio, an filium faciat, 49. colum. prima, num. 3.

Digitized by Google

Filij adoptiui qui dicãtur,& quotuplex ſint,223.1.an teneantur alere parentes,8 12.condemnatorũ propter crimen leſæ maieſtatis,neque patri,neque alijs extraneia ſuccedunt;item filij damnatorũ propter hęreſim;item filij condemnatorum propter hęreſim:itẽ filij naturales,vulgo quæſiti, & nati ex damnato coitu,219.col.1.nu.2.3 4.emancipati,an,& qualiter ſuccedant,220.5.filiarum,ſi ſoli ſunt,in capita ſuccedunt,221.13. à fratres vtrinque cõiuncti, de iure cõmuni excludũt fratres ex vno latere defuncto fratri coniunctos tantũ. Sed de iure Saxoniæ æqualiter ſuccedunt in capita,242.16.17 gradus primi,hodie,ſi ſoli ſint, æqualiter ſuccedunt patri, & matri iuri ciuili nouiſſimo ſublata qualibet differentia poteſtatis patriæ, 220. 5. a,præferuntur omnibus aſcendentibus & collateralibus,ib.ead.addit.a,hodie habent beneficium abſtinendi ab hęreditate,ſecus in filio vaſalli 185.5.in poteſtate exiſtentes,cogebãtur olim inuiti eſſe hæredes,220.4. inuiti, an cogi poſſint à parentibus ad ducendas vxores,38.37.naturales tantum an dicantur de domo,& agnatione patris, 224.5.naturales tantum cum filijs naturalibus,& legitimis ſimul matri ęqualiter ſuccedunt,225 16.naturales tantum,quando,& qualiter patri naturali,qui teſtamẽtum condidit,ſuccedant,224.7. cum ſeq. naturales,& legitimi ſimul qui dicantur,219.col.2. in fine,n. 1. naturales matri etiam in feudo fęmineo non ſuccedunt. 225.19 naturales primi gradus tantum quomodo parentibus ſuccedant 220 2.naturales,ſi à matre,vel alijs aſcendentib. lineæ maternæ in teſtamento non inſtituti ſunt, querelã inofficioſi teſtamenti habent,182.12.non debent theſaurizare parentib. 182. 9. quomodo paternorum bonorum domini cenſeantur,148.3.b,patrimonium quando augetur,an præſumatur profectitium,vel aduentitium,151.20. & 400.3. plurium fratrum, vel ſororum diuerſi numeri ſuccedunt defuncto patruo in capita, 234.29.prædefuncti patris,in feudis de iure Saxoniæ ſuccedunt cum patruo ipſorum frater cum fratre defuncto ſimultaneè fuit inueſtitus,232.15.prędefuncti fratris, vel ſororis vtrinque coniuncti ſuccedunt cum fratribus,& ſororib.defuncto vtrinq; coniunctis io ſtirpes,ibi.11.quomodo legitimentur per oblationem curiæ 23. 16. quõ legitimentur per reſcriptum Principis,ibi.17. ſororum æquè ſuccedunt patruo,ſicut filij fratrum,etiam de iure Sax.234 30. ſpirituales parentibus ſpiritualibus in nihilo ſuccedunt,219.col.2.num.2.

Filij familias,an tutores teſtamento dari poſſint, 5.3.4. maiores xxv.annis,tametſi nuptias non contraxerint,apud Gallos tamen pro emancipatis habentur,39 §.Præterea,nu.1.a

Filijs exhæredatis ob aliquam ingratitudinis cauſam,quibus remedijs ſuccurratur, 567.17

Filio,an liceat patrẽ verberantem repercutere,24. 28. condemnato ex delicto,an, & quõ executio fiat cõtra patrẽ de peculio,401.20.condẽnato,qui non habet peculium, an pater cogi poſſit ad dandam legitimam,349.§.Si filiusfamilias, nu.2. exhæredato,ſine cauſa,vel ex cauſa,nõ tamen legitima,teſtamentũ ipſo iure non valet,181. 14. naturali non niſi à matre exemplariter ſubſtitui poteſt,175.10.perſuadens,vt patri aliquid ſurripiat tenetur furti,342.3. prorſus præterito in teſtamento patris,teſtamentum ipſo iure eſt nullum. 181.13

Filiofamilias,an,& quando detur tutor. 51.10

Filiorum ſpiritualium duæ ſunt ſpecies. 219 col.2.2

Filium quem eſſe quomodo probetur. 423.15

Filius acquirit patri,& ſeruus dño,186. §. Si verò nu.1. adoptiuus agnatis, & cognatis patronis adoptiui non ſuccedit, nec cõtra,235,41. adoptiuus emancipatus à patre adoptãte ab inteſtato ei non ſuccedit, 222. 7. adoptiuus licet patri adoptiuo ſuccedat,nihilominus ẽt patri naturali ſuccedit,ibid.6. aliquis probatur ex eo,quod ab vtroq.parẽte habitus reputatus,appellatus,& tractatus ſit pro filio,423.37.an,& qñ patri acquirat, 576.139.an iſtis caſibus in quibus tenetur cõferre libros,poſſit pretiũ offerre,& eos retinere,441.52. an poſt mortem patris teneatur conferre dotẽ, quam ex pactis nuptialib. lucratus eſt,152.19.an teneatur conferre expenſas,quas pater cauſa ſtudiorũ ei ſubminiſtrauit,440.42.cũ ſeqq.an teneatur dotare matrem viduam,493.93. committens delictum propter quod publicanda veniũt eius bona,nõ poteſt pręiudicare patri in aduentitio quoad vſumfructum,401.16.declaratus per actionẽ præiudicialẽ põt poſtea non tantũ petere alimenta, ſed,& dotem ſibi conſtitui,423.33. eam quã pater eius elegerit ducere nõ tenetur,38.37.d,Epiſcopalem, vel Conſularem dignitatẽ adeptus ignorãte patre, vel inuitu, an poteſtate patria inuito patre propter illã dignitatem liberetur,48.3.a,erga patrẽ metu reuerẽtiali ducitur,459.44.d,& pater fictione iuris perſona eadẽ cẽſentur,325.col.2.1.a,& ſeruus qualiter differant,287.§.Item inutilis, n.2.ex fratre vtrinque coniuncto excludit patruum.Sed de iure Saxoniæ,ſecundũ curiales pariter admittuntur,ſecundũ Lipſenſes patruo filij fratris pręferuntur,233.18.& 19.exiſtẽs in poteſtate,ſi abſtineat ab hęreditate paterna, an nepos illius admittatur,245.20.exiſtens in patria poteſtate,ſurripiendo patri rẽ aliquam, furtũ cõmittit. 325.col.1.n.1. fideicõmiſſo grauatus duasne quartas detrahere poſſit,183.10.f,habens peculiũ aduentitium, caſtrenſe, vel quaſi, an mortuo patre illud in diuiſione hæreditatis conferre teneatur, 152. 17. ipſemet in ſolidum conueniri põt de caſtrenſi,& quaſi caſtrenſi peculio,401.17.laborib.ſuis acquiſiuiſſe videtur quidquid ei à patre donatur,144. 71.a, naturalis adoptari non poteſt,46.6.naturalis decedens inteſtatus,& nõ relinquens deſcendentes,naturales,& legitimos, vel vxorẽ, pater naturalis in duab.vncijs ei ſuccedit,230.43.naturalis decedẽs teſtatus ſine liberis, tenetur matri relinquere legitimã, ibi.44.naturalis qui occidit patrem, tenetur lege Pompeia de parricidijs,418 38.naturalis tantũ,vt quis propriè ſit,quid requiratur,224.6.naturalis teſtatus moriens,& relinquẽs filios naturales,& legitimos ſimul, patri naturali vltra vnam vnciã relinquere non poteſt,230. 41. non conficiens inuentarium, non perdit legitimam debitam à iure naturæ,188.23. nõ agit actione iniuriarum contra patrem,343.3.non poteſt alienare,150.11.offerens libellum contra patrem,non tenetur pęna edicti prętorij, niſi pater citatus fuerit, 418. 53. parentes in ius vocare ſine venia non põt.24.30. patri furioſo ſubſtituere poteſt,175 3.patroni liberto patris ſuccedit,& filiũ fratris excludit,249.4.a,poſt ingratitudinis cauſam factus furioſus exhæredari quoque poteſt ſecundũ quoſdam, 167.18. b, poteſt patri naturali omnia relinquere, excepta legitima matri debita 230.42.pręſumitur quis mariti,cui mater cohabitauit,etiamſi maritus probaret,quod vxor circa tẽpus conceptionis commiſiſſet adulterium,423.36. primogenitus naturalis tantũ,ſed poſtea legitimatus,an naturali,& legitimo præferẽdus ſit,23.n.22.c,nobilis debet habere claues caſtri,& portam,55. 12.d,proditor patriæ,impunè à patre occidi poteſt,167.15.quando iuſtus ſit,& legitimus, 22. 5.c,quando morte patris, patria poteſtate liberetur,46.3.qui habet peculiũ caſtrenſe,vel quaſi actione in factum conueniri poteſt,325.4.qui ſe annis,20.patremfamilias geſſit, ſciente, & patiente patre præſcribere ſuã poteſtatem intelligitur,50.col.1.a,quidquid acquirit,patri acquirit,ſeruato diſcrimine inter peculium,24.40.venia dignus videtur eſſe qui patrem furem, aut alteri crimini obnoxium tecto ſuo receperit,9.8.b,videtur eſſe hæres,niſi probetur abſtinuiſſe,187.10 d,viuo patre dicitur dñs paternorum bonorum impropriè, 185.4.vt diutius viuat quam pater, ordo naturæ eſt,227.3. vulgo quæſitus matrem meretricẽ ſine venia in ius vocare non poteſt,quod non eſt inceſtuoſo. 418.39

Filius familias,an, & quando teſtamentũ facere poſſit,163.5.an & quomodo de caſtrẽſi, & quaſi caſtrẽſi peculio teſtari poſſit,ibid.24.an mortis cauſa donationẽ facere poſſit, 135. 9.an patre conſentiente teſtamentũ facere poſſit, & an cauſa mortis donare poſſit, 24. 35. & 36. an teſtamentum facere poſſit de peculio aduentitio,163.6.c,conſenſu patris ſui cauſa mortis donare poteſt,135.9 b,& tamen teſtari nequit,tametſi pater conſenſerit,ibid.ead.addit.ex contractu,vel delicto ſuo in ſolidum obligatur,400 4.in bonis caſtrenſib.& quaſi,habetur loco patrisfamilias,163 8.patre conſentiente mortis cauſa donare poteſt,ibid 9.patri ſtipulari intelligitur,277.5.a, quando donare poſſit,141 48. quandu ſine licentia patris contra aliũ in iudicio eſſe poſſit, 24. 33 ſine patris voluntate matrimonium contrahere non poteſt, 36.28. ſine patris conſenſu de iure ciuili,vxorem ducere non poteſt. 24.34

Fines ſi turbantur,quæ remedia competant. 447.1

Firmum adeo nihil eſt ſub ſole,quod non poſſit rumpi,177.Tit. 17.nu.2

Fiſci,fiſcinæ,vel fiſcellæ,quid ſint. 242.6

Fiſcum,an habeant domini terrarum, & cõmunitates ciuitatũ, & collegia,& an habeãt ius cõfiſcandi, & alia priuilegia fiſci, ib.8.quod quis velit pręferre conſanguineis nõ eſt veriſimile niſi hoc faciat propter odium aduerſarij,180.§. Fin.nu.4.

Fiſcus,an præferatur mulieri,489.56. excluditur per vxorem,& maritum,per ſocium Imperialis liberalitatis: Item, per collegium licitum. Item,per legitimum tutorem in hæreditate pupilli, 243. 18. cum tribus numeris ſequentibus: hæredem indignum excludit ab hæreditate, cap. 180.4. c, non ſuccedit peregrino in peregrinatione decidenti, 244. 22. plura habet in iure priuilegia, 241. 9. quando, & quot modis ſuccedit, 243. 14. quando ſuccedat manus ſibi inferenti, ibid. 15. quibus defunctis inteſtatis ſuccedat,241.ad Tit. de Succeſſ. fiſci, 2, quid & quomodo differat ab ærario, 130. 40. quid & vnde dictus ſit,241. 1. & 2. ſuccedit defuncto ſine hæredibus in bonis vacantibus. 343.12

Flore-

Digitized by Google

Florenus aureus debetur, an ſolui poſſit pecunia numerata. 438.24

Flumen è ſtillicido fieri non poteſt, 109.11.g, priuatũ a proprio quomodo differat.84.7.ſi ſuperius diuidatur,& inferius iterũ vniatur,ita vt ager includatur, & in formam inſulæ redigat, an ager maneat eius,cuius antea fuerat.65.§.inſula,nu.7

Flumina certis tantum anni temporibus exundant.48.b,ſunt duplicia, publica, & priuata. 84.6

Fluminum vſus publicus. ibid.7

Fęmina nobilis moriens quotuplices hæredes habeat, & quid quilibet accipiat,& quid ſi eſt ignobilis,241.57 & 58.poteſt in codicillis eſſe teſtis,quæ alias in teſtamento prohibetur,214.37.ſi decedit ſine filia,vel cognata de iure Saxo. vtenſilia deuoluuntur ad fiſcum:ſi maſculus ſine agnatu res expeditorię, 245.17.vt tutela fungi poſſit,quæ requirantur. 53.11

Fœminæ adoptare poſſunt,44.3.a, an, & quando tutrices eſſe poſſint,53.10.extraneæ tutrices dari non poſſunt, 54.14.feudorum ſunt incapaces,231.4.b,pro ſe,& non pro alijs conſtituere poſſunt. 398.36

Forma cauſarum digniſſima,163.1.a,contractuum duplex,164.19.a,dat eſſe rei, 153.14.g, exequendi ſententias criminales pecuniarias. 461.66.c

Forma libelli in actione hypothecaria, 394.90 in actione iniuriarum,346.11.à parte mariti petentis dotẽ,495.110. in actione depoſiti,429.40.in actione ex empto 470.68.in actione ex teſtamento,435.24.in actione ex vendito, 472.21.in actione familiæ herciſcundæ,444.73.in actione finium regundorum formatur diuerſimodè,ſecũdum varietatem caſuum,450.15. in actione furti.431.19 in actione albi corrupti, 417.29.in actione commodati,428.28.in actione cõmuni diuiduo, 447.25.in actione confeſſoria,369.28. in actione de conſtituta pecunia,399.52.in actione de in ius vocando,419.69.in actione de in ius vocato vi exempto,421.89.in actione de peculio, 402.42.in actione l.Aquiliæ, 433.13.in actione locati, 475.34.in actione mutui,427.17. in actione negatoria 370.45. in actione negotiorum geſtorum.477.13. & 478.23.in actione Paoliana,387.84.in actione vi bonorũ raptorum, 412.20.in interdicto. Quorum bonorum.551.48.in interdicto. Vti poſſidetis.560.78.in iudicio reſcindente,381 81.in iudicio reſciſſorio.ibi.83.in petitione hæreditatis. 484.75.quando ſuper actione perſonali iuratum eſt. 414.127. in querela inofficioſi teſtamenti. 101.17.in rei vendicatione, 366.240. in tertia actione præiudiciali, 423.39

Forma oblationis debiti.317.10.b, pignori alienando præſtituta partium conuentione ſeruanda eſt. 150.1.a, probandi exceptionem, 540.10.ſtipulationis prætoriæ mutari non poteſt.248 6.d,teſtamento in ſcriptis. 156.4

Formæ teſtamentorum. 160.8

Formula teſtamenti nuncupatiui. ibi.col.2 in fi.col.a

Francigenę liberos in poteſtate ſua non habent.149.§. Præterea, nu.1.a

Frate adoptari non poteſt,46.§. Licet,num.5.an cogatur dotare ſororem, 493.95.an teneatur alere fratrẽ. 80.13. conſanguineus,& vterinus in bonis quæſitis à linea collaterali, ſiue diſtinctione pariter ſuccedunt.233.23.dotans de communi patrimonio,cenſetur dotaſſe de parte ſororis,493.96 ex vno latere eiuſque filij excludunt patruum, & amitam, & quomodo de iure Sax.ſeruetur,233.26.& 27.ex vno latere, paterno ſcilicet coniunctus,non excluditur in feudis, 232.10.fratri in feudo non ſuccedit,de iure Saxo.poſt diuiſionem factam feudi,niſi fuerint ſimultaneæ inueſtiti,228.19. maior, an teneatur facere diuiſionem,& minor habeat electionem, 441.59. cum ſeq.multò magis in filium adoptari poteſt, quam extraneus 46.§.Licet,n.5.a,non poteſt pro iniuria fratri illata, ciuiliter agere,340.10.ſocius omnium bonorum, an poſſit de communibus filiam dotare. 442.57 & 58

Fratres,an cognatus ſoluere de communibus bonis debitum per fratrem occaſione ſtudij in vita patris contractum, ibi.15,an poſſint cogi ad numerandam dotem de bonis feudalib.etiam priuſquam ſorores nubant,494.96. an poſt obitum patris cogantur fratri vlterius præſtare ſumptus de communib. bonis, ad perficiendum ſtudium,441.54.conſanguinei,& fratres vterini ſi ſunt relicti,conſanguinei in bonis paternis,vterini maternis pręferuntur,in alijs bonis pariter admittuntur. 233.21. & ſorores licet è legitimo matrimonio nati ſint fratri tamen è coitu damnato procreati ſine liberis mortuo non ſuccedũt. 235.47.g,& ſorores vtrinq;coniuncti,ſuccedunt fratri defuncto,excluſis fratribus,& ſororibus ex vno latere,231.& ſorores vtrinque coniunctæ, excluſis alijs collateralibus ſuccedũt in capita, non extantibus deſcendentibus, & aſcendentibus, ibid.3. & ſorores vtrinque coniunctæ ſuccedunt defuncto, cum eius patre,& matre in capita 228.23.exhęredari poſſunt etiam turpibus perſonis inſtitutus, ob tres cauſas, 168.25. in terris Saxon.coguntur ſorores dotare ex bonis feudalib. 493.97.naturales tantum,& alij collaterales per lineam paternam coniuncti ſibi inuicem ab inteſtato non ſuccedunt. Ex teſtamento verò inuicem ſuccedere poſſunt, 235.41. & 43.ſi ſunt in bonis indiuiſis,& inierunt ſocietatem omnium bonorum, an fratri ſtudenti cogantur ſumptus conferre ex bonis communibus. 442.56. ſpirituales ios inter ſe ſuccedendi non habent.231.2.a,vterini,& conſanguinei ſine diſtinctione bonorum æqualiter ſuccedunt. 233.21.d

Fratri præterito,an,& quando competat querela inofficioſi teſtamenti.168.24.vt competat querela inofficioſi duo copulatiuè requirantur. 282.17

Fratrum filij ſi quando tantum extant,hi pariter cum patre, vel alijs aſcendentibus admittuntur in ſtirpes, 229.29.filij teſtamentum patrui quærelare non poſſunt. 182.16. ſpiritualium nulla inuicem eſt ſucceſſio. 231.2

Fraudem allegans,quando non teneatur eam probare, 435.13

Fraus in dubio non præſumitur,319.3.c, illius in quem bona alienantur,quomodo in Pauliana probetur,386.76.pręſumitur ex alienatione facta in perſonam coniunctam, vel clam ibi.74.præſumitur ex alienatione omnium bonorum,ibid.72. quomodo in reuocatoria probetur. ib.69

Fructuarius,an poſſit vſumfructum alteri locare, vel vendere, 117.8 & vaſallus in quo differant. 100.5. meſſe facta decedens fructus iacentes facit ſuos, & multo magis eos, qui horreis reconditi ſunt, ibi.2.b, quomodo fructus quoſcunque faciat ſuus, tametſi horreo non condiderit. ibi 1.a

Fructus,an in actionibus tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris veniant officio iudicis,465.37.& res hæreditariæ,an vna, & eadem actione petantur, 482.50.ex fundo percepti ſunt tacitè hypothecati.389 33 extantes vindicantur à malæ fidei poſſeſſore.998.K, conſumpti petuntur condictione ſine cauſa, vel officio iudicis,ib.ead.addit.fundi oppignerati computuntur in ſortem,570 83.in contractibus bonę fidei debentur à die moræ,ſecus in contractibus ſtricti iuris,464.37.& 465.38 in rei vendicatione, & petitione hæreditatis quomodo reſtituãtur. 595.7.intelliguntur hi,qui ſuperſunt deductis expenſis, 98 §. Si quis à non Domino.2.a,quotuplices ſint,ib.3.b,naturales, & induſtriales qui ſint ibi.3.c,legat,ſi non naſcantur eo anno an legatum exſpiret,195.§.Ea quoque res,nu.4.Molendini in molendo prorſus conſiſtit.476.17.e, naſcitur quando legantur,an legatum ſit conditionale: itá vt legatario decedente antequam fructus naſcantur,non tranſmittat eos ad hæredem, 195.§.Ea quoque res,nu.3.nondum percepti ad hæredes fructuarij cur non pertineant.100.2. pendentes in fundo ſequuntur naturam fundi, vt partẽ naturam totius,99 5.a, percepti, an & quando poſt mortem teſtatoris computentur in Falcidiam. 208.§. Quantitas nu.6. percepti ex pignore in ſortem computantur,392.74.prædij ruſtici quid ſit. 117.5. prædij vrbani pertinent ad fructuarium, ibid.5.a, qui dicantur. 98.§ ſi quis non Domino, n.2.quotuplices ſint ibid.3. rei venditæ ad quem ſpectent,468.30.ſyluæ venatoriæ cuius ſint,90.3.a,vnde dicti ſint, & quid appellatione fructus veniat. 100.10.vt acquirantur ſufficit poſſeſſio ciuilis tantum. 570 82

Fructuum perceptione acquiritur dominum, 98 §. Si quis à nõ Domino, nu.1.

Frumentum habens tempore caritatis annonæ,an poſſit cogi ad vendum. 301.8

Fulloni,& ſarcinatori cõtra furem actio furti datur,326.§.Item ſi fullo, nu.1

Fundus cum inſtrumento ſi legatur,quid iuris,199.§.Si quis ancillas, nu.12.dici poteſt quælibet pars fundi, ſi paterfamilias ita animo conſtituerit, 202.12. dotalis æſtimatus à marito alienari poteſt,& mulieri æſtimatio dari.149 9.c, & inſtrumentum, ſi legatur: aut fundus inſtructus: aut fundus, vt inſtructus eſt:quid iuris ſit his tribus caſibus.199.§.Si quis ancillas, num.11,in quo ſunt argenti fodinæ,an marito in dotem dari poſſit, 119.7.ſi in maiori quantitate reperiatur, ad quem id quod plus eſt,ſpectet. 648.35

Funeris,& monumenti impenſæ neceſſariæ poſt æs alienum ante omnia deducendæ ſunt.108.5.impenſa doti pręfertur 208.8.c, ſunt qui negent,ibi.ead.addit. in iure cautum non eſt, vt funeris impenſa doti præferatur,ibi.ead addit. impenſæ ęquiparantur æri alieno,208 §. Finali,nu.7. impenſæ conſiderandæ ſunt ſecundum qualitatem perſonæ, & quantitatem patrimonij defuncti,ibi.6.impenſæ etiam doti vxoris pręferuntur, ib.9.impenſæ præcedunt omne debituum,quando hæreditas non eſt ſoluendo. ibi.8

Fur aduerſus furem agere poteſt actione triticaria, idq; poſſeſſionis

Digitized by Google

ſionis ratione. 320.5.a, manifeſtus dicitur is etiam qui viſus eſt furari,licet apprehenſus non ſit,ib.§. Furtorum, num.3.an præſumatur is fur eſſe,apud quem res furtiua reperitur, 321. §.Conceptum,num.5.& malæ fidei poſſeſſor furti non agũt, 323.§.Furti autem actio,nu.2.manifeſtus quis dicatur. 320. §.Furtum,nu.2,ſemper eſt in mora. 586.36
Fure deprehenſio ad quem res furtiua ſpectet. 327.8
Furem diurnum,an,& quando occidere liceat.332.7.nocturnũ qualiter occidere liceat,ibi 6. ſimpliciter celans qua pęna puniatur, 322.§. Conceptum,nu.4
Fures,& prædones, an ſtipulari poſſint de diuidenda præda. 289.§.Quod turpi,nu.2.plures vnius rei ſublatæ,num,& quãdo morte puniantur ſimul, 327.7.a, quare hodie ſuſpendantur. 430.13
Furi opem,& conſilium prȩſtans,an furti teneatur.323.§.Interdum quoque,nu.1
Furibus,an de iure communi veniat imponenda pęna mortis, vel pęna corporalis, vel pecuniaria, 430.10. quare in dubio onus probandi incumbat. ibi.16
Furioſi,& mente capti teſtamentum, an, & quando ſubſiſtat. 164.5.&7
Furioſus cuſtodiri debet ibid. 11.dum fuerit, tutor quidem dari poteſt non gerit autem prius quam mentis compos redditus ſit.53.9.f, effectus furioſus poſt commiſſum delictum, quomodo puniatur,164.12. eo ipſo,quod furit punitur ſatis ibid. ad nu.eundem. 12.h,& prodigus,in quo circa curam differãt. 70.§.Furioſi, nu.7.loco abſentis, & quieſcentis, item mortui habetur. 164.7.occidens patrem non punitur,ibi.9.promittendo non obligatur.287.§.Furioſus, nu.1.quomodo tutor dari poſſit. 53.7
Furor impedit matrimonium contrahere, ſed contractum non dirimit,43.39 & 164.num.8.quomodo probetur.78.Furioſi, nu.4.& 164.15.16.vel morbus ſi deficiat, & deinde reuertatur,an duret teſtamentum exemplare. 175.14
Furti accuſari,an poſſit, qui occultus, & latens in domo reperitur,456.4.actio ad quid,cui, vtque competat, quæ requirantur,429.5.& 430.8 & 11.actionum ſpecies 340.§. Furtorum, nu.1.manifeſti,& occulti pęna ibi §. Conceptum, nu.7.vocabuli etymologia, 320.9. ſicut ex omni delicto, dupliciter agi poteſt. 326.§.Finali nu.1
Furtiua res ad quem ſpectet, fure deprehenſo. 327.8
Furtiua rei perſcrutatio, an admittitur in domo aliena 320.§. Conceptum,nu.2
Fortuna rem ſcienter ſuſcipiens,eamque celans, furti tenetur. 321.§.Conceptum,nu.3
Furtum,an cõmittat contractans rem alienam volente domino,licet ipſe credat inuito domino hoc fieri, 321. §.Sed,& ſi credat,num.1.an committatur in homine libero.321.§.Interdum,num.1.an ſit caſus fortuitus, 269.34. & delictum ſerui corrupti quomodo differant,325.14.in quibus rebus fiat. 321. §.Furtum autem fit,num.1.manifeſtum,an grauius puniatur quam occultum,430.9. manifeſtum quare grauius puniatur, quam occultum. 327.4. natura turpe eſt.325.§. Hi qui in parentum,nu.1.2.quando graue,& leue dicatur. 325.3.quid ſit, 319.§. Furtum eſt, nu.1.vt quis commiſiſſe dicatur, quæ requirantur, ibi nu.2.cum ſeq.
Furum ſpecies quot ſint, & quomodo puniantur. 328.7.& 430.12
Futurum aliquando pro præſenti punitur. 190.3

G

GEminata cautio tollit beneficium Velleiani. 396.19.confeſſio extraiudicialis præiudicat. ibid.8
Geminata vim habent maiorum,quam ſimplicia. ib.18.g
Geminatum pactum nodum parit actionem. 396.17
Gemmæ in litore quomodo fiant noſtræ 93.§.Item lapilli n.4 c
Genera colonorum quatuor, 100.8.b, curatorum potius duo quam tria.69.6.quartarum multiplicia. 210.4.a
Generalioribus non cognitis, ad ſpecialium cognitionem non peruenitur. 158.5
Generis vocabulum varijs modis accipitur, 201.§. Si generaliter, nu.1
Genus requirendi dominij, quod fit per traditionem.110.4.c,generaliſſimum quid ſit,201.2 inferius, quod Dialectici ſpeciẽ appellant,quid ſit ibi.4.mulierum auariſſimum,201.2.a,perite non poteſt,199.4. ſubalternum quid ſit. 201.3
Gloſſa referens plures opiniones, videtur vltimam tenere, niſi aliqua expreſſè ſit approbata,299.14. reprobata eſt,quæ dicit cauponem non teneri de bonis amiſſis, quorum cuſtodiam ſuſcepit,niſi viator capſulis, & loculis apertis, omnes res ſuas manifeſtauerit. 389.30
Gradum quare conſtituat qualibet perſona de iure ciuili, & de iure canonico non item. 27.7
Gradus collateraliũ quintus in iure Canonico non prohibetur. 27.9.d,in linea directa tot ſunt, quot ſunt generationes,26.2. a,nihil aliud eſt,quam generatio, conſtans perſonæ generante,& generata, ibi.ead.addit.per generationes verius numerantur quam per perſonas ibi.ead.additione,quid ſit.26.6
Grauari nemo plus poteſt à teſtatore, quam ab eo eſt honoratus 212. Tit.24.7
Gregem conſtituunt quatuor, vel quinque capita porcorum, equorum, & aliorum animalium groſſorum. 200.8
Grex ex quot quibus conſtituatur. ibid.4
Guarandæ effectus qui ſunt de iure Saxon. 365 132
Guarandum frangens qua pęna puniatur. ibi.133
Guelphus cum Gibellina nuptias contrahere ſub pęna capitis vetatur. 12.22.f

H

HAbens hauſtum,iter ad hauſtum habet, & contra.106.27. e, ius paſcendi,pecora morboſa in fundum ſeruientem immittere non poteſt, 108.41.a,ius paſcendi pro eo numero animalia paſcere poteſt, quo ei conuentione, vel præſcriptione permiſſum. 107.31.d
Habitatio quid ſit,119. 1. in quo conueniat, & differat ab vſu, & vſufructu,ibi 4.cum ſeq.quomodo conſtituatur, & finiatur,ibid.3.ſi in genere ſit legata,quid iuris, 201. 10.ſola morte naturali habitatoris amittitur, 119.7.vſus,& finis eſt domus, 201 10.f
Habitator ad inſtar fructuarij ſatiſdationem præſtat. 119.
Hærede mortuo poſt confectionem inuentarij etiam hæres ipſius gaudet priuilegio. 188.22
Hæredem ex teſtamento ſe eſſe dicens, debet hoc per oſtenſionem teſtamenti probare. 477.11. ſi quis inſtituat Imperatorem, vt aduerſario ſuo duriorem conſtituat litigatorem, talis diſpoſitio non valet, 180.§.Finali, nu.1
Hæredes à teſtatore inſtitui, an præcisè cogantur adire hęreditatẽ,187.1.an de euictione teneãtur 469.50. an excludantur in contractu non facta mentione eorum 166. 31 cuiuſq; ſui inſtitutione opus non habent.166. ad Tit.de exhered. liberorum.Tit.13.a,defuncti poteſt tricęſimum diem de iure Saxoniæ conueniuntur 404.162.remedium habent deſiderandi & conficiendi inuentarium.187.9. extranei dicuntur volũtarij, 186.§.Cęteri,nu.1.extranei qui ſint,& vnde dicti, ibid.1.intra quod tempus à creditoribus defuncti conueniri, & moleſtari non debeant.146.46.necem defuncti vendicare tenentur. 352.3.neceſſarij qui ſint.184.3. plures quando ex diſparibus partibus inſtituti,& deinde inuicem ſubſtituti ſunt,nulla facta mentione partium in ſubſtitutione,quid iuris,73.§.Et plures, nu.12. ſi faciunt inter ſe pactum, vt vnus eorum ſoluat omnia debita,an illud pactum præiudicet creditoribus quo minus cęteros conuenire poſſint.277.11.ſui, & neceſſarij, qui ſint,& vnde dicti, 185.1.ſunt triplices. 184 2
Hæredi quartam partem relinqui ſufficit. 207.13 & 14
Hæredibus qui non vindicant necem defuncti,auferturi hæreditas tanquam indignis 215.26.quilibet etiam proſpicere intelligitur non tantum ſibi. 276.§. At ſi ita,nu.5
Hæreditariæ res,quæ dicantur. 282.46
Hęreditas aditur duobus modis,& quõ vtroque modo adeatur, 589.1.cum ſeq.an ſit adita, vel repudiata,quando non cõſtat infra tempus præfixum,quid ſit præſumendum, 187.10.bifariam defertur,133.Tit.10.4.continet vniuerſitatem,commoda, & incommoda,63.2.directa codicillis dari nõ poteſt,216. 16.c,etiam in codicillis directè non relinquitur, ſed per fideicommiſſum 212.§.Prȩterea,7.etiam non adita tranſmittitur per hęredem ſuum,185.8 f.ex teſtamento ſaltem vltimo aditur,215.11.c, fideicommiſſaria hodie reſtituitur ex Trebelliano,201.§.Sed quia ſtipulationem,n.3.filij dicitur luctuoſa,174 17 iacens eſt domina rerum,& vicẽ defuncti ſuſtinet,153.10. legitima quæ dicatur,218.15.non adita vtrum tranſmittatur 187.1.a,non reuocatur ſola voluntate nuda, niſi & interueniat ſolemnitas ad eius reuocationẽ requiſita.106.20.nõdum adita defuncti perſonam repręſentat.170.§.Seruus autẽ,nu.4. paterna debetur liberis etiam iure naturali,181.8.patrui,an inter duorũ fratrũ liberos in ſtirpes, an in capita diuidenda ſit 234.29 per querelam peti poteſt. 181.16.f, poteſt de iure ciuili ſolo animo adiri. 189.2. quamdiu ex teſtamento adiri poteſt,ſucceſſioni ab inteſtato locus non eſt.153.Tit.10.num.4. quan-

Digitized by Google

quando in codicillis directo fuerit relicta, trahitur ad fideicōmiſſum, 212. §. Præterea, n. 8. quando petitur, quid principaliter requirantur, vt agatur, 483. 57. quibus coniecturis, & verbis repudiata cenſeatur. 189. 5. c, quid ſit. 104. Tit. 2. n. 46. & 169 Tit. 16. 2. ſemel adita non poteſt deinceps relinquit ſemel repudiata, adiri amplius non poteſt, quāquam fallat interdum, 187. 4. ſerui inter dominum eius, & illū ipſum diuiditur, 173. §. Finali 1. a. ſi non fuerit adita ex teſtamento, legata relicta in tali teſtamento, item alia in eo diſpoſita, irrita ſunt 191. 13. ſicut ſolo verbo aditur, ita quoq; ſolo verbo repudiatur. 189. 5

Hæreditatem, vt quis adeat de iure ciuili, vel de iure prætorio bonorum poſſeſſionem agnoſcat, hodie optio datur. 189. 5

Hæreditatis aditio, vt fieri poſſit lex requiruntur, 189. 1. petitio, an locū habeat contra titulo poſſidentem totam hæreditatē, 480. 20. cum ſeq. petitio, an ſit bonæ fidei, vel ſtricti iuris 479. 2. petitio cui cōpetat, ibi. 5. cum ſeq. petitio dicitur mixta actio ibi. 2. petitio, vt locum habeat, quæ requirantur, 483. 17. cum ſeq. petitionem intentare, quare melius ſit, quam vendicationem 483. 65. reſtitutio poteſt fieri duobus modis. 211. 12

Hęres ab inteſtato cogi poteſt per fideicommiſſarium ad adeundam, & reſtituendam hæreditatem, vt hæres ex teſtamento, 212. §. Præterea, n. 2. ad quem ſpectat hęreditas defuncti, duas ſuccedendi vias habet, 549. 12. ad quid teneatur 199. §. Si rex legata, n. 8. adeundo hęreditatem dicitur quaſi contrahere cū legatarij, & creditorib. 63. 3. adeundo hæreditatem efficitur dominus, 357. 9 agens petitione hæreditatis quid probare tenetur 235. 40. alienare prohibitus poſſit ne facere, vt alienationia prohibitio non ſit perſonalis, 383. 17. a, an de euictione teneatur, quando res alienata eſt euicta 193. 15. an, & quādo teneatur de euictione, quando res in ſpecie legatur ib. 17. an in libello ſpecificè deſignare debeat, vtrum ſit hęres ex teſtamēto, vel ab inteſtato 479. 12. & 13. an in vna re poſſit detrahere Falcidiam, 207. 18. an legatarius præſtare teneatur ſumptus ad ſetuum, animaluè fugiens perſequendum, 195. 2. a, an locationi à defuncto ad certum tempus factæ, ſtare teneatur, 475. 4 an poſſit cum titulo poſſidentem intentare rei vendicationē, cum reus conuentus æquè opponeret exceptiuè, Ego cum titulo poſſideo, & præter titulum poſſideo, 480. 23. an poſſit intentare interdictum. Vti poſſidetis, pro tuenda, & retinenda poſſeſſione, quam habuit defunctus 557. 34. an teneatur ad intereſſe, fructua ex mora, 435. 15. an teneatur aliquid ſoluere de ſua quarta, 211. 16. ante aditam hæreditatem ſemper eſt incertus, §. Seruus autem, nu. 4. b, cogitur ratum habere factum defuncti 338. 17. g, conſtituens ſe ſoluturum legatum ex imperfecto teſtamento relictum, conueniri poteſt actione de conſtituta pecunia, 391. 23. contra factum defuncti venire nō poteſt 475. 3. contra legatarium ante aditam hæreditatem, rē legatam occupantem interdicto. Quorum legatorum agere poteſt, 551. 2. cum legatario quaſi contrahere dicitur, ideo, ad præſtanda legata tenetur 312. §. Item ſi n. 3. de iure Saxo. non tenetur ſtare locationi à defuncto factę, 390. 48 & defunctus reputantur vna, & eadem perſona 153. 11. & legatarius idem eſſe non poteſt 205. §. An ſeruo, n. 2. etiam de ſcientia, & credulitate ſuper facto defuncti iurare cogitur, 410. 89. extraneus temporibus tribus capax eſſe debet hæreditatis capiendę 86. §. in extraneis, n. 1. b, extraneus, vt poſſit capere hæreditatem, quæ requirantur, ibid. 1. fideicommiſſarius quis dicatur, 209. 8 fideicommiſſo conditionali grauatus, an fructus pendente conditione perceptos faciat ſuos, 98. 5 f, & 209. §. In primis, n. 3. b, hæredis mei hæres meus eſt, regula quando locum habeat, 118. 6. a, hæreditatem reſtituere grauatua quos fructua faciat ſuos 98. 5. f, idem eſt, quod dominus. 169. Tit. 14. nu. 4. in codicillis declarari poteſt, 215. 7. inſtitui poteſt, & purè, & ſub conditione. Ex die verò, vel certo tempore, aut ad certum tempus inſtitui non poteſt. 171. §. Hæres, & purè n. 1. inuentario factorem rem ſuam à defuncto venditam vindicare poteſt, 188. 25. luere tenetur rem pignoratam tertio, quę relicta eſt per defunctum legatario, ſi teſtator ſciuit rem obligatam eſſe, 194. 5. c, malæ fidei fructua ſuos non facit, etſi defunctus bonam fidem habuerit 99. 9. l, mortua parte quantitatem rei ęſtimare poteſt 413. 109. b, neceſſarius vt quis ſit, quę requirantur. 184. 7. neceſſarius purè inſtitutus capax eſſe debet hęreditatis tempore mortis defuncti 186. §. In extraneis. n. 2. c, non opponens de inuentario confecto, & cōdemnatus ad integra debita ſoluenda an adhuc poſt ſententiam illud allegare poſſit. 188. 24. non tenetur luere rem oppigneratam à teſtatore ignorante legatam, 194. 5. num ob inuentarium non confectum Falcidiam, & Trebellianicam amittat, 188. 19 & 208. 10. a, nunquam eſſe deſinit, qui ſemel eſt hæres 171. §. Hęres, & purè numero ſecundo, poterit cum legatarijs paciſci, de certa parte legati remittenda, ita, vt non ex lege Falcidia, ſed pacto aliquid de legatis conſequatur 20 §. Quantitas, n. 5. poteſt eligere, non velit hæreditatem, ex qua nihil commodi ſperat adire, nec ne, 207, 4. quo poſſit deducere, antequam creditoribus, aut legatarijs ſatisfiat, 189. 27. quando iuſſus, eſt vnā certam rem deducere in qua maxima pars hæreditatis continetur, an habeat eam ſine onere, 211. § ſi quia vna, n. 3. quādo poſſit cogi ad adeundam hæreditatem, 211 8. quatenus ex delicto defuncti teneatur, 535. 3. qui fuit creditor defuncti, an & quando poſſit deducere id, quod ſibi debetur, 208. 4 qui inuētarium non confecit, beneficium Falcidiæ amittit, 186. 16. b, quid in concluſione petere debeat, 484. 72. quilibet contentus eſſe debet parte ſua aſſignata, dummodo non ſit defraudatus quarta, 437. 12. quomodo probare poſſit hæreditatē non eſſe ſoluendo 552. 10. rei vendicationem contra titulo poſſidentē inſtituere poteſt, 550. 18. rogatua quando retinet quartā, tunc omnes actionea, quæ contra defunctum competebant, pro rata portione dantur in hęredem rogatum pro ſua quarta: & ſua commiſſarium pro reliquis tribus partibus, 211. 5. rogatua reſtituere hæreditatem alteri, retinet quartam: & ſi minus relictum fuerit ex iudicio defuncti, poterit retinere id quod quartæ deeſt ib. 4. rogatus reſtituere hæreditatē per Senatuſc. Trebell. nihil retinebat: ſed per S.C. Pegaſ. poſtea introductū eſt, vt poſſit retinere quartam, 220. §. Sed quia, nu. 1. rogatus, ſi nolit adire poteſt ad petitionem fideicommiſſarij cogi, vt adeat hæreditatem, eamque reſtituat fideicommiſſario cum omnibus oneribus, & commodis, 211. 7. rogatus ſi ſponte reſtituit hæreditatem, non retenta quarta, omnia iura, & actiones in fideicommiſſarium deriuantur ibid 6. ſcriptus in teſtamento non cogitur parere conditioni adiectæ in codicillis, 215. 3. ſi differat adire hæreditatem, vt filius defraudetur debito naturali, quid iuris, 184. 14. ſi non vult habere hæreditatem, tunc fideicommiſſarius debet recipere totam hæreditatem, 211. §. Nihil autem, nu. 12. ſimplex cogitur factum defuncti ratum habere 188. 25. ſ, ſuus, vt quis eſſe dicatur, quæ requirantur, 244. 2. ſuper facto defuncti iurare non poteſt, 407. 46. tenetur ad amuſſim implere conditionem honeſtam, & poſſibilem, ſub qua inſtitutus eſt. 171. §. Si plures, nu. 1 tenetur etiam vltra vires hæreditarias. 187. 6. b

Hæredes ſui inſtitutione non indigent 166. ad Rubr. tit. 13. additio a

Hæreticorum teſtamentum, an valeat. 166 7

Herciſcere quid ſignificet. 436. 2

Homicidæ non duntaxat alios, ſed, & ſeipſos interficientes, 602. §. Item lex Cornelia, nu. 1. a

Homicidij in confinib. facti cognitio, pertinet ad eum, in cuius territorio caput occiſi reperitur, 15. §. Finali, n 8. in medio duorum confinium cognitio ad quem iudicem ſpectet. 549. 40

Homicidio non conſummato, an pęna l. Cornel. locum habeat, 602. §. Item lex Cornelia, nu. 3

Homicidium à plurib. commiſſum quomodo puniendum, 602. 3. b, quando pęna ordinaria, quando extraordinaria puniendum, ib. ead. additione, quid proprie ſit, ibi. 1. tripliciter committitur, 331. 5. vxoris admiſſum efficit incapacem ſucceſſionis eius. 239. 24

Homines appellatione mercis non continentur, 15. 3. a, de facultatibus ſæpè amplius ſperant, quam in eis eſt, 385. 52. manus mortuæ hodie parum differunt a ſeruis, 16. §. Finali, ad nu. 6. a tres faciunt collegium. 200. 9

Homo eſt digniſſima creatura, conditus ad imaginem Dei 15. §. Finali, nu. 4. & 199. 4. liber, an poſſit collocare operas ſuas ad perpetuum 136. 6. liber, qui operas ſuas in perpetuum locauit per ſubſtitutum ſeruire poteſt, ib. 6. d, non eſt in fructu 110. 11 K, non rectè fuiſſe dicitur partus nondum editus, 208. §. Quantitas, nu 7. rei minoris acceſſio eſſe non poteſt, 15. §. Finali, ad numerum 4. a

Hominis liberi furtum, an committi poſſit. 321. 1

Honeſtatis, & pudoris rō in maſculis, & fęminis habenda, 66. 6

Honor diminuitur diuitijs diminutis 151. 8. eſt ſumptuoſus, ibi. 16. qui debetur marito, debetur etiam eius vxori. 417. 36

Hora mortis incerta eſt, 55 tit. 16. num. 4. & 278. §. ſi quis ita, ad num. 1. a

Hoſpes qui mercatori ęgrotanti ſuppeditauit ſumptus, præfertur ceteris creditoribus, 180. 28. ſi tradit cauponi valiſiam, inſtetur iuramento hoſpitis ſuper rebus ex valiſia amiſſis, 350. 5

Hoſpitalia dicuntur loca pia, in quibus recipiun., & hoſpitantur infirmi, & pauperes, &c. 128. 18. c

Hoſpitans ſi tradidit claues hoſpiti, an teneatur. 350. 4

Hoſpite gerente gladium in loco, vbi eſt prohibitum, non ipſe ſed hoſpes actiuus tenetur. 349. 6

Hoſpites, an quis recipere cogatur. 351. col. 1. 7

Hoſtem captum non liceat occidere. 159

Google

Hoſtes qoi dicantur propriè. 279.57
Hoſtis,& reus criminis læſæ maieſtatis differunt. ibi.58
Hoſtium res legari poſſunt. 194.19
Hyppothecata bonorum curatoris, vel tutoris cur introducta, 68.6 f,eſt duplex,487.29.& pigous quomodo differant, 194. 96.tacita,ao à lege ſit mulieribus,vel ipſi actioni conceſſa, & quæ ſit huius inueſtigationis vtilitas,489.49.tacita an inducatur in re aliena,ea ſola ſcientia,& patientia domini, 390 46. tacita dotis num hypothecæ tacitæ fiſci præferatur,489.56.c, tacita duplex eſt, 394.55. tacita non conſtituitur in illis rebus conductoris,quæ non veniens in generali obligatione, 190.41 dotis tacita oum expreſſæ præferatur. 489.57.d
Hypothecaria actio ad quid competat. 194.89. cui competat. 392.78
Hypothecaria actione quomodo, & quando poſſit agi contra tertium poſſeſſorem pignoris. ibi.81
Hypothecata tacitè,ſicut expreſſe obligata traoſeunt cum ſuo onere. 391.51.& 487.3

I

IDem hæres, & legatarius per ius eſſe non poteſt, 205. §. An ſeruo, ad nu.1.a
Idem iuris eſt de parte quoad partem,quod eſt de toto, qnoad totum,211.§.Nihil autem, nu.4.
Idoneus ad ſoluendum non tantum quis dicatur ea facultatibus ſed etiam ex fide,& facilitate conueniendi. 292.6.& 381.65
Ignobilis,an,& quando grauitas puniatus quam nobilis, 419.60
Ignorans,& dubitans æquiparantur. 374.46
Ignoranti ſuccurritur. 378.36
Ignorantia,quo caſu non proſit hæredi. 199.col.1.10.d
Illiterati teſtamentum octo teſtes requirit. 157.20
Imago Dei in Sacra Scriptura quid ſignificet.15.§. Final.nu.5
Immiatio hereditatis racita,vel expreſſa. 189.3.a
Impedimeotum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectũ 178.§ Poſteriore,nu. 3
Impeditis neceſſitate, noo vero oegligentibus,conceditor reſtringit aduerſus vſucapionem completam. 378.29
Impeditus impedimento facti perinde punitur, ac ſi perfeciſſet. 332.7
Impendens aliquid in perſona,vel bona alterius in dubio, videtur facere animo repetendi. 478.22
Impenſæ à marito factæ in re dotali ipſo iure dotẽ minoris. 512 12.factę in re vſufructuaria ad quem ſpectent 117.10.funeris ęquiparantur æri alieno,268.7.funeris conſiderandæ ſunt ſecundũ qualitatem perſonæ,& quaotitatem patrimonij defuncti,ibi.6.fuoeris etiam doti vxoris præferuntur, ibid.9. funeris,& monumenti oeceſſariæ,poſt ęs alienum ante omnia deducendæ ſunt,ibi 5.funeris præcedunt omne debitum,quando hæreditas non eſt ſoluendo, ibid.8.magnæ, vel modicæ, quæ dicantur,117.12. neceſſariæ dotem ipſo iure minuunt, 39.6.c,neceſſariæ quæ ſint.513.14.voluptariæ, an,& quando debeaotur marito,ibid.16.vtiles ipſo iure dotem non minuũt habent tamen exactionem. ibi.15
Imperator dicitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris:& quomodo hoc intelligendum ſit.214.& 10. in quo caſu ſit deterioris conditionis,quam aliquis priuatus 180.§.Finali, ou.5. licet legalibus ſit ſolutus,tamen legibus ſe allegatum profitetur,ib.8.quare dicatur Auguſtus 37. vnde dicatur 24. volens facere nouas conſtitutiones, debet in conſilium adhibere prudentes. 214.9
Imperatores quos captiuos vendere volebant, occidi non patiebantur. 101.19.b
Imperatoris electio ad quos ſpectet. 26.eſſe omnia, quomodo intelligendum. ibi.5
Imperitia annumeratur culpæ. 532.3
Imperium merum, & mixtum, 12. 19.c, Romanum eſt pęnes Germaniam,93.§.Item ea quæ ex hoſtibus,ad nu.1.a
Impoſſibile quotuplex ſit 277.§.Sub conditione,ad nu.4.2
Impotentia iuris non facti codicillis faciendis obſtat,214.30.e
Improbi rectè puniuntur pecuniariter. 12.19.d
Impuberes propter ętatem imbecillem ſe tueri non valentes tutelæ prouectiorum ſubijciuntur.60.§ Impubes, nu.1. ex delicto obligantur,ſed ob delicta adeò ſeuerè,vt maiores non puniuntur. 507.7
Impuberes inteſtabiles potius cenſentur quã inteſtati, 218.14.b
Impuberis teſtamentum,an valeat,164.§.Præterea,nu.1
Impubes ętas quæ dicatur, 174.7.an, & quando poſſeſſionẽ acquirere poſſit.576.135.contrahens cũ impubere, an pęnitere poſſit,35.11.ob quot,& quę delicta puniri poſſit,62.17,e proximus pubertati,an ex omni delicto teneatur,470.7.pubertati proximus,& doli capax,furti tenetur,326.§.In ſumma,n.1. regulariter teſtimonium ferre non poteſt, 157.5.ſponſalia de futuro,non de præſenti contrahere poteſt.35.11
Imus ſoli, ambulamus cum alio. 105.11.g
In actione negotiorum geſtorum iuratur io litem aduerſus eũ qui animo prædandi negotia geſſit, aut ſi librum non fecit, aut exhibet. 477.7.a
Incontinenti cum temperamento temporis interdum intelligitur. 409.78.b
Incendiarius qoare igne comburatur. 334.5
Incendium,an & quando præſtetur,271.15.a,an ſit caſus fortuitus,ibi.15 cuius culpa factouè commiſſum credatur, 474.24. b,quot modis committatur, 334.3.& 4. ſi alicuius culpa ortũ eſt,an is teneatur ad æſtimationem damni,271.16.ſitne caſus fortuitus,& an præſtandus. 474.24.b
Incerta petitio quando admittatur, 504.13.cum ſeqq. ſententia quando valeat. 505.28
Incertitudo dotis ad incertas petitiones non pertinet,478.20.b, legatarij vitiat legatum, 203.4.a, quemadmodum vitiet omnem actum,ib.ead addit.a, ſic vitiatur legatum ob rei legatæ incartitudinem. ibi.2
Incertus libellus quando admittatur, 504.17. cum ſeq.
Inceſtæ ouptiæ quæ dicantur. 38,4
Inceſtas, & neſarias ouptias contrahentes qua pęna puoiantur, ibi.5.cum ſeqq. nuptias quando quis ignoranter, ſeu doloſe contraxiſſe præſumatur. 39.11
Inceſtuoſi ſibi inuicem non ſuccedunt. 235.47
Incluſio bonorum à locatore facta quæ dicatur, & quando habeat efficaciam. 391.52
Inconunenti fieri quando dicatur. 585.26
Incorporalia non veniunt diuidenda. 439 30
Inculpata tutela quæ dicatur. 9.14
Inculpatæ tutelæ moderamen in quibus conſiſtat. ibi.15
Indebiti deſcriptio 269.1.ſpecies quæ, ibi.2.cum ſeq.
Indebitum per errorem ſolutum,an repeti poſſit, 313 §. Item is cui,nu.4 per quam actionem repetatur, 270.10.quare fuerit inter quaſi contractus numeratum,313.§.Item is cui,nu.3
Indefinita vim habet vniuerſalis. 245.19.d
Indemnitas procuratori qui fide bona ſumptus facere potuit, præſtanda eſt. 34.36.c
Infamans ſi verum dicat, an puniatur. 337.6
Infamia duplex eſt,81.§.Suſpectus autem remotus,nu.3.& 4.& 425.8. facti non excludit à teſtimonio, ſed vim teſtimonij minuit, 93.4.d, iuris magis nocet quam facti, 57.4.c,iuris repellit à dignitate,81.3.c,quomodo in actione ioiuriarum euitari poſſit,345.11.c, quotuplex ſit,37.§.Seruus,n.4.vt euitetur in actione iniuriarum ciuili, quibus remedijs vtendum, & quot. 345 12
Infamis,an poſſit eſſe teſtis,57.§.Seruus,nu.4.& 425.9. infamia facti regulariter à teſtimonio non remouetur, 574.d,infamia iuris teſtis eſſe non poteſt in criminalibus,& ciuilibus, ibi.annot. præcedenti. c
Iofans ex delicto non tenetur,506.§. Si quis agens,n.5.excuſatur à pęna delicti in infantia commiſſi,62.17 d, intellectu carens neminem obligare poteſt,61.4.c,niſi proximus pubertati exhæredari non poteſt,168.§.Poſthumi,num.2.nulla ſponſalia contrahere poteſt. 35.10
Infantiæ,& pubertati proximus quis dicatur,287.§.Pupillus,n.2
Inferioribus multa ſunt honeſta,quæ ſuperioribus ſunt inhoneſta. 180.6
Infeudationes rerum Eccleſiaſticarum, an inconſulto Pontifice fieri poſſint. 87 9.a
Inficiatio facit,vt Aquilia creſcat in duplum, 533.§. *His autem verbis*, nu.3
Infirmitas ætatis minorum in dandis curatoribus ſpectatur.69 9.f, anoumeratur culpæ,333.§.His autem verbis, n.1.ſeu aduerſa valetudo,an,& quando à tutela excuſet 75.§.Item propter aduerſam, nu. 1
Ingenui, & liberti quomodo differant,17.§.Finali,nu. 2
Ingenuitatis cauſæ recenſentur,16.ti.4.nu.5.cum ſeq.
Ingenuus quis dicatur, 16.tit.4.nu. 1
Ingratitudinis cauſam hæres probare tenetur. 168.26. varij effectus remiſſiuè, 249.ad nu.11.c
Ingratitudo filij num monachiſmo aboleatur,48.7.b,tollit debitum naturæ,& vide ibi pulchra ex S.Bernar. 167.nu.10.& 11
Ingrediens fundum alienum,& includens apes actiones iniuriarum conueniri poteſt,92.§.Apum quoque,num.4
Iohabitator, & non dominus qui ædes locauit, tenetur ſi tranſientes lædantur.
Inimici è poculo eodẽ bibentes recõciliari intelliguntur, 76.9.c

Inimicitiæ capitales 206. 17. e, capitales nondum reconciliatæ remouent tutorem a tutela 76. §. Item ſi propter inimicitias num. 1. a, capitales, quæ dicantur ibid. 8. excuſantes a tutela quales eſſe debeant ibid. 3. cum ſeq graues, & capitales quæ dicantur 206. 19. inter patrem, & tutorem non reconciliatæ excuſat a tutela 76. §. Item ſi propter inimicitias, num. 1. quibus ſignis probentur. ibid. 8. e

Inimicus patris præſumitur inimicus filiorum. ibi. 2

Initio quod non valet, nec tractu temporis conualeſcit 196. §. Sed ſi rem legatarij, n. 3.

Iniuria aliquando mediatè, aliquãdo immediatè infertur 339. 2. an ſit vna, vel plures, quando quis dixit plura verba iniurioſa 341. 10. atrox quot modis fiat, & dicatur 343 §. Atrox, n. 1. illata ſeruo communi, poteſt vterq. dominus agere 340. §. Si communi, num. 1. in lege Aquilia quomodo accipiatur 433. 9. licet toti cognationi illata dicatur, tamen cognatus non habet actionem iniuriarum contra iniuriantem 422. 14. principaliter tribus modis fit 336. §. Iniuria, n. 1.

Iniuria quot modis, & qualiter accipiatur 336. Tit. 4. nu. 1. realis, ſiue facto quando committatur 343. 8. a, ſcripta ſitne verbalis, & num anni ſpatio tollatur 345. 3. a, ſi inferatur filięfamilias nuptæ quotuplex actio naſcatur. 39. 11. verbalis, an alia verbali repelli poſſit 497. 24. verbis facta, an honoris pręfatione tollatur 337. 8. b, verborum grauis, comparatur verberibus 167. 13. e

Iniuriæ plures, an debeant ſpecificè, & ſigillatim æſtimari. 341. 9. verbales, an compenſentur. 337. 12

Iniuriã, an pater in præiudicium filij, etiã ipſo inuito, remittere poſſit 339. 8. remittens in periculo mortis conſtitutus, an videatur remiſiſſe actionem iniuriarum, ſi reualeſcat. 346. 7

Iniurians filiumfamilias, quem ignorabat eſſe filiumfamilias, patri non tenetur actione iniuriarum. 339. 6

Iniuriarum non tenetur dicens alicui ad defenſionem ſuæ innocentiæ, Tu mentiris 337. 9. pœna, quando criminaliter agitur eſt arbitraria 344. 6. nomine quando ciuiliter agatur, & quando criminaliter 343 §. In ſumma, ad n. 1. a

Iniurias plures paſſus, an omnes teneatur vno libello proponere 341. 8.

Iniurioſum verbum quod dicatur. 337. 7

Iniuſti, vt fures, & rapaces, regnu Dei nõ poſſidebunt 109 19. K

Innocentius dicitur pater veritatis. 464. 27

Inquilinus quamdiu ceſſare debeat, in ſolutione penſionis, antequam expellatur 474. 19. quis dicatur. 389. 22

Inquiſitio quæ fit per officium iudicis, tollitur viginti annis. 130. 45

Inquiſitionis proceſſu pendente, ſi dominus fateatur coram iudice, rem ipſius voluntate fuiſſe contrectatam, an inquiſitio tollatur. 310. 7

Inſcriptio ad pœnam talionis neceſſaria non eſt ciuili ſuſpecti tutoris accuſationi, in criminali ſecus. 79. Tit. 26. 4. a

Inſidiator, an impunè occidi poſſit. 331. 4

Inſignia baſtardorum in Delphinatu, & locis quibuſdam vicinis. 224. 5. a

Inſinuatio coram quo iudice, & quo tempore fieri debeat 138. 11. & 12. donationis cur introducta 138. 8. c, donationis, quando, & quomodo domi fieri poſſit, ibi. 10. exigitur non tantum in donationibus excedentibus aureos quingentos, ſed, & in liberationibus tantæ ſummæ 140. 20. a, quando non ſit neceſſaria in donatione excedente quingentos ſolidos. 140. 27. cum ſeq. quid ſit. 138. 7

Inſinuationi, an teſtes adhibendi ſint. 138. 13. iuramento renunciari poteſt. 139. 16

Inſinuationis ſolemnitas, quare adhibeatur. 138. 8

Inſtitor quid, & vnde dictus. 521. 1

Inſtitores hodie qui dicantur 153. §. Ex his itaque 3.

Inſtitoris veri, & quaſi diſcrimen. 521. 5

Inſtituere hæredem quid ſit 169. tit. 14. nu. a.

Inſtitui hæredes poſſunt oẽs, qui non expreſsè prohibentur, ib. 5

Inſtitutio hæredis, dicitur caput, ac fundamentum totius teſtamenti 156. 7. & 166. ad Rubr. tit. 13. a, hæredis in diem incertum fieri poteſt 172. §. Hæres, & purè, num. 3. hæredum extraneorum potius, quam ſuorum hæredum cauſa inuenta fuit 166. ad Rubr. ti. 13. a, incerta valet fauore piarum cauſarum, & pauperum. 170. 13

Inſtitutiones iuris, quo conſilio factæ ſint 1. 3. quomodo cum fructu ſint interpretandæ, ibi 4. vnde ſint dictæ. 2. 8

Inſtitutionis titulus quàm legati vtilior eſt, propter ius accreſcendi. 183. 5

Inſtitutionum Imperialium auctor. 1. 5. quibus dedicatæ 2. 8. diſpoſitio 14. §. Finali, n. 2. ſumma. 2. 7

Inſtitutus in re certa ſi cohæredem habet, eſt loco legatarij: ſin teſtamento præter eum hæres nullus adiectus eſt, vniuerſalis hæres eſſe intelligitur 211. §. Si quis vna, ad nu. 2. a, in rebus certis, nullo alio cohærede dato, intelligitur vniuerſaliter inſtitutus 168. §. Sed etſi quis n. 2.

Inſtrumenti publici requiſita quæ ſint 288. 6. traditio operatur traditionem poſſeſſionis, fundi, vel rei, de cuius emptione in inſtrumento ſit mentio. 574. 117

Inſtrumẽta hæreditatis apud primogenitum deponũtur 55. 12. d

Inſtrumẽtũ, an poſſit, pro parte acceptari, & pro parte nõ. 409. 76. & ibi vide fallẽtias in addit. a, ex archiuo publico productũ probat 2. 2. c, fundi, & patrisfamilias non deficit, tametſi fundus deficiat, & habet ſe acceſſoriè ad fundum 199 11. d, & addit. ſeq. e, in iudicio ſcriptũ apud acta probat. 2. 2. c, in quo continetur venditorẽ conſtituiſſe ſe nomine emptoris poſſidere fundũ vẽditũ, an probet debitorẽ tẽpore conſtituti poſſediſſe 573. 112. iure ciuili à teſtibus tribus ſubſcriptum, iure canonico duobus probat. 2. 2. c, pęnes debitorem inuentũ facit, vt creditor eũ liberaſſe credatur 317. 19. e, per aliquẽ productum generaliter totũ approbandũ eſt 489. 76. a, publicum etiã teſtibus mortuis, per ſe plenam fidem facit, 159. 7. publicũ quæ requirat 388 5. a, & ibid. num. 6. publicum quid ſit ibi. 5. quando reperitur pęnes debitorem, an præſumatur liberatus 317 20. quotuplex ſit 388. §. Item verborum, nu 4.

Inſula nata in alto mari, an occupanti concedatur 94. §. Inſula, num. 4. nata in flumine publico, an efficiatur eorum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident, ibid. 6. quot modis accipiatur, ibid. 2. quotuplex ſit, ibid. 3. Inſulam occupare quis dicatur. ibid. 5

Inſultans quidquid facit, præſumitur ad ſui defenſionem feciſſe. 9. 16

Integra res quando dicatur. 309. §. Res quoque, nu. 2. h

Interdicere ſignificat denunciare, & prohibere. 544. 8

Interdicta quaſi inter duos dictas 542. 25. retinẽdę poſſeſſionis cur ſit introducta 553. §. Retinendæ, n. 3. adipiſcendæ poſſeſſionis tria tantũ ſunt 549. 6. hodie abſq. ſolemnitate, & pro eis actiones in factum proponũtur 542. 27. prohibitoria, quę & quot ſint 544. 6. & 8. qualiter hodie proponantur 587. §. Finali, num. 2. quaſi inter duos dicta, quomodo intelligendum 542. 25. ſimplicia quæ ſint 587. §. Penultimus, n. 3.

Interdicti retinendæ poſſeſſionis duæ ſunt ſpecies, & quæ illæ ſint 553. Retinendæ, n. 1 & 2.

Interdictu aquæ, & ignis hodie non infligitur 47. 4. c, ignis, & aquæ abolita eſt, & in eius locum deportatio ſuffecta. 47. 4.

Interdicto vti poſſidetis agens, quid probare teneantur 567 44.

Interdictorum definitio 542. 24. prima diuiſio 544. 2. ſolemnitates, vt actionũ, hodie ſublatæ ſunt 587. §. Finali, nu. 1. ſumma diuiſio 549. 4. tertia diuiſio, quod quędam ſimplicia, quædam duplicia, ſeu mixta ſunt 587. §. Penultimus, nu. 1

Interdictũ adipiſcendæ poſſeſſionis, quare ſic dicatur 549. 3. & 552. 3. de libetis exhibendis datur rõne iuris, quod qui hẽt in detento 548. 82. de mortuo inferendo cui competat 546. 33. exhibitorium quid 548. 73. Ne quid in flumine publico, quid ſit, & cui detur 547. 52. Ne quid in loco publico, quando competat 548. 64. Ne quid in loco facto, quibus competat 546. 51. Ne quid in loco ſacro, quid ſit, & ad quid competat, ibi. 48. & 49. Quorum bonorum, contra quem detur 550. 14. cum ſeq. Quorũ bonorũ quid 548. 70. Quorum bonorũ, vnde dicatur, & cui detur 549. 7. 8 & 17. Quorum bonorũ, vt locũ habeat quæ requirantur 550. 21. Quorũ legatorum, contra quem cõpetat, & quę requirãtur, vt locũ habeat 552. 10. cum ſeq. Quorum legatorũ, cui cõpetat, ibi. 8. Quorum legatorum pro rebus corporalib. & incorporalib. competit, ibi. 22. Quorum legatorum vnde dicatur 551. 1. Reſtitutorium quid ſit, 548. 68. Saluianum quid, & vnde dictum ſit, & cui directum, vel vtile detur 553. 4 cum ſeq. Saluianũ, & actio Seruiana quomodo differant 392. 65. Saluianum ad quid competat 553. 9. Saluianum duplex eſt 392. 64. Saluianum quo caſu intẽtari nõ poſſit, ſed hypothecaria, ibi. 67. Vnde vi ad quid à Prætore introductũ 583. 2 & 584. 18. Vnde vi cõpetit ei, qui habuit naturalem, & ciuilẽ poſſeſſionẽ rei immobilis, & ex ea per vim deiectus eſt 585. 19. Vnde vi, cõpetit pro ſola ciuili poſſeſſione amiſſa recuperanda 570. 86 Vnde vi contra quẽ cõpetat 545. 23. Vnde vi quibus competat 544. 11. & 545. 17. 18 19. 20. & 21. Vnde vi, vt locum habeat, quæ requirantur 545. 24. & 25. Vnde vi cui detur 585. 29. Vti poſſidetis ad quid cõpetat. 559. 66. Vti poſſidetis, an cuilibet poſſeſſori competat, 555. nu. 14. & 15 & 556. n 17. 19. 20. & 22. Vti poſſidetis contra quos competat, ib. 23. vſq. ad 28. incluſiuè. Vti poſſidetis cui detur, vnde habeat nomen, quotuplex ſit, & pro quib. rebus cõpetat, 554. 1. & 555. 2. 3. & 6. Vti poſſidetis datur pro turba ciuili poſſeſſione 570. 87. Vti poſſidetis, pro adipiſcendis rebus hæredita-

tijs

Digitized by Google

rijs competit 550. 26. Vti poſſidetis, vt competit, neceſſe eſt, vt reus poſſideat, vel detineat res hæreditarias, vel vniuerſales, vel particulares, ibid. 29. Vti poſſidetis, vt locum habeat, quæ requirantur 556.32.& 552.37. & 39. Vtrobi, & interdictum, Vti poſſidetis quomodo differant 561. 3. Vtrobi quare introductum ſit, & quare dicatur, & in quibus caſibus locum habeat, ibi.1.cum ſeq.

Intereſſe aliud conuentum, aliud cõmune, aliud ſingulare 280. 17.1.cõmune ratione contractus quomodo probetur 281.27 cõmune ratione delicti qualiter probetur, ib.25.qualiter probetur, ibid. 34.& 507.5. quid, & quotuplex ſit 280. 16. cũ tribus, n. ſeq. ſingulare affectionis tantum quid ſit 281. 21. ſingulare affectionis cum vtilitate quid, ibi.22. ſingulare nõ debet excedere duplũ intereſſe cõmunis 406. 37. ſingulare non excedit duplũ intereſſe communis in caſibus certis, qui habent certam naturam, & quantitatem: ſecus in caſibus incertis 281. 23. vt per iuramentum probetur, quæ requirantur, ibid.26.num de iure Canonico petatur à parte matiti 486.16.

Interlocutoria ſententia quæ dicatur. 503.4

Interpretatio omnis debet eſſe ciuilis 106. 20. f, plenior ſit in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus 200.§.Peculium, num 2.

Interrogatoria in petitione hæreditatis qualiter fieri debeant, 481.34

Interruptio præſcriptionis, & perpetuatio actionis differunt, 420.78

Inteſtatus quando quis decedere dicatur 218. 14. quando quis decedit, videtur illum inſtituere hæredem, qui ei ab inteſtato eſt ſucceſſurus. 214.27

Introductum conſuetudine, aut ſtatuto iure ciuili introductum intelligitur 262.§.Omnium. 4.b

Inuaſio pertinet ad res immobiles, abreptio ad mobiles 328.2.a

Inuaſor auferens rem debitam, vel pignoris iure obligatam, an incidat in pœnam, l. ſi quis in tantam, C. vnde vi 330 §. ita tamen, nu. 5. violentus non poteſt replicare exceptionem dominij, 361.75. violentus ſemper eſt in mora. 586.36

Inuecta, & illata in domum conductam tacitè pignori obligata ſunt. 389.28.a, & 391.54.a

Inueniens res amiſſas in publico, & eas animo lucrandi retinens furtum committit 10.§.Finali 6.

Inuenire eſt apprehendere 93.§.Item lapilli, n.5.

Inuenta in litore maris, ab alio antea non poſſeſſa, fiunt occupantium. ibid.1

Inuentarij confectio facit cenſeri hæreditatem iacentem, 188. 25 & pag. ſeq. effectus quinque. ibid. 189.29

Inuentarium, an totum vitietur, ſi quædam res in eo non deſcribantur 188.14. confici ſufficit ſecundum conſuetudinem Notariorum in loco, quo fit, ibi. factum per hæredem verum prodeſt fideicommiſſario, ibi.21. intra quod tempus conficiendum, ibid. 12. a, qua cautela confici debeat, ibi. 15. ſolemne, vt conficiatur, quæ requirantur 187. 12. tutoris quæ continere, & per quem confici debeat. 55.15

Inuentione theſauri acquirimus dominium. 101.1

Inuentor, an ſolo aſpectu rem acquirat, 93. §. Item lapilli, nu. 3.

Inuentori an debeatur præmium inuentionis. 103.7

Inuentum non reddens furtum committit 93.§.Item lapilli, n.2

Inueſtituræ abuſiuæ effectus. 574.124

Inuidia deteſtandum vitium eſt, 20. Tit.7.3.

Inuitus ad agendum, vel accuſandum regulariter cogi non poteſt 422.19. an poſſit emancipari 49.§.Preterea, nu.6. an quis teneatur recipere rem deterioratã, obligatio pretio deteriorationis 427. 22. etiam rem ſuam quis vendere cogitur, 21. 6. b, in communione quòd nemo manere cogatur, hæc regula quomodo intelligatur 426.17.19. & 20. nemo cogi poteſt ad vendendum 2. 3. §. Libertas, num.3.

Inuito beneficium non datur 309.§. Rectè quoque nu.1.a

Inundatione, an, & quando poſſeſſio amittatur 580.167. poſſeſſio amittitur, non dominium 95 §. Quod ſi naturali, n.5.

Inũdatus ager aqua recedẽte, an maneat eius cuius fuerat, ib.n.4

Inuocatio Chriſti in inſtrumento aliquo neceſſaria non eſt. 2. 1.b, nominis diuini, an ſit de ſubſtantia inſtrumenti. 2.1

Inutiles nuptiæ, quæ propriè dicantur, & quot modis contrahantur. 39.1.& 14

Inutiles nuptias contrahentium pœna 40.15.& 17.

Ioanna Reg[illegible] Siciliæ 46.§ Minorem 6.d

Iter num ſer[illegible]s ſit 105.11.e, ſi conceſſum eſt per fundum, per quem locu[illegible] fundi liceat ire. 105.13

Itinere tuta, & ſecura, an ſeruare debeant, qui vectigalia percipiunt. 348.2

Itineris latitudo de iure communi non eſt determinata, ſed de iure Saxon. 105.12. tempus, an in contractibus, ſicuti in iudicijs ſit expreſſum 179.§.Loca, nũ. 2.

Iubens mandare videtur. 517.1

Iudæi in quibus iure ciuili vtantur 218.11. notam in veſte portare debent, qua agnoſci, & diſcerni ab alijs poſſint, ibi. 12. & 339.26. poſſint nè cum Iudæis contrahere 718. 9.a, ſibi inuicem ſuccedunt, ſecundum legem Moſaicam. ibi.9

Iudæos, an poſſit expellere dominus terræ de ſuo territorio, & eis auferre bona. ibi.13

Inter Iudæos iudicandum eſt ſecundum eorum legem, niſi in his quæ ſunt prohibita. ibi.10

Iudæus procurator Chriſtiani aliũ ſubſtituere non poteſt, ib.9.a

Iudex, an iudicare debeat ſecundum conſcientiã, vel allegata, & probata 511.21. an ſententiam obſcurã declarare poſſit, ſicut actor admittitur ad declarandum libellum incertum 505. 34. certam ſententiam ferre debet, ibid. 22.25.26.& 27. dans pupillo tutorẽ, & hunc, & illũ quatenus in ſua iuriſdictione habere debet, vel ratione originis, vel ratione poſſeſſionis, vel ratione domicilij 59. Tit.20. ad num.2.b, dicitur quaſi ius dicẽs Item, iudex debet timere Deum. Item, iudex debet fungi officio boni, & innocẽtis viri. Itẽ, iudex debet habere duplicẽ ſalem 358.19. cum tribus numeris ſeqq. doloſè iudicans quomodo puniatur 348. 17. ex imperitia, vel dolo male iudicãs, ad quid teneatur 503. 3. in dandis tutorib. ordinẽ & ſequitur 51.5.a, moderatur æſtimationem iniuriarum ab iniuriato factã 346.11.b, nolens adminiſtrare iuſtitiam, tenetur parti ad intereſſe 348. 11. non debet properare ad ferendas ſententias, & habere duplicẽ ſaltem 403.2. non interponit officium ſuũ niſi rogatus 364. 117. non poteſt obijcere parti lęſę quare nõ appellauerit 348.13. non poteſt pœnã pecuniariam conuertere in corporalem parte non petente 419 59. num ſententiam ſuam reuocare poſſit 178.§.poſteriore, ad num.6.a, ob imperitiam condemnans hominem ad mortem ad quid teneatur. 348. 15. ordinarius, non poteſt remoueri, vt ſuſpectus, ſed petitur, vt adiunctus ei aſſocietur 358.26. per imperitiam male iudicans, tenetur ex quaſi delicto 347. 5. per quæ remedia quem ad ſuſcipiendam tutelã compellere poſſit, 60. §. Impubes, num.5. petitus ſuum interponit officium, non aliàs, 364. 117. a, poteſt condemnare reum in diem 467.10. quando arbitrium ſuum vſq; ad mortem extendere poſſit, 344. 8. quem ordinẽ obſeruare debeat in interpretanda voluntate teſtatoris 191. 9. qui iniquam ſententiam tulit, litem facit ſuam, & parti ad intereſſe obligatus eſt. 348.11.a

Iudicans ſecundũ cõem opinionem, litem non facit ſuam, ib.16

Iudices quotuplices ſint. 358.23

Iudici executuro ſententiam contra condemnatum, à qua eſſet appellatum, de facto reſiſti poteſt. 420.86.& 87

Iudicia publica quæ dicantur, quid ſint, & vnde dicantur, 318. 6.c, & 579.1

Iudicij propria, partes, ſpecies, cauſæ 591. 3.4.5. materia, ibid. 7. forma finis, effectus, adiacentia, affinia, contraria 592.8.9.10. 11.13.& 14.

Iudicior. publ. propria, ſpecies, cauſæ 597.2. 3. 4. materia 598.9. forma 599.10. finis, euentus, affinia, contraria 600.11. 12.13. & 14. horum iudex competens ſit. 598.5

Iudicis cautio, quæ ſit hodie 532 5. ſine decreto facta alienatio rerum pupilli quando valeat 99.28.29.& 30. officij partes & ſpecies, cauſa, materia, forma 594 2. 3. 4. 5. officium quid ſit, ibi.1. officium duplex eſt 353.10. officium implorari debet, ibi. 14. mercenarium quod, & quibus actionibus inhæreat, 500.5. nobile quod ſit, ibi.4.

Iudicium vnum quando alteri non præiudicet 584.7. Sortium 220 4.b, duplex naſcitur ex quocumque maleficio 319. 8 petitorium, ſeu proprietatis quid ſit 541. 4. petitorium quando intentatum dicatur, ibi.5. poſſeſſorium quid ſit, ibid. 6. publicum quot modis dicatur 318.6. quid ſit 591. §. Omnium, n.2. redditur in inuitum 258. 18. reſcindens aliud eſt, item aliud reſciſſorum, & quid quoque ſit 376. 4. ſecundum quod ius fieri debeat. 592.12

Iudicium error, qui in defunctos executionem ſententiæ capitalis faciunt. 546.45

Iura docentium difformis ratio.12.

Iura, & actiones mobilium, & immobilium appellatione non continentur 145 90.f, incorporalia non poſſidentur propriè, ſed quaſi 111.6.d, incorporalia quæ dicantur. 104.6

Iuramentum calumniæ propria, ſpecies cauſę 688.3.4.5. forma, finis 598. 8. & 10. effectus, affinia, contraria 590. 11. 12. & 13. deciſiui tres ſpecies, 404. 8. effectus qui ſint 407. 48. præſtiti vis eſt, vt non admittatur contra illud probatio in contrarium, etiamſi periurium probetur. 412.114

Iuramẽtũ parte, acceptatũ à deferẽte reuocari poteſt, poſt probationes de nouo ente gẽtes 409.81. a, reo actori delatũ non

habet

hēt vim probationis, ſed confeſſionis tantū, contra quā admittitur probatio innocentiæ, 405.25. alteri deferēs, ſemper cogitur pręſtare iuramentū calumniæ, 212. §. Fi. n. 2. an, & quo in cauſis matrimonialib. deferri poſſit, 405.26. an perſonale vel reale, quid ſit. &, an trāſeat ad hæredes iurantis, vel iuramentū recipientis, 408 69. e, calumnię exactū pręſtandū eſt adeo, vt eius omiſſio vitiet proceſſum, & ſententiam nullā reddat, 411.93 b, calūniæ exactū, ſed non præſtitum vtrū vitiet proceſſum, 590. 11. a, calumniæ in iudicijs arbitrarijs, an neceſſarium ſit, 588. ad §. 1. & §. Itē actoris b, calūniæ per procuratorē habentē mandatum gn̄ale in cauſis omnib. motis, & mouēdis pręſtari pōt, 589.6. b, calumniæ quib. in cauſis præſtetur, & quid cōtineat, ib. 7. calumniæ quid, 588.2. calūnię requirit ſpeciale mandatum, ib. 6. e, calumnię vtrū ſtatuto, vel cōſuetudine remitti poſſit, ibi. 5 c, an confirmet donationē inter coniuges, 143.64. conuentionale, ſeu voluntariū quod dicatur, 323. 23. cui defertur, quod cogatur, vel iurare, vel referre, vel ſoluere, non hēt locū in voluntario, 404.10. deferens, an & qn̄ illud reuocare poſſit, 408.79. deferens qn̄ probabiliter ignorat rē ſuper qua iuramentū defertur, tunc referri ei non pōt, 410. 86. delatū, an reus referre poſſit, ibid 85. delatū quod quis per procuratorē præſtare poſſit, 412. 105. ex quib. cauſis recuſari poſſit, 410.87. facit de nō debito debitū, 407.49. facit, vt minor repræſentetur maior, ib. 53. hēt vim litis conteſtationis, ib. 50. hēt vim clauſulę, Ratu manente pacto, ib. 57. hēt vim ſolutionis, ib. 52. hēt vim clauſulæ, vt act[u]s valeat oī meliori modo, ib. 56. incontinenti præſtari, vel acceptari dēt, 409.78. in contr[a]ctu appoſitum, hēt paratam executionē, 407.58. in genere acceptum hēt tres ſpecies, 404.4. in litem quid ſit, & cui, & à quo deferatur, 406. 33 & 34 in litē triplex eſt, ib. 35. & 502.22 in litē affectionis quid, & qn̄ deferatur, 504.24. in litem, quod pręſtatur rōne intereſſe ſingularis extrinſeci, ſeu extra rē quid ſit, & quō probetur, 503.25. in litem non venit iure actionis, ſed officio iudicis, 426.2. in litem veritatis quid, qn̄ locum habeat, 502.23. inuito nō defertur. Sed tn̄ defertur, vt hoc loco, ne pereat vltima voluntate, a 12. §. ſi ad n. 1. a, iure ciuili, & canonico obligationem inducit, 407.59. d, iudiciale quid ſit. Itē, iuramentum neceſſarium quid, 32.24. & 25. iudiciale deferēs tenetur prius de calumnia iurare. ſi hoc petatur, 404.8. iudiciale quid ſit, ib. 13. litis deciſiuum deferendum eſt de iure ciuili ante, vel poſt litem conteſtatā: ſed de iur. Sax. ſemper ante gnarandam pręſtitam, 409.85. litis deciſiuū dupliciter præſtari pōt, formiter, & informiter, 408.61. maximum expediēdarum litium remedium eſt, 404.2 neceſſarium, & iudiciale quō differant, 406.41. neceſſarium eſt triplex, 405.30. neceſſariū, & ſuppletiuum in cauſis capitalib. qn̄ & quo ordine deferatur, 406.44. e, ſuppletorium, an in cauſis matrimonialib. deferri poſſit, ib. add. ſeq. d, neceſſarium non defertur ſemiplenè probanti in magna quātitate, 406.45. neceſſariū non defertur ſemiplenè probanti in cauſis criminalib. & matrimonialib. ib. 44. neceſſarium quare retractetur per inſtrumenta de nouo reperta, ib. 42. neceſſariū ſuppletoriū in matrimoni cauſa actori per iudicē deferri nō pōt, niſi, &c. 33.26. & vide 406.44. d, neceſſarium, ſeu ſuppletiuū quid ſit, 406.39. neceſſarium, vt locū habeat, quæ, & quot requirantur, ib 43. nō præſumitur in dubio delatum, 409 75 præſtitū, & remiſſum æquiparātur, 409. 77. pręſtitum ſuper eo, de quo nō eſt delatum, non prodeſt iuranti. 410.91. principale cui defertur, is pōt viciſſim deferenti iuramentum calumniæ deferre, 411.93 producit actionē, 407 59. pro veritate hētur, 404.1. purgationis in actione iniuriarum, an reo deferri poſſit, 405.34. c, in litem veritatis quib. caſibus cōcedatur, 406.35. a, purgationis in actione iniuriarum poſſitnè reo deferri, 346.3. qn̄ in realib. delatum eſt actori, quæ actiones, ſeu remedia ei cōpetant, 408.68. quid operetur a parte rei, ſi deferente actore iurauerit, ibid. 71. & p. ſeq. quid ſit, 404.3. referens non tenetur iurare de calumnia, 411.94. ſi alicui defertur, vel refertur, an poſſit ſe offerre ad probationē ſuæ intentionis, 411.92. tollit obligationem naturalem, 405. 51. vltra perſonas litigantes non extenditur, 408.69. vltroneū nihil releuat, 409.73. volontarium, & iudiciale quomodo differant, 404.56. voluntarium, & iudiciale in quibus cauſis locum habeant, 405. 22. voluntarium quid ſit, 404.9. voluntarium ſemel ſuſceptum, non poteſt poſtea recuſari. 404.17

Iurandi facultas, an tranſeat in hæredem. 413.109

Iurans cuius ſexus, vel ætatis ſit, non diſtinguitur quoad commodum iurantis, 411.97. (dicē volo deliberare, &c. 409.80

Iurare, qui cogantur, vel non, 588.6. volēs caueat ne dicat ad iu-

Iurari quando debeat. 588.9

Iuri excipiendi non præſcribitur. 130.50

Iuris ciuilis libri quo ordine ſint editi, 1.6. ciuilis quando mētio ſit, de quo iure intelligatur, 31.2. ciuilis tria præcepta, 6. §. Iuris præcepta, nu. 1. diuiſio generalis, 141. quæ ſunt, ea ad hæredes tranſeunt, non quæ facti, 353.8. naturalis primæui, qui ſint effectus, 7.6. ſtudioſi requiſita, quæ ſint. 3.10

Iuriſdictio alta, & media, 49 a, Preterea, 1. a, an diuidi poſſit, 439 29. ciuitatis proximæ eſt, ſi quid in mari delinquitur, 184.4. c, ciuitatum plurium mari æquè propinquarum par eſt, ibi. ead. addit. c, ſumma vtrum præſcribi poſſit. 13.3.1

Iuriſdictione prorogata mediāte iuramento, non habet locum pœnitentia. 407.55

Iuriſdictionē, an exercere poſſit vnus cohæres abſq; alio, 439.31

Iuriſdictionis voluntariæ, aut cōtentioſæ, quæ eſſe dicantur, 17. §. Serui, nu. 2. vnum actum exercens, qui pertinet ad vnā ſpeciem iuriſdictionis, an intelligatur acquiſiſſe quaſi poſſeſſionem alterius ſpeciei iuriſdictionis. 572.105

Iuriſperiti appellantur ab Imperatore anteceſſores, patres, & amici, 4. a, Cumque hoc, nu. 1

Iuriſprudentia quid ſit. 5.9

Ius à iuſtitia eſſe cur vtiliſſimo effectu dicamus, 154.1. b, accreſcendi in cōtractib. locū nō hēt, & cur non hēat. 146.95. e, accreſcendi in vltimis voluntatib. nō aūt contractib. locum hēt, 286. § Quod ſi quis ſibi, n. 3. altius tollendi, an ſit ſeruitus. 109 16. canonicū circa præſcriptionum tractatum rectius quā ciuile num procedat, 121.17. g, vult vt ſeruentur iuramenta, & vtroq; iure vi iuramenti oritur actio, & obligatio, 407. 59. d, ciuile contrario iure ciuili tolli pōt. 153 6. c, canonicum, & ciuile ſi diſcrepent in cauſis nō cōcernentibus ſpiritualia, ſeruatur ius canonicū in terris Eccleſiæ, ciuile in terris Imperij, 26 11, ciuile aliqn̄ addit, aliqn̄ verò detrahit iuri gētium, 154.20. ciuile cōe quotuplex ſit, 11.3. ciuile, & canonicum in cōputatione filiorum fratrū duntaxat diſcrepat, 27.6. ciuile, & canonicū qualiter circa affinitatē differant, 28 4. ciuile nō pōt perimere ea, quæ ſunt iuris naturæ, 160.14 ciuile Romanum cōtinet in ſe ius naturale, 258.8. d, ciuile tripliciter capitur, 172. 4. cōe, & Sax quō differant in materia ſucceſſionum, & cōputatione graduum, 241.49. cōditionis caſualis implendę nō arbitrariæ, ſeu poteſtatiuæ tranſmittitur ad hæredem, 378. §. Ex conditionali, n. 1. a, confiſcandi, & publicandi per ciuitates, & dn̄os ſuperiorem iuriſdictionem habētes præſcriptiones acquiri pōt, 242.8. b, correctum nō ad deciſionē, ſed ad declarationē iuris citari pōt, 155.4. a, curatoris plenius eſt quā procuratoris, 78. § Idem reſcripſerunt, n. 1 c, & poteſtas capiendi hęreditatē quo tempore inſpiciatur cū ſeruus inſtituitur, 186. §. In extraneis, n. 1. a, gentium eſt, quod naturalis ratio inter oēs cōſtituit, 153.16. gentium interdū pro iure naturali accipitur 86. gentium primęuū quid ſit, ib. 4. gentium quid ſit, ib. 1. gentium quotuplex ſit, ib. 3 gentium ſecundarium quid, ib. 5. gentium vnde dicatur, ib. 2. hoſpitandi vtrum præſcribi poſſit, 85. 11. & 547.62. hypothecæ num competat liberis in bonis patris eo adhuc viuente, 182.2. a, idem eſſe dēt vbi ratio eadē eſt, 57. ad tit. 17.2. c, legale qua ratione diſcendum ſit dictum Fabri, 192 11. lignandi ſiue boſcandi, 107.28. a, lignandi, quanto tempore pręſcribatur, & num cauſam diſcontinuam hēat, 108.42 e, militiæ publicum eſt, 165.8 d, molēdi, & coquendi per Crauet. tr 544.55. a, & 62. b, naturale quid, & quotuplex ſit, 7. ti. 2. n. 1. & 3. naturale primæuum, quid ſit, ib. 4. naturale ſecundarium quid, ib. 5. naturale ſemel acquiſitum, & hēns cauſam cōtinuam, retinetur ſine animo per ipſum fundum cui debetur 580 162. paſcendi ab vna animalium ſpecie expreſſam ad aliā extendi non dēt. 107.31. c, patronatus à quibuſdā ſtatuitur triplex, 18.4. a, patronatus aliquod cauſidicorum proprium, ibi. ead. add. a, patronatus duplex eſt, Eccleſiaſticum, & Tēporale 18. §. Fin. n. 4. & 249.7. patronatus Eccleſiaſticum, 250.12 a, patronatus Eccleſiaſticū quo ad præſentationem rectoris, 18 §. Fin. 4. b, patronatus Eccleſiaſticū, ſeu ſpirituale quid ſit, & pro quo cōpetat, & ad quos tranſeat, 250 12. & 13. patronatus ſeculare vnde cōſtituatur, & in quib. conſtet, 249 8. cum ſeq. petendæ rōnis cōſtante, ac manente ſocietate præſcribi nō pōt. 444.68. a, poſtliminij fingit aliquem numquam fuiſſe captum 49. §. Si ab hoſtibus, n. 3. poſtliminij hēt duo capita, ib. 7. prælationis ad quos trāſeat, 491.69. præſentandi, 567.10. a, priuatum ad quos pertineat, 7. §. Fin. 3. publicum in quibus conſiſtat, ib. 2. publicum ſcriptum quid ſit, 114. quid ſit, 5. 8 quotuplex ſit, 7. §. Fin. n. 1. repræſentationis in aſcendentibus locum non hēt, 218.21. repræſentationis, quare in deſcendentibus in infinitum locum habeat, 222.22. ſæpe non deficit, ſed probatio, 541.12. ſcriptum priuatum quid, 11. 32. ſeruitutum conſiſtit in fundo, 105.5. a, ſuitatis, an ſit ſublatū, 185.7. ſuperficiei, vel vſusfructus poſſidetur ciuiliter, 125.59. g, ſuū alicui auferri pōt propter nimiā crudelitatē, a §. Fin. 65. teſtamētū dicēdi nullū quo tēporis ſpatio finiatur, 83.13. b, tutū circa quod verſetur, 184. ad ti. 2.6. triū liberorum, 246.6. a, venandi à quo deſcriptum, 90.3. a, venandi, an ſeruitus realis ſit, vel perſonalis, ibid. ead. add. a, venationis pręſcribi poteſt, 91.6. f, item piſcan-

di,ibi.c,ad addit.f, verus de ſilentio,& præteritione matris penitus eſt ſublatum, 169. §.Finali ad n.2.b, vniuerſitatis in vno poteſt conſeruari. 147.f

Iuſiurandum ſuper facto alieno num alicui deferri poſſit, 410. 88.c,voluntarium,& iudiciale actori matrimonium contractum eſſe affirmanti deferre poteſt,non reo negãti, 33. 27.d

Iuſtioianus fauet ſexui muliebri. 217.9

Iuſtitia particularis quid, 35.quare dicatur conſtans,& perpetua voluntas,ibid.6.quid ſit,ibid. 1. quotuplex ſit,ibi.2. vniuerſalis circa quid ſeruetur,ibid.4

L

LÆſio in contractu ſtricti iuris quod remedium competat, 465.50.læſio quomodo fiat.

Læſus ex contractu, vel ſententia contra abſentem lata, habet quadriennium continuum ad petẽdam reſtitutionem in integrum,38n.61 non ſolum,ſed etiam ipſius ſucceſſor reſtitui, 377. 20. vltra dimidium iuſti pretij, nullo dolo alterius interueniente an auxilium mereatur. 464.23

Laicus dicens ſe poſſidere res ſpirituales, an poſſit intentare interdictum vti poſſidetis, 557. 36. poſſidens rem temporalem Eccleſiæ quanto tempore præſcribat. 128.21

Lapides ſi ponantur,vt ſint limites, vel termini agrorum,notari debent. 450.26

Lapilli,& gemmæ quomodo differant,93.§.Item lapilli,num. 6. litorales quomodo fiant noſtri,ibid.ad nu.4.c

Laſciui,qui in ſua laſciuia damnum dant, qua actione conueniri poſſint,323.§ Interdum quoque,num.2.

Latitudo actus quanta ſit. 106.18. itineris de iure communi nõ eſt determinata,ſed de iure Saxon. 105. 12.viæ. 106.19

Latro,an impune occidi poſſit. 331.4

Laudum dicitur arbitri ſententia. 358.28

Laus propria quando ſit licita. 3.§.Quorum, nu. 1.

Legans rem communem partem ſuam tantum legat. 193 4.a

Legari, an poſſit ſeruo hæredis, vt ex teſtamento illud legatum acquirat domino ſuo,hæredi,ſcilicet inſtituto,205. §. An ſeruo,nu. 1.coniunctim quid ſit, 195.§.Si eadem res,nn 3.poteſt factum ab hærede præſtandum, 201.§. Tam autem, nu.7.poteſt res communis, 193.4.poteſt res hæredis,ib.2.poſſunt non modò res corporales,ſed & incorporales,201.§.Tam autem, num. 1.poſſunt res,quæ non ſunt in rerum natura,ſed tamen futuræ ſperantur,194.§.Ea quoque res,nu.1

Legata ab inteſtato directo relinqui non poſſunt, & ſi directo legantur,trahuntur ad fideicõmiſſum,212.§.Pręterea,n.6. accipere,qui à iure prohibeantur, 135.11. an extra teſtamẽtum relinqui poſſint, 190.tit.20.n.2.debẽtur nihilominus, licet teſtamentum ſit inualidũ quo ad hęredis inſtitutionẽ, 69 §.Fin. n. 3 diuerſa ſunt.Nolo hęredem meũ petere:Et,Damno hęredem ne exerceat actiones, 197.§.Si quis debitore,n.3.& debita,an hæres, vel legatarius ſoluere teneatur, 12.11.15.etiã poſt mortem hæredis,& legatarij relinqui poſſunt, 205.6.facta in teſtamento quod nullũ eſt nũ debeantur, 190.2.a,hæreditatis fiſco acquiſitæ vtrum debeantur,205.§.Legari autem ad n.3. a,hodie ab inteſtato relinqui poſſunt,212.§.Prætoria,nu.4.& 552.9.nõ præſtantur niſi ære alieno prius deducto, 385.56.in teſtamento relicta,an,& qñ in codicillis reuocentur, 206.12. num debeantur ex teſtamento imperfecto, 191.15.d,quacũq; parte teſtamenti relinquantur hodie non refert, 105. §. Ante hæredis,nu. 1.quibus perſonis relinqui poſſint,203. §. Legati autem oum. 1. cum ſeq. ſi in alio poſteriore teſtamento adimantur,quid iuris 206. 11.ſunt exęquata fideicommiſſis particularibus,a12.2.§.Præterea,num.5.& ibid.tit.24.num.3.

Legatarij deficiẽtis,ſeu repudiãtis portio deuoluitur ad collegatariũ,195.9.conditionẽ hęres deteriorẽ facere non põt.212.14

Legatario,an pro cõſequendo legato detur pętitio hæreditatis, 479.8.Ius ſuum contra hęredem ſaluum remanet.551.4. perit res in ſpecie legata,208.§. Quantitas,n.8. quare competat rei vendicatio, 191. 19. quæ actiones competant pro conſequenda res legata,& quando competat ibid. 12. & 434.1.res propria legari non poteſt, 196.§.Sed ſi rem legatarij,nu.1

Legatarij omnibus præferuntur creditores. 208.2

Legatarius,& hęres idem eſſe nõ põt,505.§.An ſeruo,n.2.ex tribus actionib. pro legato cõpetentibus vnam eligere dẽt, 192. 22.hodie etiam rogari poteſt, vt rem ſibi legatam reſtituat alteri,212. Tit.24.n.5.non poteſt cogere hæredem, vt adeat hęreditatẽ,211.11.non reſtituens hæredi poſſeſſionem rei legatæ propria auctoritate occupatæ, tenetur ad id quod inter eſt hæredis,752.21.& fideicommiſſarius ſingularis, item filij eorum,& ſic in quorũ poteſtate ſunt,poſſunt eſſe teſtes in teſtamento,in quo ipſius legatũ relictum eſt, 154. §.Legatarijs,n. 1. ſi ante traditionẽ legati, poſt mortem teſtatoris ſtudeat ipſius vxorẽ,aufertur ab eo legatum,tanquam ab indigno,206. 21.tenetur probare, quod teſtator ſciuerit rem eſſe alienam; 193.12.num propria authoritate legatum capere poſſit, 191. 25. b, ne aliena legata probare tenetur teſtatorem ſciuiſſe rẽ alienam ſe legare, 194.§.Sed,& ſi rem obligatam,ad num.1.a

Legati dominium ad hoc, vt trãſeat ipſo iure in legatarium,tria requiruntur, 191.20.dominium ſtatim à die mortis teſtatoris ad legatarium tranſit,quando ſcilicet certa ſpecies legata eſt, ſecus ſi in genere,vel quantitate aliquid relictum fuerit,198. §.Si res legata,nu.2.ſumma in corpus matrimonij conuerſa, non cenſetur eſſe adempta, 206. 21. translatio facta in incapacem,nihilominus tenet,ibid.nu.27.

Legati tam hoſtium quam amicorum ſancti dicuntur, & eos violare non licet,10.22.& 88.§.Sanctæ quoque,nu.4.

Legato extincto quoad rem principalem, extinguitur quoque legatum quoad res acceſſorias in rebus quarum vna alteri accedit, 199.§.Si quis ancillas.nu.9

Legato in itinere capto, vel derobato, an damna reſarciri debeant, 88.§.Sanctæ quoque,nu.5.& 379.60

Legatorum genera olim erant quatuor, 190.§.Sed ſi olim, nu 1. translatio fit quatuor modis. 206.26

Legatum à debitore creditori factum nõ valet, 197. §.Ex cõtrario,n.1.a,à ſolo hęrede olim relinqui poterat, 190.7. eo.quid ſit,ib.5.à teſtatore pluribus relinqui põt modis diuerſis, 195.1. adimitur ei ſolum cui relictum eſt. 206.23.alienatione extinguitur,ibi.17.b,alternatiue qũn fiat,195.§.Si eadem res,n.2.an duplicetur cũ omni intereſſe,& fructib. 435. 18. an ſit donatio, 190.5.d,cenſetur reuocare,donans alteri rem legatã, 206 17.debiti factum creditori, quando ei afferat vtilitatem, 197. §.Ex contrario,nu.3.deficit,conditione deficiente, 204.§.Lõge magis, nu.5. deficit interdum, ſed collegatario non accreſcit, 196. 10.a, Legatum diſcernitur à fideicommiſſo, habito reſpectu ad quem verba dirigũtur. 192.1. dotis à marito vxori factum valet 198 §.Sed ſi vxori,nu.3. dotis generale valet, 202.12.a,dotis valet, licet maritus confeſſus ſit,ſe tantum recepiſſe dotem,quam non accepit. 198.12. dotis vxori factum valet,etiamſi maritus nullam omnino dotem,aut minorem acceperit,ibi.11.& fideicommiſſum quomodo differant, 192. col. 1.n.2.generis generaliſſimi, & ſubalterni inutile eſt, 201. §.Si generaliter, nu.3.a, gregis non extinguitur licet perueniat ad vnum tantũ caput,legata,ſ. proprietate,290. §.Si grex legatus,nu.2.& 6.in codicillis relictum,an agnatione ſui hæredis pro parte,an in ſolidum debeatur.215. 14.d,in quib. differat à donatione inter viuos, item mortis cauſa, 190 6.in ſolemni voluntate factum, an per voluntatem minus ſolemnẽ reuocatum cenſeatur,206 11.a, in ſolidum præſtatur excepta ſolum Falcid. 198.9.incertæ perſonę relictum,an valeat,203. §.Incertis vero,nu.4. incertæ perſonæ relictum ſi fuerit ſolutũ,non poteſt per hęredem repeti,tanquam indebitè ſolutum ibi.nu. 5. nominis factũ valet, quando teſtator alteri legati id quod ſibi à Titio debetur,201.§.Tam aũt,n.2. nõ vitiatur falſæ cauſæ adiectione, 198.13.& 204.§ Lõge magis,n.4.optionis quã vtilitatem afferat, 202. 2.per dictionem Cum, & per copulam.Et,differunt, 199.§.Si quis ancillas,n. 10. per inimicitias capitales non reconciliatas ademptum intelligitur, 76. §. Item ſi propter inimicitias, a, per rei legatæ alienationem extinguitur, 196.1.a,pignoris creditoris factum non valeat, 197.5.a,pluribus relictum coniunctim re,& verbis ſimul, vel coniunctim verbis tantum inter ipſos legatarios ęqualiter diuiditur, 195.8.præſumitur tacitè reuocato eſſe,quãdo inter teſtatorem,& legatariũ ſuperuenerunt inimicitię graues,& capitales niſi poſtea redierunt in amicitiã, 206.18.& 76.§.Item ſi propter inimicitias,nu. 1.a,quando venditio,vel donatio ſit potius quam legatum, 190.9.g,quid ſit, ibi.6. qũo ab hæreditate differat,ibi.8.qũn expreſſe adimatur, 106.5. quot modis deficiat,196.10.rei alienæ factum perſonæ coniunctæ nũ valeat,193.c,rei alienæ quando valet, etſi teſtator alienam eſſe ignorauit, 194.5.d,rei alienæ valet,quoad præiudicium hęredis 193.11.rei oppigneratæ factum à teſtatore ſcienter valet, 194.§.Sed,& ſi rem obligatam,nu.2.rei teſtatoris propriæ, & rei hæredis,in quibus differant,193.3.ſeruo hæredis purè fieri non poteſt,205.§ An ſeruo,ad n.1.a,ſi conſiſtit in genere, hæres de euictione tenetur, 193.16. ſicut adimi poteſt ita vni ademptum põt transferri in alium, 206. 25. ſpeciei determinatos fines a natura habentis valet, 201.§.Si generaliter,nu.9.c, ſub conditione,& ſub modo differunt,204. §. Longe magis, nu.7.tacitè admitur nuda voluntate teſtatoris.206.16

Legatũ vniuerſale ſẽper tranſit ad legatariũ cũ ſuo onere.194.4

Legatum vniuerſitatis,ſiue auctum,ſiue diminutum fuerit, ſiue apte,ſiue poſt mortem teſtatoris, ad legatarium pertinet, 200.§.Si grex legatus,nu.1

Legatus finito legationis tempore priuilegijs legationis amplius non fruitur,89.col.14.b

Lege

Digitized by Google

Lege Fabia,qui teneantur, 548 80.Falcidia quid diſpoſitum ſit, 207.6.permittente factum,pœnam non meretur. 557.4 a

Legem Fuſiam Can.quare Iuſtinianus ſuſtulerit,19.Tit.7.nu.5. ſibi ipſi nemo imponere poteſt,à quo non liceat recedere, 178.§.Poſteriore,nu.7.vniuerſalem,qui condere poſſint, 4.§. Quas,num.1

Leges diſponentes bonæ fidei poſſeſſorẽ teneri ad reſtituendos fructus extantes quomodo intelligendę ſunt,366.138. Iuliæ de vi publica, & priuata, quomodo differant ab interdicto. Vnde vi.& à conſtitutione legis. Si quis in tantã, C. vnde vi, 586.6.magis fauent liberationi, quam obligationi. 275.17.b

Legum optima interpres eſt conſuetudo,375.nu 61

Legibus, & non exemplis iudicandum eſt, 443.6. ſolemnitatem in actibus hominum inducentib.renunciari non põt. 139 15

Legis Aquiliæ actio,& actio furti differunt,430.tit.3.nu.4. tria ſunt capita, ibi.6. Aquiliæ actio à quo inuenta, & vnde dicta ibid.2. Corn.ſumma de falſo,604.1.definitio generalis, 12.6. Falcidiæ duo capita,207 11.Falcidię habenda ratio in ſingulis hæredibus,ibid.15.Fuſij Caninij ſumma,19.tit.7 4.cauſa,forma, & officium, quæ ſit, 11.7.8 & 9. vocabulum generaliter ſumptum,de quo iure intelligatur.ibid.5.

Legitima agnatorũ tutela,quæ dicatur,55.7. de iure nouiſſimo eſt relinquenda iure inſtitutionis, 183.3.6.& 7. debetur tamquam æs alienum,188 23.e,etiam aucta intelligitur in parentibus,non aũt in collateralib.183.10.filiabus plerumque datur cũ dote,ib 8.e,filiorum,an per ſtatutum tolli poteſt,56.§.Fin. nu.4.portio hodie quæ ſit, 183.8. iure naturali debita quando amittatur,188.25.e,liberorum,an ſtatuto tolli poſſit,56. §.Final.4.b,liberorum,vel iuris ciuilis eſt,vel poſitiui,ibi.ead. addit.b,non eſt quota hæreditatis,ſed bonorum,188.23.e, num debeatur liberis viuo patre,182.2.a,poſſitne ſtatuto,vel conſuetudine minui, ibid ad 183.10.f, parentum,vt etiam liberorum, nouo iure aucta eſt, ibi.ſi non fuerit aſſignata liberis in teſtamento, infirmatur illud per querelam quoad inſtitutionem tantum,ib.9.ſine vllo onere integra relinquenda eſt,ibi. 1.a,ſtatuto minui,vel augeri poteſt,tolli non poteſt, 12. 22.g, vt conſequatur,an poſſit inſtitui hæreditatis petitio. 479.9

Legitima ſi minus relinquitur, agitur ad ſupplementum legitimæ,quieſcente inofficioſi querela. 183.2

Legitimam,an pater dare cogatur filio condemnato,qui non habet peculium. 349.2

Legiõmati per matrimonium contractũ in mortis articulo, an excludant ſubſtitutum,23.23.g, per reſcriptum Principis, aut oblationẽ Curiæ,ſoli patri non alijs cognatis ſuccedunt 225. 37. per reſcriptũ principis,aut eum, cui princeps eam poteſtatem fecit,qũo patri ſuccedant,220.9 b,per ſubſequens matrimonium pariter admittuntur cum legitimè natis,234 36.per ſubſequens matrimonium,etiam in feudo ſuccedunt,& quid in feudo legitimè natis conceſſo, 220. 10 & 221.11.per ſubſequens matrimonium,fęminis,& filiabus præferũtur. 220.9.c

Legitimatus per reſcriptum Principis, non poteſt impugnare teſtamentum fratris. 181.18

Legitimus,& non ſpurius cenſentur è nuptijs legitimis. 219.1.a

Lego,verbum,quando adijcitur vniuerſitati bonorum, vel hæreditati,cenſetur eſſe inſtitutus hæres vniuerſalis. 192.3

Lepra num dirimat matrimonium. 108.42.b

Leproſus à ciuitate excludendus,&c. ibid.ead.addit.b

Leoteratio quando interponenda. 505.38

Leuterationes in quibus ſententijs locum habeant. 506.39

Lex aliud eſt quã ratio legis,153.15.h, Aquilia inficientem tantũ coercet præter damnum datum,453 15 a, Aquilia tria habet capita, 430. tit.3.nu.6. Canonica ſi in aliquo contradicit legi ciuili,quæ lex ſeruari debeat, 26. 11. correcta non debet allegari,niſi in ſimili ratione,& eã allegans incidit in crimẽ falſi, 395.5.cõis reipublicæ ſponſio,260.9.a, Cornelia fingit teſtatorem ſtatim ex quo captus fuit mortuũ fuiſſe, & ita libertatem non amiſiſſe,179 3.a,Cornelia vindicat tãtummodo dolum, 272. 15.f,Falcidia vtrum locum habeat, inſpicitur valor totius patrimonij tempore mortis teſtatoris: ita vt augmentũ & diminutio poſtea cõtingens,& proſit,& noceat hæredi, nõ legatarijs, 107.§.Quantitas,n.1. Fuſia Caninia vnde dicta ſing 9.tit. 7.n.2. generaliter diſponens recipit reſtitutionẽ de habilitate,191.3.generaliter loquens recipit reſtrictionem de habilitate, 398.38.in ciuilẽ, C. de furt. quomodo intelligatur 321.6 intelligitur de idoneis,capacibus,& ceteris, qui habiles ſunt,& apti,398.38.a,Iulia de vi priuata,itemq;publica,quem puniat,& qualem pęnã imponat, 586.4.& 5.Item C. de in litẽ iurando,de quo loquatur, de tutore, an curatore, 54.§. Ad certum,n.6.b,non pręſumit nos facere ea, quæ contra bonos mores ſunt, 171.§. Impoſſibilis conditio,n.1.pręſumit hæredẽ qui inuentarium non fecit, tantum detraxiſſe de hæreditate quantum facit Falcidia 188.16.b,puniens facientem, quando comprehendat etiam mandantem, 417.23.quando duo ęquiparat tũc ſtatutum in vno, intelligitur etiam ſtatutum in alio 192.6.quando habet plures intellectus, tũc pręfertur ille, qui congruit cũ Rubrica,352.14.qui vniuerſas, ff.de acqu.poſſeſs. quomodo intelligenda,572.104.Quiſq. C.ad l.Iul. maieſtatis an locum habeat in filij naturalibus,& in natis ante delictum patris, 219.ad Rubr. de primo ordine ſuccedendi deſcendentium,ſcilicet,ad nu.2 a,eſt odioſa, ibi.ead.addit.a, loquens de filijs ad filias extendenda non eſt,ibi.ead.addit.a, quod poteſt pro eius prouiſione,hoc idem poſſe debet homo per eius cõuentionem,561.98. Si quis, C vnde vi, an locum habeat in expulſione quocumque tempore facta,330.col.1.n.6. Si quis in tantam,C. vnde vi,quando locum habeat,329.3.vtens verbo Nullum,in contractibus,quid importet. 464.25

Libelli concluſio debet conformis eſſe naturæ,& qualitati obligationis,507.§. Si quis agens,verſ.plus aũt,nu 8. & pag. ſequ, mutatio,an,& qñ ſit permiſſa,365.131.& 510 9.10.11. &12.

Libellorum fauor magnus eſt. 473.12

Libellum actor mutare, & ab actione inſtituta deſiſtere poteſt 509.4.an liceat emendare ibi.8.& 510.9.10.11. & 12. quamdiu de iure Saxon. emendare liceat. ibi. 510 15

Libellus actionis iniuriarum quare continere debeat certũ genus iniuriæ,item locum,tempus,dignitatem, ſeu ſtatũ perſonæ, 346 10. an neceſſario offerendus ſit in cauſa qualibet aduerſario etiã non petente, 363.ad nu.98.a,an ſuſtentetur ſi actor petit ſibi reſtui id quod antea nunquam habuit, 548.72 eſt duplex,363.105.ex quib.conſiſtere debeat,346.9. famoſus ab iniurioſo diſtinguẽdus eſt,336.§.Si iniuria,n.1 a, in actione confeſſoria qũo formandus ſit,368.23.in actione depoſiti qũo formari debeat,419.39.& 40. in actione ex empto variẽ formatur 479.67.in actione furti qũo formari debeat. 430 n. 15.& 17.in actione negatoria quomodo formandus ſit, 369. 42.in actione vi bonorum raptorum qualiter formetur,432. n 11.12.& 16.incertus in omni actione procedit,quãdo incertitudo ex facto aduerſarij prouenit,504. 16.incertus procedit quando a patre de incertitudine eius non opponitur,504.21. incertus qñ admittatur,ibid.17.cum tribus ſeq. in Publiciana alternatiuè poteſt proponi, quamuis alternatiuus libellus regulariter non valeat, 375.61. in Publiciana quomodo formari debeat,ibi. 60.in reſciſſoria actione quomodo formandus ſit,380.79.& 381.81.iniuriarum à Gallo deſcriptus,346.16.g, inſtar Syllogiſmi debet conſtare ex tribus, 363. 106. poſſitnẽ poſt litem conteſtatam emendari, 365.131.c,& an ante litem conteſtatam emendationem admittar.ibi. addi. ſeq.d, propterea non vitiatur, quando actor petit eum compelli, & condemnari, 204 §. Ante hæredis nu.4. qualiter in interdicto vti poſſidetis formari debeat, 559.70. & 73. qualiter formari debeat in actione mutui,417.16.quid ſit, 363.98.quomodo formari debeat in interdicto,Quorum legatorum,552.23. quomodo formari debeat in petitione, 584.70.cum ſeq.res ſpecificè continere debet. 363.ad 101.b

Liber ad pondus traditus mutuum non eſt, 268.20. a, an poſſit ſe obligare ad perpetuum ſeruitium, 16.§.Finali,nu.7. rationum,an,& quando probet. 288.9.d

Libera quælibet res præſumitur,niſi ſeruitus impoſita probetur 104.ad Tit.3.nu.4

Libera lis in neceſſitatibus nemo exiſtit,196.§.Si rem ſuam,nu. 3.& 402.nu.31

Liberatio legata non ſolum ipſi debitori prodeſt, ſed, & ipſius hæredibus,& fideiuſſoribus,194.§.Si quis debitori,nu.5. non tantum perpetua,ſed temporalis legari poteſt,ibid.4. quatuor modis legari poteſt. ibi.2

Liberationis legatum,quando locum habeat. ibid.7

Liberi,aut expreſſe inſtituẽdi ſunt,aut nominatim exhęredandi 166. a. donec ſuperſunt, oẽs alij cõſanguinei à ſucceſſione excluduntur,119.Ad Rubr.de primo ordine ſuccedendi, n.1.& deſcendentes,matri,& alijs aſcendentib.in infinitũ ſuccedũt, 247.Tit.4.n.2.etiã emancipati ſuccedũt patri, & retinẽt quæ ſunt commoditatis familiæ,46.Tit.12.ad num.1.a, fratrum & ſororum ex vno tantum latere cum aſcendentibus non ſuccedunt,229.30.indiſtincte ſuccedunt, ſublata ſexus differẽtia, 220.6.10.patria poteſtate exiſtentes,an patri per ſtipulationẽ acquirant,284 § Siue aũt,n.2.in qua ſpecie parentib.non ſuccedant, 230. 49. c,militum dicere non poſſunt teſtamentum eorum nullum,ſed querelam habent inofficioſi,162.ad 17.K, nati ex inutilibus nuptijs, ambobus,vel altero ignorante,ſunt legitimi,40.16.naturales tantum matri ſuccedunt ab inteſtato,ac ſi ex legitimo matrimonio eſſent procreati:item alijs aſcendẽtibus per lineam maternam,225.14.& 15 naturales tãtum,qui dicantur,22.14.nobilis ex concubina,meretrice, vel

ignobili à coniugio ſubſequente non legitimantur, 23. 19.d, non omnes, qui patres, vel auos habent, ſub eorum poteſtate ſunt, ſed illi demum, qui parentes habent legitimos, 22. ad 1.b patri, & matri ſuccedunt, 220.7. indiſtinctè ſublata ſexus differentia ſuccedunt ibi. num. præced. qui dicantur, 15 ad tit. 3, n. 5. pro parentibus teſtes non poſſunt eſſe, 158 7.a, quomodo bonorum paternorum domini cenſeantur, 148. 3.d, quot, & qui aliquem excuſent ab onere tutelæ 73. 6. ſiue legitimè nati, ſiue naturales tantum, & poſtea legitimati, indiſtinctè ſuccedunt, 220.8. ſola parentum voluntate iure vetere exhæredari potuerunt, nulla exhæredationis cauſa adiecta, 169. ad §. Fin. nu. 2. b, ſororis, & fratris vtrinque coniuncti præmortui cum aſcendentibus, & fratribus ipſius defuncti ad ſucceſſionem patrui admittuntur in ſtirpes, 229 28. & vnum, & idem patrimonium ſimul habentes indictione impoſita pro familia vna cenſentur, 75. §. Item tria, ad nu. 4.a
Liberis naturalis, vel legitimis tantum, an detur quærela inofficioſi.
Liberorum educatio, an ſit iuris naturalis ſiue ciuilis, 7.9. ſex ſpecies, 44 Tit. 21. nu. 4. & 219.5
Liberos plures habens poteſt ſubſtituere, vel ſingulis, vel vltimo morienti tantum.
Libertas ob operarum præſtatione differt, 116. 6 c, contra Eccleſiam non præſcribitur, niſi xl. annis 114.29. dupliciter relinqui poteſt directè, & per fideicommiſſum, 213. §. Qui autē, num. 1. & 2. nuptiarum nemini auſerenda, 12.22. f, quomodo per fideicommiſſum relinquatur, 213. §. Qui autem, nu. 5.
Libertatem amittens propter crimen, capitale poteſt per Imperatorem reſtitui, 16. §. Serui autem, nu 6.
Liberti ab inteſtato alijs ſuccedunt, 248. 7. & libertini differentia ſublata eſt, 249. 6. & libertini differunt, 17. tit. 5. 2. ſunt manumiſſi, ibid. ad 1.a
Libertini, an differant, 17.90. §. Fin. n. 1. qui dicantur, 17. tit. 5. n. 1
Libertū aſſignare quid ſit, & qualiter aſſignatio fiat. 250.2 & 3
Libertus ad quid domino teneatur, 18. §. Fin. 3. an patronum vagabundum ſequi teneatur, 42. ad Rubr. An vxor teneatur ſequi maritum vagabundum, ſeruus, & vaſallus quomodo differant, 422. 24. ingratitudinis cauſa in ſeruitutem reuocari poteſt, 56. 6.c, ſuo victu patrono operas præſtare cogitur, 248.8
Liberum plus importat quam vacuum, 468.24
Libri filio ſtudenti per patrem empti, an conferendi veniant, 441.48. 50. per patrem empti pro filio cum conferendi, ibid. ad b, & ad 50.c, Scholarium non ſunt hypothecati, 390. 43. ſi conferendi ſunt, tunc pretium, quanti valent tempore diuiſionis, non emptionis, conferri debet. 441.53
Librorum multitudo animum diſcentis diſtrahit. 251.4
Licentiæ delinquendi non præſcribitur. 130.51
Limitata non augentur acceſſione, 94. §. Præterea ad num. 1.b
Linea aſcendens, & deſcendens quid, 25. 6. collateralis duplex, ibid. 8. quid ſit, ibid. 4
Linguarum diuerſi, an vitiet ſtipulationem, 275. §. In hac re, n. 3
Lis, an denūcianda ſit venditori ſcienti, 469. 48. de omnibus bonis, & eorū maiori parte paria ſunt, 75 §. Item propter litem, ad n. 1. 2, inter parentes, & liberos de re quacumque ſecūdum ius canonicū eſſe poteſt, 24. 31. & 422 9. patri moueri pōt per filiū de alimētis, aut fideicōmiſſo caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio à patre diſſipatis, item de iniuria atroci illata. 24. 31.c
Literæ credentiæ an domino præiudicent, 308. 6. b, credentiæ, an ſcribentem obligetur, ibi. 6. cum ſeq. quædam cur plerunque in triennium, quadriennium, vel quinquennium concedi ſoleant, quinquennales à Gallis dici ſolite, 1. tt. c, quinquennales creditoribus præſentibus datæ, an ad futuros extendantur, ib. ead. addit. ſunt forma, & radicalis materia, ex qua obligatio emanat, quomodo intelligendum, 295. num. 4
Literas alienas aperiens quomodo puniatur. 417.25
Litigans temerè, aut contumax victus, quæ damna, & expenſas & quando debeat. 590.4
Litigatores, qui notentur, 591. §. pęna, nu. 2.
Litis pendentia tutoris de ſuſpecto accuſati adminiſtrationem impedit. 81.5
Littora maris ſub iuriſdictione populi Romani ſunt, 83. 1. b, maris vſu communis ſunt, ead. addit.
Locare operas, qui dicantur. 473. 3. & 4
Locatio conſtitui debet in pecunia numerata, ibid. 11. morte conductoris non finitur, 304. §. Finali, ad nu. 1. a, præſumitur facta pro conſueta, & ſolita mercede, quando de ea non eſt conuentum, 388. 19 quid ſit, 302. 2
Locationi à defuncto factæ, non tenetur hæres ſtare de iure Saxonico. 390.48
Locationi ſubſtantialia, quæ ſint. 302 4. & venditionis differentia, 304. §. Item quæritur, nu. 1
Locator, an auctoritate propria conductorem expellere poſſit tempore locationis finito, 474. 19. a, nō poſſit petere intereſſe à conductore non ſoluente mercedem, 304. § Item quæritur, nu. 3. conductori patientiam præſtare debet, re conducta vtendi, 473. 13. & conductor differunt, 302. 3. quando vult agere Seruiana contra poſſeſſores extraneos rerum hypothecarum principalis debitor primum eſt excutiendus, 391. 57. operarum, & operis, quid differat. 473.5
Locatori eæ res obligatæ ſunt, quæ ideo in domum conductam inuectæ ſunt, vt perpetuò ibi eſſent, 390. 36. non ſunt obligata nomina debitorum, introducta in domum conductam, ibi. eod. 36. obligatæ ſunt inuectæ merces, quæ tempore penſionis ſoluendæ exiſtant, ibid. 39. tacitè obligata, vel hypothecata eſt pro penſione res illata, ſeu inuecta per colonum in fundum, vel domum conductam 553. ad Tit. de interdicto Saluiano, nu. 1.
Locatoris morte, an finiatur locatio, 504. §. Fin. 2.
Locus ſit religioſus per illationem mortui corporis, 546. 38. illatæ iniuriæ num in libello iniuriarum exprimendus ſit, 346. 11 b, religioſus fit, quatenus ibi corpus humanū eſt, 88. 7. religioſus, vt dicatur, quę requirātur de iure canonico, 87. 3. & 88. 8. teſtamenti facti inſpiciēdus eſt, 161. ad n. 8. in fi. col. 1. a, vterq. an fiat religioſus, ſi oſſa ſepeliatur in diuerſis locis. 546.39
Longum tempus quod dicatur. 582.179
Lucratiuæ cauſæ duæ in vnum hominem, & eamdem rem cōcurrere non poſſunt, 194. Si res aliena, nu. 2
Lucri, & damni quales debeant eſſe partes. 306.10
Lucrum ex ſua culpa nemo ſentire debet. 387. 32. intelligitur omni ære alieno deducto, 306. 9. non facere, & damnum incurrere, non eſt eadem ratio. 384.45
Ludo amiſſum, an repeti poſſit, 384. 35. quæſitum, an dicatur quæſitum titulo oneroſo, vel lucratiuo. ibid. 34
Lupum capienti ſi ex ſtatuto certa quantitas pecuniæ, vel frumenti ſoluatur, non debetur aliquid pro catulis exiſtentibus in ventre lupæ pregnantis, 199. §. Si quis ancillas, nu. 8
Luſus aleæ cur prohibitus ſit. 384.35.b

M

Magiſtratus an requiſitus, vel ex officio tantum ius dicat, 594. ad Rubr. de offic. Iud. a, omnis mixtum habens imperium hodie tutores dare poteſt, 69.7 b, oſtendit virum, 80. §. Oſtendimus num. 2. vtrum ſibi, vel republicæ ſtipulari cenſeantur, 286.9.c
Maieſtas quid & quotuplex. 600.1. & 2.
Maior infante, aut pubertati proximus, qualiter obligetur, 507. §. Si quis agens, nu. 6. minimè puniri poteſt ex delicto quod minor admiſit, 61. 14. c, plus petens quando excuſetur, 507. col. 1. nu. 8. quis dicatur. 443.6.5
Mala facienda non ſunt, vt eueniant bona. 43. ad 36.b
Mala fides, an noceat ſucceſſori in præſcribēdo, 131. 62. f, authoris nocet ſucceſſori in præſcriptione longi temporis, 374 42 interdum præſumitur, 122.24. b, per contrarium regulariter non præſumitur, ibid. 25. g, probatur etiam per ſola indicia, item per confeſſionem, ibid. 24. c, qualiter probetur. ibi. 24
Malę fidei poſſeſſor, an ocſfructus reſtituere vero dño teneatur 99. 8. poſſeſſor quis dicatur, ib 6. poſſeſſoris tres ſpecies, ibid. 7.
Maleficio commiſſo in medio duorum confinium, quis debeat de eo cognoſcere. 448.11
Mammæ quare in ſuperiori corporis fęminei parte ſint poſitæ, 78. Mancipium quid ſit, 49. §. Præterea, nu. 2
Mandans quando puniatur, vt faciens, 417. 23 qui dicatur, 345. §. Non ſolum, nu. 3
Mandatarius conditionis deterioris eſſe non debet quam mandans, 310. §. Mandatum, ad n. 2. a, excedens fines mandati, non agit mandati pro eo quod exceſſit, 309. Is qui exequitur, nu. 2
Mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi, ibid. 1
Mandator à fideiuſſore in quo differat, 289. Tit. 21. nu. 5.
Mandatum cuius gratia fiat, quomodo cognoſcēdum, 308. Tua tantum gratia, nu. 1. cum libera æquiparatur ſpeciali, 578. 147 debet eſſe gratuitum, 108. 10. & 310. §. Finali, nu. 1. & 2. extinguitur reuocatione, 309. §. Rectè quoque, num. 1. finitur renunciatione mandatarij, re integra, 310. §. Mandatum, nu. 1. quibus caſibus morte mandantis non perimatur, ib. Rectè quoque, nu. 4. item morte mandatarij, ibi. 3. quibus verbis ſtat 308. 5. quid & vnde, ibi. 3. quot modis contrahatur, ib. 1 1. quot modis conſideretur, 310 § Finali, nu 4 quotuplex ſit, 309 § Is qui exequitur, nu. 3. ſoluitur morte mandantis: item morte mandatarij, 310. nu. 3 & 5
Manus violentas ſibiipſi inferens quomodo puniatur. 6.6

Manu-

Manumiſſio minoris,vt valeat,quæ requirantur,19.§. Eadẽ lege,n. 5.quid & vnde dicta ſit,17.tit.5.3.quot modis fiat,ibi.§. Multis aũt.4.cũ ſeq.vbi,& quando fieri poſſit,ibi.§ Serui,n.1.

Manumittere,an liceat ſeruum in teſtamento,182.7. num poſſit minor vigintiquinque annis,19.§.Eadem lege,nu.1. legibus liceat. 18.2

Mare exundat quot diebus,84.§.Flumina,ad nu.3.b

Maris,& litorum publicorum dominium,an præſcribatur,& quanto tempore,84.§.Et quidem,nu.5

Mariti importunæ preces,ſunt loco minarum,459.45.ſęuitia ſi tanta eſt, vt mulieri trepidanti ſufficiens cautio præſtari non poſſit,fit ſeparatio thori. 41.17

Marito,& vxori olim duæ actiones dotis conſequendæ,& repetendæ competebant,486.3. quæ actio competat pro vxore corrupta,451.8.quibus caſibus liceat res dotales alienare,249. 8.cum quatuor num.ſeqq.

Maritus à cura vxoris excuſationem habet. Imò volens vxoris curator eſſe,non poteſt propter quaſdam rationes,78.§.Idem reſcripſerunt, n.1.ad ſucceſſionem vxoris in mobilibus, ante conſummatum matrimonium non admittitur iure Sax.239.21 & paulo ante p.238.n.19.an dotale prædium alienare poſſit, 148 ad tit.8.n.4.an poſſit expellere vxorem,quando pater nõ dedit dotem, 482. 82. an poſſit in pacto dotali ſe aſtringere, quod non velit diſcedere à loco vxoris,42.34.an poſſit ſeruitutem imponere fundo dotali,111.§.Ideo autem,nu.4. an repetat impenſas,quas fecit litigando pro re dotali, 513. 19. an ſit dominus dotis,149.5.an vxori habẽti certos quoſdam annuos reditus,ſi moriatur,in iſtis tamquam in bonis immobilibus ſuccedat,555.9.an vxorem alere cogatur dote promiſſa ſed non ſoluta, 488. 40. d,an vxori negare poſſit alimenta ob dotem non ſolutam,491.82.b, cõſuetudine Pariſienſi dñs eſt actionum, mobiliũ,& poſſeſſoriarum vxoris, 50.9.c, de iure ciuili nõ lucratur dotem ſecus de iur. Sax.487.31 & 490.61. de iur.Saxo. eſt curator vxoris,50.9.& 77.§.Iidem reſcripſerunt,n.3.de iur.Saxo.quãdo lucretur dotem.495.109.de iure Sax.omnia bona mobilia vxoris lucratur,491.in fi.& p.ſeq.in prin.ſub nu.76.de iur.Saxo.ſtatim celebratis nuptijs lucratur dotem 198.§.Sed ſi vxori,nu.2.habet tacitam hypothecam in bonis vxoris pro dote cõſequenda,488.44.impenſas in re dotali neceſſario factas conſequitur,513.13.interficiens vxorẽ, ei non ſuccedit,239.24.ipſo iure procuratoris locum obtinẽt parapbernorum vxoris 78.ad §.Iidem reſcripſerunt ad n.2.e, iure gentiũ,vel ciuili dotis dñs eſt,248.3.b,lucratur bona vxoris mobilia pleno iure,148.6.f,nobilis quando vxori per teſtamentum auferre non poſſit dotalitium vſitatum,238.17.9.nomine dotis conuentus,non in plus condenatur,quam facere põt:quod idem,& in eius matrimonij filijs obtinet.198.8.non lucratur dotem,nec vxor donationem propter nuptias de iure cõmuni,237.n.8.& 9 non prouidens vxori de alimentis,& alijs neceſſarijs,perdit lucrum dotis,& ius ſuccedẽdi, 239.25. non tenetur ad integram dotem reſtituendam.512. 2. ob nimiam ſæuitiam tenetur præſtare cautionem de non crudeliter tractanda vxore,41.16.petens dotem,an habeat priuilegiũ prelationis,491.72.poteſt ſine venia in ius vocari,418.49. propter adulterium vxoris duplex remedium habet agendi cõtra eam,41.24.& 26.& p.42.& n.27. qualiter agat contra parentem detinentem filiamfamilias nuptam, cum ipſo aliquantulum altercatam, 548. 84. quando annuos reditus,& debitum hæreditarium lucretur,240.36. quãdo dotem vxoris adulteræ lucretur,41. 26. quandoq; pro vxore obligatur,294.ad §. Fin.n.3.a,receptitiorum bonorum vxoris procurator nõ eſt, niſi ab ea conſtituatur,78 §.Iidem reſcripſerunt,ad n.2.f,rerũ dotalium nõ ſolũ adminiſtrator,ſed & dñs eſt,ib.2.d,ſi ex ſtatuto mortua vxore lucratur dotem, an iuuenis, qui contraxit ſpõſalia de præſenti cũ puella,ea ante nuptias mortua, dotem lucretur,238.19.ſiue ſit nobilis,ſiue ignobilis,de iur.Sax.ſuccedit vxori,in omnibus bonis mobilibus,exceptis vteoſilibus, ſed in bonis immobilibus non ſuccedit niſi ſit inops, 239. 26. & 32.tenetur vxori ægrotæ præſtare alimenta,384.33. vxori ſuæ curator ad lites dari poteſt cum ſit penè procurator rerum vxoris,50.ad num.9.c

Maſculi fęminis preferuntur ad familias conſeruanda,245.10.a

Mater,an cogatur alere liberos,8.n.dotare filiã officio iudicis an compelli poſſit,193.92.an filio donare poſſit,144.78.donare poteſt baſtardo,ſeu vulgò quęſito filio,ib.ad eund.n.78.1.filijs impuberib.pupillariter ſubſtituere non põt.174.8. indiſtinctè filio ſpurio ſuccedit, ac ſi eum ex legitimo matrimonio procreaſſet,130.47.liberorum ſuorum tutrix eſſe põt.52.11.b,nõ petens infra annũ filio tutorem dari,illi defuncto in pupillari ætate non ſuccedit,228.16.& 246.9. ſi præfertur patri in vtẽſilib.filiæ,227.11.qualiter filio naturali ſuccedat,ſi ab inteſtato ſine liberis deceſſerit,200. 55. quando à tutela repellatur, 54. 13.& add.ibi.a,ſponſæ duci non põt in coniugem,28.6 b, ſuo ordine ſuccedit filio,etſi liberos tres non ſuſtulerit,246.7.b

Materię appellatione nõ venit materiatũ,95.§.Cũ ex aliena,n.7

Materiæ confunduntur,96.ad §. Quod ſi frumentum, num.2.a

Matres liberos ſuos in poteſtate non habent. 22.2.a

Matri non competit actio furti pro filio per furtum ſubtracto, 322.§.Interdum,num.2.

Matricula imperij,77.§.Item Romæ,nu.4 b, quatenus probet, ibid.ead.addit.b

Matrimonia,an diſſoluantur ratione furoris,vel erroris. 43. 39. & 40. bene concordantia iure patriæ poteſtatis non ſunt cõturbãdæ,548.83.quomodo poſt diuortium redintegrari poſſint,43.47.ſi ſint coacta,quæ mala proueniant. 35.16

Matrimonialibus in cauſis,quis ſit competens iudex. 41.6

Matrimonialis cauſa æquiparatur criminali. 33.27

Matrimonio ſoluto reuertitur dos ad patrẽ ſicut donatio propter nuptias ad maritum, 291. 12. in contrahendo debet eſſe purus,integer,liber,& voluntarius conſenſus. 36.20

Matrimonium etiam concubitu deficiente facit locum ſucceſſioni. Vnde vir,& vxor,127.ad 13.1 ad quem vſque gradum inter conſanguineos ſit prohibitum.27.3.an conſenſu diſſoluatur,41 8 b,an deportatione,vel ignis,& aquę interdictione ſoluatur,42.35.an ſit reſcindendum propter diſſenſum parẽtum,quando res eſt integra,38.35.an ſoluatur,ſi poſt ſponſalia de præſenti ante copulam lepra ſuperueniat, 43.38.pure contractum præfertur illi,quod ſub cõditione, 34.& ad 35.b, contractum nõ reſcinditur, propter diſſenſum parentũ, ſi res non eſt integra,38.34.contrahentes ſub cõditione,ſi alter ante euentum conditionis pęniteat,nec cũ alio contrahat, vtrũ poſtea conditione exiſtente ad matrimonium conſumãdum ſit compellendus, 34. 35. cum concubina in articulo mortis contractum,an valeat,22.23. cum deportato in metallũ retinetur,16.5.d,de iure ciuili cum ſeruo, aut ancilla contrahi nõ poterat,43.43.n,dolo,& metu contractum,36.20.c,eſſe contractum ſi reus neget, deferẽdum eſt ei iuramentum purgationis,405.32.inter collaterales lineæ inæqualis quoto gradu prohibitum,27.9. intra quos gradus ius diuinum contrahere probibeat, 29. 15.inter inuitos non contrahitur,36.21.quem reuerentiali contractum, an reſcindi poſſit, 36.17.& 459.48. non ſoluitur ob modicam caſtigationem,41.15. non ſoluitur propter dote non ſolutam,491. 83. per metum contractum, eſt ipſo iure nullum,36. 22. primum ſi contrahatur ſub cõditione, & ea pendente, ſecundum contrahatur pure, vtrũ præferendum, 33.34.& 34.35. pure contractum præfertur contracto conditionaliter, 34.35. b, putatiuum quid ſit,488. 43. quando pure contrahi dicatur & quando ſub conditione, 33. 31.& 32. quibus cauſis propoſitis,& probatis diſſoluatur, 41. 13.d, quod vinculum amoris mutui eſſe debet in odium verti non debet,38.& 37.d,quotuplici iure introductum ſit, 7.7. ſi contrahitur,non requiritur conſenſus conſanguineorum,vel tutorum,360.49.ſolo conſenſu contrahitur,36. 20. ſpirituale dicitur Religionis ingreſſus. 460.49

Mediaſtinus quis dicatur. 341.14

Medici imperitia culpæ adnumerantur,333.§.Præterea,num. 3

Medici qui excantant medici appellandi non ſunt, 139. ad 25. g

Medico quando non imputetur mors defuncti. 332.4

Medicus ab ægroto honorarium iniquum paciſci nequit,311.7. b, an poſſit recipere ſalarium ab infirmis ante reſtitutionem ſanitatis,454.11 nullus,& imperitus paria ſunt, 239.25.g, ſuſcipiens ſeruus ægrotum,& poſtea eum deſerens, ad quid teneatur,333.§.Præterea,nu.2

Melioramenta in feudo facta, tenetur dominus reddere hæredibus defuncti,ſi feudum ad eum reuertatur. 476.23

Mẽbrũ alicui frãgẽs quõ puniatur.340.1.in fi.quid dicatur. 341.2

Memoria priſtinæ dignitatis prodeſt. 48.41

Mendaces conuicti de mendacio perdunt beneficium excuſſionis. 386.67

Mendacij pęna quæ ſit. 181.10

Mens defuncti potius,quam verba ſunt ſpectanda,197.5.morituri mortis cogitatione perturbatur. 166.15.b

Menſes quatuor continui dantur ad proſequendam excuſationem,79.§.Qui autem,num.2.

Menſis exprimendus ne ſit in libello iniuriarum,346.11 h,legalis debet continere dies triginta. 188.13

Menſori agrorum, vt perito in arte Fides habetur,& ei creditur ſi iuratus reſpondeat. 94.ad 4.g

Mẽſura cõſueta in loco cõtractus attendi,& ſeruari dẽt. 302.17

Menſura,& pondera corrumpentes,qua pęna de iure canonico ciuili,& Saxon.puniantur, ibi.14.15.& 16.& ibid.ad nu.13.a

Menſuris,& ponderibus iuſtis vtendum eſt. ibid.13

Digitized by Google

Menſuratio agrorum, an præſentibus partibus fieri poſſit, 44.9.22. milliatium quomodo fieri debeat. 278.43
Mercator, qui fidem habuit de pretio quando vendidit alicui merces, qui poſtea non eſt ſoluendo, non habet actionem ad repetendas merces contra tertios poſſeſſores. 557.4
Mercatores amant opacas tabernas. 109.18
Merces, & res aliæ venales in domum conductum illatæ, an tacitè hypothecam recipiant, 390 38.a, iunctæ, quæ tempore penſionis ſoluendæ exſtant, obligatæ ſunt locatori. ibid.39
Meretrices notam in veſte portare debent. 339.26
Metallā in fundis priuatorū inuenta, ad quē pertineāt. 117.n.5.c
Metus, an ſit iuſtus relinquitur arbitrio iudicis, 459.28. ceſſat in iudicio, 138 8.c, eſt duplex, 36.15. excommunicationis, metusne iuſtus ſit, 450.40 b, villatus an ſit ponibilis, ſi reſtituatur ideo quod per metum ablatum eſt, 460 58. iuſtus quando iuramentum interuenit, an impediat matrimonium, 36.23. iuſtus quibus inferatur, ibid. 26. iuſtus quis dicatur, & an arbitrio iudicis definiatur, 459.37. a, leuior facilius animum viri percellit, quam mulieris, 36.25.f, minarum quando producat actionem, 459.45. minor mulierem facilius excuſat quam virum, 460.48.a, præſumptio ceſſat, quando interueniunt amici, & conſanguinei, 459 46. quinque genera, ibid. 39. cum ſeq. vſque ad nu. 50. incluſiuè, reuerentialis, an reſcindat ingreſſum religionis, 460.49. reuerentialis ſuſpicio, vt euitetur, qua cautela vtendum ſit. 459.47
Meū amplius fieri nō pōt, quod ſemel meū eſt. 191.27. & 196.47
Milles admittitur ad tutelam filij e, commilitone pugnati, 77.§. Idem, & in milite, ad nu. 1.a, quidam armatæ, & quidam cœleſtis militiæ, ibid. ad eumdem, nu. 1.b, armatæ, & cæleſtis militiæ, focariæ, ſeu concubinæ donare prohibetur, 142. 56. concubinæ donare poteſt ob bene merita, 259. ad 4.b, in ipſo conflictu teſtari poteſt, ſine vllo teſte, ſi teſtamentum eius non negetur, 162 14.g, quis, & vnde dicatur, 161.4. ſi in caſtria cōdit teſtamentum, & reuerſus domum moritur, an valeat illud teſtamentum, vt militare 163. 21. ſi in caſtris, vel extra caſtra teſtamentum faciat quid iuris. 162.10
Milites ignorantia iuris excuſantur, ibi. 7. in quibus priuilegiati ſint, circa confectionem teſtamenti, ibid. 16. noſtri temporis, an & quando gaudeant priuilegiu vacationis tutelæ, & circa confectionem teſtamenti, 77.§ Idem & in milite, ad nu. 5.d, & 162. 8. noſtri temporis, an gaudeant immunitate tutelarum, 77.§. Idem, & in milite, nu. 4. poſſunt excludere liberos, & parentes, 16 a, 17.k, priuati conſuetudine permittente torqueri poſſunt, ibid. 6.a
Militia ſæcularis vacationem à tutela præſtat, Item militia cœleſtis. 77.§. Idem & in milite, nu. 1. & 2.
Militiæ, & militandi vocabulum latè patet. 161.2
Militis duo potiſſimum ſunt requiſita, ibid. 5. muti, & ſurdi ſimul teſtamentum, an valeat, 165.§. Item ſurdus, nu. 2.
Militum priuilegia multa ſunt. 162 6
Militare aliud legale eſt, aliud vulgare, 378.42. legale quomodo conficiatur: item militare vulgare, item militare in terris Saxoniæ, 78 §. Datus autem, nu. 3.4. & 5.
Milliaria quomodo computanda, & ſecundum quam viā menſuranda ſint, 378. 40. ſi menſuranda ſunt, cuiuſque loci conſuetudo, & cauſa ob quam menſuratio inſtituitur, attendenda eſt, ibid. 42. & 43. viginti præfixa ſunt pro qualibet die abſentibus ad redeundum ibi. 39
Minæ, an inducant iuſtum metum, vt quis poſſit implorare officium iudicis, quo præſtetur ſecuritas, & cautio de non offendendo, 459.42. quando producant actionem. ibid. 41
Minor ſi cum vetula matrimonium contraxit, an ſit reſtituendus, 65.14. an in iudicio ſine curatore eſſe poſſit. 68. col. a. 4.b an poſſit teſtimonium perhibere de eo, quod vidit in pupillari ætate, 157.6. annis vigintiquinque tutor datus, tutor quidē erit, ſed maior factus primum officium ſuum adminiſtrabit, 53.3.a, conſtituens procuratores generaliter in omnibus cauſis motis, & mouendis, & ad Sancta Dei Euangelia iurans, ad quid obligetur, 407.53.c, ex imprudentia plus potens reſtituitur, 506 3. habet electionem de iure Saxo. 439. 27. fratrum generali Germaniæ conſuetudine optionis, & eligendi prærogatiuam habet in diuiſione bonorum hæreditariorum à fratre natu maximo facta ibid. ad 27.b, immobilia ſua ſine decreto iudicis alienare poteſt ad captiuos redimendos, 140. 27.c, in quibus reſtituatur, 65.14.a, læſus poteſt petere reſtitutionem vſque ad 29. annum, de iure Saxo. vſque ad 25. 380 72. quod reſtitui non poſſit, ſi contraxerit cum aliquo, & cōtractum iuramento firmauerit, 65.25.f, tutor ordinatus quādo tutela fungatur, 53.8 xxv. an poſſit eſſe procurator, 19. §. Eadem lege, num. 4. in vltimis voluntatibus poſt xiv. annum manumittere poteſt, ibid. num. 6.
Minoritatis ratione, immunitas à tutela, & cura datur, 76. maior, num. 1
Minores habent beneficium reſtitutionis in integrum, 65. nu. 6. 8.9. & 10
Minorum res, an ſine authoritate tutorum, & curatorum tacitè obligari poſſint, 390.44. res immobiles, an propter æs alienum, & quibus interuenientibus alienari poſſint, 66.31. & 32. Miſcentur ſpecies, 96.§. Quod ſi frumentum. 2.1
Miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ. 545.28
Miſſum in poſſeſſione ex primo decreto, qui vi expellit, nūquid incidat in pęnam legis. Si quis in tantam, C. vnde vi, ibid. 27.
Mixta continentur ſub ſimplicibus, 359. 39. a, efficiunt tamen diuerſam, & propriam ſpeciem diſtinctam à ſimplicibus, ibi. ead. addit. a
Mixtio vim habet confuſionis, quando res mixtæ ſeparari non poſſunt, 96.§. Quod ſi frumentum, ad nu. 3 b
Mixtū, ſeu caſus mixtus cōprehenditur ſub ſuo ſimplici. 359 39
Mobile hęreditarium, & debitum pro mobili habetur. 240.38 e
Mobilia extra iudicium donari poſſunt, ſi aureorum quingentorum ſummam non excedant. 141.41.b
Modi liberorum legitimandorum tres, 23.15.c, præter tres vulgares liberorum legitimandorum complures alij per interpretes obſeruati. 23.15.c
Modicum dicitur, & intelligitur è circunſtantijs perſonarum, 93.§. Gallinarum autem, a. g
Modus alimētorum intelligitur ex qualitate cum perſonæ tum iumentorum ipſorum, 226.3.b, fit per Vr. 203 §. Longe magis nu. 3. etimologiæ duplex, 154. ad Rubr. Teſtamentum vnde dicatur, ad num. 1.b, in dubio legato magis ſubeſſe pręſumitur quam conditio, 204.§. Longe magis, ad nu. 7.a
Mulæ aquis innatantes mobiles cenſentur, 65.23.c, idem de motis ſolo quidem cohærentibus, ſed inundationibus multis obnoxijs, ibid. ead. addit.
Molendina aquarū periculis obnoxia num per minorem alienari poſſint, 547.55.a, non habitationis, ſed vtilitatis gratia principaliter conducuntur. 476. 18.e
Molēdino tuo, vt vtar, an, & quādo me cōpellere poſſis 575.118
Molendinum ædificare, an ſit licitū in fluminib. publicis. 85. 10. conſtituere volēs in fundo proprio, an poſſit à nobili habēre molendinum eodem loco, ad quod vltra hominū memoriam homines iſtius loci circūcolentes iuerunt prohiberi, 547. 58. & ſeq. habens in ſuperiore parte fluminis, an vicinū in eodē flumine nouū molendinū facientem impedire poſſit, 85.11. ſi quis hēt in ſuperiori parte fluminis, & alius velit in inferiori parte eiuſdē fluminis aliud conſtruere, an poſſit, 547. 55. & 61
Molitor remiſſionem mercedis impetrare poterit: ſi quidē molendinum impetu fluminis deſtructu ita ſit, vt eo ad molendum vti non poſſit. 476.17 e
Monachatio patriam poteſtatem ſoluit. 48.7
Monachi teſtamentum, an valeat. 166.9
Monachus ęquiparatur ſeruo, quoad acquiſitionē, filio, vel ſeruo prout eſt vtilius monaſterio, 577 140. an liber, vel ſeruus ſit 15.§. Fin. nu. 3. non ſibi, ſed monaſterio acquirit. 153. §. Ex his itaq; n. 4. ſuccedit patri ex teſtamēto, & ab inteſtato. 48.9.
Monaſterium, an infeudari poſſit, 86.4. ingreſſi de bonis ſuis teſtari nequeunt. 48.8
Moneta mutata ſi mutuata ſit, quid iuris, 247. 15. ſoluitur in contractu retrouenditionis ſecundum valorem temporis, remittitur res. 498 33
Monoculus, an teſtari poſſit, 195 §. Cęcus autem, nu. a. non excuſatur à tutela, 75.§. Item propter aduerſum, nu. 1.
Monumenta vetera ſequenda ſunt in finalib quæſtionib. 448. 9. in Mors non eſt, qui legitima exceptione ſe tueri pōt. 496.12
Morbus perpetuus quis dicatur. 70.11
Morientibus denegare facultatem diſponendi de rebus ſuis inhumanum eſt. 153.15
Mors defuncti iuramenti vim ſupplet, 17.9.c, eſt certa, 178. §. Si quis ita, ad nu. 1.a, ex diuina diſpoſitione ſemper contingit, eſtque certa, hora verò incerta, 56. ad Tit. 16. nu. 4. & 546. 30. omnia ſoluit, 153.7. qualiter probetur, 484. 69. ſoluit patriam poteſtatem, 46. ad Tit. 12. nu. 2.
Morte nihil certius eſt, hora vero mortis nihil incertius, 546.30 & 56. ad Tit. 16. nu. 4.
Mortuis duobus ſimul, præſumitur eum, qui debilior eſt prius deceſſiſſe. 227.4
Mortuos olim, propter fętorem non licebat in ciuitate ſepelire. 546.31
Mortuum inferens in locum alienum, qua actione conueniatur, 87.4. inferens in ſepulchrum alienum, quomodo puniatur. 546.37

Mor-

Digitized by Google

Mortuus gentium quarundam conſuetudine viuum facit hæredem, 196.2.c, à tutela, vt ſuſpectus non remouetur, 826. pro Repub. viuit per gloriam. 74.7

Mulier adultera ob adulterium commiſſum quomodo poſſit à viro accuſari, 45.15. etiam marito ſuo, vel alijs bona vtenſilia iure Saxonico, ne mortis quidem cauſa donare poteſt. 136.19 & etiam abſq; curatore mortis cauſa donare non poteſt, ib. ad eundem, num. á an teſtis eſſe poſſit in teſtamento, 157.§. Teſtes autem, nu. 2.a, creditorib. mariti ſui prioribus hypothecam tacitam habentibus, licet tempore poſterior ſit, præfertur dotis, ſuæ cauſa, 489. ad 51.a, dotis domina eſt iure naturali, maritus autem iure ciuili, vel gentium, 148 ad num. 3.b, fęcunda eſt in maiori fauore, quám ſterilis, 247.11. habens hypothecam expreſſam poſteriorem, an præferatur habentibus expreſſam anteriorem, 490.59. habet prælationem in donatione propter nuptias, in quantum dos fuit data, 190.62. hypothecam tacitam habet in bonis mariti ſui pro donatione nuptiarum cauſa facta, idq; tam ſoluto, quam conſtante matrimonio, ſiquidem maritus ſoluendo non ſit, 488.35.b, hypothecam tacitam habet pro rebus ſuis paraphernalibus per virũ matrimonio conſtante adminiſtratis, ib. 37 c, hypothecam tacitam in bonis ſoceri ſui pro dote ſua habet, 487.33.d, hypothecam tacitam in mariti ſui bonis pro ſua dote habet, ib. 18. c, in caſibus quibuſdam certus teſtis eſſe poteſt in teſtamento, 157.§. Teſtes autem, nu. 1.a, in criminalib. regulariter poteſt eſſe teſtis: ſecus tamen eſt de iure canonico, ib. 4. in tore priuilegium tacitæ hypothecæ habet, & prælationis, non autem in donatione propter nuptias, pro qua tantum habet hypothecam, 488.36. inuita maritum adulterum, licet eum pęniteat recipere non tenetur, 42.30.c, inhoneſta, an poſſit a vicinis expelli, 108.42. monetaria prohibetur alterius profeſſionis homini nubere. 12 22.f, nubens hodie infra annum luctus non fit infamis, vt nec incapax legati euadit, 203 7.c, ob adulterium mariti ſui diuortium petens diuortij quæſtione pendente eum ſequi debet, & ei omnia coniugalia officia pręſtare. 40.5.c, optionem habet vtrum dotem repetere, an dotalitium conſtitui velit. 249.45. m, quando quartam, vel tertiam capiat, 241.47.a, poteſt adhiberi pro teſte in teſtamento patris inter liberos, 214.38 quæ fornicatur, de iure Saxon. non amittit bona, ſed adulteria amittit dotem, & donatione propter nuptias, 257.§. Erat. 5. quando promiſit dotem, ſed nondum dedit, & maritus decedẽs ei dotem prælegauit, nihil amplius quam liberationem conſequitur, 19 8. 19. quando quartam, vel tertiam capiat, 241.47.a, quomodo nubere poſſit ſecundo iure ciuili, 257.§. Erat, ad nu. 4.c, recipiens medicamentum, vt abortum faciat, quæ pęna puniatur. 168.6. rei ſeruãdæ cauſa mittitur in poſſeſſionem ventris nomine, 253.5.c, renũcians beneficio Senatuſc. Velleiani quatenus obligetur, 194.§. Finali, ad num. 4.b, quandoque pro marito obligatur, & vice verſa, remiſſiuè apud Gallum, ib. ad num. 3.a, ſemper profert varium, & mutabile teſtimonium. In aliquibus tamẽ caſibus teſtis eſſe poteſt, & quibus, 157.3. ſi perſuaſit iuueni, ſe eſſe diuitem, & iuuenis duxit illam, non ſuccurritur iuueni, ſi res aliter ſe habeat 464.33. ſine curatore, vel iudicis auctoritate donant rem immobilem, iure Saxonico nihil agit, 143.59.a, ſterilis, an gaudeat priuilegijs dotis 247.12. videtur hodie poſſe nubere infra annum luctus. 107.11

Mulierem inhoneſtam, an vicini expellere poſſint. 452.9. nubẽtem intra annum luctus incapacem eſſe legatorum, hodie correctum eſt. 203.7

Mulieres in tutela fuerunt, 78 §. Item reſcripſerunt, ad numerum. 1.a

Mulieri, an contra mulierem competat ius prælationis. 492.73 prægnanti ad mortem damnatæ, parcitur donec pariat, 16. ad tit. 4. num. 4.

Multa á principio impediuntur, quæ facta non tolluntur, 74.§. Et qui poteſtatem, nu. 2. dicuntur notoria, quæ notoria non ſunt, 415.a, facta tenent etiãſi fieri prohibita ſint. 38. ad 34.b

Multæ, & pęnæ pecuniariæ pertinent ad iuriſdictionis fructuarium. 116.§. Conſtituitur. 1.a

Multiplicatio verborum non neceſſaria, ſubſtantiam rei non vitiat. 266.30. & 385.26

Multitudo vbi eſt in cauſa, principaliores in delicto pęna ordinaria affici debent in alijs pęna mitiganda. 324.12

Muri, & portæ ciuitatum dicuntur ſanctæ, & quare. 88.§. Sanctæ quoque, num. 2.

in Muris ciuitatum nemini licet domunculas facere ſine conſenſu principis. 246.50

Murorũ violatores qua pęna puniãtur. 88.§. Sanctæ quoq. nu. 3.

Mutatio animi non præſumitur. 571.98. libelli, an, & quando ſit permiſſa. 365.131

Muti, & ſurdi teſtamentum non valet. 164.§. Item ſurdus, n. 1.

Mutuanti, an poſſit opponi exceptio dominij. 268 28

Mutui ciuilis ſubdiuiſio, ib. 25 d. finitio eius vnde. 267.8. etymologia, ib 9. naturalis ſubdiuiſio, 268.23. ſubſtantialia quæ. 267. 10 cum ſeq. ſubſtantialis natura eſt, vt de meo fiat tuum, 154. ad Rubr. Teſtamentum vnde dicatur, nu. 4.

Mutuo hoc tacitè ineſt, vt æque bonum, & in eadem qualitate reſtituatur. 427.14.

Mutus baptizari poteſt, ſi voluntatem nutu, & ſignis declaret. 365.§ Item ſurdus, ad nu. 2. emere, & vendere poteſt. 466.2. intellectum habens, videri poteſt reſpondere, vbi non voce, ſed præſentia opus eſt. 36.19 b, inueſtire non poteſt, ſed inueſtiri. 165.§. Item ſurdus, ad nu. 2.a, nomine dotis obligari poteſt, ib. ead. addit. nuptias contrahere poteſt, ib. ead. addit. & 36.19, pro hærede gerere ſe poteſt, ib ead. additio. quos contractus celebrare poſſit. 287. Mutum. nu. 1. quæ poſſit facere remiſſiuè, 466. nu. 2.b

Mutuum aliud naturale eſt, aliud ciuile, 268.22. an dicatur, ſi pecunia, quæ fuit mutuata, reddatur in ſpecie. 277.12. commodatum, depoſitum, ſunt contractus gratuiti. 267 6. filij, neque patrem, neque ipſum filium efficaciter obligat. 256.9. mere ciuile quid. 268.26. merè naturale quid, ib. 13. naturale, cui ius ciuile cooperatur, quid ib. 14. non eſt, quando res eadem redditur. 267.12.b, naturale, & verè mutuum quodnam ſit, 268. 23.a, quomodo reconcilietur. ibi. 27

N

NAtales quid. 17.8

Nati ex ancillis noſtris, noſtro dominio ſubſunt, 94.§ Item ea, quæ ex animalibus nu. 2. ex damnato coitu, alendi ſunt à parentibus de ęquitate canonica, & parentes filiab. dotẽ conſtituere poſſunt. 226.3. ex dãnato coitu, nec patri, nec matri, nec alijs aſcendentibus ſuccedunt, nec filij appellantur, ibi. 2. ex damnato coitu qui dicantur, ibi. 1. ex ſoluto, & ſoluta ad ſucceſſionem duarum vnciarum nõ admittuntur. 224.11. illegitimè qualiter de iure Saxon. parentib. ſuccedant. 225.20

Natis ex inceſtuoſo coitu regulariter legari non poteſt. 203.§. Legari autem, nu. 5. & 6.

Natiuitas hominis quomodo probetur. 17.9

Natura alternatiue rem incertam reddit. 300.6. e, conditionis eſt obligationem ſuſpendere, 33. ad 32. g

Naturales liberi, qui largè, & qui ſtrictè dicantur. 224.1 & 4

Naturales patri ſuo ex teſtamẽto qualiter ſuccedãt. 125. ad 14.a

Naturales tantum debitum, quando compenſari poſſit. 496.14

Nauem ſi quis conducat mercede conſtituta pro ſingulis capitibus, non debetur merces pro exiſtente in vtero. 199.§. Si quis ancillas, nu. 6.

Nauis exercitor ex quaſi delicto tenetur. 350.1

Nauta quando pro re ſubtracta teneatur ad duplum. ibi. 3

Neceſſariæ expenſæ quæ ſint. 476.13

Neceſſarium vnde dicatur. 406.40

Neceſſitas, & fames excuſant interdum 93.§. Gallinarum autem. nu. 1.c

Negans primò, an poſſit pœnitere, & deinde confiteri, ita vt ſumptum præſtando liberetur. 434.9

Negantis nulla eſt probatio. 559.62

Negantium pęna quæ ſit. 362.90

Negatio requirit, vt fraudulenter negatum ſit. 435.11

Negatoria actio ad quid principaliter competat, 370.43. datur contra quemlibet impedientem re ſua libere vti. 369.33

Negligẽs beneficium legis beneficio eius indignus eſt, 588.16.b, rem tanta negligentia, vt res quaſi pereant, amittit ciuilem poſſeſſionem. 582.177. & 180

Negotia plura quam vocabula. 264.2

Negotiorum geſtor ad quid teneatur. 477.9. & 19. & 478.20. an poſſit per actionem negotiorum geſtorum petere ſalarium ſibi pro ſuo officio præſtito conſtitui. ib. eo. n 20

Negotium quando dicatur vtiliter geſtum, 512. 10. quot modis dicatur ad aliquem ſpectare. 311 2 & 4.6.2

Nemo ab initio partim teſtatus, partim inteſtatus decedere poteſt, 54. ad tit. 15. n. 62.a, cogitur inuitus vendere rem ſuã, 213. §. Libertus, nu. 3. cogitur emere aliquid inuitus. 193. num. 6.b, condemnari debet niſi legitime conuictus, & confeſſus, 461. 66.b, debet cũ damno alterius locupletari, 5.6.f, ſtrictè corpus ſuum ad torquendum, aut ſcindendum obligare poteſt. 6.4.d, extra ſuam iuriſdictionem tutorem cõſtituere poteſt. 59.3.c, poteſt ad impoſſibile obligari. 171.§. impoſſibilis conditio, ad n. 5.b, rem ſuam vendere compellitur, 301.7.a, tutor eſſe poteſt, niſi cui teſtamenti factio eſt. 535.c

Digitized by Google

Nepos è ſpurio num heres ab auo inſtitui poſſit. 168.§. Poſthumorũ ad nu. 1.a,filij adoptiui ſuccedit patri adoptiuo, 222.5

Nepotes ex diuerſis filijs diuerſi numeri, quomodo auo ſuccedant. 221 18 & 222.23.ex filia auo ſuccedũt æquè cũ nepotibus ex filio 221.15.ex filio hæredes inſtituẽdi ſunt,vel exheredandi.165.§.Poſthumorum,n.1.ex ſpurio poſſit ne ab auo hæredes inſtitui,ib.remiſſiuè a, prędmortuorum liberorum cum auunculo,& patruo in ſtirpẽ ſuccedũt. 221.12. quando pater eorũ eſt ſuperſtes,non ſuccedũt.220.3.quando ſuccedant auię,non ex legibus,ſed conſtitutionibus 247.ad Tit.3. nu.1.a

Nepotibus relictis ex vno latere coniunctus tantum. & eorum patruo, ſine diſtinctione bonorum pariter defuncto ſuccedunt. 233.22

Nigrũ quãdo contradicit rubro, ſtatur nigro tanquã poſteriori. 352.15. vt declaretur,ex rubricis imperfecti arguitur, ibi.13

Nobili decedente,ſi relinquat bona feudalia, & allodialia, inter quas perſonas diuidenda ſint iure Saxonico. 484.78

Nobilis à ruſtico non loco, ſed genere diſtinguitur. 389.25.& ignobilis æqualiter puniuntur, quando pęna eſt vniformis. 419.64 habens frumentum tempore caritatis annonæ, an poſſit cogi ad vendendum.

Nobilitatis in articulo mortis poſito conferri,an poſſit. 23.23.h ingreſſu monaſterij non amittitur. 56.3.a, ius ſanguinis eſt incommutabile. ibi. ead.addit. a

Nomen Imperatoris non ponitur neceſſario in principio inſtrumenti. 2.1.b, iudicis cur in libello exprimendum 364.120.ſuũ ignorans fatuus eſt,204.§. Si quidem innomine,nu.5.

Nomina debent eſſe conuenientia reb.267.2.debitorũ,an computentur inter res mobiles. 555.11.debitorum,& creditorum, an per actionem familię hercisc.diuidi debeant,439.29.debitorum inducta in domum conductam non ſunt obligata locatori,390. 58. propria ſunt impoſita ad recognoſcenda, ea, quibus imponuntur.204.§. Si quidem in nomine,nu.2

Nominatio filij probationem filiationis non inducit. 423.38

Nominibus proprijs ſingulas cauſas appellari commodiſſimũ eſt.178.§. Alio autem modo,nu.2.

Non natus,quando habeatur pro nato. 52.15

Notarij impij ſunt excoriatores pauperum,canes curiarum, & deuoratores ciuium. 454.10

Notariorum ſalaria licite à partibus exigi poſſunt. ibi. 5

Notarius,an pręſumatur rogatus. 161.8.a,imperitè cõficiens inſtrumentum,tenetur parti lęſæ ad intereſſe.338.10. Italus inter Germanum,& Gallum inſtrumentum rectè conficit.276 8.c,locum teſt.facti inſtrumentum addet. 161.ad col1.1.in fi.a, matriculæ non inſcriptus inſtrumentum cõficere non põt,77. §.Item Romæ ad n.4.e, quare dicatur ſeruus publicus, 45.7

Notitiæ generali menti inſitæ. 5.6.f

Notorium releuat ab onere probandi. 393.82

Nouare quis poſſit. 315.15

Nouari quæ obligatio poſſit. ibi.3

Nouatio,an cum infante, vel ſeruo fieri poſſit. ibid.6.an tacitè priorem obligationem tollat, ibi.ad 1.a

Nouatio,& acceptilatio quõ differunt,ib.4. fieri poteſt cum pupillo,ibid.7.quibus caſibus olim fiebat ipſo iure,illis hodie fit ope exceptionis,ibi.13.quid,ibi.2.quotuplex, ibi.14. tollit obligationem,ibi.1.ad hoc vt teneat quæ requirantur,ib.5.8. & 9

Nouerca poteſt ſine venia in ius vocari. 418.49

Nouercæ præſumuntur inimicæ priuignorum, & nouerca vnde dicta. 181.5.& 6

Nullus hodie fit ſeruus pęnæ per ſententiam. 16.ad nu.5.d

Numerus liberorum quis a tutela excuſet, 74.ad 6.a, pecudum in paſcuis publicis quotus licitus ſit. 107.31.d, ſingularis pro numero multitudinis accidittur. 245.ad nu.19.d

Numerus eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis. 398.48

Nuncij,an poſſint aliquem ſine iuſſu iudicis citare. 458 29

Nuncio,an parti neganti cum iuramento credatur, ibi.32.iurato quatenus credatur. ibi.31

Nuncius mendax ad quid teneatur. ib.27

Nuptiæ illicitæ quæ dicantur, & quotuplices ſint, 38.1. & 2.nefariæ quæ,ibi. 3.ſecundæ pęnis ſubiectæ. 35.4.b

Nuptiarum legitimarum requiſita. 35.8. vocabulum quotupliciter accipiatur. Item licitarum definitio. 341.& 2

Nuptias contrahentes cuius ætatis eſſe debeant. 35.9

Nurui quando bona patris oppignerata ſint pro dote. 487.33

O

OBlatio debiti. 417.20.b, & ſatisfactio qualis requiratur in perpetuus,& temporalibus actionib.536.§. ſupereſt, nu.4. verbalis, an ſufficiat. 467.17

Obligare ſe ad pęnam corporalem nemo poteſt. 401.36

Obligatio,an ſit duplex.259.26.antidotalis,quæ ſit ibi.4.a,ciuilis aliquando ſola,aliquando coniuncta cum naturali quæ dicatur, 261 5. ciuilis,an ipſo iure tollatur per præſcriptionem, 133.76.b, ciuilis,an tãtum in conſtitutum deduci poſſit. 398. 45.c, ciuilis, & naturalis oritur ex omni delicto. 62.15.ciuilis in genere quæ ſit,& quotupliciter conſideretur.261.2.3.& 4. ciuilis inter patrem, & filium non naſcitur. 24.32.fallit, 360. 18.d.ciuilis oritur ex diſpoſitione, ſeu ſolemnitate iuris ciuilis. 261.ad Rubr.de obligatione ciuilia, ciuilis parit exceptionem, ibi.6.d,ciuilis vnde orta ſit.361.ad rubr. de obligatione ciuili tantum, nu.1.dandi ex parte creditoris,& rei iniuriabilis eſt.280.5.c, è nudo pacto nulla oritur,264.6.b, faciendi ex parte creditoris variabilis eſt poſt moram. 280.5.d,fideiuſſoria,an tranſeat ad hæredes.291.§. Fideiuſſor, num.1. fideiuſſoria in dubio præſumitur ſolemniter inita, mediante ſtipulatione,294.§. Finali,num.1.literarum à quo iure ſit inuenta. 295.5. literarum quæ ſit,294.titul.22.num.2.literarum vnde dicta ſit, 295.3.mixta quæ dicatur.261. col.2.num.1. naturalis, an,& quando oriatur. 268.num.12. 13.& 15. naturalis an ex delicto oriatur, 318.4.naturalis, an poſt biennium oriatur. 297.naturalis antidotalis, an ex iure naturali primęuo oriatur.259.4. naturalis confirmatur adiecto fideiuſſore, 407. 51.b,naturalis oritur ex quacũque obligatione naturali. 260. 11 b,vel ex quo quis lucrum capit.ibid.ad 22.e, naturalis orta ex iure naturali ſecundario quæ ſit.259.5.naturalis primæua quæ ſit ibid.3. naturalis repetitionem ſoluti impedit, 261.ad 25.a, naturalis tantum vnde orta, & quid ſit, 259.1. naturalis vnde oriatur. 62.16. ne naturalis quidem oritur in impoſſibilibus,260.13.c, non ſtatim oritur cum futura legantur. 195. 3.b, qua venditor tenetur ad tradendum, eſt participia. 467. 20. quæ ex delicto oriatur. 380.1. qualis oriatur ex contractu emptionis.258.19. qualis oriatur inter fratres in patria poteſtate conſtituto. 60 31. qualis oriatur inter patrem, & filiũ. 260. num. 18.19.& 20.qualiter per præſcriptionem tollatur. 133.76. & vide ibi adnot. b, quibus modis tollatur. 317.10. & ibi per totum §.Finalem,& totum titulum 30.quot modis acquiratur. 313.colum.1.nu.1.rem tradi,an ſit facti.424.4. ſola naturalis non habet effectum exigendi.258.12. ſola naturalis quot modis oriatur. 260.16.17.& 22

Obligationem eſſe matrem actionum, quomodo intelligendum,& limitandum. 351.8

Obligationes conſtitutionibus principum introductæ, ſunt iuris prætorij 262.5. ex contractibus naſcuntur ex diuerſis generibus,219.ad Rubr. Argumentum tituli primi, nu.3.inhærent magis perſonæ acquirentis. 153.colum.1. ad nu.2.a,omnes à conſuetudine inductæ,ſunt iuris ciuilis,262.4. quæ ſolo conſenſu non contrahuntur,quomodo tollantur. 316.4. recontrahi quare dicantur. 376.3

Obligationis ciuilis tantum effectus,261.ad Rubr. de obligatione ciuili tantum,num.6.definito quæ,& vnde ſumpt. 258 8 mixtæ effectus,261. colum.2.nu.2. naturalis tantum ſpecies, 259.2.naturalis tantum effectus.260.23.& 261. num.25.26. & 27

Obligationum principalis diuiſio.259.25. Obligationum ſecunda.262.§.Omnium,nu.1.tertia,& quarta diuiſio,ib. §.Sequẽs cum §.Finali nu.1.& 2.

Obſidia teſtamentum,an valeat 65.§.Fin.nu.4.

Occaſionẽ damni dans,ipſum damnum dediſſe videtur. 336.7

Occidens aliquem iſta culpa, an teneatur lege Cornel. de ſicarijs 332.11. caſu ſeruum, vel animal pecudum numero contentum,an teneatur lege Aquilia, ibid.9.illicitè ſe defendentem non punitur. 21.8

Occupans rem abſentis,quamuis naturaliter poſſideat, fructus tamen non facit ſuos. 566.42

Occupanti conceditur quod in nullius bonis eſt. 90.2

Occupare inſulam quis dicantur.94.§.Inſulam,nu.5.

Occupatione acquiritur rerum dominium,90.§.Feræ,nu.16.

Oculo vtroque priuatus propter delictum, non poteſt teſtari. 165.§.Cęcus autem,nu.3

Offenſio ſui ipſius prohibita eſt. 6.4

Officia tutoris quæ ſint.60.§.Impubes,ad nu.2.b

Officium Iudicis duplex eſt.353.10 iudicis implorari debet, ibi. 12.iudicis mercenarium,& nobile quid ſit.594.ad Rub.de officio Iudicis,a,iudicis mercenarium inhæret, actioni principali,465.38.iudicis mercenarium quod, & quibus actionibus inhæreat, 500.5. iudicis nobile,quod ſit,ibi.4.ſuum iudex non interponit,niſi rogatus. 364.117

Omiſſa multa lucrifiunt, quæ alias petita præſtanda eſſent aduerſario. 115. 11.f

Omnia non poſſe fieri, vt ſint cõia naturalis ratio docet. 10.20

Onus

Digitized by Google

Onus eſſe debet, vbi eſt emolumentum, 207.3. non ſemper eſt, vbi ſucceſſionis commodum eſt, 57.tit.17.1.b

Opem ferens furtum facientibus, furti tenetur, 313.6

Opem præſtans, an eadem pęna afficiatur cum faciente, 323.5 & 324.8. tantum præſtans quando teneatur furti, 313.4. pręſtans quomodo puniatur, ib.5. præſtantes quocumque modo in pari pęna puniantur. 324.7

Operarij excuſantur operando in re alterius ex mandato conducentis. 556.31

Operas ſuas locare non dicuntur illi, qui exhibent operas ſuas, quæ conſiſtunt in arte, & ſcientia liberali. 473.4

Operarum æſtimatio qualiter fieri debeat. 349.10

Oppigneratio eſt ſpecies alienationes, 197.§. ſi rem ſuam, nu.7

Opinio certa requiritur in eo, qui præſcribere vult ſeruitutem. 212.12. Doctorum, an excuſet ab expenſis, 347.16.c, gloſſæ quando ſequenda ſit in iudicando, ibi.ead. Additione, vltima gloſſæ tenenda eſt. 373.25

Opinioni præualet veritas, 196.§. Si quis rem ſuam, nu.2

Oratio ſiue enunciatio generalis referenda eſt ad habiles, 191.7. b, pluralis interdum reſoluitur in ſingularem. 312.4.a

Orcinus quare dicatur ſeruus, qui directo conſecutus eſt libertatem, 213.§. Qui autem, nu.4

Ordinario remedio quamdiu locus eſt, non eſt recurrendum ad extraordinarium. 387.27

Ordinarius cameræ quando non attendit nullitates proceſſus, 411.ad 93.b

Ordines ab inteſtato ſuccedendi tres. 219.16

Ordo in libello ſeruandus eſt, 363.103. quid ſit, 217.1. ſcripturæ, an quando ſeruandus, 288.§. Item ſi quis ita, nu. 2. ſcripturæ quando non attendatur. 205.§. Ante hæredis, num.3.& 5. ſtudiorum, 14. tutelarum æquiſſimus quis. 55.12

Originale producendum, 204.§. Incertis verò, nu.9

Ornamenta muliebria per maritum vxori tradita ſint ne, marito mortuo, vxoris. 147.3.b

Oues decem conſtituunt gregem, 200.§. Si grex legatus, n.4

P

PAcis publicę violatores, an per ſententiam declarari debeāt 584.14 violatores io iudicio Cameræ Imperialis, conueniri poſſunt. ibi.13

Pacta alia ſunt clara alia obſcura, alia ambigoa, 266.20. contra bonos mores, an iuramento confirmari poſſint. 309.§. Illud quoq; nu.2. dari aut fieri, vt ſint valida, quæ requirantur. 266. 28.b, dotalia ſi inter coniuges facta ſunt, ſecundum ea ſucceditur, 236.1. eſſe ſeruanda. quomodo intelligendum ſit, 266. 26. gentilia de ſuccedendo num valeat, 153.5.a, ſunt ſeruanda, 10.22.& 259.7.& 304.§. Item quæritur, nu.2. veſtita tam actionem, quam exceptionem pariunt. 266.25

Pactis dotalib. deficientibus, ſuccedit ſecundom ſtatuta, & cōſuetudinē loci, vbi maritus habuit domicilium, qua poſtrema deficienter recurrēdum eſt ad ius commune. 256 1.& 237.6

Pactorum principalis diuiſio. 264.5. veſtimenta, 165.12

Pactum affirmatiuum de ſuccedendo non valet, nec iuramento firmari poteſt. 404.6. aliud expreſſum, aliud tacitum, 265.19. correorum vnius in rem conceptum, alteri correo debendi prodeſt, 283.§. Ex huiuſmodi, ad n.5.b, de futura ſucceſſione, eſt contra bonos mores, 155.8

Pactum alicui factum de retrouendendo ex vtraq. parte ad hæredes tranſmittitur, etiam non facta mentione hæredū. 383. 24.& 472.17. de ſucceſſione valet, niſi reuocetur. 136.21.f, geminatum producit actionem, 265.9.e, inter ſocios, vt partes ſint in ſocietate æquales, an valeat, 306 §. De illa, nu.1 generaliter ſumptum quid ſit. 264.3 legis cōmiſſoriæ, an, & quando in pignoribus locum habeat, 151.§. Contra autem, num.6. nomen generales eſt, 246.1. nudum ex cauſa ex quod ignoſcatur, ib 6.a, nudum geminatum parit actionem. 396.17. nudum in quibus caſibus actionem pariat. 296.2. nudum obligatione non producit. 258.13. nudum quare in conſtituto actionem producat, 396.16. nudum quid ſit, 264.6. nudum, quod nullam producat actionem, quomodo intelligēdum ſit, 265. 8. obſcurum, vel ambiguum prolatum, interpretatur contra proferentem, 266.21. reale in dubio præſumitur, & perſona adiecta demonſtrationis cauſa, ibi 28.d

Pactum retrouendendi tranſmittitur ex vtraque parte ad hęredes, 383 24.b, & 472.a, 117.b, retrouendendi vtrum rem afficiat, eadem, pag. 472.14.a, veſtitum quid, 265.21. vnde veniat, 264.4. num valeat, vt aliquo ad præſtitutum diem debitum non ſoluente res hæc, vel illa mihi vendita ſit. 151.§. Contra autem, ad num.6. c

Paganus non poteſt decedere cum duobus teſtamentis, 177.§. Poſteriore, num.2

Pali lignei cur in eo loco vbi molendinum ædificare quis velit infingendi. 85.ad nu.10.a

Panni ſi non tantum reperiatur, quantum traditum eſt ſartori, præſumitur ab eo ſubtractum. 96.4

Papa etiam habet fiſcum. 242.7

Par pietas debetur parentibus à liberis. 227.12.g

Paraphernalia bona quæ dicantur. 488.58

Parens præfertur vlterioribus cognatis, 146.8.c, filio ſine liberis mortuo ſuccedit excluſis defuncti vterinis fratribus, ib.d, qui tranſijt ad ſecundum matrimonium, qualiter filio ſuccedat, 229.32. vtriuſque ſexus habet priuilegium competentię quatenus facere poteſt. 513.1

Parentes à liberis ſuis peculium caſtrenſe, vel quaſi habentibus expreſſe, vel inſtituendi, vel exheredandi ſunt. 168.19.a, an in feudis filiorum ſuccedant, 227.7.e, & liberi debent ſibi ipſis inuicem officium, & pietatem, 180.ad Tit.18.n.3. exhæredare non poſſunt iure nouo, niſi propter cauſam legitimam, 169 §. Fin. ad n.2.b, indiſtinctè liberis ex damnato coitu natis non ſuccedunt. 230.49. maſculi habentes liberos in poteſtate tutores dare poſſunt in teſtamento. 52.10. militum à militibus in teſtamento prætetiti quærelam dumtaxat inofficioſi habent. 162.17. K, naturales, an filijs naturalibus teſtamento tutores dare poſſint. 52.17. paciſcentes de impuberum coniugijs male faciunt. 35.15. per filios arrogatos vſumfructum, & proprietatem acquirunt, 255.5.b, pro liberis teſtes eſſe non poſſunt, & vice verſa, 158.7.a, propter octo cauſas a liberis exhæredari poſſunt. 167.20. propter quatuordecim caſus liberos ſuos exhæredare poſſunt 167.13. quo caſu conditionis melioris non ſint, quam liberi 230.49.c, ſicuti proſpiciunt naturalib. liberis, ita, & ipſi parentib. cumpenſare debent, ib.40. ſpirituales non ſuccedunt filij ſpiritualibus. 219.col.2. 3.a, & 227.7.c, tranſeuntes ad ſecundas nuptias item peccantes in corpus ſuum luxurioſe viuendo, non ſuccedunt liberis. 228.15. vtriuſque ſexus ſubſtituere poſſunt exemplariter. 171.col.1.nu.2

Parentibus datur querela, quādo exhęredati ſunt ex iuſta cauſa quæ tamen ab hęrede non fuit probata. 182.12, nō ſic debetur liberorum hæreditas vt liberis parentum. 227.2. iure naturali obedientia, & reuerentia debetur 417.31. naturalibus, & legitimis ſimul, an cōpetat querela inofficioſi teſtamenti. 182.11

Parentum, & liberorum appellatione veniunt etiam naturales tantum in prouiſionibus ordinatis à natura. 418.37. notum eſt, liberis parare, & locupletare eos, 167.6. ſpecies tot ſunt quot liberorum. 127.6

Pares in gradu non ſemper ſuccedunt pariter. 227.1.a

Paria ſunt aliquid fieri tempore illicito, vel licito, & conferri in tempus illicitum. 153.9

Parricidarum pęna quæ ſit. 24.26

Parricidij crimine qui teneantur. 603.§. Alia deinde lex nu.1

Pars ab appellatione excluſa agere contra iudicem nō impeditur ſententiæ iniquæ ratione, 348.11.c, debiti cedi poteſt, 471. 18.d, hæreditas pertinens ad inſtitutum, defertur ad ſubſtitutum inſtituto hæreditatem non capiente. 173 ad §: Finalem, nu.1.a, in quam producitur inſtrumentum pro parte approbare inſtrumentum, pro parte improbare poteſt. 409.76.a, lęſa pœnam ſibi debitam remittere poteſt, 314.col.2.9.c, rei aliud eſt, quam dominij, 115.5.c, rerum, an æſtimatio debeatur parte rerum legata. 195.10.a, vtraque litigantium quando præſens dicatur in prouincia. 127.4.a

Partes ad arma venire ſolent lite nimis diu pendente. 555.3. adſcriptæ in inſtitutione cenſentur repetitæ in ſubſtitutione. 173 2.a, æquales dicuntur reſpectu ſortis. 306.12

Parti maiori quando ſtetur. 72.2.b

Partis vſu retinetur poſſeſſio, vel ius totius. 380 16

Partum viuum eſſe editum, quomodo de iure Saxon. probetur. 254.10

Partus, an mulieri prægnanti mortuæ excidi debeat, antequam humetur. 546.47. in vtero matris portio eſt viſcerum eius. 199 §. Si quis ancillas, n.6. ob quid in fructu non ſit, 15.§. Final. ad nu 4.a, & 100 11.K, 199 §. Si quis ancillas, n.3. quando ſequatur patrem quando matrem, 16.§. Serui autem, nu.2.& ibi. ad tit. 4. num.3. nondum editus, homo non rectè fuiſſe dicitur, 208.7. ventrem ſequitur. 16.ad Tit.3.nu.2

Paſcendi ſeruitutem habens, an debeat vti paſcui cum pecorib. morboſis, 108.41.a, ſeruitus quæ 107.58

Paſcere ſua pecora ſegregatim nemini licet de iure Sax. niſi habeat tres manſos 107.38. animalia in agro alieno regulariter, quis prohibetur, niſi heat ſeruitutē conſtitutam, vel præſcriptam, & ita vti debet, vt in conſtitutione conuentum eſt, ibi.31

Paſcua loca quæ dicantur. ibid.59

Pa-

Digitized by Google

Paſcuum duplex, priuatum ſcilicet, & publicum. ibid. 36

Paſtor conductus animalium cuſtodia præſtare debet, 107.40. 1. publicus, ſi pecus aliquod amiſſerit, an teneatur ad eius ſolutionem. ibid. eod. num. 40

Pater à filij emancipati tutela non excuſatur. 74.6.b, à iudice cogi poteſt, vt filiam viro honeſto collocans pro viribus matrimonij dotet, 37.72.b, ad filium collatus eſt ſtipes à quo filius. 25.3 c, adoptiuus ſimplex filio adoptiuo ſimplici nõ ſuccedit, multò minus collateralis 225.41 d, an compelli poſſit ad emãcipandum filium, 19 §. Præterea, nu. 7. an de iure veteri in peculio aduentitio conſequatur plenum dominium. 151.12. an, & quemadmodum teneatur ex filij arrogati contractu, & de licto. 256. col. 1. ad n. 7 a, an habeat ius vitæ, & necis in filios, 24.25. an habeat vtilem actionem ſerui corrupti 452.7. an ex contractu filij teneatur, 512.13. an poſſit cogi ad alendos liberos 8.10. an poſſit vni ex filijs feudũ aſſignare, vel vt inęqualiter in eo ſuccedant diſponere. 250.6. an poſſit in teſtaméto vni filiorum prælegare totum feudum, vel vni plus aſſignare quàm alteri, 437.13. an teneatur dotare filiam ſine ipſius conſenſu nubentem, 492.84. cogi poteſt officio iudicis ad dotandam filiam ib. 80 & alij aſcendentes paternę lineæ filijs vulgo quæſitis non ſuccedunt, 130.46 & alij aſcendentes filio in feudo non ſuccedunt, niſi in inueſtitura ſit expreſſum, 228.18. & filius vna & eadem perſona iure cenſentur, 286. §. Ei verò, ad n. 2. 2, & dominus, quare, vel inuiti, & ignorantes obligent peculio tenus ex contractu filij, & ſerui, 402.34. & mater de iure Sax. ſoli ſuccedunt defuncto ſine liberis excluſis fratrib. & ſororibus etiam vtrinq; coniunctis, 229.34. & mater ambo ſuperſunt, & ſoli extant, ęqualiter filio defuncto de iure ciuili ab inteſtato ſuccedunt, 227.8 ex eodem contractu filij peculio tenus tenetur, exceptis duob. caſib. ſcilicet voti pecuniæ ſacris impendendæ, & exceptionis. S.C. Macedoniani, 400.6. ex diſpoſitione legis obligatus ad dotandam filiam, 198.16. ex quo cumque contractu filij de peculio conueniri poteſt, 401.18. fiduciarius qui, & vnde dictus ſit. 58. Tit. 18.4. filiæ dotem num poſſit alienare, 148. col. 2. ad 4.c. filij emancipati impuberis legitimus eſt tutor. 58. Tit. 18.3. filio viuo legitimam petere nequit. 285.4.b, filiorum bona aduentitia ipſius inuitis adminiſtrat, 44.38 hodie non poteſt dare filium pro noxa. 402.29. in liberorum procreatione tempus vnicum habet, 162. Tit. 4.3. a, in peculio profectitio liberorum proprietatem, & vſumfructum habet in aduentitio ſolum vſumfructum, in Caſtrenſi, vel quaſi, nihil 313. Tit. 29. ad n. 2. a, in quo peculio vſumfructum habeat, in quo proprietatem, 25.47. in quibus caſib. hodie vſumfructum non habeat in aduentitijs, 151.c. 13.14.15. & 16 inops, an poſſit ad dotãdum filiam cogi, 492.85. iniuſte denegans alimenta filio amittit patriam poteſtatem, 50. §. Sed, & ſi patre, n. 2. intuitu patriæ poteſtatis filium hæredem inſtituere, aut nominatim exhæredare debet, 24.39. naturalis an poſſit filium ſuum naturalem emancipare, & an præmium emancipationis ei donare 45.11.d, naturalis non poteſt teſtamentum dicere inofficioſum, mater autem poteſt. 182.10. naturalis filiæ familias nuptæ præfertur ſocero in actione iniuriarum exequenda, 339.11. naturalis tantum, an poſſit agere iniuriarum nomine filij naturalis tantum ib. 5. non cogitur ad filium emancipandum, 223.13.b, non poteſt cogi ad dotadam filiam ingratam 492.86. non tenetur de peculio ex delicto filij, 491.19. notarius, & filius eius eodem modo teſtes in teſtamento eſſe non poſſunt. 158. §. Legatarijs, n. 1.b, obligare ſe, & bona ſua cogitur pro reſtitutione dotis dandæ filio 487.33.c, plus debet diligere filium, quam ſeipſum. 168 12. poteſt filiũ, qui ab alio inuitus detinetur, vindicare. 24.37. priuilegio propter liberos conceſſo aduerſus liberos ipſos vti non debet, 74.6.b, qualem poteſtatem hodie in filios habeat. 24.17. quando conueniri poſſit actione de peculio ẽt de aduentitio peculio 401 15. quando ex contractu filij ẽt vltra vires peculij teneatur, 401 3 quando non acquirat vſumfructum bonorum filij aduentitiorum. 152.13.a, quando non fecit teſtamentum ſolenne, nihilominus valet ſubſtitutio, ſed facta inter liberos, 174.21. quare ex cõtractu filij teneatur ſaltem peculio tenus. 400. 8 & 9. quõ agere debeat pro filia ſua vitiata contra corrumpentem. 452.12. res filij alienare non poteſt. 285.4.b, ſolus ſuccedit de iure ciuili in bonis quæ à patre, vel aliquo de linea paterna prouenerunt ad filiam, 227.12. ſolus ſuccedit liberis de iure Sax. ibi. 10. ſpiritualis non poteſt ſine venia in ius vocari 418.22. ſpurio tutorem teſtamento neutiquam dare poteſt. 52.17 g. vltra annum vtilem non tenetur actione de peculio, filio mortuo 402.11. vrgente famis neceſſitate poteſt filium vendere 24. 19. vſumfructum hæreditatis, quam filios adire prohibuit, amittit. 152.13. à familia quo, & quando pro tota familia filijs, & ſeruis teneatur, 349.1. ſoluens pro filio condemnato, an id debeat computari in legitimam, ibid. 3. & 402.30.

Paternum crimen nullam maculam filio infligere debet. 416.8

Patientia eius, contra quem præſcribitur, in ſeruitutibus præſcribendis requiritur, 112.9.b, in incorporalibus pro traditione habetur. 102. §. Per traditionem, ad nu. 3.b, loco traditionis habetur. 566.37

Patrẽ agere iniquiſſimum eſt, cũ filius ſit in facultatibus. 423.30

Patresfamilias quando teſtamento tutores dari poſſint. 53.3

Patri agenti, vt quis declaretur filius ſuus, vel alimenta decernantur, quatuor remedia competunt. 423.26. competit actio iniuriarum ex iniuria filio illata: ſecus in filio emancipato. 339.3. & 4

Patria poteſtas in pietate, & non atrocitate cõſiſtere debet. 423.482. non tollitur captiuitate, ſed ſuſpenditur. 51. Et autem, ad num. 3.a, quæ ſit, qui eam habeant, & qui in ea ſint, qui non 22.2. cum ſeqq.

Patriæ poteſtatis cauſæ quæ ſint, ibi. 13

Patrimonij ſui vires nemo ignorare præſumitur. 386.71

Patrimonium filij quando augetur, an præſumatur profectitiũ, vel aduentitium. 400.5

Patris bona in quibus caſibus oppignerata ſint numi pro dote. 487.33 ordinatio facta inter liberos de diuidendis bonis, an poſt mortem eius valeat. 250.5

Patriciatus dignitas diſſoluit patriam poteſtatem. 48.1

Patruij Romani qui fuerint. ibi. 2

Patronus, an ſuſpectus poſtulari poſſit. 80. §. Oſtendimus, nu. 5. excludit fratrem liberti. 249.4.a, habet beneficium competentiæ. 513.3. per contratabulas non rumpit teſtamentum, niſi pro tertia parte iure ingenuitatis in vniuerſum. 249.4.a, reuocans bona alienata per libertum, cur cogatur reſtituere precium, 384.42. ſuccedit liberto. 58.2.a

Paucitas precij facit præſumi fraudem. 388.73

Pauliana actio datur contra hæredes poſſeſſorum, in quos bona debitoris alienata ſunt. 385.48. quibus competat. 383.21. eſt natura non datiua, 382.16. eſt perſonalis actio in rem ſcripta. ib. 15. non datur regulariter contra debitorem, 383.28. procedit etiam non facta excuſſione debitoris, ſi de ea non fuerit oppoſitum, 385.63. quid ſit. 382.5. vnde dicta ſit, ibid. 12. vt intentari poſſit, an poſſeſſore ex titulo lucratiuo ſufficit dolus alienantis. 384.44

Pauliana antequam agant creditores, neceſſe eſt eos in bona debitoris ex ſententia iudicis miſſos eſſe, & præceſſiſſe excuſſionem debitoris, 385.59. antequam agatur, quare neceſſaria ſit excuſſio, ibi. 60. conuentus poteſt creditori offerre pretiũ, & retinere rem. 386.78

Pauper, an, & quando grauius puniatur, quam diues, 419.65. & inops quis dicatur. 19.11.b, quis dicatur 19.12. & 75. §. Sed, & propter nu. 2

Pauperes neque diuites homines præſumuntur. 385.58. nõ ſunt in corpore puniendi propter leues tranſgreſſiones. 419.60

Pauperies quid ſit, & de pauperie actio. 258.2

Paupertas à tutela gerenda excuſat. 75.1.c, an proſit, vel noceat. 19.11. prodeſt, 419.61. quando excuſationem à tutela, & cura præbeat, 75 § Sed, & propter nu. 1

Paupertas quo ſenſu proſit 75.1.a, ſola tutorem ſuſpectum non reddit. 81.11

Pax non rumpitur ab eo, qui bannitum oſtendit, quem ante bannum oſtendere ſe non velle ſub pęna promiſit. 199. Si res legata, nu. 5

Pecoris appellatione quid veniat. 107.30

Pecudes damnum facientes in agro an poſſint includi, & pignoris loco retineri. 336.5. quæ dicantur. 331 9

Peculatus qui teneantur. 707. §. Item lex Iulia peculatus, nu. 1

Peculatus quid ſit ibi. 2. quomodo puniatur. ibi. 1

Peculij quatuor ſpecies, & quid quodque ſit, & quid iuris, vel pater, vel mater, vel filius in quoquo habeat. 399.2

Peculium quid, & quotuplex ſit, caſtrenſe quid quaſi caſtrenſe, paganicum profectitium, aduentitium, 24.41. cum numeris ſeqq. quid ſit. 399.1

Pecunia à caſtigatis ob flagitia accepta in communẽ pauperum vſum referenda, non in priuatã caſtigantis vtilitatem. 12.19.d à pupillo mutuata ſi extat, vendicatur: ſi bona fide conſumpta ſit, condici poteſt: ſi mala fide ſit abſumpta, poteſt agi ad exhibendum, vt iuretur in litẽ, 149.3. ab vxore alteri mutuata pro annua penſione, reputatur inter bona mobilia. 240.37. deſtinata ad quotidianum vſum, non eſt hypothecata. 390.40

Pecuniam eſſe numeratam negans contra propriam ſcripturam quomodo puniatur. 296.21. non eſſe numeratam, qualiter per opponentem probari poſſit. 195.12

Penſio, an initio contractus exigi poſſit 472.15. certa quãdo in conuentione non eſt expreſſa, ad quod preciũ ſoluendum inhabi-

Digitized by Google

habitan s compelli poſſit, ibid. 473.10. conductionis quo tempore ſit ſoluenda, 305.11. & 388.16. quando ſoluenda ſit, notanda eſt gloſa ordinaria in l. ç de C. de locato. 473.6. remittitur interdum domus inquillino, domo conductam ad vſum deſtinatum vti impedito. 476.9.a

Penſiones ſumere quare licitum ſit, & non vſuras. 474.22

Peregrini aliquando in iure dicuntur illi, qui nō ſunt ciues Romani, & qui ſunt hoſtes Imperij, 203.§. Legati autem, nu.4.

Perfectio emptionis multiplex ſtatuitur ad interpretib. 297.2.b

Perfectum vnumquodque dicitur in ſuo genere. 154.6

Periculum pignoris ad quem ſpectet, 274.20. rei ad quem ſpectet incommodato, & alijs cōtractibus, 271.13. re emphyteuticæ, ad quem ſpectet. 303.9. rei venditæ cur ad emptorem pertineat ſtatim ac emptio perfecta ſit. 299.2.a, vbi maius eſt, ibi cautius agendum eſt, 304.§. Qui pro vſu, num.2.

Peritis in arte ipſorum credendum eſt, 94.§ Præterea, nu.4.

Periurij pęna quæ ſit de iure ciuili, & canonico. 413.117. probatio admittitur per Caroli V. conſt. ibi.116

Periurium anceps nemo in facto alieno ſubire cogitur, 410.88. iudicio nouo, accuſari poteſt. 413.116

Periurus amittit beneficia omnia legum, canonum, & ſtatutorum, quibus cauetur, quod credi debeat iuramento alicuius, 414.126. eſt infamis, ibi.125. in iuramento principali tenetur crimine ſtellionatus. ibi.123

Perſcrutatio rei furtiuæ, an admittatur in domo aliena. 320.§. conceptum, nu.2.

Perſona coniuncta intelligitur à quibuſdam ad gradum vſque decimum. 194.§. Sed, & ſi rem obligatam ad nu.5.d, generata ſemper gradum adijcit, 26.2.a, gradus non eſt, ſed in gradu, ibi ad num. 2.b, in caſu legati perſonæ coniunctæ facti, quæ cenſeantur. 193. ad 10.c, in collateralibus ſtipiti adiecta non ſemper adijcit gradum, 27.7.a, protius extranea nobis acquirit, 151.§. Ex his itaque, nu.1

Perſonæ habentes beneficium, vt non teneantur niſi in quantum facere poſſint, an maneant obligata, 51 1.9. per quas acquirimus octo, 151.2 a, quæ ſint ſui & quę alieni iuris. 20. Ti. 8. nu.4. & 5. quæ in ius vocari probibeantur. 417.33. ſui iuris, aut ſub tutela, aut ſub cura, aut ſub neutris pēdent. 50. ad Tit. 13. Rubric. nu.2. turpes dicuntur, quæ ſunt infames ipſo iure, vt ſententia, vel facto. 182.17.e

Perſonarum diuiſio prima, 15. Tit.3.n.4. ſecunda, 20. Tit.8.n.2.

Perſonarū prohibitio Moſaica, an ad nos etiā pertineat, 30.21

Perſuadens alicui, an teneatur. 451.4

Perſuadens filio, vt patri aliquid ſurripiat, tenetur furti, 322.3. qui dicatur, 345.§. Non ſolum nu.3.4. & 5

Petitio declarationis ſententiarum, quem effectum habeat, de iure communi, & Saxon. 505.57. hæreditatis ad quid, vel pro quibus rebus competat, 482.45.47.48. & 49. hæreditatis, an collatur pręſcriptioni longi temporis, 484.76. hęreditatis contra quem competat, 480.17. cum ſeq. hæreditatis contra titulo poſſidentem regulariter non datur ibi. ad n.19.a, hæreditatis directa nunquam competit agenti ex codicillis, 216.19.c, hæreditatis quid ſit, 479.14. hæreditatis poſſeſſoria qualis ſit, 463.14. incerta quando admittatur, 510.13. in libello debet eſſe certa, & quando dicatur certa. ibi.10. & nu.12

Petitione hæreditatis conuentus, an cogatur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis. 481.33

Petitionis hęreditatis actio quanto tpe pręſcribatur, 255. ad 18.c

Petitorium, & poſſeſſorium, an coniungi poſſint, 554.12. iudicium quid ſit, & quando intentatum dicatur. 541.4. & 5

Pictura, num cedat tabulæ, 98.§. ſi quis in aliena tabula, ad n.2.a

Pictura acquirimus rerum dominia. ibid.1

Picturæ quando cedat charta. ibid.4

Picturam in magno prætio fuiſſe apud veteres. ibid.3

Pignori incumbere commodius eſt, quam perſonam obligatā proſequi, 467.15. incumbere melius eſt, quam in perſonam agere, 388.14. quæ res dari poſſit, & quæ non. 273.3.4.5.6. & 7

Pignoris periculum ad quem ſpectet, 274.20. poſſeſſor conueniri non debet, priuſquam debitor principalis, & eius fideiuſſores excutiantur.

Pignus conuentionale quid, 388. nu. 10. & hypotheca quomodo differant, 397.75. & 394.95. eſt quadruplex 388.3. gratia vtriuſq; contrahitur, 267.7. idē quod in ſpecie accepit creditor reſtituere tenetur, 273.16.c, iudiciale captum in cauſa iudicati, iuxta tempus iudicati datum vendi poteſt, 150.2.b, iudiciale aliquando dicitur prætorium, 388.6. iudiciale quid ib.5. legale quid ſit, ib.8. prætorium captum in contumaciam partis non comparentis arbitrio iudicis alienatur, 150.2.b, pretorium, & iudiciale, quomodo differant, 388.7. prætorium quid ſit, ibi.4. pretoriū, quod datur per iudicē in cōtumaciam rei ex primo decreto, 257.3. quando alienari, ſeu diſtrahi poſſit per creditorem non habentem dominium in eo, 150.1. quid ſit, & vnde dicatur, 271.2. quomodo diſtinguātur ab hypotheca, 394.95. & ib. ad 92.a, rei ſuæ dicitur improprie, 112.§. Venditæ, nu 2.a, vel hypotheca retinetur domo deſtructa, 118. ad num. 10.c

Piſcari alteri non licet in flumine priuato, & proprio, & de pęna contrafacientis, 84.9. an, & quando liceat in flumine publico, ibi.9. in mari, an cuilibet, ibid.§. Et quidem nu.4.

Plagiarius quis dicatur. 248.79

Plantæ cedunt ſolo, poſtquam colauerunt, 97.§. Si Titius, nu.1

Plantans bona fide, conſequitur à domino ſoli æſtimationem plantarum. ibid.2

Plantatione acquiritur dominium. ibi.1

Plebem conſtituunt homines decem. 200.13

Pleraque nutu ſolo conſiſtunt. 36.18.a

Pluralis locutio tenet etiam in ſingulari. 328.9

Pluralitas vinculorum vltra fratrum filios iure communi non attenditur. 232.9.a

Plures quando in ſolidum tenentur, vno ſoluente ceteri liberātur in actionibus rei perſecutorijs. 416.10. & 11

Plus cautionis ineſt in re quam in perſona, 360. ad nu.58.c, eſt iurare poſſe pro liberis ſuis in lites, quam tutores liberorum de ſuſpectu accuſare, 80.§. Conſequens, ad nu.6.a, petens hodie punitur in duplicatione temporis, 508.2. petens quomodo pęnas euitare poſſit, 509. ad verſic. Sed hæc quidem, num.8. quot modis petatur. 507.1

Pęna abigentis pattum, 603. ad verſ. Eadem V. de verſic. n.3. ambitus 608.2. amouentium terminos, 488.2. aperientis literas alienas 417.25. blaſphemantium, 601.7. blaſphemiæ, 413.117 calumniatorum, & præuaricatorum, 456.7.d, confiſcationis bonorum omnium nuptias inceſtas contrahentium hodie ſublata non eſt per Authenticam, Bona damnatorum, 39.10.e contra contumacem conſtituta, 544 13. & 14. & ibi in Adnot. b, & c. contrahentiū nuptias inceſtas, 602.2.a, conuentionalis non æquè recipitur in mutuo, & obligationibus, quod ſapiat vſuram, 280.7.t conuentionalis poſſit excedere quadrup. 451.11. & 13. corrūpens album pretoris inſignia, & ſtatuas familiæ 416. ad Rubr. de Actione albi corrupti à creditorib. petentis debitum ante à debitore ſolutum, 509. col 1. nu.7. eorum, qui conſcij, & auxiliatores ſunt particidij, 604.§. Alia deinde lex, n.4. eorum, qui menſuris, vel ponderibus falſis vſi fuerūt, 302.13.a, eorum, qui rem creditam interuenerunt, 607 §. Item lex Iulia peculatus, n.5. eorū, qui delinquentib. opē tulerunt, 323.1.a, eximentis aliquē ex carcere, 410.85. facto adiecta valet, 290.3.a, & factum an exigi poſſint, 280.10. falſi, 414.122. & 605.10. finito tempore ipſo iure expirat. 67.§. Præterea, nu.3. flagellatæ annonę, 608.4. furti hodie capitalis eſt, 321.2.a, in actione ciuili num parti applicetur, 417.27.b, in actione iniuriarū criminaliter inuenta, 130.48. in ſtipulatione adiecta ſemel exacta, an poſſit iterum exigi, ſi contra fiat, 280.9. infamiæ grauior pecuniaria, 591.§. Pęna, num.1. inferentis mortuum in ſepulchrum alienum, 546.37. iuris communis, an ſi ſublata per pęnam ſtatutariam, 458 27. legalis an poſſit extendi vltra quadruplum, 450.4. lenocinij, 602. ad verſic. Sed eadem, nu.3. libidinum, quæ non ſub adulterij nomine continentur, ib. eo. num.3. magorum, & incantatricum, 603.6. media quomodo intelligenda, 324.11. mendacij, 81.9. & ibi. num. 10. remiſſiuè, minantium, & diffidantium, 606.4. minor in ignobili, grauior eſt in nobili, 419.63. initior eligenda, 194.14. mulierum, quæ ſeruis ſe coniungunt ex Senatuſconſulto Claudiano, 257. ad § Erat nu.1. non iurantis de cālumnia vtrum cōmittatur ipſo iure, & an ad hæredes tranſeat 590.11.a, offendentium magiſtratus inferiores 601.6. parricidij, non obtinet, extra aſcendētes, & deſcendentes, 603.§. Alia deinde lex, n.3. parricidij quę ſit, ibi.1. peccati Sodomitici, 35.5. pecuniaria temere litigantium, in quo conſtituatur, 593.3. periurij, 313.117. plus petentis quæ olim de iure communi fuerit, 506.2. plus vectigalis quam debeatur exigentis quænam ſit, 344.§. Capite tertio, ad nu.3.a, priuationis hęreditatis, vel legati adiecta mulier, ſi nupſerit, an reijciatur tanquam inducens viduitatem, 205.§. Finali, nu.4. propter imbecillitatem ætatis mitiganda, 62.14.c quadrupli in actione, quod metuſcā, an veniat ratione metus aut violentiæ, an vero contumacię, & moræ in non reſtituēdo, 490.56. quęlibet corporalis maior eſt quacunq; pecuniaria 419.58. quinquaginta aureorum contra quos locum habeat in actione albi prorupti, cui applicanda ſit, 417.28. in quam damnatur filius patrem ſine venia in ius vocans, patri applicatur, 416.56. raptus, 607.§. Sin autem, n.3. an obtineat ſtupro nō ſecuto, ibi.4. rem ſubtrahentes naufragio facto de iure ciuili ordinaria eſt, 103 §. Finali, ad n.4.a, repetundarum, 608.3. reſſ duorum, ibid.5. ſeni deliranti remittenda, 63.20.a, tutoris ſuſpecti ſoluitur morte 82.6.d, ſponſalib. conſtituta poteſt exigi

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum Leonem, 35.ad 14. ſi ſtuprantis liberum ſeruum virginem, 602.verſ.Sed eadem a, ſtupri violenti, & non violenti, ib.2.temere litigantium triplex, 587.ad Tit.16.num.2. tranſcendeorium muros ciuitatis, vel lapides ab eis auferentium.88.c.vendentis iuriſdictionem, & ſanctorum corpora, 300 §.Finali, n.2.a, veneficij oon conſumati, 603.verſ.Eadem nu.4.veneficorum, ibi a.venantium prata 603.5. vis publicę, 606.3.violatorum publicæ pacis, & quæ requirantur, vt locum habent, 584 10 & 11.vt apponatur in cootractu ao quis compelli poſſit.288.& 450.3

Pęnæ à iure ciuili impoſitæ mulieri ſecundo nubenti iofra annũ luctus, an per ius Caoonicum omnes ſint ſublatæ, 203.8.adulterijs apud gẽtes varias remiſſiuè, 601.ad §. Item lex Iulia, de adulterijs, 2, & ib.ad n.a.b, bigamorũ; 35.4.b, canonicæ nullo pręſcribuntur tempore, 130.5a e, ciuiles inductæ cõtra ſecundo nubẽtes, an hodie ſublatæ, 229.33 conſtitutæ aduerſus venantes per locorum domioos tenent, 91.9.K, noptiatum ſecundarum patri imminent, vt m atri, 229.33.c, ordinariæ ob tenerã ętatem, vel ipſum quoq; ſenſum temperari ſolent, 326. § In ſumma, ad n.a. a, pecuoiariæ moribus improbis irrogatæ multæ traduntur io iure 12.19.d, ſunt molliendę, non exaſperandæ, 434.5.ſuos authores tenere debent. 400.7

Pęnales actiones noo tranſeunt ad hęredes, 416.7.quid ſint, 415 3.tribus modis dicuntor. ibi.4

Pęnam non meretur, quod lege permittente fit.199.§. Si res legata, 00.7.pecuniariam, an iudex conuertere poſſit in corporalem, 419.59

Pęnitentia locum non habet ad euitandam pęnam io delictis conſumatis 456.2.nec in contractibus nominatis etiam reintegra, 263.13. f, ſed io contractibus innominatis locum habet re integra. ibid.14.g

Poetarum, Philoſophorum, & Medicorum dicta, an allegari, & per ea cauſæ decidi poſſint. 299.10

Polygamia prohibita eſt, & quæ ſit pęna polygamorum. 34.4

Ponderibus, & menſuris iuſtis vtendum eſt. 302.13

Populus, qui legem, idem & ſtatutum facere poteſt. 11.14.1

Portæ, & muri ciuitatum dicuntur ſancti, & quare.88.§.Sanctæ quoque nu.2.

Portas rumpentes qua pęna puniantur. ibi.3

Portio deficieos accreſcit cęteris cohęredibus adeuntibus, 247. §.Finali, nu.1.

Portio vnius legatatij deficientis, ſeu repudiantis legatũ, ad collegatarium deuoluitur, & ad hæredẽ noo tranſmittitur, 195.9

Portus quid ſignificet, 84 §.Flumina, nu.1

Poſitus in articulo mortis cum concubina ſua matrimonium contrahere poteſt, 23.a 3.b, num teſtamẽtum facere poſſit, ib. ead.addit.h, nũ vt teſtis interrogari poſſit, ib.ead.addit.h, teſtari poteſt, & matrimoniũ contrahere, & liberos illegitimos legitimare, 166.15.g, ad liberos è concubina ſuſceptos legitimandum, cum illa matrimonium contrahere poteſt, 23.13.h vires patrimonij ſui ignorare præſumitur. 18.6.b

Poſſeſſio acquiſita qualiter retineatur, 378.15.3.acquiſita qũo amittatur 580.164.acquiſita ſana mente per ſuperuenientem furorem non amittitur, 576.138 actione perſonali confici põt 191.28.amittitur quando res efficitur ſacra, vel religioſa, 581. 168.ao impediatur per diffamationem, ſi dicas, me mala fide poſſidere prędium, aut oon habere iuriſdictionẽ in villa, 566. 21.au per conſtitutam in confeſſionum venditoris transfera. tur fictè, ex artificio ſcilicet ioris ciuilis, in emptorem, 558.51. an per ſolam locationem probetur, ib.47.20 probetur ſi vnus teſtis deponat de vno actu, & die poſſeſſioois, 559.72. ao ſit iuris, vel facti, 564.9.bonorum duplex, edictalis, & decratalis, 254.7.b, bonorum, & bonorum poſſeſſio differunt, 251.3.bonorũ inter virũ, & vxorem quędam eſt, non conſanguinitatis ſed, ſi quo iure, affinitatis maximè 28.2.à ciuilis, & naturals in genere ſumpta, in vna perſona ſimul concurrere poſſunt, 569 78.ciuilis probatur per actus congruentes huiuſmodi poſſeſſioni, 558.56.ciuilis quid, 565.21.ciuilis quot modis accipiatur, 567.47.ciuilis ſola, ao ſine naturali acquiri poſſit 571.96. ciuilis ſufficit ad complendam vſucapionem.378.25.ciuiliſſima nouam ſpeciem poſſeſſionis non cõſtituit, 571.91.ciuiliſſima quę, ib.89.continua io præſcriptione neceſſaria, 125.54. continua quæ dicatur, ib.55.continua qualiter probetur, ib.60 continuata intelligitur, ſi a oemioe aditione pendente fuit occupata, 169.ad Tit.14.nu.2.c, dicta quaſi pedum poſitio, 155. ad Rub.Teſtamentum vnde dicatur, n.5.dupliciter conſiderari poteſt, 567.48.eadem ſpecie, & numero oon poteſt eſſe apud plures in ſolidum, 565.31.etiam per ſolũ vſum & aſpectum rei acquiritur, 174.115.fiduciaria, aut depoſitaria, 355. ad n.3.a, hęreditatis aditione oum acquiratur.18.1.a, interrupta eſſe non debet, 120.4 d, litigioſa num ſequeſtrari poſſit, ne partes ad arma veniant, 272.5.c, nũ ſequeſtratione amittatur, ib.ead.adit.c; naturalis actu ipſo perficitur, 15.3 §.Ex his itaq; ad n.2, aliquando noo ad differentiam poſſeſſiones ciuilis, ſed ſimpliciter hoc nomine appellatur, aliquando vero ad differẽtiam ciuilis poſſeſs.265.2a.cum ſeqq.an etiam in animo retineatur, 178.157.an tantum ratione approbationis poſſit dici ciuilis, 565.29.naturalis, & ciuilis in genere ſimul coniunctæ eſſe poſſunt, 567.49.in genere quid, 565.20. in ſpecie ſeiuncta à ciuili quid ib.28.oon ſufficit ad vſuc.Ciuilis aũt ſufficit, 125. 38.f, qoare tranſeat in pręcario accipientẽ, & non incommodatũ, 568.58.qoid operetur, 566.40.non quæritur hæredi, niſi eã apprehendat.189.ad Tit.14.n.1.per quas perſonas acquiri poſſit, 576.134.probata quæ, 449.21.quænam ad pręſcriptionem neceſſaria, 125.58.qualiter acquiratur, 571.94.qualiter probetur, & quę circa probationem poſſeſs.cooſiderãda, 558. 45.cum ſeq.quare ad hęredes oõ pertineat, niſi naturaliter apprehenſa, 557.35.quare dicatur aliquando naturalis ſimpliciter, 565.23.quare potius denominatur à corpore, quam ab animo, 563.6.quaſi non poteſt haberi, nec conſiſtit abſq; ſciẽtia & patientia aduerſarij, 113.10.qũo probanda, 363.99.quotuplex, 121.57.rei per apprehenſionem acquiritur, quando poſſeſſio eſt vacans, 573 ſub finem, o.106. releuat ab onere probandi, 559.63.requiritur à parte rei in Publiciana, 374.47.rerum à ſeruo ſugiente io fuga apprehenſarum, quatenus domino acquiratur.569.70.rerum corporalium, quib.modis acquiratur, 572, 95.rerum mobilium qũo amittatur, 582.183.ſemel acquiſita continuata pręſumitur, 563.97.ſemel apprehẽſa etiã ſolo animo retinetur, vnde, & continuata præſumitur, 558.58.vacua intelligitur, etſi alteri debeatur ſeruitus in re, 114.49.d vacua, vel vacans quæ ib.eod.nu.49.& 468.23.vnde dicta, & quare à pedibus potius, quam ab alia parte corporis, 563 5.vt amittatur, animus, & corpus requiritur, 580.165.vtraque ab Imperatore ex cauſa auferri poteſt. 582.182

Poſſeſſione priuatus per vim b, præparat ſe ſtatim ad recuperandam illam, non deſinit ciuiliter poſſidere, 578.154. probata dominium præſumitur. 368.20

Poſſeſſionem acquirẽdi primus, & magis vſitatus modos, 562. 192. ciuilem quæ perſonæ habeant in ſpecie, ſeparatam à naturali io ſpecie, 567.51.cum ſeq.liberam, & quietam non habuiſſe quanti actoris ioterſit, 559.169. naturalem negligens per decennium, pręſumitur deſinere poſſidere, 567.45.naturalem non recuperante, non per negligentiam, ſed alijs occupationibus impedito, an tanto tempore, ex quo reſultat obliuio, elapſo, ciuilis poſſeſſio amittatur 582.178 neganti, & conuicto de mendatio poſſeſſio in continenti auferri debet, & in actorem transferri, 362.89.peritiſſimi definire neſciuerũt. 564.ſub n.6.& 7.quam per alios retinemus, quomodo amittamus, 583 185.rerum qui ſemel accepit, interdictum. Quorum bonorum intentare nequit. 550.nu.15

Poſſeſſiones bonorum ius tribuentes ſeptem. 253.ad nu.6.b

Poſſeſſionis bonorum defioitio, 251.2.ciuilis effectus, 568.67.ciuilis io ſpecie ſomptæ definitio, ib.62.ciuilis ſecũdus effectus, 569.79. commodom nemini ante ſententiam auferendum, 561 96 definitio à Bart.tradita eiuſque explicatio, 564.8.11. 12.& 13.diuiſio, ibid.15.& 16.duæ ſpecies 555.13.qualitas, vel ſpecies, an in libello exprimi debeat. 559.71

Poſſeſſor, an teneatur de ipſis rebus hæreditarijs conſumptis, 482.52.cõuentus, an cogatur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, 481.31. an, & qoando teneatur ad fructus, 48:.51.bonæ fidei fructus ciuiles ioduſtria ſua perceptos non reſtituit, aliena reſtitut.99.5.d, bonæ fidei fructus induſtriales extantes, etiamſi titulum habeat officio iudicis fundi domioo reſtituere tenetur, conſumptos non reſtituit, licet cõſumptione illorum locupletior factus ſit, ibi ad euodem nu.5.c, bonæ fidei fructus naturales ante litem conteſtatam poſſeſſor ſuos facit, ſi titulũ habeat, ib.ad eundem, nu.5.b, bonæ fidei fructus præſcriptos, vel vſucaptos non reſtituit, ibi.ad eumdem n.5.e, conſcientia ſalua retinere poteſt poſſeſſionem perfecta pręſcriptione, vel vſucapione per bonam fidem, licet ei fides mala poſt ſuperueniat, 121.17.h, conuentus petitione hæreditatis, ao pendente iudicio poſſit aliquas res hæreditarias alienare, 482.45.hæreditatis quando alienauit, aut permutauit res hæreditarias, an ad pretium, vel ad rem permutatam teneatur, vel omnino ad rem ipſam hęreditariam, 483.55. malæ fidei furti non agit, 225.§.Furti autem actio, nu.2.malæ fidei improbus, improbior, improbiſſimus quis 99.7. b, malæ fidei titulum non habens de fructibus perceptis tenetur, titulũ habens non tenetur caſibus tamen quatuor exceptis ib.ad nu.8.1. perpetuò tenetur de eo, quod plus valet res alienata, 386.81.pro hærede poſſidet, vt dominus, 373.33.qui in principio fuit in bona fide, & ex poſt facto in mala, quos fructus reſtituere cogatur.

Digitized by Google

tur,99. 9. quisſit ſi non apparet, quid à iudice faciendum ſit, 587. 6. rerum alienatarum ex titulo oneroſo non particeps fraudis, Pauliana non tenetur. 384.43
Poſſeſſorem malæ fidei quem eſſe quomodo probetur, 482. 53
Poſſeſſores ex titulo lucratiuo, etiã ignorantes fraudẽ debitoris eatenus tenentur, quatenus facti ſunt locupletiores, 384. 46
Poſſeſſorium iudicium, an pro iuribus, & rebus incorporalibus intentari poſſit, 543.42. iudicium intentare multò conſultius & vtilius eſt, quam petitoriũ, 541.7. præfertur petitorio, quãdo cauſa proprietatis concurrit, 554.13. iudicium quid, 541.6
Poſſibile quotuplex, 277.§ Sub conditione, ad num. 5.b
Poſſidens, an, & quando poſſit egere rei vendicatione, 370. 48. ciuiliter etiam rei vendicationem intentare poteſt, 571.88. ciuiliter quòd faciat fructus ſuos quatenus procedat, 570 84. ciuiliter tantum, propria authoritate naturalem poſſeſſionem occupantem impunè repellere poteſt in cõtinenti. ibi. 85. immobilia non tenentur ſatisdare, 555.8. naturaliter poteſt intentare interdictũ. Vti poſſidetis, contra extraneum turbantem, 567.46. naturaliter tantũ nihil prę̨ſcit ibid. 44 nec vi, nec clam, nec precario, vincere debet, ſi de poſſeſſione contenditur, 559 64 quando ſit actor in rei vendicatione. 370.49
Poſſidenti nemo debet, vel rem propriam vi eripere. 586.33
Poſſidentes beati dicuntur. 542.13
Poſſidentis conditio melior eſt in pari cauſa. 373.29. & 542. 13.
Poſſidere iuſtè quis dicatur, 554.10. quomodo duo poſſint eãdem rem in ſolidum, 556.18. quem vi, aut clam, vel precario, qualiter probetur. 559.65
Poſthumi appellatione filiorum non intelliguntur, 52.14.d, hæredes inſtituendi, vel expreſsè exhæredandi, 168. §. Poſthumi, num. 1.
Poſthumo alieno hodie rectè legatur, 204. §. Incertis vero, nu. 7
Poſthumus, an, & quando agnatione ſua rumpat teſtamentum, 168. §. Poſthumi, nu. 4. dicitur tribus modis, ibid. 3. hodie exhæredari non poteſt, cũ in eum non cadat ingratitudo, ibi. 2.
Poſtliminij definitio, 49. §. Si ab hoſtibus, num. 5.
Poſtliminium vnde dictum. ibid. 6
Poteſtas dominorum in ſeruos qualis, 15. Tit. 3. n. 7. duplex. 60. 5. patria impedit filium teſtari, 53.4.c, patria nuptijs per filiã contractis non tollitur, 246. 10.g, patribus eſt in liberos apud gentes omnes iure quodam naturali, 154. 18. b, principis in tollendo iure tertij quæ. 48.16.c
Poteſtatis dominicæ quæ ſit cauſa, 29 ad Tit. 8. nu. 6.
Poteſtatem habentes cum dignitate excuſantur à tutela, 74. §. Et qui poteſtatem, num. 1.
Precario poſſidere quomodo quis dicatur. 557.38
Præbens conſilium malum delinquenti, qua pœna afficiatur. 451. num. 4.a
Præceptor æquipatatur ceteris ſanguine iunctis, 19. §. Eadem lege, num. 2.
Præceptoris perſona debet ſancta videri diſcipulo. 418.46
Præda hoſtibus ablata ad quem pertinuerit, 93. §. Item ea, quæ ex hoſtibus. num. 2.c
Prædia ruſtica dicuntur contigua, vrbana, vicina. 448.13
Prædium quodlibet præſumitur allodiale eſſe, non feudale, 111. 1.a, vrbanum à ruſtico diſtinguitur ratione qualitatis, & materiæ. 389.24
Præfationes de quibus loquuntur, ea cenſentur in contractibus ſubſtitutis, 286 §. Præterea, num. 4.
Præfationum vſus quis ſit. 1.1
Prægnans mulier mortua, an debeat humari, antequam partus ei excidatur. 546.47
Præiudiciales actiones quot ſint, quare, & vnde ſic dicantur, & cui competant. 411.3. cum ſeq.
Prælatio competit etiam mulieri iam maritatæ. 491.75
Prælationis priuilegium quod. 489.51
Prælegata num fideicommiſſo vniuerſali contineantur, 109. ad Tit. 23.7.a
Prælegatum dotis vxori factum, an valeat. 198.2
Præpoſteratio ordinis, an, & quãdo vitiet actum, 285.1.a, quãdo attendatur, vel præſumatur. ibid. ead. addit. a
Præſcribere qui non poteſt, non habet Publicianam. 374.43
Præſcribi quæ res poſſint. 131.57
Prę̨ſcriptã rem, an quis ſalua conſcientia retinere poſſit, 121.18
Prę̨ſcriptio ad lites finiẽdas introducta eſt, 446.19.a, alia eſt merè odioſa, alia merè fauorabilis, alia mixta, alia quę ſua natura currit, & quomodo quęlibet harũ interrumpatur, 420.77. an contra ius naturale, vel æqua, vel iniqua ſit, 121.11. & 12. an contra ius cõe titulum requirat, 123. 32.b, an interrumpatur, ſi ſemper vim à poſſeſſione fundi deijcitur, & interim ciuilem poſſeſſionẽ io animo retinuerit fundũ illum incontinẽti recuperaris, 569.74. annorũ triginta in feudalibus ſola locũ obtinet, 127.15. centenaria cõtra Imperatorem etiam currit, 128.29. conſtante communione non currit, 446.19.a, contra Eccleſiam quando currere incipiat, 87.9. a, de vna ſpecie iuriſdictionis, licet ad aliam non extendatur, tamen de perſona in perſonam, 573.106. eſt iniquum prę̨ſidium contra naturalem æquitatem, 566.59. & 375. 59. & Publiciana quomodo differant. ibi. eo. n. 59. immemorialis non requirit bonam fidẽ quia ea in ea huiuſmodi præſcriptione prę̨ſumitur, 123.27. in præſtationibus annuis num currat, 127.14 g, inter præſentes quæ, 126.3. interrumpitur per litis conteſtationem, 125 54.a, introducta eſt iure ciuili ad bonum publicum, 120.9. f, lõgiſſimi temporis quæ, & quo iure introducta 127 11. longiſſimi temporis quomodo litis conteſtatione irrumpantur, ib ad n. 10. e, non currit in iuribus negatiuis, niſi à die cõtradictionis, 446.19.a, quadragenaria in rebus, & bonis Eccleſiæ etiam in terris Saxoniæ locum habet, 130.64. quadragenaria, in quib. rebus Eccleſię non procedat, 128.24 quando currat in hypothecaria, 394.94. quatuor annorum, in quibus reb. procedat, 129.39. quo iure, & quare introducta, 120.10. quomodo currat contra quibuſdam annis præſentem, quibuſdam verò abſentem, 127.6. regulariter contra ignorantem currit, 123.38. d, ſi communionem perpetuam introducere, licet potius augeret quàm tolleret, 446 19. a, ſine poſſeſſione in rebus corporalibus, & quaſi poſſeſſione in rebus incorporalibus non procedit, 371.53 tanti temporis cuius initij, &c. non cenſetur excluſa per legem, vel ſtatutum, & qualiter probetur, 129.34 & 36. trienni in quibus rebus locum habeat, & quæ ad eam requirantur, 126.1. viginti annorum, in quibus rebus currat, 130.43. vnde dicta, 120.6. vniuerſitatis nõ interrumpitur per mortem, vel remotionem admioiſtratorum, vel ſyndici, 578 151. vt inchoetur, oportet eſſe elapſum tempus ex quo oblinio poſſeſſionis præſumitur. 570.81
Præſcriptione acquiritur à præſcribente dominium rei præſcriptæ, 431.69. longi temporis quæ res præſcribãtur, 5 6.2. quadragenaria, quæ res præſcribantur. 128.17
Præſcriptionem, quæ poſſeſſiones producant, 569.75. cum ſeq. veteres pro effectu vſucapionis acceperunt. 120.7. cõtra prę̨ſcriptionẽ completam allegantẽ notabile in practica. 570.80.
Præſcriptiones currentes cũ mala fide in iure ciuili odioſę ſunt. 164.2.a
Præſcriptionis definitio, 120. 8. ſpecies, 113.19. & 130.53.
Præſcriptionum alia merè fauorabilis, alia merè odioſa, alia merè mixta. 1, 1.56
Præſens in præſcriptionibus, vel abſens quis dicatur, 126.3.d, aliquando pro præterito ponitur, & contra, item futurum pro præſenti, 190. nu. 3. an cogatur expectare abſentem, 378. 33, poteſt agere contra abſentis procuratorem ibid 28. ſi habuit quem in abſentia vſucapientis conuenire potuit, oon datur ei reſciſſoria, ibid. 26.
Præſentes qui. 377.23
Præſentia conſanguineorum in contractu, qui geritur cum pupillo, excludit dolum, & culpam. 368.46. ſola patris, vel matris numquam ſufficit ad inducendum metum reuerentialem, & reſcindendum contractum. 459.45
Præſes ſolus, tutorem ſuſpectum pronunciare poteſt. 80. §. Datum eſt autem ad nu. 1.
Præſtans auxilium, & dans cauſam maleficio, ſimili pœna cum principali punitur, 324.8. & 10. cuſtodiam gratuitam, minus tenetur quam qui mercenariam, 126. ad nu. 1.a, patrocinium his qui agunt ex teſtamento ad legata prę̨ſtanda, an, & quando videatur approbare teſtamentum. 184.15
Præſtantes opem quocumque modo, an pari pę̨na puniantur. 324. num. 7.
Præſtantia hominis. 15.4.a
Præſtatio annua, an propter caſum fortuitum remittatur, 476. 17.d, quomodo prę̨ſcribatur. 127.14.g
Præſtationes annuæ, & menſtruę quanto tempore præſcribantur, ibid. eod. nu. 14.
Præſumptio, & fictio differunt, 487.22 fieri ſolet, teſtatorem voluiſſe, vt legatũ valeret, 202. §. Si generaliter, ad n. 9 d, fortior edidit, & tollit debiliorem, 80. §. Oſtendimus, nu. 3. metus ceſſat, quãdo interueniant actus amici, & conſanguinei, 459.46
Prę̨teritio matris, & parẽtum maternorum nũ tantum efficiat, quantum exhæredatio patris, 169. §. Finali, ad num. 1. & 2.a, b
Prætor nõ poteſt ipſo iure, & directo tolleret remedia iuris ciuilis, 377.15. ſemper ę̨quitatem ab oculos habere debet. 382.13.d
Prætoria actio tripliciter dicitur. 372.12
Prætoriæ quæ ſint annales, quæ non. ibid. 9
Præuaricatores qua pœna afficiantur. 456 7.d
Praxis ſingularis, & notabilis de appellante qui appellauit quidem, ſed appellationem proſecutus non eſt. 348.11.a

Digitized by Google

Precariū,& cōmodatum,quomodo differant. 170.4.& 417.25.

Pretia rerum non ex affectione,ſed communi valore æſtimantur.453.18

Pretij non ſoluti exceptio à reo venditore in ſpecie opponi debet. 467. 8. non ſoluti exceptio a venditore omiſſa, an poſſit per iudicem ſuppleri, ibidem 9. paucitas facit præſumi fraudem. 386.73

Pretio non ſoluto, dominium in emptorem non transfertur, etſi res tradita ſit. 467.7

Pretium in emptione, an poſſit conferri in arbitrium alicuius tertij,298.§.Pretium autem,num.2. in emptione debet eſſe certum,& in pecunia numerata conſiſtere, ibid.§. Item pretium,nu.1.iuſtum quod,301.9.iuſtum quod ſit, ſi dubitatur, tunc recurritur ad arbitrium boni viri,213.11.redemptionis ſemel pactum,& conuentum,an à victore augeri poſſit, 15. 9.a,rei euictæ cuius periculo cedat,469. 46. b, rei triplex eſt, 331. 21. ſi in ſpecie conſtituatur, an locatio, vel contractus innominatus ſit 203.§.Præterea,nu 2. ſicut in emptione, ita & in locatione conſtitui debet,ibid. 1.ſolui, & aliter ſatisfieri paria eſſe,quomodo intelligendum,102. §. Venditæ,num.4. veteres appendebant. 155.7

Princeps, an contra ius diuinum, naturale, gentium, vel ciuile ſtatuere poſſit,48.16.c,debet apud ſe habere ſapientes,& Iuriſperitos,214.11.& Papa poſſunt in ſententia litigantium petitionem egredi,506.42.in hereditatibus acquirendis conditionis interdum deterioris eſt quàm priuatus,180.§.Finali,ad nu.5.a, iniuriam circa latus ſuum militantibus illatam reputat propriam, 340. § Quod ſi vſus fructus,num.3.non vtitur iure prætorio,179 4.ob publicam vtilitatem rem priuatorum auferre poteſt,48.16.c,poteſt infamem honori,& famę reſtituere,ibid.15.a,quibus curam alicuius rei iniunxit, illi excuſantur à tutela,74.§.item Diuus,n.2.ſolus gratiam commeatus, ſiue redeundi facit deportatis, bannitis, & damnatis,47. 15.b,iure prætorio non vtitur,179.§ Non tamen,nu.4.

Principalis qualiter debeat eſſe obligatus, vt eius obligationi fideiuſſor accedere poſſit,290.1.cum ſeq.

Principijs ignoratis ignorantur ea,quæ ſequuntur. 541.n.2

Priores tempore potiores iure,218.§. Item ſi quis ita num. 3.& 39;.nu.79.

Priuati ſecundum quoſdam certam legem teſtandi poſteris vtiliter ſtatuere poſſunt. 12.19.c

Priuatio præſupponit habitum,57.§.Seruus,nu.2. & 206.14.& 564.nu.10

Priuatus oculo vtroque teſtari nequit,165.§.Cæcus autem,n.3. quilibet rei litigioſæ hæres inſtitui poteſt,180.§.Fin. num.5.a

Priuilegia piæ cauſæ a quo deſcripta,128.18.c,viduis iure Saxo. conceſſa,119.11.c,vnde dicta,11.12.

Priuilegiatus quando non vtatur priuilegio ſuo contra priuilegiatum eodem priuilegio 379.47

Priuilegio ſibi conceſſo non vtens,an illud perdat. 579.161

Priuilegium alimentorum,488.40.d, amittit, qui eo abutitur, 188.17.conceſſum filijs fratrum,vt cum aſcendentibus,& fratribus defuncto ſuccedant,ad nepotes, & pronepotes nō extenditur,229.31.a,dotis vtrum locum habeat in dote confeſſata,491.65.a,fictæ ſtipulationis quibus competat,487 24.patris an id filios tranſmittatur,286 § Ei verò,nu.2 a,prælationis competens mulieribus procedit in dote, non autem in donatione propter nuptias,490.60.& 196.65.prælationis doti ſoli competit,488 35.b,prælationis quid,489.151.teſtamēti militaris extenditur ad ſurdos,& mutos. 161.19

Probatio debet eſſe neceſſario concludens,366.22 in contrariū admittitur contra præſumptionem iuris,369.38.incumbit actori,194.§.Sed & ſi rem obligatam,nu.1.a,quæ præferatur, quando pars vna probat memoriam extare, alia non extare,128.38 vera tollit fictam. 361.76

Probationes imperfectæ & ſemiplenæ vbi recipiantur,555.3.a, pares faciunt,vt ſententia pro reo feratur. 561.94

Procreatione animantium acquiritur dominium,94.§.item ea quæ ex animalibus,num.1.

Procurans titulum eſt in mala fide. 373.31

Procurator ad lites plerumq; datur, 78. §. Ijdē reſcripſerunt,ad num 1.c,an,& quomodo nobis acquirat poſſeſſionem, 577. 145. an interuenire poſſit in actione iniuriarū criminaliter intentata,345.16.an iuramētum litis deciſiuum preſtare poſſit, 412. 104. an per ſubſtitutum mandatum expedire poſſit, 310.§.Mandatum,nu.3.conſtituitur à priuato,78.§. Ijdem reſcripſerunt,ad nu.1.c,conſtitutus ad agendum, vel excipiendum, an, & quando poſſit parti aduerſæ deferre iuramētum in præiudicium domini,412. 103. Domino ſuo ſtipulari intelligitur, 277. 5. a,ex officio datus vtrum de calumnia iurare debeat,588.6.c,fiſcalis, an de calūnia iurare teneatur ibid. mandati actione tenetur,78.§.Ijdem reſcripſerunt, ad nu. 1. c,nobis poſſeſſionem,& dominiū acquirit, 152.§. Ex his itaque nu. 2. non admittitur, quoties pęna relegationem excedere poteſt, 345.12.d, procuratorem alium ſuo loco regulariter ſubſtituere non poteſt,310.§.Mandatum,nu.3 b,quando voluit ſibi acquirere, & tradens geſſit in animo,vt domino acquireretur,quid iuris,578.149.quid ſit,531.a.quomodo conſtituatur, ibid. 46. reuocari poteſt, 78.§.Ijdem reſcripſerunt ad nu. 1. c, vxoris eodem gaudet cum ea, & liberis eius priuilegio. 491.69

Procuratorem in tuam animam iurare, uel teipſum iurare idem eſt. 413.108

Procuratores impij qui ſint. 450.10

Procuratori ſi cōſtituatur à principio ſalarium,quæ actio competat contra mandatum,310 §.Finali,num.3.

Procuratoris ſatiſdatio. 533.10

Procuratorum genera, 531.5.uſus quis ſit. 308.4

Prodigo quis adminiſtrationem bonorum interdicat. 91.8

Prodigus cui bonis interdictum eſt alienare prohibetur, 150.10 promittendo non obligatur,287.§ Furioſus, nu. 1. quis, 164. §. Item prodigus,nu.2.ſecund. Nouellam Leonis xxxix.teſtari poteſt,ibid ad num.1.2.

Profectitia bona hodie conferuntur, ſecus in aduentitijs,& caſtrenſibus. 440.41

Profeſſi monacharum in Gallia ex generali conſuetudine parentibus in linea directa, & cognatis in collaterali non ſuccedunt. 48 9.d

Profeſſionis ratione excuſatur quis à tutela, 77. §.Item Romæ, num. 1.

Profeſſores ſuper numerarij priuilegijs reliquorum non fruūtur,ibid.ad nu. 3.a,qui non excuſentur à tutela. ibid.7

Prohibentur multa fieri,quæ tamen facta tenent. 38 34.b

Prohibitio de non moleſtando in futurum, an debeat eſſe perpetua. 559.67.exigitur in ſeruitute negatiua. 113.14 d

Prohibitum ad tempus poſt tempus permiſſum intelligitur, 67. §.Præterea,num.1.a

Prohibitus alienare num hæredem teſtamento inſtituere poſſit 383.17.a,in vno,in alijs admiſſus intelligitur,67.§. Præterea, num.1.a

Prolixitas verborum à iure reſpuitur. 363. 101

Promiſit, verbum, repertum in inſtrumento,an intelligatur de ſolemnitate,288.§.Si ſcriptum,num.1.

Promiſſio conditionalis obligationem ſuſpendit,ad 33.32.g,dotis etiam incerta valet, 198.15.c,facti alieni quando non valeat, 285. §.Si quis alium, nu.2.3.4.5.& 6. facti alieni quibus caſibus admittatur,ibid.7.cum ſeqq.

Promiſſor ſi negat ſe fuiſſe præſentem,inſtrumentum verò cōtineat,quòd ſtipulatione ſolemni promiſerit, quid iuris, 287. §.Item verborum,nu.3.ſoluendo intereſſe liberatur in ſtipulationibus faciendis. 280 6

Promittens aliquem per viam ſecuram ducere, ſi per viā inuſitatam duxerit,tenebitur,ſi viator aliquid damni inde ſenſerit,279.4.a,factum alienum,promittit ſe curaturum, vt fiat, 398. 44. factum alienum regulariter non tenetur, 285. §. Si quis alium,nu.2.a,ſe ſuaque omnia alicui, non id ita facit, vt alius de eo facere poſſit quodcunque velit,275.17.e, ſoluere in nundinis,quomodo intelligatur, 474. 17. ſtipulanti ſine cauſa,cum ſciat ſe non debere,donare videtur. 278.15.a

Pronepos ſuccedit defuncto auo cum ipſius filio in ſtirpem. 221.16.

Pronepotes ex diuerſis filijs, & diuerſi numeri, ſuccedunt auo in ſtirpes. ibid.19

Propiores ſumus ad liberandum,quàm ad obligādum, 261.24.

Proęmium in teſtamento non omittendum, 160.ad num.8. in princ.col.2.a

Propoſitio vniuerſalis,an vniuerſaliter intelligenda. 192.10.d

Propoſitum in delictis attenditur, 272. 25. & voluntas diſtinguunt maleficium, 416. 19. in mente retentum nihil operatur,191.7.204.§.Si quidem in nomine,num 6.

Proprietarius,an inuito vſufructuario poſſit fundo ſeruitutem imponere,ex qua conditio vſufructuarij deterior fiat,107.34

Proprietas,& dominium quomodo differant. 89.7

Proprium obligationis. 258.14.e

Proteſtatio molendini,quod quis ædificatū retinere velit,ædificationem pręcedere debet,& in inſtrumenta referri,85.10.a

Protutor gerit tutelam loco tutoris ordinarij. 68.7.c

Prouincia eadem inter laicos, & inter clericos, quæ,127. nu.4. 5.& 6.

Prouincia quæ dicatur,& quando vtraque pars præſens dicatur in prouincia,& ſi aliquis partim pręsēs in prouincia fuit partim ab ea abſens, qualiter eo caſu currat præſcriptio, ibid.2.b

Pro-

Digitized by Google

Prouinciæ Franciæ ſcripto iure vtentes ius Romanum præciſe obſeruant. 49.col.2.1.a

Prouiſio hominis,quòd tollat prouiſionem legis,quatenus prodat. 389.35

Proxeneta de dolo,& lata culpa tenetur. 347.9

Proximior gradu remotiorem excludit,regula quando locũ habeat, 21.14.& 345.12.vox quos comprehendat. 245.ad 19.d

Proximiores de genere, vel familia in emptione bonorum immobilium prerogatiuam habeant. 301.12

Proximitas quando inſpiciatur. 246.24.a

Proximus in iure quis dicatur. 229.26

Prouocatus,an iniuriam retorquere poſſit. 337.9.e

Puberes dicuntur propriè inteſtati. 218.14.b

Pubertas quomodo æſtimetur ſecũdum ius cõmune,66.2.quomodo eſtimetur ſecundum ius commune feudale, *vnd nach Land vnnd Vveichbild recht*, ib 4.quomodo probetur,ibid.5

Pubertati proximi quando maſculus, & fœmina dicantur, 326. §.in Summa,num.2.

Pubes contrahens cum impubere,an teneatur expectare donec alter perueniat ad legitimam ætatem, 35.13. quando dicatur aliquis,164.§.præterea,num.a.

Publica, & de iure gentium competentia vtrum præſcribi poſſint. 84.5.b

Publicationem teſtamenti poſtulans,debet iurare de calumnia, 159.ad Rubr.de Publicatione teſtamenti,num.a

Publicatum teſtamentum manet firmum,etiam charta amiſſa, ibid.4

Publiciana ad quid,& pro quibus rebus competat,373.10.an detur contra poſſeſſorem pro hærede, ibid. 32. an per ius canonicum hodie ſit correcta,375.56. datur quaſi domino: & an vero domino detur,373.22.& 24. nõ datur contra titulo poſſidentem,ibid.28.requirit,vt traditio ſit facta ex titulo iuſto, & habili ad transferendum dominium,374.38. vt locum habeat, an requiratur traditio in corporalibus,& quaſi traditio in incorporalibus,ibidem 35.vt locum habeat,quæ requirantur. 185.51

Publiciana agens probabiliter dubitat, an author ſuus fuerit dominus. 375.63

Publicianam non habet qui præſcribere non poteſt. 374.43

Publicum iudicium quot modis dicatur. 318.6

Pugil occidens pugilem,an teneatur. 332.10

Pupilli creditor, vel debitor, an eius tutor eſſe poſſit, 13. 12.res, an à tutore alienari poſſint,65.22. res immobiles, an tranſactionis ratione, permutatione, vel alio modo transferri poſſint ibid.25.res, quando ſine decreto iudicis alienari poſſint, 66.28.29 & 30.

Pupillis, quæ remedia dentur rebus ipſorum non legitimè alienatis. ibid.33

Pupillo,an,& quando competat actio contra magiſtratum non exigentem ſatiſdationem,vel minus idonee recipientem, 73. §.Sciendum,num.1.conſultus eſt,vt tutela per vnum adminiſtretur,72.3.qui alias ſub tutela eſt,quando curator detur,70 §.Interdum,num.1.

Pupillus adultus,an,& qualiter obligetur, 62.14. an,& quando, ex delicto obligetur,ibid 17.an, & quando in iudicio eſſe poſſit,ſine tutoris authoritate,63.4.an,& quando obligetur,287. §.Pupillus,num.1.an,& quando poſſeſſionem acquirere poſſit,176.135. an hæreditatem ſine tutoris authoritate adire poſſit,63.1.an ſine tutoris authoritate alij obligetur, 61. 8.& 10.an ſine tutoris authoritate res ſuas alienare poſſit, 149. 1. an tutela durante tutorem conuenire poſſit 64.§. Finali, nu. 2.committens homicidium qualiter de iure Saxon.puniatur, 63.20.committens homicidium decollari non poteſt,316.§.in ſumma, nu. 3. è contractu obligari non poteſt, multo minus è quaſi contractu,quod conſentiendo ne naturaliter quidem obligari poſſit,312.§ Tutores,num.1a,è lege obligari poteſt, ibid. etſi doli capax ſit,ſeipſum tamen vendere, & in ſeruitutem redigere non poteſt,67.§. Item finitur,3.b,hæreditatem ſine tutoris authoritate quomodo adire poſſit, 63.1.a, impubes ſi moriatur ſucceditur ei in omnibus eius bonis per ſubſtitutionem pupillarem, 174.15. infans nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur, 62. 11. in aliquo actu læſus ſemper habet beneficium reſtitutionis in integrum,64.§.Finali,nu.4.maior infante aut infantiæ proximus, an, & qualiter obligetur, 62. 12.negotium nullum in quo lędi poteſt ſine tutore rectè gerit,149.1.a,proximus pubertati,an, & qualiter obligetur, 62. 13.quando ſe ſine tutore ab obligatione,qua alij tenetur,poſſit liberare,61 7.quem ex tutoribus conuenire poſſit,ſi tutela non eſt diuiſa,72 11 ſi doli capax delinquat,in ſeruitutem redigi poteſt,67.§. Item finitur, 3.b, ſine tutoris authoritate alteri mutuare non poteſt, 149. 2. ſine tutoris authoritate ſibi alium obligare non poteſt,61.6. vbi educandus,90.§.Impubes, nu.4. vnde alendus,81.8.vnus poteſt plures tutores, vel curatores habere,72.1.vt obligetur,quæ requirantur.63.18.

Putator arborum,ſi deijciens ramum,& non proclamans occidit prætereuntem,an teneatur pęna l.Corn.de ſicarijs.322.9.

Q

QVadriennium ad petendum reſtitutionem conceſſum minoribus incipit currere ſtatim poſt xxv. annum elapſum maioribus, qui in abſentia læſi ſunt,à die reuerſionis, vel læſionis ceſſantis, 380.75.continuum ad petendam reſtitutionem in integrum habet læſus ex contractu, vel ſententia, contra abſentem lata,ibid.71

Quadruplum quando debetur, an totum debeatur parti, vel fiſco. 457.25

Quæ ab initio voluntatis ſunt, poſtea partium conſenſu fiunt neceſſaria, 154.3.a,imputentur in Falcidiam, 207.16.b, in quartam item Trebellianicam, ibid. 17.d, nuru fieri poſſint, aut non,165.§.Item ſurdus,ad nu.3.b,parens alea,aut ludo ſimili inhoneſto amiſit ad legitimam, vſque reuocari poſſunt à liberis, 384.34.c,perſona fiſcu à ſucceſſione excludant,343. 18.e, ſunt iuriſdictionis,an præſcribi poſſit, caſibus quatuor exceptis, 131.61.d, tacitè veniant iuriſdictione conceſſa, 18.8.d

Quędam animalia cicurari numquam poſſunt,62.§.Apum quoque ad num.2.a,fieri poſſunt oblique,& ciuiliter,ſeu fictione ciuili,quæ naturaliter nullo modo.314.col.1.7.a

Quæſitum ludo habetur ex cauſa lucratiua. 484.34.e

Quæſtio ſtatus cui à patre mota eſt,vel qui pupillo, vel eius patri mouit,excuſatur à tutela,76.§.Item is,qui ſtatus,num.1.

Qualitas donationis, quòd irreuocabilis eſſe debeat, adeo repugnant donationi cauſa mortis,vt cum ea ſtare non poſſit,134 6.d, matrimonij vtilitati publicæ repugnans puniendo, matrimonium ipſum non puniendum. 12.22.f

Quando ciuiliter, vel criminaliter iniuriarum nomine agi videatur,343.§.In ſumma 1.a

Quantitas bonorum defuncti cõſideratur tempore mortis eius 207.2. legitimæ pro numero liberorum aucta fuit à Iuſtiniano,a10.5.b, magna, vel parua, quæ ſit arbitrio iudicis decernendum relinquitur. 406.45

Quarta adrogati dicitur,quæ à Pio Imperat.introducta fuit,45. 10.c,Antoniana arrogatorum quæ, 283.3.a, de qua habetur in Auth.Præterea,vnde vir,& vxor,qualis,210.10. debita deſcendentibus,& aſcendentibus,legitima appellatur,ibi.5. Falcidiæ quæ,ibid.6.hæret oſſibus arrogati,& tranſmittitur, 45. 11.e,quæ debetur concubinæ qualis,210.9. quæ debetur filio arrogato quæ,ibid.8.Trebellianica quæ. ibid.7

Quaſi contractus, & ij, in quibus ex vna tãtum parte obligatur quis verbo cõtractus continetur.359.44.b,& ibi.ad 45.d, denotat improprietatem, & imperfectionem,interdum veritatem,311.3.a,dominium actionem Publicianam producit,373 19.dominium aliquando pro vtili dominio ponitur 360.54.

Quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum prohibitionis in ſeruitutibus negatiuis,371.54.dupliciter intelligitur, 362.84. in rebus incorporalibus non releuat poſſeſſorem ab onere probandi titulum,369.41.iurium incorporalium, an quoque diuidatur in quaſi poſſeſſionem naturalem, & ciuilem. 571. 92. iurium incorporalium qualiter amittatur, præſertim ad hunc finem, vt præſcriptio interrumpatur, 383.187. iurium incorporaliũ,qualiter retineatur, 579.160. quomodo in ſeruitutibus affirmatiuis acquiratur,371. 55. rerum incorporalium,vt acquiratur,quæ requirantur. 575.125

Quaſi poſſeſſionem,& præſcriptionem,quæ vitient, 112.11.iurium incorporalium acquirere volens,debet oſtendere,ſe vti ſuo iure. 575.129

Quaſi poſſeſſor ſeruitutis quis dicatur. 371.52

Quaſi contractus vnde appelletur,311.tit.28. 2

Quaſi delictum,impropriè delictum dicitur,347.2. quare dicatur,ibid.3

Querela inofficioſi competit contra hæredes, quicumque fuerint,182.9.ceſſat 183.11. eſt præparatoria petitionis hæreditatis, 181.9.præparata quæ,194.17.quibus competat,182.1.quo tempore competat,183.3.ſi pater condidit teſtamentum, & reliquit filio legitimam ceſſat,181.12.vbi aliud remedium datur,ceſſat ſimiliter,182.§.Tam autem,nu.3.vt competat,requiritur nihil penitus eſſe relictum, 183.§.ſed hæc ita accipienda ſunt,num.2

Qui alteri védidit corpus ſuũ arbitrio dñi permittit,64.d, cõfirmat actũ perfectũ, nihil noui tribuit,ſed antiquũ decl.70.13.f

conſilium dat, nu teneatur, 308 §. Tua tantum gratia, ad nu. 2.a, & 451.ad num.4. a, dat conſilium ad malum committendum, vtrum ex eo obligetur, 325. 13.a, debilior fuit, præſumitur in dubio prior deceſſiſſe, 227.4.b, deportatur, ciuis Romanus ob deportationem eſſe deſinit, 154.21.e, dicantur præſentes reſpectu abſentis, 292. 3. a, errat, conſentire nullo modo intelligitur, 43.41.c, ex filiabus naſcuntur in aui poteſtate non ſunt, 22.2.a, fecit id quod conſuetum eſt fieri, à dolo, & culpa excuſatur, 6.§. His igitur, num. 2.b, iniuriæ odium, & memoriam remiſerit, vir bonus, & Chriſtianus eſſe non deſinit, licet multam, pęnam, & ſatisfactionem non remittat, 346 8.f, iure teſtari non poteſt, codicillos etiam facere non poteſt, 214. 30.e iuris præſumptionem habet contra ſe, fidem bonam probare tenetur, 112. 12 f, maiorem bonorum partem alienauit, in fraudem creditorum alienaſſe intelligitur, 85.§. Item propter litem, ad n. 1.a, maledicit principi qua pęna teneatur, 600. 1.a, mercedem recipit non ſemper eſt locator, 302.3.c, militia nõ fungitur, priuilegio militis vti nõ debet, 77.4. d, monaſticem profeſſus nobilem ſe dixit, ent principi non obrepſiſſe videatur, 56. 3.a, negotia aliorum tractant, rationes etiam reddere debent de eiſdem, 477.12.b, nihil habet, periculo eius nihil eſſe poteſt, 316.§ Item ſi ſulo, ad nu. 1.b, nuptias inceſtas cõtrahit, amittit ipſo iure dominium bonorum, 39.10.e, offerre poſſint debitũ, 317.10.b, olim fuit inimicus, hodie inimicus quoque eſſe præſumitur, 36.§. Item propter inimicitias, ad n.a.b, primi captos ſeruauerunt, compendium ſuum ſpectaſſe videntur, 10.19 b, recipit rem ab eo, quem dominum eſſe credit, vel ab eo, quem putat habere poteſtatem alienandi, tametſi dominum eius eſſe neſciat, fidem bonam habet, 121.13.e, ſciens ædificat in alieno, & impenſas neceſſarias facit, quo iure fruatur, 97 8.c, ſentit onus, an percipere debeat commodum, 207 3.a, ſeruitutem habet in prædio, vel domo, non poteſt eam alteri concedere, niſi permiſſum ſit, 111.4 d, ſine cauſa confeſſus eſt in ſcriptura ſe debere aliquid, ſibi præiudicat, 295.15.b, ſpe futuræ numerationis chirographo ſuo cauit ſibi pecuniã mutuam numeratam, ciuiliter obligatur, non naturaliter, 261 5.b, ſpeciem fecit contra naturam, locupletari ex ea non dẽt, 95.§. Cum ex aliena, ad n.3.b, ſpeciem fecit, quo caſu æſtimationẽ præſtet, ib.ead.addit.b, tacet, vtrum cõſentire videatur, 390.42.b, veretur ne in poſſeſſione ſua moleſtetur, à iudice impetrare poterit, vt arma pro ſui, & poſſeſſionis defenſione deferre poſſit, 533 8.a, vxorem in adulterio interfecit, pacto dotis lucrandæ excidere non eſt dicendus, 239.24.c
Quid alienationis verbo contineatur, 147.ad Tit.8. Rub. de cõſuetudine vnionis prolium ſentiendum, 3. 13. f, fiat adultera cum extraneo aliquo ſeruum ſuum manumittente, 169 9.e, fiat ſi mulier à marito leproſo diuertere velit, 43.ad 37.b, in ſocietate bonorum omnium inſpiciatur quo ad expenſas, & lucra, 432. 56.b, in reddendis rationibus obſeruandum, 477. 12. b, neceſſarium ſit ad impetrationem actionis conſtitutoriæ, 596.21.b, per actorem actione de conſtituta pecunia peti ſoleat, 399. 52.a
Quilibet intelligitur conformare ſe iure communi, 146.94.c, ſcire debet, quod ſuum non eſt, ad alios pertinere. 193 14
Quinam dicantur calumniatores, & quibus ex cauſis excuſentur, 456. 5.b, poſſit cum effectu appellare. 461.66.a
Quinque requiruntur in donatione cauſa mortis. 137 23.b
Qui furi opem ferre videatur, 323. 1.b, inſtituere videatur, 167.2. a, in dubio teneatur probare vtrum quis abſit, vel adſit, 126. num.3.d
Quiſque corporis libertatem minuere poteſt, & carceri ſeſe adſtringere, 6. 4. d, in ſuum non aliorum præiudicium iuri ſuo renunciare poteſt, 139. 14. a, præſumitur vti aliqua re animo acquirendi ius in illa. 112.12.d
Quod ex mente legis, aut ſtatuti haberi poteſt, pro lege, vel ſtatuto habendum erit, licet è verbis haberi non poſſit, 57. ad Tit.17.ad num.1.a, fieri poteſt, pro facto non habetur ſtatim, 158.§. Pater ad num. 1.b, in propinquo eſt, penè eſt, 74.§ Item diuus, ad nu.2.a, legitimè fit non reuocatur, 150.4.a, limitatis adijcitur, limitatis non cedit, 94.§. Præterea, nu.1.b, non mutatur, quare ſtare prohibeatur, 214 18. pater ſoluit pro condemnatione filij computandum nè ſit in legitimam, 402.30. peti poteſt, habetur 299.2.a, prohibitum non eſt, permiſſum intelligitur, 53.1.a, quis non loquitur, velle non præſumitur, 391.7. ſine re eſſe nequit, illud ei cedit, 98.§. Si quis in aliena tabula nu.2. tempus inſpiciatur, vt dicatur Eccleſia in alienatione rei ſuæ decepta. 87.9.a
Quomodo cum raptore non agatur mitius, quàm cum fure, 329 num.14.a
Quota hæreditatis non tota hæreditas ſubiacet ſtatuto, 12.22.g, ſeu pars hæreditatis, & quota bonorum quõ differant, 179.7.

R

RAncor animi in dubio remittitur. 326.8
Rapina quid ſit, 328.8. quotupliciter contingat. ibid. 3
Rapinas, & violentias iura oderunt. 584.3
Rapta res connumeratur in pęnam quadrupli. 329.14
Raptor, an de furto manifeſto, vel occulto conueniendus, 328. 10. an mitius puniatur, quam fur manifeſtus, & an dicatur fur manifeſtus, 431.3. cum ſequenti infra annum conuenitur ad quadruplum; poſt annum ad ſimplum, 3 8.13. iure canonico pęnam mortis effugiens confiſcationem bonorum iure eodem non effugit, 39.14.l, qui, quia non potuit, mulierem non cognouit pęnam capitis patitur. 607.4 d
Raptores quomodo conueniri poſſint, & qualiter puniantur, 328.num.5
Raptus, & ſtupri differentia, 607.1, quomodo committatur, ibid. 2 quomodo puniatur, ibid. 3. an pęnam obtineat ſtupro non ſecuto. ibid.4
Ratio aeris, & odoris ſoli habenda eſt, 42. 34.g, eadem idem ius poſtulat, 379.55. fructuum habetur poſt litem conteſtatam, 289.§. Item nemo, nu.1.a, in lege, ſtatutovè condendo par, & eadem eſt, 11.14.1. legis differt à lege, 153.15.b, quæ valet in filia, valet etiam in filio. 38.ad 37.d
Rationes ab incerti euentibus, quæ neceſſario etiam non conſequuntur, nihil ad rem faciunt. 32.22.d
Rationis redditio cui remiſſa eſt, ei conceſſum eſt, ne ſcrupuloſe excutiatur, 201 §. Peculium, num.9.
Receptitia actio vnde dicta. 395.4
Redditus annui computãtur inter immobilia, 540. 33. Roman. Imper. quanti ſuo Friderico Barbaroſſa fuerint, & quomodo diminui cęperint. 241.5
Reductio ad arbitrium boni viri coram quo iudice petenda, & an ad annos triginta vſque peti poſſit, & an à ſententia arbitrati appellari poſſit. 351.31.a
Reemendi facultatem habens poteſt illud ius cedere alteri, 472. num.18
Refectio feneſtrarum pertineatnè ad locatorem, vel cõductorem, 304.§. Item quæritur, ad nu 3.a, modica ad fructuarium magna ad proprietarium pertinet. 117.11
Refugium miſerorum eſt, allegare quod in Eccleſia ſpeciale ſit. 435.16
Regalia quæ, 548.66. an intelligantur conceſſa in generali conceſſione meri, & mixti imperij. ibi 67
Reges Siciliæ Papæ vaſalli ſunt. 44.3.a
Regnum Siciliæ Pontifici tributarium, ibid.ead.addit.a
Regreſſus à priuatione vèra ad habitum non eſt, 57. §. Seruus, ad num. 1 a
Regula Catoniana quid, & quando locum habeat, 205.§. An ſeruo, num. 3. computationis graduum de iure Canonico in linea recta aſcendentium, & deſcendentium 27. a. de computatione graduum in linea aſcendente, deſcendente, & collaterali, illuſtrata exemplis, 26.2. de inquirendo gradu in linea æquali collaterali, 27.1. legis, vbi repugnantia, ff. de reg. iuris quando locum habeat. 206.9
Regulæ Cancellarię Romanę num legis vim habeant, & à quo tempore obligent. 217.5.b
Regulã habens pro ſe, dicitur habere intentionem fundatã. ibi. 5
Rei debendi, & ſtipulandi plures, vt dicantur, quæ requirantur, 282. 4. debendi plures conſtitui poſſunt in omnibus contractibus, 283.§. Finali, num. 2. promittendi quomodo fiant, 284. 4.a, ſtipulandi, & promittendi duo, pluresvè, quot modis conſtituantur, 181.10. cum duobus ſeq. ſtipulandi, & promittendi, qui ibid.3.
Rei appellatio quid comprehendat, 83.3. iudicatæ finis, & effectus, affinia, & contraria, 596.14.& 15. nomen generale eſt, 259. 23. ſuæ quilibet eſt moderator, ac arbiter, 148. 2. turpis nullum eſt mandatum, 308.1.& pag.ſeq.3. vendicatio à parte agentis requirit dominium, à parte rei poſſeſſionem, 360.61. vendicatio contra quem competat, 361.79.& 362.94 & 480. 22.b, vẽdicatio cui cõpetat, 360 63. vendicatio, & actio confeſſoria, quõ differant, 468.16. vendicatio, & actio cõfeſſoria atque negatoria quomodo differãt, 370.46 vẽdicatio, & Publiciana in quibus conueniant, & in quibus differant, 374. 54. & 375.55. vẽdicatio, quæ comprehendat, 365.134. vendicatio quæ datur contra dolu poſſidere deſinentem, an ſit ciuilis, vel prętoria, 372.11. vendicatio quare legatario competat, 191.19 vendicatio quibus competat, 360.63. vendicatione agens in concluſione libelli ſemper petere debet, vt declaretur dominus, ibid. 62. vendicatione agens, quid in libello narrare debeat, 366.139. vendicatione conuentus nõ opus habet dicere

de

de ſuo titulo, ſed lite negatiuè conteſtata expectare donec actor intentionem ſuam prius probet. 361.67

Reipublicæ appellatione regulariter venit Romana. 379.51. cauſa abſens, quando non reſtituatur. 378.37. tamdiu pro abſente habetur, donec commodè redire poteſt. ibi.38

Relegati, ſi intra illud tempus ad quod relegati erant, reuertantur, qua pęna puniantur. 47.10

Relegatio quid. ib.8. quomodo differat à deportatione, ibid.9

Relegatione patria poteſtas non ſoluitur. ibid.3

Relicta miſerabilium perſonarum quanto tempore præſcribantur. 128.19.

Religio, & res religioſa vnde, & quæ. 87.1

Religionis intereſt monumenta, & cōſtrui, & exornari. 546.34

Religionis ingreſſus ſpirituale matrimoniū appellatur. 460.49

Religioſæ res quomodo differant à ſacris. 87.2

Religioſus locus fit, quatenus corpus humatum eſt. 88.7. vt efficiatur, & dicatur, quæ requirantur. 87.3. & 88.8

Rem legatam, quæ eſt in fuga quis proſequi poteſt, & cuius ſumptibus hoc debeat fieri 195. Ea quoque res, num. 2. propriam ſi quis legauit, credens eſſe alienam, valet legatum. 196.§. Si quis rem ſuam, n. 1. qui petere deſtitauit, debet animaduertere, an aliquo interdicto poſſeſſionem nanciſci poſſit. 361.71.

Remedia aduerſus exhæredationem. 167. ad 16.f, plura habere, vtile eſt. 392.66

Remedio ordinario quamdiu locus eſt, ad extraordinarium recurrendum non eſt. 378. 27. extraordinario quod non ſit locus, quomodo intelligendum ſit. ibi.31

Remedium legis vltimæ Cod. de edicto diui Hadriani tollendo, num agenti ex codicillis competat. 216.16.b, prouiſionale. 555.2.a, reſcindens, & reſciſſorium, an cumulari poſſint, 381.84

Remiſſio penſionis, an propter peſtem, incendium, & ſimiles cauſas facienda. 30.11.d

Remittentibus actiones, & iura ſua, non eſt dandus regreſſus. 114.25

Remotus ob dolum fit infamis, at non is qui ob culpam. 81.1.a, ob turpitudinem ab aliqua dignitate, fit infamis. 57.§. Seruus no. 3. Rempubl. inopem obtinere ſanctius eſt, quam ad diuitiarum cumulum, per diſcriminum, atque dedecorum veſtigia peruenìſſe. 180 §. Finali. n. 2.

Renunciare poteſt quilibet iuri, ac fauori ſuo, quando procedat. 207.7

Renunciatio debet fieri bona fide. 307.§. manet autem, nu. 3. iuris ſui à quo fieri poſſit. 296.19. à ſimplex, quæ fit iuri de futuro num valeat, ib. ead. addit. a, quæ fit per filiam cum iuramento, num valeat, ibid. ead. addit. a, vt fiat, quæ requirantur. 310.§. mandatum, n. 2

Replicatio cui, & contra quem detur. 540.4. quid. ibid, 1

Replicationis propria, ſpecies, cauſæ, materia, forma, finis effectus, ib. n. 2. cum ſeqq.

Repræſentatio de iure Saxon. tantum in deſcendentib. in collateralibus admittitur. 232.14. in deſcendentibus in infinitum locum habet, in collateralibus vltra fratrum filios non extenditur, in aſcendentibus prorſus locum non habet. ibi. 12.

Repreſentatio locum habet in nepotibus etiam ex filia, & in pronepotibus, & deinceps. 121.15.b, & 16.c

Repudiatio hæreditatis facta, an reuocari poſſit. 189.6

Requiſita iuris ſtudioſi 3.10 libelli iniuriarum. 346.10.g

Rerum dominia dupliciter acquirimus. 90.10. prima, & ſecunda diuiſio. 83.4 & 5

Res Africana, & Syriaca ponitur pro omnibus, quæ in Africa Syriaue ſunt. 54.6.b, aliena, an tacitè obligari poſſit. 390.45. an in dubio præſumatur eſſe alicuius, vel nullus. 86.§. Nullius autem, num. 3

Res aliena inuecta, in qua quis habet publicanam, eſt hypotheca ta 389.34. aliena, quæ prorſus eſt extranei, legari poteſt. 193. nu. 5. Fallit, ibi. nu. ſequen. aliena ſi eſt legata, & teſtatore adhuc viuo legatarius eſt conſecutus rei dominium, quid iuris. 194.§. Si res aliena, num. 1. allodialis, quę. 104.4.c, col. 2. communes, & publicæ quomodo differant. 84.§. Flumina, num. 4. communes, quæ. 83 §. & quidem, num. 1. communes vnde dictæ, ibid. 2. corporales, ab incorporalibus quomodo differant 194.7. corporales, & incorporales, quæ ib. 2. & 3. quid ſit, ęſtimatur à forma 153.14 g, deterior reddita, an videatur reddita. 465.44. donatę legato fiunt legati. 89.§ Sanctę quoque, n. 5.c, eadem ſi in duobus teſtamentis legata eſt, vni, quid iuris. 194.§. Si res aliena, n. 3. & 4. res, & bona ſecundus ſanguis hominis eſſe dicuntur. 36.26. eæ in domum conductam inuectę ſunt obligatæ, quæ ideo inuectę ſunt, vt perpetuo ibi eſſent. 390.36. Eccleſiæ, an vtiliter pręſumantur alienatę, 87.9.a, Eccleſiæ inutiles, & oneroſę, an ſine ſolemnitate alienari poſſint. ibi. ead. addita. Eccleſiæ, vt alienentur quid requiratur. ibi. ead. Addita eſt terminus tranſcendentes. 83. an tit. 1. num. 3. a fiſci qualiter præſcribantur. 130.31. fungibiles quę, & an compenſari poſſint. 498.30. furtiuæ vi poſſeſſę quanto tempore præſcribantur, 127.12. hæreditariæ quæ. 482.46. incendij cauſa proiectas auferens furti tenetur 103.§. Finali, n. 3. in ciſta depoſita, ſi amiſſę fuerint, quomodo probentur, 419.41. incorporales contra Eccleſiam quanto tempore pręſcribantur. 121.28 integra quando dicatur, 309.§. Rectè quoque num. 2.b, legata adempta remanet apud hęredem cum onere. 106.24. legata quando perit, antequā ad legatarium perueniat, ad quem periculū, ſeu interitus eius ſpectet. 198.§. ſi res legata, n. 1. legata ſi ſit litigioſa, tunc hodie hęres ſuis ſumptibus tenetur proſequi litem: ſecus, ſi non exigis, vel exactam pro legatario repoſuit. 201.§. 1. n. 3. litigioſa legari poteſt, & relinqui per fideicōmiſſum, ib. 3.a, minorum, an ſine authoritate tutorum, & curatorum tacitè obligati poſſint, 390.44. mobiles, & immobiles quō differant, 582.184. modica quę 93.§. Gallinarum aūt, n. 2. naufragorum ſurripiens, qua pęna puniatur. 103.4. non perit, niſi domino, 299.2.a, nullius differunt à rebus communibus, 86.§. Nullius autem. n. 2. paternæ, & à maioribus acceptę ſine propinquorum conſenſu donari poſſunt. 141.43. epignori obligata, an legari poſſit, 194.§. Sed & ſi rem obligatam, o. 1. plures, quando ſimul legantur, & vna ex eis perit, an etiam legatum alterius rei intelligatur extinctū 199.1. poſſeſſa tanquam feudū quanto tempore pręſcribatur, 127.15. poſſuntne auferri conductori, non obſtante hypotheca ſoluendo ei id, quod intereſt. 475.2.b, pro derelicto, quę habeatur, 103.§. Hoc amplius, n. 3. publicæ, quę & vnde dicantur, 84.1. quæ legatur in ſpecie ſi per eat, eius interitus ſpectat ad legatarium. 208.§. Quantitas, ou. 8. quæ non ſunt in commercio hominum non pręſcribuntur. 131 58. quęlibet in dubio pręſumitur allodialis, & libera, non feudalis, 111 §. Finali, & 104. ad nt. 3. n 4. c. quęlibet pręſumitur allodialis ibi. 4.c, quælibet præſumitur libera, niſi de ſeruitute probetur, 105.4. & 112. ad n. 12. f, quęnam in conſtitutum poſſint deduci, 261.6.e, quæque libera eſſe præſumitur, 100.9.d, quando dicatur eſſe integra. 306.§. Rectè quoq; n. 2. quando dicantur eſſe in noſtris bonis, 550.33. quot modis dicantur eſſe in nullius bonis. 86.e, Nullius autem, n. 1. regulariter perit ipſi domino, 198.§. Si res legata, n. 2. religioſæ quomodo differant à ſacris. 87.2. ſacræ, ſanctę, religioſæ, per apprehenſionem non poſſidentur, 573.109. ſacrę, quę dicantur, & quotuplices ſint, & quibus caſibus alienari poſſint, 86. Sacrę, nu. 1. & 2. & 87. nu. 8. ſacrę, quę dicantur. 88.1. ſemel mea, amplius mea fieri non poteſt. 285.§ Idem iuris, n. 3. ſingulorum quę dicantur. 89.§ Singulorum autem nu. 1. ſua nemini ſeruit, 115 5.b, vilis quęnam dicatur, 322.8.

Reſcindens, & reſciſſorium an poſſint vno, & eodem iudicio moueri. 377.16.b

Reſciſſoria actio nunquam competit, niſi obtenta prius reſtitutione in integrum aduerſus vſucapionem, ib. 16. vnde dicatur, 376.3. ad quid tam in reali, quam in perſonali actione competat, 381.72. aliquando eſt realis, aliquando perſonalis, 377.9. an detur pręſenti contra pręſentem, 379.49. an ſit datiua, vel natiua 377.11. non eſt proprium nomen actionis, ſed adiectio qualitatis tantum ibi. 7. quibus detur 377.19. vt locum habeat contra abſentem, conſideratur, an præſens habuerit, quem in abſentia vſucapientis conuenire potuit. 378.26

Reſcriptum principis, eo pertinens, aut conceſſum ne fiat iuſtitia non valet. 12.22.c, volens, ne dolus malus magiſtratus puniatur, non valet, ibi. ead. addit. e

Reſeruata Principi. 13.5.1

Reſpubl. vt ſuſtentetur, & bene gubernetur, quæ requirantur. 3. ad Proęmium, 2

Reſtituere verbum impropriè accipitur pro dare. 549.5. quid ſignificet. 424.5

Reſtitutio contra vſucapionem completam, non conceditur negligentibus, 378.29. debet terminari infra quadriennium continuum. 380.73. in integrum datur non ſolum læſo, ſed, & ſucceſſori illius, 377.20. in integrum eſt in priſtinum ſtatum repoſitio 376.5. & 548.71. in integrum, vt locum habeat, quę requirantur, 61.11. cum ſeqq. in Pauliana cui fieri debeat, creditori, vel debitori, 386.78. quando non concedatur abſenti Reipub. 378.37. quando petenda. 65.17. & 20. quid, ibi. 5. quomodo rei fiat, & verbis 211.13. & 14. regulariter ratione abſentiæ conceditur. 377.21

Reſtitutionem in integrum, an petere poſſit abſens, & reuerſus ante completam vſucapionem à præſente. 379.44. infra quadriennium non potēs, reſciſſoria poſtea agere nequit. 380.78

Reuerentia nimia metum iuſtum inducit. 409.44 d

Reuerſus ab hoſtibus,quæ iura recuperet. 49.§.ſi ab hoſtib. n.4.
Reum dolo deſijſſe poſſidere,quomodo probetur. 361.85
Reuocatoria datur contra legatarios, quibus in fraudem creditoris aliquando res legatæ ſunt. 384.47
Reus abſoluitur actore nihil probante 410.87.b, an poſſit iuramentum delatum referre.ibi.85. an poſſit accuſatori deferre iuramentũ in criminalibus.405.24.antequam in iudicio conueniatur,de vrbanitate prius interpellãdus eſt. 365.125. conuentus quotuplex ius habeat.480.21. conuentus ſi nõ eſt ſoluendo, an poſſit puniri pęna corporali. 341.7. excipiens qua cautela vti debeat. 338.18 habet duo iura,& ſi deficiat in vno non amittit aliud.361.68.iuramentũ iudiciale delatũ,aut pręſtare, aut referre cogitur.405.20 negando ſeruitutẽ in iudicio,videtur actorem turbare,368.22.negans ſe poſſidere,priuatur poſſeſſione,550.19. non cogitur inuitus iuramentum iudiciale ſubire.404.15.non debet petere actorem cogi ad exprimendam cauſam remotam in actione reali.364.112.obijciens turpem exceptionem,& non probans,an iniuriarum teneatur.338.17.petere debet ſibi aſſignari terminum ad iurandum. 409. 82. c, probare cogitur ſi ius pro actore præſumatur.194.5.Sed,& ſi rem obligatam,n.1.quando dicatur differre ſolutionem. 434.10. quando dolo alienauit poſſeſſionem, actor habet electionem,an velit conuenire alienantes, vel in quem facta ſit alienatio,372.77.quando iurauit rem non eſſe actoris, ſi poſtea amittat rem, quæ ſorte ad actorem peruenit, non habet actionem contra actorem ex iuramento præſtito 411.96. quando ſibi per viam nullitatis in Camera conſulere poſſit.261.66.b qui per malitiam ſe abſentauit,quomodo citandus ſit 416.15. ſi dolo deſijt poſſidere, actor tria habet remedia 362 86.ſi idem recepiſſet in ſe onus probandi, vt actorem releuaret, ſuccumbens poſtea in probatione, condemnatur.364.69 vnus purè accipi poteſt alter in diem 283. §.Finali, num.1.2
Rex Aragonum quo colore loca hoſtium monaſterio Populetano donauerit. 194.20.b
Rigor ſcriptus in ſpecie æquitati ſcriptæ in genere præfertur. 121.nu.11.2
Ripa eſt fluminis, litus maris.84.§.Flumina,n.4.
Ritusne idem in hodierna adoptione obſeruetur, qui in veteri Romana. 44.3.2
Rixam faciunt duo homines. 200.12
Rubrica aliquando eſt generalior nigro 319. ad Arg.Tit.1.n.2.
Rubricæ, an allegari poſſint ad deciſionem cauſarum. 351.11. Legum, & Decretalium ſunt authenticæ. ibi.9
Rubrum quid continuat, 334.§.Capite tertio, nu.2.
Rudis literarũ,an,& quando excuſetur à tutela.76.§. Similiter
Ruſticus vtens veſte longa ſubducta varijs in deriſionem Doctorum, iniuriarum tenetur.

S

SAcerdotium, an liberet à patria poteſtate. 48 §. Filiusfamilias, nu. 6.
Sacræ res quibus caſibus alienari poſſint,87.8. quæ dicantur, & quotuplices ſint 86.§.Sacræ,nu.1 & 2.
Sacrilegorum pęna,quæ ſit.
Sæuiendum non eſt in homines, vt in iumenta. 11 5
Salaria executorum cum per ſtatuta,& conſuetudines terrarum taxata ſint, an quadruplum ab eis exigi poſſit, ſi illam ſumma excedant. 458.26. notariorum licitè à patribus exigi poſſunt 454.5
Salarium, an aduocati à pauperibus accipere debeant ibid.9 an debeatur aduocato initio litis,& an ſalarium aduocati tranſmittatur ad hęredem. 310.5.b,conſtitutum aduocato ſub quota litis ſi victoriam obtinuerit, an peti poſſit.411.7. qualiter, & quando ab aduocato,vel procuratore peti poſſit. ibid.5. & 6. tutori per iudicem conſtitui poteſt ſecundum qualitatem perſonæ,& pupilli facultates 75.§.Sed,& propter,nu.4.c
Saluianum interdictum duplex eſt.392.64.quid,& vnde dictum 553.3.& 4.quo caſu intentari non poſſit. 392.67
Salutatio inimicorum ſignum eſt reconciliatos eos eſſe. 76.9.e
Saluus conductus alicui conceſſus, intelligitur quoque datus ipſius comitibus.74.§. Item ij qui nu.4.
Sancti alicuius dictũ ſulcitũ authoritate veteris, vel noui Teſtamenti,præfertur conſtitutioni Principis,vel Papæ, 442.60.
Sanctum,& res ſanctæ,quæ dicantur.88.§.Sanctæ quoque,n.1.
Sanitas mentis non corporis, in teſtamento conficiendo requiritur.164.6
Sata cedunt ſolo,97.§. Qua ratione,nu.1.
Satione acquiritur dominium, ib.eod.n.1.
Satiſdare quid. 5.3.2.2
Satiſdactio actoris.5:2.6.aduocatis.533.9. non mutat propoſitum maleuolum.81.§.Suſpectus autem,num.3.procuratoris. 533 10.quid ſit.71.ad Tit.24.n.3. & 532.2. rei 532. 8.tutoris, vel curatoris qualis eſſe debeat.71.ad Tit.24.nu.9.
Satiſdationes cur a lege introductæ. ibid,2
Satiſdactionis cauſæ,forma,materia.531.12. circumſtantiæ, finis effecta,affinia.534.15.& 16. partes,ſeu capita, 532.7.ſpecies,ibid.4
Satisfacere quid 536.§.Supereſt,nu.2.
Satisfactio,& oblatio qualis requiratur in perpetuis,& temporalibus actionibus,ibi.§.Supereſt, 4
Scapha licet non magna ſit tamen eſt nauis. 214.5
Schneidevvinus Socinus ſecutus videtur per omnia 143.66.d
Scholares,qui priuilegio Doctorum gaudeant 77.§. item Romæ nu.6. quorum nomina non ſunt ſcripta in matricula, an gaudeant priuilegijs Scolarium,& ſi recedant è ſtudio, ac poſtea reuertantur,an eis proſit, quod antea fuerint inſcripti. 92.§. Pauonum quoque. nu.4.
Scholaris inducens meretrices in domum conductam, expelli poteſt. 474.29. qui fecit expenſas in infirmitate, & funere alterius ſcholaris,præfertur cęteris creditorib.189.28.ſi non receſſit, quando habitatio reddita eſt incommoda, an teneatur de integra penſione.474.21. vagus non ſit magiſter. 305.8. vtens equo conducto vltra tempus conductionis, an teneatur furti. 320.§.placuit,n.3
Scientia eius,contra quem præſcribitur in ſeruitutum præſcriptione requiritur.113.6 2,eſſe debet in iuris aſſeſſore. 75 §. ſimiliter,n.2.b,& patientia domini requiritur, cuius rei poſſeſſio vult acquiri.576. 132. & patientia quomodo probetur ib.133.fideſque mala ędificantis quãdo non ſpectẽtur. 97.9.d iuriſperitum facit patrem,& amicum Principum. 214.13
Scopi defenſionis quinam eſſe debeant. 9.15.d
Scribenti bona fide quomodo ſuccuratur.98.§.Literæ quoque, num.3
Scribere manu propria, vel ſe ſcripturæ alterius ſcriptæ ſubſcribere,an ſint paria. 295.7.cum ſeq.
Scripta cedunt chartis 98 §.Literæ quoque,nu.1.in codicillis perinde habentur,ac ſi in teſtamento diſpoſita eſſent.215.6.in papyro tantam fidem faciunt, quantam ſcripta in pergameno.138.Nihil autem,nu.2
Scriptura antequã ſit abſoluta, an quis pęnitere poſſit. 298.12. hodie maiori in pretio eſt quam charta.98.§.Literæ quoque, ad nu 1. a prior corrigitur per poſteriorẽ, 106.8. priuata, an & quando probet, 288.7 b priuata quid, & quę ſpecies eius, 288 7 cum ſeq quando dicatur conſumata. 297.6. ſigillo authentico obſignata, aut iudicis iuſſu publicata, probat.2.2.c
Scriptura dominium acquiritur.98.§.Literæ quoque,nu.1
Scripturæ antiquæ in lapidibus, vel muris creditur. 158.§. Nihil autem,nu.3.ſtatur donec contrarium probetur. 288.11
Seminans bona fide in alieno ſolo, conſequitur impenſas 97. Qua ratione,n.2.
S.C.Macedonianum author, & cauſa 526.2 ſumma, lib.1.materia.527.4.forma,finis,effectus,adiuncta, & affinia, & contraria. ibi.5.6.7.& 9
S.C.Claudianum hodie ſublatum eſt. 275. Erat.nu.2. Macedonianum in pluribus caſibus ceſſat. 256.10. Macedonianum, quibus,& contra quos ſubueniat. 526 3. Pegaſianum habet quatuor capita,210.§ Sed quia,n.2. Pegaſianum nouo iure eſt ſublatum,& ab omnibus eius ſtipulationibus receſſum, ac cetera eius remedia S.C Trebelliano tributa ſunt.211. §. Sed quia ſtipulationes,num.2.Tertullianus vnde dictum ſit.246. Velleianum quando locum habeat in muliere fideiubente,& quando ceſſat.294.§ Fin. nu.3.& 4.
Senectus à delictis non excuſat, 63. 20 2, ſenſum auferens, facit, quis res ſuas donare non poſſit. 140.40. 1 ſpecies morbi eſt, item venerabilis. 76.§.Item maior,num.3. & pagina ſeq. num.4
Senectutis ratione excuſatur quis è tutela, ibid.eodem.§. Item maior,num.2.
Senex mitius puniendus propter ętatem, quam alius, 63.20. 2 qua ętate quis dicatur.464.e & 77.col.1.6.2,quid dicatur diuerſis reſpectibus, ibi.77. col.16.res ſuas ob ſenectutem non prohibetur donare. 140.40.1
Senibus conceſſa priuilegia 77.§. Item maior,nu.5
Senior è fratribus generali Germaniæ conſuetudine, quæ in Camera quoque probata eſt, diuiſionem bonorum hæreditariorum pro arbitriu ſuo, bona tamen fide, & ex æquo facere debet.439.27.2
Seniorum conuerſatio eſt iuuentutis educatio perfecta §.Finalis, nu.4

Senis

Digitized by Google

Senis vmbra plus valet, quam gladius, ac eloquentia iuuenis, ibi. nu. 5

Senſus magis, quam verba, attendi debet. 461.9

Sententia a ſciente aduerſus infirmum lata nulla eſt, ab ignorāte lata ſentētia quidem eſt, ſed reſcinditur, 73 §. Item propter aduerſam, ad num. 1.b, an in ſcriptis ferenda ſit, 503.6. arbitri dicitur laudum, 358.28. capitalis, an executioni mandari poſſit intra decem dies ad appellandū conceſſos, 420. 87. Caſſianorum de ætate ad matrimonium contrahendum neceſſaria 35 9 e, certa, quę dicatur 505.24 debet eſſe conformis libello, & legi. 560.& 80. debet eſſe conformis libello ib. nu. eod. 80.& 363.104.& 506.n.40.& 41. diffinitiua, quæ dicatur 503.5. in quibus conformis eſſe debeat libello, 363.n. 104.& 506.40.& 41. incerta quando valeat, 505.28. cum quinque numeris ſeq. interlocutoria, quæ dicatur, 503.4. ita præponenda eſt verbis, vt animus corpori, 191. 6. lata contra ciuiliter poſſidentem, non præiudicat naturaliter poſſidenti, 362. 80. lata contra detinentem alieno nomine, an præiudicet domino. ib. 83. lata in actione confeſſoria, quid continere debeat, 369. 27. lata in poſſeſſorio non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, 542. 15. mitior amplectenda eſt in pęnalibus, 217. 27. non nocet, nec prodeſt alijs, 408. 70. num valeat lata contra regulas Cancellariæ Romanæ, 217.5. b, Proculianorum de ætate ad matrimonium contrahendum requiſita, 35.9.d, qualiter à iudice concipienda, & ferenda ſit ſuper interdicto, Vti poſſidetis, ita, vt finis controuerſiæ imponatur. 560.79. cum ſeq.

Sententiam diffinitiuam iudex reuocare non poteſt, ſecus eſt in interlocutoria, 178 §. Poſteriore 6.

Separatio quomodo fieri debeat. 40.5

Separatione impetrata, hęres neceſſarius ſibi acquirit poſt mortem domini teſtatoris. 184.6

Sepeliendi mos apud veteres. 546.31

Sepem, quam erigit quis in fundo meo quem poſſideo, an propria authoritate poſſim deſtruere. 109.6

Sepultura Chriſtianorum qualis, 546.32. defuncti, an impediri debeat propter eius debitum, & quæ ſit pęna creditoris impediendis ſepulturam, 88.10. eſt memoria humanæ conditionis, 546.34 quam honorabilis ſit. 88.6.c

Sequentia declarant antecedentia. 3.9.42

Sequeſtratio duplex, 172.5.a, regulariter prohibita, ibi. ad eundem nu. 5. b, fructuum appellatione pendente num peti poſſit ibid. c, quotuplex ſit. ibid. 5

Sequeſtrum quid, & quis ſequeſter. ibi. 3. & 4

Serui, an aduerſus dominum torqueri poſſit, 20. §. in poteſtate, nu. 3. an differant 16. §. Finali, nu. 1. Attienſes qui, ibi. 3 iure ciuili non contrahunt matrimonium, ſed contubernium: ſecus lege Pontificia, 248.5. non obligantur, niſi naturaliter, 283. ad tit. de ſtipu. ſeruorum, a, non ſunt in fructu, 94. §. Item ea, quę ex animalibus, num. 3. ordinarij qui. 16. §. Finali, num. 2. pęne, quantum ad actus ciuiles attinet, cenſetur mortui, 47. 2. qui dicantur, 15 tit. 3 6. vnde dicti ſint. ibid. 8

Seruiana actio contra quem detur, 391. 49. pro quibus rebus competat, 389. 21. quare ſit prætoria, & non ciuilis, cum tamen hypotheca a iure ciuili inducta ſit. 388. 2. tam in colono nummario, quam partiario locum habet. 389.26

Seruiana agens quid probare debeat. 391.58

Seruientis prædij conditionem licet meliorem facere, non deteriorem, 109. 11. dominus, an poſſit cogi ad reducendū prædium ad priſtinam formam, ſi reduxit paſcua ad culturam, & mutauit faciem fundi ſeruientis, vel an tantum ad intereſſe teneatur, 107. 35. dominus, an poſſit loca, in quibus debet alteri ſeruitutem paſcendi, mutare, & reducere ad culturam, inuito domino prædij dominantis. 107.33

Seruitium ſubſequens facit pręſumi remiſſionem iniurię. 346.4

Seruitus actus quid 106. 16. altius tollendi duplex, 106.13. an ſit ruſtica, vel vrbana, vt ſciatur, quæ conſideranda, 105.8. aquæ hauſtus num amittatur ſi fons exaruerit, 106.27.k, diſcontinua, vel interpolata quæ, 113. 17, g, diſcōtinua quot annis præſcribatur, ibid. ead. addit. g. eſt beneficium, aut pęnæ ſeuerioris temperamentum, 10.9.b, fundi non debetur ei, qui fundi dominus non eſt, 401. 3 b, habens cauſam continuam, & quaſi continuam quæ ſit, & quanto tempore duret, 113. 15. & 16. habens cauſam continuam, vel quaſi, quæ dicatur, ibid. ad 15. e, habens diſcontinuam, quæ, ibid. num 17. inter Chriſtianos eſt ſublata, 170. §. Seruus autem, nu. 6. itineris quid 105. 11. luminis differt à ſeruitute non officiendi lumini, 110. 15. non officiendi luminibus, vel proſpectui, ibid. 22. oneris ferendi, quæ ſit, 108. 3. paſcendi diſcontinua tempore immemoriali præſcribitur, 107. 28. a, paſcendi, quæ ſit ibid. 28. pecoris paſcēdi eſt diſcontinua, 113. 17. g, per ſe conſiderata eſt qualitas, 83. 4. b, prædiorum, vt ſit, neceſſe eſt, vt prædium alterum alteri ſeruiat, 107. 29 b, proſpectus, & ne proſpectui officiatur, 110. 26. quare minori tempore amittatur, quàm acquiratur, 114. 26. quibus in modis conſtituatur, 111. §. Fin. nu 5. quo iure introducta ſit, 10. 19. quomodo amittatur, vel extinguatur, 113. 20. quomodo probetur, 368. 21. realis denominatur a prædio dominante tamquam digniore, 367. 6. realis quare ſic dicatur, 105. 5. regulariter non habet cauſam naturalem, ſed aut impoſitam, aut præſcriptam, 111 §. Finali, nu. 4. ſeruituti num debeatur, 105. 11. e, ſeruitutis eſſe non poteſt, 117. 8. d, ſtillicidij auertendi affirmatiua quid. 109 8. ſtillicidij duplex. ibid. 7. ſtillicidij non auertendi negatiua quid, ibid. 14. ſtillicidij ſi impoſita ſit, an domino areæ ſeruientis liceat ibi ædificare, vbi ſtillicidium caſitare cępit, ibid 12. tigni immittendi quæ, 108. 5. viæ quæ, 106. 19. vt acquiratur, requiritur vſus ſeruitutis per eum cui debetur, & patientia eius, qui eam debet, 573. 111. vt præſcribatur, an requiratur titulus, & quomodo hic titulus ſit intelligendus, 113. 14. vt præſcribatur, quæ requirantur. 111 6

Seruitute in fundo conſtituta, an liceat domino fundi ſeruientis aliquid ædificare, per quod impediatur ſeruitutis. 105. 14

Seruitutem deberi aſſerens, debet probare, 111. 2. negans in iudicio, videtur actorem turbare, 368. 22 paſcendi habens, an poſſit vti paſcuis cum pecoribus morboſis. 108 41. qui imponere poſſint prædio, 110. Ideo autem, num. 2. realem qui acquirere poſſint, ibid. 5. vrbani, vel ruſtici prædij nemo acquirere poteſt, niſi qui prædium habet, ibid. 1 vt quis incipiat pręſcribere, quæ ſint neceſſaria. 112.9

Seruitutes aliæ perſonales, aliæ reales, aliæ mixtæ, 367.4 diſcontinuæ quid, 144. 16. c, perſonales vnde dicantur, 114 2. quædam de facili, & ratione amicitiæ concedi ſolent, quędā non, 579. 127. quædam diuiduæ, quædam indiuiduæ, 105. 8. c, quædam innominatæ, ibid. 9. quædam nominatæ, ibi. eod. num. 9. quædam ruſticæ, quædam vrbanę 367. 5. quanto tempore amittātur 114. 26. c, ruſticæ cauſa fructuum comparatæ ſunt, ibid. ad 28. e, ruſticæ, & vrbanæ quomodo differant, ibid. eod. num. 28. ruſticorum prædiorum explicantur, 105. 10. ſintne à rebus corporalibus diſtinctæ. 104. 7. c, vrbanæ aliæ affirmantes, aliæ negantes, 108. a. vrbanæ, quæ dicantur, ibid. 1. vrbanæ ſunt nobiliores ruſticis, 114. 28. vtrum diuiduæ ſint, vel indiuiduæ ramiſſiue. 119. 16. e

Seruitutis cauſæ, quæ ſint, 15. §. Serui autem, nu. 1. & pag. 16. nu. 3. 4 & 5

Seruo inſtituto hærede, an domino ipſius aliquid purè legari poſſit, 105. An ſeruo, nu. 4

Seruos veros Chriſtiani non habent, 16 §. Finali, num. 6.

Seruus accuſantem inſtruere poteſt, 80. §. Conſequens, nu. 4. alienus, an, & quando poſſit inſtitui hæres, 170. §. Seruus autem, nu. 2. an ſtipulari poſſit, cum hic contractus à iure ciuili ſit introductus, 289. ad tit. 18. nu. 3. communis, ſeu plurium dominorum, quando hæres inſtitui poſſit, 170. §. Seruus autē nu. 5. cui in libertate fideicommiſſaria mora fit, ſibi acquirit, bonorumq; impetrat ſeparationem, 184. 6. c, domino non cōtradicente contrahens matrimonium cū libera fit liber, 248. 9. & libera fęmina de iure canonico hodie matrimoniū contrahere poſſunt, 257. §. Erat, n. 4 etiam fructuario, vel poſſeſſori bonæ fidei acquirit, 20. 1. a, exiſtens in dominica poteſtate ſurripiendo domino rem aliquam furtum committit, 325. §. Hi qui in parentum, num. 1. extraneus pure dari non poteſt tutor, 51. 12. poſſeſſionem nobis acquirere non poteſt, etſi adſit animus tradentis, 577. 142. hæres inſtitutus cui acquirat, 169. tit. 14. num. 8. in quo quis vſumfructum habet, acquirit fructuario in duobus caſibus, 152. §. De his, num. 1. in quo quis habet vſumfructum non dicitur proprius, ſed alienus, 169. Tit. 14. num. 10. intelligitur domino ſuo ſtipulari, 277. 5. a, interdum ſibi acquirit libertatem, 20. 1. a, liberum ſe eſſe dicens furtum nō committit, 319. §. Furtum eſt, ad nu. 2 a, manumiſſione non recipit agnationem, 57. Seruus, num. 1. a, monachiſmo libertatem cōſequitur, 48. 9. d, non poteſt teſtamētum condere, non teſtis, non iudex, non tabellio eſſe, 20. §. In poteſtatem, nu. 4. 5. & 6. & pag. ſequen. num 7. omnia acquirit domino ſuo, 205. An ſeruo, ad num. 1. a, proprius etiam is dicitur, in quo teſtator nudam proprietatem habet, alter vſumfructum, 169. 7. proprius quando rectè tutor dari poſſit. Item ſeruus alienus quomodo tutor dari poſſit, 53. 5. e, proprius, ſiue cum libertate, ſiue ſine libertate datus, tutor eſſe poteſt, 51. 12. d, quando adoptari poſſit, 46. Licet, n. 2. qui adulterium cum ſua domina commiſit, quomodo puniatur, 169. Tit. 14. num 9 quidquid acquirit, an domino acquirat. 20. §. In poteſtate, num. 1. & 152. §. Item vobis, nu. 1. quidquid acquirit. non ſemper domino acquirit. 20. §. In poteſtate, num. 1. ſi ſtipulatur, an verba ſint attendenda, 284. §. ſiue autem, num. 2. ſolum

lum paſſiuam teſtamenti factionem hẽt, 53.5.e. ſtipulatio, an acquirit dñn ea, quæ ſunt iuris, & ſibiipſi quæ facti, 284. §. Sed cum factum, nu. 1. vſuarius, an acquirat, 152. §. De his, num. 2

Signa aliqua ſufficiunt, vt donator non niſi cauſa mortis donare voluiſſe doceatur. 136.20.e

Signans alieno ſigillo tamquam proprio, falſi crimen incurrit, 157. poſſunt autem, nu. a

Signum nemini iuri debet propter delictum in fronte, vel facie, de iure communi: ſecus de iure Saxon. 199. §. Si quis ancillas, num. 5

Similitudo furioſi, & prodigi in curatore habendo. 70.6.d

Simplicis appellatione mixtum non continetur, niſi in tribus caſibus, & quibus. 359.40

Simplicitas columbæ cur habenda, 211. 20. eſt amica legibus, ibid. 18

Singuli vniuerſitatum etiam in cauſa vniuerſitatis, vel collegij regulariter non admittuntur quantum ad vtilitatem, nomen & commodum. 86.5.2

Socer, & nurus parentum loco habentur, 8. 12.b, & ſocrus parentum loco habentur, & propterea in ius ſine venia vocari non debent, etiam diſſoluta affinitate. 418.40

Socero, an competat ius prælationis. 491.71

Societas, an pacto, ad heredem tranſire poſſit, 307. §. Soluitur, n. 2. bonorum ceſſione ſoluitur, 384. 28.b, coiri non poteſt, vt vnus totum lucrum ſentiat, 306. §. De illa, n. 3. contrahi poteſt vt alter pecuniam, alter operas conferat, ib. 4 etiam tacitè cõtrahi poteſt. 305. 4. a, finitur ceſſione bonorum, 307. §. Soluit, nu. 6. habet vinculum fraternitatis, 306. 11. morte alterius ex ſocijs finitur, 307. §. Soluitur, num. 1. quare introducta, 305. 3. quomodo finiatur, 307. §. Manet autem, nu. 1. quomodo inæqualitatem lucri, & damni ſentiat, 306. § de illa ad n. 2. a, quot modis contrahatur. 305. 4. cum tribus ſeq. ſoluitur finito negotio, & publicatione bonorum, 307. §. Soluitur, num. 3. & 4. ſoluitur rerum interitu, ibid. 8

Societate finita, an pecunia æqualiter veniat diuidenda, in qua vnus operas, alter pecuniam contulit, 306. §. De illa, nu. 5

Societatem callidè, malitioſe, & intempeſtiuè renuncians, qua pœna puniatur, 307. §. Manet autem, nu. 4. & 5

Societas definitio, 305. 2. natura, quæ ſit, 306 §. Illud expeditum, numer. 1

Socij, etiamſi ſteterint per annos triginta, & amplius in communione, neque diuiſionem petierint, petere diuiſionem tamen poſſunt. 446.19.a

Sociorum alter, an totum damnum, alter partem lucri, & nihil de damno ſentire debeat, 306. §. De illa, num 2. vnus, an poſſit ponere operas, alter pecuniam, ibi. nu. 13. & ibi. §. de illa, nu. 4. vnus, ſi inuito altero eat Venetias pro mercantijs ſuo periculo an lucrum quod inde percepit, communicandum veniat, ibid. §. Illud expeditum, nu. 3

Socium negligentem eligens ſibi imputet, 307. §. Fin. nu. 2.

Socius alter ſocium alterum pro ſocio agnoſcat quamdiu communio inter eos eſt, ideoq; facit, vt diuiſio communionis inter eos præſcribi non poſſit, 446. 19. a, ad quid ſocio teneatur, 307. §. Fin. n. 1. an poſſit alterum ſocium, cum quo per xxx. annos ſtetit in communione ad diuiſionem compellere: vel an inuitus in communione ſtare cogatur, 444 68. cum ſeq. ceſſione bonorum à debito non liberatur, 383. 28. c, conferens operas, an teneatur operari ſuis expenſis, 306. §. De illa, nu. 7. gaudet beneficio competentiæ, ſi occaſione ſocietatis conueniatur, 513. 4. propter mendacium in ſolidum conueniri poteſt, cum alias non niſi id quod facere poſſet conueniretur, 293. 20. c, ſocij conditionem deteriorita re non poteſt, 283. §. Ex huiuſmodi, ad nu. 1. b, vt nec hæres eius, numquam præſcribere poteſt propter malam fidem. 444.68.a

Sodomiticum peccatum prohibitum. 35.5

Solemnitas alia eſt teſtamenti, alia codicillorum. 159.3.c

Solemnitates iuris gentiũ etiã milites obſeruare tenentur, 162. 15. teſtamenti à cæco faciendi, 165. §. Cæcus autem ad nu. 1. a

Solemnitati inſinuandi donationem renunciari poteſt per iuramentum. 139.14.a. & 16.b

Solidi valor in pœnalibus cum veteri conuenit. ibi. 24

Solidus cuius valoris fuerit, 59. ad tit. 20. nu. 3. de iure Sax. quid 341. 17. in iure quomodo accipiatur, & vnde dictus. 139. 13

Soluendo aliquem non eſſe, quomodo probari poſſit, 386. 66. eſſe dicitur quis non tantum ex facultatibus, ſed etiam ex fide, & facilitate conueniendi. 385.65

Soluens pro inuito nihil repetit, 314. ad tit. 30. nu. 7

Solum cædit ædificio. 97.8.b

Solutio cenſus, collectarũ, & tributorũ, an probet poſſeſſionem 558. 55. conferri poteſt in perſonã extraneam, 286. §. Plane ſolutio, n. 1. in præſtationib. in qua moneta ſit faciendo, 127. 14. g indebiti eſt quaſi contractus 313. §. Item is cui, n. 1. num fieri poſſit in pecunia mutata, ibid. ad tit. 30. nu. 4. a, particularis, an fieri poſſit, cum multa incommoda habeat, 315. col. 1. 13. pœnæ facta ab eximente non liberat debitore principalem, 420. 75. pro auro, & argento, in pondere, vel maſſa debito, qualiter fiat, 498. 32, promiſſa in nundinis, de vltima die nundinarum intelligenda eſt, 388. 18. pupillo rectè fieri poteſt ſine tutoris authoritate cauſa ſolutionis adiecta, 150. 7. b, vna liberationes parit duas, 313. ad tit. 30. nu 10. & ibid. ad nu 11. b, ſit re intercedente, ib. a a, principalis liberat fideiuſſorem, & in vna ſolutio duas liberationes parit, ibid. nu. 10. b

Solutione eius quod debetur, ipſo iure tollitur obligatio, tam naturalis, quam ciuilis, vbi aliquot limitationes, 313. ad tit. 30. nu. 3. cum tribus ſeq.

Solutionem allegans probare eam tenetur. 364.114

Soror ſi moriatur, tunc ſoror ſuperſtes præfertur fratri in vtenſilibus. 231.7

Sors Iudæi eſt perpetuo fœnori dare. 166. ad 13. e

Sorte quando lis ſit dirimenda. 202.4

Sortes mittere, an ſit peccatum. ibid. 5

Spado non excuſatur à tutela, 95. §. Item propter aduerſam, n. 8.

Spatio tanti temporis cuius initij, &c. præſcribuntur regalia, & ea quæ num poſſunt niſi ex priuilegio competere. 129.13

Specialia duo quando circa idem concurrere non poſſint, 486. 18. multa in iure introducta ſunt. 9.7.a

Species communis ſpecificantium duorum quãdo cedit vni illorum, 95. §. Cum ex aliena, ad nu. 5. d, donationis duæ, 133 6. d, facta ex aliena materia ad hoc, vt fiat ſpecificantis, quæ requirantur, 95. Cum ex aliena, nu 5. fictionem à Pirrho Anglobermeo deſcriptæ, 49. §. Si ab hoſtibus, ad nu. 2. b, minima debetur legatario, quando teſtator genus legauit, & in bonis eius ſpecies generis illius diuerſas reliquit, 202. 18. c, peculij quatuor 399. 2. b, quartarum variæ, 210. §. Sed quia, nu. 4. remouetur dum genus remouetur, 155. ad Rub. Vnde teſtamentum dicatur ad nu. 3. a

Specificatio quid, 95. §. Cum ex aliena nu. 2

Specificatione acquirit dominium, ibid. 1

Spoliatio in via inſolita, an dominus teneatur ad damnum, 6. §. His igitur, nu 2.

Spoliatori deiecto ſuccurritur interdicto vnde vi, etſi ipſe ex eadem poſſeſſione alium deiecit. 585.13

Spoliatus ante omnia reſtituendus, 586. 32. prior incontinentia ſpoliatorem recuperans poſſeſſionem ſuam non incidit in pœnam. 585. 24

Spõſa de præſenti, an dicatur vxor, & ea mortua ſpõſus ratione ſtatuti lucretur dotẽ, perinde ac ſi vxor eſſet prædefuncta. 494 108. proprie vxor nõ eſt, 238 13. a, quãdo veniat vxoris appellatione, 238. 20. vxor appellata in ſacris, 31. 17 p. ſeq. eo. nu. 17.

Sponſæ ſi fiat contumelia, ſponſo facta cenſetur. 349.10

Sponſalia clandeſtina contracta, an diſtrahantur, 32. 21. clandeſtina. quæ ibi. 19. clandeſtina quare prohibita ibi 20. & 21. clãdeſtina quot modis dicantur, ib. 19 & 20. de futuro contracta an per morbos incurabiles diſſoluatur, 43. 37. de futuro quomodo ſoluantur, 31. 9. cum ſeq. de præſenti, quæ ib. 13 de præſenti, & futuro quo differant, ib. 14. & 15. de præſenti quæ, 30. 4 publica quæ, 32. 18. publica de præſenti non tolluntur per alia ſponſalia publica de præſenti ſequentia, etiam per concubitum conſumata, 31. 16. purè, & ſub cõditione contrahi poſſunt, 33. 30. quid, & vnde dicta, 30. ad tit. de Sponſal. n. 1. quomodo contrahi poſſint, ib. 2. ſpes matrimonij dicuntur, 30. ad tit. de Sponſal. nu. 1. a, ſunt mutua repromiſſio, vel pactio, aut conuentio nuptiarum futurarum, ibid. eadem addit. a

In Sponſalibus clandeſtinis ſi alter negat, vtri iuramentum deferendum. 32.26

Sponſalibus publicis, & clandeſtinis concurrentibus, vltra præferenda, ibid. 22

Sponſaliorum de futuro effectus qui, 31. 5. cum ſeq. ſpecies. 30 3

Sponſiones mercatorum ſine cauſa, an ſint prohibitæ. 238.15.b

Sponſor, & fideiuſſor differunt. 289 8

Sponſus per verba de præſenti ſponſæ ſine liberis deſcendentibus, & collateralibus intra decimum gradum mortuæ ſuccedit, fiſco excluſo, 237. 13. i, proprie maritus non eſt. 238.13.a

Sportula quid ſit. 242.3

Sportulæ, an dicantur omnes ſumptus, & expenſæ litis, 454. 7. quid, vnde dicantur, & quotuplices ſint, ib. 3. cum ſeq.

Spurij in bonis maternis ſuccedũt vna cum liberis legitimis, ſed ſi mater fuerit illuſtris perſona, & haberet legitimos liberos, non itẽ, 225. 5. patri nõ ſuccedũt ib. 2. ſuccedũt matri ab inteſtato, perinde. ac ſi eſſẽt nati ex legitimo matrimonio, & ſi nõ fuerint inſtitui hæredes, competit eis querela inofficioſi, ib. d 4. tenentur in caſu neceſſitatis parentes alere. 230. & 231. 52.

Spurio-

Spuriorũ appellatio eſt generalis, & ſpecialis, & qui quot modis ſpurij dicuntur, 225.1. ſpurius, an ſuccederet, ſi ſtatuto admitteretur ad ſucceſſionem in bonis paternis. ibid. 3
Statum mutans inuitus, an videtur ſic mutare voluntatem, ſicut ſi volens mutat ſtatum 379. §. Non tamen, n. 2
Statum hominis quid, 15. ad Tit. 3. 3. vitæ non magis eſt in parentum poteſtate, quam vita ipſa. 37.13
Statuta propriè, & ſtrictè intelligenda ſunt, 355.10. de quib. rebus fieri poſſint, 12.20. cum ſeq. quis condere poſſit. 11.24
Statuto dictante, vt maritus mortua vxore lucretur dotem, an iuuenis qui contraxit ſponſalia de præſenti cum puella, ea ante nuptias mortua dotem lucretur. 238.19
Statuto dictante, quod mulier ſine conſenſu conſanguineorum non poſſit contrahere, an hæreditatem ſine conſenſu eorum adire poſſit. 359.44
Statutum, an domicilij, vel originis, vel habitationis mariti attẽdendũ ſit, 237.4. de lucro dotis, an locũ habeat in ſponſa, 491.76.b, de ſponſa, an reſtringatur ad ſponſam de pręſenti, 238.10 b, dicens, quod quęlibet probatio ſufficiat, loquitur de ſolẽni, & legitima, 398 39. effectu ipſo nihil aliud eſt, quam lex 11,14 1. non ſolum pręter, ſed etiã contra ius commune fieri poteſt, 401.23. ex identitate rationis extenditur ad ſimilẽ caſum, 359 45. loquens in cõtractu, non habet locum in quaſi contractu, ib. 45. puniens gerentem arma, an quoque puniat viſum à familia iudicis gerentẽ arma, non tamen ab ipſa deprehenſam, vel captum, 572.100. quo cauetur, quod creditores intra quadriennium debeant petere debitum, 355.20. quod hæreditas defuncti abſq; alia apprehenſione in hæredem continuetur, valet, 571.90. quod pater ex delicto filij teneatur, valet propter certam rationem, 401.21. quod pro qualibet vice, ſeu pro quolibet verbo iniurioſo quis certa pęna puniatur, quomodo intelligatur, 341.11. quod puella non debet contrahere matrimonium ſine cõſenſu curatorum, non valet, 360.50. vt cũ peregrino matrimoniũ non contrahatur, vtrũ valeat. 12. ad 22.f
Sterilitas, quando dicatur. 476.12
Stigmata, an hominib. inuri debeant, 199. §. Si quis ancilla, nu. 5
Stigmatizati olim fiebant dedititij, 15. §. Finali, ad nu. 5.b
Stilicidij auertendi ſeruitus affirmatiua quid 109.8. ſeruitus dupl. ib. 7. ſeruitus ſi impoſita ſit, an domino areæ ſeruientis liceat ibi ædificare, vbi ſtillicidium captare cępit. ib. 12
Stillicidium, an quis poſſit auertere à ſuo tecto, & dirigere in tectum domus, vel aream vicini. ibi. 9
Stipes communis eſt, à quo plures deſcendunt mediatè, vel immediatè, 25.3.e, quid ſit. ib. 5
Stipulatio alicui contractui interpoſita, an nouet contractum, 275.12. an contrahatur quibuſcunq. verbis 276. §. In hac re, n. 2. an mutet naturam actus, ſuper quo interponitur, & an reguletur ſecũdum naturam actus, 274.11. an neceſſario requirat pręcedentem interrogationem, & ſequutam reſponſionem, 275.17. an per epiſtolam, vel nuncium celebretur, 287. §. Item verborum, n. 1. an præſumatur contracta, ſi aliquis promiſit, nec appareat de interrogatione, 275.18. an ſit cõtractus iuris ciuilis, 274. an ſit contractus nominatus, ib. 5. an ſub conditione, vt in aliquem euẽtum differatur obligatio, fieri poſſit. 278. 11. an vitietur ratione præpoſterationis, ſi dies executionis pręcedat diem obligationis, 288. §. Item ſi quis ita, nu. 1. an vitietur ratione turpitudinis, ib. 1. annua, an ſit tranſitoria ad hęredes 276. §. At ſi ita, nu. 4. Aquiliana vnde dicta, & quid, 314. col. 2. n. 11. & 12. certa quid, 275.25. conditionalis an ſit tranſitoria ad hæredes, 278. §. Ex conditionali nu. 2. dandi, cuius ſit naturæ, 280.5. dandi quæ, 279. §. Fin. nu. 2. dicitur contractus, 263 4.c, etſi nuſquam interceſſerit, tamen actio ex ſtipulatu pro dote competit. 487.19. & 20. faciendi quæ 280.3. hodie dari, eſt pura, 276.9.a, in diem quid, ib §. Omnis ſtipulatio n. 6. inter abſentes inutilis, 287. §. Item verborum, n. 1. interpoſita intelligitur ſecũdum naturam actus cui interponitur, 274.11. b, omnis, aut eſt pura, aut in diem, aut cõditionalis, 276. §. Omnis ſtipulatio, n. 1. poſt mortem ſuam cur olim non valuerit, 288. §. poſt mortẽ, n. 1. pura quid, 276. §. Omnis ſtipulatio, n. 2. qualis ſit. Si promittis 10 aureos annuos, quoad viuam, 276. §. At ſi ita nu. 1. & 2. & pag. 277.3. ſub eod. §. qualiter fiat, 274.6. qualiter ratione conditionis adiectæ vitietur, 287. §. Si impoſſibilis, n. 1 & 4. qualiter ratione contrahentium vitietur, ibi. §. Item inutilis, nu. 1. quando vitietur ratione diſſenſus, 286. §. Pręterea, n. 1. & n. 1. & pag. ſeq. n. 3. & 5. quomodo definiatur, 275.13. quot modis concipiatur, 278.12. ratione rei, quæ propter impoſſibilitatem naturæ præſtari non poteſt, vitietur, 285. ad Tit. 20. n. 4. rei incertæ, an valeat, 275.22. rei ſacræ, publicæ, & liberis hominis eſt inutilis, 285. §. Idem iuris, nu. 1. ſi fiat de pluribus rebus, & promiſſor reſpondeat ſimpliciter, & diſtinctè, an promiſſor obligatur, 289. §. Quoties plures, nu. 1. ſine cauſa, an valeat, 278.15. ſub conditione præteriti, vel pręſentis tempori, an ſtatim valeat, vel non. 279. §. Conditione, nu. 1. tacita, 492.78.b, verbis aptis, & idoneis fieri poteſt, 276 §. In hac re, ad num. 2.a, verbis ſuperfluis non vitiatur, ib. a.b, vnde dicta ſit. 275.14
Stipulatione in diem ceſſit dies, ſed non venit, 276.7. ſibi, & extraneo copulatiuè facta, an quid extraneo acquiratur. 286. §. Quod ſi quis ſibi, nu. 1.
Stipulationem eſſe iudicialem, vel prætoriam quid poſſidet eſſe. 284.4
Stipulationes communes quæ ſint ibi. 7. communes quotuplici reſpectu dicantur, ibi. 8. conuentionales, quæ ibid 9 iudiciales quæ ibi. a. propriæ à quo inuentæ, ibi. 3. quare inuentæ, 285. §. Si quis alij, nu. 3
Stipulationis poteſtatiuæ conditionalis negatiuæ conceptæ quãdo verificetur exemptum, 278. §. Si quis ita, nu. 1 contractus quare à iure ciuili ſit introductus, 274.7. diuiſio, 275.20. requiſita ibi. 16. ſub conditione effectus. 278.13
Stipulatores rerum naturam mutare non poſſunt. 276. §. In hac re ad nu. 1.a
Stipulationum aliæ in dando, aliæ in faciendo conſiſtunt. 279 §. finali, nu. 1. quadruplex diuiſio, 284. ad Tit. 19. nu. 1
Studia inchoanda ſunt à facilioribus. 5. §. His igitur, nu. 1
Studioſus muſæum conductum relocare poteſt. 304. §. Finali, num. 5.c
Studium quod continuari debeat, dictum Pomponij Iuriſconſ. 192.12. recipit incrementum per exercitium. 441.49
Stuprator ſi neget vitiatum fuiſſe virginem, ipſa verò aſſerat ſe fuiſſe virginem, cui incumbat probatio. 453.14
Stupri, & adulterij differentia, 602. verſ. Sed eadem, nu. 1. & raptus differentia, 607. §. Sin autem, nu. 1
Subditi alicuius domini, qui longhiſſimo tempore iuerunt ad molendinum domini, an poſſint compelli, vt etiam in futurũ eodem vtantur 547.62. videtur dominum ſpoliare quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, eo ipſo, quod recuſant ei obedientiam 556.29. Subſcribens pręſumitur in dubio habuiſſe notitiã contentorum in ſcriptura, ita vt allegans ignorantiam probare debeat, 298.11. & ſigillans ſciens, an videatur iubere, 517.6 ſe inſtrumento, vt teſtis, obligare ſe non intelligitur, 297.9.d, idẽ eſt ſi ſubſcripſit ſe non perfecto inſtrumento ibi. ead. addit. d, idem eſt, ſi mixta ſunt capita in inſtrumento ibi. ead. addit. d
Subſcriptio principis idem operatur, ac ſi totam epiſtolam ſcripſiſſet. 297 8
Subſtantia ſimplicium ex mixtura immutatur, 359.38 a, ſpecierum manet in mixtis, non in confuſione, 96. §. Quod ſi frumentum, ad nu. 2. a
Subſtituere qui poſſint exemplariter, 175. col. 1. n 1
Subſtitui directò non poteſt extraneo, aut etiam filio puberi, ſed per fideicommiſſum poteſt 177.20. exemplariter quibus liberis poſſit. 175. col. 1. n. 4
Subſtituti cur hæredes ſecundi vocentur. 172.3
Subſtitutio breuiloqua quot alias ſub ſe contineat. 175. col. 2. 2. b abſque inſtitutione eſſe non poteſt, 172.4. compendioſa quid, & quot ſubſtitutiones complectatur, & vnde dicta, 176.1.2. & 3. compendioſa, quibus verbis fiat, ibid. 5. compendioſa quomodo differat à breuiloqua ibi. 4. compendioſa ſi fiat à milite filio impuberi verbis, vel directis, vel obliquis, ſine pręcarijs, vel etiam communibus, quid iuris, ibi. 8. directa ſolum poteſt fieri in teſtamentis ſed fideicommiſſaria, & obliqua in codicillis fieri poterit 173.15. directa ſubdiuiditur in quinq; ſpecies 172.7. eſt ſecunda hęredis inſtitutio, quæ fit poſt prima in locum deficientis, ib. 3. euaneſcit, ſi conditio appoſita defecerit, 174.25. exemplaris, in quo differat à pupillari 175.4.d, & ad n. 8.e, exemplaris, & pupillaris, in quib. differant, & conueniant, ib. 11. exemplaris, quæ requirat, ib 9. exemplaris quibus verbis fiat ib. 7. exemplaris quid, & vnde dicta ib. 1. exemplaris quomodo finiatur, ibi. 13. & 15. pupillaris continet tacitam vulgarem, 174.14. pupillaris quid ſit, ibi. 1. pupillaris è quibus coniecturis, aut verbis facta intelligatur, 173. ad Tit. 16. colu. 2.a pupillaris expreſſa excludit matrem, & omnes aſcendentes per lineam maternam à ſucceſſione filij, 174.16. pupillaris extenditur etiam ad filios exhæredatos: item ad poſthumus, 176 16. pupillaris militis valet, hæreditate etiam non adita, 174.12 f, pupillaris poteſt fieri per proprium nomen ſubſtituti, vel etiam generalibus verbis, 177.19. pupillaris quando finiatur è voluntatis coniectura 173. ad Tit. 16. col. 2.a, in fine add. pupillaris quibus fieri non poſſit, 174. ad nu. 6.b, 7.c. 8.d, & e, pupillaris ſed modis extinguitur, ib. 19. pupillaris vnde introducta, ib. 3. pupillaris quomodo à vulgari differat ib. 2. pupillaris tacita è quibus coniecturis ceſſet, & è quibus coniecturis cõtra matrem admittatur ib. ad nu. 4. a, reciproca impuberibus coniun-

Digitized by Google

coniunctim facta cum compendioſa num complectatur pupillarem,173.ad Tit.16.col.2 a, reciproca,quæ à DD.breuiloqua dicitur,quid,& vnde dicta,175.col.2.1.varijs modis fieri poteſt,173.§.Et plures 0.1.verbum,quam vim,& naturam habeat,172.ad Rubr.de vulg.ſubſtit.a, vulgaris expreſſa,aut tacita eſt,172.9.vulgaris quibus verbis fiat.ibi.11.vulgaris,quid & vnde dicta, ibid.8 vulgaris quomodo extinguitur, 103.13. vulgaris tacita quando exonguatur. 172.9.c

Subſtitutionis compēdioſæ effectus, 176.7.exemplaris effectus, 175. 12. pupillaris effectus, 176.15 pupillaris requiſita, 174.5 reciprocæ effectus,175.col.2.2.vulgaris effectus,172.12.vulgaris natura. ibi. 10

Subſtitutionum principalis diuiſio. ibi.6

Subſtitutus à matre ſuccedit in bonis maternis: à patre in paternis,& quando id fiat,175.col.1.ad n.2.b, exhæredato num legata præſtare teneatur,203.§.Legati autem,ad n.4.a,non poteſt repudiata hæreditate teſtatoris, tantum ſuccedere pupillo,174.12.ſit capax hæreditatis, opus eſt. ib.22

Subtrahens filium, vel alium liberum hominem, vel ſeruum, animo celandi,& priuandi, qua pœna teneatur,323.§.Interdum,nu.3

Succedens ab inteſtato, probet ſe eſſe proximum ipſius defuncti conſanguineum eſſe neceſſe,479.11 de iure prætorio, bonorum poſſeſſionem coram iudice agnoſcere debet,550.23

Succedere nolens de iure ciuili,poterit agnoſcere bonorum poſſeſſione de iure prætorio,255.17.quid ſit. 245.13

Succeſſio ab inteſtato vnde cauſam tradat, 219.16. ex edicto vnde vir,& vxor, vbi locum habeat, 237.13.1. ex teſtamento præfertur ſucceſſioni ab inteſtato, 218.7. in capita, item in ſtirpes quomodo fiat.221.13. liberorum eſt triſtis,182.8.libertorum, in quo differat à ſucceſſione ingenuorum, 249.4.2, magis debetur venientibus ab inteſtato, quam fiſco, 180.§.Ex eo autem,num.5. vnde vir,& vxor, non eſt ex iure ciuili, ſed prætorio. 237.10.e

Succeſſiones ab inteſtato,217.ad Rubr.de hæreditatibus,quę ab inteſtato deferuntur a,Iudæorum,118.ad n.9.b

Succeſſor alius vniuerſalis, alius ſingularis, 131.63. an teneatur ſtare locationi authoris, vel prædeceſſoris,304.§ Fin.ad n.2.b vniuerſalis locatoris an teneatur ſtare conditioni factæ per defunctum, ſed non particularis. 475.2.b

Succeſſori nocet mala fides authoris in pręſcriptioni longi temporis. 174.42

Succeſſorio edicto de gradu in gradum,an locus ſit in capite agnatorum,ſi exiſtentes in primo grado ſint excluſi, 245.21

Succeſſorium edictum in quo capite locum habeat,ibid.18 edictum quid, & quare inductum. ibi.14.& 15

Suitas ingreſſu monaſterij non amittitur,56.§. Finali, ad n.3.a, ius quoddam ſanguinis eſt, ib.ead.addit.a,& 185.8.e

Suitatis ius,an ſit ſublatum,& quo ſint effectus ſuitatis. pagina, ead.185.nu.7.& 8

Superficiarius fundum naturaliter poſſidet 123.ad nu.59.g

Superioritas, an præſcribi poſſit, vt videlicet aliquis Imperatori non ſubſit. 13.51

Superſtes è duobus tutoribus tutelam adminiſtrat. 59.ad Rubr. §.Sed, & ſi, a

Supplementorum legitimæ qua actione petatur,193.2.b,quo temporis ſpatio tollatur,ib.ad nu. 12.b

Supplicans pro reo criminis lęſæ Maieſtatis ſit infamis,324.6

Surdus emere,& vendere poteſt, 466.2.quos contractus celebrarę poſſit,187.§.Mutum,nu.1. reſpondere poteſt etſi audire non poſſit. 36. 19,b

Surgens in ſomnis,& aliquem occidens,20, & quomodo puniri debeat. 576.137

Surrogatū ſapit naturam eius,in cuius locum ſurrogatur,486.9

Suſpecti accuſatio ex lege xij.tabularum deſcendit, 79. ad Tit. 26.n.2.cognitio ad quos iudices pertineat 88. §.Datū eſt aūt, nu.1.criminis poſtulatio duplex eſt,79.ad Tit.26.4. poſtulatio famam lędit 80 § oſtendimus, nu 6.poſtulatio morte tutoris extinguitur? item,ſi alio modo tutela ſit finita, 82.6. & 7.poſtulatio omnibus conceditur 80 § Conſequens,n.1.qui tutores poſſint accuſari,ibi.§.Oſtendimus,nu.1

Suſpectus tutores pōt adultus accuſare,ib.§.Conſequens,nu.7.

Suſpectum mulier accuſare poteſt, ib.6. poteſt prætor ex officio remouere. ibi. 5

Suſpectus tutor quis dicatur. 79.ad Tit.26. 3

Suſpenſum aliquid habens in loco, vbi iter eſt, tenetur ex quaſi delicto actione in factū ad pęnam aureorum decem, 349.11

Suſpicio ex quib.cauſis probetur,81.§.Suſpectus autem eſt n.6

Suus ab inteſtato ſuccedere volens defuncto, capax eſſe debet hæreditatis tempore mortis defuncti, 186.ad nu 3.d, & quid in eo,qui ex teſtamento vult ſuccedere,ib.e,dictio, non temper importat dominium, 371.57.nobis agnoſcitur ſi naturā naſcitur,ciuiliter,ſi per nos adoptatur, 177.ad n.10.c,ſuccedit parentibus, vt neceſſarius. 220.5.a

T

TAbellioni ſcribenti teſtamentum, nihil in teſtamento relinqui poteſt. dictantibus tamen teſtamentum legari poteſt,158.§.Legatarijs, nu.3

Tabernas opacas amant mercatores. 109.18

Tacita hypotheca duplex. 391.55

Taciti,& expreſſi verum per virtus. 390.ad 42.b

Tacitum non debet plus operari, quàm expreſſum, ibi.nu.42

Taciturnitas ſiue ſilentium domini quatenus in peculio, & libertate ſerui conſenſum operetur. 399.ad nu.2.b

Tantum quis dat, quantum habere ſperat. 140. ad 36.b

Tempora præſcriptionum arbitraria non ſunt. 120.4.e

Temporis anguſtia in contracto appoſita,an vitiet eum, 279.§. Loca,nu.6

Tempus à lege expreſſum,in quib.caſib.requiratur,276.§.Omnis ſtipulatio,n.5.ad petendam bonorum poſſeſſionem,an ſit vtile, vel continuum, 254.2.contra Eccleſiam præſcribendi quantum requiratur,87.9.a,& 128.18.b,cuius initij memoria non extat,quod,129.35.cuius initij,&c.habetur loco tituli legitimi,habet vim priuilegij,& tantum poteſt,quantum Imperator, ib.31.duorum menſium compenſatione fiſco opponēda expreſſum, an ēt locum habeat in priuato, 557.19.immemoriale requiritur ad probandam ſeruitutem pecori paſcendi, 113.17.g,omnibus animantibus commune, 472.22.petendæ poſſeſſionis bonorum non currit ignoranti,etſi ſtaret per centum annos, 252.col.1.ad n.7.c, huiuſmodi bonorum poſſeſſionis petendæ nunquam currit,225.ad n.18.d,præſcriptionis omne cōtinuum eſt 127.9 c,quale in præſcriptionib. conſideretur, ib.9.quo de iure ciuili quis hæreditatem adire poteſt, currit contra ignorātem ſecus in bonorum poſſeſſione. 255.17.quod attendatur in legatis,186.4.vtile, aut cōtinuum quod 254.3.vtile dupliciter conſideratur. 380.67

Teneri verbum,generalius eſt,quam obligari. 360 52

Tenor inſtrumentorum,& omnium pupill. num ſummatim inſtrumentum inſerendus. 55.16.f

Termini ſi cōſtituātur,qualiter iudex procedere debeat,449.20

Terminorū poſitio, an partibus præſentibus fieri debeat, ibi.22

Terminos amouentes quomodo à iure ciuili puniantur,448.2

Terminus ad iurādū qualis ſit de iure Sax. 409.82. probationis de iure Saxo.eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum, 479.20

Terra quod ſit vnita, qualiter cognoſcatur, & probetur, 94.§. Præterea,nu.3

Terræ Eccleſiæ incoltæ poſſintne per prelatum ſine ſolemnitate dati in emphyteuſim perpetuam,vel in feudum, 87.9 a

Territoria confinia habentes,& volentes conſeruare iuriſdictionem, an poſſint vtili actione experiri, vt territoria ſeparentur,& ponantur limites, 448.10. & iuriſdictionum vſus, & præfecturæ, an,& quando diui poſſint. 440.37.a

Tertius, an poſſit præſcribere proprietatem rei feudalis contra directum dominum feudi, in quem feudum eſt alienum abſque conſenſu domini, 127.16.poſſeſſor conuentus hypothecaria,offerendo & ſoluendo creditori hoc,quod ei debebatur poteſt pignus retinere. 393.83

Tertulianum S.C.vnde dictum, 246.1

Teſtamenta ante furorem, vel morbum facta non concidūt ſuperueniente morbo,ſiue furore, 175.5.condere poſſunt oēs, qui non expreſſe prohibentur, 163.3. quomodo fiant irrita. 178.§.Alio autem modo,nu.1.& 7.& pag.179. nu.8.& 9

Teſtamenti appellatione largo modo veniunt codicilli, 191.16. etymologia eiuſq.defenſio aduerſus Vallam 154.ad Rubr.

Teſtamentum vnde dicatur,nu.1.factio à ſtatuto in totum tolli non poteſt reſtringi poteſt,ib.21.factio eſt iuris publici, 163.7 factionem actiuam,item,& paſſiua qui habere dicantur,186. §.Teſtamenti,nu 1.ſubſtantialis natura eſt,vt ſit teſtatio mentis,154.ad Rubr.Teſtamentum vnde dicatur, nu 3

Teſtamento inofficioſo licet ſint adhibitæ omnes ſolemnitates à iure requiſitæ, tamen à liberis impugnari poteſt, 181.4

Teſtamentorum genera hodie duo ſunt in vſu, militare,& paganicum,155.ad Rubr.Quot ſint ſpecies teſtamentorum, nu.9 genera tria veteribus vſitata,nempe teſtamentum calatis comitijs,procinctum: & quod per ęs,& libram dicebatur, ib.n. 1.cum ſequ.vſus apud omnes gentes manifeſtus, & comprobatur veteris, ac noui teſtamenti authoritate. 154.17

Teſtamētum abſq; inſtitutione hæredis nō valet, 154.ad Rubr. Quid ſit teſtamentum, n.5.ad pias cauſas de iure Canonico a

duobus

Digitized by Google

duobus teſtibus adhibitis valet. Item, omne aliud teſtamentũ in terris eccleſiæ à parochianis 157.19. aliud iuſtũ, aliud iniuſtũ.177.4. an ſit validũ, quando quæritur, & quæ ſint conſideranda.156.6. ante malitiã ſine ſolemnitate factum valet, ſi teſtator in expeditione degens illud confirmauerit. 163.22. an valeat, ſi filius, qui iã natus, & in teſtamẽto præteritus erat, moriatur adhuc viuo patre.67.3. cæci, & illiterati teſtes octo requirit. 157.20. capitis diminutione irritũ factum recõualeſcit de iure prætorio 179.§. Non tamen, nu.1. dicitur nullũ in quo ſolemnitates omiſſę, 178 § Alio autem modo n.5.a, ẽ codicillis non confirmatur. 215.1.b, eius qui apud hoſtes poſt deceſſit, hoc ipſo quod captus fuit, irritũ nõ fit: valet enim fictione legis Cornel.ę, 179.3.a, ei 15. qui coniectus in carcerẽ ob delictũ ſeipſum interfecit an valeat, 166. 11. & codicilli in quibus differant, 215.1. factum ante captiuitatem valet. 165 §. Finali, n. 3. fieri poteſt in quacumque materia idonea ad ſcribẽdum 158.§. Nihil autẽ, n.1. fit à quoquo tamquam à perſona priuata 53.4.e, ideo requirit tot ſolemnitates, vt euitentur fraudes 156.9. illiterati octo teſtes requirit 157.10. in quo filius præteritus eſt, ita nullũ eſt, vt opus non ſit dicere nullũ 181.13.c, inofficioſum dicitur, quod cõtra pietatis officium factũ eſt 180. ad tit. 18, n. 2. inter liberos imperfectum valet 180.2.a, inuentione ipſa eſt iuris gentiũ, forma, & ſolẽnitate iuris eſſe ciuilis.154.18.d, ipſum quomodo maneat poſſit tutela teſtamẽtaria, deficiẽte 54. ad tit. 15. nu. 6. a, irritũ, quod propriẽ dicatur. 178. §. Alio autẽ modo, n.6. iure canonico fieri poteſt cũ teſtib. duobus corã presbytero.156.7.c, iure ipſo nullum eſt, ſi mater aut auus maternus præterierit filium, vel nepotẽ cauſa præteritionis non adiecta.269.§ Fin. nu. 1. a, iuris publici Romani eſt iuris gẽtium, 154.18.b, iuſtum, & iniuſtum, quòd ibi. 7. iuſtum ſiue legitimum, infirmatur nonnũquam dum rumpitur aut irritum fit. 77.9. militari fit bifariam. 162.9. militis teſtamentum eius eſſe negatũ teſtibus duobus eſt probandum, ib. 14.g. militis nõ fit irritum diminutione capitis. 179.8.a, minus ſolemniter factum interdum ſubſiſtit. 156.12. morte cõfirmatur. 153.8 nullum quid 78.§. Alio autẽ modo, n.4. nuncupatiuum quid differat a ſcripto. 160. col. 2. 8.a, nuncupatiuũ quid, vnde dictum, & quo a ſolẽni in ſcriptis differat. 159. ad Rubr. de teſtamento nũcupatiuo, n.1 & 2. nuncupatiuũ fieri poteſt ſine ſcriptura, & cũ ſcriptura, ib. 4. oblatũ principi, vel factum apud acta iudicij valet, etiã non adhibitis ſeptẽ teſtibus. 57.17. paganicũ ſubdiuiditur in nũcupatiuum, quod ſine ſcriptis fit, & ſolẽne, quod fit in ſcriptis. 155.10. parentum inter liberos, ex iuſto matrimonio procreatos, etiam minus ſolẽne valet. 156.13. pendere nõ poteſt ex arbitrio alieno. 135 9. b, per ſe nõ valens iure codicillorũ non valebit, niſi teſtator per eos cõfirmari velit. 216.15.a, poſterius, an & quãdo rumpat præcedens. 177.§ poſteriore, n.1. poſterius imperfectum, non tollit prius perfectum, niſi in ſeptẽ caſib. 180. § Ex eo autem, n. 2. 3. & 4. prius, an infirmetur ſola pęnitentia, & nuda teſtatoris voluntate 179. § Ex eo autem, n.1. prius vtrum per poſterius rũpatur, ib eod. §. Ex eo autem, ad n. 1.a, pupillare eſt pars & ſequela teſtamenti paterni. 177.17. quando rumpatur, ibid. 10. quo iure inuentum. 153. 2. quot modis irritum, vel ruptum dicatur. 178 §. Alio autem modo, nu. 5. ruptum quod ibid. ad nu. 5. b, ſecundum conſuetudinem loci factum valet. 155. ad Rub. de ſolemni teſtamento a, ſemel publicum, manet firmũ, etiã charta amiſſa. 159. ad Rubr. de public. teſtam. n. 4. ſi condunt ad pias cauſas, ſeruatur diſpoſitio iuris canonici, etiam in terris Imperij 157.41. ſi eſt iniuſtum, & imperfectum ex eo nec Imperator hæres inſtitutus aliquid petere poteſt. 177.7. ſi ne inſtitutione hæredis olim non ſubſiſtebat 166. ad Rubr. tit. 13.a, ſolemne, etſi non offeratur teſtibus clauſum, non tamen idcirco vitiatur 156.10. ſolemne in ſcriptis confectũ, quomodo publicetur. 158 ad Rubr de publicatione teſtamenti, nu 1. ſolemne non neceſſe eſt patefieri teſtibus, duplicem ob cauſam 156 2 & 3. ſolemne, ſiue in ſcriptis, quod ibi. 1. tẽpore peſtis coram paucioribus teſtibus condi poteſt, ibi 16. vltimum cur omnibus prioribus deroget 178 § Poſteriore, nu. 4. vnum pluribus codicibus fieri poteſt 158. §. Nihil autem, nnmer. 4.

Teſtandi ſolemnitates militibus relaxantur. 156.14

Teſtari, an ſit licitum de mero iure, vel, an facultas teſtãdi quaſi ex gratia concedatur. 153. 6. nutu nemini permittitur. 165. §. Item ſurdos, nu. 3.

Teſtator, an in teſtamento diuiſionem prohibere poſſit. 446.21. & 447 22. cum quo loquatur nil refert, ſed in quẽ voluntatis intentio dirigatur 191 4. debet habere teſtamenti factionem actiuam 156. 5. habens diffuſum patrimonium in diuerſis locis, poteſt plures tutores conſtituere, & vni in hoc, alteri in alio loco adminiſtrationem mandare. 78. §. Datus autem, n. 2. hodie prohibere poteſt Falcidiæ detractionem 208. 19. & 221 17. b, inſtituere poteſt quos voluerit. 170 8. non ſolum res proprias per fideicommiſſum relinquere poteſt. ſed, & alienas. 212 ad tit. 24. nu. 8

Teſtator poterat olim ex lege 12. tab. totum patrimonium ſuũ erogare per legata. 206. ad tit. 22. n. 3. poteſt hæreditatẽ diuidere in quot partes voluerit 170. §. Hæreditas, n. 3 prohibere poteſt Falcidiæ detractionem, & Trebellianicam quoque ſed quartam iure naturæ debitam non itẽ. 207. col. 1. 5. a, prohibere poteſt res ſuas extra familiã alienare, 245. 10. a, quando expreſſe legat optionem rerũ in genere legatarũ, & legatarius decedit priuſquã eligat, an ad hæredes ſuas tranſmittat. 202 1. quando iubet hæredem retinere quartam de omnib ſuis bonis, idem eſt, ac ſi iubeat eum deducere certã aliquam re, quę quartam contineat 211 §. Si quis vna, num. 1. quando teſtando donat alicui præſenti fundum, numquid ſit donatio inter viuos, aut legatum 190.9 qui alicui in teſtamẽto legauit fundũ, an videatur ademiſſe, & reuocaſſe legatũ, ſi poſtea eumdem fundum alienat. 196 §. Si rem ſuam, n. 1. ſi alteri legauerit ſeruum alienũ & is poſtea ſine facto hæredis fuerit manumiſſus, an hæres teneatur ad eius æſtimationem, 199. §. Si res leg. n. 9. ſi appoſuit pęnã, an legalis, pęna dupli ceſſare debeat, 43 5. 20. ſi in teſtamento dixit Quẽ in codicillis nominauero hęredem, is hæres meus eſto, tunc adhuc is intelligitur eſſe hæres teſtamentarius 215. 8. ſi nullam fecit mentionem partium, fit ſucceſſio in æquis partib. 1 1. § Si plures, n. 1 ſi rem legatam alienauit donando, vel alio modo, quid iuris. 196. § Si rem ſuã, n 2. & 4. ſi viuus exegit, debitum legatum debiti extinguitur. 201. §. Tam autem, n. 4. ſuis verbis efficere non poteſt, ne lẽges in teſtamento ſuo locum habeant 178. §. Sed, & ſi quis, n. 4. tot gradus hęredum facere poteſt in teſtamento, quot voluerit, & in ſubſidium, ne inteſtatus moriatur, poterit ſubſtituere ſeruum tamquam hæredem neceſſarium, nuda volũtate adimit legatum quando rem legatam alteri donat. 206. 16. vltro rem legatam vendens ſine vlla neceſſitate, videtur eam legatario ademiſſe 196. § Si rem ſuam, ad nu. 4. c. voluntatem ſuam ſemper mutare poteſt 178. § Poſteriore, ad nu. 6. b

Teſtatore inſtituente vnum aut plures hæredes ex certa parte, non expleto aſſe ſeu dipondio, & vnum deinceps ſine parte, hic ſine parte ſcriptus capit id, quod aſſi, ſeu dipondio deeſt. 170. §. Hæreditas nu. 5.

Teſtatores ſunt promores ad legandum res ſuas, quam ad grauandum hæredes, vt res alienas redimant. 293 9

Teſtatoris cauſa introductum eſt, vt vltra dodrantem, hoc eſt, nouem vncias legare non poſſit. 207. 5

Teſtatoris defuncti quantitas bonorum conſideratur tempore mortis, ibid. § Quantitas, num 2 prohibitio fortior eſt, quam contrahentis, 447. 23 voluntas dicitur lex. 207. 4

Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus, nemo paganus decedere poteſt. 170. § Hæreditas nu. 6.

Teſtes, an præſumantur rogati. 161. col. 1 8 b, duo ſecundum ius canonicum ſufficiunt in teſtamento. 157.19. e, exceptione omni maiores infamiẽ infamia facti non admittuntur, 57. 4. d, idonei qui dicantur 288 12. in codicillis ſpecialiter rogari nõ neceſſe eſt. 214. 5. in teſtamento adhiberi poſſunt pater, & filius ſimul 1, 8. §. Pater, nu. 1. in teſtamento extranei adhiberi poſſunt ſimul plures de vna domo, quantumcumq; coniuncti, ib. 3. in teſtamento regulariter rogati eſſe debent. 156. 7. e, qui in teſtamento adhiberi poſſunt, illi omnes etiam in codicillis teſtes eſſe poſſunt. 214. 36. quinque ad minus requiruntur in omni vltima voluntate, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis confecta, exceptio in teſtamẽto, in quo ſeptẽ adhiberi debent, ib. 34. teſtamentarij qui eſſe prohibeantur. 157. §. Teſtes autem, nu. 2.

Teſti non iurato non creditur. 414. 1. 8

Teſtimonia non deſtituuntur fide, ex eo, quòd teſtes collocuti fuerint, ſed quod a partibus ſubornati. 15. 8 §. Pater, num. 1. b

Teſtimonium aſcendentiũ, & deſcendentiũ quãdo quomodoq; valeat 25. 1. a, minorum quando valeat, 157. 6 patris, qui filio aduerſarius eſt, ſuper ætate filij admittendum non eſt. 17. 9. c

Teſtis de quib. rebus deponere debeat 129. 29. dicens aliquid factum eſſe duob. præſentib. & poſtea nominans tres, non dicitur vacillare, 186. 5. dictũ dubium contra quẽ ſit interpretandum. 266. 23. idoneus in propria cauſa nemo exiſtit. 158. 11. in propria perſona iurare cogitur. 412. 106 iniuriatus regulariter fidẽ non facit. 414. 118. b, pauper fidẽ meretur, ſi perſona ſit honeſta, & morib. bonis prædita. 19. 11. c, periurus quomodo puniatur. 414. 120 periurus tribus perſonis eſt obnoxius ibid. 119. vltroneus, qui non citatus venit, non probat. 409. 74.

Theſaurus arte magica inuentus, an fiat inuẽtoris 101. 5. eſt fortunæ donũ, ib. in fundo emphyteuticario repertus cedit emphyteutæ, ib. ad nu. 6. b, inuentus in fundo alieno priuati alicuius, qui neque directum neque vtile habet dominium, ad

quem

Digitized by Google

quem ſpectet,ibi. 8.Inuentus in fundo feudali cuius ſit, ibi.ad nu.6.b,inuentus in fundo fructuarij cuius ſit,ibi. eod.n.8. inuentus in fundo ſuo,vel alio loco proprio, an ſit totus inuentoris,ibi.eo nu.8.inuentus in loco publico fiſcali,Cæſaris,vel ciuitatis,cuius fiat,ibid.9. creditori quemadmodum cedat inuentus in fundo ei pignorato.101.8.d,quid ſit. 101.3

Tigni adpellatione quid veniat. 97.7.& 108.5

Titia vxor fratris mei mea affinis eſt. 28.8.c

Titulum de verb.oblig.benè ſciens, neceſſariò bonus eſt legiſta. 274.3.procurans eſt in mala fide. 373.31.ſuæ poſſeſſionis, neminem teneri oſtendere,quomodo intelligendum. 369.40.

Titulus à fure acquiſitus habetur pro non titulo, 373. 30. de actionibus eſt plenus aureo,& honore. 351. 1 in præſcriptione contra ius commune requiritur, 124.24.b, in quibus præſcriptionibus non requiratur, ibi.42 inſtitutionis eſt honorabilior titulo legati,vel donationis,183.4. lucratiuus quis.123.36. oneroſus,& lucratiuus. 384.31. oneroſus quis, 123.35. qualis requiratur ad vſucapionem,& præſcriptionem, ibid.34. quare non requiratur in præſcriptione rerum incorporalium,& ſeruitutum realium,125.43.quidem quaſi lucratiuus.384.36. quomodo accipiatur in Rub.de vſucapion.& longi temporis præſcriptionibus,123.nu.33.

Torturæ ſeipſum nemo offerre põt, vt alius torqueatur. 402.27

Tractatus Baldi Peruſini,& aliorum de inuentatio.187.11.e,manumiſſorum,qui in iure continentur,cur hodie non omnino ſpernendi ſint 15.ad Tit. 3.num.10.b, Menochij de retinenda poſſeſſione, 544.9.a,Rebuffi de exceptionibus. 736.1 a

Traditio aut vera,aut ficta eſt.102.§ Per traditionem, nu. 2.& ad eumdem, a, bireti,enſis,annuli, quare non transferat poſſeſſionem in vaſallum, cum in traditione clauium acquiratur poſſeſſio rerum,quæ ſub clauibus cuſtodiuntur. 574.123. clauium vt operetur poſſeſſionem,quæ requirantur, ibid.114. facit,vt rerum dominium conſequamur. 102. §. Per traditionem,n.1.non ſolum vera ſed etiam ficta transfert dominium ibi.2.quæ requirat,ibid.3. quomodo probetur.124.31.ſimplex quando non ſufficiat. ib.48

Traditione conſequimur rerum dominia. 114. 1 & 374. 36.rerum dominia transferuntur. 124.47

Tranſactio è falſis probationibus lata impugnari licitè poteſt. 413.116 c,& iuramentum æquiparantur.405.27.ſuper crimine,an præiudicet iuri publico. 457.28

Tranſactionem iuratam non ſeruans,incidit in pęnam l. ſi quis maior,C.de tranſact. 414.124

Tranſcendens foſſam villæ ſecundum quoſdam capitaliter non peccat.88.3.f, murum banniti interficiendi cauſa, qua pœna afficiatur. ibid.c

Tranſiens in alterius poteſtatem amittit poſſeſſionem rei anteа poſſeſſæ. 581.169.cum ſeqq.

Tranſiẽs cũ accuſatore,an id quod dedit repetere poſſit.417.2.c

Tranſigi,an poſſit ſuper matrimonio. 403.28

Tranſitus quando alicui conceditur, intelligitur modeſtè, & honeſtè. 106.20

Translatio dominij quot modis inducatur, 103. §. Item ſi quis ad n.a b,facta in incapacem tenet.107.27. legatorum ſit quatuor modis. ibid.26

Trebellianica,an,& quando ceſſet,211.17. an inuentario non confecto amittatur. 188. 19. d, etiam dicitur Falcidia. 207.9. quid, & an detrahatur contra teſtatoris voluntatem. 209. ad Tit.de fideicommiſſ. hæredit.a

in Trebellianicam quando hæres de vna certa re deducere poſſit,211.§.Si quis vnus,nu.4.in Trebellianicam quid computetur. 207.17

Tributum,an,& quanto tempore præſcribi poſſit. 13.5.1

Tripondium quid.110.§ Hæreditas,nu.3.

Turbam faciunt plures quàm decem. 200.14

Tutela,an tranſeat ad hæredem,67.§.Simili modo,nu.2.datiua quando locum habeat,& quando deſinat, 59. §.Sed etſi nu. 1. & 2.datiua quid,ib. ad Tit.20.num.4 & quando deſinat datiua,ibi.§. Sed etſi nu.3.& triplex.51.§.Permiſſum,num.1. fiduciaria quibus deferatur,vnde proceſſerit,& vnde dicta ſit.58. Tit.19.numer.1.2.& 3.filij impuberis vaſalli,ſiue agnati mortui,cui deferatur.57 tit.17.nu.3. finitur arrogatione, deportatione pupilli,ſeruitute, captiuitate pupilli, vel tutoris. 67.§. Item finitur,nu.1. cum numeris ſeqq. geritur à quoquo tamquam a perſona publica, 53.3.c, legitima parentum vnde 57. tit.18.nu.2.legitima patronorum vnde, & cui deferatur ibid. tit.17.nu.1.legitima præfertur datiuæ, 59.7. legitima quæ 54. tit.15.2.legitima,quid, vnde dicta,quotuplex,51.§ Permiſſum, num.3 non finitur excuſatione temporaria,67.§.Finali,ad n. 1.a,quare in genere introducta,60.1. quatenus publicũ, quatenus priuatum munus ſit,53.2.reipublicæ munus nõ eſt. 73. tit.25.nu.1.b,ſi eſt diuiſa,quomodo tutores conueniendi, 73. nu.12.temporalis finito tempore exſpirat.67.§. Præterea,nu. 1,Teſtamentum num deficiente teſtamento ſubſiſtere poſſit. 54.col.2.nu.6.a,teſtamentaria præfertur legitimæ,& datiuæ, 59.6.teſtamentaria quę 51.col.1.nu.2.teſtamentaria quando ceſſare dicatur,54.tit.15.num.6.teſtamentaria, vt valeat quæ requirantur,51.§ Permiſſum,nu.6.

Tutela durante ſi inter pupillum, & tutorem lis oriatur, quis tunc author fieri debeat, & an ead.durante tutorem conuenire poſſit,64.§.Finali,nu.1.2.

Tutelæ definitio,& quas cauſas comprehendat, 50.tit.13.1.legitimæ quando locus ſit 54.tit.15.n.4.quot excuſent, 75.§ Item tria,nu.4.requiſita quæ 51.,.cum ſeq.

Tutelarum multitudo excuſat à tutela.75.§. Item tria,num.1.

Tutor à matre datus confirmatur inquiſitione prius facta. 52. 19.b,actorē põt conſtituere,nõ procuratorem,71.§.Interdum n.3 ad quid detur,ad quid curator, 51.§. Eſt autem,n.5.an ab inteſtato in codicillis dari poſſit,& an in teſtamento imperfecto dari poſſit,ib.§ permiſſum,n.7.& 8. an alijs deficientibus ſuccedat pupillo.243.18.e,an appellare, 79.§. Qui autem n.4. an cogi poſſit ad præſtandum authoritatem.64.§. Tutor, autem,nu.4. an dandus ſit à iudice originis pupilli, an ſub cuius iuriſdictione bona eius ſint ſita. 59.§.Nos autem,n.5. an poſſit emere res pupilli, 501 5.confirmatus,an ſit datiuus, vel teſtamentarius, 52. 18. datur etiam ei cuius pater captus eſt, ab hoſtib.51.§.Eſt autem,n.3 a,datur perſonæ,curator rebus 54. 7.datur vt conſulat pupillo viuenti,non morienti 164. 3. datus à iudice appellans apellatione pendente adminiſtrare tenetur, 52.9.a,datus ad vniuerſitatem rerum, ſimpliciter, reb. etiã in locis alijs exiſtentibus intelligitur datus 54.6.c,egenos alendus eſt ex bonis pupilli locupletis aliquando,75.§. Sed & propter,ad n.4.c,electus in teſtamento, quãdo ſolus adminiſtret, 72.6.excuſatur ab adminiſtratione rerũ in aliena prouincia vltra centeſimum lapidem fiat, 78.§.Datus autem,n.2.habens magnam litem cum pupillo,excuſatur à tutela. 75. §.Itē propter litem,nu.1. idoneus ſi in ciuitate pupilli inueniri non poteſt,qualiter illi prouidendum 60.9.impeditus, an aliũ ſubſtituere poſſit.71.§ Interdum, n.2. in alijs tutelis fraudulenter verſatus priuſquam gerere incipiat, remoueri poteſt.81.§.Suſpectus autē eſt,in his,quę dilationē nõ recipiunt, interuenire,eaq; ante inuentarij confectionē gerere poteſt. 55. 19. tit. 1. in loco,vbi tutela adminiſtranda idoneus nõ repertus, facit, vt aliquis aliunde accuſatur. 59.§.Nos autem.ad n.5.a,incertus dari non poteſt etiamſi certificandus veniat.203 10. is qui geſſit tutelam primum conueniendus eſt, eo vero non ſoluẽdo,is qui nõ geſſit 73.15.d, iurare tenetur,ſe,cũ opus erit ſuoque tempore,tutelę rationem redditurum,55.18.g,legitimus aut datiuus non ſit ſub cõditione,67.§.Sed etſi, ad numerũ 1 a,legitimus tenetur ſatisdare.71. 9. c, legitimus datiuo ſuccedit,59.§.Sed etſi,ad Rubr. quando tutela datiua locũ habeat, à legitimus teſtamẽtario ſuccedit, ibi. ead.add a,pecunias eodem modo,quo ſuas ipſius collocare tenetur, 60. § Impubes nu.2.b,poteſt pupillis ſuis præceptores conſtituere,& illis ſalaria aſſignare,ib.additio.præcedenti a,proteſtans res aliquas inuentario appoſitas non eſſe,non iuuatur,55.16.c,pupilli nõ cogitur eiuſdem curator eſſe,78.§.Qui tutelam,nu.1.quando certæ rei,vel cauſę teſtamento dari poſſit. 54.§. Ad certum,n. 6. quando exceptione ordinis, ſeu excuſſionis ſe defendere poſſit.73.14.quãdo habeat exceptionē cedendarũ actionum ib.15.quãdo infamis efficiatur,81. §.Suſpectus autem remotus,nu.1.quando tutelæ rationem reddere debeat,ſecundum ius commune,& Saxon.60.§. Impubes,n. 3 qui fraude geſſiſſe probatur, etiamſi ſatiſdationem offerat,remouetur 81. §. Suſpectus autem eſt,col.1 n.2. quis dare debeat,ſi proximior agnatus eſt minor,58. 6. remotus alios contutores ſuſpectos poſtulare poteſt.80.§.Conſequens,n.2.remouetur ob dolum culpam latam,& leuem,etiam ſi ſit ſoluendo,80.§.Suſpectus autem eſt,n.1.ſuſpectus accuſatus ob facta atrociores grauiter ſecundum iudicis arbitrium punitur,32.5.teſtamentarius locum facit alij per iudicem dando, ipſe, vel excuſatus, vel amotus, 59. ad Rub.Quando tutela datiua locum habeat, a teſtamentarius quare legitimo præferatur,54.ti 15.nu.5.teſtamentarius recuſans ſubire onus tutelæ, an legatum in teſtamento relictum perdat.73.3.teſtamẽto datus à teſtatore ſuis liberis,poteſt eſſe teſtis in teſtamento, 158.§.Legatarijs nu.2. tutoris factum quando non probet. 73. 12. a, volens curator eſſe eiuſdem perſonæ,poteſt.78.§.Qui tutelam,nu.2.vt tutelã adminiſtrare poſſit,quæ requirantur.55.n.13.17.18. & 19.

Tutore Reipubl.cauſa abſente, interim pupillo prouidetur de curatore,donec reuertatur.94.§.Item ij,qui nu.6.

Tutores à patre filij ſimpliciter dati,vt etiam poſthumis dati intelli-

telli-

Digitized by Google

intelligantur, quæ requirantur, 52.14. ad onus tutelę cogi poſſunt, 73. tit. 15. nu. 1. alij in locum remotorum dari ſolent 70. col. 2. 1. b, & curatores, cuius ętatis eſſe debeant. 58. tit. 19. 4. intra quod tempus, per quos, & à quo peti debeant, 59. tit. 20. 5 legitimi à quo dentur, 54. tit. 15. nu. 3. & 70. col. 1. 2, omnes ſimul adminiſtrare, vel tutelam diuidere poſſunt, confecto inuentario, & pręſtito iuramento, 72. 2. puberib. & adultis non dantur, 52. 13. c, quæ beneficia habeant, ſi nullus, vel omnes geſſerunt, 73. 17. qualiter in teſtamento dentur, 54. §. Ad certum, nu. 1. cum ſeq. quam cautionem præſtare debeant, 72. 8. quando dari poſſint mater, vel auia, 52. 11. qui à iudice dari poſſint qui non. 60. 10. qui eſſe nequeant, 53. 9. qui in teſtaméto dari poſſint, ib. 1. qui dare poſſint, 19. §. Nos autem, n. 1. 2. 3 & 4. qui ſatiſdare teneantur. qui non 71. n. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. quibus dentur 51. §. Eſt autem, nu. 8. quibus teſtamento dari poſſint, 52. 13. quibus pupillis dari poſſint, 60. 6 quo ordine vocentur, 51. § Permiſſum, n. 5. rem pupilli gerere tenẽtur varijs modis, 59. 2. a, tutelam diſtribuere volentes audiendi ſunt, 72. 10. vel curatores, an inuiti cogi poſſint ad vnum eligendum, 72. 9. vnde dicti 51. §. Eſt autem, nu. 6.

Tutori, an debeatur à pupillo ſalatium, 75. §. Sed, & propter, nu. 4. an, & quando alimenta ex bonis pupilli debeantur ib. nu. 3. quando remedium vtilis actionis detur, 73. 16. quid faciendum ſit tutela finita. 66. 5

Tutoribus diſcordantibus in eligendo quis eligant, 72. 8 quæ remedia competant, ſi vnus ex illis geſſit, & ad quem modum ijs vti poſſint. Tutoris authoritas qualiter, & quando interuenire debeat, vt pupillus obligetur, 64. §. Tutor autem, n. 1. 2. & 3. datio à iudice facta, vt valeat, quæ requirantur, 60. 11. datio facta à patre in teſtamento filio emancipato, an valeat. 52 16. datio in teſtamento facta, quæ requirantur, vt valeat, ib. 19. datio quæ ipſo iure valet, & ad quam neceſſaria eſt iudicis confirmatio, quomodo differant, 52. 9. officium quod ſit, 60. §. Impubes, num. 2. remotione tutela finitur, item excuſatione perpetua, 67. §. Finali, nu. 1. & 2

V

VAcua poſſeſſio quæ dicatur. 468. 23

Vagabundus, an priuandus ſit beneficio, & emphyteuſi, 42 ad Rubr. An vxor teneatur ſequi maritum vagabundum, f

Valetudinarij, & debiles, qui cenſeantur, & a quibus muneribus excuſentur, 75. §. Item propter aduerſam, ad num. 1. a

Valor, & quantitas rerum amiſſarũ quomodo probetur, ſi reus neget, ſe tot res, vel tanti valoris abſtuliſſe, 432. 17. rerum ſubtractarum ex valiſia, quæ cauponi cuſtodienda tradita fuit, quomodo per viatorem probari poſſit.

Vaſallos inuitos, an dominus alienare poſſit. 256. tit. 12. 9

Vaſallus, an de feudo teſtari poſſit, 166. 14. an feudum feudalem præſcribere poſſit, 125. 9. an proprijs ſumptibus teneatur ſeruire domino. Et quid de conſuetudine in terris Saxonicæ obſeruetur, 248 9. & 10 conditionem feudi meliorẽ facere poteſt. 111. 3. e, & fructuarius in quo differant, 100 5. feloniam committens non amittit poſſeſſionem feudi niſi per ſententiam priuationis, 70. 8. e, habens bonum, & ſufficiens feudum, tenetur domino ſeruire ſuis ſumptibus, & in terris Sax. de conſuetudine vaſallus indiſtinctè ſeruit expenſis domini, 422. 22. naturaliter & ciuiliter poſſidere non poteſt, cęteris paribus, 567. 50. operas quaſdam præſtat domino ſuo, 89. §. Singulorum autem, ad n. 4. e, pendente etiam prehenſione feudi vtile dominium feudi habet, 101. 6. b, poſſitne vni ex filijs feudum aſſignare, 250. 6. b, poteſt dominum ſine venia in ius vocare: tutius tamen eſt, vt impetretur venia 418. 46. quomodo fructus faciat ſuos, 100 5. e, rem feudalem alienare, & obligare prohibetur ſine conſenſu domini, ſub pęna amiſſionis feudi. 150. 12 fuiſnè, an domini expenſis ſeruire debeat, 248. 9. b, tenetur oſtendere domino res feudales. 469. 40

Vbi eadem ratio, ibi idem ius ſtatui debet 57. tit. 17. num. 2

Vectigal percipientes debent itinera tuta, & ſecura ſeruare, 279. 5. c, & 348. 2

Vectigalis loco, an vinum, vel cereſiua ex vaſis capi poſſit, 334. §. Capite tertio, nu. 3

Venans in alienis viuarijs, & periſterotrophijs, & ſimilibus, punitur conſtitutionibus prouincialibus. 91. 9. K

Venari, an in fundo alieno liceat, 91. §. Feræ, nu. 6.

Venatio, an in alieno territorio ſine garena licita ſit, 90. ad n. 3. a an cuilibet de iure naturali, gentium, & ciuili ſit permiſſa, 91. 5. prohibere poteſt ſtatuto, & conſuetudine. ibi. 8

Venator ingreſſus fundum alienum, & inibi poſt prohibitionem dñi animal capiens, animal illud ſuum non facit, & cur. 91. 7. g

Vendere nolle, & velle quidem vendere, ſed immodico pretio, paria ſunt, 213. 6. qui poſſint. 301. 4

Vendita re duobus quis præfetatur, 558. 54. re ſubtractata ante traditionem, qui detur vendicatio, & condictio. 300. 14

Venditio, & locatio, quomodo differant, 304. §. Item quæritur, nu. 1. in qua venditor deceptus eſt vltra dimidiam iuſti pretij, non valet, 299. 5. à, noua, an ſit, quando res retrotraditur, & pretium reſtituitur, 316. §. Finali, nu. 2. publica ignominioſa erat apud veteres, teſte Cicerone. 184. 4

Venditor à contractu recedens, an ad arrhas duplicatas emptori teneatur, 298. 13. an cogatur dare fideiuſſorẽ euictionis, 470. 66. an pręcisè cogatur rem tradere, & an ſimpliciter tradendo liberetur, 467. 22. in quibus caſib. de euictione non teneatur, 409. 46. b, celãs ſeruitutem fundi tenetur ad intereſſe, 468. 31. conſtituens ſe emptoris nomine poſſidere, an ſit liberatus à traditione rei, ibid. 26. contra emptorem ad reſtituendum id, quod plus debito præſtitum eſt, actione ex vendito agere poteſt, 472. 9. denunciationem emptori per pactum remittere poteſt. 469. 13. etiam vno nummo non ſoluto rem retinere poteſt, 467. 6. ex natura contractus emptionis ſolum tenetur ad tradendum non ad dandum, ib. 19. licet non teneatur dare id eſt transferre dominium in ipſum emptorẽ, tamen emptor pretium dare cogitur, 471. 6. nihilominus tenetur, ſi ab extraneo res euincatur, licet in inſtrumẽto emptionis poſitum ſit, neq; venditorem, neque ipſius hæredes velle emptorem de re empta moleſtare, 469. 44. nolens de euictione teneri, ad reſtitutionem pretij tenetur, ib. ad 46. b, non omnis fidem de pretio habere poteſt, 102. §. Venditæ, 3. c, non tenetur defendere emptorem de violentia, 470. 63. non tenetur, quando res per errorem imprudentiam, aut corruptionem iudicis euicta eſt ibi. 65. poteſt agere ad reſcindendum contractum qui factus eſt, ſub pacto legis commiſſoriæ, 472. 12. poteſt agere contra emptorem, ad reuendendum fundum, ſi pactum eſt appoſitum, ibi. 14. poteſt petere vſuras pretij non ſoluti, 471. 8. premittẽs emptorem defendere de iure, & de facto, an teneatur ipſum armata manu defendere, 285. 10. quando ad traditionem teneatur, 106. 3. quando intelligitur ſequi fidem emptoris, 102. §. Venditæ, nu. 5. d, quando vult teneri de euictione, quomodo, & qualitercumque res euincatur, an teneatur quã do res per compromiſſum fuit euicta, 470. 57. qui non vult teneri de euictione, an teneatur ad veri pretij reſtitutionem, 438. 19. quotupliciter fidem de pretio habere dicatur, 102. §. Venditæ, n. 5. re euicta quamuis ab intereſſe liberetur, tamen ad pretij reſtitutionem tenetur, 469 43

Venditor ſciens ſeruiturem impoſitam, tenetur emptori quanti minoris, 468. 33 ſemel tradẽdo rem ſtatim ab obligatione illa tradendi liberatur, io. 25. ſi re euicta ab emptore citatur, an copia libelli vna ſit mittenda, 469. 47. ſicuti cogitur ad dandã, ita emptor ad ſoluendum, 471. 7. tenetur emptori ſuper intereſſe, damnis, & expenſis, 470. 59. tenetur exhibere inſtrumẽta rei venditæ, 469. 39. tradens fundum non ſub debita menſura, tenetur ad intereſſe. 468. 64

Vẽditore abſente, denũciatio procuratori ſuo fieri debet, 484. 49

Venditoribus omnibus denunciatio fieri debet, ſi res pluries fuerit vendita, ibi. 52

Venefici q. 63. ad Verſic. eadem, nu. 1.

Venia petenti conceſſa videtur eo ipſo, quòd iudex citationem impertitur. 419. 68

Veniam impetrare non neceſſe habet, quando quis ſe defendit in iudicio, aduerſus eum, cui debet reuerentiam, 418. 51. petitam eſſe non ſufficit, ſed etiam impetrata oportet. 419. 67

Venire diem quid ſignificet, 200. §. Si peculium, nu. 3

Verba contraxerunt, iuſſerunt, ad ius teſtandi non pertinent, 154. 25. & 166. 16. directa, obliqua, precaria, & communia quę, 176. 6. in dubio debent accipi in propria ſignificatione, 178. §. Alio autem modo, nu. 3. in dubio in potiori ſignificatu accipienda ſunt, 258. 7. in dubio ſunt interpretanda ſecundam ſubiectam materiam, 190. 11. & 192. ad n. 10. e, in ſtatutis debent propriè, & ſtrictè intelligi 44. §. Sed hodie, ad Rubric. Qui ſunt effectus adoptionis in ſpecie a, indefinita n. æquipolleant vniuerſalibus, 292. 10. e, libelli ambigua ſuſtinenda in commodum edentis, etſi impropriè accipiantur, 303. 102. c, non ſunt de ſubſtantia matrimonij, 36. 9. pluraliter à lege prolata, verificantur in vno tantum, 312 § Igitur, num. 4. ſecundum materiam ſubiectam intelligenda, 192. 10. e, ſubſtitutionum quotuplicia, & qualia, 172. 6. b

Verbis turpibus vtens iniuriarum tenetur. 338. 22

Verborum obligatio quas, & quot actiones pariat, 275. 19. prolixitas à iure reſpuitur. 364. 101

Verbum *Geben*, eſt verbum contractus. 154. 24. generale prolatum a lege intelligendum eſt ſecundum diſpoſitionem iuris

alibi

Digitized by Google

alibi poſitam, 198.40. indifferens in quam partem interpretandum, 337.11. iniurinſum quod, ibid.7. inteſtatus in ſtatus interpretari oportet in propria ſui ſignificatione, 218.14.b, pecuniæ quam latè accipiatur. 398.45.b

Veritas conuitij, an excuſet iniuriantem, 338.15.a, eſt amica ſimplicitati, 211.21. naturalis, quàm fictio ciuilis, magis attendi debet, 315.ſ. Hi qui in parentum, ad nu.1.a, præualet opinioni, 196.§. Si quis rem, ſub nu.2.

Verſum in rem quid ſit. 325.1

Veſte aliena, quam ei portare non licet in alterius ignominiam indutus, iniuriarum tenetur. 339.25

Veſtes, & ornamenta, in filij nuptijs per patrem facta, an conſeruantur, 441.47. ſi alicui lacerantur, atrox iniuria dicitur. 343. §. Atrox, nu.2

Via noua vbi conſtituenda ſit, vetere vi fluminis amiſſa. 114.24.a, per terram tutior, quam via maris, 279.4.b, publica impetu fluminis, alioue caſu amiſſa, an, & quomodo ex agris vicini reſtituenda, 115.22.g, quam lata eſſe debeat, ibi.eo.nu.22

Viæ duæ ſi ſint, vna breuior, altera longior, quæ conſideranda veniat, 279.4. publicæ inter regalia referuntur. 548.66

Vicarij Imperij hodie poteſtatem omnem habent ab Imperatore paſſim in Italia, 4.§. Quas, nu.1 a

Vicini, an poſſint expellere inhoneſtam mulierem. 452.9

Vicini, vicinum in poſſeſſione moleſtarum armis iuuare poſſunt, 533.8.a

Vicinum, an poſſim cogere, vt altius tollat ædes ſuas. 109.17

Vicinus, an vicino teneatur de incendio, 474.24.b, poſſintnè cogere vicinum ad viæ conſtitutionem, 106.12.g, poſſimnè lumina vicini ędificando obſcurare, 110.23. præſumitur ſcire facta vicini. 122.24.f, quouſque dicatur. 448.14

Vicinum authoris, an, & quando noceat ſucceſſori. 132.65. perſonale impedit ſucceſſorem vniuerſale: ſingularem olim non impediebat, impedit autem nunc. 132.67.b, reale quodnam dicatur. 131.62.g, reale ſequitur rem non perſonam, ideoque vſucapionem non impedit. 132.65.a, triplex, reale, quaſi reale, & perſonale. 131.62

Victor captiuum redemptum alteri vendere non poteſt. 15.9.a

Victus quando victori in expenſas condemnetur. 455.16

Vidua ad ſecunda vota tranſiens, iniuriam facit primo marito. 493.nu.94

Vidua, an ſine tutore in iudicio comparere poſſit. 142.54. nuptijs ſecundis contractis non amittit vſum ei relictum à marito priore. 119.11.c

Viduæ de conſuetudine Saxoniæ ſoluenda eſt non ſolū penſio de dote, ſed etiam de donatione propter nuptias. 240.46. ſi vſus equum tantum legatus ſit, an nuptija contractis cum alio marito, in illis habitare poſſit. 119.12

Vigilantibus & non dormientibus ſcripta ſunt iura. 192.13

Vim vi depellere licet pro defenſione iurium incorporalium. 205.nu.15

Vinco vincentem te, multò magis vinco te, quando non procedat. 229.27

in Vinculis eſſe qui dicantur. 379.59

Vinculo adoptionis maior eſt cognatio ſpiritualis. 418.42

Vindicare quid ſit. 360.60

Vindicatio rei feudi, & emphyteuſeos domino competit. 567.51.a, rei datur pro legatis 137.24.c, rei quibus competat. 360.55.a, requirit à parte agentis dominium. 360.62. ſanguinis de iure Saxonico ad agnatos tantum pertinet. 352.4

Vindicta quid, & vnde dicta. 17.§. Multis autem, nu.3

Violantium ſepulchra pęna quæ. 88.6

Violatores murorum quomodo puniantur, ib. §. Sanctæ quoq. nu.3. pacis in iudicio Cameræ Imperialis conueniri poſſunt 584.11. pacis publicæ, an per ſententiam declarari debeant, ib. 14. ſepulchrorum, ſunt infames. 88.5

Violenter auferens res ſuas mobiles pęnes alium exiſtentes, ad quid teneatur. 329.2

Violentia legitimè probata an admittatur iuramentum ad probandum damnum, & quæ debeant concurrere. 432.18. vt cum armis dicatur commiſſa, quæ requirantur. ibi.13

Violentiarum quinque ſpecies, 458.33. ſpecies quot, & quæ de iure canonico, & ciuili, 328.2. ſpecies plures, 553.§. retinendę, nu.4.5.& 6.& pag.ſeq.nu.7.& 8

Violentia iura oderunt. 584.3

Vir, & vxor annis xxv. minores conſuetudine Pariſienſi cenſentur, vti iure ſuo in id, vt bona ſua immobilia adminiſtrent. 50.§. ſed ſi pater, ad nu 3.a, nobilis tempore mortis non habens vxorem, quos ſucceſſores habeat, & quid in viro ignobili, non habente bona feudalia. 241.55.& 56

Vires patrimonij nemo ignorare præſumitur. 386.71

Virgines, an de iure Saxon. ſine tutore donare poſſint. 142.53

Viridaria, vel herbas in ollis, an hoie liceat ante feneſtras. 349.18

Viro nobili vxorato mortuo, diuiduntur ipſius bona inter triplices ſucceſſores. 241.51

Virtus taciti, & expreſſi vtrum par ſit. 290.42.b

Vis ablatiua locum non habet in rebus immobilibus, 328.2.b, cōpulſiua non afficit rem vitio reali, nec impedit vſucapionem, 131.62.b, compulſiua voluntatem hēt, licet coactam, ib. priuata, & eius pęna, 606.5. ſubſtitutionis tacitæ vulgaris. 172.9.e

Vis publicæ accuſationis qualis ſit. 606.2. publicæ, & priuatæ differentiæ. ibi.1

Vitricus, an priuigni ſui viduam ducere poſſit. 29.14. poteſt ſine venia in ius vocari. 418.49

Vlpianum Iuriſconſultum appellat Imperator ſuum amicum, item ſuum patrem, ratione ſcientiæ, & ętatis. 214.12

Vna res ſecundū varias conſiderationes variè diuidi pōt. 544.1

Vnicū quod eſt, habetur pro certo, & demonſtrato, 359.ad 45.c

Vnio prolium, vt procedat, quid requiratur, 45.§. Cum autem impubes ad nu. 1.a

Vnitas vinculorum iure communi vltra fratrum filios non attenditur. 232.9.a

Vniuerſalis quando reperitur falſa in vno, tota oratio eſt falſa, 192. 10

Vniuerſalis quæ dicatur. 85.1

Vniuerſitati quatenus poſſeſſio acquiratur per liberas perſonas 578. 148

Vniuerſitatis in cauſa, an admittatur ad teſtimonium qui eſt de vniuerſitate, 85.5. pro debito, an poſſint capi ſingulares perſonæ, ib.4. quod eſt, ſingulorum non eſt, ibid.3. res differunt a communibus, & publicis. ibi.2

Vnuſquiſque debet conari, vt alium virtute, & humanitate ſuperare poſſit, 212.§. Finali, nu.3

Vocabulum quando habet plures ſignificationes, cui ſtandum ſit. 191.10

Vocans quem in iudicium, & ſuccumbens, tenetur. 338.16

Volens percutere ſeruum, ſi percutiat alium, lege Aquilia tenetur, 336.ad Tit.4.nu.2.a

Voluntas animi incorporea ſignis exterioribus detegitur, 91.§. Patronum quoq; ad nu.2.a, coacta in matrimonijs, an dicatur voluntas, 36.21. defuncti non ſemper eſt pro lege, 61.4.a, hominis ambulatoria eſt vſque ad mortem, 154.ad Rubr. Quid ſit teſtamentum, ad nu.3.a, iſta eſt potens ad exhæredandum, quæ ad inſtituēdum eſt ſufficiens, 215.2. teſtatoris dicitur lex. 207.4. teſtatoris habetur pro lege, niſi legibus ſit contraria. 154.5. teſtatoris ſi interpretanda venit, ſemper recurri debet ad iudicem 191.8. teſtatoris tamquam regina attendi debet. 194.§. Sed etſi in rem obligatam, n.3. teſtatoris tamquam regina, vltimas voluntates regit. 205.ſ. Ante hæredis nu.2. vera aut præſumpta §. Hoc amplius, ad num.3.c, vltima, quomodo potius ſuſtineatur, 203.§. quam in dubio perire ſinatur. 162.17 k, vltima ſic dicitur, quod morte confirmetur. 213.ad Tit.25.2 a, vltima generaliter ſumpta, quid contineat, & quare ſic dicta. 154.ad Rubr. Quid ſit teſtamentum, nu.1. vltima non debet pendere ex alieno arbitrio. 163.6

Voluntatē defuncti interpretari debēmus, vt potius valeat, quā pereat, niſi ſit contra leges, aut bonos mores, 191.11. hominis eſſe ambulatoriā vſq; ad mortē, in quibus locum habeat. 146.2

Voluntatis vltimæ fauore cogitur quis emere inuitus. 193.6

Vſuarius vſum ſuum locare poteſt. 119.11.a

Vſucapiens quando dicatur habere bonam fidem, & quando malam. 121.15

Vſucapio, an iure permiſſa ſit, 120.9 f, & reſtitutio quō differāt 377.14.& præſcriptio quomodo differant, 120.9. etiam ex ſola ciuili poſſeſſione cauſatur, & inchoatur. 396.69. vnde dicta 120.5. vt compleatur, ſufficit ciuilis poſſeſſio. 378.25

Vſucapionis definitio in larga ſignificatione. 120.4

Vſufructuario, qui locauit alteri vſumfructum, competit actio ex locato. 473.7

Vſufructuarius an acquirat fructus rei poſſeſſæ, vt poſſeſſor bonæ fidei. 100.1. an locum demortuorum, & inutilium corporum alia ſubmittere teneatur, ibid.12. an proprietatem poſſit præſcribere, 125.59. an teneatur præſtare cenſus, decimas, & tributum pro re fructuaria, 117.13. emphytheuta, & ſimiles perſonæ, quę naturaliter tantum poſſident, an habeant etiam aliquam ciuilē poſſeſſionem in animo, & quæ ſint circa hanc quæſtionem conſideranda, 565.53.& bonæ fidei poſſeſſor, in quo differant, 100.4. fundum colere, & eū deteriorem facere non debet, 117.9. fundum poſſidet naturaliter, 125.59.g, interpellatus tenetur præſtare cautionem vſufructuariam, 115.8. quæ facere poſſit, 115.5.c, quos fructus acquirat, 116.5. vniuerſi gregis differt ab eo, qui eſt ſingulorum capitum, 100.12. l, vſumfructum vendere poteſt, 116.nu.1.a

Vſura

Digitized by Google

Vſura quomodo differat à pęna. 480.13. K
Vſuræ licet peti non poſſint tamen in promiſſionibus quantitatum intereſſe domini emergentis licitè peti poſſunt, & aliquando etiam lucri ceſſantis. 151.12
Vſurarijs nolentibus conficere inſtrumentũ mutui, vel pignoris, ſed emptionis, quomodo occurrendum ſit. 394.92.& 9.
Vſurarius, an cauſa mortis donare poſſit. 135. ad nu. 8.a, manifeſtus, an teſtari poſſit. 166. 13
Vſurpare, & percipere eſt de regalibus. 14.5 a
Vſus communis loquendi proprietatem tribuens verbis, facit, vt verbo contractus promiſcuè conuentiones, etiam ex vna parte obligatoriæ eſſe intelligantur. 359.44.b
Vſus definitio, 108. ad Tit. 5. nu. 1. facit, quod hodie anni Natiuitatis Chriſti inſerantur inſtrumentis, cum ius id nõ requirat. 2. 1. b, quotupliciter conſtituatur. 118. ad Tit. 5. n. 1. ſeruitus eſt perſonaliſſima, 119. 11. a, ſeruorum hodie in frequentior eſt, 452.6.b, teſtamentorum eſt etiam apud alias gentes, quàm Romanas. 154.18.b
Vſusfructus alius cauſalis, alius formalis, 115.4. bonorum aduẽtitiorum non extinguitur per mortem filij defuncti, qui in poteſtate patris eſt, ſed penes patrem remanet 217.14. cauſalis quis 155. b, ciuitatis relictus durat centum annis, 118. §. Finali, nu. 4. conſolidatione non ſemper ita extinguitur, quin aliquando reuiuiſcat, ib. ad nu. 9. d, cur dominij pars dicatur, 115. 5. c, gratuito conſtitui, vel legari debet, 126. 1. a, in quibus rebus conſtituatur, ib. §. Conſtituitur, n. 1. non ſolum per noſmetipſos, ſed, & perſonas noſtræ poteſtati ſubiectas acquiritur. 116.5. num venditione conſtitui poſſit. ib. §. Vſusfructus à proprietate, ad nu. 1. a, poteſt locari ſecundum iuris ſubtilitatem, ib. ead. addit. a, proprius & improprius quis ib. §. Conſtituitur, num. 4. & 5. qualiter conſtituitur, ibid. §. Vſusfructus à proprietàte num. 1. quibus modis finiatur, & amittatur, 118. §. Finali, num. 2. cum ſeq. quotuplex 116 §. Conſtituitur, nu. 2. rei vniuerſali mutatione exſtinguitur 117. 9. e, relictus alicui ad certum tempus, finitur ante illud tempus, ſi iſte ante tempus definitum moriatur, cui relictus eſt, 118.6.a, relictus alicui, & hęredibus eius extinguitur hærede primo mortuo, & cur, ib. ead. addit. a, ſolus in peculio aduentitio patri acquiritur 401. 17. e, tantum ad primum hæredem fructuarij pertinet, 118. §. Finali, nu. 3.
Vtenſilia bona quæ comprehendant. 240.40
Vtile per inutile non vitiatur. 286. §. Quod ſi quis ſibi, nu. 2.
Vtiles expenſæ quæ. 476.14
Vtilitas appellationis quæ. 461.66. a
Vulgo quæſiti inuicem ſuccedunt. 235.44
Vulgo quæſitis, cum agnatos non habent, etiam cognati ſuccedunt 248. Tit. 5. 3.
Vulnerans tranſigens cum vulnerato, an ſit liberatus à pęna fiſcali, vel publica. 316. 5
Vulneratio ferè fuſtigatione puniri ſolet. 344. 9. a
Vulneratus, ſi ex vulnere moriatur, vtrum ex vulnere mortuus cenſeatur. 602. §. Item lex Cornelia, ad nu. 3.b
Vulneribus pluribus in vna rixa ab vno inflictis, vno Vuergeldo præſtando liberatur infligens. 343.6
Vxor adultera quando à marito accuſari non poſſit. 42.29. an de iure Saxonico, ſine conſenſu mariti, alteri mortis cauſa donare poſſit. 136.18. an debeat dotem ſuam ſaluam habere bonis confiſcatis, 241. ad Rubr. De ſucceſſione fiſci. a, an ex delicto mariti puniri poſſit in dote, donatione propter nuptias, & rebus acquiſitis cum marito cõſtante matrimonio, 401. ad n. 21. d, an maritum adulterum criminaliter, vel ciuiliter accuſare poſſit, 42.30. an teneatur ſequi maritum vagabũdum, ib. 33. defuncti tenetur iuramento patefacere bona defuncti hæredibus, 469.41. fratris mei eo. gradu affinitatis mihi iuncta eſt, quo gradu conſanguinitatis mihi iunctus eſt frater, 28. n. 8. e, habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti etiam pro bonis paraphernalibus per maritum adminiſtratis. 488.37 habet hypothecam etiam pro donatione propter nuptias à marito conſtituta in recompenſationem dotis, ib. 35. habet tacitam hypothecam pro alimentis à marito debitis. Item pro augmento dotis, ib. 40. & 41. habet triplex patrimonium, ib. 39 & 78. §. Iidem reſcripſerunt, nu. 2. ignobilis quid, & quantum ex bonis mariti percipiat. 241. 47. interdum obligatur pro marito 294. §. Finali, nu. 3. a, metu reuerentiali ducitur erga maritũ 459 44. d, mortuo marito poteſt manere in bonis, donec ei dos reſtituatur. 487. 32. negligens vtenſilia infra annum, non auditur, 485.82. non habet priuilegium prælationis in bonis paraphernalibus, 491.74. non lucratur donationem propter nuptias, 237.8.& 9. pręfertur creditoribus, etiam anteriora iura, & tacitam hypothecam habẽtibus. 489. 52. & 55. quæ furatur marito cõſtante matrimonio, furti non tenetur: ſed poſt diuortium poteſt actione rerũ amotarum conueniri, 225. §. Hi qui in parentum, nu. 2. quælibet recipit ſoluit dimidiã pęnam ſui mariti, 242. 16. quando dicatur eſſe in mora 486 17. quo caſu ſpreta legati actione actionem dotis eligere poſſit, 198. 2. b, quod tria eſt in poteſtate mariti, quoad reliquum, manet in poteſtate patris, 50.6. quotuplex patrimonium habeat. 78. §. Iidem reſcripſerunt, nu. 2. ſi habet multos debitores, an, & maritus in iſtis debitis, tamquam bonis mobilibus ſuccedat 555. 10. vna, & non plures ſimul ſunt ducendæ, 34. 3. volens percipere tertiam, debet conferre bona viuente marito acquiſita à parentibus, vel conſanguineis. 241. num. 48.
Vxore ſoluente dotem poſt obitum mariti, tenẽtur eius ſucceſſores ad conſtitutionem donationis propter nuptias. 240.45
Vxorem indotatam, an maritus expellere poſſit. 492 82
Vxores plures non eodem tempore, ſed ſucceſſiuè duci poſſunt. 35. 4 a
Vxori ægrotæ tenetur maritus præſtare alimenta. 38. 33. dotatæ, quæ de iure Saxonico ex bonis mariti, nobilis debeantur. 240. 39. pro iniuria viro allata, actio iniuriarum non competit. 340. 14. propter ſæuitiam mariti aufugienti, quis alimenta præſtare teneatur. 41. 18. quæ bona debeantur, ſi maritus nobilis decedat. 484.79
Vxoris appellatione, quando ſponſa veniat. 238 20. bona pro euictione dotis obligata ſunt. 488.46
Vuergeldus integer quantum contineat. 343. 7. non intereſſe, ſed pęna dicitur. 344.5

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vita Nova
di M. [illegible]

Digitized by Google